SCHRODER

Pharmacopœia

MEDICO-CHYMICA

A
47
303

15/7-2

A-619.11 SCHR

17/1838

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 47
Número: 303

R. 1.838



ad juſtam rerum connexionem, earumq; exquiſitam notionem, jam verò prorſus inutilibus, dum una eademque ſerie ſimul cum Schroedero legitur, & in idem cum ipſo corpus cogitur. Materiæ poſtea variæ ſelectiores è variis iisq; famigeratiſſimis atque nobiliſſimis tum Authoribus, tum Operibus, in majus complementum atque ornamentum abundè ſuffectæ ſunt, unde omni ex parte abſolutum dici quodammodo poterat, ſatísque copioſa Medicamentorum Seges cumulata, ac proinde Meſſis Medicamentaria uberior viſebatur. Verùm cùm Clariſſimus *Fredericus Hoffmannus* Theſaurum ſuum Pharmaceuticum Medicorum noſtri ſeculi Principum conſtruxiſſet, & Nobiliſſ. *Martinus Bernhardus De Bernitz* S. R. M. Polon. Perſ Med. & Secret. Faſciculum Medicamentorum ſingularium Illuſtriſſ. *Cnoeffelii* adjectis aliorum quorundam Clariſſ. Medicorum arcanis & experimentis ſpecificis, publici juris feciſſet, ex illis Appendicem ad Opus Pharmaceuticum conſarcinavimus, non ingratam aut importunam, ſiquidem ſic potiùs novus illi conciliatur ſplendor, nova exornatio, novum decus. Tandem Appendici Appendiculam ſubjunximus; de quâ videri poterit admonitio præpoſita. De varietate caracterum quibus uſi ſumus quô diſtinctiora in hoc Opere eſſent omnia nihil præfamur, ex Libri enim evolutione ſatis manifeſtabitur. Excellentiſſimorum *Schroederi, Hoffmanni, Cnoeffelii*, ut & *Horſtii* atque *Witzelii* &c. Opera, quod attinet Præfationes cum iis emiſſas ſuo loco præmiſimus, ut nihil prorſus prætermitteretur quod ad eorum integram & abſolutam intelligentiam atque perfectiorem cognitionem faceret. *Vale*, LECTOR HUMANISSIME, & noſtro qualicunque labori fave, ut meliora impoſterum non tantùm colligere & compilare, ſed etiam meditari & in lucem edere, non pigeat.

*PRIORUM*

# SCHRÖDERI PHARMACOPŒIÆ EDITIONUM,

*TUM*

## EPISTOLÆ DEDICATORIÆ TUM PRÆFATIONES

*UNA CUM IIS QUÆ*

# HOFFMANNI

## OPUS ADIECTUM SPECTANT.

---

*MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, Conſultiſſimis, & Prudentiſſimis*

## DNN. PRÆTORI, CONSULIBUS

ac SENATORIBUS Inclytæ Imperialis Reip. Francofurtanæ.

*Dominis ac Fautoribus meis honorandis, Salutem & Obſervantiam.*

DEUS ELOHIM, *Viri Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Prudentiſſimi,* rei quidem nullius indiguit, quæ ad perfectionem ſuam facere quoquo modo poſſet: nihilominus pro liberrimo ſuo beneplacito ſui exiſtere voluit ſpeculum viſibile, quo inviſibilis ſua θειότης ϗ δύναμις, (*Roman.* 1.) id eſt *Eſſentia ac potentia* viſibiliter pateſcerent, hiſque cognitus celebraretur, adeoque lætaretur. Speculum id *Natura* eſt, Mundus univerſus, & in hoc præcipuè *Homo*, velut univerſitatis complementum. Nimirum hoc ſpeculum, DEI eminentiſſimum, peculiaritérque Spiritu ELOHIM inflatus eſt,



GRANADA

electus ſcilicet ante omnia in Filio dilecto, ut eſſet ſanctus, perfectioniſque capax ſupernaturalis. Quare ut *Triunus* eſt IEHOVA: ita *Naturam* & evidentiſſimè *humanam triunam* exiſtere voluit: *Spiritum*, quem inſitum vulgò vocant; *Corpus*, quod ejus ſubjectum; & *animam* quæ veluti ignis utrumque illud actuat, animat, vitalique flamma perfundit. Idem IEHOVA, ut *potentia* inſtructus, imò ipſamet potentia eſt operoſiſſima: ita etiam *Naturæ*, maximéque *homini facultates* inditas voluit operoſas, eaſque ad imaginem divinam tum *internas*, tum *externas*. Prioribus res quæque ſeſemet reſpicit, atque actutum ac eſſe res incipit, *Spiritus anima* accenſus *ſubjectum* ſibi generat, & ordinat, in [Natura corpus vocatum:] Hinc procedunt ſubinde radii aliorum ſervitio deſtinati, fonſque potentiarum *externarum*. Poſterioribus igitur his res quæque res extra ſe poſitas concernit, harum ſervitio prona, magis, minus, prout res cognatæ invicem, tum quoque prout rerum conditio cultuſque exegerit. Idem IEHOVA ut *affectibus* affici dicitur, *voluptate* ſcilicet vel *dolore* & *triſtitia*: Ita pro re nata *Naturæ* & evidentiſſimè *homini* affectus indidit, quibus tum delectatus ſtimuletur, tum moleſtatus deterreatur. Cœterum ut *bonus* IEHOVA in ſe eſt, imò ter Optimus Maximus, adeoque *Eſſentiam* optimam poſſidet, *potentiam* optimè adminiſtrat, & hinc affectu optimo fruitur, id eſt, *Voluptate* ineffabili; Simili modo *Naturam* & pro re nata *humanam* optimam voluit, optimam ſcilicet diſpoſitionem *principiorum Eſſentialium*, optimam *facultatum* inditarum adminiſtrationem, & hinc *affectum* optimum videlicet ἡδονὴν ſeu *voluptatem*. En finis Naturæ propoſitus *felicitas* ſcilicet ſive *ſummum* illud *Bonum* mundanum, Cœleſtis illius ſummi Boni antitypus & ſpeculum. Hujus ergo ut gradus certi ſunt: ita & illius, atque idcirco *Naturam* & præ aliis *humanam* IEHOVA exiſtere voluit perfectam quidem, verùm in gradu non ſtatim ac origine ſupremo, ſed initiali, è quo ſubinde cultura accedente ad ἀκμὴν aſcenderet, perinde ſcilicet uti & ipſemet IEHOVA, licet in ſe omnino immutabilis; attamen ex Natura creata, hujuſque conformitate ac obedientia voluptatem capeſſere conſtituit. Voluit autem IEHOVA omnia hæc, prout ipſemet liberrimus exiſtit, cum libera hominis voluntate & arbitrio, ad bonum tamen inclinante. Quare ut propoſitum hoc DEI conſiſteret, oportuit Mundum, cùm non eſſet, produci; cùm eſſet, conſervari; cùm depravatus redintegrari. Hinc *Creatio*, ea quoque continuata *Generatio*, hinc & *Conſervatio* ſeu *Gubernatio*: hinc demum corruptionis *Reſtauratio*: ceu media ad felicitatem dictam collimantia. Et hæc omnia eò avidius DEUS expetit, cunctorum adminiſtrationem legitimam non ſolùm lege innata ſcriptaque cavet, ſed & Miniſtris viſibilibus coërcet & gubernat. Miniſtri hi præcipuè ſunt *Magiſtratus Dii* propterea dictus, & hinc vel ſolo hoc nomine arctè obligatus voluntati divinæ ſtudere, felicitatemque DEO propoſitam maſculè promovere. Quare cùm *Sanitas* non minima Felicitatis dictæ portio ſit; nec poſtrema *Magiſtratus* functio erit, de illa ipſa eſſe ſolicitum & idcirco de *Medicina* rite adhibenda. Nimirum Medicina adminiſtrata legitimè ſanitatis tutela; perversè, ejuſdem ruina. Hinc digna olim reputata Medicina, quæ à Regibus ipſis, aliiſque Magiſtratibus, viriſque celeberrimis addiſceretur, excoleretur, propagaretur; digna quæ honoribus, privilegiis & immunitatibus donaretur, digna quæ non niſi teſtimonio publico dignis repertis committeretur exercenda. Duobus autem præcipuè exercitatio hæc nititur, directione ſcilicet & elaboratione.

tione. Directionem dico, qua media ſanitatis præſcribuntur; Elaborationem, qua eadem elaborantur & adminiſtrantur. In utraque non poſſum non extollere, *Viri Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, nec non Conſultiſſimi*, providam veſtram curam, quippe quâ ad prius non admittitis, niſi publico teſtimonio comprobatos; ad poſterius, non niſi veſtro examine exploratos, & utroſque non niſi ſtipulatâ manu Iureve Iurando vobis devinctos. Verum enim vero: ut hoſtis vitæ *Diabolus* haud quicquam intermittit, quod tum ad moleſtandum, tum ad abrumpendum fatum videtur: ita citra Providentiam veſtram prô dolor! gliſcant, agit, quorum inſcitiâ, ne dicam malitiâ, vitæ civium non opinantium impunè derogetur. Choræam in his ducunt *Iudæi*, utpote quibus *ſubjectum* ad id aptius invenire vix licuit (*Keckerm. in Polit.*) His enim regulis ſuis occultis permiſſum novit *Gojim*, id eſt, *Chriſtianos* impunè & citra homicidii notam, adeoque citra conſcientiam interimere. Hos notatos comperis, ut nævo malitiæ forma ſcilicet deformi, (quæ nota malitiæ à Natura ipſa impreſſa:) ita quoque fronte impudicâ, garrulâ Suadâ, mendacique linguâ, mediis dicto ſcopo aptiſſimis, adeo quidem, ut quoque malitiæ, inſcitiæ, ruditatiſque per examen convicti & eapropter per *Senatus conſultum* Medicina abacti, nihilominus calleant animos faſcinare, leges eludere, libertatemque captare, de corio *Chriſtianorum*, grandiloquis loquaculis nimis credulorum, impunè ludendi. Miſeret me, quoties cernere datur, datur autem ſæpiſſimè, Recepta, quæ vocant, inepta, heterogenea, ne dicam noxia, incautis præſcripta. Miſeret, quoties audire contingit, contingit autem & hoc frequenter, affectus ſcilicet leves, præter rei veritatem perſuaderi periculoſos, idque ut credulorum burſa emulgeatur, medicaſterque audiat magnus. Miſeret, quoties cauſam morbi, ſpeciemq; ridiculè audio enarratam. Sed cur miſeret? Mundus vult decipi; decipiatur. Veſtræ interim uti curæ eſt, *Viri Prudentiſſimi, prudentiâ veſtrâ incautis ſuccurrere, ſtolidis conſulere, inſciis præeſſe, imprudentibus providere:* ita Medicorum veſtrorum & hinc mei quoque officii de abuſu hoc Medicinæ *veſtram Prudentiam* ad graviora retractam, ſubmonere. Quod non minus expeto in bonam partem ſuſcipi, quam ſpero probatum vobis iri, ſi hoc operis, itidem ad legitimum Medicinæ exercitium collimantis, ad imitationem Pharmacopœiæ Auguſtanæ & Noribergenſis *nomine veſtro* divulgem. Continet nimirum celeberrima quamplurima, à Medicis veſtris, quos celebriores quovis tempore aluiſſe ſtudetis, profecta, & idcirco vobis ſolis meritò conſecranda. Continet quamplurima quibus officinæ veſtræ, quarum non minimam curam geritis, & hinc inſtructiſſimas poſſidetis, præ aliis elucent. His accedit veſter in me favor, quod annis retro abhinc aliquot peregrinum civitate donaſtis, in Medicorum numerum adoptaſtis, privilegiis frui dediſtis, aliaque favoris indicia in me cumulaſtis ſufficientiſſimè. Eodem igitur favore fretus confido, hanc meam gratitudinis teſſeram, æqua mente iri ſuſceptam, qua ulteriori veſtro favori me commendo, ſanaque conſilia Reipubl. ruinam arcentia temporibus hiſce ruinam minitantibus corde tenus precor. Francofurti ad Mœnum è Muſæo, ipſis Nundinis autumnalibus, Anno 1641.

*Magnificentiæ, Amplitudinis & Prudentiæ Veſtræ*

Obſervantiſſimus

IOHANNES SCHROEDERVS, D.

# IOHANNES SCHRÖDERUS
## AD
# PHARMACOPOEIOS
## FRANCOFVRTENSES.

PRodit jam partus *Pharmacopœjæ meæ ſecundus, quem eo alacrius maturavi, quod cognovi partum priorem avidiſſimè fuiſſe ſuſceptum, adeo ut Exemplaria intra biennium non ſolùm omninò ſint diſtracta, ſed & adhuc undique crebrò perquirantur, partuſque ſecundi Editio ſollicitè urgeatur. Quare ne deſim perquirentibus, gratificérque partum ſecundum urgentibus, auctiorem hunc modò communico, ſyllabiſque diverſis ac ſynopſi breviſſima adornatum. Vobis autem, Viri eximii ac peritiſſimi, eundem quod conſecrem, cauſæ me impulerunt variæ.* 1. *Favor veſter, quem hactenus à vobis expertus ſum, nimirum hunc non poſſum non reponere reciprocum.* 2. *Candor, quo vel ea, quæ pro arcanis vendita fuerunt, contribuiſtis. Hinc gratitudinis teſſeram dare fas fuit.* 3. *Stimulus, quo ad opus hoc tum divulgandum authores gnavi extitiſtis, ac poſtmodum partum hunc ſecundum monitis veſtris, literiſque ea de re hinc inde ad vos tranſmiſſis urgere non deſtitiſtis. His ſcilicet non parere inhumanum duxi. Prætereo peritiam & dexteritatem veſtram ſingularem, qua Officinas præ aliis celeberrimas, Chymiciſque medicamentis inſtructiſſimas fovetis, adeoque Momorum obtrectationi occurrere polletis. Conſecro igitur vobis partum hunc ſecundum, quem animo benevolo iri ſuſceptum ſpero, quòd ſciam partum priorem admodum arriſiſſe. His valete. Dabam è Muſæo Francofurti, Nundinis vernalibus, Anno* 1661.

*AUGUSTÆ REIPUBL. FRANCOFURTENSIS*

# PRÆTORI, CONSUL. SCABINIS ET CÆTERIS SENATORIBUS,

*Dominis Noſtris Gratioſiſſimis.*

OFFERIMUS Vobis, Viri Nobiliſſ. Strenui & Prudentiſſimi, Patres Conſcripti Obſervandi, quod jam veſtrum eſt, Pharmacopœiam, nempe p. d. Schrœderi Archiatri Veſtri per multos annos meritiſſimi, atque Collegæ noſtri deſideratiſſimi. Iure autem meritoque eam nunc hîc recuſam, & à mendis innumerabilibus labore noſtro purgatam, ad pedes veſtros deponimus, quod olim jam ante annos XXVII. ab Auctore Vobis ſacra facta, & quòd ſub tutela Veſtra in & extra Germaniam multoties paſſim typis deſcripta, atque etiam in alias linguas tranſlata, hac verò editione nitida, inſigniter limata & perfecta fuerit. Recipite modò ſereno vultu & favere nobis pergite. Supremus Archiater D.O.M. Vos, P. C. Venerandi, Patriæ & nobis diutiſſimè ſervet. *Francofurti ad Mœnum Kal. Auguſti*, 1668.

*IOH. DANIEL HORSTIUS, D.*
*IOH. LUDOVICUS WITZELIUS, D.*

# INCL. REIP. MOENO-FRANCOFURTANÆ PHARMOCOPOEIS.

*Salutem.*

PHARMACOPOEIAM *quam Schrœderus beatæ memoriæ Collega noſter deſideratiſſimus vobis, parentibuſve & anteceſſoribus veſtris dedicavit, Vobis pari modo offerimus, ad quod & virtus & humanitas veſtra, quibus illis neutiquam ceditis, ſtimulum dedit. Tu enim* SALZWEDELI *in ſenio conſtitutus non remiſiſti hactenus, nec ad cygneum uſque cantum remittes quicquam de induſtria & cura quoad legitimam pharmacorum præparationem, multò minus de cultu & favore erga illorum auctores; Et tu* DAUTI *veſtigia diligenter legis Exercitatiſſimi* BANSÆ, *hujúſque Succeſſoris* MÜLLERI *piè defuncti Pharmacopœiorum antèhac eminentium & præclarorum, ut illis te parem oſtendas. Nec paucos* GRASERE *paternarum virtutum ſpargis radios, quin ut totus illis coruſces, elabores ſedulò. In te verò* SPARRI *genitoris tui Pharmacopœi & Chymici experientiſſimi p. m. & vultus viget & animus. Vos autem,* HOLTZAPPELIANI *Hæredes, quod Pharmacopolii Paterni curam habeatis ſolidam faventes gratulamur.* DEUS *Vos omnes & ſingulos diutiſſimè ſervet incolumes.* Francofurti Calend. Auguſti, Anno M. DC. LXVIII.

IOANNES DANIEL HORSTIUS, D.
IOANNES LUDOVICUS Wizel/ D.

*SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,*

# ADOLPHO,

## PRINCIPI NASSOVIÆ,

*COMITI IN CATZENELENBOGEN, Vianden, Dietz, & Holzappel, Domino in Beilſtein, Schaumburg, Laurenberg, & Lülsdorff,*

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

PARVUM SERENISSIME PRINCEPS eſt tributum, quod rivuli mari reddunt, obſequio tamen æſtimandum; Æquè exiguum eſt, quo CELSISSIMO SERENITATIS TVÆ NOMINI Pharmacopœiam hanc humili dedicatione inſcribere audeo, conſpicuâ tamen agnitione clementiæ à tot annis, & indelebili memoriâ, multiplicatum, potiſſimùm autem operis præſtantiâ, quo quicquid Pharmaceutica complectitur, non confuſâ methodo continetur, unde tantoperè à Philiatris expetitum, totieſque brevi tempore fuit recuſum; in quo denuò expoliendo cùm opera mea fuerit requiſita, quæ potui, præſtiti, non ut limam darem cultiorem, ſed anſam poſteritati excitatæ conatus meos perficiendi. Suſcipe ſerenâ fronte publicum hoc devoti cultus teſtimonium, quod in Theatro mundi in ſinum SERENITATIS TVÆ ſubmiſsè depono.: Det Deus integram valetudinem, conſervetque diutiſſimè. *Scribebam Francofurti ad Mœnum, Calendis Septembris, Anno Salutis 1676.*

SERENITATIS TVÆ

*Humillimus & devotiſſimus*

IOAN. LUDOVICUS WITZELIUS, D.
Reip. Francof. Phyſicus Ordinarius.

*REVERENDISSIMO ET SERENISSIMO*

# PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

# AVGVSTO,

## POSTVLATO ADMINISTRATORI,

*ARCHIEPISCOP. MAGDEBVRGENS. PRIMATI Germaniæ, Duci Saxoniæ, Iuliæ, Cliviæ ac Montium, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, ut & Superioris & Inferioris Luſatiæ, Comiti de Marca, Ravensburg & Barby, Dynaſtæ in Ravenſtein &c.*

## DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

SALVTEM ET FELICITATEM!

*REVERENDISSIME, SERENISSIME*

## PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME.

MAGNVS *Sereniſſimi Ducalis Saxonici ſtemmatis ſplendor antiquitatis monumentis celebratus per hujus univerſi theatrum, ubicunque heroicæ emicant virtutis ſcintillulæ, coruſcat, & apud poſteritatem ſibi famæ glorioſæ fulſit æternitatem.*

*Suſpenſa ſæpè ſunt magnarum rerum exordia multis involuta obſcuritatibus ac diuturnâ temporum intercapedine obnubilata.* AVGVSTISSIMA *Proſapia* SAXONICA V. SOLIS *utramque adimplet domum.*

IMPERATORIÆ *ac* REGIÆ *ſtirpis hujus ex magnâ* WITTIKINDEA *familiâ Eminentiam ac ſummam Dignitatem Annales loquuntur. Et ſi quiſquam eſt, cui hoc non conſtet, in ſummâ rerum geſtarum ignorationis caligine verſatur.*

*Pl*[illegible]*ſquam Cimmeriis paganicæ Religionis tenebris diſcuſſis ſingulare Majorum V. in*

*promovendo Chriſtianæ doctrinæ ſincero cultû ſtudium ſummâ conſtantiâ conjunctum non ſuarum tantùm regionum finibus includi potuit, ſed longius etiam provectum ad aliorum etiam regnorum oras ac terminos pervenit, quibus in locis ſeminariis Religionis exſtructis, quaſi munitiſſimis fidei arcibus, & aliis gratioſiſſimis beneficiis immortalia pietatis monumenta poſuerunt.*

*Horum pietatis ingentium Natalium clementiſſimæ munificentiæ acceſſit & heroicæ virtutis prompta & expedita alacritas, ut neque omni virtutis genere in togâ, neque in ſago ſcientia rei militaris aut fortitudine tum animi, tum corporis, aut felicitate aut auctoritate cujuſquam vel ex antiquis illis Romanis, vel aliis exteris Regibus infracta Magnanimitas fuerit anteponenda.*

*Eorum res præclarè geſtas ſi oratione terminare conarer, Chorœbi profectò perſonam induiſſe viderer, qui maris patentis agitationes certo numero includere conatus eſt, adeò non admirationem tantùm, ſed & humanam exſuperant eloquentiam. Nitent adhuc ſub Romanæ Aquilæ cuſtodiâ in Sereniſſimo Nominis ſplendore ceræ veteres. Lucent addicentibus auſpiciis circumdati faſces ob datam fidem & plus quàm Achillei animi præſentiam.*

*Hanc Sereniſſimæ Proſapiæ perexcelſam originem* SERENITAS V. *Pervagatâ orbe Europæo ſuarum magnitudine virtutum æquât, quàm morum ſanctimoniâ & pacis amore conſervat. Heroicas has Naturæ dotes illuſtrat ſtudium immortalitatis ex rectè rerum adminiſtrandarum ratione conjectandum.*

*Per* SERENITATEM V. *miſeris hiſce & perturbatis temporibus afflicta Eccleſiæ membra adhuc foventur, & Evangelicæ Religionis hoſpitium conceditur.*

*Vt à* SOLIS *in medio Planetarum regiam ſibi figentis ſedem continuo motû omnia, quæ à Naturâ quoquo modo fundata ſunt, valeſcunt ac robur acquirunt, &* COR DVX *in homine veluti arce aliquâ firmâ pectore munitum in abrupto circulari Veſtalis illius ſacri ignis, ac influentis Spiritus vitalis motu omnes partes ex æquo vegetat & refocillat. Ita etiam* SERENITAS V. *ſummis atque imis ſubditis per Vlyſſes & Neſtores ſuos nectareos juris & æqui diſtribuit ſuccos.*

*Per* SERENITATEM V. *Litterarum domicilia gymnaſia ac ſcholæ florent, eorúmque Profeſſores & alumni honeſtis ad altiora litterarum & virtutum ſtudia incitantur ſtipendiis.*

*Sub* SERENITATIS V. *Clypeo collegium Medicum noſtrum fauſtis ac felicibus gaudet auſpiciis, nec minus ſubditorum tam inquilinorum, quàm extraneorum ſanitati ut conſulatur, publicas officinas Pharmaceuticas lauto Medicamentorum apparatu inſtructas ſub clementiſſimâ tutelâ conſervat.*

*Ecquis tam facundus & tantâ rerum verborúmque copiâ inſtructus exiſtit, quæ oratio tantæ affluentiæ ubertate decurrens, ut infracti animi magnitudinem, clementiam ac benignitatem* TANTI PRINCIPIS *aut copioſè pro dignitate, aut exactè pro veritate, aut ornatè pro gloriâ exornare poſſit? Non deerunt tamen facundiores, qui* SERENITATEM V. *longè latéque diffuſam elegantiore ſtylo condecorabunt ac ſeris tradent nepotibus. Ego intereà ſacra hæc venerabili ſilentio colo, ac ingenuo ſub pectore heroicas has virtutes potius æſtimo, quàm ut immenſam harum gloriam impari elogio refringam.*

*Magnam* SERENITATIS VESTRÆ *in me clementiam, dum ſervandi* SERENISSIMI DVCALIS *corporis Veſtri. Et* SERENISSIMÆ DVCALIS *Familiæ cum* νῦν ἐν ἁγίοις DOMINO DOMINO GOTOFREDO MOEBIO *per duodecim annorum ſeriem mihi clementiſſimè demandatum fuerat, ſi perpendo*

*non*

*perpendo, non poſſum, quin aliquod devotiſſimæ obſervantiæ publicum ſiſtam monumentum.*

*Hoc igitur quicquid eſt operis,* CLAVEM *ſcilicet meam* SCHROEDERIANAM, AVGVSTISSIME PRINCEPS, PATER PATRIÆ, *ſub benigniſſimâ* SERENITATIS V. *Tutelâ conceptam, do, dico, dedico, conſecro, voto non uno gratiam ejus ac vitam ex humillimo cordis affectu anhelans.*

*Supremus beatæ perennitatis arbiter* DEVS SERENITATEM V. *Cum totâ* SERENISS. DVCALI *Familiâ ad annos ducat Neſtoreos & viribus animi ac corporis ſoſpitei vigentem. Quot annorum numero ſit major, tot fiat vegetior. Quot attingit dies, tot novæ felicitatis experiatur incrementa.* Dabam Hall. Saxon. Pridie Idus Ianuarii Anno M. DC. LXXV.

SERENITATIS V.

*Cliens Humillimus*

FRIDERICUS HOFFMANNUS D.

PRÆFATIO

# PRÆFATIO
# AD LECTOREM

## *LECTORI BENEVOLO S.*

VILIS admodum pretii, LECTOR BENEVOLE, prioribus ſeculis MEDICINA habitu incedebat non minus indecenti, quàm incompto; Benedictus Naturæ Parens, ne ſuæ creaturæ neceſſitatibus defuiſſe videretur licet ubique medicamentorum vires deſtinarit ad Mortalium neceſſitates, iſta tamen non ſtatim in uſum accerſita fuerunt, vel ob rudem eorum incuriam, vel ſupinam negligentiam, uſque dum infirmitates & primigenia noſtræ mortalitatis fomenta ingraveſcerent, afflictâ corporis humani œconomiâ tum demum ſupremâ hoc benignitate conceſſum donum maximi æſtimarunt, ad quod tanquam ad ſacram anchoram Morborum inſultibus obnoxii pro incolumitate ac priſtinâ ſanitate recuperandâ confugerent. Cùm autem Naturæ tunc inclementiâ hoc divinum MEDICINÆ chariſma in profundo adhuc abſtruſum detineretur, ac in imis Naturalis Philoſophiæ penetralibus obliteſceret, ut difficilis, operoſus & moleſtus ad eam pateret aditus, Priores Noſtri à ſenſibus rerum interpretibus ac nunciis ceu propinquioribus omninò notionibus curationum ſuarum duxerunt principia. Quarè omni Artis adminiculo poſthabito primùm ſolæ Experientiæ in juvantium levamine & lædentium noxâ fundatæ totum exhauſerunt curationum latifundium. Impolitam hanc & incultam nulliſque rationum momentis ſtabilitam cognitionem jejunâ ac crudâ ſcientiâ conflata Ars conſectabatur, non ſine ſtupendis in quàm plurimis animis partis erroribus. Hoc veteres illi animadvertentes, ut rerum Medicarum cognitioni aliquantò propius accederent, probabiliora opinionis ſuæ fundamenta excogitando, miro ſanè ingenio externas rerum formas juxtà in ſubſidium vocarunt, multa in his utilia, ſed paulò frigidius & inconditè perſcrutati. Primas igitur plantarum facies accuratis & intentis oculis contemplantes, quæ in iſtis, iis morbis, quibus ſeſe conflictari putarunt, ſimilia experti fuère, ea omnia ad affectus illius, cum quo remedii forma ſimilitudine convenire videbatur, medelam retulerunt, ſummo Autore Rerum per has plantarum externas figuras indigitante, quid huic vel illi morbo remedio eſſet futurum, utpote cui Naturam in germinum fronte opis & remedii iconem inſculpere beneficio ac gratioſo indultu placuerit. His autem externis impreſſionibus ſeu characteribus ſignaturarum Nomen imponere voluerunt, quarum adminiculo ſignata & ex his emanantes operationes manifeſtarentur. Sic plurima flavo colore tincta bili expurgandæ dicata ſtatuerunt, alba pituitæ adſignarunt, nigra atræ bili, quæ rubeo colore prædita hæmorrhagiis accommodarunt, ſi qua vegetabilia aculeis armata Natura produxit, ad laterum & aliarum partium internarum dolores ſedandos Priſci illi, quorum veſtigiis & plurimi Noſtri ſeculi adhuc inſiſtunt, idonea eſſe ſibi perſuaſerunt. Et ſic porrò, ſi quas herbas aliorum Membrorum corporis formam repræſentare viderent, illicò horum etiam Medelam ſub horum involucro abſconditam eſſe ſibi imaginati ſunt. Vnde herbam pulmonariam pulmones repræſentantem Pulmonibus, uvulariam uvulæ faciem gerentem, uvulæ tumoribus, halicacabum veſicæ formam habentem veſicæ etiam affectibus adjudicarunt. Nec ſatis inventionum. Sunt enim præter hæc & alia ſub ſpecie remedii à brutis animantibus mutuata. Hippopotamus Venæ ſectionis uſum docuit. Ibidi Avi ciconiæ haud abſimili Enematum inventionem referunt acceptam. Damæ & cervi Dictamnum venenatis vulneribus ſalutarem oſtenderunt; columbæ verbenam, ciconiæ origanum, rutam muſtelæ, ſerpentes fœniculum, perdices Lauri folia uſu celebria fecerunt. Divinationibus prætereà, caſui, vaticiniis, inſomniis & oraculorum invocatio-

invocationibus non pauca etiam debent Majores Noſtri experimenta, ut ſatis olim in Medicamentorum facultatibus & viribus cognoſcendis ſudatum ſit, necdum tamen ſatis firmum ac ſtabile ex his Medendi fundatum eſt artificium, utpote nullâ ratione ſubactum, ſed fortuitis in tam paganicâ cœcitate concreditum caſibus, horum ſimplicium virtutes nullo multiplicium alterantium circumſtantiarum habito reſpectu eaſdem ſemper energias præſtituras Empiricis ſibi perſuadentibus. Certè quidem, priuſquam ſana Medicina paulatim ætatis adultæ gradus ſcanderet & progreſſu ævi novas eundo vires ſumeret, & creſceret empirico tantùm modo omnes ferè curationes peractæ fuêre, & Empiricorum ſocietas in tam intolerabilem excrevit arrogantiam & ſuperbiam, ut tantum non ſibi totum medendi vendicaret negotium. Longè enim lateque per id tempus Empiria paſſim ſparſa fuit ac diffuſa, eâque quilibet urgente neceſſitate uſus fuit, unde Ægyptii graviter decumbentes, atteſtante Herodoto, ad viarum divortia & publicas vias depoſuerunt, Morbi ideam & remedium à prætereuntibus perſcrutaturi. Horum ſacerdotes, quo Medicamenti genere quis ſanitati eſſet reſtitutus, hoc ſimul Memphis in Hephæſtio Vulcani & Iſidis ſacrario affigebant, prout & Græcorum ſacerdotes ſuas obſervationes in Templorum adytis Apollinis & Æſculapii in Pergamo itidem repoſitas habuerunt, quas ſacerdotes veluti Æſculapii oraculo edocti ægris impertiebantur, nihil enim tunc temporis de Medicinâ litteris conſignatum fuerat, ſed compitalitia & popularis fuit, uſque adeò dum primus Orpheus quædam conſignavit, cujus veſtigiis inhærentes Heſiodus, Muſæus, & Homerus plantas quaſdam uſu celebres fecêre; Habuerunt verò ſimplicem tantùm ac nudam quandam herbarum & earum virium notitiam, quam Chiron centaurus & ab eo edocti heroes acceperant, & nonnulla alia empirica Melampodi, Ariſtæo & Polydæ adſignata. Reliquis autem eodem tempore chirurgia tanquam ſenſibus propinquior præeminebat, quam Podalyrium & Machaonem in bello Trojano exercuiſſe ſuggerit Homerus. Sic pedetentim magnam Veteres torpidâ credulitate ſeducti Medicinæ acceſſionem attuliſſe viſi ſunt, ut diverſæ Medicorum ſectæ indè etiam propullulârint. Principiò Empirica, poſthinc Methodica, & demum Rationalis. Empiricæ Sectæ, quæ potiſſimùm apud Ægyptios floruit, Autor fuit Philinus Cous, vel ut alii volunt Acron ille Agrigentinus, qui circà Hippocratis floruit tempora, quem ſequuti ſunt illuſtres alii, ut Philiſtion, Crito, Theſſalus, Menodotus, Sextus, Serapion Alexandrinus, Glaucias, nec non Apollonius uterque Antiocheni, Heraclides Tarentinus, & inter Latinos Plinius Secundus & Cornelius Celſus, Medicinam facientes ex nudis eventuum obſervationibus & uſu ac experientiâ probatis remediis ſtabilitam, unde hæc ſecta aliis Teretice & Mnemoneutice dicta fuit, rerum rationes reddendas inutiles ſtatuebant, cùm non poſt rationem Medicina, ſed poſt Medicinam ratio ſit inventa. At verò, cùm tam faſtidioſi laboris ac tædioſæ operæ Experientias deſidioſa poſteritas amplius ſufferre nollet, de Methodo aliquâ exornandâ cogitatum fuit, cujus ductu omnem curationis viam tutò ac promptiſſimè ingredi poſſent, hinc Methodici prodierunt, ſuâ quoque peculiari inſigniti ſectâ, cujus Antiſtes fuit Themiſon Laodiceus, hunc ſequutus Theſſalus, qui eò dementiæ venit, ut pollicitus fuerit totam Artem Medicam ſex menſium ſpatio perfectè aliquem edocturum. Hujus paraſtatæ fuêre Trallianus, Dionyſius, Mnaſear, Proclus & Antipater. Hi ſignis diagnoſticis poſthabitis, nec cauſis multùm examinatis in omnium Morborum curatione duo ſemper obſervanda eſſe docuerunt latum ſcilicet & ſtrictum, aſt irrito ac fruſtraneo auſu. Vniverſalibus enim hiſce ſuis hypotheſibus immenſum quantum freti, has ut communes & univerſales ad particulares applicari debere ſecum non penſitantes, evenit, ut, cùm agentia patientibus non ritè applicarent, longè avii à recto curandi tramite evagati ſint. In perancipiti hoc rerum Medicarum ſtatu cùm Experientias homines has præpoſteras & erraticas naturaliter ſcire anhelantes cauſis conſtabilire & confirmare ſemper attentârent, Rationem & ex hâc promanantem Logicam rerum quarumlibet naturis & cauſis perveſtigandis peridoneam applicantes, Rationalis Medicina in lucem ſuſcepta eſt, quæ apud Cnidios, Rhodios, & Coos magni fuit æſtimii, à quibus in Aſiam, Græciam & Perſiam, imò uſquequaque Medici amandati fuêre. Ex Coâ Hippocrates oriundus primus huic ſectæ ſplendorem afflavit, cùm Medicinam Experientiâ ſtabilitam admodum vacillantem animadverteret, Rationem adjecit. Hunc Artaxerxis Longimani tempore viventem centum & aliquot annos ante Ariſtotelem perſanè eſt veriſimile Rerum Naturas indagandi & explicandi certis ac firmis experimentis confirmatum modum à Democrito fuiſſe edoctum, quibus confiſus vulgatam tunc temporis qualitatum primarum elementalium doctrinam, ut Medicinæ aut inſufficientem aut inutilem rejecit, & alia architectonica Naturæ inſtrumenta

menta

menta corporalis Philoſophiæ beneficio inveniens, tam quæ in macro, quàm microcoſmo mutationes occurrunt, accuratiſſimè expoſuit, ut videre eſt Libro de Priſcâ Medicinâ, ubi inquit: Non ſiccum, neque humidum, neque calidum, neque frigidum, neque aliud quicquam ex his putaverunt hominem lædere, neque aliquo horum homini opus eſſe opinati, ſed quod in unoquoque forte & humanâ Naturâ potentius eſt, quodque non poſſit ſuperari, hoc ipſum lædere duxerunt, & hoc auferre quæſiverunt. Fortiſſimum autem eſt inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida acidiſſimum, & in omnibus adeò rebus vigor ipſe ac ſummum. Hæc enim & in homine eſſe viderunt, & hominem lædere. Ineſt enim in homine & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & fluidum, & alia infinita, omnigenas facultates habentia copiámque & robur. Atque hæc quidem mixta ac inter ſe temperata, neque conſpicua ſunt, neque hominem lædunt. Vbi verò quid horum ſecretum fuerit, atque ipſum in ſe ipſo fuerit, tunc & conſpicuum eſt & hominem lædit. Et alibi. Non propter calidum ſimpliciter homines febricitant, ſed eſt amarum & calidum idem, & calidum ac acidum & ſalſum, ac calidum & alia infinita, & rurſus frigidum cum aliis facultatibus conjunctum. Ex quibus patet, ſummum illum Dictatorem concreta naturalia cognoſcendi, illorúmque craſin eruendi meliorem ſuppeditâſſe rationem & modum, Morborum, cauſarúmque morbificarum exactiorem tradidiſſe explicationem, in morborum diagnoſi & prognoſi verſatiſſimum ac judicii acumine toti Medicorum coronæ admirandum. Hanc ſectam ulterius excoluerunt Diocles Cariſtivs, Praxagoras Covs, Herophilus Chalcedonius, Eraſiſtratus Chius, Aſclepias & Alii, uſque dum tempore Pompeii exoleſcere cœperit; Sub Antoninis in priſtinum claritatis gradum GALENVS voluit reſtituere. Hic ſexcentis poſt Hippocratem annis nudis Elementorum qualitatibus à Philoſophis tum temporis introductis, nunquam & à Nemine adhuc vel ullâ apertâ ratione demonſtratis, vel certâ quâdam experientiâ confirmatis, nimium quantum tribuens, Medicam Artem laconicâ brevitate ſcriptam certa in capita redegit, cujus coryphæi aberrantis veſtigiis Arabes ad præcipitia inſiſtentes ſolas elementares qualitates in Naturæ explicatione, morborum cognitione & curatione aſpectantes plus quàm Cimmerias in Medicinam invexerunt tenebras, ut Medicina Noſtra tempore Hippocratis inſtar embryonis fuerit à Divino ſene recens excluſa, ſubtili membrorum adumbratione delineata, quam poſtmodum veluti partum infirmum Galenus lambendo paulo robuſtiorem & perfectiorem reddere voluit, ita ut & poſteris Mauritanis locum reliquerit minimè anguſtum ſuæ etiam ſegetis meſſem in horreum Medicum convehendi, qui tamen tanquam infauſta ſydera & maligna contagia vel multas errorum & abſurditatum Myriades in Medicinâ poſt ſe traxerunt, & ſemper ad ſubſcriptionem proni januam inventionis cauſarum & ſcientiarum obſerârunt. Et ſic Ars Noſtra olim in circulum ire coacta fuit, dum aliæ intereà culmen attigerunt perfectionis, eò quod Artifices præceptores vocat Hippocrates, per iteratas compilationes, quibus priorum conſuunt centones eodem ſemper incedant habitu decenti minus, quàm requirit primus ille Medicinæ Dictator, dum Artis terminos, quos poſuit, promovere jubet induſtrios Filios. Ecquid aliud ſunt complexionum neniæ ac humorum, quàm ingratus cuculi cantus? Non multis enim mortalium quondam curæ cordíque fuit, ut intellectui ab ipſis ſenſibus & experientiâ manuali ordinatâ & benè conditâ via aperiretur & muniretur, ſed omnia vel traditionum caligini vel argumentorum vertigini & turbini, vel caſus & experientiæ vagæ & inconditæ undis & plexibus Labyrintheis permiſſa ſunt; cùm tamen, teſte Senecâ, ab exemplis naturæ petendæ ſint rationes noſtræ, non autem ab argumentis noſtris & experientiis præpoſteris aut erraticis ſubvertendæ naturæ rerum. Natura enim per Naturam explicanda, non verò per rationes evertenda, quæ niſi neceſſitatibus Naturæ conformes ſint, rejiciendæ ſunt. Senſum propter rationem relinquere, imbecillitas quædam intellectus eſt. Vnde Nobiliſſimus Robertus à Boyle in Experiment. circà varias partes Nitri, quin potius, inquit, in ea ſtudia omni cogitatione incumbendum, ut ſi minus in cunctis certè quatenus humana mens aſpirare poſſit, ita ſentiant, ita ſenſus ſuos dicendo explicent homines, quomodo Natura opera ſua reapſe exequi cernitur, nec acquieſcant caſſis notionibus & explicationibus rerum, quæ omnia magis involvunt, quibúſque nullam eſſe ſubjectam ſcientiam facilè deprehendet, paulò qui eſt æquus rerum æſtimator. Inconditam hanc & præpoſteram Naturam explicandi & Morbos curandi rationem à Mauritanis traditam curioſa ingenia cùm amplius æquo animo tolerare non poſſent, antiquam illam Hippocratico-Hermeticam Democriti & Epicuri vel

potius

potius ipſius Hermetis principiis illuſtratam Medicinam reſuſcitarunt, auxiliatrices ſubminiſtrante Naturâ ejúſque æmulâ Arte pyrotechniæ ope manus. Atque in his Primus quaſi glaciem fregit Theophraſtus Paracelſus, Ejúſque Reformator acutiſſimus Johannes Baptiſta van Helmont, Franciſcus Baconus de Verulamio Baro, & quos ſequuntur alia Nobiliſſima Angliæ decora Carteſius, Robertus à Boyle, atque alii ſanioris Philoſophiæ ac Medicinæ cultores, qui Medicinam ac Naturæ ſcientiam melius non ſolùm illuſtrarunt, multis in locis dilatarunt, in aliquibus conſtruxerunt, & melius explicarunt, ſed & plurimis utilibus auxerunt, decoris medicamentis exornarunt, atque adeò hoc ſtudio plura inertia ac deſidioſa Medicorum noſtri ſeculi ingenia à veterno exuſcitarunt, prioribus inventis multum lucis, ſplendoris ac amplitudinis afferentes chymicam pyrotechnicæ Artis beneficio accenderunt facem, Naturam per Naturam non argumentis in mentis conceptibus ſeu phantaſiæ ſomniis aut vanis ludibriis affabrè factis, ſed manuali experientiâ ordinatâ & bene conditâ explicantes, quo factum eſt, ut Noſtra Ars Medica jam locuplete ſcientiæ ſupellectili ſit ditata. Supremus Rerum Diſpenſator non totum ſeſe in veterum codices exhauſit, quia noſtro & futuris ſeculis quædam etiam reſervavit; Nec Antiquorum auctoritas interpellat, Mundi ſenium & grandævitas pro antiquitate verè habenda ſunt teſte Bacono, quæ temporibus noſtris tribui debent, non juniori ætati Mundi, qualis apud antiquos fuit. Illa enim ætas reſpectu noſtri antiqua & major: reſpectu Mundi ipſius nova & minor fuit. Quemadmodum enim major rerum notitia & maturius judicium ab homine ſene expectandum, quàm à juvene propter experientiam, & rerum, quas vidit, audivit, & cogitavit, varietatem & copiam, eodem modo & à Noſtrâ ætate multò majora, quàm à priſcis temporibus expectanda, utpote ætate mundi grandiore & infinitis experimentis & obſervationibus aucta. Doleo à veteribus commendatum & in omnes ſcholas receptum commiſtionis Elementorum luridum errorem, tam ſtupidas abſurditates peperiſſe. Miſerandum quantum hæc laxa nugarum ſomnia mundum hactenus ineſcarint, inanes ac pernicioſas nænias in ſcholarum nundinis pro ſcientiâ Medicâ proſtituerint; Quid a morborum curationibus ab Antiquis peractis expectandum fuerit? quid aliud ſunt quàm ſanguiſuga, alvi emunctoria & in ſterquilinia degenerata? Si examinamus medicamentorum præparationes, uſurpationes, Chemiæ notitiâ deſtituti, & pyrotechniæ laboribus deterriti in vulgaribus ſubſtiterunt; ſi quis igitur ab iſtiuſmodi criminationibus immunis elegantioris & ſanioris Medicinæ rationem ſibi deligere velit, præviis ſcilicet Naturalis ſcientiæ prænotionibus præterquam quod exactiſſimè inſtructus eſſe debeat, quibus naturalium ſubjectorum, quæ in tribus latitant regnis, natura & craſis ſcrutanda proponitur, quid ſit nimirum, quantum in quolibet lateat, quæ ejus actiones, ad quæ aptum ſit; in quâ notitiâ haurienda non quæ ab aliis ſolùm dicta ſunt fidem ſtatim adhibent, quæ res ſine fundamento eſt, & in opinionibus tantùm volvitur, ſed ipſe manum adhibens, Anatomiam, botanicam, & pyrotechniam in ſubſidium vocet & rerum naturalium poteſtates manuali, ordinatâ & benè digeſtâ, non præpoſterâ aut erraticâ Experientiâ eruet, atque ex eâ axiomata conſtituat, & axiomatibus rurſus experimenta nova ſuperinducat, atque hæc Nos demum in hâc Naturæ ſcientiâ ſcire ſibi perſuadeat, quæ dicto modo addiſcimus, quâ tum veteres illi in totum fuêre deſtituti. Præſuppoſitâ dehinc accuratâ Medendi Methodo, quâ vel ablatis noxiis per medicamenta reſolventia, abſterſiva & expulſiva, vel additis deficientibus per confortantia & ſedativa ſanitas indè redit firma ac conſtans, hoc vel maximè expediet, ut præparationes tam ſimplicium quàm compoſitorum medicamentorum ipſe ad manus ſumat & Arte chemicâ elaboret, ſi omnibus numeris abſolutus Medico-Chemicus eſſe velit, ex hâc enim Praxi & αὐτοψία vera naſcitur theoria & ſcientia Medica, cùm tantum ſciamus, quantum operamur. Doctrinam mineralogiæ, & quæ alias & perfectum Naturæ myſtam ſpectant, exinde haurire poſſumus, ſi quæ concretis naturalibus ſalia ac ſulphura ſylveſtria aliæque exoticæ impuritates ac ſcoriæ immerſæ ſunt, per ordinarios proceſſus ſeparare ac ſegregare diſcimus, ut inde efficacia ad corporis humani ſanitatem remedia conficiantur, quo evenit, ut in iſtis Medicus curioſus ac circumſpectus ſpem ac fiduciam ſuam ad morbos expellendos ſalutari cum effectu ponere queat. Quæ cauſa eſt, quòd D. Johann. Albertus Wimpinæus Electoris Bavariæ Archiater de compoſ. Medicam. p. m. 46. ſcribat, cur Nos Medicamenta ipſi conficiamus, multæ ſunt & quidem graves cauſæ, inter quas tres præcipuas enumerare libet. Prima eſt deſiderium in Nobis arcana cognoſcendi, cùm enim Philoſophiam profiteamur, quæ obſcuras rerum cauſas, Naturas & effecta explicat, ac cum quibus res aliqua ſymbolum habeat, aut diſcordet, monſtrat, turpiſſimum fore arbitrati ſumus, ſi aliquid eorum ignoremus, quorum cognitio maximè ad Philoſophiam pertineat. Cujuſmodi ſunt metalla, mineralia, lapides, animalia & cætera pro-

ducta. At ſi quis eſt, qui horum Naturam ſe perſpexiſſe affirmare auſit, ac neſciat, ex quibus & quot rebus iſta conſtent, quòd cùm nunquam cognoſcatur ſine totius in partes eſſentiales analyſi non verbali, ſed reali: hæcq; opera tantùm pyrotechniæ adminiculo perficiantur, patet ipſum Medicum per ignem Naturas rerum explorare debere, ne, ſi aliis credere cogatur, quibus, & qualibus utatur, ignoret, quod ſanè turpiſſimum illi foret, cùm in Medico ab Hippocrate ſcientia deſideretur, opinio verò damnetur. Quibus annuit D. Paulus Renealmus in præfat. ſuarum obſervat. Etſi, inquiens, Medici antiqui ſervos admiſerint in radicibus evellendis, cataplaſmaſi adhibendis, clyſteribus injiciendis, nunquam tamen delectui Medicamentorum aciem intendere, eorúmque compoſitioni manum admovere ſunt dedignati, rapuerunt in ſui admirationem omnium animos. Idem in eâdem præfat. l. c. Dum, inquit, cognitionem medicamentorum, præparationem & adminiſtrationem aliis committimus, nihil in Arte noſtrâ obſervare poſſumus certi, nil præſtare boni, ſiquidem quo tempore Pharmacia à quibuſdam Medicis fuit neglecta, in pejus omnia ruere, invecta pro veris ſuccedanea, tandémque pro ſuccedaneis ea, quæ Pharmacopœi aut eorum ſervi nobis obtendunt ſolo ſervato nomine. Repertis igitur jam veræ Medicinæ epulis, hi oblectantur etiamnum glandibus, qui contrà exiſtimationē ſuam Pharmacopœjæ Medico-Chemicæ ſtudium putant, quaſi ipſis eſſet probroſum & illiberale, cùm tamen, uti jam monuimus, cujuſvis Medici feliciori praxi inde conſulitur, ſi ad Opera Pharmaceutica ipſe manus adhibens Medicamenta propria ſuis ægrotis diſtribuat, atque ſi aliis omnia commiſerit. Vnde ipſe Galenus Libr. VI. Meth. Medend. cap. 2. fateri cogitur, dum ſcribit: Vera methodus poteſt vel nunc etiam poſt tot tantóſque Medicos non ſolùm meliora Medicamenta; quàm prius fuêre, ſed etiam univerſum curationis Modum invenire. Idem Libr. V. l. c. cap. 10. pergit: Ne labora, inquiunt, ſunt enim inventa; Atque haud ſcio, an rectè, aut an omnia: fieri enim poteſt, ut vel ex dexteriorum notâ quædam inventa ſint, potiora inventa non ſint: vel ut, quæ inventa eſſe videantur, etiam ipſa ſint Mala. Idem l. c. Libr. XIV. cap. 17. Qui verò parum ſunt prudentes, ii nihil præterea inveniunt, etiamſi totâ vitâ infinitos Artis effectus conſpexerint. Plurima namque inveniuntur, quæ apud Majores noſtros non fuêre inventa. Vanum igitur eſt credere Medicinæ ſicut & aliarum artium perfectionem eò perveniſſe, ut per tot temporum ac ſeculorum mutationes nihil in eâ immutandum, nihil corrigendum, nihílque addendum aut demendum objiciatur. Abſit, ut credamus, in veterum pectoribus Medicinam fuiſſe conſummatam, quia in abyſſo multiplicata nunquam exhauriri poteſt. Petræus in Noſolog. Hermetic. Hiſce ipſa etiam ſuffragatur Experientia, ſi examinaverimus Antiquorum præparationes nobiliores vegetabilium, animalium, mineralium, videbimus, quàm peſſimè ſint conſtitutæ, in primis in mineralibus ac metallis, adeò, ut abſque ullâ præparatione aut ſeparatione puri ab impuro in uſum Medicum traxerint, ídque non ab infimi ſubſellii ſed Principibus Artis factum eſt. Avicenna libr. 2. tr. 2. cap. 49. Dum de internis Arſenici viribus ſcribit: Datur Arſenicum ad potandum inflatis cum hydromelle, & aſſumitur cum gummi Pini ad tuſſim antiquam & ſputum ſanici & ſanguinis, & quandoque ponitur in pilulis, quæ ſunt ad aſthma. Galenus Arſenicum cum galbano ſuffitu attractum tuſſientibus præſcribit. Et Bæidorpius Medicus CAROLO V. Imperatori hydropico æs uſtum vel ſpumam æris in ſubſtantia ad drachmam unam cum Melle obtulit, cujus uſum licet admodum ſimplicem ac periculoſum, IACCHINUS tamen vel maximè approbat. Cujuſmodi præparationes ex Antimonio, Vitriolo, Mercurio aliíſque metallis & mineralibus paſſim in veterum Medicorum voluminibus ſatis crudè tractatæ occurrunt, quarum ulteriorem enarrationem nec pagina, nec loci ratio, nec temporis anguſtia admittunt. Pro omnibus ſit Thomas Mouffettus in dialogo ſuo Apologetico p. 39. O infelicem, inquiens, Principum conditionem! qui corpora ſua hujuſmodi impuritatibus hoſpitia vel potius ſepulchra præbent. Hiſce igitur ita ſeſe habentibus, quis fruge repertâ glandibus amplius veſci vellet, tam artificioſè à Chemico-Medicis præparatis moderno tempore proſtantibus elegantiſſimis Remediis; In quibus facem primus prætulit Anteſignanus & fidelis hodegeta EXCELLENTISSIMUS DOMINUS IOHANNES SCHROEDERUS in ſuâ PHARMACOPOEIA MEDICO-CHEMICA; Qui in hoc non ſatis laudandus, quod poſteris lampada tradere, & igniculis ſui ſtudii Aliorum animos accendere voluerit, ut Ejus veſtigiis inſiſtentes eadem conſectati ſint, licet hoc tantùm in IPSO deſiderandum, quod utut fuit VIR acutiſſimi judicii, multijugæ eruditionis & Experientiæ, (ut aſſolet,) nimis credulus, fumivendulis multum fidens, non paucis ab his communicatis proceſſibus partim ænigmaticè, partim verò tumultuosè ac incompletè, ut œdipo maximâ ex parte opus habeant, quàm ut ab expertiſſimo etiam Chemico juxtà teno-

rem traditum elaborari poſſent, in hâc PHARMACOPOEIA deſcriptis operam ſuam locare voluerit, quin chartæ, ſibi, & poſteris pepercerit. Hæc commiſſa, quotquot fuerint, indè emanaſſe puto, quòd ex infelicitate ſui temporis talem ſcientiæ Chemicæ facem videre non potuerit, qualem noſtrâ ætate ſumma induſtria inquirendi cultro Chemico interiora corporum latibula prioribus incognita ſuprà laudatorum CL. HELMONTII, BACONI BARONIS de VERULAMIO, ROBERTI à BOYLE & aliorum accendit, ſi huc uſque vixiſſet, nullum dubium, quin ultrò ſuos emendaſſet errores. Hinc evenit, ut à Magnæ auctoritatis & Experientiæ VIRIS, inprimis beato D. D. IOHANNE MICHAELIS octo jam retrò annis, dum adhuc in vivis eſſet, impulſus, præſentem CLAVEM SCROEDERIANAM PHARMACEUTICAM fabricari coactus fuerim, ſeu ANIMADVERSIONES cum ANNOTATIONIBUS in PHARMACOPOEIAM SCHROEDERIANAM, Baconianis, Carteſianis, & Helmontianis Principiis illuſtratam & D. D. IOHANNIS MICHAELIS νῦν ἐν ἁγίοις & aliorum Medicorum Noſtri ſeculi Principum arcanis concinnatam in quâ Medicamentorum ſimplicium tam exoticorum, quàm vernaculorum, & Compoſitorum ex REGNO MINERALI, VEGETABILI, & ANIMALI deſumptorum Natura, origo & genuinæ præparationes cum eorum virtutibus & Uſu demonſtrantur, & declarantur, cum annexo THESAURO PHARMACEUTICO MEDICORUM Noſtri ſeculi Principum. In hâc CLAVE, eâ, quâ potui, brevitate Errata DNI AUTORIS correxi, incompleta ſupplevi, obſcura enucleavi, quæ dubia expoſui, quæque contra Rationem & Experientiam ac potiſſimùm Mechanicam Chemicam occurrunt, emendatis, operoſioribus Medicamentorum compoſitionibus oppugnavi. Hîc, LECTOR BENEVOLE, non parùm certè miraberis, quid cauſæ fuerit, quòd poſthabitâ Veterum Auctoritate FRANCISCUM BACONUM BARONEM de VERULAMIO, CARTESIUM, & HELMONTIUM in ſcenam produxerim, ac illorum Principiis præſentem CLAVEM SCHROEDERIANAM concinnaverim. At deſines mirari, ſi Meus hic qualiſcunque labor Tibi manifeſtum faciet, quàm neceſſaria ſit illi, qui iſtiuſmodi Opus elaborandum ſubire velit, Ars Pyrotechnica, niſi per inſuetas ac cœcas Iatrices-Chemiæ ſemitas ſine duce hinc inde vagans in errores abripi velit abſurdiſſimos, huic dicti HEROES mecum fuêre addictiſſimi, cujus adminiculo purum ab impuro ſeparare, concreta naturalia cultro Chemico dividere, & internos eorum receſſus probè perſcrutari allaborarunt, quo factum, ut curioſa Naturam explicandi per Naturam firmis rationibus & experimentis ordinatis ac digeſtis ſtabilita dogmata in Chemicis tradiderint, iiſque innixi, vulgarem elementarium qualitatum doctrinam rejecerint, & Naturæ Minimorum variè conformatorum corporum compoſitionem ingredientium, indéque ortarum ſenſualium qualitatum, ACIDI ſcilicet & ALKALI, aliarúmque ſpecificarum proprietatum beneficio ex Hippocrate ſummo illo Medicinæ Dictatore Rerum Naturalium eſſentias ac vires expoſuerint. Horum veſtigiis Ego hoc in opere inſiſtens ſanctè unà conteſtor, Me hoc ipſo venerandæ Antiquitati Nuncium non remiſiſſe, ſed Eam, ubi non diſſentanea ſanæ Rationi & Experientiæ deprehendi, dignâ etiam veneratione proſequutum fuiſſe. Nec mihi porrò vitio vertetur, ſi quandoque Recentiorum quorundam Auctoritatem, imprimis, ubi impertinenter nonnunquam falſos proceſſus pro veris venditarunt, non adeò honorificè ſemper ac ubique tractaverim, cùm veritatem omnium auctoritati vel exiſtimationi antehabendam eſſe duxerim. Nam ſi illorum falſæ opinioni diutiùs ſubſcriberemus, Nobis etiam poſteritas labem ſiniſtri judicii & contemptus affricaret. Si tamen & ipſe præter omnem ſpem & expectationem non in omnibus hoc ipſo in Opere veritati, prout deberet, litavero; Et Me aliquid humani paſſum fuiſſe, arbitraberis, cùm in Magnis voluiſſe ſatis ſit. In Proceſſibus DOMINI SCHROEDERI ac aliis traditis chemicis examinandis, quæ impolita expolivi, quæ falſa abjeci, quæ malè tradita ſubverti, quæ mutila, de Meis ſubſtitui, nihil eorum ſubticendo, quæ pyrotechnicæ Artis & praxeos continuatione per aliquot viginti annos fui adſequutus. Omnia verò & ſingula, quantum poſſibile viſum fuit, debitè confirmavi. Nec intereà EXCELLENTISSIMI Dn. D. IOHANNIS MICHAELIS p. m. & Aliorum Medicorum Dom. Dn. GUERNERI ROLFINCKII, D. D. BALTHASARIS GLASSII, D. D. DIETERICI, CL. ZUUELFERI, CL. TACHENII, D. D. TACKII &c. intermortua eſt memoria, qui Me plurimum in hoc opere partim juvarunt, partim ſuis Arcanis hanc CLAVEM Meam collocupletarunt; Exoticorum ac Curioſiorum tam ex Regno minerali, quàm vegetabili & animali deſumptorum hiſtorias ſuis locis accommodatas debeo IOHANNI de LAET, FERDINANDO IMPERATO, FRANCISCO HERNANDETZ, IACOBO BONTIO,

OLAO WORMIO & Aliis quos index infrà deſignabit. Ad THESAVRVM PHARMACEVTICVM Medicorum Noſtri ſeculi Principum anneċtendum ſolicitavit BACONVS BARO de VERVLAMIO MEDICINAS AVTHENTICAS & POSITIVAS deſiderans De Augment. ſcient. Libr. IV. p. m. 107. 108. De cætero, libet hîc cum CL. ZVVELFERI verbis receptui canere; Nil quicquam ME movebunt acerba & ignominioſa Cavillatorum quorundam dicta vel ſcripta, quiſquis enim exactè & intimiùs omnia penſiculaverit, non poterit aliter, quin veritati adſtipuletur, mihíque, qui in omnibus illam ducem ſequor, vel invitus ſuum det calculum. Sigillatim nec ME tangent cavillationes indignantium Nonnullorum Medicorum, qui grande nefas eſſe putabunt, à conceptis ſemel erroribus vel latum unguem recedere, vel Meliora ſequi, quibus tamen imperitiam ſuam palam facient potius, quàm ut Nomini Meo vim tantillam ſint illaturi, quorum injurias & nefandos inſultus ipsâ veritate propugnatrice propulſabo. Intereà de Sanioris Medicinæ Doctoribus Experientiſſimis amplam hanc ſpem concipio, quòd veritatem avidè ſint ſuſcepturi, qui & certò ſibi perſuadeant, Me nil niſi vera tentata & experta huic Operi inſeruiſſe. Hiſce TE, BENEVOLE LECTOR, Divinæ commendo Tutelæ, Me autem Tuo favori ac ſtudiis. Vale. Faxit Divina Clementia, ut omnia cedant in Nominis ſui gloriam, Proximi ſanitatem & Noſtri emolumentum.

*Hall. Saxon. è Noſtro Muſæo Pridie Idus Ianuarii. A. O. S.* M. DC. LXXV.

FRIDERICVS HOFFMANNVS D.

VIRO

*VIRO CLARISSIMO ET EXCELLENTISSIMO*

# D^NO^ IOHANNI SCHRÖDERO,

MEDIC. D. ET REIP. FRANCOFVRTENSIS AD Mœnum Medico ordinario, Cognato ſuo Dilectiſſimo,

# PHARMACOPOEIAM MEDICO-CHYMICAM

Tertium edendi.

*Congratulatur*

IOHANNES BARCEHAVSEN/ I.V.D.
CONSILIARIVS LIPPIACVS.

QVos Patria & Sophiæ ſtudium commune, Schrœdere,
Et Sanguinis cognatio conjunxerat:
Diverſum ſtudium jam ſeparat; & fabricavit
Apollo Te Medicum bonum & Botanicum:
Nam quas herbarum virtutes Theſſalus olim
Chiron ſuo labore magno repperit,
Quaſque Dioſcorides doctiſſimus, Hippocrateſque
Acutus, & Galenus expertiſſimus,
Excoluêre ſuo ſtudio, atque Ægyptius Hermes
Extraxit acriore diligentiâ,
Quaſque Theophraſtus gelidis in Teutonis oris
Reſuſcitavit maximis laboribus,
Hæc, Cognate, tuo complecteris omnia Libro;
Tuaque mentis expolis acumine,
Sed me legiferi ſpacioſa volumina juris
Mea manu Fortuna juſſit volvere.
Hinc almæ miſerum me pacis neſcia turba.
Ferè indies (eheu) vexat, atterit, enecat.
Principium in Excelſis aulis quàm turpiter alter
Me criminatur, atque mox vult perditum:
Alter me laudat, ſcriptis & voce celebrat
Meum laborem, meque ſervatum cupit.
Hæcce ferenda mihi ſors eſt: nam multat utèrque
Pro honore maximo me onere graviſſimo.
Cunctorum tibi conciliat decus atque favorem
Phœbus, ſibique te collocat proximum.
Gratulor ergo Tibi, Phœbi doctiſſima proles,
Et ego meam ſortem feram placidiſſimè,
Atque tuum librum ſi carpet Zoilus ore,
Suo maligno, Tu feras quoque placidè.
Nam cum carpit οιος, non eſt onus hoc, ſed honos eſt,
Et magna res eſt ab optimis laudarier.

---

FOſſile, Planta, Animal, quî ſint adhibenda fugandis
Morbis, faſciculo, Docte Schrœdere, doces,
Namque Metallifera hæc quicquid producit aliique
Quicquid & abſcondit terra benigna, refers.
Atque adeò luces nocteſque laboribus urges,
Tradas quæ populo, quæ bona grata Deo.
Macte ergo, macte ægri perge juvare ſalutem:
Gratus es hinc ægris: gratus es hinc Medicis.

Gratulatur

PETRVS de SPINA, Doct. Phyſ.
Ord. Reip. F.F.

---

AN tandem prodit tua, mi SCHROEDERE, tot annis
Optata à tantis PHARMACOPOEA, viris?
An tandem prodit, qua trux Libitina tenetur,
Quâ leviore Charon cogitur ire rate?
O benè! in humano ſtabulantia corpore monſtra
Nunc digito poterunt liberiore premi.
Nunc quod Arabs Grajus, Galluſque, Iber atque Latinus.
Continet, hoc uni vis tuo ineſſe libro.
Perge Machaoniæ modo ſic prodeſſe paleſtræ.
Æternum nomen Phœbus Apollo dicat.

Cl. Dn. Affini ſuo gratulabundus
deproperabat

LVDOV. von Hörnigk/ V. I. Med.
& Phil. D. ſimulque Com. Pal. Cæſ. &
Phyſ. Ordinar. Francof.

*Excellentiſſimo Viro, Medico Experientiſſimo*

## D. D. IOANNI SCHROEDERO,

Amico & Fautori magno.

*ECce! Machaonias quicunque fideliter artes*
*Exercet, ſtudiis amplificatque ſuis:*
*Ille mihi gemino condignus honore videtur,*
*Laurea cui duplex impediatque caput.*
*Hoc, Schrœdere facis! Noſtram tu perficis artem*
*Uſu, tu Scriptis condecoraſque bonis.*
*Ergo mihi geminis venerandus honoribus exis,*
*Cum duplicique tuus laude triumphus erit.*
*Perge novis partam Scriptis extendere famam!*
*Non amat ignavos gloria magna viros.*
*Præmia ſunt gnavis, & certa laboribus. Hacte,*
*Ut celebri clarus laude ferire, juvent.*
*Fallor? an ut Medicis jam proderit uſibus, auctam*
*Sic reddet famam, quem dabis, ille liber.*
*Egregius labor iſte tuus? Tu dignus es autor,*
*Quem Medicus, quem tunc Pharmacopœus amet.*

Francofurt. in Nundinis Autum. M. DC. XLI.

*Novi & elegantis operis Editionem,*
*cum affectu, congratulabatur*

JOH. PETRUS LOTICHIUS, D. Medicus,
Acad. Marpurg. Prof. P. L.

---

## Encomium Medicinæ Sacrum.

*DEus ipſe, ait Sirachus,*
*Medicum creavit; axe*
*Medicina traxit ortum:*
*Nebuloque non honeſtus*
*Sapienſque temnit illum.*
*Macrocoſmus iſte totus*
*Medicina officina* JOVÆ *eſt;*
*Chymica officina mundi*
*Polydædala officina eſt.*
*Medicina nota* Adamo
*Fuit, idque teſte Moſe;*
*Quia nomina ipſe cunctis*
*Dedit apta rebus, atque*
*Medicum fuiſſe* Moſen,
*Tibi teſtis arbor, à qua*
*Aqua amara facta dulcis.*
*Locus ipſe Mara teſtis.*
*Medicos ſua* Ioſephum
*Habuiſſe conſtat aulæ.*
Salomonidique *Regi.*
*Medicina nota tota*
*Medicina tota nota.*
*Animantia ille cuncta,*
*Vegetabileſque plantas*
*Bene novit, annotavit,*
*Meminitque cuncta ad unguem;*
*Docuitque cuncta ad hilum*
*Medicum fuiſſe* Eliſam
*Sale facta aquæ ſalubres;*
*Colocynthides agreſtes,*
*Colocynthides amaræ*
*Qu dulcuere, Eliſa*
*Tibi teſtis eſt farina.*
*Medicum fuiſſe* Eſaiam
*Palatha illa teſtis; ulcus*
*Quia ſanat Ezechiæ.*
*Medi um fuiſſ* Paulum,
*Tibi teſtis ipſe Paulus;*
*Stomacho hicce languenti*
*Modico mero medetur.*
*Medicum fuiſſe* Lucam,
*Tibi teſtis ipſe Paulus.*
*Genius comes Tobiæ*
*Medicus fuit* Raphaël,
*Oculos Patris Tobiæ*
*Quia felle piſcis ungit.*
*Medicatur atque corde &*
*Fugat hepate Aſmodæum.*
*Nihil honore majus*
*Sacra prodidere quicquam;*
*Nihil hoc honore majus*
*Quoque continent profana:*
*Medicum quod* Iſraëlis
*Vocat ipſe ſe* IEHOVA:
*Medicum quod haudque* IESUS
*Dubitat vocare ſeſe.*
*Nihil hoc honore majus*
*Sacra prodidere quicquam;*
*Nihil hoc honore majus*
*Quoque continent profana.*
*Tibi gra lor proinde,*
*Mihi gaudeo, quod edis*
*Lepidum novum huncce librum,*
*Medicum novum huncce librum,*
*Chymicum novum huncce librum, ô*
*Cerebellulum Minervæ es,*
*Et es oſculum Suadæ,*
*Es Apolliniſque myſta!*
*Tibi gratulor proinde,*
*Mihi gaudeo,* Ioannes.

## EPIGRAMMA AD EUNDEM.

*FOſſilia & Plantas, Animalia denique cuncta*
*Uſu pro Medico digeris & Chymico,*
*Ut ſtudii immenſi eſt infinitique laboris:*
*Sic opus immenſæ hoc utilitatis erit.*

Ita cenſeo, ita auguror

JOANN. SEBASTIANUS BLOSIUS *Phil. & Med. D. Reipubl. Ulmenſ. poliat. & P. P.*

---

## AD EXCELLENTISSIMUM AUTOREM,

Amicum plurimùm Honorandum.

*TROCAHICI.*

*DÆdala Scrutator indefeſſe rerum plurium,*
*Millies formantis ac verſantis actus Scenicos*
*Artis, orbis cui miniſtra: cuncta totus largiter,*
*Morbidis ſalubritatem quo afferas mortalibus:*
*Unicum quem clamat eſſe civium gratiſſimum.*
*Pergamus cum Co, ſuos poſt maximos Antiſtites,*
*Quem ſimul ſuo cupit tenere contubernio*
*Africa gens Maura terra non medentium ultima,*
*Et ſimul ſuo gregi adſcribit Senex Ægyptius,*
*Quemque Teuto, Gallus, Anglus cum Trionis ſeptima*
*Subdito, certante voto, deperibant, Finnone*
*Docte Vir, Schrœdere, quem non tangit incantatio,*
*Seculi*

Seculi abhorrentis illa, Triſmegiſtus quæ ſenex,
Quæ vel accuratior recentium ætas addidit
Spargyrum, eruditiori diſſecandi pharmaca
Arte, macte perge, non de more proletarii
Ordinis medentium, Soli Tharicho, carnibus
Poſt procul menſam abjici juſſis, petentes paſcier,
Et bonam artem qui ligant cum circinationibus
Obſitæ ſubſcudibus rotæ molari polline.
Cumque crateis valiſcis, farri condiſque alveis.
Hoc enim niſu accipis Viri Sophi præconium;
Hoc adempto perſtrepis ceu naufragæ navis leve
Undiquáque apluſtre, cantilena Salgamarium es.

Anton. Boxbarterus, D.
Phyſ. Ord. Ulm.

---

Est locus in pratis, quâ ſe Tithonia Conjux
Mane novo roſeis explicuit radiis.
Atque ubi ſe multum Scarabæa propago recepit
Ludere ad apricum Solis, ab axe jubar.
Luſus erat varius, viridi nec inutilis herbæ,
Quæ ſolet hoc ſemper creſcere multa loco.
Huc etiam horrifero ſeſe Phlegethontis ab Antro,
(Credere quis poſſet?) Turba miniſtra tulit.
Prima hic Gorgoneis Alecto infecta venenis
Venit, Tiſyphone quam comitata fuit.
Tertia non ſegnis venit properantibus alis
Dira Megæra gravi congeminata malo.
Ventoſa incipiunt ſubito crepitacula linguæ
Exerere, & de ſe non niſi magna loqui.
Gloria prima fuit Furiarum, & Gloria ſumma,
De vitiis magnum tollere laudis opus.
Quomodo Myriadas morborum eduxerit Orco
Qualibet, inque homines fuderit omne malum:
Peſtiferam hæc jactat tabem, immedicabile damnum,
Hydropem dirum hæc, horriferamque febrim.
Horriferam febrim, qui morbos ab orbe creato
Corpus in humanum ſævior uſque furit.
His & Eryſipelas, Phagedæna, Elephantiaſiſque.
Atque dyſenteriæ fluxus, & hexis atrox.
Atthritis, raptaque Epilepſia Mentis, & horror
Cordis pleuritis, cœliacuſque dolor.
Cuncta hæc Eumenidum diffuſa è pyxide damna
Humanum incipiunt ſollicitare genus.
Gloria quam vana hæc, jactantiaque improba multos
Strinxerit, inferni lurida turba probant.
Et phlegetontææ gaudent his dotibus undæ:
Gaudete in nihilum gaudia veſtra cadent;
Ille Berillæo tandem miſerabile Tauro
Mugiat, Eumenidum cui fera dona placent.
Tandem ubi jam morbos alios, & plura malorum
Pergebant Furiæ commemorare truces.
Ecce, novus ſubito per apertas ſibilus auras,
Per nemus & virides ſponte ſuſurrat agros.
Anne volucris erat? ſed cur fera cornua frontem
Armabant? Taurus non erat, ales erat.
Num tibi cervinæ ſunt cornua cognita frontis?
Hoc etiam huic cernis cornua acuta modo.
Hoc monſtro viſo, Furias ſtupor omnis habebat,
Corripiunt celerem per nemus omne fugam.
Cervus at elatus naturæ viribus audax,
Cæleſte aggreditur nobilis Artis opus.
Humanæ at conſtent illuſtria commoda vitæ,
Corpus & ut poſſit, menſque valere diu:
Pharmaca componit grata & Medicamina Divis,
Et quibus è Mundo damna fugare queat,
Corporis è latebris Peſtem depellere tentant?
Protinus è venis peſtile virus abit.
Sic age, ſi Schrœdere tibi hinc nomenque decuſque
Creſcit, & æternum famæ ſuperſtes erit.
Et verè inceptis volitare per ora virorum,
Portior & ſtygius pauper inopſque jacet.

Hoc honoris & amoris ergò votum accinit

Iohann. Tilemannus, D. & Med.
Prof. Ord. Marpurg.

---

Ad Doctiſſimum Virum

Dn. IOHANNEM SCHROEDERUM;
Medicinæ Doctorem, fratris filium.

Ingenii profers dotes, oſtendis & artem,
Herbarum Vires tradere quando ſtudes.
Dumque Metallorum naturas ordine tractas,
Abdita quæ multis multa patere facis.
Hinc poterunt rectè varios ſanare dolores,
Hinc herbas morbis rectè adhibere ſcient.
Hoc Agnate modo clariſſime perge, ſequentur
Perdulces fructus, præmia, fama, decus.
Non inhonorus eris non deficiente crumenâ
Aſſiduâ paſſim dote celebris eris.

Georg. Schroederus, Reip. Salis Uffleniana
Conſul, Authoris Patruus.

---

Ex ſcriptis Schrœdere tuis, cùm vidit Apollo
Ingenii dotes, mentis miratus acumen,
Dixit, æternâ jubeo digniſſima cedro;
Quicquid enim occuluêre alii, hoc ipſum omne revelat;
Naturæque aperit mirâ brevitate receſſus,
Concluſumque tenet recto rerum ordine junctim.
Quicquid habent Arabum clariſſima lumina, Crinas,
Almanſor, Meſues, Avicenna, Salemnia, Zocha.
Quicquid & Hippocrates, Mithridates, quicquid & Hermes,
Quicquid & Euclides, quid Chiron, quidque Machaon.
Quicquid & Hartmannus, quicquid Sennertus acutus,
Crollius, ac alii Chymico ſplendore coruſci,
Quorum indefeſſos eſt admirata labores,
Hoc noſtro fœcunda parens Germania ſeclo.
Quicquid habent, inquit, ſparſim, congeſſit in unum,
Atque ſuas Lacheſi leges indagine mentis
Solerti ſanxit, pulsâ formidine fati:
Hac fando, æterno ditavit marmore nomen.
Ergò mihi vivas noſtræ pars altera vitæ
Faucibus ex orci quam tu, Schrœdere, reduxit,
Vive tibique tuis, totumque vireſce per orbem.

Meritæ gratitudinis & amoris monumentum
poſuit Mœno Francofurti

Ioannes Guilielmus Hochſtatt, D.
Phyſ. Ord. ibidem.

*Ad Clariſſimum & Doctiſſimum*

Dn. IOHANNEM SCHROEDERVM, Med. D. præſtantiſſimum, denuò ſuam Pharmacopœiam edentem

*Anagrammata tria.*

I.

Ὁ Ἰωάννης Σχροίδερος.
Ἀναγραμματικῶς:
Δὴν νοῖς χοῖς ἔῤῥωσον.

NAί σε τὸν ἰατρὸν πολυΐδρεια ΣΧΡΟΪΔΕΡΕ, εὖ νῦν
Σοῦ τόδε μαρτυρέει, βίβλιον ἀτρεκέως.
Ἄνθων γὰρ χόρτων καὶ καρπῶν, ἠδὲ μετάλλων
Ἰατροῖς φαίνει φάρμακα πάντα σοφοῖς.
ΔΗ͂Ν ἐν ΝΟΙ͂Σ ἘΡΡΩΣΟ ΧΟΙ͂Σ, ἤδ' ἀτυχεῖ αἰὲν,
Ὅππως ἰᾶσθαι ἀσθενῆ ἄνδρα δύνη.

II.

*Iohannes Schrœderus Vſlenienſis Medicinæ Doctor.*

Ἀνάγρ.

*Chare doctis Medicis, anne venis? Viſn'? odore flores.*

CHARE *vir*, & DOCTIS MEDICIS *celeberrime Doctor*
ANNE VENIS *clarus Martis & artis ope?*
*Mars medicum te coluit quondam? at nobilis ars nunc*
*Te laudis titulo nobiliore beat.*
*Idque opus hoc medicum probat: En* VNVS, *Ne peritè*
*Omnia, quæ Medicis ſunt meditanda viris?*
*Hinc celebris Medicus meritò nunc plaudis & audis,*
*Et ſcripti* FLORES *hujus* ODORE *tui.*

III.

*Iohannes Schrœderus Vſlenianus Medicinæ Doctor.*

Ἀνάγρ.

*En es ſicut roſa odora, nunc in Medica flores: indue.*

EN *de roſis dum ſcribis, atque floribus,*
*Schrœdere Doctor, cæteris,*
ES *Literatis omnibus* SICVT ROSA
ODORA *in horto florido.*
ET NVNC IN *arte* MEDICA *ubique nomine*
FLORES *tuo clariſſimo.*
*Sic perge libros ſcribere, & ſic* INDVE
*Scriptis tuis doctiſſimis*
*Celebre nomen atque talem gloriam,*
*Quæ apud futuros poſteros*
*Florebit & tibi virebit ſplendidè,*
*Dum terra picta gramine*
*Virebit, atque floribus vernalibus*
*Ornabit hortos fertiles.*

IOHANNES LOOFHERVS Florimontanus, Paſtor Vſlenienſis, & Superintendens Generalis in Comitatu Lippiaco F.

HErbis; non verbis, Medicorum eſt, pellere morbos.
*Verbis; non herbis, ſtolidorum eſt, credere corpus*
*Curandum! ergo abeant, procul atque faceſſant,*
Et vetulæ, & lamiæ, & varium genus impoſtorum
Vanidicum, indoctum, quos pro medicamine verba
Protruſiſſe juvat, credo, Cacodæmone fretos,
Aut Erebi furiis comitatos, pellere morbos
Carminibus Circes tentantes, murmure cantus
Theſſalici, orantes Erebonque Hecatenque Chaontaque:
Abſint, longè abſint, procul hinc: procul inde faceſſant!
*Herbis; non verbis curantur corporis artus:*
*Herbis; non verbis fiunt medicamina vitæ:*
*Herbis; non verbis fiunt unguenta ſaluti:*
*Herbis; non verbis redeunt in corpora vires.*
Ergo hinc longè abeant, procul hinc; procul inde faceſſant.
*Verbis; non herbis qui curant corporis artus:*
*Verbis; non herbis quærunt medicamina vitæ:*
*Verbis; non herbis faciunt unguenta ſaluti:*
*Verbis; non herbis reparant in priſtina vires.*
Ergo ſuis ceſſent verbis Medicaſter Apella:
Clamoſus Stentor! ceſſet furioſus Agyrtes!
*Herbis; non verbis cunctis propino ſalutem.*

M. ANTONIVS ITTERVS, Gymnaſ. Francofurt. P. t. Pr. Primarius.

---

*Anagrammatiſmus.*

IOANNES SCHROEDERVS Medicinæ Doctor.

ERIS COVS, SIC ORNANTE DEO In Re Medica.

ALter ERIS *Schrœdere* COVS, SIC *nomina reddunt,*
*Scripta probant* ORNANTE DEO (*quæ gloria major*
*Eſſe poteſt?*) *te* IN RE *Medica. Concertet hirundo*
*Cygno aut hœdus equo, ſi conentur tua ſcripta*
*Rodere* LIVOR *edax, Momuſve aſinus, ſua norint*
*Crimina fœda prius; quid enim concertet hirundo*
*Cygnis, aut facere tremulis forte artubus hœdus*
*Conſimile in curſu poterit quam fortis equi vis?*

Pharmacopœam Medico Chymicam Excellentiſſimi & Experientiſſimi Viri Dn. D. Schrœderi anagrammate hoc extemporaneo condecorare lubens & meritò volui Francof. 8. (18.) Sept. anno 1641.

*BALTHASAR STVTENIVS, Medicus Bilfeld.*

---

NOn nobis ſolùm nati ſumus (optimus inter
*Romanos Cicero monuit) ſed vindicat ortus.*
*Patria mox noſtri partem, partemque Parentes*
*Partem fidus amor quos nobis junxit, Amici.*
*Et velut in terris, quæ progignuntur, ad uſum.*
*Proventum hominum; ſic magnus Conditor orbis*
*Ob genus humanum mortales condidit ipſos,*

*Alter*

Alter ut alterius poſſet relevare labores.
Quò nos ergo parens ducit natura, ſequamur,
Omnibus officiis mutuò prodeſſe, hominúmque
Inter nos homines ſtudium, nunc artibus ipſis,
Nunc operâ, noſtriſque bonis vincere parati.
Hoc monitum obſervans, Clariſſimus arte medendi
Schrœderus, verbis, factis, ſcriptiſque ſaluti
Proſpicit ægrorum: teſtatur id optima praxis,
Teſtatur medicum, quod nobis arte volumen,
Conſcriptum dederat magna: nunc auctius ipſum
Cùm videat lucem, meritò lætamur & illi.
Qui dedit, immenſas pro tanto munere grates
Solvimus, atque ſuam multos producat ad annos
Neſtoris, optamus vitam, quo præmia digna.
Accipiat ſtudio, multumque ſalubria dictans.
Pluribus auxilium præſtet, vel præbeat Orbi
Exemplum, mutuo potius vigiletur ut ægris
Conſenſu, in partes quàm divellamur iniquè.

f.

IOANN. PFAVTZ. D.

---

*Excellentiſſimo Domino*

## FREDERICO HOFFMANNO.

ANnoſa quid non invenit novi dies?
Ætas priori clara ſeculo tulit
Feliciores, mox datura poſteros,
Si qui futuri, non minus celebres ſuis.
Auditu fulgent non prius medicamina,
Miſſis culullis vivitur parco benè,
Et indies meliora meditatur focus.
Hoc fonte derivata mille commoda,
Ceu copiæ cornu, fluunt in publicum.
Tua novit humanos in uſus cogere
Arcana regni gnavitas tricorporis.
Non tuta merces invido ſilentio;
Stellis honorem nominis jungis Tui,
Nobis, magiſque hinc poſteris laudaberis,
Qui ſacra naturæ fideli interprete
Flammâ, vel ipſâ traditâ clavi, doces.

Sic ex animo gratulatur, & ut pluribus artem medicam juvet ac exornet, vovet

GEORG. WOLFFGANGVS WEDELIVS, *D.P.P.*
*Medicus Ducalis Saxonicus, & h.t. Academiæ Salanæ* Rector.

---

I. B!

Fata Hygeæ creſcentis ad Illuſtriſſimum Fredericum Hoffmannum.

VLtima reſpiciens annoſi tempora sêcli.
Diva potens hominum rabidis ſuccurrere morbis
Auxiliante manu, canis veneranda capillis,
Incurvóque gravis Senio, protenſa ſacrati
Sceptra videns regni, numero miranda capaci
Involvi non poſſe ſtupet molimina dextræ.
Vix etenim ſapido mali blandita veneno
Prima Lues primi corruperat ora Parentis,
Thura ſuper ſtructis adolevit Adamus ut aris,
Serpſit & in Natos tantæ contagio Labis
Lethæo proſtrata lacu. Latonia Proles,
Sive roſis cinctum producat ab æquore currum,
Seu medio ſtans forte Polo, ſeu bracchia ſponſæ
Amplecti properans Thetidos; plenóque Diana
Sive ſub orbe nitens, ſeu vertice pulcra bicorni,
Nunc auro, vinóque graves, nunc lacte recenti
Spumantes pateras, humilis libamina cultûs,
Delubro inferri cernunt ſervantis Hygeæ.
Parca ſitæ quondam generi veſtigia noſtro
Explanavit opis famam paritura futuram.
Involviſſe ſuas denſâ caligine gazas
Dixeris Invidiæ, ſic vulnera ſola, vel ictûs
Glutine conſtrinxiſſe docens, fluxúmve cruoris
Siſtere profuſi, plantas vel pulvere crudo,
Vel cocto madidas membris humore revinxit,
Diſſimulans tantæ fontem virtutis avaro
Diva ſinu, quo multa latent arcana ſepulcro.
Non aliter, quàm ſi flavo prægnantia ſucco
Pullis conſultura rapit chelidonia Mater,
Et miſeris viſûs ſacra dona reſarcit hirundo;
Cerva venenatis veluti percuſſa ſagittis
Auxilium quærens herbas hinc inde probatas
Carpit; ut Ibis aquis tumido ſua viſcera roſtro
Intrat, & impactas ſordes ſic evocat alvo;
Aut velut exertâ recludit arundine venas
Depleturus equus, quem vaſtis accola cernit
Fluctibus exiluiſſe maris; ſic priſca vetuſtas
Non aliis, ac his medicos inſtructa Magiſtris
Applicuiſſe modos expers ratione vagata eſt.
Inde ſed in facie Medicina benignior auctâ
Luxit, Agrigentine, Tibi, quem crebra ſonoris
Altiùs evexit primum Experientia pennis.
Hinc ubi Divini celebris ſapientia Coi
Crus aptare novum, Rationis & addere Lumen,
Atque viâ didicit potiori attingere metam,
Atria plus ſolito Divæ patuêre medentis:
Plurima Pergameum prompſiſſe penatibus iſtis
Dogmata, divitibus teſtatur pagina ſcriptis.
Tot, Paracelſe, Tuum Nomen penetralibus extat
Inſculptum cœlis, quot ibi mineralia fulgent,
Nec tibi laudis erit finis, niſi cruda metalli
Corpora dediſcat Medicina reſolvere in uſus.
Aſt quò me veteris rapit admiratio Sécli?
Et noſtrâ taceam Medicis ætate ſuborta
Augmina? queîs faciles concedit priſca feraci
Nugarum celebrata penu Medicina triumphos.
Obice ſemoto occultos Hygiea receſſus
Nunc intrare ſinit; demtóque putamine fructus
Prodiga nos plenis facit aſportare quaſillis
Amplius haud vanis ſpes oblectata recedit
Verborum ampullis, nec inepto ſchemate ludit
Non benè perceptis Nomenclatura figuris:
Quæ noſtris Natura parat compendia clemens
Uſibus, arte potens Podalirius ipſe ſtuperet.
Queîs unita micant Medicinæ ſceptra Matheſi,
Carties ingenioſe, Tui monumenta laboris
Ringat ut infami deluſus in omine Livor,
Arbiter evolvens toties genuina fatetur
Eſſe ſui inſtinctûs oracula dexter Apollo.
Inſcitiæ quondam veteris connatus Aſylum
Nunc Calor expirat, cauſarum interprete functus,
Corporei quo cuncta tono ſtent membra theatri.
Munere conceſſo, Coque credite, cede tot annis,
Spiritus, ecce! novus fermentaturus in omni
Parte tui imperii ſuccis alimenta ſubactis.
Te migrare jubet, rapidáſque repoſcit habenas.
Alcaliſata ſuis acidum abſorbere cavernis,
Et confuſa gravem ſtrepitu committere pugnam,
Quæq; reluctanti coitu emolumenta reſurgant,
Diffuſis hinc inde locis experta revelat

Iuncta

*Juncta Tachenigenæ Batavi ſolertia Sylvi.*
*Portitor umbroſas fertur feriatus ad undas*
*Conſediſſe Charon, rari diſpendia nauli*
*Queſtus, & ultrices planctu trepidante paludes*
*Sollicitâſſe gemens: Furioſa reſurgat Erinnys,*
*Heus, ait, infeſtâ conturbatura mephiti*
*Terras, claro dum conculcamur Hygeæ*
*( ô Dea Tartareis exoſa cohortibus ) aſtu*
*Irrita vota ſenis tacitis deluſit ab aris*
*Semine creta Tuo. Proles Epidauria, Phœbe,*
*Quóque magis tumidis inſurgere fluctibus Ate,*
*Hoc magis Hæc ſtudiis mortalia pectora cœptis,*
*Succeſſus ſpondens magnos, impellere cæpit.*
*En! populi dictis aſſurrexêre frequentes:*
*Accinctis menſam circumſtat Natio cultris*
*Gallica cum Belgis, inventis Anglia felix,*
*Palmámque Oenotriis vix delatura colonis*
*Teutonicæ pars magna plagæ, ſic æmula virtus*
*Preſſius inquirens placidæ cunabula vitæ,*
*Vivificos latices, irrorata vigorem*
*Membra tenent, penitus nunc indagâſſe videtur.*
*Non contenta ſinus luſtrare cadaveris audet*
*Torturâ vivi doctâ penetrare Moloſſi*
*Viſcera, Naturam rimata Induſtria tectam.*
*Æternis Tua fama tholis ſuſpenſa refulget,*
*Sectricis quem templa Deæ, Germane Veſali,*
*Interiora novâ diſcuſſis luce tenebris*
*Italico reſeraſſe ſola, quicunque capeſſunt*
*Ductûs fila Tui, conjunctâ voce loquuntur.*
*Te quoque triſtatam luxiſſe accepimus Artem*
*Præproperam Mortis, Bilſi generoſe, rapinam,*
*Quo duce ſpirantis bruti ſine cæde cruentâ*
*Informandus erat diſcindere pectora Sector.*
*Damnis præventura ſuis rancore putredo*
*Deteſtanda gravi, tumulata cadavera muco*
*Quæ tuitura forent ævis opobalſama longis,*
*Dum proferre ſtudes, noſtro Te ſuſtulit Orbi.*
*Primus in abſtruſo conceptus originis ovo,*
*Concinnóque patent fabricata ſub ordine membra,*
*Materies quæ ſit formandæ debita prolis,*
*Augmina quo capiat ſoboles generanda liquore,*
*Excrementorum quem priſtina ſordibus ætas*
*Indomnem damnat, propius nunc noſcimus auſi*
*Exemplis, Kerkringe, Tuis, Celebriſque Britanni*
*Harvei, ac Horni Batavi, gravidata ſubire,*
*Seu nondum nati dixiſſe cubilia fœtus,*
*Sive Dei placeat ſpectanda theatra potentis.*
*Quæ roris tranſit pretioſa meatibus unda*
*Spermatici, in teretes teſtes, documenta virilis*
*Roboris & ſexûs, quis filamenta redire*
*Conglomerata putet, niſi ſtricto Graſius enſe*
*Quæreret intortas, Iove ſuccurrente, latebras?*
*Non meritum trabeis quondam regalibus Hepar*
*Indutum, nunc ſceptra negat prærepta tueri,*
*Exuviáſque ſuæ faſcéſque Tyrannidis amplos,*
*Seditioſa timens auguſti claſſica Cordis,*
*Difficilémque pati non juſta capiſtra cruorem,*
*Invitum quamvis, tacito deponit in antro.*
*Utre ſub Oeſophagi virtus extracta ciborum,*
*Atque coarctati portis delapſa Pylori,*
*Candidiore nitens Tinctura, bile remixta,*
*Et ſucco, Wirſunge, Tuo prodítque, brevéſque*
*Venas, lactiferos tubulis pede præpete tranſit.*
*Qualis ab æthereo noctem comitata ſerenam*
*Axe perennanti repit via lactea gyro;*
*Ordine ſic fixo mediæ diffuſa per urnam*
*Glandis, quam dubio detexit Aſellius orbi,*
*Conſiſtunt ſucci colanda fluenta chyloſi,*
*Dum, Pecquete, tuo junctim, Diepæe, canali*
*Omnis ad elati cordis penetralia Regis*
*Unda ruat, rubei maſſæ ſocianda cruoris.*
*Intereà jecoris queis partes cura tueri eſt,*
*Depreſſum tumulo tentant exſolvere viſcus,*
*Diviſámque viam ſenſu, rationéque firmâ*
*Fluminis indagâſſe ſtudent, ventura Nepotum,*
*Si non noſtra, ſuis placitis ſuffragia ſpondent.*
*Lympha per exiguas portata in corpore cannas,*
*Cordis & in puteum, ſeu Pontum dicere præſtet,*
*Effundenda Tua, ſi nil, Encomia laudis*
*Sat, Bartholine, domo ſolis divulgat utrâque.*
*Quanta ſit inventi non viſi gloria quondam,*
*Quantus & hinc Medicam propullulet uſus in artem,*
*Climate ſub patrio Celebris Jolivius Anglus,*
*Et quem confinis ſuſtentat Suecia, Rudbeck,*
*Rivales tanti ſatis atteſtantur honoris;*
*Ut taceam, membris hoc nutrimenta liquore*
*Balſamico, quod magne doces Barbate, reſumi.*
*Non Homo contempti perſcrutans otia circi*
*Detecto, quem ſanguis agit per ſecula, circo,*
*Sidere vel quovis Medici fulgentior Orbis,*
*Profectiórque Canum fœlix, Harvee, fuiſti.*
*Te præeunte ſequi curſum, rapidúmque recurſum*
*Vitalis rivi, ſalientis noſcere cauſas*
*Hinc pulſus licuit veras, incendia Veſtæ*
*Æmula quæ lucent lucis. Quid quærimus ultrà,*
*Quo Natura bono venis intexere valvas*
*Conſuevit, dubia hæc claro magè Sole pateſcunt.*
*Nec vobis, Wartbone gravis, præclaréque Steno,*
*Inviſos aliis decurtat Hygea triumphos,*
*Quos humectantis voluit per vaſa ſalivæ*
*Eſſe ſui, haud fruſtrà, non infirma fulcra Lycei.*
*Tu quoque ne noſtrâ maneas indictus avenâ,*
*Vena licet timeat, Gliſſoni, laudibus impar,*
*Viſcida fibroſis ſudans ſubſtantia nervis,*
*Quam non invitâ ductus ratione potitam*
*Arbitrio credis ſani, ſeu corporis ægri,*
*Incitat arentem juſto dictamine juncum.*
*Et quis cuncta putet fatorum inventa novorum*
*Anguſtæ circumſcribi ſub margine chartæ,*
*Aut inconcinnâ cantari ab arundine poſſe?*
*Siccine Naturæ penitus ſubiiſſe receſſus,*
*Ac matris gremio clauſtra amoviſſe benigno,*
*Utile ſicq; manus non ignorare potentis*
*Imperium, non ultima ſors, non ultima laus ſit,*
*Otia mens refugit? Fidis accincta miniſtris*
*Hoſtiles Diva turmas infeſtat Hygea,*
*Cautior ipſa ſuo ſenſu, veterúmque periclis*
*Copiâ Natorum præſenti ætate Medentum.*
*En Tibi, quà putridis fumant Noſodochia morbis;*
*Febribus exuſti capitis deliria ſtrident;*
*Porracei nunc puris odor, nunc lepra; luéſque*
*Gallica, non licitæ Veneris creberrima merces,*
*Et nares, oculóſque ferit; gangrænáque læſis*
*Luxuriat ſcatebris; & mox reſecanda pererrat*
*Crura, manúſque ſtygis ſphacelus deterrima labes;*
*Viſcera ſcorbutus pejus cane rodit & angue;*
*Intorquet curvis artûs chiragra figuris;*
*Atque vel inflati ſuſtentat tympana ventris*
*Aura; vel effuſo lymphæ tumet imbre refertum*
*Abdomen, monſtri quid alens; & Pleura furenti*
*Exagitata ſimul coſtas fervore perurit;*
*Progenies renum tenuem quà ſaxea pelvim*
*Obſtruit; aut ſtimulo veſicam exulcerat acri;*
*Ioti dilaceráque vias inimica vehendi;*
*Conturbata novo Matrix furioſa tumultu*
*Inſurgit; nimio peccant catamenia fluxu;*

*Ex-*

Exanimi vel virgineus ſub ſchemate pallor
Oſtentat vulgus; vomitúque ingeſta refundit
Oeſophagus; fauces ſtrictis angina coarctat
Exitioſa magis laqueis; hypochondria flatus
Turbat, & everſis facit inteſtina relapſas
Motibus invitâ ſordes miſerabilis Ile
Eructare gulâ; ſacco cor ſubſilit udo;
Aſthma vaporoſo pulmonum bronchia claudit
Agmine; tendinibus reſolutis bracchia flaccent,
Officiúmque pedes porrò perferre recuſant;
Languidus & pigris truncus vix oſſibus hæret;
Aut conſternato ruit altum pondere corpus;
Icterus hinc flavo cutis extima ſtercore tingit;
Inde ſacer carnes rubeas depaſcitur ignis;
Nunc vertigo rotans deludit lumina ficto
Caſu; nunc oculis aufert ſuffuſio lucem;
Et quæ ſexcentâ pronaſcitur Hydra palude
Humanum punctura genus, prudentior intrat,
Et lolium Medicus breviori falce recidit.
Tela velut prævisa minus nocitura putantur;
Cognita ſic morbi citiùs Lernæa Mephitis
Deponit virus, noſtrum ornatura triumphum.
Nulla, licet minimi, tranſit contagio fontis,
Cujus in extremum non ſit demiſſa baxathrum
Indicii exquiſita bolis, non plumbea moles.
Volve Merodani, niſi ſit grave, volve Toparchæ
Dogmata, quiſquis aves Medicinam noſcere certam,
Excandeſcentis tibi mox occurret imago
Archei, cauſas turbarum ex ordine pandens;
Aut magè ſi grato ſatiari acumine SylvI,
Excentrata videns corrupta flumina bilis,
Et vappeſcentem, quem fundit glandula, ſuccum
Pancreatis, tantâ dedae ab origine cauſas
Exhibiti vitii; nec multis inde recedunt
Paſſibus, in cœpto quos ducit Regia calle,
Ad ſcrutanda mali validi ſtrigmenta paratos,
Sive velint chymicis tantum ſubſiſtere tranſtris,
Seu conjuncta magis placeat ſapientia Coi.
Nauſea ventriculo ſolo pronata relatu
Multiplicis, quæ corda premit mortalia, damni,
Ad loculos properare jubet potiore refertos
Antidoto: non tam turgentibus iſta cutullis
Semina luxuriant, quàm paucis balſama vitæ.
Abſcondunt lacrumis: ampullas ſpernit Hygea,
Poculáque haud ægris modò deteſtata propinat.
Nobilis evecto quoties Tinctura colore,
Aut ſapidis conſtans guttis Eſſentia ſenſus
Faſcinat, exiguo cunctas fragrantia vires
Momento reficit penetrans, ſcrupóque minuto
Exhibita internam demulcent pharmaca peſtem.
Clinicus inviſo detentus raro grabato
Miratur, nec ſat compendia percipit uſu,
Antequè, quàm valeat ſerpens noviſſe venenum,
Libera percipiens hauſto medicamine membra
Vindicat in ſoliti revaleſcens munera motûs.
Ipſe ſibi ſurgens clyſteres æger adaptat,
Et vulgata Tuo, Græſi, myſteria ſcripto
Percipit, ac grato cineres meletemate laudat,
Funere colligens ereptos orbe citato.
Mortificata quibus reſecare cadavera poſſit
Membrorum, ne pars quondam ſincera trahatur,
Organa prima Tibi debet Medicina, Botalde.
Quo non Artis amor mortalia pectora cogit!
Ereptos nitidæ naſos diſpendia, formæ
Amplius, auriculas cultro feriente reciſas
Non dolet afflicto Patiens perterritus ore,
Italico, tales qui nævos compleat, orbe
Tagliacotius adeſt. Virus cum ſanguine venis
Exhaurire recens, vegetóque replere lacunas
Nectare, labentis fontem renovante ſalutis,
Audet Apollineæ non infima portio gentis.
Quidquod & inciſis docuit medicamina ramis
Mittere quaſſato cordi breviore meatu,
Iámque inſiſſantem (res admiranda!) perunctо
Vertice vermiculum captæ ſubvertere linguæ,
Effigie quali Libitinam Hauptmannus adumbrat,
Cimbrica quo Doctore nitet Kilonia, Major?
Suſceptas quæcunque gravant faſtidia curas,
Quævè repentinis intentant fræna medelis,
Iucundam meditans methodum conamine fauſtò
Submovet, inſultus grano, guttâque feroces
Simplice peſſundans, quos totâ Eraſiſtratus ollâ
Non ſuperare queat, sècli currentis Hygea.
Igne quoad didicit ſtygióve liquore metalla
Solvere, Spiritibus mineras ſpoliare petitis,
Pandere nudatam populis ſine veſte Dianam,
Ac fugitiva ſalis medicis corpuſcula plantis
Pellere conſuevit, quibus alta Wedelius alis
Evectus ſuper aſtra volat, celeberrima famam
Experimenta cui meritis cum plauſibus aptant,
Et mea devoto gratatur carmine Muſa,
Inſidioſa necis pereunt ludibria victa.
In mea non cineres, Michael, ſuffragia, ſumme,
Delaſſabo Tuos, Chymicique oracula LangI,
Nec conſtructa Tuo turbabo tropæa ſepulcro,
Phœbe Thuringiacis, Rolſinck Celeberrime, Athenis.
Ora quid ad veſtros poſſint indocta triumphos?
Eſt locus, impulſu qua buccina crebra canoro,
Quam duci nitido fecit Medicina Metallo,
Fulcra fuiſſe ſonat Vos callidioris Hygeæ.
Altius infirmæ nec pandam carbaſa cymbæ,
Pæonii queis ſceptra virent veneranda ſenatus,
Æquis Chironi junctus Podalirius armis
Efferveſcentes ictúque repercutit amnes.
Roboris ipſa ſibi teſtem legit arbitra fati
Diva brevis, calamúmque Tuis, HOFFMANNE, ſuga-
cem
Laudibus immergens: Medico vix dignior Orbe
Hôc, ait, ut noſtra referat molimina dextra,
Extat, opem certis moderari doctus habenis.
Hunc Ego cùm vidi fauſto ſub ſidere natum,
In mea materno pavi ſolatia lacte,
Sollicitóque caput creſcens amplexa favore,
Conſilio noſtris adytis aſſueſcere feci
Maturo: ſic auctus amor vergentibus annis,
Haud, quæcunque modò gremio lepidiſſima ſervo,
Ignorare ſinit cupidam myſteria mentem.
Victima quanta meas cecidit mactata ſub aras,
Viſceribus cujus cultros intorquet acutos,
Corpora Naturæ digito connexa ſtupendo
Enucleare ſtudens, non neſcia fama loquatur.
Vidimus & noſtrâ ſpatiatum vidimus Hyblâ,
Quà roſeis mixtum dumetis ſpirat amomum,
Mollior & tepidi violis favet aura FavonI;
Nunc maturantes niſum decerpere flores;
Nunc calathis medicos poſitis diſponere fructus;
Carbones aliàs ſublatis tollere plantis;
Radicéſve levi fodiſſe bidente latentes;
Excipere aut pingui ſtillantia gummata trunco;
Aut matutino roris deplere vireta
Munere, vel verno qui ſudant tempore caſis
Stipitibus ſucci, vitreis inferre lagenis.
Exigui ſed quid me ponderis iſta morantur?
Ad Chymicos paulum quoties deflecto caminos,
Segnibus haud umbris unquam impalleſcere furnos,
Sed modò ſub patulis multum gliſcentia prunis

Vitr

*Vitra, modò mediis efferveſcentia arenis*
*Invenio, ut gravidis impura donare catinis*
*Corpora, proximior fumo ſubodoror aborto,*
*Nunc medicamenti, dubii nunc experimenti*
*Materiam* HOFFMANNO *creperis ſubigente favillis,*
*Ac monſtrante, ſibi genuinâ clave patere*
*Artis ſpagyricæ valvas, ac nobile regnum.*
*His dudum docto meritis inclaruit Orbi,*
*Et Paraceiſiaci tripodis cortina profundâ*
*Voce Sacerdotem templi ſignâſſe ſilentis*
*Viſa eſt* HOFFMANNVM, *plauſumq́; remiſerat Echo.*
*Cunctantes aliò fex abripit improba greſſus:*
*Pugnacem vid o Lethæis bracchia morbis*
*Conſerere, ut ſpoliis hinc inde redire ſuperbum.*
*Sit furioſa lues, incerto ſyrmate noxæ*
*Ludat, & occulto præcordia ſtrangulet aſtu;*
*Fallat ut* HOFFMANNI *prognoſtica cauta ſagacis,*
*Nulla poteſt tectis adeò reptare latebris.*
*Quos tibi bis denis Cives ſervaveris annis*
*Indigenas mortiſque metu, vincliſque redemtos,*
*Saxonicis quæ mite caput celebratior effers*
*Vrbibus Hala nitens, undis opulenta ſalinis,*
*Nec circumſtrati tantummodo copia Pagi,*
*Diſſita verùm etiam non unâ Leucade turba,*
*Ni veſtris numerus tranſcendat viribus impar,*
*Enumerate. Iovem Lapidem non impia juro,*
*Praxeos auſpiciis primordia cœpta benignis,*
*Iudiciique comes divini provida rerum*
*Cura gerendarum variiſque ſcientia nata*
*Caſibus effectu celeri medicamina tuta,*
*Nauſea queis refugit teneris inimica palatis,*
*Pharmaca Principibus quo non vulgaria ferret*
*Invalidis, Medici ſubvexit honore Ducalis.*
*Hinc quoque nervoſis* HOFFMANNVS *commoda ſcriptis*
*Publica ſuſtinuit, nec adhuc ea cura quieſcit.*
*Cætera ſi taceam, deroſos hoc ſapit ungues,*
*Quò triplicis regni juſtâ ſubjecta ſtaterâ*
*Qualibet expendit, tetris purgatáque mendis,*
*Acceſſúſque novi limâ producit adaucta.*
*Haud falſò* CLAVIS *Medicinæ dicenda, tabernæ*
*Pagina, miſturas vario ſub ſchemate pulcras,*
*Ignotáſque prius recludens divite ciſtâ.*
*Sic, ut multa brevi complectar commate, longas*
*Ambages ſuperans,* HOFFMANNI *Gloria, Myſtis*
*Parte quotâ noſtris prudentior obtigit ætas,*
*Quámque meæ cenſus niteat perfectior artis,*
*Stamina verborum rumpam licet, ipſa revelat.*
*Dixit, & admiſſas ſe mox abſcondit in auras.*
*Aſt ego, cui tanti datur Indulgentia fati*
*Aſpicienda, Tuis cùm non niſi carmine vili*
*Debita ferre queam juſti Hymiamata cultûs,*
*Sidus Apollineum, ô* HOFFMANNE, *laboribus, ampli*
*Et nunc, & quondam ſuſceptum grator honoris*
*Pondus, & aſcenſu, voveo, tranſcendat Olympum.*
*Non opus, ut vanis, inſulſo pegmate, colis*
*Hoc opus extollam, quo nunc clareſcere pergis:*
*Iudicio vix multa meo tribuenda videntur.*
*De methodo tamen ut nuper ſenſiſſe medendi*
*Doctores memini: ſic & quotacunque legendæ*
*Incumbet* CLAVI *regio, recluſa videbit*
*Clauſtra, nec obſcuræ faciem cognoſcet Hygea,*
*Et multum ſtudio ſe profeciſſe docebit!*

Exaſciatiſſimi Operis editionem Excellent.
Dn. Autori gratulaturus l. mq; ſcripſi

*IOHANNES* Burg/ *Vratiſlavienſis Sileſius.*

CHARA-

# CHARACTERES,

## QVI IN PHARMACOPOEIA MEDICO-Chymica occurrunt.

| | |
|---|---|
| *ACETUM.* | 🜊 |
| *Acetum deſtillatum.* | ✳ |
| *Æs uſtum.* | ♀ |
| *Alembicus.* | XX |
| *Alumen.* | O |
| *Amphora.* | ∺ |
| *Amalgama.* | āāā |
| *Ana.* | ā an. |
| *Antimonium.* | ♁ |
| *Aqua.* | ▽ |
| *Aqua fortis.* | 🜅 |
| *Aqua Regia, Stygia.* | 🜆 |
| *Arcitenens.* | ♐ |
| *Arena.* | ∴ |
| *Argentum.* | ☾ |
| *Argentum Vivum.* | ☿ |
| *Aries.* | ♈ |
| *Arſenicum.* | 🜺 |
| *Auripigmentum.* | ⚯ |
| *Aurum.* | ☉ |
| *Balneum.* | B. |
| *Balneum Mariæ, ſ. Maris.* | MB |
| *Balneum Vaporis, ſ. Roris.* | VB |
| *Calx.* | C. |
| *Calx viva.* | Ψ |
| *Cancer.* | ♋ |
| *Caper.* | ♑ |
| *Caput mortuum.* | 🝎 |
| *Chalybs.* | ♂ |
| *Cineres.* | 🝗 |
| *Cinnabaris.* | 🜍 |
| *Cornu Cervi.* | C.C. |
| *Crucibulum.* | ✢ |
| *Cuprum.* | ♀ |
| *Deſtillare.* | -♀ |
| *Dies.* | 🝯 |
| *Drachma.* | ʒ |
| *Ferrum.* | ♂ |
| *Gemini.* | ♊ |
| *Hora.* | 🝮 |
| *Ignis.* | △ |
| *Iupiter.* | ♃ |
| *Leo.* | ♌ |
| *Libra.* | ♎ |
| *Libr.* | ℔. |
| *Luna.* | ☾ |
| *Mars.* | ♂ |
| *Martis limatura.* | ꝗ |
| *Mercurius.* | ☿ |
| *Mercurius ſublimatus.* | ☿♎ |
| *Mercurius præcipitatus.* | ☿⫪ |
| *Menſis.* | ⊠ |
| *Nitrum.* | ⦶ |
| *Oleum.* | ꝏ |
| *Oppoſitio.* | ☍ |
| *Piſcis.* | ♓ |
| *Plumbum.* | ♄ |
| *Pulvis.* | ♁ |
| *Præcipitare.* | ⫪ |
| *Quadratus.* | □ |
| *Quinta Eſſentia.* | Q.E. |
| *Retorta.* | 🝭 |
| *Sal Armoniacum.* | ✳ |
| *Sal commune.* | ⊖ |
| *Sal Gemmæ.* | ♉ |
| *Sal Nitrum.* | ⦶ |
| *Saturnus.* | ♄ |
| *Scorpius.* | ♏ |
| *Scrupulus.* | ℈ |
| *Semis.* | ß |
| *Sextilis.* | ⚹ |
| *Sigillare Hermeticè.* | S.H. |
| *Sol.* | ☉ |
| *Spiritus.* | ♎ Sp. |
| *Spiritus Vini.* | 🜈 |
| *Stannum.* | ♃ |
| *Stratum ſuperſtratum.* | S.S.S. |
| *Sublimare.* | ♎ |
| *Talcum.* | X |
| *Taurus.* | ♉ |
| *Trigonus.* | △ |
| *Venus.* | ♀ |
| *Vinum.* | V. |
| *Virgo.* | ♍ |
| *Virid. Æris.* | ⊕ |
| *Vitriolum.* | 🜖 |
| *Vitrum.* | X.X. |
| *Uncia.* | ℥ |
| *Urina.* | ⊡ |

¶ SYNOPSIS

# SYNOPSIS PHARMACOPŒIÆ MEDICO-CHYMICÆ.

*Pharmacopœia Medico-Chymica* habet libros 5. Quorum
- 1. *Iſagoge.* Agit de Rebus medicamentalibus in genere.
- 2. *Officina.* R. Medicamentalium Claſſes officinales exhibet.
- 3. *Mineralogia.* de Mineralibus tractat.
- 4. *Phytologia.* de Vegetabilibus.
- 5. *Zoologia.* de Animalibus.

## *Liber Primus de Iſagoge.*

*Iſagoge* exhibet generaliter Pharmac.
- *Objectum* quod *Res medicamentalis* tum
  - C. 2. *Nativa.* Acetum, Acini, Adeps, Alabaſtri, Anthera, Apices, Aqua, Arbor, Aroma, Arilli, Axungia, Bacca, Bitumen, Cacumen, Calyx, &c.
  - 3. *Præparata.* Aceta, Alcohol, Amalgama, Amuletum, Anacollema, Apozema, Apophlegmatiſmus, Aq. deſtill. Arcanum, Bacilli, Balani, Balneum, Balſamus, Bolus, Calx. &c.
- *Modum tractandi*, qui eſt *I. Conſtitutio. II. Vſurpatio. III. Signatio.*

1. *Conſtitutionis* membra ſunt
- 1. *Productio.*
  - *Nativa* 4. *Species:* Generatio, quaſi Generatio, q. Nutritio.
  - Cujus *Circumſtantiæ*
    - 5. *Principia Eſſentialia:* Spiritus, Corpus, Vita.
    - 6. Efficiens.
      - 2. *Intern. Natura Vniverſalis & Particularis*, id eſt, innata inclinatio & facultas emergendi.
      - 7. *Extern.*
        - *Primaria.* Natura operatrix.
        - *Secundaria* ſcilicet media ad productionem facientia: in his excellunt Qualitates ſeu Facultates
          - *Elementales.* cal. frig. hum. ſiccit.
          - 8. *Salinæ.*
          - 9. *Peculiares* proprietates, ſcilicet Sympathiæ & Antipathiæ.
            - *Univerſalioris* in quibus excellunt Influentiæ
              - Planetarum,
              - Aſteriſmorum.
            - 10. *Particulares.*
    - 11. 3. *Materia:* Semen & Nutrimentum.
    - 12. 4. *Tempus.*
    - 13. 5 *Locus, Terra & Aqua.*
  - *Artificialis* cujus
    - 14. *Species.* Acuere, amalgamare, calcinare, candiſare, cementare, &c.
    - Circumſtantiæ
      - 1. 15. *Principia Chymica.* ⊖. Sulph. ☿. ▽. & 🝎.
      - 2. 16. *Effic.*
        - *Interna.* Materiæ aptitudo & facultas operativa.
        - 17. *Externa.*
          - *Primaria* Pharmacopœus
          - *Secundaria*
            - *Qualitates*
              - *Elementales.* Calor
              - 18. *Salinæ.*
            - 19. *Inſtrumenta*, ad quæ & Fornax. 20.
      - 3. 21. *Mat.*
      - 4. 22. *Tempus & Locus.*
- 2. *Collectio.*
- 3. *Aſſervatio.*

2. *Collectio*

- 2. *Collectio-nis.* c. 23.
  - c. 24. *Tem-pus* ſumitur à
    - Rei colligendæ *aptitudine* idque ratione
      - Ætatis.
      - Turgeſcentiæ periodicæ.
    - *Conſtitutione* Macrocoſmica ſecundùm
      - *Qualitates Elementares*, ſic optimum colligendi tempus.
        - 1. Moderatè frigidum & ſiccum: ſerenum.
        - 2. Balſamicum.
        - 3. Lunæ decreſcentis.
        - 4. Matutinum.
        - 5. Autumnale.
      - *Influentias*, ſic optimum collig. tempus. c. 25.
        - 1. Fortificatum fortitudinibus Planetæ ſymphatici vel hujus amici ☉is aut ☾æ.
        - 2. Fortific. fortitudine ſigni Zodiaci, quod præeſt membro medicando.
  - *Modus colligendi* qui
    - *Tractio* ſurſum deorſumve.
    - *Situs* colligentis ad Meridiem, Orientem, Septentrion. &c. c. 26.

- 3. *Aſſervationis.* c. 27.
  - Tempus ſumitur à *Duratione*: Hinc res ne ultra terminum durationis aſſerventur.
  - *Locus* qui c. 28.
    - *in genere* ratione
      - Domicilii
      - Conclavis.
      - eligatur purus, ſublimis, ſiccus, pervius, ſpectans Septentrionem vel Meridiem, &c.
    - *in ſpecie* ratione vaſorum. Hæc adhibentor pro rei exigentia, ut faciant ad rei integritatem tuendam.
  - *Modus adapt.* c. 29. Hinc Res aſſervatur ut corruptio quantum poteſt arceatur.

- *II. Uſurpationis* c. 30. circumſtantiæ ſunt,
  - *Vires.* Sic Medic. eſt Aſtringens. Adur. Alexiter. &c.
  - *Modus Utendi* c. 31.
    - *Intern.* Fit potando, lingendo, maſticando, deglutiendo.
    - *Extern.* Fit inungendo, emplaſſando, catapl. irrigando, lavando vel ſimplici impoſitione fovendo.
  - *Formulæ.* c. 32.
    - *Intern.*
      - Liquidiores, Apoz. Emulſ. infuſ. Iulap. Potiones.
      - Paulo craſſiores: Syrupi. Eclegm. Elect. Boli.
      - Solidiores, Troch. Pulv. Rotul. Morſul. Pilulæ, &c.
    - *Extern.*
      - *Liquid.* ▽. ℴ℘. Epith. Clyſter.
      - *Craſſ.* Linimenta (Balſami) Unguenta.
      - *Durior.* Cerota. Empl. catapl. ſacculi, &c.
  - *Doſ.* c. 33.
    - Alterantium.
    - Purgantium.

- *III. Signationis.* c. 34.
  - *Fontes ſcil.*
    - *Inhærentia*
    - *Antecedent.*
    - *Conſequent.*
    - eaque conſiderata.
      - *Simpliciter* & ſunt
        - *Inhær.*
          - *Qualitates ſenſibiles, & Figura.*
          - *Ætas.*
          - *Sexus* c. 35.
        - *Antec.* 1. *Agens.* 2. *Object.* 3. *Actio.* 4. *Locus.* 5. *Tempus.* c. 36.
        - *Conſeq.* 1. *Nom.* 2. *Teſtimon.* 3. *Effect. ſ. Actiones. Experientia.* c. 37.
      - *Comparativè* & eſt *Similitudo* rerum.
  - *Applicatio* cap. 38. ad inveſtig. Rer. Medic.
    - *Bonitatem.* Hinc Res bonæ cenſentur quarum ſapor, odor, color, craſſities, tenuitas, ſoliditas, durities, mollities, gravitas, levitas, &c. ſin. ſeſe habent: quarumque productio, collectio, aſſervatio rite peracta eſt.
    - *Vires.*
      - *Manifeſtiores.* c. 39.
      - *Occultiores.* c. 40.

# LIBER SECUNDUS

# DE OFFICINA.

*Officinalia ſunt tum Nativa, tum Præparata.*

## NATIVA SVNT.

1. *Mineral.* c. 2. *Terra.* 3. *Aqua.* 4. *Lapides.* 5. *Metalla.* 6. *Salia.* 7. *Sulphurea.*

2. *Vegetabil.* 8. *Aromata.* 9. *Cortices.* 10. *Flores.* 11. *Folia ſ. Herbæ.* 12. *Fructus.* 13. *Fungi.* 14. *Ligna & Viſca.* 15. *Radices.* 16. *Semina.* 17. *Succi.* 18. *Olea & Balſama.* 19. *Reſina.* 20. *Gummi-Reſinæ.* 21. *Gummata.*

3. *Animal.* 22. *Animalia Integra.* 23. *Partes carnoſæ.* 24. *Membranoſæ.* 25. *Cornua.* 26. *Oſſa.* 27. *Cruſtacea ſ. Teſtacea.* 28. *Lapilli.* 29. *Lac & Serum.* 30. *Fella.* 31. *Medullæ.* 32. *Pinguedines.* 33. *Sanguis.* 34. *Seva.* 35. *Stercora & Urina.* 36. *Vngues & coagula.*

## PRÆPARATA.

37. *Aceta.* 1. Agreſtin. 2. Alexicac. 3. Bezoardic. *aliud.* 4. Confortans. *Febrifugum.* 5. Prophylactic. *pro rabidi canis morſu.* 6. Rutac.

38. *Aquæ ſtill.* *Simplic.*
*Compoſ. Contra Abortum.* 1. Anhalt. *Angelicæ compoſita.* 2. Aperitiv. 3. 4. Apoplect. *alia.* 5. Aſthmatic. 6. Bezoardic. *alia D. Charaz. alia Londin.* 7. Carbunculi. 8. ad Catarrhos. 9. Carminativ. *Aqua ſeu Spirit. Caſtorei.* 10. 11. Cephal. *Caleſtis.* 12. Ophthal. 13. Cord. H. S. 14. Frig. ejuſd. 15. Reſtaur. P. de Spina. 16. 17. 18. Coſmetic. *Coſmetica Columborum alia.* 19. Damaſcen. 20. 21. Diuretica. *Alia D. d'Aquin. alia D. Charaz. Epidemia Londinenſis.* 22. Antidyſenter. 23. Febrif. *Febrifuga ad Quartanarios. Gilberti.* 24. ad gutturis affec. 25. 26. Anti-hect. 27. 28. Hyſter. *Hyſterica alia.* 29. Imperial. *Iuglandium compoſita.* 30. Lavend. *Aqua ſeu Spiritus Lavendulæ compoſitus. Laxativa efficax. Limacum magiſtr. Aqua & Spiritus Lumbricorum magiſtralis.* 31. Magnanimit. *Mirabilis. Mariæ.* 32. Nephrit. *Antinephritica correcta. Odorata egregia. Ophthalmica. Antiparalytica. Papaveris compoſita.* 33. Philoſoph. 34. 35. Pectoral. 36. Picar. *ad ſedandos dolores Podagricos. Petaſitidis compoſita. Pæoniæ compoſita. Raphani compoſita.* 37. Salv. 38. Antiſcorb. *Scordii compoſita. Doctoris Stephani.* 39. Anti-ſpaſm. 40. Splenet. 41. contra Terror. 42. 43. Theriacal. *alia ex D. Charaz. Theriacalis, Cordialis, Bezoartica alia. Theriacalis Sudorifera, alia Londinenſis. Protheriacalis. Terebinthinata.* 44. de Trib. 45. Triſtantis. 46. 47. Vitæ Mulier. *Vitæ regia. Vitæ Hibernis popularis.* 48. Virtutum. 49. 50. Vomitiva.

39. *Aq. mixt.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. Ophthalmic. *alia D. d'Aquin. alia è floribus Cichorii. alia D. Willii.* 7. Perlar. 8. Lac. virg. 9. Cauſtica. 10. 11. Antipodagr. *Styptica D. la Faveur. alia ejuſdem, alia D. l'Emery, alia D. Webes.*

40. *Bal-*

40. *Balſami* odorifer. 1. 2. Apopleƈt. 3. Bezo. peſtil. *Vulnerarius, alius. Hypnoticus. Pro Puerulis dentientibus. Stomachicus. Uterinus, pro manibus. Balſamina. Lucatelli. Polychreſtus. Vulnerarius alius.*

41. *Balſam.* deſtill. 1. 2. B. vitæ 3. nervinus. 4. Anti-arthritic. *alius.* 5. Antiparalitic. 6. Muneme Cephalic. 7. Saponis.

42. *Boli.*

43. *Calces.*

44. *Cataplaſm.* 1. Reſolut. 2. cont. Cruorem. 3. Laxat. 4. de nido hirund. 5. Antifebril. 6. Anacollem. front. 7. Sinapiſm. 8. veſicator. *Cataplaſma ad Enterocelem ad Carbunculos, pro Canis rabidi morſu.*

45. *Clyſteres.*

46. *Condit.*

47. *Confection.*

48. *Conſerv.*

49. *Decoƈt.* 1. Alterans. 2. ☿iale. 3. Epatic. 4. Epatis vituli. 5. Hyſteric. 6. Majal. 7. Purgans. 8. Splenis bovis. Laxativum. *Decoƈtum Traumaticum Londin. Vlnerarium Quercetani.*

50. *Eclegm. ſive Lohoch.* 1. de Caſſia. 2. Paſſulatum.

51. *Electuar.*
- *Alter.* 1. Pſeudo-acori. 2. alexiph. 3. de Cicon. 4. de allio. *Electuarium ſeu Antidotus analeptica.* 5. Camphor. 6. 7. Chalyb. 8. Corrob. 9. Cordial. 10. de Croco. 11. Diaphoret. 12. Hyſter. 13. Orvietan. 14. Nucum. 15. contra Phthyſin. *pro Phthyſi incipiente. Pectorale.* 16. Podagric. 17. Regum. 18. Scorbutic. *Diaſcordium Fr. Sylvii. Diaſpermaton. Theriaca Londinenſis.*
- *Purg.* 1. Diaſat. Fern. 2. ☿ ale. 3. de Tamarind. *de Caſſia. Cholagogum Fr. Sylvii. Hydragogum ejuſdem.*

52. *Elyxir.* 1. Alliar. 2. Citri. 3. Camphoræ. *Cephalicum.* 4. Hyſter. & Antepilept. *Aliud Hoffm.* 5. 6. 7. Antepilept. 8. Peſtilential. *Antihypochondriacum, Spleneticum, Hepaticum, Antiſcorbuticum.* 9. Nephritic. *Aliud.* 10. Proprietat. 11. Syncoptic. 12. Uterin. *Aliud Hoffm.* 13. 14. Vitæ. *Uterinum aliud.*

53. *Emplaſtr.* 1. Arthrit. *aliud Regis Caſimiri, aliud cujuſdam Regis Daniæ, aliud. Carminans Fr. Sylvii. Cæſaris Londin. Catagmaticum Londin.* 2. Cephal. *de Cinnabari Londin. è Creta Londin. è Cymino Londin. Emplaſtrum Flos Unguentorum dictum Londin.* 3. Diaphor. 4. Febrif. 5. ad Fontic. *ad Ganglia, aliud ad idem.* 6. Gummat. 7. ad Hern. *contra Herniam Carnoſam.* 8. Magnetic. *de Marcaſſita. Miraculoſum.* μητροφοροπτάτικον *Londin.* 9. Mundificat. 10. (Norimberg.) 11. Oppodeld. *ad equini pedis punctionem. Sine pari Londin. de Sandyce Londin.* 12. Saturn. *ad Scrophulas. Sicyonium Londin.* 13. ad Scyrrh. 14. 15. Splen. *de Cicuta Spleneticum alterius compoſitionis* cum cerat. ςεφανιαῖον *Londin.* 16. Stiƈtic. 17. Diaſulph. 18. de Tacamahac. 19. ad Tophos. 20. veſicator. 21. Dropac.

54. *Emulſion. Antiepileptica. Purgans. Antipleuritica, expellens in Variolis. Diuretica & Nephritica. Hypnotica in febribus ardentibus ad Gonorrhæam. Externa in dolore capitis.*

55. *Errhina.* 1. Cratonis. 2. Montan. 3. Cloſſæi. 4. de Spina.

56. *Epithemata.* 1. Cordial. 2. Epatic. 3. Febrile. *in dolore capitis, ad Hæmorrhagias. Cordiale calidum. Sacculus ad pulſus. Epithema in Menſibus immodicis.*

57. *Extract.*
- *Alterant.* 1. Bezoard. 2. Chalybeat. *Compendioſius Hoffman. Antifebrile Zvvelf.* 3. Hyſter. 4. Matrical. *Extractum Opiatum Langelotti.* 5. 6. Peſtilent. 7. Pulmon. 8. Satyrii. 9. Theriacæ. 10. Ther. benediƈt. 11. Ther. cœleſt. 12. Uterin.
- *Purgant.* 1. Benediƈt. 2. 3. 4. Colchica. 5. 6. Panchymag. *Extractum ſeu Chyliſma Catholicum & Holagogum Rolf. Hellebori ſeu Arcanum Ellebori purgans Fabri.*

58. *Farinæ.*

59. *Feculæ.*

60. *Flores.*

61. *Gargariſmi.* Diaclyſmata. Dentifricia.

62. *Gelatinæ. Cydoniorum ſeu Diacydonium pellucidum purgans.* Zvvelf.

63. *Infuſiones.* 1. Vina. 2. arthrit. 3. Cephalico-ſplenet. 4. matricale. 5. purgans. 6. Sanƈtum. Hippocrat. claret. laxat. 8. Hippocrat. ☿iale. *Aloëticum Prophylacticum Diemerbroëckii. Chalybeatum Donzelli. Hippocratic. Laxativ. Zvvelf.*

64. *Iulebi.* Moreti. 1. pro ditioribus, 2. pro pauperibus.

65. *Lapides.* 1. Corroſiv. 2. O-Clis. 3. 4. 5. 6. ſalutis. 7. Mirabilis. 8. rubeus.

66. *Liquores.* Liquor lithontripticus & ad ulcera.

67. *Magiſteria.*

68. *Maſticatoria.*

69. *Morſelli.* 1. de Citro. (de Confeƈt. Alckerm.) 2. Peƈtoral. 3. Diacryd. lax. 4. Mechoac. Rotulæ. peƈtoral. 2. Infantul. lax. *Tabellæ Cachecticæ D. d'Aquin. Cardiacæ, de Croco martis ſimpl. aliæ,* 1. *de Croco martis compoſitæ. Diureticæ, ad Gonorrhæam ſiſtendam, ad Herniam. Magnanimitatis, Stomachicæ, contra Vermes.*

70. *Olea ſtillat.*

71. *Olea expreſſ.*

72. *Olea cocta.* 1. Simplicia. 2. Compoſita. *Benedictum Londin. Catellorum Londin. Exceſtrenſe Londin.* 1. Febrifugum. *Hirundinum Londin.* 2. 3. Hyperici Compoſ. *Hyperici facilius Londin. Nicodemi Londin.* 4. Antipeſtilentiale. *Antipleuriticum Petri à Caſtro.* 5. Purgans compoſ. *Purgans aliud Zvvelferi, contra Surditatem.*

73. *Pilulæ.*
- *Alterant.* 1. Diaphoret. 2. Diuret. 3. Antiepilept. 4. Febril. *ad ſiſtendam Gonorrhæam.* (Hyſter. D. Horſt.) 5. Narcot. 6. de Styr. ſ. Laud. peƈtoral. *de Terebinthina cocta, de Terebinthina ad Gonorrhæam virulentam Zvvelferi.* 7. Cont. Tuſſ.
- *Purgant. Diambræ Londin.* 1. de Ammon. 2. Arthrit. Bened. *è Duobus Londin. Cachecticæ.* 3. Cholag. *pro Colico morbo D. d'Aquin.* 4. 5. de Eſula. 6. de Euphorb. 7. 8. 9. Febril. 10. (Glaſſii) Gummos. *de Gutta Gamandræ Londin.* 11. Hydrop. (Hyſtericæ Horſtii.) *Hyſtericæ aliæ.*

12. Iliac. 13. de Ladano. 14. Marocoſt. 15. Matrical. *Mari Londinenſ. ad Memoriam Velſchii. Mercuriales. Meſenterica D. d'Aquin. ad Pallidos Virginum colores.* 16. Panchymag. [Papales] 17. Peſtilential. *Antipeſtilentiales Diemerbræckii.* 18. Anti-podagric. 19. Polychreſt. 20. de Sagap. 21. (ſine cura Web.) de Succin. 22. 23. 24. Tartareæ. (Weibelii.)

74. *Potiones.* 1. 2. Purgant. 3. 4. Sudorif. 5. 6. Vulnerar.

75. *Poma Ambræ.* 1. 2. 3. 4.

76. *Præparata.*

77. *Pulv. & Spec.*

*Alter.* 1. Alexiter. *Alius Pauli Barbette. Ari compoſ. Londin. Alexiterius alius Hoffm.* 2. 3. Bezoard. *Alius ex D. Charaz.* 4. Cacheċt. 5. Cathæret. pro oſſibus *granorum Chermes Londin. è Chelis cancror. Londin.* 6. de Cypr. 7. Dentifr. 8. Contra defl. 9. Dyſenter. 10. 11. 12. Anti-epilept. *Alii pulveres Epileptici Hoffm. alius D. Charaz.* 13. Febril. *Alius.* 14. Fortis. 15. Groſſus *ad Hæmorrhagiam ſiſtendam Hertodi.* 16. Hepatic. 17. Hyſter. *alius. Iovialis Hyſtericus, contra Hernias.* 18. Nephrit. *Nephriticus alius, ad difficilem Partum, ad ſedanda tormina poſt Partum. Antiliſſus ſeu contra Rabiem Londin. Saxifragiæ compoſ. Londin. Sarcoticus, contra Strumas.* 19. Sperniolæ. 20. Stomach. 21. Tritheim. *contra Vermes, ad implendas Cadaverum condiendorum cavitates, ad loricanda Cadavera condienda, tela cerata aromatica pro obvolvendo Cadavere.* 22. Spec. Cephal. 23. Diacubeb. 24. Sal. philoſ. 25. 26. Sacerd.

*Purg.* 1. Arthetic. 2. Cholag. 3. Cornach. *Febriſugus Riverii ex Rolfinc. alius è D. Charaz.* 4. Melang. 5. Panchym. 6. Paſſav. 7. 8. Phlegmag. 9. Sternut. 10. 11. Caput robor.

78. *Sacculi.* 1. Stomach. 2. Cordial. 3. Nephritic. 4. Cephalic.

79. *Salia.* 1. Alcali. 2. ⊖ Alembrot. 3. Anatron. 4. Borrax. *Cachecticum Chalybeatum. Diureticum. Navigantium.*

80. *Sapo.* 1. Sapo moſchatus. 2. Alius ad impetig.

81. *Spiritus.* 1. Minerales. 2. Vegetabiles. 3. Animales. (qui minus uſitati.) 1. Spiritus Antapoplecticus. *Carminativus Sylvii. Cordialis-Balſamicus Rolfincii. Cordis Cervi compoſ. dulcis Mercurii Donzelli.* 2. Nephritic. *Analepticus Rolfinc. Polychreſtus. Uterinus.*

82. *Succi.* 1. Liquidi. 2. Inſpiſſati. Huc *Rob. & Medulla ſimplicia.*

83. *Suppoſitor.* Peſſi.

84. Syrup, *Mella, Rob.*

*Alterant. Syr. de Agno caſto Londin. de Ammoniaco Londin.* 1. Syr. aniſ. *Aſthmaticus Zwelferi. Bezoarticus Donzelli. Botryos Londin.* (Catharral. c. Thee.) 2. antepil. 3. de Artem. 4. Cardiac. 5. de Eryſim. (*Syr. vel potius Iulepus Gemmatus Ducis Hetruriæ.*) 6. Antihect. *Lientericus D. d'Aquin. Meliſſophylli. Londin. Antinephriticus D. d'Aquin.* 7. (Maſtich.) 8. Nicot. 9. de Pede Cati. *de Pæonia compoſ. Londin. Antiſcorbuticus D. d'Aquin. Stomachalis Donzelli. de Terebinthina ejuſdem.* 10. De Teſtudin.

*Purgant.* 1. Helleb. min. 2. Cholag. 3. Vomit. 4. Oxyſ. vomit. (de lign. laxat.) *Chalybeatus aperiens catharticus D. d'Aquin. Hydragogus ejuſdem. Roſarum ſolutivus aureus chymicè præparatus Donzelli. Rob. de Spina Cervina Zwelferi.*

85. *Tinctura.* 1. E mineral. 2. Et vegetab. 3. Ex animalibus. (Anodyn. Bezoartica.)

86. *Trochiſci.*

*Alter.* 1. Alexit. 2. 3. Pro fumo. *Hyſterici Londin. Cauſtici D. Charaz. Odorati vel Aviculæ Cypreæ ejuſdem. Alii ejuſdem. Alii nobiliores, ejuſdem.* 4. Moſchard. 5. Pectoral. 6. Prophylactici. 7. Candel. fumal. 8. Bacul. pro fornace. Huc collyria.

*Purg.*

87. *Balſ.* 1. Balſaminæ. 2. Hiſp. 3. Hyſter. 4. Mirabil. 5. Uter. 6. 7. 8. 9. 10. Vulner. 11. *Linim.* de ♄. 12. ♄. compoſ. de Amiant. *Linimentum Hæmorrhoidale, ad Herpetes. Iſchiadicum, ad variolarum cicatrices prohibendas, ad arcendum vomitum. Somniferum, Unguentum Acepum Meiſneri. Adſtringens Londin. Amarum Londin. ad Ambuſta D. Charaz. Aliud ejuſdem.* 13. Dentifr. 14. Errhin. 15. 16. C. C. Anodyn. 17. Butyrac. *Catapſoras Londin.* 18. Cardiac. 19. 20. Cordial. *Enulatum Londin. Enulatum cum Mercurio Londin.* 21. Narcotic. *Neuriticum Protenii.* 22. Ophthalm. *Ophthalmicum Willii. Aliud D. Charaz. de Oxylapatho Londin.* 23. Ad pernion. *ad Capiendos Piſces. Rutaceum Londin.* 24. Cont. ſcabiem. *Splanchnicum Londin. Aliud Magiſtrale Londin.* 25. Somnif. 26. Splenet. *Stipticum D. Charaz. è Succis Londin. è Succis aperitivis Londin.* 27. Sympath. 28. Terebinth. *Valentia Scabioſæ celebre apud Chirurgos Anglos Unguentum Londin. Tapſi valentia Londin. Tapſimel. Londin. Unguentum viride D. Charaz.*

LIBER

# LIBER TERTIUS.

# DE MINERALOGIA.

*Mineralia medicamentalia* ſunt *I. Terræ. II. Aquæ. III. Lapides. IV. Mercurialia. V. Salina. VI. Sulphurea.*

*I.(Cap.* 1.2.*)* TERRIS competit. 1. *Lotio.* 2. *Præparatio.* 3. *Præcipitatio.* 4. *Deſtillatio.* Hinc officinalis.

1. *Terra ſigillat.* in
- *Nativa ſpecie*, Hæc. 1. Terr. Turcica. 2. Melitea. 3. Germanica ſcilicet Lignicenſis, Strigenſis, Labacenſis.
- *Præpar.* Quæ 1. Terr. ſigill. præparat. 2. Magiſt. 3. ⌃, ſimplex. 4. cum Vino. 5. Alcaliſatus. 6. Ol. Strig. 7. Trochiſci.

2. *Boli.*
- *Nat.* 1. Bolus Armen. ver. 2. Germanic.
- *Pr.* Bol. præparat. 2. Magiſt.

Hinc 3. *Creta.* 4. Ter. Iapon. *Variæ præpar. Terræ Iapon. ſ. Catechu in forma ſolida Liquida & Media. Lac Lunæ.* 5. *Marga.* 6. *Ochra.* 7. *Rubrica.* 8. *Tripolis.*

*II.* (*c.*3.) *AQVIS*: Purificatio. 2. Deſtillatio. 3. Inſpiſſatio. Hinc

1. *Aquarum ſimplic.*
- N. 1. ▽. font. 2. Puteal. 3. Fluvial. 4. Paluſtr. 5. Pluv. 6. Nivea. 7. Roſ. in ſpec. Majalis.
- P. 1. ▽ deſtillat. ⌃ſ. Eſſentia. 3. Saliſ.

2. *Aquæ minerales.*

*III.* (c.4.) *LAPIDIBVS* 1. Pulveriſatio. 2. Calcinatio. 3. Solutio. 4. Liquatio. 5. Volatiliſatio. 6. Syrupiſatio.

Hinc 1. Gemmæ præparat. 2. ⊖ 3. Magiſt. 4. Ol. ſ. liquor. 5. Tinctura ſ. Eſſ. 6. Ol. deſtillat. 7. Extract. 8. Syrup.

(c. 5.) Hinc uſuales Gemmæ, videlicet.

1. *Chryſolithus.*

2. *Granat.* 1. Præpar. 2. Magiſt.

3. *Hyacinth.* 1. Præpar. 2. Sal. & Magiſt.
(Iaſpis.)

4. *Lap.* Nephriticus. Præp. 1. Magiſterium. 2. Liquor.

5. *Rubin.* Præpar. Tinctura.

6. *Sapphirus.* 1. Præpar. 2. Sal. 3. Liquor. 4. Eſſ. ſ. Tinctura.

7. *Sard.* Præpar.

8. *Smaragd.* 1. Præpar. 2. ⊖ & Tinct.

(c.6.) *Corall.*
- *N.* 1. Rubr. 2. Alb.
- *P.* 1. Præpar. 2. Pulv. ⊖-lat. 3. 4. ⊖. 5. Magiſt. 6. Ol. ſ. Liq. 7. Eſſ. ſ. Tinct. (No. 14.) 8. Flores. 9. Spiritus. ſ. olea. (N. 4.) 10. Syrup.

(c.7.) *Margarit.* præpar. 1. Ext. 2. Sal. 3. Mag. (N. 3.) 4. Ol. ſ. liquor. 5. Eſſ. ſ. Tinct. (3.) 5. Flor. 6. Spir.

(c.8.) *LAPIDES MINVS PRETIOSI. videlicet.*

1. *Aëtites. Præparationes variæ Lapidis Aëtitis.*

2. *Alabaſtrites.* in Ung. Alabaſtrino.

3. *Amianth.* p. 1. Ung. Citrin. 2. Liniment. ad Tin.

4. *Lap. Armenus.* p. 1. Lap. totus. 2. pilul. de L. A. 3. Magiſt.
Battachites Bufonius.

5. L. *Calcarius.* p. 1. calx viva. 2. c. lota. 3. Lixivium. 4. Spir. 5. Spir. alcaliſat.

6. *L. Calaminar.* p. emplaſtr. è lap. calam. Oleum.

7. *Cryſtall.* p. 1. Cryſtall. præparat. 2. ⊖ 3. Mag. 4. Ol. p. d. 5. Elix. 6. Eſſent. 7. Cremor.
[ Lapis fulminaris. 219. )

8. *Hæmatit.* p. Hæm. præparat. *Præparationes aliæ variæ Hæmat.*

9. *L. Iudaic.* p. 1. L. Iud. præparat. 2. ⊖. 3. Mag. 4. Ol. p. d.

10. *L. Lazuli.* 1. L. Laz. totus. 2. Mag. 3. Elixyr. 4. Ol. ſ. Liq. 5. Eſſent. ſ. Extr.
( Lingua ſerpentina Gloſſopetra 219. )
( Lapis Lipis. )

11. *L. Lynci.*

12. *Magnes.* p. Ung. magnetic.

13. *Marmor & Ophites.*
Melachites ſeu Pavonius.

14. *Oſtiocolla.* PP. Oſtioc. ppt.
Phoſphorus ſ. Luciferus.

15. *Pumex.* P. Pumex uſtus.

16. *L. Specularis.* P. calx & liquor.

17. *Silex.* P. 1. ⊖. 2. Ol. p. d. 3. Cremor.

18. *L. Spongiæ.* P. Sal.
Stellaris ſ. Aſtroites.

19. *Talcum.* P. 1. Ol. deſt. 2. Ol. camphoræ talcat. 3. Liq. 4. Tinct.

20. *Unicornu foſſile.*

*IV. Mercurialia ſunt.* 1. *Metalla.* 2. *Metallis finitima.* 3. *Metallica Excrementa.*

*I. METALLA ſunt.* | *METALLIS FINITIMA Sunt.*

☉
1. *Aurum.*
(c. 9.)

1: *Purg.* 1. Per calc. 2. Per Fuſion. cum ♁ vel ♄. 3. Per Cem.
2. *Calcinat.* 1. Per immerſ. unde ☉ ſclop. & diaph. 2. Vapor. 3. ããã. 4. Cement. 5. Reverb.
3. *Volatiliſat.* unde ☉ ſpiritualis.
4. *Extract.* unde ☉ ſpiritualis.
5. *Sublimat.* unde Flor. ☉is.
6. *Salificat.* unde ⊖. ☉is (No. 3.) (🜖-lum ☉ ſeu Leo Virid.)
7. *Mercurific.* unde ☿.

☽
2. *Argent.*
(c. 10.)

1. *Purgat.* 1. Per calc. 2. Per Fuſ. c. ♄. 3. Per ⊕.
2. *Calcinat.* 1. Immerſ. 2. Per ããã. 3. Reverb.
3. *Extract.* ſ. ſolut. unde ☽æ potab. & Tinct. (No. 5.)
4. *Salificat.* ⊖.

♂
3. *Ferr.*
(c. 11.)

1. *Purgat.* unde Chalybs.
2. *Calcin.* 1. Reverb. Croc. ♂ obſtr. 2. Fuſ. Cr. ♂ aper. 3. Cem. 🜖-m. 4. Immerſ. unde Cryſtall. 5. Vapor. 6. Illini.
3. *Volatiliſ.* ac deſtill. unde 1. ▽ ♂ 2. Spir. 3. Ol. alb. 4. Rubr. 5. Ol. Sulphur. 6. ♂ Præſt. 7. 🜖-i ♂is deſtill.
4. *Extract.* unde Tinct. (No. 14.)
5. *Sublimat.* Hinc Flores (No. 2.)
6. *Salific.* ⊖ vel 🜖-m (No. 6.)
7. *Liquat.*

♀
*Cupr.*
(c. 12.)

1. *Purific.*
2. *Calcin.* 1. Reverb. 2. Immerſ. 3. Vapor. 4. Illinit. 5. Cement. (è quibus ſingulis Croc. ♀is.
3. *Deſtillat.*
4. *Extract.* unde Tinct. (No. 4.)
5. *Salif.* unde ⊖. (No. 3.)
6. *Sublimat.*

♄
*Plumb.*
(c. 13.

1. *Purgat.*
2. *Calcin.* 1. Inciner. 2. Reverb. (unde Minium) 3. Cement. (in ♄ uſto.) 4. Immerſ. (1. Sacchar. ſ. ⊖ ♄. 2. Mag. 3. Lac. ♄i) 5. Vaporoſ. unde ceruſa.
3. *Deſtill.* unde 1. Sp. ardens. 2. Ol. flav. 3. Rub. 4. Balſ.
4. *Sublimat.*
5. *Extract.* unde 1. Sulph. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Tinctur.
6. *Mercurific.* unde ☿ ♄i 1. 2. 3. 4.
7. *Salific.* unde ⊖ verum.
8. Huc *Liquatio.*

♃
*Stann.*
(c. 14.)

1. *Purgat.* (cryſtalli ex minera ♃.)
2. *Calcin.* 1. Incin. 2. Rev. 3. Imm. unde ⊖ & Mag. 4. Vapor.
3. *Deſtillat.* unde 1. ♃. Diaphoreticus. 2. Sulph. ſeu ol. 3. Gummi. 4. Sulph. rub. ♃. 5. ⊖ 6. Cryſtall.
4. *Sublimat.* unde Flores ſ. ♃ depuratus.
5. *Extract.* unde Tinct.
6. *Salificat.* unde ⊖ verum.
7. *Mercurif.*

---

☿
1. *Merc.*
(c. 15.)

1. *Purgat.* 1. Expreſſione. 2. Lotion. 3. ♌ratione.

2. *Calcinatio* ſ. præcipitat. unde præcipit.
 - *Sine Metallis.* 1. Per ſe. 2. Per ſilices. 3. Per Sulph. 4. Per ol. Sulph. 5. Per ol. 🜖-i. 6. Per ſp. 🜖-i. (☿ius corallatus) 7. Per ▽. ovor. 8. Per Smirid. (⫪ miraculoſus.) 9. In ▽. ⫪tus communis. 10. ⫪ alb. vom. 11. ⫪ dulc. 12. Incarnat. 13. Luteus. 14. ⫪ 🜖-tus fixus. 15. ⫪ egregius.
 - *Cum Metallis.* 1. ⫪ ☉ris 2. Regulinus ſ. diaphoret. 3. Hercules Bovii. 4. 5. 6. Aurum vitæ. 7. ⫪ viridis. 8. Vitrum ☿ii ☽æ. 9. Succinum ♁ii.

3. *Sublimat.* unde 1. ☿≏ officinar. 2. Aliter. 3. ≏ regulinus. 4. ☿ dulcis (Draco mitigatus.) 5. Alius. 6. Talcoſ. 7. Lanugo perlata. 8. ☿≏ rubeus (Arc. corallinum) 9. Laudanum ☿iale. 10. Manna ☿ii. (☿ dulc. ☉ris) 11. Arcan. Corall. correct. 12. Cinnabaris offic. 13. Panacea ☿ii.

4. *Deſtill.* unde
 - 1. Butyrum ♁ii ſ. oleum ♁ii glaciale è quo
   - 1. ☿ vit. qui correct. 1. ☿ vitæ correct. 2. ☿ vitæ cathart. 3. Laxativ. minerale.
   - 2. Bezoardica miner. 1. Bezoart. min. ſimplex. 2. ☉re compoſ. 3. ☉re Croll. 4. ☉re verum 5. 6. 7. 8. Bez. ☽ria. 9. B. ♀reum. 10. B. ♂le. 11. B. ♃iale. 12. B. ♄num. 13. ☿iale.
 - 2. Ol. ☿ alb. diaphor.
 - 3. Rubrum.
 - 4. Diaphor.

5. *Extract.* unde 1. Sulph. ſ. Tinct. [Aquila cœleſt.] 2. Alia. 3. Ol. ☿ii ♁ialis.

6. *Liquat.* unde 1. 2. 3. Liquor. 4. ☍ ☿. diaph. dulce. 5. Liq. Iovialis. 6. Liq. ☿≏ti.

7. *Salificat.* unde ⊖.

*II. Cinnabaris.* Præcipitata diaphoretica.

1. *Calcinat.*

♁ III. Antimon.

1. Calcinat.

Sicc. unde.

1. *Vitra*. 1. Hyacinth. 2. E Minera. 3. Flav. 4. Rubr. 5. Alb. *6*. Nigr. 7. Diaphoret. 8. Regulin. 9. ⊙re. 10. Regulin. Hinc correct. N. 5.

2. *Croci*. 1. vulg. 2. Ruland. 3. Brendel. &c.

3. *Diaphoretic*. 1. vulgar. 2. Flores dicti fixi. 3. Diaph. Tartariſatum.

4. *Reguli*. 1. Simpl. 2. ♂alis. 3. ♃alis. 4. ⊙ris. 5. Ceruſa. *6*. Ceruſa ⊙ris.

*Humid*. unde *Præcipitata*. 1. ♁ Rub. fix. 2. ⩊ vit. 3. ⩊ diaphoret. 4. ⩊ Reguli.

2. *Sublimat*. unde Flores. 1. E Minera. 2. Reguli. 3. Compoſ. 4. Sulph. ♁ii. 5. Fl. ⊕-ati. *6*. Fl. ♂. ♁. 7. Diaphoret. 8. Fixi. [ cheiri ] 9. Cinnabaris.

3. *Deſtill*. unde

✚ ♁ii. 2. 3. 🝆 per ſe. 4. 5. *6*. 7. 8. Sacchar. *9*. 🝆 mellitum. 10. Magiſt. ♁ii. 11. 12. Ol. Glaciale. 13. De cryſtall. 14. 15. Ol. ad vulnera. 16. Balſ. ♁ii. 17. Balſ. vuln. 18. ≏ ex Reg. 19. ▽. antepil. 20. ▽ ſtimmi Sulph. 21. ▽ ſt. Tartar. 22. ≏ ♁ii comp.

4. *Liquat*. unde 1. Balſamus è ſcoriis Reg. 2. Liq. ex Sale vitri.

5. *Extract*. unde

Sulphura 1. 2. E minera. 3. 4. Ex ♁. Calc. 5. *6*. Ex croc. 7. E ſcoriis Reg. (Sulph. auratum 8. *9*. E Regul. ♁ii ♃ali. 10. E Cinnab. ♁ii. Sulph. ♁ii ver.)

Tincturæ. 1. Ex ♁ crud. 2. 3. Balſ. vitæ 4. Manna. 5. Mag. ♁ii. Ol. vitri. *6*. 7. 8. Ex vitro. 9. 10. Ex croco. 11. Ol. ♁ii febr. & Antipleur. 12. ♁ Tartariſat. 13. Rubin. ♁ ☿lis. 14. Ex Reg. Antid. pantagogus. 15. Balſ. Reguli. *16*. 17. Ex ♁c. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. E floribus. *26*. Ex ol. ♁. Sacch. 27. 28. E Sulph. ♁ii 29. E Sulph. ♁ii ⊙at. 30. E Sulph. Regul. ♃ial. 31. E ☿ ♁ii. 32. E ⊕ ♁. 33. Lapis △is.

*6*. *Infuſ*. 1. ♁. crudi. 2. 3. Vitri. 4. 5. Croci. *6*. ▽ ophthalm. 7. Syrup. vomit. 8. Vin. Hippocr. *9*. Oxyſacchar. vom. 10. Spir. vitæ aureus.

7. *Salific*. unde Sal commune 1. 2. 3.

8. *Mercurific*. unde ☿ius.

# RECREMENTA METALLICA ſunt Naturalia & Artificialia.

## *Naturalia ſunt*

1. *Cobaltum.*
2. *Chalcitis.*
3. *Miſy.*
4. *Sory.*
5. *Marcaſita* ſ. Biſmuthum.
   - 1. *Calcin.* unde Magiſt.
   - 2. *Deſtillat. & Sublimat.* unde ol. Sal. commune *Flor.* ▽.
   - 3. *Extractio*, 1. 2.

## *Recrementa Metallorum artificialia ſunt.*

(c. 19.) 1. *Cadmia*
- *Nativ.*
  - Metallica V. Cobaltum.
  - Metalli expers V. Lap. calaminaris.
- *Factit.* quæ Botritis, capnitis, calamitis. præp. 1. Tutia. 2. Collyr. alb. 3. Ung. 4. Empl. de Lap. calaminari.

2. *Diphryges.*

3. *Lithargyrium* præp. 1. Sal commune, 2. Magiſt. 3. Ol. rub. 4. Tinct. 5. Balſ. *6*. Liq.

4. *Molybdana ſ. Plumbago.*

5. *Tutia ſ. Pompholyx & Spodium.* præp. 1. Tutia lota. 2. Ung. nihili. 3. Ad oculos. 4. Diapompholyg. 5. De Tutia.

## *V. SALINA.*

(c. 20.) *Salibus* competit. 1. *Purificatio*. 2. *Calcinatio*. 3. *Deſtillatio*. 4. *Sublimatio*. 5. *Fixatio*. *6*. *Liquatio*.

(c. 21.) *I. Sal. com.*

1. *Purific.*

2. *Calcinatio.*

*Deſtillat.* unde 1. Sp. Sal communis. 2. Sp. Sal. commune comp. 3. Sp. Sal commune virid. 4. Corallatus. 5. *6*. Dulcis. 7. Dulc. com. 8. -^- Sal commune ⊕-lat. diuret. [ ſpir. Sal commune roſat. ſ. Spir. Reg. ] *9*. -^- Eſſent. 10. ⊙em. ſolv. 11. Cryſt. Sal commune dulc. 12. Flor. 13. Cryſt. dulc. 14. 🝆 Sal commune rubr.

4. *Extract.* unde Tinctura.

*II. Sal. foſſil.* præparat. 1. Spirit. 2. Balſamus.

*Sal Nit.* ⊕ *III.* (c. 23.

1. *Purificat.*

2. *Calcinat.* unde 1. Lapis Prunellæ. 2. 3. Sal Nitrum fixum. 4. Cryſt. miner. ſaccharat. 5. Sal Nitrum perlat. *6*. Sal Nitrum corallat. 7. Sal Nitrum Saturniſat.

3. *Sublimatio.*

4. *Deſtillat.* 1. 2. Spir. 3. Cum O. 4. Cum Sulph. 5. Sp. Sal nitrum bezoard. *6*. ▽ cauſt. 7. ▽F 8. 9. ▽R [Nitrum ♁iatum, cryſtall. Nit. ſubdulc. ]

5. *Extract.* unde Tinctura.

1. *Purific.*

(c. 24.) ○ *III. Alum.*
1. *Purific.* ſeu Cryſtalliſat.
2. *Calcinat.* ſeu uſt.
3. *Salificat.*
4. *Deſtillat.* unde 1. Phlegma ac ſpiritus. 2. ⌒ dulcis. 3. Magiſt. 4. Saccharum.
5. *Extractio.* ſ. Mag. ſ. ſubtiliſat.

*Ammoniac.* (c. 25.) IV. ✱
1. *Cryſtalliſ.*
2. *Sublimat.* unde Flores.
3. *Calcinat.* & Fixat.
4. *Deſtillat.* unde 1. 2. 3. 4. ſp. ✱
5. *Liquat.* unde Liquor ſ. oleum.

*V. Vitriol.* (c. 26.)
1. *Purific.* unde ⊕-m alb. vomit. 2. ⊕-. Hemetico. purg.
2. *Calcinat.* unde Colchotar.
3. *Deſtillat.* 1. Ros ⊕-i. 2. ∇ ⊕-i 3. Phlegma ⊕-i 4. 5. Sp. ⊕-i volatil. 6. Sp. ⊕-i vulgar. 7. 8. Dulc. 9. Philoſophicus (cohob. ☿i) 10. Liquor Dianæ. 11. ∇ aperiens. 12. Sp. ⊕-i melliſatus. 13. Diaphoret. 14. 15. 16. 17. 18. Sp. ⊕-i antepilept. 19. Sp. ⊕-i coagulat. 20. Cum cryſtall. Φ. *Olea* No. 6.
4. *Sublimat.* unde Flores No. 3.
5. *Præcipitat.* unde 1. Terra ⊕-i. 2. Dulc. 3. Sulph. purg. 4. ( Sulph. fixum.
6. *Salificat.* unde ⊖ ⊕-i.
7. *Extract.* 1. Extr. ⊕-i narcotic. 2. Eſſ. Sulphuris ⊕-i. 3. Manna. ⊕-i. 4. Tinct. 5. 6. 7. 8. Magiſteria. 9. Tinct. ⊕-i Cypr.

*VI. Sulphurea ſunt.*

*I. Arſenic.* (c. 27.)
1. *Sublimat.* unde 1. ○-○ dulc. 2. Rubinus ○-○ diaphoretic. 3. ○-○ ⩳m.
2. *Fixat.* ſ. calcinat. unde 1. ○-○ fixum & ℅ 2. ○-○ fixum ſudorif. 3. Regulus ○-○.
3. *Liquat.* ○-○ anod. Butyrum ○-○ No. 2.

*II. Sulph.* (c. 28.)
1. *Sublimat.* 1. Flor. ſimpl. 2. ⊕-ii 3. Gummati. 4. Saccharat. 5. Alb. 6. Corollat. 7. Benzoinat.
2. *Præcipit.* Lac Sulphuris.
3. *Deſtillat.* 1. 2. Spirit. ſ. ol. per C. 3. ⌒ Campinarius. 4. ∇ acida 5. Ens Balſami Sulphuris. 6. Ol. Sulph. Balſ. 7. Ol. Sulphuris ſlinat. Peſtilent. 8. Ol. aur. 9. Ol. rubr. itidem peſtil. 10. Ol. verum. S. C.
4. *Infuſ.* 1. Balſ. Sulph. Tereb. 2. B. vitæ. 3. B. Sulph. ad exter. 4. 5. 6. Tinct. Sulph. 7. Cryſtall. è Tinctura. 8. ⊖ Sulph. 9. Eſſ. Sulph.
5. *Liquatio.*

(c. 29.) *III. Ambra* præparat. 1. Eſſ. Ambr. 2. Spec. Diambr. 3. Pom. Ambr. 4. Ambr. Eſſentificat.

*IV. Succin.* (c. 30.)
1. *Præparat.*
2. *Solut.* & præcip. unde Magiſt. Extr. Tinct.
3. *Deſtill.* unde ol. phlegma ſpir. ⊖ pil. Troch. Cryſt.

(c. 31.) *V. Sperma Cet.*

*VI.* (c. 32.) *Aſphalthus.* *Naphtha.* *Petroleum.*

*VII.* (c. 33.) *Carbo Petræ.* *Gagates* præpar. oleum.

# LIBER QUARTUS.
# DE PHYTOLOGIA.

## *Claſſis I. de Alterantibus primariis.*

1. *Abiet.* N. Præp. ∇. alb. & rubr. 1. Cortex. 2. Coni. 3. Reſina.

2. *Abrotan.*
*Nativ.* Folia.
*Præpar.* 1. ∇. ſtill. 2. Vinum. 3. Conſerv. 4. Ol. infuſ. 5. Ol. ſtillat.

3. *Abſinthii vulgaris.*
N. 1. Folia ac 2. Summitates.
P. 1. ∇ ſtill. 2. Spir. 3. Succus. 4. Vinum. 5. Tinctura 6. Conſerv. 7. Syr. com. 8. Troch. 9. Ol. infuſ. 10. Still. 11. Φ fixum. 12. ⊖ volat. 13. Troch.

4. *Abſinth. pontic.* conſerv.

5. *Acaciæ veræ.* Succus. *Gummi Arabic. ad Acaciam pertin.*

6. *Acaciæ Germanic.*
N. 1. Flor. 2. Fol. 3. Cort. radicum.
P. 1. ∇. 2. Spir. 3. Conſerv. 4. Syrup. 5. Succ. ſeu Rob. 6. Vinum. 7. Fructus conditi.

7. *Acetoſæ.*
N. 1. Fol. 2. Rad. 3. Sem.
P. 1. ∇. ſt. 2. Succ. 3. Syr. Conſ.

8. *Acetoſellæ.*
N. Fol.
P. 1. Conſerv. 2. ∇ ſt. 3. Sal commune eſſentiale. 4. Syrup.

N. 1.

9. *Acori veri.* N. 1. Rad. 2. Fol. (raro.) P. 1. ▽ ſt. è rad. 2. Spir. 3. Condit. 4. Conſ. rad. 5. Ol. ſtill. 6. Elect. diacor. 7. Extract.

10. *Acori adulter.* N. Rad. P. Elect. Spirit.

11. *Adiant.* N. Fol. P. 1. ▽ 2. Syr. ſimpl. 3. Syr. comp. 4. Extr.

12. *Adianthi* aurei caulis foliis ac flor.

13. *Agal-loch.* N. Lignum. P. 1. Extr. 2. Spec. 3. Troch.

14. *Agerat.* N. Fol. & Flor. P. 1. Syr. de Eupat. 2. Pil. 3. Troch.

15. *Agni* caſti ſemen.

16. *Agrim.* N. Fol. & ſummit. P. 1. ▽ ſtill. 2. Succ. 3. Syr. 4. Sal commune.

17. *Alchi-mill.* N. Folia c. caule. P. ▽.

18. *Alke-keng.* N. Baccæ. P. 1. ▽ ſtill. 2. Tinctur. & ſpiritus: ut & liquor citratus D. Horſt. 3. Troch.

Alliaria.

19. *Allii.* N. Radix. P. Elect.

[Alcea]

20. *Alſines.* Folia vel integra herba.

21. *Althææ.* N. 1. Fol. 2. Rad. 3. Sem. P. 1. ▽. 2. Mucilag. 3. Syr. Fernel. 4. Ung. ſimpl. 5. Ung. comp.

22. *Amaranth.* Flores.

23. *Ammeos* veri ſemen.

24. *Amomi* ſemen.

25. *Amyg-dal.* N. 1. Fruct. dulc. 2. Nucl. amar. P. 1. Conf. dulc. 2. Conf. amar. 3. Ol. {dulc. amar.}

26. *Ana card.* N. Fruct. P. 1. Elect. ſ. confect. 2. Mel. 3. Ol. expr.

27. *Anagall. terreſtr.* N. Fol. c. flor. P. 1. ▽. 2. Flor.

28. *Anagall. aquat.* N. Fol. vel integra planta. P. 1. ▽. 2. Succ.

29. *Aneth.* N. 1. Fol. 2. Fl. 3. Sem. P. 1. ▽. 2. Ol. inſol. 3. Ol. ſtill.

30. *Ange-lic.* N. Rad. Semen. P. 1. ▽. 2. Suc. 3. Extr. 4. Condit. 5. Ol. ſtill. 6. Balſ. 7. ⊖.

31. *Aniſi.* N. Sem. raro herba. P. 1. Conf. 2. Conf. laxat. ſimp. 3. Conf. laxat. comp. 4. ▽ ſt. 5. ▽ vitæ 6. Ol. ſtill. 7. ⊖. 8. Spec.

32. *Anſerin.* N. Fol. vel integra planta. P. 1. ▽. è planta 2. ▽. è flor. 3. conſ.

33. *Anthoræ* radix.

34. *Antirrhini* caulis cum foliis ac floribus.

35. *Apii.* N. 1. Rad. 2. Sem. P. ▽.

36. *Aquileg.* N. 1. Sem. 2. Flor. 3. Herb. P. 1. ▽. 2. Conſ. 3. Acet. Mel. Unguentum.

37. *Ariſtoloch.* rotundæ radix. *Ariſtol.* long. N. 1. Rad. 2. Fol. P. ▽.

38. *Armoraciæ* radix.

39. *Arnicæ* caulis cum floribus.

40. *Artemiſ.* N. ſummit. vel herba integra. P. 1. ▽. 2. Ol. ſtill. 3. Syr. C. 4. ⊖.

41. *Ari.* N. Radix. P. 1. Rad. præparat. 2. Fæcula. 3. Pulvis ſtomach.

Aſpalathus.

42. *Aſparag.* N. Radix. P. ▽.

43. *Atriplicis* Folia.

44. *Avenæ.* 1. Semen. 2. Farina.

45. *Aurantiæ.* N. 1. Poma. 2. Cort. P. 1. ▽. 1. Nampha. 2. E cort. Succ. expr. 4. Syr. 5. Condit. cort. 6. Conſ. 7. Elect. 8. Ol. ſtill. 9. Balſ. 10. Ung.

46. *Auricul. muris.* N. Integra planta. P. ▽.

[Auricula Urſi]

## B.

47. *Balani* myrepſicæ. N. Nuclei. P. Oleum de Been.

48. *Balſam.* 1. Fr. carpobalſamum. 2. Ramuſc. Xylobalſamum. 3. Ol. (opobalſamum.

49. *Bardanæ* major. N. 1. Rad. 2. Fol. 3. Sem.

50. *Bardan.* minor. P. ▽.

51. *Baſilic.* N. 1. Fol. 2. Sem. P. 1. ▽. 2. ☍. ſtill.

52. *Behen* album. Behen rubrum.

53. *Bellis.* N. Herba cum flor. P. 1. ▽. 2. Tinctura ex hortenſi.

54. *Berber.* N. Fruct. Berberes. cortex. ſemina. P. Condit. 2. Succ. liquid. 3. Syr. de ſ. Berb. 4. Rotul. 5. Trochiſc. 6. Rob. comp. (Tartarus ſeu Sal eſſentiale.)

55. *Bet.* N. 1. Rad. 2. Fol. 3. Sem. P. Succus.

56. *Betonic.* N. 1. Fol. 2. Flores. P. 1. ▽. 2. Conſerv. 3. Syr. ſimpl. 4. Syr. comp. 5. Empl. ex Bet. 6. ⊖.

57. *Betul.* N. 1. Fol. 2. Cort. P. Succus.

58. *Biſtort.* N 1. Rad. 2. Fungus. P. ▽.

59. *Bombac.* 1. Semen. 2. Lanugo (Goſſipium. Præp. ☍.

60. *Borrag.* N. 1. Rad. 2. Fol. 3. Flor. P. 1. ▽. ex toto. 2. ▽. Ex flor. 3. Conſerv. 4. Syr. 5. Succ. inſpiſſat.

61. *Branc.* urſin. Folia.

[Botrys conſerv. ſyrupus.]

62. *Braſſic.* N. 1. Folia. 2. Ius Foliorum. 3. Semen. P. Loch. de caule.

63. *Bugloſſ.* N. 1. Flor. 2. Rad. 3. Fol. P. 1. ▽ ex tot. 2. ▽. è flor. 3. Conſerv. 4. Syr.

64. *Burſ. Paſtor.* N. Folia. P. ▽.

65. *Buxi.* 1. Oleum. 2. Extract. [ſpirit. acid.] ſuccus.

## C.

Cacao & ex eo Chocolada.

66. *Calami*

66. *Calami aromatic.* folia.

67. *Calaminth.* N. Folia.
P. 1. ▽. 2. ⊖. 3. Syr. comp. 4. Spec. Diacal.

68. *Calcatripp.* N. 1. Herba. 2. Flores.
P. 1. ▽. 2. Conſerv.

69. *Caltha.* N. Flores.
p. 1. ▽. 2. ✤. 3. Conſerv.

70. *Cannabis* 1. Semen. 2. Herba (ſed raro. Præp. Oleum.

71. *Cappar.* N. Cortex, (inprimis radicis.
p. 1. Cond. flor. 2. Ol. comp. 3. Troch. de capp. 4. Extr.

72. *Caprifol.* N. Flor.
p. ▽.

73. *Cardamom.* N. 1. Cardamomum. 2. Grana paradiſi.
p. ol. ſtill.

74. *Cardiac.* N. Folia.
p. 2. ▽. 2. Unguent.

75. *Card. Bened.* N. 1. Folia. 2. Semen.
p. 1. Pulvis. 2. ▽. 3. Spir. 4. Succ. 5. ⊖. 6. Ol. ſt. 7. Conſerv. 8. Syr. è ſ. 9. Extract.

76. *Card. Mariæ.* N. 1. Semen. 2. Folia. 3. Radix. (Gummi.)
p. ▽.

77. *Carlin.* radix. P. Extr.

78. *Cari.* N. Semen.
p. 1. Confect. ſem. 2. Condit. rad. 3. ▽. 4. Ol. ſtill.

79. *Caryophyll.* N. Flores.
p. 1. Succ. 2. Conſerv. 3. ▽. 4. Syr. 5. ✤.

80. *Caryophyll.* N. 1. Flor. 1. Minores. (caryoph.) 2. Majores, Antophylli. [Gummi]
p. 1. Conf. 2. ▽. 3. Ol. 4. Extr. 5. ⊖. 6. Balſ. 7. Spec. diacaryoph.

81. *Caryophyllat.* Rad.

82. *Caſtan.* membran. (P. 1. Aqua 2. Conſerv. Iul. 3. Ungu.)

83. *Centaurii minor.* N. Planta cum flor. ſ. ſummitates.
P. 1. Aqua 2. Extr. 3. ⊖. (4. Spiritus. item Conſerv. & Met.)

84. *Cepæ* radix.

85. *Ceraſi.* N. Fruct. Ceraſa 1. Subacida rub. (Amarenæ.) 2. Dulcia, nigra 3. Nuclei. 4. Gummi.
P. 1. Condit. 2. Rob. 3. Syr. 4. Aqua ſtill. 5. Spir. 6. Aqua diuret. 7. Tinct. 8. Diamarenat. ſimpl. 9. Diam. comp. 10. Oleum.

86. *Careſol.* N. Folia Semen.
p. 1. Aqua. 2. ⊖. *Oleum virens.*

87. *Chamædr.* N. 1. Folia. 2. Flores.
p. 1. Aqua, 2. Conſerv.

88. *Chamæpyt.* N. Herba cum fol. ac flor.
p. Pilul. de iva arthetica. (⊖. Extr. Conſ. Syr.)

89. *Chamomill.* N. Flores vulgares & Roman.
p. 1. Aq. è vulg. 2. Aq. è Rom. 3. Aq. Carmin. Comp. 4. Ol. ſt. è vulg. 5. Ol. è Rom. 6. Ol. inf. 7. ⊖. 8. Syr. *Oleum Cæruleum variaque ſuper illo Experim.*

90. *Chelidon maj.* N. 1. Folia c. flor. 2. Radix.
p. 1. Succ. 2. Aq. 3. ⊖.

91. *Chelidon min.* N. 1. Rad. 2. Folia.
p. 1. Aq. ſtill.

92. *Chermes.* N. Grana.
p. 1. Confect. 2. Extr. ſ. Eſſent. (Syrupus.)

93. *Cheiri.* N. 1. Flor. 2. Semen.
p. 1. Conſerv. 2. Aq. 3. Ol.

94. *Chin.* N. Radix.
p. Extr. (condita interdum.)

China Chinæ ejuſque variæ in omni forma præparationes.

95. *Cicer.* 1. Rubrum. 2. Album.

96. *Cichor.* N. 1. Flor. 2. Fol. 3. Rad.
p. 1. Conſerv. 2. Condit. & Confect. 3. Syr. ſimp. 4. Syr. comp. 5. Syr. de Cich. c. Rhab. 6. Aq. 7. Aq. Ophthalm. 8. ⊖. (Extr.)

97. *Cicut.* N. Folia.
p. Emplaſtr. ſplenetic.

98. *Cinamom.* N. Cortex.
P. 1. Conf. 2. Aq. 3. Tinct. 4. Elyxir. 5. Ol. 6. ⊖. 7. Balſam. 8. Syr. 9. Magiſt. 10. Spec. Diacinam.

99. *Citri.* N. 1. Poma. 2. Cort. 3. Sem. 4. Flor.
P. 1. Condit. poma. 2. Cond. cort. 3. Flores condit. conſerv. ex flor. Medull. Confect. Cortic. citrinata vulgò. Huc Acredo citri referenda. 4. Aq. è cort. 5. Spiritus. 6. Ol. ſtillatit. 7. Succ. 8. Syr. acet. c. ſyr. citri ſimpl. ſyr. comp. 9. Morſuli Citri. Morſ. citri laxat. 10. Balſam. 11. Elect. de Cit. ſolut.

100. *Citrulli.* Semen.

Cocculæ.

101. *Cochlear.* N. Folia.
p. 1. Conſerv. 2. Aq. 3. Syrup. 4. ⊖. 5. Spir. 6. Suc. (oleum.)

Coffi ejus hiſtoria, præparationes & uſus.

102. *Colubrini* N. Lignum.
ligni. p. Extract.

103. *Contrayervæ* radix.

104. *Conſolid. mediæ* Herba.

105. *Corallinæ* caules, ſ. ipſa corallina.

106. *Coriandr.* N. Semen.
p. 1. Sem. præp. 2. Confect. 3. ▽. 4. Ol. ſtill.

107. *Corn.* N. 1. Poma. 2. Folia.
P. 1. Condit. 2. Rob. dec.

108. *Coryli.* N. 1. Lignum. 2. Nuces (Avellanæ) 3. Cortex nuc. 4. Membranulæ.
p. Ex ligno ſ. ſpir. 2. Ol. ſtill.
Ex Nucibus ol. expreſſ. (ex ligno deſtill.)

109. *Coſti.* N. Cort. 1. Dulcis. 2. Amarus.
P. 1. Ol. coſt. 2. Pilul. marocoſt. 3. El. caryocoſtin.

Crap.

110. *Croc.* N. Flores.
P. 1. Spec. Diacucurm. 2. Tinct. 3. Extr. 4. Ol. com. 5. Ol. ſtill. 6. Troch. 7. El. de ovo. 8. Empl. oxycroc.

111. *Cubeb.* N. Fructus.
P. Confect. Diacub. 2. Ol. ſtill. 3. Spec. Diacub.

112. *Cucu-*

112. *Cucumer.* 1. Semen. 2. Fructus.

113. *Cucurb.* { N. 1. Semen. 2. Folia.
P. ▽. ſtill.

114. *Cumin.* { N. Semen.
P. 1. Sem. præp. 2. Confect. 3. ▽.
4. Ol. 5. Spec. diacum.

115. *Cupreſſ.* arboris. 1. Lignum. 2. Coni. 3. Folia.

116. *Cupreſſ.* herbæ ſummitates.

117. *Curcuma.* { N. Radix.
P. Spec. Diacurc.

118. *Cuſcut.* { N. integra planta cum floribus.
P. ▽. ſtill. ( Syrupus. )

119. *Cyan.* { N. Flores.
P. ▽.

120. *Cyclam.* { N. Radix.
P. 1. Succus. 2. Ung. de Arthan. ma-
jus. 3. Ung. de Arthan. min.

121. *Cynogloſſ.* { N. 1. Flor. 2. Folia. 3. Radix.
P. 1. Pil. de cynogl. 2. Unguent.

122. *Cynoſbat.* { N. 1. Flor. 2. Fruct. 3. Spongia. 4.
Radix.
P. 1. Conditi fruct. 2. Rob. 3. Spir.
ſimpl. 4. Spir. alcaliſatus.

123. *Cyperi.* { N. Radix.
P. Variæ ſunt.

124. *Cydonii.* { N. 1. Mala. 2. Semen.
P. 1. Condit. 2. Vinum. 3. Rob.
[ Syr. cyd. Ferd. ] 4. Diacydon. 5.
Marmelata. 6. Miva ſimpl. 7. Aro-
mat. 8. Diacydonites ſimp. 9. Comp.
10. Laxat. 11. Eſſ. ſ. Spir. 12. Ol. per
infuſ.

## D.

125. *Dauci.* Semen. p. 🝆.
126. *Dictamni Cretici.* Folia.
127. *Dipſaci.* 1. Radix. 2. Vermiculi.
128. *Doronici.* Radix.

## E.

129. *Ebeni.* Lignum.

130. *Ebuli.* { N. 1. Flor. 2. Folia. 3. Cortex inter. 4.
Semen. 5. Baccæ.
P. 1. ▽. 2. Spir. 3. Rob. 4. Tinct.

131. *Endiv.* { N. 1. Fol. 2. Sem. 3. Radix.
P. 1. ▽. 2. Succ. 3. Syr. ſimpl. 4. Syr.
comp. 5. Syr. Byzant. 6. Syr. Diaſer.
7. ⊖.

132. *Epatic.* { N. 1. Folia. 2. Flores.
P. ▽.

133. *Epatic.* ſtellat. { N. Herba cum floribus.
P. ▽.

134. *Equiſetum.* { N. caules cum foliis.
P. ▽, ⊖.

135. *Erucæ.* Semen.

136. *Eryng.* { N. Radix.
P. Condit. Radix.

137. *Eryſimi.* { N. 1. Semen. 2. Herba.
P. Syr. de Eryſimo.

138. *Eupatorii.* { N. 1. Flores. 2. Folia.
P. ▽.

139. *Eufragiæ.* { N. Herb. c. Floribus.
P. 1. Conſerv. 2. ▽. 3. Vinum.
[ Eſſentia. ]

## F.

140. *Faba.* { N. Farina fabarum.
P. 1. ▽. è flor. 2. Cinis. 3. ⊖.

141. *Fabariæ.* { N. Folia. ( Radix. )
P. ▽.

142. *Ficus.* Fructus. 1. Groſſæ. 2. Caricæ.
143. *Filipendulæ.* 1. Folia. 2. Radix. ( Extractum. )
144. *Filicis* radix ſcilicet fœminæ. ( P. Spiritus
Extr. )

145. *Fœnicul.* { N. 1. Herba Summitates. 2. Radix.
3. Semen.
P. 1. Confect. Sem. 2. ▽. ex
herba. 3. ▽. è ſem. 4. Ol. ſtill. 5.
⊖.

146. *Fœnugr.* { N. Semen.
P. Mucilago.

147. *Fragar.* { N. 1. Folia. 2. Fructus.
P. 1. ▽. ex herb. 2. ▽ è fructibus.
3. Syr. 4. Spir. tinct.

148. *Fraxin.* { N. 1. Cortex. 2. Lignum. 3. Se-
men.
P. 1. Extr. 2. Ol. ſt. 3. ⊖.

149. *Fraxinellæ* radix. ( P. ▽. ex rad. Rad. condit. o-
leum. )

150. *Fumariæ.* { N. Herba c. floribus.
P. 1. ▽. 2. Ol. ſt. 3. Succ. inſpiſſ.
4. Conſerv. 5. Syr. ſ. 6. Syr. comp.
7. Pilul. de fum. 8. ⊖. ( Extr. )

151. *Fumariæ bulboſæ.* 1. Radix. 2. Herba c. floribus
( rarò. )

( Fungus ) *ejus ulterior hiſtoria.*

## G.

152. *Galang.* { N. Radix.
P. Spec. Diagal. ( Extr. )

153. *Galeg.* { N. Herba.
P. ▽. ( Syrup. )

Gallæ earumque varia genera.

154. *Gallii* herba è floribus.

155. *Geniſt.* { N. Flores. 2. Semen.
P. 1. ▽. 2. Conſerv. 3. ⊖. 4. con-
dit.

156. *Gentian.* { N. Radix.
P. 1. Succ. 2. Extr. ( ▽ )

157. *Geranii.* { N. Folia ſ. ſummit.
P. ▽.

Geranium Moſchatum.

( Glycypi cron. N. Rad. Cort.

158. *Glycyrrhiz.* { N. Radix.
P. 1. Succus inſpiſſ. 2. Liquir.
cocta. 3. Syr. comp. 4. Extract.
5. Unguent.

159. *Gramin.* { N. 1. Rad. 2. Caulis cum foliis. 3.
Semen.
P. ▽.

160. *Granat.* { N. 1. Poma. 2. Fl. Balauſt. 3. Cor-
tex. 4. Nuc.
P. 1. Succ. 2. Syr. dulc. 3. Syr.
acid.

161. *Guajac.* { N. 1. Lignum. 2. Cortex.
P. 1. Decoct. 2. Extr. 3. Ol. 4. Spi-
rit. 5. ⊖.

H.

162. *Hedera terr.* N. Herba cum flor.
p. 1. ▽. 2. Conſerv. 3. Syr. ſ. 4. S. comp. 5. Succ.

163. *Heder. arbor.* N. 1. Fol. 2. Baccæ. 3. Gum.
p. Ol. ſtill.

164. *Helenii.* N. Rad.
p. 1. Cond. rad. 2. ▽. 3. Conſ. 4. Extr. 5. Vinum Enulat.

165. *Herniar.* N. Herba.
p. ▽.

166. *Hiſpidul.* N. Herb. cum flor.
p. 1. Aqua. 2. Syr. ſimpl. 3. ſ. comp.

167. *Hordei.* N. 1. Semen. 2. Farina.
p. 1. Aq. ſt. 2. Coćta.

168. *Hormini.* Folia cum flor.

169. *Hyoſcyam.* N. 1. Rad. 2. Semen. 3. Fol.
p. 1. Aq. 2. Ol. expr. 3. Extr.

170. *Hyperici.* N. 1. Fol. 2. Flor.
p. 1. Aq. 2. Ol. coćt. 3. ⊖. 4. Tinćtura.

171. *Hyſſop.* N. Folia cum flor.
p. 1. Aq. 2. Ol. ſt. 3. Conſ. 4. Spec. diah. 5. Syr. ſ. 6. S. comp.

I.

172. *Iacea.* N. Herba cum flor.
p. Aq.

173. *Iaſmin.* Oleum infuſ.

174. *Imperator.* N. Radix.
p. Aq. ſtill. ( Extr. ☍. )

175. *Iridis noſtr.* N. Radix.
p. 1. Succ. 2 Fœcula. 3. Ol. infuſ. *De Iride ulterior diſſertatio.*

176. *Ireos* Flor. & Illyr. N. Radix.
p. 1. Extr. 2. Spec. Diair. ſimpl. 3. Comp. Salom.

177. *Iugland.* N. 1. Nuces. 2. Putam. 3. Cort. 4. Iuli. 5. Membranulæ.
p. 1. Cond. nuc. 2. Aq. Vomitor. 3. Succ. 4. Rob. 5. Ol. expr. 6. Elećt. ( Acetum. )

178. *Iujub.* N. Frućtus.
p. Syrup. de Iujub.

179. *Iuniper.* N. 1. Lign. 2. Bacc. 3. Gum. 4. Fung.
p. 1. Aq. è bacc. 2. Spir. 3. Ol. ex bacc. 4. Ol. ex ligno. 5. ⊖. 6. Rob. 7. Extr. gummoſ. 8. Extr. è bacc. 9. Elixyr.

L.

180. *Lactuc.* N. 1. Folia. 2. Semen.
p. 1. Aq. 2. Succ. 3. Condit. Caul.

181. *Lagop.*

182. *Lapath.* N. 1. Rad. Semen.
p. Aq. ſtill. ( Extr. )

183. *Laric.* 1. Reſina. 2. Fungus. (Muſcus Lign.)

184. *Lauri.* N. Fol. 2. Baccæ.
p. 1. El. deb. 2. Empl. 3. Ol. Expr. 4. Ol. ſtill. 5. Spir. 6. Eſſent.

( Lens arvenſis. )

185. *Lens* paluſtris. p. ▽.

186. *Lentiſc.* Gumm. vel Maſtich.

187. *Leviſtic.* N. 1. Fol. 2. Rad. 3. Semen.
p. 1. ▽. 2. Ol. 3. ⊖.

188. *Lichen.* N. Folia.
p. ▽. ſt. è flor.

189. *Liguſt.* N. 1. Fol. 2. Flor.
p. 1. ▽. ſt. 2. Ol. infuſ.

190. *Lilii.* N. 1. Flor. 2. Rad. 3. ſtamina.
p. 1. Conſerv. 2. ▽. 3. Ol. ſimpl. 4. Ol. comp.

191. *Lil. convall.* N. 1. Flores. 2. Rad. ( ſed rarò. )
p. 1. ▽. 2. ▽. liliat. 3. Spir. lil. 4. Conſ. 5. Ol. infuſ. 6. Ol. ſt. 7. pulv. ſternut. ( 8. Extr. 9. ⊖ volat. )

192. *Limon.* N. poma.
p. 1. Succ. 2. Syr. de ſ. 3. ▽. ex flor.

193. *Linar.* N. Fol.
p. ▽. ſt. ( Ungu. )

194. *Lini* N. Semen.
p. 1. Mucilag. 2. Farin. 3. Ol. expr.

195. *Lotus.* N. Herba.
p. 1. Aq. ſtill. 2. Ol. infuſ.

196. *Lupul.* N. 1. Flor. 2. Iuli.
p. 1. Aq. 2. Syr.

M.

197. *Majoran.* N. Fol. 2. Sem.
p. 1. Aq. 2. Conſ. 3. Confećt. ſem. 4. Ol. ſt. 5. Balſam.

198. *Malabathr.* Folia.

199. *Malv.* N. 1. Fol. 2. Flor. 3. Sem. 4. Radix.
p. 1. Aq. ſtill. 2. Conſerv. flor.

200. *Malv. arbor.* Flores.

201. *Mandragor.* N. Cort. radicis.
p. ol. coćt.

202. *Marrub.* N. Folia
p. 1. Aq. 2. Syrup. de praſſ. 3. Spec. diapr.

203. *Mari.* N. Folia.
p. Pilulæ marocoſt. Theriaca.

204. *Matricar.* N. Fol. cum flor.
p. 1. Aq. 2. ⊖. 3. Syr. 4. Ol. ſt.

205. *Matriſylv.*

206. *Melilot.* N. 1. Flores. 2. Semen.
p. 1. Aq. 2. Empl. de Mel.

207. *Meliſſ.* N. 1. Herba. 2. Flor.
P. 1. Aq. 2. Aq. comp. c. Vin. 3. Spirit. 4. Ol. 5. Extr. 6. Conſerv. 7. Syrup. 8. Syr. comp. 9. ⊖ fix.

208. *Melon.* N. Semen, ſ. nuclei.
p. Condit. poma.

209. *Menth.* N. Herba cum flor.
p. 1. ▽. 2. Syr. de M. minor. 3. Major. 4. Conſ. 5. Ol. ſtill. 6. Ol. inf. 7. Balſam. 8. ⊖ ( Mel. )

210. *Menth.* Saracenic. 1. Fol. 2. Radix.

211. *Mercurial.* N. Folia.
p. 1. ▽. 2. Syr. 3. Mel.

212. *Meſpil.* 1. Frućt. 2. Offic. 3. Folia.

213. *Mei* Radix.

214. *Milii.* N. 1. Semen. 2. Farina.
p. 1. ▽. ſtill. 2. Dec.

215. *Milii ſolis.* N. 1. Semen. 2. Folia ( rarò. )
p. ▽. ſt.

216. *Mille-*

216. *Millefol.* N. Fol. cum flor.
P. ▽.

217. *Momordic.* N. 1. Folia. 2. Poma.
P. Ol. inf.

218. *Mori.* N. 1. Cort. radicis. 2. Fol. 3. Fructus.
P. 1. ▽. 2. Rob. Diam. ſ. 3. Comp. 4. Nicol. 5. D. Cordi.

219. *Moſchat.* N. 1. Nux. 2. Flor. (Macis.)
P. 1. Cond. nux. 2. ▽. Nuc. 3. Ol. ſt. 4. Ol. ſt. 5. Ol. expr. 6. ⊖. 7. Ol. macis ſt. 8. Ol. expr. 9. Extr. 10. Balſ. macis. 11. B. Nuciſtæ.

220. *Muſcus* arboreus ipſe.

221. *Muſcus* terreſtris.

222. *Myrtilli* baccæ. [ P. 1. ▽. 2. Syrup. 3. Vinum.

223. *Myrt.* N. 1. Folia. 2. Baccæ.
P. 1. Syr. 2. Ol. myrtillor. 3. Ol. Myrtin.

N.

224. *Nap.* N. Semen.
P. ol. expr.

225. *Naſturt. aq.* N. Herba cum flor.
P. 1. Succ. inſp. 2. ▽. 3. Spir.

226. *Naſturt. hort.* 1. Folia. 2. Semen.
[Naſturtium Indicum] p. ▽.

227. *Nepetæ* Herba.

228. *Nephriticum.* Lignum & hujus infuſio. *Varia circa illud Experimenta.*

229. *Nicotian.* N. 1. Folia. 2. Semen.
P. 1. ▽. 2. Syr. 3. Ol. ſt. 4. Ol. infuſ. 5. ⊖. 6. Ung. 7. Balſ.

230. *Nigell.* N. Semen.
P. Sem. pp. 2. ▽. 3. Ol. ſt. (Ungu.)

231. *Nummular.* N. Herba.
P. ▽. ſt.

232. *Nymph.* N. 1. Rad. 2. Fol. 3. Sem. 4. Flor.
P. 1. Aq. è Fl. alb. 2. Aq. è lut. 3. Syr. ſ. 4. Syr. c. de Nenuph. 5. Conſ. 6. Ol. inſ. 7. Unguent.

O.

233. *Oleæ.* N. Folia.
P. 1. Cond. fr. 2. Ol. comm. 3. Ol. omphacin. ol. Philoſoph.

234. *Onon.* N. Radix ac potiſſimùm Cortex.
P. Aq. ſt. [ Syrup. Sal. ]

235. *Origan.* N. Summitates.
P. 1. Aq. ol. ſt. 3. ⊖.

P.

236. *Palmæ.* Dactyli, hinc Diaphœnicon.

237. *Papav. ſat.* N. 1. Flor. 2. Sem. alb. 3. Sem. nigr. 4. Capita cum & ſine ſemine.
P. 1. Succ. inſp. 2. Extr. 3. Aq. 4. Syr. ſ. 5. C. 6. El. 1. Diac. ſ. 7. 2. Montan. 8. 3. Actuar. 9. In ſolid. 10. Loch. 11. Ol. expr.

238. *Papav. err.* N. Flores.
P. 1. Aq. 2. Syr. 3. Conſ. 4. extr. 5. ✢.

239. *Parietar.* N. Folia.
P. Aq. ſtil.

240. *Paris herb.* N. 1. Baccæ. 2. Folia.
P. Pulvis Saxonic. ( ℘. )

241. *Paſtinac.* N. 1. Sem. 2. Herba (raro.)

242. *Paſtin. ſylveſtr.* N. Semen.
P. 1. Conf. ſem. 2. Aq. ſtill. 3. Ol. ſt.

243. *Perfoliat.* N. 1. Folia. 2. Semen.
P. Aq.

244. *Perſic.* N. 1. Folia. 2. Flor. 3. Nucl. 4. Fruct.
P. 1. Cond. 2. Aq. fl. 3. Aq. diur. 4. Syr. fl. 5. Conſ. 6. Ol. expr.
[ Huc Perſia Armeniaca. ]

245. *Perſicariæ* Folia. [ P. 1. ▽. 2. Eſſent. 4. Unguentum. ]

246. *Petaſit.* N. Radix.
P. 1. ▽. 2. Ol. ſt. 3. Extr.

247. *Petroſel.* N. 1. Rad. 2. Sem. 3. Fol.
P. ▽. ſtill.

248. *Petroſel.* Montan. 1. Rad. 2. Folia.

249. *Petroſel.* Macedonic. 1. Semen. 2. Radix (rarò.)

250. *Peucedan.* N. 1. Rad. 2. Semen.
P. 1. ⊖. 2. Ol. ſt.

251. *Pimpinel.* N. 1. Rad. 2. Semen.
P. 1. Cond. rad. 2. Conf. 3. Conſ. 4. ▽. ſt. 5. Ol. ſt. 6. ⊖. *varia circa illam Experimenta.*

252. *Pinaſtr.* N. 1. Cort. 2. Fol. 3. Nuc. 4. Reſina.
P. 1. ▽. 2. Ol.

253. *Pini.* N. 1. Nuces pineæ. 2. Cort. 3. Folia.
P. Ol. expr.

254. *Piper.* N. Semen. 1. Album. 2. Nigrum. 3. Longum.
P. 1. Spec. Diatr. pip. 2. Trag. fort. 3. Ol. ſt. 4. Ol. inf.

255. *Piſtac.* N. Fruct.
P. Ol. expr.

256. *Plantago.* N. 1. Sem. 2. Fol. 3. Radix.
P. 1. Succ. inſp. 2. ▽. 3. Syr. [ 4. Extr. 5. Spec. diaplantagin. ]

257. *Pœon.* N. 1. Rad. 2. Sem. 3. Flores.
P. 1. ▽. 2. Syr. 3. Extr. 4. Conſ. 5. ⊖. 6. Fæcul. 7. Ol. ſt. (Extr. diapœon. Mind.) (Mel Pœoniat.)
(Polium Montanum Creticum.)

258. *Polygon.* N. Herba.
P. ▽.

259. *Polygonat.* N. 1. Rad. 2. Fol. 3. Baccæ.
P. ▽.

260. *Pomi.* N. Poma acida, dulcia, ſubacida.
P. 1. Succ. 2. Syr. ſ. 3. Syr. Reg. ſab. 4. Extr. ſ. ſucc. inſpiſſ. 5. Extr. rad. (Unus Pomadum.)

261. *Popul.* N. 1. Cort. (albæ.) 2. Oculi, (nigræ.) 3. ſtilla.
P. 1. Ol. inf. 2. Unguent.

262. *Porri.* 1. Rad. 2. Herb. 3. Sem.

263. *Portulac.* N. 1. Folia. Semen.
P. 1. Succ. inſp. 2. ▽. 3. Syr. ſ. 4. Syr. C. 5. Conſ. è fol. (6. Loch.)

¶¶ 2 264. *Pri-*

264. *Primul. veris.* N. 1. Flores. 2. Folia. (Radix.) P. 1. ∇. 2. Conſ. (Spiritus.)

265. *Prunell.* N. 1. Folia. 2. Flor. P. 1. ∇. 2. Conſ. è fl.

266. *Pruni* N. 1. Pruna 2. Gummi. P. 1. Cond. 2. Pulpa. 3. El. diapr. ſimpl. 4. Comp. 5. Diapr. non laxativum. (Diaprun. ſolut. Nic.) Pruna laxativ.)

267. *Ptarmicæ* 1. Radix. 2. Folia.

268. *Puleg.* N. Folia. P. 1. ∇. 2. ∇. bis deſtill. 3. Ol. ſt.

269. *Pulmonariæ* Folia. (P. 1. ∇. 2. Conſerv. flor.)

(Pulſatilla P. ∇.

270. *Pyrethr.* Radix.

271. *Pyrol.* Folia.

272. *Pyri* fructus (pyra.)

## Q.

273. *Quercus* N. 1. Folia. 2. Gland. 3. Cupulæ. 4. Cort. 5. Viſc. 6. fung. P. 1. ∇. 2. Gluten. [3. Spiritus.]

274. *Quinquefolium* N. Herba Radix. P. ∇. (Extr.)

## R.

275. *Raphan.* N. 1. Semen. 2. Radix. P. ∇.

276. *Raphan. marin.* N. Radix. P. ∇.

277. *Rapi* Radix.

278. *Rhapontic.* Vulgaris radix.

279. *Rhapontic.* Veri.

280. *Rhodia.* Radix.

281. *Rhodium.* Lignum ejuſque Extract.

282. *Rhois* N. Baccæ. P. 1. Cond. bacc. 2. Rob. ſ. 3. Rob. comp. 4. Vinum.

284. *Roſa.* N. 1. Flores. 2. Anthera. P. 1. ✢ 2. ∇. 1. flor. rub. 2. Pallid. 3. Alb. 4. Balſ. 5. Conſ. ſ. & ⊖-ta, tum & conſ. pallid. 6. Elect. roſar. 1. De ſ. roſar. 7. Morſell. 8. Ol. ſtill. & ol. infuſ. 1. Vulgare. 2. Omphac. 3. Comp. 9. Pil. roſat. 10. Spec. El. de ſ. roſat. it. ſpec. arom. roſ. ſp. Diarrh. h. Abb. ſp. roſar. novell. 11. Spirit. 12. Syrup. 1. Roſat. ſ. 2. Solut. Muſcharum. 3. laxat. comp. ſ. elleb. 4. Sine elleb. 5. De roſ. ſicc. 6. Iuleb. 7. Mel. roſar. Meſ. ſ. m. citrat. m. laxat. 13. Tinctur. 14. Troch. Diarrh. 15. Ung. roſat.

Roſa Chinenſis variaque circa illam.

285. *Ros ſolis.* N. 1. ∇. Herba. 2. Succus. P. ∇. *Varia circa Rorem Solis Experim.*

286. *Roſmar.* N. Folia. 2. Flor. (Anthos) 3. Semen. P. 1. ∇. 2. Spir. 3. Mel anthos. 4. Ol. ſtill. 5. Balſ. 6. Conſerv. 7. Sp. Dianth.

287. *Rubiæ* radix.

288. *Rub.* N. 1. Fol. 2. Fl. (1. Mora rubi. 2. Mora bati.) 3. Cymæ. 4. Rad. P. 1. Rob. Diam. ſ. c. 3. Diam. Nicol.

289. *Rub. idæi.* N. Fructus. P. 1. ∇. 2. Spir. 3. Syrup. 4. Vinum. 5. Conditi fruct. 6. Acet.

290. *Ruſci.* Radix.

291. *Rut. hortenſ.* N. 1. Herb. ſ. ſummit. 2. Semen. P. 1. ∇. 2. Ol. ſt. 3. Ol. inf. 4. ⊖. 5. ✢. 6. Balſ.

292. *Rut. murar.*

## S.

293. *Sabin.* N. Folia. P. 1. ∇. 2. Spiritus. 3. Extractum. 4. Oleum ſtill.

294. *Salic.* 1. Fol. 2. Iuli.

295. *Salviæ* N. 1. Folia. 2. Flor. P. 1. ∇. 2. Ol. ſtil. 3. ⊖. 4. Conſerv.

[Salvia baccifera.]

296. *Sambuc.* N. 1. Flor. 2. Bacc. 3. Cort. 4. Spong. 5. Turiones. P. A floribus. 1. ∇. 2. Spir. 3. Vin. 4. Ol. infuſ. 5. Ol. ſtill. (Acetum.) Ex baccis. 1. Rob. 2. Tinct. 3. Spir. 4. Ol. expr. 5. Tragæa.

297. *Sanguiſorb.* N. 1. Herb. cum flor. 2. Rad. P. 1. ∇. 2. Syr. 3. Conſerv.

298. *Sanicul.* N. 1. Folia. 2. Radix. P. ∇.

299. *Santal.* N. Lignum. 1. Alb. 2. Rubr. 3. Citrin. P. 1. Extr. gummoſ. 2. Spec. Diatr. ſant. 3. Ung. 4. Cerotum. 5. Trochiſc.

300. *Santonic.* N. Semen. P. 1. Semen ppt. 2. Conſ. Cinæ.

301. *Saponar.* 1. Radix. 2. Folia.

302. *Sarſaparilla.* Radix. [P. Extr.]

303. *Saſſafr.* N. 1. Lignum. 2. Cortex. P. 1. Extr. 2. Ol. ſtill.

304. *Satureja.* N. Herba cum flor. P. 1. ∇. 2. Ol. ſtill. (⊖.)

305. *Satyrii.* N. Radix. P. 1. Condit. rad. 2. Elect. diaſ. 3. Extr. ſang.

306. *Saxifr.* N. 1. Fol. cum Fl. 2. Rad. (ſemen dicta.) P. ∇.

307. *Scabioſ.* N. 1. Rad. 2. Fol. 3. Flor. P. 1. ∇. 2. Syr. 3. Conſ. 4.

308. *Schænanthi.* 1. Culmi. 2. Flor. 3. Radix.

309. *Scolopendr. ver.* N. Folia. P. ∇. (Acet.)

311. *Scord.*

311. *Scord.* N. Folia. P. 1. ▽. 2. Succ. inſp. 3. Syr. ſ. 4. cap. 5. Conſ. 6. El. Diaſcord. Fra. 7. ⊖.
312. *Scorzoner.* N. Radix. P. 1. ▽. 2. Extr. 3. Cond. radix.
313. *Scrophul.* N. Radix. P. ▽.
314. *Scyll.* N. Radix. P. 1. Rad. pp. (& Trochiſci ex illa,) 2. Oxymel. ſ. &c. (& oxyſacharum) 3. Loch. 4. ✚ 5. Fæcula 6. Extr.
315. *Sebeſten.* N. Fruct. Sebeſten. P. Elect. de Seb.
316. *Secal.* N. 1. Farin. 2. Furf. P. 1. Panis. 2. ▽. è pane. 3. ▽. gram. 4. Empl. è Cruſt. p.
317. *Sedi.* N. Folia. P. 1. ▽. 2. Succ. (Syrupus.)
318. *Senecionis.* N. Caulis cum fol. ac Flor. P. ▽. ſt.
319. *Serpill.* N. Herb. cum Flor. P. ▽. (o°o.)
320. *Seſam.* N. Semen. P. Ol. expr.
321. *Seſel.* Maſſiliotic. ſemen.
322. *Seſel.* Officinar. 1. Radix. 2. Semen.
323. *Seſel.* Cretic. ſemen.
324. *Siderit.* Herba.
325. *Siliquæ* fructus. ſ. ſuccus melligineus. (P. Syr. Diacodion.)
326. *Sinap.* N. Semen. P. Ol. expr.
327. *Siſar.* Radix.
328. *Solan.* N. 1. Herba. 2. Baccæ. P. ▽. ſtill.
329. *Sorbi.* fructus (Sorbum) (P. Rob. Diaſorbis.
330. *Spica.* N. 1. Fol. 2. Flor. Lavend. 3. Sem. Lavend. P. 1. Conſ. 2. Confect. 3. Aq. 4. Ol. ſt. (Spirit.)
331. *Spic. celtic.* Radicula cum adnatis.
332. *Spic. Indic.* N. Radix. P. 1. Ol. nardin. ſ. 2. Comp.
333. *Spinachia.* Herba.
334. *Staphiſagr.* Semen.
335. *Stæchad.* N. Flores ſ. ſpicæ compreſſæ. P. 1. Syr. ſ. 2. Syr. c. 3. Syr. Fernelii.
336. *Stæchad. Citr.* Flores.
337. *Succiſ.* N. 1. Rad. 2. Flor. 3. Folia. P. Aq.
338. *Symphyt.* N. 1. Rad. 2. Fol. 3. Flores. P. 1. Aq. 2. Conſ. 3. Cond. rad. 4. Syr. 5. Extr. 6. Extr. ſanguineum. 7. Ol. ſt.

T.

339. *Tamariſc.* N. 1. Lignum. 2. Rad. 3. Cort. (inprimis radicis.) P. 1. Extr. 2. ⊖.
340. *Tanac.* N. 1. Herb. cum fl. 2. Sem. P. 1. Aq. 2. Ol. ſtill. (Conſerv. Sa.)
341. *Taraxac.* N. 1. Rad. 2. Folia. P. aq.
Thee Hiſtoria & Præparationes.
342. *Thlaſpi.* 1. Semen. 2. Herba.
343. *Teucrii.* Herba cum flor.
344. *Thym.* N. 1. Herba. 2. Semen. P. 1. Aq. 2. Spir. 3. Ol. ſtill.
345. *Thymiama.* Cortex.
346. *Tilia.* N. 1. Flor. 2. Fol. 3. Cort. 4. Sem. 5. Lignum. (Viſcum.) P. 1. Aq. 2. Conſ. (Spiritus.)
347. *Tormentill.* N. Radix. P. aq. (Extractum.)
348. *Trichoman.* N. Flor. herb.
349. *Trifol.* N. Acet. Aur. Odor. (Trifolium paluſtre) P. Eſſent.
350. *Tritic.* N. 1. Semen. 2. Farina. 3. Furfures. P. 1. Aq. 2. Ol.
351. *Tuſſilag.* N. 1. Folia. 2. Radix. P. 1. Syr. de Farfare. 2. Conſ. 3. Aq. (4. Looch.)

V.

352. *Valer.* N. 1. Radix. 2. Herba (Phu veri.) P. 1. Aq. 2. Extr.
353. *Verbaſc.* N. 1. Fol. 2. Fl. 3. Rad. [rarò.] P. 1. ▽. 2. Ol. inf.
354. *Verben.* N. Herba ſ. ſummit. P. 1. ▽. 2. Ung.
355. *Vermicularis* folia cum floribus.
356. *Veronic.* N. 1. Folia. 2. Flores. P. 1. Conſ. 2. ▽. 3. ▽. Cum Vino deſt. 4. Syr. 5. ⊖ 6. Rob. *Varia circa Veronicam Experimenta.*
357. *Victorial.* Radix.
358. *Vinca perv.* N. Folia. P. ▽.
359. *Vincetoxic.* N. 1. Radix. 2. Semen. [ſed rarò.] P. 1. ▽. 2. Extr.
360. *Viol. purpur.* N. 1. Flor. 2. Fol. 3. Semen. P. P. Syr. ſol. 2. Syr. violar. ſ. 3. ſ. viol. comp. 4. Iuleb. 5. Conſ. 6. ✚. 7. Ol. inf. 8. ▽. ſtill. è flor. tum ex tota. 9. Tinct. 10. Extr. 11. Trochiſc.
[Viſcum.]
361. *Virg. Aur.* N. 1. Fol. 2. Flor. P. ▽.
362. *Virg. aureæ, conſolid.* dictæ Folia.
363. *Vitis.* N. 1. Folia. 2. Lachryma. 3. Uvæ. 1. Immatur. 2. Maturæ. 3. Paſſæ maximæ, [Zibebæ.] majores & minores. 4. Vinacea. P. 1. ▽. 2. Cinis ſarment. 3. Loch. paſſulat. 4. Mel paſſulat. 5. Condit. Paſſul. laxat. 6. Acetum paſſulat. & Agreſtin. ſolut. 7. Ol. ex acin.]

ſſ 3 364. *Ul-*

364. *Ulmar.* { N. 1. Folia cum flor. 2. Radix. (rarò.)
P. 1. ▽. 2. Extr.

365. *Urtic.* { N. 1. Rad. (maximæ) 2. Semen. 3. Fol. [minoris] & Romanæ. 4. Semen. [ol. ex hoc expr.]

366. *Urtic. mortua.* { N. Herba cum flor.
P. Conſerv.

Uva ſpina.

367. *Zedoar.* { N. Radix longa rotunda.
P. 1. Cond. 2. Conf. 3. Extr. 4. Ol. ſt. 5. ⊖. 6. Balſ.

368. *Zinzib.* N. Radix.
P. Cond. in China. 2. Cond. noſtrat. 3. Conf. 4. Zz. laxativ. 5. Spec. Diaz. 6. Ol. ſtill.

## *Claſſis II. De Alterantibus ſecundariis.*

369. *Acet.* { N. 1. Vinacea. 2. Cerevifiaria. 3. Pomacea.
P. 1. *Deſtillata* 1. ✠ deſt. com. 2. Et ex fæcibus. 3. ✠ radicat. 4. Mellit. 5. ✠ Terebinth. 6. ⁓ [7. Syrupus acetoſus ſimpl.] [8. Syrupus acetoſus comp. Meſ.] [9. Syrupus acetoſus diarhodon Meſ.] 10. Cryſtall. ✠.

370. *Ammoniac.* { N. 1. *θραῦσμα.* 2. *φύραμα.*
P. 1. Amm. depurat. 2. Ol. ſt. 3. Cærul. 4. Pil. 5. Extr. reſinoſ. 6. Extr. viſcoſ.

371. *G. Animæ.* P. Ol. ſt.
372. *G. Arabic.* P. 1. Pulvis. 2. Depuratum.

373. *Aſa fœtid.* { N. Ipſa aſa.
P. 1. Pilulæ de Aſa fœtidæ 2. Pil. f. [oleum.]

374. *Balſamum* verum.
375. *Balſamum* de Tolu.
376. *Balſamum Indicum* & ejus ſpiritus.
377. *Bdellium.* Gummi [lachryma] & P. Pilulæ.
378. *Benzoin.* Et P. 1. Magiſt. 2. Flores. [& ex his Tinctura.] 3. Liquor. 4. Oleum ſtill. 5. Trochiſc.
379. *Camphora.* Et P. 1. Oleum. 2. Ol. Camph. Succin. 3. Liquor. 4. Eſſent. alexiteria.
380. *Cancamum.*
381. *Caranna.*
382. *Colophonia.*
383. *Copal.* Reſina & P. ol. ſtill.
384. *Elemi* Et P. Ol. ſt.
385. *Fuligo* Et P. 1. Spir. 2. Ol. 3. ⊖.
386. *Galbanum* Et P. 1. Depurat. 2. Ol. ſt. 3. Galbanetum. 4. Cerot. de G.
387. *Hypociſtis* & P. depurat.
388. *Lacca* & P. 1. Lota. 2. Trochiſc. (ſpec. Dialacc.)
389. *Ladanum* Et P. Ol. ſt.
390. *Liquidambra* Et P. 1. Ol. expr. 2. Coctum.
391. *Lycium.*
392. *Maſtiche* Et P. 1. Ol. ſt. Balſ. 2. Ol. per del. 3. Ol. Coct. 4. Spir. 5. ▽. Maſtich. 6. ▽. 7. Pilulæ. [Emplaſtrum.]
393. *Myrrha* Et P. 1. Depurat. 2. Extract. 3. Ol. ſtill. 4. Liquor. 5. Troch.
394. *Omphacium* Et P. Syrupus de Agreſta. [Rob.]

395. *Opium* { N. 1. Exoticum (Thebaic.) 2. Noſtrat.
P. 1. Extr. Querc. 2. Aliud 3. Extr. Salæ. 4. Extr. Croll. 5. 6. Laudanum opiat. 7. L. op. Querc. 8. Aliud majus. 9. L. op. ſ. Anodynum ſpecificum Parac. 10. Nepenth. aureum Salæ. 11. L. op. Croll. 12. L. op. Sen. 13. S. Plater. 14. Liq. 15. Solid. S. Cl. 16. Pect. Salæ. 17. Pil. Narcot. Plater.

396. *Opopanax.* [Pilul. ☍.]
397. *Piſſaſphaltos.*

398. *Picis* { N. 1. Pix liquida. 2. P. Sicca (palimpiſſa.)
P. Ol. ſtill. (▽.)

399. *Reſin. Terebinth. Cypr.* { N. Vera.
P. pil. Podagr.

400. *Reſina Laricis ſ. Tereb.* { N. Vulgar.
P. 1. Spir. 2. Ol. 3. Balſ. 4. Colophon. 5. Ol. cærul. 6. Tinct. 7. ⊖ 8. Pil.

401. *Sacchar.* { N. A loc. 1. Sacch. Madar. 2. Canar. 3. Thomæum. 4. Meliſſ. (cibale.) 5. Valent. ab elaborat. 1. Sacch. non finum. 2. Finum. 3. Candiſ. 4. Penidiat.
P. 1. Sacch. penid. 2. Roſat. 3. Violat. 4. ▽ ſtill. 5. Ol. 6. ⊖. 7. 8. Liq. 9. Eſſ. & Cryſt.

402. *Sagapenum* Et P. 1. Depurat. 2. Pilul. comm. 3. Pill. Camilli. 4. Pil. fœtidæ. 5. Ol. ſtill.
403. *Sanguis Draconis.*
404. *Sarcocolla* Et Pilul. de Sarcocoll.
405. *Succolata.*
406. *Storax calamit.* Et p. 1. Ol. ſtill. ol. coct.
407. *Styrax liquidus.*
408. *Tacamahaca* Et P. Emplaſt. ſtom.

409. *Tartari Præp.* { 1 Depurat. unde cremor cryſtall. Acidum Tartari.
2 Deſtillat. unde. 1. Spir. & ol. 2. Spir. comp. 3. Spir. Tartari ⊕-latus. 4. Philoſ. ad ○ pot.
3. Salificat. 1. ⊖ Tart. 2. Ol. p. d. 3. Magiſt. 4. Mag. purg. 5. Tinctur. 6. Tart. ⊕-latus. 7. Tart. ⊕-latus cryſtalliſatus. 8. Volatil. 9. Liq. Splen. [Tart. tartariſatus] Tart. Emeticus.] [Tart. Nitratus.] *De Sale Volatili Tartari Tractatulus Daniel. Ludovici.*

410. *Thuris* { N. 1. Thus. 2. Cortex. 3. Manna.
P. 1. Liquor. 2. Elect. Diaolib.

411. *Tra-*

# LIBER QUINTUS.

# DE ZOOLOGIA.

## *I. Claſſis de Animalibus terreſtribus perfectioribus.*

1. *Agni.* 1. Pulmones ( cùm recentes tum ſiccati. ) 2. Fel. 3. Lana. 4. Oſſa incin. 5. Coagulum.

2. *Alces.*
N. 1. Cornu. 2. Ungula. 3. Nervi.
p. Ex Cornu. 1. C. Præp. 2. C. Phil. calc. 3. Spirit. 4. ⊖ volat. 5. Oleum. ( Paratur & Galreda. )

3. *Apri.*
N. 1. Adeps. 2. Dens. 3. Genitale. 4. Fel. 5. Stercus. 6. Urina. (Cerebrum.) ( Lapis. )
p. 1. Dens præp. 2. Magiſt. 3. ▽. Sanguin.

4. *Aſin.* 1. Ungul. 2. Sang. 3. Lac. 4. Urin. 5. Sterc. 6. Adeps. 7. Pellis.

5. *Bovis.*
N. 1. Cornu. 2. Fel. 3. Iecur. 4. Splen. 5. Sanguis. 6. Medull. 7. Sevum. 8. Axung. 9. Ung. 10. Urin. 11. Sterc. 12. Lapill. 13. Lac. 14. Butyr. 15. Caſ. 16. Priapus. 17. Oſſa.
p. 1. ▽. lact. ▽ ſtercor. (omnium florum.) 2. ▽ ſang. 3. Dec. ſplen. 4. Extr. ſplen. & epat. 5. Ol. butyr. 6. Tinct. fellis.

6. *Bubal.*
N. 1. Cornu & Ungulæ. 2. Sevum. 3. Stercus. ( Urina ) ( coagulum. )
p. Extr. Epat.

7. *Bufon.*
N. 1. Buf. exiccat. [ Sperma. ] ( de Lapide. )
p. 1. Amulet. 2. Pulvis. 3. Sal. 4. Oleum. 5. Ol. comp.

8. *Canis.*
N. 1. Integer. 2. Caput. 3. Axung. 4. Fel. 5. [ Lac ] Sang. 6. Sterc. 7. Urina. 8. Dens. 9. Pellis. 10. Pilus.
p. Balſam.

9. *Capri.*
N. 1. Corn. 2. Sang. 3. Lien. 4. Medulla. 5. Sevum. 6. Lac. 7. Lapilli. 8. Sterc. 9. Urina. 10. Veſica. 11. Oment. 12. Pellis. 13. Fel.
p. Sang. 1. Spiritus. 2. Ol. 3. ⊖. 4. Balſ. antipodagr.

10. *Capræ alpinæ.* 1. Sang. 2. Sev. 3. Iecur. 4. Fel. 5. Sterc. 6. Lapis. *Lapidis capræ Alpinæ, ſeu potius Ægagropilæ deſcriptio & uſus.*

11. *Capricervæ* Orient. Lap. Bezoar. Orient.

12. *Capræ cervæ* Occid. Lap. Bez. Occident.

13. *Capreoli.* 1. Caro. 2. Coagul. 3. Iecur. 4. Fel. 5. Lien. 6. Stercus.

14. *Caſtor.*
N. 1. Axung. 2. Teſtic. [ caſtorium ] 3. Pellis.
p. 1. Ol. infuſ. 2. Ol. ſtill. 3. El. diacaſt. 4. Extr. [ Eſſent. liquida. ]

15. *Cati domeſt.* 1. Axung. 2. Sang. 3. Caput. 4. Sterc. 5. Pellis. 6. Secundina.

16. *Cati* Zibethini Excrementum [ Zibethum. ]

17. *Cervi.*
N. 1. Cornu. 2. Corium. 3. Os de Corde. 4. Genit. 5. Teſtic. 6. Sang. 7. Lachrym. 8. Medull. 9. Sev. 10. Talus. ( Aſtragalus ) 11. Lapis.
*P. Ex Cornu* 1. *C. C.* uſt. 2. ppt. 3. *C. C.* phil. calc. 4. Magiſt. 5. Galreda. 6. Liquor. 7. Oleum. 7. ⊖ vol. 9. ▽ è tiphis. 10. Ung. *C. C.* anod.
*Ex Cord.* ▽. *C. C.*
*Ex ſang.* Balſam. antipodagr.
*Ex Sevo* ol. ſtill.

18. *Cochl.*
N. 1. Integræ. 2. Teſtæ. 3. Pinguedo. 4. Mucus.
p. 1. ▽. 2. Cinis. 3. Liq. Limac.

19. *Cunicul.* 1. Integer uſtus. 2. Axung. 3. Cerebrum.

20. *Elephant.*
N. Dens ( Ebur. )
p. 1. Ebur uſtum. 2. Trochiſc. de ſpodio.

21. *Equi.*
N. 1. Sang. 2. Coagul. 3. Lac. 4. Sterc. 5. Lichenes. 6. Teſtes. 7. Pinguedo Iubæ. 8. Ungul. 9. Pili. 10. Saliva. 11. Dens. 12. Lapis.
p. Extr. Lichen.

22. *Erinaceus.* 1. Integer. 2. Iecur. 3. Axungia. 4. Ventriculus.

23. *Hominis*
*Vivi.* 1. Capilli & horum ▽. 2. Ungues & inde p. mucilago. 3. Saliva. 4. Cerimen. 5. Sudor. 6. Lac & ex hoc P. 1. ▽ ⊕ 12. Butyrum. 7. Sang. menſtr. 8. Secundina. 9. Urin. ejuſque p. ſcilicet. 1. 2. 3. 4. *Spiritus* 5. *Magiſt.* 6. *Oleum ludi.* 10. Stercus cujus p. 1. ▽. 2. *Oleum.* 3. *Zibet. Occid.* 11. Semen. 12. Sanguis & p. 1. ▽. 2. 3. *Ol.* 4. *Balſam. antipod.* 5. *Spir.* Antiepilept. 6. *Mumia.* 7. *Arcan. ſang.* 13. Calculus & p. 1. ⊖. 2. *Ol.* 3. *Eſſentia ſ. Elyx.* 14. Lumbrici. 15. Pediculi. 16. Membrana caput fœtus cingens.
*Interempti.* 1. Mumia & p. *præter vulgaria.* 1. 2. 3. 4. *Tinctura.* 5. 6. *Ol. mumiat.* 7. ▽. *Divina.* 2. Cutis. 3. Pinguedo & p. *Linimentum.* 4. Oſſa & p. 1. *Pulvis.* 2. *ppt.* 3. *Magiſt.* 4. *Ol. &c.* 5. *Medull. oſſ.* 6. Cranium & *P.* 1. *Cal.* 2. *ppt.* 3. *Magiſt.* 4. *Spir.* 5. *Ol.* 6. ⊖ *volat.* 7. *Extr.* 8. *Galreda.* 7. Uſnea. 8. Cerebrum & p. 1. *Spir. ſ. aurea.* 2. *Ol.* 3. ▽. *antepilept.* 9. Fellis. *Extract.* 10. Cor.

[Leo-

[ Leonis. Pinguedo. Stercus. Cruor.]
24. *Leporis.* 1. Cinis. 2. Caput. 3. Oculus [ Dentes.] 4. Sanguis. 5. Pulmo. 6. Cerebr. 7. Cor. 8. Iecur. 9. Fel. 10. Renes. 11. Teſticuli. 12. Uterus. 13. Coagul. 14. Talus. 15. Axung. 16. Sterc. 17. Pili.

25. *Lupi.* N. 1. Dens. 2. Cor. 3. Hepar. 4. Inteſtin. 5. Axung. 6. Oſſa. [Caro.] 7. Sterc. 8. Pellis.
p. 1. Ol. coct. 2. Eſſentia Sang.

26. *Lyncis.* 1. Axung. 2. Vngues.

27. *Moſchi.* N. Excrementum Moſchus.
p. 1. Spec. diam. dulc. 2. Spec. diam. amar. 3. Confect. Moſchard. ſ. Trochiſc. 4. Ol. Moſchellin.

28. *Muli.* 1. Vngul. 2. Vrin. 3. Sterc. 4. Cor. 5. Epar, Renes, Vterus, Teſtes, ſpuma oris.
29. *Muris.* 1. Mus ipſe. 2. Stercus.
29. *Mus* araneus ſ. ſorex uſtus.
29. *Muris a'pini* Adeps.
29. *Muris majoris* Stercus.
30. *Ovis.* 1. Cerebrum. 2. Fel. 3. Oeſypus. 4. Lana ſuccida. 5. Sevum. 6. Pulm. 7. Oment. 8. Sterc. 9. Vrina. 10. Veſica. 11. Caput & pedes. 12. Pediculi. [Lac. Emplaſtr. de pell. ariet.]
31. *Ranunculus viridis.* 1. Ipſe ran. 2. Sanguis.
32. *Rhinocerotis* Cornu.

33. *Serpentis.* N. 1. Cinis. 2. Pinguedo. 3. Exuviæ. 4. Fel. [Iecur.]
p. 1. Bezoardic. animale ſimpl. 2. Comp. [ Sal. comm. volat. vertebr.]

34. *Suis.* N. 1. Fel. 2. Pulm. 3. Pinguedo. 4. Oſſa. 5. Talus. 6. Sterc. 7. Veſic.
p. 1. Unguenta. 2. ▽. ad atrophiam.

35. *Talpæ.* 1. Cinis. 2. Cor. 3. Sanguis. [ Cruor lint. except.]
36. *Taxi.* 1. Cinis. 2. Sanguis. 3. Adeps.
37. *Viperæ.* p. 1. Oleum coct. 2. Trochiſc.
38. *Vituli.* N. 1. Medulla. 2. Stercus.
p. ▽. pectoralis.
39. *Unicorn.* Cornu, *ejus ulterior & accurata hiſtoria.*
40. *Urſus.* 1. Pinguedo. 2. Fel. 3. Oculus.

41. *Vulpis.* N. 1. Pingued. 2. Pulm. 3. Iecur. 4. Fel. 5. Lien. 6. Pellis. 7. Sang. 8. Cinis. 9. Sterc.
p. 1. Ol. 2. Loch. de pulm. 3. Pulm. ppt.

## *Claſſis II. De Avibus.*

42. *Accipiter.* 1. Ol. coct. 2. Adeps. 3. Excrementa.
43. *Alaudæ.* 1. Cor vel integra al. 2. Sang.
44. *Alcedin.* Cor.
45. *Anat.* 1. Ipſa anas viva. 2. Adeps. 3. Sang. 4. Fimus.
46. *Anſer.* 1. Pingued. 2. Sang. 3. Sterc. 4. Cutis pedum.
47. *Ardeæ* Axungia.

48. *Ciconiæ.* N. 1. Integra. 2. Sterc. 3. Ventric. 4. Axung. 5. Fel.
p. 1. ▽ antepilept. 2. Ol. ſt. 3. Sal volat. 4. Arcan. Alexiph.

49. *Columb.* 1. Integra viva. 2. Sanguis. 3. Tunica Ventric. 4. Fimus, & Empl. ex hoc.
50. *Cornic.* Fimus.
51. *Corvi.* 1. Pulli. 2. Cerebr. 3. Pingued. & Sang. 4. Stercus.
52. *Coturnic.* 1. Ping. 2. Excrement.
53. *Cucul.* 1. Vſtus. 2. Fimus.
54. *Ficedula* comeſta.
55. *Gall.* 1. Integra viva & P. 1. Gelatina. 2. Conſum. 3. Ius. 2. Cerebr. 3. Tunica Ventric. 4. Teſticul. 5. Fel. 6. Ping. 7. Guttur. 8. Sterc. 9. Ova eorumque teſtæ, membranula, albumen, vitellum & p. oleum. [Lapillus lectorius.]
56. *Grus.* 1. Integ. 2. Ping. 3. Fel. 4. Caput. 5. Oculi. 6. Ventric. 7. Medulla tibiæ.

57. *Hirund.* N. 1. Integ. 2. Cor. 3. Sang. 4. Lapill. 5. Nidus. 6. Stercus.
p. ▽. ſtill.

58. *Milv.* 1. Cinis. 2. Caput. 3. Epar. 4. Sang. 5. Fel. 6. Sterc. 7. Ping. Hinc, P. Vng.
59. *Motacillæ* pulvis.
60. *Noctuæ.* 1. Caro. 2. Fel. 3. Pinguedo.
61. *Olor.* 1. Pulli. 2. Adeps. 3. Pellis.
62. *Palumb.* plumæ uſtæ, tum Sang. Fimus, &c.
63. *Pari* Cinis.
64. *Paſſer* Troglotites comeſtus vel in cinere aſſumpt. [ Oſſa.]
65. *Pavon.* 1. Ius. 2. Adeps. 3. Fel. 4. Sterc. [& ex hoc Syrup.] 5. Pennæ. 6. Ova.
66. *Perdic.* 1. Caro. 2. Medull. 3. Sang. 4. Iecur. 5. Fel. 6. Pennæ.
67. *Pic.* 1. Subſtantia. 2. Cinis P. ▽. antepil.
68. *Struthion.* 1. Tunica Ventric. 2. Adeps. [ Ova.]
69. *Turtur.* 1. p. Cinis & Extr. 2. Pinguedo.
70. *Upup.* 1. Caro. 2. Ping.
71. *Vultur.* 1. Caro. 2. Ping. 3. Cerebr. 4. Fel. 5. Pennæ. 6. Fimus.

## *Claſſis III. De Piſcibus.*

72. *Anguill.* 1. Ping. 2. Caput. 3. Sang [4. Epar.] 5. Exuviæ.]
P. ▽.

73. *Barb.* Ova.
74. *Blatta biʒantia,* id eſt, conchylium.

75. *Cancr.* N. 1. Subſtantia. 2. Oculi. 3. Putamen.
p. 1. Cinis ♋. 2. ppt. ocul. 3. Mag. oc. 4. ▽ cancr. 5. Ol. liquor. oculor. [Spiritus.]

76. *Carpion.* 1. Fel. 2. Axung. 3. Lap. triangularis. 4. Lapilli oblongi.
77. *Ceti* Axungia.

78. *Conch.* N. 1. Teſtæ. 2. Caro. 3. Margaritæ.
p. Teſtæ calcin. ppt. Hinc antiepilept.

Vmbilicus marinus.
79. *Dentalii* & Entalii ſubſtantia.
80. *Halec.* 1. Animæ. 2. Subſtantia. 3. Muria.
81. *Huſon.* Ichthyocolla.

82. *Lucii* N. 1. Fel. 2. Cor. 3. Mandib. 4. Oſſic. cruciforme. 5. Axungia. 6. Ova.
p. ▽ fellis.

83. *Matris perlar.* 1. Cinis. 2. ppt. & Antifebrile.
84. *Muſtel.* 1. Epar. 2. Ventric. 3. Spina.
85. *Oſtreæ.* 1. Subſtantia. 2. Teſtæ.
86. *Percar.* Lapides.

87. *Ranar.*

87. *Ranar.* N. 1. Subſtantia. 2. Cor. 3. Epar. 4. Fel. 5. Pingued. 6. Sperma.
P. 1. Cinis. 2. ∇ è ranis. 3. ∇ è ſperm. 4. Ol. 5. Pulvis. ſperniolæ compoſ. [Ung. ad atrophiam.] [Empl. de ranis cum & ſine ☿io.]

88. *Sepiæ.* 1. Os. 2. Humor ater. 3. Ova.

89. *Sturion.* Oſſa.

90. *Teſtudin.* 1. Crura. 2. Sang. 3. Fel. [Hepar.]

91. *Thymall.* Axungia.

92. *Tinc.* 1. Subſtant. 2. Fel. 3. Lapill.

93. Pinguedo. [maxillæ, Lapilli.]

## *Claſſis IV. De Inſectis.*

94. *Apis.* 1. Subſtantia.
2. Mel pp. Mel depurat. 2. M. deſtill. unde. 1. ∇ & ſpir. 2. Ol. comp. 3. ✠. 4. Tinct. 5. Eſſent. Q. 6. Elixyr. Clyſſus. (⊖ mellis.)
3. Cera & p. 1. Ol. ſtill. 2. Balſ. 3. Mag.
4. Propolis.

95. *Araneor.* 1. Subſtant. 2. Tela.

96. *Aſellor.* Pulvis.

97. *Bombyc.* 1. Subſt. 2. Sericum. 3. Folliculi ſericei.

98. *Cantharid.* Subſtantia.

99. *Cicad.* Pulvis.

100. *Cicindela.*

101. *Cimices.*

102. *Eruca.*

103. *Formicæ.* N. Subſt. 2. Ova. 3. Acervus. 4. Reſina congeſta Thus Germanicum.
p. 1. Oleum. 2. ∇ Magnan. 3. Liquor.

104. *Grylli.* 1. Cinis. 2. Succus.

105. *Hirudines.*

106. *Lacertus* N. impoſitus.
p. Oleum.

107. *Locuſt.* 1. In ſuffitu. 2. In amulet.

108. *Lumbric.* N. 1. Conquaſſat.
p. 1. ∇. 2. Ol. 3. Liquor. 4. Pulvis. [Spiritus.] *Lumbricorum artificialis productio.*

109. *Muſcæ.* N. Subſtant. ſ. Capita.
p. ∇.

110. *Ricinus.*

111. *Salamandra* (*ejus Hiſtoria accurata.*)

112. *Scarabæi* N. Ipſi & Cornua.
p. Ol.
*Scarabæi pilular.* pulvis.
*Scarab.* Unctuoſus.

113. *Scinci.* 1. Integr. 2. Pinguedo.

114. *Scorpion.* N. 1. Cinis.
P. 1. Ol. ſimpl. 2. Comp. 3. Magn. 4. Ol. 5. nephr. ſanguin. *Scorpionum artificialis productio.*

115. *Teredin.* Farina.

PHARMA-

# PHARMACOPOEIÆ MEDICO-CHYMICÆ, *LIBER I.*

# DE ISAGOGE.

HOFMANNUS.

DE *PHARMACOPOEIA MEDICO-CHYMICA in ſyſtema* redigendâ Herculeo planè niſu hactenus *Plurimi Noſtri cenſus* laborarunt. Ex quibus omnes ſupereminere viſus præſtantiſſimæ eruditionis & multijugæ experientiæ Vir *CLARISSIMUS IOHANNES SCHROEDERUS Medicinæ Doctor p. m.* Cujus *PHARMACOPOEIAM MEDICOCHYMICAM* judicii bilance ponderando ad Naturæ & Artis cynoſuram revocans non inſtar alienæ libidinis mancipium jurabo in verba Magiſtri, ſed unicæ veritati litans animadverſionibus & Notis illuſtrabo. Faxit divina clementia, ut omnia cedant in Nominis divini gloriam, proximi ſanitatem, & proprium noſtrum emolumentum.

---

## CAPUT I.

### *De Definitione ac Diſtributione Pharmacologiæ.*

PHarmacopœja eſt deſcriptio rerum medicamentalium ad bene medicandum. Seu eſt doctrina medicamentorum adeóque & Pharmacologia eodem ſenſu dicitur.

N. *Medici officium tribus nititur mediis, remediis medicè dictis: alimentariis, chirurgicis, ac pharmaceuticis: illa ſuppeditat Culina, iſta Chirurgia, hæc Pharmacologia.*

Objectum Pharmacologiæ eſt res naturalis medicamentalis. Deſcriptio eſt ejuſdem rei pharmacologica *Conſtitutio, Uſurpatio* atque *Signatio.*

De his agetur generaliter in Iſagoge *lib.* 1. In Officina *lib.* 2. Specialiter, in Mineralogia *lib.* 3. Phytologia *lib.* 4. ac Zoologia *lib.* 5.

HOFMAN. *Quinque LIBRIS abſolvitur PHARMACOPOEA SCHROEDERIANA. I. ISAGOGE. II. OFFICINA. III. MINERALOGIA. IV. PHYTOLOGIA. V. ZOOLOGIA. In ISAGOGE proponit PHARMACEUTICES delineationem Cap. I. CAUSAS, MATERIAM in genere Cap. II. & III. in ſpecie,* quatenus eſt *Nativa Cap. IV. uſque XIII.* Vel *PRÆPARATA Cap. XIV. uſque ad XXII. FINEM,* qui dicitur *USURPATIO, Cap. XXX. uſque ad XXXIII. AFFECTIONES* proponit, & ſunt *QUALITAS* ſeu Res dignoſcendæ *Cap. XXXIV. ad XL. LOCUS,* ubi res adſervandæ *Cap. XXVII. ad XXIX. TEMPUS,* quando Res colligendæ *Cap. XXIII. ad XXVI. IN LIBRO III. IV. & V.* agit de *FORMA*, quæ eſt præparatio Medicamentorum ex tribus Regnis.

Verùm ignoſcant Mihi *Manes Schrœderiani. ISAGOGE,* quæ eſt introductio, vel inductio, ut ſignificatio vocis εἰσαγωγή innuit, vel *Præcognita* notat, vel *breviſſimam tractationem totius rei*, ut ſit ſcriptum, quo prima *Artis* alicujus rudimenta & Elementa traduntur. Cùm ſignificat *PRÆCOGNITA, ISAGOGE* eſt Natura Rei, quæ *Definitione & Diviſione* abſolvitur ut illius cognitione *Lector* ad aditum ſubeundum in ſequenti tractatione præparetur. In utramque ſignificationem *EXCELLENTISSIMUS NOSTER SCHROEDERUS* p. m. incurrere videtur, dum neque *Præcognita* neque *rudimenta Pharmaceuticæ* docet, ſed ipſa fundamenta, *Materiam, Finem & Affectiones.* Neque *Methodum* obſervat *ſyntheticam*, nec *analyticam*, ſeu *ſyſtematicam*, nec *thematicam*, ſed *arbitrariam*, quæ conjungenda disjungit, & ponenda omittit, atque non repetenda repetit. In *ISAGOGE* habet *CAUSAS & AFFECTIONES,* nempè *MATERIAM & FINEM.* In *LIBRO verò ſecundo* de *OFFICINA* repetit *Materiam*, dum Nomina recenſet, quod ſatius erat uno in Loco præſtare ad declinandam tautologiam. Et cùm *MATERIA & FORMA* neceſſariò conjungi debeant, tanquam *CAUSÆ internæ & conſtitutivæ rei*, eas planè disjunxit, interpoſito enim *FINE, Medicamentorum uſurpatione & Affectionibus, qualitate, Loco & Tempore*, Eorundem tandem *LIBRO III. IV. & V. formam* ſubnectit, dum Præparationem oſtendit. Neque *Qualitates* ut *Eſſentialia conſequentia Formam* antecedunt, tanquam *Eſſentiale conſtituent.* Proprietates enim ſunt ὕστερα non πρῶτα, poſteriora non priora, uti Naturâ, ita etiam Doctrinâ. Conſequens non eſt antecedens. In *MATERIA* etiam producit *inſtrumenta Pharmacopœïica Cap. XIX.* quod eſt contra diſtinctionem *CAUSARUM INTERNARUM & EXTERNARUM. EFFICIENS eſt CAUSA externa, MATERIA interna,* ut notiſſimum. *PHARMACOPOEUS* planè omiſſus fuit, & quia *CAUSA inſtrumentalis Cap. XIX.* recenſetur, etiam *PRINCIPALIS* præmittenda fuiſſet.

## CAPUT II.

### *De Rebus Medicamentalibus nativis.*

ISagoge eſt pars Pharmacologiæ, quæ agit de rebus naturalibus medicamentalibus in genere.

N. *Res naturalis non opponitur artificiali, ſed ſupernaturali.*

Res naturalis medicamentalis eſt res quæcunque ad medicandum adaptabilis, ſive figuram ea obtineat nativam, id eſt, naturâ inditam, ſive elaborationem aliquam officinalem ſuſtinuerit; Illæ communiter veniunt nomine *ſimplicium, materialium, nativorum*; hæ *præparatorum*. Vtramque ſeriem generaliorem videre licet *lib.* 2. Verum enim vero, quia in utriſque nomina plurima occurrunt, quæ vel minus vulgaria, vel æquivoca, vel uni alicui claſſi minimè ſubjungi queunt, operæ precium duxi, pharmacopœjas tyronibus ſynopſi brevi inſervire & utrarumque nomina alphabetica ſerie exhibere.

*Sunt itaque Nativorum Nomina generalia.*

A.

*Acini* ſunt granula minutiora ſive per ſe creſcant, ut acini, id eſt, baccæ ſambuci, ſive aliis incluſa, ut acini uvarum, quin & ipſas uvas integras ſonant.

*Adeps*, idem quod pinguedo, generaliterque tam axungiam quàm ſevum denotat, uſitatiùs tamen pro axungia uſurpatur, atque abſolutè pro adipe ſuillo. Vid. lib. 2.

*Alabaſtri*, ſunt folia illa viridia herbacea, quæ flores ſepiunt, In Mineralogia Alabaſter ſeu alabaſtrites lapidem certum denotat.

*Anthera*, id eſt, ſummitates ſeu cacuminula in florum medietate capillamentis incumbentia.

*Apices*, idem quod anthera.

*Aqua* quid ſit, nemini ignotum eſt Pharmacopœjam ſubit, tum nativa, tum præparata. Vid. l. 2. & 3.

*Arbor*, eſt planta lignea frutice grandior, Baum/ Arbre. *A Tree*, een Boom.

*Aroma*, Gewürtz/ Drogue Epice, Epicerie, *Svvet-ſmelling, or fragrant* Spices, Soetrieckende Specerie. Vid. l. 2.

*Arilli*, idem quod acini ſeu lapilli in fructibus.

*Axungia*, eſt pinguedo ſevo mollior, idemque cum adipe, Schmeer/ Schmaltz. Axonge, graiſſe. *Fat*, or *Greaſe*. Smeer.

B.

*Bacca*, Beeren Baye. *A Berry*. een Beſye. Vocantur fructus quicunque parvo-rotundi.

*Bitumen*, eſt genus è mineralibus. Vid. l. 2.

C.

*Cacumen*. Cacumina ſunt idem quod ſummitates.

*Calix*. Calices ſunt oculi ſive gemmæ, florum prodromi, ut oculi populi arboris: vel eſt folliculus quo flos primùm, mox ſeminis fœtus clauditur.

*Capillamenta* ſunt filamenta illa tenuia in florum medietate ſurgentia.

*Capita* in Zoologia quid ſint, notum eſt, in phytologia rotunda illa ſeminum, aut florum receptacula referunt; ut caput papaveris, &c.

*Capreoli*, ſunt ligamenta contorta, quibus plantæ nonnullæ dotatæ ſunt ut aliis ſeſe annectant.

*Caro* in ζωολογίᾳ vox notiſſima eſt, in φυτολογίᾳ ſubſtantiam illam molliorem fructuum ſucculentorum notat, quam aliàs pulpam vocamus, ut pulpa ſeu caro caſſiæ, caro prunorum.

*Caulis*, eſt truncus herbæ inter ramos & radicem.

*Caudex*, idem eſt in arboribus & fruticibus, quod caulis in herbis.

*Coma* in Phytologia idem quod ſummitates ſonat.

*Cor*, idem quod medulla vegetabilium.

*Cornu*, cornua non niſi in Zoologia locum habent. Vid. l. 2.

*Cortex*, eſt tegumentum ceu cutis vegetabilium. Vid. lib. 2.

*Corymbi*, id eſt, ſummitates.

*Cyma*, Cymæ ſunt teneri cauliculi. Iuli. Die Sproſſen/ Sommité la Cyme ou le tendron des chous & d'autres herbes. *Sprouts*, or *litle Schoots*. De Spruyte/ of Schote.

E.

*Echinus* eſt quicquid numeroſa congerie aculeorum ſtipatur, ſive tegmen, ſive caput, ſive cacumen fuerit.

F.

*Fibra*, id eſt, filamenta, ſive villi 1. ſunt veluti ſtamina rebus nonnullis intexta, v. g. arboribus, foliis, &c. 2. Sunt capillamenta extrinſecus adnaſcentia, exempli gratiâ, radicibus & ſimilibus. Die Härlein an den Wurtzeln. Petits filets ou cheveus qui pendent aux racines. *Small ſprouts litle hairs hanging at the roots of herbs*. kleyn draitens oft hairkens aen de wortelen der kruyden.

*Flores*. Florum nomen æquivocum eſt, locumque habet tum inter nativa, tum inter præparata. Vid. lib. 2.

*Folium*, Folia in phytologia notiſſima ſunt, in Mineralogia ſunt folia Aur. & Lun. id eſt, Aur. & Luna in tenuiſſimas laminas redacta.

*Folliculus* eſt theca tenuis, quæ granum vel ſemen continet involutum.

*Fructus* ſunt grandiores illi ac ſucculenti plantarum fœtus, ſeminum receptacula. Vt poma, pyra, pruna, &c.

*Frutex* eſt planta, naturæ inter herbas ac arbores mediæ; ad ligneam tamen naturam quàm proximè accedens.

*Fungus* eſt excrementum arboribus fruticibuſve quibuſdam adnaſcens, vel immediatè è terra prodiens.

G.

*Gemmæ* in Mineralogia ſunt lapides pretioſi: in Phytologia gemmæ idem denotant quod oculi.

*Geniculum* eſt internodatio quarundam plantarum.

*Granum* in nativis ſemina ſonat minutiora, ſive rotunda ea ſint, ſive alius alicujus figuræ. Sic ſunt grana piperis, hordei, tritici.

*Gummi*, Gummis: liquor eſt concretus ex arboribus diffuſus. Vid. l. 2.

N. *Gummi vox etſi indeclinabilis ſit, placuit tamen in plurali efferre gummata, &c.*

H.

*Herba* eſt planta frutice minor: ſeu eſt quod à radice foliatum, ſine caudice provenit, ſæpiuſque ſemen in caule fert. In praxi tamen, pro foliis ſolis ut plurimum uſurpatur, e. g. ℞. Herb. ceterach, id eſt, folia.

I.

*Iuba* eſt arundinacea coma effuſa, qualis in milio eſt.

*Iulus*. Iuli ſunt folia primum erumpentia, Die erſte Schößling oder Blätter. Chatton *Leavs firſt breaking out*. Bladeren eerſt uytbreeckende. Strictè notat Iuglandis arboris flores longiuſculos, cum foliis prioribus apparentes. Die Drateln oder Nußblut. Chatton de Noyer. *Long flovvers called caskins, vvich*

*vvich come forth before VValnut leavs.* Bloeyſelen van Ocker Noote-boomen/ voor de Vrucht komende.

## L.

*Lacryma* eſt humor è plantis tum ſponte effluens (ſive is concreſcat, v. g. in oleum, reſinam, gummi, ſive non) tum facta inciſione, erumpens.

*Lanugo* in Phytologia, ſunt filamenta tenella, cuticulæ extimæ inſtar pilorum ſeu lanæ adnaſcentia, v. g. in Verbaſco.

*Lapides* in ſingulis tribus mundi regnis locum ſibi vendicant. In Mineralogia. Vid. lib. 3. in Phytologia, cortices duriores, nucleum includentes quandoque lapides referunt. In Zoologia manet ſignificatio mineralogica, calculoſque exhibet in animalibus repertos.

*Lignum.* Vid. l. 2.

*Loculamenta* ſunt ſeminum involucra, quæ veluti parvæ capſulæ ea occludunt.

*Locuſtæ*, idem quod oculi, in Zoologia autem certa animalcula referunt.

## M.

*Matrix* in phytologia idem eſt quod medulla aut cor.

*Medulla* in Mineralogia partem molliuſculam denotat, quæ in ſaxis nonnunquam reperitur. German. Steinmarck. Moëlle. *The Marrovv, or ſofter part in Stones.* Merch in Steenen. In Phytologia mediam cujuſlibet plantæ partem molliorem ac præſtantiorem refert, quam & cor matricemve appellant. In Zoologia adipem ſignificat in oſſium medietate contentam; vel molliorem illam ſubſtantiam, quæ in ſpina ac cranio eſt.

*Minera* eſt terra ſive materia, ex qua mineralia & maximè metallica fiunt. Sic minera Aur. & Antimonii.

*Mineralia.* Vid. l. 3.

*Muſcus* eſt excrementum herbaceum inſtar lanuginis corticibus arborum, vel oſſibus aëri expoſitis adnaſcens. Dicitur & Uſnea: interdum tamen certis plantis attribuitur. Vid. lib. 4.

## N.

*Nucleus* eſt ſemen nucibus vel fructibus incluſum.

*Nux* fructus quoſdam denotat cortice lapideo nucleum occludentes.

## O.

*Oculi*, ſunt florum prodromi, inque flores explicabiles.

*Olea*, ſunt pinguedines fluidæ. Vide præparat. Nam omnia ferè præparata ſunt.

*Oſſa* Zoologicè notiſſima ſunt, phythologicè oſſiculi vocabulum imponitur lapideis corticibus, qui nucleos circumdant.

## P.

*Pediculus*, petiolus eſt, quo folium, fructus aut flos dependet.

*Pinguedo* idem eſt quod adeps, interdum tamen generaliùs ſumitur, ut omnia pinguia comprehendat.

*Planta* eſt vegetabile integrum, ſive arborem velis, ſive fruticem, ſive herbam.

*Pulpa* eſt caro, ſeu ſubſtantia fructuum ſucculenta, inter corticem ac nucleum comprehenſa, v. g. pomorum, ceraſorum & ſimil. referturque ad præparata.

## R.

*Radix* eſt infima pars plantæ, terræ infixa.

*Ramus* eſt velut brachium plantæ.

*Reſina* in claſſe nativorum, eſt concreta lacryma certarum arborum, naturæ oleagineæ, ut Terebinthina &c. In præparatorum claſſe quid ſit. Vide infra.

## S.

*Salia*, quid ſint. Vid. cap. 3. & l. 2. cap. 79.

*Semen* in Officina minutiores plantarum fructus denotat, ex quibus ſimile naſci poteſt.

*Sevum* eſt pinguedo duriuſcula, ſumiturque à ſolis quadrupedibus cornutis.

*Spica.* Spicæ ſunt ſummitates in longum deductæ, ut ſpica lavendulæ.

*Stercus* eſt excrementum animalium per anum excretum.

*Stipes* eſt pars plantæ inter radicem & ramos, idemque quod caulis.

*Stipulæ* ſunt folia culmum ambientia.

*Succus.* Vid. in præparatis.

*Summitates*, ſunt cacuminula herbarum, dicunturque de herbis foliorum minutiorum. Vt abſinthii, rutæ.

*Surculus* eſt, quod ex ramis ſimplex oritur, eſtque velut germen quoddam ex ipſo trunco vel caudice productum.

## T.

*Terra.* Terræ & in nativis locum habent, & in præparatis; nativarum ſeriem Vid. l. 2. cap. 3. Terræ ſignificationem in præparatis. Vid. cap. ſeq.

*Teſta*, ovorum cortex externus appellatur.

*Turio.* Turiones ſunt teneritates ſummitatum ipſarum arborum, quæ ſingulis annis creſcunt.

## V.

*Venæ* ſunt quæ in plantarum foliis apparent, fibræ in ramulos diviſæ.

*Villi.* Vide fibræ.

*Viſcum*, (aliis viſcus) eſt frutex peculiaris in arborum quarundam ramis enatus, ſemper virens.

*Vmbellæ* ſunt ſummitates plantarum ſinuoſæ, inſtar nidi avis formatæ.

*Vngues* ſunt extremitates corneæ digitorum. In Phytologia, Vnguiculi interdum idem ſunt quod alabaſtri.

*Vngula.* Vngulæ ſunt cornea tegumenta, quibus pedes nonnullorum animalium conteguntur.

*Vrina.* Vid. lib. 2. cap. 5.

*Vſnea* idem quod muſcus oſſibus vel arboribus adnaſcens.

HOFMAN. Hæc appendix omiſſorum Nativorum, ut etiam tironibus inſerviamus, reliquis eſt annectenda.

*Electrum* idem eſt, atque ſuccinum.

*Electrum Minerale* eſt primum Ens metallorum, quod nondum attigit ultimam perfectionem, ſeminalis tamen potentiæ fœcunditate turget.

*Ferrugo*, ſcoria ferri.

*Gluten de aquatico* cryſtallina ranarum mucilago.

*Gluten*, fel tauri. Significat reliquis ſynoviam, id eſt liquorem illum, qui in omnibus juncturis membrorum inſtar albuminis ovorum ex ſucco nutritio reſultat.

*Halinitrum*, Sal Nitrum.

*Karabe*, Succinum.

*Kobaltum*, Cadmia Lapis.

*Leffas*, occultus terræ ſuccus, per quem plantæ creſcunt.

*Sperniola*, ſemen ranarum.

*Stibium* antimonium vel Stimmi.

*Tereniabin*, mel ſylveſtre ex aëre decidens in herbas & arbores.

## CAPUT III.

### *De rebus medicamentalibus præparatis.*

*Præparatorum nomina generalia ſunt.*

A.

ACetum in genere liquorem quemcúnque acidum notare poteſt, unde nonnullis ſpiritus Vitrioli & ſimil. acetum dicuntur. Veruntamen in Officinis liquorem ſolum acidum denotat, ex potulentis ſuccis factum, & κατ' ἐξοχὴν ex vino ſeu uvis : Et hoc recipiendum eſt, quoties aceti ſimpliciter fit mentio.

N. *Aceta infuſione parata, Vid. lib.* 2.

HOFMAN. Acetum ad præparata pertinet, cùm liquor ſit acidus ex ſuccis factus, meritò & ad artificialia transfertur. In genere liquorem quemcunque acidum notat, unde varia proſtant Aceta vegetabilia & mineralia ſimplicia & compoſita, hæc autem ſemper cum additione Nominis à Medicis uſurpantur.

*Acetum Philoſophorum* eſt Lac virginis, ſive Aqua Mercurialis, quâ metalla ſolvuntur.

¶ *Alcohol* ſignificat pulverem ſubtiliſſimum ac inpalpabilem, interdùm S. vini rectificatiſſimum.

*Alkaheſt* univerſale dicitur Menſtruum ſive liquor reſolvens corpora in primam ſui materiam, ſervatâ ſeminum poteſtate, formâque eſſentiali, magni nominis, ſi modò paris effectus, quem quiſque ſuo proceſſui tribuit.

HOFMAN. *Alkaheſt*, quaſi Alkali eſt, & quidem ſpirituoſiſſimum univerſale ſolvens liquor perennis immutabilis, qui reducit omne corpus viſibile in liquorem ſui concreti, ſervatâ ſeminum poteſtate, formâ eſſentiali & nativâ integrâ, juxtà Th. Paracelſi & IO. BAPTIST. van HELMONT ſententiam.

¶ *Alkali* nomine, lixivioſa herbarum ſalia veniunt.

HOFMAN. *Alkali* vocabulum æquivocum eſt. Et propriè Salibus ex Cineribus herbæ *Kali* extractis, cujus magna copia ex Ægypto ad vitra & ſaponem conficiendum Venetias transfertur, competit. Analogicè ad lixivialia etiam Salia extenditur, quatenus ex herbarum cineribus extrahuntur, Alkalia inde vocantur.

*Alexipharmacum* idem quod venenis reſiſtit, hoc vel Naturâ vel Arte factum eſt.

¶ N. *Acetum radicatum, eſt liquor acerrimus aceti, qui abſtracto phlegmate in fundo remanet.*

*Amalgama* eſt mixtura metalli cum Mercur. vivo. Vid. l. 3.

HOFMAN. *Amalgamatio*, calcinatio metallorum familiaris per hydrargyrum.

¶ *Amuletum* idem eſt quod Periamma.

*Anacollema*, ἀνακόλλημα (ἀπὸ τῆς κολλᾶς, à glutino ſic dictum) glutinamentum in genere ſignificat, in praxi autem medica propriè medicamentum dicitur, quod fronti applicatur, ut ſanguinis fluxum ad nares vel oculos intercipiat : Fit ferè ſemper forma cataplaſmatis, de quo lib. 2.

HOFMAN. *Anodyna* medicamenta ſunt dolorem ſedantia, & ſunt etiam vel nativa vel arte præparata.

¶ *Apozema*, ἀπόζεμα. Vid. Decoctum.

*Apophlegmatiſmus* eſt medicamentum pollens facultate pituitam à cerebro eliciendi, perque os excernendi. Fit forma Gargariſmi, Maſticatorii & Vnguenti. Vid. l. 2.

*Aqua deſtillata* ſeu ſtillatitia eſt lympha deſtillatione elicita conſtans ex parte aquea & ſpirituoſa, ita tamen ut propiùs ad naturam aqueam accedat. Vid. l. 2.

N. *Aquarum ſtillatitiarum nomine, veniunt (quamvis minus accuratè) nonnulli ſpiritus, ut ex mineral. Aq. Reg. Aq. fort. & ſimil. Ex vegetabilibus omnes ferè aquæ compoſitæ. Vid. ibid. l.* 2.

N. II. *Imponitur itidem ſingularibus quibuſdam præparationibus, ut ſunt Aq. benedicta, &c. vide infuſionem Mercurii.*

HOFMAN. *Aqua Philoſophica* vocatur quibuſdam Acetum ſublimatum, aliis vinum circulatum; Aliis Aqua perennis non madefaciens manus.

*Aqua permanens* quid ſit, diſſentiunt inter ſe Autores, quidam putant eſſe Aquam, quæ fit ex duobus perfectiſſimis metallis per philoſophicam ſolutionem.

*Aquila* uſurpatur pro Mercurio ſublimato, tum pro ſale ammoniaco.

*Aquila Philoſophorum*, Mercurius Philoſophorum.

¶ *Arcanum* Theophraſto eſt Quinta rei eſſentia ſummè exaltata, ſeu ut ait idem : Eſt virtus millecupla exaltatione emendata. Quatuor enim inprimis arcana jactitat. 1. Arcanum primæ materiæ. 2. Lapidis Philoſophorum. 3. Mercurii vitæ. 4. Tincturæ. *Lib. 5. Archidox.*

N. *Arcanum aliis eſt Extractum in ſpecie ſic dictum.*

*Azoth* modò Mercurium cujuſcunque corporis metallici notat, modò medicinam quorundam univerſalem putatam, ex Mercur. Aur. & Lun. paratam; ante aliquot annos per Magnates, imò & vulgum celeberrimam, varii coloris pro diverſitate præparationis, ſæpè minùs ſollicitæ, unde mox pretio & famâ vileſcere incepit.

B.

*Bacilli* nomen imponitur medicamentis figurâ bacillorum, id eſt, tereti formatis; ut bacilli fumales, bacilli pectorales.

*Balani*, βάλανοι, idem ſonant quod glandes ſeu ſuppoſitoria.

*Balneum*, propriè totius corporis lotio eſt, fitque vel liquore naturali, v. g. aquâ dulci, thermis, vel artificiali. Non rarò tamen & pro lotione partium ſolummodo inferiorum ſumitur, quas inſeſſus & ſemicupia vulgò vocant.

*Balſamus* vel Balſamum. Balſami vocabulum pluribus in Officina uſurpatur ſignificationibus. (1.) Denotat genus quoddam *odoramenti* Craſſiuſculi inſtar unguenti, vel linimenti. Et hæc ſignificatio uſitatiſſima eſt. Exempli gratia, Balſamus roſarum, apoplecticus & ſimil. (2.) Solent quoque ex gummi, reſiniſque cum ſpiritu vini *liquores deſtillari*, qui extrinſecùs illinuntur, balſamique nomine veniunt; ut balſamus nervinus, ſciaticus & ſimil. (3.) *Inunctorium liquorem* ſignificat, eumque oleo craſſiorem, linimento liquidiorem: Balſamum nos inunctorium appellabimus. Vid. l. 2. de unguentis. (4.) Balſami nomen ſibi vindicarunt *Salia fuſa & liquata*; ut Balſamus Sal Gemm. Tandem (5.) ſunt *ſingulares* quædam *præparationes*, quibus balſami nomen imponunt, ut balſamus ſulph. ſanguinis humani. De quibus ſigillatim ſuo loco.

HOFMAN. *Bezoardica* Medicamenta dicuntur, non quod illa ingrediatur ſemper lapis Bezoar, ſed quod habeant virtutem hujus lapidis venena & malignitates expellendi etiam meliorem.

C.

¶ *Calx* propriè dicitur quod calcinando vel in alcool converſum, ut calx Auri, Lunæ, &c. vel ſaltem friabile factum eſt, ut C. C. & ſimil.

*Caput mortuum* eſt reſidua illa materia craſſa ac ſic-

ca, quæ in deſtillationibus, præcipuè mineralium remanet, communiſſimè autem remanentiam Vitrioli notat.

HOFMAN. *Carbon* eſt occidentale Zibethum ex ſtercore humano longâ digeſtione ad ſuaveolentiam traductum.
*Carminativa* hoc eſt Medicamenta flatus diſcutientia à carminando dicta.

¶ *Cataplaſma.* Medicamentum eſt topicum pultis conſiſtentia.

*Catapotia* pilulæ dicuntur, quòd integræ deglutiantur.

HOFMAN. *Cathartica* hoc eſt purgantia.

¶ *Cauterium* à viribus ſic dicitur, quòd cutem carnemque ſubjectam adurat; ſive id fiat igne actuali, v.g. ferro candenti: ſive potentiali, id eſt, medicamentis. Poſſunt autem cauteriſantia formulis fieri variis, nempe forma lapidum, vid. lib. 2. Spirituum, v. g. olei Antimonii butyracei; lixiviorum. v.g. è cineribus ſarmentorum.

*Cementum* eſt pulvis, cujus ope calcinatio cementatoria peragitur.

HOFMAN. *Cementatio* hoc eſt corroſio ſicca.

¶ *Cerotum vel Ceratum* à cera ſic dictum, Medicamentum eſt topicum, inter emplaſtrum ac unguentum conſiſtentiæ mediæ: ſeu, eſt emplaſtrum molliuſculum. Vid. l. 2.

*Cinis*, eſt pulvis ille griſeus ex combuſtione rerum crematilium reſiduus, conſtatque ex ſale [qui elixiviari poteſt] atque terra mortua.

*Claretum*, vinum eſt aromatum infuſione imprægnatum atque cum ſaccharo dulcoratum. Dicitur aliàs vinum ſeu potus Hippocraticus.

*Clyſter, Clyſma, Enema*, medicamentum liquidum eſt, quod ano vel utero per ſiphonem intruditur. Vid. lib. 2.

HOFMAN. *Cohobatio* hoc eſt ſæpius repetita deſtillatio ſupra rem unam.

¶ *Collutiones oris* διακλύσματα, ſunt liquores medicamentoſi, qui in ore continentur, beneficioque linguæ hinc inde agitantur.

*Collyrium* medicamentum eſt, quod oculis immittitur, ſive liquidum id ſit, ſive ſolidum. Liquida veniunt ferè titulo aquarum, tum quoque unguenti: Sicca pulverum vel Trochiſcorum. Hos nomine peculiari *Sief* appellitant.

*Colophonia* eſt pars reſinarum craſſior ex harum deſtillationibus coctionibuſve reſidua. Vid. lib. 4.

*Condita* dicuntur quæ conditura, id eſt, condiendo facta ſunt. Eingemachte Sachen. Confitures. *Confits, mixed with ſweet things.* Confytſelen. Soetgemengelt. Vid. lib. 2.

*Confecta*, id eſt, ſaccharo obducta & incruſtata, eodemque ſenſu dicuntur & confectiones. Vid. lib. 2.

N. I. *Confectionis nomen datum eſt & ſpeciebus nonnullis cum ſaccharo mixtis: Unde confectiones aromaticæ, &c. dici ſolent. Verùm præſtat nomine ſpecierum eas nominare.*

N. II. *Eſt & Confectio Hamech, id eſt Electuarium. Confectio Alchermes, Anacardina, de Hyacintho.*

*Conſervæ* ſunt medicamenta ex floribus, foliis, radicibus, cum ſaccharo conquaſſatis, facta, vulgo Zucker / Conſerves. *Sugars.* Suyckeren. ut conſerva roſarum Roſen Zucker / Conſerve de Roſes. *Conſerve, or Sugar'd Roſes* Conſerve van Roſen / of Roſen geſuyckert.

*Corroſivum* idem eſt quod cauſticum. Vide Cauterium.

*Crocus* eſt calx pulverea ad croceum vergens colorem, paratur autem vel ex Antimonio, vel Mart. Limato vel Venere.

*Cucupha* eſt caputium ſive pileolus medicamentis cephalicis repletum. Vid. l. 2. Sacculus.

D.

*Decoctum*: Decocta ſunt brodia liquida, conſtantia ex conveniente liquore, viribus medicamentoſis, interveniente debita coctione imprægnato. In ſpecie autem dicitur de potionibus intrinſecus aſſumendis, ex decocto, brodio paratis, quas aliàs ἀποζέματα vocant.

HOFMAN. *Diacameron* hoc eſt medicamentum ducens hominem ad vitam longam.
*Diaphoreticum* ſudorem movens.
*Diureticum* urinam pellens.

¶ *Diaclyſma*, id eſt, Collutio oris. Vid. de Gargariſmis, lib. 2.

*Dentifricium* medicamentum eſt dentibus, vel gingivis fricandis deſtinatum, ſive id liquor ſit. Vid. l. 2. de Gargariſm. ſive linimentum, ſive pulvis. Vid. lib. 2. ſuis locis.

*Dropax*, Δρῶπαξ, Picatio [πίττωμα] medicamentum eſt emplaſticum cuti fortiter adhærens, ſic dictum à pice qua ſola olim reliqua ingredientia ſuſcipiebantur. Vid. l. 2. Empl.

E.

*Eclegma* eſt medicamentum internum, pulmonibus dicatum ſyrupo craſſius, quod in ore detinetur, ut paulatim per guttur in pulmones delabatur. Dicitur & Linctus, Lambile, Loch, Lohoh.

*Electuarium* eſt medicamentum ſyrupo & eclegmate craſſius, conſtans ex medicamentis durioribus pulveriſatis, melli, ſyrupo, ſaccharo ſyrupiſato, vel alii alicui convenienti liquori melligineo, [id eſt mellis conſiſtentiæ] accuratè mixtis.

N. *Sunt & nonnullæ ſpecies hoc nomine inſignitæ, ſcilicet quia olim (ut nonnulli volunt) cum ſaccharo in Electuarii formam redigebantur. Sic dicitur Electuarium Ducis, El. de gemmis, &c. Verùm quia mos ille abolevit, præſtat Specierum nomen uſurpare.*

*Eleoſaccharum* nihil eſt aliud quàm oleum deſtillatum cum ſaccharo mixtum. Exempli gratia, olei ℈j, ſacchar. ℥j. vel circiter.

*Elixyr* eſt ſpecies tincturarum, quas Elixyris nomine appellare placuit. Ut Elixyr proprietatis. Elix. vitæ, &c.

*Embrocha*, ἐμβροχὴ irrigatio, inſtillatio, ſtillicidium, Fomentationis genus eſt, cùm liquor fomentans ſtillatim ſeu guttatim in partem fomentandam funditur.

*Emplaſtrum* eſt topicum medicamentum notiſſimum. Germ. Pflaſter. Emplatre. *A plaiſter.* Plaeſter.

*Emulſio* medicamentum eſt liquidum lacteum, id eſt, lac mentiens. Vid. lib. 2.

*Epithema* eſt medicamentum liquidum parti alicui imponendum. Vid. lib. 2.

*Errhina* ſunt medicamenta, quæ naribus immittuntur, adeoque & ptarmica comprehendunt. Specialiùs tamen plerumque ſumitur errhinum, quatenus pituitam ſine ſternutatione prolicit. Vid. lib. 2.

*Eſſentia*, Eſſentiæ vocabulum ſignificat accuratè loquendo balſamicam rei partem à craſſiore ſeparatam.

Quare cùm exactiſſima rei ſeparatio beneficio extractionis peragatur, fit ut pars illa balſamica à craſſiore corpore extracta Eſſentia *κατ' ἐξοχὴν* dicatur, aliàs à modo fiendi Extractum.

N. I. *Nonnunquam attribuitur quoque Eſſentiæ vocabulum ſuccis expreſſis ac ſpiſſatis. Verum præſtaret hos proprio ſuo nomine, quò minus confuſio oriatur, nominare.*

N. II. *Sunt & qui Eleoſacchara Eſſentias vocant, ſed abuſivè.*

*Extractum*, Eſſentia rei eſt, vi liquoris alicujus, è corpore craſſiore ſeparata, ad conſiſtentiam juſtam inſpiſſata. Vid. lib. 2.

N. I. *Extractum quoque generaliter nonnunquam ſumitur, ut & ſuccos ſub ſe comprehendat non ſecus ac Eſſentia.*

F.

*Farina* eſt pulvis molendo contritus.

*Feculæ* ſunt pulveres in certis vegetabilium expreſſionibus ſubſidentes. Vid. lib. 2.

HOFMAN. *Fel Vitri*, ſpuma vitri.

¶ *Flores* in præparatis quid ſint. Vid. lib. 2.

*Frontale*, Epithema denotat fronti applicandum.

G.

*Galreda*. Succus eſt inſpiſſatus, viſcoſus, lucidus, fitque plerumque ex coctis partibus animalium cartilaginoſis, v. g. ex pedibus vituli, &c. Galrey. Gelée *Clammy juice or broth of the griſtly parts of beaſts boyled. A Jelley.* Sapgelyck ſacht ſyn van dil van beeſten gekoockt.

*Gelatina* ferè idem eſt cum Galreda, niſi quòd generaliùs uſurpetur, & pro quocunque ſucco pellucido lento glutinoſoque ſumatur, qui tamen inprimis fieri conſuevit ex ſuccis fructuum. Exempli gratia, pomorum, &c. ut Gelatina Cydoniorum, C C.

*Gargariſmus*, liquorem denotat, quo os fauceſque gargariſando colluuntur. Vid. lib. 2.

*Gilla*, ſal Vitrioli vomitorium.

*Glandes* idem ſunt cum ſuppoſitoriis.

*Gummi* in claſſe præparatorum, nihil aliud eſt, quàm Extractum reſinoſum. Vid. lib. 2.

H.

*Holippæ* ſunt placentulæ ex infuſione medicamentali farinâque triticea, addito inſuper ſaccharo, ſubactæ.

*Hydroleum* aqua cum oleo mixta.

I.

*Infuſum*, Infuſio eſt liquor qualitatibus medicamentoſis, ſola maceratione imprægnatus. Parum itaque differt à decocto, quippe quod huic coquendo accedit, accedenteque interdum maceratione, id ferè illi, ſola maceratione. Vſitatiùs tamen de potionibus dicitur ac inprimis de quibuſdam purgantibus ex vino, cereviſia vel ſimili liquore, dicta ratione paratis. Vid. lib. 2.

*Iuleb*, nomen Perſicum eſt, idemque ſonat quod potio dulcis. Arabibus vox Iulebi à ſyrupis non diſtinguitur. Noſtratibus autem Iulebi ſeu Iulapia, [ Græc. ζυλάπια ] potiones ſunt in praxi uſitatiſſimæ ſyrupis dilutiores, conſtantque ex liquoribus clarioribus, ſaccharo vel ſyrupo convenienti ad gratum ſaporem dulcoratis.

L.

*Lapis*. Lapidis nomen nonnullis imponitur medicamentis, quæ ad duritiem lapideam vel terreſtrem excocta ſunt. Vid. lib. 2.

*Lapis vegetabilis* Medicamenti ſpecies eſt conſtans ex ſale, Tinctura, oleoque ad duritiem ferè lapidis excoctis. Vid. lib. 2.

*Laudanum*, dicitur de ſolo medicamento ex opio confecto, idque vocant Laudanum opiatum de quo vid. l. 4.

*Linctus*, id eſt, Eclegma.

*Linimentum* medicamentum eſt topicum pingue, oleo craſſius, unguento liquidius, corporis illinitioni dicatum. Vid. 2. lib. Vng.

*Liquor* quamvis de quolibet humore dici poſſit, in ſpecie tamen humorem denotat per deliquium paratum, quem oleum aliàs, nonnunquam Balſamum dicere ſolent.

N. *Nonnunquam & pro deſtillato liquore uſurpatur. E. g. liquor cranii, liquor ſeu ſpiritus L. Guajaci.*

*Lohoh*, id eſt, Eclegma.

*Lotio*, ſumitur pro balneo. Lavantur itidem nonnulla ſimplicia, ut Terræ, Metalla, & ſim. de quibus ſpeciatim.

*Lozongæ* ſunt idem quod Morſuli.

M.

*Magiſterium*, Magiſterii nomen diverſimodè uſurpatur. I. Datur pulveribus ſolutione ac præcipitatione paratis, ut Mag. C.C. Corallorum. II. Tribuitur reſinis ſeu extractis reſinoſis, ut ſunt Magiſterium ſcammonii, Ialappæ, &c. Accuratè tamen loquendo magiſterium vocari volunt, ubi nonnihil menſtrui cum eſſentia extracta conjunctum manſit.

*Malagma* idem majoribus ſonat quod cataplaſma.

*Martiuspanis*, Marcipanis, Mazapanis, Paſta regia, Panis dulciarius, ſunt placentæ ex amygdalis dulcibus excort. & ſaccharo [quod ſumitur duplum, triplum, nonnunquam ana ] accedente aqua roſarum ſubactæ & piſtæ.

N. *Addi poſſunt & alia. E. g. nuclei pini, piſtacia, avellanæ, cortices citri conditi, aromata & ſimil.*

*Marmelata* eſt Gelatina coroneorum. Vid. lib. 2.

*Maſſa* ex officina piſtoria ad pharmaceuticam tranſlata eſt, denotatque ſubactam illam materiam tum paſtæ regiæ, tum pilulis inde formandis deſtinatam, nec non quæ fornacibus illinitur, quæque Pomorum ambræ nomine venit.

*Maſticatorium*, eſt medicamentum apophlegmatizans, quod in ore detentum dentibuſque maſticatum pituitam liquat, èque cerebro ad palatum derivat. Vid. lib. 2.

*Mel*. Mellis nomen pharmacopæis nonnunquam denotat ſuccum ſimplicem ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatum, melque ſapore æmulantem. Sic convenit cum ſapa ſive Rohob; ut Mel paſſulatum, Iuniperinum. Vid. lib. 2. Nonnunquam refert ſyrupum cum melle paratum. Vid. lib. 2. de ſyrupis.

*Menſtruum* dicitur liquor, qui ad Tincturas extrahendas adhibetur, de quo vid. lib. 2. tit. de Extractis.

*Mixtura*, generaliter de quibuſcunque mixtis dici poteſt, in praxi tamen medica uſurpatur communiter pro Electuario, quod ex tempore miſceri ſolet. Sic dicitur F. Mixtura, id eſt, Electuarium, Vid. lib. 2. de Electuariis.

*Morſuli ſeu Morſelli, Tabulæ*: medicamenta ſunt quadrata ut plurimùm, parata ex pulveribus & ſimilibus ſaccharo ſoluto ſuſceptis, ſuperque tabulam ligneam, lapideam cupreamve effuſis, ut conſolidentur.

*Moretum* mulierculis noſtratibus uſitatiſſimum potionis genus eſt, quod parari faciunt, ubi præſumptio impræ-

imprægnationis adeſt, perſuaſum nimirum ſibi habent, falſam imprægnationem eo exturbari, veram corroborari. Vid. lib. 2.

N.

*Naſale* idem quod Errhinum.

*Naſcale* idem eſt quod Peſſus.

O.

*Odoramenta* ſunt medicamenta odoris gratia adhibenda. Odorem ſive per ſe habent, ſive accedente incenſione. Fiunt autem formularum variarum. Sine accenſione quæ in uſum veniunt, fiunt ferè forma pulverum, ſacculorum linimentorum, balſamorum, maſſarum odoratarum (quas poma ambræ vocant) aquarum,ſaponum,& ſimil. Accedente accenſione vel liquefactione quæ odorem halant, parantur uſitatiùs forma pulverum, trochiſcorum, candelarum & bacillorum maſſarumve fumalium.

*Oleum* propriè liquor eſt pinguis, balſamo tenuior.

N. I. *Nonnunquam tamen Balſamo craſſior eſt: ut oleum aniſi, nuciſtæ expreſſ.*

N. II. *Imponitur quoque olei nomen, quamvis minùs accuratè, nonnullis ſpirituoſis liquoribus, vel deſtillatione peractis: ſic dicitur oleum Vitrioli Sal. Com. & ſimil. Vid. ſpiritus, vel per deliquium diſſolutis, ut oleum Tart. Vid. liquor.*

*Oleum* ſacchari etiam dicitur liquor, in quem ſaccharum reſolvitur, ſpiritui alicui accenſo injectum.

*Opiatum*. Confectio opiata: Hoc nomen Electuariis nonnullis (quamvis minùs aptè) imponitur, non quòd neceſſariò opium contineant, ſed quòd medicamentis veterum, quæ opium continent, conſiſtentia reſpondeant.

*Oxycratum* acetum aquâ mixtum, Poſca etiam dicitur.

*Oxymel* mixtura ex aceto & melle.

*Oxyrrhodynon* (ὀξὺς ῥόδος & ὀδύνη, ſic dictum) medicamentum in genere ſonat ex aceto roſiſque factum ad dolorem leniendum. Practici verò relicta hac ſignificatione generali, ſoli capiti, fronti, collove id dicarunt, atque ex olei roſar. part. iij. aceti parte j. concinnarunt. Noſtrates loco olei roſar. ſumunt & alia. Exempli gratia, violaceum, papav. myrtin. de Nymph.

*Oxyſacharum* conſtat ex ſacharo & aceto, ſive ſimplex ſit, ſive compoſitum.

P.

*Pandalenm* medicamentum eſt internum à rotulis morſuliſve non niſi ſola forma differens: fitque quando materia medicamentoſa ſaccharo ſoluto ſuſcepta in pyxidem effunditur, ut inibi indureſcat.

*Paſta Regia*. Vid. Martius panis.

*Paſtilli*. Idem quod Trochiſci.

*Peſſi*: Peſſaria (Barbaris naſcalia) ſunt medicamenta ſolida, uteri collo intrudenda.

*Periamma*, *Periapton*, *Amuletum*, *Xenechton* Medicamentum eſt quod de collo ſuſpenſum morbum arcere creditur, ac præcipuè peſtem.

*Phlegma* liquor eſt deſtillatus aquoſus ſpirituoſo liquori contradiſtinctus. Vid. aq. deſtillata.

*Phænigmus* mitior ac lenior eſt ſinapiſmus ſcilicet qui ſolam cutem rubificat.

*Pilulæ*, id eſt, parvæ pilæ, ſunt medicamenta rotunda deglutitioni aptata.

*Pineatum ſive Pineolatum* fit ex pineis ſaccharo & aqua roſatum, ad modum ſcilicet quo Diamygdalatum ſeu Martius panis ex amygdalis ſaccharo & Aqua roſarum fieri ſolet.

*Pomum ambræ*, odoramenti genus, ex medicamentis odoriferis in maſſam redactis.

*Poſca*, vid. Oxycratum.

*Potio* in genere liquorem denotat potulentum, in praxi autem ferè de purgante potu intelligitur. Vid. lib. 2.

*Præparata*, id eſt, præparatione (ſpecialiter ſic dicta) elaborata: ut C. C. præparatum. Vide lib. 2.

*Ptiſana* hordei cremor, vulgare decoctum pro ægris.

*Pulvis*. Pulveris nomen etſi generaliter minutiſſima quæque denotet, quocunque modo facta: attamen communiter pulveriſatis hoc nomen imponitur, ſive ſimplicia illa ſint, ſive compoſita. Inter compoſitos autem pulveres, ſunt qui ſpecies vocantur, ſunt & qui Trageæ. Præſtaret tamen omnes pulveres compoſitos, ad differentiam ſimplicium, ſpecies nominare.

Q.

*Quinta eſſentia* propriè ſpiritum denotat, deſtillatum ex ſuccis fermentatione exaltatis. De quo in ſpirituum claſſe. l. 2.

R.

*Reſina* eſt ſubſtantia oleaginoſæ naturæ, ſive in forma molliori illa ſit, ſive in duriori. Sunt autem Reſinæ vel nativæ: de quibus l. 4. vel extractione Chymica paratæ. Vt Reſina Diagrydii & ſimil. De quibus in Extractis l. 2. ac l. 4.

*Rob*, *Rohob*, *Sapa*, eſt ſuccus fructuum, ad mellis conſiſtentiam ut plurimum per ſe, interdum quoque cum ſaccharo inſpiſſatus. Priores ſimplices appellare licet, dabunturque l. 2. de ſuccis. Poſteriores, compoſitos; danturque l. 2. ſub Syrupis.

*Rotulæ*, ſunt Tabulæ orbiculorum inſtar, conſtantes ex medicamentis ſuſceptis ſaccharo in convenienti liquore ſoluto, inque orbiculos ſupra tabulam effuſo.

S.

*Sacculus* medicamentoſus, fomentorum genus eſt; conſtans ex convenientibus medicamentis ſiccis, ſacculo inſutis.

N. *Eſt & ſacculus odoriferus, id eſt, odoriferis completus, ut naribus admoveatur.*

*Sal*, accuratè loquendo, eſt ſubſtantia in aqua ſolubilis, concreſcibilis ſeu cryſtalliſabilis. Communiter tamen dicuntur & ſalia (ſed minùs aptè,) lapides vel metalla nonnulla acido liquore corroſa, atque iterum coagulata; Vt Sal corallorum. Sal Saturni & ſimil.

HOFMAN. *Samech*, Sal Tartari.

¶ *Sapa* idem quod Roob. κατ' ἐξοχὴν autem dicitur de muſto inſpiſſato & ad tertias cocto.

*Saponea*, id eſt, linctus ex amygdalis.

*Sief*, id eſt, Collyrium ſiccum. Vid. lib. 2.

*Sinapiſmus* eſt cataplaſma, vel maſſa, vim habens cuti ruborem, vel ardorem, veſicaſve inducendi: adeoque continet ſub ſe phænigmum & veſicatoria.

*Smegma odoratum*, Sapo odoratus, fit ex ſapone (Veneto imprimis) cui pulveres odorati convenientes immiſcentur, ac impaſtando cum Aqua fragranti, v. g. roſarum ſubiguntur. Vid. l. 2.

*Sparadrapus* eſt linteum emplaſtro ad ignem fluenti immerſum, extenſum & refrigeratum. Dicitur & *tela emplaſtica*.

*Species* dicuntur in officinis ſimplicia [ingredientia] pro compoſitis inde conficiendis coordinata. Sic dicuntur ſpecies Theriacæ, id eſt, ex quibus theriaca

compilatur: ſic ſunt & ſpecies decoctorum uſualium. Præ reliquis tamen hoc nomen ſibi vendicant pulveres nonnulli, tum aromatici, tum cathartici. Forſan, quia ordinati fuerint olim, ut inde conficerentur electuaria, morſuli vel rotulæ. Sic ſunt ſpecies aromatic. roſat. Species Diaturbith cum Rhabarbaro, &c.

*Spiritus* eſt liquor deſtillatus naturæ magis ſpirituoſæ, non ſecus ac è contra aquæ deſtillatæ magis ad naturam aquæ ſimplicis accedunt.

N. *Spiritus nomen abuſivè ſibi vendicârunt quoque olea nonnulla ſubtiliora, ut ſpiritus Terebinthinæ & ſimil.*

*Stymma* eſt ſpiſſamentum ſeu craſſamentum rerum, (florum rerumque aliarum) quod remanet dum in oleis maceratæ, exprimuntur.

*Succus.* Succi qui in officinis vocantur, expreſſiones ſunt, ſeu expreſſæ eſſentiæ, aqueæ naturæ, id eſt, aquæ-permiſcibiles, außgepreſte Säffte. Suc ou jus. *Iuice preſſed out.* uytgeperſt Sap.

N. *Solis vegetabilibus competit. vide ſuo loco lib.2.*

*Suffitus*, Suffumigium, θυμίαμα eſt vapor ſuave olens ex re fragrante accenſa vel carbonibus vivis injecta excitatus: Variarum autem res ſuffumigans poteſt fieri formularum: pulverum, candelarum, bacillorum, trochiſcorum, &c.

*Suppoſitorium* eſt medicamentum ſolidum, teres ac pyramidale, inſtar digiti, intruſioni in anum deſtinatum.

*Syrupus*, eſt liquor medicamentoſis qualitatibus imprægnatus, additoque ſaccharo aut melle, ad mellis conſiſtentiam excoctus.

T.

*Tabulæ* vid. morſuli.

*Tartarus*, terreſtre ſal eſt. Vid. l. 4.

*Terra mortua*, eſt terra ex elixiviatione reſidua, omnibus facultatibus efficacibus deſtituta.

*Tinctura* vox diverſimodè uſurpatur, uſitatiſſimè tamen potiſſimam rei partem denotat, ſub colore certo infuſionis beneficio, extractam, ſive cum menſtruo adhuc conjuncta illa ſit (quæ vulgatiſſima eſt ſignificatio) ſive ab eodem ſeparata; quo ſenſu Extractum communiter effertur.

N. *Sumitur quoque nonnunquam Tinctura pro Eſſentia rei ulterius elaborata. Vide Tincturas Veneris. quas tamen Tincturas magiſteriales appellare commodius eſt.*

*Tragea*, Tragema, bellaria, eſt pulvis introaſſumendus ex ſpeciebus & ſimil. pulveribus ſimplicibus, cum ſaccharo confectiſve ad ſaporem gratum commixtis. Vide lib. 2. ſub pulver. & ſpec.

*Trochiſcus*, Trochiſci ſunt ſpecies ſeu pulveres mucilagine, exempli gratia, tragacanthæ, altheæ & ſimil. ut eò meliùs ad tempus durare poſſint, ſuſcepti, incorporati, inque orbiculos parvos formati. Trochiſci ſublinguales, id eſt, qui ſub lingua detinentur, ut diſſolvantur & per guttur in pulmones defluant.

V.

HOFMAN. *Venter Equi* fimus equinus, cujus beneficio fiunt fermentationes artificiales vel in fovea in terram foſsâ, vel in vaſe peculiari, hoc modo, in fundum projicitur calx viva, ſuper hanc fimus equinus, tùm iterum calx & rurſus fimus ut Medium locum occupet vitrum, tandem ſuperfunditur aqua.

¶ *Vinum medicatum*, Vina medicata ſunt infuſiones in vino factæ. vid.l. 2.

*Unguentum* eſt medicamentum topicum pingue linimento durius, emplaſtro mollius. Germ. Salb. Onguent, *Ointment.* Salve.

## CAPUT IV.

### *De Speciebus productionum nativarum.*

DEſcriptio rei medicamentalis pharmacologica, eſt enodatio conſtitutionis, uſurpationis ac ſignationis, (quantùm ſcilicet hæ ſpectant ad benè medicandum.)

Conſtitutio eſt rei medicamentalis productio, collectio & aſſervatio.

Productio eſt qua res fit. Eſt igitur productionis deſcriptio, deductio ſpecierum & circumſtantiarum ad productionem requiſitarum, (in quantum ſcilicet faciunt ad pharmacologicam rei productionem.)

Eſtque rerum tum *Nativarum*, tum *Præparatarum.*

Nativarum *productio* primæva eſt *creatio*, cui ſubinde ſucceſſerunt tum *generatio*, quaſi *generatio, nutritio*, quaſi *nutritio*; tum operationes ſeu motus utriſque illis ſubjuncti: quales in Vegetabilium productione, ſoli *cultura, ſatio, inſitio, amputatio*; in animalium, *conceptio, nativitas, educatio, &c.*

N. *Species productionis nativæ, uti & harum circumſtantiæ inprimis ac primariò ad phyſicam pertinent: attamen quia intentioni pharmacologicæ non parum inſerviunt, breviter eas delibare libet. Itaque:*

*Creatio* eſt ortus rerum naturalium ex nihilo, id eſt, quo rerum principia informia primùm ex nihilo condita, blando fotu externo in lucem ſeu vitam emerſerunt, inque membra ſeſe extendere, adeoque curriculum deſtinatum abſolvere, juſſa, id eſt, apta reddita ſunt.

N. *In creatione* macrocoſmi *ſupervenit Terræ, aquæ, id eſt, liquido ſicco informi & vacuo blandus fotus ſpiritus Elohim, ſuperficiei aquarum incubantis, cujus ſcilicet auxilio accedente benedictione divina lux ſeu vita fuit introducta. In* Vegetabilium *ac* Animalium *creatione ſimili ratione principia materialia in macrocoſmi generatorio ceu in tenebris ac abyſſo [orco Hippocratis, nocte Orphei] ſopita, coagulataque fotu matricis, vel ſi mavis ſpiritus ejuſdem Elohim, ſic jubente Creatore, in lucem ſeu vitam (diem Orphei) prodiêrunt; excepto ſolo homine, qui peculiariter ex adama vapore fœcundatâ fuit conditus; ſeorſimque ſpiraculo vitæ afflatus.*

HOFMAN. *In lucem ſeu vitam emerſerunt &c.* Hic *Lux* pro ipsâ vitâ habetur; cum paullo poſt ſequitur, *Lux ſeu vita fuit introducta.* Verùm hæc nova ſunt, nam quæ ex tenebris in lucem emerſerunt, non ſtatim emerſerunt in vitam, aliàs, & aquæ ſupracœleſtes & ſtellæ ac cœlum ipſum vitam haberent, quod nemo hactenus ſtatuit. Forſan autem *vita* hoc loco ſumitur metaphoricè pro luce ſeu ſtatu meliori.

¶ *Generatio* eſt ortus rerum naturalium ex ſemine, id eſt, quo principia rerum [quæ proximè in ſemine exiſtunt] ex præ-exiſtente materia parantur, ac ſubinde fotu matricis in actum, ſecundùm ſpeciem ſuam emergunt. Membra itaque Generationis ſunt, tum ſeminis præparatio, tum ejuſdem emerſio. Et hic modus oriendi proprius eſt rebus nativis primariis, videlicet vegetabilibus & animalibus horumque membris genuinis.

N. *Generatio eſt rerum innovatio; nimirum res poſtquam curriculum ſuum abſolverint, vel in eodem interruptæ fuerint revertuntur paulatim in naturam primordialem chaoticam, unde poſtmodum ab aliis deprompta tum in materiam ſeminalem, tum nutritivam adoptantur, adeoque aliarum rerum dominio ſubjectæ peregrinantur. Et hæc eſt rerum viciſſitudo, toties à majoribus decan-*

*decantata.* Macrocoſmus *in ſe conſideratus, quia perenni duratione durat, à renovatione generatoria excuſatur, adeoque ſemine deſtitutus eſt, quo nova ejus fiat productio nihilominus tamen laudabile quoddam exhibet perittoma, lacti in animalibus reſpondens, quod infundit in generatorium ſuum, globum ſcilicet hunc inferiorem, liberis ſuis nutrimentum ſuffecturus.* Vegetabilium *ac* Animalium *ſpecies, quia individuorum novorum ſucceſſione conſervari deſtinatæ ſunt, ſemina nova requirunt, ſeu, ſi mavis, ſeminales rationes. Hæ vel manifeſtò per ſpeciem propagantur, unde exurgit generatio univoca: vel citra manifeſtam rationem ſeminalem producuntur, unde generatio æquivoca.*

HOFMAN. *Res revertuntur paulatim in Naturam primordialem chaoticam.* De hac quod dicitur, quaſi omnia corruptibilia in hanc paulatim redigantur, ſupra captum meum eſt, niſi hoc ſubintelligatur, quod aliqui Philoſophi dicunt, materiam primam, in quam omnia ultimò reſolvuntur, ex *Ariſtotelis* mente eſſe *chaos* iſtud primævum. Quæ ſi ita ſunt, hoc incommodum ſequitur, quòd non omnia, ſtatim, quæ viciſſim generantur, ex iſtâ *materiâ chaoticâ* generentur. Sic enim non tam generarentur, quàm de novo crearentur. Quid enim iſta *productio ex chaoticâ materiâ* aliud erit, quàm creatio mediata? Æquè virtutis infinitæ eſt ex *tali chaoticâ materiâ*, in quam aliquid ultimò fuit reſolutum, reparare novum corpus, quàm illud ex nihilo producere. Nolim certè dicere ex iſtâ *materiâ chaoticâ* (nam talis nunquam in Mundo eſt, aut fuit, aut erit) rerum ſive ſemen, ſive nutrimentum adoptari: ita enim ſemina ex rebus informibus & inanimatis peterentur, quod abſonum, cùm ſemina ſint quaſi partes vivorum corporum, & alimenta peterentur ex putrefactis & emortuis vappis & pulviſculis, id quod æquè inconveniens. Et ſanè proceſſus iſte mihi perquam inconformis videtur. Scilicet corpus v. g. Equi reſolvitur, reſolutum in globo terræ ſequeſtratur in aëre in Gas, ex aëre defertur ad Lunam, à Lunâ ad Solem; in Sole vitali perfunditur virtute & ſic aliqua ejus pars ſurrogatur cuilibet Membro Vniverſalitatis, ut ex eâ nutriatur, reliqua ejus pars (ceu perittoma) deorſum vergit, fitque partim nutrimentum, partim etiam ſemen aliis rebus in hoc mundo. Si fiat ſemen hominis, euge ex equo fieret homo. Fiat igitur v. g. Nutrimentum cervi, cervus nutrimentum hominis, homo nutrimentum avis, avis nutrimentum vermium, vermis moriatur: Denuò vermis reſolvitur in minima, hæc deferuntur ad aërem, ad Lunam, ad Solem, ibi ſub ſpecie macularum imprægnantur, ut paſcant cœlum, & altera ejus pars paſcat v. g. vermes in terrâ, aut piſces in aquâ, aut Mercurium in cavernis. Quæ tandem erit revolutio iſta? quid non fieret forma v. g. vermiculi? fiet macula Lunæ, nutrimentum ſtellarum, nutrimentum boum, herbarum? Sic certè formæ brutorum æquè erunt immortales & ſuperſtites, quàm formæ hominum: Et forſan factâ novâ generatione hominis, formâ cancri aut bovis iterum poteſt fieri ſemen hominis, iterúmq; aut forma hominis, aut ſaltem pars hominis materialis. Nunquid hoc eſt ex ſapientiſſimâ totius Naturę adminiſtratione facere hiſtrioniam? Principia rerũ materialia ex chaoticâ materiâ certis temporib. ex *Hippocratis Orco* in hanc Mundi ſcenam quaſi ad comœdiam aliquam agendam procedere corpúſq; induere, fabulâ peractâ perſonam, formam ſcil. deponere, & in dictum *Orcum* ſeu Materiam chaoticam ſeſe viciſſim abdere, dum rurſus in Mundanam ſcenam redire digeſtum moneat tempus. Magna & ſuprà Naturæ conditionem *Metamorphoſis!* Quid eſt μετεμψύχωσιν Pythagoricam reducere? Si hoc non eſt. Nihil certè intereſt inter antiquam Pythagoræ & hanc Philoſophiam niſi quod illîc de Animâ, hîc de corporibus ſeu principio materiali aſſeratur. Ideoque melioris doctrinæ ergo poſſet μετεμψύχωσις aut μετενσωμάτωσις dici. De damnatâ Pythagoreorum ex ſuo Iliado vel Orco corporum reductione *Ovidius Libr. 15. Metamorph.*

*Morte carent animæ, ſempérque priore relictâ*
*Sede, novis habitant domibus, vivuntque receptæ.*
*Omnia mutantur, nihil interit, errat & illinc*
*Huc venit, hinc illuc, & quoſlibet occupat artus*
*Spiritus &c.*

*Vnde generatio æquivoca.*) Hæc itidem nova ſunt. Nam Ariſtotelici *generationem univocam* per ejuſdem ſpeciei communicationem, *æquivocam* autem per diverſæ ſpeciei definiverunt. Sed hîc illa deſcribitur, ubi manifeſtò ſpecies propagatur, hæc autem, ubi manifeſta ratio ſeminalis non eſt. Verùm hâc ratione Aurum generatur ab auro *generatione æquivocâ*, & planta in muro generabitur *generatione æquivocâ*, quorum utrumque à verâ generationis ratione abludit. Nam omnis *generatio* eſt *Vniveca*, nulla *Æquivoca*, omnis præſupponit & dat eandem ſpeciem, non diverſam. At inquis: Sol non generat Solem, ſed Scarabæum, murem, ranas &c. Et hîc eſt *generatio æquivoca.* Verùm Sol non geuerat hæc animantia, quia Sol æquè ad hæc concurrit, atque ad equum, hominem &c. Eſt enim cauſa generalis. In generatione ſemper reſpicitur cauſa particularis, & determinata. Hinc Sol & Homo generant hominem, ille ut remota & univerſalis, hic ut cauſa proxima. Homo generat *generatione univocâ*, Sol non generat per ſe, ſed ſuo influxu generali concurrit ad productionem effectus particularis.

¶ *Nutritio* eſt productio rei genitæ ex nutrimento, id eſt, qua res genita ſuffectione elaborati nutrimenti curriculum deſtinatum peragit. Membra ejus ſunt tum materiæ nutritivæ elaboratio, tum ſuffectio ſeu aſſimilatio. Competit itidem ſolis rebus primariis.

N. *Nutritio eſt rerum progreſſio: Nimirum rei cuique naturali curriculum certum deſtinatum eſt, quod ab ortu ad ἀκμὴν augeſcendo & inde ad interitum deſcendendo habet peragendum. Peractio hæc fit beneficio materiæ nutritivæ, unde ſubrogatur, quod actu vitali deperit, ſimulac accedit, quo ad ἀκμὴν res augeſcat. Materia illa, quia reſpectu rei nutricandæ univerſalior, impurior, indigeſtior exiſtit, elaboratur ſubinde vi illius nutritiva, hujuſque miniſtris, id eſt, depuratur ab heterogeneis, evehitur ad maturitatem, adeòque indolem rei nutricandæ induit. Rem exemplis declarabimus. Vegetabilium & animalium nutritio notiſſima eſt: Ex utraque itaque non difficile erit &* Macrocoſmi *nutritionem metiri. Materia, qua* Macrocoſmus *nutritur, ſunt ipſamet vegetabilia & animalia in chaos ſeu principia ſua redacta, ſeu, ſi mavis, ſunt res particulares quæcunque. Videlicet hæ ut è macrocoſmo nutriuntur, ita viciſſim idem nutrimentum exhibent, adeoque omnia per circulum quaſi volutantur. Modus hic eſt. Res defunctæ progredique neſcientes reſolvuntur, digeruntúrque quodammodo in globo inferiori ceu macrocoſmi ventriculo; hinc ſequeſtratur quod maturius eſt, inque aerem ceu meſaraicas attollitur, ulteriori ſubjiciendum digeſtioni. Inde ad Lunam ceu macrocoſmi Epar rapitur, concoctionem ſecundam ſubiturum. Ex Luna ad ulteriores deducitur elaborationes: Nimirum pars utilior ad ſolem rapitur, ceu macrocoſmi officinam vitalem cordi microcoſmico reſpondentem. Inibi vi lucida ſeu, ſi mavis, vitali facultate perfuſa ſub ſpecie macularum facularumvè exprimitur, univerſitatique communicatur, adeòque cuilibet membro univerſitatis ſurrogatur unde vivat, atque nutriatur. Reliquum ceu perittoma quod redundat, deorſum vergit, inferiorique globo communicatur, ubi partim nutrimentum rebus exhibet, partim imprægnatum aſtralibus influentiis in ſeminales rationes rerum particularium migrat, idque vi facultatum productivarum, fermentativarum, quibus globus hic inferior vi benedictionis divinæ perfuſus eſt; Et hæc nutritio videtur macrocoſmica, quæ non minus ac animalium & vegetabilium excrementa ſua exhibet. In terra remanent* craſſiora, *ibidem ceu in prima digeſtionis officina ſequeſtrata; in aëre ceu meſaraicis ſecernuntur* liquidiora, *unde pluvia, nix & ſim.* viſcoſiora, *unde mucilago illa decidens* (Sternchoſt) Une Roſée épaiſſe & gluante qui ſe fige & coagule par des petites Maſſes ſur la terre. *Thick Slimynes as the Schooting of Starrs.* Sterrenſchot dieſals dick ſlym is. *&c. Luna ſeparat excrementa tum craſſiora, quæ detrudit ad maculoſum ſui locum, ceu macrocoſmi veſicam biliariam in Epate ſitam, tum liquidiora exhibet, eaque ad globum inferiorem, & potiſſimùm ad mare ceu renes & veſicam urinariam tranſmittit, ut inibi vi ſua ſalina ac acri generationem globi inferioris promoveant. Mira hæc ſcio novaque videbuntur, quibus rerum analogia fuerit peregrina: Verùm nullus dubito, quin diligenti ſcrutatione omnia futura ſint perſpicua; ſin minus, quiſque ſuo ſenſu abundet.*

*abundet: Nec enim hæc ſunt, ſuper quibus proderit litem tantopere moviſſe, utpote quæ citra ſalutis jacturam ſciri ignorarive non nequeunt. Id quod ut de his, ita & de aliis ejuſdem farinæ quamplurimis moneo, quæ inter modernos tanto tamen æſtu agitantur, ut vel legis divinæ reſpectus poſtponatur, famæ proximi detrahatur, ſanitati propriæ noceatur, lectorique legendi faſtidium procreetur.*

HOFMAN. *Sub ſpecie Macularum aut facularum exprimitur)* De macularum aut facularum in Lunâ & Sole exiſtentiâ magna contentionis ſerra inter Aſtronomos adhuc trahitur, dum alii affirmant, alii negant. Affirmantibus nihil aliud ſunt, quàm quædam effluvia ſeu ἀποῤῥοίαι, quæ Sol & Luna certis temporibus evomit, denſa & obſcura nubibus circumterreſtribus perſimilia ex vaporibus terreſtribus ad ſuperiores aëris regiones delatis orta. Sic cœlum rarum & poroſum atomos terrenas imbibit & ſucceſſivè pro illarum copiâ vel ſequendi facilitate orbibus cœleſtibus & continuæ cœlorum ſubſtantiæ ſuggerit. Radii Solis & Lunæ ad nos deſcendentes eâ promptitudine ſecum vapores immixtáſque quaſcunque atomos attrahunt, quâ cœli virtutes ad nos devehunt. Non deſunt contrà, qui de hiſce maculis & faculis ſolaribus adhuc valde inter ſe diſcrepantis ſunt ſententiæ. Neoterici quidam Aſtro„nomi, inquit *Nobiliſſimus Anglus Robertus à Boyle in Tentaminibus „Phyſiologicis p. m. 144.* ita de hiſce maculis loquuntur, ac ſi Lecto„ribus perſuaſum vellent, earum ſaltem aliquas in Solis diſco ſem„per conſpici poſſe. Et ſane, pergit, non gravatè crederem, Eos „ita ſcripſiſſe, quòd ejuſmodi phænomena crebrò obſervaſſent. „Nihilominus cùm ego illorum contemplationi operam nava„rem, etſi nec commoda Teleſcopia deeſſent, nec locus obſcurus, „in quo Solis imago exciperetur, tamen niſi poſt longum tempo„ris ſpatium multóſque conatus irritos, nullas in Sole maculas po„tui percipere, utpote quæ per menſes aliquot continuos tantò „quàm antea (uti videtur) rariùs apparuere, ut excellentiſſimum „Aſtronomiæ Profeſſorem tubis ſidereis optimè inſtructum circà „id tempus quærentem audivi, ſe Solem maculis interſtinctum „aliquandiu videre nequiviſſe Faculas, pergit ulterius, quod atti„net, quæ tanquam quotidiana phænomena deprædicantur fa„tendum eſt, mihi variis in locis & temporibus dum maculæ So„lares apparerent, obſervationes ſubinde cum idoneis Teleſcopiis „intuenti, quæſita Lumina vix amplius, quàm ſemel fuiſſe conſpe„cta. Idem tamen modo *Laudatus VIR Nobiliſſimus* poſteà ipſe cum aliis ſui temporis Aſtronomis mutavit ſententiam ut macularum & facularum exiſtentiam confirmârit ex materiâ in Sole opacâ in *Suſpicionibus Coſmicis Appendicis loco ſubjunctis Diſſertat. de Coſmicis Rerum qualitatibus p. 28.* Verùm quicquid ſit. Itane Maculæ Lunæ & Solis erunt particulæ noſtrorum corporum aut rerum nativarum Medicarum? Ecquid hæc ratio fiendi corporum refertur ad nutritionem? Certè nova productio etſi non Creatio, tamen generatio eſt, Nutritio certè non eſt. Adhæc, quæ non opinionum ſyrmata concurrunt v. g. *ex reſoluto corpore hominis fiunt pluviæ, nives,* quæ omnia tranſalpina, non μουσεῖα ſunt. Imo & mucilago meteorologica ex iiſdem reſolutionibus & circulationibus macrocoſmicis fieri credenda eſt, imò & aliqua Noſtri pars in mare dejicitur. Reverà hæc nova ſunt & mira, eò quòd iſta rerum analogia peregrina. Quod tandem judicium hic ferimus de nutritione Microcoſmicâ, idem etiam damus de Macrocoſmi nutrimento ejuſdem farinæ cúmque totidem ſcateat inconvenientiis, quot verbis, quâ facilitate adducitur, eâdem etiam facilitate prætérimus.

¶ Quaſi *generatio* eſt ortus rerum naturalium ſecundariarum, ex materia quaſi ſemine, id eſt, quo principia rerum in primariarum productione redundantia, in ſpeciem aliam ſecundariam ſcilicet tranſmutantur.

Quaſi *Nutritio* eſt, qua eadem illa materia ſucceſſivè matureſcit.

N. *Rerum ſecundariarum productio paulò ſecus ſeſe habet quam primariarum. Fiunt enim non per generationem, qua ſeminale principium in membra diverſa ſecernitur, neque per nutritionem, qua membra inſinuatione ac aſſimilatione nutrimenti ſecundùm dimenſiones augeſcunt, ſed per ſolam alterationem, appoſitionem, accretionem. Nimirum Excrementa quæ in nutritione primariarum ſuppetunt, vel alterantur levi ſaltem alteratione, condenſatione, mixtione, & ſimil. vel concurſu ac conſpiratione cauſarum aliarum tranſmutantur. Sic fiunt meteora aquea ſeparatione vaporum aqueorum, qui condenſati ſub forma pluviæ, nivis, grandinis, decidunt: Sic fiunt meteora ignea, ſeparatione ſcilicet materiæ inflammabilis, qualem refert in inferioribus nitrum, ſulphur, aurum ſclopetans, & ſim. Sic fit & mucilago illa viſcoſa inſtar ſtellæ cadentis decidens. His annumeranda & mineralia, è quibus tamen nonnulla in formam tranſplantantur, quâ etiam cum primariis certare videntur. In regno vegetabili, hac ratione, ſuppetunt ſucci exudantes, lacrymæ, melligo florum, reſinæ, gummi, quin & fungi. In animalibus, Urina, ſudor, lacrymæ, ſtercora, zybettum, moſchus, ſalia, arenulæ, calculi, & ſim.*

Et hi modi ſunt principaliores productionum nativarum ad quos reliqui ceu miniſtri referri facile poſſunt.

## CAPUT V.

### *De Principiis Eſſentialibus rerum nativarum.*

Circumſtantiæ ad nativarum productionem requiſitæ præcipuè ſunt; *Principia conſtitutiva, Efficiens, Materia, Tempus & Locus.*

*Principia conſtitutiva* voco quæ ipſam rem conſtituunt.

N. *Principiorum horum conſideratio duplex eſt, tum* quidditativa, *id eſt, quoad eſſe ſuum; tum* cauſalis, *id eſt, quoad cauſari. Priori conſideratione hoc capite veniunt, poſteriori capp. ſequentibus. Quidditas rei compilata eſt è ſubſtantiali & accidentali. Subſtantiale eſt ipſamet rei οὐσία accidentali ſuo primum & per ſe ſubſtrata. Accidentale eſt facultas ſeu qualitas ſubſtantiæ dictæ proximè primùm & per ſe inhærens.*

Principia conſtitutiva rerum naturalium ſunt *Spiritus* & *Corpus*, quibus additur *vita* ceu principium tertium.

N. *Decantata ſunt apud Hermeticos principia cognitionis, Lumen ſcilicet Naturæ & Gratiæ, de quibus data hac de principiis occaſione parum diſſerere libet. Naturæ creator Deus ut in ſe bonus exiſtit; ita & bonitatis pro arbitrio tamen & beneplacito ſuo communicativus. Hinc creaturarum exordium ac bonitas, tum ſupranaturalium ac inviſibilium; tum naturalium & viſibilium, utraq; enim oriuntur ex bonitate divina, ſcalæque ſunt à Deo conditæ, quibus ad eum veheremur. Ea propter quoniam bonitas perfectiſſima abſolutiſſimaque in Deo concentrata eſt, adeò ut nihil boni dari poſſit, quod à bonitate illa alienum ſit (quippe imperfectum id foret) creaturarum bonitatem creatoris analogam eſſe oportuit. Siquidem ergo res cunctæ analogæ ſunt ad Dei bonitatem relatæ, & inter ſe eas analogas eſſe neceſſum eſt. Hinc liquet rerum naturalium analogiam, adjumentum eſſe ei cognoſcendæ non poſtremum, nimirum ex notiori ad ignotius per analogiam pervenire licet. En principium cognitionis, quod lumen Naturæ nonnullis cluit, cujus ſcilicet ſplendore creato, divina accedente inſtitutione, [quam lumen Gratiæ vocant] in rerum penetralia penetrari potuit. Verùm enim verò, quia Natura, quæ benedictione divina ſpeculum creata erat puriſſimum, nitidiſſimum, pellucidiſſimum, maledictione evaſit umbroſum, obſcurum, maculoſum; unde & cognitio illa obſcurata & depravata fuit adeò, ut vix quicquam ſolidi ſine hallucinatione cognoſcere liceret, ingenia nonnunquam excitavit excitatque creator excellentiora, quorum operâ cognitio illa obſervationibus eruatur, emendetur, adeoque innoteſcat: ſimul ac inſtitutionem ſuam literis conſignari fecit, quibus ſcilicet cognitio illa acquiſita dirigatur, examinetur, confirmetur. En Lumen Naturæ uti & Gratiæ Lumen principia cognitionis multoties decantata: ſed ad principia eſſentialia.*

HOFMAN.

Hofman. *Quibus additur vita ceu principium tertium conſtitutivum rerum naturalium.*) In hoc *Capite V.* nova etiam afferuntur, atque inaudita. Nam quis primò *Vitam* unquam vocavit *Principium Eſſentiale conſtitutivum rei nativæ*; An etiam hoc Principium eſt in mineralibus? an etiam mineralia & Lapides vivunt? id quod in hoc capite pro abſurdo non habetur, cum vita etiam in ſtellis & metallis ponitur. Aſt hâc ratione vita erit forma ſeu ἐντελέχεια Ariſtotelica; quid ergò tunc aliud eſt hæc vita ſuperiùs definita? Hic dubius & conſultâ obſcuritate Lector tenetur ſuſpenſus. Deindè, aut ſi vita eſt in vegetabilibus & animalibus; eſtne in iis veluti principium conſtitutivum? an verò ut actus aliquis? An quia vita calido innato & humido radicali continetur & quaſi fovetur, an ideò eſt alicujus vivi principium conſtitutivum? Neutiquam. Quale verò *Principium Spiritus iſte eſt?* An fortè ille *Spiritus*, *cujus in Epiſtolâ Dedicatoriâ* mentio fit, quique *Animæ* contradiſtinguitur. Hic enim Spiritus aut non eſt pars hominis, aut eſt. Si eſt, non diſtinctum quid ab Animâ Iſte Spiritus ſeu ſpiraculum, quod DEUS inſpiravit Adamo & Evæ, quid aliud fuit, quàm anima? Si verò per Spiritum intelligitur forma, uti videtur intelligi, dum extat, quòd hic Spiritus nihil aliud ſit, quàm principium cujuſcunque rei formale, actionum omnium ſcaturigo, poſſet hoc in ſenſu tolerari, ſed tamen ſequentia verba hîc prorſus erant reſcindenda, quæ ſuſpicionem ingerunt, quòd intelligatur Spiritus quidam chymicus. Extat enim in textu, *Philoſophis nonnullis dicitur Sulphur*, quod tamen diverſum quid eſſe notum eſt ab oleo vel ſpirituoſâ illâ ſubſtantiâ & inflammabili (Sulphure.) Certè non memini ullum Philoſophorum fore, qui formam velit Sulphur vocare.

*Lumen ſcilicet Naturæ & Gratiæ.* Quæ de hoc proferuntur, ſuo ſtent talo. Aliàs notum eſt, omnes *roſeæ crucis fratres ſeu Chiliaſtas*, qui fingunt tres Mundos ſeculi, tres gradus divinæ ſapientiæ, duplicem hominem, novam religionem, novam Politiam, novam Philoſophiam, novam Medicinam, etiam *duplex Lumen* introducere, *Vnum Naturæ*, quod elevant, *aliud Gratiæ*, per quod vix aliud agnoſcunt, quàm eſſentialem Noſtri in Chriſtum converſionem & noſtri intellectus in objectum intelligibile tranſmutationem formalem. Quaſi intellectus traduceretur in formam rei intelligibilis, & fiat veluti ipſum intelligibile. Cùm enim intellectus perficiatur intelligendo, nihilque perficiatur, niſi ab eo, quod ſymbolum ſecum habet in ſui naturâ. Idcircò ſtatuunt intellectum & intellecta, ut talia, debere eſſe aut fieri ejuſdem naturæ.

¶ Spiritus eſt principium primum, inſtructum facultatibus peragendi curriculum ſibi à naturâ commiſſum.

Seu, Spiritus eſt ſubſtantia ſubtiliſſima vi creationis primùm producta, ac poſtmodum vi benedictionis propagata, pollens facultatibus quibus curriculum ſecundùm ſuam ſpeciem peragit.

N. *Spiritus hic nihil aliud eſt, quàm principium cujuſcùnque rei formale, actionum omnium ſcaturigo, Philoſophis nonnullis dicitur Sulph. quod tamen diverſum quid eſſe ſcias, ab oleo vel ſpirituoſa illa ac inflammabili ſubſtantia materiali, cui itidem ſulphuris nomen imponi ſolet.*

Corpus eſt alterum principium, ſpiritus illius adaptatum ſubjectum, cum & in quo curriculum deſtinatum peragit, imbutum qualitatibus, quibus ſpiritus ſui facultatibus correſpondeant & obediant.

N. *Dicitur principium materiale, compactumque eſt ex liquido & arido, quæ ut in exiſtentia primordiali ſunt ſimpliciſſima, unitiſſimaque; ita ſecernuntur incraſſanturque ſubinde in progreſſione ſua, ac explicantur in liquidum aridum, uti & in liquido aridum,* (*id eſt, in ſalinam naturam.*) *Et hæc ſingula in exiſtentia propria exhiberi artificio poſſunt. De quibus infrà. Accidentia igitur corporis eſſentialia ſunt liquidi; liquiditas, humiditas; aridi; ariditas, ſiccitas, utriuſque frigiditas; ſalinæ naturæ ſapor, vis penetrabilis, fermentabilis, &c.*

Hofman. N. *Dicitur Principium materiale, compactúmque eſt liquido & arido.*) Hîc ſciendum eſt, ſæpius haberi quædam pro qualitatibus, quæ rectiùs haberi poterant modi ſubſtantiæ in corporibus vel ſtatus materiæ, qui annumerantur maximè generalibus affectionibus coalitionum, quæ ex diverſis materiæ particulis in cujuſcunque denominationis corpora abeunt, cùm vix ulla diſtincta materiæ particula, quæ vel liquida vel arida, aut conſiſtens non ſit, in univerſo reperiatur.

¶ Ignis [actus] eſt principium tertium, prioribus ſupervenienſ, ſtipatum calore, cujus vi illa in actum traducuntur.

N. *Principia duo priora uniuntur, non ut otioſa ſint, ſed uti Deus eſt actus perfectiſſimus, vitaque vitarum; ita & cunctas creaturas in actum collocavit, id eſt, in vitam. Vitam puta non ſtrictiore ſignificatione ſolùm, quæ motum vegetativis operationibus prodit, ſed latiore, qua rei cujuſcunque actum ſeu ἐντελέχειαν refert, etiamſi obſcurior illa, minúſque conſpicua ſit, qualis in ſtellis, metallis, & ſim. Sunt itaque in rebus naturalibus, vitalibus, ac καθ' ἐξοχὴν rebus primariis*, Spiritus, Corpus & Vita, *quæ adeò arctè in ſtatu vitali unita ſunt, ut difficulter invicem diſtingui queant. Res exemplo ignis ardentis quodammodo illuſtrari poteſt, quippe hic ceu res vulgatiſſima ad præſentandam vitam ad omnium oculos poſitus videtur. Ignis ardens tria exhibet 1. ſubſtantiam ſpirituoſam flagrabilem, 2. corpoream aliquatenus effumabilem, ſpiritus ſcilicet illius ſubjectum, ac denique 3. igneam flammam: quæ tria non modò ipſum ignem flamma comprehenſum referunt, ſed effluvium ſpirant, ejuſdem cum illo naturæ. Simili ratione ſeſe res habet in actu ſeu igne vitali. Adeſt nimirum inibi ſpiritus aptus natus ignem vitalem ſuſcipere, facultateſque ſuas pro re nata exerere. Simili ſanè modo, quo oleum accenſum pro natura illius olei, odorem halat. Illum ſi inſitum cujuſque ſpiritum, appellare libuerit, per me licet. Adeſt & corporea ſubſtantia, ſpiritus illius ſubjectum lychno in lampade, reſpondens. Adeſt tertio & ignis ſeu flamma vitalis, qua duo illa vivunt. En eſſentiam rei naturalis in vita conſtitutæ ex qua inſuper effluvia procedunt, quæ rebus exteris pro re nata eunt inſervitum. Eſt porrò ignis idem illud, quod in creationis hiſtoria* אור, *id eſt, lucis voce venit, quippe hæc igni eſſentialis eſt; unde & in lingua ſancta* אוֹר, *id eſt, lux, &* אוּר, *id eſt, ignis ſola puncti mutatione differunt, Sennert.* hypomnemat. phyſic. c. 3. *per vitam eſſentialem innuere videtur, dum vitam ex Ariſtotele duplicem facit; eſſentialem ſeu ſubſtantialem, à qua ut fonte, vitales actiones prodeant; & accidentalem, quæ ſit operatio vitalis aut certè potentia vitales actiones exercendi: Hippocrati ignis voce venit.*

## CAPVT VI.

### *De Cauſa Efficiente interna.*

Efficiens productionis nativæ, tum interna eſt, tum externa.

Interna eſt ipſiuſmet rei natura, id eſt, inclinatio & facultas [activa] qua non modò apta nata & proclivis eſt ad emergendum, ſed in actum emergit, ulteriuſque progrediendo curriculum deſtinatum ſecundùm ſpeciem ſuam conficit.

N. *Natura habet ſeſe inſtar reipublicæ, quæ ad nutum principalis ſui domini, auxilio officialium ac miniſtrorum, adminiſtratur. Nimirum prout adminiſtratio illa peragitur, ita reſultat inde commodum, vel damnum, non ſolùm ſibimet, ſed & viciniſquoque populis. Simili modo Natura eſt comprehenſio omnigenarum facultatum, ſub dominio alicujus dominatricis, adhibitis facultatibus miniſtris gubernata, ut inde non tantùm rei propriæ perfectio redundet, ſed & proximo ſubveniatur. Res naturales enim ſiquidem bonæ creatæ ſunt, ad imitationem Creatoris bonitatis communicativæ eſſe debuerunt.*

Interna eſt tum principalis, tùm miniſtra.

Principalis, quæ reliquis ceu fundamentum exiſtit.

Exempli

Exempli gratia, facultas vitalis, ſtipata calore vivifico. Miniſtræ ſunt, quæ principali adjunguntur, e. g. facultas nutritiva generativa, &c.

N. *Utraque eſt totuplex, quotuplex ſpecies creaturarum.* Vniverſalis *ſcilicet quæ univerſitati ſeu macrocoſmo competit*; Particularis *quæ creaturis particularibus. At ais ſecundum Hippocratem, unum eſt in omnibus & omnia in uno, atque ita Natura univerſalis & particularis in omnibus & ſingulis erunt. Reſp. Sunt utique, ſed diverſimode: videlicet, Natura univerſalis præeſt particularibus naturis in macrocoſmica adminiſtratione, eaſque ceu materiam ſibi ſubjectam diſpenſat. In particularibus autem eadem particularium creaturarum naturis ceu materia ſubeſt, iiſque gubernatur, dirigitur, diſpenſatur. Viceverſa de naturis particularibus judica.*

HOFMAN. *Efficiens productionis nativæ, tum interna eſt, tum externa.)* Primò cauſa Efficiens, quòd alia dicatur interna, alia externa implicat. Cùm omnis cauſa Efficiens, quatenus Efficiens ſit externa, nulla interna. Non video, quomodo hæ locutiones conciliari poſſint. *Natura eſt Cauſa Efficiens externa; Et Natura iſta interna per ſuas qualitates in actum deducitur, illud in præceptis hoc in notis cap. ſequ. inquit*: Et viciſſim Cauſa Efficiens Externa eſt ipſe *IEHOVA ELOHIM*; Et iſte *IEHOVA* Media ſibi ordinavit ordinaria (quæ collectim Naturam vocamus) Scilicet Nulla diſtinctio hîc occurrit inter Naturam Naturantem & Naturam Naturatam. *Deinde* Cauſa Efficiens interna non eſt Externa. Atqui Natura eſt Cauſa Efficiens interna, quod ait in hoc capite 6. Ergò non eſt cauſa Externa cap. 7. *Tertiò*, quod Natura definitur per inclinationem & facultatem, non ſatisfacit rei. Nam ſecundùm *DOMINVM Noſtrum SCHROEDERVM* Natura eſt comprehenſio omnium facultatum ſub dominio alicujus dominatricis adhibitis facultatibus miniſtris (*quæ ſunt Domini Autoris verba in Notis.*) Ergò ad iſtam facultatem requiritur aliqua forma dirigens dominatrix aliqua quæ autem illa eſt, niſi Natura ipſa? quæ niſi forma Eſſentialis? Ergò præcipuum Naturæ officium omittitur & miniſtrum officium ponitur. *Quartò* Cauſa Efficiens interna Principalis eſt Facultas vitalis ſtipata calore vivifico. At iſta facultas vitalis ſtipata calore vivifico *Cap. V.* (nomine Ignis, ſeu Actus ſeu vitæ) ad Principia conſtitutiva referunt, hinc ſic infero.

Principium conſtitutivum non eſt cauſa efficiens, ratio, quia Principia conſtitutiva cauſæ efficienti *Cap. V.* contradiſtinguuntur: Et per ſe patet, quòd ſicuti Spiritus & Corpus, ita & vita dicatur conſtitutivum. Aſt illa ita dicuntur, ut conſtituant rem nativam intrinſecus. Ergò etiam vita intrinſecus conſtituere dici debet. Atqui facultas illa vitalis ſtipata calore vivifico eſt principium conſtitutivum. E. Facultas illa vitalis non eſt Cauſa efficiens.

## CAPVT VII.

### *De Qualitatibus primis ſeu Elementalibus.*

HOFMAN. *De qualitatibus primis ſeu Elementalibus.)* Inſcriptio eſt de *Qualitatibus Elementalibus* & quidem *primis*: Et primariam inter has facit *Naturam*, quaſi Natura ſit qualitas: aut quaſi Natura ad modum qualitatis ageret, & non potiùs ad modum alicujus cauſæ. Imò ad hanc claſſem etiam ipſum *IEHOVAM ELOHIM* refert, quod, quâ ratione poſſit excuſari, non video. An forſan *DEVS* in productione rerum primævâ his ſecundariis qualitatibus fuit uſus? Neutiquam; Ecquur nudæ qualitates hoc loco in ſcenam producuntur abſque ſuis ſubjectis? Accidentium enim abſque ſubjectis ſuis, quatenus ſunt accidentia, nulla eſt efficacia aut virtus. De cætero hypotheſin illam quatuor Elementorum res medicamentales ingredientium, quæ hic ſupponitur, non admittimus, & conſuli poteſt de hâc materiâ *Nobiliſſimus Anglus Robertus à Boyle in Chymico ſceptico & in Tr. de Coſmicis rerum qualitatibus.* Poſſunt enim res acquirere per mixturam qualitates à qualitatibus ingredientium diverſiſſimas, ut multi errent perſuadentes ſibi, non alias manifeſtas qualitates produci poſſe per mixturam illis exceptis, quæ reſident in elementis, vel immediatè ex combinationibus primarum quatuor qualitatum reſultant. Ne dicam, quot variationes vel ſimpliciſſimorum ingredientium mixturæ producere queant. Satis patet, quòd Natura & Ars indeſinenter efficiat Mixturas corporum, tam ex jam compoſitis corporibus, quàm ex corporibus jam decompoſitis. *Deinde* multæ poſſunt etiam mutationes ad qualitates produci in corpore abſq; viſibili additione vel ablatione alicujus ingredientis; tantùm per alterationem texturæ vel motus minimarum particularum ex quibus conſiſtit. *Tertiò* Quatuor Elementa & tria iſta principia chymica adeò inſufficientia ſunt, ut omnium Naturæ phœnomenorum rationem non adimpleant, vid. loc. ſuprà citatum.

¶ Cauſæ efficientes externæ ſunt, quæ extrinſecus accedentes internis opem ferunt.

Suntque tum *primariæ* tum *ſecundariæ.*

*Primaria* eſt ipſamet natura ceu operatrix ſagaciſſima, cuilibet rei naturali debitis mediis proſpiciens, ſeu ſi mavis, eſt ipſemet *Iehova Elohim* per naturam, id eſt, naturales leges omnia ſapientiſſimè prudentiſſiméque dirigens & gubernans.

*Secundariæ* ſunt media ad productionem quoquo modo facientia.

Hæc etſi variæ dari poſſunt, quippe, quæcunque ad efficientiam rei faciunt, eis accenſentur: adeoque & inſtrumenta ruſtica, & ſim. attamen excellunt hîc qualitates facultateſve naturales, 1. Elementales, 2. ſalinæ, 3. occultæ.

N. *Res naturalis uti extrinſecus ortum adepta eſt, & per hanc, naturam internam, quæ apta nata eſt in lucem ſeu vitam emergere, œconomiam mundanam adminiſtratura: ita quoque aliunde opus habet, quo natura illa interna in actum deducatur. Etſi autem omnia à Deo dependeant; tamen quia is ipſe media ſibi ordinavit ordinaria (quæ collectim Naturam vocamus) iis hoc loco intentos eſſe oportet. Sunt itaque qualitates ſeu facultates naturales, pro triplicato principio, triplices,* Spirituales (*formales,*) corporeæ (*materiales,*) *&* modales [*privativæ vel vitales.*] Spirituales *ſunt quæ parti ſpirituali primò ac per ſe acceptæ ferendæ ſunt, quales ſunt proprietates cuilibet creaturæ inditæ.* Corporeæ *ſunt quæ materiali parti per ſe inhærent, uti 1. liquiditas & ariditas, 2. δύναμις Hippocratica, quam acumen dicere licet, nos ſalinam facultatem appellabimus.* Modales *ſunt, quæ cum modo exiſtendi ſunt conjunctæ, ut frigiditas quæ competit principiis conſtitutis in privatione & quiete; & caliditas, quæ propria eſt principiis in actu ſeu motu conſtitutis. Verumenim vero placet adhibuiſſe ordinem datum, quo facultates ad productionem facientes triplici claſſi includimus.* Elementalium ſalinarum & occultarum.

Singulæ hæ, tum *univerſaliores* ſunt, id eſt, in macrocoſmo collocatæ, vel *particulariores*, id eſt, in rebus particularibus determinatæ.

Elementales qualitates, quas primas communiter dicunt, ſunt calor, frigiditas, humiditas, ſiccitas.

*Calor* facit ad productionem naturalem, quatenus cauſam internam frigore condenſatam, materiæque ad frigiditatem propendenti immixtam, adeoque quieti deditam, ſuſcitat, fovet: *frigiditas*, caloris æſtum moderatur: *humidum*, humori interno ſeſe inſinuat, adeoque humidum ariditate victum liberat, nutrit, &c. *ariditas*, liquiditatem terminat, humorique admixtum ſimul nutrit.

N. *Calor macrocoſmicus partim eſt inſitus & radicalis, partim influens. Nimirum macrocoſmus ſeſe habet inſtar animalis, quod calido, tum innato, tum influente, caleſcit. Innatum calidum toti univerſitati inditum eſt, quippe æquè latè patet calor ac ipſe ignis vitalis, cujus Achates eſt, fideliſſimus. Ea propter cùm totus macrocoſmus actuali ſuo igne perfuſus ſit, nec calore eum eſſe deſtitutum, neceſſe eſt. Hinc* Hippocrates in principio lib. de carnib. *Calidi pars maxima, inquit, cum omnia perturbata eſſent, in ſupremum ambitum ſeceſſit, quod veteres videntur athera appellaſſe: altera*

*altera pars locum infimum ſortita, terra quidem appellatur, frigida, ſicca, multaſque motiones habens & in qua multum ſanè calidi ineſt. Tertia verò pars medium aëris locum nacta eſt, calidum quid exiſtens. Quarta pars terræ proximum locum obtinens, humidiſſima & craſſiſſima, &c. Verum quid opus eſt pluribus calorem hunc terræ demonſtrare? Etenim, præterquàm quòd ſcimus, terram ante creatas ſtellas, [quibus aliàs calor acceptus refertur] vi caloris germinâſſe, calor ſe ſe exerit ſenſibiliter non modò in ſcaptenſulis ac cuniculis ſubterraneis, ſed & in puteis profundis; quinimò fontana, quæ brumali tempore ſcaturit, ſcilicet quo terræ ſuperficies frigore nitet, calorem vaporibus halantibus manifeſtò probat. Addo quòd nec veriſimile videatur, calorem ſtellarum, abſque vi magnetica, quæ calidum in terra, ceu magnetem trahentem præſupponit, in terræ profundiora penetrare.*

Hofman. *Terram vi caloris ante creatas ſtellas germinaſſe.*) Cur plantæ aſtris ſubjiciuntur, ſi juxtà Moyſen terra germinavit vi caloris ante creatas ſtellas? cùm effectus prior fuerit ſuâ causâ.

¶ Calor influens macrocoſmicus diffunditur ex aſtris & præcipuè ex Sole: hinc & ex ♃ Marte aſteriſmiſque igneis & aëreis, quinimo & ex ſtellis quibuſdam fixis calidam naturam ſortitis.

N. *Sol ad macrocoſmum ſe ſe habet, uti ad animal ipſum cor. Videlicet ſedes eſt, ubi. Natura reſidentiam fixit vitalem, ex qua velut ex ſcaturigine, ſpiritus ſuos vitales, & cum his calorem macrocoſmo, rebuſque hinc particularibus elargitur, adeoque mediantibus illis calidum macrocoſmi inſitum, ſuſcitat, fovet, nutrit; particularium itidem vitam caloremque ſuſtentat. Fundit Sol calorem, inquit author Eccleſiaſticus cap. 39. ſicut clibanus. Et hinc eſt, quod Chamah à calore Hebræis Sol dictus ſit. Sole porrò calidiores ſtatuuntur Mars & ♃, ille intenſius; hic benignius: reliqui è contra frigidiores habentur, non ſimpliciter, ſed ad ſolem collati. Cæterum augmentari calorem contingit, ubi radii congregantur, reflectuntur, roborantur. Congregantur radii, ſi diſſipatio denegetur: reflectuntur, ſi rectà in corpus ſolidum inciderint: multiplicantur & roborantur, ſi in fortitudinibus ſtellæ calorem radiantes extiterint.*

Calor particularis eſt qui à re particulari procedit. Talis eſt in animalibus calor matricis, calor gallinæ ovis incubantis, &c.

Humiditas etſi itidem per totam univerſitatem ſit diffuſa, inque certos confluxus inferiùs hicce collecta, unde elevati vapores ſat copioſi elevantur, inque pluviam, rorem, nivem, imbrem, & ſim. condenſantur, ſubindeque delabuntur; attamen in confeſſo eſt apud Aſtronomos, præterquàm quòd certæ conſtellationes dictorum meteororum generationem juvant, eſſe quoque ſtellas, humiditati radiandæ conſecratas, quales Lun. Ven. ♃, aſteriſmique aquei, ſtellæque nonnullæ fixæ, hyades, arcturus, &c. & hinc augmentatur humiditas eâdem ratione, qua de calore dictum: adde quod Luna prout accrevit & decreverit, humiditatem quoque largiùs vel copioſiùs radiat.

Hofman. *Humiditatem quoque largiùs vel copioſiùs radiat.*) Hîc humiditas ponitur ſubjectivè & formaliter in Lunâ cum *Athanaſio Kirchero in Itinerario Ecſtatico, Tychone, Galilæo, Aſlaco* in Phyſicâ Chriſtianâ, &c. ita ut Luna non ſolùm ſed & reliqua Aſtra haud ſecus ac terram ex quatuor elementorum miſcellâ ex chaoticâ illâ rerum primordiali à *DEO Sapientiſſimo Mundi conditore* educta maſſa, propriis ſingula centris in immenſo illo ætherei Oceani expanſo fulcita, iiſque proprietatibus, quæ tum ad propriam, tum ad conſervationem univerſi cum primis neceſſaria videbantur, inſtructa ſint. Hinc factum eſt, ut vires ſuas juxtà prærogativas à Natura iis conceſſas ſingula radioſo quodam effluvio tum in tellurem, tum in circumjectum reliquorum aſtrorum comitatum diffunderent, meteora ignea & alia ſublunaria ſuas impreſſiones igneas à Sole, aquea ſuas conſtellationes à effluviis macrocoſmicis Lunæ acciperent. Vid. & Cl. Thom. Bartholin. in tr. de Cometâ.

¶ Humiditas particularis eſt quæ in rebus particularibus deprehenditur eaque determinata: Hæc rei producendæ tantò conducibilior eſt, quantò res inter ſe ſimiliores fuerint.

Frigiditatem influere cenſentur è planetis Luna & Ven. utraque moderatè, hinc & Saturn. ſed intenſiſſimè: Ex aſtris ſigna præcipuè terrea.

Siccitatem radiant è planetis Sol, Mars, Saturn; ex aſtris, Signa terrea & ignea.

## CAPVT VIII.

### *De ſalinis facultatibus.*

Hofman. *De Salinis facultatibus.*) Cur hujus tantùm excluſis reliquis ex Sulphure & Mercurio principiis hîc mentiò facta eſt? cùm omnes Mixtorum poteſtates Salinis facultatibus ſolùm ac ſimpliciter non ſint adſcribendæ, ſed potiùs omnium horum ratio fundata ſit, ut infrà oſtendemus, in motu ſecundùm variam corporum minimorum diverſis figuris præditorum texturam & diverſimodam poſitionem ad mutuum contactum.

¶ Vis ſalina facit ad productionem nativam, quatenus humiditatem dictam acuit, efficaciorem ac penetrantiorem reddit, craſſitiem incidit, fermentationem juvat, &c. adde quòd & in nutrimentum faceſſit, &c.

N. *Per vim ſalinam non ſolùm intellige ſalſedinem, ſed quamcunque facultatem primis potentiorem, quas Hippocrates ſalibus accenſet, plurimaſque eſſe docet. In homine, inquit,* lib. de priſc. medic. text. 30. *ineſt & amarum & ſalſum, & dulce, & acidum & acerbum, & inſipidum, aliaque ſexcenta, quæ pro copia & viribus, varias habent facultates.*

Salina hæc facultas *univerſalior* reſidet potiſſimum in globo inferiori, ceu generatorio macrocoſmico, adeoque immixta eſt aquæ & terræ. Aquam ſalina ſcatere facultate, qui negat, adeat mare: calorive exponat aquas ſimplices, meteoricaſve ut exhalent. Et ex hoc fundamento populi maritimi, uti in Normandia non citra jucunditatem obſervavi, terram ſalina facultate per maris fluxum impraegnatam fodere, eâque agros impraegnare ſolent. Terram facultatibus illis impraegnatam eſſe tradit Hippocrates, *lib. 4. de humorib. t. 4.* Terra inquit, in ſe varias & innumeras facultates habet. Idem edocet elixiviatio ſalis nitri; cui S. S. Scriptura adſtipulatur, innuens, quòd ſulphure & ſale adurentibus univerſam terram comburet Deus, quo minus fructum ferre habilis fiat, Deut. 29.

*Particularior* eſt in ſingulis rebus particularibus. Et hinc res particulares aptæ ſunt aliarum productionem promovere, maximè ſi mutua ſimilitudo affinitaſque inter utraſque intercedat. Oportet autem ſalinam hanc facultatem compede ſuo, quo vi mixtionis ligata erat, priùs vi diſſolutionis, eſſe liberatam. Exempli gratia, putrefactione, incineratione, &c. Et hac ratione agricolis uſitatiſſimum comperimus, agros ſtercoribus utpote ſale impraegnatis, impinguare. Quinimò videre licet quibuſdam in locis, myricas, fruticeta vel & ſylvas comburi, inque terram hanc cinere fœcundatam ſemina conſeri, uti idipſum admodum uſitatum vidi in Suecia & Finlandia, regionibus ſcilicet nemoroſis, &c.

## CAPVT IX.

### *De Influentiis Stellarum.*

HOFMAN. *De influentiis ſtellarum.* ) Noſtro ævó tradita Veterum Aſtrologorum de Naturâ & influentiis ſtellarum pleraque falſa reperimus. Si quis Ea tantummodò tranſcribere & quaſi vera nobis obtrudere velit, inutiliter laborat. Diligentiori indagine ut inquirantur & certis rationibus phyſicis ſtabiliantur anxiè optamus. Dicta autem ab *Autore noſtro* DOMINO SCHROEDERO de Planetis & Fixis, præcipuè de ſignis Zodiaci nullis rationibus ſed tantummodò Veterum opinionibus innituntur. v. g. Vult *Dominus Autor* in *hoc capite*, Solem moderatè, Martem verò ſummè calidum eſſe. Experientia docet contrarium & ex operationibus aucupandæ ſunt Planetarum qualitates & virtutes, non ex opinionibus Nunquam noſtram terram Mars, opinione terrificus, ita ut Sol calefecit. Sæpiſſimè hallucinantur Meteorologicæ obſervationes Martis calori fidentes, quia Ejus calor eſt admodum obſcurus; Solis autem manifeſtiſſimus. Sanè convenientiùs eſt rationi, dicere, quòd in cœleſtibus corporibus potius ſint obſervanda Magnitudo, motus, Lumen ejúſque copia, ad terrenum globum diſtantia, vel propinquitas &c. Si his & ſimilibus ritè conſideratis proportio certa inſtitueretur & ſecundùm qualitates vegetabilibus applicarentur, foret profectò labor laude ſummâ dignus & omninò non irritus. Veterum autem ſuavia imaginationis ſomnia, ſed vana ludibria ut inertia evaneſcerent, &, quod bonum eſt, retineretur.

¶ Non parùm conferunt & proprietates, id eſt, facultates ſpecialiores ad nativorum ſcilicet productionem accelerandam, retardandam, facilitandam, tranſplantandam, adeoque ad vires rerum intendendas, imminuendas, tranſplantandas. In his excellunt Sympathiæ & Antipathiæ: illis res promoventur: his retardantur.

Utræque ſunt tum *macrocoſmica* ſeu *univerſales*, tum *particulares*. ¦

*Macrocoſmica* ſunt quibus ipſe macrocoſmus res particulares reſpicit, id eſt, productionem promovet, impedit, vel quoquo modo mutat.

*Particulares* ſunt, quibus res particulares rem ſibi ſympathicam juvant, antipathicam debilitant.

Proprietates macrocoſmicæ toti macrocoſmo & conſequenter globo inferiori ſunt inditæ, qua ratione terram hanc aptiorem plantis his cernimus, aliam aliis: verùm hoc loco conſiderabimus ſolùm quæ globo ſuperiori, & in hoc ſtellis acceptæ feruntur, peculiarique nomine influentiæ dicuntur.

Influentiæ ſtellarum ſunt effluvia peculiaribus facultatibus prædita, quibus res ſibi familiares (ſi robuſtæ & in vigore ſtellæ fuerint) roborant, proſperant, promovent, è contra res ſibi contrarias debilitant, depravant, impediunt.

N. *Familiaritas ſtellarum cum ſublunaribus ex mente Platonis & Paracelſi, inter ſtellas ſingulas & ſingula ſublunarium genera conſtituenda quidem foret, videlicet ſtellas ſingulas, ſingulis ſublunarium ſpeciebus præeſſe volunt, & iiſdem peculiariter influentias ſuas influere. Plat. in Tim. Paracelſ. l. 3. Philoſoph. tr. 4. Verùm cùm ſingularum ſpecierum ſtellas cognoſcere impoſſibile ſit, viam plerique ſequuntur aliam, certaſque claſſes majorum imitatione faciunt, ad quas ceu fontes generales ſublunaria quæque referunt. Claſſes has tum ſecundùm planetas diſponunt, tum ſecundùm ſtellas fixas, maximè ſecundùm aſteriſmos Zodiaci. Rectius tamen meo judicio feciſſent, ſi ſtellas ſingulas ſingulis facultatibus præfeciſſent, adeoque pro facultatum varietate, & varietates ſtellarum numeraſſent univerſaliores, particulariores, &c. Et hac via non rebus ſingulis ſingula ſtella, ſed uni eidemque rei, prout facultatibus ea dotata eſt, ita & variæ ſtellæ forent conſecrandæ. Exempli gratia, Solem facultate cordis celebrarent, eâque tum univerſaliori calefaciente, tum ſpecialiori, ut patebit infrà.*

HOFMAN. In deſcriptione influentiarum, ita *Dominus Autor: influentiæ ſtellarum ſunt effluvia peculiaribus facultatibus prædita quibus res ſibi familiares roborant &c.* ) Hic *Autor noſter* cum *Athanaſ. Kirchero* & aliis hujus ævi *Aſtronomis* ſtatuit, Aſtra virtutem, quam communicant inferioribus, eandem in ſe continere formaliter, nec illorum influxus in hæc inferiora, ſoli lumini aut, motui eſſe adſcribendos, aliud itaque præter hæc in iis latere virtutis profluvium, quod ſpecifica globi qualitas appellari poteſt, cujus effluxus ſtatim, ubi capax ſubjectum in terrâ repererit, id virtute pariter ſuâ imbibit, eâque cujus ipſe eſt proprietate tingit. Verùm quicquid ſit, notandum tamen hîc eſt calidum vel caliditatem unius Planetæ alterius frigiditatem non roborare ſed debilitare. Si autem inter ſe ſibi contrariis qualitatibus adverſantur, in plantis amicitiam non contrahent, probatione iſtâ non indigent, quia manifeſta ſunt. Conſideretur inſimul hîc, quid de fixis ſentiendum, quæ nolentes volentes ad qualitates vegetabilium pro lubitu trahuntur ſecundùm qualitates Planetarum. Totâ die autem experimur, Planetas variare in operationibus ſecundùm ſitum, habitudinem &c. ad ſe invicem & ad ſtellas fixas teſtibus obſervationibus Meteorologicis. Hinc quando inhærent quidam *Ptolomaico indici* ſtellarum qualitates deſcribenti, videbunt quomodo ſe extricare velint, dum Arcturum Martialis & Iovialis Naturæ eſſe dicunt. Aut enim vana eſt doctrina iſta, aut ſtella ſibi ipſi eſt contraria, & uno eodemque tempore ſibi amica vel inimica.

¶ Res ſtellis familiares ſunt primariò, quæ ſtellis illis immediatè ſubſunt; ſecundariò; quæ per ſtellas amicas, id eſt, planetas amicos vel aſteriſmos horumque affectiones ſtellas reſpiciunt. V. g. Lunæ primariò ſubeſt Lunaria herba. Secundariò, cuſcuta res ſcilicet Saturnina, fabaria, utpotè res Venerea: althæa, utpote res Mercurialis. Simili ratione Lunæ ſubeſt ſecundariò res tauro, cancrove ſubjecta, nimirum Saturn. Ven. & Mercur. ſunt amici Lunæ. Taurus eſt ejuſdem exaltatio; Canc. domus. Res ſtellis contrariantes ſunt, quæ ſubſunt planetis inimicis vel aſteriſmis diſſentientibus.

Influentiæ ſtellarum ſunt tum planetarum, tum ſtellarum fixarum, quas ordine luſtrabimus.

*De Influentiis Planetarum.*

#### SOL.

Sol eſt Planeta benevolus, moderatè calidus & ſiccus, amicus Iovi, & Ven. reliquis inimicus, cordis vice in macrocoſmo fungens, ideoque generatorium eſt ſpirituum vitalium macrocoſmi, id eſt, radiorum calidorum, quibus tota univerſitas fovetur, ſcaturigoque peculiarium effluviorum, quibus peculiariter juvat res ſibi familiares, impedit ſibi contrariantes.

N. *Effluvium Solis ſcriptura appellare videtur* שמש מגד תבואת *Meged thebutho ſchameſch, pinguedinem ſeu florem ſtillantem Solis. Deut. 33. v. 14.*

*Res ſolares ſunt.*

1. *E Mineralibus:* Aurum, terra ſolaris, (ſigillata) Antim. ſolare, ætites, carbunculus, chryſolitus, hyacinthus, rubinus, ambra.

2. *E Vegetabilibus:* Aromata omnia, acetoſa, acetoſella, althæa, borrago, bugloſſa, calendula, chelidonia, citraria, corona regis, crocus, dictamnus, fraxinus, gentiana, granatus, hedera, helenium, heliotropium, hypericum, lavendula, laurus, olea, majorana, malva, meliſſa, mentha, palma, pœonia, poma aurantia, poma citria, roſmarinus, ros ſolis, thymus, verbena, vitis, xylalôe, zedoaria. Item maſtiche, thus, mel, myrrha.

3. *Ex animalibus:* Ea videlicet quæ generoſa & hilaria ſunt: ut aries, caper, equus, leo, taurus. *Aves:* aquila, cygnus, corvus, gallus, vultur. *Inſecta:* cantharides, ſcarabæus pilaris.

*Res ſoli contrariantes ſunt res* Lunares, Saturninæ, Martiales, &c.

LVNA

## LVNA.

Luna eſt Planeta inter bonitatem & malitiam mediocris, moderatè frigidus ac humidus, amicus Saturn. ♃ i, Marti & Mercur. reliquis duobus inimicus, cerebro correſpondens, adeóque ſympathicus nervoſis partibus ac ſpiritibus animalibus. Vel ſi mavis: Luna eſt generatorium humiditatis, quà tota univerſitas irroratur, ſcaturigoque peculiarium effluviorum, quibus primariò & peculiariter afficit res ſibi familiares, ſecundariò, res familiares, Saturn. ♃ i, ♀ i & ☿ io, utpote cum quibus ☾ amicitiam colit.

N. *Majorum de Luna opinio, non ſine ratione cuipiam dubia eſſe poſſet, quippe Luna macrocoſmi Epar potiùs præſentare videtur quàm cerebrum, humiditatibus ſiquidem macrocoſmicis præeſſe deprehenditur, non ſecus ac Epar microcoſmicum, humiditati microcoſmicæ, quæ in ſanguine viget. Mare macrocoſmicum turgeſcit, fluit ac refluit ad Lunæ curſum; ſanguis ceu mare microcoſmicum, eâdem ratione turgeſcit, atteſtante turgeſcentiâ ſanguinis menſtrui mulieris. Similiter in creaturis particularibus humiditas crudior, cum lunæ cremento augeri cernitur, è contra cum decremento, minui; quod idem Plinius apertè quoque teſtatur de ſanguine humano. Morbi itidem in ſanguine fundati, ad Lunæ curſum moventur, criſeſque ſuas exhibent. His addi poterit, quòd ſubſtantia Lunæ quia terræ ac propterea terreſtri naturæ propinquior, adeoque craſſior, potius Epatis ſubſtantiæ ſubtiliori reſpondeat. Lacertarum quoque Epar creſcere perhibetur creſcente Luna, decreſcere eâdem decreſcente. Nec eſt quod augeſcentiam ac decreſcentiam cerebri ac medullæ in oſſibus quis objiciat, Lunæ crementum decrementumque imitantes: ex humiditate enim ſanguinis illas potius eſſe colligitur, quàm ſpirituum animalium, id quod & de Epilepſia ad Lunam periodica ſentiendum.*

Hofman. *Amicus Saturno.*) Luna dicitur amica Saturno, Saturnus quòd ſit Martis amicus, reliquis inimicus. Ergò & Lunæ. Forſan ideò Saturnum & Martem amicos facit, quòd ambo ſint maligni ſecundùm Veterum opinionem; alioquin ſecundùm ſanam rationem dixiſſet illos inimicos propter extremè inimicas eorum qualitates, dum Mars ſummè calidus, Saturnus verò frigidus perhibetur. Ratione Subſtantiæ contrarii invicem juxtà Philoſophos eſſe nequeunt.

*Res Lunares.*

¶ *I. Mineralia.* Terra ſigill. alba, alumen, marcaſita ☾ ca, & omnia alba ac viridia, corallia alba, cryſtallus, margarita, mater perlarum, ſuccinum, camphora, ſperma ceti.

*II. Vegetabilia.* Agnus caſtus, alkekengi, allium, arundo, becabunga, braſſica, caulis capitatus, cæpa, chamæm. fabaria, fungi, hyſſopus, lactuca: lentiſcus, lilium convallium, lilium, lunaria, mandragora, naſturtium, nymphæa, nux muſchata, nux juglans, papaver, plantago aquat. pœon. porrum, portulaca, rapa, ſedum, tilia.

*III. Animalia.* Canis, capra, caſtor, cerva, felis, lutra, perca, ſanguis menſtruus. *Aves*: anas, anſer, ardea, merguli, &c. *Piſces* aurata, cancer, carpio, cochlea, oſtrea, ranæ. *Inſecta*, aranea, bufo.

Res *Lunæ* contrariantes ſunt res *Solares & Martiales.*

## SATVRNVS.

Saturnus eſt Planeta malignus, diurnus, maſculinus, ſummè frigidus, Martis amicus, reliquis inimicus, lieni microcoſmico correſpondens.

N. *Mallem equidem Saturnum Iovem ac Martem capiti adſcribere, non ventri infimo. Etenim ut longiùs à terræ globo diſtant, ita & naturæ ſint oportet, longiùs à terra diſtantis. Et hinc quoque videtur veriſimile, deſtinatos eos eſſe influentiis ſubtilioribus, quàm quæ Epatis, Lienis ac veſicæ facultatibus correſpondeant.*

*Res Saturninæ.*

*I. Mineralia:* Antim. Saturn. Arſen. Alum. marcaſita, ſaphyrus, magnes & omnia terrea fuſca ponderoſa.

*II. Vegetabilia:* Aconitum, agnus caſtus, apium, arbor fœtida, aſphodelus, aſter, atriplex, burſa paſtoris, cannabis, capparis, cicuta, cuminum, cupreſſus, cuſcuta, epithymum, ficus atra, filix, hyoſcyamus, helleborus niger, lappa major, mandragora, morus, muſcus, myrica, ſ. tamariſcus, opium, herba paris, pinus, polypodium, ſabina, ſalvia, ſcolopendria, ſempervivum, ſena, ſerpentaria, ſolanum.

*III. Animalia:* (Solitaria, nocturna, triſtia.) Aſinus, bufo, camelus, catus, formicæ, lepus, lupus, mulus, mus, muſca, ſcorpio, ſerpens, ſimia, ſus, talpa, urſus, verméſque multiplices. *Aves*, Bubo, corvus, grus, noctua, pavo, ſtruthio, veſpertilio, upupa.

## IVPITER.

Iupiter eſt Planeta benevolus, moderatè calidus, ſimiliterque humidus, amicus præter Martem, reliquis omnibus, Epati correſpondens, hujuſque facultates influentiis ſuis fovens.

Hofman. *Iupiter moderatè calidus.*) Porrò dicit, quòd Iupiter moderatè calidus ſit Saturni ſummè frigidi amicus, Mars ſummè calidus & ſiccus, amicus Veneris moderatè frigidæ & paulò intenſiùs humidæ, obſcura ſunt.

*Res Ioviales ſunt.*

¶ *I. Mineralia:* ♃, ☾, ☉, Corallium, hyacinthus, jaſpis viridis, ſaphyrus, ſmaragdus, Tutia.

*II. Vegetabilia:* Amygdalæ, avellana, berberis, borrago, bugloſſa, calamentha, ceraſa, cornus, corylus, cynogloſſa, endivia, faba, fagus, ficus alba, fraga, fraxinus, fumaria, glycyrrhiza, hepatica nobilis, hordeum, ilex, lilium album, linum, lolium, macis, malus, mentha, morus, myrobalani, nuces, ocymum, oliva, origanum, paſſulæ, pinea, piſtacia, rad. pæoniæ, populus, portulaca, prunus, prunella, pyrus, quercus, rhabarbarum, ribes, rubia tinctorum, ſedum, ſorbus, ſpica, ſymphytum, triticum, verbaſcum, viola, vitis. Huc manna, maſtiche, ſtyrax, ſaccharum, & omnia dulcia.

*II. Animalia:* Agnus, cervus, elephas, ovis, taurus. *Aves:* Aquila, ciconia, columba, gallina, hirundo, perdix, phaſianus.

Res ♃ i contrariantes ſunt res Martiales.

## MARS.

Mars eſt Planeta ſummè calidus atque ſiccus, amicus Veneri, inimicus reliquis, præſentans ac fovens veſicam fellis microcoſmicam.

*Res Martiales ſunt.*

1. *Mineralia*: Antim. omnia rubea, ignea, ſulphurea: Adamas, amethyſtus, magnes, oſteocolla, ſal armoniacum.

2. *Vegetabilia*: Arum, allium, ariſtolochia, carduus, chamæleon, cepa, cornus, ebulus, eſula, euphorbium, flammula, helleborus, lathyris, laureola, meſpila, napellus, plantago, porrum, prunus, quercus, ranunculus, raphanus, reſta bovis, ſinapi, tormentilla, urtica. Hûc caſtoreum, euphorbium, ſcammonea & venenoſa omnia.

3. *Animalia* bellicoſa, impetuoſa, potentia, bilioſa, rapacia: Canis, hircus, hœdus, lupus, mulus, pardus, vulpes. *Aves.* Accipiter, aquila, cornix, corvus,

falco, milvus, noctua, vultur. *Piſces.* Lucius, paſtinaca, canis marinus, perca.

VENUS.

Venus eſt Planeta benevolus nocturnus, fœmininus, moderatè frigidus, paulo intenſiùs humidus, amicus, ☉, ♂, ☿, ☽ æ, inimicus ♄ o, influens in partes genitales & urinarias.

*Res Venereæ ſunt.*

1. *Mineralia*: Ven. Lun. Ambra, lapis ætites, berillus, chryſolithus, corallia, corneola, lapis lazuli, lapis calaminaris, ſapphirus, ſmaragdus, Tutia.

2. *Vegetabilia*: Aſphodelus, capillus veneris, coriandrum, cyclamen, eryngium, fabaria, faba, ficus, fragaria, hedera terreſtris, iris, lilia omnis generis, melilotus, milium ſolis, mala punica, narcyſſus, nymphæa, petroſelinum, pyra dulcia, roſa, ſantala, ſatyrium, ſerpillum, thymus, H. Trinitatis, tunica, verbena, viola, laudanum, benzoin, muſcus, ambra, ut & omnis generis thymiamata.

3. *Animalia* delitioſa, laſciva, mitia, blanda, jucunda, manſueta, &c. catulus, capra, cuniculus, hircus, ſtincus, taurus, vitulus. *Aves.* Aquila, columba, corvus, cygnus, gallus, hirundo, motacilla, paſſer, pavo, perdix, pica, turtur.

MERCURIUS.

Mercurius eſt planeta mutabilis, bonus cum bonis, malus cum malis, calidus cum calidis, frigidus cum frigidis, ſiccus cum ſiccis, humidus cum humidis, amicus ♄ o, ♃ i, ♀, ☽, inimicus ♂ & ♄, referens pulmones, quos & influentiis ſuis ſympathicè irradiat.

N. *Utrúmque ventri medio dicarem præterquam enim quòd Venus Mercurio ſit ſuperior, atque adeò præ Mercurio ſubſtantiæ ſubtilioris, utérque fideliſſimus ſolis comes eſt, utpote ad quem curſum ſuum utérque dirigit, haud longè ab eodem recedendo. Verùm enim verò, cuique ut in aliis ita & in his ſuum linquo arbitrium, opinionem meam ſaltem referens, nulli obtrudens.*

*Res Mercuriales ſunt.*

1. *Mineralia*: ☿, ♃, ☽, marcaſita, ſmaragdus.

2. *Vegetabilia*: Althæa, aniſum, aquilegia, arthritica, bellis, chamæmelum, corylus, cubeba, enula campana, faba, fumaria, glycyrrhiza, juglans, juniperus, majorana, marrubium, mercurialis, napus, nummularia, pentaphyllum, petroſelinum, petaſites, pimpinella, pæonia, pulmonaria, ſambucus, ſatureia, ſcabioſa, ſerpentaria, ſerpillum, trifolium, tuſſilago, veronica.

3. *Animalia* ingenioſa, aſtuta, ſagacia, abblandientia, loquacia: ut, Canis, cervus, lepus, mula, muſtela, ſimia, ſerpens, vulpes. *Aves,* Alauda, carduelis, ficedula, hirundo, merula, pica, pſittacus, luſcina, turdus. *Inſecta.* Scarabæus, veſpertilio. Huc apis, formica, gryllus, locuſta.

*De Influentiis Aſteriſmorum.*

FAmiliaritas quæ ſtellis fixis cum rebus medicamentalibus intercedit, ſecundùm numerum aſteriſmorum in duodecim claſſes diſponitur, quarum ſingulæ quatuor gradibus ad modum qualitatum primarum diſtinguuntur.

ARIES.

Aries eſt ſignum maſculinum igneum, id eſt, calidum & ſiccum, ſympathicum capiti.

HOFMAN. *Si Dominus* SCHROEDERUS *noſter* (ſive aliorum, ſive propria ſit ſententia) Arietem calidum & ſiccum dicit, dicat Mihi num dodecatemorion vel aſteriſmus arietis ſit talium qualitatum? Dodecatemorion, id eſt 30. primi gradus ab interſectione vernali verſùs Septentrionem, eſt inventum humanum geometricâ ratione doctrinæ gratiâ ita diſpoſitum, nullâ habitâ ratione ad aſteriſmos mobiles, utpote immobile manens,) ut eſt duodecima pars Zodiaci. Vel potiùs eſt non Ens; Iam non Entis nullæ ſunt affectiones & per conſequens nullus effectus. Si Aſteriſmus Arietis, demonſtrandum erit, quonam in loco vel gradu dodecatemorii ejuſdem verſetur. Aſtronomicæ tabulæ ponunt eum in extremos gradus & penitus in finem. Fines ſecundùm vulgarem Aſtrologiam cum principiis ſequentis ſigni ſunt mixti. Nihil igitur veri hinc concludendum. In primis verò Autor Noſter conſiderare debuiſſet Naturam ſtellarum fixarum ſecundùm tradita tam in dodecatemorio, quàm in aſteriſmo Arietis comprehenſarum. Totus verò Aſteriſmus Piſcium principem obtinet locum in dodecatemorio ♈, ubi ſunt ſtellæ Saturninæ & Venereæ, frigidæ & humidæ. Deindè quicquid eſt ſtellarum in aſteriſmo ♈ habet ſtellas Martiales & Saturninas, ex quibus ſequitur, Arietem eſſe calidum, frigidum, humidum, ſiccum. Et quid ulterius? Si opus eſſet, poſſent omnia Zodiaci ſigna examinari & in apricum proferri Vanitates Veterum & inhæſiones recentium quorundam. Terra ex ſe producendi herbas virtutem habet ſeminalem, *inquit CL. Helmontius in Pharmacopol. & Diſpenſator. modern.* quam proin non è cœlis mendicat. Proprietas enim herbarum „ & aliarum rerum Medicarum, tota à ſemine eſt & vis ſeminativa à terrâ ſecundùm Sacra, non autem à faciebus Luminum Cœli. Poſito ſcilicet, 16 aut 20 ſtellas conficere conſtellationem, ſive Unam de 12 manſionibus, atque extendi in 30 gradus. Quo pacto enim potuerunt tam paucæ ſtellæ continere eſſentias, ſemina, facies & proprietates quingentarum fortè plantarum, ſpecie & internis proprietatibus diſcrepantium? Exoletæ ſunt Aſtrorum vires, quæ caloribus, frigoribus & complexionibus veteri fabulâ adſtrictæ ſteterunt.

¶ *Gradus* I. Artemiſia rubra, Betonica, cichorium, conſolida regalis, ebulus, mentha, perſicorum malorum nuclei, petaſites, ſerpillum, tuſſilago, veronica.

N. *Colligit Carrichterus in fine dierum canicularium poſt plenilunium.*

*Gradus* II. Aſparagus, ebulus, hypericum, millefolium, plantago, pæonia.

N. *Colligit Carricht. Sole & Lun. exiſtentibus in Canc.*

*Gradus* III. Agaricum, cataputia, chamælea, colocynthis, eſula, farfara, gentiana, liguſtrum, nuciſta, ricinus, ſambucus, ſarſaparilla.

N. *Colligit Carricht: inter Iacobum & Laurentium.*

*Gradus* IV. Abrotanum, calamintha, cappares, cinamomum, helleborus albus, majorana, marrubium, naſturtium ſylveſtre, roſmarinus, turbith, ſpica.

N. *Colligit partim Aprili, partim Septembri.*

II. TAURUS.

Taurus eſt ſignum fœmininum terreſtre, frigidum ac ſiccum, ſympathicum collo, ac gutturi.

*Gradus* I. Betonica, ceterach, chamædrys, hedera terreſtris, liliorum alborum radix, mentha, narciſſus, polypodium, roſæ, roſmarinus, valeriana, viola.

N. *Emolliunt tumores faucium ac lienis.*

*Gradus* II. Adianthum, alkekengi, aquilegia, hedera arborea, polygonatum, quercus, viſcus quercinus, &c.

N. *Vulneribus conferunt.*

*Gradus* III. Anſerina, bugloſſa, carduus Mariæ, cynogloſſa, eupatorium, lappa minor, origanum, petroſelinum, quercus, quinque folium, ſanicula, ſcrophularia, tormentilla, vinca pervinca.

NB. *Vulneraria ſunt.*

*Gradus* IV. Auricula muris, bardana major, betonica ſylveſt. chamæciſſus maj. chelidonium majus, fraxinus, malva, pulmonaria, ſcabioſa, &c.

N. *Antipathiam habent cum ſublunaribus quæ libræ ac ſcorpioni ſubſunt; ſympathiam cum his quæ cancro ac Sagittario.*

III. GE-

III. GEMINI.

Gemini ſunt ſignum maſculinum, aëreum, calidum, & humidum, poſſidens humeros.

*Gradus I.* Aniſum, althæa, bugloſſa, borrago, fæniculum, hyſſopus, petroſelinum, prunella, ruta muraria.

*Gradus II.* Bardana maj. bugloſſa, filix, tilia alba, rapa, &c.

*Gradus III.* Alſine, arum, macis, rumex rotunda, urtica mortua, &c.

*Gradus IV.* Acetoſa, chamædris, chamæmel. chelidonium, parthenium, rhabarb. &c.

N. *Antipathiam habent cum ſublunaribus capricorni, ſympathiam cum Libræ ac Aquarii.*

IV. CANCER.

Cancer eſt ſignum fœmininum, aqueum, frigidum ac humidum, ſympathicum pectori, pulmonibus, coſtis lieni, quorum quoque affectibus medetur.

*Gradus I.* Alſine, braſſica, carduus, fabarum flores, ac fructus. Gallium, rapæ, rapunculus, ſalvia, ſcrophularia.

*Gradus II.* Arbutus, coni abietis, pini, conſolida, ſolanum, terebinthina, viſcus.

*Gradus III.* Becabunga, craſſula, digitalis, gnaphalium, juncus, naſturtium, petroſelini ſemen, portulaca, ſalix, ſaxifragia vermicularis.

*Gradus IV.* Conchæ, corallia alba, cryſtallus, materperlarum, nymphæa, oculi cancri, pœonia, ſedum, ſperniola, vitriolum. Huc Cancer, Lepus, Serpens, &c.

N. *Antipathica ſunt ſublunaribus Sagitarii, ſympathica Tauri ac Libræ.*

V. LEO.

Leo eſt ſignum maſculinum, igneum, id eſt, calidum & ſiccum, præfectum cordi ac ſtomacho.

*Gradus I.* Baſilicum, crocus, cupreſſus, garyophylli, hyſſopus, lavendula, plantago, aquatica, ros ſolis, ſoldanella, thymus.

*Gradus II.* Angelica ſylveſt. bifolium, centaurea, galanga, gentiana, morſus diaboli.

*Gradus III.* Cotula fætida, paſtinaca, mentha, naſturtium hortenſe pulegium, ranunculus, urtica.

*Gradus IV.* Betula, buxus, geniſta, laurus.

N. *Gradus* 1. *Collig. Sole exiſtente in Piſc. Lun. in Canc.*

*Gr.* 2. *In principio Maii, ante ortum Solis, vel finiente Auguſto, vel Sole exiſtente in Tauro & Lun. in Quadrat. ante ortum Solis.*

*Gr.* 3. *Quando Sole in Leone, & Lun. in Scorp. ac ultima quadratura, vel ad refrigerationem; Sol in Tauro & Lun. Quadrat. verſante, ante ortum Solis.*

*Gr.* 4. *Sole in Piſc. & Lun. in Amph. vel Sole & Lun. in Amph.*

VI. VIRGO.

Virgo eſt ſignum fœm. terreum, frigidum ac ſiccum, ſympathic. Epati Inteſtinis ac Ventri.

*Gradus I.* Acetoſa, acetoſella, bardana, cichoreum, plantago, pyrus, ſalvia ſylveſtr.

*Gradus II.* Beta alba, cynoſbatus, meſpilus, ſigillum Salomonis.

*Gradus III.* Ariſtolochia, conſolida media, conyza, prunella, quercus.

*Gradus IV.* Carduus benedictus, centauria min. frangula, ophiogloſſum, prunus ſylveſtris, cum omnibus ſuis partibus, fructibus ac floribus, ſerpentaria, tormentilla, &c.

VII. LIBRA.

Libra eſt ſignum maſculinum aëreum, calidum & humidum, Renibus ac Veſicæ ſympathicum.

*Gradus I.* Bellidis genera omnia, conſolida media, parthenium, primula veris, ſium, tragopogum.

*Gradus II.* Alcea, althæa, anſerina, chamæmel. martagon, malva, verbena, viſcum, tilia.

*Gradus III.* Antirrhinum, artemiſia, corylus, ruta muraria.

*Gradus IV.* Alyſſum, anthirrhinum, alſine, chelidonium maj. menta nigra, ſcabioſa, ſcrophularia, ſenecio.

VIII. SCORPIUS.

Scorpio eſt ſignum fœm. aqueum, frigidum & humidum, ſympathicum partibus genitalibus.

*Gradus* I. Cruciata, oxyacantha. ſorbus ſylveſtr.

N. *Huc pertinent omnia ſimplicia primi gradus* ♎ *ſi poſt Iunium collecta ſint menſe Octobri inprimis.*

*Gradus* II. Fraxinus, poma omnis generis, prunus, conchæ, oſtreæ.

*Gradus* III. Berberis, buxus, erva, parthenium, ſaponaria.

N. *Huc pertinent omnes herbæ* 2. *gradus*, ♎, *collectæ* ☉ *in* ♎ *exiſtente.*

*Gradus* IV. Atriplicis ſpecies omnes, beta rubra, mercurialis, narciſſus, ribes.

IX. SAGITARIUS.

Sagitarius eſt ſignum maſculinum igneum, calidum & ſiccum, ſympathicum coxis, lumbis, & ſim.

*Gradus* I. Conſolida major, cepa, raphanus, ſcrophularia, ſeſamum, tiliæ flores, verbena lutea.

*Gradus* II. Allium, angelica ſylveſt. hyoſcyamus, leviſticum, ſalicis folia.

*Gradus* III. Aſarum, beta rubra, chelidonium, crocus, curcuma, filix, hedera terreſtris, hirundinaria, juglans, rubia tinctorum, ſucciſa.

*Gradus* IV. Antimonium, momordica, euphorbium, naſturtium, vitis alba.

X. CAPRICORNUS.

Capricornus eſt ſignum fœm. terreſtre, frigidum & ſiccum, ſympath. genibus ac nervis.

*Gradus* I. Calendula, ceraſa nigra, enula, morus, rubus, vaccinia.

*Gradus* II. Mora nigra, ſclarea, verbaſcum.

*Gradus* III. Acorus officinarum, burſa paſtoris, conſolida maj. cucurbita, galanga, malva hortenſis, ſonchi omnis generis.

*Gradus* IV. Helleborus, hyoſciamus, mandragora, napellus, herba paris, ſabina, ſolanum, ſtaphis agria.

XI. AQUARIUS.

Aquarius eſt ſignum maſc. aëreum, calidum & humidum, ſympath. tibiis ac cruribus.

*Gradus* I. Angelica, daucus, ficus, fraxini flores, hedera terreſtr. juglans, melilotus, ſanicula, ſigillum, Salom. vinca pervinca.

*Gradus* II. Conſolida regalis, cuminum, epithymum, geranium, lappa, radix rhodia, ruta muraria, ſalvia ſylv. urtica alba.

*Gradus* III. Agrimonia, auricula muris, horminum, mercurialis, ſaxifraga, ſerpentaria.

*Gradus* IV. Aſari fol. cardiaca, cicuta, meſpila.

XII. PISCES.

Piſces ſunt ſignum fœm. aqueum, frigidum & humidum, ſympathicum pedibus.

*Gradus* I. Ariſtolochia longa caulis capit. cucurbita, enula, fagus, momordica, myrobalan. napus, nymphæa, portulaca, rapa.

*Gradus* II. Articocus, antirrhinum, cyanus, ſtæchas citrin.

*Gradus* III. Nigella, papav. ſativ. papav. erraticum, ſonchus.

*Gradus* IV. Cicuta, hyoſciamus, napellus, papav. cornutum, ſolanum, alb. uva in verſ. Serpens.

N. *Non ignorare te volo, Amice Lector, me mihimet hiſce jam recenſitis non ſatisfeciſſe, multò minus tibi. Recenſui ut apud authores reperi fundamenta penitiora, ut ingenuè fatear, nondum aſſecutus. Namque ſigna quæ perhibent, ſumpta à ſapore, colore, odore, motu ſequaci, figura, &c. æquè dubia ſunt: nec enim conſtat cur ſigna talia familiaritatem talem indubitatò arguant. Attamen, cùm nullum dubium ſit, quin inter res cœleſtes, & ſublunares certas, amicitia inimicitiave intercedat, ſeries à majoribus collectas recenſere placuit, ſi qua tibi daretur in fundamenta penetrare. Dona nimirum Dei diverſimodè impertiuntur.*

## CAPUT X.

### *De Proprietatibus particularibus.*

SUnt & proprietates *particulares*, id eſt, in rebus particularibus fundatæ, quibus productio alterius, ſi ſcilicet conſpiraverint, juvatur, ſin diſſenſerint, impeditur, retardatur. Exempli gratia, creſcit feliciùs polypodium ſuper quercu: ſic cuſcuta lino adnaſcens feliciùs exurgit: ſanicula quercuum viciniâ gaudet; vitis oleæ; orobanche inter legumina creſcere avet, quæ tamen ipſa ſtrangulat. *Econtra* ſeſe mutuò offendunt, braſſica & vitis, adeo ut ſi in agris braſſica viti aſſita exurgat, vel vitis ipſa confeſtim emarceſcat, vel certè ſarmenta ejus elangueſcentia contabeſcant: ſic odit & vitis corylum; quercus conſita juxta juglandem contabeſcit; hedera omnibus arboribus, maximè verò viti infenſa eſt.

HOFMAN.) Hoc caput meritò referri potuiſſet ad *Caput* 40. & *ultimum hujus Libri I.* adeoque non ſapit accurationem.

## CAPUT XI.

### *De Materia Nativorum.*

MAteria ex qua res nativæ fiunt, ſunt *ſemen* ac *nutrimentum*, aut his analogum *quaſi ſemen* & *nutrimentum*.

N. *Materia in nativarum conſtitutione denotat* 1. *partem materialem ſeu corpoream, quatenus ſpirituali, id eſt, formali opponitur: Et eſt pars illa corporea ex liquido & arido coagmentata, ſpiritualis illius partis* Subjectum vide. cap. 5. *In* macrocoſmo *eſt corporea ſubſtantia totius univerſitatis ſpiritui univerſali ſubſtrata, craſſior in terra, tenuior in aqua, magis adhuc tenuis in aëre, tenuiſſima in ſtellis. In* vegetabilibus & animalibus *eſt corporea itidem ſubſtantia ſpiritibus ſeu animabus eorum ſubjecta: craſſiorque exiſtit in membris his, exempli gratia, in ligno, oſſibus & ſim. tenuior in aliis, v.g. in medullis, cerebro, & ſim. prout naturæ naturanti primitus fuit viſum. In* rebus ſecundariis *ſimiliter ſeſe res habet, ubi tamen conſiſtentiam homogeneam ferè nacta eſt.* 2. *Refert ſubjectum praexiſtens, è quo res nativa tanquam ex materia proximè praeexiſtente fit, quo ſenſu Ariſtoteles materiam videtur deſcripſiſſe ſubjectum è quo res fit primum, per ſe & non per accidens. Et hac ratione opponitur formæ, id eſt, actui, ſeu vitæ, qua res producta vivit & actuatur. Eſt autem non mera pars materialis, ſenſu priori, ſed ſubjectum ex principio materiali ac formali, ceu quod idem eſt, ex corporeo ac ſpirituali compoſitum, tametſi ſpiritualis illa pars ſopita quaſi ac in tenebris ferè delitеat, imo materialis partis vices non rarò retinere videatur, præcipuè in nutrimento.*

*Semen* eſt materia humida ſpirituoſa, (id eſt, aqua ac ſpiritus, ſeu ſi mavis, aqua & ignis) in creaturam certam proximè ac naturâ ſuâ emergere determinata.

N. *Severino Dano eſt vitale principium, in ſe continens ſpiritus mechanicos & tincturas univerſa anatomiæ propriæ ſpeciei, quibus ſuum ſibi fabricant corpus, colores, ſapores, qualitates, magnitudines, figuras & reliquas ſignaturas conſentaneas officiis & prædeſtinationibus prædictorum ſpirituum & rei producendæ. Exemplis res patebit:* Macrocoſmi *materia præexiſtens, quæ ſeminis vices repræſentat, (ſtrictè enim ſemen dici nequit) à Moſe dicitur Terra informis & inanis, à Poëtis chaos. Hinc reſpondet chaotica macrocoſmi diſpoſitio, è quâ ceu materiâ primâ rerum renovatio dependet.* Vegetabilium ac animalium *ſemen ut plurimum in ſua ſpecie fundatur, nonnunquam tamen in materia univerſaliori: unde Generatio, univoca, æquivoca, cagaſtrica, iliaſtrica.*

*Nutrimentum* eſt materia humida ſpirituoſa, quæ vi & facultate rei nutricandæ præparatur, ſubindeque alterata, mutata, determinata, membris incorporatur. Vniverſalior enim eſt initio, & à natura rei nutricandæ diverſa, unde paulatim alteratur, inque naturam rei nutricandæ tranſplantatur.

N. Macrocoſmi *nutrimentum idem illud chaos eſt, ſeu res particulares in chaoticam diſpoſitionem redactæ. Vide ſupra. Nutrimentum vegetabilium ac animalium per ſe ferè innoteſcit.* Vegetabilia *nutriuntur terræ ſucco, naturâ macrocoſmicâ, id eſt, effluviis elementorum imprægnato. Hinc formatur benedictio divina,* Deuteron. 33. verſ. 13. & 14.

מבוכרת יהוה ארצו ממגד

שמים מטל ומתהום רבצר תחת

וממגד תבואת שמש וממגד גוש

ירחום: &c.

*id eſt, benedictione Iehovæ terra in Effluvio (ubertate communicata, Meged) cœlorum, in rore in abyſſo jacente infra. Et in effluvio vegetabili Solis, & in effluvio vegetabili Lunæ, & in effluvio montium, & in effluvio collium, æternum.*

Animalibus *tum ipſemet macrocoſmus cibus exiſtit, tum vegetabilia, tum animalia invicem, Vide ſupra cap.* 4.

HOFMAN. Hic *AVTOR* iterum ſeſe implicat, confundens materiam generationis cum materiâ compoſitionis & conſervationis. Materia ſeu Principium generationis ſemen eſt. Conſervationis Nutrimentum. Et compoſitionis Materiam vocat partem illam corpoream ex liquido & arido coagmentatam. Verùm hæc non ſufficit, utpote ad modum ſeu ſtatum ſubſtantiæ tantùm pertinens; unde enim qualitates corporis intrinſecæ & formales? *Hic ad Elementa confugit. Vegetabilia inquiens, nutriuntur terræ ſucco effluviis elementorum imprægnato.* Hic jam quæritur, Vtrum Res nativæ conſtent ex Elementis, an ſecus? Ego ſtatuo cum ſanioribus Philoſophis & Medicis noſtri ſeculi, Rerum nativarum productionem ratione primordialis originis ex primâ dependere Mundi creatione, quâ DEVS Mundi conditor benedicendo Rebus creatis dixit: FIAT, hoc eſt, creſcite & multiplicamini; Et factum fuit. Quæ verba divinitus prolata tantæ virtutis & energiæ fuerunt, ut horum vi & efficaciâ tum vegetabilia, tum animalia, tum mineralia à primis creati Mundi temporibus ad hunc uſque diem gaudeant, & quamdiu hæc Mundi machina durabit, ſint gaviſura. Hic admirabilis omnium Rerum Creator omnia corpora vulgò Mixta dicta, quocunque nomine veniant,

niant, ex Aquâ creavit, & ſingulis ſuas dedit proprias Naturas
ſeu Eſſentias, per quas juſſu DEI ſunt, quod ſunt, & agunt
juxtà notitiam ſigiliarem ſeu ideam concreatam quod agere juſſæ
ſunt, quibus per generationem & propagationem mediantibus
ſeminibus, in quibus fermenta gliſcunt, ſeſe explicare, multipli-
care, & ſibi ſimile producere poſſint, ſatis inſuper ſibi ſufficientes,
ut in animam viventem adſpirent, contineant initium Motus, & ſe
ſuáque domicilia hoc eſt, corpora Mediantibus ſuis fermentis ex
ſemine ſive ſpiritu illo, qui in ſemine continetur, tanquam
principio generationis fabricent, tranſinutent, & augeant, ab
aliis diverſæ ſpeciei variis texturis diſtincta à magnitudine, figu-
râ, motu, & minutarum partium artificioſo connexu emergen-
tibus, & ex unâ eâdemque univerſæ materiæ tanquàm Principii
materialis, quod AQVA eſt, portione variis alterationibus eò
redacta, ut, prout Rei Natura à CREATORE indita re-
quirit, interdum Sulphurei, interdum Salini, interdum acidi,
aut aquei, aut terrei corporis nomen mereantur. Vnde *Nobiliſſ.*
„*HELMONTIVS in Tr. de imagine fermenti*, quod imprægnet
„maſſam ſemine, fermenta, inquit, per ſemina uno ſub Aquæ
„elemento univerſam in Naturâ ſcenam ludunt. Semina autem
evolvuntur per ideas ab Archeo Rectore ſeu Formâ cujuſvis ſpeci-
ficâ. Fruſtrà ergò illi ſunt, qui à fortuito minimorum corpo-
rum diverſimodè figuratorum aggregato & confluxu, proſcriptâ
internâ formâ ſpecificâ, hæc omnia expedire conentur. Quomo-
do enim Principium materiale, ut materiale, ſe ipſum primum
ad hanc vel illam ſpeciem determinatam, ad hoc vel illud indivi-
duum conſtituendum movere poteſt? Primus Motor & director
architectonicus adſit oportet, qui eſt forma ſpecifica cujuſque rei
plaſmatrix. Cur Sulphur vini non eſt idem ratione operationis
cum Sulphure Vitrioli? Alium ſaporem habet Spiritus Sambuci,
alium abſinthii; certè non ab extrinſeco ſed intrinſeco principio
hæc diverſitas oritur. Vnde & ſubtiliſſimus philoſophus & Me-
dicus *IVL. CÆS. SCALIGER Exerc. 307. ſ. 20.* Niſi
„Elementa inquit Rectorem habeant, temerè ac ſine modo me-
„tâque ullâ & jactabunt & jactabuntur. Quid enim illud eſt,
„quod tantum aquæ vel terræ tantum commiſcet cæterorum?
„Aſt oportet in unoquoque Motum eſſe unum & primum. Non
„enim illa ſeſe movere unum ad opus queunt, ſed in compoſitis,
„à formâ excellentiore cientur ad mutuam texturam & connexio-
„nem, in tantum, quantum cujúſque Natura requirit. Adeo-
que forma cujuſvis rei ſpecifica eſt quaſi divinum Principium &
inſtrumentum ac quaſi Manus Sapientiſſimi Creatoris & Opificis
DEI, qui hanc vim & efficaciam huic ſuo inſtrumento, quo ni-
hil mirabilius excogitari poteſt, in Creatione largitus eſt. Quod
autem Alii quoad Principium, uti dictum, materiale Elementis &
tribus principiis hypoſtaticis cum Autore noſtro tribuunt, hoc
Nos ad Aquam referimus primævam & Vniverſalem omnium
Corporum compoſitorum materiam, quæ divini Spiritus ope-
ratione in illius ſuperficie incubantis ita impregnata fuit, ut om-
nia corpora, quæ hactenus credita miſta, hujus ſolius fructus
ſint, nec alterius conjugio opus habeant, ſive opaca, ſive diapha-
na, ſolida ſive fluxilia, homogenea, ſive heterogenea, puta,
Lapides, ſulphura, Metalla, Lignum, frondes, cortices, Mel,
Cera, Olea, Oſſa, Cerebrum, cartilago &c. fuerint: omnia in
aquam reducuntur & ſolâ ex aquâ conſtant. A formarum ſpeci-
ficarum in ſeminibus aut his analogis deliteſcentium diverſitate ex
Aquâ producuntur diverſa vegetabilium, terrarum, mineralium,
Salium, Liquorum, Lapidum, animalium genera & per ſpe-
cies exſurgunt. In terrâ horti unica Aqua illa tranſit in herbas
mille calidas, acres, amaras, acidas & frigidas. In Arboribus
fit gummi, reſina, oleum, baccæ, lignum &c. In Minera-
libus primum in Bur ſeu ſuccum mineralem tranſit; In Plantis
ſeu fructibus in Leſſas ſeu Liquorem vegetabilem. Quando tra-
dux vitigenea ſeu tener ſurculus vitis terræ gremio committitur,
ut radices agat, ibi vi ſuâ innatâ tranſmutativâ, quæ ex ipſius
formâ fluit ſpecificâ, aquam in terrâ iſtâ exiſtentem in nutri-
mentum ſuum convertit, hoc tempore veris opportuno aqueas
plorat lacrymas, quemadmodum etiam in betulâ & radicibus ar-
borum nucum juglandium vulneratis experimur, licet varias al-
terationes anteà in ſuo per vitis truncum tranſitu ſubierit. Iam
autem examinemus, quàm diverſæ ſubſtantiæ, aut diverſa corpo-
ra ab eâ impetrari poſſint. Prætermiſſo hoc, liquorem hunc in
viteâ diverſis ejus partibus aſſimulatum in lignum, medullam,
corticem, folia, flores, gemmas &c. mutatum, Eadem lym-
pha per temporis intervalla in immites uvas primum degenerat,
ex quibus ſuccus de agreſtâ exprimitur, qui valde differt ſuis qua-
litatibus ab aliis, quæ ex vite producuntur. Auſterus hic fru-
ctus ſolis calore mitigatus & maturatus tranſit in Vvas elegan-
tes ſapidas, harum ſuccus præviâ fermentatione primò fit dul-
cis & turbidus liquor, poſteà minus dulcis & magis clarus, ex
quo Vinum illud Nectar Deorum. Præter hoc fermentatus Vva-
rum ſuccus tùm in liquidas ſcorias ſeu fæces, ex quibus poſt de-
ſtillationem Spiritus vini exſiccatis Sal Tartari etiam volatile &
Sal fixum ſui generis elici poteſt, tùm in lapideam quaſi feculen-
tiam, quæ communiter Tartarus appellatur, tranſit, atque hic
Vulcani adminiculo etiam in diverſas diſpeſci poteſt ſubſtantias.
Hic enim Tartarus immiſſus in retortam mox igne modico plo-
rabit inſipidas & congelationis participes guttulas, quas phleg-
ma vocamus. Aucto igne ſuccedunt ſapidæ volatiles & naturæ
fermenteſcibilis participes partes, quas indigitamus Spiritum.
Hunc ſequitur, ſi rectè operatus fueris, Sal Tartari volatile cum
ejus fermento oleo. Tandem relinquitur Caput mortuum, ex
quo etiam Sal volatile & fixum præparari poteſt. Dictus liquor
vinoſus tandem etiam in acetum mutatur, à quo per deſtillatio-
nem etiam acidulus obtinetur Spiritus, & Sal cryſtallinus à Spiri-
tu & alkali Tartari differens. Palmæ Nuces, quas *Luſitani Co-
quo* vocant prodigâ Naturæ liberalitate in infinitas penè res uti-
litate præſtantes etiam Aquæ fructus ſunt, quæ facultate Palmæ
tranſmutativâ abit in corticem pilioſum, ex quo omnes indiæ
rudentes conficiuntur, in fructus, qui ad maturitatem perve-
nientes Lanha vocantur & intus aquam habent, quæ temporis
tractu in nucleum mutatur, vel pomum ſaporis gratiſſimi, item
in oleum abit, vinum, Saccharum &c. In omnia hæc varia ma-
teriæ Schemata præter plura alia Aqua à Palmæ dictæ radicibus
imbibita redigitur ab ipſius formâ ſpecificâ. *CL. Helmontius* po-
ſuerat in vaſe terreo 200 ℔ terræ in fornace figulino calefactæ,
quam madefecit aquâ pluviali vel deſtillatâ, illique implanta-
vit truncum Salicis V ℔ ponderantem, ac tandem, elapſo quin-
quennio arbor inde prognata 169 ℔ & circiter uncias tres pen-
debat non computato foliorum per quatuor autumnos deciduo-
rum pondere. Vas autem terreum ſolâ aquâ pluviali vel deſtilla-
tâ ſemper irrigatum fuit, ſuiſque amplum, terræque ad ſuper-
ficiem defoſſum, & ne pulvis circumvolitans terræ commiſceretur,
lamina ferrea ſtanno obducta, multiſque pervia foraminibus Va-
ſis labrum tegebat. Exſiccavit tandem iterum terram vaſis eæ-
démque ad duas circiter uncias minus repertæ ſunt 200 ℔, ex a-
quâ ergò ſolâ ſurrexerant 164 ℔ lignorum, corticum & radicum.
Idem in Peponibus indicis, cucurbitis, Menthâ, pulegio, & Me-
liſsâ expertus eſt *Nobiliſſ. Anglus Robertus à Boyle.* Et in piſcibus
probavit uxor *Rondeletii*, non niſi ex aquâ nutritis, quæ piſcem
in vitro aquâ repleto, ſine ullo alio nutrimento per tres annos
conſervavit, quo temporis ſpatio illi continuò creverint, donec
tandem regredi per foramen illud nequirent, per quod immiſſi
fuerant, & temporis progreſſu ipſius vitri admodum capacis am-
plitudinem excederent. Quemadmodum autem omnia corpora,
uti demonſtratum, materialiter ex ſolo Aquæ elemento pro-
deunt, ita etiam in Aquam per Artem reduci poſſunt. Sit ſcili-
cet optimè dephlegmatus Spiritus Vini totúſque inflammabilis,
ita, ut poſt ejus aduſtionem nihil relinquatur humiditatis, hic à
Sale Tartari deſtillatus ſeu terrâ foliatâ Tartari ſæpius cohoban-
do pro decimâ ſextâ parte prius mutatur in Salem, & totum re-
liquum fit aqua ſimplex. Sulphur vini deſerit materiam Spiritus
vini, & pars, quæ in Sale Tartari fixatur, Salis conditionem ad-
ſumſit, quæ antea erat cremabilis, volatilis &c. deſtructis igitur
hiſce nil niſi aqua elementalis remanet. Si juxta *Tachenii* enchi-
riſin aceto per alembicum ſeparata fuerit aciditas, & fundus per
ignem concremetur, tunc reperitur in fundo Sal fixum. Huic
adde Acetum deſtillatum, & evoca aquoſum phlegma, odorem
aquæ ardentis habens, & habebis tunc Tartarum regeneratum,
qui ex retortâ dat oleum pingue & aquam amaram Sale volatili
ſaturatam Ex phlegmate per phiolam longi colli evoca pingue
ardens aquoſum, reliqua pars eſt aqua elementaris. Pingue reaſ-
ſumit alkali, de quo rurſus evoca aquam elementarem, repete
hanc operationem & tota vini ſubſtantia in aquam elementarem
omni ſapore & odore privam tranſibit. Simili modo olea in ve-
getabilibus, animalibus & ſulphuribus adjecto pauco ſale alkali,
ſaporis naturam adſumunt, & inde in aquam elementarem re-
duci poſſunt. Piſces uti vi innatâ ex aquis multam pinguedinem
faciunt, & in carnes & oſſa ſua tranſmutant, ita hæc viciſſim
cum Sale alkali fiunt Sapo, qui deſtillatus ferè totus in aquam
remeat, quæ ubi per adjuncta conſtitutione Saponis ſpoliatur,
fit aqua inſipida. Viperarum ſeu Serpentum deſtillatio quamvis
in oleum, Spiritum & Sal volatile excepto capite mortuo per de-
ſtillationem abeant, hæc tamen omnia quàm inæqualis propor-
tionis ſunt reſpectu phlegmatis vel aquæ ab ipſis elicitæ, ut nil
niſi aquam larvatam tantùm præ ſe ferant. Cotnu cervi, cruor
cervi, hominis, hirci, cerebrum humanum &c adeo phlegmate
abundant, ex libris duabus vix duæ unciæ Salis volatilis, Spiri-
tus & olei ut proliciantur, quæ omnia tamen tandem etiam
per artem in aquam redeunt, ut nil niſi aqua tranſmutata ſint.
Ex quibus conſtat, horum corporum conſtitutionem & augmen-
tum ex nullo alio, quàm ex aquâ purâ eſſe, à formâ illorum ſpe-
cificâ vario motu, quiete, magnitudine, texturâ, figurâ ac ſitu
partium modificata inſtar argillæ, quæ à figulo per diverſos ada-
cta modulos multiplices concinnatur in figuras. Hiſce omnibus
non obſtat, Terræ ſuprà etiam mentionem factam fuiſſe, ex

quâ Animalia quædam viventia fuerint producta. Nam non tam ex Terrâ, quàm in Terrâ hæc fuerunt facta animalia, dum illa omnium Matrix eſt, nam & hæc ipſa fructus Aquæ eſt; Et corpora illa, quæ ſæpe poſt analyſin aliorum corporum reſidua capitis mortui nomine veniunt, uti ex ipsâ aquâ producta, ita etiam ſolius Aquæ progenies ſunt. Nullum dubium, quin ſalix Helmontiana adminiculo deſtructa, bonam etiam carbonum quantitatem largita fuiſſet, ut facile creditu ſit, Terram etiam ipſam ex aquâ poſſe emergere, vel aquam poſſe in terram tranſmutari. Vnde & *acutiſſimus Philoſophus ex igne Iohann. Baptiſta* van HELMONT *in Tr. de Terrâ.* Originalis Terra, inquit, nunquam ad fructuum miſtiones concurrit, nec aſſumitur à Naturâ, nec aſſumptâ Naturæ aut Artis operâ reperitur. Poſito, ex homine, ligno, herbâ &c. cinerem poſt combuſtionem relinqui, nunquam tamen hic cinis terra eſt, aut erit, ſed eſt ſoboles aquæ & in aquam per Naturam & Artem reductibilis. Nec obſtat, Terram etiam creſcere, unde non mirum in *CL. Helmontii* mechanicâ eodem pondere poſt fruticis accretionem remanſiſſe, hoc enim ſi verum eſſet, oporteret terram condenſari, & unus manipulus jam gravior eſſet multis ante tempora Noachi. Si Menſe Martio betulam perforaveris, exſtillabit Aqua limpida, clara & pura, quæ ſpatio duodecim vel quatuordecim dierum præponderabit arbori cum ramis & radicibus, ideoque videntur arbores ex ſolâ aquâ fieri ſine aliquâ ſenſibili miſturâ alterius rei. Si cadavera mortuorum in cœmiteriis in cinerem & terram ultimatè migrarent, & non in aquam, cœmiteria in immenſum creſcerent, quod experientiæ repugnat. Concidit ergo *CL. noſtri Autoris* qualitatum elementarium, principiorum chymicorum & complexionum, fundamentum. Ceſſat doctrina de gradibus, de numero, compoſitione inæquali, concurſu, de contrarietate, proportione & luctâ Elementorum. Quæ omnia in Arte Medicâ hactenus plus damni, quàm emolumenti attulerunt. Annon potiùs ſingula Medicamina propriè & immediatè conſiſtunt in appropriato, per quod ſcilicet Natura, ut *CL. Helmontius* loquitur, à caſu reſurgit, quam dotem illis non contulit vanum quatuor qualitatum elementalium connubium, ſed IVSSVS ſeu FIAT *Verbi* CONDITORIS ipſis inexhauſtâ & largiſſimâ bonitate in poteſtatum vitalium ſolatium, Spirituum attenuatione delabentium, indidit & ſuo veluti charactere inſculpſit. Nec obſtat deindè, dicta quatuor Elementa & tria prima Principia hypoſtatica ex mixtis corporibus per ignis analyſin ſeparari poſſe. Nam *primò*, non ſtatim alicui rei ineſt, quod ex eâ producitur. Aliàs & pani ineſſet ſanguis, chylus, caro & oſſa diverſorum generum & ſpecierum. *Secundò*, hæc non prodeunt aut ſeparantur ex corporibus, ex quibus fieri putantur, nec ullâ ratione probari poteſt, illa fuiſſe in corpore, ex quo producuntur, formaliter ante ſui ſeparationem, prout per ignem fiunt, multóque minùs præexſtitiſſe ante corpus, cujus partes videntur fuiſſe, ſed non niſi materialiter inhæſerunt, & per ignem de novo emerſerunt. Sic Cinis & fumus non ſunt ampliùs lignum; nec alkali nec arena vitrum. Sic nullum vegetabile habet formaliter in ſe Sal alkali fixum, cujuſcunque ſit generis, niſi actuali igne comburatur, ut acidum tam in flammâ, quàm in concreto naturali deliteſcens uſtulando in Sal, quod aliis principiis balſamicis, ſulphureis & ſpirituoſis congenitis immerſum, adeóque potentiâ vegetabilibus ineſt volatile alkaliſatum agere, & hòc viciſſim in acidum, illúdque apprehendere queat, quod mutuâ iſtâ actione & reactione fixatur in alkali, ubi non inficias imus, partium terreſtrium quaſdam hic ſimul etiam coagulari. Lignum putridum licet ſummo ſtudio in cineres redegeris, Sal inde non elicies, quocunque etiam igne fuerit, ratio eſt, quia putridum ſine violentâ combuſtione in aëre eſt reſolutum per putrefactionem internam, antequam violenta reſolutio per ignem fuerit inſtituta per ſeparationem principiorum, ſicque antequam Sal, qui potentiâ ineſt concretis, in actum fuerit redactus, aliis principiis ſulphureis & ſpirituoſis congenitis adhuc junctus unâ etiam cum iis evaneſcit, adeóque etiam unâ cum aliis dictis principiis naturali lege & neceſſitate volatiliſatus in ſuum chaos tranſire debet. In ligni autem non putridi combuſtione, Sal volatile arreptione ſui ſulphuris fixatur in alkali, pars autem, quæ cum flamma aufugit & ab acido non arrepta fuit, in fuliginem abit, ex quâ denuò etiam Sal volatile, phlegma, Spiritus, oleum ſubtile & craſſum, caput mortuum & ex hoc quoque alkali fixum elicies.

*Deindè* nec deſunt corpora, ex quibus per ignem dicta quatuor Elementa & tria principia elici nequeunt. Quis Nobis oſtendere poteſt, unicum eorum ex Auro, Argento, adamante, talco, vitro, oſteocollâ, & aliis elicitum? Sunt econtrà corpora, quæ ſublimationi expoſita non in dicta elementa, aut tria illa principia, ſed in ſibi homogeneas particulas abeunt, ut Sulphur, camphora, Mercurius vivus, Sal ammoniacum &c.

*Tertiò*, plura, quàm quatuor aut tria ex quibuſdam corporibus per ignis analyſin produci poſſunt, ut patet ex Tartaro deſtillato, fuligine, ſuccino, cruore humano, CC. Vrin. Vitriolo &c. Nec obſtat, ſi dictorum Principiorum corpora per ſe inſufficientia fuerint ad mixtum conſtituendum, præſtare illud ipſum poſſe pro ratione quantitatis, figuræ, motus, variæ texturæ minutiſſimarum partium, ex quibus conſtant, & ex quibus ingens compoſitorum corporum cumulus oriri poſſit. Nam quinam gradus ignis, vel quiſnam modus, aut quodnam genus diviſionis corporum per ignem hanc variam mixturam probabit, aut determinabit talem Principiorum numerum? Cùm operationes ignis multùm varient circumſtantiis. Sic lignum quodpiam igne aperto in camino uſtum, in fuliginem & cineres reſolvitur; idem autem lignum ex retortâ deſtillatum abit in oleum, Spiritum, acetum, aquam & carbones. Accenſo ſuccino & argenteo cochleari fumo flammæ ejus ſuppoſito notatur fuligo, in quam fumus ille coit, qui admodum differt ab omnibus, quæ obſervantur à fuliginibus ſuccini per ſe in vaſis clauſis deſtillati. Sic camphora accenſa in aëre libero in atram fuliginem condenſatur, quæ nec odore nec aliis proprietatibus camphoram prodit, nullum dubium, quin partim ab acido ex lignis flammam ignis tranſeunte, partim etiam ab ipſo aëre hæc alteratio oriatur. Sæpe enim mechanicâ aliquâ texturæ immutatione concretum quoddam vel acquirere vel perdere poteſt aptitudinem patiendi ab externis incognitis agentibus, & ſimul operationes illius pro ratione variantis texturæ diverſificandi. Si autem camphora vaſis clauſis calori blando exponatur, tota ſublimatur, ut nil amiſiſſe videatur. Sulphur moderato ignis calori in vaſis ſublimatoriis expoſitum abit in flores ſiccos, igni aperto autem commiſſum acidi liquoris copiam ſuppeditat. Præthereà per modum quendam ignem applicandi corpora ejuſmodi ſimilaria à concreto aliquo impetrari poſſunt, qualia nec ſolâ ejus in aperto igne uſtione, nec ejuſdem ſolâ in vaſis clauſis deſtillatione ſeparari poſſunt. Sic lignum in vaſis clauſis deſtillatum non talem dat ſalis volatilis copiam, quam, uti ſuprà dictum, quando illud igne aperto in cineres & fuliginem dividitur, illáque fuligo poſtea retortæ immiſſa ab intenſo igne ſuum Spiritum, oleum & Salem volatilem & fixum dimittere cogitur. Cùm econtrà ligna per retortam deſtillata nullum Salem volatilem in ſiccâ formâ, ut eſt illa fuliginis, ſed potiùs acidum liquorem largiantur, cui magna diſparitas intercedit cum Sale volatili ex fuligine elicito. Ex quo igitur ignis gradu & ex quo illius applicandi modo judicandum eſt, diviſionem igne factam, veram eſſe in ſua Principia analyſin, ejuſdem producta appellationem corporum elementarium mereri? Quare *primò* non immeritò quæritur; *An ea principia ſeu corpora, quæ mediante igne ex corporibus ſeparantur, in illis præexſtiterint, an verò ab igne pro minimarum partium variâ texturâ & poſitu producta fuerint?* *Deinde*, an ignis verus & Vniverſalis corporum mixtorum ſit analyſta? Nam ſi ignis neque ex corporibus fixis, nec volatilibus dicta quatuor Elementa, nec tria Principia hypoſtatica elicere nequit, ſed pro ratione circumſtantiarum corpora diverſimodè alterat, ſequitur illum eſſe ſuſpectum propter univerſalem analyſin. Antecedens partim ſuprà fuit probatum, partim etiam in ſequentibus probabitur. Corpora enim volatilia ejuſmodi ſunt texturæ, ut ignis aperti beneficio facilè aufugiant, quàm ut Eorum elementa diſgregari poſſint, in vaſis autem clauſis ſublimantur & ita reſolvi nequeunt, in factitio Sale ammoniaco, Sal commune & urinoſum tam exquiſitè mixta ſunt, ut tùm in igne aperto, tùm in vaſis clauſis ut Sal unius generis ſurſum ferantur, unde flores ſalis ammoniaci, quod in ejuſmodi vaſis ſolo igne non reſolvi poſſe videtur. Denique vix ullum minerale eſt, ex quo chymici ſolo igne dictorum principiorum ſubſtantiam ſeparare poſſint. Ex quibus luce meridianâ clarius eſt, nudo igne unam eandémque materiam variorum corporum ſchemata induere poſſe, nec tamen illam dividere in Principia conſtitutiva, ſed potiùs in novas formare texturas. Variæ inſuper fiunt ſeparationes, quæ vel nullo modo, vel non tam benè igne ſolo inſtitui poſſunt. Sic Aur. & Lun. in unam confuſa maſſam ignis ſeparare nequit, ſed Spiritus Nitri ſeu aqua fortis facilè ſegregat. Partem metallicam Vitrioli ſalium alkaliſatorum admixtio in Vitriolo ſoluto à parte ſalinâ ſeparat. A Sale ammoniaco, Sal volatile urinoſum ſeparatur à communi, beneficio ſalis Tartari ſoluti, ut ambo divortium patiantur, illo in ſublime ſublato, hoc autem in fundo ſubſidente.

Hiſce igitur in genere præmiſſis de Rerum Nativarum productione, concludimus ex quatuor elementis & tribus principiis chymicis nullatenus eſſe compoſita corpora naturalia Miſta, nec illorum Elementa aut Principia commodè vocari poſſe, ſed Vnam Materiam, quæ Aqua eſt, variis alterationibus ita pro ratione magnitudinis, figuræ, Motus, quietis & ſitus partium, à forma cujuſque rei ſpecificâ in corpore omnes operationes exercente concinnari, ut illis ſenſationibus, quas excitat in animali, nomen olei, phlegmatis, Spiritus, terræ aut ſalis interdum largiatur. Interim tamen ſi quis Elementa vel Principia iſta vocare velit, quæ proximè & formaliter corporibus quibuſdam inſunt, & alio Menſtruo vel ignis ope clauſis vaſis actu ab ipſis obtineri poſſunt, quæ qualitatibus

litatibus quibuſdam & maximè modo ſubſtantiæ diſcrepant, ſive
de Animali, ſive vegetabili, ſive Minerali naturâ participent, ſic ut
ex magnâ Eorum parte obtineri queat fixa ſubſtantia partim ſali-
na, partim inſipida & unctuoſus liquor & alius, aut plures, qui
manifeſtum habent ſaporem abſque unctuoſitate, ſi, inquam, ali-
cui placeat ſiccam aut ſapidam ſubſtantiam, ut in abſinthio, cen-
taureo &c. amaram & Sal eſſentiale, Sal, unctuoſum liquorem
Sulphur & alium Mercurium, cum Eo non litigabimus. Unde
*Nobiliſſ. Helmontius in complexion. & miſtion. Elemental. figment.* §.5.
„ ipſe fatetur, dum inquit: Sunt nempè Sal, Sulphur, & Mercu-
„ rius, ſive Sal, Liquor & pingue, in ſpeciebus ſpecialiſſimis, non
„ ut corpora quædam univerſalia, quæ cunctis ſpeciebus ſunt com-
„ munia, ſed partes ſunt ſimilares in concretis corporibus varie-
„ tate triplici pro ſeminum exigentiâ diſtinctæ.

¶ *Quaſi ſemen & nutrimentum* materiam exhibent rebus ſecundariis, ſuntque excrementum in nutritione rerum primariarum, à parte utiliori (rubino Paracelſi) ſeparatum. Hoc nimirum præterquàm quòd faceſſit in materiam ſeminalem, unde creaturæ exurgunt, quæ non rarò cum primariis dignitate certant, in nutrimentum quoque earundem vergit.

N. *Res Secundariæ fiunt & nutriuntur ex Excrementis aqueis, terreis & viſcoſis, ſalinis, &c. Hæc enim cùm in ſubſtantiam rei primariæ abire nequeunt, ſecernuntur à parte utiliori nutritivâ, inque peculiaria genera nonnunquam mutantur pro diverſitate matricum concursûque cauſarum requiſitarum, differentia. Varia namque ſunt Excrementa, non ſolùm ratione trinorum mundi regnorum, ſed & officinarum, in quibus ea redundant. Nimirum, quia materia nutritiva diverſarum officinarum elaborationes, diverſoſque maturationis gradus percurrere deſtinata eſt, quorum ſinguli ſibi reſpondentia exhibent excrementa, utique diverſitatem excrementorum oriri neceſſum eſt. Imò cùm omnia in menſura, numero ac pondere ſint diſpoſita, ſuperabundat nonnunquam etiam nutritiva illa materia, ut & hac ratione perittoma ſuppetat excrementitium. V.g. lac in animalibus, melligines reſinavè in arboribus, &c. Hinc fiunt in* macrocoſmo *meteora & mineralia; in* vegetabilibus, *ſucci, reſinæ, gummi, &c. in* animalibus, *ſtercus, urina, lapides, arenulæ & ſim.*

## CAPVT XII.

### *De Tempore productionum nativarum.*

TEmpus ad productionem rerum nativarum faciens eſt, quo vigent, quorum beneficio productio perficitur, & maximè qualitates facultateſve ſub cauſa efficiente deſcriptæ.

N. *Tempus eſt menſuratio curriculorum quorumcunque per certa puncta. Nimirum creavit quidem Deus omnia in perfectione, verùm in gradu infimo, non ſummo, quippe hunc aſſiduâ culturâ acquirere ſubinde debebant, ab infimo ſcilicet gradu ſenſim ad ἀκμὴν aſcendendo. Inſuper, quia Deus naturam finitam ac temporalem, non ſempiternam ac ævum perennem voluit, terminum quoque ac finem præfinire oportuit, adeoque deſcenſum ab ἀκμῇ ad interitum. Intervallum igitur inter rei cujuſque ortum ac interitum, conſtituit, cujuſque curriculum, diſtinctionis punctis non raris notabile. Diſtinctionis hujus fundamentum eſt mutatio, quam res quæque curriculo ſuo ſubire eſt deſtinata, quâ ſcilicet res modò ſic, modò aliter, nunc hujus, nunc aliûs naturæ ac proprietatis deprehenditur, adeoque medicationi nunc aptior, nunc ineptior.*

HOFMAN. *In gradu infimo non ſummo*) Hoc pugnat cum *Moyſe*, qui ait, quòd *DEUS* omnia condiderit non ſolùm bona, ſed valdè bona, id eſt, optima. Et ſic omnia in ſummo gradu bona effecit.

¶ Tempus menſuratur potiſſimum ad curriculum cœli, curſumque ſeu motum ſtellarum, & inprimis *Solis* & *Lunæ*, ceu luminarium κατ᾽ ἐξοχὴν, dictorum; tum quoque ad motum planetarum reliquorum.

N. *Et ſi res quælibet, eò quòd curriculum peragit, mutationes diverſas ſubit, ac memorabilibus in ſemet diſtinguitur, v.g. ætate juvenili, virili, ſenili, periodicâ rei revolutione, &c. attamen numeratur tempus maximè ad curſum Solis & Lunæ, utpote, quorum curricula ſunt magis conſpicua, univerſaliora, diſtinctiora; unde & eſſe in tempora jubentur,* Gen.1.

Curſus *Solis* exhibet 1. annum, 2. anni quadraturas; ver, æſtatem, autumnum & hyemem, 3. menſes Solares, 4. Dies & noctes, 5. partes dierum. Videlicet, tempus matutinum, antemeridianum, meridianum, pomeridianum, veſpertinum, nocturnum 6. horas.

*Lunæ* curſus exhibet 1. annum lunarem, id eſt, menſes lunares, 2. Lunæ quadraturas: novilunium, tempus creſcentiæ, in quo excellit prima quadratura, plenilunium & denique tempus decreſcentiæ, ubi occurrit ultima quadratura. E dictis temporum articulis eligendi ſunt, qui ſecum vehunt qualitates ad productionem nativorum facientes, ſive manifeſtiores eas velis, ſeu univerſaliores, ſive occultiores & ſpecialiores.

Sic tempus ſationi eligitur, 1. quod ad humiditatem inclinat modicam, nimirum humiditate ſemen in terram projectum reſolvitur ſuſcitaturque. 2. Tempus Lunæ creſcentis. In hoc tamen ſunt qui monent, ſi ſatio flores intendat copioſos, fieri eam debere quadratura ſecunda, ac præcipuè tribus diebus ante plenilunium, lunâque exiſtente in virgine; ſin folia expectantur, ſationem inſtituere jubent poſt novilunium. Eadem ratio eſt & inſitionis.

Similem curam in animalium educatione ruſticos habere deprehendimus: vitulos creſcente Lunâ natos educationi aptiori judicant: ineptiores, qui ſine Lunâ, id eſt, in novilunio, vel Lunâ decreſcente in lucem prognati fuerint.

Quinimo nec è re erit, ad ſationem id temporis eligere, quo ſaltem luminare alterum, (videlicet quod Planetam ſemini ſeminando familiarem amicitia proſequitur) fuerit in fortitudinibus ejuſdem illius familiaris planetæ, vel planeta ipſemet familiaris fortitudines ſuas obtinuerit. Vide infra, c.25.

N. Agripp. phil. l.1. c. 12. *Individuorum ſingulares dotes plurimis inſunt, tam mirabiles, quàm in ſpeciebus etiam à figura cœleſtium ſituque ſtellarum. Omne enim individuum, quando incipit eſſe ſub determinato horoſcopo, conſtellationi cœli, contrahit cum eſſe, mirabilem quandam virtutem operandi & patiendi rem mirabilem, etiam præter eam, quam habet à ſua ſpecie, cùm per influxum cœleſtium, tum per obedientiam materiæ generabilium, ad animam mundi, &c.* Hæc Agrippa, cui ſubſcribunt quam plurimi alii, inter quos Michael Toxites in præfat. Herbarii Carichteriani, & ex hac Poppius præfat. ſui herbarii. *Quanquam plurimi ſunt,* inquiunt, *qui parvi momenti æſtiment, loca, tempora, influentiaſque obſervare, eò quòd tempus hoc præ illo nihil prærogativæ obtineat; attamen probat contrarium ipſa experientia. Hinc futilitates ejuſce potiùs cenſendæ ſunt ignavorum, quàm veritatis indagatorum. Quippe convincunt nos non modò agricolæ, qui arando, ſerendo, &c. de tempore certo ſolliciti ſunt, ſed & hortulani,*

*tulani, qui in putandis arboribus, ſurculis decerpendis, inſerpendis, tempora ſua certa obſervant.*

## CAPUT XIII.

### *De Loco Productionum nativarum, & imprimis de Terra & Aqua.*

Locus producendorum nativorum tum locus natalis eſt, tum locus progreſſionis, id eſt, ubi educantur, ſuſtentantur, vivunt, &c.

N. Mineralia *in terræ gremio locum tum natalem tum progreſſionis ſortita ſunt.* Vegetabilia,*terrâ ut plurimum naſcuntur vivuntque: pauciora aquâ, rariora vegetabilibus aliis infixa creſcunt:* Animalium *matrices, partim ſunt uteri materni, partim ova partim his analoga loca terrena, & ſimil. Loca educationis ſunt, terra, aqua, aër.*

Locus ad productionem nativarum idoneus eſt, qui ſcatet qualitatibus, facultatibus, proprietatibus, materiâque ad productionem aptis. Excellit autem inter cætera globus inferior, id eſt, Terra & Aqua, utpote non modò mineralium & vegetabilium, ſed & animalium commune receptaculum.

N. *Solum ad rerum productiones facit, non tantùm quatenus hoſpitium præbet aptum ac conveniens, ſed & præcipuè quatenus calore ſuo ſemen inibi ceu in matrice locatum ſuſcitat, humiditate ſua reſolvit, vi ſalinâ fermentat, proprietate peculiari amat vel odit, adeòque obtinet rationem Efficientis, materiæ, atque ſubjecti loci: Eapropter prout ſolum naturatum eſt facultatibus ac ſuccis ad rei productionem juvandam vel retardandam facientibus, ita & ad productionem ſolum conveniens erit eligendum, videlicet calidum, humidum, frigidum, ſiccum, ſuccis ſuis idoneis dotatum, proprietatibus peculiaribus impragnatum. Nec enim ubivis proventus æquè felix eſt.*

*Hic ſegetes, illic veniunt feliciùs uvæ.*
*Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt.*
*Gramina, &c.*

Conſideratur in ſolo præcipuè, 1. *ubi.* 2. *quomodo.* 3. *quale.* Nimirum hæc tria non modò rerum variant productionem, ſed & non rarò rerum productarum qualitates.

I. *Ubi*, id eſt, ſub qua longitudine, latitudineve ſit ſolum locatum. Hic occurrit ſoli diſtinctio. 1. In *Zonas* illas famoſas quinque, binas frigidas, binas temperatas, & unam torridam. 2. In *Climata*, ratione latitudinis menſurata. 3. In *regiones* quarum cœleſtis conſtitutio ſi ad ſolem conferantur, ex Geographicis facilè addiſci poterit. Tales ſunt Germania, Gallia, Italia, Hiſpania, India orientalis, occidentalis, &c. Nimirum ſingulæ regiones partim juxta ſui cœli ſolique qualitates plantas peculiares producunt, partim iis, quas cum aliis communes habent, feliciorem infeliciorémque productionem, aliamve complexionem conciliant. Vinum Hiſpanicum aliud eſt à Gallico, Gallicanum à Germanico, Similiter & res unius regionis, v. g. Germaniæ non uniuſmodi ſunt. Sic radix ari in locis noſtris frigidioribus adeò fervens ac mordax naſcitur, ut os & fauces exurat, at quæ in Lydia prope Cyronem urbem (teſte Baptiſta Porta,) provenit, exteriori formâ noſtræ planè reſpondens dulcis & grata eſſe dicitur, ut raparum inſtar homines in cibo ſine nocumento eo uti poſſint. Angelicæ radix in Finlandia acutiorem ſapit ſaporem, quam hic noſtras. Folia Sennæ alia mittit Alexandria Ægypti, alia Italia. Vitriolum Ungaricum præfertur reliquis. Sic variant & pro diverſitate regionum *animalia*, adeò ut non modò peculiaria ſibi nonnullæ regiones vendicent, ſed quæ communia ſunt feliciùs producant educentve, imò quoque nonnihil ab aliis differre faciant. Adde, quòd *plantæ* vel *animalia* ex una regione ceu patria in aliam ceu peregrinam tranſplantata, cum hac loci mutatione, ſimul naturam mutant. Vid. Ioh. Bapt. Port. in phytogn. l. 2. c. 1. 2. 3. 4.

N. *Sunt qui regioni cuique data ſua eſſe medicamenta volunt, morbis inibi graſſantibus ſufficientia, ideoque uſum exoticorum citra neceſſitatem ducunt. Verum enim vero, etſi prius non efficier, attamen quia vernaculorum plurimorum naturam ac vires nondum ſatis compertas habemus præſtat exotica exhibere, quippe experientiâ comprobata, quàm vernacula experientiâ difficili experiunda. Hiſce ſublatis vernacula, utpote iiſdem influentiis cum incolis affulſa, vernaculiſque ſuccis educata, exoticis præferre non dubitamus.*

HOFMAN. *Animalia variant pro regionum diverſitate.*) Sic propè montes ad Zomam porcus recedente mari conchilibus, ſquilis &c. veſcitur, caro ejus ſapit pinguedinem piſcis. Item araneæ Hybernicæ minimè ſunt venenoſæ, in Gaſconiâ autem tanta illis ineſt vis veneni, ut contactu etiam noceant.

*Adde quòd plantæ vel animalia.*) Quercus Hyberniæ ita antidoti proprietates retinet, ut in Belgicis ædificiis araneas fuget, quâ tamen proprietate quercus Belgica caret. Sic Veratrum in agro Tridentino vi purgativâ orbatum eſt. Senna, rhabarbarum, aloë apud Nos ignaviter aut leniter purgat. Zinziber extrà patrium ſolum non creſcit. Sic & de Napello referunt ejus flores à Polonis in acetariis abſque ullâ noxâ aſſumi. vid. D. Ferdinandus Herdot. in ſuæ Crocolog. appendic.

*Sunt qui regioni cuique data ſua eſſe Medicamenta volunt.*) Mundi Conditor ſingula loca immediatè replevit ſeminum ſuorum incomprehenſibili theſauro in Mundi finem duraturo, ſtatâ temporis maturitate prodituro. Unde & peculiaribus locis peculiaria inhabitant fermenta à Deo verbo *FIAT* locata, ut ſint fundamenta & progreſſus ſeminum ſucceſſivorum in Mundi uſque terminum. Sic v. g. *Loca ſeminum* vel ſunt in *Terrâ*, *Aquâ*, *Animalibus, Vegetabilibus* & *Mineralibus*. *Dicta loca ſeminum*, vel ſunt ſub certo climate, ut in *Septentrione*, Taxus, cochlearia &c. *Oriente*, Piper, Aloë, Sarcocolla; *Occidente*, Zinziber, Nicotiana, Mirabilis Peruviana, Nux vomica &c. *Auſtro*, ut rhabarbarum, Euphorbium, ſtœchas &c. *Vel ſunt in particularibus regionibus*, ut radix Chinæ in Chinâ, Cinamomum caryophyllatum in Sinâ, Saſſafras in Floridâ, Agallochum in Indiâ, Schœnanthus in Arabiâ, Mirabilis Peruviana in Peru, Rhabarbarum in Ponto, Cochlearia in Britanniâ, Opium in Thebe, Manna in Calabriâ, Senna in Alexandriâ, radix ireos in Illyriâ &c. *Vel ſeminum nativorum loca ſunt in particularibus locis omnium regionum*; Sic in *pratis* naſcuntur Orchidos ſpecies, Trifolium pratenſe, pentaphyllum bacciferum, prunella, conſolida media, ſymphytum, acetoſa, geranium, criſta galli, parietaria Lipſienſium, hedera terreſtris &c. *In udis locis* junci. In *Sylveſtribus*, carlina, matriſylva, herba Paris. In *Aquaticis*, Nymphæa, Plantago aquatica, Ophiogloſſum, flammula, Piperitis, tribulus aquaticus. In *Uliginoſis*, cotyla fœtida, atriplex fœtida, ſeu vulvaria. In *paluſtribus*, caltha paluſtris, ranunculus, Scordium, ſpondilion. In *ſtagnantibus*, herba kali, abſintium Ponticum, Perſicaria. In *Umbroſis*, Dracunculus major, Cyclaminus, in *Arenoſis*, Ononis, Plantago, Oſteocolla. In *Maritimis* Cochlearia, Soldanella, Carlina, Scylla &c. In *Aridis*, gnaphalium, Saxifragia, Lonchitis aſpera. In *Saxoſis* & petroſis, phalangium, Iacobæa, ſerpillum, hyſſopus, thymum, polium, clinopodium, chamædris, chamæpytis; in *Incultis*, ſymbrium, Coronopus, Salvia Major, Lithoſpermum, chamæmelum, Baccaris. In *Pinguibus*, Centaurium majus, Clematis ſeu vinca pervinca. In *Collibus*, Centaurium minus, Meum, Smyrnium. Sub *ſepibus*, Aron, Dracunculus minor, alliaria, hedera terreſtris. Ad *rivulos*, Liguſtrium fraxinus, iris, calamus. Inter *ſegetes*, anagallis fl. phœniceo, cyanus, Melampyron, Melanthium, papaver erraticum, equiſetum, antirrhinum; in *ripis* chelidonium minus, beccabunga. In *Ericetis*, Ros Solis, Tormentilla, cauda vulpina. Ad *Aquarum ſcaturigines*, quinquefolium, perſicaria maculoſa. Ad *flumina*, petaſites, Scrophularia, Vlmus. Ad *Rudera*, bonus Heinricus, ſeu colubrina, eryſimum, Marrubium; in *fontibus*, Naſturtium aquaticum, nummularia; in *Vallibus*, ſigillum Salomonis, Lilium convallium, botrys; in *Arboribus*, Sambucus,

Viſcus

Viſcus, chelidonium majus, agaricus. Ad *Arborum radices*, polypodium, filix. Sub *Aquis*, ſium aquaticum. In *ſuperficie Aquarum*, Plantago aquatica, potamogeiton. In *tectis, muris ac tegulis*, Sedum, blitum, capillus veneris. In *Montibus*, gentiana, chamæleon, calamintha, Aſclepias. In *concavis & cryptis puteorum*, ſaxatilis hepatica, adianthum &c. vid. *Sylveſter Rattray in Tr. de Sympath. & Antipath.*

*Uſum exoticorum citrà neceſſitatem ducunt* ) Omnipotens, *inquit* „ *Cl. Helmontius*, fecit ſanabiles omnes Nationes terræ, nec ad„vectas inde de littore merces exſpectandas voluit, ut neque ante „cognitas Indias minùs Mortalibus propitius fuerit. Inquilinis „ergò Morbis domi ſunt ſua invenienda remedia, cuique regioni „morbis inibi graſſantibus ſufficientia] iiſdem influentiis cum incolis affulſa. Eóque ſingulari Naturæ providentiâ factum eſt, ut non raro, quo loco peculiares populariter graſſantur Morbi; dicti Endemii, eodem etiam remedia ad hos conducentia uberrimè proveniant. Et obſervavit *Salenander* iis in locis ubi copiosè abſinthium & centaurium majus proveniant, incolas plerumque viſcerum naturalium pertinacibus laborare obſtructionibus. Sic Cochlearia Britannica inde dicta, primum ex Britanniâ & aliis locis marinis, ubi Scorbuticum malum gliſcit, deinde etiam ad Noſtras regiones ab hoc malo minùs liberas delata fuit, ubi adhucdum in hortis colitur, & ſub uno climate, ubi Scorbutus dominatur, magis provenit, quàm in altero; ubi ejus ſymptomata remiſſiora ſunt, hîc *Hallis Saxonum & Lipſiæ* uberior eſt Ejus in hortis proventus, ut nullus ferè ſit hortus, in quo non excolatur. Hermannus Nicolai obſerv. chirurg. rar. 97. citante illum Dn. D. Møllenbroccio in ſuâ Cochleariâ curioſâ refert, in Gronlandiâ & quidem urſorum monte, Tafelberg dicto, cochleariam & acetoſam ita copiosè provenire, ut greſſus viatorum impediant, háſque plantas ſemper eſſe junctas & vicinas, quia ſeorſim ſumi non debent, ne ſingulæ per ſe ſumptæ noxam afferant, quippe alteram ſale volatili, alteram acido turgere, ex quarum mixturâ intermedia qualitas exſultet. *Nero* Legem tuliſſe fertur, quâ iis duntaxat uti Medicamentis, quæ noſter orbis gignit, homines juſſi ſunt, quòd noſtræ Naturæ conveniant magis, & recentiora ſint, transmarina majori cum periculo & difficultate ac ſumptu haberi & aſſumi poſſint. Verùm rationes adductæ facilè locum invenire poſſent, niſi aliæ circumſtantiæ ſuaderent contrarium. Quamvis enim quædam ſolo noſtro prognata noſtris naturis ſint convenientiora, non tamen omnia illa exotica conſtitutioni noſtræ ac temperamento rigidè ſunt contraria, ut Cinamomum, Crocus, Aloë, rhabarbarum &c. Nec ſolum naturæ convenientia, ſed & Ea, quæ Morbum curant in uſum ſunt adſumenda. Neque Endemii morbi duntaxat, ſed & ſporadici ſunt curandi. Si quilibet indigenæ ſuorum locorum frugibus contenti eſſe deberent, quid fieret cum illis, qui in ſterilibus & montoſis jugis, ubi divinæ benignitatis rara lucent veſtigia, vivunt. Quare ſanè cum ratione retinemus & uſitata exotica remedia.

¶ *II. Quomodo*, id eſt, quo ſitu ſolum ſit locatum: ſive ſuperficiei altitudinem ſpectes, qua ſolum refert montem, collem, planitiem, campum, vallem, & ſim. ſive cardines mundi, qua ratione ſolum ſitum dicitur versùs ortum, occaſum, meridiem aut Septentrionem: ſive radios ſolares, unde ſolum fit apricum, umbroſum, nemoroſum. Videlicet horum diverſitate haud parva ſoli atque inibi naſcentium diverſa productio ac natura ſuboritur. Hanc tamen diverſitatem præcipuè qualitatibus primis dimetimur, dando montibus, locis apricis, meridionalibus, caliditatem & ſiccitatem; vallibus, campis, locis ſeptentrionalibus umbroſis, nemoroſis, frigiditatem, &c. Et hinc montibus locíſque ſiccis prognata, ſunt validiora plerunque viribus quàm reliqua, minora autem quoad ſtaturam.

N. Hippoc. l. 2. de Diæt. *Quæ ad meridiem ſita (regio) ea, quæ ad ſeptentrionem ſpectat calidior & ſiccior quod ad ſolem magis accedat. In his autem regionibus homines & quæ terrâ producuntur, ſicciora, calidiora & validiora eſſe neceſſe eſt, quàm quæ in contrariis. Item: per ſe ſi loca ſpectes, ad hunc habent ſe modum. Alta loca & ſqualentia, quæque ad meridiem ſpectant, campeſtribus æqualiter ſitis ſunt ſicciora, quòd pauciores humiditates contineant.*

*III. Quale*, id eſt, utrum ſolum macilentum, pinguêve, ſiccum, vel humidum, arenoſum & ſabuloſum, vel uliginoſum ac limoſum ſit, vel & dulce, ſalſum; proprietatibus ſeminalibuſve rationibus peculiariter dotatum.

*De Aqua.*

Aqua non minùs ac terra ad productionem rerum nativarum concurrit: præbet enim rebus inibi naſcentibus tum domicilium, tum & alimentum, idque non modo quatenus terræ permixta aridam conſtituit, ſed & quatenus ſeorſim collecta, terræ ſupernatat.

Conſiderari itaque iiſdem poterit differentiis, quibus terra.

I. Quoad *Ubi*, idem eſt judicium quod de terra; Nimirum ſecundùm cœli regionumque differentiam non modò res ipſas, ſed & rerum vires differre compertimus, hujuſceque regionis aquis, has plantas, hæc animalia, alterius alias plantas, alia animalia eſſe propria.

II. Quoad *Quomodo*, non magni ferè eſt momenti, niſi profunditatem ſitumque in locis montanis, planis, profundiſve ſpectes: vel & magnitudinem ſeu amplitudinem aquarum conſideres.

III. Quoad *Quale*, Aqua eſt dulcis, ſalſa, ſeu marina proprietatibuſve peculiaribus inſignita. Hûc: aqua lacuſtris, paluſtris, limoſa, & ſim.

## CAPVT XIV.

### *De Præparationibus Medicamentorum.*

PRæparatorum productio dicitur præparatio, quæ eſt actio officinalis, qua medicamenta parantur. *Hujus ſpecies ſunt.*

A.

*Acuere*, ſeu *acuare*, id eſt, rem fortiorem reddere, vel ſtimulum eidem addere. Sic acuitur ſpiritu Nitri acetum deſtillatum pro conficiendis magiſteriis ſolubilibus. Sic acuuntur pilulæ grano 1. ac 2. Diagrydii, Trochiſc. alhandal. Gumm. de Gamandra.

HOFMAN. Sic Spiritu Salis acuitur ſuccus Citri, Spiritu Nitri acuitur Acet. diſt. ad ſolutionem pro conficiendis magiſteriis ſolubilibus.

¶ *Amalgamare*, id eſt, metalla per Mercurii vivi admixtionem calcinare. Calcinantur autem hoc modo ſola metalla, excepto Mart. Limat. qui per Sulphur. Vid. l. 3.

HOFMAN. Sic v. gr. Iupit. & Saturn calcinantur per amalgamationem cum Mercur. Sol cum Mercur. item Mart. Limat. beneficio Sulphuris amalgamatur.

C.

¶ *Calcinare*, id eſt, in calcem redigere, vel friabile reddere. Fitque

| | | |
|---|---|---|
| 1. Per ignitionem | Incinerando<br>Reverberando | Hûc pertinet extinctio rei ignitæ in Aq. |
| 2. Per corroſionem | Amalgamando<br>Præcipitando<br>Fumigando<br>Vaporando<br>Cementando | Hûc calcinatio per illinitionem liquoris corroſivi. |

N. *Exempla ſingulorum horum modorum in metallis lib. 3. videre licet.*

*Candiſare.* Candiſari ſoli competit ſaccharo, quod in Aq. ſolutum, purificatum, atque quadantenus inſpiſſatum, in cryſtallos concreſcit, idque candiſari vocant. Imponunt autem ſolutioni nonnunquam res medicamenta

mentales ſolidas, ut cryſtallis illis ſaccharatis obducantur, eaſque confectionibus adnumerant. Vid. l. 2. cap. 47.

*Cementare* idem eſt quod ſtratificare, id eſt, corpus metallicum (huic enim ſoli competit) cemento ſtratificatim impoſito aliquandiu igni exponere. Vid. lib. 3. in Sole cap. 9.

*Circulare*, id eſt, liquorem in digeſtionem collocare, ut volatilior ac ſpirituoſior pars continuo elevari ac recidere poſſit, adeoque quaſi circulum tranſeat, maturiorque evadat. Hujus rei gratiâ certa inſtrumenta in uſu ſunt, circulatoria dicta.

N. *Vices circulationis ſupplere poteſt iterata deſtillatio.*

*Clarificare* potiſſimum de decoctis ac ſuccis dicitur, quæ cum craſſis ſcateant excrementis, clarificatione, id eſt, purgatione egent. Clarificationis hujus præcipui modi ſunt 1. *per albumen ovi*, 2. *per digeſtionem*, *tum* 3. *per filtrationem. Vide infra.*

Per *albumen* hoc modo peragitur. Albumen ovi virgulâ agitatur donec penitus in ſpumam abeat; Spuma hæc infunditur rebus clarificandis, coquunturque ſimul una ac altera ebullitione, ut craſſiora albumini adhæreſcant. Hinc ſeparantur deſpumando, colandoque, & ſim.

Per *digeſtionem* quæ fit clarificatio, nihil peculiare habet à digeſtione, quâ craſſiora feceſve ad fundum paulatim ſecedunt, unde per decantationem à liquore ſeparari poſſunt.

*Coagulare*, Coagulari dicitur quod evaporando inſpiſſatur.

*Cohobare*, id eſt, liquorem deſtillatum materiæ in deſtillatorio reſiduæ, iterum affundere, ac denuò deſtillare.

*Colare*, id eſt, per colum trajicere. Colus autem præcipuè panneus intelligitur, nonnunquam quoque linteus.

*Condire*, einmachen. Confit. *To dip things in Syrup made of Sugar or honey.* Te confyten en verſoeten met ſyroop. Condiri dicuntur quæ ſaccharo ſyrupiſato mellive (ut horum beneficio diutiùs conſerventur) calidè immerguntur, uſuique ſic immerſa reponuntur. Vid. lib. 2. c. 46.

*Conficere*. Officinis ſaccharo obducere ac incruſtare. Vid. lib. 2. c. 47.

*Conquaſſare*. Conquaſſari dicuntur (viridia maximè) quæ piſtillo groſſe tunduntur & ſine pulveriſatione preſſantur.

*Conſervare* ſeu *conſerviſare*, id eſt, conſervam facere.

*Coquere*, id eſt, elixare.

HOFMAN. Hæc coctio quàm ineptè quandoque in quorundam medicamentorum balſamicorum præparatione inſtituatur, ſi ſcil. unà vis balſamica expetatur, oſtendunt eorundem diſpendia vitium.

¶ *Coquere* in diplomate, id eſt, in MB.

*Cribrare*, id eſt, per cribrum tranſmittere.

*Cryſtalliſare*, id eſt, in cryſtallinas formas reducere.

N. I. *Proprium eſt ſalium, quibus & Tart. ſaccharumque addere licet. Videlicet hæc in liquore aqueo ſoluta, ſi in frigidum locum repoſita fuerint, concreſcunt in cryſtallos. Ubi nota, ſi nimiùm liquoris adſit antequam reponantur, aliquantulum exhalandum eſſe.*

N. II. *ſ. a. Cryſtalliſare eſt Cryſtalliſationes repetere, donec ampliùs colligi nequeant. Nimirum poſtquam prima vice Cryſtalli exempti fuerint, quia reliquis in liquore ſcilicet reſtantibus Cryſtallis liquor diſproportionatus eſt, exhalet nonnihil, hinc reponatur, &c.*

D.

*Decantare*, id eſt, liquorem materiæ alicui ſupereminentem per inclinationem effundere. Germ. abgieſſen. laiſſer ce qui eſt au fond de la liqueur, c'eſt ce que les Chymiſtes appellent verſer par inclination. *To pour off the liquor that is above any matter by bovving the Veſſel.* Vlietende vochtigheyt af te gieten door't buygen van de vleſſche.

*Decupelare* idem eſt quod decantare.

*Decrepitare* de ſale communi & ſimilibus dicitur quæ cùm ad ignem ſine fuſione calcinantur, ſtrepitum ſeu crepitum edunt. Vid. de Sal. com.

*Deliquium*. Per deliquium ſolvere, id eſt, rem ſolvendam in locum humidum collocare ut per ſe in liquorem vertatur.

N. I. *Deliquium peragitur felicius* 1. *in cella ſeu loco humido.* 2. *menſe Iunio, Iulio, Auguſto, quo tempore cellæ ſunt frigidiores.*

N. II. *Nonnunquam promovetur deliquium inſtillando humorem convenientem.*

HOFMAN. *Inſtillando humorem convenientem.*) Sed minùs commodè; Sic enim de Sale aëris ſibi gloriari nequeunt, quod aliàs in deliquium ſoluta acquirunt, hujúſque beneficio majoris fiunt energiæ.

¶ *Dephlegmare*, id eſt, phlegma ſeparare ſeu abſtrahere, quod fit, ſi phlegma ſeorſim affectetur, deſtillando, ſin minùs, evaporando: competitque ſpiritibus mineralibus fixioribus, ut Spir. Vitriol. Sal. nit. Sal. com. & ſim.

*Deſpumare*, id eſt, ſpumam demere, German. abſchaumen. Ecumer. *To take of the ſcum.* ſchuym af te doen.

*Deſtillare*, id eſt, liquorem vi caloris attenuatum in recipiens appoſitum prolectare. Modi deſtillationis uſitatiſſimi ſunt 1. ratione valorum: per Alembicum, per Retortam, ac per Veſicam. 2. ratione graduum caloris; per Balneum roris, ſeu vaporis (VB) per Balneum Maris (MB) per cinerem, per arenam, per ignem nudum.

HOFMAN. Circà hoc in genere notandum, ut in deſtillationibus obſervemus, quæ deſtillanda cum fructu ſint, & quæ deſtillationes planè reſpuant. *Deindè*, quò ſubtiliores deſtillandorum partes fuerint, eò etiam ſubmiſſiori ignis gradu utendum per MB. vel VB; Et contrà, quò plus virtutum materiæ immerſarum ſummè neceſſariarum & proficuarum expetas, eò etiam intenſiori ignis gradu per arenam vel cineres vel per veſicam cupream ſtanno obductam opus erit. Per retortam deſtillantur Mineralia, ut Sal marinum, Nitrum, Vitriolum, alumen &c. etiam animalium partes, ut CC. cruor cervi, hirci, hominis &c. Horum enim Sal volatile oleo craſſo & fœtido adeò immerſum eſt, ut non niſi extremâ ignis torturâ eliciatur in primâ per retortam deſtillatione, poſtmodum autem ab oleo ſeparatum & ſui juris factum in rectificatione phlegma & Spiritum anticipat.

¶ *Detonare*, verpuffen. Detoner en flammes, embraſer, allumet, *To calcine vvith burning & noiſe.* Te branden met geruyſch. Detonari dicitur, quod cum flagratione & ſtrepitu calcinatur. Ut Crocus Metallorum.

*Digerere*, id eſt, blando calore fovere.

HOFMAN. Digeſtio quanti in chymicis operationibus ſit momenti, qualémque uſum in plurimorum medicamentorum elaboratione, quæ aliàs abſque hâc confici non poſſent, præſtet, non ſatis deprædicari poteſt, adeò, ut quæ hactenus pro non-Entibus habita fuere, hujus beneficio verè ac realiter exiſtant. In præparatione

ratione Salis Tartari volatilis, Eſſentiarum, Sulphurum mineralium, Tincturæ corallorum &c. hâc carere non poſſumus, ut infrà patebit.

¶ *Diſſolvere*, id eſt, accedente aliquo humore ſolvere. Germ. auffloſen. Diſſoudre. *To melt vvith any moiſture.* Te ſmelten met eenige vochtigheyt. Sic ſolvuntur ſalia.

N. *Differt nonnullis diſſolutio à liquatione, quòd hæc non niſi vi caloris fiat & plerunque ſine accedente humore, illa affuſum humorem ſemper requirat.*

Hofman. *Diſſolvere*, ) quælibet res debet habere ſuum ſymbolizans ſolvens ſeu menſtruum v. g. Sulphurea Sulphureis, Salina Salinis ſolvenda menſtruis.

¶ *Diſpenſare*. Diſpenſari dicitur compoſitum, dum ſimplicia, quæ compoſitum ingrediuntur, ſeliguntur, & pro compoſito inde parando adaptantur.

*Dulcorare, edulcorare.* Dulcorari dicuntur 1. calcinata ſale gravida, dum Aq. (ut plurimum calida) abluuntur, qua ablutione ſal inibi contentum aquæ immiſcetur. 2. Dicuntur dulcorari Potiones, addito ſaccharo, vel ſirupo convenienti.

E.

*Electuariſare*, id eſt, Electuarium facere.

*Evaporare*, id eſt, liquorem calori exponere, ut exhalet humiditas.

*Exaltare*, id eſt, Rei potentiam alterando augere. Vid. fermentare.

*Exacinare*, id eſt, acinos eximere.

*Excorticare*, id eſt, cortices detrahere.

Hofman. *Excorticare* ) Sic v. g. excorticantur Semin. 4 fr. major. & minor. amygdal. &c. Sin autem majore abſterſione opus eſt, non debent excorticari.

¶ *Exhalare*, idem quod evaporare.

*Exprimere*, id eſt, premendo vel preſſurâ elicere, ſive id ſola manu fiat, ut decocta exprimi ſolent, ſive certo inſtrumento, quod prælum dicunt.

*Extrahere*, id eſt, beneficio debiti liquoris (quem menſtruum vocant) proportionaliter affuſi, præcipuam rei elicere partem. Vid. l. 2. c. 57.

N. *Extrahere ſ. a. i. e. Extractionem novis affuſis menſtruis reiterare, idque toties quoties menſtruum adhuc impregnari ſentitur.*

F.

*Fermentare*, vergóhren. Fermenter. *To reſolve, make thin, & ripen.* Een ding dat te dicht is / te ontloſſen / locht en dun maken / en rypen. Fermentari res propriè dicitur, quando evidenter in ſe reſolvitur, rareſcit, maturatur.

N. *Ratio Fermentationis hæc eſt: Contraria fermentabilia confuſa, id eſt, nondum ſub unum dominium ac poteſtatem, mixtionemque exactam redacta, ſi aliquatenus vi caloris externi reſoluta fuerint, vi potentioris facultatis alterantur, atque inde in certam aliquam temperiem naturamque ſpirituoſiorem evehuntur & exaltantur.*

Hofman. *Fermentare*) Eſt, quando minimæ particulæ cujuſvis corporis aut ſponte, aut occaſionaliter in motum cientur, ſe mirè exagitant, & exagitantur, invicem diducunt & obvolvunt. Vnde ſubtiles & magis activæ ſeſe quaquaverſus explicant & avolare nituntur: quæ tamen ab aliis craſſioribus implicitæ inter avolandum detinentur. Interim craſſiores ipſæ à ſubtiliorum niſu & expanſione ſubiguntur plurimum & attenuantur, juxtà varias texturas, ſitus, pro ratione magnitudinis, figuræ, motus &c. donec ſingulæ ad exaltationes ſuas evectæ alterationes & mutationes à Naturâ deſignatas compleant; Vnde Nobis Fermentatio definitur per compagem reſolutam partium corporis miſti variâ invicem texturâ quoad figuram præditarum ab interno illarum motu vel quiete, accedente calore externo inductam, tum ad conſervationem, vel deſtructionem corporis. Hæc aliàs dicitur clavis, dum per illam res optimè reſerantur & ad deſtillationem præparantur, & aliàs etiam magnum in chymiâ utilitatis uſum præbet, ut infrà videbimus.

¶ *Filtrare*. Filtratio fit beneficio vel chartæ bibulæ, vel panni lanei: Ex Charta fit pyramis, quæ tritorio inditur ne concidat. Hinc liquor pyramidi infunditur, ut paulatim per chartam in ſuppoſitum vaſculum defluat.

Per pannum filtratio fit vel colando, de quo paulo ante; vel ſeparando liquorem à pulveribus ſuis ſubſidentibus. Ad hoc duo itidem requiruntur vaſcula, alterum ex quo, alterum in quod liquor filtratur. Prius quod filtrandum continet, inclinatur ad latus, eique imponitur fruſtulum panni, ut limbus alter extra vas dependeat: poſterius ſupponitur, ut liquorem per panniculum paulatim defluentem ſuſcipiat. Similem modum infrà docemus oleum ab aquis ſeparandi.

*Fixare*, id eſt, quod volatile eſt fixum reddere. Fit vel per ſe ſcilicet iteratis deſtillationibus, & ſublimationibus, vel addita alia aliqua re, cujus vi fixatio perficitur.

*Fumare*, id eſt, per fumum Mercurii vel Saturni calcinare, ſolorumque eſt metallorum.

N. *Nimirum Mercurius vaſi calcinatorio orificii anguſti inditus apponitur igni nudo, ut fumus exhalet. Orificio imponitur Metallum calcinandum laminatum, ut fumo Mercurii tranſeunte friabile reddatur.*

*Fundere* idem in Chymia eſt quod liquare, ſeu ad ignem liquefacere: propriéque de ſalibus ac metallis dicitur.

G.

*Granulare*, id eſt, in grana reducere.

H.

*Hermeticè* claudere, vide ſigillare.

I.

*Imbibere*, id eſt, rem humiditate per vices potare, ſeu liquore rem humectare.

*Impaſtare*, id eſt, miſcere, ut fiat inſtar paſtæ ſeu maſſæ.

*Impregnare*, idem ferè eſt quod imbibere

*Inaurare*, id eſt, foliis auri obducere. Inaurari autem etſi de aliis quoque medicamentorum formis dici poſſit, Exempli gratia, de Martio pane, & ſim. tamen potiſſimum de pilulis dicitur, quæ in Scatula (rotunda) clauſa adjecto folio auri, circumagitantur, donec auro illo obducantur. Germ. Vergulden. Dorer. *To gild pils, &c.* Vergulden.

*Incerare*, idem eſt quod imbibere.

*Incidere*. Inciduntur herbæ forcipe: duriora, ut ligna, radices duriores, cortices; cultro.

*Incinerare*, ideſt, comburere ac in cinerem redigere.

*Inſolare*, id eſt, macerare vel Solis, vel alio calore tepido.

*Interpaſſare*. Interpaſſari dicitur de ſacculis ſeu fomentis ſiccis, idemque eſt quod eſt interſuere, ne materia incluſa conglomeretur, cujus rei gratiâ quoque goſſypio pulveres ſuſcipi ſolent.

L.

*Lævigare*, id eſt, ſuper porphyritico lapide in tenuiſſimum pulverem (Alcohol) redigere.

*Lavare*, id eſt, liquore (aquâ) abluere, ut res purgetur ab immunditie. Lotione autem opus habent

tàm ex mineralibus, v. g. Lapis Lazuli, quam ex vegetabilibus ut Aloë, Lacca, Tartarus, & animalibus nonnulla. Vt patebit l. 2.

N. *Inſtituitur nonnunquam lotio, ut res imbuatur qualitate aliqua.*

HOFMAN. *Lavare.)* Si Medicamenta ſimplicia vel ſuperficietenus ſordibus alienis, lapillis, feſtucis, ſabulo &c. infecta, vel intimius rebus heterogeneis conſpurcata, ablutio illorum propriè ſic dicta non poſthabenda, ſic tartarum, aloëm, lapidem Lazuli &c. à ſordibus recrementitiis liberamus, hâc ratione nulla virium facientes diſpendia.

¶ *Limare*, id eſt, limâ in ſcobem redigere, quam limaturam dicunt.

*Liquare*, id eſt, vi caloris fluidum facere, Germ. flüſſig machen/ſchmeltzen. Fondre. *To melt by beat*, Sm lten/ vloeÿende te maken door hitte. Competit metallis, ſalibus, pinguedinibus, & ſim. interdum tamen idem eſt quod per deliquium diſſolvere.

N. *Quomodo differat à diſſolutione Vide ſupra.*

*Lutare*, oblinire vaſa luto ſive ſit vulgare & ex farina & aqua, ſive compoſitum ex calce & albumine ovorum, ſcobe martis, farina laterum, oleo Lini.

M.

*Macerare*, idem eſt quod digerere.

*Malaxare*, Malaxari dicuntur Emplaſtra dum in maſſam ſubiguntur, ſive id manu fiat, ſive pilâ, vel ſimili inſtrumento.

P.

*Præcipitare*. Præcipitari dicitur, quod in liquore ſolutum, incraſſatumque ad fundum ſecedit.

N. *Nonnullis denotat totum actum calcinationis per liquores corroſivos; ſive calx per ſe ſubeat, ſive exhalatione humiditatis, ſive inſtillatione alicujus rei repercutientis. Vid. Beguinum.*

HOFMAN. *Præcipitare.)* maximi eſt emolumenti tam in chymiâ, quâm ipsâ praxi. De quo infrà uberius,

¶ *Præparare*, pharmacopæis eſt rem minutiſſimè lævigare, ac aquâ aliquâ cordiali imbuere. Vid. l. 2.

N. *Dicitur iidem de radicibus nonnullis, &c. quæ in aceto macerata exſiccantur. Exempli gratia, Rad. Ari.*

*Pulveriſare, pulverare*, id eſt, in pulverem redigere, ſive terendo, ſive levigando id fiat.

*Purificare*, id eſt, à ſordibus (craſſioribus) ſeparare: fitque lavando, clarificando, filtrando, digerendo. Vide clarificare.

*Putrefacere* idem eſt quod digerere.

R.

*Radere*, ſchaben. Raclet, Limer. *To ſchave with a knife, file, &c.* Schaven met glas/ ſcheermes/ etc. fit inſtrumento aliquo acuto, Exempli gratia, cultello, vitro, limâ, & ſim. quo res raſioni ſubjecta in raſuram redigitur.

*Rectificare*, id eſt, denuò blando calore deſtillare, ut pars magis ſpirituoſa ac volatilis eliciatur, relicto phlegmate ſeu parte aquosâ in fundo. Sic rectificantur aquæ ſtillatitiæ, ſpiritus.

*Refinare*, idem eſt quod depurare, competitque potiſſimum ſaccharo. Vid. l. 4. claſſ. 4.

*Reverberare*, id eſt, rem aliquam vi flammæ cremare, quæ infra ac ſupra illam ambiat.

*Rotulare*, id eſt, Rotulas conficere, Vid. l. 2. c. 69.

S.

*Salificare*, id eſt, Sal conficere.

*Secare*, idem eſt quod incidere.

*Separare*, id eſt, res heterogeneas mixtas & confuſas ſegregare. Vſitatiſſimum autem eſt ſeparare oleum ab aqua, quod fit 1. per *Tritorium* anguſti orificii in fundo, quod orificium aqueo liquori utpote graviori primumque defluenti aperitur, poſtmodumque obturatur, oleumque reſtans ſigillatim colligitur. 2. Per *goſſypium* ſeu lanam. Nimirum repletur vitrum anguſti orificii, aquâ & oleo confuſis, ad ſummum uſque, ſiniturque, ut oleum ſupernatet. Hinc apponitur vitrum humilius, goſſypiumque ſeu lana utrique imponitur, ut uno termino oleum tangat, altero in vas appoſitum dependeat. Sic delabitur oleum per goſſypium, in appoſitum vaſculum humilius. 3. Per *chartam bibulam*. Nimirum tranſit aqua reſtatque oleum.

*Sigillare* hermeticè, id eſt, vitrum fuſione claudere.

*Stratificare*. S. S. S. (id eſt Stratum ſuper ſtratum, facere idem eſt ac Metallum laminatum & pulveres ſtratificando, alternatim ſtruere. Nimirum primo ſternendum eſt ſtratum pulveris, hinc imponenda lamina metallica, iterum pulvis & ſic deinceps, donec pulvis ſtratum claudat.

N. I. *Nonnunquam loco laminæ pulvis Metallicus ſumitur.*

N. II. *Beguino ſtratificationis vox totum calcinationis actum comprehendit, quo lamina ſtratificata in igne friabilis redditur, quod & cementare dicunt.*

*Sublimare*, id eſt, rem volatilem ſiccam in ſublimi elevare, ut ſeorſim haberi poſſit. Res illa elevata vel ſublimati nomine effertur, vel florum nomen adſciſcit.

T.

*Tabulare*, id eſt, Tabulas vel morſulos conficere, Vid. l. 2. c. 69.

*Terere, conterere*, id eſt, pilâ contundere.

HOFMAN. *Terere, conterere,)* Vnde vocabulum Tritus Pharmacopœis quidem ſatis uſitatum, non autem chymicis, mirabilis tamen hodiè etiam eſt in chymiâ uſus, ſcilicet in præparando vero Auro potabili, & genuinâ Mercurii antimonii præparatione de quâ infrà uberius.

¶ *Torrere*, id eſt, in patella vel ſartagine ferrea igni expoſita medicamenta continuò agitare, ut humiditas abſumatur. Sic fit Rhabarbarum toſtum.

*Trochiſcare*, id eſt, Trochiſcos facere.

V.

*Vitrificare*, id eſt, in vitrum redigere. Vid. Vitrum Antimonii. l. 3.

*Volatiliſare*, id eſt, Volatile reddere.

## CAPVT XV.

### *De Principiis Chymicis.*

Circumſtantiæ præparationis itidem, ut in nativis productionibus ſunt *Principia chymica*, *cauſa Efficiens*, *Materia*, *Tempus*, *Locus*.

*Principia chymica* voco, in quæ res naturalis *arte chymica reſolvitur*, tanquam in ſimpliciſſima, (artificialia.) Suntque *Oleum*, *Spiritus*, *Sal*, *Phlegma*, & *caput mortuum*, &c. quorum deſcriptiones aliunde petere licet.

N. *Nihil tritius eſt apud chymicos quàm ſua aſſerere principia, Sal. com. Tart. Mercurii, quibus alii addunt Cap. mort. ac phlegma; Illa cherionia appellant, id eſt, facultatibus efficacioribus ac inſignioribus prædita; hæc relollacea, id eſt, qualitatibus inſignibus deſtituta. Verum enim vero ubi in rem exactius inquiritur,*

quid

*quid ſtatuendum ſit, nihil ſolidi fere invenitur. Quod enim nonnulli, id, quod oleoſum eſt, ſulphuris titulo nominant; quod vaporoſum, mercurii; quod concretivum ſalis; id ſagacioribus minimè ſatisfacit. Nam ſciunt dari & ſulphureum quod nequaquam oleoſum, ut Aq. vitæ & ſim. Similiter dari norunt & vaporoſum, quod tamen à Mercurio diſtinctum, ut phlegma in ſtillatis: quinimò quam plurima dantur, quæ parte oleoſâ prorſus deſtituuntur, num ergo & Sulphure? Nec minorum difficultatum ſunt, quæ declarandi gratia adducuntur exempla deſumpta à ligno combuſtibili, è vegetabilium anatomia. Videlicet in primo exemplo Sulph. repræſentari volunt butyro; Mercurium ſero; Sal, Caſeo. In ſecundo, ſulph. vocant, id quod flagrat, mercurium, quod fumat, Sal, quod in cinere remanet. In anatomia vegetabilium manifeſtari aiunt, oleum, id eſt, Sulph. aquam, id eſt, mercurium, & cinerem ſale gravidum. Verùm, quis neſcit, ſero plus ſalis ineſſe, quam ipſimet caſeo: fuliginem, [quæ fumus congelatus] & oleum, & ſal, & aquam ſpirituoſam in ſe continere: E vegetabilibus eſſe, quæ ne guttam olei exhibeant, Relinquuntur itaque intricatæ adhuc difficultates, è quibus ut nos extricemus, hanc noſtram opinionem cordatis ſubmittimus cenſendam. Materia praexiſtens rerum nativarum ſive ſemen velis, ſive nutrimentum, eſt humidum quoddam ſpirituoſum: Humidum intellige non humorem meracum, ſed coagulabilem, adeoque partium terreſtrium participem Confer Gen. 1. En habes* Spiritum, *ignis ac ſulphuris nomine, ob naturam qua ignem æmulatur, nonnullis dictum, aliis formale principium: habes* Aquam, *habes* Terram. *Hæc tria in primordio rei informiter confuſa quidem exiſtunt, verum deinceps vi ſpiritus paulatim elaborantur, exaltantur, incraſſantur, adeoque ex parte viſcoſam induunt conſiſtentiam, ſalinâ naturâ gravidam, ex parte quoque in naturam ſecernuntur liquidam & aridam, qualitatibus materialibus ſolum præditam. Salina illa natura, unà cum portiuncula potiori viſcoſæ illius materiæ exaltatur ſubinde ulterius, ſpiritualiſaturque, id eſt, ſpiritualem maturioremque paulatim induit naturam, viribus naturæ rei correſpondentibus efficacem, idque ſubſtantiâ, prout natura ordinat diverſa ſpirituoſa ſcilicet oleoſáve, & ſim. En* phlegma, terram mortuam, tartarum, ſal & *ex his* ſpiritum *vel* oleum, *aut aliquid his* analogum. *Si itaque liquidum ſpirituoſitate deſtitutum appellare libuerit* mercurium, *è contra ſpiritum vel oleum* ſulphur; *modò de re conſtet, de nominibus nemini bellum indicam. Et hoc mea eſt de principiis Hermeticis opinio, ad cujus aſſertionem etſi adducere queam, quomodo ſal in ſpiritualem naturam evehatur; Spiritus è contra in ſalinam naturam figatur, [exempli gratia, in ferveſcentia & aceſcentia liquorum ſpirituoſorum] attamen compendii ſtudio iis ſuperſedeo.*

## CAPUT XVI.

### *De Cauſa Efficiente ſeu præparante interna.*

CAuſa Efficiens præparationum itidem *interna* & *externa* dari poteſt, præcipuè tamen in his externa conſideranda venit.

*Interna* eſt materiæ *vel aptitudo*, vel & *facultas* ſimul operativa.

*Aptitudo* eſt diſpoſitio, quâ materia habilis eſt ad ſuſtinendam elaborationem, ſuſcipiendamve formulam medicamenti, quæ intenditur.

*Facultas* eſt internum aliquod agens, quo nonnullæ præparationes opus habent, ut perficiantur.

N. *In præparationibus officinalibus aliæ ſunt merè artificiales, ut pulveriſatio, confectio, &c. aliæ cum naturalibus conjunctæ; ut fermentatio, cryſtalliſatio, & ſim. Illæ non niſi aptitudinem requirunt; hæ inſuper internum agens. Aptitudo illa niſi materiam præparationi ſubjectam comitetur, incaſſum præparationi res ſubjicitur. Modi autem præparationum ut varii ſunt, ita variæ quoque dictæ aptitudines: cryſtalliſatio ſcilicet, ſal cryſtalliſabile, fermentatio materiam fermentabilem, deſtillatio materiam humore exhalabili prægnantem, &c.*

## CAPUT XVII.

### *De Qualitatibus Elementalibus & præcipuè de Calore.*

EFficiens præparationum *externa primaria* eſt *Pharmacopæus* arte præparandi inſtructus, de quo nihil inpræſentiarum, niſi quod pium, induſtrium, diligentem & patientem eum eſſe oporteat.

HOFMAN. *Efficiens Præparationum externa primaria eſt Pharmacopæus.*) Hunc *CL. AUTOR* noſter omiſit, cùm tamen & hujus requiſita etiam hoc loco eſſent inſerenda. Cùm enim *inſtrumentorum pharmacopoëticorum Cap. 19.* mentio fiat, etiam cauſa Principalis, ut Dux non eſſet omittenda. In hoc capite, ut in *antecedente 16. Cauſam Efficientem in internam & externam* diſtinguit, id quod novum eſt in omni philoſophiâ. Cùm dicitur Efficiens interna (quam vocat aptitudinem materiæ & facultatem præparatoriam) *Externa Efficiens* ſunt qualitates primæ elementales *Materia Efficiens*, qualitates externæ, & Efficiens interna. Item *Cap. 23.* vocat *Tempus internum* (quod ſit turgeſcentia & conſiſtentia rerum) ἄπτα & ἀσύζευκτα ſunt omnia; ignoſcant quæſo manes Schrœderiani.

*Arte præparandi inſtructus.*) *Pharmacopæus* ante omnia debet eſſe Vir pius ac probus, in ſuâ profeſſione peritus, circumſpectus, Latinæ linguæ gnarus, Materiam medicam tàm ſimplicium quàm compoſitorum accuratiſſimè dignoſcens, vernaculorum & exoticorum notitiam habeat, delecta emat, eadémque viſu, guſtu, olfactu, tactu & aliis examinet modis. Vaſculis idoneis reponat, ſingulis menſibus ſingula perluſtret, & delectum inſtituat. Non convenit eum eſſe ſordidum, & avarum, ſed ſit liberalis, alacris, mitis in pauperes, falcem ſuam non mittat in meſſem Medicam, & praxin non exerceat. Non ſit aleator, crapulator, nec rei venereæ deditus. Magiſtratui juramento ſit obſtrictus, taxationem ordinatam fideliter obſervet. Nihil ſine Medici præſcitu in componendo immutet, ne quid pro quo ſubſtituat, nec ullius quàm Medicinæ Doctoris promoti formulas vel receptas recipiat; Purgantia, opiata & deleteria nemini de plebe vendat, nec Doctorum arcana ulli alii faciat communia.

¶ *Secundariæ* ſunt tum requiſitæ qualitates, tum inſtrumenta.

*Qualitates* hîc uti in productione nativa conſiderantur, *Elementales ſalinæ* & *proprietates* peculiares. Verùm cùm ultimæ hæ origine eædem ſint, quæ ſupra, de deſcriptione illarum hîc excuſamur.

Inter qualitates elementales, communiſſimus eſt *calor*, hinc *humiditas*, & tandem *ſiccitas* & *frigiditas*.

*Calor* facit ad calcinationem, confectionem, deſtillationem, digeſtionem, evaporationem, fermentationem, reverberationem, ſublimationem: humiditas ad diſſolutionem, extractionem: frigiditas ad candiſationem, cryſtalliſationem: ſiccitas ad exiccationem, trochiſcationem, &c.

E qualitatibus dictis, quia ſolus calor præ reliquis artis directorio ſubjicitur, eum ſolum hîc deſcripſiſſe ſufficit.

Diſtinguitur calor vel ratione *cauſarum*, quibus



efficitur

efficitur, vel ratione *modi adhibendi*, vel ratione *intenſionis remiſſioniſvè*.

Ratione *cauſarum* calor eſt
- 1. Solis,
- 2. Fimi putreſcentis,
- 3. Ignis qui
  - Lampadis,
  - Carbonum,
  - Flammeus, &c.

Ratione *modorum* quibus ignis adhibetur, calor vel eſt:

*I. Balnei Roris ſeu vaporis*, id eſt, qui fit beneficio vaporum, ab aqua caleſcente elevatorum, ac Vaſculum cum materia ambientium. VB.

*II. Balnei Maris ſeu Mariæ*, id eſt, qui fit mediante aquâ caleſcente, cui Vaſculum cum medicamento præparando impoſitum eſt. Hic mitis communiter cenſetur ac gradus primi.

*III. Cineris*, qui fit caleſcentiâ cinerum, fortiorque intelligitur, quàm præcedens, eſtque gradus ſecundi.

*IV. Arenæ*; Fit mediante arenâ, notatque communiter adhuc fortiorem ac gradum tertium.

*V. Ignis* nudi; Fit ſine interveniente medio accenſis prunis vel lignis flagrantibus. Huc pertinent.

*VI. Circularis.* Fit igne carbonum vas ambientium.

*VII. Reverberatorius*, quando flamma materiam undique ambit & lambit.

*VIII. Suppreſſionis*, quando infra ac ſupra ignis adhibetur.

Ratione *intenſionis vel remiſſionis* Calor eſt vel
Gradus I. Mitis ac blandus.
II. Acrior ac intenſior.
III. Fortior ac vehementior.
IV. Fortiſſimus.

N. I. *Gradus* 1. *menſuratur communiter* MB. 2. *Calore cinerum.* 3. *Arenâ.* 4. *Igne nudo, non quod neceſſarium ſimpliciter ſit gradus ſingulos, nonniſi dictis modis, adminiſtrare, quippe uno eodémque modo plures gradus peragi poſſunt. Exempli gratia*, MB. *gradus* 1. & 2. *Cineribus & arenâ, gradus* 1. 2. & 3. *igne nudo gradus omnes: ſed (ut dictum ſupra) per calorem* MB *intelligendus eſt calor in gradu* 1. *id eſt, acrior ac intenſior, &c.*

N. II. *Singuli gradus magnam obtinent latitudinem, quam communiter principio, medio ac fine cujuſlibet gradus circumſcribunt. Verum enim vero, cui volupe fuerit plurimas caloris differentias in ſingulis gradibus diſtinguere, certo inſtrumento id aſſequi poterit, facto ad imitationem inſtrumenti, quo aeris calor intenſior ac remiſſior notari à nonnullis ſolet; perpetuum mobile vulgò vocant. ſ. uranoſcopium.*

N. III. *Moderamen ignis fit afflatu aeris, quem moderatur attractio per oſtiola & præcipuè exſpiratio per ſpiracula. Hinc, quantò copioſior afflatus & exſpiratio permittitur, tantò fortior evadit ignis ac calor, &c. His itaque delibatis, adhibendus eſt gradus caloris præparationi conveniens. Intenſiore enim calore, uti medicamentum comburendo corrumpitur, ita remiſſiore minùs commodè tractatur. Præſtat tamen in defectu caloris peccare, quàm in exceſſu: illud quippe diuturniore igne reſarciri poteſt, hoc nequiquam.*

## CAPUT XVIII.

### *De facultatibus fortioribus ſive ſalinis.*

NOn parum utilitatis præparationibus conferunt facultates fortiores, quas ſalinas vocare libet, videlicet, vis *acida, amara, dulcis, ſtiptica, corroſiva, & ejuſmodi ſexcenta*, quippe harum ope utimur in facilitandis fermentationibus, in peragendis corroſionibus, præcipitationibus. Quinimo earundem operâ perficiuntur extractiones, digeſtiones & hujus generis operationes aliæ.

N. *Dicimus ſalinas* 1. *quia ſalis naturam referunt*, 2. *quia peculiari nomine adhuc deſtitutæ ſunt. Etenim quòd à ſaporibus nomina ferè mutuent, mutuatitia illa non ſunt genuina, idque fit partim ſimilitudine operationis, quâ dictæ facultates materiæ præparandæ ſeſe inſinuant, eamque afficiant, non ſecus ac ſapores linguam, ſpirituſque guſtatiles: partim fit idem quia ſapores ferè comites habent.*

Facultatum harum ratione celebrantur, *ſalia, tartarum vini, fæces vini, & cereviſiæ, ſaccharum, fermentum panis, &c.*

Hûc pertinent & menſtrua dicta, liquores ſcilicet, ob facultatem hanc apti rebus infuſis ſeſe inſinuare, eas penetrare potioremque illarum partem ejicere & imbibere; de quibus l. 2.

Hujus itidem farinæ ſunt aquæ *cauſticæ & corroſivæ*, dictæ *aquæ fortes, regiæ, & ſim.* utpote, quæ pollent vi & facultate metalla corrodendi, inque limpidum liquorem ſolvendi, idque non aliâ quàm ſalinâ illâ facultate.

Ejuſdem quoque generis ſunt *pulveres cementarii*, uti & *Mercurius vivus*, quorum facultate eadem metalla redduntur friabilia.

Huc pertinent quoque *aceta*, aliique liquores *minerales acidi*, quorum auxilio magiſteria fiunt. Verùm, quia de his lib. 2. ſuis locis pleniùs agitur, ſufficit hæc ſaltem hîc tetigiſſe.

## CAPUT XIX.

### *De Inſtrumentis Pharmacopœticis.*

INſtrumenta medicamentorum præparationi inſervientia varia ſunt, differuntque non modò ratione *officii*, ſed & *materiæ*, *formaque* inde dependentis diverſitate.

*Officii* ratione, alia medicamentorum præparationi, alia aſſervationi inſerviunt.

*Materiæ* reſpectu, fiunt alia *ex lapidibus*, alia ex *terris, vitris, metallis, lignis, corio, linteo, panno*, &c.

Hinc Canon:

Inſtrumenta (maximè quibus immediatè res attingitur) quatenus variant diverſitate materiæ, eatenus faciunt quoque diverſimodè ad medicamenta aptiora ineptioraque conſtituenda. Ergo.

I. *Vitrea* reliquis ferè omnibus ſoliditate atque adeò convenientiâ præferuntur. Corroſioni quippe æquè reſiſtunt ac penetrationi. Veruntamen quia nonnunquam minùs fortia ſunt quàm ut præparationi ſufficere queant, & reliquis uti cogimur.

II. *Terrea* ſuccedunt vitreis magis minùs. Variant enim quàm maximè ſoliditate, raritate, durabilitate, & ſim. unde aptiora vel ineptiora quoque æſtimantur. Eligenda itaque hæc pro re nata. Noſtratibus probantur inprimis fictilia ex certa quadam terra

Haſſiæ

Haſſiæ, quam Walburgicam vocant, cui tamen, niſi ſit præſtantior, minime cedit terræ genus in vicina Marpurgi foſſa, ex qua urcei uſus ibidem creberrimi, formari ſolent.

III. *Metallina*, ſolida quidem ſunt, ut penetrationem non admittant, attamen quæ medicamentis ſpirituoſis, acidis, acribusve qualitates ſuas impertire apta nata ſunt, in horum præparationibus, niſi peculiariter intentioni inſerviant, evitantur.

IV. *Stannum* tamen in hoc reliquis præſtat, unde quoque veſicas cupreas eo obducere ſolent, quo minus qualitate ſuâ vitriolatâ, quæ inibi deſtillantur, ſpirituoſa, inquinent. Sic inidonea quoque ſunt inſtrumenta metallina, præparationibus Mercurii, & ſimilibus.

Forma inſtrumentorum varia exiſtit, prout illorum officium requirit, materiaque permittit. Nos uſitatiora ſynopſi damus. Suntque

Agitaculum, ein Agitacul id eſt, ein Ruhrpiſtill. Un Biſtortier, ou quelque choſe que ce ſoit qui ſert à remuer. *An agitacle or Peſtle to ſtirr-with.* Een agitakel om daer mede te roere/ een ſtamper.

Ahenum, Keſſel. Coque mard, poilon. *A braſſ-Ketle.* Een koperen-Ketel.

Alembicus, Allembic. Alambic *Alembick Still.* Alembick om te diſtilleren/ of Helm.

Ampulla, Krug. Petite Bouteille.

*A vial, glaſſ-bottle, &c.* Fiole/ of Fleſche met een groote buyck.

Arcula, Lädlein. Layette. *A box,* or *little Coffer.* Kleyn Coffer/ of Dooſe.

Capſula, Gedrehete Büchſe/ darin man die Gläſer verwahret. Une Boëte en forme d'étuis pour garder les verres. *A Cover for keeping things.* Een Deckſel om iets te bewaren.

Catillus, Roſt. Un Gril. *A little dish, hollovv like à pottinger to ly above.* Een kleyne ſchotel om boven te leggen.

Catinus, Capell. Un Plat ou Eſcüelle. *A hollovv platter,* or *veſſel vvherein mettals are purged.* Een groote Schotel ofte Kom/ waer in men Metalen ſuyvert.

Cirulatorium, Circulier-Glas. Vaiſſeau circulatoire. *A circulatory,* as *a Pelican, &c. A veſſel of glaſſ* or *clay to digeſt in diſtilling.* Een circulier-glas of pot om te diſtillere.

*Hujus ſpecies ſunt Pelicanus, & ſim.*

Cochleare, Löffel. Cuëilliere. *A Spoon.* Een Lepel.

Colatorium, colus, Seeihtuch. Un linge ou quelqu'autre choſe qui ſert à couler. *A Strainer,* or *ſtrainingcloth.* Een doeck om nattigheyt door te zygen.

Concha, Glasſchale. Conche ou coquille, Taſſe de verre. *A Shell* or *hollovv veſſel.* Een holle ſchelpe/ of glas-ſchael.

Cornuta, Retorta, Matratium, Retort. Cornuüe, Retorte, Matras. *A Retort glaſſ to diſtill vvith.* Retort/ om te diſtilleere met een pyp die omgekeert is of een omgedraeyde Kolf.

Cribrum, Sieb. Un Crible. *A Sieve* Een Siffe of Seve of Zeef

Crucibulum, Schmeltstiegel/ Goldſchmidts-tiegel. Un Creuſet. *A Crucibble, vvherein Goldſmiths* or *others melt, or burn things to ashes.* Krucibel of Smelttichel/ gelyck als de Goutſmits gebruycken.

Cucurbita, Kolbe. Une cucurbite *Cucurbit. A bellyed jug, or other veſſel us'd in diſtilling,* Cucurbita Kolf/ of Zypglas.

Diploma, id eſt, MB. *Balneum Mariæ to diſtill-vvith. A double fat.* Een inſtrument of manier van diſtillerende Balneum Mariæ geheeten/ een dubbelt Vat.

Excipulum, Vorlag/ Recipient. Un Recipient. *A Recipient. A veſſel put under a pipe or tap to take in liquor.* Recipient die de af-loopende vochtigheydt in-neemt.

Fictile, Hafen. Un vaiſſeau de terre. *A Pot* or *any veſſel of earth.* Een aerden Pot of Vat.

*Filtrum idem quod colus.*

Forceps, Zange. Des Pincettes. *A pair of tongs* or *nippers.* Een tange.

Infundibulum, Eingüß. Un Entonnoir. *A Tunnel* or *Funnel.* Een Trechter, ofte Tuenelle/ daer mede men nattigheyt inde vaten giet.

Lagena, Flaſche/ Krug. Un Flaccon, Bouteille. *A flagon* or *Bottle* or *Pitcher.* Een Fleſſche/ of kruyck.

Lebes, Tiegel. Un Chaudron ou Marmitte. *A Cauldron, Kettle,* or *Baſon.* Een ketel/ of koperen pot oock een ſteenepot.

Lima, Feile. Une Lime. *A File.* Een fyle.

Malleus, Hammer. Un Marteau.

*Hammer* or *Beetle.* Een Hamer.

Manica Hippocratis, ſpitziger Beutel. Une Manche à Hippocras. *Hippocrates his Sleeve-aſtrainer vvith a narrovv end.* Hippocrates zyn Mouwe/ id eſt, een ſack die ſpitswys gemaeckt is/ om door te zyaen.

*Matratium, idem quod Retorta.*

Mortarium, Mörſel. Un Mortier. *A Mortar vvherein things are brayed.* Een Mortier of Vyſel.

Olla, Ollula, Häfen/ Häfelein/ Un Pot, petit Pot. *A Pot, a little Pot,* or *pipkin.* Een pot/ een potken.

Phiola, Phiol. Une Phiolle. *A Vial, Phial,* or *little glas-bottle.* Een Fiole, of kleyn glaſe Fleskэn.

Pila, Piſtillum, Stoſſer. Un Pilon. *A Peſtle to bray vvith in amortar.* Een Stamper om in den Mortier te ſtooten.

Porphyrites, Reibſtein. Porphyre. *A Red marble ſtone to bruyſe vvith.* Een roo ſteen om iets daer mede te vermorſelen.

Prælum, Preß. Un Preſſoir, une Preſſe. *A Preſſ, to Preſſ out juice.* Een Perſſe.

Pyramis, Eingieß/ Gießpuckel. Une Pyramide. *A Pyramide. A ſquar'd long needle, like aſpire.* Een fantiae Haelde of Graf-naelt.

Pyxis, Büchſe. Une boëte. *A boxe.* Een dooſe of buſſe.

Receptaculum, Recipient/ Vorlag. Un Recipient. *Recipient,* or *Receiver.* Recipient die de nattigheyt ontfangt.

Retorta, Retort. Vne Retorte *Retoort-glaſſ.* Retort/ gedraeyt glas.

Rudicula, Rührſteck. Vne verge ou ſpatule de quoy on remue les choſes ſur le feu. *Aſpattle, ſtick or laddle to ſtirr things that are boyling.* Een Roerſtock/ roeyken/ om dingen op't vyer koockende te roeren.

Rutabulum, Rührhacke. Vn Fourgon. *An inſtrument to ſtirr the fire in the furnace vvith.* Een Roerſtock of haeck in't vyeer te gebruncken.

Sacculus, Sack/ Beutel. Vn ſachet, pochette, petit ſac. *A little ſack or bag, ſomtimes quilted vvith povvder of herbs.* Een ſackie om kruyden in te doen.

Scatula, Schachtel. Vne boëte. *A boxe.* Een Dooſe.

Separatorium, Scheidetrechter. Vn ſeparatoire. Vn Entonnoir pour ſeparer. *A ſeparator by ſifting.* Een ſcheydt-trechter.

Setaceum, Haarenſieb. Vn Tamis, *A hair-ſieve.* Een haere ſeve.

Spatula, Spattel. Vne ſpatule. *A ſpatula.* Een ſpatel.

Tabula, Brett/ Tabulierbrett. Vne Table, Tablette. *A Table* or *Tableboard.* Een Tafel of Tafel bort.

Tegula, Müffel. Vne Tuille. *A Tile* or *Brick-ſtone.* Een vierkante ſteen / of tegelſteen.

Torcular, id eſt, prælum, Preſs. Vne preſſe. *A Preſſ for vvine, &c.* Perſſe/ Pers-back.

Tritorium, Trichter. Vn Entonnoir. *A Funnel.* Trechter.

Vitrum, Glas. Vn verre. *Glaſſ.* Glas.

Vrceus, urceolus, Krug/ Krüglein. Vn petit pot, de grais, ou autre matiere. *A Pitcher. A little VVater-pot.* Een Waater-kruyck.

## CAPVT XX.

### *De Fornacibus.*

HOFMAN. Vide de *his Dan. Mylium in Baſilic. Philoſ. Lib. 2. Cl. Dan. Sennert. in inſtitut. Medicin. Athanaſ. Kircherum in Mund. Subterran. Tom. 2. ſect. 1. Lib. 11. cap. 5. pag. 239. & ſect. 4. Lib. 12. pag. 390. Philipp. Müllerum in miracul. & myſter. De Furnis & inſtrum. ad Opus philoſ. idoneis ad particularem tranſmutationem. Cl. Zvvelfer. in Pharmacop. Regiâ. Drebelius* etiam habuit perpetuum mobile, quod cum lampade ignis regit. *Heinricus Conrad* delineationem habet Fornacis Pigri. Heinrici *Ferrara* etiam varios habet, ſed minus uſuales. Nec omittendus eſt *Glauberus* & alii. Nec Laboratorium meum deſtitutum eſt Furnis curioſè conſtructis, paucis quidem, ſed inſignis uſus & commodi, ut retortam unam quinquies vel ſexies extremam licet ignis torturam paſſam horum beneficio ad ulteriores uſus coaptare queam.

¶ Ad pharmacopœëtica inſtrumenta pertinent quoque *Fornaces.*

*Fornaces ſeu furni* ſunt inſtrumenta operationibus quæ Aq. peraguntur, deſtinata, ut inibi calor coerceri gubernarique commodè poſſit. Suntque furni pro diverſitate officiorum, formarumque, nominibus quoque diverſis inſigniti. Nimirum eſt *probatorius, reverberatorius, deſtillatorius, anemius*, ſeu *ven-toſus*, &c. Præ reliquis tamen maximè famoſæ ſunt *Fornax acida* ut appellant, ſive piger Henricus (fauler Heintz. Un piger Henricus, Un Athanor, *Slovv Henry* Luye Hendrick) Item Athanor Henrici Conradi, quarum conſtructiones aliàs ſatis innotuerunt. His non ſine cauſa accenſeri poterunt, fornacum duo genera, quarum *Alteram* Londini apud ingenioſiſſimum illum *Cornel. Trebellium* (jam ἐν ἁγίοις) videre contigit, adeò ingenioſè coagmentatum, ut pro diverſitate ac intenſione caloris, ſponte aperiretur recluderetur que; artificio, me hercle ſagaciſſimo, cujus favore calor unius ejuſdemque tenoris continuò conſervari exactiſſimè poterat. Hujus fornacis conſtructio, hoc fundamento nitebatur. Vitrum adhibitum fuit, adimpletum aliquota parte cujuſdam certæ materiæ, quæ apta fuit gradibus caloris intenſioris attenuari ac ampliari, remiſſioris è contra condenſari ac contrahi. Hæc itaque materia dum intenſiore caloris gradu attenuaretur, ampliabatur aliquantulum, elevabatque ſimul in altum bacillum, & hoc mediante in altum tollebat ſimul operculum, quod oſtiolo fornacis interno ſuperadditum fuit, ut calorem à prunis ſubſtratis aſcendentem moderaretur.

*Altera fornax* quam diximus deſtillatoria eſt, ſpiritibus mineralibus dicata. Nimirum hi ſine Retorta ſolius illius fornacis beneficio eliciuntur.

R. Minerale, quod ſpiritum halare aptum eſt, injicitur per vices ſuper prunas per oſtiolum fornacis, ſtatim ab injectione occludendum. Hinc fumus ſeu vapor vi ignis nudi elevatur, qui in roſtris longis firmiter fornacis ſummitati, (ut roſtrum capitello inſeritur) infixis, diutinâ morâ ac frigiditate itineris condenſatur in liquorem, inque appoſitum receptaculum delabitur. Apta ſanè fornax ſpiritui Tartari præparando, nec non & ſpiritui Vitrioli. Reliquis autem, cùm ſine admixtione alieni mineralis vix perfici queant, non adeò commoda; compoſiti enim potiùs quàm ſimplices ſpiritus inde reſultant.

## CAPVT XXI.

### *De Materia Præparatorum.*

MAteria præparandis medicamentis ipſæmet *res naturales* quæcunque exiſtunt, ſive nativæ adhuc ſint, ſive artificis manu jam antea elaboratæ; imò ipſæmet *medicamenta*, ſtrictè ſic dicta, aliorum medicamentorum materiam ſuppetunt, adeoque materiarum ſeries coincidit cum rebus medicamentalibus ſupra recenſitis.

N. *Materia medicamentorum aquè latè patet ac ipſa Natura, reſque naturales quaſcunque comprehendit ab univerſali illa materia ad res particulares deſcendendo, adeò, ut ipſa natura univerſalis, ſeu, ſi mavis, univerſale illud Naturæ ſubjectum inſpiſſatum ſcilicet adhuc tamen in ſua univerſalitate conſtitutum, induſtriam medici manum non averſetur. Verùm nos particularibus contenti, Univerſalis illius competitores, ad authores remittimus, qui peculiaribus tractatibus modum docuerunt, Univerſale illud ſubjectum acquirendi, elaborandi, atque in naturam univerſalis medicamenti beneficio ſeminis ſolaris tranſplantandi, inter quos videtur præcipuus Hermes Triſmegiſtus in ſua Tabula ſmaragdina, & hujus velut interpres Lullius in Teſtamento, quibus ex Neotericis præcipuè Dionyſius Zacharius Gallus, Sendivogius, Comes Trevisanus & ſimiles ſubjungi poſſunt.*

HOFMAN. *In Naturam univerſalis Medicamenti.*) An detur ejuſmodi *Medicamentum Univerſale*, quod omnes indifferenter curet Morbos, hic quæſtio oritur? *Theophraſt. Paracelſi* diſcipuli unanimiter illud dari affirmant; quorum paraſtata *Nobiliſſ. Johann.*

*Johann. Baptiſta van Helmont*, dum inquit: Datur unicus Vitæ moderator, & non plures, qui vocatur impetum faciens, hic igitur malè ſe habens vel ex ſemine, vel ſponte propriâ fatiſcens integritatem Naturæ, quæ homogeneæ vitæ inculpata diſpoſitiò eſt, lacerat, ex quo ſubnaſcuntur impuritates vitæ noſtræ inſidiantes; eſt itaque unitas alteratæ naturæ unitas ſanitatis læſæ, & unitas ſpiritus ſuper morbum agitati conſideranda, non autem multiplicitas varietatum occaſionalium. Unde omnes morbi debellantur vel extinctione ideæ morbificæ, vel per ſedationem furioſi Archei, vel per ablationem cauſarum occaſionalium. Huic ſententiæ ſubſcribunt Neotericorum quàm plurimi. Verùm univerſale confortans, in quo Archeus ſuas reperit delicias, *HELMONTIO* concedimus, & ſpecifica ſingulorum Morborum, quibus nec Nos deſtituimur, ambabus largimur manibus, quorum odore fermentali morbificæ extinguuntur impreſſiones, & laudabilis maſſæ ſanguineæ & liquoris nervoſi acceleratur proventus: Sed *Vniverſale Medicamentum* o[illegible]es in univerſum curans Morbos an habeatur, adhuc ſub judice l[i]s eſt. Si enim *Medicamentum Vniverſale* omnes Morbos curat, debet etiam omnium morborum ideas ſuo proprio fermento extinguere; jam quomodo fermentum unius rei plura & diverſa deſtruere & expellere poteſt? Quidam enim Morbi oriuntur à defectu ſeu narcoſi ſpirituum animalium, quidam à veneno anodyno ſpirituum diſperſivo; nonnulli à conturbatione Spirituum, ut dementia, delirium, hydrophobia, Mania &c. Aliqui ab exotico fermento contagioſo, ut elephantiaſis, Lues venerea, pſora, tinea &c. cauſtico exulcerante. Ecqui igitur poteſt unum Medicamentum hiſce defectibus omnibus ſatisfacere? Et quamvis omnia etiam fermenta in eo conveniant, quòd operentur conturbando, depauperando & inquinando Spiritus, & ſic ſi non unum, ſaltem pauca remedia ſufficerent, tamen omnes Morbi prædictorum ſpecie diſtinguuntur & ſic plura requirunt remedia. Spiritus, inquit *CL. Sylveſter Rattray in aditu ad ſympath. & antipath.* conturbantur in phrenitide, vertigine, febre &c. à diverſis ſpecie fermentis, & licet in hoc conveniant, quòd omnia conturbent Spiritus, tamen hoc uno modo, aliud alio, ita, ut quod extinguit fermentum febrile, non poſſit extinguere fermentum vertiginis, & contrà. Sic & de iis, quæ depauperant Spiritus, dicendum; & non ſolùm ſic, ſed & diverſa ſimplicia unum & eundem Morbum per fermenta ſua excitantia diverſa remedia poſtulant, pro eorum defermentatione, ut videre eſt in convalſionibus ortis à napello hauſto, cujus fermentum venenatum extinguitur ab antithorâ, quod ſi verò Medicamentum ſedativum Spirituum ſolum ſufficeret ad omnes morbos abigendos, cur ſit, cùm antithora vel herba Paris ſedant Spiritus commotos à Napello vel aconito, quòd non etiam ſedent Spiritus ab omnibus aliis rebus ferocientes? Interea tamen ſciendum eſt, quando fermenta plurium Morborum in aliquo aliis communi conveniant, poſſe ratione analogiſmi ſymbolici uno & eodem medicamento ſuperari v. g. ex Sale volatili CC, ✱, cruoris humani, hirci, item Lapide cancrorum matre perlarum, dente equi marini &c. fit febrifugum, diureticum & vulnerarium; Nam iſti morbi in hoc conveniunt, quòd acorem habeant præternaturalem ſpiritibus ſummè infenſum ac moleſtum, qui actione ſuâ in dicta medicamina delatus, eaque in ſuam naturam mutare tentans dulcificatur & mitigatur. Hæc autem quocunque modo præparata aliàs fuerint, morbos à ſalſis humoribus ortos non attingunt, ſed potiùs exaſperant. Id quod contrà balſamicos Practicos probè notandum eſt, qui, quibuſdam freti experimentis non excluſis opiatis, nil niſi balſamica apud ægros crepant, & oleis ſuis balſamicis indifferenter omnes curare volunt affectus. Fateri equidem cogimur, varia ac diverſa rerum fermenta unius morbi fermento ita adverſari, ut ſimul vel ſeparatim exhibita eum curent. v. g. hydropem curat abſintium, eupatorium Meſuæ, centaurium minus. Icteri fermentum extinguit chelidonium majus, cuſcuta, fragraria, euphragia fl. albo &c. Inde tamen neque omnem morbum uno remedio, nec unum omnibus convenire ſequitur. Et licet etiam concedatur, Morbos curari poſſe tot modis, quot *Nobiliſſ. HELMONTIVS* ſuprà propoſuit, tamen primò idea iſta etiam fundatur in fermento, vid. *Marcus Marci de ideis, & Philoſoph. veterum reſtitutâ.* Ecquis poterit iſta exſtingui ſuperſtite fermento? Idem dicendum de Archeo furioſo & commoto, Eum non poſſe ſedari præſente fermento morbifico cudente ideam, à quâ commovetur. v. g. ſit ſpina digito alicujus infixa, hæc ſuâ præſentiâ turbando ſpiritus loci cauſat dolorem, pulſum celerem, febrem &c. Si igitur quis adhiberet remedium Spiritibus turbatis remanente ſpinâ, vel ſaltem ideæ furioſæ medelam afferret, & non extraheret ſpinam, quæ utriuſque fuerat cauſa, incaſſum laborans oleum & operam perderet. Poſito etiam, aliquem à cane rabido eſſe demorſum, cujus ſpiritus ſedati erant, tunc à fermento hydrophobico in ſalivâ canis gliſcente ligantur hominis fermenta vel deſtruuntur, in quorum vicem ſubit fermentum hydrophobicum & Spiritus hominis furioſos reddit, ſi in hoc caſu quis etiam adhiberet remedium ſedando Archeo, remanente fermento morbifico, Spiritus magis depauperaret, uti ſæpè contingit in febribus malignis exhibito laudano opiato, quo Spiritus ferocientes paululum ligantur, intereà fermentum febrile vitæ ſtruit inſidias & ſæpè patientem è medio tollit. vid. *Tr. Meum de Methodo Medendi.* Si Vna Natura humana alteraretur, & una ſanitas læderetur, & Vnus Spiritus ab unicâ re agitaretur, optimè ſequeretur, unicum tantùm requiri remedium, ſed contrarium ſuprà oſtendimus. Quod autem impuritates vitæ inſidiantes oriantur à Spiritu malè ſe habente, non eſt, nam ab exoticis fermentis iſtæ impuritates, quæ Spiritum afficiunt, qui antè earum appulſum ſe benè habebat, ſæpè oriuntur.

## CAPVT XXII.

### *De Tempore & Loco.*

TEmpus in præparationibus conveniens eligere, non minùs ac in nativarum productione, momenti eſt non parvi.

Convenientia hæc temporis ſpectanda itidem, tum in *qualitatibus manifeſtioribus*, tum *in occultioribus influentiis*.

*Qualitatum manifeſtiorum* ergo id temporis eligendum quo vigent, quæ ad præparationem quoquo modo faciunt. Sic eligendum tempus moderatè calido-humidum, ad reſolutionem, attenuationem, digeſtionem: frigidum, ad condenſationem, coagulationem: humidum, ad liquationem, humectationem, deſtillationem: ſiccum, ad exiccationem.

N. *Hinc monet Crollius liquationi tempus eligere, quo per antiperiſtaſin locus liquationis ſubterraneus humidior fuerit, idque determinat Iunium, Iulium, Auguſtum. Sic inſervit tempus pluvioſum præparationi ſpiritus Tartari per camp. tempus ſerenum ſeu frigidum & ſiccum convenit trochiſcationi agarici, quippe trochiſcos reddit candidos, quos tempus contrarium pallidos exhibet. Cereviſiæ fermentationem tempus moderatè calidum promovet, frigidum impedit, &c.*

*Occultiorum influentiarum* ratione præparatio peragenda vel ſaltem incipienda eſt 1. & inprimis, cum luminare (Sol aut Lun.) familiare videlicet ſeu amicum planetæ rei ſcilicet præparandæ ſympathico (vide cap. 8.) fuerit in fortitudinibus, vel dicti planetæ ſympathici vel propriis.

N. *Luna præcipuè hic ſpectanda.*

2. Cùm planeta rei præparandæ familiaris fuerit in fortitudinibus.

Exempli gratia, Quicunque in Saturno feliciter laborare ſatagit, eo tempore laborem inchoet, quo ☾ (Saturno amica) fuerit in fortitudinibus Saturni, vel quo Saturnus ipſe in propriis fortitudinibus conſtituatur. Et hinc tabulam ſuam tranſmutationum metallicarum compilavit Paracelſus lib. 4. Archidox. magic.

*De Loco.*

*Locus* præparationis, quem laboratorium dicimus, itidem conveniens eligendus eſt, calidus, humidus, ſiccus, perſpirabilis, &c. prout res exegerit.

## CAPVT XXIII.

### *De collectione nativorum, ac primùm de tempore ſecundùm ætatem & turgeſcentiam rerum.*

COllectio rerum nativarum eſt, quâ è ſua productione ſumuntur, i.e. quâ mineralia è ſuis mine-

ris fodiniſque eruuntur; Vegetabilia eradicantur, decerpuntur, &c. Animalia perimuntur.

N. *Non parum diſcriminis collectio nativis infert, prout ſcilicet illa decenter vel indecenter peracta fuerit.*

Res colligendæ ſunt ſolæ nativæ: In præparatis enim à cura hac excuſamur, niſi forte volupe ſit laborioſirum ac diuturnarum operationum finem obſervare, eamque ſimili ratione, quam de nativis habemus, metiri.

Circumſtantiæ collectionis præcipuæ ſunt colligendi *Tempus ac Modus.*

*Tempus* convenientius nativa colligendi colligitur, tum à rei colligendæ *aptitudine*, tum à conſtitutione *macrocoſmica* aptitudinem inferente.

N. *Finem duplicem collectio reſpicit, videlicet aſſervationem & uſurpationem. Prioris gratiâ res colligenda eſt eo temporis fluxu, quo vigent qualitates facientes ad durabilitatem, ut ſunt ſiccitas, & caliditas, vel & moderata frigiditas, & ſim. Poſterioris ratione colligi vult, dum qualitates vigent, medicationi* aptiores.

Rei colligendæ *aptitudo* ab optimo ſuo ſtatu dependet, ſive is trutinetur *ætate*, ſive *periodicâ turgeſcentiâ*. Exempli gratia, animalium nonnullorum. Utraque hæc ſiquidem tempus ſtatum ferè obtinuit ſecundum 12. menſes menſurabile, menſis is collectionis ſtatuitur genuinus, in quem ætas illa, turgeſcentiave vigoroſa inciderit.

*Ætas* collectioni convenientiſſima, cenſetur ætas *conſiſtentiæ* ſeu maturitatis, cui ſuccedit ætas *accreſcentiæ*, præcipuè ſi conſiſtentiæ appropinquas. Verum enimverò non rarò ſpectanda quoque eſt rei ſubſtantia, & inde dependens aptitudo elaborandi.

Sic è *mineralibus*, optima quidem ſunt metalla; quæ maturuerunt, verùm tractabiliora, id eſt, præparationi aptiora habentur, quæ minùs matura.

*E Vegetabilibus* colligendi ſunt *flores* cùm expliciti pulchritudine ſua luxuriant, nec tamen marceſcunt, de quibus peculiariter lib. 4.

N. *Excipe paucas, quæ in gemmis colligi volunt, ut ſunt Roſæ, & ſim.*

2. *Herbæ ſeu folia*; cum odore, colore, ſapore, cacumineque ſuperbiunt, & floreſcentiæ appropinquant.

N. *Herbæ utplurimum cum floribus aſſervantur, colligendæ itaque hæ erunt, quando floribus triumphant: ut Calamentha, centaurium, chamædrys, chamæpitys, daucus, fumaria, majorana, origanum, polium, pulegium, ſerpillum, thymus, &c.*

3. *Semina*, cùm matura bene ſint, ſiccarique ceperint, nec tamen exciderint.

4. *Fructus*, ad medicinam cùm bene maturuerunt, ad aſſervationem antequam omnino matureſcant, ut neque omnino acerbi ſint neque ad juſtam maturitatem pervenerint. Bapt. Port. in Mag.

5. *Radicum* variat collectio. Quædam quovis anni tempore excepta hyeme effodi poſſunt, ut radix acetoſæ, althææ, angelicæ, apii, aſari, bugloſſæ, cyclaminis, dracunculi, cichor. &c. quas tamen præſtat vere colligere.

Aliæ colliguntur antequam in ſtolones abierint, ſcilicet circiter finem Martii. ut rad. acori. agrimon. alth onon. ariſtoloch. ari, aſparag. betonic. biſtort. bryon. carlin. caryophyllat. centaur. chelidon. urt. Cyper. dictamn. alb. ellebor. nigr. enul. eryng. eſul. fartar. filipend. filic. fœnic. gentian. gramin. hyoſcyam. imperator. Ireos, lilii, mandrag. mei, nymph. orchid. pentaphyll. petaſit. petroſel. maced, pimpinell. pæon. polypod. raphan. ſylv. rubi ruſc. ſaxifrag. ſigill. Salomonis, ſcrophular. ſymphyt. valerian. vincetoxic.

N. *Sunt qui præſtare volunt radices cunctas autumno colligere, ubi folia deciderint, vireſque in radices receſſerint: alii veris initio, priuſquam in caulem ac folia eruperint: alii ubi planta in vigore ac maturitate fuerit, quippe ut integra planta ita & radicem cum maturitate vigorari cenſent, cui conſentire videtur Dioſcorides, ubi radices colligere docet incipiente foliorum defluvio. Verùm præſtat intueri radicum naturam, & ex hac colligendi tempus metiri. Sunt nimirum quæ maturitate lignoſam adſciſcunt ſubſtantiam, has præſtat antequam maturuerint eradicare: ſunt è contra quæ citra mutationem dictam adoleſcunt eas etiam effodere licet, poſtquam planta bene fuerit matura, foliaque inceperint defluere.*

HOFMAN. *In vigore ac maturitate*) Varietatem collectionum varietas maturitatis parit. Rectiſſimè itaque ſingula immediatè ante ſtatum maturitatis ſunt colligenda, nam plena maturitas declinationis initium eſt.

¶ *Animalium* vigor ratione ætatis, eſt cùm ad virilitatem ſeu conſiſtentiam pervenerint: ſunt tamen rariora quæ puerili ætate in uſum veniunt, de quibus ſingulis lib. 5.

Animalia quæ *periodicam turgeſcentiam* patiuntur, eo ipſo turgeſcentiæ tempore vigere cenſentur. Exempli gratia, Cervus vigoris ratione convenientiùs perimitur circiter Ægidii feſtum, utpote quo turgeſcit. Item circiter tempus, videlicet, quod includitur duobus feſtis Mariæ ſacris, colligi ſolent ova, per hyemem totam aſſervari apta.

## CAPVT XXIV.

### *De colligendi tempore ſecundum conſtitutionem cæli univerſaliorem.*

MAcrocoſmica conſtitutio rerum nativarum colligendarum ſpectatur, partim qualitatibus *univerſalioribus* ſeu manifeſtioribus, partim *influentiis Stellarum ſpecialioribus ſeu occultioribus.*

N. *Qualitates generaliores ſpectant potiſſimùm rei durabilitatem: influentiæ ſpecialiores potiſſimùm vires concernunt. Adde & hoc, quod prius illud tempus univerſalius ſeu communius ſit, plurimaque ſublunaria, ne dicam cuncta, concernat. Poſterius particularius ſeu ſpecialius, reſpicienſque ſolas res familiares.*

HOFMAN. Non poſſum & hoc loco cum *Excell. Domino* SCHROEDERO facere, quod communem ille ſequutus errorem ad Signorum cœleſtium imaginarias claſſes referat ſimplicia. Doctus & exercitatus botanicus, ut aliquod certum tempus nativa colligendi eligat, elaborat, nec in hoc improbandus eſt, nunquam autem curſum Lunæ per imaginarium ſignum cœli anxiè, ſed potiùs cum propriorum aſtrorum, quæ habent herbæ, cognitione, unde earum maturitas eſt, dum ex ſeminali proprietate ac dotali virtute in ſuos vergunt balſamos herbæ, phaſes ad Solem & reliquos Planetas & ſtellas obſervare conatur, ac tempus balſamicum nunquam negligit. SOL accedens & recedens vivificat & mortificat vegetabilia, Terra in ſinu ſuo fovet, reliqui puncti cœleſtes ſuum huc etiam conferunt [illegible]. Sed iſti non ſunt adſtringendi domiciliis, exaltationibus, triplicitatibus, terminis, faciebus, gaudiis, horis ſuis, novenis ſuis, obſeſſioni &c. quæ Autor Principaliora vocat in ſequ. Sed eſt aliud aliquid propius indagandum. Audiant modò ſanioris Aſtrologiæ cultores iſtam vanitatem. SOLI attribuitur ſignum ♌, ratio datur, quia eſt ſignum calidum & ſiccum, ♌ autem talis etiam eſt, per conſequens ſignum ♌nis eſt ſignum ☉lis. Egregia ſanè conſequentia.

Porrò ☽ eſt alterum magnum luminare; ergò illi competit proximum ſignum ♍ Virgo autem non correſpondet naturæ Lunæ ex præcedentibus. Prodeat igitur ♋, alterum contiguum ♌ nis, quia eſt ſignum aquatile frigidum & humidum, congruens naturæ Lunæ. Videte prætoriam ſententiam. Nunc ſi habemus domicilium per ☉ & ☽ reliqua facilè inventu ſunt. Mercurius eſt proximus ☉, per conſequens utrinque proxima domicilia habet ♊ & ♍. ♀ paulò remotior à ☉ le conjuncta habet utrinque cum ☿ ſignis ſigna. Sequitur ♂ ut vicinus ♀ neris. ♃ Martem, ♄ Iovem, ♀ nemo melius excogitare potuiſſet, ſi non fuiſſet, vel eſſet. Quod de exaltatione, triplicitate, terminis &c. dicitur, figmenta ſunt, & in primis horæ planetariæ, gradus puteales maſculini, fœminini, tenebroſi, augmentantes, ferales, vacui & idgenus alia. Conſideret quiſpiam, num punctorum cœleſtium verè exiſtentium ſit vel eſſe poſſit major vis & veritas, quàm fictitiorum. Somnia hæc ſunt ſuavia, quæ de domiciliis &c. dicta, figmentum produxerunt & producent.

¶ Tempus colligendi nativa, qualitatum univerſalium ratione, cenſetur aptius, moderatè *frigidum & ſiccum, ſerenumque*, hinc tempus *balſamicum lunæ decreſcentis, matutinum, autumnale*, uti &, quod Planetarum ſitu, frigidum ac ſiccum arguitur.

N. Paracelſ. tr. 1. Philoſ. pag. (mihi) 309. *De diverſitate temporum, mutationibus virium (inde) creſcentium, vel decreſcentium philoſophari, primum ſcire refert tempora anni eſſe diverſa & pro diverſitate temporum vires quoque rerum omnium augeri minuive, &c.* Et paulo poſt: *Hæc itaque cùm ſine contradictione vera ſint, ſequitur non ſemper bonum eſſe, argillam ac lutum fodere lignum cædere, multo minus herbas colligere, fructus decerpere, radices eradicare, balſamos ac gummata deradere, cuncta hæc peragi fas eſt, tempore balſamico, certis menſibus, certo aſpectu lunæ ac aliorum ſignorum, certâque diei horâ. Vt autem conſtet, quænam vera illa* balſamica tempora *ſint, quibus vires integræ conſervari poſſint, immunia à putrefactione, primò inter tempora anni præſtat* autumnus *& præcipue* September *&* October; luna decreſcens, *& inprimis* trini ultimi dies decreſcentiæ; *tempus* matutinum, *quando luceſcit. Etenim quemadmodum homo interdiu laborat, laborandoque laſſatur, debilitaturque, nocte autem poſt labores abſolutos quieti ſomnoque inhiat; ita quoque omnia, radices ſcilicet & herbæ, &c. Quippe cuncta humi naſcentia operantur cum ſole, quieſcunt cum luna. Porrò ſicut homo poſt ſufficientem ſomnum, ſanus, fortis vigoroſúſque exurgit: ita & fructus univerſi poſt noctem mediam [non ante nec interdiu.] Exemplum præbent fructus arborum: Poma ſi tempore decerpantur balſamico, durabiliora ac minus corruptibilia ſunt, ſecus ac aliàs: imò ſinguli fructus decerpti poſt mediam noctem, vel ſaltem ante ſolis ortum, maximè durabiles exiſtunt. Similiter ſeſe res habet, ſi id [collectio] fiat in ſignis terrenis Tauro ♑, ♍, ac luna decreſcente, ut dictum. Nam hiſce temporibus non luxuriat ſuperflua humiditas naſcentium, quæ corruptionis origo, viriumque proſtratio. Et hæc experiuntur quòque ruſtici ſine errore.*

*Vt autem vera hæc eſſe experiaris, fac periculum: Nimirum decide ligni fruſtulum de arbore terræ adhuc infixa, tempore balſamico uti dictum: Cæde itidem de eadem arbore ligni fruſtum, ejuſdem cum priori magnitudinis, tempore ſcilicet contrario, videlicet in ſigno aliquo aëreo humido (♒, ♊, aut ♓,) vel Luna creſcente novellâve, interdiu, poſt meridiem, aut ſub crepuſculum veſpertinum, utroque ponderato videbis fruſtum illud balſamico tempore deciſum, multo levius eſſe minuſque humiditatis obtinere, quàm alterum.*

*Eadem ratio eſt omnis generis lignorum. Etenim lignum quodvis tempore dicto in ſignis balſamicis cæſum, ſi adhibeatur ædificiis, vel rei alicui materiam præbeat, nec afficitur facilè teredine, nec putreſcit, vermiculaturve facilè, ſed durabile quàm diutiſſimè eſt.*

*Idem ſentiendum de luto, argillâ, terrâque effodienda: quippe lutum terraque tempore balſamico foſſa, optima eſt, quæ in igne perduret, imò cuncta inſtrumenta, crucibula fictiliave, ex hac terra confecta longæva in igne ſunt durationis. Idem de aliis quamplurimis ſentiendum, quamvis mentio ſpecialis nulla facta fuerit.* Hæc Paracelſus, quæ digna judicavi, ut latino idiomate tranſlata huc insererentur; non obſtante quod rythmi vulgares contrariantur.

Lunæ cremento tua capere poma memento,
Hæc cùm decreſcit, quod carpſeris, omne putreſcit.

Teſtantur & ruſtici, quòd fimus, ſi transferatur in agros tempore novilunii, mutetur facile in vermiculos, ſ. cochleas, qui arrodunt radices.

HOFMAN. *Ante Solis ortum.* ] Hinc minimè ſuperſtitioſam, ſed maximè neceſſariam eſſe collectionem herbarum ante ſolis ortum aſſerit *CL. HELMONTIVS in Tr. de Formarum Ortu* §. 59. Non quidem quod Natura noctu ferietur ab opere inſtar ſerpentum, ſed quod per noctem uberiùs nutritæ ante Solis ortum plenâ ſint nutritione potitæ, prout fungorum & peponum familia oſtendit.

## CAPVT XXV.

### *De colligendi tempore ſecundùm influentias particulares.*

TEmpus colligendi nativa *influentiarum ſiderearum* ratione cenſetur aptius, quòd Planeta rei colligendæ familiaris in ſuis fuerit *fortitudinibus*, idque tanto convenientius judicatur, quanto plures fortitudines Planeta obtinuerit.

HOFMAN. *Tempus colligendi nativa influentiarum ſiderearum ratione cenſetur aptius* ) Has & Nos concedimus, ſed non eo modo, ut deſcribit *Noſter Dominus Autor.* Et ſunt colligenda ſimplicia non ſecundùm imaginaria, ſed vera tempora. Quâ de causâ ſimplicia colligimus, quando in ſui vigore ſunt; Semina nempè, dum propemodum ſunt arida. Caules verò & folia, dum ſucculenta & balſamica plena cruore madent, ut præterea hoc ipſum tempus, quod inde balſamicum vocatur, Vniverſale ſit. Radices etiam dum viribus tument, nondum generando & coquendo exantlatæ: ſed mutâ jam quiete ſaturæ germinaſcere meditantur, ut tempore vernali, ſic v. g. radices ari, bryoniæ, pœoniæ, polypodii, aſari &c. tunc optimè colliguntur. Quod autem ſtato tempore ſub hâc vel illa ſyderum phaſi in vigore ſint, non tempori ſolùm aut etiam phaſibus ad ſolem & reliquos Planetas attribuendum venit, ſed eorum ſaltem applicatio hîc inſtituitur, dum interea propria ſua aſtra habent, ſuperiorúmque analogiam in ſe exprimentia & æmulantia cœlum intus gerunt in initiis vitalibus, illóque pentaculo ſignavit Omnipotens, quo ſe ad univerſaliſſimum Aſtrorum cœleſtium influxum componunt. Vnde *Ptolomæo etiam teſte,* effectus ſtellarum quoniam varii ſunt & incerti Medico & induſtrio Naturæ indagatori ſcire in primis expedit, non tam quâ ratione, quàm quo tempore planta ad influxum cœleſtem recipiendum ſit apta nata. Hoc opus, hic labor eſt.

¶ N. I. *Plurimi non ſine cauſa præferunt* luminare *planetæ familiari* amicum *& præcipue* Lunam, *utpote quæ non modò terris finitima; ſed & receptaculum ſit omnium cœleſtium influxuum. Ipſa ſcilicet ceu uxor omnium ſtellarum fœcundiſſima, Solis cæterorumque planetarum & ſtellarum radios & influxus dicitur ſuſcipere, eoſque quaſi fœtum inferiori mundo edere. Et hinc præ cæteris illam obſervari volunt.*

N. II. *Alii procedunt paulo ſecus, eliguntque tempus, quo ſignum Zodiaci familiare ſcilicet, membro humano, cui res colligenda adhiberi debet, fuerit forte, id eſt, præſentiâ alterius luminaris fortificatum, (puta ſi virtus rei colligendæ intendi debeat,) Et hi colligunt Pæoniam cum* ♈. *ſignum capiti ſymphaticum Lunæ Soliſve præſentiâ forte fuerit.*

Habetur

Habetur Planeta.

| | | *Fortis & fortunatus.* | | *Debilis & infortunatus.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| Eſſentialiter | 1 | In domo ſua | 1 | In domus oppoſitione vel in domo planetæ [mali. | 5 |
| | 2 | In Exaltatione ſua | 4 | In exaltationis oppoſit. | 4 |
| | 3 | In Triplicitate ſua } haberéque dici- | 3 | In peregrinatione, i.e. cum nullam dignita- [tem poſſederit. | 3 |
| | 4 | In Terminis ſuis } tur fortitudines. | 2 | In terminis malorum. | 2 |
| | 5 | In facie ſua | 1 | | |
| | 6 | In Hora ſua | 1 | | |
| | 7 | In Novena ſua | 1 | | |
| Accidentaliter | | N. His addunt nonnulli in die ſua | 1 | | |
| | 8 | in domicilio cœli 10. & 1. - - | 5 | | |
| | | 7. 4. 11. - - | 4 | In domo 12. - - - | 5 |
| | | 1. 5. - - | 3 | - - 8. - - - | 4 |
| | | 9. - - | 2 | - - 6. - - - | 3 |
| | 9 | 3 - - - | 1 | | |
| | 10 | In gaudio - - - - | 1 | | |
| | | In curſu ſeu motu veloci - - | 2 | | |
| | | directo - - | 2 | In curſu tardo vel vacuo - - | 2 |
| | 11 | adſcendente - | 3 | - - retrogrado - - | 4 |
| | | In ſigno ejuſdem ſexus - - | 2 | - - deſcendente - - | 3 |
| | | id eſt cum planeta maſculinus | | In ſigno diverſi ſexus - - | |
| | | fuerit in ſigno maſculino - | | dicitúrq; habere debilitates | |
| | 12 | In gradu ejuſdem ſexus - - | 3 | In gradu diverſi ſexus - - - - | 3 |
| | 13 | In gradu lucido vel augmentante | 5 | In gradu tenebroſo vel Puteali. - - | |
| | 14 | In aſpectu ☌ cum bonis [fortunam. | | In aſpectu ☌ cum malis, vel cum retrog. | 5 |
| | | ☌ cum ☉ id eſt, in corde Solis. | 5 | - - combuſtionis cum ſole. - - | 5 |
| | | ⚹ & △ - - - | 3 | - - ☍ - - - - - | 3 |
| | | □ cum bonis - - | 3 | - - □ cum malis. - - - | 3 |
| | 15 | In obſeſſione bonorum - - | 2 | In obſeſſione malorum. - - - - | 2 |
| | 16 | In apogeo - - - - - | 2 | In hypogeo. - - - - - | 1 |
| | 17 | In ortu ſibi debito, id eſt, cùm Planeta gaudens eſſe orientalis ſolem ſequitur | 1 | In ortu minus debito. - - - - | 2 |
| | 18 | In hæmiſphærio correſpondente. | 2 | In hæmiſphærio diſconveniente. - | 2 |
| | 19 | In cap. draconis, vel in hujus vici- | 2 | In cauda draconis. - - - | 3 |
| | 20 | nia - - - - - - - - - - - - - - | 3 | In Eclypſi. - - - - - - | 3 |
| | 21 | - - - - - - - - - - - - - - | | In via combuſta. - - - - | 3 |
| | 22 | ☾ lumine aucta - - - - - - | 3 | ☾ lumine imminuta. | 3 |
| | 23 | In manſione bona [competit ſoli ☾æ. | | In manſione mala. - - - | 3 |

Non opus eſt omnia ſemper penſitare, ſed ſaltem principaliora videlicet. 1. Dignit. eſſentiales. 2. an in bono cœli loco. 3. an curſu ſit directus vel velox. 4. an libera combuſtione. 5. an in bono aſpectu ♃ vel ♀ is 6. an in ſuo bays ſ. gaudio. 7. an liber à radiis ſolaribus. Et denique quod inprimis obſervandum, quamvis alii id negligant, cum quibus ſtellis fixis ſit junctus intra diſtantiam. 5. grad.

## 1. 2. *Tabula Domuum atque Exaltationum Planetarum.*

| | Boni | | | | | Mali | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Planetarum | ☉ | ☾ | ♃ | ♀ | ☿ | ♂ | ♄ |
| 1. Domus. | ♌ | ♋ | ♐ ♓ | ♉ ♎ | ♊ ♍ | ♈ ♏ | ♑ ♒ |
| 2. Exaltatio. | ♈ | ♉ | ♋ | ♓ | ♏ | | ♎ |

E. g. Domus ☉ in ♌.
Exaltatio ☾æ eſt ♉

Domus ♂ ſunt ♈ & ♏.
Exaltatio ♄ i eſt ♎.

N. 1. *Sunt ex antiquis qui ſolùm certos gradus faciant Exaltationis. Exempli gratia, Exaltationem Solis gr. 19.* ♈. *Lunæ gr. 3.* ♉. *Iovis gr. 15.* ♋. *Veneris gr. 27.* ♓. *Mercurii gr. 15.* ♍. *Martis gr. 28.* ♑. *Saturni gr. 21.* ♎. *Verùm recentiores cum Ptolomæo integris ſignis Exaltationes determinant concedendo nihilominus, quòd fortior Exaltatio fiat in gradibus ſupradictis.*

N. 2. *Humilitas ſeu caſus Planetarum eſt in ſigno oppoſito exaltationi, Detrimentum in ſigno oppoſito domui.*

N. 3. *Planetæ qui domos habent duas, alteram ſibi nocturnam, alteram diurnam faciunt. Sic domus diurna* ♃ *eſt* ♐, ♀ ♎, ☿, ♍, ♂, ♏, ♄, ♒, *nocturna domus cuique eſt reliqua.*

2. Tabula

## 3. *Tabula Triplicitatum.*

| | | | | | *nocte,* | *die,* | *communiter.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ignea | ♈ | ♌ | ♐ | *Huic triplicitati dominatur.* | ♃ | ☉ | ♄ |
| Aërea | ♎ | ♒ | ♊ | | ☿ | ♄ | ♃ |
| Aquea | ♋ | ♏ | ♓ | | ♂ | ♀ | ☾ |
| Terrea | ♑ | ♉ | ♍ | | ☾ | ♀ | ♂ |

Sic Sol peragrans Ar. dicitur eſſe in triplicitate ſua.
Sic ♂ exiſtens in ♓, ſtatuitur in ſua triplic. &c.

## 4. *Tabula Terminorum ſecundum Ptolomæum.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ 6 | ♀ 6 | ☿ 8 | ♂ 5 | ♄ 5 |
| ♉ | ♀ 8 | ☿ 6 | ♃ 8 | ♄ 5 | ♂ 3 |
| ♊ | ☿ 6 | ♃ 6 | ♀ 5 | ♂ 7 | ♄ 6 |
| ♋ | ♂ 7 | ♀ 6 | ☿ 6 | ♃ 7 | ♄ 4 |
| ♌ | ♃ 6 | ♀ 5 | ♄ 7 | ☿ 6 | ♂ 6 |
| ♍ | ☿ 7 | ♀ 10 | ♃ 4 | ♂ 7 | ♄ 2 |
| ♎ | ♄ 6 | ♀ 8 | ♃ 7 | ♀ 7 | ♂ 2 |
| ♏ | ♂ 7 | ♀ 4 | ☿ 8 | ♃ 5 | ♄ 6 |
| ♐ | ♃ 12 | ♀ 5 | ☿ 4 | ♄ 5 | ♂ 4 |
| ♑ | ☿ 7 | ♃ 7 | ♀ 8 | ♄ 4 | ♂ 4 |
| ♒ | ☿ 7 | ♀ 6 | ♃ 7 | ♂ 5 | ♄ 2 |
| ♓ | ♀ 12 | ♃ 4 | ☿ 3 | ♂ 9 | ♄ 2 |

### *Secundum Alkabitium.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ 6 | ♀ 6 | ☿ 8 | ♂ 5 | ♄ 5 |
| ♉ | ♀ 8 | ♂ 3 | ☿ 6 | ♄ 8 | ♄ 5 |
| ♊ | ☿ 6 | ♄ 6 | ♃ 6 | ♀ 5 | ♂ 7 |
| ♋ | ♂ 6 | ♄ 4 | ♀ 6 | ☿ 6 | ♃ 7 |
| ♌ | ♃ 6 | ♂ 6 | ♀ 5 | ♄ 7 | ☿ 6 |
| ♍ | ☿ 7 | ♄ 2 | ♀ 10 | ♃ 4 | ♂ 7 |
| ♎ | ♄ 6 | ♂ 2 | ☿ 8 | ♃ 7 | ♀ 7 |
| ♏ | ♂ 7 | ♄ 6 | ♀ 4 | ☿ 8 | ♃ 5 |
| ♐ | ♃ 12 | ♂ 4 | ♀ 5 | ☿ 4 | ♄ 5 |
| ♑ | ☿ 7 | ♂ 4 | ♃ 7 | ♀ 8 | ♄ 4 |
| ♒ | ☿ 7 | ♄ 5 | ♀ 6 | ♃ 7 | ♂ 5 |
| ♓ | ♀ 12 | ♄ 2 | ♃ 4 | ☿ 3 | ♂ 9 |

Sic termini Jovis ſunt ſex gradus Arietis priores. Veneris ſequentes ſex ſcilicet ad 12. Mercurii 8. ſequentes ſcilicet à 13. ad 20. &c.

*N. 1. Sol & Luna terminos quidem non obtinent, ſed ſimiles fortitudines dicuntur habere in duabus Zodiaci medietatibus.* ☉ *à principio* ♌ *ad finem uſque* ♑, *[dicitur medietas maxima.]* ☽ *à principio* ♒ *ad finem* ♋ *uſque.*

*N. 2. Ultimi gradus cujuſque ſigni ſunt mali.*

## 5. *Tabula facierum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♈ | ♂ 10 | ☉ 10 | ♀ 10 |
| ♉ | ☿ 10 | ☾ 10 | ♄ 10 |
| ♊ | ♃ 10 | ♂ 10 | ☉ 10 |
| ♋ | ♀ 10 | ☿ 10 | ☾ 10 |
| ♌ | ♄ 10 | ♃ 10 | ♂ 10 |
| ♍ | ☉ 10 | ♀ 10 | ☿ 10 |
| ♎ | ☾ 10 | ♄ 10 | ♃ 10 |
| ♏ | ♂ 10 | ☉ 10 | ♀ 10 |
| ♐ | ☿ 10 | ☾ 10 | ♄ 10 |
| ♑ | ♃ 10 | ♂ 10 | ☉ 10 |
| ♒ | ♀ 10 | ☿ 10 | ☾ 10 |
| ♓ | ♄ 10 | ♃ 10 | ♂ 10 |

Sic ♄ ſibi vendicat Leonis gradus 10. priores. ♃ 10. ſequentes ſcilicet uſque ad 20. ♂ ſequentes ad 3. & ſic conſequenter per omnia ſigna.

Hinc ſi ♄ ſit in 10. gradibus prioribus ♌ dicitur in facie ſua eſſe.

*Tabula*

### 6. *Tabula Horarum Planetariarum.*

| Hora diurna | H. nocturn. | Diei ♄ | ♃ is | ♂ is | ☉ is | ♀ is | ☿ ji | ☾ æ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 8 | 3 10 | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☾ |
| 2 9 | 4 11 | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☾ | ♄ |
| 3 10 | 5 12 | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☾ | ♄ | ♃ |
| 4 11 | 6 | ☉ | ☿ | ☿ | ☾ | ♄ | ♃ | ♂ |
| 5 12 | 7 | ♀ | ☿ | ☾ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ |
| 6 1 | 8 | ☿ | ☾ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ |
| 7 2 | 9 | ☾ | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ |

Numerantur horæ Planetarum diurnæ ab ortu ſolis ad occaſum 12. totidemque nocturnæ ab occaſu ad ortum, adeoque hora diurna 1. & 8. diei Saturni conſecratur Saturno 2. & 9. Iovi. Nimirum in ſuperiori columna numerantur dies, in priori deſcendente, horæ diurnæ, in altera deſcendente, horæ nocturnæ, quibus è regione correſpondent planetæ illis horis hujus diei, in ſuprema columna, exhibiti, dominantes, exempli gratia, die Solis hora 4. diurna dominatur Luna, &c.

### 7. *De Novenis.*

Sapientes Indi diviſerunt quodlibet ſignum in partes 9. quas vocaverunt novenas, quaſi nonas partes, continet igitur quælibet novena ſeu nona pars gradus $3\frac{1}{3}$

*Tabula Novenarum*

| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♂ | ♀ | ☿ | ☾ | ☉ | ☿ | ♀ | ♂ | ♃ |
| ♉ | ♀ | ☿ | ☾ | ☉ | ☿ | ♀ | ♂ | ♃ | ♄ |
| ♊ | ☿ | ☾ | ☉ | ☿ | ♀ | ♂ | ♃ | ♄ | ♄ |
| ♋ | ☽ | ☉ | ☿ | ♀ | ♂ | ♃ | ♄ | ♄ | ♃ |
| ♌ | ☉ | ♀ | ♀ | ♂ | ♃ | ♄ | ♄ | ♃ | ♂ |
| ♍ | ☿ | ♀ | ♂ | ♃ | ♄ | ♄ | ♃ | ♂ | ♀ |
| ♎ | ♀ | ♂ | ♃ | ♄ | ♄ | ♃ | ♂ | ♀ | ☿ |
| ♏ | ♂ | ♃ | ♄ | ♄ | ♃ | ♂ | ♀ | ☿ | ☾ |
| ♐ | ♃ | ♄ | ♄ | ♃ | ♂ | ♀ | ☿ | ☾ | ☉ |
| ♑ | ♄ | ♄ | ♃ | ♂ | ♀ | ☿ | ☾ | ☉ | ☿ |
| ♒ | ♄ | ♃ | ♂ | ♀ | ☿ | ☾ | ☉ | ☿ | ♀ |
| ♓ | ♃ | ♂ | ♀ | ☿ | ☾ | ☉ | ☿ | ♀ | ♂ |

Sic Ven. exiſtens in Præcip. novena prima (id eſt in gradu 1. 2. 3. & quarti gradus minut. 30.) dicitur in ſua novena eſſe.

8. *Domus ſeu domicilia cœleſtia.*




Domuum harum erectionem aliundè & præcipuè ex Ephemeridibus addiſcere oportet.

9. Gaudere dicuntur Planetæ vel ratione ſuæ domus, vel ratione domiciliorum cœleſtium ſeu horoſcopi. Suæ domus ratione gaudet Planeta, quando eſt in domo ſua maximè familiari (ratione ſcilicet temporis diurni nocturnive.) Sic gaudium ♄ i (Planetæ ſcilicet diurni) eſt in Amph. (domo ♄ i diurna:) ♃ ♐, ♂ in ♏: [planetæ nocturni] in ♉ [domo ejus nocturnâ: ☿ in ♍. Reliqui [☉ & ☾] quia domum unicam habent, & in ea gaudent. Quoad domos cœleſtes gaudet ♄ in domo 12. ♃ 11. ♂ 6. ☉ 9. ♀ 5. ☿ 1. ☾ 3.

N. *Sunt & alii modi gaudiorum, exempli gratia, 1. ratione triplicitatum. Sic ☉ gaudet in triplic.* △ *ea: ſic &* ♂ *quia complexionis eſt igneæ:* ☾ *in* △: ♃ *&* ♀ *in* △: ♄ *in* △. *2. quando Planeta eſt in dignitate amici vel amicæ, tunc dicitur gaudere, &c.*

10. Curſus Planetarum eſt 1. velox tardusve. 2. directus vel retrogradus. 3. aſcendens vel deſcendens: Planeta motu velox dicitur, cùm directo movetur, quippe tunc motus ejus velocior eſt motu medio. Tardus è contra cùm ſecundùm ſucceſſionem ſignorum fertur in directi ſui Epicycli circumvolutione; Retrogradus cum contra ſignorum ſucceſſionem retrovolutione ſui Epicycli. Aſcendens cùm ab Ecliptica versùs ſeptentrionem declinat; unde & eodem modo ſeptentrionalis dicitur: Deſcendens cùm ad meridiem; unde meridionalis dicitur. Cujus doctrina ex Ephemeridibus ſumenda.

N. *Sol, quia caret Epicyclo, ab hac conſideratione alienus eſt. Similiter & in* ☾ *propter velociſſimum motum, retrogreſſio non animadvertitur.*

11. *Natura ſigni.*

*Signa ſunt* { Maſculin. diurna ♈, ♊, ♌, ♎, ♐, ♒,
Fœminin. nocturna. ♉, ♋, ♍, ♏, ♑, ♓.

*Signa* { Mobilia ♈, ♋, ♎, ♑,
Fixa ♉, ♌, ♏, ♒,
Commun. ♊, ♍, ♐, ♓.

12. Natura graduum;

1. Tabula graduum maſculinorum & fœmininorum;

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | 8. m. | 1. f. | 6. m. | 7. f. | 8. m. | |
| ♉ | 5. f. | 6. m. | 6. f. | 4. m. | 3. f. | 6. m. |
| ♊ | 5. f. | 1. m. | 6. f. | 4. m. | 4. f. | |
| ♋ | 2. m. | 6. f. | 2. f. | 11. m. | 7. f. | |
| ♌ | 5. m. | 3. f. | 7. m. | 8. f. | 7. m. | |
| ♍ | 8. m. | 4. m. | 8. f. | 10. m. | | |
| ♎ | 5. m. | 10. m. | 5. m. | 7. f. | 3. m. | |
| ♏ | 4. m. | 10. f. | 3. m. | 8. f. | 5. m. | |
| ♐ | 3. m. | 3. f. | 7. m. | 12. f. | 6. m. | |
| ♑ | 11. m. | 8. f. | 11. m. | | | |
| ♒ | 5. m. | 10. f. | 6. m. | 4. f. | 2. m. | 3. f. |
| ♓ | 10. m. | 10. f. | 3. m. | 5. f. | 2. m. | |

*E. g. gradus priores 8.* ♈. *ſunt maſculini, ſequens 1. (9. ſc.) eſt fœmininus, &c.*

N. 1. Gradus maſculini dicuntur, quòd Planetam maſculinum in eis exiſtentem fortiorem reddant: fœminini vice verſa.

N. Alii aliter procedunt, primumque ſignorum gradum maſcul. num. faciunt, ſecundum fœmininum, 3. iterum maſculinum & ſic deinceps. Verùm ratio prior quæ Alkabitio adſcribitur, communior eſt.

13. Tabula graduum tenebroſorum, lucidorum & vacuorum.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ten. 3. | luc. 5. | ten. 8. | luc. 4. | Vac. 4. | luc. 5. | Vac. 1. |
| ♉ | ten. 3. | luc. 4. | Vac. 5. | luc. 3. | Vac. 5. | luc. 8. | ten. 2. |
| ♊ | luc. 4. | ten. 3. | luc. 5. | Vac. 4 | luc. 6. | ten. 5. | Vac. 3. |
| ♋ | luc. 12. | ten. 2. | Vac. 4 | fum. 2. | luc. 8. | Vac. 2. | |
| ♌ | ten. 10. | fum 10 | Vac. 5. | luc. 5. | | | |
| ♍ | ten. 5. | luc. 3. | Vac. 7. | luc. 6. | fum. 6 | Vac. 5. | ten. 3. |
| ♎ | luc. 5. | ten. 5. | luc. 8. | ten. 3. | luc. 6. | Vac. 3. | |
| ♏ | ten. 3. | luc. 5. | Vac. 6 | luc. 6. | fum. 7 | Vac. 5. | ten. 3. |
| ♐ | luc. 9. | ten. 3. | luc. 7. | fum. 4 | luc. 7. | | |
| ♑ | ten. 7. | luc. 3. | fum. 5. | luc. 4. | ten. 3. | Vac. 3. | ten. 5. |
| ♒ | fum. 4 | luc. 5. | ten. 4. | luc. 8. | Vac. 4 | luc. 5. | |
| ♓ | ten. 6. | luc. 6. | ten. 6. | luc. 4. | Vac. 3. | luc. 3. | ten. 2. |

Exempli gratia, gradus priores 12. ♌ ſunt tenebroſi, 10. ſequentes fumoſi, &c.

*N. Lucidi gradus invehunt pulchritudinem ac ſerenitatem temporis, adeoque fortunati ſunt, tenebroſi, ac fumoſi è contrà vacui dicuntur, quòd opera, quæ ſub eis inchoantur, vacua ac irrita communiter eſſe ſolent, vel ſi mavis, mediocres ſunt inter bonitatem & malitiam.*

1. *Tabula graduum putealium. Azemenon Augmentantium fortunam.*

| | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | 6 | 11 | 19 | 23 | 29 | | 19 | | | | | | | | |
| ♉ | 5 | 13 | 18 | 24 | 25 | 26 | 3 | 15 | 27 | 30 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| ♊ | 2 | 12 | 17 | 26 | 30 | | 11 | 1 | | | | | | | |
| ♋ | 12 | 17 | 23 | 26 | 30 | | 1 | 3 | 14 | 15 | 7 | 9 | uſq; | 15 | |
| ♌ | 6 | 13 | 15 | 22 | 23 | 28 | 2 | 5 | 7 | 10 | 19 | 27 | | 28 | |
| ♍ | 8 | 13 | 16 | 21 | 25 | | 3 | 13 | 20 | 30 | | | | | |
| ♎ | 1 | 7 | 20 | 23 | 30 | | 3 | 5 | 21 | 24 | | | | | |
| ♏ | 9 | 10 | 17 | 22 | 27 | | 7 | 12 | 18 | 20 | 19 | 29 | | | |
| ♐ | 7 | 12 | 15 | 24 | 27 | 30 | 13 | 20 | | | 1 | 7 | 18 | 19 | |
| ♑ | 2 | 7 | 17 | 24 | 28 | | 13 | 14 | 20 | 24 | 26 | 27 | 28 | 29 | |
| ♒ | 12 | 17 | 24 | 29 | | | 7 | 16 | 17 | 20 | 18 | 26 | | | |
| ♓ | 4 | 9 | 24 | 27 | 28 | | 13 | 20 | | | | | | | |

*Sic puteales gradus arietis ſunt ſextus undecimus, &c. idem de Azemenis & Augment.*

Puteales dicuntur, quòd Planeta in eis eſt quaſi in puteo, id eſt, debilis influentiæ, quoad calorem & quoad alia opera utilia: atque communiter quando Planetæ ſuperiores in iiſdem exiſtunt, frigus ac humiditas ſeu pluvia generatur.

Azemena, ſunt gradus debilitationis corporum, &c.

14. *Aſpectus Planetarum.*

Conjunctio eſt cùm duæ ſtellæ in eundem coincidunt gradum.

Eſſe in corde ſolis, id eſt, eſſe unitum cum ſole intra minuta 16.

Eſſe in combuſtione ſolis, id eſt, verſari in intervallo quod eſt ultra minuta illa 16. ad gradum uſque 12. [alii ad 6.] Et hoc idem ſub radiis ſolis eſſe dicunt.

15. *Obſeſſio.*

Obſeſſus Planeta dicitur cùm utrinque planetis binis clauditur, id eſt, cùm inter duos planetas exiſtit; ita tamen ut neuter ſit in orbe ſeu ambitu radiorum alterius. Ambitus autem radiorum non omnibus æqualis eſt. Sol ſpargit radios utrinque ad gr. 15. id eſt, antrorſum 15. & retrorſum 15. ☾ utrinque radios mittit ad gr. 12. ♄ ad 9. ♃ ad 9. ♂ ad 8. ♀ ad 6. ☿ ad 5.

16. *Apogæum & hypogæum.*

Apogæum eſt punctum in Epicyclis vel Eccentricis, in quo planeta collocatus, longiſſimè à centro terræ

terræ diſtat. Hypogæum econtra, quo proximè ad terram accedit.

17. Ortus planetarum ad Solem trutinatur; dicunturque Planetæ oriri ante ſolem cùm ortum ſolis præcedunt, poſt ſolem cùm poſt ſolis occaſum apparere incipiunt: Hinc ſunt

Planetæ { Orientales, id eſt, orientali ortu fortes ♄, ♃, ♂.
Occidentales, id eſt, occid. ortu fortes ♀ ☿, & ☾. }

N. *♄, ♃ & ♂ ſunt orientales à ☌ ſua cum Sole uſque ad ☍. Occidentales ab ☍ ad ☌. ♀ & ☿ ſunt orientales cum veſperi apparere incipiunt. ☾ eſt occidentalis à ☌ ad ☍, id eſt, aucta lumine, orientalis ab ☍ ad ☌, id eſt, diminuta lumine.*

18. Hæmiſphærium duplex eſt, diurnum, quod eſt ſupra Horizontem; nocturnum, quod eſt infra.

N. *Dicitur Planeta in hæmiſphærio correſpondere, cùm planeta diurnus eſt de die in hæmiſphærio diurno & contra.*

Planet. { diurni ♄. ♃. ☉ ☿.
nocturni ♂. ♀. ☾. }

19. Caput & cauda Draconis, ſunt interſectiones Eclipticæ ac orbis Lunæ, quarum loca ex Ephemeridibus citanda ſunt. Caput Drac. bonum eſt cum bonis, malum cum malis, eſtque maſculinum. Cauda mala cum bonis eſt, bonaque cum malis, eſtque fœminina.

20. Via combuſta eſt inter Libr. gr. 12. ad Scorp. gr. 9.

21. Eclipſin patiuntur Sol & Luna.

22. Manſiones tribuuntur Soli Lunæ, eæque numero 28. adeoque manſio quælibet determinatur vigeſimâ octavâ parte totius circuli, ſcilicet o. 12. m. 51. ſec. 25 $\frac{5}{7}$ menſuratione ſcilicet, inceptâ à 1. gr. Ar. & ſecundùm ſeriem ſignorum continuatâ. Hinc prima Lunæ manſio eſt ab Ar. gr. o. ad gr. 12. m. 51. ſec. 25. $\frac{5}{7}$. manſio ſecunda, ad gr. 24. m. 42. ſec. 52. &c. Ex his gradibus reputantur utplurimum malæ eſſe influentiæ manſ. 16. 18. & 26.

N. *Alii menſurationem inſtituunt* [*non in ſphæra nona, ſed*] *in ſphæra* 8. *id eſt, aſteriſmis ſignata.*

## CAPVT XXVI.

### *De Modo Colligendi.*

MOdum colligendi peculiarem in colligendis nativis nonnullis obſervari comperimus, eumque diverſum tum ratione *collectionis ſurſum deorſumve*, tum quoque ratione *ſitus colligentis*.

Ratione *collectionis* deprehenduntur in nonnullis diverſæ vires, pro diverſa collectione *ſurſum deorſumve* facta. Sic helleborus, ſi colligitur, inquit Marſ. Ficinus (lib. de ſanit. ſtudioſor.) ſive folium deorſum trahas, ſive ſurſum, hoc ſubito tactu fieri creditur, ut vel deorſum vel ſurſum humores ducat. Sic & ſambuci radix ſi ſurſum evellatur, per ſuperiora purgat; ſin econtra deorſum per foſſam ſubtus factam trahatur, movet alvum; ejuſdem ſambuci juli quoque ſi ſurſum cacumen verſus decerpantur, movent vomitum; econtra, ſi deorſum eoſdem decerpſeris, alvum laxant.

HOFMANN. *Sic helleborus.*) Quod *Marſilius Ficinus* de hellebori foliis affert experimentum, hoc negat Nobiliſſ. *HELMONTIUS de Magnetic. vulner curatione.* Et ſolo aſaro ac Sambuco adſcribit excluſis aliis purgantibus, quæ quomodo libet decerptæ univocè operentur continuò. Et cauſam admirandi hujus effectus adſcribit his plantis auſcultantibus imperanti phantaſiæ decerptoris, qui imprimit in plantam, hæc magneticè verò in folium abſens. Verùm hæc phantaſiæ ſomnia & figmenta ſunt, quia ne quidem cogitantibus de modo decerpendi, dum modò ſurſum, modò deorſum decerpſerunt folia aſari vel turiones ſambuci colligenda commiſimus nobis præſentibus, & tamen ἄνω καὶ κάτω expurgarunt.

¶ De *ſitu colligentis* ait Agrippa Phil. lib. 1. cap. 48. Collecturos herbam Saturni vel ♂ jubent ad orientem ſpectare, vel meridiem. Primum quia gaudent [♄ & ♂] eſſe orientales à Sole; alterum quia principalia eorum domicilia, ſcilicet, Amph. Scorp. Arcit. ſigna ſunt meridionalia. Similiter Cap. & Piſc. Collecturi verò rem Veneream, Mercurialem vel Lunarem, ſpectare jubentur verſus occidentem, quia gaudent eſſe occidentales: vel contra ſeptentrionem, quia domicilia eorum principalia quæ ſunt ♉, ♊, ♎, ♍, ſigna ſunt ſeptentrionalia. Sic in opere ſolari ſpectandum eſt contra orientem vel meridiem; quin potiùs ſemper ad ipſum ſolare corpus atque lumen.

## CAPVT XXVII.

### *De Aſſervatione, ac primùm de tempore ſeu duratione aſſervationis.*

ASſervatio eſt quia res medicamentales uſui repoſitæ aſſervantur.

N. *Scopus aſſervationis eſt res medicamentales uſui reſervare: Circumſtantiæ igitur eò dirigi debent, ut quantum fieri poteſt, res integræ uſuique idoneæ quovis tempore in promptu ſint.*

Res aſſervandæ ſunt tum nativæ, tum præparatæ.

Circumſtantiæ Aſſervationis præcipuæ ſunt *tempus, locus,* & *modus adaptandi.*

Tempus Aſſervationis, dico quamdiu res aſſervari poteſt. Unde Canones:

Tempus aſſervationis ne ſit ultra terminum durationis; Etenim quia vires cum tempore evaneſcunt, non niſi cadaver inutile tandem relinquitur. Accidit hæc evaneſcentia, in aliis citiùs, in aliis tardiùs, prout res ſolidioris vel minùs ſolidæ ſunt ſubſtantiæ. Nimirum ſunt, quarum vis facilè diſſipatur, harum aſſervatio brevioris erit temporis: ſunt è contra, quarum natura ſolidior, adeoque corruptioni magis reſiſtit; earum itaque duratio erit quóque diuturnior, v. g. lignorum & ſim. Hinc conſtituitur.

I. TEMPUS, SEU DURATIO NATIVORUM.

*Mineralia* pleraque [exceptis ſulphureis atque aqueis quibuſdam] quia ſolidioris ac durabilioris ſunt naturæ, durationis quoque diuturnioris cenſenda ſunt.

E *vegetabilibus.* 1. *Flores* quamdiu odorem, colorem & ſaporem retinent, aſſervari poſſunt: Vix autem, [exceptis paucis] ſemeſtre durant, mutandi igitur annuatim. Schænanthos flores decennium durabiles aiunt.

N. *In genere de floribus notandum, eò commodiùs in uſum medicum illos capiari, quo fuerint recentiores; puta, niſi humiditas obſit, quæ ex naſcentia eſt reliqua.*

*Herbæ* diutiùs quidem aſſervari poſſunt, præſtat tamen

tamen ſingulis annis mutationem inſtituere.

*Semina* quo calidiora, acriora magiſque aromatica ſunt, eò quoque durabiliora, ideoque pro re nata biennium ac triennium integra ſervari poſſunt, minutiora tamen ac frigida minora ſingulis annis mutare fas eſt, ſervandaque ſunt diligenter, ne ranceſcant.

HOFMAN. *Semina calidiora ultrà tres durant annos, frigida quædam non ultrà quatuor menſes, id quod, obſervandum in Medicamentorum præparatione v. gr. in ſpeciebus diamargarit. fr. & aliis, quas ingrediuntur ſem. 4. fr. major. Vltimò tandem addenda, quando Medicus præſcribit potionem vel emulſionem confortantem, aliàs ob rancorem facilè contractum ſemina flava ac rancida reddita raucedinem vel ardorem ventriculi ægroto inferunt, & cruditatem ventriculi nidoroſam augent.*

¶ *Fructus* quotannis mutandi ſunt. Exotici tamen duriore cortice ac cruſta veſtiti, per duos treſve annos durant. v. g. Myrobalani.

*Radices parvæ*, tenues, raræ, anno quolibet mutantur, ut Aſari, Aſparagi & ſimil. Magnæ craſsâ præditæ ſubſtantiâ biennium vel triennium integræ manent, ut Ariſtolochia, bryonia, gentiana, rheum ponticum. Triennio ſervari poteſt uterque helleborus.

*Cortices* in annum perdurant & ultra.

*Gummi* & reſinæ durabilioris ſunt naturæ.

*Animalia, horumque partes*, vires ſuas vegetas obtinere creduntur, quamdiu incorrupta ſervantur; id quod rancido fœtore, ſapore, ſitu atque coloris mutatione dignoſci poteſt. Durabiliores autem ſunt partes quæ ſicciores ac ſolidiores: corruptibiliores, quæ molliores, & hæ ſingulis annis mutari ſolent.

## II. TEMPUS SEU DURATIO PRÆPARATORUM.

*Aceta* infuſa quotannis mutare convenit, vel affuſo novo aceto infuſiſque novis materialibus renovare.

*Aquæ ſtillatitiæ* phlegmaticæ ſingulis annis vel mutandæ vel renovandæ ſunt. Renovationem dico, quâ aqua recentibus plantis ſuperfunditur, denuoque deſtillatur. Aquæ ſpirituoſæ diutiùs ſervari queunt.

*Balſamica aromatica* annos duos treſve durabilia ſunt.

*Cerota* vix annum durant.

*Clyſter*, quia, ut reliqua decocta, facilè corrumpitur, nullus exſtat paratus, ſed ex tempore præparatur.

*Collyria* ſicca, cum trochiſcis conveniunt.

*Condita* fructuum, biennium durant.

*Confecta*, quia ſaccharo circumvallata ſunt, diutiùs durant quàm nativa.

*Conſervæ* unius ſunt anni.

*Decocta*, quia intra dies paucos corruptioni obnoxia ſunt, nulla pro uſu exſtant, ſed recenter parantur. Et hujus rei gratiâ, ſpecies certorum decoctorum officinis in promptu ſunt, v. g. decocta pectoralia. Vide l. 2. c. 49.

*Electuaria* lenitiva intra annum ferè imbecilliora fiunt: ſolutivorum virtus ad ſeſquiannum perdurat.

N. *Renodeus durationem hâc regulâ includit: quo Electuaria quævis gratiora ſunt, eo citius hebeſcit illorum energia ac facultas.*

*Elixyr*, quia ſpirituoſum eſt, ſi benè muniatur, quominus exhalet, aliquot annos ſervari poteſt.

*Emplaſtra* vix ad ſeſquiannum durant, quin nimis ſicca evadant.

*Extracta* duriora, in plures annos perdurant, nec facilè præter exſiccationem quid detrimenti contrahunt.

*Feculæ* vegetabilium ſingulis annis renovari queunt, integræ tamen manent biennium & ultra.

*Flores* variant pro diverſitate materiæ unde ſublimantur.

*Iulepi* ex præſcriptionibus recenter parantur. Iulepus enim roſatus ac violatus in conſiſtentia Syrupi aſſervantur.

*Lohoch ſive Eclegmata* quæ amygdalas, pineas, & ſemina frigida rancori obnoxia recipiunt, vix ultra annum durant, reliqua ad biennium pertingere queunt.

*Magiſteria* præcipitatione parata, quia ex rebus ſiunt durioribus, ideoque nec facilè corruptibilia ſunt, aſſervari in annos tres pluresve poterunt.

*Morſelli* etſi iidem aliquamdiu, integri manere apti ſint; præſtat tamen recentes adhibere, præcipuè ſi fortè ſimplicia rancori obnoxia continuerint.

*Olea expreſſa* temperata, ut amygdalinum, ſeſaminum, ex pineis & ſim. intus præſertim ſumenda vix ultra menſem ſine rancore ſervantur: frigida, unius ſunt anni: calida per duos vel tres durant. Ex fructibus odoratis quæ exprimuntur, [ut è Nuciſta,] ſemeſtri ſervari poſſunt.

*Deſtillata*, diutiùs durant. *Inſolata* quotannis ferè vel bienni de curſu mutari ſolent.

*Pilulæ* tum ob duriorem compagem, tum ob aloen, quam pleræque recipiunt, ad annos duos treſve pertingunt, præſertim quæ opium non continent.

*Præparata* in ſpecie ſic dicta, quia per ſe durioris ac minus volatilis ſunt eſſentiæ, duos treſve annos integra manent.

*Pulveres* præſtat adhibere recentes.

*Rob* ſingulis annis mutantur.

*Rotulæ* ex tempore ferè fiunt.

*Salia* in annos aliquot durabilia ſunt, præſertim cryſtalliſata.

*Species* aromaticæ ſingulis annis, vel ſeſquiennali periodo renovandæ ſunt.

*Spiritus* ſi benè cuſtoditi fuerint, quò minùs exhalarint, diu durare poſſunt.

*Succi* liquidi mutantur quotannis: Duriuſculi ac inſpiſſati diutiùs durant, ſcilicet in annos duos, tres & ultra.

*Syrupi* ſimplices in annuali periodo mutari volunt: Compoſiti ac aromatici biennali.

*Tincturæ* in pulveribus durabiles ſunt annis aliquot; tincturæ liquidæ durabiles ſunt pro diverſitate menſtruorum.

*Trochiſci* & Collyria ſicca annum durant unum. Excipe qui opium continent, ſeminaque rancori obnoxia, nimirum illi ad ſexennium uſque pertingere poſſunt; hi brevis ſunt durationis, nec annum integri manent.

*Vnguenta* ad annum vel ſeſquiennium ut plurimum ſervantur.

## CAPUT XXVIII.

### *De loco Aſſervationis.*

Locus aſſervationis vel *generatim* conſideratur, vel *ſpeciatim*.

*Generatim* conſideratur locus, tum ratione *domicilii*, tum *aſſervatoriorum*, ubi ſcilicet nativa ſiccantur & aſſervantur.

Locus in genere eligendus eſt purus aſſervandoque medicamento conveniens, ſublimis, ſiccus, pervius, ſeptentrionem meridiemque ſpectans. Vitandus econtra locus impurus, pulverulentus, ſubterraneus, uliginoſus, inſolatus, infumatus, &c. Cuſtodiendæque

quæ ſunt res ne à radiis ſolis urantur, neque ſqualore tecti vel murorum madeſiant. Quinimò, non abs re foret in peculiari camera ſeu hypocauſto, ſuper ſcamnis ac aſſeribus, herbas rara ſtratificatione, blandi caloris beneficio ſiccare, poſtmodumque vaſis mundis aſſervare.

*Speciatim* conſideratum locum exhibent *vaſa aſſervatoria*, ſcilicet ampulla, arcula, capſula, fictile, lagena, olla, phiala, pyxis, ſacculi, ſcatulæ, thecæ, vitra, vitra ſaccharina, urcei. Hæc talia adhibere oportet, qualia rerum aſſervatio exigit, ut integræ ſcilicet maneant, neque à vaſe ſaporem, aut qualitatem alienam contrahant.

*E Mineralibus*; *Terræ* ſcatulis vel arculis ligneis aſſervari poterunt.

*Salina* ligneis cuſtodiuntur vel vitreis non metallinis, reponunturque loco ſicco.

*Aquea* vitris vel urceis vitreatis.

*E Vegetabilibus* : *Flores* ſiccantur in umbra reponunturque ( maximè qui jucundum odorem halant ) arculis tiliaceis, vel in vitris anguſti orificii, capitulis ſtanneis.

*Herbæ* ſiccantur in umbra, niſi quæ ſcapo ſunt craſſiore aut foliis humidioribus ac adeò proclives ad putrefactionem; nimirum hæ calore intenſiore ſolis ſcilicet vel ſimilis exiccari poſſunt: Ubi probè ſiccatæ fuerint, includuntur ſacculis ligneis, vel, quod melius eſt, arculis ligneis, ut à pulvere tutæ ſint.

*Semina* aſſervantur loco ſicco, vaſculis ligneis vel vitreatis, chartiſque, ut eo diutius & ſine impuritate perdurent.

*Fructus*, ſcatulis, pyxidibus vel ſportis continentur.

*Radices* aſſervandæ ſunt in aëre ſicco, ut exſiccentur: Minores, rariores, & quarum vires ſolis vel ignis calore facilè diſſipari poſſunt, in umbra & vento exſiccandæ ſunt, ut apii, fœnic. &c. Craſſiores igne, ſole vel vento ſiccantur, ut Bryon. Gentian. mandrag. rheipontic.

*Cortices* arculis ligneis, locoque ſicco aſſervantur.

*Gummi* ac reſinæ ſiccæ, ſicco loco atque ligneis vaſis includuntur: liquidiores, urceis.

Ex *Animalibus*. Animalia horumque partes ſicciores in pyxidibus ligneis: reponuntur, ut oſſa.

*Adipes* & medullas, vaſis urceis, vel figulinis vel vitreatis recondere convenit, locoque frigido ac ſicco aſſervare.

PRÆPARATA.

*Aceta* ac aquæ ſtillatitiæ vitreis vaſis lageniſvè, locoque temperato commodè ſervantur.

*Balſama* illa odorata pyxidibus ſtanneis ( meliùs vitreis ) benè occluſa ſervantur: liquidiora, ſtillatitia ſimili modo ſervanda ſunt, quo olea ſtillatitia & ſpiritus.

*Cerata* aſſervantur ut emplaſtra.

*Condita* & ſim. figulina potiùs, quàm ſtannea vaſa expetunt.

*Confectiones* ſaccharo obductæ ligneis arculis reconduntur, locoque moderatè calido ac ſicco locantur.

*Conſervæ, Eclegmata, Electuaria.* Vaſis figulinis vitreatis potiùs quàm ſtanneis aſſervantur.

*Emplaſtra* ac *Cerata* veſica aut charta, quæ liquatam ceram imbiberit, obvolvuntur, atque ſic arculis vel pyxidibus ſiccis tenentur.

*Extracta* vaſis figulinis vel vitreis amplioris orificii, ut ſpatulâ depromi poſſint, ſervantur; vel ſi ſicciora fuerint, ut pilulæ reponuntur.

*Feculæ, Flores, &c.* Vitris vel pro re nata ſervantur.

*Morſelli*, ut confectiones cuſtodiuntur.

*Olea infuſa atque expreſſa* in vaſis vitreis vel figulinis vitreatis reponuntur. *Deſtillata* in vitris anguſti orificii.

*Pilulæ* involvuntur veſica vel charta cerata, reconduntur que in thecis ſiccis, ligneis, vel ſtanneis loco ſicciore.

*Præparata* vitris cuſtodiuntur locoque ſicciore.

*Rotulæ* ut confectiones arculis ligneis ſervantur, locoque ſicco.

*Salia* vitra poſtulant, locumque ſicciorem.

*Species* aromaticæ coriaceis ſacculis probè conſutis, vel in vitreis aut ligneis vaſis optimè ſervantur.

*Spiritus* vitra benè obturata exigunt, adeoque anguſti orificii, locumque temperatum vel frigidiorem.

*Succi* liquidi in vitris anguſti orificii aſſervantur ſuperfuſo aliquantulo olei amygdalini, olivarum, ut à ſitu conſerventur; inſpiſſati ſucci cum Extractis conveniunt.

*Syrupi* non detinentur rectiùs quàm in figulinis vaſis vitreatis, præſertim ii qui per ſe acidi ſunt quos omnino in vaſis figulinis vitreatis parare ac detinere oportet, quippe noxam mineralem ex metallinis vaſis facilè eliciunt.

*Trochiſci* in pyxidibus ligneis commodè reponuntur.

*Vina* in doliolis iiſque figulinis, vel vitris.

*Unguenta* ac Linimenta vaſis figulinis, partim quoque pyxidibus ſtanneis concluſa tenentur.

## CAPUT XXIX.

### *De modo adaptandi ad aſſervationem.*

Modus adaptandi variat, prout res *integra* in *partes* diſſecta, *repurgata* vel *ſecus* aſſervari poſtulat, vel prout diverſo *ſitu* eſt collocanda aliudve expedit, cujus auxilio à corruptione conſervetur. V. g. *Succis ſuperfunditur oleum, camphora ſemini lini imponitur, &c.*

*Flores* aſſervantur ut plurimum à caulibus ac foliis ſuis herbaceis ſegregati.

*Herbæ* ſeu *folia* ſi grandiora fuerint, caulibus craſſioribus, ſeorſim à caulibus decerpta reponuntur: ſin caulibus tenuioribus, unà cum iiſdem aſſervantur nec rarò unà cum floribus.

*Radices*, *aliæ* ſervantur integræ, ut ariſtolochia, gentiana, hermodactylus, ſatyrium, &c. *aliæ* in taleolas diſſectæ, ut bryonia, enula, iris, &c. Similiter adimitur nonnullis lignoſa matrix, ut fœniculo, petroſelino, &c.

*Fructus*, Exempli gratia, Poma collocanda ſunt ut pediculi deorſum, flores ſurſum ſpectent. Quinimo frumento, v. g. hordei ſemini poma impoſita diutiùs durant.

*Carnoſæ* animalium *partes*, lavantur primùm pro libitu, cum vino vel decocto convenienti, hinc exſiccantur in furno, ſiccatæque foliis congruis, exempli gratia, abſintii ne putreſcant involuta aſſervantur. Sic *pulmones* parantur extractâ primùm aſpera arteria. Sic parantur & *Epata, Lienes*, &c.

*Res pingues & oleoſæ* lavantur in aqua aliquoties, donec puræ evaſerint. Hinc lento igne liquantur,

colantur, effunduntur ve ſuper frigidam, ut ſordes ad fundum ſecedant, vel in ſpumam colligantur, pôſt reponuntur in locum frigidum quo ſervantur. Sic lavantur *axungia*, *ſava*, *medulla*, &c.

N. Alii *adipes ſolâ lotione purgatas aſſervant, lotionemque malunt ex aqua frigida, ſcilicet hac ratione adipem non modò ſolidioris ſubſtantiæ, ſed & coloris candidioris manere autumant :* Alii *aquam ſalſam lotioni adhibent dein dulcorant, & ne ranceſcant aliquid ſalis pro aſſervatione admiſcent;* Alii *Vino pinguedines abluunt quo magis abſterguntur.*

*Membranoſæ* partes, ut inteſtina ſecundùm longitudinem ſecantur, abluuntur ( vino vel decocto convenienti) in fruſta diſſecta exſiccantur (in clibano) ac ſervantur, involuta foliis convenientibus.

*Sanguis* repurgatur à ſero, hinc exiccatur in furno.

*Fella* detrahuntur à jecore præligatiſque filo viis introitus & exitus; ſiccantur in camino ſuſpenſa.

*Coagula* exiccata fumo aut ſole aſſervantur.

## CAPUT XXX.

### *De Uſurpatione.*

Uſurpatio eſt medicamenti adminiſtratio.

Circumſtantiæ quas in uſurpatione conſideramus, ſunt : *Vires*, *Uſus* ſeu modus utendi, *Formulæ*, ac denique *Doſis* ſeu quantitas.

*Virium ratione Medicamentum eſt.*

*Aſtringens*, ςυπτικὸν, id eſt, Oſcula vaſorum occludens. Talia ſunt frigida, ſubſtantiæ craſſæ, acerba, auſtera, &c. Opponitur aperientibus.

*Adurens*, *pyroticum* quod adurit. Suntque 1. Veſicantia. 2. Eſcharotica. 3. Cauſtica.

*Alexipharmacum*, id eſt, Venenis reſiſtens, cor ac Spiritus vitales roborans, ne venenum facilè admittant.

*Alexitericum* venena animalium præcipuè reſpiciens & fugans.

*Anodynum*, id eſt, dolorem leniens, ſive narcoticum id ſit, ſive paregoricum : Sæpius tamen de paregoricis dicitur.

*Aperiens*, ἀναςομωτικὸν, id eſt, vaſa reſerans: Talia ſunt calida, ( ſed non ultra gr. 2. ) ſubſtantiæ tenuis. Opp. ςυγνωτικοῖς adſtringentibus.

*Apophlegmatizans*, quod excrementa è cerebro in palatum & os detrahit, ſive id maſticetur, ſive gargariſetur, ſive palato illinatur. Talia ſunt calida, acria, vel tota ſubſtantia agentia.

*Artheticum* arthriticum quod nervoſo generi ac articulis familiare eſt.

*Attenuans* λεπτυντικὸν, id eſt, craſſos, viſcidos, frigidos humores incidens, diſſolvens. Talia ſunt cal. gr. 3. ſubſtantiæ tenuis, ut mordicantia, ſalſa, amara, nitroſa. Opp. incraſſantibus.

*Attrahens*, ἑλκτικὸν, id eſt, humores ac ſpiritus è corpore in ſuperficiem, alliciens. T.S. Calid. 2.3. (4. *Veſicas vel ruborem inducunt*) tenuis ſubſtantiæ. His accenſe, quæ attrahunt tota ſubſtantiâ. Sic venenum attrahit venenum.

*Bechicum*, quod leniendæ tuſſi comparatum. Specialiter tamen quod ſputum promovet.

*Bezoarticum*, quod etſi lapide Bezoar careat, ingrediente virtute tamen pollet æquali contra venena & malignitatem.

*Calfaciens*, quod calorem excitare potis eſt.

*Cardiacum*, quod cordi familiare.

*Carminativum*, id eſt, flatus diſcutiens. T. S. imprimis ſemina calida majora dicta.

Καταγματικὸν, quod fractis oſſibus ſolidandis convenit.

*Cathæreticum*, quod ſuperfluam carnem, cui adhibetur, abſumit, ut acria mordicantia.

*Catharticum*, id eſt, purgans ſive ἄνω, ſive κάτω id fiat, potiſſimùm tamen de dejectoriis dicitur.

*Cauterium* cauſticum, cauterizans Eſcharoticum, quod non ſolùm in cutem, ſed in carnem ſubjectam adurendo agit.

*Cephalicum*, id eſt, capiti familiare.

*Cholagogum*, quod bilem flavam purgat.

*Cicatrizans*, ἐπουλωτικὸν, cicatricem inducens. T.S. quæ non ſolùm, id, quod influit, ſed humorem, qui in ipſa carne continetur, conſumunt, ut hâc ratione in cutem caro mutetur. Sunt vehementer ſiccantia craſſa S. adſtrictoria.

Κολλητικὸν, id eſt, glutinatorium.

*Condenſans*, πυκνωτικὸν, id eſt, poros cutis contrahens. T. S. aquea ac frigida debiliùs contrahentia ſeu ſubadſtringentia, ſubauſtera, ſubacerba, ( non adſtr.) Opp. Rarefacientibus.

*Confortans*, confortativum, quod proprietate quâdam partem aliquam reſpicit, roborat & confortat.

*Conſtringens*, idem quod obſtruens.

*Corroborans*, idem quod confortans.

*Corrodens*, corroſivum, καθαιρετικὸν quod excreſcentem carnem tollit. T.S. Calida 4. gr. tenuis ſubſtantiæ, ſepticum, acri mordaciâ.

*Dejectorium*, id eſt, per alvum purgans.

*Denſans* idem quod condenſans.

*Detergens.* Vide extergens.

*Diaphoreticum* eſt 1. idem quod ſudorificum [T. S. Eadem cum diureticis] 2. idem quod diſcutiens.

*Diſcutiens*, reſolvens eſt, quod flatus diſcutit, hinc & humores.

*Diureticum* quod τὸ ſeroſum & aquoſum ſanguinis ad renes & veſicam deducit, ut inde ejiciatur. T. S. cal. 3. tenuium partium incidentia.

Ἐκβόλια id eſt, fœtum ac ſecundinas ejicientia.

*Eccoproticum*, id eſt, alvum laxans feceſque tantummodò deturbans.

*Emeticum*, id eſt, Vomitorium.

*Emmenagogum*, Ἐμμηναγωγὸν menſes ciens.

*Emolliens*, μαλακτικὸν: quod humores concretos ac congelatos fundit. T. S. Cal. 2. nonnihil ſicca & Emplaſtica.

*Emplaſticum*, id eſt, glutinoſum quod parti cuipiam illitum tenaciter adhæreſcit ac poros implet. T. S. Sicca ac terrea citra acrimoniam.

*Emphractica*, ſunt Emplaſtica quæ poros ſuo lentore obſtruunt & opplent. T. S. humida, tenacia; ut olea, Opp. Ecphractico.

Ἐναιμὸν eſt κολλητικὸν, quod cruentis vulneribus adhibetur, ſanguinem ſiſtendi gratiâ.

*Epaticum*, quod Epati familiariter convenit.

*Epuloticum* vel *Synuloticum*, quod ulceri cicatricem inducit. Vide cicatrizans.

*Erodens*, idem quod corrodens.

*Errhinum*: quod pituitam ( non è ventriculo cerebri, ſed ) circa meninges hærentem ad nares prolicit, adeoque citra ſternutationem. Talia S. calida ac nitroſa.

*Expectorans.* Vide bechicum.

*Extergens*, ῥυπτικὸν, id eſt, lentos & glutinoſos humores

humores cuti adhæreſcentes eluendo infarctu liberans. T. S. Siccantia tenuis ſubſtantiæ, nitroſa, amara.

*Glutinoſum*, id eſt, Emplaſticum.

*Glutinans, Glutinatorium*, κολλητικὸν, quod agglutinat & conjungit ſolutas partes. T. S. quæ plùs ſiccant, quàm Sarcotica, nihil detergunt, ſed potiùs adſtringunt.

*Humectans*; quod humidum reddit.

*Hydragogum*, quod ſerum ſeu aquas purgat.

*Hypnoticum*; quod ſomnum conciliat, ſomniferum.

*Hyſtericum*; quod utero familiare eſt.

*Incidens*, idem eſt quod attenuans.

*Incraſſans*, παχυντικὸν, id eſt, tenuiores & liquidiores ſuccos reddens craſſiores. Talia S. frigida aut temperata citra acrimoniam craſſæ & terreæ ſubſtantiæ. Opp. attenuantibus.

*Indurans*, σκληρωτικὸν, quod quaſi congelat & diſtendit. T. S. frigida gr. 2. 3.

*Iſchæmon* ſanguinem ſiſtens.

*Lac generans*, γαλακτοποιητικὸν, quod ſanguinem probum generat, attenuat & ad mammillas deducit.

*Lac imminuens*, γαλαχαλίπλον, quod lactis generationem impedit.

*Laxans*, χαλαστικὸν, id eſt, materiam, quæ in flatus declinat tenſionemque cauſat, attenuans & diſcutiens. T. S. modicè calfacientia, largiùs humectantia, ſubſtantiæ tenuioris.

*Lithontripticum*, quod calculum atterit & ejicit.

*Malacticum* emolliens.

*Maturans*, πεπτικὸν, ἐκπυητικὸν, id eſt, pueris generationem juuans. T. S. Temperatè calida, humida & Emplaſtica.

*Melanagogum*, id eſt, atram bilem educens.

*Menſes movens*, ἐμμηναγωγὸν, quod obſtructiones uteri reſerat & ſanguinem ad eum ducit.

*Nephriticum*, quod renibus familiare eſt.

*Nervinum*, νευρωτικὸν artheticum, quod nervoſo generi convenit.

*Obſtruens*, id eſt, oſcula vaſorum occludens. T. S. frigida & aſtringentia, ſubſtantiæ craſſæ, auſtera, acerba.

*Ophthalmicum*, quod oculis convenit.

*Oticum*, quod auribus familiare eſt.

*Odontalgicum*, quod dentium dolores ſopit.

*Paregoricum* eſt anodynum, quod blando ſuo calore corporis calorem fovet, fovendoque meatus reſerat, laxat, emollit, diſcutit. T. S. temperata tenuis ſubſtantiæ.

*Philtrum*, φίλτρον, quod amorem conciliare creditur.

*Phlegmagogum*, id eſt, pituitoſum humorem purgans.

*Pneumaticon* idem quod Pulmonicum vel aſthmaticum.

*Polychreſtum*, quod multis viribus pollet.

*Poroticum* callum generans.

*Præcipitans* exceptum à menſtruo corpus ſeparans & in formam pulveris, vel extracti, ſive maſſæ ſubſidentis redigens ſalinum plerumque vel acidum.

*Pſilothrum*, ψίλωθρον, id eſt, depilatorium.

*Ptarmicum*: id eſt, Sternutatorium.

*Purgans*: quod humores è corpore vel per os vel per anum educit.

*Pus generans*: Vide maturans.

*Putrefaciens*, σηπτικὸν; quod actimoniâ, &c. calori nativo infenſiſſimum, eumque vel fugat, vel ejus ſymmetriam deſtruit. Talia ſunt mordicantia, acria, ut Arſen.

*Pulmonicum*: quod pulmonibus familiare eſt.

*Rarefaciens*, ἀραιωτικὸν, id eſt, cutis meatus reſerans. T. S. calida moderatè ſicca, ſubſtantiæ tenuis.

*Refrigerans*: quod frigus inducit.

Repellens, ἀποκρουστικὸν: id eſt, quod humores in membra irruentes, vel nondum planè impactos repercutit. T. S. vel frigida humida, quæ meatus contrahunt, vel frigida ſicca terreſtria: ut auſtera, adſtringentia.

*Reſerans*, id eſt, infarctu liberans.

*Reſolvens*, id eſt, diſcutiens, ſcilicet per inſenſilem tranſpirationem, vel & interdum idem quod attenuans.

*Sarcoticum*, id eſt, carnem generans. T. S. quæ extra morſum ſordes vulnerum detergunt, ne conſolidationem impediant.

*Semen generans*, quod materiam ſeminariam ſpiritu replet & flatu diſtendit.

*Semen imminuens*, quod ſeminis generationem & turgeſcentiam impedit.

*Septicum*: id eſt, putrefaciens.

*Siccans*: quod ſiccitatem inducit.

*Somniferum*: id eſt, hypnoticum.

*Splenicum, ſive ſpleneticum*, quod lieni familiariter convenit.

*Sternutatorium*, ptarmicum: quod Sternutationem movet, ac excrementa capitis, tum ea quæ in cerebro, tum quoque quæ circa meninges hærent, expellit.

*Stomachicum*, quod ventriculo familiare eſt.

*Stomaticum*, quod ori convenit.

*Stupefaciens* idem quod Narcoticum.

*Veſicans, veſicatorium*, quod veſicas & puſtulas excitat, extremam cuticulam tantùm attollendo, (eſt inter φυραῖικα mitiſſimum) T. S. Cantharides, ſinapi, fermentum, flammula, ranunculus, &c.

*Vomitorium*: quod per os humores educit.

*Vreticum*; idem quod diureticum.

*Vulnerarium* τραυματικὸν: quod intus aſſumptum, vulnerum conſolidationem juvat.

## CAPVT XXXI.

### *De Modo utendi.*

HOFMAN. Quæ hoc *Cap. XXXI.* & ſequ. *XXXII. & XXXIII.*) de modo Vtendi, formulis & Medicamentorum doſi adducuntur, rectiùs ad therapeuticam, quàm pharmaceuticam referuntur. Præparatio non eſt uſurpatio & applicatio, Materia & Efficiens non ſunt Finis.

¶ Modus medicamenta adhibendi duplex eſt, *internus & externus*.

*Internus* eſt, quo medicamenta per os fauceſque intra corpus aſſumuntur, perficiturque *potando, lingendo, maſticando, deglutiendo*.

*Externus* eſt, quo medicamenta corporis *cavitatibus* exterioribus ſolùm immittuntur, vel *ſuperficiei* extrinſecus applicantur. Cavitates illæ ſunt Os, Oculi, Nares, Aures, Uterus, Penis, Anus. Applicatio

*ſuperficietenus ſit, inungendo, emplaſtando, cataplaſmando, irrigando, lavando, vel impoſitione alicujus rei tepide fovendo, &c.*

N. *Modum in medicamentis adminiſtrandis adhibere oportet, qui convenit cum ratione* loci *affecti, cum ratione materiæ adhibendæ.*

Locus affectus exigit modum internum, vel externum, prout collocatus eſt introrſum extrorſumve, adeoque aditum medicamentis exhibet. Hinc ſi locus affectus planè ſit internus, internum adhibendi modum exigit, ſin verò & extrorſum ſeſe extraſerit, externa quoque medicamenta admittit. Similiter locus affectus externus externis curatur, nonnunquam & internis.

CAPITI internè applicantur omnis generis medicamenta interna; *potulenta ſcil. Lingibilia, comeſtibilia ac deglutibilia: Externè 1. per os:* apophlegmatiſmi, maſticatoria, ſuffitus: 2. *Per aures:* Aquæ, Succi, Olea, ſuffitus ex aquis ſtillatitiis, decoctis, &c. vel ex pulveribus carboni impoſitis: 3. *Per nares:* Errhina, Ptarmica, &c. 4. *Superficietenus:* Inunctiones, impoſitiones cucupharum, fomentationeſque aliæ, ſuffitus.

N. *Quinimo quæ pedibus applicantur, capiti maximè afficiunt, ut lotiones, cataplaſmata, inunctiones plantarum pedum.*

OCULIS internè eadem quæ capiti conveniunt, externè immittuntur, Collyria, Aquæ, &c. ſuperficietenus Inunctiones, Emplaſtra, Cataplaſmata.

NARIUM affectibus tàm interna quàm externa medicamenta applicari poſſunt, quæ Errhini nomine communiter veniunt.

DENTIBUS: oris collutiones, pilulæ vel tarundæ inditæ, linimenta, ſuffitus, pulveres, trochiſci (quibus gingivæ fricantur.) *Superficietenus*, maxillarum inunctiones, Emplaſtra, Cataplaſmata, fomentationes.

FAUCIBUS: Gargariſmi, Fumus, Linctus, Syrupi, Trochiſci ſublinguales. *Extrinſecus*, Inunctiones, Cataplaſmata (v.g. in angina ex nido hirundinum,) adde Linimenta ex melle.

THORAX SIVE PULMONES omnia *interna* admittunt, præcipuè tamen Linctus, Trochiſcos, Rotulas, ac Morſellos ſublinguales, Electuaria, Aquas, Syrupos, Vapores itidem ac fumum cum aëre attrahendum; *Extrinſecus:* Inunctiones, Emplaſtra, Cataplaſmata, Sacculos, Epithemata.

CORDI omnis generis interna medicamenta adhiberi poſſunt ſive per pulmones ad Cor transferantur, ſive per ventriculum. Præſentiſſimæ verò operationis ſunt odoramenta, quibus ſpiritus vitales inſigniter recreari comperimus. *Extrinſecus* adhiberi ſolent potiſſimum Epithemata, Inunctiones, &c.

*Epati* convenientia itidem ſunt omnia interna. *Superficie tenus* applicari poſſunt, Inunctiones, Emplaſtra ac Cerota, Cataplaſmata, Epithemata, Sacculi.

*Lieni* ſimilia adhiberi poſſunt, tàm interna quàm externa.

*Renibus* præter jam dicta medicamenta & lotiones inſeſſuſque conveniunt, clyſtereſque per anum injecti. Idem judicium de veſica.

*Utero* dicantur ſimiliter omnia interna. *Extrinſecus* convenit odor tum naribus tum pudendis adhibitus, ut & iniectiones in uterum, peſſi, ſuffitus. *Superficie tenus:* Inunctiones, Emplaſtra, Cataplaſmata (quæ cautè adhibenda.) Fomenta ſicca ſeu ſacculi.

*Ventriculo* adhibentur omnia interna: *Superficietenus:* Inunctiones, Emplaſtra, Cataplaſmata, Fomentationes ex pane toſto (qui vino irrigatur, calideque imponitur) ſacculi.

*Inteſtina* præter jam dicta externa ac interna medicamenta admittunt quoque, quæ per anum immittuntur, ut ſunt Suppoſitoria, Clyſteres, liquoreſve alii per ſyphonem immittendi, tum & quæ umbilico inunguntur.

## CAPUT XXXII.

### *De Formulis medicamentorum Practicis.*

FOrmulæ medicamentorum practicæ quæ intrinſecus adhibentur, ſunt tum *liquidiores;* Apozemata, Emulſiones, Infuſiones, Iulapia, Potiones, tum *paulo craſſiores;* Syrupi, Eclegmata, Electuaria, Boli, tum *ſolidiores,* Trochiſci, Pulveres, Rotulæ, Morſuli, Pilulæ, &c.

(Extrinſecus) quæ adhibentur ſunt vel *Liquidæ,* Aquæ, Olea, Epithemata, Clyſteres: vel *Craſſiores;* Linimenta, unguenta: vel *Duriores;* Cerota, Emplaſtra, Cataplaſmata, Sacculi.

N. *Quibus formulis medicamenta adhibenda ſint, edocent* (1.) *Modus utendi* (2.) *materiæ adaptabilitas, quibus* (3.) *addi poteſt Patientis natura, quæ formulis aliis inhiat, alias averſatur.*

Modis utendi ſingulis ſuæ correſpondent formulæ. Internè, inſerviunt uſui (1.) *Potabili:* Apozemata, Aquæ, Emulſiones, Infuſiones aliæque potiones, (2.) *Lingibili:* Eclegmata ſive Linctus. Syrupi, Trochiſci ſublinguales: (3.) *Comeſtibili ſeu Maſticabili:* Boli, Condita, Conſervæ, Confectiones, Martius panis, Marmoladæ, Mixturæ, id eſt, Electuaria, Rotulæ, Tragææ, &c. (4.) *Deglutibili:* Pilulæ, Pulveres.

Externè inſerviunt quæ *immittuntur cavitatibus.*

I. *Ori:* Dentifricia, Gargariſmi, Linimenta, Maſticatoria, Suffitus.

II. *Oculis:* Aquæ, Collyria, Unguenta, fomenta, cataplaſmata.

III. *Naribus:* Errhina, Odoramenta, Suffitus, Naſalia.

IV. *Auribus:* Aquæ, Succi, Decocta, Olea, Unguenta, Suffitus.

V. *Utero:* Clyſteres, Peſſi, &c,

VI. *Ano:* Clyſteres, aliique liquores per ſyringam, Suppoſitoria, &c.

VII. *Peni:* Clyſteres, ceraceæ, candelæ, &c.

*II. Corporis ſuperficiei applicantur.*

1. *Inungendo:* Olea, Linimenta, Unguenta.
2. *Emplaſtando:* Emplaſtra, Cerota, Dropaces.
3. *Cataplaſmando:* Cataplaſmata, Sinapiſmi, Phœnigmi.
4. *Irrigando:* ſeu humectando: Epithemata, Embrochæ.
5. *Lavando:* Aquæ, Lixivia, Balnea, &c.
6. *Simpliciter tepidè imponendo & fovendo:* Sacculi (Cucuphæ) animalium partes carnoſæ calentes impoſitæ.
7. *Suffiendo:* ſuffumigia.

## CAPUT XXXIII.

### *De Doſi Medicamentorum.*

DOſin medicamentorum internorum metimur generaliter Vires ac Formulæ adhibendæ.

Virium ratione exhibentur.

*Alterat-*

*Alterantia.*

Temperatè, à ℈ ij. ad ℥ ij.
Gradu 1. à ℈ j. ad ℥ j.
2. à ℈ ß. ad ℥ ß.
3. à gr. v. ad ʒ ij.
4. à gr. ij ß. ad ʒ j.

*Purgantia.*

1. Grad. Manſ.
1. ab ℥ ij. vel iij. ad VI. vel VIII. ut Syr. roſar. ſolut. Violar. ſolut.
2. ab ℥ ii ß. ad v. ut mel. roſar. ſolut. mel. viol. ſol.
3. ab ℥ ij. ad iij. vel IV. ut ſucc. roſar. & violar. (ireos noſtr. manna) Syr. è flor. perſicorum.

2. Grad. Manſ.
1. ab ℥ ß. vel ʒ v. ad ℥ i ß. vel ℥ ij. ut Tamarind. caſſia (in pulpis.)
2. ab ℥ß. ad ℥iß. ut ſemen carthami (in infuſ.)
3. à ʒiij. ad ʒvij. ut Epithym.

3. Grad. Manſ.
1. à ʒj. ad ℥ß. ut mirobalani (ad ʒ. v.) polypodium.
2. à ℈ij. ad ʒij. ut Rhabarb. agaric. Mechoacanna, Sena.
3. à ℈ ß. ad ʒj. ut Aloë, Hermodactylus, Turbith, Gratiola, Ialappa.

4. Grad. Manſ.
1. à gr. X. ad ʒß. vel ℈ij. ut Mezerium, granum gnidium, Aſarum, Colocynthis.
2. à gr. v. ad xv. ut Elaterium, cortex hellebor. nigri.
3. a. gr. iij. ad x. ut Euphorb. Eſula. ☿. Scammonium.

N. *Specialiorem ſingulorum purgantium doſin quære propriis locis.*

Formularum ratione adhibentur medicamenta doſi, quæ reſpondet opportunitati adhibitionis, obſervatis tamen, ſi opus ſit, facultatibus ac doſi inde dependente. V. g. quæ grata ſunt & facilis aſſumptionis, majori doſi exhiberi queunt, perque vices reiteratas aſſumi. Ingrata, doſi minori, & vix ultra vicem unam perſuadentur.

Vtriuſque ratione eſt communis doſis, qua pro vice una adultis præſcribuntur.

Apozemata } Aquæ ſtillatitiæ } ℥iiß. ad v.
Boli. ℥j.

Clyſteres adultis lib. 1. præter propter, adhibentur: infantibus ℥ ij. iij. &c.

Condita pro lubitu ſumuntur quantitate Iuglandis.

Conſervæ eâdem quantitate uſui veniunt.

Electuaria alterantia & confortantia à ℈ j. ad ℈ iiij. vel ʒiß.

Lenientia à ʒj. ad ℥ iiij. Purgantia ad ℥ j. præter propter.

Elixyria guttulis propinantur, vel à ℈ ß. ad ℈ j. vel ℈iß.

Emulſiones pro potu crebro ſæpius ordinantur.

Extracta duriuſcula *alterantia* à ℈j. ad ʒiß. *Purgantia* à ℈ j. ad ʒ j.

Liquores ſalium & ſimil. reſolutorum à gut. v. ad ℈ j.

Magiſteria *corroborantia* à ℈ß. ad ℈iß. *purgantia* vide ſigillatim.

Morſelli ad ℥j. vel ℥ij. &c.

Olea ſtillatitia à gr. ij. ad gr. xv.

Pilulæ *Laxativa* à ʒſ. ad ʒ ij. *Purgantes* à ℈ ij. ad ℈ iiij.

Præparata à ℈ j. ad ʒ j.

Pulveres & ſpecies *aromat. purganteſve* à ℈iß. ad ℈ iiij.

Salia vegetabilium à ℈ j. ad ʒ j.

Sapæ & Syrupi ab ℥ j. ad ℥ iij.

Spiritus minerales à gr. iij. ad ℈ß. vel ſi debiliores fuerint ad ℈ ij. &c. Vegetabiles ad cochleare pro re nata.

Trochiſci ad ℈ iiij.

N. *Doſes has præter propter dedi, adulto competentes: notari tamen velim pro diverſitate ingredientium conſtitutioneque aſſumentis, cunctas eſſe moderandas. Et ſi ſpecialius haberi poſſint, his potius fidendum.*

## CAPVT XXXIV.

### *De Signatione in genere, ac primùm de qualitatibus ſenſibilibus & figura.*

Signatio eſt, quæ docet modum medicamenta cognoſcendi & dignoſcendi.

Signa cognitionis plurima exiſtunt: Nos præcipua damus, tribuſque illa claſſibus includimus; inhærentium, antecedentium, conſequentium: & hæc ſingula in conſideratione ſimplici, vel comparata ſimilitudine.

In claſſe inhærentium excellunt 1. Qualitates ſenſiles. 2. Figura. 3. Ætas & Sexus, &c.

Qualitates ſenſiles ſunt 1. Sapor. 2. Odor. 3. Color. 4. Qualilates tactiles. 5. Sonus [ qui tamen parum confert. ]

HOFMAN. *Qualitates ſenſiles ſunt 1. Sapor &c.* Allegatas à *Doctiſſimo Dn.* SCHROEDERO qualitates omnes *Cl.* TACHENIUS ad duas refert, *ACIDUM ſcil. & ALKALI*, ſive eæ fuerint volatiles, ſive fixæ, Sub ACIDO comprehendit Acerbum, Auſterum, ſub ALKALI acre, Amarum, dulce, ſalſum, unctuoſum, oleoſum &c. Et oſtendit hæc ambo non ſolùm Κιφαλαιωδέστατα Medicinæ objecta, ſed & Architectonica Naturæ inſtrumenta eſſe. Quemadmodum Hippocrates Libr. I. De victus ratione igni & Aquæ omnia adſcribit, quæ ſub concavo Lunæ exiſtunt, ita dictus Autor omnia ACIDO & ALKALI vendicat in ſuo Hippocrate Chymico. Nec adeò ſane iſtæ meditationes planè de nihilo ſunt, cùm jamdudum Hippocrates per hæc principia metiendas eſſe medicamentorum & cauſarum morbificarum operationes ſub ſaporum ſchemate docuerit, ut meritò ACIDUM & Alkali pro duobus quaſi SALIBUS fundamentalibus haberi queant, pro quorum diverſâ conſtitutione, dum raró per ſe in concretis naturalibus inveniuntur, quia aliis mixti particulis ſint immerſa, etiam productum reciprocæ iſtius actionis & mutui concurſus variat, ut ex hiſce cum aliis Naturæ minimis diverſo modo connexis quoad figuras, texturas, magnitudines, & inde reſultantes diverſas motiones, non ſolùm eorum varietas, ſed omnes ferè in naturâ notabiles alterationes originem ſuam trahant. Præter hæc etiam Vniuſcujuſque ſaporem ſpecificum ſemini appropriatum & ex ſeminali concreti craſi oriundum ceu appropriatum ſpecificis morboſis corporis noſtri ſaporibus remedium conſiderandum & examinandum eſſe ſtatuo, non luridum illud quatuor qualitatum elementalium figmentum.

1. Sapor.

¶ *Acer*, cui ſubjicitur aromaticus, mordax, ſeu ſepticus, ſive arſenicalis.

*Acerbus*,---adſtrictorius, ponticus, fructuum immaturorum, aluminoſus.

*Acidus*---acidulus, ammoniacalis.

*Amarus*---abſynthiacus, aloëticus, felleus, gemmeus, Salinus.

*Auſterus*---ſtypticus, adſtringens, vitriolatus.

*Dulcis*---pinguis, ſaccharinus, melleus.

*Salſus*---ſeroſus, nitroſus,

*Unctuoſus.*

N. *Sunt*

N. *Sunt qui inſipidum addunt ſaporem, in quo humiditas inſipida ſentiatur, alii Vineum quoque & lacteum ſubjungunt. Verùm uti prior propriè dictus ſapor non eſt, ita poſteriores non ſimplices ſed compoſitos ſapiunt ſapores. Vineus; auſterum, dulcem, & ſuavem: lacteus, dulcem, pinguem & ſuavem.*

### Odor.

*Odorum* diſtinctio minus perſpicua eſt, à ſaporibus tamen, cum quibus magna ipſis affinitas eſt, nomina ferè mutuantur.

*Gratus*, Εὐώδης, fragrans, benè olens.
*Moleſtus*, δυζώδης fœtens, malè olens.
*Gravis.*
*Amarus.*
*Acerbus.*
*Acidus*, &c.

### 3. Color.

*Albus*, cui ſubjicitur candidus.
*Flavus*---luteus, cereus, croceus, aureus, melleus, citrinus, fulvus, vitellinus.
*Rubeus*--puniceus, flammeus, ſanguineus.
*Purpureus*--Violaceus, gilvus, brunus.
*Viridis*---praſſinus, herbaceus, æruginoſus, porraceus.
*Cæruleus*---glaucus, cæſius, griſeus, lividus, cineraceus, pallidus, pullus.
*Niger*---ater.

N. *Color intuendus, non modò qui in ſuperficie extrinſecus conſpicitur, ſed & qui intrinſecus deliteſcit ſive compreſſione, attritione, ſive modo alio conſpicuus reddatur. E.g. Hyperici flores ſi digitis confricentur, rubrum exhibent, licèt lutei intuitu creſcant.*

### 4. Qualitates tactiles.

*Craſſities, & tenuitas ſeu ſubtilitas*, *Craſſum* eſt, quod ægrè lævigatur, ſeu quod vix in tenues partes comminuitur. *Tenue* quod contra.

HOFMAN. *Craſſities & tenuitas.*) Qualitates à modo ſubſtantiæ ſumptas, quas Dominus Autor ſpeciatim hîc adducit, commodè ad Fluiditatem & Firmitatem cum Nobiliſſ. Anglo Roberto à Boyle referimus, cùm vix ulla diſtincta Materiæ portio, quæ vel Fluida vel Firma aut conſiſtens non ſit, in Univerſo reperiatur. Quod de SONO & FIGURA adducitur, de nihilo eſt, parum ad res Medicas conferentibus.

¶ *Denſitas ſeu ſoliditas, & raritas ſeu poroſitas. Denſum*, quod poris vel exiguis, vel nullis pervium eſt. *Rarum*, quod multis. Huc cavum.

*Durities & mollities: Durum*, quod tactui reſiſtit: *molle*, quod cedit.

*Gravitas & levitas: Grave*, quod in ſe coactum pondere, quàm mole magis eſt conſpicuum. *Leve*, quod laxius mole quàm pondere.

*Lenitas ſeu lubricitas & ariditas. Lubricum* idem quod lentum eſt & viſcidum. *Aridum* contrà.

*Levitas & aſperitas. Leve*, cujus ſuperficies eſt æqualis, ſeu in quibus omnia ſunt æqualia (planta, æqualiter compoſita.) Huc *rotundum*. *Aſperum* ſeu *ſcabrum*, in quo partes inæqualem ſitum habent, atque aliæ eminent, aliæ depreſſæ ſunt. Huc ſuperficies *hirſuta, piloſa, anguloſa, laciniata quaque, &c.*

*Huc pertinent & diſpoſitiones quibus res quæque mutabiles exiſtunt, adeoque.*

Combuſtibilis; incombuſtibilis.
Concretilis (ut Sal) inconcretilis.
Denſatilis, indenſatilis.
Ductilis, (ut metallum,) inductilis.
Exhalabilis (ut aqua, &c.) inexhalabilis.
Fiſſibilis (ut vena, arteriæ, &c.) infiſſibilis.
Flammabilis (ut pinguedo) non flammabilis.
Flexilis (ut Salix, &c.) inflexilis.
Fractilis (ut baculus, &c.) infractilis.
Friabilis (ut pumex, &c.) infriabilis.
Fuſibilis (ut metalla, ſalia, &c.) infuſibilis.
Humectabilis (ut ſpongia, &c.) inhumectabilis.
Liquabilis (ut Salia;) illiquabilis.
Mollificabilis (ut pix, &c.] immollificabilis.
Preſſatilis [ut medulla ſambuci, &c.] impreſſatilis.
Tractilis [ut nervus, corium &c.]

### *Sonus.*

Tinnitus.
Sibilus.
Sonus gravis.
Sonus obtuſus.

### *Figura.*

Figura eſt quæ reſultat ex conformatione & configuratione, quâ res ſcil.

1. Benè habita, pinguis, carnoſa, ſucculenta, *vel è contra*, malè habita, macilenta, ſtrigoſa, gracilis, exucca.

2. Ampla, magna, extenſa, vel è contra, &c.

## CAPUT XXXV.

### *De Ætate ſeu Duratione & Sexu.*

Res naturalis quælibet, & hinc ipſa medicamenta naturæ lege univerſali mutabilia ſunt. Mutationis hujus cauſæ etſi evidentiores ſunt, quæ extrinſecus accedunt, attamen præſupponitur quoque intrinſecus mutabilis cujuſque natura, qua vel in melius vel in pejus mutari res deſtinata eſt, idque non modò quoad rei ſubſtantiam, ſed & quoad vires. Hanc mutationem ex interna mutabilitate pullulantem determinat *ætas*, quam in aſſervationis doctrina durationem diximus.

Ætas creſcentium non incongruè quadruplex ſtatui poteſt. 1. *Initians* ſeu infantilis. 2. *Creſcens*, Iuvenilis, adoleſcens. 3. *Conſiſtens*, virilis. 4. *Decreſcens*, ſenilis.

N. *Ab ætate initianti augeſcunt Creſcentia ad conſiſtentem uſque ætatem, hinc imminuuntur paulatim, deſcenduntque ad interitum.*

Eſt verò ætas creſcentium diverſimodè menſurabilis.

Plantarum annuarum ætas initians eſt tempus *germinationis*, i. e. cum germinare incipiunt: Creſcens eſt tempus *turgeſcentiæ*, i. e. cùm gemmas protrudere conantur: Conſiſtens eſt tempus *floreſcentiæ*, i. e. cùm flores & fructus emittunt: Decreſcens eſt tempus *marceſcentiæ*, i. e. quo folia marceſcere incipiunt ac decidunt.

Plantarum non annuarum, animaliumve ætates ſimili ratione pro cujuſque ſpeciei longævitate menſurabiles ſunt.

Duratio ſignum eſt non poſtremum, quo rei [aſſervatæ] integritas vel corruptio dijudicatur. V.g. Si qua ultra durationis ſuæ terminum aſſervata nonnulla fuerint, viribus langueſcentibus vel corruptis, æſtimentur.

Sexus diſtinctio non in animalibus ſolùm, ſed & in ſtirpibus conſpicua eſt: nec nominis tantùm, ſed & rei: *Mares* in ſtirpium genere magnâ ex parte ſunt Infructiferi; *fœmina* fructum edunt, ut Pæonia mas, pæonia fœmina; Mercurialis mas, mercurialis fœmina, &c. Hinc oritur & virium diſtinctio, &c.

HOFMAN.

Hofman *Sexus diſtinctio in ſtirpibus conſpicua eſt )* Communiter ſexus ſtatuunt inter arbores & Plantas, tilia quædam mas. Pinus & Abies. Pœonia & Mercurialis. Quidam inde Mercurialem Marem ad generationem Maris, fœminam ad fœmellæ generationem commendant, idque contingere putant, ſi à conceptu ſuccus ſtatim bibatur, in vino ex uvis Sole ſiccatis & folia ſimul edantur ex oleo & ſale decocta, vel etiam cruda ex aceto. Nulli arborum magis hæc in ſexum diſtinctio, quàm Palmæ congruit. Verùm ſexus generationem, non operationem reſpicit. Quaſi natura joco & non ſeriò laboraret, inquit *HELMONTIVS in Diſpenſ. modern.* § 4. de ſexu ſollicita, ubi androgyno & promiſcuo contenta fuit. Et ſexuum notis cùm non opus fuerit ad generandum, etiam eaſdem poſthabuit in operando. Si duorum ſimplicium unum altero eſt fortius, non ſexum, ſed gradum denotat.

## CAPVT XXXVI.

### *De Antecedentibus.*

IN claſſe antecedentium celebrantur; 1. *Agens.* 2. *Objectum agibile.* 3. *Actio ipſa.* 4. *Locus.* 5. *Tempus* ſeu aër ambiens.

1. *Agens* (præcipuè naturale) rem motam & converſam ſibi quadantenus aſſimilatam arguit.

N. Agripp. Philoſ. occ. lib. 1. c. 15. *Vnaquæque res movet & convertit ad ſuum ſimile & inclinat ad ſeipſam, ſecundum totum poſſe ſuum, tam in proprietate, i. e. virtute occultâ, quam in qualitate, i. e. virtute elementali: Quandoque etiam in ipſa ſubſtantia, ſicut in ſale videmus: nam quicquid diu ſteterit cum ſale, fit ſal, omne enim agens cùm agere cœperit, non ad inferius ſeipſum movet: Sed quodammodo, quo ad fieri poteſt, ad ſui par & conſentaneum: quod etiam manifeſtò videmus in animantibus ſenſibilibus, in quibus cibum non in herbam vel plantam nutritiva virtus permutat, ſed in carnem tranſmutat ſenſibilem. Quibus in rebus ineſt alicujus qualitatis vel proprietatis exceſſus, ſive inſit ipſis per naturam, ſive quandoque etiam per artem vel caſum, ut audacia in meretrice; hæ res ad talem qualitatem, paſſionem, virtutem maximè movent & provocant. Sic ignis movet ad ignem, aqua ad aquam.*

Hofman. *Vnaquæque res movet & convertit ad ſuum ſimile.)* Ratio, quia naturalium agentium actio in objectum proprium terminatur, cum quo vel habeat ſymbolum, vel capax receptivum inveniunt illudque diſponunt, juxtà dotem Naturæ ſibi collatam, decretis periodis & modis, niſi impediatur ab incapacitate recipientis. Sic fermentum v. g. panis non fermentat vitrum pulveriſatum, quia eſt objectum alienum & incapax. Sic fermentum ſtomachi humani non fermentat furfures, avenam, gramina &c. Sed panem, carnes elixas &c. Vis fermentalis in ſemine tranſmutat aquam in terrâ in herbarum naturam. Medicamentorum alterantium operatio conſiſtit in tali partium texturâ & ſtructurâ, ut poros humorum peccantium aptè intrare eorumque compagem recludere & ſolvere poſſint. Nullum menſtruum ſolvit niſi in ſolvendo poros capaces, in quibus ſe quoad minima inſinuare poſſit, inveniat.

¶ 2. *Objectum* (materia quæ agentis elaborationi ſubjicitur) etſi naturam ſuam ſenſim mutat, difficillimè tamen ac vix planè exuit.

N. *Sic ſtercus equi avenâ paſti, natura avenæ planè non exuitur. Lac fœminæ poſt aſſumptum purgans, purgatricis facultatis deprehenditur, Capra lithontripticis paſta præfertur reliquis in medicamentis lithontripticis.*

Hofman. *Objectum etſi naturam ſuam ſenſim mutat.)* Quamvis aſſumpta omnimodâ tranſmutatione formam ſanguinis vel chyli aſſumant & acquirant, hi tamen conſervant non obſcura accidentia priorum ciborum, ſic animalia, quæ veſcuntur piſcibus, ut anates, anſeres, gallinæ redolent piſces, & non ſolùm caro eorum, ſed & ova gallinarum halecum inteſtinis paſtarum ea redolent. Lac vaccinum redolet porrum, quo vaccæ tempore vernali fuerunt paſtæ. Capones carnibus viperinis nutriti non ſolùm faciunt contrà ſterilitatem, ſed & ſanguinem purificant. Cordiales plantæ irrigatæ ſuccis ſolani, napelli, cicutæ, mezerei &c. deleteriam induunt qualitatem. *CL. HELMONTIVS* vocat vitam Mediam, ſed parùm accuratè. Nos Formas ſubordinatas in ſcenam producimus, à quibus dicta fluunt accidentia atque hæ formæ, dum ſunt ſub alterius formæ ſpecificæ dominio, materiæ indolem redolent, quaſi ſubjugatæ, excuſſo autem jugo Naturam formarum ſpecificatum induunt. Hoc non conceſſo, nulla erit medicaminum poteſtas, nec morborum occaſio, nec aliorum effectuum reddi poteſt ratio. Nihil felicius operatur ad ſanandum, quàm quod per ſui tranſmutationem penitiſſimè intravit, & proximè unitum eſt illi, quod ſanari debet. Econtrà ab iſto etiam tranſmutationis modo omnia morborum ſeminaria originem trahunt ab aſſumptis cibis, potu, medicamentis, venenis aut ab inſpiratis ab aëre, aut contagiis aliunde hauſtis, nam iſtæ qualitates producunt ſibi ſimile in ſpecie, quod contrariatur fermentis viſcerum, & ſecundum gradus ſuæ virulentiæ ſymptomata vel ſæviora vel mitiora, Morbos vel Mortem inducunt.

3. *Actio* [motus quo res conſtituitur] prout diverſa eſt; ita diverſam rei factæ naturam arguit. Modum ſive in productione rerum ſpectes, ſive in collectione, ſive in aſſervatione.

N. *E. g. Excrementa alvi, quia elaborationi minus fuêre ſubjecta, quam fel, magis de natura nutrimenti participant, minus de natura ex elaboratione acquiſita. Sambucus quomodo pro diverſo collectionis modo diverſis polleat facultatibus, ſupra diximus.*

4. *Locus* uti diverſas ſortitur temperaturas, ita diverſitatem in plantis operari poteſt: & tantam aliquando in plantarum virtutibus mutationem cauſat, ut non ſolum hujus diſciplinæ rudimentis initiati ſæpenumero fallantur, ſed in earum virtutibus inquirendis & medici, & qui non parum philoſophiæ ſtudiis navant operam. Ioh. Bapt. Port. Mag. lib. 1. c. 16. Vide & ſupra c. 13.

5. *Tempus* cœleſte variat rerum nativarum proprietates non modo quoad gradus, i. e. quoad magis & minus, ſed ſæpenumero quoad ſpecies ſeu proprietates ipſas. E. g. Hypericum tempore debito collectum, fugat lumbricos, quod non facit, ſi ſecus decerptum ſit. Hinc Canon. Qualis eſt conſtitutio ſtellarum, talis cenſetur & natura ſublunarium ſubjectorum. Eſt autem conſtitutio ſtellarum vigoroſa & fortunata in fortitudinibus, debilis & infortunata in debilitatibus ac infortuniis. Vide ſupra c. 23. ut & cap. 12. &c.

N. Avicen. l. 2. tr. 7. c. 5. *Plantæ quæ ſereno ac clarò aëre colliguntur, ſunt meliores iis, quæ colliguntur, ſi diſpoſitio aëris humida ac pluvioſa fuerit.*

Hofman. *Qualis conſtitutio ſtellarum, talis & cenſetur natura ſublunarium.)* Ratio, quia aſtra ſuprema cum aſtris inferioribus in effectu ſymbolizant. Radix pœoniæ intempeſtivè collecta ſæpè ſine ſucceſſu uſurpatur, quæ autem Sole exiſtente in Librâ & Lunâ in cancro creſcente Lunâ evulſa fuerit, ægrorum collis aut brachiis appenſam ab inſultibus epilepticis liberare dicunt. Sic *des Grands Près Medicus Gratianopolitanus* in obſervationum, quas *D. Riverio* communicavit, poſtremâ, ſe externâ pœoniæ radicis ritè collectæ applicatione modo memorato epilepticos curaſſe ſeriò teſtatur. Etſi exindè concludit ſummè utilem eſſe in Medicinâ faciendâ Aſtrorum obſervationem, tamen antequam Aſtrologorum placitis tantum tribuatur, ſiderum in ſimplicia influxus ſeveris & idoneis experimentis manifeſtius, quàm hactenus evincendus eſt.

## CAPUT XXXVII.

### *De Conſequentibus.*

IN conſequentibus ſigna celebria ſunt *Nomina, Teſtimonia, Effecta ſeu actiones* & *experientia.*

*Nomina* rerum indagâſſe non parum ad rei cognitionem juvat. Etenim, præterquam quod nomina, rerum notæ ac imagines ſunt, earumque conceptus ac figuras phantaſiæ imprimunt, utplurimum certis de cauſis impoſita eſſe conſtat. Sic dictus rubinus à colore rubeo, chryſolithus ab aureo. Sic lapis oſtiocollus quòd oſſium fracturas conglutinet, nephriticus, quòd renum calculo ſuccurrat. Sic dicitur fel terræ à ſapore amaro, Glycyrrhiza à dulcedine, Glycypircon, i.e. amaradulcis, à ſapore utroque quem refert. Sic nominatur Saxifragia, quòd calculum frangat: pulmonaria, quòd pulmonibus conveniat: tuſſilago quod tuſſi. Sic dicunt Germani Fieberkraut/ Febrifuge ou Chaſſe fievre. *Fevervvort.* Koorts-kruyt / febrifuga; [id eſt, centaurium minus] quum febrim fuget, &c. Sic ſunt lingua cervina, lingua avis, burſa paſtoris, palma Chriſti, &c. à ſimilitudine quam cum rebus obtinent.

N. *Præ reliquis linguis prævalet lingua hebraica, nimirum primus parens, quia integram rerum cognitionem poſſedit, impoſuit nomina rebus convenientiora, naturamque rei exprimentia, &c.*

*Teſtimonia* ſunt authoritates, quæ rem ore vel ſcriptis atteſtantur. Merentur hæc fidem prout à perſona fide digna proveniunt.

*Effecta* ſeu *actiones.* Nimirum actiones rem talis naturæ eſſe arguunt, qualis illæ deprehenduntur, atque adeò ſecundùm eandem illam naturam res conjecturantur activæ. Vide cap. 40. nu. 4.

N. *Actiones vocantur naſcendi, florendi, generandi, creſcendi, prolificandi, fructificandi, concoquendi, pariendique modus, & quo amore ſe proſequantur, horreant, & ſe invicem alliciant.*

*Experientia* fontium reliquorum ceu complementum exiſtit. Illi enim opinionem fere ingerunt, hæc certitudinem, atque adeò non inſcitè rerum magiſtra majoribus dicta eſt. Experientia puta ſufficienter ac ritè demonſtrata. Namque uti hæc rerum magiſtra eſt: Ita quoque ſi minùs ſufficienter illa acquiſita ſit, fallax ſeductrixque eſſe poterit. Hinc certæ in Experientiæ judicio notandæ conditiones.

1. Experientia ſit aliquoties comprobata.

2. Res, in quibus fit experientia, ſimiliter ſeſe habeant. Res dico non tantùm ſubjectum, in quo fit experientia, v. g. in homine, ſed & materiale objectum, de quo fit experientia, v g. de herba, &c.

N. *Hinc præſtat experientiam fieri & de rebus ſimplicioribus, V.g. In virium indagatione.* 1. *Non temerè fidatur experientiæ unicæ.* 2. *Res de quibus fit experientia, ſi ſecundâ vel tertiâ vice ea fiat, ſemper ſint uniuſmodi diſpoſitæ, non qualitatibus alienis corruptæ, nec ætate vileſcentes, &c.* 3. *Subjectum in quo fit experientia, ſit Corpus humanum, non caninum, vel ſimile. Nam in alio corpore acquiſita experientia fallere in homine poteſt. Serpens integer ciconiæ cibus eſt, homini mors, &c. Nec & hoc prætereundum, neceſſum eſſe, corpora illa humana repetitis vicibus ſimiliter ſeſe habeant, eodem ſcilicet morbo laborent, ætate ac temperamentis conveniant, vel non adeò diſcrepent.*

HOFMAN. *Experientia fontium reliquorum &c.)* Reperiuntur plurimi Medicorum, qui nihil niſi experientiam ingeminant, ſed iſti, quod dicunt, ipſimet nunquam intelligunt, vanâ & fruſtraneâ ſæpè experientiâ turgidi, & certis ex naturâ petitis rationibus deſtituti. Illud enim Nos demum in hâc Naturæ ſcientiâ ſcire ſum perſuaſus, quæ manuali experientiâ addiſcimus, & ubi Natura per naturam explicatur, latens ſcil. per patentem, prout jam olim *Franciſcus Baconus de Verulamio in ſuâ Naturali & Univerſali Philoſophiâ: Item de Augmento ſcientiarum*, qui in hoc glaciem fregit, & *Nobiliſſ. Carteſio & Roberto à Boyle* ac aliis lampada tradidit; quibus tamen alii in totum, quod dicitur, deſtituuntur. Quanquam verò hæc Noſtra ætas Artis incrementa tueatur, dum inventa cumulat inventis, hærent ea tamen adhuc inter initia, obſeſſa haud raro difficultatum ſpinis. Interea qui anxiè ſcrutetur latentes Naturæ receſſus, unde eruat Medicamentorum opes, vel rarus eſt, vel immaniſſima ſentit obſtacula, quæ pedem retrahunt, imò proſternunt penitus, vel ab occultis invidorum calumniis vel apertis hoſtium inſultibus.

## CAPUT XXXVIII.

### *De Similitudine.*

HOFMAN. Hîc quæritur *quid de Ejuſmodi Signaturis ſit judicandum? CL. HERMANNUS CONRINGIUS ingenioſiſſimus Naturæ Myſta de Hermetic. Medicin. eruditiſſimo tractatu Cap.* 20. Miror, inquit, applauſum inveniſſe hanc doctrinam apud quenquam extrà Paracelſi ſectam conſtitutum. Neque enim hujus ullum veſtigium apparet in omni priſco ævo. Nam ſi color, ſi figuræ probare ſeſe debeant pro certis virium ſignis, ubique ſemper in omnibus valeret illa collectio. (Certè quàm accuratiſſimè, ut omnia;) jam verò innumera neque colore, neque figurâ conveniunt cum partibus corporis, quibus medentur. Ex adverſo conveniunt, quæ mederi non poſſunt. Nunquid enim vel ſola vel omnia flava bili flavæ, ſola vel omnia nigra atræ bili, ſola vel omnia alba pituitæ commodant? Par ratio eſt omnium figurarum. Palma Chriſti v. g. manum belle exprimit, & tamen affectibus manuum non inſigniter prodeſt, imò vix prodeſt. Inanis verò eſt argumentatio; ſi figura illa & colores non ſunt inſtitutæ ad vires illas ſignificandas, fruſtrà eſſe à Naturâ conditas. Quemadmodum videlicet ſtirpes iſtæ, quantæ quantæ ſunt, corpora ſunt naturalia, in orbis totius complementum primariò, in hominis autem uſum non niſi ſecundariò & ex parte condita, (ante Morborum in hanc mundanam ſcenam ingreſſum, ita & colores ſuos & figuras eædem ſtirpes acceperunt, non tam humanum in uſum, quàm proprii finis gratiâ, eoque quod aliqua in his ſit cum homine ſimilitudo ſeu harmonia) id totum ex accidente eſt, & Naturæ quodam caſu. *CL. CONRINGIUM* κατὰ πόδα ſequitur *Nobiliſſ. HELMONTIUS in Diſpenſat. Modern.* Homo, inquiens, non Naturæ & viciſſim Natura non eſt hominis ſimulacrum, icon aut ſculptrum. Ipſe Deus creavit ſimplicia ad deſtinatos uſus cunctarum neceſſitatum. Herbarum dotes ſunt ex creatione, non ex poſſeſſoris uſurpatione. Nam proprietates jam ſuis inerant herbis ante peccatum, mortem & neceſſitatem. Deus dat ſcientiam ſimplicium, cui vult ex gratiâ, non per Naturæ ſigna. Quid cum pleuritide cognationis habet dens apri, ſanguis hirci, virga tauri, fimus equi, vel herba bellis. Deus omnia ad ſui gloriam & decorem univerſi creavit, per accidens autem ob futuros ex contingente morbos

¶ Dicta ſigna conſiderantur non modò in ſua natura ſimplici, ſed & quatenus deprehenduntur in rebus ſeu objectis diverſis convenire. Nimirum convenientia ſignorum conjecturare facit convenientiam ſignati. De ſimili enim idem judicium.

Eſt autem convenientia ſimilitudo qua res rem repræſentat, id eſt mentiri videtur ſeu æmulari: ſive ſcilicet figurâ id fiat, quæ potiſſimæ hîc conſiderationis, ſive qualitatibus ſenſibilibus ſolis, ſive actionibus & moribus, &c. Quinimo & antecedentium ſimilitudinem ſpectaſſe nonnunquam juvat.

*Sic repræſentant*

Partes humanas videlicet:

*Caput,* Papaver, Iuglans, nux Indica, pœoniæ folliculus, ſcyllæ radix, agaricum (repræſentat cerebrum.) fl. lil. convall. Umbella Dauci (nondum explicita.) Omnis generis nuces. Rutæ ſummitates (ſinus cerebri referunt) Roſa. Flores coronas mentientes

tientes uti primula veris, lychnis coronar. Cario-phylli.

N. *Medulla ſambuci medullam ſpinalem refert. Grana ejus, caput.*

*Oculos:* Grana herbæ paris, fl. Euphraſiæ, anthem. calthæ, hieracii, argemon, anemon. ſcabioſ. &c.

*Dentes;* Hyoſcyamus ſine ſiliquis, acini mali punici, pinei nuclei, dentaria, folia vermicularis, radix chelidon. min.

*Aures;* aſari folia, cochleæ.

*Naſum;* fol. mentaſtri aquatici.

*Oeſophagum;* canales allii; cæpe, leviſtici.

*Guttur* ſeu *tracheam aſperam;* pyrola, uvularia, cervicaria, caſſia fiſtularis, flores periclymeni.

*Diaphragma;* Alchimilla.

*Pulmones,* pulmonaria ſaxoſa, pulmonaria maculoſa, pulmonaria quercina.

*Cor;* Citri fructus, anthoræ radix, alleluja, fructus anacardi.

*Iecur;* Lichen, fungus betulæ, quercus, Iecoraria.

Venas Iecoris aut lienis excarnatas; Summitates anethi, fœnicul. aſparag. centaur. min. cærefol.

*Lienem;* Scolopendrium, lingua cervi, lingua avis dicta, lupinus.

Venarum vel arteriarum truncum excarnatum; abſynt. artemiſia.

*Ventriculum;* folia cyclaminis, Zingib. galanga.

*Inteſtina;* convolvulus, calam. arom. Caſſia fiſtularis, lumbrici.

*Veſicam;* Alkekengi, nux veſicaria, colutæa, ſolanum.

*Pudenda;* Arum, fabæ.

*Ligamentum umbilicare,* utero infixum; nymphææ ligamenta ſeu caulis.

*Teſticulos* ac *genitalia;* ſpecies omnes orchidum, ſatyrium, dracunculus, porrum, boletus cervinus.

*Uterum;* piſtolochia, ariſtolochiæ radix (radix cava) grana actes, Sambuci, cyclamen, placentam refert.

*Renes;* portulaca.

*Articulos;* hermodactylus, [ſcilicet quæ geniculata,] *harundo;* ſarſa pariglia.

*Manum;* palma Chriſti.

*Capillos;* muſcus arborum, capillus veneris, abrotanum.

*Repræſentant humores:*

*Bilem flavam,* plantæ floribus vel ſuccis flavis croceiſve, vel animalia ſimilia. Eaque vel in alimentorum numero ſunt; ut Cuminum (lividi coloris) crocus, beta, ficus, mel, &c. Vel in medicamentorum, ut; aloë, ſena, (floribus ex pallido luteis) abſyntium (aureo comarum flore) tithymali floribus croceis.) Colocynthis (flore & fructu luteo,) ricinus (flore & fructu luteo,) ricinus (flore flaveſcente,) rhabarbarum, &c.

*Bilem praſſinam;* Quæ viridi & herbaceo colore prædita, ut, blitum, atriplex (herbaceis floribus.)

*Bilem pallidam;* bryonia (florib. pall.)

*Bilem atram;* Quæ floribus, foliis vel ſucco nigreſcunt, purpuraſcunt; cœruleive ſunt coloris, ut: fabæ (floribus maculoſis) multaque leguminum genera floribus purpureis obſcuris, v. g. ſmilax hortenſis, vicia, blitum (folio nigro) tubera, carnes ferinæ. Cicer (flore cœruleo) veronica (fl. cœrul. vel purpur.) borrago: bugloſſa, &c.

*Pituitam;* plantæ albifloræ animaliave albicolora, v.g. cucurbita (fl. candidis,) fungi albi, lactuca, caro ſuilla, agnina, &c. agaricum, &c.

*Sanguinem;* quæ rubri coloris ſunt, vel rubro colore tingunt, ut; Santalum rubrum, rad. chinæ, filicis, acetoſæ, &c.

*Miſtos humores,* quæ miſti coloris ſunt, ut iris.

*Lac & ſperma,* quæ ſuccum lacteum fundunt, ut Lactuca, ſonchus, carduus lacteus, &c.

*Repræſentant animalia bruta eorumque partes, ſcil.*

*Scorpionem;* Radix yerva, Cyperi.

*Serpentes* & *Viperas,* Biſtorta; Coronopus ſylveſtris ſeu ſerpentina, (radicibus conſtat tenuioribus contortis in anguis formam,) Scorzonera.

*Herinaceum;* echinati caſtaneæ cortices, dipſaci capita, carduorum fructus.

*Animalium cornua;* cuminum contortis ſummitatibus, &c.

*Repræſentant morbos:*

*Calculum:* omnis generis calculi (criſtallus, ſilex; &c.) milium ſolis, radix ſaxifragiæ alb. cortices lapidei nucleorum ut & nuclei ipſi, cruſtacea omnia.

*Exanthemata:* Lentes.

*Excreſcentias:* Agaricum, gallæ, & reliquæ arborum excreſcentiæ. Lichen petræus veſiculis inſignitus, quæ referunt veſicas jecori nonnunquam adnatas.

*Ficus ani:* Scrophularia radice nodoſa.

*Herniam:* Perfoliata.

*Hydropem:* Bryoniæ radix (habet ſignaturam pedum hydropici.)

*Icteritiam:* Chelidonia (ſucco flavo) Crocus, Centaurea.

*Lentigines, Lichenes, Impetigines:* Betulæ cortex albis intus maculis, Lichen arboribus innaſcens.

*Maculas:* Allium, arum, ariſarum, perſicaria, pulmonaria (foliis ſcil. maculoſis.)

*Polypum:* Chelidoniæ minoris radix, Polipodii radix.

*Scabiem:* Polypodium in dorſo ſcabritiem refert; Sabina (ſuperficiei ſcabra) Aſelli.

*Spaſmum:* Limaces (levi occaſione ſeſe contrahunt) erinacei, lumbrici, aſelli, &c.

*Vomicas & Abſceſſus:* Tubercula arborum cum lacrymis inibi contentis: V.g. lacryma ſeu reſina novellarum abietum è tuberculis.

*Vulnera:* Perforata, mille folium (quia pertuſa ſunt & ſanguinem expreſſum exhibent.)

*Tumores:* Bardanæ tubercula; die Kletten. Enfleure. *Thesvvelledknobs of the Burdock.* Geſʒwollene knobbelen van de kliſſen.

## CAPVT XXXIX.

### *De cognitione qualitatum manifeſtiorum.*

A Fontibus ſignationis ad ſpecies deſcendimus, quæ etſi dari variæ poſſint, quippe nunc cognoſcendæ ſunt ipſæmet rerum ſpecies, nunc facultatum vigor, &c. Attamen, quia Medici de indagandis viribus præcipuè ſolliciti ſunt, harum inveſtigationem potiſſimum aggredimur; ſpecierum cognoſcendarum cupidum ad authores remittentes, qui magna inde compilârunt volumina. Si qua tamen ex ipſis neceſſaria fuerint, ſive ad diſtinguendam ſpeciem à ſpecie, ſive ad dijudicandam rem genuinam à falſa & adulterata, ſuis locis breviter indicare ſtudebimus.

N. *Præmittere hîc placet: rei cujuſque qualitates ſenſiles ( quippe quæ ob oculos ſunt, ) diſpoſitionem bonam malamve ſine difficultate arguere, adeoque res bonas cenſeri, quarum ſapor, odor, color, craſſities, tenuitasve ſoliditas aut raritas, durities, vel mollities, gravitas ſeu ponderoſitas aut levitas, &c. ſecundum naturam ſe habent; malas, è contra. His ſi ſigna reliqua addideris, circumſtantiaſque productionis, collectionis & aſſervationis conſideraveris, adeoque penſitaveris, quibus cauſis, qua materia, quo tempore, quo loco, quo modo, res ( E.g. nativæ, tum productæ, i. e. ſatæ, enatæ, educatæ, ) tum collectæ, tum quoque, quamdiu, quibus vaſis & locis, ut & quo modo fuerint aſſervatæ, his, inquam, certiùs de concepta bonitate decernere poteris.*

Facultates medicæ vel *manifeſtiores* ſunt, vel *occultiores.*

*Manifeſtiores*, quas & generaliores dicere licet, ſiquidem generaliter ſine reſpectu alicujus membri aut morbi conſiderantur, ſunt *primæ* dictæ & ex his dependentes *ſecundæ*. Occultiores & quas ſpecialiores dixeris, ſunt, quæ partem aliquam certam morbumve certum reſpiciunt.

N. *Majores in inveſtigandis ſolis manifeſtioribus ferè occupati fuerunt; Recentiores ad occultiores quoque penetrare ſtuduerunt. Fontes majorum præcipui fuerunt.*

1. Experientia. 2. Ratio, eaque quintuplex, ſcilicet 1. ſumpta à velocitate tarditateve alterationis, ( v. g. calfactionis, congelationis, &c. ) 2. ab odoribus. 3. à ſaporibus. 4. à coloribus. 5. ab operationibus & virtutibus cognitis. Vid. Avicen. l. 2. canon. Modernorum fontes in inquirendis occultioribus ſumuntur præcipuè, ſi ſignaturæ ſimilitudine. Vide Bapt. Portam in phytognom. quem ſecuti ſunt Quercetanus, Crollius, Nollius.

HOFMAN. *Majores in inveſtigandis ſolis manifeſtioribus ( qualitatibus ) ferè occupati fuerunt &c.* ) Vnde illud indiſcriminatum (Chaos, *inquit CL. Zwelferus in Pharmacop. Reg. præfat.* & tenebræ pluſquam cimmeriæ in Medicinam invectæ ſunt, quod ea ſaltem, quæ palpavimus & ſenſibus tractavimus nudas ac materiales qualitates ſcilicet rudi Minervâ, aut ut Canis ad Nilum contemplati ſimus, guſtui ac ſalivæ noſtræ Myſteria Naturæ revelanda & decernenda crediderimus, prout & ut *Dominus Autor noſter* iiſdem inhæret veſtigiis, unde mille errores propullularunt: Et acutiſſimus ſcientiarum reparator Franciſcus Baconus, Baro de Verulamio apertè dicit, Elementorum commentum, quod avidè à Medicis acceptum, quatuor complexionum, quatuor humorum, quatuor primarum qualitatum conjugationes poſt ſe traxit, tanquam malignum aliquod & infauſtum ſidus infinitam & Medicinæ, nec non pluribus mechanicis rebus ſterilitatem attuliſſe. Præceſſêre Majores Noſtri, eos aberrantes Nos ad præcipitia comitati ſumus, ſolas ſenſibiles qualitates in Morborum cognitione & curatione aſpectantes. Cùm tamen alia potiùs terere poſſimus veſtigia, queis non multi ex venerandâ antiquitate etiam anteceſsêre, qui non ſemper calida frigidis, humida ſiccis &c. ſed calida calidis quandoque medicati ſunt, ibi ſcilicet, vbi malignitatem cauſam à totâ ſubſtantiâ agentem ſubodorati ſunt, optimè callentes, quòd calida calidis reſiſtant, non ut calida ſunt, ſed ut à totâ ſubſtantiâ reagunt. Appropriata & ſpecifica Medicamenta cum alexiteriis altioris ſunt indaginis; quàm puræ effœtæ qualitates & accidentia purè materialia, calor, & frigus &c. Nam ad hæreſes iſtas qualitatum & ſaporum, ex quibus rerum Naturas, ſubſtantiam & activitates colligere hactenus aberratum eſt, multorum botanicorum rudis ſpeculatio induxit. Hi enim plantam, quam amaram, ponticam ac linguam pungentem ſensêre, ſuis aſſignatis gradibus & ſtatione calidam dixêre. Si quam inodoram, ſucculentam, acidam ut Lactuca, ſempervivum, acetoſa, hanc frigidis accenſebant. In aliis verò, ubi ratio ejus vel deficiebat, vel arguebat, Verbis Nos demulcebant, terminis ludentes, quædam non formaliter, ſed virtualiter vel eminenter calere, frigere & agere perhibentes. Colores porrò & qualitates etiam aſpectabiles eis anſam hariolandi multa dedêre. Sic nix camphoræ & albedo frigiditatem eis depingit, cùm tamen inflammabilis ſit, inter undas exardeſcat & veterum naphtam æmuletur. Divinus ſenex Nos non tam calida, frigida, humida, ſicca, quàm acida, ſalſa, pontica, amara, ſubſtantias & concreta vult contemplari, in iis enim latent rerum ſemina & formæ, ex his ſympathiæ & antipathiæ emanant, nobiſque lumen communicant ut citò, tutò ac jucundè ſpecificis auxiliis morbos profligemus & deleteriis inſultibus agentia à totâ ſubſtantiâ opponamus. Cur autem hactenus à plurimis, qui totum Medicinæ oceanum ſibi videntur exhauſiſſe, & omnium errorum voragines evaſiſſe, præſtitum non ſit, communis error & primarum qualitatum nudus aſpectus avocavit. Medicamentorum igitur ſimplicium virtutem ſi ſanis contempleris oculis & rectâ examines ratione, illas non à qualitatibus primis, ſed à ſeminali virtute, à formâ ſubſtantiam indutâ, ejuſque influxu dependere videbis, ad quem à Patre Luminum juſſa fuit, ut ſic ageret, juxtà ordinem, nec non ad Lumina, quæ in iis reſplendent. Tot autem diverſa emicant in creaturis lumina, quot dantur individua & agentia, dum quodvis operatur juxtà ſpeciem & finem, ad quæ à DEO deſtinata ſunt. Hinc illa effectuum differentia, hinc remiſſè & intensè, hinc uniformiter, difformiter & quicquid diverſitatis in effectu reſplendet, cauſæ agunt.

*Qualitates primæ cognoſcuntur.*

¶ 1. *Ex Sapore: Acer* vehementis caliditatis eſt indicium: *acutus* fit, cùm calor ad ſummum ſuperauctus eſt: *acerbus* eſt frigidus, ſiccus, & terreſtris: *acidus* eſt humectior quàm frigidior, fitque ubi cum auſtero plus humidi miſcetur: *amarus* fit, cùm calor plus, quàm par ſit, increbuit, ariditate & caliditate præſtans, ſiccitate ſcil. terreſtri: *auſterus* fit, ſi acerbus paulum remittatur, eſtque plus frigidus quàm humidus: *dulcis* exoritur ex temperata humiditate & caliditate: *Salſus*, ſi calor invaleſcit, ob id calefacit, abradit, abſtergitque: *Unctuoſus* ſeu pinguis, minùs quàm dulcis caliditate præſtat, atque aërêm participare videtur: *inſipidus* ſeu *aqueus* frigidæ ac humidæ ſtatuitur temperaturæ: *Bapt. Port. in Phytogn.*

N. *Duo quæ hîc moneam habeo. 1. eſt, quòd ut plurimum mixti occurrant ſapores, in quibus lingua facilè decipi adeoque judicium errare poteſt. 2. eſt quòd ſapores potiùs qualitatum ſalinarum, quàm elementalium primarum ſint indices. Verbi gratia Sapor* amarus *eſt naturæ ſalis gemmæ vel nitri, adeoque pollet facultate tergente, purgante, lumbricos fugante.* Acerbus *naturæ eſt aluminis & ſtipatur virtute aſtringente.* Acidus *eſſentia eſt ſalis ammoniaci, adeoque celebratur facultate incidente, æſtum extinguente, diſſolvente, coagulante, ( nimirum, teſte Quercetano, diſſolvit corpora, coagulat ſpiritus. )* Auſterus *naturam ſapit vitrioli, ea propter qualitatis eſt adſtrictoriæ, ſtipticæ, fermentativæ.* Salſus *natura eſt ſalſi aperientis, incidentis, abſtergentis.*

2. *Ex odore:* Odor ſaporis rationem ſequitur, magnaque eſt odoris & ſaporis cognitio. Hinc *odor gratus* bene olens utplurimum caliditatis eſt indicium; *fœtens*, frigiditatis ac humiditatis excrementitiæ. *Mordax, amarus*, caliditatis: *acerbus, acidus*, &c. frigiditatis. *Inolida* ſunt ferè quæ humida.

N. Avicenn. l. 2. Canon. c. 3. *Odor, inquit, qui ſentitur, ſi mordacitas, aut declinans ad latus dulcedinis, omnes illi calidi: ſi aciditas mucida, lenta, & omnes illi frigiditatem ( perhibent. ) & bene olentia pluri mum calida*, &c.

3. *Ex colore: Color albus & pallidus*, humidi temperamenti indicium, omnibuſque in rebus color albus imbecillitatem notare ſolet. *Flavus*, ex calore oritur. Flores, qui luculento colore nitent, ex cibo pingui & humido proveniunt. *Bapt. Port. in phytogn. Rubeus croceus*, &c. immodicæ ſiccitatis & caliditatis argumentum. *Viridis* ſeu *porracei* coloris folia ex humiditate multa proveniunt.

N. Baptiſt. Port. in Phytogn. lib. 2. cap. 36. *Flores recenter nati ob nativum humorem coloratiores ſunt, ætate provecti verò pallidiores, decolorati & deformes:*

*nam*

*nam ſicciores ætate fiunt. Sic* Avicenn.lib.2.can. cap.3. *Color albus in corporibus congelatis,quæ in ſe ( habent ) humiditatem, non eſt niſi ad ſubſtantiam frigidam, & in corporibus,quæ in ſe ( habent ) ſiccitatem,& divulſio non eſt niſi ad ſubſtantiam calidam & niger in utriſque per contrarietatem. Etenim frigus albificat humidum & denigrat ſiccum, & calor denigrat humidum, & album reddit ſiccum. Item ; ſunt quidam colores ( tendentes ) ad albedinem, & quidam eorum ad tincturam rubram & nigram. Etenim tendens ad albedinem, ſi eſt in natura in ſpecie frigidorum, eſt frigidior, & tendens ad alias ( rubedinem & nigredinem ) minùs frigidus. Et ſi eſt natura ad calidum ( vergens ) & res è converſo ( ſe habet. )*

Ex tribus hiſce præcedentibus primas tenet ſapor, hinc odor,poſtea color. Avicenn.

4. Ex *qualitatibus tactilibus: Craſſities* ſignum eſt 1. abundantium partium terreſtrium. 2. humidarum, videlicet frigore congelatarum. *Tenuitas* partium ignearum vel aërearum. *Denſum* vel eſt exiccatum, vel frigore congelatum concretumve. *Rarum* ſiccitatis comes. *Durities* ex ſicco eſt & terreſtri ( niſi humorum repletio & inde tenſio adſit ) *Mollities* humiditatem participat. *Gravitas* comes eſt denſitatis, *Levitas*,raritatis. *Lenitas* ex humiditate eſt ; *Ariditas* ex ſiccitate. *Lævitas* ex humiditate aërea vel aquea; eſt *Aſperitas* ex ſiccitate.

5. Ex *diſpoſitione* ſeu *mutabilitate*, ejuſque recipiendi modo facili vel difficili : E. g. Quæ res recipit velociùs calefactionem, calida cenſetur, quæ frigefactionem, frigida. Similiter quæ velocioris eſt congelationis,illa frigidior eſt,& quæ velocioris inflammationis, ea eſt calidior, &c.

6. *Ab Ætate. juniora* humidiora ferè ſunt, *vetuſta* ſicciora. Item creſcentia dum immatura adhuc, auſteritatem acerbitatemque ferè ſapiunt & inde frigiditatem.

7. *A loco natali : Lacuſtres* plantæ temperamenti ferè ſunt humidi & frigidi ; quod & animalia dulci aquâ degentia imitantur. *Paluſtres* ſunt ferè frigidæ ac ſicciuſculæ [ob aquam & terreſtrem eſſentiam.] *Fluviatiles* ſunt ſiccæ & inſigniter calidæ, ut quoque linguam nonnullæ exulcerent. *Marinæ* ſunt frigidæ & ſiccæ [frigidæ ob aquam, ſiccæ propter ſal.] *Pinguis* humi accolæ ſunt calidæ & humidæ, vel humiditate & ſiccitate temperatæ. *Iejuni ſoli* planta calida & ſicca exiſtit. *Mediocris terræ* convictrix, tepida eſt & naturæ noſtræ familiaris. *Arenoſi ſoli* planta eſt calida & ſicca, tenuium partium. *Ancipitis vitæ* plantæ temperamenti ſunt miſti : Similiter & animalia ancipitis vitæ,mixti temperamenti ſunt, & ut plurimum humidiora & excrementitia. *Plantæ amphibiæ*, in locis aſperginoſis enatæ, ſunt frigidæ & ſiccæ. *Litorales* marinæ plantæ, ſalis naturam ſapiunt, ſunt ergo calidæ & ſiccæ. *Monticolæ* plantæ, ex agri exilitate ſicci naſcuntur temperamenti & ex ſolis apricitate, calidi; ſunt inſuper partium tenuium. *Campeſtres* mediocriter calidæ ſunt & ſiccæ. Plantæ in *cavis locis* naſcentes frigidæ ſunt & humidæ [ ob ſolis abſentiam & ſoli fuliginem. ] In *collibus* naſcentes temperatæ ſunt. *Sylveſtres* domeſticis ſunt ſicciores & frigidiores [ ſi ſint ejuſdem ſpeciei. ] *Domeſticæ* ſunt mitiores & debiliores.

N. Dioſcorid. in præfat. l. 1.ad Areum: *Magni refert,ſi ea loca,in quibus herbæ prodeunt,clivoſa & ventis expoſita ſint & perflata, frigidaque & aquis carentia, cùm his in locis vires earum longè validiores intelligantur, cùm è contra, quæ in campeſtribus, riguis & opacis, cæteriſque locis à vento ſilentibus enaſcuntur, plerumque degenerent & minus viribus valeant. Sic &* Avicenn.l.2.tr.1.c.5. *Illæ (plantæ ) quarum collectionis loca ſunt ventoſa, vel quæ ſunt aëri & vento expoſita & ſunt verſus Orientem ſoli expoſita, ſunt fortiores aliis.*

HOFMAN. *A Loco natali &c.* ) Cur *Dominus Autor noſter* demum à Loco natali petit ſimplicium complexiones, hic enim tam parum ad hæc confert, quàm uterus maternus ad fœtus naturam. Semina autem,in quibus fermenta gliſcunt, hâc in re utramque implent paginam, à quibus tanquam ſcaturigine fluunt odores, ſapores, colores &c. Nec ex aquâ ſimpliciter, quæ ante fermentorum operationem nec ſapida, odorata, colorata, nec alexipharmaca, nec anti-ſcorbutica, &c. ſed pro diverſitate fermentorum in ſeminibus deliteſcentium, quibus nubit, capax eſt recipere Myriades idearum & ſignaturarum; hîc plantaſcit in abſintio, coloris viridantis, amareſcit & fit ſtomachicum & epaticum. Illic mineraſcit in Auro colore fulvo, in Argento albo,in vitriolo virideſcit & cœruleo colore ſignatur.

¶ Ad eundem ſenſum ait & Quercetan. l. 1. defenſ. Herm. c. 8. Videre eſt ſimplicia vehementis Evacuationis, in montibus potiùs & ſaxoſis locis, aut inter rupes, ubi nativa ſedes eſt metallicorum ſpirituum quàm in pingui, & fertili loco luxuriare. Quæ ut mitiora & correctiora reddantur, ac ſylveſtrem illam ſuam naturam exuant, in domeſticos hortos traducenda ſunt & tranſplantanda.

8. *Ab operationibus.* Sic *calidum* cenſetur, quod ſubtile reddit,reſolvit, abſtergit, aperit, mollit, maturat,concoquit, diſcutit, incidit, attrahit, mordicat, rubefacit, adurit: &c. *Frigidum*, quod repellit,incraſſat; crudum facit:&c. *Siccum*, quod conſtringit,exprimit: *Humidum*, quod inflat,abluit, lubricat, lævigat, &c. Avicenn. l. 2. can.

N. *Facultates hæ pleræque rectiùs ſalibus acceptæ feruntur.*

9. Hiſce *Experientiam* ſuperaddere neceſſum eſt, quæ ſola, reliqua ferè omnia certitudine vincit : Obſervatis tamen conditionibus, ad experientiæ certitudinem requiſitis. De quibus ſupra c. 37.

*Qualitates ſecundæ cognoſcuntur.*

*E datis qualitatibus primis :* Nimirum his cognitis non poſſunt non innoteſcere, & qualitates ſecundæ utpote quæ primarum proximè pediſſequæ ſunt. E. g. calidum reddit ſubtile, abſtergit, aperit, maturat,concoquit,diſcutit,incidit, &c. Non parvi autem hic momenti eſt, ſapores examinare; atque ſecundùm eos, uti ſupra diximus, qualitates ſecundas demetiri.

## CAPVT XL.

### *De Inveſtigatione qualitatum occultarum.*

FAcultates occultiores ex *ſimilitudine* inprimis conjecturantur, hinc *experientiâ* confirmantur.

N. *De facultatum occultiorum inveſtigatione qui prolixius erudiri ſatagit, conſulat Phytognomonicam Ioh. Baptiſtæ Portæ. Signaturas Crollij baſilicæ ſuæ annexas : Quercetani ſignaturas in libro de priſca medicina collectas : Nollium in phyſicis. Nos compendij ſtudio, quàm breviſſimis eam regulis includimus. Et ſunt.*

1. Plantæ, quæ repræſentant *partem* aliquam hominis, habentur eidem ſalubres [ puta niſi ſubſit venenata qualitas. ] Sic *capiti conveniunt capitata : Iuglans, nux indica, &c.* Idem ſentiendum de animalibus eorumque partibus. *Sic confert Lien, lieni; Epar, epati*, &c.

2. Plantæ quæ colore ſuo, &c. repræſentant *humorem* [ in homine ] eidem convenire conjecturantur,

adaugendo, ſi in alimentum venerint, expurgando, vel corrigendo, ſi in medicamenta, *V. g. Bilem flavam generant, quæ in alimenta veniunt crocei flaviq; coloris: crocus, beta, ficus, mel, &c. Vide ſupra c.* 38.

3. Quæ repræſentare videntur *morbum*, morboſumve habitum, ad curationem ejuſdem facere ſtatuuntur; Sic proſunt in calculo, ea quæ repræſentant lapides. E. g. milium ſolis, teſtæ ovorum, &c. Sic abolent maculas herbæ & animalia maculoſa: ſquamas, ſquamoſa. Sic ſanant perforationes corporis, i. e. vulnera herbæ ſcil. perforatæ: Sic plantæ quæ gummi & reſinas reſudant, ad gummi & pus valent. Plantæ & animalia tumentia, tumentibus partibus proſunt. Plantæ & animalia quæ caudicis fiſſionem & vulnera patiuntur, ad glutinanda vulnera faciunt: Quæ corticem cutemve facilè abjiciunt, ad mundandam cutem. Vide Joh. Bapt. Port. Phytogn. l. 5. & ſupra c. 38.

4. Plantæ & animalia qualiter in *actionibus* & *moribus* deprehenduntur, taliter & in homine ſtatuuntur operari.

N. *Nimirum uti diximus c.* 36. *Unaquæque res movet & convertit ad ſuum ſimile. Si igitur volumus operari ad aliquam proprietatem vel virtutem; quæramus animalia vel res alias, quibus talis proprietas vel actio excellentiùs ineſt. Quid autem per actiones intelligatur, diximus cap.* 37.

Sic res ſterilis creditur reddere homines ſteriles, V. g. Lactuca, filix, ſalix, ſabina, &c. Vt & animalia ſterilia, mulus, &c. Sic res ſalaces & fœcundæ fœcunditatem inferre cenſentur & ad venerem facere. E. g. Paſſer, ſtincus, &c. Plantæ multiferæ, animaliaque multipara facere ad conceptum ſtatuuntur, &c. Plantæ longævæ perpetuoque virentes, vigorem homini conciliare dicuntur. Herbæ & animalia voracia, concoquendi facultatem hominibus præſtare. V. g. lucii, lupi. Animalia, quæ ingenio & docilitate valent ad hominum intelligentiam & memoriam valere. Econtra quæ indocilia, ruditatem conciliare. Animalia triſtia, triſtes efficere; ſomniculoſa, ſomniculoſos: Vigilantia, vigiles; ferocia, feroces; iracunda, iracundos, &c. Bapt. Phytogn. l. 6. & 7.

5. Plantæ quæ inter ſe vel cum parte aliqua animalis, quoad *ſignaturam* conveniunt, & viribus convenire ſtatuuntur.

N. *Configuratio, i. e. ſimilitudo ſignaturæ quæ in uno & altero deprehenditur, ceu effectus ſimilis præſupponit ſimilitudinem utriuſque interni agentis, idque tanto evidentiùs, quanto ſignatura illa fuerit arctior. Sic conjecturantur alexipharmaca quæ C. Cervi mentiuntur, ſerpenteſve repræſentant, &c. idque ex hoc fundamento; quòd id quod C. Cervini figuram gerit, à ſimili principio interno ſit productum, à quo idem illud Cornu. Similitudo igitur principii conjecturare facit ſimilitudinem virium.*

Et tantùm de Iſagoge, *&c.*

PHARMA-

# PHARMACOPOEIÆ MEDICO-CHYMICÆ,

## *LIBER SECVNDVS.*

# DE OFFICINA.

### HOFMANNUS.

IN antecedentis *LIBRI I. Cap.* 18. egit *Dominus Autor* jamdum *de Rerum aſſervandarum Loco*, & *in hoc Libro II repetit* DE OFFICINA, cùm tamen hæc nec re, nec ratione differant, quid enim *Officina* aliud eſt, quàm Locus ſeu Apotheca, in quâ ſimplicia & compoſita Medicamenta in quantitate & qualitate electiſſima debent inveniri cum inſtrumentis pharmacopoëticis, quid igitur opus fuit hîc repetiiſſe? Præterquam, quod infrà aliàs ſingulorum ſimplicium ex regno minerali, vegetabili & animali deſumptorum mentio fiat. Sed compoſita ſuffeciſſent, de quibus quid animadverſione & annotatu dignum occurrerit, ſequentes oſtendent paginæ.

---

## CAPUT I.

### *De Definitione & Diſtributione Officinæ.*

OFficina eſt pars pharmacologiæ, quæ ſeriem rerum medicamentalium ſecundùm claſſes officinales deſcribit.

N. *Subjungimus claſſibus præparatorum compoſita quæque famoſiora ac celebriora, utpote quæ non modò non patiuntur ad ſpecialiores libros referri, ſed & viſa ſunt regularum illuſtrationi inſervire.*

Claſſes officinales voco, quæ officinis ſunt uſuales, ſive extemporaneo uſui eæ deſtinentur, ſive aſſervationi uſuique futuro. Suntque claſſes hæ tum Nativorum, tum Præparatorum.

Nativa ſunt triplicis ſortis: vel enim ſunt naturæ, macrocoſmicæ, vel vegetabilis, vel animalis.

E regno *macrocoſmico* ſunt mineralia vulgò dicta: Terræ, Aquæ, Lapides, Metallica ſeu mercurialia, ſalia, & ſulphura.

Ex familia *Vegetabilium* ſunt: 1. Aromata, Cortices, Flores, Folia ſeu herbæ, Fructus, Fungi, Ligna & Viſca, Radices, Semina. 2. Succi, Olea, Reſinæ; Gummi-reſinæ, Gummi.

Ex *animalium* proſapia ſunt: 1. Animalia integra; Partes carnoſæ, membranoſæ, Cornua, Oſſa, cruſtacea ſeu teſtacea, Lapilli, Lac, Fella, Medullæ, Pinguedines ſeu axungiæ, Sanguis, Seva, Stercora, Vrina, Vngues & Vngulæ, Coagula.

Et hæc ſingula generatim hoc libro deſcribuntur, ſubjunctâ ſerie ſuorum præparatorum.

Præparata ſunt: Aceta, Aquæ, Balſami, Boli, Calces, Cataplaſmata, Clyſteres, Condita, Confectiones, Conſervæ, Decocta, Electuaria, Elixyria, Emplaſtra (Cerota) Emulſiones, Errhina, Epithemata, Extracta, Farinæ, Feculæ, Flores, Gargariſmi, (collutiones) Gelatinæ, Infuſiones, Iulepi, Lapides, Liquores (per deliq.) Magiſteria, Maſticatoria, Morſelli, (Rotulæ) Moreti, Olea, Potiones, Pilulæ, Poma ambræ, Præparata, Pulveres (Trageæ) Species, Salia, Spiritus, Succi, Syrupi, Tincturæ, Trochiſci, Vnguenta (Balſami Vnguentarii, Linimenta.)

## CAPUT II.

### *De Terris.*

TErræ Officinales ſunt ſolùm, quas experientia medicamentalibus viribus imprægnatas edocuit. Tales ſunt terræ minerales dictæ.

Terra Armena, bolus armena, vera ſeu orientalis.

Bolus vulgaris, Bohemica, Brunduſiaca, &c.

Terra Iaponica. Terra Laubacenſis.

Terra Lemnia. T. ſigillata Turcica.

Terra Melitenſis.

T. Sileſiaca. T. ſigillata Sileſiaca: Lignicenſis, Strigenſis.

Creta, Kreid. De la Croye, ou Craye. *Chalk, & Fullers Clay.* Kryt.

Gypſum; Gyps. Du Platre. *Parget*, or *Lime-playſter. Gypſum.* Gyps/ ofte Kalck/ of Pleyſter.

Marga, Mergell. De la Marne, qui eſt une ſorte de terre blanche. *Marle. A kind of clay & chalk together.* Mergel/ kalckachtige kley.

Lithomarga, medulla ſaxorum, Steinmarck. Moüelle des pierres. *Marrovv* or *Pith of Stones.* Merch van ſteenen.

Ochra; Ochergeel. De l'Ochre. *Oker* us'd in painting. Oker/ berch-geel/ gebruyckt by de Schilders.

Rubrica fabrilis; Röthe / Röthelſtein. Terre rouge, ou Croye rouge. *Rattle-ſtone.* Ratelſteen.

Tripolis, Terra tripolitana.

Vires: *De Viribus terrarum, quia generali penicillo depingi nequeunt, l. 3. ſigillatim agemus.*

*Præparata* communiora ſunt, 1. Præparata in ſpecie ſic dicta. 2. Deſtillatæ aquæ, ſpiritus, &c. Vide partim infra in claſſibus præparatorum, partim lib. 3.

## CAPVT III.

### *De Aquis.*

AQuas officinales tum nativas eſſe, tum artificiales ſeu præparatas, libro ſuperiore diximus.

*In claſſe nativarum ſunt:*

Aqua fontana, Springwaſſer. Eau de Fontaine. *Fontain-vvater.* Fonteynwater.

Putealis, Brunnenwaſſer. Eau de puits. *VVel-vvater, or piuvvater.* Putwater.

Fluvialis, flieſſend Waſſer. Eau de Riviere. *River vvater, or running vvater.* Revier water. Vloeyende water.

Glaciei Martiæ, Mertzeneißwaſſer. Eau de glace du Mois de Mars. *March-ice-vvater.* Water van Maert-ys.

Lacuſtris, ſtehend Waſſer. Eau de lac. *Ditch-vvater.* Slootwater/ of Veen-water.

Pluvia nivea, Regen und Schnee-Waſſer. Eau de pluye. Eau de Neige. *Rain-vvater and Snovv-vvater.* Regen en Sneeuw-water.

Tonitrualis, Donnerregenwaſſer. Eau de pluye quand il tonne. *Thunder rain-vvater.* Donder-regen-water.

Ros majalis, Meyentau. La Rosée de May. *May-devv.* Mey-water.

His adjungi poſſent aquæ minerales, quales ſunt acidulæ ac thermæ, verùm quia Officinis peregrinæ ſunt, eas hîc loci prætermitto.

N. *Unicum quod hîc moneam eſt, quoties aquæ ſimpliciter mentio ſit, fontanam intelligi, eamque puram, limpidam, levem. Levitas enim uti ſpirituum copioſorum nota eſt, Exempli gratiâ, in Vino, cereviſia, &c. ita & in aqua bonitatis indicium non ultimum exiſtit.*

*Præparata* uſitatoria ex aquis præter pluviam deſtillatam rariſſima ſunt, niſi ſcilicet decocta, &c. quæ aquæ ope fiunt, huc referre velis.

## CAPVT IV.

### *De Lapidibus.*

LApidis vox tum inter nativa locum obtinuit, tum inter præparata. In nativorum numero ſunt 1. Minerales lapides, de quibus hîc. 2. cruſtacei lapides, quales in capitibus quorundam piſcium; de quibus in animalibus. 3. cortices lapidei nucum. 4. acini duriuſculi, &c.

*Lapides minerales officinales ſunt.*

1. *Lapides pretioſi* ſeu Gemmæ.

Amethyſtus, Amethyſt. La pierre Amethyſte. *An Amethyſt.* Amethiſt. Een ſteen van een violette coleur.

Carneolus, Sarda, Sardonier. La Carneole. *Sardius, or A ſtone of the colour of Fleſh. Carneolus.* Sardius. Een ſteen van Vleeſſche coleur. Carneolus.

Chryſolithus, Chryſolith. La Chryſolite. *A Chryſolite, shining vvith a golden colour.* Chryſolithus ofte Jacinth/ van een goude coleur.

Granatus, Granat. La pierre de Grenat. *A Granat-ſtone.* Granaetſteen.

Hyacinthus, Hyacynth. La pierre d'Hyacinthe. *Lacinct, or Hyacinth.* Hyacinthus. Een Beemſteen Hyacint.

Rubinus Orientalis, Rubin. Rubis du Levant. *The Oriental Ruby.* Robyn van't Ooſten.

Smaragdus, Smaragd. l'Emeraude. *An Emerauld.* Een Smaragd.

Huc Margaritæ, Perlen. Des Perles. *Pearles.* Peerlen.

Corallia, Corallen. Des Coreaux. *Corals.* Coraelen.

Lapis Bezoar Orientalis & Occidentalis, Orientaliſch und Occidentaliſch Bezaorſtein. Bezoar du Levant & de l'Occident. *Bezoar-ſtone Oriental & Occidental.* Bezoar of Beverſteen van het Ooſten en Weſten.

Ex his quinque κατ' ἐξοχὴν pretioſi dicuntur.

Granatus, Hyacinthus, Sapphirus, Sarda, Smaragdus.

2. *Lapides minus pretioſi.*

Lapis Ætites, Aquilæ, Adlerſtein. La pierre d'Aigle. *Ætites. A ſtone like an Eagle vvith a vvithe tail. Eagleſtone.* Arent-ſteen of Adelaer-ſteen.

Alabaſtrum, alabaſtrites. Alabaſter. De l'Albatre. *Alabaſter.* Alabaſtren/ Albaſter.

Amiantus, alumen plumoſum, Federweiß. La pierre Amiantus, ou Alun de Plume. *Earth flax, or Salamanders hairs: a kind of ſtone like Alum, yet tozie like vvool.* Aerd-vlas/ gelijck Aluyn.

L. Armenus, Armenerſtein. La pierre d'Armenie. *Armenian-ſtone.* Steen van Armenien.

L. Calaminaris, Galmeyſtein. La pierre Calaminaire. *Calaminaris ſtone, out of vvhich braſſ is dravvn.* Calaminaer-ſteen.

Cryſtallus, Chryſtall. Du Cryſtal. *Cryſtal.* Cryſtael.

Hæmatites, Blutſtein. La pierre Hæmatite *Hematites. A blood-ſtone.* Bloedſteen/ een ſteen root gelijck bloet/ die de bloet-loop ſtelpt.

L. Iudaicus, Judenſtein. La pierre Iudaique. *The Ievvs-ſtoone.* De Jode-ſteen.

L. Lazuli, Cyanus, Lazurſtein. La pierre d'Azur. *Azur ſtone, or Lazulſtone.* De Lazuuren-ſteen.

L. Lyncis, Lyncurius, Luchsſtein/ Donnerkeil. La pierre de Lynx, *Lyncian-ſtone.* Steen van de Lynx.

Magnes, Magnetſtein. La pierre d'Aimant. *A load-ſtone.* Magnetſteen ofte Zeyl-ſteen.

Marmor, Marmelſtein. Du Marbre. *Marble-ſtone.* Marmer-ſteen.

L. Nephriticus, Grießſtein. La pierre Nephritique. *Nephritick-ſtone, for the reins.* Steen voor de Nierzucht.

Oſteocollus, Wellſtein/ Steinbeinwelle/ Beinbruch. La pierre Oſteocolle. *Oſteocolla. A ſtone like a bone. Bonebinder.* Oſtiocolla. Wauſteen/ gelijck een been.

Pumex, Bimbsſtein. La pierre Ponce. *A Pumice-ſtone.* Puym-ſteen.

L. Sciſſilis, Schieſferſtein. La pierre Sciſſile. *A ſtone*

*ſtone that may eaſyly be cut or divided. Selenites. Schiverſtone.* Een ſteen die licht kan geſneeden worde. Een lief-ſteen.

L. Serpentinus, Ophites, Serpentinſtein. La pierre Serpentine. *Serpentin ſtone.* Serpentiin-ſteen.

Silex, Kieſelſtein. Un Caillou. *Flintſtone.* Een keyſel-ſteen/ of vyerſteen.

Smiris, Smirgel. l'Emerille. *Smiois. A ſtone that glaſiers cut their glaſſ vvith. Smirgle.* Smirgel / een ſteen die glas ſnijdt.

L. Specularis, Selenites, Aphroſelinus, Frauweneiſt. La pierre Selenite ou Aphroſelenon. *Selenites. A ſtone clear as glaſſ, vvherein is a vvhite, vvich encreaſeth & decreaſeth as the Moon doth. A ſpecular ſtone.* Maen-ſteen/ klaer als Cryſtal.

Spongites, Spongiæ lapis, Schwammenſtein. La pierre d'Eponge. *Spungeſtone. A ſtone found in Spunges.* Een ſteen in Spongien gevonden.

Talcum, Talck. Du Talc. *Talk. The ſtar of the earth.* Talck.

Huc calculus humanus.

Vires. *Lapidioſa omnia, teſte Galeno l. 9. ſimp. deſiccatoria vi pollent, tum exiccatoria ſunt.*

*Præparationes* pro diverſa natura lapidum diverſæ quoque ſunt. Unde & diverſa præparata. Videlicet 1. Præparata in ſpecie ſic dicta. 2. Sal [ impropriè ſic dictum.] 3. Magiſterium. 4. Liquor ſeu oleum. 5. Elyxir. 6. Eſſentiæ. 7. Flores. 8. Syrupi. 9. Ingrediuntur quoque alias medicamentorum compoſitorum formulas. De quibus pleniùs lib. 3. ùt & infra in præparatis.

## CAPVT V.

### *De Metallis, & quæ eis affinia ſunt.*

AUrum foliatum finum, Geſchlagen fein Gold/ Blattgold. De l'or en feüille, tres fine. *Fine beten Gold. Leaf-gold.* Fyn geſlagen Gout. Bladtgout.

Duplicatum, Halb geſchlagen Gold. De l'or en feüille, moins fine ou deliée. *Half beaten Gold. Double refined.* Half geſlagen gout. Dubbelt gout.

Vilius, miſtum, bicolor, Zwiſchgold. De l'or moins pur & mêlé de quelque peu d'autre metal. *Mixed, baſer gold, party colourd,* Gemengelt/ ſlechter gout.

N. *Eſt aurum alcoholiſatum ad ſcribendum,* Muſchelgold. De l'or reduit en Alcohol, ou rendu tres doux, on s'en ſert à écrire. *Muſclegold, finely povvdered.* Moſchelgout / Gepulveriſeert.

Argentum foliatum finum. Blattſilber / geſchlagen Silber. De l'Argent en feüille tres fine: *Leaf-ſilver. Beaten ſilver.* Blad ſilver. Geſlagen ſilver.

Duplicatum, halb geſchlagen Silber. De l'Argent en feüille moins fine ou deliée. *Half beaten ſilver.* Half geſlagen ſilver.

Æs, Cuprum, Kupffer. Du Cuivre. *Copper, Braſſ, &c.* Koper.

Æris ſquamæ craſſiores, Kupffer/ Hammerſchlag. Des lames de Cuivre ou d'airain des plus épaiſſes. *The ſcales, or shavings of braſſ.* De grove ſchubbe van koper. Hamer ſlach.

Æris flos, Viride æris, Spangrün. Du verdet, ou verd de gris. *Flovver of Braſſ, Vert-de-Greeſe.* Bloem van koper.

Ferrum, Eiſen. Du Fer. *Iron.* Yzer.

Ferribaturæ, ſquamæ, Hammerſchlag. Des Ecailles qui ſe ſeparent du fer quand on le bat. *Scales beat off from iron.* Hamer ſlagen yſer.

Limaturæ, Feilach. La limaille de fer. *Fileings.* Alſvuilſelen.

Scoriæ, Schlacken. De l'impureté ou Ecume du fer. *Droſſ* or *ruſt* of Mettals. Schuym en vuyligheyt van Metalen.

Plumbum, Bley. Du Plomb. *Lead.* Loot.

Uſtum, calcinatum, Gebrand/ bley. Du Plomb brulé ou calciné. *Burnt or calcined lead.* Gebrant of geſmolten loot.

Stannum, Zinn. De l'Etain. *Tin.* Tin.

Metallorum præparationes, Videſis lib. 3.

*Metallis affinia ſunt.*

Mercurius, Queckſilber. du Mercure, ou Argent vif. *Quickſilver.* Quickſilver.

Cinnabaris, Zinnober. Du Cinnabre, qui eſt un mineral croiſſant en Dybie, plus rouge que vermillon. *Cinnabar.* Cinnabar.

Antimonium, Spießglas. De l'Antimoine. *Antimony.* Antimony.

Huc *Excrementa à Metallis ſegregata.*

Biſmuthum, Biſmuth. Du Biſmuth, ou Etain de glace. *Biſmuth.* Biſmut.

Cadmia nativa metallica, Cobaltum, Muckenpulfer. De la Cadmie. *Naturall metallin Cadmia, Braſſ Ore.* Cadmia, een metael onder koper gevonden.

C. Factitia.

Lithargyros Auri, Goldglett. La litharge d'Or. *Litharge of Gold.* Litharg, of ſchuym van gout.

Argenti, Silberglett. La litharge d'Argent. *Litharge of ſilver* or *the froth of ſilver.* Litharg, of Schuym van Silver.

Pompholyx, Nihili album, Tutia, Augennicht. De la Tuthie. *Tutty, the ſoil that comes of braſſ.* Tutia: die van koper vliegt. Præparata ſingulorum elabuntur, lib. 3.

## CAPVT VI.

### *De Salibus.*

SAlia in Officinis nativa ſunt & præparata ſeu artificialia.

*Nativa ſunt.*

Alumen rupeum, Roche, Alaun. Alun de Roche. *Rock or roch-Alun.* Rots-Aluyn.

Saccharinum, N. *præparatum eſt.*

Sciſſile, Spaltalun. Monde Glace. *Splitting Alum.* Scheur Aluyn.

Sal ammoniacum, Salmiax. du ſel ammoniac. *Salt armoniack.* Sout van Ammoniacum.

Commune, gemein Saltz/ Speißſaltz. du ſel commun. *Common Salt.* Gemeyn Sout.

Gemmeum, Steinſaltz. du ſel Gemme. *Sal Gem. digged out of a mine.* Sal Gem. Sout genick Cryſtael/ gegraven uyt een ſteen-kuyl.

Nitri, Salpetræ, Salpeter. du ſel Nitre, du Salpetre. *Salt of Niter.* or *Salt-peter.* Salpeter.

Vitriolum album, Galitzenſtein / Augſtein/ Weißvitriol. du vitriol blanc *White-vitriol.* witte Vitriool.

Cœruleum, cypreum, Cypriſch Vitriol. du vitriol bleu ou de Cypre. *Cyprian, skie coloured* or *Roman Vitriol.* Cypriaen of Romeyn Vitriol.

Viride, gemein Vitriol. du Vitriol verd ou commun. *Green Vitriol, common.* Groen Vitriool/ gemeyn.

## CAPUT VII.

### *De Sulphureis.*

Sulphur Caballinum, Caßſchwefel. du Souffre le plus groſſier & le moins pur. *Brimstone,* or *Horſe Sulphur. dregs of Live-ſulphur.* Solfer / paert Swaevel/ gemeyn.

Citrinum, gelber Schwefel. du Soufre jaune *Yellow, Citrin Brimſtone.* Geel Swaevel / of ſolfer.

Vivum, lebendiger Schwefel. du Soufre vif. *Live-Sulphur.* Levendigh Swevel.

Ambra, Ambra-Griſea, Amber/ rechter Ambar. de l'Ambre, de l'Ambre gris. *Amber. Amber-greeſe.* Amber. Amber-grys.

*Bitumina.*

Aſphaltos, Bitumen Iudaicum, Jüdenpech/ Brillenpech. Bitume de Iudée. *Iews bitumen. A fat clay or ſlime, os the nature of brimſton.* Jodepick/ brandende gelyck ſolfer.

Carbo petræ, Steinkohlen. des Charbons de pierre. *Peter Coal.* or *ſtone coal.* Steen-cool/ of Peter-cool.

Gagates.

Naphtha.

Petroleum, Steinöl. de l'huyle Petrole, ou huyle de pierre. *An oyly ſtone.* Een olyſteen.

Sperma ceti, Wollrath. de la Nature de baleine. *Sperma Cæti. Seed of the Whale* (*ſo called*) Sperma Cæti. Saet vande Walviſch (ſoo men ſeyt.)

Succinum, Carabe. 1. Candidum. Agſtein/ Bornſtein/ Weiß. de l'Ambre blanc *White Amber.* witte barnſteen.

2. Citrinum, gelber Bornſtein. de l'Ambre jaune. *Yellow Amber.* Geel barnſteen.

De ſingulis his agetur pleniùs l.3.

N. *Cruſtacea, E.g. conchæ, &c. in animalibus deſcribentur.*

## CAPUT VIII.

### *De Aromatibus.*

Inter vegetabilia primum locum meritò ſibi vendicant aromata, quippe quæ, uti reliquis communiora ſunt, ita & in præſcriptionibus (receptis ut vocant) ſimpliciter præſcribuntur, non facta mentione aliquâ, ſive ex radicum numero illa ſint, ſive ex fructuum, florum, corticumve. Talia ſunt.

Antophylli, Mutternäglein. Une eſpece de Gyrofles des plus gros. *Some ſorts of Cloves.* Nagelen van een groote ſlagh.

Calamus aromaticus, Calmuß / Wurtzrohr. Canne odorante, ou odoriferante. *Calamus Aromaticus,* or *ſweet-cane.* Soet-ruyckende Calamus of Riet.

Cardamomum majus, groß Cardamömlein. Le grand Cardamome. *Greater Cardamom Grains of Paradiſe.* Grooter Cardamon. Paradijſche greynen.

Minus, Klein Cardamömlein. Le petit Cardamome. *Cardamom the leſſ.* kleynder Cardamon.

Caryophylli, Nägelein. Des Gyrofles. *Cloves.* Nagelen.

Caſſia lignea, Mutter-zimmet. de la Canelle groſſe. *Caſſia Lignea, Wod-Caſſia.* Hout-Caſſia.

Cinnamomum, Canella. Zimmet/ Canell. de la Canelle. *Cinamon.* Caneel.

Coſtus Arabicus Verus, Cinamomum album, weiß Zimmet. de la Canelle blanche. *Coſtus Arabian.* or *white Cinamon.* oude Arabiſche Coſtus. witte Caneel.

Crocus Orientalis, Orientaliſch Saffran. du ſaffran du levant. *Eaſtern Saffron.* Ooſterſe Saffraen.

2. Auſtriacus, ſ. Ungaricus, Oeſterreichiſcher oder Ungariſcher Saffran. du ſaffran d'Auſtriche, ou d'Hongrie. *Auſtrian, Hungarian ſaffron.* Ongerſe Saffraen.

Cubebæ, Cubeben. des Cubebes. *Cubebs.* Cubeben.

Folium Indum, Malabathrum, Jndiſchblat. du Folium Indum. *Indian leaf.* Jndiaenſch Bladt.

Galanga major, groſſer Galgan. de la grande Galange. *Galangal the greater.* Grooter Galangia.

Gal. Minor, Galgan. de la petite galange. *The leſſ Galangal.* De Cleyner Galiangia.

Grana paradiſi, Cardamomum Arabum, Paradyßkörner la graine de Paradis. *Grains of Paradyſe, Arabian Cardamom.* Paradyſche greynen. of Arabiſche Cardamom.

Macis, Muſcatblüt. la fleur de Muſcade. *Mace.* Foelie.

Nuces moſchatæ, myriſticæ, Nuciſtæ, Muſcatnüſſe. des noix Muſcades. *Nutmegs.* Note-Muſchaeten.

Piper album, Weiß Pfeffer. du Poivre blanc. *White Pepper.* Witte peper.

Longum, langer Pfeffer. du Poyvre long. *Long Peper.* Lange Peper.

Nigrum, ſchwartzer Pfeffer. du Poyvre noir. *Black Pepper.* Swarte Peper.

Schœnanthum, Cameelsheu. De la Schœnanthe. *Schœnanth.* Schoenanth.

Spica Celtica, Romana, ſaliunca, Celtiſch Spick. Le nard Celtique. *Spike Celtick, Roman.* Celtiſche en Romeynſche ſpijck.

Zedoaria, Zittwan. La Zedoaire. *Zedoary.* Zedoaria.

Zingi-

Zingiber ſinum album belletinum, Belladin Ingwer/ guter waſſer Thron Ingwer. Du Zingembre blanc. *White Ginger.* Witte Gengber.

----debuli vel rubei, geel oder rother Ingwer. Du Zingembre Iaune ou rouge. *Yellovv* or *Rhed Ginger.* Geele of roode Gengber.

Vires: *Aromata in genere ſunt calida & evidenter ſicca, partium tenuium, hinc incidunt, attenuant, aperiunt, &c. Vide in ſingulis plenius.*

*Præparata* ex aromatibus fieri poſſunt formularum variarum: Apta ſcilicet nata ſunt ſubire infuſionem, decoctionem, confectionem, pulveriſationem, adeoque immiſceri poſſunt Electuariis, Trochiſcis, &c. Potiora tamen & minùs vulgaria quæ inde conficiuntur, ſunt: Extracta: Aquæ, Olea, Salia, Magiſteria.

N. *Vis aromatum, quia in parte volatili potiſſimùm conſiſtit, præſtat inde conficere præparata volatilioris naturæ, ut ſunt deſtillata, &c.*

## CAPVT IX.

### *De Corticibus.*

*Cortices Officinis uſitatiores ſunt.*

1. E Fructibus: cort. Aurantiorum. Pomeranzenſchalen oder Rinde. Ecorces d'Oranges. *Orangeskins* or *peels.* Oranieſchellen.

Caſtanearum, Caſtanienſchulffen. Pellures de Châtaignes. *Chesnutshells,* Kaſtanie ſchellen.

Citri, Citronenſchalen. Ecorces de Citrons. *Citron peels.* Citroenſchellen.

Glandium, Cupulæ glandium, Eichen Hütlein. Des Coques de glands. *Acorn-cups.* Eyckelen Hutten.

Granatorum Malicorium, Granat Appel-Rinde. Ecorces de Grenades. *Pomgranate-peels.* Granaet-appelſchellen.

Iuglandis viridis, grüne Nuſchalen. Ecorces de Noyer verd, *VValnuts green husks.* Groene ſchellen van Ockernoote.

Limonum, Limonien. Rinde. Ecorce de Limons. *Lemon-peels.* Lemoenſchellen.

2. *Ex arboribus & radicibus:*

Cort. Acaciæ, pruni ſylveſtris, Schleedorn-Rinde. Ecorces d'Acace. *Barks of Acacia,* or *Black-thorn.* De ſchorſſe van Acacia/ [by ſommigen] wilde Pruymkens.

Radic. Cappar. Capparrinde. Ecorce de la racine des Capres. *Rindes of Caper-roots.* Schorſſen van Cappenwortelen.

Frangulæ, alni nigræ, Faulbaum-Rinden. Ecorces de frangula. *Barks of black-Alder-tree.* Schorſſe van Swart Elſenhout.

Fraxini (interiores,) Eſchern-Rinde. Ecorces de Fraîne., *The inner-barks of Ash-tree.* Innerliche ſchorſſe van den Eſſchenboom.

Guajaci, die Rinde vom Frantzoſen-Baum. Ecorce de Guajac. *Bark of Guajacum.* Schorſſe van Guaiacum/ ofte pock-hout.

Rad. Mandragoræ.

Quercus, Eichene Rinde. Ecorce de Chéne, *Oak-bark.* Schorſſe van Eycken houte.

Sambuci, ex frutice ac radice (medii,) mittlere Holderrinde. Ecorce de Sureau, ou Suier. *Middle bark of Elder shrubs & roots.* De middelſte ſchorſſe van Vlier-wortelen.

Tamariſci, Tamariſſen-Rinde. Ecorce de Tamariſc. *Bark of Tamarisk.* Schorſſe van Tamariſche boomen.

Thuris.

Tiliæ (interiores,) die Rinde vom Lindenbaum. Ecorce de Tillot. *Inner bark of Linden* or *Teil tree.* Binnenſte ſchorſſen van den Lindeboom.

*Præparata:* Ut cortices ſubſtantia differunt, alii nimirum conveniunt cum fructibus, alii cum herbis, quidam cum lignis, ita & diverſis inſerviunt præparatis. *Communiora tamen ſunt*, conditi cortices [fructuum quorundam] item Extracta, &c.

## CAPVT X.

### *De Floribus.*

*Flores Officinales ſunt.*

FLores Acaciæ, pruni ſylveſtris. Schlehendornblüt.

Amaranthi purpurei, Floramor.

Anethi, id eſt, coma ſeu Umbellæ, Dillenblüt.

Anthos ſeu Roriſmarini, Roßmarienblüt.

Aquilegiæ, Agleybüt.

Baſilici, Baſilienblumen.

Betonicæ, Betonicke.

Borraginis, Borragenbl.

Bugloſſæ, Ochſenzüngbl.

Calcatrippæ, ſeu conſolidæ regalis, Ritterſporen.

Calendulæ, Calthæ, Ringelb.

Caprifolii, Periclymeni, Speckliſien.

Cartami, Cnici; Flor/ Safflor / Wildſaffran.

Centaurii minoris, Tauſendgüldenbl.

Ceraſorum, Kirſchenbl.

Chamæmeli ſeu camomillæ vulgaris, Camillenbl.

Romanæ, Römiſch Camillenbl.

Cheiri, Gelbe Violen.

Cichorei, Wegweißbl.

Cyani ſ. Bapti-ſeculæ, Blau Kornblumen.

Fabarum, Bonenbl.

Geniſtæ, Ginſtern-Pfrimmenbl.

Flor. Granatorum, Balauſtia, Granatenbl.

Hepaticæ, albæ, nobilis, Leberkrautblüt.

Hyperici, Johannisblüt.

Iuglandis, Nußbl. Iuli Iuglandis.

Lavendulæ, Lavendelbl.

Liguſtri, Hartriegel.

Liliorum alborum, Weiß Lilienbl.

Antheræ liliorum alborum.

Liliorum convallium, Meyenbl.

Malvæ hortenſis, Winter-Roſen/ Maul-Roſen.

Meliloti, Steinkleebl.

Nymphcæ albæ. Weiſſe Seebl.

Luteæ, Gelbe ſeebl.

Pœoniæ, Peonienbl.

Papaveris erratici, Rhæadis, Klapperroſen.

hortenſis

hortenſis, Magſamenbl.
Perſici, Perſigbl.
Populi, id eſt, gemmæ ſeu oculi, Pappelnoſpe.
Primulæ veris, paralyſis, Schlüſſelblumen.
Roſarum albarum ſeu potiùs pallidarum, weiß Roſen.
Damaſcenarum.
Rubearum.
Salviæ, Salvenblüt.
Sambuci, Holderbl.
Saxifragiæ albæ, ſteinbrechbl.
Scabioſæ, Apoſtembl.
Schœnanthi, Camelhen/ ꝛc.
Siliginis, Kornblüt.
Spicænardi, Spicanardi.
Stœchados arabicæ, Stechasbl.
Stœchad. citrin. Reinblumen.
Tanaceti, Reinfarnbl.
Tiliæ, Lindenblüt.
Tunicæ, Graßnäglein.
Tuſſilaginis, Hufflattichblüt.
Verbaſci, Wulkrautbl.
Violarum martiarum, Violen.

Ex his famoſiores ſunt 4. qui peculiari nomine cordiales dicuntur, Borraginis, bugloſſæ, roſarum, violarum.

*Præparata* ferè omnis generis ex floribus compilari queunt, Decocta, Deſtillata, Electuaria, Infuſiones. Unguenta, Emplaſtra, &c. minùs vulgaria tamen ſunt: Succi inſpiſſati, Extracta, Tincturæ, Eſſentiæ ſeu ſpiritus ac olea, &c.

N. *Flores qui conſtant ex parte volatili, vix quicquam vel parum ſalis exhibebunt, aptioreſque ſunt ad medicamenta, quæ ſine diutina exhalatione parata preſtant.*

Vires: *Vires florum etſi in genere deſcribi nequeant, cum pro diverſitate herbarum varient: attamen hoc loco notare expedit, recentes eſſe humidiores, adeoque ferè vi lenitivâ ſeu laxativâ pollere, quæ marceſcentibus cum tempore adimitur.*

## CAPUT XI.

### *De Foliis ſeu Herbis.*

FOliorum & herbarum nomina in praxi ſeu receptis ſæpiſſimè confunduntur, notantque folia à caulibus ſeparata. Hæc ſi minutiora fuerint, ſummitates dici ſolent.

*Herbæ uſitatiores in Officina.*

Abrotanum, mas, Stabwurtz.
N. *Fœmina cypariſſus eſt.*
Abſyntium ponticum, Römiſch Wermuth.
Vulgare ſ. ruſticum, gemein Wermuth.
Acetoſa, Saurampff.
Acetoſella, alleluja, Buchampffer/ Haſenklee.
Agrimonia, Odermenig.
Achimilla, Ginnau.
Alkekengi, Halicacabus, Judenkirſchen-Blätter.
Alſine, Morſus gallinæ, Hünerdarm.
Althæa, Biſmalva, Ibiſcus, Eibiſch-Kraut.
Anagallis, Gauchheil.
Anethum, Dill.
Antirrhinum, Hundskopff/ Dorant.
Ariſtolochia longa, lange Oſterlucey.
Arnica, Mutterwurtz.
Artemiſia, Beyfuß.
Aſarum, Haſelwurtzkraut.
Auricula muris, Piloſella, Mauſöhrlein.
Balſamitha, ſiſimbrium aquaticum, Bachmüntze.
Baſilicum, Baſilien.
Becabunga, Bachbungen.
Betonica, Betonien.
Borrago, Borretſch.
Branca urſina, Beerenklau.
Bugloſſum, Ochſenzunge.
Burſa paſtoris, Teſchelkraut.
Calamintha, Kornmüntze.
montana, Bergmüntze.
Capillus Veneris, adianthum nigrum, Frauenhaar.
Caprifolium, periclymenum, Weltwinde/ Speckilien.
Cardiaca, Hertzgeſpan.
Carduus benedictus, Cardobenedictkraut.
C. Mariæ, Mariendiſtel.
Cerefolium, Körbelkraut.
Ceterach, Aſplenum, Miltzkraut.
Chamædrys, Iva moſchata, Gamanderkraut.
Chamæpitys, Iva atthetica, Nidridpin/ Je länger je lieber.
Chamæmelum Romanum, Römiſch Camillen.
C. Vulgare, gemeine Camillen.
Chelidonium majus, Schöllkraut.
Ch. minus, Schorbockskraut.
Cichorium, Wegwart.
Cicuta, Wüterich.
Cochlearia, Löffelkraut.
Conſolida regalis, Ritterſporn.
Cuſcuta Caſſutha, Flachsſeyde.
Cynogloſſum, Hundszung.
Cypariſſus hortulana, Gartenzypreß.
Dictamnus creticus, Cretiſcher dictam.
Dictamnus alb. Fraxinella, weiſſer dictam.
Ebulus, Attich.
Endivia ſativa, Endivien.
Sylveſtris, Sonchus, Saudiſtel.
Epithymus, Thymſelde.
Equiſetum, cauda equina, Roßſchwantz/ Schafftenheu.
Eupatorium Arabum, Ageratum, Leberkraut.
Euphraſia, Augentroſt.
Farfara, Tuſſilago, Hufflattich.
Fœniculum, Fenchelkraut.
Filipendula, Saxifraga rubra, roth Steinbrech.
Fragaria, Erdbeerkraut.
Fraxini folia, Eſchenlaub.
Fumaria, Erdrauch.
Galega, ruta capraria, Geißraute.
Geranium, Herba Ruperti, Storchſchnabel.
Gratiola, Erdgalle.
Hedera arborea. Ephen/ Eppich.
H. Terreſtris, Gunderman.

Hepatica

Hepatica alba, Gramen Parnaſſi, weiß Leberkraut.
H. Aurea nobilis, gülden Leberkr.
H. Fontana, Lichen, Brunen Leberkraut.
H. Stellaris, matris ſylva. Sternleberkraut/ Waldmeiſter.
Herniaria, millegrana, Harnkraut / Bruchkraut.
Horminum vulgare, Sclarea, ſcharley.
Hyoſcyamus albus, weiß Bilſenkraut.
Hypericum, S. Johanskraut.
Hyſſopus, Yſop.
Illecebra, Fabaria, Donnerkraut.
Lactuca, Lattich.
Lauri folia, Lorbeerblätter.
Lentes paluſtres, Waſſerlinſen.
Leviſticum, Libſtöckel.
Liguſtrum, Hartriegel.
Linaria, wilder Flachs/ Leinkraut.
Lotus urbana, trifolium odoratum, Siebengezeit.
Lupuli Iuli, Hopffenſprößlein.
Majorana, Meyran.
Malva vulgaris, Haſenpappeln.
Marrubium album, Praſſium, weiſer Andorn.
--- Marum.
Matricaria, Meterkraut.
Melilotus, Steinklee/ gelb Steinkle.
Meliſſa, Meiſenkraut.
Menta, Spitzbalſam.
M. Criſpa, Kraußbalſam.
M. Saracenica, Frauenmüntz/ de la mente Sarraſenique. *Spear mint. Saracen. mints.* Roomſche Munte/ Balſem-Munte.
Menthaſtrum, menta equina, Roßmüntze/ Waldmüntze.
Mercurialis, Bingelkr.
Mezereum, Seidelbeſt / Kellershalskraut.
Millefolium, Schaffgärbe.
Mororum folia, Maulbeerblätter.
Morſus Diaboli, Succiſa. Abbiß.
Myrti folia, Myrtenblätter.
Naſturtium aquaticum, Brunnenkreß.
N. hortenſe, Gartenkreß.
Nepeta, Cattaria, Katzenkraut / Katzenmüntze.
Nicotiana noſtras, Toback.
N. Peruviana ſeu Indica. Indianiſch Toback.
Nummularia, Pfenningkraut/ Egelkraut.
Nymphæa alba, weiß Seeblumenkr.
N. Lutea, gelb Seeblumenkraut.
Origanum vulgare, Doſten.
O. Creticum, Cretiſch Doſten. Origan de Crete. *Origanum Cretik, or from Creta.* Origanum Cretiſche. of van Creta.
Papaveris folia, Monbletter / Magſamen.
Parietaria, Helxine, Tag und Nacht.
Paris, Einbeerkraut.
Paſtinaca ſylveſtris, Vogelsneſt.
Pentaphyllum, quinquefolium, Fünfffingerkraut.
Perfoliata, Durchwachs.
Perſicaria, Pulicaria, Flöhkraut.
Perſici folia, Pferſingblätter.
Petroſelinum vulgare, apium hortenſe, Peterſilien.
Pimpinella Germanica, Teutſch Bibinell/ Bocksbeterlein.
P. Italica, Sanguiſorba, welſch Pimpinell.
Plantago major, breit Wegerich.
P. minor, ſpitz Wegerich.
Polygonum, Centumnodia, Wegdritt/ Weggras.
Polium Creticum. Cretiſcher Poley.
Portulaca, Burtzelkraut.
Potentilla, Anſerina, Genſerich.
Primula veris, Schlüſſelblumenkr.
Prunella, Braunellen.
Pulegium, Poley.
Pulmonaria arborea, muſcoſa. Eichlongen moeß.
P. vera maculoſa, Lugnenkraut.
Pyrola, Wintergrün.
Quercus folia, Eichenlaubblätter. *Oak-Leavs.*
Roſmarinus, Roßmarin.
Rubi Cymæ, ſummitates, Brumbeergipffel.
Ruta, Weinrautten.
Ruta muraria, adianthum album, Mauranttten.
Sabina, Savina, Sevenbaum.
Salicis folia, Weydenblätter.
Salvia hortenſis major, groſſe Sabey.
S. minor, cruciata nobilis, Creutzſalbey.
S. ſylveſtris, wilde Salbey.
Sambuci cymæ, ſeu ſummitates, Holderkeimen.
Sanicula, Sanickel.
Saponaria, Seiffenkraut.
Satureja, Thymbra ſativa, Pfefferkr. Sodaney Hünerfäll.
Saxifragia alba, weiß Steinbrech.
Scabioſa, Apoſtemenkraut.
Scolopendria, lingua cervina, Hirſchzunge.
Scordium, Lachen Knoblauch. du Scordium.
Sedum majus, ſempervivum, Hauswurtze.
S. minus, Vermicularis, Maurpfeffer.
Senæ folia, Senablättter.
Senecio, Creutzweißkraut.
Serpillum, Quendel.
Solanum, ſolatrum, Nachtſchatte.
Tamariſcus, Tamariſckenblätter.
Tanacetum, Reinfahrn.
Taraxacum, Pfaffenröhrlein.
Thymus, Thym / Thymian.
Tormentilla, Tormentill / Nabelkr.
Valeriana, Phu majus, groß Baldrian.
V. minor, Phu minus, Baldrian.
Verbaſcum, thapſus barbatus, Wullkr. Königskertz.
Verbena, Eichenkraut.
Veronica, Ehrenpreiß. Veronique.
Vinca pervinca, Singrün/ Ingrün.
Violaria, blau Violkr.
Virga aurea, conſolida Saracenica, Heydniſch Wundkraut.
Vitis folia, Weinrebenlaub.

Urtica mortua, taube Neſſel. *Dead-Nettles*, Doove Netelen.

U. urens, Brenneſſel.

N. *Ex hisſpeculiariter numerantur.*

5. *Herbæ emollientes*: malva, althæa, violaria, mercurialis, branca urſina: quibus alii quoque betam, parietariam & atriplicem adjiciunt.

6. *Herbæ capillares*: capillus veneris, ruta muraria, polytrichon aureum, trichomanes, ceterach, ſcolopendria.

*Præparata* non omnes eadem exhibent, ſed pro diverſitate ſubſtantiæ diverſa; adeoque ferè præparatis omnis generis inſervire poſſunt.

## CAPUT XII.

### *De Fructibus.*

FRuctus in genere denotat omne quod plantæ ultimò proferunt, adeoque & ſemina, grana, &c. In ſpecie tamen id nominis ſibi reſervant, fructus majores, quales pyra, poma, pruna, ceraſa & his ſimilia.

*Fructus uſitatiores ſunt.*

Fructus: Acaciarum, prunorum ſylveſtrium, id eſt, Pruna, Schlehen.

Alchermes, Grana tinctorum, granakermes, Ferberkörner/ Scharlachbeeren.

Alkekengi, Baccæ Halicacabi, Judenkirſchen/ Boborellen.

Amygdalæ amaræ, bitter Mandel.

A. dulces, ſüß Mandel.

Anacardia, Elephanten Lauß.

Avellanæ, Haſelnüſſe.

Aurantia acida, ſaure Pomerantzen.

A. Dulcia, ſüß Pomerantzen.

Been, grana, Beenkörner.

Cappares, Kappern.

Caſſia fiſtula, Caſſien in Röhrlein.

Ceraſa acida paſſa ſeu exiccata, gedörte Kirſchen.

Citri poma, Citronen Aepffel.

Cocculæ, Kockelkörner.

Colocynthidis poma, Coloquintäpffel.

Cydonia poma exiccata, Quittenſchnitten.

Cynoſbati exacinati, Hagebotten.

Dactyli, Dattelkörn.

Ebuli baccæ, Attichbeerlein.

Ficus communes, Caricæ hiſpanicæ, Laubfeigen/ groſſe Korbfeigen.

F. Marſilianæ, Caricæ marſil. Körbleinfeigen/ kleine Marſilienfeigen.

Fraga exiccata, gedörte Erdbeeren.

Gallæ communes, Gemeine Galläpffel.

G. Turcicæ, Turckiſche Galläpffel.

Granata mala, Granatäpffel.

Hederæ baccæ, Epheubeeren.

Iujubæ, rothe Bruſtbeerlein.

Iuniperi baccæ, Lorbeerbeeren.

Limones, Limonia mala, Limonien.

Meſpila ſiccata, gedörte Meſpel.

Myrobalani, belliricI,

Chebuli.

Citrini,

Emblici,

Indi, ſeu nigri.

Nux aquatica, Tribuli aquatici, Waſſernüſſe.

N. Cupreſſi, Cupreßnüſſe.

N. Indica, Indianiſche Nüſſe.

N. Moſchata, Nuciſta, Muſchatnüß.

N. Vomica, Kräenäuglein.

N. Iuglans, Welſche Nüß.

Olivæ, Oliven.

Papaveris, capita ſine ſeminibus, Magſamen Köpff.

Paſſulæ maximæ, Zibebæ, Zibeben.

P. Majores, groſſe Roſinen.

P. Minores, Corinthiacæ, kleine Roſinen / Corinthen.

P. Maſſiliaticæ, blau Roſinen.

Pineæ nuces, Pinien.

Piſtacia, Fiſtici, Piſtacien.

Prunella, Weinpfläumlein/ Brunellen.

Pruna acida, ſaure Pflaumen/ Zwetſchen.

P. Citrina, gelbe Spilling.

P. Hiſpanica, Spanniſche Pflaumen.

P. Ungarica, Vngriſche Pflaumen.

Rubi idæi baccæ exiccatæ. Himbeeren.

Sambuci baccæ, Hollunderbeeren.

Sebeſten, ſchwartze Bruſtbeeren.

Siliquæ ceratiorum, Xyloceratiorum, Johannsbrod.

Sorba exiccata, gedörte Speyerling.

Sumach, Rhus, Ferberkörner.

Tamarindi, ſaure Dattlen.

Uvæ ſeu baccæ paridis, uvæ lupinæ, Embeer/ Wolffsbeer.

*Præparata*, Fructus aridiores, ſolidiores, & minùs ſucculenti nihil peculiare habent ab herbis. Ea propter & eaſdem ſuppeditant præparatorum formulas. Fructuum ſucculentorum verò partus præcipui ſunt: Succi inſpiſſati ſeu Extracta, ſucci fermentati ſeu vina, Spiritus ſ. Quintæ Eſſentiæ, Olea & Tartara.

## CAPUT XIII.

### *Fungi Officinales ſunt de Fungis.*

FUngus, Agarici, Lerſchenſchwamm.

Cynoſbati, Spongiolæ è Roſis ſiccis, Schlaffſantz/ Roſenſchwamm.

Iuniperi, Wacholderſchwamm.

Sambuci, Holderſchwamm.

Huc Boletus cervi, Hirſchbrunſt.

*Præparata* Communem ut naturam habent cum herbis; ita & communem aptitudinem, qua præparationem ſubire poſſint.

N. *Adnaſcuntur quoque fungi Ulmo, fago, quercui, populo albæ, Inglandi.*

## CAPUT XIV.

### *De Lignis & Viſcis.*

*Sunt Officinis uſitatoria.*

LIgnum Aloës, Xylo-Aloës, Agallochum; Paradyßholtz

Aſpalatus, Rhodiſer Dorn.

Braſilium

Braſilium, Braſilienholtz.
Buxi, Buxbaumholtz.
Colubrinum, ſerpentinum, Gifftholtz.
Coryli, Haſelholtz.
Cupreſſi, Cypreſſenholtz.
Ebenum, Ebenholtz.
Guajacum ſanctum, Frantzoſenholtz.
Iuniperi, Wacholderholtz.
Nephriticum, Grießholtz.
Rhodium, Roſenholtz.
Santalum album, weiß Sandelholtz.
Citrinum, gelb Sandelholtz.
Saſſafras, Fenchelholtz/Saſſafras.
Suber, Pantoffelholtz.
Tamariſcus, Tamariskenholtz.
Viſcum Corylinum, Haſelmiſtel.
Quercinum, Eichenmiſtel.
Tiliaceum, Lindenmiſtel.

*Præparata.* Ligna & viſca præter vulgatiores medicamentorum formulas, V. g. decoctionem, infuſionem & inde reſultantes alias, quibus potiſſimùm adaptari apta nata ſunt; exhibent minus vulgariter Extracta, Aquas, Spiritus, Olea, Salia.

N. *His fuliginem adjungere licet cum ſuis præparatis, de quibus peculiariter, lib.*4.

Muſcos Officinales vid. lib.4.

## CAPVT XV.

### *De Radicibus.*

Radix eſt pars ima vegetabilium, quaſi primæ concoctionis officina. Eapropter cùm concoctio ſit nutrimenti fixioris volatiliſatio & ſpirituiſatio (πνευμάτωσις) radixque nutriatur nutrimento minùs elaborato, quàm partes reliquæ, ſequitur ſubſtantiam radicum eſſe naturæ præ reliquis fixioris.

*Uſitatiores radices Officinales ſunt.*

Radix Acetoſæ (excorticata) ſaurampffwurtz.
Acori vulgaris, Pſeudo-acori, Schwertelwurtz.
A. veri, calami aromatici: Calmus.
Alii, Knoblauch.
Althææ, ibiſci, Eibiſchwurtzel.
Angelicæ, Angelickw.
Anthoræ veræ, Heilgifft/ Gifftheilwurtz.
Apii (vulgaris,) Eppichw.
Ari, Aaronwurtzel/ Teutſch Ingwer.
Ariſari, klein Aaronw.
Ariſtolochiæ longæ, lang welſch Oſterluzey.
Ariſtoloch. veræ rotundæ, welſch rund Oſterluzey.
Ariſtoloch. vulgaris, gemein lang Oſterluzey.
Ariſtoloch. fabaceæ, rund gemeine Oſterluzey.
Armoraticæ, raphani ſylveſtris, wild Merretig.
Aſari, Haſelwurtz.
Aſparagi, Spargenw.
Bardanæ, groſſe Klettenw.
Biſtortæ, Serpentariæ, Natterw.
Borraginis, Borresw.
Bryoniæ, Stickw. Zannrüben.
Bugloſſæ, Ochſenzungenw.
Cardopatii, Carlinæ nigræ, Eberw.
Cariophyllatæ, Benedictw.
Centaurei majoris, Rhapontici Offic.
Chelidonii majoris, Schöllw.
Ch. minoris, Schorbocksw.
Chinæ, Chinew.
Cichorei, Wegwartw.
Conſolidæ majoris, Symphyti, Beinwelle Wallwurtz.
Cucumeris, aſinini, Eſelkürbisw.
Curcumæ, Geelſuchtw.
Cyclaminis, Arthanitæ, Schweinbrodw.
Cynogloſſæ, Hundszungenw.
Cyperi longi, langer wilder Galgan.
Cyperi rotundi, rund wild Galgangerw.
Dictamni albi, Fraxinellæ, weiſſer Diptamw.
Doronici, Gemſenw.
Ebuli, Attichw.
Ellebori albi, weiß Nießw.
E. nigri veri Stiriaci, ſchwartz Nießwurtz. præp.
E. nigri vulgaris, gemein Chriſtw.
Endiviæ, Endivienw.
Enulæ Campanæ, Helenii, Alantwurtz.
Eryngii, Mannstreu.
Eſulæ minoris, klein Wolffsmilchswurtz.
Filicis, Farenw.
Filipendulæ, Saxifragiæ rubeæ, roth Steinbrechw.
Fœniculi, Fenchelw.
Gentianæ, Entzianw.
Glycyrrhizæ, Liquiritiæ, Süßholtz.
Graminis, Queckengrasw.
Hermodactyli, weiſſe Zeitloſen.
Hirundinariæ, Vincetoxici, Schwalbenw.
Hyoſciami (excorticati,) Bilſamwurtz.
Imperatoriæ, Oſtrutii, Meiſterwurtz.
Iridis Florentinæ, wolriechend Violwurtz.
I. Noſtratis, Schwertelw.
Iuniperi, Wacholderw.
Lapathi acuti, Oxylap. Mengelw.
Leviſtici, Liebſtockw.
Liliorum alborum, weiß Lilienzwibel.
Malvæ, Pappelwurtz.
Mandragoræ, Albraunw.
Mechoacannæ, Mechoacæ albæ, weiſſe Rhabarbara.
M. nigræ, Gelapæ, Chelapæ, Chiolappa, ſchwartz Rhabarb.
Meu, Behrwurtz.
Mezerei, Laureolæ, Seidelbaſt/ Kellershals.
Morſus Diaboli, Succiſæ, Abbiswurts.
Nymphex albæ, Nenupharis, weiß Seeblumenw.
N. luteæ, gelbe Seeblumenw.
Ononidis ſeu Anonidis, Heuhechelwurtz.
Paſtinacæ ſylv. Paſtinackw. Vogelneſtwurtz.

Pentaphylli, quinquefolii, Fünfffingerkrautw.
Petaſitis, Peſtilentzwurtz/ Neunkrafftwurtz.
Petroſelini, Peterſilienw.
Peucedani, Haarſtrangw. fœm. maſc.
Pœoniæ, Peonienw.
Pimpinellæ Germanicæ, Bibenelwurtz.
P. Italicæ, ſanguiſorbæ, Blutkrautwurtz/ welſch Bibenell.
Plantaginis, Wegbreitw. Wegerichwurtz.
Polypodii quercini, Engelſüß.
Pyrethri, Bertramw.
Rapa, Ruben.
Raphani domeſtici, ſ. vulgar. Rettich.
R. Marini, Meerrettich.
Rhabarbari veri, Rhabarbar.
R. Monachorum, Münch Rhabarbar.
Rhapontici veri, Rhapontick.
Rhodia, Roſenwurtz.
Rubiæ tinctorum, Ferberröthe.
Ruſci, Bruſci, Mäußdornw.
Sarſæ parigliæ, Saſſaparillæ, Sarſaparill.
Satyrii, Stendelwurtz/ Knabenkrautw.
Saxifragæ, ſemen ſaxifragiæ; ſteinbrechw.
Scabioſæ, Apoſtemw.
Scyllæ crudæ & præparat. Meerzwibel.
Scorzoneræ, Gifftwurtz.
Scrofulariæ, Scrophulariæ, Braunwurtz.
Sigilli Salomonis, Polygonati, weißwurtz.
Siſeris, Secacul, Zuckermohren/ Zuckerwurtz.
Taraxaci, Pfaffenröhrleinw.
Tormentillæ, Tormentillw.
Turpethi albi, Turbith.
Tuſſilaginis, Farfaræ, Brandlattich/ Hufflattichw.
Valerianæ majoris, groß Baldrianwurtz.
V. Minoris, klein Baldrianw.
Verbaſci, Wollkrautw.
Urticæ, Neſſelw.
Yerva, Gifftwurtz.

N. *Ex his uſu crebriori famoſiores ſunt.*
5. Radices aperientes majores: apii, fœniculi, aſparagi, petroſelini, ruſci. 5.---minores: graminis, rubiæ, eryngii, capparis, Ononidis.

*Præparata:* Quod de herbis diximus & ſimilibus nativis, idem de radicibus dicendum: promptuarium nimirum radices eſſe, unde ad omnia generis medicamenta, tam interna quàm externa depromi poſſunt. Hoc tamen de radicibus notare expedit: Partes fixiores præ reliquis in radicibus contineri, aptiores itaque eas eſſe ad exhibenda medicamenta parte fixiori celebria, veluti ſunt; Extracta, Salia, Decocta, &c.

## CAPUT XVI.

### *De Seminibus.*

SEmen Acetoſæ, Saurampfferſamen.
Agni caſti, viticis, Schaffmüllenkörner.
Altheæ, Elbiſchſamen.
Ammeos veri cretici, Ammeyſ.
Vulgaris, gemein Ammeyſ.
Amomi.
Anethi, Dillſamen.
Aniſi, Anißſamen.
Apii, Appichſamen.
Aquilegiæ, Aglenſamen.
Aſparagi, Spargenſamen.
Atriplicis, Möltenſamen.
Aurantiorum, Pomerantzenkern.
Bardanæ, Großklettenſamen.
Baſilici, ocymi, Baſilienſamen.
Bombacis, Goſſypii, Cotti, Xyli, Baumwollenſamen.
Excorticatum.
Burſæ paſtoris, Teſchelkrautſ.
Calendularum, Ringelblumſ.
Cannabis, Hanffſamen.
Cardui benedicti, Cardobenedictſ.
C. Mariæ, Mariendiſtelſ.
Carthami vel Cnici, Feldſaffranſ. Floriſamen.
Carvi, Carveos, Wieſenkümmel/ Feldkümmel.
Cataputiæ majoris, Ricinum, groß Treibkörner.
C. minoris, Eſulæ vulpinæ, Treibſpringkörner.
Cerefolii, Körbelſamen.
Cicera alba, weiß Kichern/ weiſſe Zieſererbſen.
C. rubra, rothe Kichern.
Cichorii, Wegwartſ. Wegweißſ.
Cinæ, Santonici, ſanctum, Wurmſamen.
Citri, citrei mali, Citronenkern.
Excorticatum.
Coccognidii, klein Kellerhaßſ.
Colocynthidis, Colloquintſ.
Coriandri, Coriander.
Præparatum.
Cucumeris, Cucumern.
Excorticatum.
Cucurbitæ, Kürbesſamen.
Excorticat.
Cydoniorum, Quittenkern.
Cymini, Cumini, Römiſch Kümmel.
Dactylorum. Oſſa dactilor. Dattelkern.
Dauci communis, Wildmöhrenſ. Vogelneſtſ.
Cretici.
Ebuli, acini ebuli, Attichſamen.
Endiviæ, ſcariolæ, Endivienſ.
Erucæ, weiſſer Senff/ gelber Senff.
Fabarum, Fabæ, Bonen.
Fœniculi, Fenchelſ.
Fœnigræci, Bocksbornſ.
Fraxini linguæ avis, Eſchbaumſ.
Fumariæ, Erdrauchſamen.
Geniſtæ, Pfrimmenſamen.
Granatorum, Granatkorn.
Halicacabi, Alkekengi, Judenkirſchſamen.
Hordei electi, Gerſten.
Excorticatum.
Hyoſcyami albi, Bilſenſ.
Hyperici, Johannskrautſ.
Hyſſopi, Yſopſamen.
Lactucæ, Lattichſamen.

Lapathi

Lapathi acuti, Mengelwurtz.
Lentium, Lentes, Linſen.
Leviſtici, Liebſtock.
Limonium, Limonienkern.
Excorticatum.
Lini, Leinſamen.
Lotiſativæ, Siebengezeitſ.
Lupinorum, Lupini, Feygbonen.
Majoranæ, Maioranſ.
Malvæ, Pappelſ.
Meliſſæ, Meliſſenſ.
Melonum, Melonenkern.
Excortic.
Milii, Hirſche.
M. Solis, lithoſpermon, Meerhirſch.
Myrti, Myrtenſ.
Napi, Buniadis, Steckrübenſ.
Naſturtii (hortenſis,) Gartenkreſſ.
Nigellæ, Melanthii, Nigellæ Romanæ, ſchwartz Kümmel/ſchwartz Coriander.
Præparat.
Nuclei ceraſorum excortic. Kirſchenkern.
N. Meſpilorum, Miſpelk.
N. Morellorum ſeu Perſicorum Armeniacor. Morellenkern.
N. Perſicorum, Pferſingkern.
Orobi, Erva, Ervenſ.
Oryzæ, Reiß.
Pæoniæ, Peoninkern. fœminæ ac maſculæ.
Excorticatum.
Papaveris albi, weiſſer Magſ.
P. nigri, ſchwartzer Magſ.
Paſtinacæ ſativæ, Paſtinacſ.
P. ſylveſtris, Vogelneſtſ.
Perfoliatæ, Durchwachsſ.
Petroſelini Macedonici, Maſſilienſis, Macedoniſch Peterlein.
P. vulgaris, apii veri, Peterſilienſ.
Pimpinellæ, Bibenellſ.
P. Italicæ, Sanguiſorbæ, welſch Pimpinellſ.
Piſorum, Piſa, Erbſen.
Plantaginis, Wegerichſamen.
Porri, Lauchſamen/ Schittlauchſ.
Portulacæ, Burtzelkrautſamen.
Pſeudo-melanthii, Kornrathelſ.
Pſyllii, Flöhſamen.
Raparum, Rübenſamen.
Raphani, Rettichſamen.
Roſmarini, Roßmarienſ.
Ruſci, Ruſtenkürner/Maußdornſ.
Rutæ, Weinrautenſ.
Sambuci, i. acini.
Saturejæ, Sadaneiſ.
Saxifragiæ albæ, weiß Steinbrechſ.
Seſami vulgaris, Flachsdotter.
Seſeleos Cretici, Maſſilienſis, Cretiſcher Seſelſamen.
S. Vulgaris Sileris montani, Silermontanſamen.
Sinapis, Senffſ. rother Senffſ.
Spicæ noſtratis, Spicanardſ.
Staphidis agriæ, Laußkörner.
Sumach. Vide fructus.
Thlaſpi, Baurenſenffſ. Wegkreſſ.
Thymi, welſch Quendelſamen.
Trifolii odorati, Edelkleeſamen.
Violarum martiarum, blau Violſ.
Urticæ majoris, Neſſelſamen.
U. Romanæ, Römiſch Neſſelſamen.

N. *Ex his ſunt nonnulla in praxi famoſiora, adeoque peculiariter calida vel frigida dicta. Sic ſunt.*

Semina 4. calida majora; aniſi, fœniculi, carvi, cumini.

Minora; ammeos, amomi, apii, dauci.

Semina 4. frigida majora; Cucumeris, cucurbitæ, citrulli, melonum.

Minora Endiviæ, ſcariolæ, lactucæ, portulacæ.

*Præparata* ex ſeminibus, pro re nata fiunt, infuſiones, decoctiones, emulſiones, &c.

## CAPUT XVII.

### *De Succis.*

Sanguini animalium reſpondet ſuccus nutritivus in vegetabilibus. Eapropter ut è ſanguinis elaboratione & incorporatione, perittomata diverſa reſultant, ſtercus, ſcil. urina, fel, humor vitriolatus ſeu melancholicus, ſudor, axungia, mucilago, lapilli; quinimo & ſanguis ipſemet quandoque erumpit: Ita in vegetabilibus analogicè correſpondent ſucci diverſorum ſaporum, olea, reſinæ, gummata viſcoſa & reſinoſa, tartari, ſalia, &c. Hac tamen diverſitate, quod animalia excretoriis ſunt dotata, quibus ferè perittomata excernuntur, vegetabilia verò rarò niſi velis 1. Quòd gaudeant poris inſervientibus exhalationi ſubtiliori. 2. Quòd cum floribus tum moſchina ſeu zibettina, i. e. beneolens prorumpat melligo, tum quoque nonnunquam graveolens quidam ſuccus. Hinc fit ut craſſiora intra ipſum vegetabile ferè maneant, arteque opus habeant, qua ſequeſtrantur. Accidit nihilominus in quibuſdam, quod ex nimia redundantia ipſamet ſibi exitum quærant eodemque dato, (v. g. inciſione, &c.) promptius effluant. Sunt hujuſce generis perittomata. 1. Aquea; ſucci 2. Terreſtria, Gummi. 3. Sulphurea; Olea, Balſama, Reſinæ, Gummireſinæ. 4. Salina, Saccharum, Tartarus.

N. *Succi qui ſponte vel trunci inciſione profluunt, etſi plures dari poſſint, V. g. ſuccus betulæ, qui verno tempore ex vulnerata betula copioſè extrahitur, & in Finlandia Suecia, pluribus etiam Germaniæ locis potûs vice à nobilioribus etiam habetur, item ſuccus ſeu lacryma vitis, &c. attamen, nos non niſi officinales hic damus, è quibus inter nativa recenſentur.*

*Succi alterantes.*

Succus acaciæ.
Glycyrrhizæ.
Hypociſtid.
Opium,

Præparationes horum Vide infra de ſuccis, & ſpeciatim lib. 4.

*Purgantes.*
Manna.
Aloe.
Elaterium.

De his vide itidem lib. 4.

## CAPVT XVIII.

### *De Oleis & Balſamis.*

OLea, & balſami in Officinis pro nativis habita, ſunt:

Oleum olivarum.
Petroleum.
Oleum terræ.
Balſamus de Tolu.
de Mecha, ſ. balſamus verus.
Peruvianus.
Liquidambar.
Styrax liquida.
Vires: *Vide ſingulatim, lib.* 4.

## CAPVT XIX.

### *De Reſinis.*

REſina, ῥητίνη, lacryma ſeu liquor eſt pinguis ac oleaginoſus tum ſponte ex arboribus profluens, tum interdum accedente vulneratione. Eſtque duplicis conſiſtentiæ, liquidiuſcula aut duriuſcula.

*Reſinæ liquidiuſculæ ſunt,*
Terebinthina Cypria ſeu Veneta
Vulgaris.
Pix liquida.

*Reſinæ duriuſculæ ſunt,*
Reſina animæ, Offic. Gum. Animæ.
Caranna.
Coopal.
Elemi. Offic. Gum. Elemi.
Lacca.
Pix græca, Colophonia.
Tacamahaca.
Thus.

Vires: *Reſina omnis calefacit, ſiccat, digerit, mollit, tenuium eſt partium (magis, minus,) diſcutit, tuſſi, ac tabi convenit, anodyna eſt vulneraria & lithontriptica. Uſus reſinarum tum internus eſt, tum præcipuè externus in unguentis, Emplaſtris, &c.*

*Præparata*, 1. Vexamen chymicum reſinarum in deſtillatione præcipuè conſiſtit, quam non incongruè rectificationem dixeris, quippe qua non ſecus ac in rectificatione oleorum, primum △ leniori, pars oleoſa purior, ſubtilior & clarior elicitur; igne dein fortiori, pars craſſior & coloratior, coloris ſcil. flavi; igne tandem magis validiori, oleum coloris rubei propellitur. Hæc ſi ſeorſim excipere libet, triplicis generis nanciſceris olea, quorum primum quod clarum, ſpiritus dici ſolet; ſubſequens flavum, olei nomen retinet; ultimum, rubrum balſamum appellatur. Denique quia reſinæ craſſioris ſunt ſubſtantiæ, relinquunt & craſſiorem remanentiam, cui Colophoniæ nomen impoſuêre, à Colophone regione, unde olim advehi ſuevit. Modum diſtillandi videſis in oleis.

2. Præter deſtillationem ſubjiciuntur nonnunquam & Extractioni, quæ tamen potiùs depuratio, quàm Extractio dicenda erit.

3. Fit & lotio reſinarum, dum in ▽m puram demerguntur & agitantur, cujus rei gratiâ, non abs re erit, reſinas ad ignem fundere & hinc in ▽m conjicere.

## CAPVT XX.

### *De Gummi Reſinis.*

GVmmi reſinas voco concretas arborum lacrymas in oleo quidem promptiùs, attamen & in aqua, licèt difficulter, ſolubiles. Tales ſunt,

Caphura.
Maſtiche.
Styrax Calamitá.
Huc Myrrha &
Bdellium.

Vires & *præparata, quia ferè diſcrepant. Vide lib.* 4.

## CAPVT XXI.

### *De Gummatis.*

GVmmi ſeu gummata ſunt concreti liquores, aqueis faciles ſolutu, profuſi tum è ſtirpibus ferulaceis, tum ex fruticibus, tum ex arboribus excelſis. Ex his ſunt, quæ ferulacea vulgò dicuntur, à ferulaceis arboribus è quibus ſtillant. Suntque,

Gummi Ammoniacum.
Galbanum.
Euphorbium.
Opopanax.
Sagapenum.
Sarcocolla.

Vires. *Calida ſunt, emolliunt, diſcutiunt, tartaream mucilaginem reſolvunt. Uſum internum vide ſpeciatim lib.* 4.

*Præparata.* 1. Gummi depuratum. Nimirum quià gummi pleraque heterogeneis (arena, ſabulo, &c.) conſpurcata afferuntur, expedit illa depurare. Hoc fit ſolvendo in liquore aqueo (calido) ſolutum colando, exprimendo, & denique lento calore inſpiſſando.

1. Extractum Viſcoſum ſeu viſcus, Vide infra in Extractis.

Vires. *conveniunt cum gummatis mucilaginoſis, quia non eſt niſi pars mucilaginoſa à parte reſinoſa ſequeſtrata.*

3. Extractum reſinoſum. Vide item infra in Extractis.

Vires. *Virtutes quæ integro gummi adſcribuntur, latitant præcipuè in reſina, unde & reſinæ in medicamentis tam internis, quàm externis, ſucceſſu feliciori adhibentur. Ex iiſdem deſtillatur quoque feliciùs oleum, quàm ex integro gummi.*

4. Oleum ſtillatitium. Vide infra in Oleis.

Gummata mucilaginoſa ſunt,
Gummi Arabicum.
Ceraſorum.
Sandaracha.
Tragacanthum.

Vires. *Sunt Emplaſtica, incraſſant, acrimoniam hebetant, aſperitates leniunt, &c.*

## CAPUT XXII.

### *De Animalibus Officinalibus integris.*

APes ſiccæ, gedörrte Bienen.
Bufo exiccatus, gedörrte Kröten.
Cantharides ſiccæ, Spaniſche Mücken.

Cicadæ

Cicadæ ſiccæ, Heuſchrecken.
Lumbrici ſiccati, gedörte Regenwürme.
Millepedæ ſiccæ; aſelli, Eſelchen.
Scinci.
Scarabæi pilares, Käfer Schröter.
Serpens exiccatus, Schlangen.
Huc Mumia, Mumie.

## CAPVT XXIII.

### *De Partibus Carnoſis uſitatioribus.*

Cor Galeritæ.
Lupi.
Epar Lupi.
Porci.
Ranarum.
Tauri.
Lien Bovis.
Pulmo Agni.
Suis.
Urſi.
Vulpis.

Vires: *Partes carnoſæ ut & ipſamet animalia carnoſa integra ſive viva, ſive diſcerpta & adhuc calentia ea ſint, ſi extrinſecus membro alicui imponantur, vim habent fermentativam, paregoricam, diſcutientem: Hinc uſus maximi in phrenitide, cephalalgia, vigiliis. Applicari nimirum poſſunt capiti, cervici, plantis pedum. Impoſita tumoribus peſtilentialibus, uti & ictibus animalium venenatorum, præmiſſa tamen venoſarum applicatione, eliciunt virus. Attritus à calceamentis attractos, ab inflammationibus tuentur. In ſpecie pars quælibet ſuum ſimile reſpicit, Epar epata: Lien Lienes, &c. Specialiora dabuntur, lib. 5.*

*Præparata* uſitatiora ex partibus carnoſis ſunt, Decocta, Extracta, Deſtillata, &c. Vide ſuis locis.

## CAPVT XXIV.

### *De Partibus Membranoſis.*

Inteſtina Lupi.
Vulpis.
Teſticuli Apri.
Caſtoris ſeu Caſtorium, Bibergeil.
Priapus cervi.
Tauri.
Secundina cervina.
Umbilicus Infantis.
Rete ex animalibus.
De ſingulis Vide lib. 5.

## CAPVT XXV.

### *De Cornibus.*

Cornu Alcis.
Bovis.
Bubali.
Cervi.
Hirci.
Rhinocerotis.
Tauri.
Huc Unicornu.

Vires. *Frigida & ſicca habentur, diſcutiunt, incidunt, ut plurimùm ſudorem movent, atque alexipharmaca ſunt, pro diverſa tamen natura animalium, de qua ſigillatim lib. 5.*

*Præparata.* 1. Cornu præparatum (in ſpecie ſic dictum.) 2. Cornu uſtum, Vide calcinat. c. 43. 3. C. philoſophicè calcinat. Vide ibid. 4. Magiſterium. 5. Galreda, Gelatina. 6. Liquor ſeu ſpiritus. 7. Oleum. 8. Sal volatile. 9. Extractum. 10. Quinimò nec decoctionibus infuſionibuſve vires ſuas denegant.

## CAPVT XXVI.

### *De Oſſibus.*

Cranium, humanum (non inhumatum.)
Dens Apri.
Elephantis, ſ. Ebur.
Lupi.
Os de corde cervi.
Oſſa Hominis.
Lupi.
Tauri.
Talus Leporis.
Porci.

Vires. *Oſſa in genere vim habent exiccandi, diſcutiendi, aſtringendi, ſeu fluxiones ſiſtendi, oſſa, ligamentaque corroborandi. Calcanei combuſti, ut ſcribit Rhaſis, ſummè pollent adverſus colicos cruciatus. Specialiora vide l. 5.*

*Præpar.* Oſſa ut Cornibus ferè cognata ſunt ſubſtantiâ; ita & præparationibus. Hinc fiunt 1. Os præparatum (in ſpecie ſic dictum) 2. Galreda ſeu Gelatina. 3. Magiſterium. 4. Liquor ſeu ſpiritus acidulus. 5. Oleum. 6. Sal volatile. 7. Spiritus eſſenſificatus. Vide infra ſuis locis.

## CAPVT XXVII.

### *De Cruſtaceis ſeu Teſtaceis.*

Lapides cancrorum ſeu Oculi cancrorum; Krebsaugen.
Carpionis, Karpffenſtein.
Percarum, Perſichſtein.
Trutacrum.
Mandibula Lucii, Hechtskiefer.
Conchæ, concharum teſtæ oblongæ.
Entalium.
Dentalium.
Mater perlarum.
Teſtæ ovorum.
ſtrutionis.

Vires. *Cruſtacea omnia, quia naturæ ſunt ſalinæ & tartareæ, medicamenta ſuppeditant excellentiſſima ad ſolvendum tartarum ſeu calculum, ad ſtranguriam, dyſuriam, Iſchuriam, difficultates & ſuppreſſiones urinæ, ad colicas paſſiones, ad tartareos morbos pulmonum, &c. Extrinſecus uſus ſunt creberrimi in dentifriciis, præcipuè ſi cremata fuerint, hinc & in rimis cutis ſolidandis, exiccandis, &c.*

N. *Omnia genera lapidum, qui in capitibus piſcium reperiuntur, trita & cum vino exhibita, colicum dolorem compeſcunt & calculum, qui in renibus defixus jacet, atterunt & comminuunt.* Wecker ex Galeno & Avicenna, &c.

*Præparata* nihil ferè peculiare habent à præparationibus lapidum mineralium, de quibus lib. 3. Hinc fieri poſſunt 1. Calcinata. Vide c. 43. 2. præparata (ſtrictè dicta) 3. Sal. (impropriè ita dictum.) 4. Magiſterium. 5. Liquor ſeu oleum per del.

## CAPVT XXVIII.

### *De Lapillis.*

LApilli quamvis in animalibus plurimis, pluri-miſque animalium cavitatibus reperiantur; attamen ſunt rari, ac præter lapidem Bezoar (de quo lib. 5.) ferè nulli, qui in Officinis, proſtant. E re foret nihilominus, ob inſignem vim, quam in calculo reſolvendo obtinent, in promptu nonnullos habere. Quales ſunt

Lapilli in ventriculo & Veſica fellis tauri.
Calculus humanus, Ludus dictus [metaphoricè.]
Lapilli hirundinum, &c.

*Præparata* eadem exhibere poſſunt, quæ alii lapides.

## CAPVT XXIX.

### *De Lacte & ſero Lactis.*

LAc eſt ſanguis vi mammarum pro fœtus nutrimento elaboratior redditus. Ex variis lactis generibus præ reliquis inſerviunt medicinæ.

Lac Aſininum, (quod tamen noſtratibus minùs uſitatum.)
Caprinum.
Humanum.
Ovillum.
Vaccinum.

Optimum eſt ex animali ſano non nimis pingui, ætatis mediæ, recens mulctum, colore candidum, quod ungui inſtillatum cogitur.

Vires. *Refrigerat, humectat, mollit, paregoricum eſt, acrimoniam mitigat. Hinc uſus inſignis in dyſenteria (clyſmati ſatum) in phtiſi, &c. Extrinſecus in oculorum deſtillationibus, capitis dolore, (excellit cremor.)*

N. *Lac etſi optimè nutriat, tamen non omnibus æquè commodum eſt: Nocet enim in viſceris intemperie & febri; quia facilè corrumpitur, malumque adaugere aptum eſt. Capiti itidem & nervoſo generi minus convenit.*

*Præparata* ex lacte, Butyrum, ſcil. Lac coagulatum, Serum & Caſeus, inter nativa meritò recenſentur.

Vires. *Butyrum convenit, ut, conſiſtentiâ, ita & viribus generalibus, cum axungiis.*

*Lac coagulatum vim habet refrigerantem ac anodynam.*

*Caſeus in medicina rariſſimi eſt uſus. Recentem imponunt nonnulli Epati ad æſtum febrilem comprimendum; vetuſtum, ſunt qui commendant ad reſolvendos tophos podagricos.*

Serum lactis, ſeu Aqua lactis fit duplici modo, per ſe & per admiſtionem rei ſeparationem juvantis. Per ſe ſecernitur caſeoſa ſubſtantia à ſeroſa, ſi lac (non nimis recens) calori exponatur. Admiſcentur, quæ ſeparationem juvant, coagulum v.g. vituli, agni, &c. liquor acidulus, herba acidula, v.g. acetum. Spir. Vitr. acetoſa.

N. *Sunt qui ſerum cum petroſelino factum poſcam Italicam appellant.*

Vires. *Calfac. & ſiccat, abſtergit, alvum ſubducit, urinam ciet. Hinc uſus crebri in Infuſionibus purgantibus, abſtergentibus, &c. Extrinſecus extergit ſcabiem, datur per ſe ab ℥ ij. ad ℔ j.*

N. *Integrum tractatum, de facili medicina per ſeri & lactis uſum conſcripſit Ioannes Coſtæus.*

## CAPVT XXX.

### *De Felle.*

FEl eſt portio chymi excrementitia, flava, amariſſima, acerrima, in epate ab utiliore parte ſeparata, inque veſiculam propriam collecta, unde per alvum ſubducitur, & tranſeundo alvum ſollicitat.

Vſitatiora ſunt

Fel Bovis ſeu Tauri.
Capræ.
Ovis.
Suis.
Urſi.

Fel omne deſumendum eſt ex animalibus mediæ ætatis, quæ neque famem, neque ſitim paſſa ſunt, neque exercitio nimiùm defatigata, neque irâ percita: intellige niſi exaltatum fel deſideratis.

Vires. *Fel omne calefacit, ſiccat, incidit, terget, diſcutit, expultricem ſtimulat, lumbricos amaritudine fugat. Hinc medetur (extrinſecus,) hebetudini ac albedini oculorum, purulentiæ aurium, &c.*

N. *Differunt autem inter ſe non modò ſecundum magis & minus, ſed & viribus peculiaribus, tum à natura alimenti, quo animal paſcitur; tum à natura ipſiuſmet animalis dependentibus. Inter quadrupedum fella efficaciſſimum eſt taurinum: Inter avium præſtantiſſimum habetur fel perdicis & gallinæ. In genere tamen avium fella fortiorum virium cenſentur, quàm terreſtrium.*

*Præparata.* Fieri quidem poſſunt Extracta cum V. ex fellibus ſiccatis. Verùm præter Tincturam illam Coſmeticam ex felle taurino confectam nullum in praxi vidiſſe memini.

## CAPUT XXXI.

### *De Medullis.*

Μύελος, Medulla eſt pinguedo oſſium cavitatibus, velut nutrimentum, inſita.

*Suntque Officinales.*

Medulla bubula ſeu bovilla.
Canina.
Cervina.
Equina.
Hircina.
Hœdina.
Ovilla.
Vitulina.

Vires. *Calefacit, emollit, rareſacit, ulcera explet. Hinc proficuus medullarum uſus in tumoribus induratis & ſcirrhoſis, &c.*

N. *Optima habetur cervina, dein vitulina: Medulla Hircina & bubula tum acrior eſt, tum ſiccior, ideoque ad molliendum minùs idonea.*

Eſt & medulla ſpinæ dorſalis cerebrique, id eſt, ſubſtantia molliuſcula in cavitatibus eorum collocata.

Verùm excepto cerebro leporino, reliquæ uſus ſunt rariſſimi.

*Præparata* exinde fieri poſſunt præcipua, Aqua ſtill. & Oleum.

CAPVT

## CAPVT XXXII.

### De Pinguedinibus ſeu Axungiis vel Adipibus.

Axungia.
Adeps.
Pinguedo.

AGnina.
Anatina.
Anſerina.
Aprugna.
Ardeæ.
Aſchii ſ. Thymmalli piſcis.
Canina.
Caponis.
Caſtoris.
Catti ſylveſtr.
Ciconiæ.
Cuniculi.
Erinacei.
Gallinæ.
Humana.
Leporis.
Lucii piſcis.
Lupi.
Muris montani, ſ. gliris alpeſtris.
Ovis ex lana. Oeſypus.
Porcina ſeu ſuilla.
Serpentum.
Taxi ſeu Melis.
Vrſi, fœminæ & maſculi.
Vulpis.
Vulturis.

Huc Butyrum & præcipuè majale.

Vires. *Calfaciunt, humectant, emolliunt, abſtergunt, digerunt, pus movent, anodynæ ſunt plus minus. Nimirum quia pinguedo vires quadantenus ſecundum naturam animalis ſui ſortitur, prout hujus natura fuerit, ita & illius. Imbecillior eſt ſuilla (quia ſus frigidior & humidior,) hac paulo fortior vitulina; hinc gallinacea; efficaciſſima omnium eſt anſerina.*

N. *Quoties adipis abſolutè fit mentio, recipe ſuillam recentem, ſine ſale candidam.*

*Præparat.* Oleum ſtillatitium.

N. *Quomodo axungia lavetur & aſſervetur. Vide lib. 1. cap. 29.*

## CAPVT XXXIII.

### De Sanguine.

HEbr. Dam. Arab. Dem. Eſt proximum animalium nutrimentum ex chylo in Venis & Epate elaboratum, adeoque de naturâ animalis magis participans quàm ipſe chylus. In Officinis quidem nulli proſtant, adhiberi tamen nonnunquam ſolent maximè recentes.

| | |
|---|---|
| Sanguis Anatis. | Hædi. |
| Anſeris. | Hominis. |
| Aſini. | Muliebris menſtruus. |
| Canis. | Leporis. |
| Columbæ. | Perdicis. |
| Equi. | Tauri. |
| Hirci. | Turturis. |

Vires: *Calefacit, adſtringit, ſanguinis fluxus cohibet, magis minus pro natura diverſa animalium, nutrimentique; qua ratione & viribus peculiaribus inter ſe differunt. Avium ſanguis, quia nitroſâ plerumque ſcatet facultate, incidit, abſtergit, calculum atterit, oculorum ſuffuſioni confert; ut columbæ, milvi, vulturis.*

*Præparata.* Anatomia ſanguinis exhibet 1. ▽ m ſeu ſpiritum. 2. Oleum. 3. Sal volatile. 4. Sal fixum. His adjunge balſamum antipodagricum, & magiſterium, cujus formulas vide lib. 5. de homine.

## CAPVT XXXIV.

### De Sevis.

SEvum. Cervinum.
Damæ.
Equinum.
Hircinum.
Hœdinum.
Ovillum.
Taurinum.
Vitulinum.

Huc Cera.

Vires. *Sunt calida & humida moderatè vel emolliunt, diſcutiunt, aliquantulumque adſtringunt.*

*Præparata* rara per ſe exhibent, utplurimum emplaſtris aliiſque inungendorum formulis inſerviunt. Si quis tamen ea deſtillationi ſubmittere velit, poterit id probè ad modum, quo Gummi reſinæ deſtillantur.

## CAPVT XXXV.

### De Stercore & Vrina.

STercus nihil eſt aliud, quàm nutrimenti aſſumpti pars inutilior, craſſior, fœculentior, à parte utiliori in ventriculo & inteſtinis virtute chylificâ aliquantulum immutata & hinc per anum excreta.

N. *Conſtat* 1. *ſpiritu volatili fœtente flagrabili (Sulph. fœtidum vocant.)* 2. *Sale fixiori (quo agri fœcundantur.) tum quoque* 3. *terreis ac* 4. *aqueis portionibus, quæ prioribus illis ſubjectum præbent.*

*Stercora in Medicina uſitatiora ſunt*

Stercus Anſerinum.
Aſininum.
Aſprugnum.
Bovillum ſ. vaccinum.
Caninum ſeu Album græcum Officinarum.
Caprillum.
Ciconiæ.
Columbinum.
Equinum.
Gallinaceum.
Humanum.
Lupinum.
Muris, Muſcerda.
Ovillum.
Paſſerculi.
Pavonum.
Suillum.

Vires. *Virtutes ſtercorum eruendæ ſunt, tum ex natura rei alimentariæ, tum ex natura animalis, cujus vi chylificâ aliquantulum eas immutari diximus. Avium excrementa (quia harum natura ut plurimum calidiſſima eſt) tota ſunt nitroſa, unde & mirificam vim habent diſcutiendi, incidendi, attenuandi, diſſolvendi, aperiendi, abſtergendi (ſcil. maculas cutis) diverſimode tamen, prout ſcil. diverſæ aves ſunt diverſiſque vivunt alimentis. Iumentorum ſtercora vim obti-*

*nent anodynam, refrigerantem, diſcutientem, exhibenturque intus & extra.*

*Præparata* præcipua quæ inde exhiberi poſſunt, ſunt:

1. Aquæ ſtillatitiæ, 2. Olea ſtillat. 3. Salia.

N. *Præter ᵛm ex ſtercore vaccino (omnium florum dictam) non memini alias eſſe uſitatas.*

Vrina eſt veluti colamen chymi & ſanguinis, conſtans ex Sale viſcoſaque terra humiditati phlegmaticæ immixta.

Raræ etſi ſint, quæ in uſum medicum veniunt, tamen viribus non carent inſignibus, præcipuè:

Vrina humana.
Hinc Caprina.
Leporina.
Ovilla.

Vires. *Calefaciunt, ſiccant, abſtergunt, putredini reſiſtunt, Vrinam pellunt, &c.*

*Præparata.* Spiritus Salque volatile, Sal fixum: Vide lib. 5. de homine.

[N. *De ſtercoribus & urinis prolixè Rulandus in Pharmacopœa nova ſcripſit.*

## CAPVT XXXVI.

### *De Vnguibus & Vngulis Officinalibus & de Coagulis.*

*Vngulæ uſitatiores ſunt.*

VNgula Alcis.
Aſini.
Bovis.
Canis.
Equi.
Lyncis.

His addere licet Vnguem odoratum ſeu blattam byzantiam.

Vires. *Vide ſeorſim lib. 5.*

*Præparata*, Præparata in ſpecie ſic dicta. Magiſterium, quibus addi quoque poteſt oleum ſtillatitium.

Coagulum nihil aliud eſt quàm lactis in Ventriculo quadrupedum, quæ adhuc ſugunt, concretio & condenſatio. Sic ſunt

Coagulum Agni.
Equi, Hippace.
Hœdi.
Leporis.
Vituli.

Excipiendum coagulum antequam ipſa animalia aliud quippiam præter lac maternum deguſtaverint.

Vires. *Coagulum omne*, teſte Galeno, *acris & digerentis eſt facultatis, adeoque exiccatoriæ.*

## CAPVT XXXVII.

### *De Acetis.*

HOFMAN In Horum præparatione nihil peculiare, quod limâ dignum ſit, occurrit, eò quòd ſimplici ſaltem modo ſint præparata. Nec refert, utrum ſaltem Acetum ſimplex, an verò deſtillatum ſumſeris. Puriora & durabiliora equidem deſtillata ſunt, ſed non efficaciora, ut quæ ſuo tartaro ſeu ſale acido eſſentiali fixo & cryſtallino per deſtillationem orbata ſint. Ideoque ex Acetis ſimplicibus æquè, atque ex deſtillatis Aceta infuſa confici poſſunt. Modò ſint ex vino facta & ab aëris injuriis corruptionem facilè inferentis defendantur, id quod & fieri poteſt. ſi folia & radices ingredientes, quæ facilè mucorem contrahunt, probè priùs exſiccentur, nec in nimiâ copiâ præparentur.

§ Aceta, quæ in Officinis proſtant, vel mera ſunt, vel qualitatibus medicamentalibus aliunde impRægnata.

De meris horumque præparationibus agetur peculiariter l. 4. cl. 2.

Aceta qualitatibus aliundè imprægnata (præter pauca alia, de quibus d. l.) fiunt ex aceto vini optimo, ac vegetabilibus, ſuntque vel inſolata ſive infuſa ſaltem, vel quoque, quæ pauciſſima tamen ſunt, deſtillata.

*Modus fiendi*: ℞. Materiam inſolandam puram atque exiccatam, præparata ad infuſionem, (*ut fit in decoctionibus incidendo ſcil. quæ incidenda ſunt, contundendo, quæ contundenda, &c.*) Hinc imple lagenam vel vitrum ac affunde acetum vini acerr. donec ad lagenæ cervicem pertingat: Orificio benè clauſo colloca in locum tepidum, vel temperatum, & acetum viribus rerum infuſarum impRægnabitur.

N. *Vegetabilia aliquantulum arefacta recipere oportet: ne ſqualore ſuo acetum corrumpant.*

Modus *deſtillandi* non diſcrepat à deſtillatione aceti ſimplicis, de qua l. 4. claſſ. 2.

—Aceta Officinalia ſimplicia fiunt per ſolam inſolationem: ſuntque uſitatiora.

Acetum Anthoſatum ex inf. florum anthos.
Calendulatum ex floribus.
Caryophillatum ex flor.
Cort. citr.
Fragor. è fructib.
Lavendul. è flor.
Lil. convall.
Menthæ: ex foliis.
Papav. rhæad. è fl.
Roſat. ex flor.
Rub. Idæi è fructibus.
Rutac. è fol.
Sambuci ex florib.
Scordii: è fol.
Scilliticum, è rad.
Violar. purpur. è flor.

*Aceta compoſita ſunt*

Acetum Alexicacum ſ. Deſtillatum alexic. F.F. *v. infra* No. 1.
Bezoardicum. 2.
Prophylacticum F.F. 3.
Rutaceum F.F. 4.
Theriacale Auguſt.

1. *Acetum agreſtinum ſolutivum Cl. D. D. S. Cloſſæi Archiatr. apud Metenſes celeberrimi.*

℞. Succi agreſtæ ſive omphacii depurati ℥ ij.
fol. Sen. Oriental. ʒ ij.
ſem. aniſ. contuſ. ℈ j.
rad. mechoac. in tenues lamellas diſſectæ, (non autem pulveris, aliàs infuſum evaderet viſcidum) ʒ ß.
garyoph. integr. n. ij.

Macerentur in Lagenâ loco frigido & de iſto aceto agreſtino permiſce cochl. ij. aut iij. in juſculis condimenti loco, in quibus priùs diſſoluta ſit ʒ ß. cremor. Tart. Adultis detur doſis ſuperior integra.

*Hujus remedii aſſiduo uſu hemitritæum & morbos Chronicos, quamvis longâ patientiâ edomari, probatum eſt.*

2. *Acetum Alexicacum ſeu Deſtillatum alexic. F.F. i. e. Francofurtenſe.*

℞. Rad. Tormentill.
Zedoar.
Biſtort. ana ℥ ß.

Angelic.

Angelic.
Imperator.
Hirundinar. ã. ℥iß.
Pimpinell.
Dictamn. alb.
Ariſtoloch. rot. veræ. ã. ℥ij.
Herb. Card. bened.
Galeg.
Scord. ã. Miß.
Sed. Maj.
Endiv. ã. Mij.
Fl. Calendul. Miiß.
Roſar. rub.
Nymph.
Borrag.
Tunic.
Sambuc. ã. Mij.
Poma citria recentia minimeque putrida N. viij.

Inciſis incidendis, ac contuſis contundendis affunde Aceti acerr. ℔. X. ſtent in infuſione ♂ (3) poſtea deſtillentur per Alemb. vitreum.

3. *Acetum Bezoardicum F. F. CL. Dn. D. de Spina.*

| | |
|---|---|
| ℞. Rad. Enul. camp. ℥ ij. | Scabioſ. |
| Angelic. | Succiſ. |
| Oſtrut. | Petaſit. |
| Valerian. | Zedoar. ana ℥ ß. |
| Vincetoxic. | Bacc. Iun. M iiij. |
| Chelidon. | Myrrh. elect. ℥ ß. |
| Pimpinellæ ã. ʒ vj. | Fol. Rut. |
| Gentian. | Chelidon. maj. |
| Dictamn. alb. | Scord. |
| Ariſtoloch. rot. | Chamædr. |
| Tormentill. | Card. ben. ana M ij. |

*Incidantur & contundantur ut eſt moris, dein affunde*

Aceti vini acerr. ℔. viij.
Spir. Vini ℔ iij.
Theriac. Androm. ℥ ij.
Spir. Tartari ℥ ß.
Camphor. ʒ ij.

Digerantur per dies aliquot (14) dein exprimantur, filtrenturque per chartam.

Acetum Bezoarticum. D D. DIEMERBROECKII.

℞ *Rad. Angel. Carlinæ, Petaſitid. Helenii, Dictamni, ana ℥ ß. Zedoariæ ʒ ij. herbar. card. bened. Scord. ana. ʒ vj. Centaurii min. Rutæ ana. ℥ ß flor. Stæchados ʒ ij. ſem. card. bened. Citri ana. ʒ j. bacc. juniperi ʒ iij. F. pulvis groſſus, cui affunde, aceti fortiſſimi ℔ v. vel vj. Stent ſimul in loco radiis ſolaribus expoſito per quatuordecim vel plures dies, poſtea colentur cum forti expreſſione. Eidem aceto, ſi velis, eundem pulverem adhuc ſemel de novo infundere poteris, tuncque erit multò efficacius.*

*Acetum hoc optimum eſt peſtis præſervativum ejus autem duo vel tria cochlearia manè bibere oportet, ſuper maſticando fruſtulum panis. Advertendum tamen ne eo, nec alio quopiam utantur, aſthmatici, tuſſiculoſi, aliive qui aliquod pectoris pulmonumve, habent vitium.*

4. *Acetum confortans S. Cloſſ.* Pulſeſſig.

℞. fol. rut. Miij.
fumar. Mj.
Baccar. Iuniper. ℥ ij.
Caryophill.
Macis.
Nucis moſch.
Teſticul. caſtor. ana ℥ ß.
Contuſis affunde acet. roſ. ℔ iij
Inſola per aliquot dies vel macera retrò fornacem.

Vires. *Gravidis, puerperis, & ab utero ſyncopizantibus prodeſt, odorando, tempora fricando, & pulſui utrique ex linteis eo madentibus, alligando. In febribus malignis commodè additur camph. ʒ j.*

Acetum febrifugum ſive Aqua Prophylactica D. D. FRANCISCI DE LE BOE SYLVII.

℞. *Rad. Angel. Zedoar. ana. ℥ j. Petaſitidis ℥ ij. folior. Rutæ hortens. ℥ iiij. Meliſſæ Scabioſæ, Flor. Calendulæ ana ℥ ij. Nucum Iuglandium immaturarum conciſar. ℔ ij. Pomor. Citrior. recent. conciſor. ℔ j.*

*Contundantur omnia ſimul, deinde affunde, Aceti vini optimi ad tres quartas partes ex arena in cucurbita vitrea per ſe deſtillati ℔ xij.*

*Digerantur per noctem mane deſtillentur, igne cinerum lento pene ad ſiccitatem, idque ſine uſtione.*

*Acetum hoc magnarum eſt virium in Peſte, atque febribus, & gratiſſimum. Admiſceri poteſt potui ordinario Cerviſiæ, Apozemati Juſculo &c. ad aciditatem cuivis ægro gratam, & ad Sitim tollendam, Sudoremque blandum promovendum, ſæpius quantitate parvâ uſurpari.*

¶ 5. *Acetum Prophylacticum F. F. Cl. Dn. D. Arnoldi VVeickard.*

℞. Rad. Angelic.
Zedoar.
Leviſtic.
Pimpinell. germanæ.
Rut. ana. Mj.
Turbith. el. ʒ ij.
Cort. citr. recent. ʒ iij.
Baccar. Iuniper. bene matur. ℥ iß.
Laur. ℥ j.

Inciſa & contuſa, ut moris, macerentur cum aceto acerr. Menſ. ij. poſtea deſtilletur per Alemb. vitreum. Servetur pro uſu.

Vires. *Inſignes vires bezoardicas aceta hæc recenſita obtinent, quibus non modò contagioſos morbos præcavere, ſed & ſudorem, urinamve expellere pollent.*

Acetum pro rabidi Canis morſu. D D. HANNEMANNI IN ACT. HAFFNIENS. BARTHOLIN.

℞. *Rutæ. Abrotani, Betonicæ anguſti folij, Salviæ ang. fol. ana. M. j. Inciſis affunde Aceti vini optimi ℔ j. Sique tempus permittit, per aliquot horas maneat in infuſo, exprime, expreſſo adde, Theriacæ Androm. ʒ ij. Adultus magnum de eo faciat hauſtum, Iunioribus & Puerulis datur cochleatim: Sin verò periculum metuatur, additur. Herb. Cardui Fullonum M j. vel hujus ſem. contuſ. ℥ j. Vulnus commorſum per novem dies apertum tenendum, ac prædictæ herbæ expreſſæ poſt fricationem cum bacillo è vite applicandæ omni mane, tamdiu donec æger in portu naviget: ſi metus periculi adhuc ſit, repetatur potio. Tota Reſpublica Medica ſimile Euporiſton vix habet, quod æque prodeſt.*

¶ 4. *Acetum rutaceum, F. F.*

℞. Fol. Rut.
Scord.
Card. benedict.
Tanacet. ana. Mj.
Bacc. Iuniper.
Rad. Angelic. ana. ℥ ij.
Zedoar.
Cort. citr. ana. ℥ ß.

Incidantur minutim, ac infundantur in Aceti optimi ℔ vj.

Viribus *convenit cum prioribus.*

## CAPUT XXXVIII.

### *De Aquis deſtillatis.*

NOs in præſentiarum haſce Aquas Compoſitas, quas DOMINUS NOSTER AUTOR ab aliis communicatas hic

hucinſerendas accepit, animadverſione & notis dignas, quantum poſſumus, ordine examinabimus, & quomodo ſingula ingredientia tractanda, quæque ex ipſis deſtillationi apta, vel ſecus oſtenſuri, aliis interim annotationibus neceſſariis non poſthabitis. Si & Nos quandoque deviemus, & per errorem quædam oculos mentis & corporis ſubterfugiant limâ digna, ut non omnia judicii bilance ponderare queamus, æquus quæſo ignoſcat Lector.

¶ Aquæ in Officinis, diverſimodè paratæ proſtant, ſimul ac diverſæ naturæ, aqueæ ſcil. i. e. ad naturam ea quam accedentes, vel ſpirituoſæ, i. e. ſpirituum naturam referentes.

Modus parandi vel deſtillatio eſt, vel infuſio, decoctiove, vel commixtio.

N. *Modos deſtillandi vid. lib.* 1.

Deſtillatio aquarum pro diverſitate materiarum diverſimodè peragitur, idque non modò ratione caloris diverſi, verùm etiam ratione inſtrumentorum variantium.

In regno MACROCOSMICO aquæ ferè ſingulæ peculiares deſtillandi modos obtinent, ideoque ſpecialiter deſcribendæ erunt lib. 3.

In R. VEGETABILI deſtillantur aquæ ex *herbis, floribus, fructibus, radicibus, lignis, & aromatibus.*

1. *Ex herbis & floribus viridibus.*

I. ℞. *Herb.* vel *Flores* q. v. incide minutim conquaſſave ac affunde ▽ m (ne empyreuma contrahat) deſtillaque per MB.

N. 1. *Ex herbis floribuſve virentibus tenerioribus (quorum vis facilè evaneſcit) ut & frigidioribus, deſtillantur aquæ per* MB. *Ex aromaticis autem ut & calidioribus, quorum vis non ita volatilis, profundiuſque inhæret, commodiùs per veſicam eliciuntur.*

N. 2. *Herbæ odor quo facilius expirat, eò tepidiore* MB. *utendum* [*vel* VB.]

HOFMAN.) Rectiùs tunc Balneum vaporoſum ſubſtituitur, quo deſtillandorum fragrantium odor citrà ullam empyreumatis notam per minima abſtrahitur, illorumque vis balſamica per omnia conſervatur, hoc modo fl. lil. convall. Violar. Mart. tunic. anthos, ſtœchad. lil. albor. &c. deſtillari poſſunt.

¶ N. 3. *Si nobiliores expetis aquas, affunde deſtillatam ſuper materiam novam ac deſtilla denuo.*

N. 4. *Non abs re fuerit præmittere macerationem diei unius ac alterius, vel & fermentationem, addito, ſi libet, tantillo Salis communis vel fecum cereviſiæ, præcipue ſi olea expetantur.*

N. 5. *Si colorem nativum ſpiritibus & aquis deſtillatis conciliare volueris, impone eos in alemb. ut tranſeat* ▽ *extillans: Verum enim vero, minùs durabilis* ▽ *illa futura eſt.*

2. ℞. Succum ex herbis expreſſis ac deſtill.

II. *Ex herbis ſiccis.* ℞. Herbam quamcunque vis, incide & affusâ aquâ calidâ macera aliquamdiu; hinc deſtilla.

N. *Ex herbis calidis & odoratis melioris notæ* ▽ *æ & olea deſtillantur, ſi ſicca deſtillationi ſubjiciantur.*

III. *Ex fructibus.* ℞. Fructus maturos. E. g. poma, ſcinde minutim, vel conquaſſa ac deſtilla per MB.

HOFMAN.) Horum fructuum ſucci vel per ſe ex veſicâ ſtanno obducta, vel fermentati per aliquot dies priùs deſtillari & demum per MB rectificari poſſunt, quo modo Spiritus baccar. ſambuci. Ceraſor. fragor. rubi id. &c. conficiuntur.

¶ N. *Ex mollioribus exprimi poteſt ſuccus ac deſtillari.*

IV. *Ex Seminibus.* ℞. ſemina groſsè contuſa, macera cum ▽ hinc deſtilla per Veſic.

V. *Ex Radicibus.* ℞. Radic. conquaſſa, macera cum ▽ ac deſtilla per Veſic.

N. *Raræ ſunt aquæ ex ſolis radicibus deſtillatæ.*

VI. *Ex lignis.* Ex lignis quæ eliciuntur, ſpirituoſæ imprimis ſunt, ideoque ad ſpiritus referendæ. Videri quoque poſſunt earum deſtillationes in oleis deſtillatis.

VII. *Ex Aromatibus.* ℞. Aromata groſsè contuſa, macera cum menſtruo idoneo per aliquot dies (4. 5. 6.) dein deſtillentur per veſicam. Sic ſtillat ▽ & oleum. Hæc ſepara & ſi opus, rectifica. *Vide de oleis ſtillat. quia uno & eodem actu* ▽ *& olea ex aromatibus proliciuntur.*

N. 1. *Menſtruum in ſingulis dabitur.*

N. 2. *Aquæ hæ ſpirituoſæ ſunt.*

In Regno ANIMALI eliciuntur aquæ 1. ex *animalibus integris* molliuſculis, mucilaginoſiſque. 2. ex *partibus molliuſculis.* V. g. Cerebro ſpinalive medulla. 3. *E ſanguine.* 4. *E novellis cornibus.* 5. *E ſtercore.*

1. Ex *Animalibus integris* mucilaginoſis: ℞. Animalia (lota ſi placuerit) ſcinde minutiſſimè, conquaſſave; hinc deſtilla ex MB vel VB affuſa, ſi placuerit, ▽ convenienti: Sic paratur ▽ lumbricorum, cochlearum, ut & ſpermatis ranarum.

HOFMANN. *Animalia ſcinde minutiſſimè*) Admodum perperam. Non enim opus eſt, & ſi integra ac viva deſtillare poſſes, præſtabit, ut picas, hirundines, lumbricos, viperas, &c. ſine aliarum rerum additione, ſic enim vivificus illorum unà elicitur Spiritus. Non credis, quanta diverſitas ſit inter Spiritum ſanguinis humani ſtatim ex recenti & adhuc ſpiritu vivifico turgente ſanguine deſtillatum, & illum, qui ex cruore humano putredinis labem aliqualem ſentiente fuit prolectus.

¶ 2. Ex *Medulla Cerebri*, paratur eodem modo addita ▽ cephalica, v. g. tiliæ, pœoniæ, &c.

3. *Sanguinis* deſtillatio etſi itidem è MB perfici queat: præfertur tamen quæ fit igne nudo ex cucurbit. fictili. *Vide de oleis c.* 70. *& ſpiritib. c.* 81.

HOFMAN. *Sanguinis deſtillatio etſi itidem ex MB perfici queat.*) Ex MB in æternum non perficies ejus deſtillationem, quæ conſiſtit in ſeparatione Spiritus, ſalis volatilis & olei &c. ſed præfertur deſtillatio ex retortâ igne nudo, ut infrà patebit. Per MB ſaltem deſtillatur ſpiritus, ſi quis ineſt ex calido adhuc ſanguine, vivificus, & ex jam cadaveroſo cruore phlegma, relictis partibus balſamicis in reſiduo.

¶ [N. ▽ *lactis.*]

4. E *Cornibus* quomodo liquor ſtillet, vide de oleis. E *novellis cornibus*, e. g. cervorum fit ▽ per Retortam vel Cucurbitam humilem è MB aut VB affuſo pauco Vino vel & ſine additione, Vide lib. 5. de Cervo.

5. E *Stercore*, fit itidem per MB vel cineres, proditque primum ▽. hinc oleum.

HOFMAN. *E ſtercore*) ex humano fit carbon *Paracelſi* ſeu Zibetta occidentalis mediante digeſtione. Vnde etiam ex felle deſtillatur aqua coſmetica odorem moſchi referens.

¶ Sunt itaque

*Aquæ Officinarum Simplices ac Phlegmaticæ.*

Aqua Abrotani.
Abſinthii.
Acaciæ flor.
Acetoſæ.
Acetoſellæ.
Adianti.
Agrimoniæ.
Albuminis ovorum.
Alchimillæ.
Alkekengi ex baccis.
Altheæ.
Alſines.
Anethi.
Angelicæ.
Auguriæ.
Aniſi.
Apii.
Aquilegiæ.
Artemiſiæ.

Aſpara-

Aſparagorum.
Aurantiorum ex floribus dicitur Aq. Naphæ, Namphæ, &c.
Aurant. ex corticib.
Auriculæ muris.
Bardanæ ſimpl.
Baſilici.
Betonicæ.
Betulæ ſucci.
Biſtortæ.
Borraginis ex flor.
ex toto.
Bugloſſæ ex flor.
ex tot.
Burſæ paſtoris.
Calamentæ.
Calami Officinarũ.
Calcatrippæ.
Calendulæ.
Capillorum Veneris.
Caprifolii flor.
Cardiacæ.
Cardui benedicti.
Mariæ.
Carvi.
Caryophillatæ.
Centaurii minoris.
Centumnodiæ.
Ceraſorum nigr.
Cerefolii.
Chamæmeli.
Chamæpityos.
Cheyri fl.
Chelidonii major.
Ch. minoris.
Cichor. è tot. vel floribus, etiam albis.
Cinamom. communis.
Citri excortic.
Cochleariæ.
Conſolidæ med.
Coriandri.
Craſſulæ.
Cucurbitæ.
Cuſcutæ.
Cyani fl.
Cydoniorum.
Cymini.
Ebuli è flor.
Endiviæ.
Equiſeti.
Eupatorii Avicen.
Euphragiæ.
Fabarum fl.
Feniculi.
Florum omnium, lætaminis.
Fragariæ. Tunicæ.
Fragorum.
Fumariæ.
Galegæ.
Geniſtæ.
Graminis ex rad.
Geranii.
Gratiolæ.
Hederæ terr.
Hepaticæ nob.
H. Stellatæ.
Herniariæ.
Hyoſcyami.
Hyperici.
Hyſſop.
Imperatoriæ.
Lactucæ.
Lapati acuti.
Lavendulæ.
Lenticulæ paluſtris.
Leviſtici.
Liguſtri fl.
Lilior. alborum.
Convall.
Linariæ.
Lumbricorum.
Lupulorum.
Majoranæ.
Malvæ.
Matricariæ.
Meliloti.
Meliſſæ.
Mellis.
Mentæ criſpæ.
Mentaſtri.
Mercurialis.
Millefolii.
Morſus Diabol.
Naſturtii aquatici.
Nicotianæ.
Nuc. Moſchat.
Nucum Iugland. immatur.
Nummulariæ.
Nymphææ alb.
Origani.
Ononidis.
Pœoniæ.
Papaveris erratici.
Parietariæ.
Pentaphylli.
Perſicarię maculoſę.
Perſicorum florum.
Petaſitidis ex toto.
Petroſelini.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Pluvialis.
Pomorum Sylveſtrium.
Portulacæ.
Praſſii.
Primulæ veris.
Prunellæ.
Pulmonariæ maculoſæ.
Pulegii.
Pyrolæ.
Querc. fol.
Raphani Ruſt.
Vulgaris.
Rorellæ.
Roris majalis.
Roris marini.
Roſarum pallid.
rubear.
Roriſmar.
Rubi idæi ex bacc.
Rutæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Sambuc. flor.
Saniculæ.
Satureiæ.
Satyrii.
Saxifragiæ alb.
Scabioſæ.
Scolopendrii.
Scordii.
Scorzoneræ.
Scrophulariæ.
Sempervivi.
Senecionis.
Serpilli.
Sigilli Salam.
Siliginis fl.
Solatri.
Spermatis ranarum.
Tanaceti.
Taraxaci.
Thymi.
Tiliæ flor.
Tormentillæ.
Trifolii.
Trinitatis.
Tunicæ flor.
Tuſſilaginis.
Valerianæ.
Verbaſci.
Verbenæ.
Veronicæ.
Violarum ex fl.
ex toto.
Virgæ aureæ.
Ulmariæ.
Vitium lacrymæ.
Urticæ.
Zedoariæ.

*Aquæ fortiores cum Vin°, atque Aquæ compoſitæ.*

Aqua Anhaltina *infra* No. 1.
Aniſi cum Vino aduſto.
cum Malvatico.
Antidotalis, (Alexipharmaca Matthioli Aug.)
Aperitiva. 2.
Apoplectica *Crollii*. 3.
Apoplect. Sennerti. 4.
Arthritica, *Aug.*
Aſthmatica 5.
Bardanæ compoſita. *A.*
Bezoardica. *6.*
Caponis compoſita. *A.*
Carbunculi. 7.
Ad deſiccandos catharros. 8.
Carminativa. 9.
Cephalica aromatica. 10.
Cephalica F. F. 11.
Cinamom. c. Malvat.
c ▽ roſarum.
Communitatis ophthalmica. 12.
Cordialis Herc. Sax. cal. 13. frigida. 14.
Cordialis reſtaurans. 15.
Coſmetica. 16.
Coſmetica pretioſa. 17.
Coſmetica S. Cloſſ. myrrhata. 18.
Damaſcena odorifera. 19.
Diuretica ex nucleis F. F. 20.
Antidyſenterica. 21.
Diuretica. Cloſſ. 22.
Embryonum, S. Balſamus puerorum, *A.*
Epileptica Langii. *A.*
Febrifuga. 23.
Fortis. *A.* vide & l.3.c.23.
Ad gutturis affectus. 24.
Antihectica, 25. 26.
Hirundinum. *A.*
Hyſterica Croll. 27.
Iuniperi, c. Spir. vini.
Hiſterica Matth. Martin. 28.
Imperialis correcta. 29.
Lavendulæ compoſ. 30.
Magnanimitatis 31.
Mirabilis. *A.*

Nephritica

Nephritica. 32.
Ophthalmica. vid. cap. 39. de aquis reliquis.
Philoſophorum. 33.
Pectoralis. 34. 35.
Picarum. 36.
Regia. *vide in Sal. nit. l. 3. c. 23.*
Salviæ compoſit. 37.
Antiſcorbutica. 38.
Antiſpaſmica. Cloſſ. 39.
Splenetic. 40.
contra Terrorem. 41.
Theriacalis Bezoardica. *A.*
Theriacalis contra peſtem. 42.
Theriacalis Croll. ſeu Spir. theriac. camphorat. 43.
de trib. mixtura ſimplex. 44.
Triſtantis 45.
Vitæ aurea Langii. *A.*
Vitæ Matthioli. *A.*
Vitæ comm. *A.*
Vitæ mulierum. 46.
Vitæ mul. camphorata. 47.
Virtutum. 48.
Vomitiva Plateri. 49.
Vomitoria Æſculap. Saturn. 50.

N. *Non poſſum, quin in limine aquarum compoſitarum Pharmacopœjæ tyronem erroris commonefaciam, quem in nonnullarum deſtillatione comperio. Videlicet admiſceri deſtillandis ejuſce farinæ materias, quarum vis contumacior eſt, quàm ut deſtillationis opere elevari cum cæteris queat, Tales ſunt Gemmæ, Margaritæ, Coralli, oſſa, cornua, aurum, &c. Eapropter ſi qua talia occurrerint, ne fruſtra ſumptus impendant, præſtat eadem deſtillato admiſcere ſive ſub formula præparatorum id fiat, ſive, quod melius, ſub forma Magiſterii, ſive, quod adhuc aptius, ſub forma liquoris.*

Aqua contra abortum ex D. D. WELSCHIO in Miſcell. Curios. Germanor.

*Componitur illa ex floribus betonicæ altilis, Nuce moſchata, Cinnamomo, Macere & Garyophyllis aromaticis, per deſtillationem. Illam autem D. D. Welſchius dicit medicamentum elegans, & multis aliis, ipſi quoque balſamo Embryonum dicto, præferendum.*

Spiritus & Aqua Abſinthii Compoſita, è Pharmacopœa Collegii Regalis Londinenſis.

℞ *Abſinthii marini, Vulgaris, ana.* ℔ j. *Salviæ, Menthæ, Meliſſæ ana. M ij. Rad. Galangæ, Zinziber. Calami aromatici, helenij ana.* ʒ iij. *Glycyrrhizæ* ℥ j. *uvarum paſſar. exacinatar.* ℥ iij *Sem. fæniculi dulc. aniſi ana.* ʒ iij. *Cinnamomi, Caryophyllor. Nucis moſch. ana.* ʒ ij. *Cardamomi, cubebarum ana.* ʒ j. *Incidenda incidantur, contundenda contundantur & in Vini Hiſpanici* ℔ *xxiiij. infundantur per horas totidem, deinde deſtillentur in MB addendo ſacchari albiſſ.* ℥ *ij. cuique libræ. Prima* ℔ *libra Spiritus abſinthij magis compoſitus appellari poteſt.*

¶ 1. *Aqua Anhaltina.*

℞. Terebinth. el. ℔. ß.
Thur. maſc. ℥ j.
Lign. Aloes pulv. ℥ iij.
Gran. Maſtich.
Caryophyll. (aliis fl. anthos.)
Nuciſt.
Cubeb. aliàs Galang.
Cinamom. ana. ʒ vj.
Croc. or. integr. ʒ iiß.
Sem. Fœnic.
Bacc. Laur. ana. ℥ ß.

Pulveriſata infundantur in V ℔. v. digerantur per ♂ (6.) additis Moſchi in petia ligati g. xv. Hinc, deſtillentur lentiſſimo MB. Quod clarum eſt ſeparetur à turbido.

N. *Præſtat Moſchum roſtro alembici imponere.*

Vires. *Calf. ſicc. diſcutit; ſtomachum, cor & reliqua viſcera corroborat. Hinc efficax eſt in animi deliquiis. Extrinſecus crebrior ejus uſus eſt: confert in catarrhis atque doloribus à cauſa frigida ſubortis, in Arthritide quam Vagam vocant, in Paralyſi, Epilepſia, Apoplexia, Vertigine, Tremore, Lethargo, &c. ſi membrum affectum ea bene fricetur.*

HOFMAN. *Aqua Anhaltina)* Hæc aqua quamvis ob temerariam & ineptam ingredientium nullâ ratione demonſtrandam doſin ſatis animadverſione indigeat, ob vim tamen illorum balſamicam & ſpirituoſam deſtillationi obedientium, & ſingularem tot annis experientiâ probatam in primis in calculo expellendo energiam laudem etiam meretur. Efficacior tamen erit, ſi deſtillatus liquor reſiduo per 9 dies fermentationi expoſito iterum affundatur, & per MB deſtillatio reiteretur, efficaciſſima erit in dictis affectibus.

Spiritus & Aqua Angelicæ Compoſita, è Pharmacopœa Collegij Regalis Londinenſis.

℞. *Rad. Angelicæ, Folior. Card. bened. ana.* ℥ *vj. Meliſſæ, Salviæ ana.* ℥ *iiij. Sem. Angelicæ* ℥ *vj. Fænic. dulc.* ℥ *ix. Herbæ ſiccæ & ſemina craſſiuſculè contundantur, quibus adde Specierum Aromatici roſati, Diamoſchi dulc. ana.* ℥ *jß. Infundantur per biduum in vini Hiſpanici* ℔ *xxxij. deſtillentur ſ. a. leni igne. Admiſce unicuique libræ, Sacchari in aqua roſacea ſoluti* ℥ *ij. Tres primæ libræ ſpiritus; cæteræ aquæ titulo inſigniantur.*

¶ 2. *Aqua Aperitiva.*

℞. Rad. Eryng.
Scorzoner.
Filic.
Centaur. maj.
Bruſ. ana. ℥ ß.
Fœnic.
Cort. Cappar.
Tamariſc.
Fraxin. ana. ʒ iij.
Citri odorat. ʒ iiß.
Sem. Vitic.
Card. bened.
Cichor. an. ℥ ß.
Endiv.
Scariol.
Naſturt.
Citr. an. ʒ ij.
Herb. Polytrich.
Adianth.
Ceterach.
Cuſcut.
Scolopendr.
Betonic.
Endiv. an. Miß.
Sum. Thym.
Epithym.
Lupul.
Flor. Hyperic.
Geniſt.
Borrag.
Meliſſ. an. Mj.
Paſſular. min. ℥ j.
Infundantur in 🜄. Lupul.
Scolopendr.
Card. bened.
Veronic. an. ℔ j.
Vin. Rhenan. ℔ iiß.
Additis Cinam. ʒ iß.
Spec. Dialacc. ʒ ß.

Stent in loco calido per ♂ ♀ (2.) probè clauſa, poſtea ♄ lentur in MB, 🜂 lento.

Vires, *Maximarum eſt virium in reſerandis obſtructionibus totius corporis, maximè verò Lienis, Epatis & Meſenterij, adeoque commendabilis in affectu hypochondriaco, aliiſque affectibus affinibus. Doſis cochl. 1.*

HOFMAN. *Aqua Aperitiva)* Hic æquâ judicii normâ quilibet quæſo à præconceptâ opinione liber perpendat, an potiſſima ingredientium pars ad deſtillationem ſit appoſita: quid ex radice eryngii, ſcorzoner. filic. centaur. maj. bruſc. fœnicul. Cortic. Cappar. Tamariſc. Fraxin. Semin. Vitic. Card b. Cichor Endiv. Scariol. Citri h. polytrich. adianth. Ceterach. Cuſcut. Scolopendr. Endiv. &c. deſtillationi expoſitis virium ſuper MB elevabitur? quid ex ſpeciebus dialacc. ʒ ß. expectamus? Quod ſemen Naſturtij, herba betonic. ſummit. thym. epithym. Lupul. fl. Meliſſ. Cinamom. &c. ſuppeditat virtutis, tam pauxillum erit, ut viribus ab

Autori

Autore Noſtro deſcriptis planè non ſufficiat, ut facilè conjecturam de hâc aquâ facere queamus, qualem ſæpius feci de illâ, quæ aliquot retrò annis in Officinâ quâdam noſtrâ hic Hallis ejuſdem farinæ à Medico quodam extraneo pro hecticâ curandâ ordinata fuit, potiùs phantaſiâ Medici, & ægroti confidentia, quàm ſanâ ratione niti. Si tamen Medicus voti ſui compos fieri velit, conſultiùs duco ex ſpeciebus prædictis infuſum inde ſ. á. præparare.

¶ 3. *Aqua apoplectica Crollij.*

| | |
|---|---|
| ♃. Fl. Lil. Convall. | |
| Tiliæ. | Lavendul. |
| Pœoniæ. | Salviæ. |
| Primul. veris. | Betonic. |
| Majoran. | Roriſmar. |

Ceraſor. nigror. & dulcium. ☽ creſcente decerptorum. q. p.

Tritis omnibus & mixtis (vel ſeorſim flores, ſeorſim ceraſa deſtillentur) adde farinæ ſinapi ℔ j. vel ij. affuſaque ▽ comm. q. ſ. fermententur ac deſtillentur in MB. Spiritui elicito adde Elixyr. Epilept. Croll. an. circula aliquamdiu.

N. *Ad fermentationem promovendam in ▽ illa communi tantillum lupuli ac fermenti coqui poteſt, vel & fermentum addere licet ſine coctione.*

*Doſ. cochl. ſ.*

Hofman. *Aqua Apoplectica Crollii*) Cùm flores liliorum convallium, tiliæ, &c. ac Ceraſa nigra & dulcia diverſis effloreſcant & prorumpant temporibus & omnia recentia experantur, farina item ſinapi cum lupulo ac fermento in aq. comm. cocta fermentationem accelerando ſpiritum facilè acidum producant, niſi gradus fermentationis ac tempus accuratiſſimè obſerventur. Si cui ſimplicium multorum commiſtio arriſerit, ſuaſor extiterim, hoc modo hanc Aquam concinnare.

Recip. Aq. Lil. convall. cum vin.
Lavendul. cum vin.
Tiliæ c. v.
Primul. veris c. v.
Majoran. c. v.
Salviæ c. v.
Betonic. c. v.
Roriſm. c. v.
Ceraſ. nigr. & dulc. per ferment.
Fl. pœon. ana. q. v. rectifica ſuper Vitriolum ad flaved. calcinat. q. ſ. ex MB. in roſtro alembic.

Suſpende Moſch. & ambræ q. ſ. in pet. ligat. Pro mulieribus loco Moſchi & ambræ Caſtoreum cum Spiritu Vitrioli ♀ ris ſubſtitui poteſt. Additio Elixyr. Epileptic. Crollii totam aquam, utpote fragrantiſſimam guſtu & olfactu redderet abominabilem.

¶ 4. *Aq. Apoplectica Sennerti.*

♃. Fl. lil. convall. q. v. infunde in Vini optimi Menſ. ij. ☍. (14.) poſtea deſtilletur ac ſerva. deſtillato infunde poſtmodum.
Fl. Lavend. recent. q. placet.
Cubebar.
Cinamom.
Nuc. Moſch.
Macis.
Galang. ana. ℥ß.
Viſc. quern.
Rad. Pœon. ana. ʒ vj.

Stent in maceratione vaſe clauſo ☍ (14.) Hinc deſtilla.

N. *Poſſunt & flores tiliæ addi.*

Aqua Apoplectica alia ex D. Charraz.

℞. *Summitat. Major. Flor. Tiliæ, Lilij convall. Anthos, Lavendulæ, Salviæ, & Primulæ veris ana. M. iij. macerentur per octo dies ad ſolem vel in hypocauſto in Spiritus Vini rectificati & aquæ florum Arantiorum ana.* ℔ iij. *Deinde in Balneo Arct. ex aptè diſtillentur & ſervetur aqua.*

*Excellit hæc aqua in corroborandis partibus nobilibus & cerebro doſ. cochlear. dimidium ad cochleare integrum, tàm ad præcavendam quàm ad fugandam Apoplexiam, ut & ad omnes cerebri morbos.*

¶ 5. *Aq. Aſthmatica F. F.*

Lufftwaſſer. Eau pour les Aſthmatiques, ou Ceux qui reſpirent avec difficulté. *Aſthmatick-Water.* or *breath-helpingvvater.* Locht ≠ of Aſem≠water.

| | |
|---|---|
| ♃. Rad. Enul. Camp. | |
| Vngul. Caball. ana ℥ß. | Liquirit. |
| | Jujub. |
| Gentian. ʒ iij. | Sebeſt. |
| Coryophyllat. | Vvar. paſſul. min. |
| Zinzib. alb. | Dactyl. |
| Baccar. Laur. | Pinear. |
| Iuniper. ana. ʒ ij. ℈ j. | Amigd. d. ana. ʒ iij. |
| Cinamom. acer. | Squill. præp. |
| Cardamom. ʒ ij. | Sem. urtic. rom. |
| Fol. Salv. | Fœnic. |
| Majoran. | Ocym. ana. ʒ iij. ℈ j. |
| Hyſſop. | Fic. ping. ℥ j. |
| Marrub. ana. Mß. | Mellis deſpumat. ℥ iß. |
| Rad. Irid. Flor. | Vini Malvat. ℔ iiij. |
| Polypod. q. | Spir. Vini. ℔ iij. |

Stent ſimul in infuſione dies aliquot (8.) dein deſtillentur per alembicum, addantur Sacchari ℥ xviij.

N. 1. *Alij addunt & pulmonem Vulpis.*

N. 2. *ſunt qui Spiritum Vini omittunt, atque ſolum Vinum Malvaticum, pondere ſcil.* ℔ *iij. recipiunt.*

N. 3. *Deſtillato addunt Moſchi, gr. vij. (vel in deſtillatione Moſchus roſtro Alembici imponitur.)*

Vires. *Aqua hæc, licèt vi tituli pulmonibus ſolis dicata videatur, utpote quibus ſpecificè opitulatur, craſſam ac tartaream mucilaginem attenuando, aſperitatem leniendo, reſpirationem facilitando, &c. nihilominus tamen nec inſignibus caret viribus, quibus inſuper debili ventriculo ſubvenire potis eſt, cruditates ejus emendando, frigiditatem corrigendo, &c.*

*Doſis prout ſpirituoſa fuerit à cochl. ½ ad 1.*

(*Odontalgiæ etiam medetur in ore detenta*)

Hofman. *Aqua Aſthmatica*) Quanquam hæc compoſitio primo aſpectu quodammodo inconcinna videtur, dum non ſolùm quorundam ingredientium inutilis adſit conglomeratio, ſed etiam pauciſſima nonnullorum pars v. g. fructuum & ſeminum &c. aliquid de virtutibus ſummè tamen neceſſariis per ſe deſtillatione factâ per alembic. tranſmittit. Attamen ſi Aquam ad Aſthma elegantem inde quiſpiam conficere velit, Autor ſum, ut omiſſis radic. Vngul. caballin. vel tuſſilag. polypod. liquirit. cum reliquis ſaltem balſamicis, fructibus & ſeminibus &c. præviâ per 8. dies cum Melle, vino Malvatico, & Spir. Vin. factâ digeſtione tandem deſtillatio inſtituatur priùs per veſicam & demum rectificatio in MB peragatur cum vel ſine moſcho roſtro alembici impoſito.

¶ 6. *Aqua Bezoardica.*

♃. Rad. carlin. exiccat. ℔ j.
Vincetox. ℔ß.
Summit. hyperic. exiccar.
abſinth. an. ʒ vj. M. F. pulvis.
cujus ♃. ℥ xij.
aq. font. ℔. iiij.
Spir. Vin. rectific. ℔ß.

M. & deſtilla per veſicam ad medias. diſſ. in ſing. ℔. ſalis Tart. Vitriolati ℈ ij. donec aceſcat.

*Doſ. pro præſervat. cochl. j. pro curatione iij. aut v. reiterand. ſemel, poſt horas v. ſudando deſuper uſque dum meliorationem perſentiat.*

HOFMAN. *Aqua Bezoardica*) Eſſentiam ex hujus aquæ ingredientibus per infuſionem ſine deſtillatione meliùs confici puto, quæ tam pro præſervatione, quàm curatione peſtis ipsâ Aquâ deſtillatâ longè efficacior foret, cùm radices carlinæ & vincetoxici parum energiæ & virium per deſtillationem præbeant, magis terreſtrium partium. Cùm tamen fides & experientia CL. Noſtri Schrœderi non ſit ſuſpecta facienda, maneat ita hujus Aquæ præparatio & uſus.

Aqua Bezoardica alia ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. Carlinæ & Vincetoxici ana. ℥ iiij. Folior. Scordij, Rutæ, Cardui Benedicti, Meliſſæ & Summitatum Hyperici ana. M. ij. Macerentur contuſa vel inciſa omnia in aquæ Nucum Stillatæ ℔ iiij. & Spiritus Vini ℔ j. & igne arenæ moderato deſtillentur, ex reſidentia verò combuſta Sal extractum in aqua ad uſus ſervanda diſſolvatur.*

*Hæc aqua admodum efficax eſt contra peſtem & morbos omnes epidemicos, doſ. Cochleare unum ad præſervationem, Cochlearia verò iij. aut etiam ℥ iiij ad curationem & ad ſudores provocandos.*

Aqua Bezoardica alia è Pharmacopæa Collegij Regalis Londinenſis.

℞. *Folior. Chelidonij M. j. cum radicib. M iij. ß. Ruthæ M. j. Scordij M ij. Dictamni cretici, Cardui bened. ana. M iß. Rad. Zedoariæ, Angelicæ ana. ℥ iij. Cort. externi Citri, Limon. ana ʒ v. Flor. Tunicæ ℥ iß. Roſar. rubr. Centaurij min. ana ʒ ij. Incidenda incidantur & per triduum macerentur in Spirit. Vini optimi & vini Malvatici ana. ℔ iijß. Aceti flor tunicæ, ſucci Limonum ana. lib. j. Deſtillentur per MB in vaſe vitreo. Liquori deſtillato adde. Cinamomi ʒ iij. Caryophyll. ʒ iiß. Theriacæ Androm. ℥ iij. Mithridatij ℥ iß. Camphoræ ℈ ij. Trochiſcor. de viperis ℥ ß. Macis ʒ ij. Xyloaloes ʒ j. Santali citrini ʒ iß Sem. Card. bened. ℥ j. Citri ʒ iij. Macerentur bidui ſpatio & leniſſimo igne deſtillentur per MB bis vel ter. Poſtquam ad medias facta fuerit deſtillatio: quod in vaſe erit reſiduum, colari poterit per pannum lintum, & colatura per ulteriorem deſtillationem reduci in extractum Mellagineum, aſſervandum ſub nomine,* Extracti Bezoartici.

Aqua Bryoniæ Compoſita ex eadem Pharmacopæa.

℞. *Succi rad. Bryon. lib. iiij. fol. ruthæ, arthemiſ. ana lib. ij. Sabinæ m iij. Matricariæ, nepetæ, pulegij regal. ana. m ij. Ocimi, Dictamni cretici ana. m iß. cortic. Aurantior. flav. rec. ℥ iiij. Myrrhæ ℥ ij Caſtorei ℥ j. vini generoſi Canarini lib. xij. Digerantur per quatriduum vaſe idoneo, mox fiat in MB deſtillatio, deinde ſub medium deſtillationis expreſſio, & colatura, & tandem per deſtillationis continuationem, & tincturæ inſpiſſationem, fiat Extractum Hyſtericum.*

Aqua Caponis ex eadem Pharmacopæa.

♃. *Caponem eviſceratum atque in fruſta inciſum; dempta pinguedine, decoque in ſufficienti quantitate aq. font. clauſo vaſe. ℞ Brodii expreſſi lib. iij. Aquar. boragin. violar. ana. lib. iß. vini albi lib. j. flor. roſar. rubrar. ʒ iiß violar. boragin. bugloſſi ana ʒ j. micæ panis è furno calentis lib. ß cinnamomi confracti ℥ ß. Deſtillentur in alembico vitreo ſecundùm artem.*

¶ 7. Aqua *Carbunculi*, (*vulgò Imperatoris Maximiliani.*)

♃. Flor. roriſmar. ſ. Anthon.

| | |
|---|---|
| Lilior. convall. | |
| Violar. | Garyophyll. |
| Borrag. ana. ℥ vj. | Cinamom. |
| Herb. majoran. | Cardamom. |
| Salv. min. | Gran. Paradiſ. |
| Lavendul. | Cubebar. |
| Endiv. | Galang. |
| Spic. ana. ℥ j. | Viſc. querc. |
| Nucis moſchat. | Avellanar. |
| Zinzib. | Sem. Pæon. |
| Macis. | Raſ. c. c. ana. ʒ j. |

Incidantur & infundantur in Vini Malvat.

Aq. Lavend.
Spic.
Roſar.
Fragor. ana. ℔ iij.
Vini alb. generoſ. ℔ ij.
Poſtea adde
Auri foliat.
Margarit.
Off. de c. c.
Lap. percar. ana. ℥ß.
Moſchi. q. v.
F. ſ. a. deſtillatio in MB.

Vires. *Uſus hujus aquæ ſpirituoſæ internus frequens eſt, in aquis cordialibus ac cephalicis: miram enim vim habet ſpiritus vitales, animales ac naturales ſuſcitandi, calfaciendi, viſcera omnia ac præcipuè nervoſum genus corroborandi; extrinſecus ibidem uſus ejus creber eſt in Epithematibus cordialib. ac pulſuum, in Catharris frigidioribus, Paralyticis membris, cephalalgia.*

HOFMAN. *Aqua Carbunculi*) In hâc compoſitione omnia etiam approbantur, quæ ſubtilis & balſamicæ ſunt eſſentiæ & vires ſuas deſtillatione per Alemb. vitreum tranſmittunt. Reliqua, ut viſcus q. ☉ foliat. Margarit. Off. de Corde Cervi, raſur. CC. Lapid. percarum utpote in deſtillatione nihil emittentia omittenda ſunt. Moſchus commodiùs roſtro alembici in petiâ ligatus committitur.

¶ 8. *Aqua ad deſiccandos Catharros* Flußwaſſer. Eau pour deſſecher les Rheumes, ou Catarres. *Catarrh-vvater to dry up Rheums.* Water tegen Sinckingen.

♃. Serpilli q. v. inde cucurb. & affunde vini malvat. quantum ad cooperiendam herbam ſuff. relinque in cellâ per 3. ſeptim. deinde deſtilla leniter, & in hac aquâ macera ligni Saſſafr. torno attriti ℥ j. *Doſis cochl.* jß.

HOFMAN. *Aqua ad deſiccandos catharros.*) Hæc laudem meretur tam ob ſimplicem, quàm veram ac genuinam ſui compoſitionem. Nec ſequens præparatio poſthabenda eſt.

Recip. ſummitat. Serpill. campeſtr. recent ſtatim in primo ejus flore q. v. affunde vini Malvatici q. ſ. ut tres emineat digitos, inſolentur, in cucurbitâ capaci firmiter clauſâ per 14. ♂ ♀ aut circiter, tunc deſtilla, deſtillatum affundatur recentibus ſummitatibus, iterumque ut anteà ad ☉ digerantur, & deſtillentur, tandem in quamlibet libram Aquæ hujus infunde raſuræ ligni Saſſafras ℥ ß. Tempore uſus per inclinationem ſepara q. ſ.

Doſis eſt cochl. j veſperi, ubi catharri moventur, vel urgente neceſſitate, vel in catharro craſſo, præſervat ab apoplexiâ, epilepſiâ & paralyſi, imò in renum calculo etiam ſummo cum effectu uſurpavi ſæpiſſimè.

¶ Aq. *Carminativa ſeu de Chamomilla compoſita,* Grimmenwaſſer. Eau contre les Trenchées ou douleurs du ventre excitées des vents. *Compounded Chamomil-vvater againſt vvind & collick.* Carmilleſwater tegen wint en coliick-pijn.

♃. Flor. Chamomill. Rom. M. xxx. Incidantur & contundantur, infundanturque per horas 24. in
Aq. Chamomil. ℔. x. (alii xv.)
Vini generoſi ℔. vj.
Hinc exprime fortiſſimè, in colatura iterum infundantur hor. 24. alii flores Chamomil. com. (M. xvjv.) exprimantur, colentur. In colatura macera.

| | |
|---|---|
| Flor. Chamomil. M. xij. | Sem. Aneth. ℥ iij. |
| | Aniſ. |
| Flaved. cort. arant. ℥ iß. | Fœnic. ana. ℥ iß. |
| | Carv. |
| Herb. Abſinth. pont. M. ij. | Cumin. |
| | Card. bened. |
| Centaur. min. | Mariæ ana. ℥ß. |
| Puleg. | Bacc. Iuniperi. |
| Origan. ana. Man. ijß. | Lauri ana. ℥ß. |

Stem

Stent hor. 24. tunc MB. lento deſtilla.

Vires. *Magnarum eſt virium in morbis à flatibus ſubortis, e.gr. paſſione colica, inflatione ventriculi & ſim. Præterquam enim quod flatus diſcutit, vim quoque obtinet paregoricam.*

[*Qui flores chamomillæ (etiam noſtrates) in Vino generoſo infundet per 3. vel 4.* ♂ *&* ♀ *toties repetitâ infuſione non opus habebit.*]

Spiritus Caſtorei ex Pharmacopæa Collegij Regalis Londinenſis.

℞. *Caſtorei recent.* ℥ iiij. *flor. Lavendulæ recent.* ℥ j. *Salviæ, roriſmarini ana.* ℥ ß. *Cinnamomi* ʒ vj. *macis, caryophyllor. ana.* ʒ ij. *Spir. vini rectificati lib. vj. Digerantur in phiala ad tertiam partem tantum repleta, veſica bubula & ſubere optimè clauſa, per biduum, in cineribus tepidulis; deinde Spirit. deſtilletur per MB, vaſe diligentiſſimè obturato aſſervandus.*

¶ 10. *Aqua Cephalica aromatica.*

♃. Nuc. moſchat. ℥ j.
Galang.
Calam. aromat. ana ℥ß.
Macis.
Caryophyllor.
Cinamom. ana. ℥ j.
Flor. Lavend. M i ß.

Vini Rhenani menſur. ij. ſtent in infuſione, poſtea deſtillentur.

Vires. *Non capiti ſolum, ſed & ventriculo maximopere convenit, imbecillitati eorum ſuccurrendo, cruditates inde ortas corrigendo, & diſcutiendo.* Sennert. in inſtitut.

Hofman. *Aqua Cephalica aromatica*) tranſeat hæc, utpote ſimplicis & elegantis compoſitionis.

¶ 11. Aq. *Cephalica F.F. vel Epileptica.* Schwindelwaſſer. Eau contre les maladies du Cerveau, ou contre le mal-Caduc ou mal de ſainct Iean. *Headt-water, & againſt Falling-ſiknes.* Water voort hooft/ en tegen de vallende ſieckte.

♃. Flor. lilior. convall. ℔. iß.
Pœon.
Lavendul.
Betonic. ana. ℔. j.
Til.
Primul. Veris ana. ℥ iij.
Herb. Bottryos. cum flor. M j.
Rad. Pœon. ℥ iiß.
Ariſtoloch. ℥ß.
Dictamn. alb. ℥ j.
Sem. Pœon. ℥ iiß.
Cubebar. ℥ j.
Piper. nigr. ℥ ß.
Viſc. quern. ℥j ʒij.
Coryl. ʒ iij.

Macerentur in Vini malvat. Menſur. 2. per ſeptiman. 3. Dein deſtillentur in MB.

N. 1. *Duplici modo Aq. hæc in officinis noſtris parata proſtrat. 1. uti jam deſcripta eſt. 2. cum caſtorei* ℥ß. *quod vel ſimplici infuſione vel repetitâ deſtillatione Aquam cephalicam cum caſtoreo dictam conſtituit.*

N. 2. *Quoniam Aquæ hujus ingredientia, eodem tempore recentia haberi nequeunt, nec exiccando quid virium pereat, ſingula, prout collecta fuerunt, infunduntur, ſeorſim deſtillantur, deſtillatumque loco menſtrui reliquis affunditur.*

Vires. *Non immeritò Apoplecticam nominaveris, utpote cui morbo præcipuè conſecrata eſt. Succurrere tamen apta eſt, & reliquis capitis affectibus, catharrorum flatuumque nequitiâ introductis. Quales ſunt vertigo, Gravedo capitis, Epilepſia.*

Hofman. *Aqua Cephalica F.F. vel Epileptica* Schwindel Waſſer) Hæc compoſitio animadverſione etiam non indigeret, modò radix pœoniæ cum ſemine pœoniæ & viſco querno & corylino non deſtillationi, ſed poſt deſtillationem infuſioni commiſſa fuiſſent. De cætero, reliquæ à Domino Autore ſubjunctæ notæ probè obſervandæ ſunt.

Aqua Cæleſtis è Pharmacopæa Collegij Regalis Londinenſis.

℞. *Cinnamomi optimi* ℥ j. *Zinziberis* ℥ ß. *ſantalor. omnium ana.* ʒ vj. *Caryophyllor. Galangæ, nucis moſch. ana.* ʒ ij ß. *macis, cubebar. ana. cardamomi utriuſque ana.* ʒ iii. *Zedoariæ* ℥ ß. *melanthii* ʒ iij. *aniſi, fænic. dulc. dauci ſylveſtris, ocimi ana* ʒ j ß. *rad. angelicæ, caryophyllatæ, glycyrrhizæ, valerianæ min. calami odorati, fol. Ormini, thymi, calaminthæ, pulegij, menthæ, ſerpilli, majoranæ ana.* ʒ ij. *flor. roſar. rubrar. ſalviæ, roriſmarini, betonicæ, ſtœchados, bugloſſi, boraginis ana.* ʒ j ß. *cortic. citri* ʒ iij. *Terenda terantur, & macerentur dies quindecim in lib. xij. Spirit. vini optimi in vaſe vitreo probè clauſo: dein deſtillentur in MB ſ. a. Tum aquæ deſtillatæ adde ſpecierum diambræ, aromatici roſati, diamoſchi dulc. diamargariti frigidi, diarrhodon abbatis, electuarij de gemmis ana.* ʒ iij. *ſantali citrini contuſi* ʒ ij. *moſchi, ambræ griſeæ, in tela rara ligatorum ana.* ℈ j. *Iulepi roſati clari lib. j. Optimè conquaſſentur ſimul, ut julepum cum aqua bene commiſceri queat. Dein clauſo vaſe cum cera & charta pergamena, reponantur, donec craſſamentum depoſuerint, & aqua clara evaſerit.*

¶ 12. *Aqua communitatis ophthalmica.*

♃. Herb. Euphrag. M iij.
Chelidon.
Fœnic.
Verben.
Siler. mont. ana. M ij.
Rut.
Meliſſ. ana. M j.
Caryophyllor.
Macis.
Piper. long. ana. ℥ ß.

Macerentur per noctem in Aq. roſar. alb. Vini alb. ana.

Deſtilla l. Aq. in MB.

Vires. *Acuit viſum, ſordes oculorum detergit, maculas aufert, ulcera ſanat, &c. ſcil. inſtillata.*

*Aq. communitatis paulo aliter.*

| | |
|---|---|
| ♃. Sum. Euphrag. M ij. | Anagall. flor. rub. ana. M j. |
| Chelidon. | Sem. Ameos. ℥ ſ. |
| Verben. | Rad. Caryophyllat. ℥ j. |
| Betonic. | Fl. Anthos. M ß. |
| Chamæpit. | Piper. long. ʒ ij. |
| Aneth. | |
| Hormin. | |

Macerentur in vini albi q. ſ. per ♂ integrum & deſtillentur.

Vires *eaſdem obtinet cum priori.*

Hofman. *Aqua communitatis ophthalmica cum alterâ annexâ*) Tranſeat, ſimplicis etiam elaborationis eſt & exterioris uſus. Ex nudo ſaltem chelidonio majori certo tempore collecto aqua ophthalmica magnæ energiæ etiam confici poteſt, etiam in oculorum vulneribus ſummè commendabilis.

¶ 13. *Aqua cordialis Herculis Saxoniæ calida.*

| | |
|---|---|
| ♃. Corr. citri. | |
| Fol. Meliſſ. | Satureiæ. |
| Ocym. | Sum. Dictamn. |
| Vincetoxic. | Scord. |
| Fl. Caryophyll. | Petroſel. |
| Roſmar. | Fenic. ana. M j. |

Infundantur in ſ. q. Vini odorati, aut malvatici,

per ♂—(3.) poſtea deſtillentur: in deſtillato iterum infundantur.

Caryophyllor.
Macis.
Nuciſt.
Lign. Aloës ana. ʒ ij.
Deſtillentur denuò.

N. *Addi poſſunt grana aliquot Moſchi & Ambræ. Doſis à ʒ ij. ad ℥ ß. &c.*

HOFMAN. *Aquæ cordialis Herculis Saxoniæ calida )* Suo in æſtimio relinquitur.

¶ 14. *Aqua Cordialis ejuſdem frigida.*

℞. Succ. Borrag.
Bugloſſ.
Meliſſ.
Acetoſ.
Oxylapath.
Trinitat.
Biſtort.
Cyan. cærul.
Calendul.
Limon.
Citr. ana. lib. 1.
Acet. lib. 1. (alii ℔. ß.
alii lib. 1. ß. ) Sem. citr.
Portulac.
Flor. Nymph. alb.
Violar.
Roſar. ana. ℥ j.
Terr. ſigillat. ſtrig.
Bol. armen. or.
Terr. Lemn. ana ʒ iiij.
Spec. Diatr. Santal. ʒ ij.
(alii omittunt.)
Camphor. ʒ j.

Infundantur ſpecies in ſuccis, macerenturque ♂ (3.) Hinc deſtillentur per Alemb. vitreum in MB. *Doſis ℥ j. ad ℥ iij. &c.*

HOFMAN *Aqua Cordialis Ejuſdem frigida )* Dicta aqua ex illis etiam eſt, quæ minùs artificiosè elaboratæ ſunt, ingrediuntur illam ſucci acidi acetoſæ, oxylapathi, limonum, Citri, imò acetum, quorum acidus ſpiritus volatilis, qui tamen maximè hîc appetitur, deſtillato non communicari poteſt, ſed in additis terris imbibitur & figitur, adeóque in reſiduo manet, ut nil niſi aqua deſtillata nonnullorum ingredientium volatili & aromatico ſuperficiali odore præditorum virtute delibuta ab illis inde ſit expectanda. Quid ſibi volunt Spec. Diatrion. Santal. ʒij? Non, video quomodo rectè corrigi poſſit.

¶ 15. *Aqua cordialis reſtaurans P. de Spina.*

℞. Corn. Cerv. mollis & tenelli in taleolas ſect. ℔ ij.
Succ. carnis vitulin. & caponis in duplici vaſe ſ. a. extract. ℔ ij.
Succ. pomor. redolent. ℔ j.
Bugloſſ.
Acetoſell.
Trifol. acetoſ.
Vini optim. ana. ℔ ß.
Lign. Santal. citrin.
Rhod. an. ʒ vi.
Cinamom. ℥ j.
Lign. aloës. ℈ ij.
Digerantur omnia per ♂ ♃. 2. dein deſtillentur in MB.
℞. Hujus aq. ℔ iiij.
Succ. citr. recent. q. ſ. ad gratam aciditatem. Deinde adde.
Flor. caryophyll. rub. p. iiij.
Borrag.
Bugloſſ.
Violar. an. p. ij.
Roſ. rub. p. iij.
Extrahatur Tinctura, cui adde Conf. Alkerm. ʒ iij.
De Hyacynth. ʒ i ß.
Magiſt. margarit.
Corall. rub. ana. ʒ j.
Digerantur, & ſerventur pro uſu.

Vires. *Spiritus vitales languidos mirificè reficit, adeoque convenit in ſyncope, palpitatione, aliiſque affectibus cordis. Doſ. cochl. ſ. vel integrum.*

HOFMAN. *Aqua cordialis reſtaurans* P. de Spinâ ) Hæc eâdem antecedentis animadverſione digna eſt; quid Cornu Cervi molle & tenellum in taleolas ſectum, ſuccus carnis vitul. & caponis in duplici vaſe ſ. a. extract. Magiſter. perlar. corall. r. &c. hâc per MB deſtillatione præbebit, niſi aquam deſtillatam exiguâ virtute donatam? Sequenti autem modo commodior hujus fieri poteſt elaboratio:

Recip. flor. Nymph. alb. rec.
Borragin. rec.
Bugloſſ. rec. ana. ℥ j.
Fol. Meliſſ. Citrat. M. vj.
Cortic. Citri recent. extim. de pom. ño vj.
Santal. Citrin. inciſ. ℥ j.
fl. roſar. rubr. muriâ condit. M. vj.
Inciſ. & contuſ. infunde in
aq. Acetoſ. rec. deſtillat.
ß borrag. ex vitro deſtillat.
Meliſſ. Citrat. rec. deſtillat.
Pomor. redolent. per ferment. parat.
Ceraſ. n.
rub. id. â lib. j.
deſtillà per alembicum vitreum: Deſtillato adde
Succi Citri optimè depurati recentis q. ſ. pro grato acore;
Spiritus cortic. citri ad ſingulas libras ℥ ß.

Hæc Aqua Cordialis frigida magnarum eſt virium, ubi confortatione opus eſt in febribus ardentibus & aliis malignis vel per ſe, vel cum Magiſterio quodam Cordiali aut aliis ſupra. Huic interdum pro circumſtantiarum ratione Spiritus etiam Theriacalis camphoratus vel ſine camphorâ in malignitatibus pro certâ doſi addi poteſt.

¶ 16. *Aqua Coſmetica.*

℞. Ceruſſ. alb. ℔ j.
Succ. limon. ℥ j.
Limac. ℥ iij.
Album. ov. N. xv.
Camphor.
Borra. ana. ʒ i ß.
Myrrh. ℥ ij.
Thur.
Maſtich. ana. ℥ ß.
Infundantur hor. 24. in
Aqu. Til. ℔ iij.
Sambuc. ℔ i ß.
poſtea deſtillentur.

Vires. *Cutem dealbat, levemque reddit.*

17. *Aqua Coſmetica pretioſa.*

℞. Lil. alb. ʒ vj.
Ireos Fl.
Fabar.
Cicer.
Lupinor. ana. ℥ ß.
Fl. fabar. recent. M ß.
Tragacanth.
Ceruſſ. alb.
Sacchar. alb. ana. ℥ ß.
Medull. panis alb. in lacte madefactæ ℥ j.
Oliban.
Gumm. arab. ana. ʒ iij.
Borrac.
Alum. plumoſ. ana. ʒ ij.
Album ovi ℥ j.
Camphor. ʒ i ß.
In ſ. q. aquæ Roſar. & flor. Fabar. an. infundantur ♂ ♃ 3. Deinde deſtillentur.

18. *Aqua Coſmetica ſive myrrhata S. Cloſſæi.*

℞. Lactis caprill. rec. mulcti ℔ iv.
album ovorum n. xii.
aq. nenuph. &
roſ. albar. an ℔ j.

Succi

Succi ſemperviv. major. ℔ i ß.
vini Hiſpan. ℔. 3.
F. deſtillatio in MB. de qua cape ℔ ij.
Myrrh. opt. ſubtil. pulver. ℥ ij.

Digere per 24. horas & F. iterum deſtillatio per MB. non omnino ad ſiccitatem pro ordinariâ ablutione. Quòd ſi facies eruganda ſit, aut epidermidis aſperitas tollenda, tunc.

♃. aq. myrrh. præſcript. ℔ ß.
Sacch. cand. ʒ ij.
Borac. ʒ j.
Alum. uſti ℈ j. M. abluatur facies.

HOFMAN. *Aqua Coſmetica vulgaris & pretioſa &c.* ) Harum animadverſiones vide in CL. Zvvelferi Pharmacop. Regiâ p. 149. Aqua Coſmetica ſive Myrrhata S. Cloſſæi ſuo ſtet talo.

Aqua Columborum Coſmetica ex D. Charraz.

℞. *Columbos juniores exenteratos & in fruſta diſſectos N. ij. Micæ Panis albi lib. j. Nucleorum Perſicorum, & Seminum quatuor frigidorum Major. mundator. ana. ℥ iiij Albumina Ovorum N. xij. & Succum quatuor Limonum; Macerentur horis xij in lacte caprini lib. iiij. deinde in Balneo Mariæ deſtillentur. Aquæ verò diſtillatæ addantur Borracis, Caphuræ, Sacchari Candidi & Aluminis uſti pulveratorum ana ʒ ij. Soli per triduum prius expoſita, per quindecim dies in Cellâ ſtent Vinariâ, filtrataque aqua ad uſum ſervatur.*

*Hæc aqua Cutem dealbat illamque levem & ſplendidam efficit, poteſt ex ea lavari vultus ſingulis horis, ſed præcipuè manè & veſperi.*

Aqua alia Columborum ex eodem.

℞. *Myrrhæ electæ pulveratæ ℥ vj. Columbos juniores exenteratos & in fruſta diſſectos N. ij. Vini Hiſpanici & Seri Lactis ana. lib. ij. Succi Limonum, & Sempervivi Majoris, & Pomorum fragrantium ana lib. j. Aquæ Roſarum & Nenupharis ana. lib. ß. Albumina Ovorum N. ij. Omnia permixta & Alembico Vitreo excepta in Balneo Mariæ diſtillentur & ſervetur Aqua ad uſum.*

*Uſus ut & effectus hujus aquæ iidem ſunt qui præcedentis.*

¶ 19. *Aqua Damaſcena odorifera.*

♃. Ireos. Fl.
Caryophyll.
Cubebar.
Cinamom. acerr.
Gran. Paradiſ.
Calam. arom. ana. ℥ j.
Majoran.
Thym.
Fol. laur.
Fl. Anthos.
Roſar. rubr. ana. M j.
Lavendul. ʒ iij.

Vini optimi Menſ. 3. Macerentur ac deſtillentur: Deſtillato liquori addantur,
Moſchi ℈ ß.
Zibeth. g. vi. M.

Vires. *Calfacit, ſiccat, incidit, diſcutit, cor ac caput inprimis roborat.*

HOFMAN. *Aqua Damaſcena odorifera* ) Nullam meretur animadverſionem; præterquam quod melius ſit, Moſchum & ambram in petiâ ligatum, roſtro alembici imponi, quàm ita nudè deſtillato liquori addi.

¶ *Aq. Diuretica ex nucleis F. F. ſeu Liquor diureticus.*

Kernwaſſer. Eau, ou Liqueur Diuretique, ou pour faire rendre l'vrine. *Diuretik vvater of shellen to provoke Urin.* Water vanſchellen om't water gemackelickte maken.

♃. Flor. Sambuc. ſiccat. ℥ vj.
Amygd. amar. ℥ v.
Nucl. perſic. ℥ xii.
Ceraſor. ℥ iij.

Inciſa ac groſsè contuſa macera in Vini malvat. menſ. iiß. hinc deſtilla in MB.

Vires. *Inſignium virium in atterendo calculo, abſtergendis ureteribus, urinâque ciendâ.*

*Doſis coch. j.*

HOFMAN. *Aqua Diuretica ex nucleis F. F. ſeu liquor diureticus* Kern-Waſſer ) Hic quæritur, an amygdalæ amaræ, nucl. perſicor. Ceraſor. &c. deſtillationi commodè ſubjici poſſint, eò quòd ſubſtantiæ tenuis & volatilis ab illis ſit expectandum? Verùm negari non poteſt, ab his aliquid oleoſitatis per deſtillationem elici, dum ſapor & odor illius proditor ſit, & aqua horum deſtillata ad aliquot dies corruptionem contrahens quendam rancorem manifeſtat, ac ſi nucleos rancidos guſtares. Præterea abſque hoc foret, non ingrederentur etiam CL. Zvvelferi Aquam nephriticam in Pharmacop. Reg. deſcript. p. 203.

¶ 21. *Aqua antidyſenterica.*

♃. Nuciſtæ.
Sem Plantag.
Sanguinar.
Burſ. paſtor.
Sanguiſorb. ana. ℥ ß.
Gallar. ʒ vi.
Cydonior. exiccat. ℥ j.
Meſpilor. exicc.
Sorbor. exicca. ℥ ß.
Boli.
Terr. ſigillat. ana. ℥ j.
Flor. Balauſt. M j.
Rad. Acor. ℥ ß.
Fruct. Acac. exicc. ℥ j.
Panis toſti cum cruſta M iij.
Infunde in Aq. plantag.
Tormentill.
Burſ. paſtor. a. q. ſ.

Stent in infuſione per ♂ ♀ (8.) poſtea deſtilla ex MB.

Vires. *Convenientiſſima eſt in alvi uterique fluore; adeoque in dyſenteria, diarrhœa &c.*

*Doſis cochl. 1. vel 2.*

HOFMAN. *Aqua dyſenterica* ) Hæc aqua præter nuciſtam nihil habet, cui emendicatas vires adſcribere poſſis; & licèt à cydoniis, radic. acori &c. odorata quædam ſubtilia effluvia cum aquâ unà eleventur, tamen omni vi adſtrictivâ deſtituta præſenti non ſatisfaciunt intentioni, reliquorum ingredientium virtutibus intactis in fundo relictis. Ideoque conſultiùs foret ex dictis ingredientibus vel decoctum aut infuſum præparâſſe, & Bolum, Terram ſigillatam ad ſeparatos uſus reſervâſſe pro neceſſitatis exigentiâ.

¶ 22. *Aqua Diuretica S. Cloſſ.*

♃. Vini alb. in quo rad. v. diureticæ & ering. priùs lotæ & contuſæ, fuerint maceratæ ℔. ij.
terebinth.
mellis opt. an. ℥ iij.
ſucci raphan. &
malv. an. quart. 1. M. & infundantur omnia ſimul per ♂ 4. adde lumbricorum terræ nodulo incluſorum & filo ſuſpenſorum ℥ v. deinde deſtillentur in MB.

♃. aquæ hujus deſtillat. ℥ ij.
Spiritus Sal. com. ſuccinat. id eſt, per octiduum cum ſale volatili ſuccin. proportione ſub tripla digeſti ℈ ß.

*M. F. doſis. Urinam & calculum potenter promovet. Ex communicatione S. Cloſſæi.*

HOFMAN. *Aqua Diuretica* S. Cloſſ. ) Si digeſtio per plures, quàm 4. ♂ ♀ præceſſerit & omiſſis lumbricis terreſtribus nodulo incluſis poſt deſtillationem liquor ſeu ſal illorum volatile

ex vivis deſtillatus cum ſpiritu ſalis ſuccinato miſtus aquæ demum deſtillatæ in fine addatur, melior & præſtantior erit hæc aqua.

### Aqua Diuretica D. D. d'AQVIN.

℞. *Rad. Ononidis. Apij, Fœniculi, Eringij, Baccarum Iuniperi & Alkekengi, ana.* ℥ ij. *Folior. Virgæ Aureæ, Naſturtij Aquatici, Berulæ, Flor. Sambuci ana. m. ij. Contuſa vel inciſa omnia Macerentur horis 24. in vini albi & ſuccorum Raphani & Parietariæ ana. lib. ij. demùm addantur Mellis Narbonenſis lib. ij. Terebinthinæ Venetæ lib. ß. & diſtillentur S. a. igne arenæ moderatè, addendo ſingulis Aquæ diſtillatæ libris Spiritus Salis dulcis* ʒ j.

*Hæc Aqua efficaciſſima eſt in difficultatibus urinæ tollendis datur ab* ℥ j. *ad* ℥ iij. *aut* iiij.

### Aqua Diuretica alia ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. Petroſelini, Raphani & Valerianæ Major. Nucleorum Perſicorum, ana.* ℥ iiij *Seminum Bardanæ, Milij Solis ana.* ℥ ij *Folior. Pimpinellæ, Naſturtij Aquatici, Becabungæ, Siſimbrij & Capilli Veneris Monſpelienſis ana. m. ij. Contuſa omnia in vini albi generoſi lib. vj. per triduum macerentur, deinde additis Terebinthinæ Venetæ lib ij. igne arenæ diſtillentur, & ſervetur* Aqua ad uſum.

*Vſus & doſis hujus Aquæ idem qui præcedentis.*

### Aqua Epidemia è Pharmacopæa Collegij Regalis Londinenſis.

℞. *Rad. Angel. imperat. petaſitid. pæoniæ à lib. ß. mei athamantici, Scorzoneræ ana.* ℥ iiij. *ſerpentariæ virginianæ* ℥ ij *folior. rutæ, roriſmar. meliſſæ; card. bened. ſcordij, calendulæ cum flor. dracuntij, galegæ, menthæ ana. m* iiij. *Quibus deritè præparatis affunde aquâ fontana, congios* iiij *Spir. vini optimi, congios* ij *finitaque, calore balnei, vaſe optimè clauſo, triduana maceratione; deſtilla per MB congios* iiij. *in quibus ſuſpende croci, nodulo incluſi* ℥ ß. *Aquæ hujus ſtillatitiæ ſingulis libris, adde ſacchari albiſſ.* ℥ i ß. *fiatque colatura per manicam Hipp.*

### ¶ 23. *Aq. Febrifuga.*

℞. Rad. Scorzoner.
Pentaphyll.
Tormentill.
Dictamn. ana. ʒ vj.
Sem. citr. excort.
Card. bened.
Mariæ.
Acetoſ. ana. ℥ ß.
Santalor. omn. ana. ℥ j.
Galeg. M j.
Fl. cordial. ana. M ß.
Raſ. c. c. ℥ ß.
Contuſis affundantur.
Aq. Tormentill.
Cichor.
Card. bened.
Mariæ.
Pap. errat. a. q. ſ.
Macerentur in vitro clauſo ♂ (3.) poſtea adde.
Pomor. citri contuſ. N. vi.
Succ. Endiv.
Acetoſ.
Card. bened.
Plantag. an. lib. 1.
Borrag.
Scord. an. lib. ſ.
Deſtillentur in MB.

Vires. *Convenit in febribus præcipuè malignis: malignitatem quippe diſcutit, putredini reſiſtit.*

*Doſis* ℥ j. *vel* ℥ ij. iij.

[ Succus ſenecionis febrium fervori extinguendo apprimè conveniens, addi poteſt. ]

HOFMAN. *Aqua febrifuga*) Num dicta hæc aqua exſtinguendis fermentis febrilibus, prout hic deſcribitur, ſatis ſufficiens ſit, valdè dubito, quid enim virtutis antipyreticæ expectandum ab aquâ elementari effluviis nonnullis medicamentoſis ab ingredientibus deſtillationi ineptis elevatis imprægnatâ, qualis præſens eſt juxta *Domini Autoris* traditam deſcriptionem? Virtus anti-febrilis ſi qua adeſt, in reſiduo manet, per extractionem eruenda, non per deſtillationem.

### Aqua Febrifuga ad Quartanarios ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. & Folior. Fœniculi, Folior. Abſinthij, Salviæ, Rutæ, Arthemiſiæ & Roriſmarini, vel flor. ejuſdem & Summitatum Centaurij minoris ana. m.* ij. *Macerentur per triduum in vini albi* lib. iiij. *deinde ex arte diſtillentur*

*Commendatur hæc aqua in febribus intermittentibus ſed præcipuè quartana, datur ineunte paroxyſmo ab* ℥ j. *ad* ℥ iiij.

### Aqua Gilberti è Pharmacopæa Collegij Regalis Londinenſis.

℞. *Fol. Scabioſæ, pimpinellæ, dracuntij, meliſſæ, angelicæ, anagallidis flore purp. tormentillæ cum radic. ana m.* ij. *Omnia ritè collecta & præparata in vini canarini congiis* iiij *macerentur, deſtilla per MB. congios tres, quibus adde. Flor. cordial. ana.* ℥ iij. *tunicæ,* ℥ vj. *croci* ℥ *ß. rad. curcumæ* ℥ ij. *galangæ, Sem. ocymi ana.* ʒ j. *cortic. citri ſicci* ℥ j. *ſem. citri, cardui, caryophyllor. ana* ʒ v. *raſuræ c. c.* ℥ iiij. *Macerentur* xxiiij *horas, & deſtillentur in MB. ſuſpendendis prius in roſtro alembici, perlarum præparatarum* ℥ *ß. corallij rubr. præp. oculor. cancri præp. ſuccini albi ana.* ʒ ij. *chelarum cancror. ſubtiliſſ. pulver.* ʒ vj. *lapidis bezoartici orientalis, ambræ griſeæ ana.* ℈ ij. *Tandem adde ſacchari canti albi cum aq. roſ. rubr.* ℥ vj. *aq. cinnamomi opt. vel Spir.* ℥ iiij. *ſoluti,* ℥ xij.

### ¶ 24. *Aqua ad gutturis affectus* ( Hals *Aq.* )

Eau pour les maladies du Goſier. *Throat-water,* Water voor de krop of kele.

℞. Fol. pyri ſylveſtr.

| | |
|---|---|
| apii. | ſcord. |
| ſanic. | quinquefol. |
| periclym. | ariſtol. rot. an. M ij. |

herb. perfoliat. totius M iiij.
cereviſ. aceſcentis ( Sauerbier ) de la Biere, ou Cervoiſe aigre. *Sowre Beer,* or *Ale.* Suer bier.
menſ. iiij.

Fermententur ſimul per 3. hebdom. tum adde; albi græci ℥ iij. deſtilla per veſicam.

*Dentur cochl. iij. bibenda in ardoribus gutturis Vvulaque inflammatione, deinde os frequenter eâdem colluat, & linteâ hac aq. perfusâ collo obvolvat.*

HOFMAN. *Aqua ad gutturis affectus*, Hals-Waſſer.) Hanc chirurgis commendamus Præcedente fermentatione conveniente ex ejuſmodi herbis ſæpè per deſtillationem tantæ energiæ aquæ producuntur, quæ aliàs abſque hâc non acquirerentur.

### ¶ 25. *Aqua Antihectica.*

| | |
|---|---|
| ℞. Herb. Hyſſop. | Fl. Borrag. |
| Hed. terr. | Bugloſſ. |
| Rorell. | Papav. rhæad. |
| Centaur. min. | Roſar. an. p. ij. |
| Adianth. | Sem. 4. frig. maj. an. |
| Scabioſ. | ℥ ij. |
| Cichor. | Rad. Cichor. |
| Pimpinell. | Enul. ana. ℥ ß. |
| Quinquefol. | Pimpinell. ℥ j. |
| Acetoſ. | Cancr. fluviatil. contuſ. No. xxv. |
| Epatic. | |
| Pulmonar. | |

M. & cum lacte caprino infunde ac deſtilla ex MB.

Vires: *Hecticâ laborantibus mirè prodeſt, acrimoniam ſanguinis obtundendo; adeoque nutritionem emendando.*

*Doſis, Cochl. 3. aut 4. aſſumpta manè ac poſt meridiem totidem.*

HOFMAN. *Aqua antihectica*) Hæc ut & altera anti-hectica 26. parum virtutis promittunt, ob quorundam etiam ſimplicium,

ut

ut Cancror. fluviatil. limac. ſanguin. vitulin. Pulmonis vitulin. &c. ceu conſimilibus deſtillationibus ineptiſſimorum additionem; Et licèt aquam etiam non ſimpliciter elementarem, ſed particulis nonnullis volatilibus gravidam præbeant, tamen Medici intentioni non ſatisfaciunt, dum nulla vis reſtaurativa & nutritiva, qualis hîc requiritur, ab illis expectanda, nec ullâ ratione probanda eſt. Decocta autem animalium dictorum conſumata hiſce aquis præferuntur.

¶ 26. *Alia aqua antihectica.*

℞. Herb. Pimpinell.
Epatic. ſtell.
Millefol.
Agrimon.
Veronic.
Naſturt. aq. a M. j.
Sem. 4. frig. maj. an. ʒ ß.
Flor. Borrag.
Bugloſſ.
Cichor.
Roſar. an. p. I.
Rad. Cichor.
Enul.
Pimpinell. ana. ʒ vI.
Cancr. fluviatil. No. XIII.
Limac. No. XVI.
Sanguin. de vitulo nigr. ℔ j.
Pulmonis vitulin. ℔ ß.
Aq. Epatic. ℔ j.
Lact. caprin. q. ſ.
F. Infuſio & deſtillatio ex MB.
Vires *ac uſus conveniunt cum priori.*
[ Sanguis porci caſtrati vitulini loco ſumi poteſt. ]

27. *Aq. Hyſterica Crollii.*

℞. Rad. Dictamn.
Sem. Dauci ana. ℥ j.
Cinamom. ac.
Caſſ. lign.
Meliſſ. ana. ℈ ij.
Croc. or. ℈ j.
Caſtor. rec. ℈ i ß.
Ex omnibus mixtis F. pulvis, cui affundantur Aq. Rutæ ℔. ij. ß. ſtent dies (4.) in infuſione. Hinc deſtilla in MB.

Convenit utero pravis humoribus moleſtato, Diſcutit, in ſuffocatione ſuccurrit.

28. *Aqua hyſterica Matthæi Martini.*

| | |
|---|---|
| ℞. Fol. Meliſſ. odor. | Meu. |
| betonicæ M. vI. | Angelic. dom. |
| Puleg. an. M i ß. | Sylveſtr. an. ℥ ß. |
| Calaminth. | Sem. Carv. |
| Arthemiſ. | Siler. mont. |
| Baſilic. | Coriandr. pp. an. ʒ ij. |
| Chamædr. | Galang. |
| Hyſſop. an. M. ſ. | Zedoar. an. ℈ iiij. |
| Matricar. P. I. | Betonic. |
| Rad. Pœon. | Rhapontic. ʒ ii ß. |
| Eryng. | |

Comminutis affunde vini generoſi & actu calidi lib. 3. ſtent in infuſione hor. IX. ad cineres calidos. Poſtea ubi parum ebullierint in Vaſe cooperto, deſtillentur in Vaſe vitreo & quæ primo exibit aqua ſervetur.

Vires. *In affectibus melancholiam redolentibus mirè efficax eſt. Doſis cochl. ſ. vel* I.
*Matthæus Mart. de morb. Meſent.*

Aqua Hyſterica alia ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. Pæoniæ, Bryoniæ, Cortic. Arantior. ana* ℥ iij *Folior. Arthemiſiæ, Matricariæ, Meliſſæ. Pulegii Regalis, Rutæ, Sabinæ, & Flor. Sambuci, an. man.* j *Myrrhæ & Caſtorei ana* ℥ ß *Croci* ʒ ij. *Macerentur horis 24. in Vini Hiſpanici, & Aquarum Iuglorum Nucum & Flor. Arantiorum ana* lib. ij. *deinde igne arenæ moderato diſtillentur.*
*Commendatur hæc Aqua in morbis uteri. Doſ. ab* ℥ ß. *ad* ℥ ij.

29. *Aqua Imperialis correcta.*

| | |
|---|---|
| ℞. Cort. citr. ſicc. & arant. | Bacc. Iuniper. ℥ ij. |
| Nuc. Moſch. | Fol. laur. |
| Zinzib. | Hyſſop. |
| Garyoph. | Meliſſ. |
| Cinnam. tenuis an. ℥ ij. | Salv. |
| Roſ. rubr. ante biduum collectar. ℔ ß. | Thym. |
| | Sem. ocym. & |
| Rad. cyper. | Majoran an. ℥ i ß. |
| Ireos florent. | Flor. lavend. |
| Anagal. | Anth. |
| Acor. veri & | Calend. |
| Zedoar an. ℥ j. | Tunic. & |
| | Sambuc. an. ℔ ij. |

Inciſa & contuſa obvolvantur ſtrato roſarum infundanturque per octiduum in æquis partibus aq. roſ. & vini generoſi ad ſupereminentiam trium digitorum in cucurb. vitreâ ſuper cineres calid. deindè deſtillentur igne lentiſſimo per ♂ X. integros continuato, apponendo roſtro alemb.

Moſch. op. in nodulo ligat. ℈ j. vel q. v.

Vires. *Medetur Cephalalgiæ, melancholiæ, paralyſi, imbecillitati ventriculi, corrigit animam fœtentem, fœminas fœcundas reddit, partum accelerat, morbis Epidemicis adverſatur, quod etiam facit (ſed potentius) acetum magmati reſiduo ſuperfuſum ejuſque tincturâ impregnatum.*

Aqua Iuglandium Compoſita, è Pharm. Colleg. Reg Lond.

℞. *Putamin. virid. nucum iugland.* ℔ i ß *rad. raph. hortenſ.* lib. j. *fol. aſari virid.* ℥ vj. *ſem. raphani* ℥ iiij. *contuſis affundantur aceti vini albi* lib. iij. *digerantur ſimul per triduum, & deſtillentur, in vitreis organis in MB.*

30. *Aqua Lavendulæ compoſita.*

| | |
|---|---|
| ℞. Nuciſt. | Rad. Pœon. |
| Cubebar. | Eruc. ana. ℥ i ß. |
| Zinzib. | Flor. Til. |
| Cinamom. opt. | Pœon. |
| Galang. | Anthoſ. |
| Calam. ar. | Salv. ana. M. ß. |
| Macis. | Lavendul. |
| Caryophill. | Lil. convall. ana. M. |
| Viſc. quern. an. ʒ i ß. | xxIv. |

Vini optimi q. ſ. F. infuſio & deſtillatio in MB.
Vires. *Calfacit, exiccat, cephalica eſt & arthritica, intrinſecus & extrinſecus adhiberi apta.*

HOFMAN. *Aqua hyſterica Crollii* ut & Matthæi Martini. Aqua imperialis correcta, & Aqua Lavendulæ compoſita.) Hæ nullâ indigent animadverſione. Et quod ſæpius de viſco quercino & radic. pœoniæ ſuprà fuit monitum, hîc etiam obſervandum.

Spiritus Lavendulæ Compoſ. Matthiæ, è Pharmac. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Flor. Lavend. congium j; affunde ſpir. vini opt. cong. iij: obturato vaſe, macerentur ad Solis teporem dies viij. deinde diſtilla per alembicum cum ſuo refrigeratorio* ℞ *Flor. Salv. roriſmar. beton. ana m. j. borag. bugloſſi, lilior. convall. paralyſ. ana* ʒ *ij. Omnes hi flo-*

*res recentes tempeſtivè collecti, macerentur in ſpir. vini opt. cong. j. & miſceantur cum ſpir. flor. lavend. ſuprà dicto, addendo. Folior. meliſſæ, matricar. aurantior. recenter collect. Flor. ſtæchad. aurantior. bacc. lauri ana* ℥ j. *Poſt digeſtion. convenient. deſtillentur denuò tandem addantur, cortic. extern. citri, ſem. pæon. decortic. ana* ʒ vj. *Cinnam. nuc. moſch. macis, cardam. cubebar. ſant. citrini ana* ℥ ß. *ligni aloës* ʒ j. *Digerantur horis* XXIV. *coquantur & filtrentur ad depurationem, adde, perlar. præpar.* ʒ ij. *ambræ griſ. moſch. croci ana* ℈ ß. *roſar. rubr. ſiccar. ſant. rubri ana* ℥ ß. *citrini cortic. citri ſicc. ana* ʒ ij. *Species ſindoni incluſæ ſuſpendantur in ſpiritu prædicto.*

Aqua laxativa efficax D. D. ZVVELFERI.

℞. *Folior. Sennæ elector.* ℥ vj. Rhabarbari *opt.* ℥ ij. *Agarici trochiſcati* ℥ j ß. *Cremor. tartari* ℥ ß. *Tartari vitriolati* ʒ ij. *Cinnamomi* ℥ ß. *Quibus inciſis & contuſis ſuper affundantur, Aquæ ſimplicis ferventis* lib. iij. *relinquantur in digeſtione loco calido per noctem, fiat poſt colatura cum expreſſione, quæ interim aſſervanda. Iam verò.*

℞. *Species Catharticæ reſiduæ & expreſſæ quæ affuſa ſ. q. aquæ ſimplicis coquantur, & quidem repetitis vicibus, quoad omnis virtus Cathartica extracta ſit, Colaturæ & expreſſiones omnes, alb. ovorum priùs probè clarificatæ ad remanentiam* lib. j. *evaporent, quæ remanent libra ſuperiori infuſioni aſſervatæ junctæ, additiſque præterea ſequentibus, nimirum, Mannæ electæ Calabrinæ* ℥ viij. *Albumin. Ovorum n.* ij *cum particula aquæ cinnamomi vel roſarum conquaſſatorum, item Cremoris Tartari* ʒ vj *Et ſic junctim, unica ſaltem ebullitione facta, clarificentur per manicam Hippocratis transcolando.*

*Purgat leniter & ſine moleſtia, vitioſos quoſcunque humores extrudendo ab* ℥ j. *ad* ℥ ij. *propinata.*

Aqua Limacum Magiſtr. è Pharmacopœa Colleg. Reg. Londinenſ.

℞. *Succor. hederæ terreſtr. tuſſilagin. ſcabioſæ, pulmonar. maculoſæ ana* lib. j ß. *portulacæ, plantag. ambroſ. veronicæ ana* lib. j *ſanguin. porcini rec. vini albi ana* lib. iiij. *limacum hortenſium inciſar.* lib. ij. *rad. glycyrrhizæ pulver.* ℥ ij *enulæ campanæ* ℥ ß. *ireos florentinæ* ℥ j. *ſem. bombacis* ℥ j ß. *frigidior. major. aniſi ana* ʒ vj. *croci* ʒ j. *flor. roſar. rubrar. p.* vj. *violar. borag. ana p.* iiij. *Macerentur per triduum tepidè; deſtillentur deinde vitreis organis in MB.*

Aqua & Spiritus Lumbricorum Magiſtralis ex eadem Pharmacopœa.

℞. *Lumbricor. bene mundator.* lib. iij. *Limacum cum teſtis mundator. congios* ij. *Contundantur in mortario, indantur vaſi convenienti, addendo, folior. urticæ urentis cum radic. man.* vj. *angelicæ ſylveſtris m.* iiij. *brancæ urſinæ m.* vij. *agrimoniæ betonicæ ana man.* iij. *rutæ man.* j. *abſinthii comm. man.* ij. *flor. roriſm.* ℥ vj. *rad. oxylapathi* ℥ x. *oxalidis* ℥ v. *curcumæ, cortic. inter. arb. oxyacanthæ ana* ℥ iiij. *ſem. fænugræci* ℥ ij. *caryophyllor. pulver.* ℥ iij. *CC. craſſè pulver. eboris ſimiliter præparati ana* ℥ iiij. *croci* ʒ iij. *ſpir. vini tenuioris congios* iiij. ß. *poſtquam* XXIV. *horis macerata fuerint, deſtillentur per MB. organis vitreis, Libræ* iiij. *primæ,* Spiritus *nomine reſerventur; quæ ſequuntur.* Aqua Lumbric. Magiſtr *indigitentur.*

## § 31. *Aqua Magnanimitatis.*

♃. Formic. (præſtant majores, acidulum odorem exhibentes) M ij.

Spirit. Vini Menſur. 1. vel q. ſ.

Digere vaſe clauſo donec putrefactione in liquorem abierint. Hinc deſtilla per MB. aromatizaque tantillo cinamomi.

Vires. *Calefacit intensè, incidit. Uſus ejus præcipuus eſt in atrophia ſive intrinſecus, ſive extrinſecus adhibere velis.*

[Magis efficax reddetur reiteratâ formicarum infuſione & deſtillatione.]

N. 1. *Si ſpecies ancard. infuderis, inſigne conficies extractum, ad memoriam roborandam.*

N. 2. *Sunt, qui annoſitatem ejus potu excitari volunt, unde & nomen accepit; fides ſit penès expertum. De collectione ſunt qui monent, præferendas eſſe formicas, quæ plenilunio cum ovis ſimul colliguntur, haſque ad plenilunium uſque ſubſequens dirigere jubent.*

N. 3. *Nonnulli* ♃. *lib. ij. aquæ magnanimitatis deſcriptæ addunt.*

Confect. Anacard. ℥ ij.

Caſtor. recent. ℥ j.

Fl. Bugloſſ.

Anthos. ana. M. ℥ j.

Cinamom. opt. ℥ j.

Digeruntque per aliquot dies, hinc deſtillant.

HOFMAN. *Aqua Magnanimitatis.)* in hâc ut & alterâ additio confect. anacardin. & caſtorei admodum ingratam naribus & palato reddent compoſitionem, & ſi horum loco Meliſſa Citrata, Cortic. Citri recent. vel ambra aut Moſchus acceſſerint, magis commendabilem facient. Formicæ colligendæ ſunt Lunâ creſcente circâ ſolſtitium æſtivale in junio die ſerenâ in cucurbitam, in quâ fruſtum caſei repoſitum, ubi ſufficientem earum copiam habueris, baculo exime acuto caſeum & ſuperfunde Spiritum vini ad eminentiam trium digitorum & deſtilla. In Spiritu prolecto aliæ formicæ digerendæ ac deſtillandæ iterum, ſic accipies fortiorem.

§ *Alia aquæ magnanimitat. deſcriptio.*

♃. Formicar. major. (Majo vel Iunio collect.) q. v.

Spir. Vini rectificat. ad eminent. digit. iij.

Digeſtis adde

Fl. Anthos.

Roſ. rubr.

Bugloſſ.

Meliſſ.

Majoran. ana M j.

Caſtorei el. ℥ ij.

Spec. Diamoſch. dulc. ℥ ß.

Confect. Anacard. ℥ j.

Aq. Bugloſſ.

Betonic.

Tiliæ ana. lib. 1.

Tritis terendis miſce ac per menſem digerantur, deinde deſtillentur in MB. & cum proprio ſale rectificentur.

Vires. *Cordialis eſt & cephalica præ priori, magnarumque virium ad memoriam roborandam.*

Aqua Mirabilis ex D. CHARRAZ.

℞. *Cinnamomi electi* ℥ j, *Corticis Citri exterioris & Nucis Moſchatæ ana* ʒ vj *Caryophyllorum, Galangæ, Cubebarum, Macis, Cardamomi, Zinziberis, ana* ʒ ij. *Contuſa omnia in Succi Meliſſæ, Vini albi & Spiritus Vini ana* lib. j. *horis* 24. *macerentur, deinde igne arenæ moderato ſ. a. diſtillentur.*

*Corroborat partes omnes nobiles, reſtaurat vires attritas & vigorem concitiat pro venereo actu.*

Aqua Mariæ è Pharmac. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Sacchari candi* lib. j. *Vini canarini* ℥ vj *aq. roſar.* ℥ iiij. *Fiat ſyr. bene coctus in MB. adde, aq. cæleſtis* lib. ij. *ambræ griſæ, moſchi ana gr. xviij. croci gr. xv. ſantali citrini in aq. cæleſti infuſi* ʒ ij, *Fiat aqua depurata.*

## 32. *Aqua Nephritica.*

| | |
|---|---|
| ♃. Rad. Enul. Camp. | Nucl. perſic. No. xxx. |
| Ononid. | Fl. Geniſt. |
| Pimpinell. | Meliſſ. |
| Raphan. ana. ℥ j. | Anthos ana. M. ß. |
| Petroſel. | Sambuc. M i. |
| Leviſtic. ana. ʒ vii. | Bacc. Iunip. |
| Fol. Leviſtic. | Myrtill. |
| Petroſelin. an. M j. | Halicacab. |
| Saxif. c. toto ℥ ij. | Sem. aniſ. ana. ℥ ij. |

Incidantur & infundantur in Vini alb. opt. lib. xii. per ✓ (8.) dein deſtillentur.

Vires. *Diuretica ac lithontriptica eſt. Doſis cochl. 1.*

HOFMAN. *Aqua Nephritica)* Hæc laudem meretur, in primis ſi octidua deſtillationem præcedat digeſtio.

Aqua Anti-Nephritica correcta D. DE BELLEGARDE.

℞. *Mellis Narbonenſis* lib. ß. *Terebinthinæ Venetæ* ℥ ij. *Ligni Nephritici & Rad Ononidis ana* ℥ i ß. *Ligni Aloes* ℥ j. *Galangæ, Caryophyllorum, Cinnamomi, Macis, Cubebarum & Maſtiches ana.* ℥ ß. *Contuſis Contundendis, omnia per triduum macerentur in Aquæ vitæ* lib. iiij *poſtea igne moderato diſtillentur.*

*Datur Calculoſis & morbo Colico afflictis, doſ. à* ʒ j. *ad* ℥ ß. *ſola vel liquori idoneo immiſſa.*

Aqua odorata egregia ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. Ireos Florent. & Benzoini, ana* ℥ i ß. *Styracis electæ* ʒ vj. *Ligni Rhodij* ℥ ß. *Santali Citrini* ʒ ij *Calami Aromatici & Labdani ana.* ℈ ij. *Flor. Benzoini* ℈ j. *Pulverata omnia, Matratio commiſſa, in Aquæ Roſarum* lib. j *& Flor. Arantior.* lib. ß. *Vaſe diligenter obturato horis* 24 *in Balneo Mariæ tepido macerentur, deinde in eodem Balneo calidiori diſtillentur & Aqua ſervetur ad uſum, diluendo Moſchi Orientalis & Ambræ griſeæ ana.* ʒ vj.

*Dicta eſt hæc aqua, Aqua Angelica propter odorem ſuavem & gratum. Poſſet etiam ſpecierum in aquis dictis infuſio colari, in eaque diſſolvi Moſch. & Ambra griſea hicque liquor nomine Aquæ Angelicæ ſignatus aſſervari. Poterit rurſus Magma exſiccari atque veſtibus ad odorem immiſceri. Vſus hujus aquæ eſt tantùm exterior.*

Aqua Ophthalmica inſignis ex Eodem.

℞. *Flores Cyani cum propriis calicibus collectos & contuſos q. v. Cum Nivis vel aquæ nivis ſ. q. hor. 24. macerentur, deinde ſimul igne arenæ moderato diſtillentur & ſervetur Aqua ad uſum.*

*Hæc Aqua mirè confert in ſanandis plerisque oculorum morbis ſed præcipuè illis qui inflammationem adiunctam habent, præterea inſervit illuſtrando, corroborando atque conſervando, præcipuè ſenſum viſus; Atque ea propter dicta eſt, aqua conſpicilla frangens, quoniam qui ea utuntur poſſunt conſpicillis carere; ejus autem guttæ aliquot in oculum ſunt inſtillandæ manè & veſperi & ſingulis horis ſi libet.*

Aqua Anti-Paralytica & Anti-Apoplectica ex eodem.

℞. *Cerasor. nigror. contuſor.* lib. iiij. *Micæ Panis albi* lib. j *Radicis Valerianæ contuſæ, & Raſuræ C. C. ana.* ℥ iij. *Macis & Caryophyllorum pulverator. ana.* ℥ ß. *Croci* ʒ ij. *Flor. Lavendulæ & Lilij Convallium ana.* m. iij *Omnia ſimul mixta in M. B. tepido horis* 24. *digeſta, aucto ejuſdem Balnei calore diſtillentur, & ſervetur aqua prolecta ad uſum.*

*Commendatur in Paralyſi, Apoplexia & omnibus frigidis cerebri morbis, datur ab* ℥ ß. *ad* ℥ j.

Aqua Papaveris Compoſita è Pharmac. Coll. Reg. Lond.

♃: *Flor. papaver. erratici* lib. iiij. *irrorentur cum vini albi* lib ij. *deinde deſtillentur vitreis organis in M B. Aqua deſtillata cohobetur ſuper recentes flores, idque ter repetatur, unicuique aquæ deſtillatæ libræ addantur nuc. moſch. inciſ.* Nº ij. *ſacchari albi* ℥ ij.

¶ 33. *Aq. Philoſophorum.*

♃. Flor. Sambuc. rec. ℔. iij.
Herb. Lactuc.
Portulac.
Solan. c. toto ana. lib. 1.
Hyoſcyami alb.
Fl. Papav. errat.
domeſtic. ana ℔. ß.
Roſar.
Violar. ana. ℥ IV.
Succ. Sempervív. ℔. iij.
Plantag.
Acetoſ. ana. ℔ ij.
Endiv. lib. 1.

Omnia recentia contuſa & inciſa ſtent in infuſione in cella frigida ☍ (10) poſtea deſtilla in MB. vel cinere ad ſiccitatem ſexies reiterando ſemperque deſtillatum affundendo ſuper novas herbas, omiſſis ſiccis, tandemque rectifica, rectificato adde ſal ex fæcibus extractum, depuratumque ſepeli in terram frigidiſſimam per menſem.

Vires. *Omnibus morbis calidis convenit, &c.*

HOFMAN. *Aquæ Philoſophorum*) Hujus deſcriptio elementarem ſapit Philoſophum, quaſi hujus ingredientia ut aqua frigida elementaris morbis medeantur calidis ſimpliciter frigefaciendo, neutiquam: ſed quicquid operantur, peragunt partim condenſando, figendo & ſanguinis ebullitionem ſedando. Præterea ex ingredientibus & illorum reſiduo parum vel nihil ſalis extrahi poteſt.

¶ 34. *Aq. Pectoralis Clariſſ. D. D. Lud.* von Hornigh.

♃. Hepat. Vitul. N. 1.
Pulmon. Vulp. N. 1.
Herb. Pulmonar.
Hepat. ſtellat.
Salviæ.
Rutæ.
Hyſſop. ana. M j.
Rad. Enul. c.
Gladiol. ana. ℥ ß.
Sem. Aniſ.
Carv.
Fœnic. ana. ℥ ß.
Fl. Borrag.
Buglоſſ. ana. ʒ ij.
Infundantur per hor. 24. in
Vini veteris gener. M. ij.
Aq. Scabioſ.
Card. benedict. ana. ℥ IV.
Hyſſop. ℥ ij.
Dein deſtilla in MB.

V. *Confortat Pulmones ac Epar, craſſam mucilaginem attenuat, expectorat, flatus diſcutit, obſtructiones reſerat, &c.*

HOFMAN. *Aqua Pectoralis Clariſſ. D. D. Lud.* von *Hornigk*) Hæc ut & altera Pectoralis F. F. eandem cenſoriam virgulam, quam ſupra in alias ſtrinxi, ſanè non ſubterfugere poſſunt, quid aliud ſunt omiſſis paucis niſi aliqualis herbarum & animalium ſudor? illorum craſi genuina & ſapore ſpecifico deſtitutus? Nihil dicam de variâ ac ineptâ nonnullorum in dictis aquis farragine & conglomeratione Didici, pleraque remedia, inquit Nobiliſſ. HELMONTIVS in Pharmacop. ac Diſpenſator. modern. odore atque ſapore tam intus quàm extra noſtris auxiliari infirmitatibus, ideoque deteſtor ſimplicium multorum commiſtiones, eò quòd ſi ad odorem ſanativum alium deſuper adjunxeris, qui priorem ſupprimat, palliet, in ſe convertat, vel ſimul ex utroque neutrum ſuſcitet, unde vis ſpecifica ſanativa abolebitur, irritusque effectus ab ægro expectabitur.

¶ 35. *Aq. Pectoralis F. F.*

♃. Fol. Scabioſ.

| | |
|---|---|
| Veronic. ana. M ij. | Rad. Enul. |
| Capill. ♀. | Ireos fl. |
| Salv. | Petroſel. |
| Hyſſop. | Liquirit. ana. ℥ ß. |
| Marrub. | Sem. Aniſ. |
| Epatic. ana. M. j. | Fœnic. |
| Fl. Borrag. | Urtic. |
| Bugloſſ. | Cinamom. el. |
| Violar. ana. M ß. | Croc. or. ana. ʒ ß |

Inciſ. & contuſa digerantur in Aq. Scabioſ.
Veronic. ana. lib. 1.
Hyſſop. lib. ß.
Vini alb. ℔ iij.
Digerantur per ☍ (2) deſtill. per MB. adde Sacchari cand. q. ſ.

Vires. *Eaſdem cum priori obtinet.*

36. *Aq. Picarum compoſita.*

♃. Sem. Pœon.
Rad. Pœon.
Pyrethri. ana. ʒ j.
Ariſtoloch. l. ʒ iij.
Viſc. quern. ℥ ß
Caſtorei Ar.
Fl. Stœchad. ana. ʒ j.
Lil. convall. ℈ iß.

Paralyſ.

| | |
|---|---|
| Paralyſ. | Hyſſop. ana. ℥ß. |
| Pœon. ana. ʒ vi. | Cinamom. |
| Lavendul. | Caryophyllor. |
| Roriſmar. ana. ʒ v. | Cardamom. |
| Salv. | Nuciſt. |
| Majoran. | Cubebar. ana. ℥iß. |
| Betonic. | |

Singulis groſſo modo contuſis & inciſis infundantur.
in Aq. Lil. convall. ℔ iij.
Flor. Tiliæ lib. 1ß.
Primul. Veris. lib. 1.

Deinde adde pullos picarum. N. xij. qui pennis majuſculis abjectis conquaſſentur & addantur infuſioni prædictæ, poſt macerationem F. Deſtillatio in MB.

N. *Sunt qui picas in Aq. liliorum ℔. i ß. ad conſumptionem medietatis antea coquunt, infuſionique poſtmodum addunt. Verum quia coctione illâ volatilis pars prorſus evaneſcit, quid poſtmodum elevetur non video.*

Vires. *Cephalica & antepileptica inſignis eſt. Doſis cochl. 1. vel 2.*

HOFMAN. *Aqua Picarum compoſita)* Aptior fiet hæc compoſitio ſi pulli picarum vivi & integri ſtatim in alembicum, in quo reliquæ ſpecies continentur, conjecti deſtillarentur, ſemen pœoniæ cum radicibus & viſco quercino infuſioni reſervando. Poſt deſtillationem pulli remanentes immitti poſſunt retortæ vitreæ loricatæ & aucto igne per gradus ultimò luculentâ flammâ in receptaculum propellenda illorum radicalis humiditas cum ſale volatili & oleo fœtido. Quibus peractis ſpiritus ſeu liquor cum ſale volatili ab oleo fœtido liberatus ſemel tantùm per phialam oblongam rectificetur & cum aquâ deſtillatâ conjungatur. Quibus tandem etiam viſcus quercinus cum radic. & ſemin. pœon. in aq. prædictâ infuſus addatur. Nec obſtat, minus gratam inde proſurgere aquam; nam licèt minùs grata ſit naribus & palato, tamen nervoſo generi erit gratiſſima. Et blandimenta linguæ ſæpè ſunt nocumenta ventriculi & reliquorum viſcerum. Denium admodum inepta eſt illa picarum in aquâ liliorum coctio ad medietatis conſumptionem ante infuſionem, ut Dominus Autor etiam rationem addit.

Aqua ad ſedandos dolores Podagricos ex D. Charraz.

℞. *Stercoris bubuli ſicci & Spermatis Ranarum, ana partes æquales; ſimul miſceantur & Alembico Vitreo excepta in Balneo Mariæ calore moderato diſtillentur, & Aqua prolecta in loco frigidulo ad uſus ſervetur.*
*Sedat dolores podagricos calidos. Atque ea propter lintea in eam immerguntur partique affectæ imponuntur.*

Aqua Petaſitidis Compoſita, à Pharmac. Coll. Reg. Lond.

℞. *Rad. Petaſitidis rec. & contuſ.* lib. i ß. *Angelicæ, Imperatoriæ ana. lib. ß. Macerentur in cereviſiæ non lupulatæ generoſæ. libris x. deinde deſtillentur in MB. donec ſaporis mutatio vires radicum extractas eſſe teſtetur.*

Aqua Pœoniæ Compoſita ex eadem Pharmac.

℞. *Flor. Lilij convall. rec.* lib. j. *Infundantur in vini hiſpanici congiis iiij.* ℞ *flor. tiliæ* lib. ß *pœoniæ* ℥ iiij. *Macerentur per biduum, deinde deſtilla ad ſiccitatem, in MB. In deſtillato liquore macerentur rad. pœoniæ mar. debitè collectar.* ℥ ij ß. *dictamni albi, ariſtolochiæ longe ana.* ℥ ß. *folior. viſci querni, rutæ ana.* m ij. *ſem pœoniæ decortic.* ʒ vj. *rutæ* ʒ iii ß. *caſtorei* ℈ ij. *cubebar. macis ana.* ʒ ij *cinnam.* ℥ i ß. *ſcillæ præparatæ* ʒ iij. *flor. roriſmar.* p vj *Stæchad. arab. lavendulæ ana* p. iiij. *betonicæ, tunicæ, paralyſis ana.* p. viij. *tum ſucci ceraſor. nigror.* lib. iiij. *adjectis, deſtillentur omnia in vitreis organis ut ſuprà.*

Aqua Raphani Compoſita ex eadem Pharmac.

♃. *Folior. Cochlear. utriuſque verno tempore collector. & mundator. ana.* lib. vj. *ex hiſce contuſis ſuccus exprimatur, cui admiſceantur ſuccor. becabungæ, naſturtij aquat. ana.* lib. i ß. *vini albi opt.* lib. viij. *mala limon. cum toto inciſ.* N° xij. *rad. bryoniæ rec.* lib. iiij. *raphani ſylveſtris* lib. ij. *ari* ℥ ß. *corticis vinterani, nucum moſchat. ana.* ℥ iiij. *macerentur per triduum & deſtillentur MB.*

§ 37. *Aq. Salviæ compoſita F. F.*

♃. Salv.

| | |
|---|---|
| Majoran. | Cinam. ana. ℥ ß. |
| Thym. | Rad. irid. |
| Lavendul. | Cyper. rot. |
| Epithym. | Calam. ar. ana. ℥ j. |
| Beton. ana. M j. | Styrac. cal. |
| Nuciſt. | Benz. ana. ʒ i ß. |

Infunde in lib. IV. Spir. Vini rec. ♂ (4) dein deſtill. per MB.

Vires. *Calefacit & ſiccat. Cephalica & arthritica eſt penetrantiſſima, uſui conveniens, tam internè, quàm externè.*

38. *Aqua antiſcorbutica P. de Spina.*

| | |
|---|---|
| ♃. Rad. raphan. ſylv. ℔ ß. | Flor. Cordial. ana ʒ ij. |
| Scorzoner. | Troch. de Cappar. ʒ vi. |
| Cichor. ana. ℥ iij. | Croc. ℈ j. |
| Polypod. q. ℥. vi. | Digerantur per ♂ 3. in |
| Enul. ʒ. vi. | Vini alb. generoſ. ℔. iij. |
| Corr. tamariſc. | Seri lactis caprin. depurat. ℔ ij. |
| Cappar ana. ℥ i ß. | Aq. Cuſcut. |
| Citri ℥ ß. | Acetoſell. |
| Raſ. lign. rhod. | Cardui bened. ana ℥ v. |
| Saſſafr. ana ʒ IV. | Poſtea adde |
| Herb. menth. | Succi cochlear. |
| Meliſſ. | Becabung. |
| Chamædr. | Acetoſell. |
| Veronic. ana M I. | Fumar. ana ℥ IX. |
| Sem. Fœnicul. | Deſtillentur ex MB. |
| Aniſ. | |
| Naſturt. ana ℥ ß. | |

HOFMAN. *Aqua antiſcorbutica P. de Spinâ)* Cùm ex quibuſdam hujus aquæ ingredientibus, ut radic. Scorzoner. Cichor. polypod. q. Cortic. tamariſc. cappar. Croco, trochiſc. de cappar. &c. parum vel nihil deſtillatione elici queat, reliqua ſaltem volatilia ac ſpirituoſa deſtillationi committi poſſunt, quæ autem ad deſtillationem minùs apta ſunt, poſtmodum in aquâ deſtillatâ infundi debent.

Aqua Scordii Compoſita, è Pharmac. Colleg. Reg. Lond.

♃. *Succorum depuratorum galegæ, ſcordii, acetoſæ citri ana* ℔ j. *theriacæ Londin.* ℥ ij. *Macerentur per triduum & deſtillentur alembico vitreo in MB.*

Aqua Doctor. Stephani ex eadem Pharmac.

♃. *Cinnamomi, Zingiber. galangæ, caryophyllor. nucis moſchatæ granor paradiſi, ſem. aniſi, fœniculi, carvi, ana* ʒ j. *folior. thymi, ſerpylli, menthæ, ſalviæ, pulegii, parietariæ, roriſmar. flor roſar. rubrar. chamæmeli, origani, lavendulæ ana man. j. vini gaſconici* ℔ xij. *macerentur omnia diei ſpatio tum deſtillentur per MB. ſ. a.*

§ 39. *Aqua Antiſpaſmica S. Cloſſæi.*

♃. Vitrioli Ungar. ℥ IV.
Succin. flav. per triduum in Acet. diſtil. infuſi ℥ j.
Vini malvat. ℔ i ß.
F. digeſtio vaſe clauſo per octiduum in B. M. mox deſtillato in ciner. ferè ad ſiccitatem, vitando Empyreuma. ♃. hujus liquoris deſtill. ℥ IX.
Aq. ſtill. poſt fermentationem Ceraſ. nigror,
Lilii convall,
Flor. tiliæ arbor. &
Pœn. ana ℥ iij.
Rad. utriuſque valerian. ℥ ß.
Sem. pœon.
Bacc. Iuniper. rec. matur. ana ʒ iij.
Pullorum hirund. exenterat. n. 3.
Corvi &

Picarum

Picarum detractis plumis
Exenter, ana. n. 1.
Caſtor. opt. ʒß.
Caphur. gr. xv. F. omnium deſtillatio in MB. bulliente.
℞. de liquore ſtillato quart. 1.
Aq. Claretæ cum ambrâ & moſcho. ℥ i ß. M.
*Sumat cochl. 1. aut 2. incipiente parox. abſque morâ.*

HOFMAN. *Aqua antiſpaſmica S. Cloſſæi.*) Conſultiùs erit digeſtionem ad plures ♂ ♌ extendere, poſtmodum deſtillare ex cucurbitâ fictili lutatâ, ad ſiccitatem, deſtillatum per ſæpius repetitam cohobationem denuò prolicere, & ſic interpoſitâ digeſtione acquires ſpiritum fragrantiſſimum ant-epilepticum & anti-ſpaſmaticum, qui vel per ſe in uſum trahi poteſt, vel mixtura inde fieri cum Spiritu ceraſor. nigr. per fermentat. parat. lil. convall. fl. tiliæ. valerian. juniper. Extract. radic. pœon. Sale volatil. hirundin. Corvi. Picar. Eſſent. caſtor. Camphor. ſ. q. cum vel ſine Moſcho & ambrâ.

¶ 40. *Aqua Splenetica. F. F.*

| | |
|---|---|
| ℞. Rad. Filic. ℥ ij. | Sem. Leviſtic. |
| Polypod. | Carv. |
| Apii ana. ℥ i ß. | Aniſ. |
| Ariſtol. rot. | Cymin. ana ʒ ij. |
| Leviſtic. | Sum. Abſinth. |
| Acor. aq. (pſeudo ac.) | Fumar. |
| Cal. arom. ana ℥ j. | Cuſcut. |
| Cort. Cappar. | Fl. Agrimon. |
| Tamariſc. | Fol. Ceterach. |
| Lign. fraxini. | Scolopendr. ana Miſ. |
| Rhabarb. elect. ana. ℥ ß. | |

Vini generoſ. lib. VIII. ſtent in digeſtione (♂ 2.) Hinc deſtillentur per MB.
Vires. *Lienem roborat, aperit, urinam promovet, &c.*

HOFMANN. *Aqua ſplenetica F. F.*) Hæc aqua ad Domini Noſtri Autoris præſcriptum præparata parùm virtutis obtinebit, cum pleraque ad deſtillationem ſint minùs idonea, ideòque ex reliquis balſamicis deſtillationi commiſſis aqua elicienda, cui demum uſus tempore reliquorum ingredientium extracta addi debent.

¶ 41. *Aqua Contra Terrorem.*
Schreckwaſſer. *Water againſt a fright.*
Schrick-water.
℞. Flor Lil. convall. Miiſ. (vel plur.)
Superfunde Vini albi generoſ. Menſuras. 3. ſtent ſimul in loco frigido ♂ (14.) poſtea deſtilla per MB.
Deſtillato iterum adde
Cinamom. ℥ i ß.
Cubebar. ℥ ß.
Caryophyll. ʒ iij.
Macis.
Galang.
Zing.
Zedoar.
Croc. or. ana ʒ ij.
M. Stent bene obturata aliquamdiu. Hinc adde
Flor. Lavendul. recent. M j.
Spic. noſtrat. M ſ.
Stent iterum aliquot dies.
Hinc deſtilla in MB. Ex fæcibus extrahe Sal. deſtillatoque adde.
N. *Sunt qui deſtillatum ante Salis admixtionem ſuper ocul. ♋. præparat. ℥ j. deſtillant. Verùm ut ſupra monui, rectius deſtillato admiſcentur.*
Vires. *Convenit gravidis terrorem paſſis, præcavet abortum, fœtumque confortat.*

HOFMAN. *Aqua contra Terrorem.* Schreck-Waſſer.) Hæc tam quoad elaborationem, quàm virtutem ſuâ abundet laude. Additio tamen ſalis ex fecibus extracti, prout & deſtillatio ſuper ocul. ♋ præparat. ſupervacanea eſt.

¶ 42. *Aqua Theriacalis ſ. contra Peſtem.*
℞. Succi Galeg.
Acetoſ.
Scord.
Citri. ana. lib. 1.
Theriac. opt. ℥ ij.
Miſta digerantur aliquamdiu, poſtea deſtillentur; *Doſis cochl. 1. ad ij. &c.*

HOFMAN. *Aqua Theriacalis ſeu contra Peſtem.*) Seipſam commendat, modò ſuccus Citri à deſtillatione exulet, & loco Theriacæ mera volatilia & balſamica illam ingredientia ſubſtituantur, & ſuccus Citri deſtillato demum addatur.

¶ 43. *Aqua Theriacalis Croll. ſ. Spiritus Theriacalis camphoratus.*
℞. Theriac. Andromach. ℥ v.
Myrrh. rubr. ℥ ii ß.
Croc. orient. ℥ ß.
Camphor. ʒ ij.
Mixtis ſuperfunde Spir. Vini rectificati ℥ x. ſtent in loco tepido, cucurbitâ, impoſito alembico, bene clausâ, ♂. (24.) Hinc deſtilla in MB. à lentiſſimo calore gradatim aſcendendo. Sic Spiritus prodit elegans, quem reaffunde materiæ in cucurbita, digere, atque denuò deſtilla idque vice tertiâ.
N. *Sunt qui Camphoram in Alembic. ponunt, alii contrà, Camphoram omittunt, Spiritumque Theriacalem ſimplicem vocant.*
Vires. *Egregius uſus eſt in Peſte, ciet ſudorem; reſiſtitque veneno. Sennert. in Inſtitut. Hartm. in Croll. Fink. in Enchirid. &c. Doſis* ʒ j.

Aqua Theriacalis ex D. CHARRAZ.

℞. *Radic. Gentianæ, Angelicæ, Imperatoriæ, Valerianæ, & Contrajervæ, ana* ℥ ij. *Cortic. Citri & Arantiorum, Cinnamomi, Caryophyllorum & Baccar. Iuniperi, ana* ℥ j. *Summitatum Scordii, Rutæ, & Hyperici ana man. j. Infunde per triduum in Spiritus Vini, & Aquarum Nucum & Cardui Benedicti, ana* ℔ ij. *deinde additis Theriacæ probatæ* ℥ iiij. *igne arenæ diſtilla & Aquam ad uſus ſerva.*
*Reſiſtit venenis & corroborat partes nobiles. Datur, à* ʒ j. *ad* ℥ ß.

Aqua Theriacalis, Cordialis, Bezoartica D. D. DONZELLI.

℞. *Radic. Angelicæ, Zedoariæ, Caryophyllatæ, Tormentillæ, Barbæ Hircinæ, Petaſitidis, Enulæ Campanæ; ana* ℥ ii ß. *Raſuræ Cortic. Ligni Sancti* ℥ vij. *Santali Citrini, Cinnamomi, Macis, Baccar. Iuniperi, Sem. Cardui Benedicti, Sem & Cortic. Citri, ana* ℥ j *Dictamni albi, Scabioſæ, Menthæ rubræ, Chelidonii, Scordii, Rutæ, Meliſſæ, Scorſoneræ, ana man. j. Flor. Centaurii minor. Hyperici Geniſtæ, Calendulæ, Borraginis, Bugloſſi, ana P. j. Macerentur omnia per dies quatuor in B. M. affuſis vini Malvatici* ℔ iij *Succi Limonum, Aquar. Nucum, Meliſſæ, Vlmariæ, Cardui Benedicti, ana* ℔ ß. *Fiat expreſſio fortis, expreſſo adde, Theriacæ opt.* ℥ iij. *Confectionis de Hyacintho,* ℥ j. *Alkermes* ʒ vj. *Diamargar. frigidi, Diacorall. ana* ʒ iij. *Diambræ, Diamoſchi, ana* ʒ ij. *Croci orient. Myrrhæ ana* ℥ ß. *Sacchari candidi* lib ß. *Macerentur denuò omnia per dies* ij. *aut* iij. *calore B. M. Poſt diſtillentur in Balneo Cinerum ad ſiccitatem; è fæcibus extrahetur ſal per incinerationem qui adjungetur aquæ prædictæ.*
*Secunda infuſio poterit etiam aſſervari ſine diſtillatione, ſi libet, eritque illa remedium non minùs potens nec minùs efficax, imò potentius & efficacius, in ſudoribus provocandis, Corde affecto ſanando, & Malignitate etiam peſtilentiali fuganda.*

Aqua Theriacalis alia D. D. DONZELLI.

℞. *Succ. Cardui Benedicti, Scordii, Corticum viridium Nucum Iuglandium, ana* lib. ij *Rad. Petaſitidis* ℥ iij. *Croci* ℥ ß. *Myrrhæ, Aloës ana* ℥ j. *Dictamni albi* ℥ i ß *Theriacæ Andromachi veteris* ℥ vj. *Vini albi generoſi* lib. j *Contundenda contundantur, & macerentur omnia in B. M. per dies* iij. *deinde diſtilletur Aqua ex a.*

Provoca

*Provocat Sudores copioſos , atque remedium eſt in febribus malignis. Doſ.* ℥ j. *ad* ℥ ij. *in validioribus. Propinatur in Aquæ Scorſoneræ* ℥ v. *aut* vj. *probè tecto ægro in lecto calido.*

Aqua Theriacalis ſeu Sudorifera. D D. DIEMERBROECKII.

℞ *Radic. Oſtrutij, Petaſitidis, Angelicæ, Carlinæ, Valerianæ, ana* ℥ ii *ß. Enulæ Campanæ, Corticum Aurantior. ſicc ana* ℥ iij. *Herbar. Scordij, Abſinthij, ana.* ℥ ij. *Cardui Bened.* ℥ iij. *Flor. Roſar. rubrar.* ℥ *ß. Stæchados* ʒ iij. *Baccar. Iuniperi* ℥ ii *ß. gran. Cardamomi minor.* ʒ v. *Cinnamomi electi* ℥ j. *Hæc omnia ſumantur ſicca , conſcindantur ſimul & groſſo modo contundantur , iiſque affundantur in canthario lapideo , vini albi Rhenani vel Gallici tenuis* lib. xxij. *Aquæ roſar.* lib. ij *Vaſe bene obturato ſtent in infuſione diebus* xi. *Tunc addantur hæ herbæ virides & recentes , conſciſſæ & aliquantum conquaſſatæ , Folior. Rutæ* m. vj. *Tanaceti* m. iiij *Roſmarini, Pimpinellæ, ana* m. i *ß. Maneant ſimul in infuſione adhuc per dies* viij. vel x. *quotidiè baculo commovendo , poſtea affunde , Succi Citri* lib. ij. *Stent adhuc per dies* iij. *vel* iiij. *poſtea ſuper ignem leviter ebulliant, & colentur ac in torculari fortiſſimè exprimantur , Colatura expreſſa diſtilletur in B. M. aut arenâ , per Alembicum vitreum. Illud quod poſt diſtillationem in fundo cucurbitæ remanet , adjecta aqua Cardui Bened. attenuandum, & per chartam emporeticam raram colandum eſt , quæ colatura lento igne exſiccanda eſt ad extracti conſiſtentiam quod uſui ſervandum , ex facibus & herbis combuſtis ſal parari poteſt.*

*Hac Aqua interdum ſola ſed ut plurimum aliis admiſta in Peſte Noviomagenſi An.* 1636. & 1637. *falicißimè utebatur D.D.* DIEMERBROECKIUS.

Aqua Theriacalis è Pharmac. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Succi putaminum virid nucum juglandium* lib. iiij. *rutæ* lib. iij. *cardui bened. calendulæ , meliſſæ ana* lib. ij. *rad. rec. petaſitidis* lib. i *ß. bardanæ* lib. j. *angelicæ , imperatoriæ ana* lib. *ß. folior. ſcordij* m. iiij. *theriacæ Andromachi vet. mithridatij ana* ℥ viij. *vini canarini generoſi* lib. xij. *aceti acerrimi* lib. vj. *ſucci limon. depurati* lib. ij. *fiat per biduum digeſtio in B. vaſe optimè clauſo, deinde deſtillatio & hinc inter deſtillandum paretur Extractum Theriacale.*

Aqua Pro-theriacalis ex eadem Pharmac.

℞. *Fol. Scordij, ſcabioſæ, card. bened. galegæ ana* m ij. *cortic. citri, aurantiorum rec. ana* ℥ ij. *ſem. citri , card. bened. ſeſeleos , thlaſpios ana* ℥ j. *flor. calendulæ , anthos ana* m j. *Incidenda incidantur , & contundenda contundantur craſſiuſculè , deinde cum vini albi meraci* lib. iiij. & *aquæ card. bened.* lib. ij. *in vas vitreum immittantur bene obturatum , ut per duas hebdomadas inſolentur , vel in hypocauſto per aliquot dies macerentur , facta agitatione frequenti. Tum demum in MB deſtillentur , ita ut libræ duæ priores exſtillatæ per ſe ſeparatim uſui ſerventur. Quæ verò poſtea per deſtillationem effluit aqua , itidem per ſe uſui aſſervetur; tum denique ſingulis libris admiſce , Iulapij alexandrini* ℥ j. *aquæ cinnamomi cochleare unum.*

Aqua Terebinthinata ex eadem Pharmac.

℞. *Rad. Iridis florent. folior. ſicc. menthæ, dictamni ana* ℥ j. *ſem. pulv. agni caſti, rutæ , lactucæ ana* ʒ vj. *terebinthinæ venetæ* ℥ iiij. *vini albi* lib. iij. *digerantur horas* xxiiij. *in MB. tum deſtillentur ut artis eſt.*

44. *Aqua de Tribus. Mixtura de tribus. Mixtura ſimplex, Diaphoreticum in peracutis.*

♃. Spirit. Tartari rectif. ℥ iij.
Vitrioli. ℥ j.
Aq. Theriacal. Camphorat. ℥ v. M.

Vires. *Ciet ſudorem, reſiſtit putredini, magnarumque virium cenſetur in febribus malignis , (ut & aliis quæ mali moris non ſunt.)*

*Doſis* ʒ j. *plus minus.*

HOFMAN *Aqua de tribus. Mixtura de tribus. Mixtura ſ. Diaphoreticum in peracutis.* ) Hæc ſi rectè conficiatur , magnarum eſt virium in omnibus febribus tam boni, quàm mali moris. Spiritus Tartari non ſolùm ſit depuratiſſimus , ſed & ſubtiliſſimus & ſummè volatilis ſale Tartari volatili imprægnatus. Spiritus vitrioli etiam ſtriatus ſit ſalibus fixis corroſivis deſtitutus; Et Spiritus Theriacalis ſequenti modo conficiendus eſt:

Recip. radic. imperator.
Angelicæ ana. ℥ ij.
Chelidon. major.
Zedoar.
Petaſitid. ana. ℥ i *ß.*
Pimpinell.
Dictamn. alb.
Valerian.
Cardapat.
Vincetoxic.
Contrajerv. ana. ℥ j.
fol. Dictamn. Cretic.
Noſtrat.
Scordij.
Galegæ.
Rutæ.
Millefolij ana. M. j.
bacc. juniperi M. iij.

Inciſ. & contuſ. infunde Spiritum baccarum Sambuci ſ. q. ſtent vaſe clauſo in loco tepidiuſculo per aliquot ſeptimanas, poſtmodum ſeparetur liquor & deſtilletur per MB. Deſtillatum ſpirituoſum affundatur reſiduis prioribus remanentiis & de his cohobetur ; Acquires Spiritum Theriacalem penetrantiſſimum, qui vel per ſe vel cum camphorâ ſeorſim adſervari poteſt; Ex hoc ſi velis Mixturam ſeu Diaphoreticum in acutis conficere.

Recip. Spiritus hujus Theriacalis ſ. q.
Myrrhæ optim. ℥ ii *ß.*
Opopanacis.
Galbani
Caſtorei ãã ℥ *ß.*

ſtent in digeſtione per 8 ☌ ☌, poſtmodum colentur; & ſeorſim ſerva. Deinde.

Recip. Opii Theb. ℥ i *ß.*
Nuc. Moſcat. nō. v.
Croci Or. ℥ ij.
Spiritus Theriacalis ſuprà deſcripti q. ſ.

Infundantur per 8 ☌ ☌ & ultra, poſtmodum cola.

Tertiò Recip. baccarum herbæ paris q. v.
Spirit. dicti Theriacal. ſ. q.

extrahe tincturam in loco tepido. Ex his ſimul invicem mixtis confice Eſſentiam Theriacalem ; hujus Recip. ℥ v. Spirit. Tartari volatilis ℥ iij.
Vitrioli ſtriati ℥ j.

Miſce.

Hujus Mixturæ ſeu Diaphoretici uſus non ſatis deprædicandus eſt in omni ferè Morborum genere ; Et in primis in febribus, tam intermittentibus quàm continuis mirificos ejus non ſatis deprædicare poſſum effectus. Imminente febrili inſultu ſin illicò hujus 30. vel 40. aut ultrà guttulæ in cereviſiâ vel vino propinentur, cum injuncto ſudore per horulæ ſpatium, febris certè ulteriores non facilè faciet acceſſiones. Inſtante & præſente etiam jam febris paroxyſmo quid tutius eſt propinata doſi aliquâ hujus diaphoretici ? imò in omnis affectus initio, ubi de ejus naturâ & ideâ nondum conſtat, tutus hujus uſus eſt, vid. tractat. meum de Method. Medendi.

N. Loco Spiritus Vitrioli ſtriati & Spiritus Tartari ſumi etiam poteſt in primis in febribus acutis & malignis liquor viperarum cum ſale volatili, Sal C C. volatile. Sal Tartari volatile, Sp. ✱ ſalſus & urinoſus, &c.

¶ 45. *Aq. Triſtantis.*

♃. Nuc. Moſch. lib. 1.
Macer.
Zinzib.
Granor. paradiſ.
Caryophyll. ana. ℥ i ß.
Rhabar. opt. ℥ j.
Caſtor.
Spicæ nard. ana. ℥ ß.
Ol. laurini. ℥ ij.

M. & fac ut aromata maneant integra , infunde Vini optimi lib. xıv. maceraque in vitro clauſo ſeptiman. 4. Dein cola, ſpecieſque omnes contunde ad pulmenti formam , addanturque poſtea liquori colato, iterum ſtent per ☌ 3. ſæpius agitando : Denique deſtilla in MB.

Vires. *Cephalica & uterina eſt , craſſos flatus diſcutit.*

HOFMAN. *Aqua Triſtantis )* Licet rhabarbarum & oleum laurinum planè excludantur , tamen hæc aqua ſuis non deſtituitur viribus in Morbis cephalicis & uterinis à flatibus ortis.

¶ 46.

¶ 46. *Aqua Vitæ Mulierum*: Weiber Aqua Vit. Eau de vie pour les femmes. W*omens Aqua vitæ*. Aqua vitæ voor de Vrouwen.

℞. Cinamom. acerr.
Nuciſt.
Macis.
Zinzib.
Garyophyllor.
Gran. paradiſ.
Cubebar.
Cardamom. ana ℥ ij. ( alii ℥ iß.
Piper, long. ℥ j. ( alii rectiùs ℥ ß.
Galang. ℥ ſ. ( alii rectiùs ℥ j.)
Zedoar. ℥ j. (alii omittunt.)

Pulveriſentur ſingula ſeorſim permiſceanturque. Hinc adde.

Fol. Salv. min.
Menth. criſp.
Fœnic. ana Mj. ( alii Meliſſæ & meliùs.)

Affunde Vini generoſi Menſ.iij. maceraque vaſe clauſo ♂ (14. ) poſtea deſtilla in MB. vel veſica ſtanno oblita.

Vires. *Uterum corroborat ; ſuffocationes ejus compeſcit, flatus diſcutit idque adeò feliciter , ut generoſis ac nobilibus mulieribus Palatinatus , inſtar Panaceæ in morbis uterinis habeatur. Corroborat inſuper ac calfacit ventriculum, caput, ac reliqua viſcera. Exiccat catharros.*

*Doſis à cochl. ß. ad* 1. *&c.*

*Medull. deſtillatoria, D.D.* W*eickard. in Theſ. Pharmac.*

47. *Aqua vitæ mulierum camphorata S. Spiritus matricalis camphoratus.*

℞. 1. Dictas ſpecies priores affunde : Spir. Vini digerantur & deſtillentur.

2. ℞. Camphor.
Ol. amygdal. d. ana ℔. 1.

M. optimè digeranturque in MB. vel Cinerib. ♂ ℘ ( 14.) ut camphora totaliter cum oleo conjungatur.

Hinc ſuperfunde præfatum ſpiritum rurſumque per ♂ ℘ aliquot digere. Sic Spiritus extrahit eſſentiam camphoræ.

Tandem leni calore MB deſtilla uſque ad ſublimationem Camphoræ.

N. *In roſtro poni poſſunt grana Kermes , quæ ruborem deſtillato conciliant.*

*Doſis gut. XX. ad XXX.*

Aqua Vitæ Regia ex D. CHARRAZ.

℞ *Ligni Aloës, Radic. Zedoariæ, Angelicæ, Carlinæ, Valerianæ, ana* ℥ j. *Cinnamomi electi, Macis, & Corticis exterioris Citri, ana* ʒ vj *Caryophyllorum , Cardamomi minor. & ſem. Fœniculi dulcis , ana* ℥ ß. *Flor. Arantior. Anthos , Salviæ , & Majoranæ floridæ, ana P. ij. Contuſis contundendis , omnia Matratio excepta , cum Spiritu Vini & Vini Malvatici , ana* lib. iiij *Vaſe diligenter obturato igne moderatiſſimo per triduum macerentur , deinde in Balneo Arenæ ex arte diſtillentur , diſſolvendo in Aqua Stillata , Moſchi & Ambræ griſeæ , ana* ʒ ß. *& ſervetur Aqua ad uſum.*

*Hæc Aqua etiamſi è paucis componatur medicamentis , debet tamen præferri quam plurimis Aquis Vitæ quas vel Matthiolus vel alij Celebres Authores nobis deſcripſere. In illis enim ſi ad examen ſerium revocentur , apparet confuſio integra facultatum quæ in variis, variæ ſubſtantiæ, ſpeciebus componentibus reperiuntur. Contra verò hic omnia concurrunt ad unum & eundem ſcopum videlicet corroborationem Cerebri , Cordis , Stomachi atque partium omnium nobilium languentium, ſive per ſpirituum depauperationem , ſive per oppreſſionem. à materiis peccantibus effectam. Datur longè poſt paſtum, à* ʒ j. *ad* ℥ ß.

Aqua Vitæ Hibernis Popularis Vſque bach dicta è Pharmac. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Aquæ vitæ generoſioris* lib. xxiiij. *Illis per quatriduum in fund. rad. glycyrrhizæ* lib. j. *uvarum paſſarum exacinatar.* lib. *ß. caryophyllorum* ℥ *ß. macis , zingiberis ana* ʒ ij *Servetur colatura in uſum.*

¶ 48. *Aq. Virtutum.*

℞ Cinamom. el.
Gran. Paradiſi ana ℥ j.
Nuciſt.
Caryophyll.
Zinzib. ana ℥ ß.
Macis.
Galang. ana ʒ ij.
Salv. ℥ vi.
Vini Rhenani lib. vi.

Inciſa & contuſa infundantur per ♂ 14. F. deſtillatio.

Vires *eaſdem obtinet cum præcedenti.*

H O F M A N. *Aqua vitæ Mulierum* , Weiber *Aqua Vit item Aqua Vitæ Mulierum camphorata & Aqua Virtutum. )* Dictæ Aquæ, utpote ex meris ſpirituoſis & balſamicis conſtantes deſtillationi aptiſſimis nullâ indigent animadverſione , ideoque in ſuo pretio habendæ ſunt.

¶ 49. *Aqua vomitiva Plateri.*

℞. Nuc. jugland. virid.
Rad. raphan. ana part. ij.
Acet. Vini part. iij.

Conquaſſatis nucibus & raphano, F. digeſtio leni calore, dies ( 5. vel *6.* ) poſtea deſtilla ex MB.

*Doſis ab* ℥ ſ. *ad* ℥ *iij.*

N. *Nonnulli fortiorem reddunt addendo nonnihil aquæ benedictæ.*

H O F M A N. *Aqua Vomitiva Plateri )* parùm virtutis emeticæ ab hâc aquâ erit expectandum, dum nihil ſuper MB adſcendere poteſt , quòd vomitum concitare queat. Id quod Dominus Autor etiam ſuſpicatus eſt , dum à nonnullis aliquid aquæ benedictæ addi ſcribit, ut fortior reddatur.

¶ 50. *Aqua Saturnina ſive Æſculapij vomitoria.*

Deſtilla Acetum fortiſſimum per Alemb. plumbeum magnum abjiciendo quartam partem aceti primo extillantis tanquam nimis debilem, reliquum excipe ad ſiccitatem ferè totalem , cavendo tamen ne ab aceti mellagine tetrum acquirat odorem.

*Dulce eſt guſtui, datur , ad* ℥ *j. ij. & ultra in febribus intermit. pro Vomitorio & contra Epilepſiam phlegmaticam à Ventriculo ſuſcitatam.*

H O F M A N. *Aqua Saturnina ſive Æſculapij vomitoria)* Hæc aqua nihil aliud eſt, quàm ſolutio Saturni aceti ſtillatitij fortiſſimi ultimi beneficio peracta , prodeunte duntaxat ſolo aceti inutili phlegmate , ſaccharo Saturni ſubſidente in Alemb. plumbeo, unde ergò vis vomitoria?

## CAPVT XXXIX.

### *De Aquis reliquis.*

PRæter aquas deſtillatas ſunt & aliæ officinales, ex deſtillatis ſcilic. ſimplicive fontana , & accedente rerum aliarum incoctione, infuſione, admixtione, reſultantes.

Modus parandi nihil diſcrepat à modo decoctionis, infuſioniſve, aliàs tradito.

*Uſitatiores hujus formulæ ſunt*
*Aqua Ophthalmica: F. F.* 1.

*Ophthalm. Bruni* 2.
*Ophth. Quercet.* 3.
*Aqua ad ſuffuſionem expertiſſima* 4.
*Saphirea* 5.
*Viridis. Collyr. Virid.* 6.
*Perlarum.* 7.
*Lac virginis.* 8.
*Cauſtica.* 9.
*Antipodagrica Quercetani.* 10.
*Antipodagrica I. Raici* 11.

1. *Aq. Ophthalmica. F. F.*

℞. Vitrioli alb. ʒ iij.
Baccar. Laur. excort. ʒ iij.
Aq. roſar. alb.
fœnic. ana. ℔ j.

Bulliant lento Igne in cucurbita vitrea ad conſumptionem medietatis, hinc adde Camphoræ ʒ iij. M. Filtra per chartam.

[Huic ſimilis Aqua ophthalmica, quam Autor editionibus prioribus affixit, ſub finem libri II. quæ huc referri poteſt

℞. Aq. Roſ. alb.
Lil. alb.
Fœnicul. ana. ℥ x.
Bacc. lauri contrit. ʒ ij.
Vitrioli albi ʒ i ß.
Camphoræ ℈ ij.

Bulliant in diplomate & ſtent per noctem bene clauſa, manè colentur & ſerv. pro uſu.

2. *Aqua Ophthalm. Bruni. Collyrium Bruni.*

℞. Vini albi.
Aq. Roſar. alb. ana. ℥ i ß.
Aloës Hepatic. ſubtiliter pulv. ʒ j. F. Collyrium.

Vires. *Commendatur ad palpebrarum ſcabiem pruriginoſam.*

3. *Aqua Ophthalmica Quercetani.*

℞. Croc. metall. ʒ j. vel ʒ ij.
Infunde in Aq. Euphrag. fœnic. aut ſimil. ℥ v. vel vi.

Vires. *Virtutis miræ eſt contra amblyopiam, amauroſim & ſuffuſionem.*

4. *Aqua ad ſuffuſionem expertiſſima.*

℞. Aquar. euphraſ.
Fænic.
Verben. ana ℥ iij.
Succorum chelid.
Rut. ana ℥ ij.
Piper. long. ℈ ij.
Nuc. moſch. ʒ j.
Caryoph. ʒ ß.
Croci, ℈ j.
Florum roriſm. aliquantulum contrit. M ß.
Sarcocoll.
Aloës hepat. ana ʒ iij.
Fellis perdicum ℥ j.
Inciſis tritiſque ſingulis adde
Sacch. albiſſ. ℥ ij.
Mell. roſar. ʒ vi.

Ponantur in Alemb. vitreo, deſtillentur in MB. igne lento.

℞. Hujus aquæ ℥ j.
Spiritus Tart. rectificat. ʒ j.

*De hac aquâ inſtilletur in oculum laborantem bis aut ter in die.*

[*In caligine oculorum etiam apud ſenes præſtantiſſima comperta.*]

HOFM. *Aq. ad ſuffuſionem expertiſſima.*) Cùm Dominus noſter Autor inſcribat expertiſſimam Aquam, de effectu ſanè non facilè dubitare vellem. Interim tamen libenter ſcire aveo, unde tantæ rei effectus? quid enim à Sarcocollâ, aloë hepaticâ, Saccharo & melle non præmiſſâ digeſtione, ſed per nudam ac ſimplicem deſtillationem erit expectandum, niſi nuda aqua quibuſdam ingredientium effluviis medicamentoſis dotata, minùs ad prædictum affectum ſufficientibus. Ideoque ſequens Aqua per infuſionem ac digeſtionem facta erit commodior.

Recip. aloës hepatic.
Sarcocoll. ana ʒ j.
Croci Or. ℈ ij.
pulveriſat. infunde in vini & aq. roſar. ſ. q. vaſe clauſo & digere.

5. *Aqua Saphirea ad oculos.*

℞. Lixivii Calc. viv. cum Aqua fontana facti, & filtrati. q. v.
In hoc ſolve * parum.

Id ubi exactè ſolutum fuerit, aquam hanc in æneam pelvim conjice per noctem, & Saphiri acquiret colorem, &c. eſtque diaphana in vitro ſepoſita.

Vires. *Ad omnia ferè oculorum vitia, imò ad ulcera quævis mundanda utiliſſima; cancrum, ambuſtionem, aliaque multa vitia ſanare perhibetur. Oculis aliquot guttæ tantùm imponuntur, prout ſcilicet multum parumve ſalis ariſve continuerit. Efficax item eſt ad pelles oculorum auferendas. Poteſt dilui Aqua ſtill. fœniculi, Euphrag. &c.*

N. *Eſt uſitatiſſima Agyrtis*

6. *Aqua Viridis. Collyrium viride.*

℞. Ærug. æris ʒ ij.
Auripigment. citrini ʒ j.
Aq. roſ. alb.
Plantag.
Vini alb. ana. ℥ iij.

M. Bulliant ſimul, maneatque liquor ſuper materiam.

Vires. *Utile eſt in Pterygio, ſi oculo inſtilletur.*

HOFMAN. *Aqua viridis, collyrium viride.*) Hæc ob virulentam auripigmenti citrini qualitatem ſuſpecta eſt, dum extrinſecus etiam non correctum adhibitum horrenda inferre ſolet ſymptomata. Ideoque ſequens magis arridet mihi uſu approbata.

Recip. Vini Rhen. aq. plantagin. roſar. r. ana ℥ iij.
Tut. præparat. ʒ ij.
Myrrh. el. pulveriſat. ʒ i ſem.

Coque ad tertiæ partis conſumpt. ſub finem in nodulo ſuſpende pulv. virid. æris ℈ j. camphor. gr. vij. Tunc colatura ſine expreſſione adhibeatur uſui. Valet in omnibus oculorum affectibus uſque ad miraculum.

Aqua Ophthalmica D. D. DAQUIN.

℞. *Tutiæ Alexandrinæ ter in Aqua Roſarum extinctæ, & ſupra Porphyrium præparatæ & Caryophyllorum pulveratorum, ana* ʒ i ß. *Sacchari candidi* ℥ j. *Caphuræ, Aloës, ana* ʒ i ß. *Vini Hiſpanici* ℔ iiij. *Aquæ Roſarum albarum* ℔ ß. *Aquarum Chelidonij, Fæniculi, Euphraſiæ & Rutæ, ana* ℥ ij. *Omnia ſimul mixta, Lagena vitrea diligenter obturata excipiantur, & Soli æſtivo per quindecim dies exponantur, deinde ſimul ſerventur ad uſum.*

*Admodum efficax eſt hæc Aqua in omnibus oculorum morbis, in id autem adhibetur tantùm liquor purus, relicto in fundo vaſis ſedimento craſſo.*

Aqua florum Cichorij. Secretum pro morbis oculorum ex D. D. DONZELLO.

℞. *Flor. Cichorij cæruleor. quo tempore ſol Leonem ingreditur, q. v. Ex illis recentibus adimplebitur vas vitreum anguſti orificij, illudque veſica duplici adhibita diligenter obturabitur, poſtea in paſta farinacea ſepelietur, & in furnum cum panibus coquendis immittetur, coctâ maſſa retrahetur, vaſque in illa ſepultum retegetur quod continebit non flores ut antè ſed præcipuè liquorem ex illis confectum, liquor ille per retortam vitream diſtillatus præbebit Aquam quæ ſervatur ad uſum. Hæc Aqua Arcanum eſt maximæ efficaciæ in morbis oculorum, ſed præcipuè in illorum albugine, nubecula, ungue, ſuffuſione & caligine.*

Aqua

Aqua Ophthalmica D. IOH. VALENT. WILLII, in Act s Hafnienſibus Bartholinianis.

℞. *Valerianæ major. Chelidonij maj. Euphraſiæ, Fœniculi, cum caulibus, floribus, foliis & radicibus, menſibus æſtivis ſummo manè erut. ana q. v. à ſordibus ſuis repurgatas, non tamen lotas, in cucurbitam vitream capaciſſimam conjecito affusâ aquæ roſar. albar. bis diſtillatæ ſ. q. clauſum vas loco tepido committatur, ibique per triduum digeratur materia. Deinde aptato recipiente, leni admodum B. M. calore latex limpidus nec uſque adeò remiſſè olens diſtilletur. Elicitus ita liquor recentibus denuò herbis eodem modo collectis & purgatis, affundatur, repetito priori proceſſu, quæ cohobia atque hæc excipientes diſtillationes ubi tertia vice ſucceſſerunt, enitentur ſpirituoſiſſimam aquam, colore limpidiſſimo, ſapore ſubacri, odore mixto, prævalente tamen valeriana, tantæ penetrationis ut ſi vel unicam guttulam tetigeris, integram diem odorem liquoris ſparges.*

*Hujus Aquæ effectum in ſe ipſo expertus eſt Author; de quo ſic; Dextri oculi acie planè non ex voto fruor ſine tamen dolore, quotiens verò vſpteri unius aut alterius guttulæ inſtillatione in oculum utor, manifeſte acuo adeò, ut ſequenti die liceas eſſe longè oculatiori. Ita ejuſdem liquoris efficaciam laudarunt, quotquot eo ſunt uſi.*

*Huc pertinent Aquæ Cordiales*, Krafftwaſſer. *Cordial waters*, Hertſterckende Wateren. *quæ ſi lac colore æmulentur lac, emulſiove dicuntur, fiuntque ex Aquis ſtillatitiis, pulveribus aliiſque coordialibus.*

7. *Aqua perlarum in Officina uſualis.*

♃. Aq. Roſar.
Borrag.
Bugloſſ. ana. ℥ iv.
Manus Chriſti perlat. ℥ j.
Sacchar. cand. ℥ß.

*Alia.*

♃. Aqu. acetoſ.
Borrag.
Bugloſſ.
Roſar. ana. ℥ iv.
Manus Chriſti perlat. ℥ iij.
Margarit. præparat. ʒ ß.
Syrup. Granat. ℥ j. M.

Vires, *Vulgo notiſſima ſunt, utpote ad quas in extremis, tanquam ad ultimum levamen confugitur, cochl. ſubinde propinando.*

HOFMAN. *Aqua Perlarum in Officinâ uſualis.*) Hæc Aqua modò ex ingredientibus aquis deſtillatis ſ. a. paratis & non fracidis elaborata ſit, non rejicienda eſt. Et Margaritæ præparatæ non adeò difficillimæ ſunt ſolutionis, quin à fermento ventriculi acido, quod in ægrotantium ventriculo tantum abeſt ut debile ſit, ut ſæpè nimium potius augeatur, vinci & in actum deduci poſſint. Solutionum margaritarum uſus non ſemper adeò tutus eſt, dum acidi iſti liquores, quibus margaritæ ſunt ſolutæ, ſæpè in ventriculo variis ſalibus imprægnato præcipitantur, & novas excitant turbas, & ſic majus in periculum ægroti conjici poſſunt.

¶ *Hujus quoque loci ſunt & alii liquores Aquei. ut*

8. *Lac Virginis.*

♃. Aqu. ſolan.
Nymph.
Lactuc.
Acet. ℥ ij.
Diſſolvantur in his
Lithargyr. argent. ℥ j.
Ceruſ. candid. ʒ iij.
Camphor. ℈ j.

Stent aliquot horis dum reſederint, quæ craſſa ſunt, tum tranſcolentur per filtrum aut cribrum ſetaceum.

*Uſus magnus lactis hujus eſt, non ſolum in decorandis Virginibus, acquirendoque nitore faciei, ſed & in ſcabie emendanda ſanguineque ſiſtendo: tum ad paſſam frontem, id eſt, paſſarum more rugatam explanandam exporrigendamque.*

N. *Aliud vide apud Auguſt.*

HOFMAN. *Lac Virginis.*) Si ceruſſâ excluſâ ſimplici ſaltem viâ præpararetur, locum merebitur, ſed coctio diſſolutioni eſt conjungenda, & demum colatura inſtituenda.

¶ 9. *Aqua cauſtica, F. F.*

♃. Spirit. Vini rectific. ℥ iij.
Pulv. Caryophyll. ℥ j.
Zinzib.
Cinamom. ana ʒ ß. ℈ ß.
Pulv. Ceruſſ. ʒ i ß.
Alum. uſt. ʒ ß.
Aceti. ʒ i ß.

Miſceantur optimè & ſerventur in vaſe optimè clauſo.

Vires. *Mundificat vulnera inveterata, excreſcentias expedit.*

HOFMAN. *Aqua cauſtica F. F.*) Hujus aquæ ingredientia ſe invicem præcipitant & ſic apertè inter ſe pugnant & deſtruunt; Ideoque nil obſtat, quin ceruſſa, alumen uſtum, Vitriolum album omitti poſſit, & ſolùm Mercurius ſublimatus retineatur, ita ut ſumatur Mercurii ſublimati ʒ ß vel ℈ ij. & cum aq. roſar. ℔ j. & Mel. roſar. ℥ j. unâ vel alterâ ebullitione coquatur & colatura cum linteis duplicatis applicetur, tam in antiquis ac ſordidis, quam recentibus ulceribus; Vbi tamen adeſt ſuſpicio nervoſi generis læſi, Mercurius ſublimatus exulet, ac vicem illius ſuſtineat ſaccharum Saturni, ſed in majori quantitate.

¶ *Alia.*

♃. ☿ ceruſ. ana ℥ ß.
Alum. uſt. Vitrioli alb. ana ʒ ij.
Aq. roſar. ℥ iiij ß.
Fontanæ ℥ iv. M.

10. *Aqua anti-podagrica Quercetani.*

♃. Aq. fontan. (potiùs pluvial.) in qua aliquoties extincta ♀ & ♂.
Adde vitrum ♄ ii ac ☿ dulc.

Vires. *Reſolvit tartarum, dolores ſopit. Vid. Querc. Rediv. tom. 3. p. 263.*

11. *Aqua anti-podagrica Ioh. Raici.*

♃. Ap. terimachtim utriuſque (i. e. aq. leviſtic. à bolo & Terra ſigill. deſtillatæ) lib. 1.
Laudan. ☿ ial. (i. e. ☿ 🝞ti potiùs ☿ dulcis acet. fortiſſimi an. macerati) ℥ iij.
Alhadid. (i. e. Aquæ ferri) ℔ ij.
Calcinationis lapidis de Alcohol. (i. e. Croci metallorum) ʒ j.
M. *Löſſel in Podagra.*

N. 1. *Aqua alhadid fit limaturam in aqua macerando, poſtmodumque, ut nonnulli volunt, per veſicam abſtrahendo. Verum enimvero melius foret, ut ex ipſiuſmet Raici ore in memoriam mihi revoco, Limaturam aëri humido exponere atque inſtante plenilunio ex cucurbita humili ſeu Urinali aquam deſtillare, iterumque aëri reponere, ac deſtillare. Quæ aqua redolet naturam ſalis * itaque in quantitate minori adhiberi poteſt.*

N. 2. *Aqua podagr. Rulandi forſan ab his non multùm eſt diverſa.*

[ *Suſpectæ aquæ hæ Mercuriales generiq; nervoſo noxiæ videntur.* ]

HOFMAN. *Aqua antipodagrica Quercetani & Iohannis Raici*) Harum Aquarum virtus anti-podagrica ſtet penes experientiam, interim in Raici compoſitione Mercurius ſublimatus mihi eſt ſuſpectus podagricis inungere articulis.

Aqua Styptica D. Matte la Faveur ex D. CHARRAZ

℞. *Vitrioli* lib xxv. *diſſolve in q. ſ. aquæ ſimplicis, diſſolutio per linteum craſſum trajecta in lebetem cupreum immittatur ignique imponatur, peractis aliquot ebullitionibus vas ab igne retrahatur &*

*liquori contento affundatur aceti ſtillatitij* lib. j. *ſic præcipitabitur pars vitrioli terrea quæ vitrioli ſulphur, impropriè dicitur, liquor poſt duodecim horas quiete depuratus per inclinationem effundatur, & pulvis in fundo reſiduus probè lavetur, edulcoretur, & exſiccetur ſuper cineres calidos. Tum,*

℞. *Hujus pulveris* ℥ viij. *immittantur in retortam vitream, affuſis Spir. vitrioli bene dephlegmati* ℥ viij. *reponatur retorta in arenæ Balneo, fiatque diſtillatio igne primùm leni ſed tandem violento, qui continuetur donec ex retorta nihil amplius exeat; refrigeratis vaſis & abrupta retorta, conteratur maſſa contenta, atque in matratium conjiciatur, affuſo Spir. Vini ſuper Sale Tartari rectificato ad eminentiam quinque aut ſex tranſverſorum digitorum, tunc matratio aptetur vas circulatorium optimè lutatum atque in Balnei calore digeſtivo contineatur per 24. horas, quibus elapſis Spir. vini intenſam contrahet rubedinem tum per chartam emporeticam trajiciatur calidè, poſt Spir. per Alembicum vitreum evocetur & evaporet ad ſiccitatem materiæ reſiduæ, quæ in pulverem abibit ſubalbidum; Illius autem pulveris* ℥ j. *immiſceatur* ℥ iiij. *aquæ pluviæ, quæ mixtura inſoletur per dies aliquot. poſt filtretur liquor, & ſervetur ad uſum.*

*Hic liquor ſtypticus admodum idoneus erit ſiſtendæ cuilibet hæmorrhagiæ.*

Aqua Styptica alia ejuſdem.

℞. *Vitrioli Piſani* lib. vij. *vel* viij. *bulliat in aq. font.* lib. xvj. *diſſoluto vitriolo, liquor ab igne retrahatur, illique affundatur aceti ſtillatitij* lib. ß. *poſtquam conſederint materiæ, effundatur per inclinationem liquor clarus, lavetur, edulcoretur & exſiccetur pulvis in fundo præcipitatus; qui pulvis in retortam vitream à parte tantùm inferiori lutatam immittatur, illique affundatur duplum ponderis Spir. Vitrioli probè rectificati; Fiat diſtillatio igne nudo, ſed moderato, ad ſiccitatem materiæ quæ griſei erit coloris, tunc abrupta retorta & contrita maſſa contenta, reponatur in crucibulo ſuper prunas ardentes, continuò agitando ſpatula ferrea, donec ſubluteum conquiſiverit colorem, quo tempore in mortarium effundatur & optimè conteratur. Illius pulveris* ℥ ij. *in matratium conjiciantur unà cum aq. comm.* ℥ iij. *& poſt dimidiæ horæ digeſtionem liquor per chartam emporeticam trajiciatur, atque in phiala vitrea bene obturata aſſervetur, pro applicatione in quibuſlibet hæmorrhagiis.*

Aqua Styptica D. LEMERY.

℞. *Colcothar. ſeu Vitrioli rubri in retorta dum Spir. diſtillatur reſidui, Alumin. uſti & Sacchari candidi, ana* ʒ ß. *Vrinæ junioris hominis, Aquæ Roſar. ana* ℥ ß. *Aquæ Plantag.* ℥ ij. *Diu ſimul omnia agitentur in mortario, poſtea miſtura in phialam vitream conjiciatur, & aſſervetur pro uſu, quo tempore liquor per inclinationem erit effundendus.*

*Hac aqua imbutum linteum & arteriæ reſectæ applicitum manu ſuper impoſitâ, ſanguinem ſiſtit; ea etiam poteſt humectari linteolum atque in nares intrudi ad hæmorrhagiam narium. Poteſt eadem aqua interiùs aſſumi ad ſupprimendum ſputum ſanguineum, ad dyſenteriam, fluxum hæmorrhoidalem & menſtruum. doſ. à gutt. x. ad gutt. xx. in aqua Polygoni.*

Aqua Styptica D. D. WEBER. Anchora ſauciatorum ipſi dicta.

℞. *Vitrioli Vngarici, Alumin. ana* lib. ß. *Phlegmatis vitrioli* lib. iiij *Coquantur tamdiu donec omnia fuerint diſſoluta: Liquorem frigefactum filtra & à cryſtallis ſubinde natis ſepara adde ſingulæ libræ liquoris, Olei vitrioli* ʒ j. *& ſerva pro uſu.*

*De Liquore hoc Styptico librum integrum conſcripſit D. D. Ioh. Cornel. Weber S. C. M. Medicus Aulicus, Monet autem, Linteamina quintuplicata liquore probè humectata, vulneri, vel orificio arteriæ vel trunco membri extirpati, ſuperimponenda eſſe cum adæquata ligatura & ſic ſanguinem in momento congelari. Addit, linteamina per aliquot dies ſuper impoſita relinquenda, ne cruſta ſanguinis, vel ſanguis incruſtatus ſimul detrahatur & ſanguini via aperiatur, & vulnus nullo alio adhibito remedio, perfectè ſanatum inventum iri. Hoc remedium in variis animalium generibus tentatum, nunquam, modò ritè operatus fuerit ipſum feſelliſſe. Rurſus adjungit; ſi quis deſideret remedium ejuſdem virtutis intra corpus aſſumendum, ille propinet liquorem terræ Sigillatæ cum Spir. Vitrioli paratum; aut ſi cui magis placeat Spir. ex Vitriolo & Alumine paratus, cum iſto præparet liquorem Terræ Sigillatæ, & ſibi comparabit remedium magnarum in ſanguine ſiſtendo virtutum, ad aliquot gutt. intrò aſſumendum. Ac tandem inquit; Terram Catechu & ex ea paratam eſſentiam ſe non recommendare, quia tantarum virium non eſt, ut ſanguinem in momento ſiſtat, licèt aliquo modo vitriolicæ ſit naturæ.*

## CAPVT XL.

### *De Balſamis Odoriferis.*

HOFMAN. DE BALSAMIS ODORIFERIS) BALSAMVM ſpecialiter & κατ' ἐξοχὴν Opobalſamum ita dicitur ſuccus ille. Arboris peregrinæ, de quo infrà. Abuſivè autem omnes Eſſentiæ Spirituoſæ ac unctuoſæ Balſama dicuntur, inde balſamica remedia. Hoc loco Balſama ſunt liquores craſſi ex oleis deſtillatis cum corpore oleoſo artificioſâ mixturâ confecti. Balſamælea rectiùs appellata. Et diſtinguuntur in interna & externa. Interna interno uſui; externa externo inſerviunt. Hæc ſunt odorifera & unguentaria, illa quædam deſtillata.

¶ Balſami ſignificationes varias dedimus libr. 1. Earum tres ſunt, quæ peculiarem ſibi in Officina vendicant locum, Balſami ſcil. odoriferi, Balſami deſtillati, & Balſami unguentarii: de prioribus hîc loci agere convenit, de poſterioribus infra.

Balſami odoriferi ſunt medicamenta, cum unguentis craſſitie certantia, imò plerumque duriora, parata ut olea odorifera corpore craſſiori retineantur, quo minus exhalent.

Corpora, quibus olea illa incorporantur, ſunt 1. Cera alba depurata, [ tenacia nimis facit balſama cera ] 2. Oleum nucis muſchatæ expreſſum, tum per ſe, id eſt, non depuratum, tum depuratum [ præſtat ſecundâ vice expreſſum ſpiritu Vini & Aqua roſarum odore privatum uti mox dicetur. ] 3. Medulla vituli lota. [ Hæc tamen ut & ſevum agninum mox rancorem conciliat ] 4. Manna depurata. 5. mixturæ tenues & liquidiores ut ex Theriaca tempore peſtis Balſami parari poſſunt; ex confectione Anacardina Apoplecticus. Balſamus etiam Peruvianus corpus præſtare poteſt.

N. *Quercetani Cœleſtem Mannam, quam in Pharmacop. Reſt. c. 26. maximopere deprædicat, alij Saccharum depuratum interpretantur, alij aliter. Verum enim vero nihil aliud à Quercetano intelligi, quam ceram depuratam, ex ſcriptis ejus parallelis liquet. Nimirum in tetrade, acetum Philoſophicum ex acido liquore Mannæ Cœleſtis parare docet, id quod de melle intelligi, ceræ ſcil. germano fratre, demonſtratur in enodatione menſtruorum, cap. 57. infra.*

HOFMAN. *Corpora, quibus olea incorporantur*) Sunt 1. Cera alba depurata. 2. Oleum Nucis Moſchatæ expreſſum tùm per ſe, id eſt, non depuratum, tum depuratum. 3. Medulla vituli lota. 4. Manna depurata. *Quercetanus* ceram depuratam *in Pharmacop. Reg. cap.* 26. quam inibi per cœleſtem mannam indigitat, commendat, licèt alii Saccharum clarificatum & inſpiſſatum, alii etiam mannæ depuratiſſimam partem per illam interpretantur. Verùm rectè Dominus Autor ex Ioh. Quercetani ſcriptis parallelis ſuſpicatur, ceram intelligi. Hanc autem ut & Medullam vituli cum ſevo agnino *CL. Zwelferus* rejicit, eò quod facilè ranceſcant ejuſmodi balſama cum hiſce parata & tractu temporis exiguo tenaciſſima fiant, hæc de cerâ, illa autem de medullâ &c. intelligenda veniunt. Nec inepta eſt cenſura; balſama enim cum ejuſmodi medullâ vel ſevo parata brevi temporis ſpatio tepido calori commiſſa corrumpuntur & ita rancorem contrahunt, quod quilibet experiri poteſt, qui ejuſmodi balſama ſecum in marſupio gerit, nec tenacitatem ceræ impedit ejuſque conglomerationem in illitu debita oleorum additorum quantitas, dum non ita arctiſſimè cera cum oleis deſtillatis uniri poteſt, atque fit cum illorum ſymbolico oleo Nucis Moſchatæ, quod Zvvelferus commendat ſecundâ vice vel ultimò expreſſum, atque odore ſuo per extractionem cum ſpiritu vini & edulcorationem cum aquâ roſarum privatum; atque hoc optimum corpus eſt.

¶ Deputatio ceræ & olei Nuciſtæ fit per Spir. vini, inprimis Tartariſatum ejus beneficio color & odor. ſ. a. extrahitur, relicto corpore albo, hujus loci idoneo.

N. *Alij* ℞. *Ceræ alb. p.* vj. *Ol. amygdal. d. recent. p.* 1. *Spir. vini ad eminentiam digiti unius, digerunt dies* (3.) *hinc abſtractâ humiditate in* MB. *corpus reliquum balſamis conficiendis adhibent.*

HOFMAN.

HOFMAN. N. *Alii Recip. Ceræ alb. &c.*) utut cera præparetur, tamen ejus tenacitatem, quæ ex conglomeratione balſamorum illitorum ex hâc paratorum ſeſe manifeſtat, non immutabis.

¶ Modus vulgaris. ♃. Corpus requiſitum, admiſce olei q. ſ. ut f. inſtar linimenti, quod tingunt colore debito.

HOFMAN. *Quod tingunt colore debito*) Elegantis artificii eſt, quodlibet Balſamum nativo ſuo tingere colore, roſarum ſcilicet rubro vel incarnato, citri flavo, ſuccini flaveſcente cum albedine intermixto, Majoranæ viridi, &c. Id quod facilè peragitur ipſarum herbarum aut florum magiſteriis, de quibus vid. Nobiliſſ. Zvvelffer. l. c. quæ non tam pro balſamorum virtute augendâ, quàm ut oculis blandiamur commodè adduntur.

¶ [Cavendum ne quæ Balſamis pro colore conciliando adduntur, virtutem illorum minuant, conglomerationem corporis & oleorum diſſolvant, pretioſitati detrahant aut noceant.]

[Pro Lacca, Bolo, viridi æris, & curcuma, &c. Extracta ſeu Tincturæ analogæ præſtarent.]

Modus præſtantior. ♃. Corpus (Ol. Nuciſt. depurat.) adde extractum rei, cujus Balſamus expetitur, hinc admiſce quoque oleum.

N. *Proportio inter extractum & oleum eſt ferè tripla, Olei ſcil. ¼ Extracti. ¾.*

*Balſama uſitatiora ſunt*

| | |
|---|---|
| Balſam. Angelicæ. | Lavendulæ |
| Aniſi. | Maceris |
| Apoplecticum. *vide infra* 1. 2. | Majoranæ |
| Arantiorum. | Menthæ |
| Bezoarticus peſtilent. *vid.* 3. | Nucis moſchatæ |
| Caryophyllorum | Roriſmarini |
| Cephalicus D. Spir. | Roſarum |
| Cinnamomi | Rutæ |
| Citri | Succini |
| Cubebarum | Zedoariæ. |
| | De his vide ſuis locis, libr. 4. |

1. *Balſamum apoplecticum Crollij ſecundùm F. F.*

♃. Ol. Nuciſt. expr. ℥ ij.
Ambr. nigr. ʒ ii ß.
griſ. ʒ ij.
Moſch. opt. ʒ i ß.
Zibeth. ʒ ii ß.
Ol. Cinnam. ℈ ß.
Majoran.
Lavend. ana ʒ ß.
Caryophyll. gr. vi.
Succin. ℈ ß.
Cum Balſamo Indico. q. ſ. F. Balſamum.

HOFMAN. *Balſamum apoplecticum Crollij ſecundum F. F.*) Hoc laudem meretur. Prout & ſequens Dn. D. J. Michaëlis.

Recip. ol. d. Cinamomi. ʒ ij.
caryophyll. ʒ iij.
roſar. ʒ j.
balſam. Peruvian. ℥ ß.
Moſchi ʒ ß.
ambræ ʒ j.
ol. expreſſ. Nuc. moſchat. ℥ ij. M. f. Balſamum apoplecticum.

N. vid. & Balſamum Epilepticum in theſaur. Pharmac. annexo ſect. IV. no. III.

¶ 2. *Aliter.*

♃. Confect. anacard. ʒ ij.
Ol. ſuccin.
Lavendul. ana. gutt. iij. vel plures.
Zibeth. ℈ ij.
M. F. Balſam.

Vires. *Confortat caput, frigidoſque humores diſcutit, adeoque in apoplexiâ, Syncope, Paralyſi, & ſimilibus affectibus convenit, naribus inditus, vel quoquo modo applicatus.*

N. *Mulieribus ob ſuavitatem minus commodè adhibetur.*

HOFMAN. *Aliter*) Confectio anacardina totum balſamum olfactu reddit abominabile, ideoque illa excludenda eſt, & reliqua ingredientia reſervanda ſunt.

¶ 3. *Balſamus Bezoarticus peſtilentialis.*

♃. Ol. Rut. ſt.
Citr.
Angelic. ana ℈ ß.
Succin. rectif. g. v.
Camphor. ℥ iij.
Ol. nuc. Moſcat. expr. ℥ ß. M.

N. *Oleum nuc. moſchatæ lavetur aqq. Rutæ, Angelic. Citri, donec fiat album.*

Balſamum Vulnerarium inſigne ex D. CHARRAZ.

♃. *Olei Terebinthinæ Venetæ* ℥ ij. *Olei Hyperici, & Olei Ceræ ſtillati, ana* ℥ ß. *Viridis Aeris, & Vitrioli viridis, ana* gr. vj. *Simul permixta, & phiala vitrea rectè obturata excepta, Soli æſtivo diebus aliquot exponantur, & ſervetur Balſamum ad uſus.*

*Citiſſimè curat vulnera omnia curabilia, ejus autem guttæ aliquot in vulnus inſtillantur, in illudque tepidum immerguntur linamenta vulneri imponenda.*

Balſamum aliud vulnerarium ex eodem.

℞. *Olei Hyperici* ℔ ß. *Olei Laurini, & Terebinthinæ Venetæ, ana* ℥ ij. *Olei Baccarum Iuniperi ſtillati* ℥ ß. *Pulveris Aloës electæ* ʒ ij. *Viridis Aeris, & Olei Caryophyllorum, ana* ʒ j. *Simul permiſceantur & per aliquot dies inſolentur, ſerveturque Balſamum.*

*Commendatur hoc Balſamum pro ſanandis omnigenis vulneribus.*

Balſamum Hypnoticum ex eodem.

℞. *Olei Nucis moſchatæ expreſſi & Unguenti Populei, ana* ℥ j. *Medullæ Cervinæ, Olei roſati & Nymphææ ana* ʒ iij. *Oleorum expreſſorum Semin. Hyoſciami & Papaver albi, Extracti Opii & Croci, ana* ʒ ij. *Ambræ griſeæ, Moſchi, Zibethi, & Olei Stillatitii Ligni Rhodii, ana* g. viij. *F. e. a. Balſamum*

*Sedat dolores capitis, quos adjunctos habent febres continuæ & interdum intermittentes, propterea intruditur in nares & in aures, atque eo inunguntur tempora, carpi manuum ut & plantæ pedum, poteſt etiam admiſceri medicamentis ſiccis aut humidis pro frontalibus adhibitis, aut eo leniter inungi linteolum applicandum fronti.*

Balſamum pro Puerulis dentientibus ex eodem.

℞. *Butyri Mayalis non ſaliti* ℥ iij *Pingued. Gallinæ & Anatis. ana* ʒ ij. *Succi Cancrorum fluviatilium contuſorum cum aqua Florum Cyani extracti, & mucilaginis rad. Althææ, ana* ℥ ij. *Coquantur igne lento in vaſe fictili vitreato, ad humidi conſumptionem; colaturæ adde, Sacchari Candi ſubtiliter pulverati* ℥ iiij *Vitellum unum Ovi, Moſchi & Ambræ griſeæ, ana* gr. vj. *F. e. a. Balſamum.*

*Emollit Gingivas Puerulorum dentientium ſi eo ſæpius inungantur, quod facillimum quoniam gratum eſt guſtui; nec nocivum eſt deglutitum.*

Balſamum Stomachicum ex eodem.

℞. *Olei Nucis Moſchatæ expreſſi* ℥ ij. *Abſinthii vulgaris, Maſtichini, Nardini, & Ceræ albæ, ana* ʒ vj. *Oleorum ſtillatitiorum abſinthii, Menthæ criſpæ, Cinnamomi, Caryophyllorum, Thymi & Macis, ana* ʒ j. *F. e. a. Balſamum*

*Calefacit & corroborat ſtomachum, ſiſtit vomitus; digeſtionem promovet, excitat appetitum proſtratum, flatus diſcutit, dolores ſedat, ſive colicos, ſive dyſentericos, efficax etiam eſt remedium in morbis frigidis cerebri & nervorum ſi eo calidè inungantur partes affectæ.*

Balſamum Vterinum ex eodem.

℞. *Sevi Hircini* ℥ ij. *Lachrymar. Galbani, & Aſſæ fœtidæ, Pinguedinis in ciſtide Caſtoreorum contentæ, ana* ʒ j ß. *Oleorum Stillatitiorum Succini, Gagatis, Rutæ & Sabinæ, ana* ʒ ij. *F. e. a. Balſamum.*

*Balſamum hoc calidè umbilico inunctum excellens eſt remedium pro vaporibus*

*poribus uteri, cujus etiam dolores ſedat; poſſunt etiam eo nares inungi ut & gulæ pars exterior. Provocat præterea menſtrua.*

Balſamum egregium pro Manibus ex eodem.

℞. *Saponis Veneti in ſucco Limonum diluti* ℔ ß. *Mellis virginei albi* ℥ ij. *Talci veneti, Sacchari candi & rad. Ireos ſubtiliter pulveratorum, ana* ℥ ß. *Salis Tartari, Borracis, & Spermatis Ceti recentis, ana* ʒ ij *Balſami Peruviani* ʒ j. *Olei Ligni Rhodii, Cinnamomi, Caryophyllorum, ana* ℈ ß. *Moſchi Orientalis, Ambræ griſeæ, ana* gr. XII. *F. Mixtura ad formam Balſami.*

*Ad pulverandum Talcum neceſſe eſt flammæ admoveatur ut calefiat, & poſtea in mortarium æneum calidiſſimum immittatur ut calide teratur.*

*Balſamum hoc cutem dealbat, repurgat levemque efficit, magis quàm ulla paſta aut Myromelinum; eo perfricantur manus, nec poſtea lavantur.*

Balſamum Balſaminæ ex eodem.

♃. *Flor. folior. & fructuum Balſaminæ, ana* ℥ iiij *Rad. Conſolidæ Maj. Ophyoglaſſi, Ariſtolochiæ rot. Valerianæ maj. ana* ℥ ij. *Viſci in folliculis ulmi reperti, Succi Cancror. fluviatilium, folior. Pervincæ, Saniculæ, Summitatum floridarum Hyperici, & Galii lutei, ana* ℥ j ß. *Olei Olivarum* ℔ iiij. *Contundenda contundantur, omniaque vaſe vitreo cooperto excepta, Soli æſtivo per* XII. *dies exponantur, deinde in fervènti B. ad humiditatis conſumptionem decoquantur, poſtea colentur & exprimantur, oleoque depurato permiſceatur, Olei Vernicis ſtillatitii* lib. ß. *Et factum erit Balſamum.*

*Sanat omnia, ſed præcipuè partium nervoſarum vulnera, ut & ambuſta, Sedat dolores hæmorrhoidales, medetur fiſſuris mammarum addito Camphuræ pauxillo, Cutis cicatrices obliterat oleo ovorum admiſtum.*

Balſamum Lucatelli è Pharm. Coll. Reg. Lond.

♃. *Ceræ citrinæ opt.* lib. j. *liqueſcat leni igne in pari quantitate vini canarini. Deinde adde Olei olivarum opt. terebinthinæ venetæ in aq. roſar. ad albedinem lotæ ana* lib. j ß. *Bulliant leni foco ad vini evaporationem. Demum ab igne ſemotis inſperge ſantali rubri ſubtil. pulv.* ʒ vj. *Continuè agitando donec refrixerint fiat Balſamum.*

Balſamum Polychreſtum ex eadem Pharmac.

♃. *Spir. vini* lib. ij ß. *Sarſæ parillæ albæ & medullosæ inciſæ* ℥ v. *Infunde in vaſe vitreo donec ſpir. vini colorem aureum induerit. Tum colaturæ adde gummi guajaci, leni calore in eadem (agitatione ſubinde facta) ſolvendi* ℥ viij. *Demum adde Balſami Indici, ſive Peruani, cochlear unum M. F. Balſamum.*

Balſamum Vulnerarium ex eadem Pharmac.

℞. *Folior. & flor. cum ſemin. androſæmi, ſummit. hyperici, botryos, folior. hæderæ terreſtris ana m. ij. camæpityos, ſalviæ ana m. ß. In vaſe fictili macerentur biduum in vini albi generoſi* lib. ij. *Tum adde olei veteris* lib. ij ß. *Bulliant leni igne ad vini diſſipationem. Colaturæ permiſce terebinthinæ* lib. j. *mannæ, thuris ana* ℥ iiij. *myrrhæ* ℥ iij. *maſtiches, ſanguinis draconis ana* ʒ ij. *Styracis calamitæ* ʒ j. *Ferveſiant parum ad mitem focum: dein reponantur ſeptiduum in ſole. Tum ſerva in vaſe fictili aut vitreo, in uſum.*

## CAPUT XLI.

### *De Balſamis deſtillatis.*

HOFMAN. *DE BALSAMIS DESTILLATIS*) Hi nihil aliud ſunt, quàm ejuſmodi medicamenta, quæ vel conſtant ex deſtillatis Spiritibus ſuper alkalia rectificatis & poſtmodum oleis deſtillatis vel ex reſinis, gummatis aut aromatibus confectis imprægnatis, vel quæ ex ſolis componuntur oleis deſtillatis rectificatiſſimis ſupra Sulphure crudo, vel ejus floribus, aut aliis reſinis in digeſtione poſitis.

¶ Balſami deſtillati nihil ſunt aliud quàm deſtillati Spiritus, cum Olei portione ex reſinis, gummatis, aromatibus & ſimilibus, interveniente Vini Spiritu prolecti.

N. *Habes plurima balſama deſtillata in Antidot. Renodæi p. 296. Item alia præſtantiſſima Olea Balſamica in Pharmac. Spagyr. Poterij p. 141. & ſequentibus.*

Balſamus ſimpliciſſimus eſt ſpiritus albus thereb. in corpus viſcidum rediens dum veteraſcit, ex plumaceolis admotus, vel ol. garyophyll. inſpiſſatus (℈ ß) cum gr. IV. ſalis Saturni itidem vulneri inſtillatus. Magis compoſitus ſic fiat.

♃. Sulph. flavi ℔ j. reſolvatur in tantundem ol. oliv. tamdiu bulliendo ſpatulâque ligneâ agitando, donec ſanguinis colore tingatur, tùm remove ab igne & adde cer. alb. ℥ ij. & cum refrigerari incipit, adjice pedetentim, tincturæ rad. ariſtol. rot. ℔ ß.
tincturæ ♂ (ut eſt cap. de ♂) ℥ j.
Olei myrrh. ℥ ß.

Agitentur extra ignem ad conſiſt. Unguenti rubentiſſimi, quod perlitum vulnera tam ſimplicia quàm compoſ. perſanat.

HOFMAN. *Balſamus ſimpliciſſimus eſt &c.*) Hic, ut & magis compoſitus in vulneribus tam ſimplicibus quàm compoſitis perſanandis ſummo in pretio habendi ſunt.

¶ Tinctura ariſtol. rot. ♃ rad. ariſtol. rot. in pulv. redact. ℥ ij.
Terræ foliat. Sal. nit. (ut eſt in cap. de Sal. nit. ℥ j.)
Spir. vini ℔ j. Digere ſuper Ciner. calidos, filtra & ſerv.

*Uſitatiores ſunt*

Balſamus vitæ, *vide infra.* 1. & 2. nervinus, 3.
anti-arthriticus, 4.
anti-paralyticus S. C. cſſ. 5.
mneme-cephalicus, 6.
Petri de Ebano, v. in diſpenſat.
Auguſt. Oleum Balſami.
Huc pertinet & liquor ſeu Balſamus Saponis, v. *infr.* 7. 8.

1. *Balſamus Vitæ.*

| | |
|---|---|
| ♃. Myrrh. el. | Axung. Caſtor. ana ʒ VI. |
| Aloës epat. | |
| Oliban. | Croc. ʒ i ß. |
| Balſam. Indic. | Nuciſt. |
| Bdell. | Cinamom. |
| Ammoniac. | Caryophyll. |
| Sarcocoll. | Gumm. animæ. |
| Maſtich. | Zedoar. |
| Gum. arabic. | Galang. |
| Storac. | Spic. Roman. |
| Ladan. | Cardamom. |
| Baccar. laur. | Cubebar. ana ʒ ij. |

Pulveriſata & mixta infundantur in Spir. vini rectific. ad eminent. digiti 1. digeranturque aliquamdiu. Hinc deſtillentur per retortam (vitream) in cineribus. Igne lentiſſimo lampadis rectificentur,

| | |
|---|---|
| ---- Dein adde | Cubebar. |
| Ol. Anthos. | Zedoar. |
| Majoran. | Nuciſt. expr. ana ʒ ß. |
| Chamomill. | Cinamom. |
| Puleg. | Caryophyllor. |
| Hyſſop. | Roſar. |
| Salv. | Citri. |
| Rut. | Arantior. |
| Spic. | Fœnic. |
| Lavendul. ana ʒ j. | Aniſ. |
| Thymi. | Carvi ana. ʒ ij. |
| Saturejæ. | |

M. F. Balſamus digerendo aliquamdiu.

Vires. *Cordiale eſt inſigne balſamumque noſtrum mirabiliter recreat, putredinem arcet, ſopitos ſpiritus vitales & animales excitat, cerebrum, humidum ac debile confortat, flatus diſcutit, adeoque commendatur in Apoplexia, uterinis affectibus, lypothymia, &c.*

*Quinimo*

*Quinimo adeò celebre hiſce in oris audit, ut inſtar Panacea in omnibus ferè morbis magnatibus expetatur; uſus ejus tam internus, quàm externus eſt.*

*Doſis gut. iij. iiij. & plur.*

2. *Aliter.*

♃. Serpilli M. iij.
Santali alb.
Citrin. ana. ℥ ß.
Fl. Sulph. ℥ j.
Benzoi ʒ ij.
Cort. aurant.
Citri. ana. ℥ ß.
Ambr. ʒ ii.
Moſch. ʒ i ß.
C C. ℥ vi.

Pulveriſata ind. retort. affuſ. ſpir. vin. rectificat. ℔ viii. Diger. per 14. dies, poſtea adde

Opobalſ.
Myrrh.
Aloës epat.
Olibani.
Bdellii.
Ammoniaci.
Sarcocoll.
Styr. liquid.
Maſtic. opt.
Gummi Arabici.
Ladani.
Tacamah.
Galbani ana ℥ ß.
Bacc. lauri.
Axung. Caſtorei ana ℥ j.
Croci ʒ iij.
Nuc. M.
Cinam.
Caryoph.
Gummi Animæ.
Zedoar.
Galang.
Spic. or.
Card.
Cubeb. ana ʒ i ß.

Spir. Terebint. in quo per menſem macerat. ſint ʒ iij. troch. de vipera. Hæc mixta cum ſuperioribus digerantur per 8. dies, deſtillentur, Spiritus ſeparetur, oleo verò adde

Ol. ſtillat. Iunip.
Succini.
Ceræ ana ℥ j.
Aniſi.
Fœnic.
Cumini.
Roſmar.
Majoran.
Thymi.
Satureiæ.
Spic.
Cam. rom.
Cubeb.
Zedoar. ana ℥ ß.
Cin.
Caryoph.
Cort. aur.
Roſar.
Angel.
Puleg.
Salv.
Rut.
Lavend.
Serpill. ana ʒ i ß.
Camph. ʒ j.
Iaſmini. ℥ ß.

Adde ℔ vii. Spir. vini rectific. Spir. ſeparetur, oleum conſtituit Balſam. vitæ.

HOFMAN. *Balſamus vitæ uterque.* ) copioſa ingredientium farrago totum obſcurat compoſitum, dum unum vel alterum balſamicum fragrantiſſimum ex aromatibus & reſinoſis gummatis ſatis eſſet ſufficiens, qualia Cinnamom. caryophyll. Zedoar. Nux. Moſchat. Cardamom. ſpic. roman. Balſam. indic. ſeu Opobalſam. Myrrh. el. Oliban. Maſtix. Ladanum. Styrax liquid. &c. cum ol. deſtill anthos. majoran. chamæmel. lavendul. Zedoar. Cinamom. &c. In altero etiam quid ſibi velit fl. Sulphuris, CC. trochiſc. de viperâ &c. additio, non video; & niſi etiam reliqua ingredientia per retortam ex Aren. cum Ig. moderamine adhibito deſtillentur, nihil etiam olei balſamici ex reſinoſis elicies, ſed potiſſima pars remanebit in fundo. Loco CC. & trochiſ. viperin. rectius in fine illorum ſalia volatilia adduntur. vid. infrà Theſaur. Pharmaceutic. annexum. Sect. III. n. I. II.

¶ 3. *Balſamus nervinus.*

♃ Ol. Terebinth. ℔. I.
Lauri ℥ ij. Miſce
Hinc adde Gum. Galban.
Elem. ana ℥ vi.
Heder.
Oliban. ana ℥ ij.
Maſtich. ℥ j.
Myrrh.
Aloës epat.
Laudan.
Caſtor. ana ℥ ij.

Pulveriſata admiſce oleis, ſtentque ☌ aliquot (3.) Dein.

♃. Galang.
Caryophyllor.
Cinam. ana ℥ ß.
Nuciſt.
Zedoar.
Cubebar. ana. ℥ ß.
Dictamn. alb.
Conſol. maj. ana ℥ iij.

Pulveriſata infunde in ℔ i ß. vel q. ſ. Spir. vini. Hinc miſce cum prioribus, ac deſtilla per Alemb. vel Retort. vitream in Aren. primò prodibit Spiritus, dein oleum flavum, ultimò nigricans, collige ſimul oleum flavum ac ſpiritum pro balſamo.

Vires. *Calefacit, conforiat nervos, Paralyſin & Contracturam ſanat extrinſecus illitus.*

HOFMAN. *Balſamus nervinus.* ) Hujus ingredientia ſi non per Alemb. ſed per retortam ex Aren. præmiſſâ digeſtione non per ☌ ☍ tres, ſed aliquot ſeptimanas deſtillentur, & rectificentur ſingula, hic balſamus nervinus in nervoſi generis affectibus, ut paralyſi, ſpaſmo &c. maximè ob vires egregias ſeſe commendabit.

¶ 4. *Balſamus Anti-arthriticus.*

♃. Mumiæ.
Maſtich.
Thur.
Myrrh. ana ℥ ij.
G. ammoniac.
bdellii.
opopanac.
Tartari. ana. ℥ i ß.
Mellis.
Vitrioli roman. ana ℔ ij.
Spir. Vini ℔ vj.

Deſtillentur per alembicum in receptaculum amplum, cum quintuplici cohobatione.

*Corroborat articulos, eorumque defluxiones exiccat, dolores arthriticos lenit.*

HOFMAN. *Balſamus anti-arthriticus.* ) Hujus compoſitio inanis & inepta eſt, nam à Tartaro, Vitriolo, & Melle non ſolùm nequicquam, ſed & à reliquis reſinoſis gummatis nihil ſuper alembicum præter phlegma aliquali odore ingredientium d. l. butum elevatur, licèt quintuplicem cohobationem admiſeris. Paulò aliter habet *Weickardus in Theſaur. Pharmaceutic,* Libr. 6.

Balſamus anti-arthriticus alius ex D. D. DE BERNITZ. in Miſcellaneis Curioſis Germanorum.

℞. *Calami Aromatici* ℥ j. *Cortic. Citri & Arantior. ana* ℥ j ß. *herbar. Abſinthij, Abrotani, Gentianæ, ana* ℥ j. *Rad. Enulæ Campanæ, Conſolidæ maj. flor. Lavendulæ, Serpilli, ana* ʒ ij. *Vini albi optimi* ℥ vj. *Olei veteris* lib. j ß. *Coquantur omnia ad conſumptionem humiditatis, in fine adde Reſinæ alb. Olei ſpicæ, ana* ℥ j. *M. & F. Balſamum.*

*Sedat dolores podagricos, quod expertus eſt Vladiſlaus IV. Rex Poloniæ, qui omnibus aliis remediis pro podagra in caſſum adhibitis, tandem hoc uſus eſt ſibi à muliere quapiam exhibito, ſtatim verò ac Pharmacopæus per mediæ horæ intervalla, leniter cum penna anſerina eo partes dolentes illinivit, mirum in modum ſedati ſunt dolores, ita ut Rex ſpatio aliquot dierum, ſomno ante per octiduum privatus, dormire ac quieſcere cæperit, & brevi medicaminis hujus auxilio convaluerit.*

¶ 5. *Balſamus Anti-paraliticus* S. *Cloſſai.*

♃. Blepharum ſive Taxonem tempore vindemiarum præpinguem, eviſceretur & impleatur ſequentibus:

♃. Galban.
Ammon.
Sagap.
Opopanac. an. ℥ j.
Laudan.
Benzoin.
Styrac.
Olib.
Myrrh.
Bdell. an. ℥ ß.
Gumm. Carann.
Tacamah.
Elem. an. ℥ ij.
Granor. Iunip.
Laur.

| | |
|---|---|
| Heder. arbor. | Chamæm. |
| Cardamom. major. | Aneth. |
| an. ℥j. | Lavend. |
| Herb. Chamædr. | Hyperic. an. p. ij. |
| Chamæpit. | Sem. Aniſ. |
| Beton. | Fœnic. |
| Salv. | Dauc. |
| Abſinth. | Carui. |
| Majoran. | Ammeos. |
| Origan. | Apii. |
| Ormin. | Bardan. maj. a. p. i. |
| Thym. | Axung. Urſi. |
| Spicæ nard. | Vulp. |
| Ivæ arthrit. | Anat. ana ℥ij. |
| Puleg. regal. | Medull. Crur. vitul. & |
| Menth. | Bubuli ana ℥ij. |
| Hyſſop. ana M ß. | Sal. communis M j. |
| Florum Beton. | |

Concidantur, tundantur & Spir. vini irrorentur, adde

Thereb. Ven.
Cer. nov. ana quart. I.

Conſuantur fortiter & lento Igne in veru aſſentur, & liquor inde ſtillans ſupra carnem rejiciatur idque tamdiu, donec caro tota torrida ſit, ſubſtillatus liquor vel adeps recondatur, cujus partibus duabus admiſceatur Balſami Sulph. Rulandi pars una.

Vires. *Mira praſtat in morbis frigidis & Iſchiadicis.*

Hofman. *Balſamus antiparalyticus S. Cloſſæi.*) Hic ſuo in pretio relinquendus. Mira præſtat in dolore Iſchiadico & ſpaſmo vid. & Theſaur. Pharmaceutic. annex. Sect. I V. no. V.

### ¶ 6. *Balſamus mneme-cephalicus.*

| | |
|---|---|
| ℞. Succ. fol. Meliſſ. | Pœoniæ. |
| Flor. myric. | Thym. an. ℥ß. |
| Lilior. | Styrac. liq. |
| Primul. ver. | Calamit. |
| Roriſmarin. | Opopanac. |
| Lavendul. | Bdellii. |
| Borrag. | Galbani. |
| Geniſt. ana ℥ij. | Gum. heder. |
| Aq. Vit. | Ladan. an. ʒvi. |
| Nymph. | Rad. ariſtoloch. long. |
| Roſar. | Pœon. |
| Violar. an. ℥j. | Ol. Terebinth. |
| Cubebar. | Nardin. |
| Cardamom. | Coſtin. |
| Gran. paradiſ. | Iuniper. |
| Santal. Citrin. | Laurin. |
| Carpobalſam. | Maſtichin. |
| Ireos. | De been. |
| Croc. or. | De ſpica an. ʒv. |
| Satureiæ. | |

Pulveriſanda pulveriſentur & miſceantur omnia. Deſtillentur per Alemb. ſ. gradus. Ign. Aq. & oleum ſeparetur.

Vires: *Tanta efficaciæ eſſe ſcribunt, ut perpetuam rerum memoriam pariat.*

*Uſum ejus hunc eſſe ferunt, ut primis 2. menſibus nares, & aurium meatus quotidie, magnitudine piſi illinantur; ſequentibus 2. menſibus tertio quoque die, aliis 2. menſibus bis in ſeptimana, deinceps ſingulis ſeptimanis ſemel. Hinc 14. diebus ſemel, ut ita annus compleatur; tandem annis ſequentibus, ſingulis ſemeſtribus ſemel.*

*Aqua in capitis affectibus frigidis ac catarrhoſis utiliſſima eſt, uti & balſamus.*

N. *Ferunt Carolum Ducem Burgundiæ à Doctore quodam Anglo decem millibus floren. emiſſe. Vid. Sennert. pract. lib.1. part. 2. c.5.*

Hofman. *Balſamus mneme-cephalicus.*) nec hic ſapit accuratam compoſitionem, ob chaoticam nimiorum ingredientium commixtionem & ineptam quorundam doſin.

### ¶ 7. *Liquor ſeu Balſamus Saponis.*

♃. Saponem Venetum inciſum, affunde Spiritum Vini, atque ſemel ac iterum deſtilla; affunde denuò eundem, & relinque in loco calido, poſtea per chartam filtra, eſt inſtar olei brunnei, ſeu ſpadicei coloris.

Vires. *Sublevat podagricos dolores ſi locus affectus eo illinatur.*

### 8. *Oleum ſaponis alio modo.*

♃. Saponis Veneti aut Hiſpan. ſcabendo probè imminuti & argillæ communis ana partes æquales, formentur globuli inſtar nuc. moſch. & conjiciantur in Retort. magno Recip. inſtructam, pelle in Reverb. clauſo primo lento Igne, poſtea validiori ad totalem uſque Spirituum expulſionem, tandem Oleum fuſcum praſinum ab acutiſſimo ſpiritu ſepara, quod per rectificationem in citrinum mutabitur.

Vires. *Deterget & reſolvit potentiſſimè, ratione ingredientis lixivii, dolores juncturarum à cauſâ frigidâ compeſcit, coacta digerit, contuſa diſſipat, urinam præpeditam movet, colicam flatuoſam ſolo Umbilici litu reſolvit. Ex communicatione S. Cloſſ.*)

Hofman. *Oleum Saponis alio modo.*) Pro argillâ communi rectiùs calx viva ſeu ſilices friabiles ſubſtitui poſſunt librarum duarum ad Saponis libram unam, & retortæ vitreæ loricatæ indantur. Oleum deſtillatum empyreuma ſpirans ex aliâ retortâ cineribus permixtum rectificari poteſt. Præſtans eſt oleum ad defluxiones & in primis contrà podagram externè artubus dolentibus in paroxyſmo illitum, compeſcit dolorem, nec repellit, ſed potiùs vi ſuâ anodynâ mitigat & reſolvit, balſamicâ ſuâ ſalſedine materiam acidam morbificam imbibendo vid. balſama anti-podagrica ſect. IV. n. VII. VIII. in theſaur. pharmaceutic. annexo.

## CAPVT XLII.

### *De Bolis.*

Hofman. *De Bolis.*) Hi potiùs ad Medicum Practicum ſpectant, quàm Pharmacopœjum, ideoque nulli in officinis pro uſu extant, ſed ex præſcriptionibus Medicorum parantur.

¶ Boli in officinis pro uſu nulli extant, ſed ex præſcriptione uſui extemporaneo parantur, idque vel miſcendo ſolum, vel inſpiſſando, &c.

Fiunt ex Electuariis, pulpis, conſervis, pulveribus in conſiſtentiam minùs fluidam deglutibilemque redactis.

N. *Cavendum ne ſapore ingrato abominabilis evadat.*

*Exempla.*

I.

♃. Rhabarb. pulveriſ. ʒj.
Conſerv. Roſar. rec. ℥ß.
Cum Syr. roſar. ſol. F. Bolus.

II.

♃. Elect. lenitiv. de manna ℥ß.
diaphænic.
diacatholic. ana. ʒij.
Cum ſaccharo alb. F. Bolus pro vice una.
N. *Addi poteſt & pulvis conveniens.*

Vires

*Vires: Purgat humorem ſeroſum ac bilioſum.*

III.

℞. Conſerv. roſar. antiqu. ʒ ij.
Laudan. opiat. gran. ij ß.
F. Bolus.

*Confert in fluxu alvi & ſim. dolorem ſedat, ſomnum inducit.*

IV.

℞. Caſſiæ rec. extract. ℥ j.
Sem. aniſ. ℈ j.
Cum oleo amygdal. dulc. rec.
F. Bolus in nephritide.

V.

℞. Prunor. damaſc. num. x.
Sebeſten. num. VII.
Paſſul. enucl. ℥ ß.
Coquantur cum aqua colenturque fortiter. Hinc adde.
Pulp. caſſ. ℥ ij. coquantur denuò ad ſpiſſitudinem mellis. Tum adde.
Pulv. ſen. ʒ iij.
Cum Sacchar. F. Bolus pro 2. vel 3. vicibus, &c.

## CAPVT XLIII.

### *De Calcibus ſeu Calcinatis.*

HOFMAN. *DE CALCIBVS ſeu CALCINATIS*) Differunt calcinatio & incineratio ut genus & ſpecies, omnis incineratio eſt calcinatio, ſeu ſemper præſupponit calcinationem, ſed non omnis calcinatio eſt incineratio. Sic Mineralia & Animalia horumque partes calcinantur, ſed non incinerantur; vegetabilia autem priùs calcinantur, antequam incinerentur. Et ſciendum, nullam herbam vel lignum in clauſo vaſe calcinatione etiam violentiſſimâ & diuturnâ in cineres redigi, ut ex ipſis Sal eliciatur, ſed nudos carbones relinqui, niſi calcinatio in aperto fiat aëre. Ideoque in calcem redigere aliquid fit vel per ignitionem, quæ incinerationem & reverberationem includit, vel fit per corroſionem, atque hæc amalgamando, præcipitando, fumigando, vaporando & cæmentando peragitur. Exempla ſingulorum vide infrà in Libr. *III.* IV. & V.

¶ Calcinationem ſex fieri modis diximus lib. I. Ex his duo, non niſi ignem requirunt, reliqui aliud aliquid (Ignem potentialem vocant) inſuper expetunt, cujus beneficio calcinatio peragatur.

Mineralium calcinationes dabimus ſigillatim, lib. 3.

Vegetabilia, v.g. *herbæ, radices, ligna, cortices, aliaque* φλόγιςα igne comburuntur luculento, donec in cinerem fuerint redacta.

N. *Simili modo incinerari poſſunt, & capita mortua ex deſtillationibus reſidua, ſi ſuper lamina ferrea vel in fictili comburantur.*

*Animalia*, horumque *partes molliores* comburuntur ut plurimùm in fictilibus clauſis & lutatis, ad nigredinem uſque. Sic aves comburuntur cum pennis, lepus cum pelle, &c.

*Cornua*, triplici exponuntur calcinationi: Uſtioni, vaporationi & corroſioni; quam præcipitationem quidam vocant.

Uſtione comburuntur cornua, donec per nigredinem albida facta ſint. Idque plerumque in fornace figulina fieri ſolet. Hinc cornua uſta dicta.

Vaporoſæ calcinationis modus hic eſt: Cornua ſuſpenduntur ponunturvè in capitello, partevè ſuperiore Veſicæ, quæ aliquotâ liquoris portione adimpleta ſit: hinc ſubtus accenditur ignis, ut vapor vi caloris elevatus, cornua penetrando friabilia paulatim candidaque reddat.

N. *Opus hoc eſt, ferè ♂ 3. diciturque philoſophicè calcinari.*

HOFMAN. *Opus hoc eſt ferè ♂ 3.*) Verùm vaporoſa hæc calcinatio citiùs jam, quàm tribus diebus perfici & abſolvi poteſt, ſi cornua coquantur aquâ communi ſale quodam alkali plantarum imprægnatâ per 4. vel 5. Hor. uſque dum exterior nigredo emollita abradi & medulla cultro educi poſſit. Poſteà ad eluendam ſalſedinem denuò coquuntur, quoad manu friabilia reddantur. Hinc exſiccantur &c.

¶ Liquor adhiberi poterit vel Aqua ſimplex, deſtillatave appropriata, vel ſuccus, decoctumvè medicæ intentioni reſpondens. Liquor autem ne quà penitus exhalet, recentem ſubinde affundere oportet.

Corroſiva calcinatio fit affuſis liquoribus acidis, v. gr. aceto, Spiritu Sal nitr. Vitrioli, & ſim. quibus ſcil. oſſa vel cornua groſsè contuſa, raſave ſolvuntur, corroduntur, poſtmodumque in calcem (quam magiſterium vocant) præcipitantur. Vide cap. *6. 7.*

N. *Simili modo calcinantur & cruſtacea.*

Modus porrò calcinationis ut diverſus eſt; ita calcinata diverſorum ſunt nominum. Hinc calces, cineres, croci, ſalia, uſta.

Sic ſunt:

--- Calx ☉is; *vide libr. 3.*
☾æ, *vide lib. 3.*

Cineres plurimi, è quibus tamen officinis 4. uſitatiores, adeoque κατ' ἐξοχὴν 4. Cineres dicti.

Abſinthii.
Fabarum è ſtramine.
Geniſtæ
Sarmentorum Iuniperi
Crocus Metallorum } *vide*
Martis aperitivus } *libr.*
adſtrictivus } 3.
Veneris
Uſti ſ. combuſti Cancri.
Corvorum pulli
Cuculus
Erinaceus
Hirundo.
Lepus
Paſſer troglotides
Serpens
Cornu cervi uſtum
alcis.
Vngula equi uſta.

## CAPVT XLIV.

### *De Cataplaſmatis.*

CAtaplaſmata fiunt ex rebus medicamentalibus, quæ vel pulveriſata, vel quoquo modo in pultis conſiſtentiam, ſive per ſe, ſive adhibitâ humiditate redigi poſſunt: præcipuè tamen parantur ex herbis (viridibus ſiccisvè) radicibus, floribus, ſeminibus, oleis, fructibus, axungiis, farinis, micis panis, & ſimilibus.

*Modus fiendi* adhibetur pro re nata; cum, vel ſine igne. Sine igne fit ex herbis viridibus, contuſis aut earum ſuccis expreſſis aliiſve liquoribus convenientibus, quibus reliqua admiſcentur ut fiat pulticulæ inſtar. Ignis beneficio coquuntur res cum liquore conveniente ad cataplaſma: vel fructus ſucculenti ut molleſcant elixantur, hinc exprimitur pulpa per ſetaceum; eique reliqua admiſcentur.

N. 1. *Liquor pro rei neceſſitate varius eſt, aqua, lac, vinum, & ſimil.*

N. 2. *Sicca præſtat optimè pulveriſare, viridia conquaſſare & ad putrilaginem coquere.*

N. 3.

N. 3. *Cataplaſmata tepidè ferè imponuntur, exceptis anacollematis & ſinapiſmis, &c.*

*Officinalia nulla extant.*

*Exemplo ergo ſint:*

Cataplaſma reſolutivum Foreſti. 1. contra cruorem, Terband. 2.
de nido hirundinis. 3.
Antifebrile. 4.
Anacollema. 5.
Sinapiſmus. 6.
Veſicatorium. 7.

*Cataplaſma reſolutivum Foreſti.*

♃. Flor. Chamæmel.
Stœchad.
Sum. Abſinth.
Rut.
Caulium & ſtipitum eorum.
Salv.
Sabin. ana M j.

Coque omnia ſimul in lixivio ex cinere quercus vel ſambuci, vel vitis albæ; deinde piſtentur, addendo pulverem qui

♃. Alumin.
Sulphur.
Gallar.
Cupreſſ.
Sal. commun. ana ℥ ß.
Aloes.
Baccar. laur.
Pyrethr.
Sem. caul. ana ʒ ij.

In fine addatur ſtercus recens columbarum vel caprarum.

Vires. *Reſolvit craſſos humores ac tumores indè ortos, ut varices, elephantiam Arabum. Foreſt. lib. XXIX. obſervat. 25.*

2. *Cataplaſma contra Cruorem; vulgò,* Terband. Emplâtre contre le ſang épanché. *A Pulteſſ againſt blood congealed* or *dropping out of a buiſed wound.* Pap tegen geronne bloet in een wonde.

♃. Bol. armen. ℥ iij.
Cretæ ℥ j.
Prunor. Sylveſtr. ſicc. ℥ j.

Pulveriſa quàm minutiſſimè & coque cum aceto acerrimo, hinc admiſce

Radic. ſymphit. pulveriſat. parum.

In fine adde Farinæ avenac. q. ſ. ad conſiſtentiam cataplaſmatis, ſubinde inſtillando nonnihil olei myrtillorum.

Vires. *Cruorem ex caſu vel contuſione collectum reſolvit & ſiccat. Felix* Wirz *in Chirurgia.*

N. *Ejuſce farinæ cataplaſmata inter Chirurgos uſitatiſſima ſunt, ſiuntque ex terra ſigillata, bolo armena, ſanguine draconis, ceruſa, pice, reſina, ſuccino, lapid. calamin. ſucco acaciæ & ſimilibus adſtringentibus & exiccantibus.*

3. *Cataplaſma Laxativum.*

♃. Raſuræ rad. bryon. rec.
Mell. comm. liquid. ana ℔ j.

Fellis taurin. ℔ ß. M. F. Catapl. quo venter inferior veſperi in introitu lecti per noctem, emplaſtretur. Puerulis ad alvum bis terve movendam lumbricoſque tum necandos tum excludendos ſufficit. In adultis v.

♃. Succorum cucum. agreſt.
Panis porcin. ana ℥ j.
Lactis ricin. &
Tithym. ana ℥ ß.
Pulv. hier. picr. ʒ iij.
Pulp. colocinth.
Helleb. utriuſque ana ℈ ij.
Caſſ. rec. extract. ℥ ij. aut iij.

Nutriantur omnia ſimul. F. Catapl. quod ventri admoveatur ab umbilico ad pubem, vel cum butyr. vetuſti putrefacti q. ſ. incorporentur in Unguentum.

4. *Cataplaſma de nido hirundinis Mynſicht.*

♃. Nidi hirundinis num. 1.
Alb. græci ℥ i ß.
Rad. Alth.
Lil. alb. ana ℥ j.
Caricar. ping.
Dactylor. an. num. iij.

Coque in Aq. ad remanentiam pultis, poſtea adde

Ol. Violar.
Farin. Chamæmel.
Fænugr.
Sem. Lin.
Tritic. ana ʒ vi.
Cerebr. cati ℥ ß.
Pulv. noct. combuſt.
hirund. combuſt. ana ʒ ij.
Vitell. ovor. num. ij.
Croc. orient. ℈ j. M. F. Catapl.

*Commendatur in angina deſperata collo ſæpius tepidè applicatum.*

5. *Cataplaſma antifebrile.*

♃. Fol. urtic. maj.
Solan.
Semperviv. ana M j.
Tel. aran. ʒ ij.
Sal. q. ſ.

F. Catapl. applicandum pulſib. in feb. Petr. Hiſp.

Huc pertinent & *Anacollemata*, quæ nihil aliud ſunt quàm Cataplaſmata frontalia, intercipiendæ defluxioni conſecrata, adeoque fiunt ex adſtringentibus quæ ut plurimùm albumine ovi ſubiguntur, E. g.

6. *Anacollema frontale.*

♃. Maſtich.
Thur.
Myrrh. ana ℥ i ß.
Bol. arm.
Pulv. later. ana ʒ ß.
Croci ℈ j.

Cum Albumin. ovi. Ol. roſac. & pauxillo acet. F. Frontale.

Vires. *Prodeſt in lippitudine aliiſque affectibus oculorum fronti impoſitum.*

*Aliud.*

♃. Argillæ uſtæ.
Farinæ volatil. Staubmeel. de la folle Farine. *Bran,* or *duſt of Meal.* Semelen of ſtoff van Meel.
Boli armen. ana ℥ ß.
Suc. Acac.
Hypociſt. ana ʒ ij.
Cum Album. ovi & modico aceto F. Frontale.

Vires. *Convenit in Hæmorrhagia narium.*

*Huc referendi ſunt & Sinapiſmi veſicatoriaque in forma Cataplaſmatis.*

Hæc fiunt ex ſem. Sinapi, naſturtii, urticæ; radic. thapſiæ, cyclamin. bryon ſcillæ, allii Euphorb. canthari d. & ſimilibus, ſuſceptis pulpâ ficuum, fermento, melle, oxymelite, ſapone & ſimilibus.

7. *E. gr. Sinapiſmus.*

♃. Pulpæ caricar. (in Acet. coctar.) ℥ ij.
Sem. ſinap. ℥ j. M.

*Ruborem cuti inducit.*

8. *Veſica-*

8. *Veſicatorium.*

℞. Cantharid. præparat. ( i. e. alis & capitibus abſciſſis, ) num. xxx.
Fermenti acris. ℥ j.

Cantharides pulveriſatæ ſuſcipiantur fermento, humectando ſi opus ſit aceto acri.

Cataplaſma inſigne ad Enterocelen & alias rupturas ex D.D. ZVVELFERO.

℞. *Rad. Conſolidæ Maj. recent. mund. & conſciſſ.* lib j. *Herb. Sanic. rub. cum radic. recent.* lib. *ß. Herb. recent. Conſolidæ Sarrac.* ℥ iij. *Folior. recent. Quercus, Pyrolæ, Perfoliatæ, ana* ℥ ij. *Inciſa omnia coquantur in ſ. q. Aquæ ſimp. repetitis vicibus affuſæ, quouſque tota virtus & mucilago extracta ſit. Colaturæ omnes unitæ ad remanentiam circiter librar.* ij. *& conſiſtentiam mucilagineam, ſeu gelatinam, evaporent; cui immiſce Pulver. rad. Tormentillæ* ℥ i ß. *Ariſtoloch. rot. Flor. Roſar. rub. Balauſtior. ſem. Perfoliatæ, Maſtichis, Myrrhæ, Olibani, Sang. Dracon. Nucum Cupreſſi, ana* ℥ j. *Sarcocollæ* ʒ vj *Coquantur denuò, lento igne, parum, continuò agitando, ad conſiſtentiam cataplaſmatis mucilaginoſi mollioris, quod in olla aſſervandum.*

*Hoc cataplaſma ſingulis diebus bis, & quidem calidè, linteolo raro involutum, regioni partis affectæ, ſeu rupta, applicandum eſt; inteſtinis ſive omento, priùs in ſitum, ſeu locum ſuum, repoſitis, ac impedimento ligatura præcauto, ne illa ampliùs prorumpant. Quamobrem patiens quietus & ſine motione, in lecto, capite paulò ſupinus, recubare, & per unam alteramve ſeptimanam in illo ſitu, ſe detinere debet.*

Cataplaſma ſeu Pulticula ad Carbunculos, D.D. DIEMERBROECKII.

℞. *Rad. Conſol. maj. ſicc. Herb. Scordij ſicc. ana* ʒ ij. *rad. Althææ ſicc. far. ſem. lini cribr. pollin. far. Tritici, ana* ℥ ß. *F. Pulvis ſubtilis, cui affunde Aq. comm. q. ſ. Coquantur aliquant ut mucilag. ſolvatur, & compoſitio ad pulticulæ craſſioris formam deveniat, cui adde, Mellis, Terebinthinæ, unguenti Apoſtol. ana* ʒ iij. *Picis liquidæ, Vnguenti Baſilici, ana* ℥ ij. *Vitellum unius ovi, Croci* ℈ j. *M. Interdum etiam addantur Theriacæ* ʒ ij.

*Hanc pulticulam ob eximium commodum quod inde percepit,* D.D. DIEMERBROECKIVS, *in frequenti uſu habuit in Peſte Noviomagenſi, & ex multis tentatis nihil invenit cum quo carbunculorum ſeparatio & curatio citiùs ac meliùs perageretur. Illius autem aliquantum in linteo pinguius extenſum, anthraci imponitur, idque bis, terve de die renovatur.*

Cataplaſma pro Rabidi Canis Morſu, DD. HANNEMANI In Actis Hafnienſib. Bartholinianis.

℞. *Pulver. ſem. card. fullon.* ʒ ij *c. c. præparati,* ℈ ij. *lap. Bezaar g. xv. herb. Cardui Bened. Scordij, ana* ʒ ß. *Terræ ſigillatæ præparatæ gr. xx. rad. Tormentillæ* ʒ j *Ocul. Cancri præparat.* ℈ j. *Magiſterij Antimon. diaphoretici.* ℈ i ß. *lap. Percar.* ℈ ij. *Cortic. Citri* ℈ ii ß. *M. F. c. a. Cataplaſma.*

*Venenum rabidi canis, morſui impoſitum, elicit.*

# CAPUT XLV.

## *De Clyſteribus.*

Clyſmus, Clyſma, Enema, eſt liquor imprægnatus facultate medicamentali, per ſyphonem in inteſtina intromittendus.

Duo ergo continet, 1. Liquorem, 2. Facultates, quibus liquor imprægnatur.

Liquor eſt decoctum ( plantarum, piſorum, carnis, &c. ) vel ſimilis humor Medici intentioni commodus. E. gr. Vrina, lac, ſerum lactis, oleum, & ſimil.

Facultates Clyſterum variæ eſſe poſſunt, purgantes, alterantes, anodynæ, lithontripticæ, carminativæ, abſtergentes, adſtringentes, &c. Inter cæteros tamen uſitatiores ſunt clyſteres purgantes, qui ut plurimùm compoſiti ſunt, fiuntque ex partibus ( 4. 5. ) decocti alicujus emollientis, partibus ( 1. 2. ) olei, additis inſuper purgantibus ac ſtimulantibus, v. g. Electuariis ſpeciebus & ſimilibus,

N. *Purgantium doſis duplo major eſſe poteſt in clyſteribus, quàm in aſſumendis; oleum additur ubi emolliendum erit, omittitur ubi fortiter purgandum & revellendum.*

Doſis eſt ab ℥ iij. in infantibus, ad xii. vel xv. in adultis.

Modus parandi liqueſcet uno ac altero exemplo.

1. ℞. Vrinæ ℔ i. F. Clyſma *in Hydrope.*

2. ℞. Olei Olivar. ℥ v. vi. vii. F. Clyſma ad leniendam alvum. [ vel ol. Lini. ]

3. Herb. emoll. ana. M. j.
Rad. Alth. ℥ j.
Fl. Chamomill. M. ß.
Fic. ping. N. v.
Vitell. ovi. num. i.

Coque in ſ. q. aquæ ad ℔. i.

In colatura diſſolv. caſſ. pro Clyſteribus ʒ vi. Bened. laxat. ℥ ß. Ol. Chamæmel. ℥ iij. Sal. gemmæ. ℈ j. vel Sacchar. rubr. ℥ ß. ad ℥ j. F. Clyſma.

N. *Sunt qui ſal commun. vel gemmæ ad* ℥ j. *uſque injiciunt. Verùm podex locus maximè ſenſibilis eſt, præſtat doſin hanc imminuere.*

Huc referendi quoque ſunt Clyſteres uterini ( μητρέγχυτα ) qui itidem ſunt liquores medicamentales per ſyphonem ( μητρεγχύτην ) in uterum fundendi. Liquor itidem hic varius adhiberi poteſt, aqua ſtillatitia, decoctum, ſuccus vel ſimile quid, cui pro rei exigentia admiſcentur pulveres, Electuaria, olea & ſimil.

Doſis pro vice una ſufficiens eſt ℥ iij. vel v. vi. præter propter.

*Exemplo ſint*

1. ℞. Decocti Equiſeti & Tormentill. ℥ iij. Olei Myrtin. ℥ i ß. Trochiſc. de ſpod. ʒ j. M. F. Clyſter, in menſium fluxu.

2. ℞. Hydromel. ℥ iij. v. mell. ℥ i ß. F. Clyſter ad eluendum uterum.

3. ℞. Succi mercurialis depurati, vel decoct. rubiæ tinct. Eryng. aut cyclaminis, vel radic. aper. vel ſalviæ, matricariæ, nepetæ ℥ iij. Pulv. myrrhæ ʒ ij. F. Clyſter ad promovenda menſtrua.

Ad hunc locum pertinent & Injectiones Penis, quæ itidem ex liquore conveniente fiunt, ſive decoctum is ſit, ſive aqua ſtillatitia, vel ſimilis.

# CAPUT XLVI.

## *De Conditis.*

Conditorum conſtitutionem abſolvunt res condiendæ ac liquor condiens, quibus pro lubitu aromatizans accedit.

Res condiri aptæ ſunt, *radices, cortices, caules, fructus, nuces & flores aliquot.*

Duo in rebus condiendis præcipuè conſideranda occurrunt.

1. Quia res condienda vi liquoris intus ac extus perfundi poſtulat, mollem illam eſſe nec nimis craſſam oportet.

2. Quia eſui condita præcipuè deſtinantur, haud ingrata ac guſtui abominabilia ea ſint, fas eſt. Hinc ſi durior & amarior res condienda fuerit, maceratur antea in Aqua frigida dies ( 5. 6. 7. 8. pro re nata ) ſingulis diebus aquam deplendo, recentemque dando, vel coquatur inſuper donec molleſcat, amarorque quodammodo extrahatur. Cave autem ne nimiâ extractione ſolum cadaver condiendum relinquatur. His adde, ſin craſſior, major, ſolidior res condienda foret,

foret, ſecandam eam eſſe, pro exigentia, ſecundùm longitudinem, latitudinem, teſſulatim, &c.

N. 1. *Loco aquæ nonnunquam lixivio macerare expedit, hinc aqua ſimplici dulcorare.*

N. 2. *Quod ſi libuerit condita aromatizare, aromata condiendis infigi poterunt.*

Liquor, quo res condiuntur eſt Saccharum clarificatum & ſyrupiſatum, id eſt, in aqueo liquore diſſolutum, & ad ſyrupi conſiſtentiam inſpiſſatum; nonnunquam mel depuratum, aliquando muria.

*Sic condiuntur.*

*I. Radices.*

♃. Radices bene purgatas (integras ſi teneræ fuerint, vel ſectas, ſin craſſiores) exemptis ſi opus ſit lignoſis partibus, redige ad mollitiem & ſi opus ſit, ad ſaporem gratiorem, ut docui, hinc ſicca & cum Sacchari ana. (circiter,) tantilloque decocti proprii, vel aquæ, coque ad conſumptionem humiditatis, conſiſtentiamque Syrupi.

*II. Cortices.*

Cortices nihil à radicibus peculiare habent.

*III.*

♃. Caules (à pellicula exteriori purgatos) reduc ad mollitiem, hinc coque cum ana Sacchari in decocto ſolum, ad conſiſtentiam.

*IV. Fructus.*

♃. Fructus molliores (exempli gratia, ceraſa, baccas, ribes, berberes, mala perſica, & ſimil.) affunde Sacchari Syrupiſati vel mellis part. dimidiam, coque ad conſumptionem humiditatis, aliàs ſitum contrahit.

Duriores, ut poma citria, cytonia, & ſimil. priùs ad mollitiem redigendi ſunt, amariores ad ſaporem gratiorem. Limonia & olivæ muriæ imponuntur.

*V. Nuces.*

♃. Nuces virides, perfora ſtylo, macera dies (9. 10.) in Aqua frigida l. 2. hinc coque ut molleſcant; ſiccatas aromatiſa, configendo cinamomo aut caryophyllis, cumque ſacchari ana. ac aquæ q. ſ. coque.

*VI. Flores.*

Flores condiuntur affuſione Sacchari ſyrupiſati. Sunt autem pauci qui hac ratione integri condiuntur, ſcilicet flores citri, arantiorum, & interdum roſarum. Ex reliquis fiunt potiùs conſervæ. Capparum flores ſale; geniſtæ, ſale & aceto condiuntur.

N. *Sunt qui flores albumine ovi conquaſſato illitos ſaccharo pulveriſato aſpergunt, ſolis calori exponunt, floreſque hac ratione integros coloratoſque conſervant.*

*Condita officinalia uſitatiora ſunt.*

Condita Aurantia poma integra ac in partes diſſecta.
Aurantiorum flores.
                    cortic.
Berberes (ſine arillis præſtant.)
Borragin. rad.
Calami aromat. radic.
Caſſia.
Ceraſa amarena.
Cichor. rad.
Citria poma integra.
            in taleolis.
Citria maxima cum Carne.
   Citrinat.
Citria ſicca, truckener Citrinat.
Citri cortices, eingemachte Citron-Schalen.
       flores.
Conſolid. maj. rad.
Corna.
Cydonia, eingemachte Quitten.
Cynoſbati baccæ, eingemachte Hanbutten.
Enulæ rad.
Eryngii rad.
Lactucæ Hiſp. caules ſicci, truckene Lactuc.
Mala armeniaca præcocia, eingemachte Möllelen/ oder Mammelucken.
Meſpila integra.
Myrobalani Belliric. } *afferuntur condita ex India.*
            Chebulæ
            Citrinæ
            Emblicæ
Nuces Indicæ, ſcilicet moſchatæ, cum involucris, gantze Muſcatnüß mit Schelffen.
Nuces moſchatæ, ſcilicet ſine involucris, eingemachte Muſcatnüß ohne Schelffen.
Nuces Iuglandes.
Perſica.
Pimpinellæ rad.
Piper nigr. in racemis ex India affertur.
Pruna ſylveſtria, eingemachte Schlehen.
Pruna citrina, eingemachte Spelling.
Pyra muſcatella, eingemachte Zucker Bierlein/ oder Muſcateller Bieren.
Rhabarbarum.
Ribes.
Satyrii rad.
Salv. Cretic. bacc.
Scorzoneræ rad.
Sorba, eingemachte Speyerling.
Zedoariæ rad.
Zingiber Chinenſe.
            commune.

*Sunt & quæ condiuntur aceto, ſale, & ſimil. ut*
Modus condiendi eſt.

1. Conſperge cum ſale ac comprime, ut ſal in exudante humiditate liqueſcat.

N. *Si res condienda minus ſucculenta fuerit, affundi poterit modicum Aquæ.*

2. Affunde Acetum ſtentque ut penetret, vel ſi nimiùm liquoris ſit, exhalet aliquantulum.

Sic proſtant.
Condit. Cappares.
      Citri flores cum Aceto.
      Cucumeres.
      Fœniculi ſummit.
      Oculi geniſtæ.
      Limonia poma.
      Olivæ.
      Portulacæ ſummitates.

## CAPUT XLVII.

### *De Confectionibus Saccharatis.*

*Confectiones Saccharatæ, id eſt:*

RES Saccharo obductæ, ſunt.

1. Saccharatæ ſive Saccharaceæ, ſimpliciter ita dictæ. 2. Confectiones Saccharo cando ſeu candiſato incruſtatæ. His 3. ſubjungere licet Sacchara ſuccis florum certorum ſub colore horundem impregnata, Sacchara inſuccata non immeritò vocaveris.

Modus

*Modus conficiendi confectiones Saccharatas.*

℞. Rem conficiendam, inde pelvi cupreæ (Confect Keſſel.) ſaccharumque ſyrupiſatum paulatim inſtillando, continuo ſupra calorem verſa, ut humiditate abſumptâ Saccharum rei conficiendæ adhæreat, ac tandem inſtar cruſtæ eandem obducat.

Res, quæ hoc modo conficiuntur, *ſunt ſemina, nuclei excorticati, aromata, radices, cortices, ut & flores ac ſummitates, ſed rarò.*

N. 1. *Semina, ſi opus ſit, præparantur prius macerando in Aceto, ut ſemen Coriandri.*

N. 1. *Si amariora conficienda fuerint, corrigi volunt antea, ad modum, quem in conditis docuimus.*

Res quâ confectiones conſiunt eſt Saccharum Canarienſe, interdum Saccharum candiſatum.

Plerumque primum amylo res conficiendæ obducuntur, hinc Saccharum ſuperducitur. Unde duplicis generis confectiones proſtare ſolent; finæ ſcilicet ex mero ſaccharo, & minus finæ ex amylo & ſaccharo, uti dictum, præparatæ.

Modus conficiendi confectiones ſaccharo candiſato incruſtatas non differt ferè à modo condiendi, niſi ſolâ brodii condientis ſaccharati, conſiſtentiâ, nimirum hoc ſi craſſius fuerit, ſaccharum in cryſtallos concreſcit, reſque injectas q. cruſta obducit.

*Confectiones uſitatiores Saccharatæ ſunt:*

Confectio amygdalarum dulcium, überzogene ſüſſe Mandeln.
Amygd. amarar.
Aniſi, überzogen Anis Samen.
Laxativi, Purgier Anis Zucker.
Calami aromatici, überzogen Calmus.
Cardamomi minoris, Cardamomen Confect.
Carvi, id eſt ſeminis, überzogen Kümmel.
Caryophyllorum, überzogen Negel.
Cichorei rad. überzogen Cichorenw.
Cinæ Santonici ſem. lumbricorum, überzogen Wurmſamen.
Cinamomi, Zimmet Confect/ überzogen Zimmet.
Coriandri, überzogen Coriander.
magni, mit groſſer Criſpatur.
Corporis ſine anima, ſ. confectio.
Moſchardina, moſchata, Biſem Z.
Cubebarum, überzogen Cubeben.
Dauci communis, überzogen wild Möhrenſamen.
Erucæ ſemin.
Fœniculi.
Lavendulæ florum.
Macis.
Majoranæ ſem.
Pimpinellæ rad.
Pinearum.
[Habetur etiam Rhabarbari.]
Zedoariæ.
Zingiberis.

*Confectiones candiſatæ ſcilicet Saccharo cando incruſtatæ.*

Confectio Acori, Candiſirten Calmus.
Aurantior. cort.
Caryophyllorum.
Cinamomi.
Citronata, id eſt, cort. citri.
major.
Citri cort. id eſt, minor.
Macis.
Nucis moſchat.
Zingiberis.
Huc

*Sacchara inſuccata.*

Saccharum roſaceum,
violaceum, &c.

## CAPVT XLVIII.

### *De Conſervis.*

Res conſerviſandæ (conſervandæ) ut plurimum flores ſunt, raro herbæ, rarius radices, rariſſimè caro fructuum.

*Modus.*

℞. Quod conſerviſare volueris, conquaſſa (mortario præcipuè lapideo piſtilloque ligneo) atque inter quaſſandum admiſce Saccharum.

Proportio Sacchari variat: In rebus humidioribus ac mucilaginoſis conſerviſandis, recipitur duplum: in ſiccioribus, ad triplum uſque aſcenditur, additurque nonnihil Aquæ ſtillatitiæ.

*Flores & herbas* recentes conſerviſare oportet, attamen ſi nimiâ humiditate ſcatent, in umbra exiccari aliquantulum expetunt.

N. 1. *Sunt qui ex floribus ac ſaccharo S. S. S. faciunt, ſolique idipſum exponunt. Alii Julepum conficiunt, eumque admiſcendo conſerviſationem abſolvunt.*

N. 2. *Poteris itidem, ſi volueris, flores vel herbas conſerviſandas in minutiſſimas antea incidere partes, hinc addito Saccharo conſerviſare uti dictum.*

Radices prius coquendæ ſunt, dein conquaſſandæ vel & per ſetaceum trajiciendæ, hinc conſerviſandæ.

Caro *fructuum* omnino per ſetaceum trajici expetit.

*Conſervæ uſitatiores ſunt.*

Conſerv. Abſinthii romani è ſummitatibus.
Acaciæ flor.
Acetoſæ fol.
Acetoſellæ fol.
Anthos, id eſt, flor. roriſmar.
Betonic. fl.
Borragin. fl.
Bugloſſæ fl.
Calendular. fl.
Cardui bened. ſumm.
Cichorii ex fl.
Citri pulpæ ſ. medullæ.
[& florum.]
Cochleariæ fol.
Conſolidæ major. flor.
Euphragiæ ſummit.
Fumariæ ſummit.
Galegæ ſumm.
Geniſtæ flor.
Heder. terr. comp. Aug.
Lavendulæ fl.
Liliorum alb. fl.
Liliorum convall.
Majoranæ ſummit.
Malv. fl.
Meliſs. fl.
Menthæ.
Nympheæ alb. fl.
Papav. errat. fl.
Portulacæ fol.
Pœoniæ fl.
Perſicorum fl.
Primulæ veris fl.
Prunellæ fl.
Pulegii ſummit.
Roſarum albar.
Rubrarum recens & antiq. vitriolata.
Caninarum ſ. Sylveſtr.
Salviæ fl.
Sambuci fl.
Scabioſæ
Scordii
Tiliæ fl.
Tunicæ fl. id eſt, caryophyll. hort.
Tuſſilaginis fl.
Veronicæ ſummit.
Violarum martiarum.

## CAPVT XLIX.

### *De Decoctis.*

HOFMAN. *DE DECOCTIS.*) Hæc fieri poſſunt ex omnibus rebus, quæ vires ſuas per decoctionem in brodio ſuo deponere poſſunt; unde non immeritò quæritur, utrum Mineralia & Metalla etiam vim quandam medicatam per decoctionem ſuis impertire poſſint menſtruis, an ſecus, eò quòd hæc in ſuâ ſubſtantiâ non alterentur facile? Verum, hæc quandam virtutem, quantilla etiam ſit, beneficio decoctionis ſuis communicare menſtruis vel in particulâ metalli, vel mineralis, vel lapidis, vel odoretenus etiam negari nequit, nam præter ſolutiones metallorum, ac mineralium & lapidum aquis factas corroſivis decoctiones etiam demonſtrant Vitri Antimonii, Croci metallorum, Iovis, Mercurii vivi &c. ſimplici ac nudâ aquâ factæ, ex viribus quas præſtant in vomitu ciendo, lumbricis abigendis & aliis affectibus &c.

¶Decocta fieri poſſunt ex rebus omnibus, quæ pronæ ſunt, vires elixatione brodio ſuo communicare, adeoque ex *mineralibus, vegetabilibus, & animalibus.*

E *Mineralibus* non reſpuunt decoctionem Terræ crudæ calcinatæve, Lapides calcinati, Metalla calcinata, Antimonium crudum & calcinatum, Saturnus crudus cinnabaris, Lithargyrium, Sulphur. Nimirum aquæ etiam ſimplici incoctæ vires quaſdam impertiunt, maximè tamen, ſi adhibitus fuerit liquor facultate penetrante gravidus, qualis Vinum, Acetum, Aquæve ſtillatitiæ. Quin & Metalla ignobiliora, potiſſimum ſi calcinata ea fuerint, verbi gratia, minium, ceruſa, limatura ferri calcinata, & ſim. decoctioni apta ſunt. Decoquuntur autem hæc omnia, in pulveres redacta.

Ex *Animalibus* decoctioni parent, partes carnoſæ, membranoſæ, cornua tùm cruda raſpata, tùm calcinata, & ſimil.

Verum enimvero, hic loci de Decoctis potiſſimum agemus potulentis, in praxi uſitatioribus; quæ Apozemata communiter dicuntur. Hæc parantur inprimis è *vegetabilibus*: videlicet è *radicibus, corticibus, herbis, floribus, baccis, fructibus, lignis.* Superadditis tamen nonnunquam (ſed raro) nonnullis è mineralibus aut animalibus.

Liquor in quo res eæ communiter elixantur, eſt aqua fontana, hæc (adhibenda, quoties alius alicujus mentio nulla fuerit facta,) aqua pluvia, aqua deſtillata, (ſed non adeò commodè ob ſpirituoſæ portionis exhalationem, niſi coctio in diplomate inſtituatur,) ſerum lactis, hydromel, Vinum.

*N. Hoc præſtat in fine coctionis ſuperinfundere.*

Quantitas liquoris ad res coquendas varia ſumi ſolet, prout ſcilicet res longiorem vel breviorem coctionem expetierint. Duriores ſiquidem ac ſolidiores ut diutius ſunt coquendæ, ita majorem liquoris quantitatem requirunt, quippe coctione liquor paulatim exhalat. Sumitur autem exempli gratia, proportio quadrupla, ſextupla, decupla, duodecupla, &c. Reſpondent enim Man. 1. ℥ ß. ʒ v. vel ʒ vi. pugillo ʒ ij. vel ʒ iij.

*Modus parandi abſolvitur.*

1. Præparatione ad decoctionem.
2. Decoctione.
3. Clarificatione.

1. Præparatio fit incidendo, contundendo, radendo, limando, &c.

2. Decoctio fit vulgariter. 1. Igne nudo. 2. Vaſe aperto æneo ſtanno obducto. 3. Ordine obſervato, ſ.a. Eſt autem coquere ſ. a. materias coquendas non ſimul & ſemel iniicere, ſed diverſis vicibus, prius, poſterius, prout naturæ volatilioris, fixioris, mollioris, durioris, ſolidioris, res fuerint. Nimirùm ſi cornua, ligna, cortices, folia, ſemina, aromata ac flores decoctioni deſtinantur, primum cornua, ligna, cortices & radices, aliquandiu coquenda ſunt, hinc folia ac ſemina ſuperiniicienda, tandem quoque ſub finem decoctionis, aromata & flores; utpote quorum vis facile in auram evaneſcit.

HOFMAN. *Tandem quoque ſub finem decoctionis, aromata & flores.*) Verùm hæc generalis regula non caret exceptione, & non ſatis ſufficiens eſt, conſtat enim non parvam eſſe lignorum, corticum, radicum diverſitatem, nec minorem ſtipitum, non minimam foliorum, florum, fructuum ac ſeminum. Ego, ut, quod res ſit, dicam, ſtatuo, illud prius coquendum, quod veluti baſis ac fundamentum eſt totius compoſiti, à quo ſcilicet illud majores ſuas mutuari debet vires, unde ſpecies, quæ baſis veluti decocti ſunt, præſertim ſi inodoræ, fixæ vel catharticæ prius liquori extrahenti ſunt injiciendæ, ac cum eo tamdiu coquendæ, donec earum vis maximâ ex parte extracta ſit, tandem etiam reliquæ non adeò craſſæ decocto deſtinatæ ſpecies ſunt addendæ, quæ ſecundariò compoſitioni inſunt.

¶. N. *Res duriores macerantur prius aliquandiu.*

3. Depuratio fit vulgariter albumine ovi, cùm quo decoctum expreſſum, vel ſaltem colatum, ebullit, quod dein per colum trajicitur. Vide lib. 1. c. 14. Clarificare.

HOFMAN. *Quod dein per colum trajicitur.*) nuda decocti tranſcolatio quàm diligentiſſimè etiam fiat, ſola non ſufficit, ad ejus depurationem, niſi colatura illa denuò cum ovi albumine clarificetur.

¶ *Vſurpatio*: Quia ſaporis minus grati ferè ſunt decocta, gratia conciliatur Saccharo Syrupove addito ad ſingulas doſes ℥ j. plus minus, pro palato ægroti. Quinimò & aromaticus ſapor ſuperaddi ferè ſolet, nonnihil ex aromatibus commiſcendo.

HOFMAN. *Nonnihil ex aromatibus commiſcendo.*) In omnibus decoctionibus eò reſpiciendum eſt, ne virtus Medicamenti ſpirituoſa & volatilis, ut tenuium partium in longâ & operoſâ coctione in auras avolet & pereat, ſi Medicus ſui compos fieri & finem ſuum aſſequi velit, quo dicta regula tendit, ea, quæ aromatica & ſpirituoſa ſub finem demum coctionis eſſe adjicienda, ne eorum vires evaneſcant, aut per diuturnam coctionem exſpirent; Hæc tamen ſemper rem non acu tangit. *Nam licet ſub finem* coctionis aromata addantur, & leniter ſolùm coquantur, præterquam quod parum de virtutibus ſuis in decoctionem deponant, tamen & illa ipſa vis aromatica, quæ in decoctum depoſita eſt, facilè æthera petit, ut tamen efficax fiat decoctum, vel in diplomate, vel cucurbitâ vitreâ cœco alembico munitâ ejus ingredientia coquenda ſunt. *Deinde* videndum, ne Decocta, in quibus infuſio fieri debet, nimiâ ingredientium quantitate decoquendorum onerentur, quibus extrahendis imparia ſint, cùm nullum recipiens ultrà modum ſuæ receptivitatis recipiat, hoc eſt, cùm pori hujus liquoris jam dum aliis medicamentorum atomis ſint repleti, ad alia corpuſcula recipienda incapaces fiunt, niſi aliâ varient texturâ & figurâ. *Tertiò* in ſpecie notandum eſt, ſi ſemina viſciditatem quandam habeant, cum radicibus eſſe ebulienda, cùm eorum virtus difficilius diſſolvi queat, & in periâ liganda, ne per decocta lentor diffundatur. Glycyrrhiza cùm ſit denſa ac lentâ ſubſtantiâ donata, decoctum turbidum, obſcurum & viſcidum, ſi diu coquatur, reddet, hinc cum ſeminibus ebullienda eſt, prout & omnia purgantia. *Quartò*, ſi ambram, moſchum vel opium aut ſimile quid decocto immiſcere velis, piſtillo cum aliquâ porciunculâ decocti diſſolve & læviga, denique decocto miſce. *Quintò*, res duriores prius macerandæ aliquandiu, quàm decoquantur, & hæ ad duarum partium conſumptionem, & ſemina ſi odorata non exiſtunt paulò minus, folia ad dimidium circiter ebullire debent. *Sextò*, diu ebullire debent, quæ calloſam, præduram & aſperam habent carnem, quæ denſa ſunt, craſſa ac glutinoſa, & quæ vires habent adſtringentes. *Septimò*, qui in uno decocto omnia ſingulas corporis partes reſpicientia ſimul miſcent, empiricos ſeſe præbent, & Artis præcepta evertunt.

¶ *Sunt*

*Sunt decocta celebriora.*

Decoctum.
Alterans, *vide infra*, N. 1.
Antimoniale. 2.
Aperitivum majus. A.
——cum Rhabarb. A.
minus ſ. lenitivum.
minus A.
Capillorum Veneris, A.
Carminativum Clyſmaticum.
*Cord.*
Clyſterum emollientium.
*Cord.*
Commune ad diſſolvenda ſolutiva.
*Cord. Renod.*
Commune Medicinale cum & ſine ſena. A.
Epaticum. 3.
Epatis vituli, 4.
Epithymi, A.
Florum & fructuum, A.
Fumariæ.
Hyſtericum, 5.
Majale, *6.*
Pectorale ſimplex & compoſitum, A.
Purgans Quercetan. 7.
Splenis bovis, 8.
Senæ, v. A.

1. *Decoctum alterans.*

℞ Santal. rubr. ℥ß. (alii ʒvi. Succ. citri recent. ℥iß. alii ℥j. Sacchar. clarificat. ℥j.)
Aq. fontan. puriſſ. ℔.iij.
Stent in maceratione per noctem, manè coquantur ad ℔ iß. colentur, ac ſerventur pro uſu.
N. *Alii addunt & Spir. Vitrioli* ʒj.

*Aliter.*

℞ Santal. rubr. ℥ß.
Sem. citr. ʒß.
Fl. Roſar. rubr. p. iß.
Sacchar. candi. ℥j.
Spir. Vitrioli ʒß.
Aqu. fontan. ℔iij.
Digerantur per noctem, hinc decoquantur ad ℔. iiß.
Colaturæ adde
Rob. ribium.
Succ. citri.
Sacchar. depurat. ana ℥j.
Vires. *Refrigerat, cor vireſque confortat.*

HOFMAN. *Decoctum alterans*) Nullâ indiget animadverſione. N. Aliud pro magiſtratu vid. in theſauro pharmaceutico annexo ſect. VI. no. 1.

¶ 2. *Decoctum ♁iale Cl. D.D. Lud. ab Hornig.*

℞. Rad. ſaſſafr. ℥j.
Lign. viſc. Querc.
Lentiſc. ʒ VI.
Fol. Beton. M j.
Parata pro decoctione coq. in aq. pluvialis limpidæ Menſur. IV. bulliant per ¼ horæ, poſtea inde ♁. crudi ℥j. in petia ligati & porrò bulliant, donec menſura una & dimidia ſit conſumpta.
Vires. *Catarrhis medetur, ſcabiemque curat, impuritates tum per inſenſilem tranſpirationem, tum per alvum educens.*
*Vſus: manè hauſtus calidè aſſumitur.*

HOFMAN. *Decoctum ♁iale CL. D. D. Lud ab Hornig.*) An à metallis & mineralibus aliqua virtus per coctionem in decocta derivetur ſpecies, ſuprà diſcuſſimus. Quod ſic, nobis hic exemplo eſt Antimonium ad decoctionem præſcriptum; Et certum eſt, eximias dotes & arcanas vires contra diros morbos in hoc latere, ſi illud crudum ſaltem in minutas particulas confractum ac in petiâ ligatum aquoſis ſaltem decoctis largiter ſuperaddatur, nequaquam verò ex vino propinetur. *CL. Zwelferus* dicit ſe nunquam decoctionem anti-veneream ulli propinaſſe, niſi prius in illâ antimonium crudum in petiâ ligatum incoctum fuiſſet, prout & ſequens ejus decoctum in lue venereâ evincit.
Recip. Ligni Sancti ℥iij.
Cortic. ejuſd. ℥v.
Sarſ. parill. ℥ij.
Saſſafras ℥j.
Mercurij vivi in pet. ligat. ℔j.
Antimonij crudi in pet. ligat. ℔j.
Inciſa incidenda coq. in Aq. Menſur. XII in ollâ ad tertiat, & colentur, cooperculum ollæ foraminulum habeat.
Vſus: Colaturæ dantur ſingulis diebus manè ℥vj. pro potu ſudorifero, ſudor proliciatur vel in lecto, vel in hypocauſto, reſiduum coquitur cum aquâ & uvis paſſis, addito pauco Ligni Sancti novi, ut & corticum, & in fine aliquid cinamomi, & etiam priori addi poteſt pro potu ordinario. Vſus hujus continuandus per 14. ♂ ♀. præcedant autem ſeq. Pilulæ;
Recip. Extract. catholic. ʒiij.
Arcani corallini.
Cinnabar. Antimonij ana ʒiß. f. Pilulæ, quarum doſis 10.
*Reliqua Decocta*, quæ ab *Autore* proponuntur, ſi ſecundùm artem & modum ſuprà deſcriptum conficiantur, nullâ opus habent animadverſione; *Decoctum Epatis vituli*, item *Hyſtericum* & *Splenis bovis* in diplomate peragi poteſt.
N. vide Theſaur. Pharmaceutic. annexum ſect. VI. De reliquis decoctis.

¶ 3. *Decoctum Epaticum.*

℞ Rad. Ariſtoloch. rot. ℥j.
Rhabarb. opt. ℥ß.
Chamæleon. nigr. ʒij.
Rad. Petroſel.
Cichor. ana ʒvi.
Cardopat. ʒij.
Herb. Endiv.
Scabioſ.
Betonic.
Acetoſ. ana M ß.
Sem. Fœnic. ℥j.
F. Decoctio in Aquæ font. ℔.VI. ad conſumpt. tertiæ partis.

4. *Decoctum Epatis Vituli.*

℞. Epat. vitul. in fruſta inciſum.
Santal. rubr.
Cinamom. ana ℥ß.
Spic. nardi.
Roſar. rubr. ana. p. I.
Conſerv. flor. cichor. ℥j.
Trochiſc. Rhabarb.
Eupator. ana ʒvi.
Coque in phiala capaci bene occluſa calore balnei ferventis horas 7. vel 8. donec hepar totum ferè in liquorem redactum ſit, quem ad perfectionem decoque, addendo, ſi velis, ſaccharum.
Vires. *Conducit in omnibus Epatis affectibus, & imbecillitatibus; in fluxu præſertim hepatico & hydropiſi.*
*Doſis ℥ iij. iiij. manè ac veſperi.*
*Quercet. in Pharmacop. R ſt. cap. 26.*
N. *Eodem modo fieri quoque poſſunt decocta Pulmonum non ſolum Vulpis, ſed & Vituli & Agni, addendo pectoralia affectibus pulmonum congrua. Quercetan.*

5. *Decoctum Hyſtericum.*

℞. Herb. puleg.
Artemiſ.
Abrotan.
Matricar.

Meliſſ.
Verben.
Serpill. ana M j.
Rad. Pimpinell.
Baccar. Lauri. ana ʒ ij.
Caſtor. ʒ j.
Sabin. ʒ ij.
M. & lege artis F. decoctum.

Vires: *Ciet menſes, uterumque roborat.*

### 6. *Decoctum Majale.*

♃. Herb. Fumar. M j.
Summ. Lupul.
Cichor.
Agrimon.
Aſplen.
Abſinth. pont. ana M ß.
Rad. Polypod. ℥ ß.
Glycyrrhiz. ʒ ß.
Fol. Sen. ℥ iij.
Sem. Aniſ. ʒ ij.

Omnia quæ haberi poſſunt recentia, miſce cum reliquis ac coque in ſeri lactis ℔ iv. ad tertias.

Colaturæ adhuc calidæ infunde per noctem,
Rhabarb. el. ʒ ij.
Spic. indic. gran. VIII.
Schænanth. ℈ ß.

Ebulliant ſemel ac iterum, hinc colentur.

Vires. *Sanguinem purificat.*

Doſis ℥ iv.

### 7. *Decoctum purgans pro delicatis. Quercetan.*

♃. Follicul. ſen. ſ. ſt. ʒ vi.
Aq. pomorum redolentium aut fragorum q. ſ. pro una vice.

Macera vaſe clauſo per horas 24. addendo parum ſucci Limonum, hinc ebulliant, fortiterque exprimantur, adde
Succi pomorum redolentium recentis ʒ i ß.
Sacchari candi ſi libet, q. ſ.

Clarifica cum albumine ovi, ac aromatiza cum Aqua cinamomi.

Vires. *Leniter purgat ſine faſtidio.*

[ *Decoctum laxativum in editionibus prioribus fini libri II. annexum huc ponendum ex præſcript. D. Petri de Spina.* ]

♃. Rad. Sarſæ parill.
Alth.
Borrag. ana ℥ ß.
Glycyrrhiz. ℥ i ß.

Diger. horis 24. in ℔ iv. aq. ferventis. Dein coquantur ad ℔. iij.

| | |
|---|---|
| Poſtea adde | Tamarind ʒ v. |
| Rad. Polypod. ℥ ß. | Paſſular. min. ℥ ß. |
| Epithym. ʒ iij. | Dactyl. recent. N. iv. |
| Fol. Sen. el. ℥ ß. | Sem. Cartham. contuſ. |
| Agaric. troch. ʒ i ß. | ʒ ij. |
| Mechoacan. opt. ʒ ij. | Aniſ. |
| Flor. Borrag. | Fœnicul. an. ℥ ß. |
| Bugloſſ. | Caryophyll. |
| Violar. an. p. 1. | Zinzib. an. ℈ j. |

Coque adhuc parum ſ. a. dein exprimantur & colentur pro potu.

Vires. *Blandè movet alvum, acreſque humores obtundit, adeoque convenit quàm maximè in doloribus colicis.*

*Doſis* ℥ iv. *manè, & ſi libet poſt meridiem.*

### 8. *Decoctum ſplenis bovis.*

♃. Splenem bovis in fruſta inciſum,
Cinamom. groſſè contuſ. ℥ j.
Caryophyllor. ʒ ß.
Croc. ʒ ij.
Vini alb. ſeu malvatic. q. ſ.

Inde in vitrum capax, quod bene clauſum in MB. ferventiſſimo, hor. 24. ebulliat, donec ſplen in particulas minutiſſimas coctus & conſumptus fuerit, magnaque juris exquiſitiſſimè cocti, & fragrantiſſimi copia reſtet.

Vires. *Specificum eſt ad duritiem & obſtructionem lienis & menſium ſuppreſſionem.*

*Doſis* ℥ *iiij. continuando per quatuor aut quinque dies, cùm menſes fluere ſoliti ſunt. Quercetan. in Pharmac. Reſtit.*

N. *Poteſt itidem redigi in formam Extracti*, vide *infra.*

#### Decoctum Traumaticum è Pharmac. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Sarſæ par. albæ & medulloſæ* ℥ i ß. *rad. chinæ* ℥ j *fœniculi, bardanæ tenellæ, urticæ, rhapontici, conſolidæ, glycyrrhizæ, caryophyllatæ ana* ʒ vj. *ariſtolochiæ longæ* ℥ ß. *dictamni albi* ℥ ij. *folior. betonicæ, hyperici, agrimoniæ, plantaginis quinquenerviæ, hederæ terreſtris, bugulæ, pyrolæ, Saniculæ ana M. ß. paſſular. exacinatar.* ℥ j *ſem. coriandri, aniſi, urticæ min. ana* ʒ ij. *baccar. juniperi* ʒ j. *raſuræ cornu cervi, eboris anà* ʒ v. *Coque in ſ. q. aq. font. ad* ℔. ij. *Colaturæ adde vini albi generoſi* ℥ iij. *mellis optimi deſpumati, ſacchari candi albi ana* ℔ j. M.

#### Decoctum Vulnerarium Quercetani pro omnigenis vulneribus internis & externis.

℞. *Rad. Tormentillæ, Conſolidæ maj. & min. ana* ℥ j. *herbar. Limonij albi & nigri, Saniculæ, pyrolæ, verbenæ, alchimillæ, perſicariæ ana* M j. *vincæ pervincæ, herbæ roberti ana M ß. flor. verbaſci, hyperici, centaurij min. ana* ʒ ij. *cancros purgat. & ſicc.* N° vj. *mumiæ* ℥ ß. *Macerentur omnia per dies* ij. *in aq. veronicæ & vini albi ana* ℔ ij. *in vaſe vitreo circulatorio in MB. Coletur liquor per manicam hipoc. & aromatizetur cum pauxillo cinnamomi, aut coriandri præparati, cum ſucco cydoniorum. Doſ. ab* ℥ ß. *ad* ℥ ij. *manè & ſerò tribus horis ante paſtum. Si amaror guſtum minùs offendat, poterit addi rad. ariſtolochiæ tenuis ut & enulæ campanæ parum; & rurſus edulcorari liquor cum ſaccharo. Vſus autem continuabitur in plures dies quò magis ejus ſtupendi effectus percipiantur.*

¶ Plures decoctorum formulas qui expetit, adeat Quercetanum in Pharmacop. reſt. Weckerum, Poterium, & ſimil.

## CAPUT L.

### *De Eclegmatis, Lohoch, Linctibus.*

Materiam præbent pectoralia: videlicet pulveres, conſervæ, mucilagines, ſyrupi, decocta, mella, pulpæ, ſapæ, & ſimil.

### *Modus parandi.*

♃. Pulveres convenientes, fructus, gummi arabicum, Tragacanthum, ſuccum glycyrrhizæ, &c. incorpora (in mortario, piloque ligneo) cum mellis, ſyrupi, mucilaginis, decocti, & ſimil. liquoris glutinoſi, q. ſ. donec exactè mixta & mellis conſiſtentiam nacta fuerint.

Ex tempore quæ præſcribuntur, fiunt ex Eclegmatis uſualibus, pulveribus, conſervis, cum ſyrup. q. ſ. incorporatis, vel ex ſolis ſyrupis cum ſacchar. candi vel penidiati, q. ſ. mixtis.

N. 1. *Decocta itidem ac ſucci in formam Eclegmatis cum Sacchàro coqui poſſunt.*

N. 2. *Proportio pulveris eſt ferè unc.* ß. *ad ſyrup. unc. ij.*

*Eclegmata*

*Eclegmata uſualia ſunt*

Lohoch, ad aſthma. ſ. ſcyllæ compoſ.
de Caſſia *vid. infra.* N. 1.
De Caulib.
de Farfara.
de Papavere.
Paſſulatum, N. *aliud*, *vide infra.* 2.
de Pino
de Portulaca
de Pulmone vulpis
Sanum & expertum
è ſucco ſcyllæ.

} vide Auguſt. &c.

1. *Lohoch de Caſſia pro Clyſteribus.*

℞. Herb. Malvæ.
Mercurial.
Parietar.
Violar.
Betæ.
Abſinth. ana M. I.
Coq. in ſ. q. aqu. ad ℔. IV.
Adde pari pondere Medull. caſſ. & mellis deſpumati ana F. Lohoch.

2. *Lohoch paſſulatum ſ. Electuarium paſſulatum.*

℞. Paſſular. minor. unc. IV.
Saccar. cand. unc. ij.
Aqu. Scabioſæ.
Fœnic.
Farfar. an. unc. ij.
F. ſ. a. Eclegma.

Vires. *Confert in Tuſſi, acrimoniam Catarrhorum mitigat.*

## CAPVT LI.

### *De Electuariis & Mixturis.*

HOFMAN. *DE ELECTVARIIS & MIXTVRIS*) *Electuaria* ſunt vel *molliora*, vel *ſolidiora*. De *Mollioribus* hic agitur, & componuntur ex pulveribus melle vel ſaccharo ſyrupiſato vel etiam Roob juniperi vel aliis ſuſceptis, quibus ſolubilia ſi admiſcenda ea ſint, ſeorſim diſſoluta ſubindè affunduntur, & poſtmodum ad fermentationem loco tepido reponuntur. *Mixturæ* fiunt ex pulveribus, electuariis uſualibus, conditis inciſis, conſervis, extractis, eſſentiis, ſalibus volatilibus, ſpiritibus, oleis deſtillatis &c. Vbi ſimpliciſſimæ horum præparationes laudem merentur, ſecus autem, quæ ex plurimorum ſimplicium farragine, quæ ſibi invicem ut plurimùm adverſantur, citrà elixationem ſolâ contuſione ridiculè ac temerariè ſunt connexa; Per ejuſmodi confuſiones, inquit *C L. Zvvelferus*, ſi Natura non planè deſtruitur, ſaltem manifeſtè debilitatur. Plurium rerum complexu irriti ſucceſſus Medicos admonere deberent à confuſione tot tamque diverſorum ſimplicium abſtinendum: eoque magis, quod ſub iſtâ multitudine, multa oppoſita, fruſtranea, impertinentia, inepta, languida & effœta vim ſpecificam ſanativam ſupprimant, in ſe convertant & ita irritum Medicaminis effectum ægrotus conſequatur.

¶ Electuaria ſunt, vel molliora, (conſiſtentiâ confectionum opiatarum) vel ſolidiora in tabulis. Priora ſunt hujus loci.

*Modus parandi* varius eſt, adeoque potiùs exemplis quàm regulis demonſtrabilis.

Electuaria vulgaria (confectiones opiatæ communiter appellatæ,) fiunt è pulveribus minutiſſimis, melle deſpumato calente, (rarò ſaccharo ſyrupiſato) ſuſceptis, quibus ſolubilia, ſi admiſcenda ea ſint, ſeorſim diſſoluta ſubinde affunduntur, poſtmodumque ad fermentationem loco tepido reponuntur.

Reliqua fiunt ſola ferè mixturâ, ſcil. pulverum, electuariorum uſualium, conditorum (in fruſtula diſſectorum) conſervarum, extractorum ſeu eſſentiarum, & ſimil. quæ ſuſcipiuntur liquore, maximeque ſyrupis q. ſ. ad conſiſtentiam. Et hæc dicuntur vulgò *mixturæ.*

N. *Adduntur & interdum pauca guttulæ oleorum ſtillatitiorum, vel ſpirituum Vitrioli, Sal. communiſve.*

*Sunt Electuaria, tùm alterantia, tùm purgantia.*

*Electuaria alterantia uſitatiora ſunt*

Electuarium.
Diacorum Aug.
Pſeudo-acori, *vide infra* N. 1.
Alexipharmacum 2.
De Ciconia 3.
Alkermes, ſ. confectio Alkermes.
De Allio, 4.
Anacardinum; ſ. confectio Anacardina, ſ. confectio ſapientum. A.
Antidotus Matthioli, A.
Archigenis, A.
Athanaſia magna, A.
Aureum Alexandrinum, A.
Camphoratum, 5.
Chalybeatum, A.
Chalybeatum, Horatii Augeni, *6.* Arcularii 7.
Corroborans ſpecificum Croll. 8.
Cordial. *9.*
De Croco, 10.
Diaphoreticum Plateri, 11.
Diacodium. A.
Diureticum Montag. A.
de Ferri ſcoriis, A.
Hyſtericum, 12.
de baccis lauri Rhaſis, A.
Micleta Nicolai, A.
Mithridatium, A. C.
Orvietanum, 13.
Nucum, 14.
Diaolibanum, C.
de Ovo.
Papæ ſ. Guidonis contra peſtem, A.
Philonium Meſuæ, A.
perſicum Meſ. A.
majus ſ. Romanum Nicol.
A. Tharſenſe Galeni, A.
contra phthiſin, 15.
Podagricum S. Cloſſ. *16.*
Regum, 17.
Requies Nicolai cum ſaccharo, A.
Reſumptivum Fernelii C.
Diaſatyrium, A.
Scorbuticum, 18.
Diaſcordium Fracaſtor. A.
Theriaca Andromachi, A.
Diateſſaron, A.
Communis, A.
Triphera magna, A.
minor, A.
Saracenica, A.
El. Vitæ Arnold. de V. N.

N. *Quia ſpecies aromaticæ ad electuaria, cum melle vel ſaccharo conficienda, ordinatæ olim fuerint, & harum pleraque Electuarii nomine communiter adhuc veniunt, quas vide infra; Præſtaret tamen ſpecies ab Electuariis diſtinguere.*

*Electuaria lenientia uſitatiora ſunt*

Electuar.
Diacaſſia cum manna, A.



UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real

Diacatholicum, Antidotus Catholica Nicolai, A.
Diaprunis ſimpl. A.
ſolutivum, Diadamaſcenum, A.
Hiera picra Galeni, ſ. ſimplex. A.
Lenitivum Florenzolæ, A. de Manna, A.
Triphera Perſica Damaſceni, A.
*Electuar. Purgantia uſitatiora. Electuar.*
Diaſarum Fernelii, *vide infra* 1.
Antimoniale, 2.
Benedicta laxativa, Nic[illegible]. A.
Diabalzemer. ſ. Elect. [illegible]ennatum, *A Renod.*
Diacarthami ſ. Diacnici, A.
Caryeoſtinum, C.
Catharcticum Imperiale, Nicol. C.
de Citro ſolutivum, A. C.
Diacydonites ſ. Diacydonium laxativum, A.
N. *Ad Gelatinas referri poteſt.*
Epiſcopi ſ. Eleſcoph. A.
Hamech ſ. confectio Hamech. major, A.
Hiera compoſita, A.
Logadii, A.
Pacchii, Archigenis, Ruffii, ſ.
Diacolocynthidos, A.
Indum majus, A.
Diaphœnicum Meſuæ, A. Fernelii, A.
de Pſyllio, Montagn. A.
Roſarum Meſuæ, A.
de Succo roſarum Nicol. A.
N. *Uſitatius eſt in tabulis.*
Dialebeſten, Montagn. A.
Diaſenna Nicolai, A.
de Tamarindis. 3.
Huc Paſſulæ laxativæ, A. C.

## ELECT. ALTERANTIA.

### 1. *Elect. Pſeudoacori ſtomachicum.*

♃. Rad. Pſeudoacor. à cortice exteriore mundat. ℔. 1. minutiſſimè inciſæ & conquaſſatæ infundantur in Vino rubr. ♂ ♀ (3. 4.) Hinc coque ad conſumptionem vini, mollitiemque radicum.

Poſtmodum adde mellis depurat. ℔ ij. vel ii ß. iterum parùm coctis addantur Zinzib. optimi minutim inciſ. ℥ iij. vel 4. miſceantur optimè l. Ign. ad conſiſtentiam; hinc remove ab Ign. & immiſce

Pul. Cinamom. acer. unc. ß.
Piper. long. ʒ ij.
Galang.
Nuciſt.
Macis.
Cubebar.
Cardamom. ana ʒ i ß.
Gran. paradiſ.
Piper. nigr. ana ʒ. 1. plus minus. F. Elect.

N. *Alii admiſcent amygdal. dulc. & pineas excort.*

Vires. *Confortat ſtomachum & caput frigidum excrementa incidendo, exiccando, &c.*

*Doſis ad magnitud. avellanæ vel juglandis; manè ac veſperi.*

Hofman. Elect. *Pſeudoacori ſtomachicum*) Hoc longè eſſet efficacius, ſi radix pſeudoacori non conquaſſata coqueretur, ſed ſaltem groſſo modo conciſa adderetur; Et bonum eſt medicamentum, ſtomachi debilitati à dyſcraſiâ frigidâ dicatum. Aliàs juxta Domini Autoris præſcriptum concinnari poteſt.

N. Aliud ſtomachicum Diacorum A. vid. ſect. VIII. no. V. VI. ſu theſaur. annexo.

### ¶ 2. *Electuarium Alexipharmacum. Cl. Dn. D. Petri de Sp. F. F.*

♃. Rad. Dictamn.
Caryophyllat.
Cyper. rot. ana ℥ i ß.
Aſari ʒ vi.
Ireos flor. ʒ iij.
Fol. Rut.
Fl. Roſar. rubr. ana ℥ i ß.
Dictamn. cret. ʒ iij.
Spic. indic. ℥ i ß.
Cinamom.
Croc. or. ana ℥ j.
Baccar. Iunip.
Laur. ana ʒ vi.
Maſtich. ℥ i ß.
Agar. tr.
Myrr. el. ana ʒ ij.
Bol. arm. præp.
Spec. liberant. ana ʒ vi.

Contundantur ſubtiliſſimè & cribrentur. Poſtea
♃. Nuc. Iugland. ℥ iij.
Fic. pingu. ℥ i x.
Conquaſſentur ſimul, additoque modico vini trajiciantur per cribrum ad pultis conſiſtentiam. Deinde,
♃. Sacchar. opt. ℔ ii ß. ℥ iij.
Diſſolve cum aquæ q. ſ. Ign. lento.
Poſtea adde
Mellis deſpumat. ℔ iij.
Coque ad aquæ conſumptionem.
Deinde adde
Pulticulam illam ficuum & nucum.
Theriac. Andr. ℥ ix.
Conſerv. roſ. rubr. ℔ i ß.
Succ. Abſinth. inſpiſſ.
Miſce optimè cum ſpatula lignea, dein removeantur ab igne, & agitentur continuò, donec refrixerint, poſtea adde pulveres, miſce nturque perfectiſſimè, in fine adde
Ambræ griſ. drach. 1.
Moſch. ℈ j.
F. Electuar.

Vires. *Uſus ejus creberrimus fuit in ſaviſſima illa nuperâ peſte, in quâ tam præſervando, quàm curando profuiſſe compertum eſt.*

Hofman. *Electuarium Alexipharmacum Cl. Dn. D. Petri de Sp. F. F.*) Hujus uſum creberrimum fuiſſe teſtatur *Dominus Autor* in peſte, tam præſervando, quàm curando. Nec dubito de veritate. Interim tamen admodum confuſa & temeraria mihi videtur hujus Electuarii compoſitio tam ob multorum ſimplicium farraginem, quàm quorundam, quorum nulla ratio reddi poteſt, fruſtraneam admixtionem, quid ſibi volunt radic. cyper. rot. aſari, ireos Fl. fl. roſ. r. Agaric. trochiſc. Spec. liberant. Theriac. A. &c, quæ compoſita per ſe pro alexiterio ſatis ſufficientia forent.

### ¶ 3. *Electuar. Alexipharmacum de Ciconia; Arcanum Alexipharmacum.*

♃. 1. Recentem ciconiæ ſanguinem, deſtilla per MB. remanentem in cucurbita ſanguinem exicca & pulveriſa. Hinc,

2. Extrahe Sal ex ventriculo ciconiæ incinerato, beneficio aquæ illius ex ſanguine deſtillatæ, idque pulveriſatæ illi ſanguinis remanentiæ admiſce.

Hiſce 3. addantur in vitro ſatis capaci.
Succin. alb. el. ℥. 1.
Corall. rubr.
Baccar. matur. uvæ inverſæ,
Eſſent. Mumiæ.
Rad. Anthor. ana ʒ i ß.
Lap. Bez. or. ʒ iij.
Theriac. opt. ℥ i ß.

Hoc cum oleo pini (ex nucl. expreſſ.) incorpora, deinceps tantum olei ſuperaddendo, ut digitos 3. vel 4. latos emineat. Tandem inſolentur aliquamdiu orificio vaſis diligenter obſtructo, quo enim vetuſtius eò melius.

Vires

Vires. *Efficaciſſimum eſt contra omnia metallica, animalia & vegetabilia venena, quæ tum vomitu, tum ſeceſſu, tum ſudore expellit.*

*Doſis* ℥ ß. *cum hauſtu Aquæ, vini, vel lactis tepidi.* *Croll.*

N. *Loco Sal. com. ex ventriculi cinere extracti, mallem ipſas tunicas pulveriſatas admiſcere.*

HOFMAN. *ELECTUARIUM ALEXIPHARMACUM M. de Ciconia; Arcanum alexipharmacum.*) Si quis Medicorum *Domino noſtro Autori* hoc Electuarium communicavit, aut ſimplex homo fuit nullam chymicorum laborum habens notitiam, aut fucum facere voluit; Animalia enim nihil in ſe ſalis habent fixi, ſed ſal volatile, oleum ac terram mortuam ſterilem & exſuccam ex ſe depromunt, quomodo igitur ex ciconiæ ventriculo incinerato Sal fixum elici poterit? Unde *ipſe Autor* mavult ipſius Ventriculi ciconiæ tunicas pulveriſatas admiſcere. Verum nullas in hiſce & ſimilibus ſpes poſita videtur, eò quòd cum viâ uti vis fermentalis viſcerum unà extinguatur.

§ 4. *Electuarium ſ. mixtura de Allio.*

♃. Digitor. allii, num. IV.
Frixis & contuſis cum melle & mithridatii ℥ ii ß.
adde
Sperm. ceti.
Granor. Iuniper. ana ℈ j.
Caſtorei ℈ ij.
Pulv. parietar. ℈ j.
Oxymell. ſquillit. q. ſ. F. Elect.
Vires. *Inſignium virium eſt contra colicam.*

HOFMAN. *ELECTUARIUM ſeu MIXTURA de ALLIO.*) Allium non frixum, ſed crudum cum Mithridatio contuſum præfertur, additis reliquis ingredientibus, quæ Autor ſubjungit. Pro Plebe ſatis commendabile.

Electuarium ſeu Antidotus analeptica, è Pharm. Colleg. Reg. Lond.

♃. *Roſar. rubrar. glycyrrh. ana* ʒ ij. gr. v. *gummi arab. tragacanthæ ana* ʒ ij. ℈ ij. *ſantali albi, rubri ana* ℈ iiij. *ſucci glycyrrh. amyli, ſem. papaver. albi, portulacæ, lactucæ, endiviæ ana* ʒ iij. *ſem. 4. frigid. maj. excorticator. ſem cydonior. malvæ, bombacis, violarum, nucleorum pini, piſtaciorum recent. amygdalar. dulc. ſtyracis calamitæ, pulpæ ſebeſten ana* ʒ ij. *caryophyllor. ſcobis eboris, cinnamomi ana* ʒ j. *croci* gr. v. *penidior.* ℥ ß. *Trita omnia excipiantur triplo ſyrupi violati ut fiat Electuarium molle.*

¶ 5. *Electuarium Camphoratum Kegleri.*

♃. Rad. Dictamn. alb.
Tormentill. ana ʒ ij.
Zinz. alb. ℥ ij. [ rectius ℥ ß. ]
Sacchar. cand. ℥ ij.
Margarit. præparat. ℥ ß.
Nuc. vomic.
Os de c. c. ana ʒ ij.
Camphor. ℥ I.
Theriac. Andr. ℥ IV.
Sacchari alb. in aq. acetoſ. ſolut. q. ſ. F. Electuarium.

Vires. *Alexipharmacum ac ſudoriferum eſt, maximique uſus in morbis malignis.*

*Doſis drach. j. ad ij. &c. Paulo aliter.*

♃. Rad. Dictamn.
Tormentill.
Zedoar. ana. ℥ ß.
Zinzib. ʒ ij.
Herb. card. benedict. ℥ ß.
Turb. alb. & gumm.
Nuc. vomic. ana ℥ ß.
Rhabarb.
Oſ. de c. c.
Oc. Canc. ana ʒ I.
Camphor. ℥ I.
Sacchar. cand. ℥ I.
Theriac. Androm. ℥ VI.
M. F. Electuarium.

HOFMAN. *ELECTUARIUM CAMPHORATUM KEGLERI.*) Hoc ſuâ non eſt defraudandum laude, utpote in morbis malignis ſæpè experientiâ probatum. Loco margarit. præparat. & oſſ. de Corde Cervi, addi poteſt Terra ſigillata, Antimonium diaphor. Unicornu verum. Et in altero correcto Purgantia, ut Turbith. alb. & gumm. Rhabarbar. &c. omitti poſſunt. N. Aliud camphoratum alexiterium D. D. R. vid. in theſaur. Pharmaceutic. annexo ſect. VIII. no. XIII.

§ 6. *Electuarium Chalybeatum Horatii Augenii.*

♃. Piper.
Zinzib. ana ℥ ß.
Cardamom.
Caryophyllor.
Doronic. *aut* Angelic.
Croci ana ʒ ij.
Tamariſci ℥ ß.
Sem. Baſilic.
Aniſ. ana ʒ ß.
Limatur. chalyb.
℔. ß.
Mellis deſpumat. ℔ iij.
F. Electuarium.
Vires. *Confert in temperie frigida mulierum.*

HOFMAN. *ELECTUARIUM CHALYBEATUM Horat. Augen.*) In hoc pro limaturâ chalybis præparat. ſubſtituendum eſt Vitriolum Martis.

§ 7. *Aliud Elect. Chalybis Arcularii.*

♃. Scob. Chalyb. ℥ iij.
Succ. recent. pomorum Borsdorff. putrific. ℥ VI.
Macera 24. hor. effunde per inclinationem. Succus novus affundatur, tribus vicibus id repetatur. Succi tandem inſpiſſentur ad formam Electuarii.

*Doſis à* ʒ *ij. ad* ℥ ß.

HOFMAN. *Aliud Elect. Chalybis Arcularii.*) Hoc laudem meretur. Et ex hoc Eſſentia Martis cum ſucco pomorum Borsdorff. *Dni D. Iohannis Michaëlis* præparari poteſt, ſi extrahatur cum Spiritu vini Malvatici.

¶ 8. *Electuarium corroborans ſpecificum ſ. Medicamentum ſpecificum omnium ſeptem membrorum principalium, Crollii.*

♃. Ol. ſuccini ter vel quater ( per Aquam Majoranæ vel ſimil.) rectificati ℥ ij.
Spirit. Vitrioli veri.
Salis cranii human. (vel magiſterii) ana ℥ ß.
Tincturæ croc. or.
Granor. alkerm. ana ʒ ij.
Sal. margarit.
Corallor. ana ℥ j.
Ol. Cinamom.
Macer. ana ʒ ß.
Lact. Sulphuris. ℥ j.
Extr. Spodii ℥ j ß.
Antimon. diaphoret. ℥ ß.
Magiſt. Tart. ℥ j. id eſt, Tartari Vitriolati.
Tinctur. croc. Mart.
Extr. chelidon.
Rhabarb. ana ℥ ß.
Liquor. cryſtall.
Calcul. microcoſmic. ana ℥ j.
Cum extracta & inſpiſſata Theriacæ eſſentia, melle juniperino, conſerva roſarum, addendo pro libitu

ſaccharum roſaceum. F. electuarium, addita Moſchi & ambræ, ana ʒ j.

N. *Propter ventriculi ſympathiam cum reliquis membris addantur ſpirit. Vitrioli veneris* ʒij. *atque Ol. Nuciſt. ſtillat.* ʒß.

*Doſis à gran. 5. 6. 7. uſque ad 20. &c.*

HOFMAN. *ELECTVARIVM CORROBORANS&c.*) Suprà dixi, Eos qui in uno compoſito omnia ſingulas corporis partes reſpicientia ſimul miſcent, empiricos ſe præbere & Artis præcepta evertere; Nolo autem de Crollio hic ſubſumere; elegantiſſima quaſi verò eſt Mixtura olei deſtillati ſuccini cum Spiritu Vitrioli, non Ente Sale cranii humani, (ſi fixum intelligat.) Non Ente Sale perlarum, corallorum, Extract. ſpodii, Extract. chelidon. liquore calculi microcoſmici; Hæc tria regna conveniunt minerale, vegetabile & animale deliberantia, quodnam horum decumbenti Microcoſmo prius ferre ſuppetias debeat; O elegantem mixturam! & inefficaciſſimam, ſi propter ventriculi ſympathiam cum reliquis membris omiſſus fuerit Spiritus Vitrioli Veneris, & ol. deſtill. Nuciſtæ. N. Aliud cephalicum confortans & ant-epilepticum ſingulare M. Ducis HETRVRIÆ vid. ſect. VIII. n. I. & IV. in theſauro annexo.

§ 9. *Electuarium ſeu mixtura cordialis.*

♃. Conſerv. roſar. ℥ viij.
Borrag.
Bugloſſ. ana ℥ iij.
Violar. ℥ ij.
Nymph. ℥ iß.
Confect. Alkerm. ℥ ß.
Pulp. citr. condit. ℥ iiij.
Fl. citr. condit. ℥ ij.
Spec. Diarrhod. Abb. ʒij.
Margarit. præparat. ʒ ij.
Corallor. utrorumque præpar. ana ʒ iij.
Lign. Aloës pulv. ℈ IV.
Ambr. gryſ. gran. VI.
Fol. Sol. *num.* X.
Cum ſyrupo acetoſ. citri q. ſ. F. mixtura.

Vires. *Spiritus vitales Balſamúmque naturæ corroborat.*

*Doſis ad magnitudinem avellanæ.*

HOFMAN. *ELECTVARIVM ſeu MIXTVRA CORDIALIS.*) Hoc electuarium Cordiale ſi ex paucioribus conſervis omiſſis ſpeciebus diarrhod. Abbat. præparatum fuerit elegantius erit ſeq. modo elaboratum:

Recip. Conſerv. roſar. ℥ viij.
inter. pulp. Citri lib. j.
Confect. alkerm. ℥ iij.
fl. Citri condit. ℥ iij.
Cortic. Citri condit. inciſ. ℥ j*ß*.
Margarit. Or. præp. ʒ ij.
Corall. r. præp. ʒ vj.
ol. d. Cinamon. gutt. vj.
Citri. ℈ *ß*.
cum Syrup. rub. id. ſ. q. f. Mixtura.

§ 10. *Electuar. de Croco.*

| | |
|---|---|
| ♃. Croc. or. ʒ j. | Angelic. ana ʒ ij. |
| Rad. Zedoar. | Petaſit. ʒ iij. |
| Tormentill. | Theriac. Venet. vet. ℥ vj. |
| Nuc. vomic. ana ʒ ij. | Mithridatii. ℥ vj. |
| Camphor. ℈ j. | F. Electuarium. |
| Sem. Eruc. | |
| Rad. Dictamn. alb. | |

Vires. *Alexipharmacum eſt Kegleriano nihil vel parum cedens.*

11. *Electuarium diaphoreticum Plateri.*

♃. Syrup. de papav. alb. ʒ VI.
Rob. ſambuc.
Ebul. ana. ℥ j.
Spir. Iuniper. ʒ vj.
M. in Electuarium.

Vires. *Somnum conciliat, dolores ſopit atque ſudorem ciet, adeoque convenit in hydrope. Vide* Hechſtett. l. I. obſerv. dec. 3. caſ. I.

HOFMAN. *ELECTVARIVM DIAPHORETICVM PLATERI.*) Tranſeat cum reliquis mediæ ſortis.

§ 12. *Electuarium hyſtericum ſeu laudanum facile.*

| | |
|---|---|
| ♃. Fragment. lapid. pretioſorum. | Maſtich. an. ℥ ij. |
| Saphyr. | Bdell. |
| Hyacinth. | Sarcocoll. an. ℈ ij. |
| Topas. | Euphorb. ℥ ß. |
| Smaragd. ana ʒ j. | Camphor. ʒ i ß. |
| Corall. alb. & rubr. | Sem. Coriandr. |
| Margar. præpar. ana ℈ IV. | Fœnic. |
| Rad. Galang. | Cardamom. |
| Rhabarb. an. ʒ iij. | Salis communis. |
| Gumm. arab. | Opii Thebaic. ana. ℥ ß. |
| Opopan. | Cinam. ℥ ij. |
| Galban. | Spiritus thereb. ℥ j. |
| Thur. | Mell. deſpumat. ℔ ß. |
| | Spiritus Vini & |
| | Aq. Imperial. an. q. ſ. |

F. Laudanum ſ. a. inſtar Opiatæ.

*Doſ. iiij. gran. ſuper bibendo parum vini, & os frequenter Oxycr. colluendo ad præcavendum faucium & gutturis ardorem propter euphorb.*

*Suffocatis ab utero, hemicranicis, convulſis à cauſâ frigidâ magno ſolatio eſt.*

HOFMAN. *ELECTVARIVM HYSTERICVM ſeu LAVDANVM facile.*) Miror *Dominum Noſtrum Autorem* hoc & ſimilis farinæ alia auſum fuiſſe huic capiti inſerere, cùm tam ineptis, noxiis, fruſtraneis & ſibi invicem adverſantibus etiam conſtent ingredientibus, quem in finem tanta lapidum pretioſorum congeries hûc transfertur? cur in tantâ copiâ reſinoſa hûc afferuntur gummata? quid ſibi vult euphorbium? Dignum hoc eſt, ut planè excludatur, cùm meliora hoc eundem effectum præſtantia proſtent remedia.

¶ 13. *Electuarium Orvietanum.*

| | |
|---|---|
| ♃. Rad. carlin. ſeu chamæleont. alb. | Imperator. |
| | Anthor. |
| Tormentill. | Sem. Santon. & |
| Piſtoloch. | Fol. ejuſd. |
| Ariſtol. rot. | Dictamn. alb. |
| Scorzon. Hiſp. | Bol. arm. |
| Calam. arom. | Terr. ſigillat. an. ℥ j. |
| Angelic. | Theriac. veter. ℥ iij. |

Mell. hiſpan. cocti pondus triplum F. Electuar.

*Vires & doſis eadem quæ Theriacæ Androm.*

HOFMAN. *ELECTVARIVM ORVIETANVM.*) An hæc deſcriptio genuina ſit valde dubitatur. Sequentem ab amico quodam natione Italo pro verâ ac genuina communicatam accepi, hæc utrum talis ſit, an ſecus non diſputabo; interim tamen nec exiguæ virtutis eam tùm in febribus malignis, tùm in ſumptis venenis in convulſiones uſque feroçientibus compeſcendis expertus fui:

Recip. radic. Vincetoxic.
Zedoar.
Carlin.
Angelic.
Petaſit.
Valeriam.
Dictamn. alb.
Enul. campan.
Chelidon. ana ℥ iij.
fol. Dictamn. Cr.
Scordii.
Rutæ ana M. iij.
Myrrhæ el. ℥ j.
Galbani ℥ i *ß*.

Croci

Croci Or. ℥ j. ʒ vj.
Cinamom.
Caryophyll. ana ℥ ß.
Opii correct. ʒ iij.
Ol. d. ſuccini.
Citri ana ʒ i ß.
Sulphur. elect.
Terræ ſigillat. ana ℥ j.
Salis viperarum volatil. ʒ vj.
Pulv. viperarum ℥ ij.
Mellis juniperini q. ſ.
M. pone ad fermentationem vaſe clauſo per aliquot menſes.

¶ 14. *Electuar. Nucum.*

♃. Nuc. Iugland. num. xx.
Ficuum ping. num. xv.
Rut. unc. I.
Sal. commun. ℈ ß.
Mellis, unc. ij.
M. F. Electuarium.
Vires. *Alexipharmacum eſt.*

HOFMAN. *Electuarium Nucum.*) Tranſeat hoc ut ſimplici compoſitionis. Aliud vide in theſaur. pharmaceutic. annexo ſect. VIII. D. D. R. n. XV.

¶ 15. *Electuarium contra Phthiſin.*

♃. Conſerv. Roſar. vet. ℥ ij.
Loch. de pulm. vulp.
Papav.
Pino. ana ℥ ß.
Sem. 4. frig. maj. excort.
Lactuc.
Cydonior. an. ℈ j.
Amygd. dulc.
Pinear.
Piſtac. ana ℥ ß.
Maſtich.
Terr. ſigillat.
Bol. armen. ana ℥ ß.
Gum. Arab.
Amyl. ana ℈ j.
Spec. Diatragac. fr. ʒ i ß.
Diapenid. ʒ ß.
Sem. Papav. alb.
Portulac. ana ℈ j.
Pulmon. vulpis exicc. ʒ ß.
Cancr. fluviatil. uſt.
Trochiſc. de Carab.
Tragacanth. ana ℈ j.
Cum Syrupo de papav. & glycyrrh. F. Mixtura.
Vires: *Acrimoniam mitigat, tenuitatem incraſſat.*

HOFMAN. *Electuarium contra Phthiſin.*) Hoc multis etiam fruſtraneis & inutilibus onuſtum eſt ingredientibus, qualia Cancri fluviatiles uſti, loch de pulmone vulpis, cùm jamdum pulmones vulpis exſiccati ſint denominati, trochiſc. de carabe, &c. ſi ex paucioribus conſtaret, laudem mereretur. Aliud F. vide in theſaur. Pharmac. annexo ſect. VIII. n. IX.

Electuarium pro Phthiſi incipiente D. D. WINCLERI è Miſcellan. Curioſis German.

℞. *Rad. ſymph. maj. tuſſilag. enulæ; mundat. ana* ℥ iiij. *Coque in aq. ſimpl. q. ſ. ad mollitiem, tunde & trajice per ſetaceum.* ℞. *paſſular. maj. min. ana* ℔ ß. *coque in brodio reliquo à radicibus & extrahatur pulpa eodem modo.* ℞. *ſalv. acutæ, betonicæ, hyſſopi, veronicæ, hederæ terreſtris, pulmonariæ maculatæ ana* M j. *coque ad mollitiem in brodio à paſſulis relicto.* ℞. *Decocti colati, ſacchari canarini ana* ℔ j. *coque ad conſiſtentiam: adde pulpæ radic. & paſſular. amygdalar. dulc. excortic. pinear. recent. probè piſtarum ana* ℥ iij. *cinnamomi* ʒ ij. *croci* ℈ j. *Miſce fiat ſ. a. Electuarium.*

*De eo habet author, quòd quædam mulier poſt hæmopthyſim ſæpius moleſtam, cùm in phthiſin incideret adjuncta hectica, tuſſiendo expueret purulenta cruore tincta atque adeſſet ſudor colliquativus reſpiratioque valde difficilis: unico hoc medicamento evaſerit. Addit eodem medicamento proprium filium 3 annorum, cui poſt petechias ſuperatas, vomicæ quatuor vicibus in pulmonibus collectæ & ruptæ, itaut pus in magna copia expectoraret, macie valde confectum & calore hectico conſumptum: feliciter reſtitutum eſſe.*

Electuarium Pectorale è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Succi glycyrrh. amygdalar. dulc. ana* ℥ ß *pinear.* ℥ j. *hyſſopi, capillor. ven. ireos, ſemin. urticæ, ariſtolochiæ rot. ana* ʒ j ß. *piper. nigri, ſem. naſturij rad. enulæ ana* ʒ ß. *mellis* ℥ xiij. *F. Electuarium. ſ. a.*

¶ 16. *Electuarium podagricum S. Cloſſæi.*

♃. Reſin. ſcammon.
Ialap. an. ℥ j.
Hermodact. ʒ vj.
Sagapen.
Sem. Aniſ.
Fœnic.
Carui.
Milii ſolis.
Garyophyll.
Mari.
Coſti arab.
Zinzib.
Maſtich. ana. ℈ ß.
Liquetur ſagap. in aceto ſcyllit. coletur per ſetaceum commiſcendo pulv. præſcriptos, & in mortario marmoreo adjiciendo per pugillos ſacch. pulveriſatum & irrorando aq. ivæ Arthrit. F. Electuar. ut Opiata, addendo Eſſentiæ aniſ. gutt. x.
*Doſ. à* ʒ *ij. ad* ℥ ß. *ad præcautionem doloris arthritici ſingulis menſibus in occaſu Lunæ.*

HOFMAN. *Electuarium Podagricum S. Cloſſæi.*) Hoc ad Electuaria purgantia pertinet.

¶ 17. *Electuar. Regum.*

♃. Pinear. ℥ i ß.
Roſar. rubr. ʒ ij.
Amygd. dulc. ℥ ß.
Santal. citrini. ℈ ij.
Ambr. griſ. ℈ ß.
Moſchi, *gran.* iij.
Sacchari albiſſ. in Aq. roſar. fragrantiſſ. ſolut. ℔ I.
Vires. *Refrigerat, exiccat, nutrit, corroborat, &c.*

HOFMAN. *Electuarium Regum.*) Huic momentum conſervæ roſarum r. addi poteſt, & elegantior inde fiet compoſitio.

¶ 18. *Electuar. Scorbuticum.*

♃. Conſ. cochlear. ℥ ii ß.
Chamædr.
Meliſſ.
Roſar. incarnat.
Acetoſ. citri ana ʒ vi.
Condit. calam. arom.
ZZib.
Rad. Pimpinell.
Cort. citri ana. ʒ iij.
Extr. Abſinth.
Iuniper.
Sem. Sinap.
Eruc. ana. ʒ ij.
Cardamom.
Cinamom. ana. ℥ j.
Tart. Vitriolati. ʒ i ß.
Ol. Aniſ. ℈ j.
Cinam. ℈ ß.
Cum Syr. de Cinam. & de cochlear. an. q. ſ.
F. Mixtura.
Vires. *Reſerat obſtructiones meſenterii, lieniſque tenorem corroborat, ideoque in ſcorbutico affectu virium eſt inſignium.*
*Doſis magnitudine juglandis parva manè jejuno ſtomacho aſſumpta.*

HOFMAN. *Electuarium Scorbuticum.*) Hoc etiam tranſeat, ſequenti tamen modo melius videtur: Recip. Conſerv. cochlear. ℥ ij ß.
chamædr.
roſar. incarnat.
inter. Citri ana ʒ vj.
Cortic. Citri condit. inciſ.
radic. Zinzib. indic. condit. inciſ. ana ℥ ß.
Spirit. Cochlear. ʒ ij.
Vitrioli Martis rectific.
Miſtur. ſ. ana. ʒ ß.
Cum Syrup. acetoſ. Citri ſ. q. f.
Mixtura.

N in *Authoris* compoſitione totum *Electuarium* extract. abſinth. Tartarus Vitriolat. & olea deſtillata guſtu reddunt abominabile.

Electuarium Diaſcordium D D. FRANCISCI DE LE BOE SYLVII.

♃. *Rad. gentianæ ℥ ß. angelicæ ʒ ij. folior. ſicc. ſcordij ℥ ij. carduì bened. dictamni cretici ana ℥ ß. croci opt. ʒ ij. acaciæ veræ ʒ i ß. Conciſis & craſſe contuſis, affundatur ſpir. vini rectificatus, ad trium quatuorve digitorum tranſverſorum ſupereminentiam. Stent per hor. xxiiij. in loco tepido, tinctura tunc effundatur, aliuſque vini ſpir. ſimilis toties affundatur, digeratur, effundaturque, quoties ad tincturæ omnis atque virtutis extractionem erit opus. Tincturæ omnes confuſæ poſt ſubſidentiam facum, ſi quæ ſint, claræ, puræque ab ipſis leniè effundantur, atque vini ſpir. in MB ad extracti liquidioris vel julapij conſiſtentiam iterum ſeparetur & abſtrahatur.*

℞. *Opij thebaici q. ſ. huic blandè ſiccato affunde acetum ſtillatitium ad digitorum 4 ſupereminentiam. Stet in loco tepido tamdiu, donec tinctura rubicunda eliciatur; quæ effundenda, & ſeorſim ſervanda, donec ſimili modo ex opio reliquo, tinctura ſimili modo extrahatur. Tincturæ omnes poſt ſubſidentiam clareſcentes à ſubſidentibus fæcibus effundantur, & ſimiliter ad extracti mollioris, aut ſyr. fluidioris conſiſtentiam igne leni deducantur.*

℞. *Rad. Imperatoriæ ℥ j. caſſiæ ligneæ, cinnamomi opt. ana ℥ ß. nucis moſch. ʒ iij. M. F. pulvis tenuiſſimus.*

℞. *Boli armenæ veræ ℥ i ß. Teratur ſeorſim ac cribretur, mox in porphyrite lævigetur in pollinem.*

♃. *Gummi arabici vermicul. ℥ ß. ſolvatur in aq. fænic. ℥ i vel ℥ i ß.*

℞. *Extractum prius totum, extracti opij ʒ ij pulverem utrumque; hæc ſimul miſce, addendo paulatim gummi arabicum ſolutum. Simul terantur exactè, & ſi conſiſtentia videatur ſolidior, adde ſyr. myrtini q. ſ. M. F. ſ. a. Opiatum, cujus doſis à gr. xv. ad ℈ j adeoque Fracaſtoriano quod ad ℈ iiij. exhiberi ſolet longè commodior.*

C*ui libebit licebit hujus opiati partem igne ſuaviſſimo, in vaſe ſtanneo, vitreove ad pilularum conſiſtentiam redigere, atque ita paratum ſeorſim ſervare, quò ex gr. xv. præter propter formentur pilulæ tres aut plures devorandæ; quod multi vehementer optant in ſudore movendo. Sed unicuique prudenti Medico facile erit additis aliquot Bezoardici mineralis, antimonij diaphoretici, alteriuſve pulveris ſudoriferi granis, Opiatum ipſum ſatis tenax redigere in formam pilularum, ſicque ſuis ægris exhibere.*

Electuarium Diaſpermaton. è Pharm. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Sem. 4 frigidor. maj. minor. ſem. aſparagi, pimpinellæ, ocimi, petroſelini, granor. halicacabi ana ʒ ij. milij ſol. ſucci glycyrrh. ana ʒ iij. cinnamomi, macis ana ʒ j. ſacchari albi aq. althææ ſoluti octuplum. F. Electuarium ſ. a.*

Theriaca Londinenſis è Pharmac. Colleg. Reg. Londinenſis.

♃. *C. C. Lima deraſi ℥ ij. ſem. citri, oxalidis, pæoniæ, ocimi ana ℥ j. ſcordij, corallinæ ana ʒ vj. rad. angelicæ, tormentillæ, pæoniæ, folior. dictamni, baccar. juniperi, lauri ana ℥ ß. flor. calendulæ, caryophyllor. ambor., ſummitat. hyperici, nucis moſchatæ, croci ana ʒ iij. rad. gentianæ, zedoariæ, zingiberis, macis, myrrhæ, folior. ſcabioſæ, ſucciſæ, cardui bened. ana ʒ ij. caryophyllor. opij ana ʒ j. vini canarini generoſi q. ſ. Mellis deſpumati triplum. M. ſ. a.*

## ELECTVARIA PVRGANTIA.

### ¶ 1. *Diaſarum Fernelij.*

♃. Syrup. menth.
violar. ana. *unc.* VIII.

Coquantur in mellis craſſitiem, ſub finem ſubducto igne inſperge; Radicis peponis arefactæ.

Seminum raphani & urticæ maceratorum in Aq. roſarum, arefactorum, & tritorum ana *unc.* I.

Rad. aſar. contritæ & cretæ ℥ ij.
Cinamom.
Sem. fœnic. ana ʒ iij.

Confice in Electuarium liquidum.

Vires. *Omnis generis humores circa ventriculum & præcordia exuberantes, vomitione educit, non continuato, ſed ex intervallis facto impetu, ſeni atque prægnanti tutum ac facile.*

*Doſis ʒ iij. vel unc. ß. ex aqua hordei vel ex mulſa.*

HOFMAN. *Diaſarum Fernelij.*) Hoc nullam meretur animadverſionem quoad compoſitionem.

### ¶ 2. *Electuarium ♁ ale Crollij.*

♃. Vitri ♁ correct. per Acet. diſt. *vid. lib.* 3.
Theriac. Androm. ana ℥ ij.
Nuc. moſchat.
Maſtich.
Cort. arant.
Corall. rubr. præp. ana ʒ ij.
Caryophyllor.
Sem. Fœnic.
Coriandr. præp. ana ℥ ij.

Pulveriſentur optimè & commiſceantur, F. Maſſa pilularum, cum miva cydoniorum, q. ſ.

Vires. *Purgat minori violentiâ, quàm vitrum ac inprimis per ſeceſſum.*

*Doſis debiliori, pilula una magnitudine piſi, fortiori duæ.*

HOFMAN. *Electuarium Antimoniale Crollij.*) Hoc ob vitrum Antimonij licèt Acet. diſt. correctum ſuſpectum eſt, nec boni Medici remedium, dum vi ſuâ colliquativâ ἄνω & κάτω humores ſummâ violentiâ & ventriculi ſæpè ſubverſione educit.

### ¶ 3. *Electuarium de Tamarindis. D. D. Georg. Horſt.*

♃. Fol. ſen. ſ. ſ. ℥ v.
Cinamom. opt. ʒ vß.
Sem. fœnicul. ʒ j.
Vini malvat. opt. ℔ iij.

Semel ebulliant, poſtea in loco calido per [illegible] digerantur vaſe clauſo. F. deinde colatura cum expreſſione, qua extrahatur pulpæ paſſul. min. & major. ana ℥ iv. ß. Extractæ maſſæ per ſetaceum adde pulpæ Tamarind. Elect. diaprun. ſlenitivi an. ℥ iij. crem. Tart. ʒ ij. ol. Nucis moſch. ſtill. ℈ j. aniſ. ℈ ß.

M. F. Electuarium.

Vires. *Purgat leniter feroſos bilioſoſque humores.*

*Doſis ℥ j. circiter.*

Electuarium ſeu conſerva de Caſſia D. D. DONZELLI.

℞. *Liquiritiæ ℥ ij. ſem. malvæ, melon. citrulli, cucumer. anguriæ ana ℥ j. capillor. vener.* m j *F. decoctio in ℔ vj aq. malvæ ſtillatitiæ. Colaturam coque cum Sacch. albi ℔ iij illique circiter perfectè coctæ immiſce, pulpæ caſſiæ ℔ ij pulpæ tamarindor. ℥ vj. Coquantur in formam electuarij, aromatizandi cinnamomi acuti pulverati ℥ j.*

*Confert hoc Electuarium in repurgandis renibus ab omnibus impuritatibus ibi aggeſtis; confert itidem in ardore urinæ ut & gonorrhæa. Doſ. ℥ j. manè per plures dies continuos, ſuperbibendo aquæ capillor. vener. vel anguriæ parum.*

Electuarium Cholagogum ſive Diaprunum D. D. FRANCISCI DE LE BOE SYLVII.

℞. *Pulpæ prunor. acido dulc. ℥ x. cremor. tartari, ſcammon. opt. ana ℥ ij Rhabarbari electi ʒ x. cinnam. acuti ℥ ß. ſantali citrini ʒ ij. ſacch. clarificati ℥ xvj M. F. ſ. a. Electuarium.*

*Doſ. à ʒ iij ad ℥ ß. Diſſolvi poteſt quantitate ſufficiente, aq. convenientis, atque ſic exhiberi.*

Electuarium hydragogum ejuſdem.

℞. *Baccar. juniperi in aq. coctarum, expreſſarum & ad pulpæ conſiſtentiam redactarum, pulpæ tamarindor. ana ℥ iiij. rad. jalappæ ℥ i ß. Scammonij electi ℥ j. cinnamomi acuti, ſem. fænic. dulc. ana ʒ ij. ſacch. clarificati ℥ x. M. F. ſ. a. Electuarium*

*Hujus doſ. in adultis à ʒ iij. ad ℥ ß. blandum, efficax nec ingratum exiſtit medicamentum. Poteſt aq. convenienti, petroſelini, fæniculi, aliave diſſolvi & potionis forma exhiberi, aut per ſe aſſumi ac deglutiri.*

CAPVT

# CAPVT LII.

## De Elixyrius.

HOFMAN. *De Elixiriis.*) Hæc ſunt liquores balſamici ſpirituoſis medicamentoſis effluviis mediante infuſione & digeſtione impregnati, conveniunt cum tincturis liquidioris conſiſtentiæ.

¶ Elixir in officinis eſt liquor ſpirituoſus, facultatibus præcellentibus, mediante infuſione imprægnatus. Hinc convenit ut plurimum cum Tincturis liquidis.

*Modum parandi ſingula ferè ſuum obtinent.*

*Vſitatiora ſunt:*
*Elixyr Alliatum.* N. 1.
*Citri.* 2.
*Camphoræ* 3.
*Hyſtericum & Antepilepticum S. Cloſſ.* 4.
*Epilepticum Ant.* Freyen. 5.
*Crollij.* 6.
*Cratonis.* 7.
*Iuniperinum,* vid. lib. 4.
*Peſtilentiale.* 8.
*Nephriticum.* 9.
*Elixyr Proprietatis,* 10.
*Syncopticum.* 11.
*Vterinum Croll.* 12.
*Vita Matthiol. Auguſt.*
*majus Quercet.* 13.
*minus Querc.* 14.

### 1. *Elixyr alliatum.*

♃. Allior. expurgar. N. xx.

Contundantur, Alemb. imponantur: affunde Spir. Vini rectif. ad 4. digit. eminent. deſtilla ex MB. per cohobia, ſemper nova allia addendo, in ultima deſtillatione adde Camphoræ in petia ligatæ collo Alembici appenſæ ʒ j. deſtilla ut prius, habebis præſtantiſſimum Elixyr alliatum.

Vires. *Magni præſervativi locum habet in peſte, quovis mane cochlear. unum, vel per ſe, vel cum aq. ſtill. Card. bened. aut Veronic. aſſumptum.*

Vid. Deodatum in path.

HOFMAN. *Elixyr Alliatum.*) Hoc ratione ſimplicis ſuæ præparationis laudem meretur, modo quoad ejus uſum obſervetur, ne in capitis imbecillitate & oculorum affectibus exhibeatur, ob ſalis acris alliati meteoriſmum.

### ¶ 2. *Elixyr Citri.*

♃. Cortic. citr. recent. ab albicante medulla ſeparator. ℔ iij.

Spir. Vini non rectif. ℔ xij.

Macerentur aliquamdiu, poſtea deſtillentur per veſicam cum refrigeratorio, donec phlegma ſtillare incipiat.

Huic ſpiritui, cum pauxillo croci tincto, adde

Succ. citri purific. ℔ i ß.

Habebis Elixyr citri.

N. *Sennertus addit quoque Aquam roſarum* ℔ i ß. *in qua ſolutæ Sacchar. cand.* ℥ x.

Vires. *Elegans eſt cordiale & antidotus contra peſtem & aëris contagia.*

*Doſis cochl.* 1. *ſingulis auroris, jejuno ventriculo, niſi Epatis calidior temperies, vel capitis imbecillitas prohibeant, eo enim caſu, ſatiato ventriculo melius confert. Tentzel. in exegeſi.*

HOFMAN. *Elixyr Citri.*) Hoc deficientium additione & abundantium ſubtractione corrigi poteſt. Fortius fit & jucundius addito oleo rec. deſtillato Citri Spiritui Citri alkoholiſato nupro, & Spiritu roſarum ambrato cum Sacchari candi momento, & ſucci Citri excluſione.

### ¶ 3. *Elixyr Camphoræ, ſ. Spir. Vini, Camphoratus, Aq. peſtilentialis Hartmanni.*

♃. Spir. Vini opt. ℔ j.

Camphor. ſelect. (tempore Æſtivo) ʒ vij. ℈ j. (Hyemali) ʒ x. ℈ ij. M. inciſa prius camphora; & ſtatim ſolvetur ſine Igne, appende in nodulo croc. or. ℈ ß. fiet Spir. Vini aurei coloris. Serva in vitro benè clauſo.

Vires. *Vtiliſſimus eſt in peſte, tam præſervando, quam curando.*

*N. Poterit itidem adhuc ſemel deſtillari. Hartman. in pract. loc. de peſte.*

#### Elixir Cephalicum ex D. D. ROLFINCIO.

℞. *Rad. pæoniæ non decortic. angelicæ, palmæ Chriſti, valerianæ, acori veri, tormentillæ, doronici, ligni ſancti, rhodii, buxi ana* ℥ ij. *folior. roriſmar. majoranæ, ſalviæ, ana m. ß. flor. lilior. convall. primulæ veris, pæoniæ ana m. ß. roſar. rubr. m* $\frac{1}{4}$, *ſuccini, raſuræ cranii humani, viſci querni ana* ʒ j. *raſuræ cornu alcis, C. C. ana* ℥ j ß. *ſem. pæoniæ, fæniculi, ocimi baſil. ana* ℥ j *anacard. No.* vj. *ſpir. vini ad eminentiam ſpithamæ unius, vitrioli ſuper cinnabarin Antimonii rectificati* ʒ iij. *Sal. com. Tartari albi* ℥ ß. *Stent in digeſtione per octiduum. Colaturæ expreſſæ adde ſyr. flor. pæoniæ* ℔ $\frac{1}{4}$. *Stent iterum in digeſtione bene permiſta in vitro. F. Elixir.*

*Cerebri affectibus à frigida cauſa exortis ſingulariter prodeſt. Doſ.* ℈ j. ʒ ß. gr. x. xij *in liquore conveniente.*

### ¶ 4. *Elixir hyſtericum & antepilepticum.*

| | |
|---|---|
| ♃. Rad. pœon. | camph. ℈ ij. |
| acor. ver. | extracti opii puriſſ. ʒ ij. |
| viſc. querc. ana ℥ j. | caſtor. per Spir. Vini |
| ſem. pœon. ℥ ß. | ʒ j. |
| ſantal. rubr. ʒ ij. | ſpiritus ſang. human. |
| flor. nymph. alb. | vel |
| Lavend. | cervini ℥ xii. |
| Roſ. rubr. | Vitrioli volatilis ℥ j. |
| papav. errat. ana. Mß. | |

Igne menſtruo digerantur in diplomate, coletur liquor per chartam ſerveturque.

*Doſ. junioribus à gutt. vj. ad* ℈ ß. *adultis ad* ℈ j. *in vino, juſculis, aq. ſtillat. tàm in paroxyſmo quam diebus aliquot ante Novilunium. Idem Elixyr valet adverſus hemicraniam, Cephalæam, vertiginem per aliquot dies continuos ſumptum, purgato tamen antea corpore.*

HOFMAN. *Elixir Hyſtericum & antepilepticum.*) Hoc ſuo etiam non caret encomio, ex Spiritu enim ſanguinis humani vel cervini optimè rectificato vel etiam Vrina. ſalibus ſuis volatilibus urinoſis imprægnatis alias cum *Sp.* Vitrioli volatili mixtus & combinatus egregius Spiritus antepilepticus conficitur, qui ab Autore allatis ſpeciebus per digeſtionem in diplomate exaltatus majores acquirit vires in dictis affectibus. Compendioſiori tamen via hoc modo elaborari poteſt:

Recip. Spirit. ant-epileptic. CL. Hartmann. ℔ j.
Extract. radic. pœon. ℥ ij.
acori veri
viſc. q. ana ʒ iij.
opii correct. ʒ ij.
Eſſ. caſtor. ℥ iij.
Ol. camphor. ʒ ß.
lavendul. ℈ ij
M. ſtent in digeſtione f. Elixir.

### ¶ 5. *Elixyr Epilepticum D. D.* Freyen.

♃. Spirit. Corall.
Tart. ana ℥ iß. ʒ ij.
Sal. com. cran. human. volat.
ſang. human. volat.

Succin.

Succin. volatil. ana. ℈j.

M. ſtent in digeſtione, ♂ (14.) ſervetur in vitro benè clauſo.

*Doſis guttulæ aliquot.*

HOFMAN. *Elixyr Epilepticum D. D. Freyen.*) Spiritus corallorum, ut non Ens omitti, & ejus vicem ſupplere poteſt Spiritus Salis Tartari volatilis cum reliquis Salibus volatilibus.

### ¶ 6. *Elixyr. Epilepticum Crollij.*

℞. Vitriolum ad flavedinem calcinatum; imbibe Spir. Vini ut f. maſſa.

℞. Hujus maſſæ ℔ i ß.
Raſur. cranij human.
Viſc. Quercin.
Vngul. alcis.
Granor. Pœon. ana ℥ j.

Omnia ſcindantur & tundantur, poſtea mixta deſtillentur per Retortam gradatim.

Hujus egreſſi liquoris ℔ j. rectificetur in MB. ſupra.
Caſtorei.
Spec. Diamoſc, dulc. ana. ʒß.
Anacardin. (fruct.) ʒvi.
Poſtea adde Vini ℔ iv.
Sal. Pœon. ʒj.
Liquor. ſalis perlar.
Liquor. ſalis corall. ana. ʒ j.
Ol. aniſ.
Succin. ana. ℈ij.

M. & digere in MB. per menſem.

*Doſis cochl. ſ. vel integrum in aqua pœon. & ſimili, continuando dies* (9.)

HOFMAN. *Elixir Epilepticum Crollii.*) Hoc non ſapit accuratam compoſitionem Medico chymico dignam; cur enim Spiritus vini ante rectificationem in MB. ſuprà prædictas ſpecies egreſſo liquori addi poſſit? Sal pœoniæ, liquor ſalis perlarum, ſalis corallorum, aniles fabulæ ſunt, hiſce excluſis Sal ſuccini volatile cum ejus oleo rectificato melius ſurrogantur.

### ¶ 7. *Elixyr antepilepticum Cratonis.*

℞. Ciner. cornic. ex nido extract. Turtur.
Cran. human. calc. ana ℥ij.
Gran. Tiliæ autumno collect. ℥ij.
Stercor. leonin. ℥ß.

Affunde Spir. Vini ad eminent. digit. 3. extrahe ſ. a. ex fæcibus calcinatis elixivia ſal, addeque extractionibus. Poſtea adde vini maluatici tantundem (cum Spir. Vini) ſacchar. candi unc. iv.

*Doſis cochl. ſ. ad* 1.

HOFMAN. *Elixyr Ant-Epilepticum Cratonis.*) Bonus *Crato* hic excuſandus eſt, ut qui parum in chymicis laboribus verſatus ſit, ex cineribus cornicum, cranio humano calcinato nihil ſalis fixi extrahi poteſt, quid ergo virtutis ant-epilepticæ ab hiſce erit expectandum? Hiſce melius ſubſtituitur Spiritus ſtercoris leonis ſale ſuo volatili ſatis dives tanquam fortiſſimus hujus Morbi Hercules paucis Medicis adhuc cognitus.

N. ELIXYR cephalicum & epilepticum vid. in theſaur. pharmaceutic. annexo ſect. viii. n. i. ii. iii.

### ¶ 8. *Elixyr peſtilentiale.*

℞. 1. Flor. Sulph. ℥iij.
Ol. Iuniper. (bacc.) rectificat an. ℥ viii.
Succin. rectific. ℥ij.
Digerantur ut fiat ſolutio florum.

℞. 2. Theriacæ Androm. ℔ j.
F. Extractio cum Spir. Vini optimo, abſtrahe Spir. Vini.

℞. 3. Rad. Enul. c.
Angelic.
Baccar. Iunip. ana. ℥ iij.

Extrahatur Tinctura cum eodem ſpiritu, abſtrahaturque iterum Spir. Vini. Miſce jam extractum hoc cum extracto Theriacæ, ac affunde olea illa eſſentificata, prius tamen filtrata, circula omnia ſimul lentiſſimo calore.

Vires. *Secretum eſt, quod in peſte & morbis epidemiis ad miraculum operari ſolet, tam præſervando quàm per ſudorem contagium expellendo.*

*Doſis in præſervatione guttulæ aliquot, in curatione à ℈ j. ad ℈ ij. in vino aceto-roſaceo, aqua ſcordii, vel aliquo liquore appropriato. Croll.*

HOFMAN. *Elixir Peſtilentiale*) Hoc prout hic deſcribitur, minus concinnum eſt, extracta enim & olea non facile ſe invicem uniunt, unde præcipitantur; Et ipſe Crollius in Laudani præparatione fatetur, quia olea, inquiens, deſtillata difficulter extracto miſcentur, & ſemper ſupernatare ſolent, omnibus oleis in vitro prius mixtis aliquot guttæ ſpiritus vini affundi ſolent & diligenter commiſceri, ita invicem uniuntur, & poſteà facile permiſcentur toti compoſitioni. Sequenti autem modo melius procedit.

Recip. Spiritus juniperi alkoholiſati q. v. imprægna ol. d. ſuccini. & ol. d. juniperin. rectificatiſſ. quantum imbibere velit, prius ſuprà fl. Sulphuris digeſtis.

Eſſentiæ ex ſpeciebus Theriacalibus extract. ol. deſtill. ſuccini; Citri &c. q. ſ. impregnatis. M. & circula omnia lentiſſimo calore.

N. Aliud ELIXYR alexipharmacum vid. in theſaur. pharmaceutic. ſect. ix. n. xviii.

Elixir anti hypochondriacum, ſpleneticum, hepaticum, & antiſcorbuticum ex D. D. ROLFINCIO.

℞. *Folior ageruti corymbiferi cum floribus flavis, chamædryos, agrimoniæ, hepaticæ cæruleæ, albæ, ceterach veri linguæ cervinæ, ſpichanthos fumariæ, cochleariæ, naſturtii aquatici, ſedi muralis ana man. j. rad. dictamni albi rhabarbari, monachor. acori veri, filicis, ſcorzoneræ, polipodii, ſarſaparillæ ana* ℥ j. *cortic. rad. capparum, tamariſci, mediani fraxini ana.* ℥ j. *ſem. geniſtæ, aniſi, fœniculi ana* ℥ j. *flor. geniſtæ, hepaticæ cæruleæ & albæ, centaurii min. ana. p. x. hyperici, ſambuci ana m ß. ligni ſancti raſpati* ℥ iiij. *Conciſis, contuſis & ſale Tartari cum radicibus rhabarbari benetrita accuratè miſto, ad fundatur ſpir. vini q. ſ. Stent in digeſtione, Tinctus ſpir. effundatur & Novus reaffundatur. Conjuncti omnes exhalent leniter, reſiduum ſervetur ad uſum. Exaltari poteſt additis, Sp. Vitrioli, Tartari camphorato, theriacali ana. q. v.*

*Viſceribus languentibus in dictis affectibus medetur. Doſ.* ℈ j. ʒß. *in juſculo, cereviſia, vino, vel aqua alia ad propriata.*

### ¶ 9. *Elixyr Nephriticum.*

℞. Baccar. myrtillor.
Heder.
Alkekeng.
Iuniper. ana ℈ ij.
Herb. Adianthi.
Veronic.
Ruſc. ana p. 1.
Rad. Cyper.
Pimpinell.
Ononid. ana ʒß.
Succ. Limon. ʒ ij.
Fl. Geniſt.
Bugloſſ.
Sem. Melon.
Cucurbit. ana ʒ j.
Nucl. avellanar. c. pellib. N. iv.
Spir. Vini rectific. q. ſ.
F. infuſio in cella ſubterranea.

Vires. *Prodeſt nephriticis ac calculoſis, calculum atterendo & expellendo.*

*Doſ. coch. ſ. vel* 1.

HOFMAN. *Elixir Nephriticum.*) Ab hoc parum ſolaminis nephritici & calculoſi habebunt expectandum, licet enim aliquid ex bacc. myrtillorum, heder. alkekeng. juniper. & reliquis lithontripticis per nudam infuſionem extrahatur, tamen hæc non ſufficit, & quid ex Semin. Melon. cucurbit. Nucl. avellan. utpote oleoſis elici poterit, ſucco in primis etiam limonum ſpiritus vini vim extrahentem obtundente. Ideoque Emulſio facta ex dictis ſeminibus & nucleis cum aq. vel ſpirit. heder. alkekeng. juniper. veronic. ononid. &c. melius reſpondebit voto.

Elixir aliud Nephriticum ex D. D. ROLFINCIO.

℞. *Baccar. iuniperi* ℥ iij. *hederæ arboreæ* ℥ j. *alkekengi ſeu ſolani veſicarii* ℥ j ß. *ſem. cynosbati, lithoſpermi ana* ℥ j. *rad. ſaxifragiæ albæ tuberoſæ, pimpinellæ, ononidis, raphani ruſticani ana* ℥ j. *fragorum maturor. ſeminib. turgentium* ℥ ij. *ligni nephritici veri quod aquam cæruleo colore inficit* ℥ j. *folior. hederæ terreſtris, veronicæ, virgæ aureæ, ana m. ij. flor. meliloti, camæmeli ana m ß. ſpir. è fecibus vini q. ſ. ſpir. ſalis* ℥ ij. *In digeſtione ſtent per dies & noctes* iij. *tinctus & eſſentia impregnatus ſpir. ſervatur ad uſum, exaltari poteſt ſpir. ſalis cdm. Vitrioli.*

*Viribus pollet arenulas renum, ſeu tartarum fecalem fluidum & coagulatum reſolvendi, in actu præſervationis ſumptum. Doſ.* ℈ ß. ℈ j. ʒ ß. *in liquore conveniente.*

## ❡ 10. *Elixyr proprietatis.*

Elixyr hoc deſumptum eſt ex Paracelſo Archidox. libr. 8. num. *6.* ubi omiſſo menſtruo, ( origine ut loquitur ) ℞. Myrrh. Aloëpat. Croc. ana circulat. in arena leniſſimo calore per menſes duos, dein elicit oleum per Alemb. idque cum anatico pondere circulati ( vide de extractis ) per menſem circulat. Menſtruum illud omiſſum varias opiniones peperit, unde & diverſi proceſſus, inter quos tamen uſitatiſſimus eſt hic Crollianus.

℞. Myrrh. Alexandr.
Aloës Epatic.
Croc. Orient. vel Ungar. ana. ℥ IV.

Pulveriſata humecta Spir. Vini alcoholiſato; hinc affunde Ol. Sulph. p. c. ad emin. digit. 2. 3. extraheque tincturam ac decanta. Relictæ materiæ affunde Spir. Vini, & extrahe, decantaque. Tandem quæ reſtant fæces, deſtillationi ſubmitte, deſtillatumque prioribus adde.

N. *Elixyr hoc, ſi aliquamdiu digeſtioni commiſeris, gratius ſit ſapore, atque efficacius operatione.*

Vires. *Partium eſt tenuium, calefacit & exiccat, à putredine conſervat, ſudorem ciet, proficuus ejus uſus eſt in morbis malignis, hypochondriacis, uterinis, ſtomachi cruditate atque inde appetitu imminuto. Extrinſecus mundificat valde vulnera ſordida.*

*Doſis à gutt. viij. ad xij. & plures. Croll.*

HOFMAN. *Elixir proprietatis.* ) Hoc ex *Paracelſo* deſumptum eſt, *Archidox. Libr.* 8. *num. 6.* ubi omiſſo menſtruo recipit Myrrham, aloen, crocum ana &c. Verum hoc juxta deſcriptum *Paracelſi* non ſuccedit. vid. *Nobiliſſ. Helmont. in Arbore vitæ p.* 635. Subticuit ſcilicet Paracelſus additamentum liquoris alkaheſt, cum quo tota Materia mox ſolvitur per totum, & ſuccedit Medicamen juxta illius deſcriptionem. Sed & ipſius *Helmontii* deſcriptio ſuis non caret ſcrupulis, niſi enim aliter procedas, hac ratione ſpecies non ſolùm comburentur, ſed & de aloe & totâ balſamicâ myrrhæ eſſentiâ parum elevabitur, ut ipſe l. c. de *Paracelſi* deſcripto ominatur. vid. deſcriptionem *HELMONTII* p. 458. Vnde *Excell.* D. *IOHANNES LANGELOT Archiater Sereniſſ. Ducis Regentis* modum præparandi hujus ELIXYRII Helmontianum imitatur, non autem in formâ ſiccâ, ſed liquorem quendam ex Sale Tartari volatili confectum ſpeciebus maritat & beneficio digeſtionis perficit. Nos ſimplici hujus ELIXYRII parandi modo contenti ſequenti ratione componimus:

Recip. Myrrh. Al. aloës epatic. Croc. Or. ana ℥ IV.

pulveriſatis affūde ſpiritū vini optimi Spiritu ſulphur. vel Vitrioli aut Salis rectificatiſſimi aciduli tantū ut ad tranſverſum digitum emineat, poſtmodum vaſe optimè clauſo pone per 8. ☌ ♎ in digeſtionē, his elapſis ſuperadde novum ſpiritum vini dictis ſpiritib. acidis gravidum & acquires optimum *ELIXYR PROPRIETATIS*, ut nullâ opus ſit relictæ materiæ extractione, nec reſtantium fecum deſtillatione. Hoc dictum *ELIXYR* quantò diutius digeſtioni fuerit commiſſum, tantò gratius etiam erit ſapore, odore, colore & operatione. Ut Aloës, Myrrha mumiam cuſtodit à putreſiendi aptitudine, ſic & dictum *ELIXYR* Corpus humanum ab omni putredinis labe vendicat. *CL. HELMONT. in tr. Arcana Paracelſi* p. 626.

Alia Elixyria proprietatis vid. in theſaur. annexo ſect. IX. nu. VIII. D. D. G. M. IX. X. D. F. F. XI. A. S.

## ❡ 11. *Elixyr Syncopticum S. Cl.*

℞. Aq. florum trium cordial.
Calend.
Lilii convall.
Roris ſolis an. ℥ IV.
Succi limon. depurat. ℔ I.
Aq. roſ. quart. tres.
Meliſſ. ℔ ß.
Florum tunic. ℥ iij.

M. in matracio magno & inde in nodulis Antidoti Orvietanæ ( cap. 51. deſcript. ) ℥ ß.

Confect. de hyacinth.
Alkerm.
Diambr. an. ʒ ij.
Croci Oriental. ʒ VI.
Camph. ʒ ß.
Cort. citr. cond. raſpat.
℔ ß.
Sacch. cand. in aceto.
roſ. ſolut. ℥ IV.

Omnia in matracio ſigillentur luto tenaci, ſtent in ventre equino per 15. ☌, deinde in MB. deſtillentur admiſcendo ſub finem ℈ IV. pulv. diambr.

*Hoc remedium mira præſtat adverſus febres ſyncopales, Apoplexiam morboſque ſubitaneos. Doſ. cochl. ij. paulò ante paſtum, ſed præmiſſis generalioribus ad plethoram vacuandam.*

HOFMAN. *Elixyr Syncopticum S. CL.* ) In hoc non opus eſſet tanta ingredientium ſupervacaneorum ac inutilium congerie, quæ extractionem ex confect. &c. addito ſucco limonum potius impediunt, quàm accelerant; Nec minus inconveniens etiam deſtillatio in MB. licet digeſtio præceſſerit, videtur, dum multum virtutis in remanentibus fecibus relinquitur. Ideoque ſola infuſio ſufficeret cum paucioribus ſpeciebus, ut Ambrâ, Moſcho, Cortic. Citri. Croco, camphoræ pauxillo, in ſpirit. lil. convall. roſar. Meliſſ. Fl. tunic. facta, addito in fine Sacchar. cand. in acet. roſar. ſ. q. ſolut.

## ❡ 12. *Elixyr Uterinum.*

℞. Caſtor. ℔ ß.
Croc. ℥ ij.

Extrahe tincturas ſcilicet cujuſquè ſeorſim cūm Spir. Vini, abſtrahe ad remanentiam extractorum; quibus mixtis adde.

Extr. artemiſ. ℥ VI.
Sal. matr. perlar. ℥ j.
Ol. ſtillat. angelic.
aniſ.
ſuccin. ana. ʒ ij.

Digerantur mixta omnia per ☌ 8.

*Doſis hujus Elixyris* ℈ j. *vel* ℈ ij. *ingruente paroxyſmo qualicunque hyſterico, tunc ilico ſanantur, provocato ſudore. Quod ſi ſingulis menſibus appetentibus menſtruis æquali doſi utantur, non revertetur morbus. Croll.*

HOFMAN. *Elixyr uterinum.* ) Hoc ſi juxtà præſcriptum modum præparetur, admodum ſpiſſum & ad internum uſum inhabile fiet, imò & virtus caſtorei per ſpiritus vini abſtractionem admodum exhaurietur; Ideoque præſtabit ſeq. modo juxta CL. *Zwelferi* ductum in Elixir liquidum redigere.

Recip. Caſtorei ℥ iij.
Croci Or. ℥ j
Spiritus vini alkohol. lib. j.

ſtent in digeſtione vaſe clauſo per ☌ ♎ aliquot: poſtea in MB. deſtillando Spiritus evocetur, cui ſtatim junge.

ol. d. angelic.
ſuccini ana ʒ i ß.

quo facto mixtura ſeorſim ſervetur. Deindè ex reſiduo caſtoreo & Croco fiat cum ſpiritu vini extractum craſſum, quod de novo unciis tribus ſpiritus vini rectificatiſſimi unā cum unciis duabus extracti artemiſiæ nonnihil dilutum ſuperiori Spiritui oleis permixto addatur. Quæ artificiosè ita mixta ſtent in digeſtone

per 7. σ/ ℘, tandem colentur filtrentur. N. alia Elixyria uterina vid. in theſauro pharmaceutico ſect. ix. n. xiii. ſeq.

§ 13. *Elixyr vitæ majus Quercetan.*

| | |
|---|---|
| ♃. Rad. Zedoar. | Zingib. |
| Angelic. | Cubebar. |
| Gentian. | Cardamom. |
| Valerian. | Piper. long. |
| Tormentill. | rot. |
| Scorzoner. | Spic. nard. ana. ℥ ij. |
| Galang. | Benzoini. |
| Lign. Aloës. | Myrrh. |
| Santal. citr. ana. ℥ iij. | Oliban. |
| Fol. Meliſſ. | Succin. |
| Menth. rubr. | Maſtich. ana ʒ vi. |
| Majoran. Baſilic. | Fl. Roriſmar. |
| Hyſſop. | Salv. |
| Thym. | Pœon. |
| Fol. Chamæpit. | Stœchad. |
| Chamædr. ana. M ß. | Calendul. |
| Gran. Laur. | Lavendul. |
| Iuniper. | Hyperic. |
| Cort. Limon. | Centaur. min. |
| Arantior. ſicc. | Betonic. |
| Sem. Pœon. | Lil. convall. |
| Seſel. | Tiliæ ana p. ij. |
| Aneth. | Cichor. |
| Fœnic. | Roſar. rubr. |
| Anis. | Bugloſſ. ana. p. 1. |
| Citri. | Mellis optimi. |
| Card. bened. ana. ℥ ij. | Sacchar. alb. ana. ℔. 1. |
| Caryophyllor. | Aquæ vitæ optimè rectificatæ ℔ x. |
| Cinamom. | |
| Macis. | |

Digerantur ſ.a. σ/ (8.10.) vaſe Hermet. clauſo. Hinc f. expreſſio quæ deſtilletur, (ponendo in roſtrum moſch. ʒß. ambr. griſ. croc. ana ʒ j.) igne initio gradus 1. & extillabit Aq. clara, quam collige ſeorſim: dein auge Ign. ad gr. 2. & prodibunt ſpiritus nebuloſi. Tandem Ign. adhibe fortiorem ut extillet oleum, & maneat in fundo materia ſicca, nec tamen perfectè arida, ne empyreuma extillatum ſapiat. Ex hac reſidua materia extrahe tincturam ſ.a. cum Aq. illa priori clariſſima & effunde. Demum miſce tres illos liquores, ac deſtilla denuò per gradus ut prius, ſingulis ſeorſim ſuſceptis. Ex materia in utraque deſtillatione reſidua, poſtquam incinerata fuerit, elice Sal. com. beneficio Aq. illius clariſſ. primo extillatæ, eamque Aquam ſale imbutam miſce cum ſpiritu & oleo ac circula.

Vires. *Hujus Elixyris ineffabiles ſunt virtutes ad curandas & præcavendas Vertigines, Epilepſias, Apoplexias, Paralyſes, Manias, Melancholias, Aſthmata, Syncopes, Lypothymias ſtomachi, & aliarum partium debilitates, cachexias, hyſtericas paſſiones, & alia id genus ſumma & deploranda ſymptomata.*

*Doſis, guttula aliquot in Aqua vel decocto convenienti.*

N. *Hic Quercetani proceſſus non ſine cauſa à Chymiatro celeberrimo, Friderico* Greiffen *correctus eſt, quam correctionem Quercetano Redivivo inſevi.*

14. *Elixyr vitæ minus ejuſdem Quercet.*

♃. Rad. Gentian.
Centaur. min. ana ℥ iij.
Galang.
Cinamom.
Macis.
Caryophyllor. ana ℥ j.
Flor. Salv.
Roriſmar. ana p. ij.
Vini albi generoſ. ℔. vi.

Macerentur in MB. σ/ ℘ (8.) dein exprimantur fortiter. Expreſſio deſtilletur per Alemb. in cinere ad ſiccitatem. Reſiduæ materiæ extrahe tincturam cum Aqua illa deſtillata, ſ.a. Poſtmodum incinera materias relictas & elice ſal cum Aq. card. benedict. vel ſimili (vel & fontana) ſal inſpiſſatum & purificatum adde tincturæ ſuperiori & circula.

Vires. *Specificum eſt remedium ad omnes cachexias ſtomachi, capitiſque imbecillitates.*

*Doſis cochlear.* ¼.

HOFMAN. *Elixir Vitæ majus & minus Quercetani.*) Prioris ob tot & tantarum rerum inter ſe pugnantium inutilem ridiculam congeſtionem & ineptam compoſitionem, vide chymiatri celeberrimi Friderici Vrniſten correctionem, Quercetano, Redivivo inſertam. Poſterius ſeu Minus tranſeat.

N. ELIXIR vitæ pectorale DVC. SAXON. vid. in theſaur. pharmaceutic. annexo ſect. IX. n. VI. Et ELIXYR vitæ rubeum D. D. R. n. VII.

Elixir Vterinum ex DD. ROLFINCIO

℞. *Folior. calamenthi, artemiſiæ* μονοκλώνου, *matricariæ, pulegii ana m* j. *rad. bryoniæ, rubiæ tinctor. Zedoariæ, dictamni albi, ireos florentinæ ana* ℥ ij *cinnamomi, anthophyllor. nucis moſchatæ, Zinziberis, cardamomi, baccar. lauri ana* ℥ j. *cortic. citri, aurantior. ana* ʒ vj. *granor. paradiſi* ℥ ß. *ſem. aniſi* ℥ ß. *ocimi garyophyllati* ʒ iij. *Inciſis, contuſis, gr. modo infunde in ſpir. vini q. ſ. adde ſal. Tartari* ʒ ij. *ſtent in digeſtione coletur liquor ſervetur ad uſum.*

*Intemperies frigidas uteri & partium genitalium emendat; moræ patientes menſes admonet officii & matricis ſuffocationem corrigit. Doſ.* ℈ j ʒ j. *in vehiculo conveniente.*

## CAPVT LIII.

### *De Emplaſtris, Ceratis & Dropacibus.*

HOFMAN.) Exigua eſt differentia inter *Emplaſtra & cerata*; illa ſolidiora, hæc molliora ſunt; Emplaſtrorum virtus emplaſtica eſt, quaſi dicas infarciens, dum enim Emplaſtrum parti imponitur, cutis meatus ob ſubſtantiæ viſciditatem videtur occludere, halituoſos retinendo ſpiritus & calorem partis coercendo; interim tamen ipſius virtus non otioſa ſubſiſtit, ſed calore partis excitato varios effectus pro variâ ipſius facultate producit, unde Emplaſtrum glutinatorium, ecphracticum, epiſpaſticum, ſarcoticum &c. *CERATA* ab EMPLASTRIS non niſi conſiſtèntiâ differunt, illa molliora & tractabiliora, hæc autem paulo ſolidiora & duriora ſunt. *DROPACES* ſunt Emplaſtra à pice nomen & ſubſtantiam ſortita.

¶ Cerata [cerota,] nihil ferè ab Emplaſtris differunt, niſi quòd paulò ſint molliora & tractabiliora, adeoque non rarò inter ſe confunduntur.

Fiunt ex rebus pinguibus, oleis videlicet, reſinis, [quæ faciunt ut cuti tenaciùs adhæreant] axungiis, medullis, gummatis iiſque cerâ q. ſ. ſuſceptis, additiſque nonnunquam & pulveribus.

*Modus fiendi.*

♃. Liquabilia, fundeque ad ignem, hinc immiſce ſenſim pulveres, agitaque continuo donec refrigeſcant.

N. 1. *Proportio ceræ ad olea eſt* ¼. ⅓. *ad reſinas* ⅕. ⅙. ⅛.

N. 2. *Proportio pulverum ad olea eſt* ⅛.

N. 3. *Gummata addenda ſi qua purganda prius fuerint ac ſolvenda in aceto ſimilive liquore aqueo, vel ſi alias humor aqueus (acetum, decoctum, ſuccus, mucilago) addendus fuerit, cum oleis initio tantiſper ſolutio illa vel liquor coquendus erit, donec planè exhalarit.*

HOFMAN. *Gummata addenda &c.*) Gummata etiam in vino ſolvi & diluta emplaſtris commiſceri poſſunt, etiam in terebinthina

binthina ratione conſiſtentiæ optimè ſolvuntur, quæ paulo mollior indè evadit, ut in diachylo compoſito videmus.

¶ Emplaſtra modo fiunt eodem.

1. Funditur cera cum oleo, hinc admiſcentur reſinæ, adipes, gummata, ut ſimiliter liqueſcant, tandem ſubducto igne admiſcentur pulveres, continuoque agitantur, donec refrigeſcant.

N. 1. *Antequam planè refrixerint, malaxari ſolent aqua frigida, inque cylindros ſ. magdaleones redigi.*

N. 2. *Si lithargyrium addendum ſit, primum id in oleo erit coquendum.*

N. 3. *Proportio exactè definiri nequit, recipiuntur tamen ferè ad aridorum* ℥ j. *olei, pinguedinis vel mellis* ℥ iij. *ceræ* ℔. 1. *reſinarum* ℥ viij.

HOFMAN *Proportio exactè definiri nequit* ) ratio, quia reſina, terebinthina, gummata, olea &c. modo juſto liquidiora, modo ſolidiora, modo craſſiora ſunt. Imò Emplaſtra etiam ſunt minus dura, duriora & duriſſima. Unde Petrus Morellus Method. præſcrib. formul. remedior. libr. 2. ſect. I. cap. II. pro olei ℥ j. ad Emplaſtrum minus durum pulver. ℥ ß. ceræ ℥ j. ad durius pulverum ʒ vj. Ceræ ℥ i ß ad duriſſimum pulverum ʒ vj. vel ℥ j. Ceræ ℥ ij. ſumit. Pro cerati autem præparatione ad olei. ℥ j. pulverum ʒ j. ʒ iß. Ceræ ℥ ß. Cap. 10. recipit.

¶ N. 4. *Loco ceræ alia nonnunquam recipiuntur, e. gr. laudanum & ſimil.*

*Cerota uſitatiora ſunt*

Cerotum è Betonica.
Capitale.
Cerine Cteſiphontis.
Diachalciteos.
Diapalma.
de Galbano, ſ. matricale.
Infrigidans Galeni
Oeſypi
Diapiper
ex pelle arietina
pro Herinioſis.
Iſis.
Sacrum ſ. Diadictamnum, ſ. Emplaſtrum diadictam.
Santalinum
Sparadrappum Vigonis.
Stomachale.

*Emplaſtra uſitatiora ſunt:*

*Emplaſtrum*
Album Coctum, *Aug.*
Apoſtolicum, A.
Arthriticum, N. 1.
Aſclepiadis, *Weck.*
Barbarum majus, *Weck.*
minus. *Diſſaldeus in Cordum.*
Baſilicum majus, Aug. Weck.
minus, A.
è lapide calaminari, Zeltenpflaſter / / Emplâtre de la pierre Calaminaire, *Cicatriceing or skinning Playſter.* Pleyſter om te droogen en de wonde met veſſte decken. A.
Cephalicum, 2.
Ceroneum, A.
de Ceruſſa, *Renod.*
Diachylon. ſimpl. ſ. album A.
compoſit. ſ. empl. de mucilaginibus, A.
magnum, A.
parvum, A.
cum gummis, A.
Citrinum, A.
de cruſta panis, A.
Diaphoreticum, 3.
Divinum, Renod. Weck.
Febrifugum, 4.
ad Fonticulos, F. F. 5.
ad fracturas oſſium, Ren.
de tribus farinis, Weck.
Gryſeum è lapide calaminari, A.
Gummatum Paracelſ. *6.*
ad Herniam. 7.
ad Hydropem, A.
de Janua, Ren.
Iſchiadicum
Iſis flavum. *Diſſaldeus in Cordum.*
de baccis Lauri, A.
Maſtichinum. Renod.
Magneticum, 8.
de Meliloto, A.
de Minio, A.
Mundificativum, *9.*
Nervinum, A.
Nigrum ſtiticum, A.
Norimbergenſe.
Oppodeldoch, 10. 11.
Oxycroceum commun. A.
Vigonis. A.
Diaphænicum calidum, A.
frigidum, A.
è ranis, Vigonis, Renod. cum & ſine Mercurio.
de Rhabarbaro, A.
Saturninum. 12.
ad Scyrrhos. 13.
Sparadrap. Renod.
de ſtercore canis, Vigonis.
Weck.
Spleneticum, 14. 15.
Sticticum, *16.*
Stomachicum. Weck. aliter habet Renod.
ad ſtrumas.
Diaſulphur, 17.
Tetrapharmacum, A.
Triapharmacum, A.
de Tacamahac. 18.
ad Tophos. *19.*
Viride, Cord. Weck.
Veſicatorium, 20.
Filii Zachariæ, A.
Dropaces, 21.

1. *Emplaſtrum Arthriticum F. F.*

℞. Emplaſtr. Diachyli. magn. ℥ vi.
Oxycroc.
Diapalm. ana ℥ ij.
Medull. cervin.
Axung. Urſin. ana ℥ i ß.
Tacamahac. in vino diſſolut. ℥ ij.

M. F. ſ. a. Emplaſtrum, quod oleo vulpino malaxetur.

Vires. *Doloribus arthriticis maximè proficuum eſt; lenit, diſcutit, reſolvit.*

HOFMAN. *Emplaſtrum Arthriticum F. F.* ) Si vice Diachyli Magni, quod alias eliſione ex Diſpenſatoriis dignum judicatur, emplaſtrum de minio vigonis ritè præparatum ſubſtitueretur, majoris præſtantiæ hoc emplaſtrum arthriticum foret in adſignato ſymptomate leniendo N. Alia anti-arthritica & anti-podagrica vid. in thesaur. pharmaceutic. ſect. x. num. XIII, XIV. ſeq.

Emplaſtrum Arthriticum Sereniſſimi Iohannis Caſimiri Poloniæ & Sueciæ Regis, ex D D. SCHVLTZIO, in Miſcellan. curioſ. Germanorum.

♃. *Olei olivar.* ℔ j. *Lithargyrii ſubtiliſſ. pulverati* ℔ ß. *Decoque in patella ad nigredinem in forma ceroti admodum tractivi, adde pulver. rad. conſol. maj.* ℥ iij. *Super lento igne mixta ebulliant. Dein* ℞. *Boli arm. ſubtilit. pulv. ceræ, reſinæ ana* ℥ iij. *Liquefac iterum in patella & adde farinæ fabar.* ℥ ij. *mumiæ tragac. pulv ana* ℥ ß. *Agitentur bene baculo, quoad frigeſcant & F. Emplaſtrum ſ. a.*

Emplaſtrum aliud arthriticum Sereniſſimi cujuſdam Regis Daniæ, ex eodem, ibidem.

℞. *Picis navalis* ʒ vj. *reſinæ vulgar. colophoniæ ana* ℥ ß. *ceræ citrinæ* ℥ v. *olei ſcorpion.* ℥ i ß. *terebinthinæ venetæ* ℥ ij. *pulver. ſuccini, myrrhæ, maſtiches ana* ℥ ß. *ſulphuris* ℥ i ß. *M. F. ſ. a. Emplaſtrum.*

Emplaſtrum aliud ad idem ex eodem.

♃. *Olei comm.* ℥ iiij *ſmegmat. veneti* ʒ v. *minij, ceruſſæ ana* ℥ ij. *camphoræ* ℈ j. *aluminis* ℈ ß. *M. coq. ſ. a. & F. maſſa pro Emplaſtro.*

Emplaſtrum Carminans DD. FRANCISCI DE LE BOE SYLVII.

℞. *Gummi galbani, bdellij, ammoniaci ana* ℥ ß. *thuris maſculi, myrrhæ rubeæ ana* ʒ ij. *opij thebaici* ʒ j. *Diſſolve in aceto ſquillino iterumque inſpiſſatis, adde ceræ citrinæ, colophoniæ ana* ʒ iij. *balſami peruviani, olei philoſophor. ana* ʒ j. *olei terræ* ʒ ß. *carui ſtillat.* ℈ ß. *terebinth. venetæ q. ſ. M. F. ſ. a. Emplaſtrum.*

*Hoc Emplaſtrum extendendum ſuper alutam, eamque formatam prius ſecundum tumoris amplitudinem & figuram chartâ ei impoſita & diſſecta obſervandam.*

Emplaſtrum Cæſaris è Pharmac. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Roſar. rubr.* ℥ i ß. *rad. biſtortæ, nucum cupreſſi, ſantalor. omnium, menthæ, ſem. coriandri ana* ʒ iij. *maſtiches* ℥ ß. *hypociſtidos, acaciæ, ſanguin. draconis, terræ ſigillatæ, boli veræ, corallij rubri ana* ʒ ij. *terebinthinæ aqua plantag. lotæ* ℥ iiij. *olei roſacei* ℥ iij. *ceræ albæ* ℥ xij. *reſinæ pini* ℥ x. *picis* ℥ vj. *ſuccor. plantag. ſempervivi, telephij ana* ℥ j. *Ceræ, reſinæ, pici ſimul liquatis, adde terebinthinam & oleum, deinde hypociſti. & acaciam in dictis ſuccis diſſolutas, & tandem pulveres, ut fiat Emplaſtrum ſ. a.*

Emplaſtrum catagmaticum ex eadem Pharmac.

℞. *Olei roſacei* ℥ iiij. *lithargyrij auri* ℥ iij. *Coquantur ad Emplaſtri conſiſtentiam. Remotis ab igne injice ceræ flavæ recentis* ℔ j. *terebinthinæ* ℥ iij. *olei maſtichini* ℥ ij. *picis navalis* ℥ i ß. *colophoniæ* ℥ vj. *Mixta & liquata ſimul ſeorſim ſerventur.* ℞. *Rad. ſymphyti maj. althææ, ligni viſci quercini, folior. plantaginis, chamæpithyos, hyperici ana* M j. *Additis vini rubri & aquæ fabrorum æquis partibus, fiat decoctum mucilaginoſum ad* lib i ß *cui inſuper adde mucilaginis ſem. cydonior. extractæ cum decocto omaſorum* ℥ iij. *pulver. balauſtior. roſar. rubr. myrtillor. ana* ℥ ß. *mumiæ, ſem hyperici ana* ʒ vj *boli armenæ, farinæ volatilis ana* ℥ i ß. *ſangu. drac. pulver.* ℥ ij. *ſucci acaciæ in decocto ariſtoloch. rot. ſoluti* ℥ ß. *Coque igne lento continuè agitando ad cataplaſmatis ſpiſſioris conſiſtentiam. Tum adjice ſuperiùs mixtum Emplaſtrum atque etiam pulv. maſtiches, thuris ana* ℥ i ß. *ſuccini præpar.* ʒ vj. *factaque adhuc una vel altera ebullitione & jugi agitatione f. ſ. a. Emplaſtrum.*

¶ 2. *Emplaſtrum Cephalicum. F. F.*

♃. Reſin. pin. ℥ ij.
Ladan.
Myrrh.
Maſtich. ʒ vi.
Gum. Tacamahac.
Galban.
Opopan. ana ℥ ß.
Viſc. Tiliæ. ʒ v. ℈ ij.
Sem. Pœon. mar. ʒ ij. ℈ ij.
Cubebar. ℈ iv.
Ol. Succin.
Nuciſt. ana ℥ ß.
Gummatis in aceto diſſolutis. f. ſ. a.
Emplaſtrum, addendo Terebinthinæ ℥ iiß. M.

Vires. *Capitis catharros exiccat, idemque corroborat, prout confert in Apoplexia, Epilepſia, & ſimilib.*

HOFMAN. *Emplaſtrum cephalicum F. F.)* Hoc quoad compoſitionem & præparationem rejici nequit; Vires etiam hujus ſunt egregiæ in capitis defluxionibus. In nuchâ commodè geſtari poteſt, dum vaporum impedit adſcenſum & vellicantes humores à nervorum principio abſumit. Ad aliquot hebdomadas geſtari debet, deinde aquâ calidâ locus abluendus, & aliud applicandum.

Emplaſtrum de Cinnabari è Pharmac. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Cinnabaris* ℥ i ß *Euphorbij, auri pigmenti ana* ʒ ii ß. *Pulverentur ſubtiliſſ. & uniantur cum galbani colati, picis burgundiæ ana* ℥ ii ß. *emplaſtri è mucilaginibus* ℥ iij. *unguenti ægyptiaci* ℥ ß. *F. Emplaſtrum ſine coctione.*

Emplaſtrum è creta ex eadem Pharmac.

℞. *Ceruſſæ* ℥ iiij. *cretæ* ℥ i ß. *axungiæ ſuillæ* ℥ j. *M. F. Emplaſtrum ſ. a.*

Emplaſtrum è Cymino ex eadem Pharmac.

℞. *Sem. cymini, baccar. lauri, ceræ citrinæ ana* lib. j. *reſinæ pini* lib. ij. *communis* lib. iij. *olei anethini* lib. ß. *M F. Emplaſtrum.*

¶ 3. *Emplaſtrum Diaphoreticum.*

♃. Ceræ. citrin. ℥ xvi.
Bdell. pulver. ℥ v.
Colophon.
Pic. naval. ana ℥ iv.
Succin. citrin. ℥ iij.
G. Ammoniac. ℥ ij.
F. Emplaſtrum. ſ. a. malaxando cum Ol. ovorum.

Vires. *Diſcutit, ſeroſam humiditatem elicit & abſumit.*

*Uſus eſt præcipuè in Iſchiatica, intumeſcentia pedum, & ſimil.*

HOFMAN. *Emplaſtrum Diaphoreticum.)* Hoc in defluxionibus etiam ad muſculoſas partes ſummè utile expertus fui; poteſt etiam commodius ſolum ex cera, ſuccino & Gumm. Ammoniaco præparari.

Emplaſtrum Anglis Flos unguentorum dictum è Pharmac. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Reſinæ, reſinæ pini, ceræ citrinæ, ſevi ovilli, ana* lib. ß. *olibani* ℥ iij. *terebinthinæ* ℥ ii ß. *myrrhæ, maſtiches ana* ℥ j *camphoræ* ʒ ij. *vini albi* lib. ß. *Coque in Emplaſtrum.*

§ 4. *Emplaſtrum Febrifugum Strobelbergeri.*

♃. Terebinth. cypr. opt. ℥ i ß. liqueſcat in vaſe cupreo ſuper Ign. moderato; huic injice.

Aranear. Vivar. in hypocauſtis vel locis mundis captar. N. xv.

Miſceantur & agitentur cum piſtillo ligneo, uſque dum color Terebinthinæ fiat cinereus & vix aliquid de araneis deprehendatur: Tum iterum tepefactæ mixturæ adde

Telar. aranearum mundarum quantum prædictæ araneæ texêre, vel harum loco adhuc 19. araneas mediocres: iterum fortiter agitentur: Interea etiam immiſcendo.

Aſphalti opt. pulveriſat. &
*. albiſſ. ana ℥ i ß.

Terantur uſque dum refrigeſcat materia & acquirat conſiſtentiam Emplaſtri nigerrimi. Reponantur per 14. ♂ tandem rurſus ad Ign. molleſcat, & manibus oleo febrifugo inunctis malaxetur modicè.

*Uſus.* Formentur inde Emplaſtra inſtar ¼. Thaleri, quæ auro vel argento obducta, corioque tecta, imponantur pulſibus utriuſque carpi horâ unâ ante paroxyſmum,

xyſmum, relinquendo per 9. ♂. Tunc eadem hora in profluentem aquam projiciantur.

N. *Oleum febrifugum vide c. 27.*

*Emplaſtrum hoc eſt de quo Strobelbergerus introdu-ctionem typis expreſſam omiſsâ deſcriptione Anno 1626. divulgavit: deſcriptionem itaque tranſmiſit mi-hi Clariſs. D. D. Iohan. Chriſtoph.* Eiſenmenger. *Phy-ſicus Ord. Imperialis Heilbrunnenſis, amicus meus in-tegerrimus, cujus verba, ne de genuina deſcriptione dubites, hic ſubjungo. Et ſunt: Hanc deſcriptionem mihi communicavit illuſtriſs. Comitis Caroli à* Wol-ckenſtein *(qui non ſolum à quartana hujus beneficio liberatus, ſed &* 100. *Thaleris, à D. Strobelbergero emit:) Frater Adamus Comes à* Wolckenſtein. *p.* 1. *Ord. Teuton. Commendator in Heilbrunn.*

HOFMAN. *Emplaſtrum Febrifugum Strobelbergeri.)* Hoc Emplaſtrum in paroxyſmo febrili tertianæ intermittentis abi-gendo plurimum ſæpè profuiſſe, atteſtari poſſum. Hujus ratio-nem vid. in *Williſio de febrib.* Methodica tamen cura poſteà non omittenda eſt, ut cauſa occaſionalis, removeatur & recidiva præ-caveatur. N. varia Emplaſtra anti-febrilia vid. in theſaur. phar-maceutic. ſect. x. n. x. x i. ſeq.

¶ 5. *Emplaſtrum ad Fontinellas. F. F.*

♃. Ceruſ.
Lithargyr. ana ℥ vi.
Ol. Roſar. ℔. j.
Aq. Roſar. ℥ viij.
Coque l. Ign. in fine adde ceræ alb. ℥ iij.
F. ſ. a. Emplaſtrum.
Vires. *Arcet inflammationem.*

Emplaſtrum ad Ganglia ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. & folior. recent. bardanæ, cicutæ, leviſtici, angelicæ, cucu-meris agreſtis, ſcrofulariæ, filipendulæ, illecebræ, gratiolæ, chelido-nii maj. ana* ℥ jß. *Purgata & diligenter contuſa omnia, in ſuccorum cicutæ & chelidonii maj. ana* lib. ij *ß. lento igne coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, deinde colentur & fortiter exprimantur; ex-preſſio verò cum olei lumbricorum* lib. iiij. *& lythargyri auri* lib. ij. *ex arte coquatur, aſſiduè movendo ſpatula lignea, ad emplaſtri ſpiſſi-tatem; in illis deinde liquefiant, ceræ citrinæ, picis albæ ana* lib. j. *terebinthinæ, ſtyracis liquidæ ana* lib. *ß. ab igne remotis permiſcean-tur, galbani, ammoniaci, bdellii, opopanacis, ſagapeni, aceto ſcillitico ſolutorum, trajectorum, ſpiſſatorum & portione emplaſtri ſeorſim priùs exceptorum ana* ℥ ij. *deinde addantur pulveres ſequentes per-mixti.*

℞. *Rad. Ireos florent. ſigilli beatæ Mariæ, cyclaminis, coronæ imperia-lis & ſerpentariæ, ſem. angelicæ, pæoniæ mar. naſturtii. Euphorbii, olibani, maſtiches, tacamahacæ odoratæ, ſulphuris vivi ana* ℥ jß. *ca-phuræ* ℥ ß. *F. e. a. Emplaſtrum.*

*Vix emplaſtrum aliquod reperiatur quod magis conferat in digerendis & reſolvendis omnigenis materiebus ſub cutem præter naturam aggeſtis, præcipuè frigidis vixque reſolubilibus: quales ſunt, Pani, Scrofulæ, Nodi, Ulcera calloſa.*

Emplaſtrum aliud ad idem ex eodem.

℞. *Gummi ammoniaci, galbani, opopanacis, ſagapeni aceto ſolutor. colatorum & ſpiſſatorum, myrrhæ electæ ſubtiliter pulveratæ ana* ℥ iij. *olei laurini, ſpir. vini ana* ℥ j. *ſulphuris vivi, ſalis armoniaci vitrioli romani ana* ℥ ß. *euphorbii* ʒ ij. *F. e. a. Emplaſtrum.*

*Etiamſi hoc Emplaſtrum è multò paucioribus componatur quàm quod præceſſit, attamen admodum efficax eſt in iiſdem effectibus produ-cendis.*

¶ 6. *Emplaſtrum Gummatum Paracelſi.*

♃. Gum. Serapin.
Bdell.
Opopanac.
Galban. ana ℥ j.
Solve in Acet. cola, colaturæ adde
Maſtic.
Thur. maſc. ana ʒ iij.
Ceræ alb. ad pondus omnium.
F. Emplaſtrum.

Vires. *Mundificat vulnera & conſolidat, diſcutit humores.*

7. *Emplaſtrum ad quamvis herniam exceptâ hydrocele.*

♃ Exuvias anguillarum non ſalitas & in aq. calcis lotas, coque in lixivio donec craſſeſcant & F. inſtar glutinis, quod effunde ſuper marmor.

♃. Hujus glutinis trajecti ℥ iv.
adde
Lapidis hæmatit.
Sacchari Saturni.
Iov. uſti an. ʒ iij.
Gumm. ammon. in Acet. acerr. ſolut. & cum ol. Myrrh. confuſi ℥ iij.

M. Omnia in fictili ſuper Ciner. lentos, ut coëant in maſſam Empl. tenuis, extendatur ſuper alutam. Hoc gluten adeò tenax eſt ad hernias glutinandas, imò, ad ſolutum peritonæum, ut omne aliud impar ſit, ſuperponendo leviſſimum ſubligaculum & diætam congruam obſervando.

Emplaſtrum contra Herniam carnoſam ex D. D. DONZELLO.

♃. *Olei philoſophorum* ℥ vj. *opopanacis, galbani, bdellii ana* ʒ iij. *Li-quefiant omnia ſuper igne lento, dein adde farinæ fabarum* ʒ iij *pulp. ficuum ſicc.* No. iiij. *camphoræ, rutæ ana* ʒ j. *F. e. a. Empla-ſtrum.*

*Hoc emplaſtrum maturat aut reſolvit herniam carnoſam & impedit quò minùs recidivam patiatur ex affectus, atque in tota operatione ſua dolores minimè creat.*

¶ 8. *Emplaſtrum magneticum.*

♃. Gumm. Serapin.
Ammoniac.
Galban. ana ʒ iij.
Solve in Acet. cola & inſpiſſa.
Hinc
♃. Terebinth. laric.
Ceræ ana. ℥ ß.
Liquefac ad ignem, atque ſubducto igne admiſce exactè gummi.
&
Ol. Succini ʒ ij.
atque deindem
Lapid. ſeu magnetis arſenicalis.
ʒ iij.
Terræ Vitrioli ʒ j.
F. Emplaſtrum ac malaxa cum Ol. Scorpionum.

Vires. *Ulceribus aut carbunculis peſtilentialibus applicatum ſubitò rumpit, venenum ex imo inſtar magnetis potenter attrahit, nec apertum ulcus coire patitur, ante perfectam extractionem omnis venenoſitatis. Hartmann. in Pract.*

N. *Lapidem ſ. magnet. Arſenic. Vide in Lapidibus.*

HOFMAN. *Emplaſtrum Magneticum)* Hujus deſcriptio ex *CL. Hartmanni Practic.* deſumpta eſt & variat cum Angeli Salæ compoſitione, illa tres drachmas ana gummatum in aceto ſ. ſolutorum, olei ſuccini duas drachmas, Magnetis arſenicalis tantum drachmas tres & terræ Vitrioli drachmam unam recipit; Hæc autem Angeli Salæ gummatum ana ℥ iij. in aceto ſcillitico ſolutorum, Magnetis arſenicalis ℥ iij. olei ſuccini ℥ ij. & Terræ Vitrioli ℥ j. &c. ſubſtituit. Hujus ultimæ compoſitionis animadverſiones vide *CL. Zwelfferi animadverſ. in Pharmacop. Auguſtan.* p. 377. & harum examen *Pharmacop. Auguſtan. Reſtitut. Lucæ Schræck.* p. m. 373. Turpe eſt doctori, cùm culpa redarguit illum. In *Ternario Bezoardicorum Angel.* Sal. alia reperitur deſcriptio p. m. 70. ubi loco Terræ Vitrioli rad. aron. ſumuntur. Hoc Emplaſtrum licet aliàs excellenti & ſpecificâ polleat virtute ad foràs eliciendum venenum & virus in pus convertendum in ulceribus aut carbunculis peſtilentialibus, tamen in quartanâ non ſolùm è regione lienis impoſitum admodum proficuum expertus fui,

verùm etiam in iliacâ paſſione ab incarceratione inteſtinorum in ſcrotum ex herniâ; gloriantur plerique Italorum in ſuis lectionibus hunc in modum; Domini mei, hoc notate benè, hoc meum eſt inventum. Poſſum ego cum Deo & rei veritate gloriari hoc Emplaſtrum contrà iliacam paſſionem ex herniâ adhibendum à me prius eſſe caſu quodam inventum, atque hoc eſt, cujus in *tractat. meo de Method. med.* per exempla ab hoc reſtituta mentionem feci, prout & hactenus etiam in uteri diſlocatione non ſine ſalutari effectu deprehendi.

Emplaſtrum de Marcaſſita D. D. DONZELLI.

℞. *Gummi ammoniaci* ℥ iij. *galbani, opopanacis, ſagapeni ana* ℥ j. *lapidis marcaſſitæ præparati* ℥ iij. *diachyli maj.* ℥ vj. *olei chamæmelini* ℥ ij. *M. F. ſ. a. Emplaſtrum.*

*Hoc Emplaſtrum reſolvit & maturat omnes tumores duros, etiam ſchirroſos, cum eventu minimè fallaci.*

Emplaſtrum miraculoſum ex D. D. SCHULTZIO in Miſcell. curioſ. German.

℞. *Ceruſſæ opt.* lib. ij. *camphoræ* ʒ ij. *lithargyrii* lib. ß. *baccar. lauri* ℥ ß. *olei olivar. recentiſſ.* lib. iiij. *minii* lib. ß. *ſaponis veneti* ℥ iiij. *Omnia pulveriſata & commixta decoque cum oleo olivar. ad denſitatem, & effunde ſuper aquam fontanam frigidam, f. ſ. a. magdaleones in loco opaco aſſervandi.*

*Hoc emplaſtrum temperatiſſimum ad varia ulcera & vulnera optimum eſt, & ſine omni ſorditie ubivis applicari poteſt. Addit DD. Schultzius ſe noviſſe qui ad eryſipelata eo feliciter ſunt uſi, imprimis autem ejus uſum expertum eſſe in variis tumoribus, arthritide, podagra atque fonticulis.*

Emplaſtrum ΜΗΤΡΟΠΡΟΠΤΩΤΙΚΟΝ è Pharm. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Maſtiches* ℥ i ß. *galbani purioris in vino rubro ſoluti & colati* ʒ vj. *terebinthinæ cypriæ* ʒ ij. *nucum cupreſſi, gallarum ana* ʒ i ß. *olei nucis moſchatæ per expreſſionem* ʒ j. *moſchi* gr. ii ß. *picis ex navibus vetuſtis deraſæ* ʒ ii ß. *Contundantur leviter pix, galbanum, terebinthina & maſtiche, cum piſtillo & mortario calidis, ſub finem miſcendo oleum nucis moſchatæ; tum demum paulatim adjiciantur pulveres & moſchus ſuper marmore cum modico olei maſticini diſſolutus, & poſt exactam miſtionem, fiat Emplaſtrum.*

¶ 2. *Emplaſtrum mundificativum.*

♃. Ceræ ℔. I.
Reſin. alb. ℥ IV.
Terebinth. laric. ℥ j.
Ol. bufonum.
Scorpion. ana ℥ ij.
Styrac. liquid. ℥ VI.
Suc. chelidon. expr. ℥ IV.
Ariſtoloch. rot. ℥ ß.
Gumm. ammoniac in Acet.
ſolut. & inſpiſſat. ℥ ij.
Myrrh.
Sarcocoll. ana ʒ j.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Vires. *Mundificat vulnera venenata ac fiſtuloſa. Hartman. in Pract.*

10. *Emplaſtrum Oppodeldoch, ſecundum Fel. Wurtz.*

♃. Ceræ Virgin. ℔ ij.
Terebinth. ℔. I.
Ol. commun. ℥ IV.
His liquefactis adde
Succi Chelidon.
Fol. querc.
Alchimill.
Veronic. ana ℥ i ß.

Coque ad conſumptionem humiditatis, dein admiſce

Gumm. cum Acet. depurat. & inſpiſſat.
Ammoniac.
Galban.
Opopan. ana ℥ VI.
Colophon. ℥ i ß.
Succin. ℥ ß.
Maſtich.
Myrrh.
Oliban.
Sarcocoll.

Omnibus benè mixtis & paululum refrigeratis adde agitando.

L. Hæmatit. Præparat. ℥ i ß.
Croc. ♂ ℥ ij.
♀. ℥ j.
Tut. præparat. ℥ iij.
Lap. calaminar. ℥ x.

Tandem in fine admiſce
Terræ Vitrioli edulcoratæ q. ſ.
ad colorem brunnum, i. e. purpureum conciliandum,
F. Emplaſtrum.

*Eaſdem vires ac applicationem cum ſtictico Crollij obtinet.*

N. *Terebinthinam addere præſtat ante pulveres.*

HOFMAN. *Emplaſtrum Oppodeldoch ſecundum Fel. Würtz.*) in hoc etiam nihil ſingulare occurrit, quod animadverſione indigeat. Edulcoratio terræ vitrioli non abſurda eſt, cum ſæpe Sale ſuo corroſivo, quod per deſtillationem ignis vehementia non ſatis expulit, adhuc abundet, quod neceſſarium non eſt, virtutem emplaſtri adſtrictivam & conſolidativam impediens.

¶ II. *Emplaſtrum Oppodeldoch Paracelſi.*

♃. Gumm. Galban.
Opopan.
Ammoniac.
Bdell. ana ℥ j.

Macerentur per ♂ (8. vel plures) in Acet. diſt. cola & inſpiſſa ad conſiſtent. mellis: Dein.

♃. Lithargyr. pulv. ℔. ß. (alii ℔. i ß.)
Ol. commun. ℔ i ß.

Coque lento Ign. continuò agitando, donec brunnum ſive ſpadiceum colorem acquirat: hinc adde
Ceræ ℔. I.

Qua liquefacta, immiſce etiam ſuperiora gummata, & paulò poſt,
Ol. Laurin. ℥ iij.

Move diligentiſſimè, donec nimirum omnia exactiſſimè fuerint mixta, remove ab igne, adde

Croc. ♂.
Mum. tranſmar.
Magnet. præparat.
Magiſt. corall. alb.
rubror. ana. ℥ ß.
[Magiſteria hæc poſſent omitti.]
Lapid. calamin. præp.
Myrrh. rubr.
Thur. Maſc.
Maſtich.
Rad. ariſtoloch. rot.
an. ℥ ij.

His pulveriſ. infunde pedetentim in liquefactum Emplaſtrum, omnia exactè miſcendo.

Poſtremò,

♃. Balſam. ſuccin. ʒ j. (ol. craſſioris.)
O. laurin. ℥ j.
Terebinth. ℥ ß.

M. & liquefac. ſeorſim; ſolve in eodem.
Camphoræ ʒ ij.
& tandem Croc. or. ʒ ß.

Solutionem hanc ſeorſim factam, cum Emplaſtro calido miſce exactiſſimè, ut fiat Emplaſtrum, quod malaxa oleo hypericonis.

Vires. *Curat omnia vulnera, punctim & cæſim inflicta ſine omni pure. Excreſcentiam carnis impedit,*

*ejus*

*ejus tantum, quantum opus eſt producendo, Ulcera antiqua prius mundificando ſimiliter curat.*

N. *Si fortius deſideras & ad ſananda quævis aſthiomena & corrodentia ulcera proficuum.*

℞. Croci metallor.
Colchotar.
Mercurii per ſe præcipit. ana q. v.
M. pulveriſando, atque pulveris hujus ʒ ß. miſce adliquefacti Emplaſtri ℥ ß. ſuperaddendo aliquid Terebinthinæ. *Hartm. in Croll. & in Practica.*

Hofman. *Emplaſtrum Oppodeldoch Paracelſi* ) in hoc emplaſtro licet Magiſteria corallor. alb. & rubr. planè omittantur, nihil refert, ejus enim viresinde non diminuentur; Et quoad magnetem, hic non additur, ob vim ſuam attractivam, ſed potius ut virtute ſuâ ſiccante, quemadmodum crocus martis, hæmatites, &c. vim Emplaſtri augeat.

*Si fortius deſideras.* ) Sed colchotar debet eſſe probè ſale ſuo vitriolico liberatus, ne Mercurius Præcipitatus degeneret & librati naturam induat.

Emplaſtrum ad Punctionem equini pedis ex D. Charraz.

℞. *Ceræ citrinæ* ℥ viij. *picis albæ, gummi elemni, terebinthinæ venetæ ana* ℥ iiij. *cinnabaris vulgaris ſubtiliſſimè pulveratæ, ſanguinis draconis, ariſtolochiæ longæ & rotundæ ana* ℥ ß. *F. ex arte Emplaſtrum.*

*Hoc Emplaſtrum tutum & exploratum eſt remedium pro equino pede clavo inflicta punctione, dummodo recens ſit. Uſus autem hic eſt. Retegitur foramen punctione effectum in illudque calidè infunditur tantillum emplaſtri deſcripti, ſuper igne lento in cochleari ferreo liquefacti, ruſuſque equo ſolea inducitur quo tandem præſtet operam quam minimè punctus præſtitiſſet.*

Emplaſtrum ſine pari è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Olibani, bdellii, ſtyracis gummoſæ, ana* ʒ iij. *ammoniaci, galbani ana* ʒ j ß. *picis navalis* ʒ vj. *medullæ cervinæ, adipis gallinæ, anſeris ana* ʒ ij. *ſulphuris vivi lacte loti, hermodactylorum pulver. ana* ʒ j ß. *Solvantur gummi in vino albo tenui, & cum olei roſati completi partibus duabus, olei ovorum parte una, atque olei terebinthinæ modico, F. Emplaſtrum ſ. a.*

Emplaſtrum de Sandyce ex eadem Pharmac.

℞. *Olei ex pedibus vervecinis aut bubulis, lini ana* lib. j. *plumbi albi, minii ana* ℥ viij. *reſinæ, ceræ flavæ ana* ℥ iiij. *camphoræ unc.* ß. *M. F. Emplaſtrum ſ. a.*

¶ 12. *Emplaſtrum Saturninum expertum à S. Cloſſ.*

℞ Albi plumbi ℥ iv.
Cretę albiſſ. ℥ ß.
Myrrh. rubr. ʒ ij.
Amalgamatis ex part. ij. Mercur. & parte unâ Saturni, ʒ vj.
Axung. verris q. ſ. ad formandum Emplaſtrum in mortario calido.

Vires: *Ulcera calloſa & maligna, imò peſſima, unâ ſolâ admotione curat, abluendo ea primo* (*ſi ſordida ſint*) *aquâ diſſolutionis lapidis Salutis* (*rollii, mox Empl. in alutâ ſat. ſpiſſe extenſum admoveatur Ulceri, & ſi opus ſit Emplaſtro Diachalciteos contineatur, ſuperinductâ faſciâ laneâ* (*Gallicè ſelin,*) *ſatis ſtrictâ, neque removeatur ante* 15. ☍.

13. *Emplaſtrum ad Scirrhos S. Cloſſæi.*

℞. Gumm. carann.
Tacamahac. an. ℥ j.
Ammon.
Galban. an. ℥ ij.
Liquentur in aceto & per linteum colentur, deinde admiſce.
Ol. liliorum alb. ℔ ß.
Axung. taxi ℥ ij. M. & adde
Cinnab. mineral. vel aquilæ alb. dulcificat. ʒ ij.
Redige ad formam Emplaſtri & adjunge,
Litharg. ſubtiliter pulveriſ. ℥ ij.
Rad. elleb. nigr.
Bryon. an. ʒ ij. M.

Hoc Empl. omnes tumores contumaciſſimos & crudos vel ſuppurat in partibus ſuppurabilibus, vel ex toto reſolvit, ſi flatus prædominentur.

Emplaſtrum ad ſcrofulas ex D. Charraz.

℞. *Maſſæ emplaſtri, de cicuta* ℥ viij. *gummi elemni puriſſimi* ℥ ij. *mercurii præcipitati rubri* ℥ ij ß. *ſimul miſceantur in Emplaſtrum.*

*Hoc emplaſtrum utiliſſimum eſt in reſolvendis, mundificandis & ſanandis ſcrofulis.*

Emplaſtrum Sicyonium è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Rad. cucumeris aſinini* ℥ iij. *ſulphuris vivi, ſem. cymini ana* ℥ ij. *euphorbii* ℥ j ß. *Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui leni igne incorporetur cum picis burgund.* unc. xxviij. *ſpatha jugiter agitando, ſub finem adde, unguenti de arcanita* unc. iij. *F. Emplaſtrum ſ. a.*

¶ 14. *Emplaſtrum Spleneticum de Cicuta, F. F.*

℞. Cicut. cum toto inciſæ & pulveriſ. ℥ ix.
Succ. expreſſ. ejuſdem ℥ iv.
Ol. cappar. ℥ xviii.
Irini ℥ vi.
Miſce, digereque in MB. per ☍ 4. dein coque;
Hinc colentur cum forti expreſſione.
In hac diſſolve:
Ceræ novæ ℥ iv ß.
Gumm. ammoniac. in ſucc. cicut. ſol. ℥ ß.
M. F. Emplaſtrum.

Vires. *Lienem obſtructum aperit, roborat, duritiem emollit, &c. ſed & ruborem inducit.*

Emplaſtrum de Cicuta alterius Compoſitionis ex D. Charraz.

℞. *Olei ſambuci* ℔ ij. *ſucci cicutæ* lib. j ß. *lythargirii auri* lib. j. *coquantur ſimul igne lento ad humoris conſumptionem & emplaſtri ſpiſſitatem, aſſiduè movendo ſpatula lignea, deinde addatur ſucci cicutæ ad mellaginem inſpiſſati* lib. ß. *lentoque igne iterum coquantur ad humoris integram fere conſumptionem, illiſque poſtea jungatur gummi ammoniaci aceto ſcillitico, ſoluti, trajecti & lento igne ſpiſſati* lib. j. *& poſtquam igne lentiſſimo humoris ſuperflui maxima pars conſumpta fuerit, refrigeratum emplaſtrum in uſus ſervetur.*

¶ 15. *Aliud Empl. Spleneticum Foreſti, Ceratum de Ammoniaco dictum.*

℞. Ammoniac. in Acet. diſſol. ℥ j.
Ung. Dialth.
Empl. de melilot. an. ℥ ß.
Furfur. frument. cribrat.
Pulv. rad. Bryon.
Ireos ana ℥ ß.
Pingued. anat.
Anſer.
Gallin. an. ʒ iij.
Bdellii,
Galban. ʒ i ß.
Ol. irin. an. ʒ i ß.
Bulliant leniter in mucilaginibus ſem. lini & fœnugr. ana. q. ſ. & ut in formam debitam cerati coëant, adde Ceræ ℥ ß.
Terebinth. &
Reſin. pini ana ℥ i ß.
F. Emplaſtr.

Vires. *Plurimum emollit & reſolvit duritiem ſcirrhoſam, eoque nomine arcanum Foreſto fuit. Obſ.* 20, 12.

HOFMAN. *Aliud Empl. Spleneticum Foreſti, ceratum de Ammoniaco dictum.*) In hujus præparatione obſervandum, ne bdellium unà cum ammoniaco & galbano in aceto ſolvatur, ſed in aquâ vel etiam pulveriſatum emplaſtro admiſceatur, quia gummi mucilaginoſum eſt, & in aquâ reſolubile.

Emplaſtrum ΣΤΕΦΑΝΙΑΙΟΝ è Pharm. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Labdani, ℥ ß. ſtyracis calamitæ colati, gummi juniperi ana ʒ ij. ſuccini. terebinthinæ cypriæ ana ʒ j. corallii rubri, maſtiches ana ʒ ß. flor. ſalviæ, roſar. rubr. rad. irid. florent. ana ℈ j. reſinæ aq. roſacea lotæ ℥ ß. Reſina, ladanum, gummi juniperi & terebinthina in mortario calido leviter contundantur ſ. a. cum piſtillo calid (vini rubri guttulas aliquot adſpergendo) donec coaluiſſe videantur: tum demum pulveres viciſſim immittantur, ut diligenti agitatione continuè facta ex omnibus exactè miſtis fiat Emplaſtrum.*

¶ 16. *Emplaſtrum Sticticum Crollii.*

♃. Minii.
Lap. calaminar. ana ℔ ß.
Lithargyr. auri & arg. ana ℥ iij.
Ol. Lini.
Olivar. ana ℔ i ß.
Laurin. ℔ ß.
Ceræ.
Colophoniæ an. ℔ j.
Vernicis.
Terebinth. ana ℔ ß.
Gumm. Opopanac.
Galban.
Serapin.
Ammoniac.
Bdellii ana ℥ iij.
Carabe citrin.
Oliban.
Myrrh. Alexandr.
Aloës epat.
Ariſtoloch. long.
rotund. ana ℥ j.
Mum. tranſmarin.
Magnetis.
Hæmatit. ana ℥ i ß.
Corall. albor.
rubeor.
Matr. perlar.
Sanguin. Draconis.
Terræ medicat. Strigenſ.
Vitriol. alb. ana ℥ j.
Fl. Antimon.
Croc. ♂ ana ℥ ij.
Camphor. ℥ j.

1. Gummata ſolvantur & depurentur ſolvendo in aceto, exprimendo & rurſum inſpiſſando.

Præter Bdellium.

N. *Doſis poteſt augeri propter feces abjiciendas.*

2. Oleo lini & olivarum admiſceatur Lithargyrium utrumque, coquendo & agitando, donec oleum coloretur, poſtea addatur lapis calaminaris, & paulò poſt, minium. Coquantur ad ſufficientiam (horas duas) cujus proba eſt, ſi ſupra unguem gutta concreſcat & condenſetur.

3. Tandem addatur circa finem Vernix, Oleum Lauri, cera, colophonia; omnibus benè mixtis & liquefactis affunde ſucceſſivè gummata liquefacta, diligentique agitatione miſce, idque calore lentiſſimo (cave ne bulliat) poſtea admiſce pulveres: ultimo Camphora reſoluta in oleo Iuniperino addatur.

N. *Si forte nimis durum eſſet, addatur adhuc aliquid ceræ & colophoniæ. (præſtat terebinthina) Proba juſtæ decoctionis hæc eſt; guttulæ aliquot frigeſcant, (in aquam ſcilicet frigidam ſtillatæ, vel ſupra tabulam metallicam,) hæ refrigeratæ ſi digitis adhæſerint nimis molles, ſignum eſt imperfectæ coctionis, coquatur igitur ulterius ut dureſcat. Tum affunde in frigidam, ac malaxa benè [hor. 3. vel 4.] manibus inunctis oleo ex chamæmelin. roſar. juniper. lumbricor. hypericon. ana q. v. mixto.*

Vires. *Prodeſt contra inveterata ulcera & vulnera recentia, conſolidando, mundificando, putredinem arcendo. Matureſcere facit apoſtemata cuncta.*

HOFMAN. *Emplaſtrum ſticticum Crollii.*) Si in hoc Emplaſtro Lithargyrium aur. & argent. in anaticâ portione cum Minio & lapid. calaminar. addatur efficacius fuerit. Bdellium deindè etiam in aquâ ſolvendum. Et tertiò Vitriolum album diſſolutum addi & cum lithargyrio, minio & oleis ad Emplaſtri conſiſtentiam coqui debet.

¶ 17. *Emplaſtrum Diaſulphur. Rulandi.*

♃. Balſam. Sulph. Ruland. ℥ iij.
Ceræ ℥ ß.
Colophon. ʒ iij.
Myrrhæ ad pondus omnium.

Omnibus præter myrrham liquefactis & bene commixtis inſpergatur myrrha ſubtiliſſimè trita, lentoque Ign. coquantur, [¼. horæ] ſemper agitando. Hinc ab igne remove, agitaque donec refrigeſcant.

Vires. *Curat omnis generis ulcera, Sennert. Inſtitut.*

18. *Emplaſtrum ſtomachicum de Tacamahaca.*

♃. Tacamahac. ℥ iij.
Storac. ℥ j.
Ambari momentum.
F. Emplaſtr. cum oleo aliquo appropriato, v. g. maſtich. &c.

Vires. *Emplaſtrum eſt ſtomacho longè utiliſſimum, ſiquidem roborat, & appetitum ciet, concoctionem juvat, & flatus diſcutit. Monard.*

Emplaſtrum Tonſoris è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Picis ſiccæ ℔ ij. ceræ ℔ j. reſinæ pini ℔ ß farinæ fœnugræci, pollinis rad. chamæleontis nigri vel bryoniæ ana ℥ iiij. ſem. cumini tenuiſſimè triti ℥ ij. F. ſ. a. Emplaſtrum.*

¶ 19. *Emplaſtrum ad Tophos & gummata Venerea S. Cloſſ.*

♃. Empl. Opodeldoch Penoti aut Croll. rec. Cinnab. vulgar. aut Antim. an. part. æqual. Malaxentur ſimul cum pauxillo gumm. guajac. & ex alutâ nodis admoveantur.

20. *Emplaſtrum Veſicatorium, Clariſſ. D. D. Petri de Spina, pro uſu F. F.*

♃. Cantharid. ſine alis & cap. ℥ ß.
Myrrh.
Maſtich.
Camphor.
Aſſæ fœtid. ana. ʒ ß.
Butyr. recent.
Terebinth. lot. ana. ʒ ij.
Ol. roſar. ʒ i ß.
Ceræ ʒ j.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Vires. *Supra corium craſſiuſcule extenſum hor. 8. vel 10. Veſicam excitat.*

N. *Vide idem apud Gregor. Horſtium l. 4. obſerv. part. 1. ubi omittere ſuadet Aſſam fœtidam.*

HOFMAN. *Emplaſtrum Veſicatorium Clariſſ. D. D. Petri de Spinâ pro uſu F. F.*) Hoc ſimpliciori & compendioſiori viâ præparari poſſet, ſolum ex cantharid. ſine alis & capit. no. v. vel vj. Vngu. camphorat. ʒ iij. & ol. roſar. & Terebinth. ſ. q. vel cerot. ſantalin. ſ. q.

¶ 21. *De Dropace.*

HOFMAN. Hic etiam ad Emplaſtra pertinet, & componitur ex pice, cerâ, colophon. Sulphure, bitumine, Sale comm. Nitr. euphorb. caſtoreo, &c. Vſus eſt in atrophiâ partium ad ſanguinis circularis motum promovendum in partibus ubi atrophia adeſt ex ſanguine deficiente.

¶ Ad emplaſtra pertinent & Dropaces, qui ſunt Emplaſtra, à pice, ut nomen, ita & ſubſtantiam ſortita, licet interdum quoque malagmatis inſtar fiant.

*Modus fiendi.*

Liqua picem, addito tantillo olei, & ſimil. hinc immiſce immiſcenda materialia.

N. Mu

N. *Materialia ſunt piper, pyrethrum, roſmarinus, euphorbium, caſtoreum, bitumen, Sulph. ſalpetræ, ſal commune, cinis ſarmentorum.*

♃. Picis aridæ ℥ j. Olei ʒ ij. F. Dropax ſimplex.

♃. Picis ℥ ij. ol. citon. vel maſtich. ℥ ß. M. Confert in vomitione ventriculo impoſitus.

♃. Picis ſiccæ, ceræ nov. ana. ℔ ß. axung. ſuillæ ℥ vj. Sulph. viv. ℥ j. Liquentur in craſſitiem Emplaſtri.

♃. Picis, ceræ, colophon. ana ℥ iij. Sal. com. ℥ iß. bitum. ℥ j. Sulph. viv. ʒ iij. piper. euphorb. ana ʒ ij. catharid. ʒ ß. caſtor. ℥ j. F. Dropax.

Vires. *Inſerviunt Dropaces præcipuè membris calfaciendis, ſanguini alliciendo, & conſequenter atrophiæ emendandæ.*

*Adhibetur calfactus, (deraſis antea capillis) avelliturque antequam omnino refrigeſcat, iterumque calefit, & applicatur, idque toties, donec pars rubeſcat.*

## CAPVT LIV.

### *De Emulſionibus.*

EMulſio, ab emulgendo ſic dicta, eſt medicamentum liquidum lac colore æmulans, ex medulla fructuum, ſeminumve lacteſcentium, interveniente liquore appropriato, prolectum.

Exhibent lacteum humorem amygdalæ, ſem. 4. frig. major. ſem. papaver. (alb.) portulac. lactuc. card. mariæ, card. benedicti, cannabis, violar. bombacis, Napi, Aquileg. Citri, & nuclei pœon. pineæ, piſtacia, perſicarum nuclei.

Lacteæ ſubſtantiæ eliciendæ ſatisfacere poterit liquor aqueus quicunque, veruntamen quia intrinſecus emulſiones ferè ſumuntur, gratos adhibere liquores fas erit. Tales ſunt aquæ ſtillatitiæ, aqua fontana, (cum panis fruſtulo decocta) decoctum hordei, glycyrrhizæ, cicerum, C. C. paſſularum, jujubarum, & ſimil.

Quantitas liquoris varia eſt, modo major, modo minor, prout craſſior, vel dilutior emulſio expetitur. Communiter autem ſumitur, triplum, quadruplum ad decuplum, & ultra.

### *Modus fiendi.*

♃. Lacteſcentia, quæ adhibere animus eſt, (excorticata ſi excorticari poſſint, ut amygd. ſem. frig. maj.) piſta in mortario (præſtat lapideo) ſubinde nonnihil liquoris (ne attritu pingueſcant) inſtillando, hinc affunde liquoris medietatem circiter, exprime per linteum. Reſiduum, (quia ſubſtantia lacteſcens vix tota vice unâ emulgetur,) contunde denuò, ac emulge cum reliquo liquore.

*Vſus. Per ſe propinari poterit, vel & aliis exhibendis inſervire, ut ſunt potiſſimum pulveres cordiales minerales, vel his ſimilia magiſteria, &c.*

N. 1. *Quod ſi ingrata foret, dulcorari poterit Saccharo, vel rotulis; exempli gratia, manus Chriſti, julapio violar. roſar. vel ſimil.*

N. 2. *Cave, acida commiſceas, quippe his ſubſtantia lacteſcens ad ſubſidendum prompta eſt.*

Quia emulſiones ex medicaminibus ſunt, quæ facilè corrumpuntur, ex tempore ad præſcriptum parari ſolent.

Sic fit

*Lac, id eſt, Emulſio amygdalarum dulcium.*

♃. Amygd. dulc. excorticat. ℔ ß. decoct. hordei mundat. 1. F. emulſio.

*Emulſio nephrocatharctica.*

♃. Sem. violar. purpur. ℥ ß. vel ʒ vi. cum Aq. Veronic. F. emulſio.

*Emulſio ad acrimoniam.*

♃. Amygd. infuſ. in Aq. roſar. ℥ ij. Sem. melon. papav. alb. ana ʒ j. hordei mundi diutiſſimè cocti ℥ iij. F. emulſio in Aq. hord. ℔ ß. adde Iulep. roſ. ℥ ii.

*Emulſio expulſiva.*

♃. Sem. Aquileg.
Napi an. ʒ ij.
Aq. Fumar.
Galeg.
Aquileg. ana ℥ i ß.
F. Emulſio.

Vires. *Valet ad morbillos & exanthemata expellenda.*

N. *Addi poſſunt pro libitu Iuleb. violat. ℥ ß. ut & pulveres appropriat. V. g. C. C. ocul. cancri, &c.*

*Emulſio refrigerans.*

♃. Decoct. C. C. uſti, vel ſi alvus adſtricta ſit, C. C. raſpat. ℔. 1.
Sem. 4. frig. maj. an. ʒ iij.
Papav. alb. ʒ j.
F. Emulſio.

Vires. *Commoda eſt in febribus præcipuè epidemiis.*

N. *In pleuriticis affectibus ſoleo admiſcere Aquam papav. errat. ſemenque Canabis ſeminibus illis frigidis immiſcere, &c.*

Emulſiones variæ ex D. D. WEDELIO. Emulſio antiepileptica.

℞. *ſem. pæon. ℥ ß. cucumer. melon. ana ʒ j. amygdalar. dulc. ʒ vj. aq. flor. tiliæ, ceraſor. nigr. epilepticæ Langij, cichorij, ſcabioſæ, pæoniæ, cordialis H. S. fr. ana ℥ j. roſar. ℥ ß. M. F. ſ. a. Emulſio. Colat. adde pulver. epilept. March. ʒ j. ſacch. perlati parum.*

Emulſio purgans.

℞. *ſem. carthami ʒ ij. 4. frig. maj ana ʒ ß. reſinæ ſcammonij gr. xij. aq. acac. fumar. roſar. ana ℥ j. M. F. ſ. a. emulſio adde ſacch. perlati parum.*

Emulſio anti-pleuritica.

℞. *ſem. cardui bened. mariæ ana ʒ ij. papaveris albi ʒ i ß. amygdalar. dulc. ʒ iij. v. ℥ ß. aq. papav. rhaad. cardui bened. Mariæ, lactei, ſcorzoneræ, ſcabioſæ ana q. ſ. M. F. ſ. a. Emulſio. Colaturæ adde magiſterij C. C. antimon. diaphor. ana ℈ ß. ſyr. de carduo bened. parum.*

Emulſio expellens in variolis.

℞. *ſem. aquilegiæ, napi, citri ana ʒ ij. pæoniæ ʒ j. aq. fumariæ, card. bened. galegæ, ſcorzoneræ ana ℥ j. cordial. H S. fr. ʒ vj. M. F. ſ. a. Emulſio. Colaturæ adde C. C. phil. ſ. ℈ j. antimon. diaphor. ℈ ß. ſacch. perlati parum.*

Emulſio diuretica & nephritica.

℞. *ſem. 4. frig. maj. ana ʒ ß. milij ſol. geniſtæ ana ʒ j. violar. ʒ iij. aq. petroſelini, ononid. ſaxifrag. chærefolij ana q. ſ. roſar. ℥ ß. M. F. ſ. a. Emulſio, adde magiſter. lapid. cancr. ʒ ß. ſyr. dialthææ Fern. q. ſ. M.*

Emulſio hypnotica in febribus ardentibus.

℞. *Amydalar. dulc. ambroſ. ℥ j. ſem. 4. frig. maj. ana ʒ j. papaveris albi ℥ ß. aq. hypnoticæ Dornereil ℥ iij. cord. H. S. frig. acaciæ, ſambuci, ſcorzoneræ ana ℥ j. roſar. ℥ ß. M. F. ſ. a. Emulſio, adde magiſterij anod. ℈ ß. pulver. bezoard. alb. ℈ j. ſyr. papav. ſimpl. q. ſ. M.*

Emulſio ad gonorrhæam.

♃. *ſem. cannab. ℥ j. 4. frig. maj. ana ʒ j. aq. nymph. lactucæ, portulacæ, endiviæ ana q. ſ. M. F. ſ. a. Emulſio. Colaturæ adde magiſterij oſſis ſepiæ ʒ j. ſyr. nymphææ q. ſ. M.*

Emulſio externa in dolore capitis.

℞. *Nuclear. perſicor.* ʒ vj. *papaver. albi* ℥ ß. *ſem. 4. frig. maj. ana* ʒ j. *aq. verbenæ* ℥ ij. *pulegij, betonicæ, polij montani, flor. tiliæ, ſambuci, roſar. ana q ſ. M. F. ſ. a. Emulſio.*

## CAPVT LV.

### *De Errhinis.*

Errhina variis parantur formulis videl. liquoris extracti, linimenti, pulveris, &c.

Liquores tum ſimplices adhiberi poſſunt, verbi gratia, ſuccus betæ, majoranæ, rutæ, &c. Tum compoſiti.

*Errhini liquidi formula ſit*
*1. Errh. Cratonis.*

♃. Sem. nigell. 4. diebus in acet. roſ. infuſ. atque pulv. ʒ j.
Aq. majoran. cum ſucc. herbar. expr. ℥ iij. M.
*Purgat caput. Crato*

*2. Errh. Montani.*

♃. Succ. bet. recent. ℥ iij.
Aq. majora. ℥ ij.
Ol. amygd. ℥ j.
Miſc. cum brodio pulli.

Vires. *Commendatur admodum ad eliciendos catarrhos per nares. Vſuſque eximii dicitur in tinnitu aurium.*

*Errhinon in formâ pulveris*
*S. Cloſſæi.*

♃. Florum ptarmicæ ℥ ij.
Bethon. ℥ j.
Nicotian.
Rad. angelic. ana ℥ ii ß.
Tranſmittantur per ſetaceum,
addendo
Scobis ligni S. ℥ ij.
Cubebar. ʒ j.
F. pulvis.

Vires & Doſis: *Hujus* ʒ j. *attrahatur per nares ex tabulo incurvato. Evacuat per nares & os magnam muci liquidi ſalivaque copiam.*

*Extractum Naſale. P. de Spina.*

♃. Succ. recent. anagall. ℥ iij.
betæ.
nicotian. fœm. ana ℥ ij.
betonic. ℥ i ß.
Turbeth. gumm. ʒ v.
Agaric. albiſſ. ℥ j.

Infundantur in ſ. q. aq. ſcabioſæ, digeranturque in vaſe clauſo ♂ (8.) Hinc decantetur, abſtrahaturque ad conſiſtentiam extracti mollioris.

Vires. *Potentiſſimè educit pituitam, & humores ſalſos à capite per nares; catarrhoſque ad fauces & pulmones deſtillantes ad nares divertit, parum naribus inditum.*

*Linimenta vide infra de Vnguentis.*

## CAPVT LVI.

### *De Epithematis.*

Epithema etſi etymologicè omne id ſonat, quod parti alicui imponitur, ſive liquidum id ſit, ſive durum: attamen in praxi denotat recentioribus (veteribus enim malagmata, unguentaque notabat, mediæ corporis regioni accommodata) medicamentum liquidum, quod ſpongiâ, panno, linteo, ſtupâ ſuſceptum parti alicui imponitur.

Fiunt Epithemata ex Aq. ſtillatitiis, ſuccis, decoctis, emulſionibus, aliiſque liquoribus convenientibus, ſive ſolis, ſive cum pulveribus, ſpeciebus, electuariis, & ſimilibus commixtis.

N. *Penetrationis ergo additur nonnunquam aliquid vini odoriferi, aceti, ſpirituum ſeu aquarum ſpirituoſarum.*

Proportio { Liquor. ℔ ß.
Pulver. ʒ j. ad ℥ ß. & ultra.
Vini vel ſpiritus ʒ j.
plus minus. }

Adhibentur ferè tepidè, præcipuè capiti & cordi; attub. v. etiam frigidè applicari poſſunt.

Epithemata in officinis parata nulla extant, ſed ex tempore miſcentur, cujus rei gratia ſpecies certæ in promptu haberi ſolent.

Ut

Species pro epithemate Cordis.

Epatis

quibus & alias ſubſtituere licet.

*Exempla erunt:*

*I. Epithema Cordiale.*

| | |
|---|---|
| ♃. Aqu. Roſar. ℥ iv. | Corall. rubr. præparat. |
| Nymphææ. | Santal. citrini. |
| Violar. ana ℥ ij. | albi ana ʒ ß. |
| Bugloſſ. | Cort. citri. ℈ j. |
| Meliſſ. ana ℥ ß. | Croc. ʒ ß. |
| Vini alb. odorif. ʒ j. | M. fiat Epithema. |
| Pulv. ſem. acetoſ. | |

Vires. *Cordi refrigerium adfert, ſyncope correptos excitat, panno ſcarlato ſuſceptum, cordiſque regioni tepide impoſitum.*

*II. Epithema Epaticum.*

| | |
|---|---|
| ♃. Aqu. portulac. | acetoſ. |
| Roſar. | Endiv. ana ʒ j. |
| Plantag. | Troch. de camphor. |
| Acetoſ. | Santal citr. ana ℈ ij. |
| Intyb. ana ℥ iv. | Aceti parum. |
| Sem. portulac. | M. F. Epithema. |

Vires. *Epatis & ſanguinis æſtum demulcet, & hinc ſiſtit hæmorrhagiam narium Epati tepidè impoſitum.*

*III. Epithema in febribus malignis.*

♃. Aqu. Roſar.
Sambuc.
Lactuc.
Acet. roſac.
rutac. ana. ℥ i ß.
Spec. Diatr. Santal. ʒ j.
Sal. nitr. præparat. ʒ j.
Theriac. Andr. ʒ i ß.
Croci ℈ ß.

M. F. Epithema, cui & tantillum camphoræ admiſceri poterit.

Vires. *Carpis & fronti applicatum æſtum febrilem mirum in modum, in febribus malignis præcipuè mitigat, Cephalalgiam lenit, ſomnum conciliat.*

Epithemata varia ex D D. WEDELIO. Epithemata in dolore capitis.

1. ℞. *Aquar. flor. perſicor. ſambuci, verbenæ, polij montani ana* ℥ j. *nitri anodini* ʒ i M.
2. ℞. *Aq. verbenæ, ſambuci, anethi, pulegij, roſar. ana* ℥ j. *aceti*

*roſacei*

*roſacei ℥ vj. opii in ſp. vini ſoluti gr. vj. camphoræ* gr. iij. M.

3. ℞. Nucleor. *perſicor.* ℥ ß. *ſem. papaver. albi* ʒ ij. *aq. præd. q. ſ. M. F. Emulſio applicanda.*

4. ℞. *Rad. rhod. ſaccar. juſ piri ſem. carni ana* ʒ ij. *flor. papaver. rhæd. roſar. lilior. convall. ana p. ij. ſem. hyoſc.* ʒ j. *Sal. commun. prunellæ* ʒ ß. v. ℈ ij. *M. F. ſ. a. ſacculus humectandus aq. præd. & applicandus.*

Epithema ad hæmorrhagias.

℞. *Aq. ſpermat. ran. burſæ paſtor. ſolani ana* ℥ ij. *aceti roſacei* ℥ j. *ſucci urticæ v. phlegmat. alum.* ℥ ß. *M.*

Epithema cordiale calidum.

℞. *Aq. roſar. meliſſæ , carſ. aur. cordial. H. S. ana* ℥ ß. *confection. alkermes, ſpecier. cordial. temperat. ana* ℈ j. *olei cinnamomi, caryophyllor. vel rhod. ana* gr. ij. *extracti croci* gr. iij. M.

Sacculus ad pulſus.

℞. *Specier. pro epithemate cordis , cordial. temperat. ana* ʒ j. *flor.* 4. *cordial. ana* p. j. *rad. Zedoar. cortic. citri ana* ℈ ß. *M. F. ſacculi duo vel quatuor interpaſſati.*

Epithema in menſibus immodicis.

℞. *Aq. ſpermat. ran. ſolani ana* ℥ ij. *aceti roſacei* ℥ i ß. *ſacch. saturni, pulv. ſpern. Crollii ana* ℈ ß. *M.*

## CAPVT LVII.

### *De Extractis; ac* I. *de Menſtruis.*

Extractorum campus latiſſimus eſt , fieri nimirum poſſunt ex *mineralibus* , *vegetabilibus ac animalibus.*

Liquor , cujus beneficio extracta fiunt , [ Menſtruum vulgò dici ſolet ] varius occurrit. Spiritus vini , ſpiritus juniperi , ſpiritus Mannæ mellis , ſpiritus Terebinthinæ , Vinum , Hydromel , ſerum lactis , ros majalis, uti & hujus ſpiritus, acetum deſtillatum, Aq. ſtillatitia , ( ſive ex aqua fontana pluvialive , ſive ex vegetabili uno , aut pluribus, & ſimil. elicita illa ſit. ) Nec enim quivis humor , cuivis extractioni convenit , ſed certus certæ , ſulphureus ſulphureæ , ſalinus ſalinæ, &c.

HOFMAN. *Liquor, cujus beneficio extracta fiunt , Menſtruum vulgò dici ſolet.)* Hoc Nomen communiter liquoribus imponitur, qui corporibus affuſi ea ſolvunt, vel etiam aliquid ex illis extrahunt. Sunt autem *Menſtrua* dicta vel *Naturalia* , vel *Artificialia*. Ex *Naturalium* cenſu eſt *Aqua communis* , quæ corpora ſimpliciora , cum quibus habet conformitatem vel ſymbolum beneficio figuræ vel texturæ partium facillimè diſſolvit, corporis compagem reſerando, ejus particulas in poros ſuos ceu ſinum quendam reponit, & ſales diverſæ figuræ ut conformes facile ſuſcipit & imbibit. Hic *MENSTRVUM* in ſuâ actione reſolvens & extraheos veluti ventriculus quidam eſt , aut interna reliqua viſcera appetitu inſito ſibi ſimile allicientia, & poſteà aliis iterum reddentia, quomodo aliqui Aquas ſolventes Ventriculos ſtruthionis appellarunt ex ſimili. Nec ventriculus nec alia viſcera retinent id quod aſſumſerunt, ſed reddunt alteratum. Noſtræ Aquæ, item ſibi commiſſæ revomere coguntur, ſed citius , quàm alterare vel mutare Naturam aſſumti queant. Libavius in ſyntagmat. arcan. chymic. Lib. 8. Cap. 9. Sic Aqua non modò pura ſalia diſſolvit, ſed & cryſtallos tartari, aloën, gummi arabicum , bdellium, tragacanth. Sacchar. & alia concreta , quæ alia menſtrua ſulphurea aut ſpirituoſa intacta relinquunt. Hæc quodammodò ſubit, & inde aliquid totius concreti naturam redolens aufert, Sic v. g. Vegetabilia, animalia, & illorum partes aquæ communi infuſa ipſi de ſubſtantiâ ſuâ atomotenus aliquid communicant , quod in poros ſuos diverſimodè diſpoſitos & figuratos recipit , ut patet ex decoct. radic. cichor. h. abſinth. gelatin. CC. eboris , alcis &c. Inter Artificialia menſtrua referuntur ſimpliciter Sulphureæ , aut ſalino Sulphureæ, vel ſimpliciter ſalinæ Naturæ &c.

*Nec enim quivis humor cuivis extractioni convenit , ſed certus certæ , Sulphureus Sulphureæ , Salinus Salinæ. )* Ideoque unicuique rei extrahendæ , quod ipſi affine & homogeneum eſt, menſtruum eſt addendum. Sunt autem Menſtrua diverſæ naturæ, quædam enim ſunt puræ ſulphureæ Naturæ , quædam ſalino-ſulphureæ, alia ſalina &c. **Puræ Sulphureæ Naturæ** Menſtrua ſunt, quæ ex corporibus Sulphureis ſub olei formâ vel per deſtillationem, ut ol. Cinamom. aniſi. Citri. Terebinth. juniperi &c. vel expreſſionem , qualia ex amygdalis , olivis & aliis vegetabilium fructibus educuntur. Quæ non ſolùm ex Vegetabilibus , ſed & pro extrahendis mineralium Sulphuribus egregiè faciunt. Sic commune Sulphur promptè poteſt in oleo terebinthinæ diſſolvi, & eodem oleo crudum Antimonium ſubtiliter pulveriſatum in ſanguinei coloris balſamum diſſolvitur. Prout & cum oleo cinamomi d. ex ☉ prius recluſo tinctura extrahi poteſt. *Menſtrua ſalino-ſulphureæ naturæ ſunt* , quæ præter partes Sulphureas etiam, ſalinas obtinent , ut videmus in ſpiritu vini tam ſimplici, quàm Tartariſato &c. quas Sulphureas facilis flammæ conceptio, ſalinas autem illarum per encheiriſin à ſpiritu vini ſeparatio evincit, quibus vegetabilium & animalium partes ſalinæ & ſulphureæ extrahuntur. Vnde non modò diſſolvunt purum Sulphur concretorum, ſed totam etiam ſubſtantiam complurium corporum reſinoſorum, v. g. ſuccinum, benzoi, &c. in liquorem redigunt. Alia autem minus Sulphurea aut reſinoſa corpora, ut ſalia fixa herbarum, ſaccharum & gummi Arabicum in Aquâ, ſolubilia intacta relinquunt. Menſtrua ſalina ſunt vel ſalia volatilia urinoſa aut alkalia fixa. Vel acida volatilia, aut fixa. In ſalium volatilium urinoſorum numero ſunt , quæ ſalibus urinoſis volatilibus turgent, & ab alkalibus fixis quodammodò differunt, qualia v. g. Sal Tartari volatile. C C. cruoris cervi, humani. Vrin. fuliginis &c. ſuperioribus alkalibus fixis longè potentiora. Fixa ſalia ſunt alkalia, ſeu ſalia purè ſalſa , ut ſal Tartari , abſynthii , Cichor. &c. Ac licet plus præcipitationi, quàm extractioni aut diſſolutioni inſerviant , cùm tamen valdè penetrantia ſint , his non ſolùm menſtrua aquoſa , ſed & Sulphurea pro extrahendis vegetabilium ſubtilioribus partibus acui & exaltari poſſunt ; Et prætereà corporum Sulphureorum, compedes ſolvendo juvant faciliorem illorum extractionem per ſpiritum vini, ut videmus in tincturâ Sulphuris Antimonii Tartariſatâ , lacte Sulphuris &c. *Ad Menſtrua Salino-acida ſpectant.* Aqua fortis, Aqua regia, Sp. Vitrioli , Nitr. Sal. comm. O. Vir. ær. & qui ex eorum pluribus ſimul mixtis ſummè corroſivi & penetrantes deſtillantur , unde corpora pleraque metallica facilè ſubeunt, illorum compagem & texturam diſſolvendo in partes minutas diſpeſcunt. Cùm enim omnia metalla cum ſpiritibus acidis & aliis ſalibus etiam purè ſalſis ſymbolizent , ideòque etiam ſalia vel ſalini acidi Spiritus , qui ſunt in menſtruo ſolvente metalli partes atomotenus ad ſe attrahunt , ſibique uniunt , & metallis menſtrua aliam formam externam induunt , & ita in liquorem redigunt, vel in pulverem aut ſaliformem ſubſtantiam. Hæc menſtrua acida contrà ceram , picem , & ſimilia non ſolvunt, contrà talia in oleo & pinguibus ſolvuntur. Atque hoc eſt , quod Dominus Autor Noſter vult cuique rei ſolvendæ vel extrahendæ ſymbolicum aut conforme menſtruum eſſe eligendum , cùm non quodvis cuivis extractioni conveniat , ſed certum certæ , ſulphureum ſulphureæ, ſalinum ſalinæ &c. Verùm, in quonam iſta ſymbolizatio ſeu convenientia conſiſtat , in diverſum abeunt Doctores. Quidam nudam ſubſtantiæ ſimilitudinem ſufficere ſtatuunt, ut quæ ſpirituoſa ſpirituoſis , quæ Sulphurea Sulphureis , quæ ſalina ſalinis ſint ſolvenda , & extrahenda , ut ſuprà indigitavimus. Alii contrà hanc rationem pro minus ſufficienti agnoſcunt , & non tàm ſimilitudinem ſubſtantiæ , quàm modum ſubſtantiæ hoc eſt, primò quæ pondera concernit , ut grave & leve ; deindè raritatem & denſitatem ac denique figuram corporis partium pro cauſâ ſimilitudinis aut conformitatis intellectum volunt. Cum quibus & ego facio. *vid. Sylveſter Rattray in tr. de Sympath & antipath.* Nam quod in phiolâ ſpiritus vini rubro colore tinctus ſupernatet , Spiritus terebinthinæ cæruleo imbutus colore proximum teneat locum , & hunc excipiat aquæ communis portio viridi perfuſa colore, terræ denique loco ſit ſcobs delimata , cauſa eſt gravitas & levitas dictorum corporum , ut ſi etiam violento agitentur motu, ut ne ullæ quidem horum corporum atomi ibi deprehendantur , ceſſante tamen agitatione unamquamlibet quatuor harum ſubſtantiarum locum ſuum naturalem mox repetere conſpicias , colligendo ſcilicet omnes ſuas atomos & eas revocando in maſſam adeò diſtincti ordinis, ut ne minima quidem permiſtio poſſibilis ibi amplius deprehendatur. Huc etiam refertur lucta inter aquam ſalſam marinam & dulcem elementarem. *Deinde* , Natura & Effectus quantitatis eſt, ut omnes res, quas circumſcribit , & in quibus reperitur, in unum cogat , quia formalis ratio quantitatis conſiſtit in indiviſibili, ex quo ſequitur , eam pluralitate non delectari , ideoque ex ſe ipſâ & ſuâ Naturâ ſnera & continua extenſio exſiſtit. Cujus primæ differentiæ Raritas [illegible] & Denſitas, quæ ſimilem in corporibus eodem cum illis gradu convenientibus effectum producunt , qui tamen abſque locali motu fieri nequit. Et ſecus ſi eſſet, qui fieret, ut aquei liquores tam promptè ſe ad invicem diffunderent, & tam exquiſitè ſibi commiſcerentur?

quomodo

quomodo aquæ particulæ in corporum interiora penetrarent & alterationes cierent, ſimili modo oleum oleo, ſpiritus ſpiritui vini &c. commiſcetur, & ſacchari vel ſalis moleculæ in aquam injectæ tam ſubitò, tamque perfectè in eâ diſſolvuntur, ut ipſæ penitus evaneſcant, & diſſociatæ partes à partibus aqueis quaquaverſum à fundo ad ipſam etiam ſuperficiem circumferantur. Contrà autem difficulter oleum & aqua, Mercurius & ſpiritus vini cum aliis diverſæ tenuitatis & denſitatis corporibus uniri poſſunt. *Tertia* ratio conformitatis corporum, quâ ſeſe amicabili vinculo conſtringunt, conſiſtit in figurâ, & texturâ æquali, ſed non ſine motu etiam locali. A motu enim eſt, quod una pars materiæ agat in aliam, eſtque ut plurimum textura corporis, quod partes moventes feriunt, quæ motum & impreſſionem modificant, cumque eo ad productionem iſtorum effectuum concurrit. Et ſanè ſi perpenderis, inquit Nobiliſſ. Anglus Robertus à Boyle in paradox. chymic. quouſque vel mera texturæ mutatio, facta vel ab Arte vel Naturâ exporrigere ſeſe poſſit in novis ejuſmodi qualitatibus in unâ eâdemque materiæ portione producendis, quodque omnes chymicæ productiones non tàm à formâ ſubſtantiali, quàm ab harum qualitatum aggregato denominari ac diſtingui, ſi, inquam, hæc perpenderis, quodque variatio vel figuræ, vel molis, vel motus, vel ſitus, vel nexus corpuſculorum, unde ullum horum corporum componitur, mutare fabricam ejus poſſit, forſan unà mecum induceris ad ſuſpicandum non adeo neceſſarium eſſe, ut Natura ſemper habeat in promptu Elementa, aut tria Prima, unde talia corpora, quæ mixta vocamus, componat. Non enim illicò ſequitur, ſi virtus alicujus medicamenti extrahitur aquæ aut ſpiritus vini ope, eam in ſale vel Sulphure concreti reſidere, eò quod niſi prius corpus fuerit reſolutum ab igne aut aliquo alio potenti agente, ut plurimum in dictis corporibus liquidis largietur potius ſubtiliores partes compoſitas ſui ipſius, quàm elementares. Et uti ſuprà innuimus, Aquam non modò pura ſalia diſſolvere, ſed & cryſtallos Tartari, gummi A. Myrrham, bdellium & alia concreta. Vti etiam olea quædam non modò oleoſa & Sulphurea, ſed etiam ſalina diſſolvunt. Sulphur promptè poteſt oleo terebinthinæ diſſolvi, licet æquè innato ſuo acido ſale ac vero ſulphure abundet, teſtante illud ipſum magnâ ſalini liquoris copiâ, quam campana vitrea largitur. Extracta ſpiritu vini parata non purè Sulphureæ naturæ, aut illorum corporum, ex quibus extrahuntur, Sulphura ſunt, ſed & ipſa valdè diſcrepantibus qualitatibus ſunt inſtructa juxtà particularium corporum ea largientium naturam, figuram, & texturam, ut ſatis cauſæ ſit ſuſpicandi, vel ipſum ab aromatibus, herbis, aliiſque minus compactis vegetabilibus ſubſtantias, quæ perfecta Sulphura non ſunt, ſed & alia mixta corpora, ut deſtillatio docet, per ſe extrahere, vel portionem aliquam materiæ poſſe abſque eo, ut cum novis ingredientibus componatur, mediante texturæ, figuræ & motus minutarum ejus partium mutatione facile ignis adminiculo novis qualitatibus imbui, magis ab iis, quas antea poſſidebat, diſcrepantibus. Quemadmodum enim videmus, cum lapides Vitriolo abundantes aquâ pluviali ſæpè fuère madefacti, liquorem tunc pulchram ac tranſparentem ſubſtantiam in vitriolum coagulabilem elicere, attamen licet hoc vitriolum promptè in aquâ diſſolvi poſſit, non eſt tamen verum ſal elementare, ſed corpus valde heterogeneum; ſimili ratione, quamvis extracta videantur quodammodò Sulphureæ naturæ affinia, alias tamen etiam obtinent ſubſtantias, quæ Sulphureæ naturæ non ſunt, ſed etiam ſalinæ vel alterius corporis, prout eſſentiæ peculiari modo ex Extractis paratæ liquidò declarant. Si demum Menſtruum diſſolvens corpori diſſolvendo aut diſſoluto ratione ſimilitudinis ſubſtantiæ correſpondere debet, qui fit, quod metalla nonnulla à quovis liquore acido facilè corrodantur, interim alia, ut ☉ & Lun. à ſolvente peculiari reſerari poſtulent? Sic v. g. Aqua fortis Lunam, Sole intacto arrodit, addito ✱ fit proprium aurum diſſolvens relicto argento. *Thom. Willis in tr. de fermentatione Cap. 9.* hanc cauſam reddit, argent. & aurum compactiora eſſe metalla à terreſtri materiâ plurimum defecata, quare non à quolibet ſolvente, ſed ab ejuſmodi tantum menſtruis, quæ ſale cum iſtis homogeneo conſtant, in partes frangi. Cùm igitur Lunæ compages à ſale Vitriolico dependeat, & ☉ à ſale ammoniaco, hinc aqua fortis, quandiu Vitriolicâ pollet virtute cum ☽ ſale combinatur, ideoque compagem ejus recludit; veruntamen ☉ concretionem, quæ à vinculo heterogeneo dependet, minimè laxat, quod ſi huic menſtruo ✱ addatur, vitriolici potentia deletur, & ſolventis ſpicula ſalina Lunâ intactâ ſolummodo Soli adaptantur. Verùm, ſi primò hujus phænomeni ratio in corporum firmitate conſiſteret, quâ aliud eſt compactius altero, argentum compactius ferro, aurum compactius argento &c. Cur Aqua regia non ſolvit argentum atque ut aurum magis compactum metallum? Diverſitatem ſalium prætendis; dum Luna ſal vitriolicum, ☉ ſal ammoniacum habet compactum; ſed, quis unquam quæſo vel ex ☉ fixiſſimo corpore vel ex ☽ aut alio corpore metallico igni expoſitis in operationibus etiam violentiſſimis ſal extrahere potuit? Ejus enim conſtituentia adeò arctâ ſibi invicem ſunt unita, ut in maximâ etiam ignis torturâ deprehendamus ipſi ne quidem ſuæ fixitatis aut ponderis quippiam perire, nedum ut vel mica ſalis inde extrahi poſſit. Quare & ſuprà citatus Robertus à Boyle l. c. nunquam, inquit, Sal ☉ conſpicere mihi datum, nec ex ullius fide digni autoptæ teſtimonio habeo, tale quid unquam in naturâ ſeparatum fuiſſe. Et quod Argentum attinet, nunquam mihi videre contigit, ullum ignis calorem adigere illud potuiſſe, ut ſal ſuum dimitteret, quomodo igitur in Lunâ vel ſal Vitriolicum, in Sole ſal ammoniacum prædominabitur? quæ non inſunt nec unquam inerunt aut infuerunt. Eadem eſt ratio de gemmis. Licet etiam ſpirituum corroſivorum, qualis Aqua regia & Aqua fortis, ope in liquorem ſalinum redacta Lunaris, ſolaris, vel gemmarum ſalis larvam induant, tamen perito ac rigido facto examine ab involucris ſalinis ſpoliata priſtinam iterum vel ☉ vel ☽ &c. exhibent formam, quamvis nulla horum in patiendo facta ſubſtantiæ alteratio, aut ponderis diminutio. Hæc cum ita ſint, alia ſubſit ratio neceſſe eſt. Et res altius erit expendenda; Cum autem unaquæque corporum ſpecies propriam ſibique convenientem affectet figuram, quæ juxtà materiæ varium concurſum, motum & quietem retineatur vel mutetur, (ſic Natura geometrizat) etiam ſalibus hanc non deeſſe inclinationem ſtatuimus cum *Nobiliſſ. Digbæo ex Gaſſendo.* Hi enim licet diſſoluti, coagulati, & diverſimodè permutati, ſingulis tamen ſolutionibus & coagulationibus peractis ſemper ad priſtinam & naturalem ſuam figuram redeunt, & unaquæque atomorum ejuſdem ſalis ſemper eandem & propriam ſibi figuram repetit. Sal communis abit in cubos quadrangulares, Sal Nitri in columnas ſexangulares, Sal armoniacus in ſexagonos, Sal urinæ in pentagonos, Vitriolum in quadragonos. Et ita etiam cum cæteris ſalibus comparatum eſt. Nec hæc ſufficiunt, ſed & ipſa ſubjecta, in quæ dicta ſalia operantur, pro figuræ varietate etiam variant. Sic notum eſt, ſi ſuper cap. mort. alicujus Aqua inde deſtillata vel ſpiritus per cohobium affundatur, Eam à cap. mort. facilè imbibi & ſtatim cum eodem uniri; Contrà verò ſi alia ſuperinfundatur aqua, Eam ſupernatare & magnum, ut in unum corpus coaleſcat, faceſſere negotium. Cujus ratio eſt, quod ſcilicet aqua deſtillata, licet corpus homogeneum, & multis tamen diverſæ naturæ & diverſæ hoc etiam figuræ corpuſculis compoſita ſit. Atomi verò hæ actione ignis ex cubilibus ſuis & quaſi lectis exactiſſimè earum extenſioni adaptatis propulſæ, quando antiqua domicilia hoc eſt, poros illos cap. mort. quos vacuos reliquêre, repetunt amico admodum nexu iterum conjungantur, & quaſi commenſurentur. Dari autem differentis figuræ poros in corporibus, quæ homogenea eſſe videntur, modo laudatus *Digbæus* probat per ſolutionem ſalium diverſorum ratione figuræ in Aqua factam. Quando, inquit ille tantum ſalis communis, quantum aqua capere poteſt v. g. libram unam in eâ ſolvas, & tantum unicum ejuſdem ſcrupulum libræ dictæ ſuperaddas, eum integrum in fundo inſtar ſabuli relinquet: nihilominus tamen multum adhuc ſalis Nitri diſſolvet, etſi aqua non amplius in ſalem Nitri agit, tantum adhuc ſalis ammoniaci ſolvet, & ita cum reliquis diverſæ figuræ ſalibus comparatum eſt. Hæc ſi ad rem præſentem accommodemus, videbimus Menſtruorum actionem etiam pro illorum & diſſolvendorum externæ figuræ varietate variare, ut, quæ ejuſdem figuræ, facilius commiſceantur, & potentius coaleſcant, & contrà, quæ diverſæ figuræ, etiam difficulter in unum ſubigantur. Vnde præter motus modificationem certam partium etiam determinata figura correſpondens poris corporis ab illis diſſolvendi requiritur. Quod igitur Aqua regia intacto argento aurum ſolvat, & contra Aqua fortis argentum relicto auro cauſa eſt diverſorum ſalium in utriſque externæ figuræ varietas, aliam enim figuram obtinet Sal Nitri & Vitrioli, aliam Sal ammoniacum, illud in argento invenit domicilium, hoc autem in auro ſuas theculas, ſalium illorum atomi vi ſuâ corroſivâ illa ſubjecta agitando quàm antea capaciora & fluidiora faciunt, ut relicto liquoris fundo liberè quaquaverſum ad ipſam quoque ſummitatem unà cum ſociatis liquoris partibus ferantur, nec ad fundum relabantur, niſi per præcipitationem ab iſtiuſmodi corroſivis inquilinis liberati in priſtinam auri vel argenti redeant formam. Quemadmodum videmus tùm ex ipſo butyro Antimonii ſolùm tùm ex butyro Antimonii & menſtruo illo, cujus beneficio facilè primâ aut ſecundâ deſtillatione tantùm ☉ per alembicum traduci poteſt, quantum ad deſtillatum liquorem duraturo colore aureo tingendum ſufficerit, licet eâdem ſubſtantiâ & pondere Mercurius, Antimonium & aurum perito examine inde iterum repetantur. Vt enim corpora quarundam rerum teſte experientiâ permanentium in ſui pulvere & ſoliditate homogeneâ & inſeparabili patiuntur in ſui diſſolutione actionem à diſſolvente, ita quoque viciſſim diſſolvens patitur à diſſoluto ſine ullâ interim corporis immutabilis participatione. Sic nempe diſſolventia mutantur, licet diſſoluta nequidquam

quam de ſui materiâ aut ſubſtantiâ perdiderint. *Sic* v. g. ſi Aquam Regiam deſtilles ab ☉ ſoluto, ejus ſalia coagulantur cum auro & manent ambo in fundo ſalis formâ. Et quicquid inde deſtillatur eſt mera aqua. Dictum Sal ſi lavetur, fit niger pulvis, qui facilè in priſtinum aurum eodem pondere reducitur, quo anteà fuit. Si verò aquam ablutionis deſtillaveris, coagulabuntur in fundo cryſtalli ex ✱, Vitriolo & Nitro. Atque hæc de MENSTRVORVM Naturâ ſufficiant.

¶ Inter alia autem menſtrua famoſiſſima ſunt. 1. Spir. vini 2. Aq. vitæ Tart. Quercetani. 3. Aq. temperata Baſilii. 4. Acetum Philoſophicum Quercetani. 5. Menſtruum univerſale, aqua cælica Lullii dicta, de quibus paucis diſſerere placet.

HOFMAN. *Inter alia autem menſtrua famoſiſſima ſunt 1. Spiritus vini.*) Hic quomodo pro menſtruo genuino præparari debeat, vide infrà Libr. IV. de vino ſect. 3.

¶ 1. *Spiritus Vini.*

Spiritus vini menſtruum adeo famoſum eſt, ut quoque catholicum nonnullis dicatur. Adhiberi ſolet, ubi ſimpliciter menſtrui mentio facta fuerit. Verum enimvero, num in extractione purgantium commodè adhibeatur, non immeritò dubitatur: anſam dubitandi præbet natura illius ſulphurea, quæ parti ſalinæ extrahendæ, quali purgatrix facultas inhæret, minus commoda eſt: Rationi huic adſtipulatur experientia, quâ conſtat, vim purgatricem, quam Spir. vini intactam reliquit, poſtmodum alii paruiſſe menſtruo. Epropter cum farrago ſat copioſa menſtruorum ſuppetat; quæ non modò minus ſunt laborioſa ac minus pretioſa, ſed & purgantibus qualitatibus extrahendis commodiora, ſatius erit loco Spir. vini laborioſi ac pretioſi aliud quoddam menſtruum eligere, e. gr. aquam deſtillatam convenientem.

Adhibetur Spir. vini tùm ſimplex; tùm acuatus. *vide lib.* 4.

HOFMAN. *Adhibetur ſpiritus vini tùm ſimplex, tùm acuatus.*) Sic ſpiritus vini acuitur cum ſale volatili urinæ ſeu ſp. ✱ ſalſo pro tincturâ Lunæ, ſmaragdi. Lapid. Lazuli &c. item cum ſpiritû roris majalis & urinæ an. cum Sal. comm. centrali. Cum hoc extrahi poſſunt multa, & acui poteſt. * In Indiâ Orientali proſtat liquor inſtar aquæ ſimplicis, qui aurum inſtar ceræ reddit ductile, ut teſte *Maiero* Rex Indiæ catenam habuerit auream jucundo ſpectaculo propriis manibus ex illâ aquâ confectam.

¶ N. *Sunt qui Spir. vini crebris deſtillationibus per ſerpentinas, id eſt, ſerpentales canales deſtillatum & in ſubſtantiam pinguem redactum, circulatum majus Paracelſi eſſe volunt, ſed male.*

2. *Aq. vitæ Tartariſata Quercetani.*

HOFMAN. *Aq. Vitæ Tartariſata Quercetani.*) Hæc diverſimodè præparari poteſt, vel ex Tartaro communi ad cœrulitatem calcinato vid. l. c. Libr. 4. vel ex Tartaro philoſ. quod ex farmentorum lixivio paratur de quo vid. Tenzelius in exegeſ. p. 687. De Aquâ Temperatâ Baſilii vid. etiam infrà Libr. IV. de Vino.

¶ Quercetanus inter Medicos Hermeticos haud poſtremus, peculiaria prædicat menſtrua, quæ tamen ſibimet reſervavit. Inter hæc ſunt Aq. vitæ tartariſata ac acetum philoſophicum. De Aq. vitæ Tartariſata in *Pharmac. reſtit. cap. 26. Hactenus,* inquit, *haud dubiè animadvertiſti in variis ejuſmodi purgantibus Extractis, varia quoque menſtrua & diſſolventia apta tamen & congrua à nobis uſurpari, & quorum magni & egregii effectus abundè ſatis patebunt. Sed verus & peritus Chymicus qui ingenioſa quadam arte & induſtria ſciverit præparare Aquam vitæ tartariſatam, hujuſque perfectam cognitionem adeptus fuerit, is poterit inde eruere diſſolvens quoddam ſive menſtruum generale, quo extrahet Eſſentias omnium rerum purgantium, radicum, foliorum, herbarum, ſeminum, fructuum, & florum: is inquam verè gloriari poterit, de ſummo & elegantiſſimo naturæ myſterio, de quo non licet plura addere, ne juſtam doctorum iram & reprehenſionem incurram, &c.* Hæc Quercetanus de ſua Aq. vitæ tartariſata, cujus præparationem nullibi expreſſe tradidit, niſi intellectam velis Aq. vitæ ex hydromelite Tartariſato prolectam, de qua in Pharmacop. cap. de Hydromel. hæc habet: *Ex commemorato malvatico vino noſtro artificiali* (i. e. hydromelite) *extrahitur præſtantiſſima Aq. vitæ, vino longè accommodatior ad eliciendas rerum eſſentias.* Sit ut ſit, parum cedere videtur, niſi prorſus eadem ſit ut (ut multi opinantur,) ea ſcil. quam dabimus *l. 4. Cl. 2. de vino.*

3. *Aqua temperata Baſilii.*

Occurrit itidem de menſtruo hoc Baſiliano varietas non parva. In hoc tamen conveniunt omnes, quod ex Spir. vini originem trahit; quem alii acuunt ſale communi, alii ſale ſarmentorum, alii ſpiritu ſalis, de quibus plenius lib. 4. de Vino.

4. *Acetum Philoſophicum Quercetani.*

HOFMAN. *Acetum Philoſophicum Quercetani.*) Hermeticis Azoth dicitur, item Lac virginis, ſine quo nihil ſolvitur, nihil deſtillatur, fermentatur, coagulatur nec in Lapidem converti poteſt. Norton. in Cathol. Phyſic. p. 15. Rhumel. in Antidot. p. 101. ex * Sublimati ℥ß. cum Acet. diſt. lib. j. præparari putat pro ſolutione metallorum & mineralium. Alii quærunt ex aliâ materiâ, vid. Ioſ. Quercetan. in antidot. Zoophilo. it. in Tetrad. c. 31. p. 403. idem ibid. p. 407. & 410. idem in Pharmacop. Mineralog. c. 11. p. 687.. Nonnulli cum Baſil. Valent. in curr. Triumph. Antim. p. 221. Acetum philoſ. parant ex aq. pluviali ſupra Antimon. putrefact. Ex his omnibus allegatis juſtam tamen ſtatuimus Domini Autoris Noſtri conjecturam.

¶ Aceti ſui Philoſophici crebrò meminit Quercetanus, eique primas inter aceta tribuit. Verum adeo ænigmaticas illius reliquit deſcriptiones, ut mentem genuinam vix aſſequi liceat. *Acetum Philoſophicum,* inquit, (in tetrad. de antidot. ζωοφίλῳ) *ex acido liquore roris ſeu mannæ cœleſtis, cum eâdem met minerâ per digeſtiones, & fermentationes Philoſophicas fit & præparatur,* & paulò poſt, *componimus & conficimus,* inquit, (*acetum Philoſoph.*) *ex mixtione & convenienti proportione, fermentatione ac unione aëreæ aciditatis animalis, & mercurialis acoris aquei, cùm vegetabili terreſtri.* Hæ ſunt deſcriptiones à Quercetano relictæ, quarum obſcuritas diverſas peperit interpretationes, adeoque diverſas aceti illius præparationes. Libavio fit ex rore martio & mannâ: aliis fit, ex mellis & ſalis liquefacti an. ℔. 1. Acet. diſt. ℔. ij. quæ digeſta ſimul deſtillantur cum rectificatione aliquoties reiterata. Modum utrumque etſi non penitus rejiciam, attamen neuter mentem Authoris ſatis explicaſſe videtur. Nimirum ſecundum hunc acetum Philoſophicum fieri colligitur, ex aceto hydromelitis vinoſi, & ſale Tart. vel proprio ſale. Etenim mel, quid aliud eſt, quam ros ſeu manna cœleſtis, induſtriâ apum [unde & animale audit] congeſtum? Hinc ipſemet Quercetanus, rejectis aliis acetis, verbi gratia, è vino & ſimil. utpote quæ ad ſolutionem & extractionem rerum metallicarum inidonea ſint, præfert aceto hydromelitum vinoſorum, ſcil. quæ cum manna cœleſti, naturam animalem percurrerunt, & præter vegetabilem induerunt. *Vide Tetrad. pag. mihi* 406. Idem Quercet. *in Pharmacop. reſtit.* ubi in deſcriptione theriacæ de melle agit, Mel produci & elaborari ait ab apibus, quæ ſolummodo paſcuntur mannâ cœleſti, & ex floribus odoriferis ſuaviſſimis & delicatiſſimis ſuccis alimentum exſugunt.

Per terreſtre vegetabile Vini tartarum intelligi ex eo liquet, quod vinum omnium vegetabilium nobiliſſimum facit, adeoque κατ' ἐξοχὴν vegetabile vocari air.

### 5. *Menſtruum Univerſale.*

De Menſtruo univerſali ſatius eſſe duco tacuiſſe, quam aliquid incerti tradidiſſe: Veruntamen non poſſum quin moneam, poſthabitis rebus particularibus, ad ſubjectum univerſale eſſe aſpirandum, idque quærendum, non quale pedibus calcatur, ſed quatenus Veſta ea eſt nitidiſſima, id eſt, tartareâ veſte in voluta.

HOFMAN. *De Menſtruo univerſali ſatius eſſe duco tacuiſſe.*) *A Theophraſto Paracelſo, Cl. Helmontio, Glaubero Alkaheſt vocatur*; Optandum foret, ut liquorem illum celebrem poſſideremus, quem ob inſignem in reſolvendis corporibus vulgari igne invictis efficaciam ignem gehennæ appellant, de quo *HELMONTIUS* memorat, ſe hoc ipſo Metalla, marcaſitas, Lapides, vegetabilia & animalia & quævis corpora, imò ipſum vitrum & omnia in univerſo mixtorum corporum genera in ſubſtantias ſimilares abſque ullo Cap. mort. diſſolvere potuiſſe. Ex quo autem ſubjecto elaboretur, Doctores inter ſe valde diſcrepantis ſunt ſententiæ; Alii quærunt in Nitro, alii in Tartaro, alii in Nitro & Tartaro, nonnulli etiam in Sale centrali, Sale univerſali Mundi; non deſunt etiam, qui ex terrâ magicâ virginali ſubjecto quamvis ſordido quærunt, *Thom. Willis in tr. de Fermentat.* cap. 9. planè dubitat, licet Nobiliſſ. *HELMONTIUS* ſe arcanum hoc proprio labore eruiſſe jactitet, & quotidiè nunc chymiæ *Adepti* in hanc metam adſpirent, tamen licet hæc hypotheſis multorum animos habuerit ſollicitos, multas chymicorum curioſorum fornaculas calefecerit, tamen plurimos in hoc opere ſpes & votum fefellerunt. Præterea nunquam fuit, qui vidiſſe ſe talem liquorem aſſeverare potuerit. Quin ipſe *HELMONTIUS* ſibi contrarius eſt, qui alio in loco reſolvi in limpidam aquam corpora ſtatuit dicto liquore alkaheſtino, & alio dicit fæces ſubſidere. Et ſi rem ipſam conſideres, inquit eruditiſſimus *D. MORHOFIUS in epiſtol. de metallor. tranſmutat.* Naturæ rerum repugnare videntur; diſtinctæ enim ſunt liquidarum & conſiſtentium rerum naturæ, ac licet hæ nonnunquam per illas vinculis, quibus cohærent, exſolventur, ut diſſipatæ oculorum aciem effugiant, nunquam tamen inter ſe commutantur, nec ab illis principium ac originem trahunt.

### *Modus parandi Extracta.*

HOFMAN. *Modus parandi extracta.*) ratio compoſitionis Extractorum hæc eſt; comminutum ſcilicet medicamentum tàm ſimplex, quàm compoſitum in matracio perfunditur ſuo ſpecifico & appropriato menſtruo ad quatuor tranſverſorum digitorum exceſſum, prout Medicamentum valdè ſiccum eſt, vel non, in loco, calido per duos aut tres relinquitur dies, uſque dum color, odor, ſapor arguat, aſſumptam ſic appellatam eſſe Eſſentiam. Tunc illud, quod ſaturatum eſt, per decantationem in aliud vas transfertur, & reliquiis affunditur novum aliud, uſque dum tota vis Medicamentoſa ſit extracta. Quibus peractis decantati liquores omnes in MB ponuntur & ſeparantur à facultate medicamenti, quod craſsiuſculum exiguâ quantitate in fundo vaſis remanet.

¶ ℞. Materiæ, ex qua Extractum parare libet, q. v. para ad infuſionem groſsè pulveriſando, ſcil. incidendo, radendo, & ſimil. hinc affunde menſtruum, (e. gr. Spir. vini) ut ſupereminear digit. (2. 3. 4.) repone in teporem (MB. cineris, fimi, &c.) Extraheque ſ. a. Tandem depletiones omnes confunde & abſtrahe l. Ign. (gr. MB.) ad conſiſtentiam debitam.

N. 1. *Extracta cum menſtruis nondum abſtractis, confuſa, Tinctura dicuntur.*

N. 2. *Crebriora ſiunt hujuſce Extracta ex purgantibus, rariora, ex alterantibus, quippe horum ſucci loco ac titulo Extractorum, eſſentiarumvè fere aſſervari ſolent.*

### *Sic parantur Extracta:*

EX MINERALIBUS, modo jam deſcripto, uti patet, *lib.* 3.

N. *Extracta mineralium pleráque Tincturæ nomen retinent, de quibus infra.*

EX VEGETABILIBUS, ſcilicet 1. *ex herbis, 2. floribus, 3. ſeminibus, 4. fructibus, 5. radicibus, 6. lignis & corticibus, 7. aromatibus, hinc 8. ex reſinis, 9. ex gummatis.*

*I. Herbarum* Extracta ſunt rara, quippe (uti dictum,) ſucci eorum loco proſtant. Fieri tamen poſſunt.

1. Modo generaliter dato, ex herbis ſcil. ſiccis.

2. Ex ſuccis inſpiſſatis: (ſi ſubtiliora Extracta expetis, ) cum Aq. ſua propria dephlegmata (ſpiritu) quod Extr. dein filtrandum & ad conſiſtentiam redigendum.

3. Quercetanus ℞. Herbas virides, conquaſſat, elicitque Aquam leniter deſtillando VB. Fecibus omnino ſiccis, (nihil tamen aduſtionis redolentibus, ) & in pulverem groſſum redactis, affundit Aq. illam deſtillatam, extrahitque ſ. a.

*II. Florum* Extracta in ſpecie ſic dicta, rara itidem ſunt. Succi econtra expreſſi inſpiſſatique (qui communiter Extractorum ac Eſſentiarum nomine veniunt) crebriores; de quibus in ſuccis agitur.

### *Extracta prioris generis ſiunt.*

℞. Flores vel gemmas (e. gr. hypericonis) incide ac affunde Spir. vini rectific. ut undique madefiant, macera (♂ 8.) dein exprime. Expreſſionem purifica per digeſtionem ac ſubſidentiam (non cum albumine ovi, quod in omnibus tincturis, in quibus aliquid reſinæ latitat, benè notandum.) Partem puriorem à fæcibus decanta; Spir. vini deſtillando abſtrahe; remanentemque tincturam coagula ac ſerva. Sic paratum uſuale eſt Extractum, ſeu Eſſentia Croci, quæ nonnunquam Tincturæ titulo venit.

N. *Fieri itidem poſſunt cum aquis propriis, vel alienis, convenientibus tamen, præcipuè ſi acidulæ eæ fuerint redditæ guttulis aliquot ſpiritus Tartari, vel Vitrioli.*

HOFMAN. *Fieri itidem poſſunt cum aquis propriis vel alienis &c.*) cum etiam aquâ pluviali vel fontanâ ex floribus, vel herbis ſiccis mediante coctione, colaturâ & depuratione interveniente juſtæ conſiſtentiæ ſapa fieri poteſt, quæ etiam extracti vicem ſuſtinebit. Sic fieri poſſunt extractum fl. papav. rh. herb. abſinth: radic. cichor. &c.

¶ *III. Seminum* Extracta eodem cum reliquis parantur modo, beneficio Spir vini.

*IV. Fructuum* Extracta [propriè ſic dicta] rariora itidem ſunt, crebriores ſucci inſpiſſati, quæ veniunt nomine ſaparum, rob. mellium & ſuccorum. Fieri nihilominus quoque poſſunt, ex fructibus ſiccatis per Spir. vini, vel quod melius, cum ſua propria Aqua vitæ, (ſpiritu) quæ poſtmodum abſtrahitur relicto Extracto in conſiſtentia mellis. *Quercetanus in Pharmacop. reſt.* Sic fiunt Extractum baccar. juniperi, baccar. lauri. Vide & Tincturas.

*V. Radicum* Extracta uſualia pleraque ſunt ſucci, ſufficit enim ſi ſucculentæ eæ ſunt, faciliorisque expreſſionis, (non mucilaginoſæ) ſolummodo coquere, exprimere ac inſpiſſare: Nihilominus tamen parari quoque poſſunt extracta ſubtiliora; nimirum.

1. Ex radicibus minus ſucculentis, modo generaliter dato cum Spir. vini parantur.

N. *Querſetanus in Extractis bezoardicis parandis adhibet ſpiritum juniperi, abſtractamque Aquam (in inſpiſſatione) reſervat pro uſu ibidem bezoardico.*

Sic fiunt Extracta Angelic. Ariſtoloch. Enulæ, Gentian. (cujus ſuccus magis uſualis eſt) Imperatoriæ, Pæoniæ, Tormentillæ, Zedoariæ.

2. Ex

5. Ex radicibus ſucculentis ac mucilaginoſis, fit 1. Succus inſpiſſatus, hinc ex ſucco ſeu mucilagine inſpiſſata, ſ. a. cum Spir. vini extractum confic. Sic paratur Extractum Symphyti.

Huc referre licet & ſuccos, qui digeſtione rubicundiores evaſerunt, ideoque ſanguinis titulum nacti ſunt, vel Mumiæ.

♃. Radicem ſucculentam quamcunque vis, purifica optimè, contunde ac exprime ſuccum; hunc phiola digere calore MB, donec in rubeum convertatur colorem. Materiâ in rubedinem conversâ, omnique hypoſtaſi ſive craſſamento ab ea ſeparato, ſeparetur liquor, qui colore albo inde deſtillabitur, extracto in fundo remanente ſub forma ſapæ rubicundæ. *Quercetanus in Pharmac. reſtitut. c. 26.* Sic fit Extractum ex radice Hyoſcyami, cujus uſus eſt in anodyni cujuſdam & laudani compoſitione. Sic paratur & Extractum Eſulæ.

N. *Ex radice Symphyti & Satyrii ſimili ferè modo Extracta ſanguinea ſeu ſanguines eliciuntur. Nimirum pulpæ illarum cum pane ac vino vel Sp. vini digerantur, defecentur ac inſpiſſentur. Verum enim vero non Extracta, ſed ſucci ſcil. propriè dicendi ſunt. Vide ſuis locis lib. 4.*

*VI. Lignorum & Corticum* lignoſorum Extracta, duplicis generis ferè acquiri poſſunt, Viſcoſum ſcil. ac Reſinoſum.

Viſcoſum, quia naturæ eſt aqueæ, nihil aliud eſt quam ſuccus inſpiſſatus, eapropter & menſtruo paret aqueo, coctioneque interveniente faciliimè elicitur.

Reſinoſum (reſina, gummi alias) ſulphureo felicius obedit menſtruo, in quo excellit Spir. vini, quem aquæ admiſcere fas eſt.

*Modus eliciendi extracta reſinoſa, ſeu Gummata.*

♃. Raſur. ligni (v. g. Guajaci) q. v. (℔. 7. 8.) affunde Spir. vini optimum, (ex vino, fecibus vini, vel hydromelite vinoſo,) digere vitro clauſo VB dies (12. 15.) & rubeſcet; deinde exprime fortiſſime, ut egrediatur quoque liquor ſpiſſus rubicundus & oleaginoſus. Hinc fiat abſtractio, donec materia in fundo maneat, in conſiſtentia mellis, bulliendoque bullas emittat, non ſecus ac mel ipſum. Tunc calentem materiam effunde in Aq. frigidam, & coagulabitur inſtar aloës, aut gummi rubei. *Quercetan. Pharmacop. reſtit. c. 26.*

N. 1. *In conficiendis hujuſce generis extractis, non incongruè loco Spir. vini adhibere quoque licet hydromel quoddam vinoſum, aut Aquas ſtillat. convenientes, v. gr. Aq. ulmariæ, cardui benedicti, fumariæ, & ſimilium, quas tamen acidulas reddere oportet cum ſucco Limonum aut ſimili. Quinimo & ſola fontana interveniente ſufficienti coctione, reſinoſum extractum elicere potis eſt.*

N. 2. *Idem Extractum cum Spir. vini rectificatiſſ. allectum, præcipitatur nonnunquam affuſione Aquæ, diciturque Magiſterium, ut Magiſterium Cinamomi, Ialappæ, &c.*

*Extracta Viſcoſa.*

♃. Raſuram ligni q. v. coque cum aquæ quant. ſufficiente, hinc exprime, clarifica & inſpiſſa q. ſ.

*VII. Aromatum*, Extracta ut eo promptius obediant, Spir. vini nonnihil addere convenit, v. gr. ♃. Caryophyllor. groſsè contuſ. ℥ ij. Aq. ſtill. ℥ xii. Spir. vini ℥ iv. macera vaſe clauſo. Dein exprime, clarifica per digeſtionem, abſtrahe aliquantulum in MB, (ob ſpiritum qui primum extillat) reliquum evaporationi ſine ad conſiſtentiam debitam. Eodem modo fieri poſſunt & Extracta ex aliis aromatibus, v. gr. ex calamo aromatico, cardamomo, cubebis, cinamomo, &c.

HOFMAN. *Abſtrahe aliquantulum in MB. ob ſpiritum, qui primum exſtillat.)* Spiritus, ſi fuerit aromaticus, & balſamicus, pro alio uſu reſervari poteſt, vel extracto etiam denuò admiſceri poteſt, ſi in formâ experatur liquidâ pro eſſentiâ guttatim propinandâ.

¶ *VIII. Reſinarum* extractio non niſi depuratio eſt, qua Reſinæ in Spir. vini rectificatiſſimo ſolvuntur, colantur, ac demum abſtracto Spir. vini inſpiſſantur, vel affusâ aquâ, quâ ſulphurea Spir. vini natura diluitur ac debilitatur, præcipitantur. Et hæc nonnunquam titulo Magiſterii veniunt, aut Reſinæ, e.g. Reſina vel Magiſterium ſcammonii, & ſimil.

*IX. Gummatum.* Extracta ſunt portiones gummatum, tum viſcoſæ, tum reſinoſæ ab invicem ſcil. ſeparatæ. Convenit igitur hæc ſeparatio iis ſolum, quæ parte viſcoſâ ac mucilaginoſâ ſimul conſtant, ut ferulacea; ſitque, ♃. Gummi aliquod ferulaceum, ſolve lento calore [præſtat in cucurbita cæco alembico occluſa, vel vaſe ſimili,] ſolutum ac depuratum. repone aliquot diebus, & ſubſidebit pars reſinoſa. Hinc decantetur liquor turbidus à reſinoſa parte ſubſidente (clarificeturque ſi opus) depurando cum albumine ovi, vel per linteum colando, ut clarus evadat, dehinc inſpiſſetur leniſſimo calore VB. Sic habes Viſcum, i. e. Extractum viſcoſum.

Reſinoſa illa ſubſiſtentia lento quoque calore exiccata, exhibet reſinam, i.e. reſinoſum Extractum.

N. *Extrahit quoque Reſinam Spir. vini rectificatiſſimus.*

In ANIMALIVM familia extracta ſuppeditare poſſunt partes carnoſæ, quæque his aſſimilatæ membranoſæ, v. gr. Matrix. Hinc ſtercora, fella, oſſa, cornua.

*Ex carnibus*, carnoſiſque partibus fieri poſſunt Extracta, ſi lotæ exiccentur atque cum Spir. vini, vel ſimili appropriato ſpiritu extrahantur, poſtmodumque ad conſiſtentiam debitam inſpiſſentur.

N. 1. *Præſtat, ſi primum antequam exiccantur, in Spir. vini myrrhâ eſſentificato, aliquot ♂ macerentur. Vide Extractum ſplenis bovis, libr. 5. Item Extractum mumiæ humanæ, libr. 5.*

N. 2. *Quercetan. Pharmac. reſt. cap. 26. inſpiſſat decocta, additque appropriata, (vide ſupra in decoctis,) atque ita Extracta carnoſa parat.*

*Ex ſtercoribus animalium* ſi quæ Extracta parare animus ſit, per Spir. vini id optimè perficies, quippe hic fœtorem corrigit.

*Ex fellibus.* ♃. Fella exiccata, extrahe cum Spir. vini, *vide in Bove l. 5.*

*Ex oſſibus.* ♃. Oſſa (v. gr. 2. vel 3. crania recentia) tere craſſo modo, affundeque aquam vitæ, (juniperi ſeu ſalviæ,) ut (dig. 4. 5.) ſupernatet, digere vaſe accuratiſſimè clauſo, (♂ 12.) poſt coletur & exprimatur fortiſſimè. Sic liquor exibit rubicundus inſtar ſanguinis, qui oleoſus & reſinoſus erit. Iterum affundatur fæcibus novum menſtruum, digerendo, (♂ 4. vel 5.) cola & exprime. Expreſſos liquores deſtilla in alembico, donec remaneat Extractum in forma Sapæ. *Quercet.*

N. *Digeri & depurari poterit.*

*E cornibus.* Extracta cornuum fiunt è teneris (cervorum) cornibus, vel è cornibus etiam induratis, ſed adhuc recentibus, mediante itidem Aq. vitæ appropriatâ, quæ acidula prius reddita ſit cum liquore

Sulph. acidulo. *Quercetan. Pharmacop. reſt. cap. 26.*

N. *Extracta in Syrupos rediguntur, addendo poſt clarificationem Syrup. pomor. redolent. vel roſar. pallidar. vel Cinamom. In pulverem verò per frequentem cohobationem cum aqua propria & lentam exiccationem.*

## *EXTRACTA uſitatiora ALTERANTIA.*

### 1. *Alterantia ſimplicia.*

| | |
|---|---|
| Abſynthii. | Liquiritiæ. |
| Acori. | Meliſſæ. |
| Agallochi. ſ. Ligni Aloës, | Menthæ. |
| Angelicæ, rad. | Majoranæ, |
| Ariſtoloch. rot. rad. | Myrrh. |
| Card. benedict. | Papav. errat. |
| Caryophyllor. | Petaſitid. |
| Caſtorei. | Pœon. |
| Centaur. min. | Rutæ. |
| Chalybis. | Sabinæ. |
| Chelidonii major. | Satyrii rad. |
| Croci. | Scabioſæ. |
| Cubebar. | Scordii. |
| Dictamn. ſ. Fraxinellæ. | Scorzoneræ. |
| Enulæ c. | Symphyt. |
| Galangæ. | Tormentill. |
| Gentianæ. | Valerian. |
| Guajac. | Zedoar. |
| Imperator. rad. | Zinziber. |
| Ireos Flor. | |

### 2. *Alterantia compoſita.*

Extr. Laudanum opiatum, cum & ſine Moſcho & Ambra. *vid. lib.* 4.
Bezoardicum Querc. N. 1.
Chalybeatum. 2.
Hyſtericum. 3.
Matricale S. Cloſſ. 4.
Peſtilentiale 5. *6.*
Pulmonum, 7.
Satyrii compoſ. 8.
Theriacæ. 9.
Theriaca benedicta 10.
Theriaca cœleſtis. 11.
Uterinum Mynſichti. 12.

### 1. *Extractum Bezoardicum Quercetani, pro Laudano ſuo.*

| | |
|---|---|
| ℞. Rad. Angelic. | Dictamn. |
| Zedoar. | Spic. nard. |
| Galang. | Caryophyll. |
| Tormentill. | Nuc. moſchat. |
| Cort. citri. | Macis. |
| Lign. Aloës. | Cinamom. |
| Santal. rubr. | Been alb. |
| Citrin. ana ℥ j. | Rubr. ana. ℥ i ß. |
| Gran. Alkerm. | Camphor. ʒ j. |

F. Extractio cum Aq. vitæ Iuniperina.

Vires. *Eximiarum eſt Virium in arcendo Veneno, morbiſque contagioſis quales peſtis, febres maligna.*

H O F M A N. *Extractum Bezoardicum Q.* &c.) Spiritus juniperinus bezoardicus abſtractus pro Eſſentiâ theriacali reſervari & præſens extractum exaltari poteſt additis oleis deſtillatis angelic. zedoar. citri. &c. aliquot guttulis.

### ¶ 2. *Extractum Chalybeatum magnum.*

℞. Limat. Chalyb. præp. ℥ iij.

| | |
|---|---|
| Rad. Ireos fl. ʒ j. | Coſt. dulc. an. ℈ j. |
| Bugloſſ. ſylv. | Viſc. quern. ʒ j. |
| Cyclamin. | Cinamom. ʒ ß. |
| Eryng. | Sem. Ameos. |
| Bryon. | Cardamom. |
| Zinzib. ana ʒ ß. | Cumin. acet. macerat. |
| Fol. Ceterach. | Coriandr. |
| Ling. cervin. | Agni caſt. |
| Betonic. | Melanth. |
| Rut. | Petroſelin. |
| Chamædr. | Portulac. an. ʒ ß. |
| Chamæpit. | Siler. mont. |
| Agrimon. | |
| Calamenth. ana gr. xv. | Galang. |
| Spic. indic. | Caryophyll. |
| Croc. or. an. g. v. | Macis. |
| Cort. fraxin. | Xylaloës. |
| Rad. Capp. | Zedoar. |
| Fag. | Doronic. |
| Salic. | Gentian. an. gr. xv. |

Inciſa & contuſa groſſo modo infundantur in ſ. q. Spir. Vini & f. ſ. a. Extractum.

Vires. *Magnas vires obtinet in aperiendis obſtructionibus, præſertim lienis, Epatis, uteri ac Meſenterii, adeoque morbis inde ſubvenit.*

H O F M A N. *Extractum chalybeatum magnum.*) quid opus eſt tam inutili ingredientium farragine? dum compendioſiori viâ ſequenti modo parari poteſt.

Rec. extract. Martis cum ſucco pomor. Borſdorff. parat. ℥ iij.
ireos Fl. ℥ j.
cynamom.
eryng ana. ʒ ij.
fol. betonic.
chamædr.
chamæpit. ana ℥ ß.
Cort. fraxin.
radic. cappar. ana ʒ iij.
ol. d. Cinamom. gutt. IV.
cardamom.
caryophyll.
Zedoar
Maciſ ana gutt. iij.
M. f. Extractum Chalybeatum.

Extractum antifebrile ex D. D. ZUVELFERO.

℞. *Corticis chinæchinæ, paucis abhinc annis ex India Orientali ad nos tranſlatæ,* ℥ ij. *rad. calami aromatici* ℥ j *gentianæ, flor. centaurii min. ana* ℥ ij. *Ex inciſis & craſſiuſcule contuſis, eliciatur cum ſufficienti q. Sp. Vini repetitis vicibus affuſi, virtus tota, quouſque Spir. Vini colore rubro inficiatur: Spir. tincti omnes filtrati in alembico vitreo per MB. ad extracti ſpiſſioris conſiſtentiam deſtillando leniter abſtrahantur. Servetur extractum reſiduum ad uſum.*

*Hoc eſt præſentaneum remedium in febribus tertianis & quartanis cùm intermittentibus tum continuis, inſtante paroxyſmo, vel hora una aut altera antea exhibitum. Doſ.* ℈ j. *aut.* ʒ *ß. ſive in forma pilularum, ſive in liquore appropriato ſolutum.*

### ¶ 3. *Extractum hyſtericum.*

℞. Succi Sabin.
Centaur. min.
Matricar.
Arthemiſ.
Fol. Meliſſ.
Flor. Calendul. ana M ß.
Rad. Angelic.
Filicis.
Ariſtoloch. rot. ana ℥ ß.

F. Extractio cum aqua Meliſ. ac Sabinæ addendo Sal. Tart. tantillum, Tinctura inſpiſſetur.

℞. Hujus Extracti ℥ ij.
Extract. Myrrh. ʒ j.
Croc. ʒ ß.

Caſtor. ℈ ß.
Borrac. ʒ ij.
Fecul. Bryon. ʒ ii ß.
F. Maſſa.

Vires. *Menſes obſtructos reſerat, uterinaſque paſſiones diſcutit.*

*Doſis* ℈ ß. *ad* ℈ i ß.

N. *Aqua illa abſtracta itidem magnas ſuppetias ferre potis eſt in iiſdem affectibus.*

Hofman. *Extractum Hyſtericum.* ) Hujus ſatis commendabiles vires loco borracis exaltari poſſunt ſale ✱ urinoſo, & in aquâ illâ abſtractâ tanquam vehiculo exigente uſu ægrotis mulierculis propinari poteſt.

§ 4. *Extractum Matricale S. Cloſſæi.*

℞. Extracti lienis bovis.
Puleg. regal. &
Croci cum Spir. Vini parati ℥ ij.
Myrrh. in aq. rut. murar. cum ſpiritu Vitrioli acida; diſſolut. ʒ ij.
Extract. cort. arant. & citri ʒ iij.
Fœcul. bryon. ℥ ß.
Camphor. ſublimatæ cum Spir. Vini, præmiſsâ digeſtione ejuſdemque abſtractione, in Ciner. ℈ j. M.

Vires. *Hujus portio ad piſi magnitudinem diſſolvatur in aquâ aliqua hyſterica & exhibeatur.*

Extractum Opiatum D. D. Langelotti in Miſc. Curioſ. German.

℞. *Opii thebaici in particulas conſciſſi* ℔ j. *ei affunde in cucurbitula humili ſucci cydoniorum bene maturorum recentiſſimi* ℔ x *adde Sal. tartari puri & ſicciſſimi* ℥ j. *Expone leni calori per diem unum aut alterum, uſque dum bullæ quædam appareant, quod ſignum eſt imminentis fermentationis, tunc adde iſtius promovendæ cauſa, ſacchari ſubtiliſſimè pulverati* ℥ iiij *porroque eum caloris gradum obſerva quem fermentatio requirit, ſic ſatis bene ea procedet, videbiſque opium evidenter attolli & reſolvi per minima: cave verò à Sulphure narcotico graveolenti, quod tunc ſolet expirare. Videbis tunc quoque partem impuri volatilis ſpumoſi ſuperiora petere, partem verò magis terreſtrem in fundo cucurbitæ ſubſidere: tandem in medio conſiſtet purior pars, liquor nempe rubicundus, rubini inſtar pellucidus, quem cautè ſeparabis, filtrabis, & debita deſtillatione ad mellaginem inſpiſſabis. Hanc denuò Spir. Vini alcoliſato diſſolvas, filtres & per menſem digeras, ut quicquid adhuc crudi ei ineſt, cæleſti illo igne maturetur. Poſtea ſpiritum ad juſtam conſiſtentiam abſtrahe & ſerva veram hanc opii eſſentiam ad futuros uſus. Experiere verò eam tantæ eſſe virtutis & efficaciæ, ut quarta pars grani vel dimidia ad ſummum, appropriato vehiculo, vel ſicco vel humido, permiſta intentioni ſufficiat, mirandoſque planè uſus præbeat.*

§ 5. *Extractum peſtilentiale.*

| | |
|---|---|
| ℞. Rad. Angelic. | Sem. Citr. ʒ j. |
| Olſnitii. | Gran. Juniper. M ij. |
| Imperator. | Fol. Veronic. |
| Zedoar. | Meliſſ. |
| Vincetoxic. ana ℥ ß. | Arthemiſ. |
| Tormentill. | Scord. |
| Gentian. | Galeg. |
| Petaſit. | Scabioſ. |
| Succiſ. | Card. bened. ana. M iß. |
| Pimpinell. ana ℥ j. | Fl. Hyperic. M. i. |
| Sem. Leviſtic. ʒ iij. | F. Extr. cum Spir. Vini |
| Angelic. | & inſpiſſetur. |
| Meliſſ. ana. ʒ ij. | |

Vires. *Maximarum eſt virtutum in arcendo aëre peſtilentiali, eodemque morbo & ſimilibus magnus affectibus curandis & præcavendis. Sudorem movet.*

*Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ ij. *&c.*

Hofman. *Extractum peſtilentiale.* ) Hujus jactura virium, quam patitur per ſpiritus vini abſtractionem, ſi reſarciatur per aliquot oleorum deſtillatorum v. g. angelic. Zedoar. Citri juniperi &c. additionem, tunc laudem merebitur.

§ 6. *Extractum peſtilentiale Tychonis de Brahe.*

1. ℞. Theriac. Androm. veter. ℔ j. extrahe Tincturam cum Spir. Vini rectificatiſſ. ad ſuperemin. palmæ affuſo, Vaſe bene clauſo. Effuſiones filtra & abſtrahe l. Ign. ad conſiſtentiam mellis.

2. Fiant flores Sulph. ſimplices ter per ſe & quatro ex Aloë, Myrrha & Croco ſemel leniter elevati.

℞. Horum ℥ iv.
Ol. Juniper. è bacc. rectific. ad eminent. digit. 4.

N. *Poteſt etiam addi olei ſuccini rectificati pars quarta, ſic melius.*

Stent in digeſtione tepidâ & imprægnabitur oleum tincturâ Sulph. rubicundâ, effunde, ac ſi libet filtra; Itaque

℞. Extract. Theriac. part. xii.
Balſ. illius Sulph. part. i.

Addendo ſi libet nonnihil Extract. rad. Angelic. Mag. Succin. alb. & Sal. Abſinth. ut & aliquantulum de Spiritu illo theriacali abſtracto, digerantur (d. 8.) Hinc fiat ſeparatio ad conſiſtentiam mellis.

*Summum eſt curativum peſtis. Doſis g. viij. x. xij. &c. In aqua appropriata ſtatim ab initio morbi aſſumpt. ut ſudorem cieat. Præſervationis vice aſſumi poterunt quotidiè maneg. ij. vel iij.*

N. *Poteſt ulterius exaltari per additionem Tincturæ Corallorum, Saphyr. Hyacinth. & Margarit.*

*Quinimo ut univerſalius inde medicamen exurgat, acui poteſt tantillo florum reguli Antimonialis per diuturnam reverberationem rubificatorum. Vide lilium Theophr.*

Deſcriptionem hanc Rudolpho Imperatori ſubmiſsè communicavit Tycho Brahe.

Ex communicatione D. Ioh. Waltheri Held.

Hofman. *Extractum peſtilentiale Tychonis de Brahe.* ) pro Theriacâ A. veter. ad extractionem ſpecies theriacales idoneæ ſubſtitui debent ) quarum extractio cum balſamo Sulphuris ex florib. ſimpliciter, confecto (non cum aloë, myrrhâ & extracto radic. angelic. ſal. volatil. ſuccin. &c. mediante digeſtione combinari poteſt.

N. Hoc poteſt ulterius exaltari non per putatitiam illam tincturam corallor. Sapphir. &c. ſed per ſal volatil. Vrin. CC. viperarum, Antimonio diaphoretico, bezoardico Solari, Ioviali &c. Aliud Extractum anti-peſtilentiale T. de Br. vide in theſauro noſtro Pharmacop. annexo ſect. XIII. n. IV.

§ 7 *Extractum Pulmonum.*

℞. Pulmon. Vulpis, incide in fruſta minutiſſima, ac adde.
Herb. Veronic.
Hyſſop.
Scabioſ. ana M ß.
Sem. Aniſ.
Fœnic. ana ʒ j.

Coque in phiala capaci benè occluſa in MB. ferventi horas 7. vel 8. donec pulmones in liquorem redacti fuerint. Hinc cola, colaturamque inſpiſſa, addendo Sacchari q. libet, ad conſiſtentiam exacti.

Vires. *Imbecillitati ac affectibus pulmonum confert.*

N. 1. *Eodem modo fieri quoque poſſunt Extracta Epatis, Splenis, & ſimilium, ex Decoctis ſupra è Quercetano allatis.*

N. 2. *Præſtat modus quem ſupra generaliter dedimus.*

Hofman. *Extractum Pulmonum.* ) Hoc potius Syrupus, quàm extractum eſt; ſed nullius momenti.

¶ 8. *Extractum Satyrii compoſitum.*

♃. Extract. Satyr. ſimpl. ℔ ß.
Sal. margarit. ℥ ß.
Ol. nuciſt. ſtill.
Aniſ.
Cinamom. an. ℥ ß.

Vires. *Impotentibus ſuccurrit. Doſis gutt. aliquot. ad* 20.

HOFMAN. *Extractum Satyrii compoſitum.*) Huic præfertur extractum ſimplex, quod infrà *Libr. 4.* deſcribitur. Sal Margaritarum eſt non Ens, & olea addita deſtillata Nuciſt. aniſ. Cinamom. &c. in aliis extractis adhiberi poſſunt.

§ 9. *Extractum Theriacæ, ſeu Eſſentiæ Theriacæ ſimplex & alcoliſata.*

♃. Theriac Androm. opt. extrahe ſ. a. tincturam cūm Aqua vitæ juniperina, vel Aq. ex typhis cervinis, vel ſimili Aq. bezoardica ſive Theriacali. Decantatas tincturas deſtilla ad remanentiam Eſſentiæ Theriacæ in conſiſtentiam mellis, quam ſerva pro uſu, titulo Extracti theriacæ ſimplicis, vel adde ſal ex incinerata remanentia elixiviatum, ſub nomine Extracti ſ. Eſſentiæ alcoliſatæ.

N. *De hoc Theriacæ & ſimilibus Extractis, duo, quæ moneam, habeo.*

*Primum ſuggerit ingredientium diverſitas, quâ vix credibile eſt, ſingulorum Eſſentias æque uni ſoli menſtruo parere. Nec eſt quod oggerant, fermentando cuncta in unam naturam coaluiſſe: Dubium enim haud leve, utrum fermentando natura rerum adeo immutari poſſit, ut quæ antea menſtruum Tartareum prorſus reſpuebant, factâ fermentatione idipſum amicè amplectantur.*

*Secundum, quod monere duxi, ipſamet præbet fermentatio, quippe quæ potiſſimum rerum fermentabilium partem in Q. E. exaltat, id eſt, volatiliſat, ſpiritualem ac volatilem reddit. Exemplo ſint Vinum, Cereviſia, ſucci fructuum fermentati, & ſimilia. Eapropter cum Tinctura deſtillationi ſubmittatur, qua volatilior pars abſtrahitur, quis infringet Extractum in fundo deſtillatorii remanens, potiſſima ſua parte eſſe exutum.*

*Ut has difficultates evitent, ſunt qui ſpecies ſeorſim menſtruis idoneis extrahunt, itaque Extracta poſtmodum conjungunt. Verum enim vero, nec hi ad metam, ad quam collimant, pertingere videntur. Etenim compoſitionem Theriacæ ſubeunt non pauca naturæ aromaticæ, ſubtilioris, tenuioris, volatilioris, &c. Quæ facultates ad Theriacæ conſtitutionem non minus neceſſariæ ſunt, quam reliquæ in ſubſtantia minus volatili reſidentes; Idcirco, cum volatiles illi ſpiritus à fixioribus in inſpiſſatione ſeparentur, operationem Theriacæ integram in Extracto hoc quis ſibi ſpondebit? Adde quod hac ratione nonnullorum ingredientium ferocia, quæ alias fermentando in Theriaca cicuratur, indomita maneat, imo vires ſuas exerere aptior evadat. Præſtat itaque Theriacam in ſua propria ſubſtantiâ adhibere, quam laborioſâ hac extractione operam perdere. Id quod de aliis quoque, exempli gratiâ, pilularum quarundam Extractis cenſendum.*

*Verum enimvero, non ſimpliciter Theriacæ Extracta improbata velim, præcipuè ſi ſpirituoſiores ſeu oleoſiores partes interveniente præcipitatione, ſint reſervatæ. Qua in re non poſſum, quin induſtriam commendem Chymici ſolertiſſimi Friderici* Greiffen *Pharmacopæi apud Tubingenſes celeberrimi, Amici mei honorandi, qui imperfectionem præparationum harundem perpendens, perfectiorem, non ita pridem in Decade ſua nobiliſſimorum medicamentorum, Iuris publici fecit.*

HOFMAN. *Extractum Theriacæ ſeu eſſentia theriacæ ſ. & alcoliſata.*) Iuſta in hoc eſt cenſura *CL. Autoris noſtri*, Et ſanè non melius aut præſtantius extractum theriacale paraveris, atque ſi ſpecies theriacales extractioni aptiſſimas ſpirituoſas & balſamicas ſeorſim vel cum ſp. juniper. vel ſp. baccar. ſambuci extraxeris, Spiritum abſtractum ſeorſim ſervaveris, & extracto reſiduo alia reſinoſa extracta, ut Myrrhæ, galbani &c. adjunxeris, addito Sale volatili viperarum, vel illarum pulvere. &c.

§ 10. *Theriaca benedicta Quercetani aucta & correcta.*

1. *Solvenda.*

♃. Troch. ſcyllit. Quercetan. ℥ vj. de Viper. Venetian.
Eſſ. (extr. opii cum Acet. diſt. fact.) ana. ℥ iij.
Succ. Glycyrr. in Aq. ſtill. ſol. & inſpiſſ. ℥ i ß.
Eſſ. croci (cum Spir. Vini.) ℥ j.
Myrrh. in Acet. diſt. ſol. & inſpiſſ.
Oliban. in gran. ana. ʒ vi.
Gran. ſtyrac. cal. in Spir. Vini ſol. & expreſſ.
Gum. Arab. albiſſ.
Sandarac. in gran.
Sagapen. in gran.
Succ. Acac. in Acet. diſt. ſol. & inſp.
Hypociſt. in Acet. diſt. ſ. & inſp. ana ℥ ß.
Aſphalt. el.
Galban.
Maſtich.
Opopanac. (ſingul. in gran.) ana. ʒ ij.
Eſſent. Caſtor. ʒ j.

2. *Extrahenda aromata.*

| | |
|---|---|
| Piper. long. ʒ iij. | Zinzib. alb. ana ʒ vi. |
| Cinam. ac. ℥ iß. | Cardam. min. |
| Acori. ſ. calam. | Carpobalſ. veri. |
| Caſſ. lign. Veræ. | Cubebar. |
| Coſt. Ver. | Folii. |
| Pip. albi. | Galang. |
| nigri. | Caryophyllor. |
| Schænanth. | Macer. |
| Spic. indic. | Spic. celtic. ana ℥ ß. |
| Stæchad. arab. | Lign. Aloës ʒ ij. |
| Zedoar. | |

*Extrahenda reliqua.*

| | |
|---|---|
| Mirobalan. Chebul. ʒ vi. | Santal. |
| | Agaric. |
| Baccar. juniper. ℥ ß. | Rad. irid. Flor. ana ℥ iß. |
| Laur. ʒ ij. | Angelic. |
| Fl. Roſar. rubr. ℥ iß. | Pentaphyll. |
| Hyperic. | Rhabarb. |
| Centaur. min. an. ʒ ij. | Tormentil. ana ʒ vi. |
| Herb. Card. bened. | Ariſtoloch. rot. |
| Scord. cret. ana ℥ iß. | Aſar. |
| Calamenth. mont. | Cyper. rotund. |
| Dictamn. cret. | Dyctamn. alb. |
| Marrub. ana ʒ vi. | Enulæ camp. |
| Abrotani. | Gentian. |
| Chamædr. | Imperator. |
| Chamæpit. | Meu. |
| Orig. cret. | Pimpinell. |
| Polii Cret. | Phu Pontic. |
| Roriſmar. | Serpentar. |
| Salv. min. | Succiſ. |
| Scabioſ. ana ℥ ß. | Valerian. |
| Majoran. | Vincetoxic. an. ℥ ß. |
| Mari. | Ariſtoloch. long. |
| Lign. Aſphalt. | Cruciat. ana ʒ ij. |

Sem. Buniad. ſeu Napi agreſt. ℥iß.
Petroſel. Maced. ʒ. vi.
Ammeos.
Ammomi racemoſ.
Aniſ. torrefact.
Citri.
Fœnic. Cret.
Hyperic.
Seſel. ſeu Siler. mont.
Thlaſpi ſeu Naſturt. alb. ana ℥ ß.
Dauci cretic. ʒ ij.

3. *Pulveriſanda.*

Confect. ſerpentum juniperinæ. Quercet. ℥ iij.
Terr. ſigillat. ʒ vi.
Lemn.
C. C. uſti ana ℥ ß.

4. *Liquida.*

Balſam. Indici.
Ol. Nucis moſchat. expr. ana ℥iß.
Caryophyllor. ʒ j.
Succin. camphorat. ʒ i ß.
Spir. Vitrioli ℥ß.

1. F. Extractio ſeorſim medietatis aromatum & reliquorum extrahendorum, ſingulorum ſcil. 1. cum Spir. vini rectific. 2. cum Aq. deſtill. pluviali. Eſſentiam cum Spir. vini extractam præcipita cum Extractione in Aq. deſtil. Hinc abſtrahe in MB ac collige ſeorſim ſpiritum theriacalem primo egredientem, ſeorſim etiam Aq. theriacalem ſubſequentem ad conſiſtent. mellis, reſiduam medietatem in pulverem redige.

2. Ex remanentia incinerata elixivia Sal. com. cum Aq. pluviali.

3. In ſpir. theriacali ſolve ſandarac. Olib. Maſtich. ſtorac. omneſque Eſſentias non ſatis liquidas eo dilue.

4. Cum Aq. theriac. in pulverem redige Trochiſc. de ſcyllis & Vip. ſolve in eodem ſuccum Glycirrhizæ, G. Arabic. & Sal. com. proprium.

5. In ſpir. Terebinth. ʒ vi. ſolve Aſphaltum.

6. Reliqua omnia, ut Eſſ. Opii & Hypociſt. Acac. Myrrh. ſagapen. Galban. & opopanac. ſolve in Acet. diſt.

7. Omnes extractiones, ſolutiones, pulveres, Balſama, olea, expr. deſtill. ſpiritus & Sal. com. ſ. a. commiſce quàm optimè & redige in maſſam pilularem. Hinc,

*II. Theriaca Cœleſtis.*

♃. Theriac. benedict. prior. ℔ i ß.

Extrahe cum ſp. Theriacali, effunde & abſtrahe ad conſiſtent. mellis. Abſtractum ſpir. (eſſentiâ ſeorſim aſſervata) reaffunde remanentiæ priori, extrahe denuo & decanta. Remanentiæ affunde Spir. vini rectific. ac extrahe reſiduam eſſentiam ejus, decanta iterum, & confunde cum priori. Reſiduam remanentiam in Aq. theriacali & tandem in Acet. deſtill. ſpiritu Salis balſamici (Sal. nit.) fortificato extrahe. Et his ultimis Extractionib. priores præcipita & ad conſiſt. mellis coagula, tandem permiſce

Magiſt. corallor.
Perlar. ana ℥ j.
Hyacynthi.
Rubin.
Smaragd. ana ʒ vi.
Bezoart. Animal.
Mineral.
Sal. corallor.
Perlar. ana ℥ß.
Bezoart. Oriental.
Terr. ſigillat.
Unicorn. veri.
Oſſ. de C. C. ana ʒ iij.
Ambr. griſ. ʒ ij.

Inſpiſſa in vaſe duplici ad formam.
Extract. vel maſſæ pilularis.

Vires. *Vires Quercetanus huic attribuit admirabiles in Venenis & contagiis arcendis; in exagitatione ſpirituum humorumque ſedanda, in catharris, doloribus & vigiliis mitigandis. In Balſamo nativo corroborando, putredine præſervanda, &c.*

N. *Rationem utriuſque hujus compoſitionis videſis decade ſuperius allegatâ.*

Hofman. *Theriaca Benedicta Quercetani auctæ & correcta.*) In hâc quædam ingredientia corrigi, quædam addi, quædam omitti deben. Loco trochiſc. ſcillitic. pulpa ſcillæ, loco troch. viper. caro viperarum, loco terræ ſigillat. Lemn. CC. uſt. Antimonium diaphoreticum, loco ſalium lixivioſorum ſalia volatilia viperarum. CC. Urinæ, ſuccini &c addi poſſunt. Omittenda ſunt ſandarac. aſphalt. Mirobalan. chebul. agaric. rhabarbar. aſarum & ſemina nonnulla. In Theriacâ cœleſti excludenda Magiſter. perlar. corall. hyacinth. &c. & horum vice ſubſtituantur Cinnabaris Antimonii rectific. ſeu ſpecific. cephalicum *Dn. D. Iohann. Michaëlis*, bezoardic. Solare pro lapide bezoar. Or. & Eſſentiam opii cum Acet. diſt. factam ſuperat illa cum ſucco cydonior. fermentata & extracta cum ſpiritu vini.

¶ 12. *Extractum uterinum Mynſichti.*

♃. Bacc. Sambuci.
Ebuli ana ℥ iv.
Rad. Pœon. debitè collect.
Arthemiſ. rub.
Dictamn. alb.
Bryon. ana ℥ß.
Viſc. quern.
Summ. ammeos.
Herb. Puleg.
Meliſſ.
Caſſ. lign.
Croc. or.
Caſtor. veri. ana ℥ß.

Extrahe cum Spir. vini cumque ſepara ad remanentiam extracti. Poſtea adde

Sang. porcæ in clibano exiccat. & cum Aq. hyſteric. præpar. ℥ß.
Bezoart. Iovial.
Mag. Iovis Anglic.
Matr. perlar.
Corallor.
Ol. antophyllor.
Angelic.
Succin. alb.
Arantior. ana. ʒ j.

Denuo miſce & f. Extractum pro uſu.

Vires. *Medicina eſt ſaluberrima in affectibus uterinis, etiam deploratiſſimis: Doſis* ℈ j. *ad* ʒß. *tribus aut* 4. *diluculis continuis in aq. aliqua convenienti.*

Hofman. *Extractum Uterinum Mynſichti.*) Virium defectum ſuppleat Eſſentia caſtorei, Sal. volatil. CC. cruoris porcæ, ol. d. puleg. meliſſ. &c. Alias hoc laudem meretur in compoſitione & virtute.

## EXTRACTA PVRGANTIA.

Extracta purgantia ſimplicia, ut & quæ ſub nomine alicujus ſimplicis veneunt, *vide lib.* 4.

*Purgantia compoſita.*

Extractum.
Benedictum, *vide infra* N. 1.
Diacarthamum. ſ. Cnicopharmacum *Aug.*
Catholicum, A.
F. F. *vide infra* 2.
Sennerti, 3.
Arnoldi Weickhardi, 4.
Chologogum Querc. A.

Holagogum Andernaci, A.
Melampodii, ſ. Ellebori nigri.
Mindereri, A.
Melanagogum Querc. A.
Panchymagogum Crollii, 5. 6. Hartmanni, 7.
Auguſtanorum.
Phlegmagogum Querc. A.
Pilularum Aggregativ. A.
Aurear. A.
Cochiar. A.
Fœtid. maj.
Lucis major. A.

1. *Extractum benedictum.*

℞. Fol. Sen. el.
Rhabarb. ana ℥ ij.
Agaric. ʒ j.
F. Extractum.
Vires. *Purgat bilioſos ac mucilaginoſos humores.*
*Doſis à* ℈ß. *ad* ʒ j.

HOFMAN. *Extractum Benedictum.* ) Hoc quia ſimplex eſt, & ingredientia ob ſpiritus vini abſtractionem nullam virium jacturam ſubeunt, ſuo in æſtimio relinqui debet.

¶ 2. *Extractum Catholicum Francofurtenſe.*

| | |
|---|---|
| ℞. Aloës ſuccotrin. ℥ j. | Galang. |
| Turbith. el. ℥ß. | Cardamom. |
| Colocinth. ʒ vi. | Zedoar. |
| Agaric. Albiſſ. | Caryophyll. |
| Diagryd. | Cinamom. |
| Rad. Ellebor. ana ℥ ß. | Fl. Anth. |
| Spec. Diarrhod. abbat. ℥ j. | Lign. Aloës. |
| Macis. | Viſc. querc. ana ʒ ß. |
| Stæchad. ar. | Ambr. griſ. ℈ j. |

Infunde omnia in Spir. vini ♂ (8.) exceptis ſpeciebus, Diarrhod. & Ambra, fiatque Extractum, cui adde Extractum ſpecierum Diarrh. itidem per Spir. vini factum & Ambram.
Vires. *Omnes humores blandè purgat.*
*Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ ij.

HOFMAN. *Extractum Catholicum Francofurtenſe.* ) In hoc ingredientium quorundam partes ſpirituoſæ & volatiles per ſpiritus vini abſtractionem eunt perditum, & licet etiam excipiatur diarrhodon. Abbat. ex quo ſeorſim cum ſpir. vini extractum conficiendum & demum in fine cum ambrâ addendum ſit, tamen nihil huic derogat; dum enim Spiritus vini iterum quando extractum ad juſtam conſiſtentiam redigitur, abſtrahitur, partes ingredientium aromaticæ æthera petunt, nec quicquam ſpirituoſi balſamici remanet, niſi partes terreſtriores & tartarus quidam, quem communiter ſal vocant eſſentiale, in reſiduo manent. Ideoque ſingula purgantia per ſe ſigillatim ſunt extrahenda, atque his deinde etiam extracta aromata admiſcenda ſunt. Prout & in 3. *Extracto Catholico Sennerti Cl. Autor noſter* fieri jubet. Proinde eodem modo itidem cum 4. Extracto Catholico *Dn. D. Arnoldi Weickhardi* procedendum eſt.

¶ 3. *Extractum Catholicum Sennerti.*

1. ℞. Diagryd.
Trochiſc. Alh.
Gumm. de Peru. ana ℥ß.
Aloës. ℥ j.
F. Extractum cum Spir. vini ſeorſim.
*Itidem f. Extractum.*

2. ℞. Turbith. el.
Rad. elleb. nigr. ana ℥ß.
Rhabarb. ℥ j.
Spec. Diarrhod. abb.
Aromat. roſat. ʒ ij.
Vtrumque Extractum conjungatur ad maſſam pilularem conſtituendam.
*Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ ij.

N. *Felicius forſan procederetur, ſi Reſin. Diagrydij, Magiſter: Gummi de Peru, Extract. Aloës per ſe fierent, ut lib. 4. docebimus, atque Trochiſci Alhandali cum reliquis infunderentur.*

4. *Extractum Catholicum, D.D. Arnoldi Weickhardi.*

℞. Aloës ſuccotr. ℔ ß.
Rhabarb. opt. ℥ v.
Fol. Senn. ſ. ſt. ℥ iv.
Rad. Mechoac. ℥ ij.
Colocynth.
Turpethi el. ℥ ii ß.
Eſul. præparat. ℥ß.
Gener. 5. mirobalan. ana ʒ ij.
Cinamom.
Zinzib.
Macis.
Galang.
Zedoar.
Caryophyllor.
Cardamom.
Cort. citr.
Schænanth. ana ʒ j.
Spec. Diambr. ʒ ij.
Diarrh. alb. ʒ iij.
F. Extractio ſ. a. cum Spir. vini & Aqua fœnic. exprimatur & inſpiſſetur.
Doſis ad ʒß. vel ℈ ij.

3. *Extractum Panchymagogum Crollij*, I.

℞. Spec. Diarrhod. Abbat.
Diambr. ana ℥j.
Extrahatur Tinctura cum Spir. vini ana vitrum crebro movendo.

Deinde

℞. Pulp. colocynth. ʒ vii.
Turpeth. gummoſ. ʒ v.
Agaric. opt.
Rad. Elleb. nigr. veri ana. ℥ j.
Scammon. Elect. ʒ vi.
Fol. Sen. ℥ iv.
Rhabarb. el. ʒ iij.
Elater. ʒ ij.
Sem. Ebul. trit. ℥ iij.
Hermodact. ʒ iij.
Incidenda incidantur, terenda terantur; affunde Tincturam illam ſpecierum, extrahaturque Tinctura ſ. a. decantatas extractiones inſpiſſa leni calore MB. ad conſiſtentiam mellis, poſtmodum adde
Ol. Cinam.
Caryophyllor.
Nuciſt. ana. gutt. x.
Sal. perlar.
Corall. ana ʒ ij.
Salem è fæcibus ſuperioribus calcinatis extractum.
Raſur. cranii human. [ vel oſſ. calcinat. ] ʒß.
F. Maſſa.
Vires. *Non datur melius catharticum, quod minori moleſtia omnes humores noxios expurgat.*
*Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ ij. *ex vino malvatico, vel alio generoſo è juſculo, vel aliis catapotiis aggregativis admixtis: datur & in forma pilulari.*

HOFMAN. *Extractum Panchymagogum Crollij.* ) In hoc juſta eſt *Cl. Zwelfferi* cenſura de ſpeciebus diambræ & diarrhod. Abb. cum ſp. vini extrahendis, negari enim primò nequit in ſpiritus vini abſtractione magnam fragrantiæ & eſſentiæ aromaticæ portionem ſimul abſtrahi; deindè, nec inficias ire poſſumus, ſp. vini ſpeciebus diambræ ſaturatè imbutum licet aliquid extrahat, tamen adeò aptum ad ulteriorem & pleniorem additaeum ſpecierum

ſum extractionem non evadere, ut αὐτοψία edocet. Quoad turpeth. gummoſ. agaricum. Scammon. notandum, hæc præbere reſinam, quæ niſi exactè à reliquo extracto prius ſeparetur, & vel pulveriſata, vel recenti ſpiritu vini ſoluta perfecte inſpiſſato extracto addatur; minus efficax præbeat extractum, duplex incommodum involvens, nimirum, quod in liquoribus totaliter ſolvi non poſſit, & nil ferè operetur. Quare reſinas tales in mixturis purgantibus, ſiccis & liquidis, prius amygdalis dulcibus ſubigere ſuadet citatus *Zvvelfferus*. Ad hæc excipit *Dn. Lucas Schrœckius in Pharmacop. Auguſta. reſtit.* p. m. 121. *Claſſ.* 7. Denominatas quidem ſpecies reſinam præbere; aſt ideò vel pulveriſatam hanc, vel ſpiritu vini ſolutam extracto addi debere non ſequitur. Si enim reſina iſta unà cum extracto ad ſpiſſitudinem evaporato, abſque præcedente illius ſeparatione &c. cum piſtillo probè contundatur & ſubigatur, optimè miſceri ſtatuit, & tale extractum, eundem dare effectum, quem ſi reſina pulveriſata vel ſpiritu vini ſoluta addita fuiſſet, præſtare. Verùm licet particulæ reſinoſæ per contuſionem & ſubactionem cum piſtillo ad tempus diſgregentur, tamen brevi temporis ſpatio ad genium ſuum redeuntes ſui juris fiunt & ſe à reliquo extracto iterum ſegregant & ſeparant, utpote aqueæ naturæ, ut ita recto adhuc ſtet talo *C L. Zvvelfferi* tradita animadverſio, ſimiles reſinas cum amygdalis dulcibus vel alio oleoſo pro partium reſinoſarum diſgregatione prius eſſe ſubigendas. Additio Salis perlarum, corallor. Salis ex fœcibus calcinatis extracti ſupervacanea eſt. Sequentes deſcriptiones extracti Panchymagogi 2. *Crollii* & 7. *Hartmanni* cum iiſdem ſcateant vitiis, eâdem etiam animadverſione cum ſuperiori Extracto 1. panchymagogo *Crollii* dignæ ſunt, quæ hiſce adaptari poteſt.

¶ 6. *Extractum Panchymagogum Crollij* 2.

♃. Pulpæ colocynth. ℥ vi.
Agarici.
Scammon. el. ana ℥ß.
Hellebori nigri.
Spec. Diarrhod. Abbat.
Aloës ſuccotrin. ana ℥ j.

Extrahe ſ. a. cum Spir. vini eumque iterum abſtrahe. Et quia in extractione ſæpè virtus purgatrix ſolet debilitari, ideo quidam ſolent ad unam partem Extractorum addere crudorum purgantium partem alteram; adde ergo ſuperioribus, antequam Extractum in fundo remanens planè inſpiſſetur.

Trochiſc. Alhand. ʒ vi.
Diagryd. præparat.
Agaric. troch. ana ʒß.
Aloës Epatic. ℥ j.

Pulveriſata redigantur in maſſam juſtæ conſiſtentiæ.

Doſis à gran. 20. ad 25. & 30. & ultra.

N. *Aliud vide in Pharmacop. Auguſtana.*

7. *Extractum Panchymagogum Hartmanni.*

♃. Fol. ſen. ſ. ſt. ℥ ij.
Rhabarb. el. ℥ i ß.
Rhad. Hellebor. nigr. ℥ j.
Turbeth. alb. gummoſ.
Polypod. quern.
Trochiſc. Alhand.
Agaric. Trochiſc. ana. ℥ ß.
Medull. ſem. cartham.
Myrrh. rubr. el. ana. ʒ iij.
Spec. aromat. Garyoph.
Diambr. ana ʒ j.
Cortic. citr. ʒ j.

Conciſa & contuſa extrahantur ſimul omnia cum Spir. vini & Aq. cinam. ana. ℔ i ß. F. Expreſſio. Fæces denuo extrahantur cum ſola Aq. cinam. tenuiori, percoletur poſtea. Extracto adde Extracti Aloës cum Aq. Betonic. vel Veronic. facti ℥ iij. F. miſtio, & inſpiſſatio ad juſtam conſiſtentiam, addendo Ol. Garyophyllor. gran. 10.

Doſis. à ℈ ß. ad ℈ i ß. *Hartman. in Croll.*

*Alias inſuper deſcriptiones videre poteris, dicto libro.*

Extractum ſeu chyliſma catholicum & hologogum ex D. D. ROLFINCIO.

♃. *Rhabarbari Alexandr.* ℥ iij *gialuppæ nigræ reſinoſæ* ℔ j *fibrarum hellebori nigri, albi ana* ℥ vj. *cortic. radic. eſulæ* ℥ vj. *pulpæ colocynth. folior. ſennæ Alexandr. ana* ℔ ß *ſcammonij* ℥ iij *gummi de Peru* ℥ vj. *ſpir. vini q. ſ. ſal. tartari albi* ℥ ß. *F. Extractio in leni calore, ex quibuſdam conciſis & contuſis: ſeorſim rad. gialappæ, ſcammonij ſpir. vini extrahantur. Tinctuæ ſpir. aufertur novus ſubſtituitur. Conjunctæ tincturæ leni calore exhalent atomos liquidiores. Sub finem addantur aloës ſocoterinæ lucidæ, ſelecta in ſpi. vi. ſolutæ* ℔ ß. *olei citri, caryophyllor. aniſi, fœniculi ana* ʒ ß. *I. leniſſimo calore ad juſtam redigantur extracti conſiſtentiam. Ac ut concinnior evadat, addatur gialapij pulver & trochiſcor. alhandal modicum.*

*Humores peccantes omnes promiſcuè educit.* Doſ. ℈ ß. ℈ j. *Adhibetur in formæ pilulari horis matutinis.*

Extractum Hellebori ſeu arcanum rad. hellebori purgans Petri Fabri, ex D D. ROLFINCIO.

♃. *Rad. Hellebori albi* ℔ j. *aceti ſtillatitij* ℔ iij *Macerantur per dies octo in vaſe vitreo bene clauſo ſuper cineres calidos. Tranſactis hiſce diebus, fiat expreſſio fortis, & filtretur per cartam bibulam, deinde deſtilletur lentè, in alembico vitreo ad mellis conſiſtentiam. Poſt extrahe cum eodem aceto ſtillatitio tincturam ex pulvere ſequenti.* ℞. *ſpecier. electuarij diarrhodon abbatis* ℥ j. *aloës hepaticæ* ℥ j. *caryophyllor.* ℈ ij. *cinnamomi* ʒ j. *moſchi, ambræ gryſ. ana* gr. viij. *F. pulvis ex omnibus ex quo extrahatur tinctura, beneficio aceti ſtillatitij, repetita cohobatione, donec ex illo pulvere nihil amplius extrahatur. Extracta tinctura conjungatur cum extracto helleborino, quod in fundo alembici remanet. Permiſce optimè & abſtrahe quicquid aceti poteris extrahi per deſtillationem levem, donec in fundo remaneat extractum hellebori albi, cum tinctura conjunctum ad conſiſtentiam ſatis duram, ut ex eo poſſint fieri pilulæ, ponderis granor.* x. *aut* xij.

*Hæ pilulæ expurgant caput mirificè & ventriculum, ubi potiſſimum eſt focus & nidus ipſius vertiginis, & ſine ullo convulſionis metu & labore nullo: corrigitur enim helleborus aceto ſtillatitio ſummopere, quia diſſolvit ipſum, & in diſſolutione ſua amittit quicquid habet veneni, unde alteratur ſummopere. Quidni corrigeretur helleborus, cùm & antimonium, & mercurius ſublimatus, aceto illo ſtillat. ſummopere corriguntur, ita, ut benigniſſima fiant medicamenta, ut experto cuique chymicorum ſit manifeſtum! hæ ſolæ pilulæ, tutò, citò & jucundè curant vertiginem.* Doſ. ℈ ß.

## CAPVT LVIII.

### *De Farinis.*

Farinarum conficiendarum modus vulgaris eſt.
*Sunt uſitatiores in Officinis*

Farina Amyli, amydi, Kraſſt-Meel. Farine d'Amydon. *Bran of fine wheat flowr.* Semelen van tarwe-meel.

| | |
|---|---|
| Avenæ. | Lini |
| Fabarum | Lupinorum |
| Fœni græci. | Orizæ |
| Glandium | Piſorum |
| Hordei | Siliginis |
| Lentium | Tritici. |

Volatilis, Staubmeel. de la folle Farine. *Bran or duſt of Meal.* Semelen of ſtof van Meel.

## CAPVT LIX.

### *De Feculis.*

HOFFMAN. *De Feculis.* ) Hiſce Cl. Zvvelfferus in P A animadverſion. radicum ipſarum ſiccatarum ſucco ſuo nativo adhuc gaudentium pulverem præfert, cujus rationem addit in appendice animadverſ. p. 64 quia iſtæ nihil aliud ſunt, quàm ſubtilior radicis pars, quæ, dum per linteum contuſa radix exprimitur, unà cum ſucco transfluit, poſteà verò ſucco ſuo per effuſionem & decantationem privatur & totaliter orbatur: non minoribus contrà relicta ab expreſſione radix gaudet virtutibus, quæ tamen tanquam inutilis abjicitur. Hic excipit *Dn. Lucas*

*Schrœckius*

*Schrackius* l. c. p. 501. feculas iſtas ſucco ſuo adeò eſſe orbatas, ut omnis virtutis & efficaciæ expertes evaſerint, non admitti, quia pars illius aliqua pulverem illum humectans remanet, unde Ari quoque fecula ſaporem nonnihil acrem retinet, ſi debitè præparata fuerit. Verùm licet in feculâ ari aliqua ſalis acris pars guſtu perceptibilis remaneat, non tamen omnis ſuperſtes eſt, & quid fiet de cæteris, quæ tantâ ſucci medicamentoſi copiâ non abundant? Amylum nihil probat, ἄποιον enim eſt, unde de hoc nihil certi de ejus virtute pronunciari poteſt.

FEculæ ex radicibus nonnullis, iiſque viridibus eliciuntur, rariſſimè ex foliis.

*Modus fiendi.*

℞. Rad. (v. g. ari,) q. v. lotam vel raſam, conquaſſata optimè in mortario, affundendo aquam ſubinde, ut fiat pulpa liquidiuſcula, hanc fortiter exprime, expreſſionem liquidam repone, ut ſubſideat fecula. Feculam ſubſidentem exicca. Sic ſunt

Fecula Ari.

Bryoniæ.
Iridis noſtrat.
Liliorum albor.
Pœoniæ.
Raphani marini.
Scyllæ.
Serpentariæ.

N. *Scylla operationem habet peculiarem. Vide lib.* 4.

*Ononidis radix cocta in ſ. q. aqua (hor.* 3. 4. *) ſi decoctum illud clarificatum prius & aliquantulum inſpiſſatum reponatur. Tart. itidem ad fundum mittit.*

## CAPVT LX.

### *De Floribus.*

FLores in Chymia ſunt ſubtiliores corporis partes, per ſublimationem, à craſſioribus particulis, ſub forma ſicca ſeparatæ.

Modus, ut ſingulis ferè diverſus eſt; ita & in ſingulis deſcribi poſtulat.

*Vſitatiores ſunt.*

Flores Antimonii.
Cinnabaris Antimonii.
Flores Arſenici Auripigm. ſublimatum.
Benzoin.
Mercurii varii, hoc eſt, Mercurii dulcis.
Salis. *
Sulphuris varii.

## CAPVT LXI.

### *De Gargariſmis, Diaclyſmatis & Dentifriciis liquidis.*

DIaclyſmata, (Collutiones oris) ſunt liquores, qui in ore detinentur, iterumque expuuntur. Hi ſi gargariſando adhibeantur, dicuntur Gargariſmi ſeu Gargariſmata, quod tamen vocabulum etiam generaliter pro diaclyſmate non rarò uſurpatur. Eadem ſi phlegmati è cerebro eliciendo deſtinantur, Apophlegmatiſmi nomen aſſumunt.

Liquores hi in Officinis pro uſu nulli extant, ſed ex tempore, ad præſcriptiones datas, diſpenſantur. Fiunt ut plurimum ex aquis (ſimplici vel deſtillata,) ſuccis, decoctiſvè convenientibus, in quibus pro libitu diluuntur ſyrupi, mella, ſapæ (℥ ij, iij, iiij, ad ℔ j. Aq.) tantillum aceti, O uſti, Sal. nit. crudi præparati, ſpiritus Sal. nitr. Vitrioli, & ſimil. In ſumma, omnis generis liquores, & quicquid in his diſſolubile eſt, diaclyſmata ingredi non nequeunt.

*Exempla ſint.*

1. *Diaclyſma Odontalgicum & apophlegmatizans.*

℞. Piper alb.
long.
Cubeb.
Staphiſagr.
Cort. mori
mandrag. ana ʒ j.
Rad. pyrethr. ʒ ij.
Contundantur & ex vino albo f. decoctum ad ℔ j. In colatura diſſolvatur tantillum aceti.

F. Diaclyſma.

*Diaclyſma refrigerans.*

℞. Cancros viv. N. v. vi. vel viij.
Sedi major. M. iij. vel iv.
Contunde & exprime ſuccum.

Vires. *Maximè prodeſt in inflammatione oris & faucium.*

3. *Diaclyſma ad gingivas.*

℞. Aqu. Chelidon. min. bis deſtillat. ʒ iv.
O uſti ʒ j.
M. & ſi libet f. filtratura.

Vires. *Inſignium virium eſt in gingivarum putredine.*

4. *Aliud.*

℞. Aq. Chelidon. min.
Plantag. ana. ℥ i ß.
Cochlear. ℥ j.
Extr. Chelid. min. ʒ j.
Mell. roſar. ℥ ß.
Spir. Vitrioli g. vi. M.

Vires. *Vires eaſdem cum præcedenti obtinet, ſed feliciores, præſertim in gingivarum putredine ſcorbutica.*

5. *Diaclyſma ſeu Gargariſmus antiſcorbuticus. S. Cloſſ.*

℞. Herbæ cochlear.
Pyrol.
Becabung.
Naſturt. aquat. ana. M j.
Rad. ariſtol. rot.
Enul. camp. ana. ℥ j.
Rhabarb. opt. ℥ ß.
Baccar. laur. ℥ vi.
Croci ℈ j.
Zinzib. alb. ℥ ij.
F. pulvis groſſus: Maceretur per biduum in ℔ ij. cereviſ. veter. idque in diplomate, decoctum coletur.

Vires: *Valet ad gingivas ſcorbuticas & ſanguifluas. Patiens eo os colluat, ac mane & veſperi ℥ ij. de eodem hauriat.*

6. *Diacl. Ad faucium inflammationem.*

℞. Aq. Plantag. ℥ ij.
Roſar.
Acetoſ. ana. ℥ j.
Prunell. ℥ ij.
Rob. Diamor. ℥ ß.
Sal. nit. præparat. ʒ ß.
M. F. Gargariſmus.

7. *Diacl. apophlegmatizans.*

℞. Cort. rad. ſambuc. ℥ j.
Rad. Galang. ʒ ß.
Pyrethri. ℈ ij.
Fol. Betonic.
Origan.

Majoran.

Majoran.
Meliſſ. ana. M. j.
Cubebar. ʒ i ß.
Sem. Sinap. ʒ j.
Uvar. paſſar. M. 1.
Coquantur in vino vel aqua.
℞. Colatur. ℔ i ß. præter propter.
Oxymel. ſcyllit. ℥ iij.
M. F. Gargariſmus.
Vires. *Phlegma à cerebro elicit.*

8. *Huc referendi ſunt* LIQVORES *fricandis dentibus, gingiviſque deſtinati.*

℞. Aqu. Prunell.
Plantag. ana ℥ iij.
Rob. Diamor.
Syr. roſar. ſiccar. ℥ ß. vel ℥ j.
Spir. Vitrioli ʒ ß. M.
Inſervit ad dentes dealbandos, extergendos, ſtabiliendos.

N. *Spiritus acidi proſunt maximè ad dentes dealbandos, ſed & ſtuporem eorum inducunt.*

## CAPVT LXII.

### *De Gelatinis.*

Gelatina eſt ſuccus inſpiſſatus, purior, clariuſculus, cum ſaccharo in ſcatulas effuſus & congelatus. Et hinc Gelatina dicitur.

Parantur è fructibus nonnullis ſucculentis, tum è cornibus ac oſſibus tenerioribus.

*E fructibus.*

℞. Fructus, exprime ſuccum, expreſſum coque & clarifica, (cum albumine ovi,) hinc addito ſaccharo inſpiſſa ſenſim & effunde in ſcatulas.

*Aliter.*

℞. Fructus, coque in Aqua, decoctionem citra expreſſionem decanta, vel filtra, ſaccharumque addendo inſpiſſa.

*E Cornibus & Oſſibus tenuioribus fit ſine Saccharo.*

℞. Raſur. cornuum oſſiumvè (vel eadem in fragmenta minutiora redacta,) coque vel digere aliquamdiu in Aq. (commun. ſtillatitiave appropriata,) hinc coque & filtra calidè, coagulaque.

N. *Quod ſi oſſa & cornua nimis dura ſint, acuari Aqua poterit liquore aliquo acido, verbi gratia, ſpirit. Vitrioli, Acet. diſt. & ſimil.*

*Exemplo ſit*

*Gelatina oſſium de corde cervi.*

℞. Raſur. oſſium cordis cervi ℥ iij. Coq. in aq. & vini alb. ana ℔ i ß. per horas 6. aut 8. ad medias, deinde colentur, in colatura diſſ. ſacch. opt. ℥ vi. agitentur.
ſimul cum.
Succi limon. ℥ ij.
Aq. roſ. ℥ j.
Dein recoquantur ad medias, addendo ſub finem ambr. griſeæ ſeorſim in aq. roſ. infuſ. ʒ ß.
Tincturæ cinnam. in vino fact. ʒ j.
Colentur & refrigerentur.

*Sic ſunt.*

Gelatina Cranii humani, cornu cervi,
Cytoniorum.
Eboris.
Pomorum,
Pyrorum.
Ribium.
Ungulæ alcis.

N. 1. *His immiſcentur nonnunquam pulveres, vel Extracta, & ſimil. unde Gelatinæ compoſitæ, tum alterantes, tum purgantes, verbi gratia, Gelatina Cytoniorum purgans. vide lib. 4.*

N. 2. *Sunt qui Gelatinas Cytoniorum* Marmelatas *vocant, eaſque tum ſimplices, tum aromatiſatas pro uſu domeſtico parant, varii coloris.*

Gelatina cydoniorum ſeu Diacydonium pellucidum purgans ex D. D. ZVVELFERO.

℞. *Cydonior. maturor & mundator. & in aliquot fruſta majuſcula conciſſorum* No. xxx. *vel* xl. *Coquantur cum aq. ſ. ſ. q. in vaſ. terreo, vel alio ſtanno obducto, quo uſque nonnihil mucilaginoſum aſt clarum reddatur decoctum, cui colato & aliquantulum expreſſo adde, nimirum* ℔ iiij. *hujus mucilaginoſi decocti, Sacchari canarini albiſſ.* ℔ ij *& ad conſiſtentiam gelatinæ percoque: Huic iam ab igne remotæ admiſce reſinæ ſcammonii & gialapii in ſpir. vini rectificatiſſ. priùs ſolutor. ana.* ℥ j. ʒ ij. *Et poſtquam probè mixta fuerint, ſpirituſque vini maximâ ex parte vel totaliter exhalarit, effunde gelatinam in exſculptas figuras plumbeas, priùs nonnihil madefactas: & ex his deinde immitte in ſcatulas oleo quodam grato fraganti inunctas.*

*Educit bilem & pituitam, pro delicatis, ex iis qui pharmaca averſantur & reſpuunt, concinnatum. Doſ.* ʒ ij. *ad* ℥ *ß.*

## CAPVT LXIII.

### *De Infuſionibus.*

HOFMAN. *De Infuſionibus.*) Infuſioni aptiora ſunt, quàm decoctioni, quorum præcipua vis in tenui ſubſtantiâ ſita expetitur, præſertim quæ arida & aquoſo humore deſtituta vires in ſuperficie poſitas habent. *Deinde* infundenda craſſiuſculè conſcindenda, contundenda aut pulveriſanda ſunt, niſi ea vis aut ſubſtantia requiratur, quæ in ſuperficie ſedem habet. *Tertiò*, ad infuſiones convenientiſſimi liquores ſunt, qui ſuâ tenuitate in omnes commiſſæ materiæ poros ſeſe inſinuantes præcipuam vim elicere poſſunt. *Quartò*, ſi liquor loco tepido aſſervetur, dilutum erit efficacius. *Quintò*, infuſio decoctione longius requirit tempus, quò imbecillius allicit vires medicamentorum. *Sextò*, quæ duram habent ſubſtantiam & compactam, & qualitatem firmiter ſubſtantiæ adhærentem, diutius terenda vel infundenda ſunt, quæ raram & imbecillam minus. *Septimò*, liquor ad infuſiones debet eſſe calidus, quia calor ad extrahendam medicamentorum facultatem multum prodeſt. *Octavò*, colatura ſine expreſſione eſt dilutior & guſtui gratior, ſed debilior, cum expreſſione turbidior & craſſior, verùm fortior. *Nonò*, medicamenta inciſa & contuſa vel per ſe in convenienti liquore aut vehiculo infunduntur, vel quod melius, & uſu jam valde receptum eſt, nodulo ex ſyndone albo vel rubro incluſa vino vel cereviſiæ immerguntur, quantitate medicamentis ingredientibus reſpondente, & in locum tepidum reponuntur. Exempla vide in Dn. noſtro Autore.

¶ Infuſionis [infuſi] nomen potionibus potiſſimum imponi, iiſque purgantibus, lib. 1. diximus, harum rationem hîc loci exhibemus.

Liquorem exhibent aquæ ſtillatitiæ, [tum & fontana,] ſerum, mulſum hydromel vinoſum, vinum, & ſimil.

Materia infuſioni apta, etſi & ex mineralibus & animalibus ſumi queat, tamen hujus loci inprimis ſunt vegetabilia, & maximè purgantia cum corrigentibus.

*Modus parandi.*

Recipiuntur res medicamentales, præparatæ ad infuſionem, incidendo, contundendo, limando, &c; prout in decoctorum doctrina traditum; immerguntur liquori, quantitate & qualitate intentioni medicæ reſpondenti, reponunturque, ſi extractio maturanda, loco calido, (in cineres vel juxta fornacem.) Hinc decantetur liquor, exprimaturve pro uſu.

Proportio liquoris præſcribitur ferè q. ſ. id eſt, ut materia cooperiatur, liquorque ſuperemineat digitos verſus, 1. 2. 3. &c.

*Exempla ſint*
1. *Infuſio Cholephlegmagoga.*

♃. Agaric. elect. ʒ j ß.
Rhabarb. opt. ℈ ij.
Zinzib. ℈ ß.
Spic. Nard. gran. v.
Sal. gemm. gran. iij.
Pulveriſentur groſsè & infundantur per noctem in
Aq. Eupator.
Cichor. ana. ℥ i ß.
Hinc calefiant & colentur cum expreſſione. F. Potus.
Vires. *Purgat bilem & phlegma.*
N. *Sal gemmæ additur ad facilitandam extractionem: cujus rei gratiâ & ſal Tart. addi poterit.*
*Hujus generis ſunt Vina medicata,* [*ut & Cereviſiæ medicatæ,*] *tùm alterantia, tùm purgantia, v. g.*

2. *Vinum Arthriticum.*

♃. Fol. chamædr.
Chamæpit.
Sum. Salv. ana ℔ i ß.
Flor. primul. ver.
Anth.
Lil. convall. ana ℔ ß.
Raſ. lign. Guajac. ℥ viii.
Viſci quern. ℔ ß.
Rad. Chin. ℥ iij.
Caryophyllat. ℥ iv.
Vini muſti menſur. lxxx.
Ponantur ad ferveſcentiam, ut deferveant.

3. *Vinum Medicatum Cephalico-Spleneticum.*

♃. Rad. Caryophyllat. ℥ ij ß.
Cichor. ℥ i ß.
Enul. ℥ j.
Herb. Ceterach.
Veronic. c. fl.
Card. bened. c. florib.
Epatic. ſtellat. c. flor.
Summit. Centaur. min. ana M i ß.
Cort. Arant. ſicc. ℥ ß. ʒ ij.
Incidantur herbæ, contundanturque groſsè radices & cortices, infundanturque in vini menſur. viij.
Vires. *Catarrhis inſigniter opitulatur, caput, epar & lienem corroborat.*

4. *Vinum Matricale.*

♃. Herb. Meliſſ.
Puleg.
Capill. ♀.
Salv.
Calamenth.
Artemiſ. ana M. ß.
Fl. Squinanth. ℥ ß.
Calendul.
Cheir. ana p. ij.
Nuciſt.
Macer.
Cubebar.
Cardamom.
Granor. Paradiſ.
Zedoar. ana ʒ j.
Vini generoſi menſur. iv. addendo ſaccharum pro libitu.

5. *Vinum purgans.*

♃. Fol. Sen. Al. ſ. ſt. (ſine ſtipitib. ℥ x.)
Follicul. ſen. ʒ i ß.
Epithym. ʒ vi.
Sem. cartham. conqu. ℥ ß.
Gialapp. ʒ iij.
Cort. Helleb. nigr. ʒ ß.
Cinamom. ʒ j.
Galang. ʒ ß.
Zingib. ℈ ß.
Cort. citr. ʒ ij.
Vini menſur. i.
Vires. *Purgat humorem Melancholicum & ſeroſum. Doſis ℥ iij. iiij.*
N. *Plura Exêmpla aliundè petere licet, vel ex decoctis, vel Aquis deſtillatis compoſitis huc accerſere. Nimirum ſpecies dictorum Medicamentorum non minus, & hic adhiberi poterunt.*

6. *Vinum Sanctum.*

♃. Vini alb. opt. ℔ xv.
Lign. Guajac.
Sarſ. Parill. an. ℥ iiß.
Fol. ſen. ſ. ſt. ℥ iij.
Polypod. q. ℥ ij.
Conquaſſata infundantur, digeranturque hor. 24.
Vires. *Valet ad morbos frigidos, paralyticos, cacochimicos & maximè luem ♀ inveteratam. Singulis diebus mane ℥ viij. & ſero ante ingreſſum lecti tantundem patiens capiat. Exerceatur validè, nec opus ut ſemper domi in clauſtro maneat. Philipp. Mull. in mirac.*

*Huc pertinent Vina Hippocratica ſeu Clareta. v. g.*

7. *Claretum laxativum.*

♃. Cinamom.
Galang.
Caryophyllor.
Macis.
Zinzib. ana. ʒ j.
Turbith. alb. ʒ vi.
Fol. ſen. el. ℥ j.
Mechoacann. ʒ iij.
Sacchar. ℥ iij.
Vini generoſi ℥ xvi.
Aq. fontan. ℥ viii.
Cremor. Tart. ʒ ij.
Stent in infuſione per noctem, dein colentur per Manicam Hippocraticam.
Vires. *Purgat humores melancholicos & pituitoſos.*
*Doſis ℥ iij. vel iiij.*

8. *Claretum purgatorium, ſ. Vinum Hippocraticum Antimoniale.*

♃. Vitri ♁ ſubtiliſſ. pulveriſ. ʒj. ℈ij.
Vini alb. opt. ℥ viii ß.
Digerantur vaſe vitreo benè clauſo, in MB. [illegible] (6.) dein cola, colaturæque adde
Sacchar. albiſſ. pulveriſat. ʒ iij. vel ℥ ß.
Aromatizetur cum opt. Aq. cinam. & ſervetur. Doſis ʒ ij.
Vires. *Satis leniter ſuaviterque operationem ſuam infra & ſupra exercet. Sala.*

Vinum aloëticum prophylacticum antipeſtilentiale D. D. DIEMERBROECKII.

℞. *Rad. angelicæ, helenii, petaſitidis, dictamni, cortic. aurantior. ana* ʒ j. *aloës lucidæ* ℈ vj ß. *herb. card. bened. man. ß. centaurii min. p.* ij. *abſinthii p.* j. *Conſcindantur minutim, & ex iis conficiatur puppa ſuſpendenda in vini albi tenuis Rhenani vel Gallici* ℔ vj. *in quo vino puppa illa remaneat uſque dum totum epotum fuerit.*
*Hujus vini quatuor aut quinque unciæ tempore peſtilentiali aſſumta, alvum ſemel, bis vel ter clementer ſubducunt. Ab illo tamen & ab aliis amaris abſtinendum in iis quos hæmorrhoides affligunt, nec non in mulieribus gravidis, quibus potius rhabarbari & agarici uſus commendandus. Pauciſſimis aliis purgantibus medicamentis ad præſervationem utebatur in peſte dictus* D D. DIEMERBROECKIUS.

Vinum Chalibeatum ex D. D. DONZELLO.

♃. *Limaturæ chalybis* ℥ iiij. *ſennæ oriental* ℥ j. *cinnamomi contuſi, ſem. coriandri præparati ana* ℥ ß. *aniſi* ℥ ij. *abſinthii pontici man.* j. *vini albi optimi* ℔ iiij. *Fiat omnium infuſio graduata, per dies* iiij.
*Præſentiſſimum eſt remedium in oppilationibus & affectionibus hypochondriacis, ejus autem* ℥ iiij. *aſſumuntur mane jejuno ſtomacho.*

Vinum

Vinum Hippocraticum laxativum D. D. ZVVELFERI.

℞. *Vini albi optimi* ℔ iiij. *Collocetur in olla terrea ſupra ignem carbonum, ollâ nonnihil tectâ, quamprimum autem incipit ferveſcere, injiciantur ſequentia ſalutem inciſa, ut poté radic. mechoacæ albæ, gialappæ ana* ℥ j. *rhabarbari optimi* ʒ vj. *aſari* ℥ ß. *cinnamomi acuti* ʒ vj. *cardamomi min.* ʒ j ß *caryophyllor.* ʒ ß. *cortic. arantior. citri rec. ana* ʒ j ß *cremoris tartari* ℥ ß. *His omnibus vino fervente immerſis, ſtatim deſuper etiam ſuperinfundantur, ſacchari canar. albi* ℥ v. *album. ovor.* No. ij. *conquaſſator. ſcopula deſpumatoria, addita nec non particula aquæ cinnamomi, atque unica ebullitione facta, ſtatim removeantur ab igne & manicæ Hippocratis, facculo ſc. in cuſpidem deſinente, infundantur, & vinum hoc ſæpius trajiciatur, donec clarificatum & purum deſluat, ad inſtar vini Hippocratici boni ſaporis & odoris, deinde malis propinandum repetitis vicibus, quibus per Epicraſin materia morbifica educenda. Doſ.* ℥ ij. *ad* ℥ iij.

## CAPVT LXIV.

### *De Iulebis & Moretis.*

IUlebi [Iulepi] in Praxi uſitatiſſimum potionis genus conſtituunt, quod ob ſaporem gratum, pro potu ordinario ægris præſcribi ut plurimum ſolet.

Parati autem in Officina nulli extant, ſed ex tempore parantur.

N. *Iulepi violaceus & roſaceus* [*ut & gemmatus*] *Officinarum, Syrupi ferè conſiſtentiam obtinent.*

Parantur ex liquore potulento, in quo Syrupi, ſaccharumve diſſolvuntur, additis, prout viſum fuerit, & aliis in liquore illo diſſolvi aptis, qualia ſucci, ſpiritus & ſimil.

N. *Syrupi vices & conſerva ſupplere poteſt, accedente colaturâ.*

Liquor ille potulentus adhibetur varius: Aqua ſtillatitia, fontana, [correcta pane toſto] decoctum verbi gratia, C.C. Glycyrrhizæ, Hordei & ſimil.

Proportio Liquoris, ℔ 1.

Syrupi ℥ j. ℥ ij. vel prout palato placuerit.

Acidiuſculi, adeoque gratiores, non rarò reddi ſolent, ſpiritu Vitrioli ad ſaporem gratum uſque inſtillato.

*Exemplo ſint.*

1. ♃. Decoct. C. C. uſti, id eſt, in quo c. c. [v. gr. ℥ j. vel ij.] ſit coctum ℔ 1.
Syrup. papav. err. ℥ j.
Corallor.
Succ. Berberor. ana ℥ ß.
M. F. Iuleb.

Confert in febribus aliiſque ſanguinis ebullitionibus, quas vigiliæ alvique fluxus comitantur.

2. ♃. Aqu. fontan. pane correct. ℥ x.
Iulep. roſar. ℥ i ß.
Syr. cinam. ℥ ß.
Aqu. Roſar. ℥ iv.
Spir. Vitrioli q. ſ. ad gratum ſaporem videlicet ℈ ß. vel ʒ ß.
F. Iuleb.

Vires. *Refrigerat, roborat, potuſque gratus eſt ægrotis.*

3. ♃. Aqu. hordei, id eſt, decoct. ℔ i ß.
Conſerv. roſar. ℥ iij.

Conquaſſetur conſerva, tantillum ſubinde decocti affundendo, hinc coletur, & ſi placuerit, filtretur.

N. 1. *Acida ſi decocto C.C. (inprimis è crudo c.c.) inſtillaris, turbidum id redditur.*

N. 2. *Poterit itidem Santalo rubro aromatizari, ſantali ſcil.* ℥ ß. *ſimul conquaſſando.*

Hujus quoque loci eſt Moretus noſtratibus dictus, potionis genus, ex aromaticis aliiſve confortantibus commixtum, addito ad gratum ſaporem ſaccharo vel ſyrupo.

N. *Moretus dicitur à moris ſeu diamoro ingrediente. Eſtque mulierculis noſtratibus potionis genus uſitatiſſimum, quo veram impregnationem confortari, falſam exturbari, perſuaſum ſibi habent.*

1. *Moretus uſualis pro ditioribus.*

♃. Diamor. c. ſacchar. ℥ ij.
Juleb. roſar.
Aqu. cinamom. ana ℥ j.
Spec. Diamb. ʒ ß.
Trag. Stomach. ℥ i ß.
Vini optimi, ℔. 1. M.

Bibatur mane bonus hauſtus, idque diebus continuis 3.

2. *Moretus pro pauperibus.*

♃. Diamor. c. ſacchar. ℥ ij.
Juleb. roſar. ℥ j.
Trag. comm. ℥ i ß.
Vini, ℔. 1. M.

3. *Moretus abſque ſpeciebus.*

♃. Diamor. c. ſacchar. ℥ ij.
Julep. roſar. ℥ i ß.
Aqu. cinamom. ℥ j.
Vini generoſi, ℔. 1. M.

N. *Species quæ addantur, poſt infuſionem colando iterum ſeparantur.*

*Nodulus pro puerperis.*

♃. Croc. integr. g. vi.
Galang.
Macis ana ℈ j.
Antophyllor. N. iv.
Cardamom. ℈ j.
Baccar. laur. decort. N. vi.
Dentur mixta.

## CAPVT LXV.

### *De Lapidibus.*

HOFMAN. *De Lapidibus.*) Lapidis vocabulum hoc loco non accipitur pro ſubſtantiâ compactâ lapideâ nativâ, ſed pro medicamento in duritiem terream & lapideam redacto quod venit Lapidis nomine.

¶ Lapidis nomen hic ſume non pro lapidibus nativis, ſed pro medicamentis præparatis, quæ veniunt nomine lapidis, ut ſunt 1. Lapis vegetabilis dictus. 2. Medicamenta in duritiem terream ac lapideam excocta.

Lapis vegetabilis nihil aliud eſt, quam eſſentiales vegetabilis alicujus partes conjunctæ, ac in lapidem q. coagulatæ. Fitque.

♃. Plantam ſiccam digere cum menſtruo proprio (Aq. propriâ ſtillatit.) deſtilla, ut habeas phlegma, ſpiritum ac oleum. Ex remanente ac ſuperſtite materia incinerata extrahe ſal beneficio phlegmatis. Ex eadem (ſeu ejuſdem ſpeciei planta) extrahe tincturam cum ſpiritu illo. Hinc impragna Sal. com. tincturâ ſuâ ſ. a. ad ſufficientiam. Poſtea adde olei quantum impragnatum illud ſal imbibere poteſt, & in lapidem quaſi coagulantur.

HOFMAN. *Lapis vegetabilis nihil aliud eſt.*) *Dominus Autor* hanc deſcriptionem deſumpſit ex *S. Cloſſæo.* *Si* ſcilicet Sal comm. Eſſ. ſp. vini ſepties ſuprà Sal. comm. proprio rectific. ſepties additur ol. æthereo, ſpiritu ſuo quaſi animat per repetitas deſtillationes & fixationes, unde ſumma corporis noſtri medicina. Alium Lapidem vegetabilem ex Tartaro crudo in oleum poſt multos labores converſo habet Rhumel. in compend. Hermet. Cap. 22. p. 70. quod in lapidem coagulatur.

¶ N. *Hujuſce medicamenti genus etſi in Officinis paratum non extat, operæ pretium tamen eſſet, introducere, in quo autem notandum, quod lentiſſimo igne in lapidem paulatim convertere id oporteat.*

Alias lapidis nomine veniunt Lapis ſepticus ſ. cauterium potentiale, tum quoque lapis Philoſophorum, (*de quibus Auguſtani,*) & præter hos.

HOFMAN.) Hûc etiã referri poteſt *LAPIS BUTLERI*, quo quemlibet ferè morbum ſolo odore illius aut intinctu in liquore ægrotis exhibito curavit inſolito & incognito ſpectaculo teſte *CL. HELMONTIO* in tr. *BUTLER* p. m. 468. Fuit *BUTLER* juxtà *CL. G. MORHOFI* relationem in Epiſtol. de metallor. tranſmutat. ad Nobiliſſ. *JOEL. LANGELOTT* p. 158. Nobilis Hibernus, cumque juvenis in Africam navigaturus eſſet à Piratis captus Regulo cuidam Arabi pro mancipio venditus fuit. Is poſſeſſor magni arcani fuit, & hujus ſervi ſui miniſterio ad opera quædam vulgaria chemica uſus eſt. Qui cum eſſet ſagaciſſimus, ſubolfecit ſecretiores Domini ſui labores, ac in pyxidem aliquam incidit, quâ recondebatur magnus ille Naturæ theſaurus. Cujus rei cum jam eſſet certus, cum Mercatore Anglico illic vivente pactus eſt, ut ſe ab hero ſuo redimeret. Redemit ille: *BUTLERUS* verò pyxidem illam tanti arcani cuſtodem furto ſubripuit, atque in Angliam navigavit, ubi privatim coràm aliquibus projectionem fecit. Ea fama pervenerat ad Medicum quendam Hibernum, popularem ejus, quem permovit, ut relictâ familiâ ſuâ ac praxi medicâ ipſe *BUTLERO* ſpe arcani potiundi, famularetur. Multum intercеſſerat temporis, cum nihil Medicus deprehendere potuit, & omnia clanculum ageret *BUTLERUS*. Tranſegit itaque cum hoſpite pretio dato, ut locum aliquem obſcurum poſt *BUTLERI* conclave ſibi concederet, quo per rimas aut foramina quædam illum obſervare poſſet. Accidit itaque, cum aliquando plumbi & hydrargyri quantitatem emere juſſiſſet *BUTLERUS*, ac ſtatim in vicinam urbem negotii causâ ablegaſſet, ut ille jam tempus idoneum ſuſpicatus ſimulato abitu domi remanſerit. Quare poſt conclave in ſellis duabus vel tribus ſibi ſuperimpoſitis conſtitit, ut per foramina prius à ſe facta deſpicere in conclave *BUTLERI* poſſet. Vidit itaque furnum parare *BUTLERUM*, plumbum ac hydrargyrum igni apponere. Vidit de pavimento, effracto lapide, producentem pyxidem aliquam rubicundo pulvere plenam. Cumque quantum ſatis erat, è pyxide ceperat *BUTLERUS*, ac jam liquefacto plumbo ac hydrargyro calido immiſſurus erat, Medicus nimio videndi deſiderio flagrans propius ſe foramini admovit, cum corporis ſui pondere ſella ſuprema inclinata præcipitem illum dedit. Quo ſtrepitu attonitus *BUTLERUS* obſervatorem ſuum pene transfixiſſet, niſi interceſſiſſet hoſpes. Medicus verò ille ſtatim herum ſuum coràm Magiſtratu Londinenſi ut Monetæ falſarium accuſavit. Quo in carcerem conjecto, ac ſupellectile ejus perluſtratâ nihil quidem inſtrumentorum monetariorum, ſed quadraginta auri libræ inventæ ſunt. Quod cum falſum primò ſuſpicarentur judices, genuinum omni examine deprehenderunt. Cùm igitur documenta non eſſent, quibus convinci poſſet *BUTLERUS*, è carcere iterum dimiſſus eſt. Idem *BUTLERUS Ducem de Buckingam*, cum iter ſuum in peregrinas regiones inſtituturus eſſet, adiit, ac aliquam Cambii ſchedulam ad Mercatorem Batavum ultrò obtulit, ſi fortè apud peregrinos pecunia illum aliquando deficeret. Riſit *Dux*; ſed ne inofficioſus videretur, ſchedulam accepit, eam ut nullo ſibi uſui futuram negligens. Accidit itaque ut Ducem Amſtelodami viventem Mercator aliquis *BUTLERI* nomine ſalutaret, ac ducenties millia aureorum ejus nomine offerret, ſi pecuniâ egeret. Obſtupuit ſummâ illâ oblatâ *Dux*; ſed accipere detrectavit. Cum verò poſteà per Angliam innoteſceret de *BUTLERI* divitiis per artem chymicam paratis ac ſaluti ſuæ diffideret, in Hiſpaniam navigans unà cum lapide aquis ſubmerſus eſt. Hæc ex ipſius *Ducis* œconomi ore, qui hæc narravit, habet ſuprà laudatus *MORHOFIUS*. Hic eſt *BUTLERUS* ille, qui ſuprà allatum poſſedit Lapidem. Utrum verò conveniat cum hoc chryſopœjo, an ſecus, Nos dubios facit *CL. HELMONTIUS, qui l. c. Driff* vocat defectu nominis ſuâ vernaculâ, quod denotat arenam ſive terram virgineam. Cujus requiſita recenſet, *primò*, ut ſit corpus quoddam metallicum, quod longâ ſui morâ conſtantiam, non autem acceleratam corruptionem ſignificat. *Deinde*, ut in pauperum ſolamen ſit deſtinatum. *Tertiò*, ut ſit ab artifice reſeratum, repagulis liberum ac veluti reſuſcitatum, recens ab igne ſurgens. *Quartò*, ut ſit volatile, ſive bis vel ter ſublimatum. *Quintò*, ut hoc volatile quodammodò fixum fiat, ne magnâ ſui parte evolet, & ita corpori humano communicabile. *Sextò*, ut non ſolum ſuâ corporis firmitate, ſed etiam virtutis ſuæ extenſione ſit planè fermentale, adeò, ut etiam minimâ ſui odoris participatione ſuas vires extendere poſſit in Archéum, eundemque ſopire ac demulcere. Hujus præparationem vide l. c. Alias *JOHANNES MARCUS MARCI à Kronland in Philoſ. Veter. reſtitut. part. 5. ſect. 9.* Hujus Lapidis veram baſin Vitriolum Ven. eſſe ſtatuit ex confeſſione ipſius filii *HELMONTII* nomine MERCURII, cum quo Francofurti ad Mœnum cum Aulâ Cæſareâ manſerit, familiariter cum ipſo verſatus, tanquam amico intimæ admiſsionis. Hic addidit Lapidem hunc vetuſtate in colorem viridem mutari; quin etiam Patrem ſuum uſneam quandoque tanquam minùs neceſſariam omiſiſſe. Et ut inventum hoc magis lateret & majorem ſui æſtimationem pareret, ſepiæ atramentum ſuo vitriolo affudit, ut remedii compoſitio fieret obſcurior. Ideoque hic Lapillus ex Vitriolo Veneris prius volatili facto & cum ſale marino in tigillo prius fuſo miſcetur, vel ne quid diſsipetur, ſali ſuprà marmorem effuſo idem Vitriolum volatile quàm celerrimè lapide currente in gyrum ducto permiſcetur, priuſquam hoc avolare illud planè coagulari poſſit. Quo magis Vitriolum exaltatur, ſive illud fiat per ≏tionem, ſeu filtrationem, eò majorem vim obtinet; Certum enim eſt Vitriolo ἐνέργειαν excellentem ineſſe pacandi Archéum. Vnde inquit porrò *MARCUS MARCI*, ex quo illo uti cœpi, Arthritis ſenſim eſt remiſſa, ita, ut jam à biennio ab eâ ſim liber, & veriſimile eſt ad ſenectutem retardandam & ad multos graves morbos curandos valere. Nec ego inficias ire poſſum, Sal meum anodynum, cujus in præfationis fine ad tr. meum de Meth. Medendi mentionem feci, ad Morbum in centro detinendum ab omni narcoſeos ſuſpicione liberum ex eâdem proſapiâ oriri.

N. *Lapidem BUTLERI olim CHRISTOPHORUS N. Altenburgi* h. m. elaboravit.

Recip. Salis marini ex cap. mort. poſt deſtill. extracti & in aceto liquefacti ℥ j. Entis Veneris ʒ j. ℈ ij. Uſneæ humanæ gr. xv. cum ichthyocollâ ſolutâ f. trochiſci.

Ens autem Veneris præparavit cum Sal. comm. volatili Vrin. ſæpius illud ≏ndo à colcothare omni ſalſedine privato atque ſale Vrin. optimè imprægnato. Sal ſcilicet illud dicitur eſſe fermentum illud peregrinum, quod Ens Veneris comitatur. Verùm, quamvis hæc præparatio atro non ſit notanda carbone, ſcopum tamen *BUTLERI* minimè attingit, ut pote, qui requirit radicalem Veneris in Vitriolo contentæ ſolutionem, quæ ſine Igne philoſophorum penetrando comburente & comburendo penetrante nec haberi, nec perfici poteſt, ſiquidem abſque hoc Sulphur Veneris verum & quod Philoſophorum eſt, obtineri & ſequeſtrari nequit.

## ¶ 1. *Lapis corroſivus.*

♃. Lixivium, è quo ſapo niger coquitur. Id ſartagine exceptum coquatur in lapidem, qui teſſeratum in formam ſcinditur, cum refrixerit, ac vitro rectè obturato ſervetur.

Vires. *Cauterium inſigne eſt, dimidiæ horæ ſpatio fonticulum inducere ſufficiens. Heurn. in Meth. pract.*

HOFMAN. *Lapis corroſivus.*) Hic ad fonticulos inducendos communiter adhibetur; Moderno tamen uſui accommodatior eſt ſequens ſal cauſticus *MOLINETTI*, Recip. Lun. capellatæ ℥ ij. aq. fort. ℥ vj. minutiſsimè in ſcobem redactam ſolve, repoſita in vaſe vitreo ign. Aren. admove, ubi ſolutum fuerit argentum, paulatim augeatur Ign. & lapidem Lunæ inſtar lanæ acquires, qui per gradus perficitur uſque ad Aquæ fortis conſumptionem. Cauterium præſtantiſsimum eſt chirurgis commendandum, dimidiæ horæ ſpatio fonticulum inducit.

## ¶ 2. *Lapis ſ. magnes arſenicalis.*

♃. Antimon. crudi.
Sulph. flavi.
Arſen. albi.

Pulv. ſubtiliſſimè lentoque igne liquefac. Vaſe refrigerato eximitur materia, quæ frigore indureſcit.

Vires. *Uſus ejus eſt in peſte, ubi in forma periapti de collo ſuſpenditur: ingreditur inſuper Emplaſtrum magneticum Hart.*

HOFMAN. *Lapis ſeu Magnes arſenicalis.*) Sequens Magnetis Arſenicalis præparatio, prout & C L. *Zwelferus* deſcribit optima eſt, Recip. Antimonii crudi, Sulphuris flavi. Auripigmenti albi, cryſtallini, ana ℥ ij pulveriſentur omnia ſubtiliſsimè & in vaſe vitreo in arenam calentem imponantur, ignem uſque ſubtus habeas, donec vaſe benè calefacto ingredientia omnia ſimul inſtar

pice

picis colliqueſcant, ſtudioſè à fumo ſibi cavendo; id quod cognoſces, ſi, dum ſtylo ferreo fundum contigeris, materia adhæreat, & inſtar Terebinthinæ trahatur. Poſtea frange vas vitreum, & reſtrixam materiam, quæ ſubfuſcum repræſentat lapidem ſubtiliter tere & ad uſum cuſtodi. Ingreditur ſuprà deſcriptum Emplaſtrum meum magneticum.

### ¶ 3. *Lapis medicamentoſus Crollij, ſeu Lapis ſalutis.*

℞. Vitrioli virid. ℔. I.
alb. ℔. ß.
Alumin. ℔ i ß.
Anatron. id eſt, fel vitri.
Sal. commun. ana ℥ iij.
Tart.
Abſinth.
Arthemiſ.
Cichor.
Perſicar.
Plantag. ana ℥ ß.

Ponantur in olla vitreata, affunde parum aceti roſacei, ac coque igne l. ſæpius agitando: ubi incipit ſpiſſeſcere, adde
Ceruſ. ℔. ß.
Boli armen. ℥ IV.

Diligenter miſceantur omnia, donec vi ignis mediocris in lapidis duritiem maſſa concreverit, quæ poſtea fractâ ollâ eximenda, & ad uſus reſervanda.

N. *Si gummata, myrrham videlicet & thus, addere voles, inſtituatur coctio lenta, ne comburantur, nec vis illorum in igne evaneſcat.*

Vires. *Virtutes ejus variæ ſunt. Tollit ulcera & defluxiones, deſiccat vulnera inveterata; curat eryſipelas, ſcabiem, tineam, ſerpigines.*

*Modus utendi.*

*Liqueſcat ejus* ℥ j. *in Aq. pluvial. menſura* 1. *filtretur, filtraturâ hac utere, tum lavando, tum linteolum imbuendo ac imponendo.*

HOFMAN. *Lapis Medicamentoſus Crollij ſeu Lapis ſalutis.*) In hoc ſalia alcalia & acida concurrunt & cum terris in unam maſſam coëunt. Salia acida ſunt Vitriolum virid. & alb. alumen, Sal. commun. Alkalia ſunt Anatron, id eſt fel vitri, Sal. Tartari, perſicar. plantagin. licet reliqua planè excludantur & dictorum alkalium doſis augeatur ad vitandam inutilium nimiorum ingredientium farraginem. Ideoque nec reliquæ deſcriptiones n. 4. 5. 6. de nihilo ſunt.

*Anatron id eſt fel vitri.*) fel vitri nihil aliud eſt, quàm ſpuma materiæ, ex quâ vitrum fieri debet, cùm enim vitrorum materia conſtet ex cineribus, arenâ &c. hujus ſpuma fel vitri eſt. Hoc in hydrope aſcite à ʒ ß. ad ℈ ij. cum brodio calido cancrorum, ut & in calculo notabilem præſtat effectum. Alias & Anatron ſumitur pro terrâ Sarracenicâ, item pro excreſcentiâ albâ ac lapideâ, quæ in petris creſcit in modum uſneæ albæ, à quibuſdam ſal nitrum vocata, prout Jenæ ejuſmodi Anatron in montibus ad Lichtenſtein reperitur. Dominus Autor noſter etiam ſal Anatron magis compoſitum deſcribit. p. 279.

### ¶ 4. *Alia deſcriptio Iohannis* Greiff.

℞. Alumin. ℥ IV.
Vitrioli ungar. vir. ℥ ij.
alb.
Tartari.
Borrac.
Maſtich.
Thur.
Sal. ✻ ana ℥ j.
Ceruſ. ℥ VI.
Boli arm. ℥ iij.

Craſſo modo contuſa, coquantur in olla vitreata capaci, cum aceto fortiſſimo, ut ſupra. *Hart. in pract.*

### 5. *Alia.*

℞. Vitrioli ℔. I.
Sal. nit. ℔ ß.
Ceruſ.
Alumin.
Bol. armen. ana ℥ IV.
Sal. ammoniac. ℥ ij.

Omnia bene trita coque l. Ign. cum aceto ad eminentiam digit. 2. affuſo in olla ſatis capaci, donec omnia redigantur in lapidem durum.

### 6. *Alius lapis ſalutis.*

℞. Alumin.
Myrrh. ana ℥ iij.
Vitrioli alb.
Anatron.
Ceruſ. ana ℥ ij.
Thur. ℥ j.
Bol. armen.
Ærugin. ana ℥ IV.

Tere ſimul, & cum acet. q. ſ. coque ac coagula in lapidem.

### 7. *Lapis mirabilis.*

℞. Vitrioli alb.
virid.
Sacchar. fin.
Sal. nit. ana ℔ I. ß.
Sal. ✻ ℥ i ß.
Alumin. crud. ℥ IV.
Camphor. ℥ j.

Minutiſſimè pulveriſata, miſceantur cum muria ſive brodio olivarum conditarum, ut fiat inſtar mellis. Coque dein lente & coagula in lapidem.

Vires. *Eaſdem vires obtinet cum prioribus lapidibus ſalutis.*

HOFMAN. *Lapis mirabilis.*) Sequens Lapis mirabilis etiam internè contra calculum adhibitus. Recip. Salis ononidis. Succini volatil. Vrin. volatil. ✻ ſepties ſublimat. Lapid. Nephritic. calcul. human. Tartari Vitriolat. Sp. Vitrioli coagulat. ocul. Canc. præp. ana ʒ ij. M. ſ. q. aquæ & vaſe clauſo in loco tepido coagula in lapidem. Doſis à ℈ ß. ad ʒ j. Item Recip. Salis prunellæ. Sal. abſinth. ana ℥ j. Sal ſuccini volatilis. ℥ ß. ol. d. ſuccini ℈ ij. Lapid. Nephritic. q. ſ. M. & cum aq. coagula in lapidis duritiem. Doſis eſt à gr. vj. ad ℈ j. vel ʒ ß. in vino vel aq. ſaxifrag. omnem materiam ſabuloſam everrit, & expellit calculum, ſi verò jam coagulatus, demulcet dolores, in iſchuriâ & dyſuriâ etiam commendabilis & in podagrâ.

### § 8. *Alter: Lapis rubeus dictus.*

℞. Vitriol. Roman.
alb. ana ℔ I. ß.
Alumin.
Lithargyr.
Lap. calamin. ana ℥ IV.
Tart. albi puri.
Sal. ammoniac.
commun. ana ℥ ß.

Affuſo aceto coque l. Ign. ſemper agitando, & cum incipit ſpiſſeſcere adde
Ceruſ. venet. ℔ ß.
Boli arm. ℥ IV.
M. diligenter, & coque in duritiem lapidis.

## CAPVT LXVI.

### *De Liquoribus.*

Liquores hic voco humores per deliquium, aut ſimiliter paratos.

N. *In his excellunt ſalia reſoluta, quæ Balſami, vel interdum olei nomen, licet minus accurate, ſibi vendicarunt.*

HOFMAN. *De Liquoribus.*) Hi olei interdum nomine veniunt, propter ſuam unctuoſitatem nomen adepti, reverâ autem olea non ſunt, ſed ſaltem ſalia humiditate aëris impraegnata ac in liquorem ſoluta, in primis alkalia, quæ non tàm in aëre frigido, quàm potius humido liqueſcunt, ſi enim non unà humidus foret, alkalia non tàm facile liqueſcere ſineret, ſic calido etiam ed pluvioſo exiſtente aëre de facili liqueſcunt.

¶ Reſolvuntur ſalia per deliquium, ſi aëri humido exponantur, vel & humore aqueo imbibantur: reliqua quia peculiarem modum obtinent, quo in liquorem redigantur, ſpecialiter ſuis locis inno-teſcent.

*Liquores uſitatiores ſunt*

Liquor. Salis ammoniaci.
Arſenici.
Corallorum.
Cryſtallorum.
Salis gemmæ.
Lapidis Iudaici.
Ludi ſ. calculi humani.
Oculorum cancri.
Perlarum.
Saturni.
Talci.
Tartari, i. e. oleum Tart.
Huc Liquor Lumbricorum. Myrrhæ.

*Commendatur itidem maximopere Liquor Lithontripticus compoſitus.*

♃. Ocul. cancr.
Lapid. Iudaic.
Lyncur.
Spongiæ.
Ætit. ana q. v.

Pulveratis affunde Spiritum Salis ad digit. 3. ſtent in ſolutione ♂ aliquot, hinc depleatur ſolutio, reſtitanſque materia, novo ſpiritu ſalis affuſo denuo ſolutioni ſubmittatur, donec tota ferè ſoluta ſit. Solutiones confuſas coagula evaporando vel abſtrahendo. Coagulatum tritum ſolve per deliquium, liquorem hunc coagula iterum, ac ſolve, idque repete donec coagulationem ulteriorem admittere nolit.

Vires. *Maximarum cenſetur virium in calculo reſolvendo.*

*Doſis gutta 4.5. &c. indies propinata. Vide Medull. deſt. part. 1. tr. 10.*

HOFMAN. *Commendatur itidem maximoperè Liquor Lithontripticus compoſitus.*) Maximæ hic eſt energiæ in calculo expellendo. Ex eodem etiam fonte promanat Liquor Nephriticus *Rhumelii* in *Baſilic. Ejus chimicâ* §. 8. p. 10. licet plurium ferax ingredientium, ſymbolizantium tamen;

Recip. ocul. Canc. Lapid. judaic pumic. Silic. ſpong Lyncis. ætitis. carpion. cryſtallor. ſuccin. corallor. ana q. v. affunde ſp. Salis.

ad ſupereminent. 4. digitorum tranſverſ. digere, ſp. decanta, alium ſuprafunde tamdiu, donec nihil amplius ſolvat, ſolutiones conjunge, per Alemb. ſp. Salis abſtrahe, reſiduum in aëre humido tranſit in oleum per deliquium. Quod cum ſpiritu vini prævià circulatione digeri & poſtea deſtillari debet. Convenit cum Liquore Nephritico minerali D. D. Johann. MICHAELIS. Hic ferè convenit cum Domini Autoris noſtri, niſi quod tot non ſint ingredientia. Huic non cedit Liquor Lithontripticus *Friderici* ZOBELII Chymici inſignis in Aulâ Gottorpianâ in Tartarol. mſſ. ſect. 11. c. 16. Cujus deſcriptionem habebis in *Nobiliſſ. Philipp. Jacob.* SACHS *à Lewenheimb.* gammarolog. p. m. 628.

¶ *Liquor ad ulcera.*

♃. Calc. viv.
Sal. ammoniac. ana.

Læviga ſimul, & funde ad ſollem fuſione maturata, & confluit Aq. quam effunde, Maſſæ huic tritæ adde ſal. Tart. tantundem ac fuit alterutrius, reponeque in cellam ad liqueſcendum.

Vires. *Sanat impetigines, ulcera fiſtuloſa, aliaque maligna & inveterata mundificat, & ad ſanationem diſponit, proin confert in cancro, ſerpigine, lue venereâ, & ſimil.*

HOFMAN. *Liquor ad Ulcera.*) Hic àtro non eſt carbone notandus; interim tamen ſequens etiam ſi ſummâ cum cautelâ & circumſpectione applicetur, in ulceribus fiſtuloſis, aliiſque malignis & inveteratis, Morbo Gallico, cancro, &c. magnarum eſt virium. Recip. Mercurii ſublimati optimi. ✱ pulveriſati ana, fluant in Alemb. ſupra Ign. frigefacta ſolve cum Aq. communi, filtra, coagula. Poſteà Sublima tamdiu, donec Mercurius & ✱ in fundo inſtar ceræ fluat. Hoc ſolve in calidâ & impraegna ſpiritu vini, digere per 14. ♂ ♀ decanta ſpiritum vini & deſtilla per MB. remanebit in fundo liquor inſtar olei, quem coagula & iterum in aëre humido ſolve, hocque ter repete.

¶ [*Looch vid. ſupra Eclegma.*]

## CAPVT LXVII.

### *De Magiſteriis.*

HOFMAN. *De Magiſteriis.*) Magiſterii vocabulum communiter ſumitur pro ſubtiliſſimo pulvere ex certis rebus per præcipitationem præparato. Præcipitatio autem dicitur actio, per quam ſoluta in præceps aguntur & demittuntur. Hæc autem variè ſumitur; Primò *generaliter*, pro quâvis ſolutorum ſeu ſublimatorum ex menſtruis ſuis repercuſſione, quæ ſignificatio propriè hîc locum habet. Deindè *ſpecialiter* & vel pro Præcipitatione Mercurii, quâ per aquas fixatorias & gradatorias liquabilitas Mercurii ſiſtitur, & ex menſtruo ſuo Præcipitatur, ſed cùm præceps hoc modo in fundum decidat Mercurius, & nil minus quoque ſit, quàm vera coagulatio, obtinuit hactenus nomen, ut ille dejectus h. m. Mercurius Præcipitatus & varii eum præparandi modi κατ' ἐξοχὴν Præcipitata vocentur. Vel ſumitur pro Philoſophicâ præcipitatione, quâ ut eſt apud GEBRUM Libro *De ſummâ perfectione Capite* 99. Materia Artis in cœlum vecta ſeu Aludelis collum circà ſpondilia hærens in terram delabi cogitur. Impropriè ſumitur pro rubificatione & fixatione præparatorum, quo quidem modo Mercurius in phialâ incluſus poſt repetitas blandas ſublimationes ex ſe & per ſe inſtar rubei pulveris in fundo tandem remanet. *Synonyma Præcipitationis* ſunt, primò Deſcenſio, quia Præcipitata in fundum deſcendunt ex corpore liquoris. Secundò Repercuſſio, qui repercutiuntur ſoluta, ut repercuſſa decidant. *Germanicè* Der Niederſchlag. *Definitur autem Præcipitatio, quod ſit ſyncriſis ſeu coitio dejectoria ſolutorum ex menſtrui ſui actione & reactione partium variâ figurâ & texturâ præditarum facta.*

¶ Magiſterii nomen etſi æquivocum ſit, uti libr. 1. dictum: attamen communiter uſurpatur pro pulvere, ut plurimum, candido, per præcipitationem ex certis quibuſdam rebus præparato. Res illæ tum è mineralibus ſunt, ut terræ & lapides, tum è vegetabilibus, ut Herbæ, &c. tum ex animalibus; ut oſſa, cornua, cruſtacea.

### *Modus fiendi.*

♃. Materiam, ex qua Magiſterium parare conſtitutum eſt, tere aut comminue groſsè, hinc affunde liquorem convenientem; acidum vel ſimilem ut ſolvatur, vel extrahatur; ſolutio præcipitatur (affuſo liquore vel materiâ cujus vi ſolventis vis obtundatur,) præcipitatus pulvis abluatur, ſi opus ſit Aq. communi, hinc exiccetur lente.

HOFMAN. *Affunde liquorem convenientem.*), ſuprà docuimus ex *Dno Autore* noſtro quemvis humorem cuivis extractioni non convenire, ſed certum certæ, Sulphureum Sulphureæ, Salinum Salinæ &c. vid. *Cap. LVII.* & quâ ratione hoc accidat, addidimus explicationem. l. c.

*Solutio præcipitatur (affuſo liquore vel materiâ cujus vi ſolventis vis obtundatur.)* In *Præcipitationibus*, prout ſuprà etiam in ſolutionibus demonſtravimus, etiam obſervandum, ut cuivis ſolvto

ſuum

ſuum conveniens & appropriatum adhibeatur præcipitans. Sic verbi gratia, præcipitat. Ven. Sal comm. & ✱. ☉ Præcipitat Mercur. & oleum Tartari per deliquium; Venerem ♂ Præcipitat, Mercurius ſolutus à Sp. Vitrioli, à Mercurio crudo Spiritus Vitrioli in aluminoſam ſubſtantiam, à lixivio ex cineribus fagi Vitriolum, ab Acet. Sulphur, à ♂. Sal comm. & Tartar. Antimonium, ab Aq butyrum Antimonii in Mercurium vitæ Præcipitatur; Quæ Spir. Vitrioli ſoluta ſunt, Præcipitantur ol. Tartari per deliquium, quæ Spiritu Sal com. vel Acet. diſt. Præcipitantur Sp. Vitrioli &c.

¶ Sic fiunt.

*Magiſteria.*

1. *E Mineralibus.*

HOFMAN. *Sic fiunt Magiſteria ex Mineralibus.*) Sic habemus Magiſterium Saturni, Magiſterium marcaſitæ, Magiſterium ☉ ſale Tartari Præcipitatum, Magiſterium Vitrioli Antim. liquore Tartari Præcipitatum &c.

¶ Tritis affunditur ſolvens, ſolviturque ſ. a. ſolutio præcipitatur, eluitur & ſiccatur.

N. 1. *Liquor ſolvens vulgariter adhibetur Acet. diſt. tum per ſe, tum acuatum per Sp. Sal. nit. vel Similes ſpiritus minerales, ſc. Vitriol. Sal com. &c. vel peculiaris deſtillatur ſolutioni aptus liquor, de quo ſuis locis.*

N. 2. *Præcipitatio fit communiter oleo Tart. p. d. nonnunquam ſpiritu Vitrioli illo modo; griſea aliquatenus evadunt præcipitata, hoc, albeſcunt magis.*

N. 3. *Quæ conſiſtentiæ ſunt durioris, ut lapides, ante calcinari volunt. Vide ſpecialius libr. 3.*

2. *Vegetabilibus.*

HOFMAN. *Ex Vegetabilibus.*) De his Magiſteriis notandum, quod in hiſce præcipitans ut plurimum in triplo, & præcipitatum ſolutum in uniplo adeſſe ſoleat, exemplo magiſterii Laccæ Florentinæ ex granis chermes, quod beneficio aluminis & ol. Tartari elaboratur, ubi duplo plus Laccæ Florentinæ acquiritur, quàm fuere grana ante præparationem; potiſſimam partem alumini debere ſtatuo, quod ex terreo corpore & ſpiritu acido compoſitum, quorum hic deſtillatione abſtractus albam terram ſine præcipitantis alicujus interventu relinquit.

¶ 1. Tritis groſsè vel inciſis affunde lixivium forte ex Sal. Com. Tart. & Aq. pluviali paratum, extrahatur, decantetur ac præcipitetur affundendo aquam aluminis (in qua ☉ ſolutum) exicca lente.

N. 1. *Præſtat adhibere herbas mediocriter ſiccas.*

N. 2. *Sic nobis in uſu ſunt tam ex alterantibus, quam purgantibus, v. gr. Magiſterium Rhabarbari, cujus doſis ℈ß.*

2. Sulphureis, id eſt, quæ oleosâ parte ſcatent, extrahitur Tinctura beneficio Spir. Vini rectificatiſſ. præcipitaturque affusâ aq. com. vel aq. aluminis.

N. 1. *Sic fit Magiſt. Reſinarum, Succini, Corticum reſinoſorum, exempli gratia, cinam. Turbeth. Gialap. &c.*

N. 2. *Extractis cæt. non immerito annumerari poterunt.*

HOFMAN. *Sulphureis id eſt, quæ oleosâ parte ſcatent, extrahitur Tinctura beneficio Spir. Vin. rectificatiſſ. & præcipitatur affusâ aq. comm. vel aq. alumin.*) Ubi notandum, ſpiritum tinctum per inclinationem eſſe ſeparandum, ejus dimidiam partem lentâ in MB. deſtillatione ſeparandam & reſiduo demum aquam communem vel aliam ad præcipitandum eſſe affundendam. Extractum ſenſim ſubſidens lento calore ſiccandum eſt.

¶ 3. *Ex Animalibus.*

Oſſa, Cornua, Cruſtacea ſeu Teſtacea exhibent ſua magiſteria modo, qui de lapidibus traditur. Videlicet beneficio Acet. diſt. vel ſpiritus alicujus mineralis acidi & acris.

*Uſitatiora ſunt.*

| | |
|---|---|
| Magiſter. | Ovorum ſtruthii. |
| Concharum. | Percarum lapillorum. |
| Corallorum rub. | Perlarum. |
| alb. | Rubinor. |
| Cornu cervi. | Saphiror. |
| Cranii humani. | Smaragdorum. |
| Cryſtallorum. | Terræ ſigillatæ. |
| Dentis apri. | Tutiæ. |
| Granator. | Vitri Venetiani. |
| Hyacinth. | Ungulæ alcis. |
| Lap. Iudaici. | Sic & Mag. Jalappæ. |
| Magnetis. | Scammonii. |
| Mandibularum lucii. | Succin. |
| Matris Perlarum. | Turpethi. |
| Oculorum cancri. | |

## CAPVT LXVIII.

### *De Maſticatoriis.*

MAſticatoria, Διαμασήματα ſunt apophlegmatizantia ita diſpenſata, ut dentibus maſticentur.

Fiunt modis tribus:

1. Simplicia, vel integra, vel in pulveres redacta conciſave maſticantur; ut Maſtiche, uvæ paſſæ, pyrethrum, cubebæ, folia ſalviæ, agaricus & ſimil.

2. Eadem contuſa nodulo includuntur, qui ori inditus dentibus ſubinde comprimitur.

3. Eadem cum cera, maſtiche, carne paſſulatum ficuumve, terebinthina, melle, & ſimilibus in maſſam ſubiguntur, dentibus ſubmittenda. v. gr.

℞. Rad. pyrethr. ʒj. Nuciſt. Zinzib. ana ℈ ij. Maſtich. ℥j. Diſſolvatur Maſtiche in piſta calida cum piſtillo, hinc cætera admiſceantur ſubigendo in maſſam, vel paſtillos maſticabiles pondere ʒß.

*Item.*

℞. Rad. pyrethr. Maſtich. ana ℥ß. ſubigantur cum cera in morſulos magnitudine avellanæ.

## CAPVT LXIX.

### *De Morſellis & Rotulis.*

MOrſelli, (Morſuli, Tabulæ,) ex omnibus Medicamentorum generibus fieri poſſunt, quæ non reſpuunt cum ſaccharo ſoluto commiſceri, inque placentas indurari. Talia ſunt pulveres, Semina, (minutiora) condita, Conſervæ, Olea, Extracta: Inprimis tamen ad morſellorum compoſitionem cooptantur pulveres, de quibus tamen notandum, quod non opus ſit æque ſubtiles eos recipi, ac in rotulis.

*Modus fiendi.*

℞. Sacchari q. ſ. ſolve in liquore debito ſuper ignem: hinc coque ad conſiſtentiam, ut frigefactum induretur, (probare id poteris tantillo in orbiculum ſtanneum vel lapidem effuſo:) Hinc immiſce ſenſim pulveres, optime agita, effundeque dum adhuc calore liquidum eſt, ſupra tabulam cupream lapideamvè, ut refrigeſcat & induretur, demum ſcinde in tabulas.

N. 1. *In purgantibus loco ſacchari recipi poteſt Manna, cujus proportio uti & ſacchari pro Medici voluntate adhibetur: ut plurimum recipitur ſacchari ſextuplum, octuplum, &c. prout res immiſcendæ fortio-*

*res vel ingratiores fuerint, exempli gratia, ad Extracta & Olea deſtillata major ſacchari quantitas expetitur.*

N. 2. *Nuclei ac ſemina emulſioni apti, ſi ad morſellorum conſtitutionem concurrant, pro libitu in emulſionem redigi poterunt, quo ſaccharum diſſolvatur.*

N. 3. *Condita duplici modo morſellos ſubeunt.* 1. *Conquaſſata.* 2. *In fruſtula inciſa.*

N. 4. *Olea deſtillata ſi occurrerint in fine ea inſtillare oportet; vel paratis morſellis illinere. Idem Iudicium ſit de Moſcho ac ambra, quæ in aqua roſar. diſſolvuntur, atque paratis tabulis illinuntur.*

*Uſitatiores ſunt alterantes.*

*Morſuli.*
Bezoardici è pulv. bezoardic.
Cephalici è ſpeciebus cephal.
è ſucco & corticibus citri, ſ. de citro, *vide infra* N. 1.
è Confectione Alchermes.
Imperatoris, è ſpec. Imper.
Pectorales, 2.
Poſt paſtum, A.
Saccharum roſatum tabulatum.
Saponea, A.
ad Vermes, A.
Zinziberis cocti, A.

*Purgantes uſitatiores.*

*Morſuli.*
Diacarthami, A.
Diaphœnic. A.
Diaturbith. cum rhabarb. è ſpeciebus.
de Diagrydio, ſ. laxativi è Cremore Tartari, *vid. infr.* 3.
de Manna Tartariſat. *vide libr.* 4.
de Mechoaca, 4.
è ſucco roſarum.

1. *Morſelli de Citro.*

♃. Carn. citr.
Cort. citr. condit. conciſ. ana ℥ j.
Ol. citr. gran. xij.
Succ. citri puriſſ. q. ſ.
Sacchar. in aq. citri. ſol. ℥ xvi.
F. ſ. a. Morſuli.

*Sunt Cordiales, ut citrum.*

N. *Fiunt & ſimplices è ſucco, corticibus & ſaccharo.*

2. *Morſuli pectorales.*

♃. Pinear. rec. in aq. roſar. parat. ℥ ß.
Amygd. d. excort. ʒ v.
Sem. Melon. rec.
Cucum.
Cucurb. ana ʒ ij.
Spec. Diarrhod. abb. ℈ iv.
Mag. perlar. ℈ j.
Sacchar. alb. in aq. roſar. & ſcabioſ. ſol. ℥ xvi.
F. ſ. a. Morſuli.

*Sunt nutritivi, refrigerantes, acrimoniam mitigantes, adeoque conveniunt in hectica.*

3. *Morſuli de Diagryd. ſ. laxat.*

♃. Crem. Tart. ʒ iij.
Reſin. ſcammon. ℥ ß.
Sacchar. in aq. roſar. ſol. ℔ I.
F. Morſelli.
*Purgant bilem.*
*Doſis adulto* ℥ ß.

4. *Morſuli de Mechoaca*, F. F.

♃. Conſerv. violar. ℥ j.
Spec. Diatragac. fr. ʒ i ß.
Turbith. gum.
Mechoac. alb. ana ℥ ß.
Diagryd. præpar. ʒ ij.
Ol. cinam. ſtill. gran. vi.
aniſ. gran. iv.
Sacchar. in aq. fœnic. ſol. ℥ xiv. F. ſ. a. confectio in morſul.

*Purgant bilem ac phlegma.*
*Doſis ab* ℥ ß. *ad* ℥ j.
*Vide part.* 1. *l.* 4. *obſervat. Cl. Gregor. Horſtii.*

*De Rotulis.*

Rotularum parandarum modus idem eſt, niſi quod Rotulæ, quia formulas Morſulis minores expetunt, medicamenta requirant, quæ rotularum formationem non impediant. Pulveres itaque ſubtiles eſſe oportet, doſique minori.

Proportio ſacchari vulgatiſſima eſt octupla, (⅛) plus minus. In purgantibus vero quadrupla, (¼)

| | | |
|---|---|---|
| ſacch. | } | In oleis ſtillatitiis major. |
| pulver. | } | |

ſcil. ſacchar. ℈ j. ol. gran. iv. &c.

N. *Fiunt & rotulæ è ſucco & ſaccharo, ſi ſcilicet hoc in illo ſolutum ad conſiſtentiam juſtam coquatur & rotuletur. Veruntamen notatu hic dignum, Rotulas, quæ ex ſuccis acidulis fiunt, v. gr. è ſucco citri non admittere coctionem, ſed ſola parari mixtione. Videlicet,* ♃. *Sacchari pulveriſat.* ℔ 1. *caleſcat ad ignem lentum, hinc affunde ſucci, v. gr. Berber.* ℥ iij. *miſce & effunde in rotulas.*

*Rotulæ uſitatiores ſunt.*

Rotulæ de Berber.
Manus Chriſti ſimpl.
perlat.
Diatragacanth.
Sulphuris pectoral.
Laxativæ infantiles.

1. *Rotulæ pectorales.*

♃. Sacch. albiſſ. ℥ j.
Florum Sulph. benzoinat. (ut cap. de Sulph. dicitur) ʒ ij.
Ambr. griſ. gr. vi.
Moſch. Orient. gr. ij.
Ol. fœnic. gut. iij.
Gumm. tragac. in aq. ſcabioſ. infuſ. q. ſ. F. maſſa.

2. *Rotulæ infantiles laxativæ.*

♃. Cranii human. præpar. ʒ ij.
Mercurii per ſextam ♎nem dulcificat.
Rad. Ialap. an. ʒ j.
Margar. præpar. ℈ ij.
Ol. cinnam. gutt. vi.
Sacch. in aq. ſcord. ſolut. ℥ iiij.
F. Rotulæ.

*Vermes necant, & inde genitam Epilepſiam arcent.*

Quinimo ex ſingulis pulveribus & ſpeciebus, tam alterantibus, quam purgantibus, addito ſaccharo in convenienti Aq. ſoluto Rotulæ pro rei exigentia fieri poſſunt.

Tabellæ variæ ex D. CHARRAS.

Tabellæ cachecticæ D. D. D'AQUIN.

♃. *Diaphoretici mineral. oculor. cancror. pulver. ana* ʒ ß. *margaritar. præpar.* ʒ ij *ſalis martis* ʒ ß *olei cinnamomi ſtillatitij gutt.* ij. *ſacchari optimi pulverati* ℥ viij. *cum mucilagine gummi tragacanthi*

in

ſis aq. flor. arantiorum extracta fiant tabellæ ponderis ℈ij. pro doſi.

Omnis deobſtruunt viſcera, præcipuè lienem, eapropter utiliſſimè adhibentur in affectionibus hypochondriacis, cachexiis, virginum chloroſi & urinæ difficultatibus, poſſunt itidem adhiberi pro educendis è corpore aquis mineralibus per ſe non ſatis commodè tranſeuntibus, datur tabella una manè, duabus horis ante cibi cujuſpiam aſſumtionem.

### Tabellæ Cardiacæ.

℞. Sacchari albiſſimi in aq. flor. arantior, ſoluti & in tabulati ſolidiorem conſiſtentiam cocti ℔ j. Cui ſemi refrigerato permiſce, confectionis Alkermes perfectæ ℥ j. cortic. exterior. citri minutiſſ. inciſi antimonij diaphor. ana ʒ ij. olei cinnam. ſtillatitij gutt. j. F. Tabellæ ſ. a. ad uſum.

Optimè conſervant calorem nativum, & partes omnes corporis corroborant ſpiritus colligendo ac componendo, cerebro interea & cordi maximè proſunt, aëri contagioſo remedio ſunt oris fœtiditatem emendant ut & ad venerem excitant; poſſunt aſſumi quavis horæ ſed præcipuè longè à paſtu à ʒ j. ad ℈ij. atque etiam ad ℥ ß. cùm major exquiritur effectus præcipuè in re venerea; cui intentioni ut ſatisfiat magis efficaciter etiam addi poterit compoſitioni integræ, ʒ j. ambræ gryſeæ & moſchi ℈ j.

### Tabellæ de Croco Martis ſimplices.

℞. Croci Martis nigri junctione ſulphuris cum chalybe candente parati & ſubtiliter pulverati ℥ j. pulveris cinnam. electi ʒ ij. ſacchari optimi pulverati ℥ iiij. Cum mucilagine gummi tragacanthi aquæ florum arantiorum extracta fiant tabellæ, ponderis ℈ij. in umbra ſiccandæ.

Adhibentur præcipuè in menſtruorum ſuppreſſione; doſ. tabella j. mane jejuno ſtomacho, ſuperbibendo vini albi aut aquæ cujuſpiam hyſtericæ ℥ iij. aut iiij. Poteſt earum uſus in plures dies continuari ut & pro exigentia renovari.

### Tabellæ de Croco Martis aliæ.

℞. Croci Vitrioli Martis ℥ ß. Lumbricorum terreſtrium vino lotorum, ſiccatorum & pulveratorum ʒ ij. cinnam. ſubtiliter pulver. ʒ ß. ſacchari optimi in aq. arthem. cocti ℥ vj. F. ſ. a. Tabellæ.

Inſerviunt hæ tabellæ deobſtruendis viſceribus ut & iiſdem uſibus in præcedentibus deſcriptis. Doſ. ʒ ij. ad ℥ ß. ſuperbibendo vini abſinthilis ℥ ij. aut iij.

### Tabellæ de Croco Martis compoſitæ.

℞. Croci Martis aperientis ʒ ij. cinnam. acutiſſ. rhabarbari electi, fæcular. bryoniæ & croci optimi, ſubtiliter pulverator. ana ʒ ij. ſacchari albiſſ. in aq. arthem. ſoluti & in electuarium ſolidum cocti ℥ ix. F ſ. a. Tabellæ.

Magni ſunt hæ tabellæ pro menſtruo fluxu, provocando & utero repurgando, deobſtruunt hepar, lienem & viſcera alia, conferunt ſanandæ virginum chloroſi, conducunt in cachexia, ictero, hydrope ut & lienteria, nam dum obſtructiones reſerant alimenti diſtributionem facilitant & partes illi elaborando & devehendo inſervientes corroborant. Doſ. ʒ ij. ad ℥ ß. mane jejuno ſtomacho, ſuperbibendo vini abſinth. aut aq. arthem. ℥ ij. aut iij. atque per horam dimidiam ambulando. Earum uſus poteſt continuari dies xv. aut plures pro exigentia.

### Tabellæ diureticæ.

℞. Rad. ononid. tring. fœnic. bruſci, petroſel. ana ℥ ß. ſem. bardanæ, miliſol. ana ʒ ij. fiat omnium ex arte decoctum in aq. raphani ℔ ij. colatura cum ſacchari optimi ℔ ß. ſ. a. coquantur in tabellas ponderis ℈ ij.

Calculoſi & illi qui urinæ difficultatibus ſunt obnoxij poſſunt has tabellas utiliſſimè adhibere. Doſ. tabella j. aut ij. mane jejuno ſtomacho uſum continuando.

### Tabellæ ad Gonorrhæam ſiſtendam.

℞. Sem. plantag. agni caſti, papaver. albi, ruthæ, myrtillor. & hyoſciami, roſar. rubr. menthæ ſiccæ & coralli rubri præparati ana ʒ ij. Fiat omnium pulvis ſubtiliſſ. & cum mucilagine gummi tragacanthæ & ſacch. opt. ℥ viij. fingantur ex a. tabellæ pond. ℥ ß. quarum æger capiat unam ſingulis matutinis longè à paſtu.

### Tabellæ ad Herniam.

℞. Rad. conſol. maj. ſiccæ ℥ j. roſar. rubr. exungulat. maſtich. electæ, coralli rubri præpar. ſangu. drac. ana ʒ ij. ſacch. cand. lib. j. Fiat omnium pulvis excipiendus mucilagine gummi tragacant. & fiant tabellæ pond. ʒ ij.

Commendantur hæ tabellæ in herniis, dummodo præceſſerit faſciarum neceſſariarum uſus. Doſ. tab. j. quavis hora, longè à paſtu.

### Tabellæ Magnanimitatis.

℞. Pulpæ piſtaciar. rad. ſatyrion. condit. conſervæ flor roriſmar. confect. alkermes cum ambra & moſcho paratæ ana ℥ ß. truncorum viperinor. & hepatum, margaritar. orient. præpar. ana ʒ iij. ſem. erucæ ʒ ij. renum ſcincor. cardam. min. rad. galangæ ana ʒ j. caryophyllor. cinnam. macis, ambræ griſ. ana ʒ ß. moſchi oriental. ℈ ß. ſacch. in aq. flor. arantior. ſoluti, & in electuarium ſolidum cocti lib. j. F. ex a. Tabellæ pond. ʒ ij.

Ad actum venereum excitant hæ tabellæ. Doſ. tab. j. aut ij. mane aut veſperi, ſuperbibendo vini hiſpanici ℥ ij. aut iij. poſſunt etiam aſſumi de die longè à paſtu, earumque uſus continuari pro exigentia: interim aſſumantur alimenta boni ſucci unde minimè gravetur ſtomachus & ab animo exulet omnis ſolicitudo.

### Tabellæ Stomachicæ.

℞. Sacch albiſſ. lib. j. aq. ſtillatit. cortic. citri ℥ iiij. Coque ſimul igne moderato ad electuarij ſolidi conſiſtentiam, deinde adde nucem moſchatam ſaccharo conditam contuſam & per cribrum trajectam, pulpæ piſtaciar. ʒ vj. cortic. recentium exterior. citri & arantior. minutiſſimè inciſor. cinnam. electi & macis ſubtiliter pulverator. ana ʒ ij. F. e. a. Tabellæ.

Hæ tabellæ guſtui & odoratui gratiſſimæ vocantur ſtomachicæ quoniam ſtomacho corroborando apprimè conducunt, appetitum excitant, digeſtionem promovent ut & alimentorum probam diſtributionem. Inſerviunt præterea depellendis flatibus & putredini humorum arcendæ. Doſ. ʒ ij. mane jejuno ſtomacho & poſt paſtum, uſu continuato pro exigentia.

### Tabellæ contra Vermes.

℞. Rhabarbari electi, ſem. citri mundator. contra vermes, portulacæ, caulium, geniſtæ ſubtiliter pulverat. ana ʒ iij. mercurij dulcis pulverati ʒ ij ſacch. albiſſ. pulver. ℥ xvj. Excipiantur omnia mucilagine gummi tragacanthi aq. flor. arantior. extracta, & fiant tabellæ in umbra ſiccandæ ad uſum.

Enecant vermes in ſtomacho & inteſtinis. Poſſunt omni tempeſtate aſſumi mane jejuno ſtomacho. Doſ. ʒ j. aut ij.

## CAPVT LXX.

### De Oleis Stillatitiis.

OLea propriè ſic dicta, triplicis generis in Officinis veniunt. 1. Deſtillata. 2. Expreſſa. 3. Infuſa cocta.

### *Olea deſtillata.*

Olea ſtillatitia ex ſingulis ſimplicium familiis parari poſſunt, mineralium, vegetabilium, ac animalium.

MINERALIA, quæ Oleum fundunt, maximè ſunt ex genere ſulphureorum; ut ſuccinum, carbo Petræ & ſimil.

Deſtillatio illorum eadem eſt, quæ reſinarum vel gummatum.

VEGETABILIA primaria, ex quibus olea deſtillantur, ſunt *herbæ, flores, fructus, ſemina, radices, ligna, cortices, aromata.*

Secundaria ſunt *olea, reſinæ, gummi.*

Modus deſtillandi olea ex primariis, eâdem operâ perficitur, qua Aquas ac ſpiritus deſtillari diximus, & ut plurimum per veſicam.

N. 1. *Felicius oleum aſcendit, 1. Si nonnihil Sal. com. vel Tart. immiſceatur.*

2. *Si digeſtio fermentatiovè præmittatur, cujus promovendæ gratiâ nonnihil fæcum cerevisiæ, vel & Sal. com. Tart. addi poterit.*

3. *Si oleum præcipuè expetatur ſtatim auctiore igne deſtillatio incipi poteſt.*

HOFMAN. *Felicius oleum aſcendit.*) additio Sal. comm. vel Tartar. ſupervacanea eſt, modò regimen Ignis obſervetur, quem æqualem eſſe convenit.

*Fermentationis promovendæ gratiâ.*) ad fermentationem promovendam faciunt fæces Keuterlingii, vini, item Saccharum facto SSS.

*Auctiore igne.* ) Intenſiorem Ignis gradum requirunt nonnulla olea graviora, ut Cinamomi, caryophyllorum &c. quàm quæ leviora, ut ol. d. Citri, chamæmel. ſapphirin. Majoran. Menthæ. Spicæ &c.

¶ *I. Ex herbis.* ♃. Herbas virides, vel ſiccas, q. v. contunde ac affunde Aquam, (additoque Sal. com. manipul. uno ac altero, colloca ad putreſcendum) hinc deſtilla per veſicam.

N. *Herbæ ſiccæ plus olei ſuppeditant quam virides.*

Hofman. *Hinc deſtilla per veſicam.* ) Veſica cuprea ſtanno ſit obducta, nec nimis alta, capitello ejus amplius efformato ad formam capitelli vitrei; Et ſi etiam capitellum vitreum fuerit, ad olea deſtillanda præſertim ex lignis & corticibus fuerit conducibilius.

¶ *II. Ex floribus*, (ſiccis præcipuè) olea ad eundem modum deſtillantur, præcipuè ſi contuſi dies aliquot (14.) adjectâ parte Sal. com. ¼ (vel hujus loco ſacchari.) cum Aq. fuerint macerati. Sic fiunt oleum chamæmillæ, lavendulæ, roſarum, &c.

*III. Ex ſeminibus.* ♃. Semen e. gr. fœniculi groſſe contuſi, ℔. 1. affunde Aq. font. ferventem, q. ſ. addendo Sal. com. M. 1. (vel inſuper ſi libet Tart. ℥j. aut ij.) digere dies (8. 9. 10.) hinc deſtilla Ign. mediocri per Veſic.

*IV. Ex fructibus.* e. g. baccis juniperi, lauri, & ſimilibus, ſimili ratione, uti dictum, oleum educitur.

N. *Fermentatio promoveri poteſt addito tantillo fæcum cereviſ.*

*V. Ex radicibus.* ♃. Radices, conquaſſa ac digere cum Aqua aliquamdiu, hinc deſtilla per veſicam.

N. 1. *Præſtant ſiccæ uti & quæ collectæ fuerunt, antequam in ſtolones abierint.*

2. *Majorem olei copiam ſi expetas, deſtillationis reſiduum cum Aq. illa deſtillata macera ac deſtilla iterum.*

*VI. Ex corticibus*, non lignoſis oleum ad eundem cum radicibus paratur modum, v. gr. ex cort. arantior. citri.

N. *Præſtant cortices nondum exiccati.*

*VII. E lignis & viſcis.* ♃. Segmenta lignorum arida, q. v. imple retortam terream, (lutatam,) ac deſtilla in excipulum ſat amplum, igne nudo gradatim adhibito, ſic extillat primum liquor clarus, continuato hoc igne poſt horas (4. 5.) ſequentur ſpiritus nebuloſi, tandem auge ignem, ut fundus retortæ candeſcat, ſic aſcendit oleum nigricans & fœtidum, quod à liquore ſepara ac rectifica. Sic fiunt olea è ligno guajaci, agallochi, buxi, coryli, ebeni, juniperi, ſantali, ſerpentariæ, ſic & viſcorum coryli, querni & ſimil.

N. 1. *Fieri quoque poſſunt per deſcenſum, ſed noſtratibus inuſitatum eſt, oleumque craſſius exhibet.*

2. *Cautè procedas, nec nimium properes, ſpiritus enim impetuoſi receptaculum disjicere proclives ſunt.*

3. *Elici quoque poſſunt olea hujus ſortis ex reſinoſis lignorum Extractis, ad modum reſinarum aliarum deſtillatis. Keſl. cent. 86.*

4. *Sunt & ligna, ſed pauca, quæ oleum ſuum, (quod ſubtilius ac volatilius ſit,) per veſicam cum Aqu. fontana deſtillata tarde licet, profundunt, ut ſaſſafras, lignum rhodium, cypreſſinum. Videlicet lignum ſerratum vel minutim inciſum, maceretur in Aq. aliquamdiu, dein deſtilletur per veſicam; deſtillatione dies aliquot continuatâ, prodit tandem oleum.*

Rectificantur olea, tùm ex cucurbita, tùm ex veſica cum Aquæ copioſa quantitate deſtillando. Nonnunquam tamen, ſi ponderoſiora ſint, arenæ immixta per retortam rectificari opus habent.

*VIII. Ex aromatibus.* ♃. Aromata groſsè contuſa, (pulveres minus olei fundunt,) macerentur cum menſtruo idoneo, per aliquot dies, (4. 5. 6.) hinc deſtilla per veſicam, ſic prodit oleum & Aq.

N. 1. *Poterit itidem & aliquid Sal. com. vel Sal. nit. vel Tart. admiſceri.*

N. 2. *Alij in ejuſmodi oleis eliciendis amygdalas rebus addunt, ut majorem copiam nanciſcantur, ſed fraudulenter; etenim partem majorem ejuſce olei amygdalæ ſibi meritò vendicant.*

N. 3. *Alij digerunt primo aromata in ſpiritu Terebinthinæ cohobato aliquot vicibus ſupra Sal. com. calcinato. Verum nec hi purum oleum aromaticum nanciſcuntur.*

N. 4. *Separatio olei ab Aq. fieri poteſt 1. Subſidendo. Nimirum ſi aliquamdiu (♂ 14.) deſtillatum immotum in cella ſteterit, ſubſidet oleum. 2. Filtrando per chartam. 3. Per goſſypium. Vid. l. 1. c. 14.*

Hofman. *Ex Aromatibus.* ) Sic v. g. Recip. caryophyll. ℔. j. fecum vini cochl. iv. Tartar. calcinat. M. ij. Aq. betonic. ſ. q. miſce in vaſe vitreo, ſtent in fermentatione per 8 ♂ ♀ & finitâ illâ deſtilla per Alembicum ſimili modo ex aliis etiam olea parantur.

¶ *IX. Ex reſinis.* ♃. Reſinarum ℔. 2. vel 3. affundatur Aquæ quantitas copioſa, deſtillenturque per veſicam.

Sic prodibit Oleum, quod primo clariſſimum ſtillat Aquæ ſupernatans (dicitur vulgò Spiritus.)

Hinc incipit paulatim flaveſcere, muta itaque receptaculum, & ſuſcipe flavum hoc oleum, (ſi placet ſeorſim,) continuando deſtillationem, donec nihil olei amplius extillet, (dicitur Oleum.)

Tandem exime materiam in veſica reſtitantem, (quæ colophonia dicitur,) eamque deſtilla ex retorta in arena, & extillabit oleum craſſum rubrum, (Balſamus vulgò.)

N. *Poſſunt quidem Olea hæc & Balſamus unâ eademque deſtillatione per retortam elici, igne ſcil. gradatim adhibito, verum enimverò præſtat per veſicam priora illa elicere tum ut præcaveatur ἐμπύρευμα, tum quoque ne eorum æſtu labor irritus reddatur, quod aliâs facilè accidit. Si nihilominus volupe ſit per retortam ea ſimul deſtillare, exæſtuatio præcaveri poteſt, ſi arenam reſinæ liquefactæ immiſcueris.*

Sunt autem reſinæ uſitatæ Lentiſci, (Terebinthina cypria,) Laricis, id eſt, (Terebinthina vulgaris,) pini.

Hofman. *Ut præcaveatur ἐμπύρευμα.* ) Hoc eluitur ſequenti modo. Scilicet Recip. Acet. diſt. & olei deſtillati, quod aduſtionem ſapit ana q. ſ. deſtilla ſimul in MB. & habebis oleum multum ſine graveolentiâ, quæ cum Acet. diſt. commixta receſſit. Et licet etiam graviori odore prædita ſint olea per retortam deſtillata & empyreuma ſpirent, minus verò fœteant olea cum aquâ rectificata, nihilominus tamen non tam ad odorem magis gratum, quàm ad efficaciam ſalubriorem Medicamentorum proſpiciendum eſt.

N. Omnia olea deſtillata præter ſalia ſua volatilia concentrata in ſe etiam habent occultum quoddam acidum, quod unctuoſitate ſuâ ſalia hæc oleorum volatilia detinet, quo minus cum aquis aliorum ſalium ritè miſceri queant. Horum beneficio ſalium alkalium volatiliſatio peragitur, dum iſtorum acidis particulis ab alkalibus partes terreſtres ſeparantur, & ita volatiles redduntur. vid. Acutiſſ. Helmont. cap. 4. de ſeb. & accuratiſſimus David von der Beck, in Experimentis & meditat. circa rerum naturalium principia.

¶ *Ex gummi reſinis.* ♃. Gummi reſin. ℔. 1. inde retortæ vitreæ, (ventre capaci) ut ſaltem tertia pars implea-

impleatur, deſtilla per arenam in receptaculum, aliquota parte Aquæ adimpletum, primo Igne lento, & prodibit oleum, dein auctiori, & extillabit Balſamus.

N. 1. *Ut ferveſcentiam præcaveas, arenæ aliquid admiſcere poteris: Alij loco arenæ addunt triplum ſilicum groſſe contuſorum, vel ſalis aliquid, quo aſcenſionem olei promoveant.*

N. 2. *Rectificari poteſt hoc oleum per cineres cum Aq. deſtillando, vel & laterum fragmenta ignita eo imbibendo, atque ita deſtillationem peragendo non ſecus, ac deſtillatur oleum de lateribus.*

Sic fit oleum è Gummi. Anime, Elemi, Tacamahaca.

*X I. Ex gummatis*, (præcipuè ferulaceis) Olea elici poſſunt ad eundem modum quo ex reſinis. Nimirum oleum ſubtilius per veſicam cum Aq. deſtillando elicitur, craſſius ac ponderoſius per retortam. Vel ſi mavis deſtillatione una eademque utrumque per retortam elicere, deſtilla initio calore leniori, ac ſuſcipe oleum ſubtilius ſeorſim, dein collige craſſius igne auctiori. Præſtat tamen per veſicam, ut de reſinis dictum.

N. *Felicius eliciuntur hæc olea ex Extractis reſinoſis, ad modum quem in reſinis dedi.*

HOFMAN. *Nimirum oleum ſubtilius per veſicam cum Aq. deſtillando elicitur.*) gummata reſinoſa minus dextrè ejuſmodi humidis deſtillationibus committuntur, cùm potius deſtillatione per retortam egeant, pro oleis eorum eſſentialibus eliciendis, moderato tamen Igne cum & ſine additione.

¶ Reliquorum oleorum præparationes, ſi qua ab hiſce diſcrepant, ſpecialius in ſingulis edocebimus.

EX ANIMALIUM familiâ exhibent Oleum, *cornua, medulla, cerebra, oſſa, ungulæ, pinguedines, ſanguis, ſtercora, (vide de Aquis.)*

*Cornua, oſſa, ungulæ*, igne nudo per retortam (terra lutatam) pelluntur, funduntque uno ac eodem labore liquorem ſeu ſpiritum acidum, (phlegmate commixtum,) oleum ac ſal volatile. Oleum id rectifica.

*Medulla cerebri ac ſpinæ* fundit oleum, ſi admiſto Sal. com. per retortam vitream ex arena deſtilletur.

*Pinguedines*, (*axungia, ſevum, butyrum, cera*,) deſtillantur aliis rebus commixtæ, ex cucurbita vel retorta vitrea, idque per cineres aut arenam; commiſcentur autem, vel cum lateribus pulveriſatis, vel cum ſilicibus calcinatis, vel cum cinere arenavè, ut eò faciliùs oleum aſcendat.

N. *Quantitatem rei adjiciendæ edocebit pinguedinis deſtillandæ conſiſtentia, quæ in aliis mollior, in aliis durior, plerumque autem ſumitur pars tertia vel quarta, interdum pondus æquale.*

*Sanguis* deſtillatur igne nudo ex cucurbita figulina alta ac ſpatioſa, ad remanentiam terræ nigræ, levis ac ſpongioſæ. Deſtillatum liquorem filtra per chartam, & tranſibit liquor, remanente in charta oleo fœtente, (in parva quantitate,) Liquor hic exhibet ſpiritum, Salque volatile hinc inde vaſis deſtillatoriis adhæreſcit.

N. *Præſtat ſanguinem calentem recipere, (metretas ſcil. 2. vel 3.) eumque in MB. clauſo vitro digerere (♂ 9. vel plures) hinc per gradus deſtillare.*

*Olea deſtillata uſitatiora.*

Oleum Abſinthii.
Anethi.
Angelicæ.
Aniſi.
Aurantiorum.
Benzoin.
Butyri majalis.
Calami aromatici.
Camphoræ.
Cardamomi.
Carvi.
Caryophyllorum.
Ceræ rectificat.
Chamæmeli.
Chærefolii.
Cinamomi.
Oleum Citri cort.
Coriandri.
Cornu cervi.
Cranii humani.
Cubebarum.
Cymini.
Euphorbii.
Fœniculi,
Fuliginis.
Galbani.
Guajaci.
Hyſſopi.
Iuniperi è baccis
ex ligno, Auguſt.
Laterinum Philoſophorum. A.
Lavendulæ.
Lauri ex bacc.
Leviſtici.
Macis.
Majoranæ.
Maſtichis.
Meliſſæ.
Menthæ.
Myrrhæ rectific.
Nucis moſchatæ.
Origani.
Piperis.
Pulegii.
Roriſmarini.
Roſarum.
Rutæ.
Salviæ.
Saponis.
Savinæ.
Serpilli.
Smegmatis.
Spicæ.
Styracis Calam.
Succini albi.
flavi.
Tartari.
Terebinthinæ.
Thymi.
Zedoariæ.
Zopiſſæ.

## CAPVT LXXI.

### *De Oleis expreſſis.*

Exprimuntur Olea ex ſeminibus ac nucleis nonnullis oleoſis.

*Modus.*

♃. Nucleos ſiccos (exempli gratia, amygdal.) non rancidos, excortica ac contunde in mortario lapideo minutiſſimè, hinc inde ſacculo, ac exprime fortiter ſub prælo.

N. 1. *Præſtat ut plurimum maſſam illam tritam in ſartagine torrere, vel vapore aq. calidæ tepefacere. Exemplo ſit vulgaris ille modus exprimendi olea ex ſemine Lini, papaveris, & ſimil.*

N. 2. *Eliciuntur quoque Olea, ſed pauca, per decoctionem rei in aqua quâ decoctione pars oleoſa ſupernatat, ſic ſit Balſamus peruvianus, oleū lauri, & ſimilia.*

N. 3. *Olea ſine aq. expreſſa ſunt ſaporis gratioris.*

*Uſitatiora ſunt,*

Oleum amygdalarum amararum, dulc.
Avellanarum, A.
Balanium è balano myrepſica.
Cannabis.
Oleum Carthami, A.
Ceraſorum, ex nucl. A.
Citri è granis, A.
Erucæ ſem.
Hyoſcyami, ex ſemin.
Iuglandium, ex nucleis.
Lauri, A.
Lini ſem. A.
Macis.
Nigellæ, ex ſem.

Nucis

Nucis moſchatæ, A.
Olivarum ex olivis maturis.

N. *Hoc Oleum intelligitur, quoties Olei ſimpliciter mentio fit.*

Omphacinum ex olivis immaturis.
Ovorum ex vitellis.
de Palma, ſ. de palla.
Papaveris.
Perſicor. nucleor.
Pinearum.
Piſtaciorum, A.
Raparum ſem.
Ricinum, ſ. de Cherva.
Seſaminum, A.
Sinapios.

## CAPUT LXXII.

### *De Oleis per infuſionem & coctionem, &c.*

HOFMAN. *De Oleis per infuſionem & coctionem.*) In horum præparatione cautè ac circumſpectè agit Autor noſter, quòd digeſtionem & inſolationem coctioni anteponat, hæc enim indifferenter adhibita in omnibus non locum habet, niſi ingredientium, in primis ſpirituoſorum, vires velimus perditas. Nam herbarum balſamicarum, florum & aromatum vis in volatilibus & ſubtilibus eorum partibus reſidens levi coctione quàm citiſſimè æthera petit, ut adeò rectè ſimplex digeſtio aut inſolatio commodior ſit.

¶ Olea hæc cum ſimplicia, tum compoſita officinis uſitatiſſima ſunt.

*Modus parandi.*

1. *Simplicia* recentia inciſa coquuntur oleo mixto aquæ, vino, aliivè liquori convenienti, idque tantiſper donec humiditas aquea exhalarit.

2. *Sicca ſimplicia* in oleo mero macerantur.

Commodior modus hicce eſt.

Herbis exiccatis ac pulveriſatis affunde oleum, digereque in MB horas [12] dein exprime fortiter, expreſſionem expone calori leni, ut fæces ſubſideant, quas ſepara.

N. *Oleum communiter adhibetur olivarum, interdum omphacinum, vel aliud, de quo peculiaris ſemper occurrit admonitio.*

HOFMAN. *Donec humiditas aquea exhalarit.*) Ne olea infuſa aut inſolata rancorem contrahant ob humiditatem extraneam admixtam, optimè expreſſa per inclinationem ab aquoſitate ſubſidente, quæ fundum ſemper petit, ſeparanda, & ſubſidentia aquoſa cum pauco oleo, quod illi adhæret ad omnimodam humiditatis abſumptionem coquenda, & colatura ſuperiori oleo per inclinationem ſeparato addenda eſt. Sic v. g. Recip. fl. roſ. r. rec. vel lil. alb. tunic. &c. ſ. q. infunde in lib. ij. olei puri, macerentur aliquandiu & radiis ſolaribus aut calori tepido exponantur, & ſi lubet, coquantur parum in cucurbitâ appoſito alembico, illud quod adſcendit balſamicum, ſeorſim ſervetur, & quod in fundo remanſit, per inclinationem à ſubſidente aquoſitate ſepara & colatum ſuperiori balſamico commiſce. Vel ſi ſimplicem velis infuſionem Recip. olei olivarum rec. lib. iij. immerge ſummitat. majoranæ recent. inciſ. ℥ xij. factâ maceratione loco calido in vitro probè clauſo die unâ, fiat poſtmodum colatura cum expreſſione forti. Oleo expreſſo denuò ſummitat. majoran. recent. inciſ. ℥ xij. infunde & digere in calore die uno & altero, factâ colaturâ & forti expreſſione iteratâ. Repetatur tertiò eadem infuſio ac maceratio. Quibus peractis exprimatur oleum, & ſi qua humiditas remanſerit, per decantationem ſegrega.

¶ *Uſitatiora Olea inſolata ſimplicia.*

Oleum Abſinthii, cum Oleo Omphacino.
Abrotani.
Anethi.
Chamæmelinum.
Cheyrinum.
Cydoniorum, c. Omphac.
Enulæ, cl. Ol. Seſamin.
Euphorbii, c. Ol. Cheyrino.
Febrifugum. 1.
Formicarum.
Hederæ terreſtris.
Hyperici comp. Gôleri, 2.
Ellenberg. 3.
Jaſminum.
Irinum.
Liguſtrinum, Cyprinum de alcanna.
Lilinum.
Liliorum convall.
Lumbricorum, c. Ol. Omph.
Maſtichinum, c. Ol. Omph.
Menthæ, cum Omph.
Melilot. ex fl.
Momordicæ, ex fruct.
Myrtillorum, cl. Ol. Omph.
Myrtinum, c. Ol. Omph.
Nardinum ſimpl.
Nicotianæ.
Nimpheæ alb. c. ol. Omph.
Peſtilentiale. Bartol. 4.
Populeum.
Purgans comp. 5.
Ranarum.
Roſatum vulgare.
Omphacinum.
Rutæ.
Sambucinum.
Scorpionum ſimpl.
è Styrace.
Verbaſci.
Verniſum. Vernix, ex Ol. Lini.
*vide libr. 4. Iuniper.*
Violarum ex fl.

N. *Huc pertinet & Balſamus Sulphur. Lithargyrii, & ſimil. quæ nihil aliud ſunt quam Oleum ſ. Spiritus Terebinthinæ mineralibus illis impregnatus.*

*Olea cocta compoſita.*

Oleum de Capparibus.
Caſtorei.
Coſtinum.
Croci.
Hyperici.
Liliorum.
Majoranæ, ſ. Sampſuchinum.
Mandragoræ.
Moſchellinum.
Nardinum comp.
Papaverinum.
de Piperibus.
Reſolutivum.
Roſarum Meſuæ.
Scorpionum compoſitum magnum.
Stomachale Cratonis.
Vulpinum.
Zanetinum Melichii.
Cord. in append.

Oleum Benedictum è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Rad. cardui bened. valerianæ ana* ℥ j. *flor. hyperici* ℥ ij. *tritici puri* ℥ jß. *olei vetuſtiſſimi* ℥ iiij *terebinthinæ cypriæ* ℥ viij. *thuris pulverati* ℥ ij. *Radicibus & floribus contuſis affunde tantum vini albi quantum iiſdem mergendis ſufficiat. Poſt bidui in illa macerationem*

*tem, injice cum tritico comminuto oleum, & ſimul coque, donec vi-
num evaneſcat. Hinc exprime addiiſque thure & terebinthina, pa-
rum rurſus ut coquantur ſine, & ſerva.*

Oleum Catellorum ex eadem Pharmac.

℞ *Olei olivar.* lib. iiij. *catellos nuper natos* No. ij. *vermium terre-
ſtrium vino albo ablutorum* lib. j. *Coctis catellis ad oſſium compagis
diſſolutionem, injiciantur vermes, & paulò poſt exprimantur. Dein
cum terebinthinæ cypriæ* ℥ iij. *ſpir. vini* ℥ j *perficiatur oleum ſ. a.*

Oleum Exceſtrenſe ex eadem Pharmac.

℞ *Herbar. abſinthii, centaurii min. eupator. fænic. hyſſopi, lauri, ma-
jor. meliſſæ, nepetæ, pulegii, ſabinæ, ſalviæ, thymi ana* ℥ iiij. *abroto-
ni, betonicæ, chamæpit, os, lavendulæ ana* ℥ vj. *roriſmar.* lib. j *flor.
chamæmeli, geniſtæ, liliorum alborum, ſambuci, ſem. cymini, fænugr.
rad. ellebori albi, nigri, cortic. fraxini, limonum ana* ℥ iiij *euphorbii,
ſinapeos, caſtorei, pyrethri ana* ℥ j *olei* lib. xvj. *vini* lib. iij. *Herbis,
floribus, ſeminibus & euphorbio contuſis; inciſis radicibus, corticibus
& caſtoreo; maceratiſque horas xij. affuſo vino & oleo, ad balnei
calorem; & coctis demum lento igne ad vini & humoris abſumtio-
nem; coletur oleum, & ſervetur.*

¶ 1. *Oleum febrifugum Strobelbergeri.*

℞ Ol. Nymphea unius ſaltem anni.
Lumbricor.
Roſar.
Hyperic.
Amygdal. am. ana. ℥ j.

Mixtis impone ſcorpiones vivos N. IX. Exponantur ſoli (paretur ſi poſſibile in ingreſſu ſolis in ſignum Scorp. vel Canc.) donec moriantur ſcorpiones, tunc etiam adde

Theriac. Andr. opt. ℥ ß.

Relinquantur inſolari per ♂. 14.

Vires. *Eaſdem vires cum aliis ſcorpionum oleis libr. 5. deſcriptis obtinet. Inprimis tamen inſervit Emplaſtro febrifugo conficiendo.*

HOFMAN. *Oleum febrifugum Strobelbergeri.*) Cùm hoc oleum per ſimplicem infuſionem & inſolationem præparatum ſit, & ingredientia etiam magnarum virium, ſuam meretur laudem.

Oleum Hirundinum è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞ *Hirundines integras* No. xvj *chamæmeli, rutæ, plantag. maj. min. folior. lauri, pulegii, anethi, hyſſopi, roriſmar. ſalviæ, hyperici, balſamitæ ana m. j. olei communis* lib. iiij. *vini hiſpanici* lib. j *Confice ſ. a. Si verò tantum butyri maialis accipiatur quantùm olei, & prædicta cum eo coquantur; unguenti & nomen & conſiſtentiam acquiret.*

¶ 2. *Oleum Hyperici compoſitum ſ. Balſamus Hyperici, Nobiliſſ. Georg. Gôleri à* Rabenſtein.
*Balſamus Magicus etiam dictus.*

℞. Olei Hyperic. opt. ℔ I.
Vini generoſ. ſextar. tres.
Ol. Terebinth.
Laterin.
Lumbricor. ana. ℥ ß.
Ceræ ℥ j.
Pinguedin. human. deſtillat.
Ol. de medulla (hum. vel cerv.) deſtill. ana. ℥ iij.
Theriac. Andr.
Mithridat. ana. ʒ j.
Viſc. querc.
Til.
Coryll. ana. M j.
Fol. Perſicar.
Rut. murar.
Pyrol. an. M. iij.
Flor. Antirrhin. M. VIII.
Hyperic. M VI.
Verbaſc. M. ij.
Betonic.
Centaur. min.
Prunell.
Conſolid. aureæ.
Ptarmic. Auſtriacæ.
Chelidon. ana. M. I.
Sem. Antirrhin. ℥ ß.
Hyperic. ℥ i ß.
Rad. Dracuncul. macular.
Ariſtoloch. rot.
Symphyt. ana. M ß.
Scrophular.

Fabariæ ſ. Craſſul. maj. ana. M j. Bulliant ſive coq. in diplomate vaſe optimè clauſo ad conſumptionem Vini. Exprimantur fortiter; poſtea imponantur

Croc. ♂.
Mumiæ.
Maſtich.
Thur.
Myrrh. ana. ʒ ij.

Denuo coq. leviter, dein pro circulatione ponantur ad ſolem, hyeme ad fornacem.

N. *Non opus eſt prædictum oleum vel Balſamum de novo ſæpius conficere, ſiquidem Balſamus iſte ad ſolem collocatus facile ex novis floribus, ſuperius annotatis & foliis Perſicariæ & Pyrolæ, nec non de ſemine Hyperici augeri poteſt, & de novo reſtaurari, & tantum injiciendo & ad tempus aliquod in ſole digerendo, poſtmodum hyeme colando & ad fornacem collocando. Quo enim vetuſtius hoc oleum fuerit, eò efficacius & nobilius evadet.*

Uſus & *Applicatio*: id eſt, *Hoc oleum ſive Balſamus excellentiſſimus exiſtit contra hauſta venena, introſumptus: Hac tamen conditione, ut prius concitetur Vomitus per lixivium vel oleum olivarum calidè bibitum, vel quod melius per aq. Nicotianæ ſ. Tabaci.*

2. *Calculum & arenas pellit, ſæpius in ovo cocto aſſumptum.*

3. *In magna quantitate exhibitum vermes ventris necat & expellit, præſertim ſi aq. Perſicariæ exhibeatur.*

4. *Prædicto modo uſurpatum, corpus ab omni corruptione & multis ulceribus præſervat, ut planè nulla in corpore humano ſive interius ſive exterius naſci queant.*

5. 6. *Auriginem quoque & Hydropiſin diſcutit.*

7. *Interna itidem vulnera & quæ contuſa ſunt mirabili effectu curat.*

8. *Vomitum ſanguinis & Dyſenteriam vi compeſcit atque conſtringit.*

9. *Vulnera omnia externa, qualiacunque ſint etiam ea quæ Venenatis armis inflicta fuerunt, mirâ celeritate Balſamicâ vi contrahit atque conglutinat, omnia alia vulnerum ſymptomata prohibens ac tollens, ſi linteola raſa in eo madeſiant & vulneribus imponantur, illa ſæpius lavando & extergendo. Poſſunt inſuper hoc oleo omnia Emplaſtra Stictica, quemadmodum & reliqua in ſua virtute & efficacia ſolâ malaxatione confortari, ut majoris inde virtutis & energiæ ſint.*

10. *In capitis v. vulneribus ubi cranium quoque ad duram vel piam matrem læſum fuerit optimè & ſtudioſè cavendum, ne prædicta linteola nimis humida vulneribus ſupponantur, ſed antea perquam bene expreſſa ſint: Si vel una gutta ſola ſuper duas illas membranas caderet, jam de vulnerato actum eſſet & inſaniam incurreret.*

11. *Præterea omnes impreſſiones magicas, ab imaginatione*

*ginatione, jaculatione, imprecationibus & laniarum præſtigiis inflictas ſtupendo planè modo irritas facit, & perſanat, tam interius aſſumptum, quam exterius illitum, applicatumvè.*

12. *Quod ſi alicui cultri, ligna, vitra, ſetæ, panni lacerati, fila, acus, crines, teſtæ & quæcunque alia intra corpus & ſtomachum vel & gulam, unde ſuffocationis periculum incurrat per incantamenta & præſtigias impacta fuerint, ſique nullis aliis medicamentis cedere velint, hoc oleo inungantur, ac ipſis quoque ad bibendum exhibeatur, quantitate trium cochlearium, admirabilem vim experieris: Vel enim prædicta omnia, per aliquod magnum ulcus exiccatum, tanquam aliquod emunctorium protrudet, vel per vomitum rejiciet, aut tandem per inferiora coget, ac tandem æger penitus incolumis citra omnem perditionem evadet. Balſamum hunc mecum communicavit Clariſſ. Dn. D. Iohan. Chriſtophorus* Eiſenmenger. *Phyſicus Imperialis, Reip. Heilbronnenſis, Amicus ac Fautor meus honoratiſſimus.*

HOFMAN. *Oleum hyperici compoſitum &c.*) Hoc oleum commodius per inſolationem conficitur, quàm per coctionem dum virtus quorundam ingredientium balſamica non levem inde patitur jacturam, ut etiam Dominus Autor monet l. c. Quemadmodum etiam 3. illud D. Erhardi Ellenbergii longè compendioſiori modo paucioribus infuſionibus ac breviori tempore confici poſſet. Cur non ſex vel octo manipuli fl. hyperici in ol. Scorpionum ſ. lib. iij. infundi poſſent & in MB coqui, donec ſanguineum acquiſiverit colorem? Cui poſteà colato per tres vel quatuor infuſiones iteratas reliqua ingredientia nihil illis demendo conjungenda forent, multò efficacius hoc oleum emergeret.

¶ 3. *Oleum Hyperici compoſitum D. D Erhardi Ellenbergii.*

♃. Fol. Hyperic. recent. M. iij.
Contunde modicè, deinde ſuperfunde.
Ol. de Scorpion. ſimpl. ℔ iij.

Ponantur in ſole per ♂ 4. poſtea in MB. per hor. 24. coque & fortiter exprime. Cola oleum per Colatorium vino albo lotum. Deinde adde

Flor. Hyperic. recent. contuſ. M. iij.

Relinquito denuo ad ſolem ♂ 4. & mox coquito in MB, cola ut ante. Idem repetendum cum floribus ſemper recent. bis terve, donec oleum ſanguineum acquiſiverit colorem. Hinc

♃. Cymar. (ſemin.) Hyperic. immaturarum, modico vino albo generoſo madefactarum ℔ iij.

Coque in MB. per ♂ 3. poſtea exprime ut ante, & hoc reiterandum quater, ſemper cum cymis recentibus. Poſt hæc,

♃. Card. ſancti (benedict.)
Meliſſ.
Verben.
Scabioſæ.
Betonic.
Chamædr. ana. M ß.

Contunde modice & coq. in MB. per triduum: deinde cola. Colaturæ injiciantur

Sum. Galeg.
Scord. rec. an. M. I.
Centaur. min.
Diptamn. Cret.
Roris marin. ana. M ß.

Coq. in oleo prius herbis contuſis per ♂ 3. in MB. F. colatura. Deinde

♃. Rad. Zedoar.
Diptamn. alb.
Angelic. gummoſ.
Ariſtoloch. utriuſque.
Carlin.
Valerian.
Gentian.
Tormentill.
Vincetoxic.
Cort. citr. ana. ʒ i ß.

Contuſa infundantur & coq. per ♂ 4. in MB. et. prim. fortiter ac interim injiciantur.

Caryophyllor.
Macis.
Schœnanth. ana. ʒ i ß.
Santal. rubr. ℥ ß.
Bacc. Iunip.
Laur. an. ℥ ij.
Cinam. ac. ℥ j.
Benzoin.
Storac. cal. an. ʒ vi.

Contuſa & hæc ponantur in MB. per ♂ 3. dein colentur. Poſtea

♃. Bufon. N. ij.

Natricem N. 1. { Serpentem, nobis Vnck dictam, ſeu boam. Une maniere de Serpent d'eau, ou un' eſpece de Serpent venimeux. V. intra. *A Water-Snake.* Een Water-ſlange.

Aranear. viv. N. CC.

Injiciantur in oleum prædictum & coque per ♂ 2. poſtea abjiciantur & imponantur.

Rhabarb. el.
Myrrh. fin.
Aloës Epat. an. ʒ iij.
Croc. ʒ j.
Spic. nard. ʒ i ß.
Theriac. Andr.
Mithridat. an. ʒ vi.

Coque in diplomate per ♂ 4. nec amplius colatur, ſed conſervetur pro uſu.

Uſus. *Valet præcipuè contra omnia venena. Illinitur arteriis manuum, pedum & cordis, repetitur illitio tribus alternis horis. Peſtem tam curat, quam præſervat. Febriles inſultus arcet (inunctum dorſo, & metacarpis manuum, pedumque plantis.) Dolores colicos demulcet. Urinam provocat. Vermes per ſeceſſum expellit (illitum umbilico.) Valet ad vulnera venenata, quæ vel ab animali venenato, vel ferro infecto ſunt inflicta. In paronychia nihil præſtantius, ſi ſtatim ab initio, antequam inflammatio venenoſa ſupervenerit, facta fuerit inunctio.*

*Hoc oleo fruere ex communicatione Iacobi* Holtzapffel *Pharmacopæi noſtratis diligentiſſimi, Affinis mihi dilectiſſimi.*

Oleum Hyperici facilius è Pharm. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Vini albi generoſi* lib. iij. *flor. recentium hyperici cum ſuis ſeminibus* m. iiij. *Tere, & macera in vitreo vaſe arctè clauſo; biduoque exacto, coque in M B. & validè exprime: in colaturam novas injice ſummitates, tertioque idem facito. Tertiæ autem colaturæ ſingulis libris affunde olei veter.* lib. iiij. *terebinthinæ* ℥ vj. *olei abſinthii* ℥ iij. *dictamni, gentianæ, cardui benedicti, tormentillæ, carlinæ, vel cardui mariæ, calami aromatici; tritorum an.* ℥ ij. *lumbricorum, pluries in vino albo lotorum,* ℥ ij. *inſolentur quinque aut ſex ſeptimanas, & bene obturata reponantur.*

Oleum Nicodemi ex eadem Pharmac.

℞. *Semin. ſeu ſummitat. hyperici, terebinthinæ veteris ana* lib. j. *lithargyri* ʒ vj. *aloës hepaticæ, tutiæ alexandrinæ ana* ʒ iij. *croci* ʒ j. *vini albi optimi* lib. iiij *olei veteris* lib. ij. *Abſumta quarta vini parte per lentam omnium in B. coctaram; alicubi, in arena, ſoli canicular i exponantur, & per pannum candidum, poſt decimam diem, colentur, ſeorſumque à vino ſervetur oleum.*

4. *Oleum*

¶ 4. *Oleum antipeſtilentiale Bartol. Bonacurſii Itali.*

| | |
|---|---|
| ♃. Flor. Hyperic. ℔ j. | Fol. perſic. |
| Rad. tormentill. | Artemiſ. |
| Carlinæ. | Rutæ. |
| Ariſtol. rot. | Beton. |
| Centau. maj. an. ℨ vi. | Scord. |
| Sant. omnium. | Chamædr. an. ℥ iiij. |
| Spic. nard. | Radic. Pimpin. |
| Celt. | Valerian. major. |
| Dictamn. | Vincetox. |
| Bacc. juniperi. | Been utr. ana ℨ ii ß. |
| Zedoar. | Anthor. |
| Gentian. | Scorzon. |
| Imperat. | Biſtort. an. ℨ vi. |
| Card. ben. an. ℥ß. | Moſchi. |
| Carpobalſ. | Maceris an. ℈ij. |
| Doronic. | Caryophyll. ℨ i ß. |
| Cort. citri. | |

Macerentur per 3. dies in vini malv. ℔ v. coq. exprim. expreſſo adde recentes ſpecies ſupra dictas, adde

Bufonem magn. vivum.
Viperam vivam.
Ranam.
Lacertas.
Cochleas ana v.
Scorpion. L.
Ligni aloës ℨ ß.
Theriac.
Mithrid. an. ℥ ij.
Benzoin.
Galbani an. ℥ i ß.
Laudani.
Succini.
Myrrh. an. ℥ j.
Ol. hyperic. ℔ ij.
Oliv. vet. ℔ v.

E Cineribus deſtillentur omnia, fiatque ter cohobatio, tandem oleum decantetur, quo inungitur cordis regio ſub axillis, & inguine ad arcendam peſtem.

Hofman. *Oleum antipeſtilentiale Bartol. Bonacurſii* Ital.) Hujus præparatio nullius etiam eſt momenti, coctione enim iſtâ tota deſtruitur nonnullorum ingredientium ut fl. hyperici, ſantal. omn. Spic. Nard. celtic. dictamn. bacc. juniper. Zedoar. Moſchi &c. visbalſamica & ſpirituoſa, & licet recentes ſpecies denuò addantur, tamen per deſtillationem ex cineribus cum reliquis additu iterum eunt perditum. Ideoque ſeq. modo commodior fiet hujus elaboratio:

Recip. radic. tormentill. carlin. ariſtol. rot. centaur. maj. an. ℨ vj.
pimpinell. ſcorzoner. biſtort. ana. ℨ iij.
ol. hyperic. lib. ij.
olivar. veter. lib. v.

Macerentur & coquantur, poſtmodum exprime, expreſſo adde fl. hyperic. lib. j Santal omn. Spic. Nard. Celtic. dictamn. noſtr. bacc. juniperi. Zedoar. gentian. imperator. carpobalſam. cort. citri. fol. rut. betonic. ſcordii. chamædr. ana. ℥ ß. radic. valerian. vincetoxic. anthor. ana ℨ iij.

Stent in infuſione vaſe clauſo in loco tepido per 8. ♂ ♀, poſteà colentur; Colaturæ adde ol. d benzoi. galbani. Ladani. ſuccini. Myrrh. ana ℨ ß. Sal. viperarum volatilis ℨ iij. M.

Oleum antipleuriticum Petri à Caſtro in Miſcell. curioſ. German.

℞. *Cucurb. longiores, (quæ Italis ſtorti & Zucche vocantur & ſemina habent quaſi quadrata) ſuſpendantur in loco concluſo quò ſolis radij non pertingunt, diſcindantur, & pulpa abjiciatur, cortex aſſervetur, & à cortice caro ſeparetur, itaut cortex craſſitiem majorem non habeat quàm patavinorum moneta juſtina dicta, quæ 26. ſolidos valet.* ♃. *hujus cortic.* ℔ j. *olei olivarum vetuſtiſſ* (10. 20. *imo ſi poſſibile* 100. *annorum*) ℔ iij. *huic oleo incoque corticem, donec humiditas corticis omnis ſit abſumta. Signum abſolutæ coctionis quando culmus ſtraminis, huic oleo intinctus, candelæ ardenti applicatus & oleo imprægnatus accendatur, ſine ſtrepitu ardet, & cortex quoque apparet fere combuſtus, & in carbonem quaſi redactus; tunc ceſſa à coctione, cola oleum per manicam. Denique accipiatur ſartago ferrea, geminum aut ad minimum unum habens orificium in latere, ut oleum poſſit tranſire: fac ut candeſcat ſartago & per candentem ſartaginem oleum transfunde, itaut per unum orificium infundatur, per alterum rurſus exeat in vaſculum ſubjectum pro inunctione lateris dolentis.*

Explicatio altera rationis parandi olei antipleuritici deſcripti.

℞. *Cucurb. longas quas tromboni (tubas) vocant, quando ad debitam magnitudinem excreverunt, idque, ideo, ne fiant nimium duræ. Radantur iſtæ (totæ) ad modum quo raphani, ſed advertatur, ne mundentur ad modum pomorum, ſed ſolum radantur & inde auferatur pellicula illa ſubtilis, quæ illas contegit, unde permanent virides. Hoc facto ſecetur cucurbita per longitudinem fimbriatim circumcirca, ut ſingulæ fimbriæ non magis latæ fiant quàm eſſe ſolet latitudo cultri gemuerſir, & abjiciatur, aut ſaltem coquatur reſiduum cucurbitæ, quod eſt album (pulpa alba) quoniam nihil pro noſtro uſu confert. Hoc peracto, ponderentur omnes illæ ſtriæ ſive fruſtula, quæ excisa ſunt è cucurbita, ipſam intrinſecus mundando à dicta pulpa, & ſumatur tantum olei olivarum (quò id præſtantius, tantò magis inſerviet) quantùm pependit cucurbita. Et ſi cortices cucurbitæ pendent duas libras, duas pariter libras olei oportet ſumere, ſi quatuor, quatuor, & ſic conſequenter tantum eſſe oportet pondus olei, quantum eſt cucurbitæ. Hoc facto immittatur oleum & cucurbita, in ollam figulinam ſatis validam & novam, ob rationem infrà dicendam, & coquatur ad ignem carbonum vel lignorum (modo non adſit flamma) cucurbita in fruſta concisa, uſque dum reddatur omnino ſicca, & ita loquendo, aduſta. Peracto hoc, eximatur cum cochleari ex oleo cucurbita arida & exſiccata & abjiciatur, quia nullius uſus eſt. Poſtmodum oportet tranſmittere ferrum (non chalybem ſed ferrum) nullis antea uſibus adhibitum, ſedecim aut octodecim vicibus calefactum & bene fervens per dictum oleum. Procedi poteſt modo ſequente. Olla cum oleo mandetur deferri in officinam fabri ferrarij; iſque in ignem jubeatur mittere ſex fruſta, paulò grandiora dimidio palmo, ferri virginei, ſc. uſum nullum experti, & quando candefacta ſunt & bene fervent, unum poſt alterum ſubmergatur cum vulſella, & extinguatur in dicto oleo, deinde iterum in ignem conjiciatur, & quando hæc opera ter repetita fuerit, ferrum (quia ſunt ſex ferri fruſta) octodecim tunc vicibus tranſivit, & tantum ſufficit ad perfectionem olei. Sed quoniam dum ferrum immergitur candefactum & fervens in dictum oleum, quandoque oleum incenditur, oportet habere ad manum operculum pro contegenda olla, ut ſuffocata flamma extinguatur; ſed quia poteſt accidere ut ſuppreſſa flamma rumpat ollam, ob id ſuprà monitum, ut adhibeatur olla validior, & quò magis ſecurus eſſe queas, antequam ferrum ignitum in ollam demergas, oportet illam reponas in aliud vas terreum, ne ſi in dicta operatione olla frangeretur, oleum profundatur; id refrigeratum in vitream lagenam infunditur & pro uſu neceſſario aſſervatur.*

*Modus utendi hic eſt. Accipiatur parum hujus olei in patella (in qua ova tremula apponuntur) & bene incaleſcat, quoad (tactu) perferri poſſit, & infundatur oleum; poſt accipiatur mappella immunda, quæ uſurpata ſuit & complicetur in quadruplum, pariterque calefacta, in quantum perferre poteſt patiens, ponatur ſuper ſtupam, & cum ligamento adalligetur, ne motu oleum à parte affecta recedat. Quoniam quandoque dolor etiam alteri lateri communicatur, ſimili etiam ratione alterum inungitur, imponitur ſtupa & mappella, & quoniam dolor interdum ab una coſta in aliam ſerpit, inungatur perſequendo dolorem quocunque proceſſerit. Quandò patiens inunctus eſt dicto modo, ſi non incipiat ſputare, poſt quinque horas, renovetur inunctio, ſed rarenter opus erit repetitione, cùm experientia comprobatum ſit, quod intra paucas horas, apoſtema rumpatur pro argumento eſt, quòd multi exteri fere agonizantes poſt adhibitum in noſocomiis remedium potuerint iter ſani & liberi proſequi.*

§ 5. *Oleum purgans compoſitum S. Cloſſæi.*

♃. Ricini American. & vulgar. an. ℥ iij.
Sem. cataput. minor.
Ebuli mundat. ana ℥ ß.
Rhabarb. pulveriſ. ℥ j.
Santal. citrin. ℥ ß.

Contund. fortiter, donec abeant in paſtam, ex quâ per expreſſionem forte eliciatur Oleum.

*Doſ. gut. vj. in juſculo præpingui, alias ardorem in*

 *gutture*

*gutture excitat, quamobrem à nonnullis, pilula unica ex micâ panis duabus guttulis hujus ol. inebriatâ fingitur, vel inter duas oblatas concluditur. Purgat ἄνω καὶ κάτω hydrope affectos.*

Hofman. *Oleum purgans compoſitum S. Cloſſæi.*) Hoc oleum licet ad olea expreſſa ſpectet, tamen cum ſemina ricini American. & noſtrat. cum cataput. minor. ob vim eorum cauſticam & colliquativam ſuſpecta ſint internè uſurpanda, ſatis eſt hoc oleum planè omitti.

Oleum purgans aliud D D. Zvvelferi.

℞ *Olei lini recenter expreſſi* lib. i ß. *huic immergantur ſequentia minutim inciſa & contuſa: rad. recent. bryoniæ, aſari, cucumer. aſinini ana* ℥ i ß. *rad. recent. hermodactyl. ireos noſtratis, eſulæ ana* ℥ j. *herbar. recent. anethi, gratiolæ, malvæ, mercurialis, tanateii ana* ℥ ij. *corallinæ* ʒ vj *flor. recent. roſar. pallidar. myrrhæ rubræ, aloës hepaticæ ana* ℥ j. *pulpæ colocynthid. ſem. cynæ, cataputiæ, ebuli ana* ʒ vj. *Facta maceratione die una vel altera bulliant leniter, ad conſumtionem fere humiditatis; colentur poſtea, exprimanturque ſpecies fortiter: ſeparetur oleum purum per reſidentiam: quod ad uſum ſeponatur; addendo tamen ultimò camphoræ* ʒ ii ß.

*Solvit alvum, umbilico inunctum, vel petiâ in eo intinctâ, & umbilico aut toti ventri ſuperappoſitâ: enecat vermes eoſque expellit. Delicatis, purgantia interna abominantibus, puellulis à ſymptomatibus vermium quaſi inſenſibilibus, aut medicamenta intrinſeca reſpuentibus, proficuum.*

Oleum contra Surditatem, D. Charraz.

℞ *Olei expreſſi ſem. porror. amygdalar. amarar. & laurini ana* ʒ ij. *ſpicæ nardi, caſtorei & colocynthid. inciſor. ana* ʒ j. *ſucci rutæ & vini albi ana* ℥ i ß. *Omnia matratio obturato excepta in MB. tepido hor. 24. digerantur, deinde aucto calore B. ad humidi conſumptionem coquantur; poſtea colentur & exprimantur; oleumque ad uſus ſervetur, poſtquam in illo moſchi optimi gr. vj. diluta fuerint.*

*Hoc oleum in aures intromiſſum ſurditates à nativitate non perdurantes, mirum in modum diſſipat.*

## CAPVT LXXIII.

### *De Pilulis.*

Hofman. *De Pilulis.*) Fieri poſſunt ex omnibus rebus ſiccis, beneficio viſcidi ac glutinoſi alicujus liquoris (Syrupi, mucilaginis, ſucci, extracti &c. inſpiſſati) incorporatis. Licet *Melichivs* Aquas & ſuccos indifferenter excludat, tamen ſine ratione hoc facit. Nec dubia *Cl. Zvvelferi* contrà ſyrupos adducta tanti ſunt momenti, ut illos excludamus. Nihil enim refert, utrum aloëm & gummata diſſolvant, an ſecus, modo maſſa compacta inde fiat, id quod per ſyrupos etiam obtinetur, quamvis etiam gummata non ſolvantur, non manent tamen ſine effectu. Augmentum, quod Pilulis à ſyruporum additione accedit, tam magnum non eſt, in primis ſi ſyrupus liquidæ fuerit conſiſtentiæ.

¶ Pilulæ fieri poſſunt 1. ex rebus quibuſcunque ſiccis, beneficio viſcidi, ac glutinoſi alicujus liquoris (Syrupi, Mucilaginis, Succi aliquantulum inſpiſſati, Extracti, & ſimil.) incorporatis.

2. Ex ſolis ſuccis extractiſvè inſpiſſatis.

N. 1. *Salia liquationi fermentationique apta ſunt, idcirco ſi qua admiſcenda, in minima doſi admiſcere volunt.*

N. 2. *Extracta vel ſucci inſpiſſati rediguntur* commodius *in pilulas, ſi addatur nonnihil pulveris appropriati, quam ſi ſolâ inſpiſſatione incraſſentur.*

N. 3. *Poteſt & olei guttula una ac altera inſtillari.*

*Modus fiendi.*

♃. Medicamenta convenientia (pulveres) atque cum liquore viſcido conveniente, contunde quam optimè in mortario, ut exactè cuncta miſceantur ac cohæreant.

N. *Pilulæ etſi de omnis generis medicamentis parari poſſint, rariores tamen ſunt alterantes, crebriores purgantes.*

*Sunt*

*Pilulæ alterantes uſitatiores*

Pilulæ de Bdellio, *Auguſt.*
Bechicæ, *Cord.*
Pilulæ Bechicæ albæ } *conveniunt cum Trochiſcis, à*
nigræ } *quibus ſola forma differunt.*
de Caſtoreo, A.
de Cynogloſſa, A. C.
*Renod.*
Diaphoreticæ, *vide infra*, N. 1.
Diureticæ, 2.
Antepilepticæ, 3.
Febriles, 4.
Narcoticæ Plateri, 5.
de Styrace S. Cloſſ. *6.*
contra Tuſſim, 7.

*Pilulæ purgantes.*

Pilulæ de Agarico Meſuæ, A. C. R.
Aggregativæ majores Meſuæ ſ.
Polychreſtæ, A. C. R.
Aggregativæ minores Meſuæ A.
Alephanginæ, ſ. aromaticæ, Pilulæ Solis Meſ. A. C.
Alephanginæ Valerii Cordi.
de Aloë lota, A. & C.
roſata, A.
& Maſtiche, A. C.
de Ammoniaco. Querc. *inf.* 1.
Arabicæ Nicolai, A. C.
Arthriticæ, ſ. arthеticæ, A. C.
Arthriticæ Scheffer. 2.
Aſſaieret Avicennæ, A. C. R.
Aureæ Nicolai, A. C. R.

N. *Alias Pilulas hujus nominis conſcripſit Marſilius Ficinus, quas & Magicas vocat, vide Wecker.*

Pilulæ Benedictæ, A. C. 3.
Cholagogæ, Querc. v. 4.
Ante cibum.

N. *Pilularum, quas ante cibum appellant, variæ occurrunt deſcriptiones. Sunt enim qui omnibus pilulis ſtomachicis id nominis imponunt: Renodæus ſtomachicas Galeni ita communiter appellari ait. Weckerus diverſas exhibet deſcriptiones pilularum ante cibum, tum & pilularum ante & poſt cibum, dictarum.*

Cochiæ.
Pilulæ de Colocynthide Damaſceni, A. C.

*Dicuntur & hoc nomine Pilulæ de Nitro Tralliani.*

De Eſula Fernelii, *v.* 5.
de Eupatorio majores Meſuæ. A. C. R.

N. *Potius Pilulæ de Rhabarbaro dicendæ ſunt.*

de Euphorbio Meſuæ, A. C.
de Euphorb. Quercetani, *6.*
Febriles, 7. 8.
Febrifugæ Scheffer, 9.
Fœtidæ Meſuæ, A. C. R.
de Fumaria Avicennæ, A. C. R.
Gummoſæ, 10.
de Hermodactylis, A. C. R.
de Hiera picra, A. C.
Hieræ ſimpl. A. C.
de Hiera cum Agarico; A. C.
compoſita, A. C.
Hydroticæ, A.
Hydroticæ Bontii, 11.
Iliacæ Rhaſis, 12.

Imperia-

Imperiales, C. A.

N. *Renodæus alias exhibet, quas & Catholicas indigitat.*

Indæ Haly, A. C.

de Lapide armeno, C.

Lazuli, Meſuæ, A. C. R.

de Ladano, 13.

Lucis majores Meſ. A. C.

minores Cord.

Marocoſtinæ Mindereri, 14.

Maſtichinæ conciliatoris, A. C. R.

Matricales Scheffeti 15.

de Mechoacanna Renod.

de Mezereo Damaſceni, A. C.

de quinque generibus Myrobalanorum, Tralliani, A. C.

de Nitro, ſ. Diacolocynthidos. A. R.

Octomeræ, ſ. d. octo rebus, Nicolai, A. C.

De Opopanace Meſuæ, A. C.

Panchymagogæ. Quercet. 16.

Peſtilentiales Avicennæ, ſ. communes, A. R.

N. *Cordo dicuntur peſtilentiales, Ruffi, ſeu de tribus.*

Peſtilentiales compoſitæ, 17.

Antipodagricæ, 18.

Polychreſtæ S. Cloſſ. 19.

de Rhabarbaro Meſuæ, A. C.

de Sagapeno, ſ. Serapino Meſuæ, A. C.

de Sagap. Quercetani, 20.

de Sarcocolla Meſuæ, A. C.

Sine cura D. Weberi Alœphanginis ferè æquales facultate. vid. D. Aug.

Sine quibus Nicolai, C. R.

Stomachicæ Alkindi, A. C.

Stomachicæ Meſuæ C.

de Succino, 21.

Tartareæ melanagogæ, Querc. 22.

Tartareæ Bontii, 23.

Tartareæ meæ deſcriptionis, 24.

## *ALTERANTES.*

### 1. *Pilulæ Diaphoreticæ S. Cloſſæi.*

♃. Cinabar. Antimonii rectificat. ℈ j.
Præſervativi ex croco myrrh. & aloë ʒ ß.
Cryſtall. Sulph. ℈ j.
Ol. guajac. q. ſ. ad corporationem.
F. pil. duæ, exhibeantur ſuperbibendo cochl. 1. acidi Guajac. mixti cum tribus partibus vini alb.

Hofman. *Alterantes Pilulæ diaphoreticæ S. Cloſſæi.* ) Cinnabar Antimonii rectificat. minus dextrè in pilularum maſſâ traditur, virtute ejus diaphoreticâ & ant epilepticâ ſpecificâ à reſinoſis aliis ingredientibus ſuppreſſâ, id quod cryſtalli Sulphuris cum oleo guajacino non corrigent. Ideoque commodior harum pilularum fiet præparatio, ſi cinnabari excluſâ, ſolum ex croco, myrrhâ & aloë cum cryſtall. Sulphuris & ol. d. guajacin. ſ. a. pilulæ dictæ componantur.

### ¶ 2. *Pilulæ Diureticæ S. Cloſſ.*

♃. Tereb. Venet.
Vitrioli albi ana part. æq. M. in mortario marmor. terendo diutiſſimè, uſque dum ſimul incorporentur, quod difficultate non caret. *Doſ. eſt à* ʒ j. *ad* ʒ ij. *Tereb. Vitriolo addita vim ejus vomitivam refranat, & diureticam conciliat.*

Hofman. *Pilulæ Diureticæ S. Cloſſæi.* ) Si Vitrioli albi vis emetica cum Terebinthina in diureticam degenerare debet, ſatius duco, dimidiam partem Vitrioli albi ſumere, & Terebinthinæ duplum ſubſtituere, ſic enim hujus vis diuretica illius emeticam vincens & refrænans ambæ in diureticam convertentur, & melius etiam incorporabuntur.

### ¶ 3. *Pilulæ Anti-Epilepticæ S. Cloſſæi.*

♃. Præcipitati ſolaris per ſe in matracio Ign. febrili continuo parati ʒ j.
Cinnab. mineralis ℈ iv.
Ol. Antimon. febrifugi (ut dicetur cap. de Mercurio) gutt. xx.
Extracti caſtor. per Spir. vin. evaporando facti.
Succin. ana ʒ j.
de pœon. mare cum Spir. vini facti.
Pœon. fœmin.
Bryon. ana ʒ ii ß.
Fol. Helleb. nigr. ſubtiliſſ. triturat. ℈ ij.
F. pulvis & cum ſucco porri maſſa pilularum, cui admiſce Ol. angelic. ſativ.
Spiritus Vitrioli ana gutt. x.

*Uſus: Cape ante paroxyſmos aut poſt quadram Lunæ pill. duas* ℈ j. *ponderantes, ſumendo poſtea juſculum carnium acido Vitrioli conditum.*

Hofman. *Pilulæ Ant-Epilepticæ S. Cloſſæi.* ) Hæ pilulæ tam ob egregiam compoſitionem, quàm ſummas vires, quas ad virus epilepticum abigendum exercent, non ſatis dilaudari poſſunt.

N. Alias prætereà ant-epilepticas vid. in theſaur. pharmaceutic. ſect. XX. nu. III.

### ¶ 4. *Pilulæ febriles.*

♃. Extr. card. bened. ʒ ß.
centaur. min. ℈ j.
c. c. uſt. præparat.
ſal. abſinth. ana ℈ ß.
Cum Syrupo de card. benedict. F. num. xx.
Uſus: *Exhibeantur ante paroxyſmum expecteturque ſudor.*

Hofman. *Pilulæ Febriles.* ) Hæ majoris erunt efficaciæ, ſi loco C C. uſti Sal C C. volatile cum ſale abſinth. & cum extract. card. bened. & centaur. min. liquid. ſubordinatum in pilulas ſubigeretur, omiſſo Syrupo Card. benedict.

Pilulæ ad ſiſtendam Gonorrhæam ex D. Charraz.

℞. *Rad. biſtortæ, tormentillæ, nymphææ, baccar. hederæ, ſem. lactucæ, rutæ, agni caſti, ſuccini, ſanguinis hirci, maſtiches, olibani, lachrymarum ſanguinis drac. nucis moſchatæ, ana* ℥ *ß. Cum terebinthina veneta fiat Maſſa.*

*Debent tantùm exhiberi hæ pilulæ cùm jam omnis gonorrhææ malignitas victa eſt. Sumuntur mane & veſperi longè à paſtu, earum uſum per plures dies continuando præcipuè ſi vaſa valdè debilia facta ſint. Doſ. à* ʒ *ß. ad* ʒ j.

### ¶ 5. *Pilulæ Narcoticæ Plateri.*

♃. Opii puriſſ. ʒ 1.
Infunde Aq. vitæ ℥ ß. diſſolv. lento calore, eodemque exicca.
Deinde aliâ affuſâ Aq. vitæ molleſcat, additis ol. cinam. gran. 2.

*Poſtea.*

♃. Cinam.
Sacchar. cand. ℥ 1.
Piper. ʒ 1.
Sem. coriandr. ℈ ij.
Croci ʒ ß.
Subtiliſſimè pulveriſatis adde opium diſſolutum, ſenſim opio pulveres miſcendo.
Poſtea cum ſyr. de papaver. redigantur in maſſam pilularem addendo moſchi ℈ ß.
Maſſa hæc diu in mortario agitetur, & ne exiccetur, Ol. de Been paſſum ſubigatur. Servetur in loco humido.
Vires. *Dolores ſopiunt, ſomnum conciliant.*
*Doſis gran.* 5. 6. *Sennert. in Inſtit.*

HOFMAN. *Pilulæ Narcoticæ Plateri.*) In his non opus eſt piperis additione, ut opii corrigentis, (quia opium non eſt frigidum) nec Saccharo indigemus; ſed ſufficiunt Opium cum ſucco cydoniorum per fermentationem correctum, extract. Croci cum ol. d. cinamom. coriandri gutt. aliquot. & Moſch. gran. aliquot. pro pilulis formandis.

¶ 6. *Pilulæ de Styrace ſive laudanum Pectorale.*

♃. Styrac. calamit. ʒ ij.
Laudan.
Olib.
Myrrh. an. ʒ j.
Succi glyzyrrh. ʒ i ß.
Ambr. griſ. ℈ j.
Extract. Opii per Acet. diſt. parati ʒ j.
Croci cum Spir. vin. facti ℈ iiij.
M. cum
Syr. de cort. citrin. ʒ ij.
F. Maſſa pilul.

*Doſis. gran. x. Siſtit pertinaciſſimam tuſſim & catarrhum ferinum. Prægnantibus non ſine abortus diſcrimine tuſſientibus multoties cum ſucceſſu dedit S. Cloſſæus Archiater apud Metenſes.*

7. *Pilulæ ad tuſſim.*

♃. Succ. Glycyrrhiz.
Thur. ana ʒ j.
Myrrh.
Croc.
Opii ana ℈ j.
Cum Syr. pap. errat. q. ſ.
F. Maſſa.

Vires. *Catharros ſubtiles & ſalſos à capite ad pectus incraſſant, ebullitiones humorum ſiſtunt, tuſſimque ſedant.*

*Doſis à gran. vij. ad ℈ ß.*

Pilulæ de terebinthina cocta ex D. CHARRAZ.

℞. *Terebinthinæ venetæ in aq. raphani vel baccar. alkekengi ad duritiem coctæ ℥ iiij. liquiritiæ mundatæ ſubtiliter pulveratæ ℥ j. F. ſ. a. Maſſa.*

*Hæ pilulæ maximo ſunt in uſu in urinæ ſuppriſſionibus, quarum cauſa vel in pituita, vel in calculoſa materia, vel in malignitate quapiam venerea: adhibentur etiam gonorrhæis ineuntibus quò commodiùs fluant. Sumuntur mane jejuno ſtomacho Doſ. à ʒ j. ad ʒ ij. earumque uſus poteſt continuari in plures dies.*

Pilulæ de Terebinthina ad Gonorrhæam virulentam. ex D. D. ZVVELFER.

℞. *Pulver. antimonii diaphoret. ritè ac recenter jam jam parati ℥ ß. cinnabaris nativi rubicundi, terræ ſigill. ſiles. rad. liquir. roſæ, ireos florent. ſuccini albi, ana ʒ iij. oculor. cancr. præpar. ℥ ß. maſtich. electæ, olibani, myrrhæ rubræ, croci auſtr. ana ʒ ij. Miſceantur ac cum ſuffic. quant. terebinthinæ claræ efficiatur maſſa, ex qua pilulæ mediocres efformandæ, quarum quatuor, quinque, vel plures pro doſi una exhibeantur.*

*Purgantes.*

Pilulæ Diambræ è Pharm. Coll. Reg. Londinenſis.

℞. *Gummi guajaci rec. aloës roſatæ ana ʒ iij. ſpec. hieræ ſimpl. ʒ i ß. maſtiches ʒ j. ambræ griſeæ ʒ ß. F. omnium pulvis ſubtilis, qui excipiatur ſ. q. balſami peruani nigri, ut fiat Maſſa Pilularis.*

¶ 1. *Pilulæ de Ammoniaco Quercetani.*

♃. Aloës cum Aq. Endiviæ ſolutæ & purificatæ, ℥ iv.
Gumm. ammoniac. in aceto. ſcyllit. ſoluti & colati.
Myrrhæ in Vino igne MB diſſoluti & dum calet adhuc, tranſcolati ana ℥ ß.
Maſtichis.
Spec. Diatr. Santal. ana ʒ ß.
Croc. ℈ ij.
Sal Fraxini vel Abſynth. ℈ iv.
Cum Syrupo de ſtœchade, vel de ſucc. roſarum.
F. Maſſa Pilularum.

Vires. *Purgant inſigniter tartarum, omnemque feculentam corporis materiam, magnoperè conferunt adverſus omnes defluxiones, cachexias, opilationes lienis, ejuſdemque duritiem & ſcyrrhum, febres quartanas inveteratas: præſtantiſſimæ ſunt ad homines corpulentos evacuandos.*

*Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. ad laxationem alvi, alias aſcendi poterit ulterius.*

HOFMAN. *Purgantes. Pilulæ de Ammoniaco Quercetani.*) In his ſi gummi ammoniacum in aceto ſcyllitic. & Myrrha in vino ſolvatur, ſyrupi de ſtœchad. vel de ſucc. roſar. additione pro pilulis efformandis ulterius non opus erit, ſi aceti & vini juſta ſumatur quantitas pro diſſolutione. Præterea cùm ſalia pilulis mixta maſſam pilularum ſemper humidam reddant, & in primis alkalia, pulvere quodam v. g. caryophyll. liquiriz. &c. hoc præcaveri poteſt.

*Igne MB. ſoluti.*) Gummata enim reſinoſa ſi pilularum compoſitiones ingrediuntur, reliquis ingredientibus non ſtatim, ſed ſeorſim & ſigillatim in convenienti quodam liquore ſoluta demum addenda, nec multum coquenda, unde Joſ. Quercetanus Ignem MB commendat.

¶ 2. *Pilulæ Arthriticæ Gulielmi Erneſti Schefferi Medici Francofurtenſis.*

♃. Reſin. Jalapp. ʒ ß.
Eſſent. Rhabarb. ℈ j.
Ariſtoloch. rot. ℈ iv.
Gentian.
Tartar. vitriolat. an. ℈ j.
Diagrid. roſat. ℈ iv.
Mag. Chalyb. ℈ j.
M. F. cum Eſſent. Fol. ſenn. Pilulæ numero xx. pro ʒ j. & deaurentur.

*Hæ pilulæ apprimè conveniunt in catharroſis defluxionibus, inprimis iis quæ ad artus decumbunt, pituitam & ſeroſos humores blandè educunt, & viſcera obſtructionibus liberant.*

*Doſis v. vj. vij. vel ix.*

*Acuuntur interdum Troch. Alhandal. Mag. Gutt. gemu. &c.*

3. *Pilulæ benedictæ.*

♃. Aloës roſar. ℔ ß.
Gumm. ammoniac. in guttis, ſ. puriſſimi, ℥ ij.
Succ. Card. benedict. inſpiſſat. ℥ j.
M. cum vino albo, vel Aq. card. bened. rectificatâ.

N. *Aloë ſuccotrina puriſſima ſubtiliſſimè teritur, ſuccus roſarum incarnatarum ad pultis conſiſtentiam permiſcetur, ſiccatur, teritur.*

*Uſus ante & poſt paſtum, imo ejus initio ac fine.*

*Doſis gran. xv. ℈ j. &c.*

HOFMAN. *Pilulæ Benedictæ F. F.*) Hæ recipiunt aloen roſatam, & Gummi ammoniacum; Illa eſt ſuccus, qui ex aloë & ſucco roſarum vel infuſione illarum dilutus ſæpius, iterumque exſiccatus fuit, & crebrioris eſt uſus; Ideoque nec iſtæ pilulæ ſuâ laude ſunt defraudandæ ob ſimplicem illam præparationem, quæ omnibus aliis compoſitionibus præripit palmam.

Pilulæ ex Duobus è Pharm. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Colocynthidos, ſcammonii ana ℥ j. olei caryophyllorum q. ſ. ut optimè malaciſſentur & ſubigantur unà: mox cum momento ſyrupi de ſpina cervina, Fiat Maſſa.*

Pilulæ cachecticæ ex D. CHARRAZ.

℞. *Trochiſcor. alhandal ℥ ß. aloës electæ, myrrhæ, galbani, ammoniaci ana ʒ iij. præcipitati mercurii cum auro præparati ʒ ij. ſcammonii*

monij, jalappæ, agarici albiſſ. ana ʒ i ß. olei nucis moſchatæ expreſſi ʒ j. ſuccini, cinnamomi & caryophyllorum ana gutt. vj. extracti juniperi q. ſ. F. ex a. Maſſa pilularum.

Multùm commendantur hæ pilulæ in cachexiis, febre quartana, hydropiſi, & in menſtruorum ſuppreſſione; ſumuntur hora una ante quam cubitum eatur. Doſ. à gr. iiij. ad gr. ix. repetendo earum uſum pro exigentia.

¶ 4. *Pilulæ Cholagogæ de Centaurio Quercetani.*

♃. Succor. optimè depuratorum Centaurii minor.
Roſar. pallidar.
Eupator. Meſuæ.
Rad. oxylapathi ana ℥ iv.

Quibus adde aloës præparat. (ad modum Quercet. vide libr. 4.) ℥ vi.

Digerantur MB. hor. duodecim, ut fiat perfecta diſſolutio & mixtio, dein omnia coagulentur ad mellis conſiſtentiam.

Cui adde

Pulv. Rhabarb. ℥ j.
Xylo aloës.
Myrrhæ ana ʒ ij.
Croci.
Cinamomi ana ʒ ß.
Spec. Diatr. ſantal.
Trochiſ. Diarrhod. ana ʒ i.
M. F. Maſſa.

Vires. *Proſunt in omnibus febribus bilioſis, arquato morbo, & cachexia. Iecoris itidem cæterarumque partium, nutritioni dicatarum, obſtructionibus mirificè auxiliantur.*

*Doſis à* ʒ ß. *ad* ʒ j.

Hofman. *Pilulæ Cholagogæ de Centaurio Quercetani.*) Hæ virtutem ſuam ſatis etiam exſerere poſſent cum ſucco tantum centaurii minoris ſæpius imprægnatæ, & iterum exſiccatæ, licet ſuccus roſarum pallid. eupator. Meſ. radic. oxylapathi & reliquorum, pilularum iſtarum virtutem antifebrilem potius impedientium, planè proſcriberetur; Aloës enim præparatio non melius peragitur, quàm cum paucis ejuſmodi balſamicorum ſuccis, ut infrà *Lib.* 4. uberius docebimus.

Pilulæ pro Colico morbo D. D. D'AQVIN. ex D. CHARRAZ.

℞. *Aloës ſuccotorinæ electæ, in ſucco roſar. pallidar. dilutæ & inſpiſſatæ* ℥ iij. *agar. electi* ℥ i ß *extracti rhabarbari* ℥ j. *hepatis lupi præpar.* ʒ vj. *ſummitat. abſinthij* ℥ ß. *pulver. diarrhodonis abbatis & ſalis abſinthij, nucis moſchatæ ana* ʒ i ß. *cum ſyrupo de cichorio compoſito cum Rheo*, F. *Maſſa.*

*Benignè purgant humores bilioſos & ſeroſos, quorum etiam præveniunt & impediunt accumulationem & fermentationem, & ex ratione curant morbos colicos præcipuè illum qui Pictonum dicitur. Sumuntur alternis diebus continuato uſu pro exigentia & ratione intenſionis morbi curandi. Doſ.* ℈ j. *ad* ʒ j.

¶ 5. *Pilulæ de Eſula Fernelii.*

♃. Cortic. rad. Eſulæ minor. maceratæ hor. 20. in aceto & ſucco portulacæ ʒ ij.

Grana Ricini expurgata & torrefacta numero XL.
Mirobalanor. citrinior. ʒ i ß.
Chamædryos.
Chamæpityos.
Spicæ nardi.
Cinamomi ana ℈ ij.

Omnia tenuiſſimè trita, excipiantur Tragacanth. Aq. roſar. ſolut. ℥ j.

F. Maſſa.

N. *Eſula non ſit recens, ſed ſaltem ante menſes octo collecta.*

Vires. *Valde turbant, ſed ſunt efficaces in corporibus robuſtis.*

N. *Minus exiccabuntur, ſed & minus efficaces erunt, ſi excipiantur ſyrupo roſarum ſolutivo, non mucilagine Tragacanthi.*

*Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ i ß. *&c.*

6. *Pilulæ de Euphorbio, Quercetan.*

♃. Euphorb. præparat. (ad modum Quercet. vid. lib. 4.) ℥ i.
Spic. nardi.
Maſtiches ana ʒ vi.
Opopanac.
Sagapeni præparat.
Bdell. ana ℥ ß.
Agaric. troch.
Troch. alhandal. ana ʒ iij.
Syrupi violati aciduli, q. ſ.
F. Maſſa.

Vires. *Mirabiles ſunt contra omnis generis febres chronicas, intermittentes atque quartanas, nec non contra omnes cachexias, hydropiſin & colicos dolores.*

*Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ ij.

N. *Habet Quercetanus & pilulas peſtilentiales de Euphorbio.*

Hofman. *Pilulæ de Eſula Fernelij* & 6. *de Euphorbio Quercetani.*) dictæ pilulæ dignæ ſunt, quæ ob vim illarum deleteriam, causticam & colliquativam penitus ex foro Medico & Pharmaceutico in exilium proſcribantur.

¶ 7. *Pilulæ febriles ſ. Antimoniales ad febres Hartmanni.*

♃. Vitri Antimonii (juſto tempore ſi fieri poteſt, & diligentiſſimè) præparati, prætereaque cum ſpiritu Vitrioli albificati & tenuiſſimè pulveriſat. ℥ ß.
Sacchar. candi ℥ iij.
Farin. tritic. ℥ i v.
Croc. elect. ℈ j.

Coque cum aq. commun. l. Igne ad conſiſtentiam pultis, cavendum tamen ſtudioſè, ne in fine maſſa aduratur, ſed ferè panis formam habeat. Aſſervantur in integritate ſua quadriennium: Poſtea tandem ſcabritiem contrahunt, minus deinde utiles.

Vires. *Mirificè febriles mineras, aliaque ſymptomata exhauriunt. Exhibentur ante paroxyſmi inſultum, cum veſtigia horroris gliſcunt.*

*Doſis à* ℈ ß. *in pueris; ad* ʒ j. *in adultis fortioribus.*

Hofman. *Pilulæ Febriles ſeu Antimoniales ad febres Cl. Hartmanni.*) Hæ etiam ob vim draſticam emeticam, quam vitrum Antimonii Spiritus Vitrioli additione non deponit, admodum ſuſpectæ ſunt, in primis in febribus, in quibus ab Autore antè paroxyſmi inſultum commendantur. Cum antiquarto *Cl. Riverii* compoſitæ pilulæ melius voto reſpondent, hujus deſcriptionem infrà *Libro III.* habebis.

¶ 8. *Pilulæ febriles ad quartanam Sennerti.*

♃. Ol. Antimonii ſaccharati ℥ j.
Aloës ſuccotr. ℥ ß.
Ambr. gryſ. ʒ ij.
Croc. ʒ ii ß. (vel eſſent. croc. ʒ j.)
F. Maſſa pilularum.

Vires. *Purgat per inferiora, nonnunquam per ſudorem.*

*Doſis* ℈ ß. *ante paroxyſmum, cum conſerva v. g. roſarum, &c.*

N. *Dicitur Laudanum mercuriale.*

¶ 9. *Pilulæ febrifugæ D. D. Schefferi.*

♃. Sp. hier. picr.
Reſin. Ialap. an. ʒ ij.
Fecul. Aron.
Eſſent. Rhabarb.

Lign. Colubr.
Gentian.
Centaur. min.
Roſar. rub.
Diagryd. roſat.
Tartar. vitriolat. ana ℈ j.
Ol. citri. g. vi.
M. F. cum Eſſent. Fol. Sen.
pilulæ n. xxx. pro ʒ j.

*In omnibus febribus intermittentibus admodum utiles ſunt & in ventriculi compreſſionibus, ejuſque cruditatibus à bile & pituita ortis, vermes quoque expellunt.*

*Doſis iij. iv. v. vj. vij.*

[*Pilulæ Glaſſii Archiatri Gothani, quæ cum Angelicis certare putantur, ex Aloë ſuccotrina aq. ſimpl. extracta & depurata, inque MB. vaporoſo coagulata, & ſucco Violarum ſæpius nutrita, adjectâ inter extrahendum ari non præparati, vel ſcyllæ, particula, & cum Elixyr Proprietatis, vel Eſſent. abſinth. alkaliſata, conſtant ſec. Hofm. Doſ. 4. 7. 9. ante vel poſt cœnam formatæ inſtar Angelicar.*]

*Celebrantur in ventriculi cruditatibus, affectibus Hypochondriacis, & pro præſervatione ab arthritide.*

10. *Pilulæ gummoſæ S. Cloſſ.*

♃. Gumm. ammon.
Galban. in aceto ſcyllit. liquat. & per linteum traject. ana. ʒ iij.
aloës in veſicâ.
myrrh. ana ʒ ij.
maſtich.
croci Orient. an. ℈ ij.
turbith.
agar. trochiſc. an. ℈ iv.
trochiſc. alhand. ʒ j.
ſcammon. præpar. in Spir. Vini.
ʒ i ß.

Balſam. Peruv. tepidi ʒ iij. M. omnia ſimul, & adde ☿ cum ☉ præcipit. ʒ ij.

F. Maſſa pilul. in aluta ol. amygdal. dulc. involvenda; coquenda ſunt lento Ign. Acet. paulatim evaporato (ſpatulâ ſemper agitando) materia in maſſam reducatur.

*Doſis cap. ij. aut iij. inſtar baccarum juniperi horâ primâ ante cœnam & in ingreſſu lecti.*

Vires. *Dupliciter agunt in morbis quartanariis, hydrope, cachexiâ, chloroſi, menſtruis provocandis, ictero utroque; primo per vim attenuantem & emoll. materiam præparant Catharcticis expellendam; ſecundo humores liquatos fluxileſque redditos blandè expurgant.*

HOFMAN. *Pilulæ gummoſæ S. Cloſſæi.*) Has ob compoſitionem & præparationem corrigere nequimus, monentes ſaltem, ut Medicus in illotum uſu ſit cautus & circumſpectus, ne viribus ægroti jamdum exhauſtis adhibeat, ſi illis uti efflagitet neceſſitas. Non enim ſine colliquatione humorum operationem perficiunt.

Pilulæ de Gutta gamandræ è Pharm. Coll. Reg. Lond.

♃. *Aloës opt. ʒ ij ß. reſinæ guttæ gamandræ ʒ i ß. ſcammonii ʒ j. gummi ammoniaci ʒ j ß. tartari vitriolati ʒ ß. cum ſyr. roſar. ſolutivo F. Maſſa Pilularis.*

¶ 11. *Pilulæ Hydropicæ Bontii Medici apud Hollandos quondam celeberrimi.*

♃. Aloës opt. ʒ ii ß.
Gumm. gut. gam. ſubtiliter pulver. & cum malvatico diſſoluti & lævigati, ʒ i ß.
Diagryd. eodem modo parat. ʒ j.
Gumm. ammoniac. ʒ i ß.
Tart. Vitriolat. ʒ ß.
Cum ſyrup. roſ. ſol.
F. Maſſa.

N. *Hæ ſunt illæ pilulæ, ex quibus una cum Tartareis, infra deſcriptis, Bontius Principis Auriaci Medicus maximam ſibi famam acquiſivit.*

Vires. *Educunt aquas potenter.*

*Doſis ℈ ß. ad ℈ j.*

[*Pilulæ Hyſtericæ Gregorii Horſtii, quas Autor libri II. fini appoſuit, & huc referri dignas duxit, in editionibus prioribus ſunt hæ.*]

♃. Aloës ſuccotr. ʒ iij.
Myrrh. opt. ℈ j.
Extr. cal. ar.
Card. bened. an. ℈ ß.
Croc. g. iij.
Rad. Gentian.
Ariſtol. long.
Dictamn. an. g. v.
Cum Rob. ſambuc. f. Maſſa.

Vires. *In impuritate uteri, & menſium obſtructione à craſſis & pituitoſis humoribus proveniente, cum ſucceſſu exhibentur.*

*Doſis*: ʒ ß. *per dies aliquot continuando.*

Pilulæ Hyſtericæ aliæ ex D. CHARRAZ.

♃. *Facularum bryoniæ, myrrhæ electæ, vitrioli martis, ſalis arthemiſiæ, ana ʒ ij. caſtorei electi, rutæ, camphoræ, ana ℈ ij. extracti ſolaris aloës cum ſucco arthemiſiæ parati ʒ x. F. ſ. a. Maſſa.*

*Hæ pilulæ ſunt ſpecificæ, non tantùm pro ſupprimendis vaporibus ab utero elevatis, ſedandis agitationibus & ſymptomatibus inde enatis; ſed etiam pro repurgando ab impuritatibus utero & provocandis menſtruis ſuppreſſis; in quem finem debet earum uſus in aliquot dies continuari. Sumuntur manè, jejuno ſtomacho, ſuperbibendo aq. arthemiſiæ ℥ iij. aut iiij. & lento paſſu ambulando per horam integram, nec cibum minimè aſſumendo antè duas, ab ipſis aſſumtis, elapſas horas. Doſ. ʒ ß.*

¶ 12. *Pilulæ Iliacæ Rhaſis.*

♃. Colocynthid.
Sagapen. ana ʒ vi.
Diagryd. ʒ ij.
Cum ſucco porri.
F. Maſſa.

N. *Alii omiſſo ſucco porri, ſolvunt ſagapenum in vino, coque reliqua ſuſcipiunt.*

Vires. *Solvunt paſſionem iliacam ac colicam, cephalalgicis, hemicranicis ſalubres ſunt. Verum cum judicio uſurpandæ.*

*Dantur à* ℈ ß. *ad* ʒ ß.

13. *Pilulæ de Ladano.*

♃. Ladan. ℥ ß.
Maſtich. ʒ j.
Calefiant in mortario & diſſolutis adde
Troch. Alhand. ʒ iij.
El. de ſucc. roſar. ℥ ß.
Cum Syr. roſ. ſol. q. ſ.
F. Maſſa.

Vires. *Subducunt alvum, mucilaginemque Tartaream emolliunt & expurgant, uſuſque ſunt inſignis in dolore Colico.*

*Doſis à* ℈ j. *ad* ʒ j.

*Greg. Horſt. obſ. part. 1. l. 4. obſ. 11.*

HOFMAN. *Pilulæ Iliacæ Rhaſis* & 13. *Pilulæ de Ladan.*) Hæ virgulâ cenſoriâ opus habent ob vim colocynthidis deleteriam, unde

unde illarum uſu interdicimus omnibus Iliacis, & cephalalgicis &c.

### ¶ 14. *Pilulæ Marocoſtinæ Mindereri.*

℞. Mari veri.
Croc. orient. ana ℥ j.
Agar. trochiſc.
Coſt. veri indici.
Myrrh. elect. ana ℥ i ß.
Ammoniac. thym. ℥ iij.
Rhabarb. el. ℥ vi.
Lign. Aloës ℥ß.
Aloës ſuccotrin. &c.

1. Solvatur ammon. in acet. ſcyllit.
2. Diluatur myrrha lævigata, in acet. rutac.
3. Diluatur aloë lævigata in Saccharo roſar. ℥vi. defæcetur, coleturque.

Hinc miſtis his tribus, affunde ſucc. limon. aut citri ℥ iv. addeque agaricum cum ſuccis apii, fœnic. & abſinth. in pulticulam ſubactum, accedente modicâ irroratione aq. cinamomi, ut & Rhabarbarum ſimili modo cum ſuccis cichor. pimpinellæ ac fumariæ ſubactum.

His ita mixtis terantur crocus, coſtus & lignum aloës, diluanturque cum aq. roſar. fragr. & ſucc. citr. ana.

Tandem confunde utrumque & affunde,
Aq. Lupul.
Borrag.
Betonic. ana ℥ iv.
Card. bened.
Agrimon.
Iv. arthetic.
Centaur. min.
Roriſmarin.
Ceraſ. nigr. ana. ℥ iv.

Digerantur in MB. ☍ ♀ 3. dein decantetur, filtretur & abſtrahatur in MB. poſtmodum inſpiſſetur ad conſiſtentiam pilularum.

Ex fæcibus reſiduis fiat de novo Extractio cum extillata illa & abſtracta aq. ſ. a. exprimatur leviter, coletur & inſpiſſetur pro pilulis.

Vires. *Mucilaginem tartaream in ventriculo, meſenterio, liene, epate collectam incidunt, paulatim educunt, viſcera eadem, ut & caput ſimul roborant, adeoque morbis quamplurimis inde ortum trahentibus ſuccurrunt. Vide & pilulas Tartareas Querc.*

*Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. Extracti prioris; poſterius enim doſi exhiberi poteſt majori.*

HOFMAN. *Pilulæ Marocoſtinæ Mindereri.*) Hujus animadverſionem vid. in CL. *Zwelferi animadverſ.* ad P A. p. m. 137. & hujus animadverſionis examen in *Pharmacop. Auguſtan. reſtitutâ Dni D. Lucæ Schrœckii* Claſſe 7. p. 130. Verùm, quicquid contrà *CL. ZVVELFERI* animadverſiones modo laudatus *SCHROECKIVS excipiat*, inconcuſſa tamen illius cenſura. Nam ſi *primò* aquas illas deſtillatas examinamus compoſitioni huic adſignatas, planè nihil quà corrigendo quà extrahendo præſtant, quàm aqua aliqua ſimplex; ſi ſpirituoſi quid habent, in extracti inſpiſſatione penitus exhalat; licet Dnus SCHROECKIVS contradicat & neget, omne ſpirituoſum in illis contentum evaporare, cum pars aliqua extracto conjuncta remaneat, tamen ſenſibus hoc repugnat, ut ipſe fateri cogatur, magni momenti haud eſſe. *Deinde* negat SCHROECKIVS aquas deſtillatas in hoc extracto recenſitas ad rerum reſinoſarum extractiones ſimpliciter inhabiles eſſe, ſcilicet, ſi res illæ reſinoſæ, præter reſinam, alias etiam aqueas partes contineant, ubi has tantum ab aquis deſtillatis extrahi, non verò illas concedit. Iam dicit, enumeratæ in extracto iſto ſpecies reſinoſæ alias etiam virtute inſigni præditas partes habent quas aquæ deſtillatæ promptè reſolvunt, & in ſe recipiunt. Et probat ex ipſo *ZVVELFERO*, ipſum etiam reſinoſarum rerum extractionem cum aquâ aliquoties molitum fuiſſe, exemplo agarici, mechoacannæ albæ, turbethi &c. Verùm res reſinoſæ quatenus reſinoſæ in ſe nullas habent aqueas partes, ſed juxta ſe habere poſſunt; ſed tranſeant hæc. Iam videamus quænam partes maximè ad hoc extractum neceſſariæ appetantur, utrum reſinoſæ, an aqueæ? certè reſinoſæ (exceptis illis, quæ ex aloë, rhabarbaro &c. extrahuntur) Gummi ammoniacum, Myrrha, agaricus, lignum aloës &c. in totum reſinoſa ſunt, quid igitur aquei ex illis aquæ deſtillatæ extrahent virtute inſigni præditi, per ſimplicem infuſionem in loco calente? *Deinde Zwelferum* ipſum quod attinet, evolvantur quæſo paginæ citatæ, & videbimus allegata cathartica non infundi, ſed coqui in aquâ ſimplici, quouſque omnes virtutes extractæ ſint; quis jam eſt, qui ignoret differentiam inter infuſionem & coctionem? *Deinde* gummi ammoniacum & Myrrha, licet aceto nonnihil diluantur, ab adfuſis tamen aquis deſtillatis iterum præcipitantur, & nihil ab illis diſſolvitur, quod per chartam bibulam tranſeat. Ad hæc excipit *SCHROECKIVS*, ſit ita, quòd Myrrha & ammoniacum aceto diluta per aquas præcipitentur, aſt propterea non deſtruuntur, quia ſaltem pars reſinoſa præcipitatur; aquea autem, quæ non omnis expers eſt virtutis, ab aquis deſtillatis ſolvetur & per chartam emporeticam tranſibit. Verùm aquea pars probanda adhuc eſt, & ſi adeſt, manet quæſtio an talis ſit virtutis, quæ pro his pilulis Marocoſtinis expetitur; De Aloë ſocoterinâ res certa eſt, illam partem ſuam aqueam communicare ſucco roſarum cum ſucco limonum diluto & ſibi invicem permiſto abſque ullâ præcipitatione, relictâ parte reſinoſâ in fundo, quæ in his pilulis non eſt neceſſaria. *Tertiò* Agaricus trochiſcatus ut reſinoſus, lignum aloës & coſtus verus ſuccis herbarum & aquis deſtillatis perfectè extrahi nequit, & quamvis aliqua ſimplicium iſtorum pars extrahatur, tamen ab hac dictæ pilulæ ſuas non mutuantur vires. Vnde ipſe *Mindererus* probè ſcivit, in illâ primâ extractione non omnes ingredientium partes diſſolvi aut extrahi. Hinc aquam à primo extracto abſtractam relictis fæcibus affundere, & quod in ipſis ſupereſt, levi per linteum expreſſione factâ, per quam major reſinoſarum partium pars ſimul exprimitur, ſeparare jubet. Quod, ne ipſius jactura fiat, vel cum priori extracto conjungi poteſt.

### ¶ 15. *Pilulæ matricales D. D. Schefferi.*

℞. Sp. hier. picr. ℥ß.
Extr. Aſar.
Gentian.
Ariſtoloch.
Helen.
Myrrh.
Dictamn. alb.
Rub. Tinct.
Croc. an. ℨ ß.
M. F. pil. cum Syr. Artemiſ. inſtar piſorum.

*Menſes cient & puerperia promovent, uterum ab impuritatibus liberant.*

HOFMAN. *Pilulæ Matricales D. D. Schefferi.*) Cùm præter ſpecies hieræ picræ hæ pilulæ maximam partem compoſitæ ſint ex extractis omni ferè virtute balſamicâ orbatis, minus etiam adductis viribus reſpondebunt, melioribus præſertim hodiè ſuccenturiatis, facile carere hiſce poſſumus. N. Alias hyſtericas vid. in theſaur. pharmaceutic. ſect. xx. n. viii.

#### Pilulæ Macri è Pharm. Colleg. Reg. Lond.

℞. *Aloës opt. ℥ ij. maſtiches ℥ ß. folior. majoranæ ſiccor. ℨ ij. ſalis abſinthii ℨ j. Pulverata omnia excipiantur ſ. q. ſucci caulium ſaccharat. ut F. Maſſa.*

#### Pilulæ ad Memoriam ex D. D VELSCHIO in Miſcell. Curioſ. Germanorum.

℞. *Aloës ℥ j. croci, myrrhæ ana ℨ j rhabarbari ℨ ij. agarici ℨ j. Zedoariæ, gentianæ ana ℈ j. theriacæ opt. quant. nuc iugland ß. Fiant. Pilulæ magnitudine Franco-furtenſium, quarum vij. aut ix. plures pauciores deglutiendæ. Extractum quoque ex iiſdem ſive Elixir cum ſpir. vini præparari poteſt ad gutt. vij vel plures exhibendum.*

#### Pilulæ Mercuriales ex D. CHARRAZ.

℞. *Rhabarbari electi trochiſcor. alhandal, diagrydii, mercurii ſublimati dulcis ana ℥ j. terebinthinæ venetæ oleo proprio ſtillatitio diluæ, q. ſ. F. ex a. Maſſa.*

*Hæ pilulæ præcipuè deſtinantur curæ morborum venereorum: Humores virulentos omnium corporis partium attrahunt & per ſedem ejiciunt;*

*aliquando tamen ſalivationem in delicatulis excitant; itaque medici prudentia hic neceſſaria ut earum effectus vel retardet vel promoveat pro exigentia morbi, naturæ inclinatione, & ægri temperamento. Doſ. à ℈j. ad ℈ ij. & ʒ j. pro validioribus. Sumuntur mane, jejuno ſtomacho.*

Pilulæ Meſentericæ D. D. d'AQUIN ex D. CHARRAZ.

℞. *Extracti aloës cum ſucco fumariæ parati, gummi ammoniaci electi ana ℥ j. croci martis aperientis, diacrydii ana ℥ ß. myrrhæ electæ, croci, ſalis tamariſci ana ʒ ij. ſalis martis Riverii ℈ ij. Cum ſufficienti quant. ſyrupi de cichorio cum rheo F. Maſſa ad uſum.*

*Hæ pilulæ potenter deobſtruunt meſenterium ut & viſcera omnia aliaq; materias tartareas fundunt eaſque benignè ejiciunt, corroborando interim partes nutritivas; unde feliciter adhiberi poſſunt in cachexiis, hydrope, febribus intermittentibus chronicis, virginum chloroſi, menſtruorum ſuppreſſione, Doſ. à ℈ j. ad ʒ j.*

Pilulæ ad Pallidos Virginum Colores ex D. CHARRAZ.

♃. *Extracti martis cum muſto parati ℥ j. extracti aloës ſuccotorinæ cum ſucco cichorii parati ʒ vj extracti rhabarbari ℥ ß. extracti croci ʒ ij. olei Stillati cinnamomi gutt. vj. Ex ſimul miſtis fiat ex a. Maſſa pilularum ad uſum.*

*Exhibentur hæ pilulæ mane jejuno ſtomacho, ſuperbibendo vini abſinthitis ℥ ij. aut iij. ſtatimque per horam dimidiam ambulando. Doſ. ℈ j. Uſus debet in plures dies continuari.*

## ¶ 16. *Pilulæ Panchimagogæ Quercetani.*

♃. Aloës optimè præparat. [modo Quercetan. vide libr. 4.] ℔ ß. affunde ſuccum violarum optimè per digeſtionem depuratum, atque ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatum, expone calori ſolis vel ſimili, ſingulis diebus rudicula lignea agitando, ſic exactè paucis diebus commiſcebuntur. Mixtioni ſuo tempore (prout habere recenter poteris,) adde

Succorum (optimè per digeſtionem depuratorum, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatorum,) ſc.

Florum primulæ veris
Perſicæ arboris
Roſar. pallidar.
Cichorii
Bugloſſi
Hyperic. ana ℥ iv.

His cum Aloë perfectè mixtis, [erit Maſſa. ℔ ij.] adde

Extract. Sennæ
Agaric.
Rhabarb. ana ℥ ij.
Cinamomi
Pulv. fœnic.
Aniſ. ana ʒ I.
Spec. Diatr. ſantali, ℈ IV.
F. Maſſa.

[*Pilulæ Papales Italis dictæ, conveniunt cum Imperialibus: Uſurpantur à cœna vel ante, numero 3. 4. 5. 6. 7. 8. ad X. & ultra quotidie vel alternis diebus, continuando dies aliquot ſummam doſin, hinc quotidie deſcendendo formantur pondere granorum 2. paulove majores.*]

## 17. *Peſtilentiales compoſitæ.*

♃. Aloës epatic. puriſſ. ℥ j.
Croc.
Myrrh. an. ʒ j.
Zedoar.
Gentian. an. ℈ j.
Rhabarb. el. ʒ ij.
Agaric. alb. ʒ j.
Theriac. Andr. nucis Iugland. quantit.

Species pulveriſentur ſeorſim, dein miſc. in mortario. Ex maſſa f. Pilulæ inſtar piſorum.

Vires, *Memoriam roborant, viſum acuunt, omnia membra confortant, tormina ventris ſedant, alvum laxant, cruditates tollunt, putredinem, peſtilentialeſque morbos arcent. Quin & ſudorem cient, adeoque Panaceæ inſtar nonnullis habentur.*

*Prophylaxeos cauſâ ſumitur Pil. N. I. ſingulis diebus: Curationis vero viij. vel x. cum aq. ægerque benè tectus ſudet.*

N. *Sunt qui Pilulas Ieſu vocant, ſecretaſque ſic habent.*

HOFMAN. *Peſtilentiales compoſitæ.*) Hæ omiſſis licet rhabarbar. & agaric. tamen viribus ſuis adſignatis gaudebunt, & laudem retinebunt. Sunt, qui Pilulas Jeſu vocant, & pro arcano reſervant. Vocantur etiam pilulæ *Emanuelis*, ſi juxta noſtras animadverſiones compoſitæ ſint.

Pilulæ antipeſtilentiales magiſtrales D. D. DIEMERBROECKII.

℞. *Rad. petaſitidis, carlinæ. dictamni, angelicæ, helenii ana ℥ ß. gentianæ ʒ j ß. rhabarbari opt. ℥ j ß. agarici albiſſ. ℥ ß. herbar. ſcordii, centaurii minor. rutæ ana ℥ ß. cardui bened. ʒ vj. flor. ſtæchados ʒ j ß. ſem. citri, aurantior. zeduariæ ana ʒ j. Ex his omnibus fiat pulvis groſſus qui maceretur per biduum vel triduum in vini albi ℔ ij ß. vel iij deinde coquatur per horæ quadrantem, fiatque colatura cum forti expreſſione in torculari, quæ colatura coletur rurſus per chartam emporeticam ſeu bibulam rariorem. In hac colatura tunc diſſolve, aloës opt. ℥ iij ß. myrrhæ claræ in guttis ʒ iii ß. In ſcutella porcelana fiat evaporatio humiditatis, uſque dum maſſa pilularis fieri poſſit, è qua formentur pilulæ, quæ tempore peſtis utiliſſimæ compertæ.*

*Duæ tres, quatuorve piſi magnitudine ſemel aut bis in ſeptimana, vel alternis diebus, mane vel veſperi degluttiendæ exhibentur.*

## ¶ 18. *Pilulæ antipodagricæ Doringi.*

♃. Pulv. Chamæpith.
Chamædr. ver. an. ʒ ij.
Centaur. min.
Rad. ariſtoloch. rot.
Rhapont. ver.
Gentian.
Sem. hyperic.
Cran. human. præpar.
an. ʒ iß.
Rad. Cichor.
Santal. rub. an. ʒ j.

Incorporentur cum ſ. q. ſucci Chamæpith. addendo nonnihil terebinth. cypr. pro meliore unione. f. pil. pro lubitu.

*Uſus*: aſſumantur per 30. dies ſingulo trimeſtri pondere ʒ ß. Horſt. obſerv. l. 3. obſerv. 3. p. 258.

HOFMAN. *Pilulæ anti-podagricæ Doringi.*) Majoris erunt efficaciæ, ſi loco cranii humani præparati ſal volatile cranii humani ad ʒ i ß. excluſis etiam radic. cichor. ſantal. rubr. ſemin. hyperic. &c. ſubſtituatur. Illarum humiditas à ſale contracta impediri poteſt additione pulveris ſubtiliſſimi radicis gentianæ.

## ¶ 19. *Pilulæ Polychreſtæ S. Cloſſ.*

♃. Extract. aloës cum cichor. præpar. ℈ IV.
Colocynth. per aq. fumar. parat.
Reſin. ſcammon. ſubtil. pulveriſat. an. ℈ ij.
Croci Angel. pulver.
Salis Tart.
Myrrh. troglod.
Flor. Sulph. benzoinat. ana ℈ j.
F. Maſſa. ſ. a.

*Doſis ℈ j. jejuno ſtomacho mane ſumenda aut tribus poſt cœnam horis. Omnis generis humores purgant.*

## 20. *Pilulæ de Sagapeno Quercetan.*

♃. Sagapen. gummoſ. depurat. ʒ VI.
Ammoniac. depurat. ʒ iij.
Extract. trochiſc. Alhand. ℥ I.
Diagryd. ℥ ß.

Salis gemm. ʒ i ß.
Cum ſyrupo violato acidulo & tincto, f. Maſſa, ex qua conficiantur pilulæ in piſi vel ciceris formam.

Vires. *Admirandi ſunt effectus in febribus quartanis, diſſolvunt nimirum fæces gummoſas, & tenaciter corpori noſtro adhærentes.*

*Doſis, unica pilula initio paroxyſmi, continuando aliquot dies. Sed uſum earum præcedat præparatio, v. gr. cum decoctis præparantibus melanagogis, & ſimilibus.*

HOFMAN. *Pilulæ Polychreſtæ S. Cloſſæi*, & 20. *de ſagapeno Quercetani.*) Has etiam ob ingredientium ſuſpectam vim colliquativam & operationis vehementiam admodum truculentas meritò ſupplent pilulæ aloëticæ reliquis poſthabitis ſolo cichorii ſucco præparatæ, quibus ſtimuli loco interdum pro re natâ addi poteſt arcanum Tartari vel ſal meum abſterſivum purgans ex Tartaro.

¶ 21. *Pilulæ de Succino Cratonis.*

℞. Pulv. Succin.
Maſtich. ana ℥ ß.
Aloës ʒ x.
Agaric. ʒ iij.
Ariſtoloch. rot. veræ, ʒ I.
Cum Syrup. de Betonic. q. ſ.
F. Maſſa.

Vires. *Alvum leniter ſolvunt, caput roborant, adeoque à catharris præſervant. Præſcribit Author bis in menſe, ſumereque jubet poſt primum ſomnum.*

*Doſis* ʒ j. *Crato.*

HOFMAN. *Pilulæ de Succino Cratonis*) Hæ, ut omnia Accuratiſſimi Cratonis, laudem merentur.

¶ 22. *Pilulæ Tartareæ ſeu Melanagogæ Quercetani.*

℞. Cryſtal. vel cremor. Tart. ℥ iij.
Polypod. quern. ℥ ij.
Paſſul. corinthiac. ℥ i ß.
Myrobalan. omnium ana ℥ ß.
Flor. Bugloſſ.
Borragin.
Nymph. ana p. I.
Coquantur in ſ. q. aquarum fumariæ & ſcolopendriæ ad medietatis conſumptionem. Hinc
℞. Decocti hujus depurati ac clarificati ℔. ij.
Succi pomorum redolentium depurat. ℔. I.
Adde
Folliculorum ſenæ mundat. ʒ iij.
Turbith.
Rad. hellebor. nigr. veri ana ℥ i ß.
Macis.
Myrrh. el. ana ℥ j.
Caryophyll.
Cinamom.
Epithym. ana ℥ ß.
Macerentur & digerantur ad ignem MB. (♂ 4.) vaſe vitreo clauſo, dein dum materia adhuc fervet, fiat expreſſio, vel per ſetaceum trajectio, cui adde aloës depurat. ℥ iij. omnia ſufficienter coagulentur ad ignem lentum: addendo ſub finem dum ferè refrigerata erit materia.
℞. Spec. Diarrhod. abb.
Lætific. Gal.
Troch. Dialac. ana ʒ I.
Sal. Abſinth.
Fraxin. ana ʒ ij.
Eſſent. (tinctur.) croci, ℈ ij.
Ol. aniſ. aliquot guttul.
Reducantur in bonam pilularum conſiſtentiam.

N. *His pilulis adjicit interdum Eſſentias Aloës & Scammon. Eſſent.* (*Extract.*) *Rhabarb. ana* ℥ i ß. *Eſſent.* (*Extr.*) *Sen.* ℥ j. *& Eſſent.* (*Extract.*) *Trochiſc. Alhand.* ℥ ß. *plus minus, vocatque polychreſtas.*

Vires. *Admiranda illarum virtus* (inquit Quercet.) *nunquam ſatis laudari poteſt, purgant utramque bilem, omnes humores craſſos, tartareos, ſalſos & mucilaginoſos radicitus eliciunt, vel è partibus etiam profundiſſimis: ſuccurrunt diverſis maniacis & melancholicis affectibus, febribus quartanis opitulantur, & conducunt adverſus pſoram, cancrum, lepram, & luem veneream, eo quod purificent totam maſſam ſanguinis à variis corruptionibus, diverſorum effectuum effectricibus cauſis. Sumi poſſunt mane ac veſperi poſt cœnam parciorem & ante ſomnum.*

*Doſis* ℈ j. *vel* ℈ i ß. *ad ſummum.*

HOFMAN. *Pilulæ Tartareæ ſeu Melanagogæ Quercetani*) Harum Pilularum compoſitio & præparatio non accuratum Chemicum & Medicum pro Autore agnoſcunt, quæ cauſa etiam, quod beatus D. D. *DANIEL SENNERTUS* illarum correctionem ſuſceperit, quam tamen etiam ſummoperè emendationem efflagitare *Cl. Zwelferus* ſtatuit, & ſequenti modo aggreditur. *Primò*, ſpecies prioris decocti cum ſ. q. aquæ ſimplicis ad remanentiam ℔ ij coquit & clarificat. *Deindè*, Poſtquàm in his decocti ℔ ij. ſpecies purgantes, ſcil. fol. Sennæ, turbethum, radic. hellebor. nigr. & epithym. digeſſit, decoxit, & expreſſit, earum autem virtutem nondum penitus extractam eſſe, judicavit, cum aliâ aquâ ſimplici ulteriorem extractionem molitur. Hiſce tamen libris decocti duabus commodè libra una ſucci pomorum adjungi poſſet, quemadmodum Auguſtani faciunt. *Tertiò* ſtyracis unciam unam & dimidiam, macis, caryophyllorum, cinamomi ana ℥ ß. cum vini albi generoſi ℥ iv. deſtillat, ut aliqua dictarum ſpecierum pars ſpirituoſa ſervetur, licet impoſſibile, ut omnis ſpirituum aromaticorum pars à fugâ retrahatur. *Quartò* remanentiam Zwelferus à deſtillatione, affuſâ aquæ ſimplicis ſufficiente quantitate adhuc parumper coquit, & priori decocto adjungit, ubi prævia colatura ſive ſeparatio groſſo modo contuſorum aromatum admodum commoda eſſet, ut pilularum formatio dexterior fieri poſſet, aliàs enim ejuſmodi craſſiuſculè contuſa aromata illi obeſſent. *Quintò*, loco aquæ vinum album pro ſtyracis ſolutione rectius ſumit, cum à vino melius diſſolvitur; licet etiam ſpirituoſa vini ſubſtantia in decoctione avolet, ut ſtyrax ſeparetur, tamen cum reliquis ſpeciebus melius miſceri poterit. *Sextò*, præſtare putat, ſi unciam unam ſtyracis calamitæ ſuperius detraheres & loco ejus ℥ ß. vel ʒ vj. reſinæ ejuſdem, quæ facilis eſt paratu per extractionem cum ſpiritu vini ad aloën adderes longè melius eſſet. Nam reſina ſtyracis in decoctum migrare nequit, nec per deſtillationem tota ejus virtus elici poteſt. Licet reſinæ pondus non diminueretur: præſtantior redderetur compoſitio. *Septimè*, Myrrhæ unciam unam cum dictis unciis quatuor vini ab aromatibus abſtracti diſſolvit, nec non in iiſdem aloën & cremorem tartari diluit, & additis reliquis ingredientibus maſſam pilularum juſtæ conſiſtentiæ efformat; Folliculis ſennæ non ſine ratione ipſa folia ſennæ ſubſtituuntur. De reliquis ſpeciebus vide ipſum *Zwelferum* l. c.

¶ 23. *Pilulæ Tartareæ Bontii.*

℞. Aloës ſuccotr. el. ℥ iij.
Gumm. Ammoniac. (cum aceto ſquill.) depur. ℥ i ß.
Tart. Vitriolat. ℈ i ß.
F. ſ. a. Maſſa.

Vires. *Prioribus ſubſtitui poſſunt, maximè enim ſunt levaminis in morbis Tartareis, quales ſunt affectus hypochondriacus, obſtructio lienis, meſenterii &c. Incidunt enim tartaream mucilaginem, imprimis quæ in prima ventris regione collecta eſt, eamque per dejectionem expurgant.*

*Doſis à* ℈ j. *ad* ʒ j. *mane vel ante cœnam.* ℈ ß.

N. I. *Tanti ſunt apud Hollandos æſtimationis, ut piaculum habeant, communes eas reddere.*

*Duplicis autem circumferuntur ibidem ſortis.*

I. *Parantur uti jam dedimus.*

2. *Reci-*

2. *Recipiunt Extractum Rhabarbari paratum ex Rhabarbari el. ʒß. & corrigentib ſpec. diamargarit. frig. & diarrhod. Abbat. ana ʒj. in ſucco citri per noctem maceratis, in quorum colatura diſſolvuntur ſpecies ſuperiores, ſiuque ſ. a. Maſſa. Et ſic reſpiciunt magis Epar, regionemque ſecundam bile levant.*

N. 2. *Eædem illæ priores pilulæ, addito ſtyracis* ℈j. *noſtratibus in uſu ſunt, ex ordinatione D.D. Petri de Spina, Medici ut celeberrimi, ita dexterrimi.*

HOFMAN. *Pilulæ Tartareæ Bontij.*) Maximæ hæ ſunt præſtantiæ, ea laude dignæ, quæ ab Autore ipſis adſignatur.

*Recipiunt extractum rhabarbari* &c.) Priorum deſcriptio melioris eſt compoſitionis his poſterioribus; ſuccus enim citri ad extractionem Spec. diamargarit. frigid. & diarrhod. Abb. plane inhabilis eſt, nec ipſæ ſpecies ad extractionem ſunt capaces: Ideoque ſufficit extractum rhab. cum ſucco citri diſſolutum ſuperioribus ſpeciebus addidiſſe & in maſſam pilularum juſtæ conſiſtentiæ redegiſſe.

¶ 24. *Pilulæ Tartareæ meæ deſcriptionis.*

℞. Aloës lucid. fragrat. id eſt, cum ſucco fragorum inſuccatæ. ℥j.
Reſin. ammoniac. ʒiii ß.
Sal. ♂ ſubdulc.
Eſſent. croci orient. ana ʒ i.
Magiſter. Tart. purgant. in Aq. bugloſſæ aliquoties ſoluti & coagulati. ʒij.
Extr. Gentian. ʒ i ß.
Cum tinctura Tart.
F. Maſſa.

Vires. *Saburram tartaream & mucilaginoſam ex infimo ventre inprimis educit Lienem, Uterum & Epar infarctu liberat, morboſque inde prognatos feliciſſimè curat.*

*Doſis* ℈ß. *veſperi ante cœnam aſſumpta. Quippe die ſubſequenti leniter dejectiones aliquot cauſantur.*

N. *Conſtitueram pilulas has, utpote quarum operationes optatas multoties expertus ſum, mihi ſoli reſervare, at vincit candor & amor in proximum, cujus ſaluti non prodeſſe, vetat conſcientia.*

HOFMAN. *Pilulæ Tartareæ meæ deſcriptionis.*) Hæ Domini Autoris pilulæ Tartareæ omnem ſuperant laudem tam ratione compoſitionis, quàm præparationis.

¶ N. *Deſideras forſan, amice Lector, in numero Pilularum, Angelicas, vulgo dictas, quas Clariſſ. D.D. Hartmann. Beyero, p.m. Officinæ noſtræ acceptas referunt. Has libentiſſimè inſeruiſſem, niſi cautum eſſet illa propalare. Eapropter excuſatum me habeas, certoque tibi perſuadeas deſcriptiones multorum ingredientium, quas pro Angelicis venditari videris, non eſſe genuinas, ipſa enim duobus ſolis nituntur vegetabilibus. Suntque Extractum propriè dictum, Extracto impropriè dicto commixtum, &c.*

HOFMAN. *Angelicas vulgò dictas.*) Has Cl. D. D. *Hartmanno Beyero* p.m. acceptas referunt; Et *Dominus Autor noſter* duobus ſolis niti vegetabilibus ſtatuit, Extracto propriè dicto, & Extracto impropriè dicto. Nullum dubium, quin ex aloë, aquâ ſimplici vel aliquâ deſtillatâ aquâ extractâ, ut aquea ſolum pars, in quâ potior vis laxativa conſiſtit, reſidua maneat, & ſucco fl. violarum & fl. perſicorum ſæpius impraegnatâ & iterum iterumque exſiccatâ oriantur. Ex eâdem proſapiâ referuntur & Glaſſianæ D.D. *BATHASARIS GLASSII* p.m. Archiatri olim Gothani inventum, ut quandoque in quibuſdam majoris ſint illis virtutis & energiæ, aut ſanè certamine ambiguo efficaciæ. Aloës Epatica vel Socoterina cum Aq. ſ. extracta & depurata, inque MB vaporoſo coagulata & ſucco violarum ſæpius nutrita adjectâ ſimul inter extrahendum ari non præparati vel ſquillæ particulâ & cum Elixir. Propr. vel Eſſ. abſinth. alkaliſat. in minutiſſimas pilulas formata, ob ſingularem vim abſterſivam & laxativam in minimâ doſi (ad 4. 7. 9. mira præſtat ante cœnam vel decubitus tempore in cereviſiæ hauſtu, ſequenti die alvum leniter laxando expedient. Dictas Glaſſianas jam temporis apud neminem excluſis omnibus ſuppoſititiis antiquiore & meliore effectu probatas venales accipies atque apud hujus beatiſſimi filium Dominum D. ERNESTVM Archiatrum Matiſburgenſem antiquum meum amicum.

¶ [*Pilulæ Weibelii in frequenti uſu ſunt Moſellæ Rhenique accolis, nec non noſtratibus, laudem merentur ob accuratam compoſitionem, & efficaciam in aſthmate, cruditatibus ventriculi, affectu Hypochondriaco, Cachexia, &c. Conſtant ex Radicibus aperitivis, herbis, hepaticis & ſpleneticis, fructibus, Gummi diverſis, Rhabarbaro, Agarico, Aloë, Mucharo, infuſionibus, ſeve extractionibus repetitis, labore fere æquali illi, quem Zwelferus in emendatione Pilul. Tartarear. Quercet. impendit.*]

## CAPUT LXXIV.

### *De Potionibus.*

HOFMAN. *De Potionibus.*) Potiones hoc loco ſunt liquores, in quibus alia Medicamenta craſſiora, ut v.g electuaria, extracta, ſyrupi, pulveres & ſimilia cum aqua d. vel infuſo aut decocto diluta ſunt, & in primis purgantia. Ubi notandum, in ejuſmodi potionibus fugiendam eſſe plurium ingredientium nauſeabundam mixtionem, quæ inutilis ſæpe, inepta & periculoſa eſt. Contrà autem uti debemus potionum ſuavium formulis, quales præſentes *Domini Autoris* non ſunt; quibus barbæ ægrotantium propè inviſcari poſſunt.

Sequens potio D. *MANAGETTÆ IMPERATORIS FERDINANDI III. Medici Cubicularis* ſit inſtar omnium.

Recip. Mann. el ℥iv. fol. ſenn. ſ. ſ.
A. ℥j. radic. polypod. q. Paſſul. min. ana ʒiij. ſem. coriandr. ʒij. fœnicul. cinamom. ana ʒiß. cryſtall. Tartari pulveriſ. ʒj.

Inciſ. & contuſ. ſuperfunde aq. fontan. calid. ℥xvj ſtent per noctem, poſteà f. colatura cum expreſſione, quæ clarificetur, & denique per chartam emporeticam filtretur. Doſis ℥ij. ℥iij ad ℥iv.

*Manna liquida IMPERATORIS FERDINANDI III.*
*Ejuſdem D. MANAGETTÆ*

Recip. Mann. el. ℥ij. vel ℥iij. cremor. Tartari ʒj. vel ʒiß. ſolve in calore MB. benè muniti cum Aq. fontanâ acidulâ ℥iv vel ℥v. adde parum ſucci citri rec. vel alicujus Spiritus mineralis pro grato hauſtu. Tandem cum albumine ovi clarifica & per chartam filtra, denique cum corticibus citri recentibus fiat odor ſuavis aut cum Eſſ. cinamomi. Doſis à ℥iij. ad ℥iv. vel ℥v.

*POTIO SUDORIFERA.*

Recip. Aq. Theriacal. ℥ß. Card. b. ℥j Tinctur. bezoardic. cum Eſſ. theriac. ſpirit. Tartari & Vitrioli parat. ʒß. M. f. potio pro unâ doſi. vel Recip. Aq. juniperi ℥j. Extract. juniperi ℈j. cum ol. d. ejus gutt. iij. probè ſubacti. Sal. Tartari volatil. ℈ß. Roob juniperi ʒij. M pro unâ doſi.

*POTIO VULNERARIA:*

Recip. radic. conſolid. major. ℥j ʒij. h. cherefol. millefol. Sanicul. ana M. j. Ocul. Canc. ℥ß. caricar. ping. dactyl. ana n. v.

Mediocriter inciſis & pulveriſat. affunde vini albi opt. ℔ iij. vel iv. bulliant in diplomate, ebullitione factâ vitrum obtura, pone in locum calidum per 3. ♂ ♀, poſtea exprime & filtra. Doſis ℥iij. ad ℥iv. in hœmoptoë, & incipiente phthiſi.

¶ Potulentorum genera in Praxi uſitatiora diximus eſſe Apozemata ſeu Decocta, aquas, Emulſiones, Infuſiones, Potioneſque alias. De prioribus alias dictum, de poſteriori hic loci agendum.

Eſt Potio, de qua hic agimus, liquor, in quo alia Medicamenta craſſiora diluta ſunt, & præcipuè purgantia: Quin & ſolæ infuſiones nonnunquam ſufficiunt.

Modus ergò parandi, ſola ferè mixtio eſt, quam, ſi res diluenda ſeu diſſolvenda, viſcoſa, & tenax fuerit, in mortario abſolvere convenit.

Liquor adhiberi poteſt varius, uſitatiùs tamen recipiuntur Decoctiones, Infuſiones & maximè Aquæ deſtillatæ.

Res diſſolvendæ ſunt Syrupi, Electuaria, Extracta, Manna, pulveres, & ſimilia.

*Exemplo ſint*

1. *Potio purgans.*

℞. Extr. Fol. ſen. ʒ ß.
Rhabarb. ℈ ß.
Cnicopharm. ℥ ß.
Syr. Diaſer. ℥ ß.
Roſar. ſolut. ʒ v.
Aq. Cinam. ʒ j. ( ad ſaporem. &c. ) Fl. Acac. ℥ j.
M. F. Potio pro una vice.

Vires. *Educit humores biliofos & pituitoſos.*

2. *Alia.*

℞. Fol. ſen. ʒ iiß.
Epithym. ʒ ij.
Rhabarb. el. ʒ iß.
Spic. celt. ℈ j.
Infundantur in decoctione pectorali, q. ſ. per noctem.
In colatura diſſolve.
Syrup. roſar. ſol. ℥ iß.
Confect. Hamech. ℥ ß.
F. Potio.

*Purgat humorem melancholicum.*

3. *Potio ſudorifera.*

℞. Diaſcord. Fracaſtor. ℈ iij.
Aqu. Sal. nit. Sulph. ʒ ij.
Mell. gran. Juniper. ℈ j.
Extr. card. bened. ℈ ß.
Aq. card. bened. ʒ ij.
M. F. Potus.

Vires. *Sudorem movet, virtumque inſignium eſt in febribus malignis.*

4. *Alia ſudorifera.*

℞. Liquor. Lumbric. ʒ iij.
Theriac. Andromach. ʒ j.
Spir. Tart. ℈ j.
Aq. cinam. ʒ j.
Mixtur. ſimpl. ℈ j.
Aq. Veronic. ℥ i ß.
M. F. Potus.

Vires. *Admirandarum virium eſt in arthritide vaga, ſi ſemel ac iterum repetatur.*

F. *Potio Vulneraria.*

℞. Herb. Sanicul. — Bugloſſ. ana p. 1.
Veronic. — Sem. Aniſ.
Pyrol. an. M ij. — Fœnic. ana ʒ ij.
Conſol. Sarac. — Cinam. ʒ iij.
Trichoman. ana M 1. — Iujub. N. vi.
Flor. Borrag. — Dactyl. N. iij.
Bulliant in ſ. q. aq. hord. ſ. a.

Vires. *Convenit in vulneribus præcipue pectoris, ubi & expectoratio neceſſaria eſt. Sumantur de die ℥ iij. cum ℈ ij. oculi cancri. Glandorp.*

N. *Plures vide apud Quercetan. & alios.*

6. *Alia potio Vulneraria.*

℞. Herb. Vinc. pervinc. — Vincetoxic. ℥ j.
Millefol. — Nuc. vomic. ʒ ij.
Betonic. — Macis ʒ ß.
Ichimill. ana M. 1. — Nuciſt. ʒ j.
Rad. Zedoar. ʒ ij. — Galang. ʒ ij.

Coq. in aq. & vini ana menſ. ſ. ad caſum digitor. 2. tranſverſorum. Colaturæ exhibeantur ℥ iv. mane ac totidem poſt meridiem.

N. *Formulas plures habes in Quercetan. Rediv. tom. 2. pag. 859. & alibi.*

## CAPVT LXXV.

### *De Pomis Ambræ.*

HOFMAN. *De Pomis Ambræ.* ) Hæc ita dicuntur, quod ambræ odorem æmulentur, licet ambra non ſemper illa ingrediatur, & ſunt ob odoris ſuavitatem & fragrantiam inventa. Conſtant ex fragrante aliquâ reſinâ, vel balſamo Indico, ſtyrace liquidâ, ladano aut aliis ſpeciebus odoriferis cum mucilagine tragacanthi in maſſam redactis. Exempla habes in *Autore noſtro*, & theſaur. pharmaceutic. annex. ſect. XXII. n. I. II.

¶ Poma ambræ fiunt ex odoratis pulveribus, ( addi & olea poſſunt, ) qui cerâ, ſtyrace liquidâ, balſamo Indico, mucilagine Tragacanthi, cum tantillo Terebinthinæ ad tenacitatem, ſi opus ſit, ſuſcepti, additâque Aq. roſarum vel ſimili optimè incorporati, in globulos, prout viſum fuerit, rediguntur.

N. *Nomen mutuantur ab Ambra non quod ea neceſſariò & ſemper ingrediatur, ſed quia odorem ſuavem ſpirant, adeoque ambram æmulantur.*

*Exemplo ſint,*

1. *Odoriferum Crollianum.*

℞. Macis.
Caryophyll.
Cinamom. vel caſſ. lign. odorat. ana ʒ ij.
Moſchi ʒ ß.
Zibet. ʒ ij.
Gumm. arab. ʒ j.
Tragacanthi prius ſuprà fornacem ſiccati. ʒ ij.
Hæc duo gummata cum moſcho terantur.

Omnibus diligenter tritis, miſce Zibettam, & affunde aquam Naphæ. ( id eſt, è floribus aurantiorum, ) ſeu Damaſcenæ odoriferæ, pro libitu ( ex odoratis ſpecificis & Aq. roſarum præparatæ, in qua prius per 8. dies in digeſtione modicum de Paracelſi carbon. vel Zibetta occidentali admixtum ſit, ) atque incorpora.

N. 1. *Carbon ſeu Zibetta occidentalis, quantum ex Paracelſi archidox. conjecturari poteſt, nihil eſt aliud quam ſtercus ſeu Sulph. humanum, in digeſtione aliquamdiu poſitum, & ex fœdiſſimo illo odore, ſponte ſuâ longâ digeſtione ſummam ſuaveolentiam nactum. Vide Hartmann. in Croll. ut & lib. 5. Claſſ. 1. ut & Agricol. in comm. Popp.*

N. 2. *Poterit & parari, ſi pulveriſata illâ mucilagine Tragacanthi ( in Aqua odorifera ſoluti ) ſuſcipiantur.*

Vires ac Uſus. *Adhibitum naribus odore ſuo ſanguinem movet, [ quod moſchum efficere putant ] & cor ſupra modum refocillat; in Apoplexia, Epilepſia, Colica, Suffocatione matricis, peſtilentiali aura.*

N. *Miſceri poteſt tantillum cum oleo nuciſtæ expreſſo, ut fiat quaſi linimentum, & in ſupradictis morbis debito modo adhiberi. Croll.*

HOFMAN. *Carbon ſeu Zibetta occidentalis.* ) Hæc mediante digeſtione conficitur ex ſtercore humano, zibettæ orientalis ſummam referens ſuaveolentiam. Et ſi in cauſam hujus inquiras, experieris ex ſcoriis ſtercoreis dependere, quarum materiale principium felli debetur, prout & Urinæ, unde fel prævià digeſtione deſtillatum moſchi vel Zibettæ æmulatur odorem. Moſchus viribus exhauſtus hanc ob rationem in locis urinoſis novas acquirit vires. Buffalina vulva exſiccata eâ etiam de causâ Moſchum ſpirare arbitror, ſcoriis urinæ hanc impprægnantibus, unde Neapolitani illâ in unguentis myropolæ utuntur.

*Adhibitum naribus odore ſuo ſanguinem movet* ) Hic effectus eſt à Moſcho; ſi quis accepto vulnere in thorace nullum ſanguinem emittere queat, iſque in pectore detineatur, granum ſaltem unum moſchi ſub linguâ detineat, ſanguis ſtatim cumulatim fluet, teſte experientiâ.

Suffo:æ.

*Suffocatione matricis.* ) Sed partibus tunc genitalibus applicandum eſt, ne nares odorem percipiant, aliàs ſymptoma dictum potius exacerbabitur.

*Peſtilentiali aurâ.* ) Verùm mumiale fermentum malignum magis benè fragrantibus fovetur, quàm ut ſupprimatur, dum venenatum miaſma ſub benè fragrantium miaſmatum involucro citius auram penetrat vitalem & ita mortem intendit, ideoque alexiteria ſpecifica illis ſunt præferenda.

¶ 2. *Aliud pomum ambræ.*

℞. Styrac. calamit. ℥ iß.
Benzoin.
Laudan. ana ℥ ß.
Caryophyllor. ʒ ij.
Nuciſt.
Macis ana ʒ j.
Rad. ireos fl.
Cyper. rot. ana ʒ iß.
Fl. Roſar. ʒ j.
Lavendul.
Majoran. ana ℈ ß.
Storac. liquid. ʒ j.
Zibett. ʒ ß.
Moſch. ℈ j.
Cum Balſamo Indico
& Aq. roſar. ana q. ſ.
F. Maſſa.

3. *Aliud.*

℞. Laudani pur. ℥ j.
Styrac. calam. ʒ ij.
Benzoin. ʒ j.
Nucis moſchat.
*Fluxus inhibet.*

Cinamom.
Macis ana ʒ ß.
Coriandr.
Caryophyllor. ana ℈ j.
Maſtich.
Oliban. ana ʒ j.
Lign. Aloës. ʒ ß.
Ambr. gran. v.
Moſch. gran. x.
F. Maſſa.

4. *Aliud.*

℞. Styrac. cal. ʒ ij.
Maſtich.
Thur. maſc.
Sandarach. ana ʒ iß.
Coſti.
Spic. ana ʒ j.
Lign. aloës ping. ʒ iij.
Moſch.
Ambr. an. gran. aliquot.
Terebinth. parum.
F. Pomum.

N. *Videſis & apud Auguſt. pom. Ambræ, 1. 2.*

## CAPVT LXXVI.

### *De Præparatis.*

PRæparata Officinarum communiter & in ſpecie ſic dicta, nihil aliud ſunt, quam ſimplicia nonnulla duriuſcula in tenuiſſimum pulverem, accedente aquâ aliquâ cordiali, redacta.

Talia ſunt: Terræ, Lapides, Perlæ, Corallia, Ungulæ, Cruſtacea, (teſtacea.)

*Modus.*

℞. Rem præparandam læuiga ſuper porphyrite, lapide verſatili quam minutiſſimè, inter lævigandum aſperge aquam aliquam cordialem, (ut plurimum Aq. roſarum adhibetur, ut fiat inſtar pultis,) hanc expone loco tepido vel aëri, ut in umbra exiccetur.

N. *Quæ ſolidiora & duriora, adeoque minus lævigabilia ſunt, uſtione antegreſsâ calcinari friabiliaque reddi ſolent, ut cornua, oſſa, cruſtacea, & ſimil.*

*Vſitatiora ſunt.*

Præparat. Cinnabaris.
Conchæ marinæ.
Coralla alba.
rubra.
Cornu cervi uſtum.
Cranium human.
Cryſtalli.
Granati.
Hæmatites.
Hyacynthus.
Lapis armenus.
Iudaicus.
Lazuli.
Magnes.
Mandibula Lucii piſcis.
Margaritæ.
Mater perlarum.
Ocul. Canc.
Ova Struthii.
Percarum lapides.
Rubinus.
Saphirus.
Smaragdus.
Succinum.
Tutia.
Ungula alcis.

## CAPVT LXXVII.

### *De Pulveribus & Speciebus.*

HOFMAN. *De Pulveribus & Speciebus.* ) Hîc miramur nihil niſi proceſſuum proceſſibus, & compoſitorum compoſitis agglomerationem, novis enim hiſce, quæ hîc proponuntur, non opus habemus, penu pharmaceutico hiſce compoſitis pulveribus & ſpeciebus aliàs ſatis jamdum referto.

¶ Pulveres ac Species fiunt triturâ lævigationevè, quarum apparatus nonnunquam exiccatio, calcinatioque antegreſſæ.

N. 1. *Res ſi ſubtilioris volatilioriſque fuerint ſubſtantiæ, trituram minus fortem expetunt.*

N. 2. *Res pulveriſandæ, etiamſi commiſceri debeant, ſi ſint diverſæ duritiei, ſeorſim terantur.*

N. 3. *Quia virtutes pulverum facile evaneſcunt, præſtat, quorum pulveriſatio ſine mora perfici poteſt, niſi crebrioris ſint uſus, integra aſſervare.*

Pulveres ſunt tùm ſimplices, tùm compoſiti.

*Simplices magis uſuales ſunt.*

Pulvis Agarici.
Aſari.
Aurantiorum cort.
Caryophyllorum.
Cinamomi.
Croci.
Cubebarum.
Concharum febrilis, *v. libr.* 5.
Glyzyrrhizæ.
Hellebori albi.
Ialappæ.
Lumbricorum.
Mechoacannæ.
Rhabarbari.
Santalorum cunctorum.
Senæ.
Pulvis Serpentum, *vide libr.* 4.
Tormentillæ.
Ventriculi gallinarum.
Zingiberis.

*Pulveres compoſiti proſtant ſub titulo pulverum, vel ſpecierum.*

*Sunt uſuales pulveres alterantes.*

Pulvis contra Abortum, *Auguſt.*
Adſtringens Galen. A.
Alexiterius Sal. *infra* N. 1.
Anonymus contra Phthiſin, A.
Bezoardicus Nicol. A.
*NB. Alium habet Renodæus.*
Bezoart. ſine pretioſis, 2.
cum pretioſis, 3.
Electuarii de bolo, A.
Cachecticus Quercetani, 4.
Cæſaris gryſeus, A.
rubeus A.
contra calculum, A.
ad caſum, A.
Cathæreticus pro oſſibus.
S. Cloſſ. 5.
de cineribus Avicen. A.
de Cypero, *6.*
Cypheos, A.
ad dentifricia, A.
Dentifricius, 7.
Alius S. Cloſſ.
contra defluxiones, 8.

Dyſen-

Dyſentericus, 9.
Epilepticus Marchionis cum
& ſ. Unicornu, A.
Antepilepticus de ſecundina, 10.
Antepil. diaphoreticus, 11.
Epilepticus, 12.
pro Epithemate cordis, A.
Epatis, A.
Febrilis, 13.
Fortis. Tragea fortis, 14.
Groſſus. Tragea groſſa, ſeu ſpecies inciſæ, 15.
Haly, A.
Hepaticus, Tragea hepatica
Quercet. 16.
Hyſtericus. Tragea hyſterica.
Quercet. 17.
Hyſteric. A.
Antinephriticus. Tragea Antineph.
Quercet. 18.
Partum provocans, A.
Helidei de Paduanis A.
Rubeus pannonicus, A.
Saxonicus, A.
Sperniolæ compoſ. 19.
Stomachicus, Quercet. 20.
Ad ſtrumam, A.
Trithemii, 21.
Violarum odoratus, A. C.
Pro ulceribus gutturis, A.
Species Diambr. cum ambra & moſcho, A.
Diambr. ſine ambra & moſcho, A.
Dianiſu, A.
Dianthon, A.
Contra Apoplexiam, A.
Aromaticæ caryophyllatæ, cum & ſine ambra & moſcho, A.
Aromaticæ roſat. cum & ſine ambra & moſcho, A.
Diacalamenthes, A.
Cephalicæ, 22.
Diacinnamomi, A.
Diacoralli, A.
Confectionis cordialis, A.
Contra peſtem Ferd. Imp. A.
Cordiales cum & ſine ambra & moſcho, A.
Diacubebarum, 29.
Diacurcuma, ſ. Diacrocu, A.
Diagalanga, A.
de Gemmis calidæ, cum & ſine ambra & moſcho, A.
de Gemmis frigidæ, A.
Ducis, ſ. Electuarii ducis, A.
de Hyacyntho, A.
Diahyſſopu, A.
Imperatoris, A.
Diaireos Salom. A.
ſimpl. A.
uſitatæ, ibid.
Juſtini, ſ. Electuarii Iuſtini, A.
Dialacca, A.
Lætificantes Galen. cum & ſine ambra & moſcho, A.
Lætificantes Rhaſis, A.
Liberantes, confectionis liberant. A.
Species Lithontribon, A.
Diamargariton calidæ, Avic. *A.*
Diamargariton frigidæ, Nic. A.
Diamoſchu amaræ, A.
dulcis, cum & ſine ambra & m. A.
Diapenidion, A.
Diatrion pipercon, 1. & 2. A.
Diapleres archonticon. cum & ſine moſcho, A.
Diapœonias, cum & ſine ambra & moſcho, Cord.
Diapraſſiu. Nicolai, A.
Electuarii reſumptivi, A.
Diarrhodon abbatis, cum & ſine moſcho, A.
Roſatæ novellæ, A.
Diaſpoliticon. A.
Diatrion Santalon. A.
Diathamaron, cum & ſine moſcho, A.
Diatragacanthi calidæ, A.
frigidæ, A.
Ad vermes, confectio ad vermes, A.
Dia-Xylo aloës, cum & ſine ambra & moſcho, A.
Dia Zingiberis, A.
Huc Sal Philoſophorum, 24.
Sacerdotale. 25.
*Purgantes Pulveres.*
Pulvis Artheticus Paracelſi. *vide infra* 1.
Cholagogus Quercetani, 2.
Pulvis Cornachini, 3.
Laxativus, Tragea laxativa, C.
Melanagogus Quercetani, 4.
Naſalis, ad naſalia, A.
Panchymagogus Quercetani, 5.
Paſſavanticus, *6.*
Phlegmagogus Querc. 7.
Salæ, 8.
Senæ præparat. Montagn. A.
Solutivus, de tribus, A.
Magiſtralis Stockſtaldi, A.
Sternutatorius, A.
Sternut. Rulandi. 9.
Baumanni. 10.
Ad ſuppoſitoria communia, A.
acutiora, A.
ſicca.
Tartari præparat. A.
ad vermes,
Species benedictæ laxativæ, id eſt, Electuarii benedict. laxativ.
Diacarthamu, id eſt, Electuarii Diacarth. A.
Caryocoſtini, id eſt, Electuar. A.
Epiſcopi, ſ. Eleſcoph. A.
de ſucco roſarum, id eſt, electuarii.
Diaturbith cum Rhabarbaro.

## *PVLVERES ALTERANTES.*

¶ 1. *Pulvis Alexiterius ſpecificus Ang. Sala.*

℞. Pulv. viperini ℥ij.
Extr. Bezoardici pretioſi.
Magiſterii margarit. an. ʒß.
Ol. ſem. Angel. deſtill. ℈ß.
Cinnam. gutt. VI.
M. in mortario vitreo.

*Doſis* ℈j. *ad* ʒß. *cum vehic. appropriatis ſingulis quadris Lunæ, Iis qui cum veneno infecti ſunt danda eſt* ʒj.

Pulvis alexiterius alius D. D. BARBETTE.

℞. *Rad. contrayervæ* ℥ß. *petaſitidis, tormentillæ, enulæ campanæ ana* ʒij. *terræ ſigillatæ, boli armenæ ana* ʒiij. *raſuræ c. c. eboris ana* ʒj. *corallor. rubror. præparat.* ℈ iiij. *cinnamomi acuti* ʒij. *antimonii diaphoretici* ℥ß. *M. F. Pulvis.*

Pulvis rad. Ari compoſitus è Pharm. Coll. Reg. Londin.

℞ *Pulv. rad. ari* ℥ ij. *rad. acori vulgar. pimpinellæ ſaxifragæ, ana* ℥ j. *oculorum cancri* ℥ ß. *cinnamomi* ʒ iij. *ſalis abſinthii & iuniperi, ana* ℈ j. *M. F. Pulvis.*

¶ *Extractum Bezoardicum ſic fit.*

℞ Ligni Aloës reſinos.
Granor. Kerm.
Santal. alb. odorif.
Caſſ. ligneæ.
Zedoar.
Croci opt.
Scœnanth.
Rad. carlin.
Vincetox.
Doron.
Angel.
Fol. Dictamn. Cret.
Scord. Cret. an. ʒ ij.
Spir. Vini q. ſ. F. extractum ſ. a.
cui adde ʒ ij.
Magiſterii lapid. pretioſorum cum Sal. nitr. calcinat.

HOFMAN. *Pulveres alterantes. 1. Pulvis Alexiterius ſpecificus Angeli Salæ.*) Hic propter extractum bezoardicum minoris eſt virtutis; adeoque & vilioris æſtimii, ut quod omnibus balſamicis ingredientium virtutibus deſtitutum. Nec dubito majoris fore energiæ ſ. m. præparatum:

Recip. pulv. Zedoar. carlin. vincetoxic. doronic. angelic. ana ℥ j. fol. dictamn. cretic. ſcord. cretic. ana M. ij. ligni aloës reſin. caſſ. lign. ana ℥ ß. M. f. Pulvis , cui addend. ſal. volatil. viperar. vel ſerpent. noſtrat. ʒ ij. ol. d. angelic. ℈ ß. d. cinam. gutt. vj. croci or. pulveriſ. ℥ j. Terr. ſigillat. q. v. pro Magiſter. lapid. pretioſor. cum Nitr. calcinat.

N. Pulverem Alexiterium viperinum vid. in theſaur. Pharmaceutic. annex. ſect. XXIII. n. XXII.

¶ 2. *Pulvis Bezoardicus ſine pretioſis. F. F.*

℞. Bol. armen. ver. cum aqu. ſcabioſ. præparat.
Terr. ſigillat. Sileſiac.
Rad. Diptamn. alb.
Tormentill. ana ʒ vi.
Angelic.
Gentian.
Petaſit.
Zedoar.
C. C. uſt. præparat.
Oſſ. de c. c.
Raſur. Ebor.
Cort. citr.
Corall. rubr. præp. ana ʒ ß.
M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.
*Doſis ad* ʒ j.

¶ 3. *Pulvis Bezoardicus cum pretioſis.*

℞. Pulv. modo præſcripti, ℥ I.
Margar. præparat. gran. XVI.
Hyacynth. præparat.
Rubin. præparat.
Granat. præparat.
L. Bezoar. or. ana gr. VIII.
Fol. argent.
Aur. ana num. I.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Vires. *Cordialis ac diaphoreticus inſignis eſt uſuſque præcipui in morbis malignis.*

*Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ ij.

HOFMAN. *Pulvis Bezoardicus ſine pretioſis F. F. & 3. cum pretioſis.*) Ejuſmodi pulveres laudem merentur quoad compoſitionem & præparationem. N. Alios bezoardicos cordiales vide in theſaur. Pharmaceutic. annex. ſect. XXIII. n. XVII. ſeq.

*Fol. Argent. Auri ana n. 1.*) Hæc ad oculorum blanditiem, elegantiæ conciliandæ pulveri bezoardico cauſà & vulgi ingentem in aurum & argentum fiduciam collocantis applauſum adduntur, ut ipſius pulveris efficacia inde etiam augeatur. Confidentia enim ægri in Medicamenta, quam multi Medicorum variis conquirunt technis, abundantem in praxi fœlici fructum promittit. Si folia illa auri in Pulvere rubro. Pannonico deeſſent, hunc certè fex urbis populus ne ullius aſſis æſtimaturus, & Medicum & Pharmacopœum inſcitiæ, aut doli nomine ſuſpectos erit facturus.

Pulvis Bezoardicus alius ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. Angelicæ, contrayervæ, ſerpentariæ virginianæ ana* ℥ ß. *lapid. bezoar. Orientalis, pulveris viperini, bezoardici mineralis ana* ℈ iij. *unicornu animalis, margaritarum præparatar. ana* ʒ ij. *F. ſ. a. pulvis ſubtiliſſimus, permiſtiſque oleorum ſtillatorum angelicæ, corticis citri, cinnamomi ana gutt.* iij. *ſervetur ad uſum.*

*Hic Pulvis præſtans eſt remedium contra omnia venena; nam corroborando partes nobiles, malignitatem per ſudores expellit. Datur in vino Hiſpanico aut aqua aliqua cordiali. Doſ. à* ℈ j. *ad* ʒ j.

¶ 4. *Pulvis Cachecticus Quercetani.*

℞. Limatur. chalyb. in tenuiſſimum alcohol. per aquam ſimplicem redactæ, vel cum Sulph. calcinatæ ℥ I.
Fæc. rad. Ari ʒ I ß.
Ambr. griſ. ʒ ß.
Eſſent. corall. (Magiſt.)
Margarit.
Cinamom. ana ℈ IV.
Sacchari, q. ſ. ut fiat pulvis guſtui gratus.

Vires. *Eſt ſummum Remedium ad cachexiam, tam virginum, mulierum, quam virorum, juvenum ac ſenum.*

*Doſis cochlear. ſ. mane continuando ad dies aliquot.*

HOFMAN. *Pulvis Cachecticus Quercetani.*) Licet limatura chalybis in tenuiſſimum pulverem cum aq. ſimplici redacta vel cum Sulphure calcinata non rejicienda & levis momenti ſit, ſed magnæ efficaciæ in cachexiis &c. tamen ſi loco hujus Vitriolum ♂is nonnihil calcinatum ſubſtituatur, acceptabilius fuerit cum Magiſter. corall. perlar. &c. vid. theſaur. Pharmaceutic. annexa ſect. XXIII. n. XXX. XXXI. ſeq.

¶ 5. *Pulvis Cathareticus pro oſſibus S. Cloſſ.*

℞. Rad. irid.
ariſtol. rot.
euphorb. ana ℥ ß.
Sabin. ſicc.
O uſt.
Mercur. præcipitati ana ʒ j.
Ceruſſ.
Myrrh. an. ʒ ij.
Ol. garyoph. ℈ j. M.
F. Pulvis quo aſpergatur os carioſum carne denudat. & aq. O. prius ablutum.

Pulvis granorum Chermes è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Granor. chermes* ʒ j. *nucis moſchatæ* ℈ ij. *rad. tormentillæ, ſantali citrini ana* ʒ ß. *caryophyllor. margaritar. præparatar. corallii utriuſque præparati ana* ℈ j. *folia auri* No. iij. *ſacchari tabellati pulveriſandi tempore addendi* ʒ iij. *M. F. Pulvis.*

Pulvis è Chelis cancrorum compoſ. è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Margaritar. præparatar oculor. cancri, corallii rubri, ſuccini albiſſ. C. C. philoſophicè præparati, lapidis bezoardici orientalis ana* ℥ ß. *pulveris ex apicibus nigris chelarum cancrorum ad pondus omnium. Fiat pulvis ſ. a. qui gelatina è viperarum ſpoliis extracta excipi poterit, vel inde poma parva efformari, cautè ſiccanda & in uſum aſſervanda.*

¶ 6. *Pulvis de Cypero odoriferus.*

℞. Rad. Ireos flor. ℥ I ß.

Cyperi

Cyperi rot.
Acor. ana ʒ ij.
Lign. Santal. citr. ʒ ß.
Rhodii, ʒ j. ℈ ij.
Spec. Diambr. ʒ ij.
Troch. Gall. moſchat. ℈ j.
Moſch. ℈ ß.
Ambr. gran. XII.
F. Pulvis.

Vires. *Pulvis eſt odoriferus, confortans ſpiritus vitales & animales.*

¶ 7. *Pulvis Dentifricius.*

℞. Silic. fluviatil. calcin. ℥ iij.
Lap. pumic. præparat. ℥ ß.
Rad. Ireos fl. ʒ ij.
Ol. ſtillat. roſ. ℈ ß. vel ex lign. rhod.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Vires: *Exterget dentes, fœtorem oris emendat.*

N. 1. *Alium vide apud Auguſt.*

N. 2. *Dentifricii pulveres fiunt potiſſimum ex pulveriſatis corallis, calcinatis oſſibus, cornibus, lapidibus, cruſtaceis, radicibus ireos, cruſtâ panis toſtâ ſalibus uſtis, cineribus, & ſimil.*

*Alius S. Cl. ſſ.*

℞. Farin. laterum rubrorum ℥ ß.
Imbibatur per vices ſpiritus Sulph. pari quantitate & fiet pulvis, cui addes
Tart. vini alb. ʒ ij.
Panis ad nigredinem uſti ʒ ij. M.

F. Pulvis, quo dentes nigrore aut virore infecti confricentur, & vino calente abluantur.

¶ 8. *Pulvis contra defluxiones F. F.*

Buglossum r. Rothlaufpulver.

℞. Maſtich. alb.
Succin. in fragm.
Summ. Sabin.
Rut.
Oliban.
Sem. cannab. ana ℥ IV.
Stæchad. citr. M. ij.
M. F. pulvis groſſus.

9. *Pulvis Dyſentericus Crollii.*

℞. Succin.
Sang. dracon.
Lap. Hæmatit.
Corall. rubr.
Sem. portulac.
Plantag.
Anthor.
Rad. Tormentill.
Terr. ſigillat. ana ℥ ij.
Balauſtior. ℥ I.
Nucist. num. IV.
Cinamom. ℥ ß.
Croc. ♂ adſtring.
Talc. calcinat.
Matr. perlar. calc. ana ℥ I.

Lapides lævigentur, reliquiſque minutiſſimè tritis addantur.

Vires. *Valet in omnibus profluviis alvi, menſtruorum, narium, &c.*

*Doſis* ʒ j. *ad* ʒ iß. *vel* ʒ ij.

HOFMAN *Pulvis Dyſentericus Crollii.*) In hoc nihil etiam animadverſione dignum occurrit; interim tamen ſequens *D. D. IOHANNIS MICHAELIS* non minoris eſt ponderis. Recip. pulver. Lapid. hæmatit. lib. j. C C. cum Antimonio uſti. Croci Martis adſtring. ana lib. ß. Magiſter. corall. cum ſucco Citri ℥ ij. Medull. Lapid. ℥ iij. M. F. Pulvis. Doſis ℈ j. ad ʒ ß.

N. In dyſenteria epidemicâ ſolitus eſt addere epata ſerpentum exſiccata. N. Alios anti-dyſentericos vide in theſaur. pharmaceutic. annex. ſect. XXIII. n. XXV. XXVI. & ſeq.

¶ 10. *Pulvis antiepilepticus de ſecundina.*

℞. Secundin. puelli primogeniti exiccat. ℥ ß.
Cranii maris calcinat. ℥ I.
Pulv. pullorum corvi, ℥ ij.
Coagul. lepor. ʒ I.
Raſur. c. c. ʒ ij.
Caſtor. ʒ ß.
Succin. albiſſ. ʒ ij.
Viſc. quern. Lun. decreſc. collecti. ʒ ß.
Granor. & rad. Pœon. ante novilunium collect. ana ʒ ß.
Ambr. griſ.
Moſchi ana ℈ ß.
Spec. Dianth.
Diaplcres archont.
Lætific. Galen.
Margarit. præparat.
Corall. præparat. an. ℈ j.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.

HOFMAN. *Pulvis anti-epilepticus de ſecundinâ.*) Hic in veneno epilepticó domando & exſtirpando ſingularis eſt virtutis, unde pro arcano qu ſi reſervandus fuiſſet, multiplici uſu illum probatum expertus fui.

¶ 11. *Alius Antiepilepticus Diaphoreticus.*

℞. Cinnabar. Antimonii purificat.
Magiſt. Corallor.
perlar.
cran. human. ana.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.

*Doſis à gran. 10. ad 16. bis in ſeptimana exhiberi poteſt. Hartmann. in Pract. Sennert. Inſtit.*

HOFMAN. *Alius Anti-epilepticus Diaphoreticus.*) Ex eodem fonte promanat *D. D. GOTOFREDI MOEBII Pulv. Epilepticus* Recip. Cinnabar. Antimonii rectificat. & nativ. Hungaric. ana ℥ ß. Smarag. or. ppt. C. C. ſ. ig. cornu alcis ſ. ig. viſci corylin. ana ℥ j. m. f. ut & ſpecificum cephalicũ *D. D. IOHANNIS MICHAELIS*, quod conſtat ex cinnabar. Antimonii multoties per Sublimat. rectificat. ℥ ij. fecul. radic. pœon. ℥ jß. Magiſter. Epileptic. ℥ ß. Magiſter. cordial. ʒ ij. fol. ☉ n. j.

N. Magiſteri Epileptici ingredientia ſunt Magiſter. Ungul. alcis, cranii humani violentâ morte perempti, Magiſt. cornu alcis, CC ana ʒ ß. Mag. ſmaragd. ℥ j. unicornu ve., ʒ ij. ſuccini ℥ j. M. Magiſterii cordialis ingredientia ſunt Magiſt. ocul. Canc. margarit. corall. r. Lapid. percar. Ebor. CC. ſ. a. Præcipitat.

N. Spiritus aluminis ſolvit, & præcipitat Sp. Vitrioli.

¶ 12. *Pulvis Epilepticus D. Arn. Weickardi.*

℞. Rad. pœon. decreſcent. Lun. collect. ℥ j.
Sem. Pœon. maſc. excort. ℥ ß.
Ung. alcis ʒ iij.
Succin. alb.
C. C. uſt. præp. an. ʒ ij.
Margar. præp.
Corallor. rub. præp. ana ℥ j.
Stercor. pavon. ℈ IV.
Lap. Bezoar. or. ʒ j.
Unicorn. veri ℈ ij.
Limatur. ☉ ungar. ʒ j.
Croc. ℈ j.
Manus Chr. perlat. ℥ ß.
F. Pulvis ſubtiliſſimus addendo Ol. ſtill. macis ℈ ß.

*Doſis à* ℈ ß. *ad* ʒ ß.

HOFMAN. *Pulvis Epilepticus D. Arn. WEICKARDI.*) Ob ſpecifica anti-epileptica ingredientia crebriori uſu experta non poteſt non hic Pulvis ſummam mereri laudem, cujus virtutem

etiam cardiacam exaltat limatura ☉ Vngarici, quæ etiam Pulverem de Pozis ingreditur, & deſcribit *CL. Zwelferus in Pharmacop. Reg.* p. 317. magno extollens ob ☉ limaturam præconio, eò quod vires exerat præſtantiſſimas.

N. Alios prætereà ant-epilepticos vid. in theſaur. Pharmaceutic. annexo ſect. XXIII. n. I. II. III. & ſeq.

Pulvis Epilepticus alius ex D. CHARRAZ.

℞. *Secundinæ mulieris ſanguinei temperamenti, marem primiparæ, ſiccæ & membranis purgatæ* ℥ j. *rad. pæoniæ flore albo & ſeminis ejuſdem ana* ℥ ß. *raſuræ cranij hominis morte violenta perempti, raſuræ unicornu & ungulæ alces, viſci quercini, rad. valerianæ ſylveſtris & vincetoxici ana* ʒ iij. *margaritar. & coralli rubri præparator. lapidis contrayervæ, ſuccini albi, ſem. galegæ ana* ʒ ij. *moſchi orientalis, ambræ griſeæ ana* ℈ j. *M. & F. pulvis ad uſum.*

*Hic pulvis optimos producit effectus in paroxyſmis ut & in ipſa curatione Epilepticæ. Datur in aquis cephalicis à* ℈ ß. *ad* ʒ ß. *admiſcetur etiam electuariis ſolidis & liquidis ut & compoſitionibus aliis, uſum pro exigentia continuando.*

¶ 13. *Pulvis febrilis.*

℞. Rad. Diptamn.
Petaſit.
Zedoar.
Fol. ſcord. ana ℥ ij.
Sem. Card. bened.
C. C. uſt. præpar. ana ℥ j.
Antimonii diaphoret. ʒ iij.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Vires. *Eſt contra omnis generis febres, quas per diaphoreſin expellit.*

*Doſis* ʒ j. *Grunlingius.*

HOFMAN. *Pulvis Febrilis.*) Huic ſi Nucis moſchatæ ℥ j. & aluminis ℥ ß. ſuperaddantur, majoris erit efficaciæ; Doſis eſt ʒ ß. vel ʒ j. in aceto horâ unâ & circiter antè paroxyſmum injuncto ſudore per horulæ ſpatium. N. Alios pulveres febriles vid. in theſauro Pharmaceutico annexo ſect. XXIII. num. XXIII. XXIV. & ſeq.

Pulvis febrifugus alius ex D. CHARRAZ.

℞ *Cinnabar. antimon.* ℥ j. *ſalis communis toſti* ʒ ij. *ſimul pulveratis & cucurbita vitrea exceptis ſuperfundantur olei ſulphuris* ℥ iij. *digerantur per biduum calore moderato in balneo cinerum, auctoque deinde igne evaporetur humiditas, reſiduaque maſſa lota, ſiccata, & in pulverem redacta cum florum ſulphuris* ℥ iij. *permiſceatur, lancique fictili ſuper carbones ardentes committatur; ubi accenſis & aſſiduè virga ferrea movendo combuſtis floribus, ſuper affuſoque ad trium digitorum tranſverſorum altitudinem, & ſuper conſumpto vini ſpiritu, pulverata maſſa ſuperſtes ad uſum ſervetur.*

*Commendatur hic pulvis in omnigenis febribus intermittentibus. Datur hora dimidia ante paroxyſmum, à* gr. x. *aut* xij. *ad* gr. xv. *aut* xx. *in ſyrupo quopiam aut aqua cordiali.*

¶ 14. *Tragea fortis. Species fortes.*

℞. Piper nigr. ℥ ij.
Zinzib. ℥ j.
Croc. or. ʒ j.
Caryophyll.
Galang. ana ʒ ij.
F. Pulvis.

Vires. *Uſus eſſe poteſt in aromatiſandis cibis.*

HOFMAN. *Tragea Fortis* 15. *Tragea groſſa.*) Hiſce præfertur Pulvis ſtomachicus nobilis Minſichti, & ſpecies Ejuſd. ſtomachicæ, in armamentar. Medico chymic. ſect. 5.

¶ 15. *Tragea groſſa, Species groſſa.*

℞. Glycyrrhiz. ℥ ß.
Cinamom. ac. ʒ v.
Zinzib. alb.
Calam. arom. ana ʒ iij.
Galang.
Zedoar. ana ʒ ij.
Nuciſt.
Caryophyll.
Macis.
Cubebar. ana ℈ j.
Confect. aniſ.
fœnic.
Carv.
Coriandr. ana ʒ vj.

Aromata incidantur groſſo modo; confectioneſque admiſceantur.

Vires. *Confortat ventriculum, adeoque digeſtionem juvat.*

Pulvis ad hæmorrhagiam ſiſtendam D. D. HERTOD. è Miſcell. Carioſ. Germanor.

℞. *Aluminis crudi quantum libuerit, laccæ pictorum donec pulvis incarnato colore ſaturetur. Inſufflatur hic pulvis in nares pro hæmorrhagia ſiſtenda. Ejus uſu ab orci faucibus, Deo benedicente, multi liberati.*

¶ 16. *Tragea Hepatica Quercetani.*

℞. Corall. rubr. præparat.
Spod.
Spec. Diatragac. ana ʒ ij.
Fl. Hepatic.
Sem. acetoſ.
Portulac. ana ʒ j.
Croc. ♂ optimè præparati, ʒ ii ß. (cum Aq. ſimpl. vel cum Sulph.) Croc. ♂ ex Ol. Sulph. parat. ℈ ij. (vide l. 3.) Sacchar. roſat. pro libitu.
F. pulvis.

Vires. *Pulvis eſt admirabilis, contra omnes obſtructiones, imbecillitates, ac intemperies hepatis, cui priſtinum robur reparat: ſingularis porro adverſus omnes fluxus hepaticos, cachexias, hydropiſes, icterum, &c.*

HOFMAN. *Tragea Hepatica Quercetani.*) Hic contrà omnes affectus, quos *Dominus Autor* allegat, maximæ virtutis eſt. Loco croci ♂tis etiam Vitriolum ♂tis ſubſtitui commodè poteſt. Sequens etiam Pulvis hepaticus ruber excellit: Recip. cryſtall. Tartari ℥ ß. corall. r. ppt. ſuccini alb. ppt. ana ʒ ß. gr. xij cryſtall. ſpirit. Vitrioli coagulat. gr. XXIV. Macis gr. v. ambræ opt. ℈ ij. gr. IV. M. Hoc illuſtriſſimus *Dux SAXONIÆ I. JOANNES GEORGIUS* p. m. in frequenti habuit uſu temporemitutino. Pulvis in 24. doſes dividi poteſt. Alium epaticum rubrum vid. in theſaur. Pharmaceutic. annex. ſect. XXIII. num. XXXII.

¶ 17. *Tragea Hyſterica Quercet.*

| | |
|---|---|
| ℞. Caſſ. ligneæ. | Fœnic. |
| Calam. aromat. | Cardamom. |
| Sem. agni caſti. | Macis. |
| Paſtinac. | Cinamom. |
| Rutæ. | Caryophyllor. ana ʒ j. |
| Pœon. | Fæc. Bryon. ʒ i ß. |
| Aniſ. | |

Sacchari anthoſati ad pondus omnium.
M. F. Pulvis.

Vires. *Prodeſt albo mulierum fluori & uteri ſuffocationi.*

*Doſis* ʒ i ß.

HOFMAN. *Tragea Hyſterica Quercetani.*) Hæc in uteri ſuffocatione cum albo mulierum profluvio conjunctâ maximè commendatur. Saccharum anthoſatum ut utero hoſtile, omitti, & ejus loco bezoardicum joviale addi poteſt. N. Alium hyſtericum vid. in theſaur. annexo ſect. XXIII. n. XXXV.

Pulvis Hyſtericus ex D. CHARRAZ.

℞. *Verrucar. ad genua equorum adnaſcentium, verno tempore evulſarum, vel ſponte procidentium* ℥ j. *aſſæ fœtidæ, cornu & ungulæ hirci ana* ʒ j. *F. omnium pulvis, cujus ſcrupuli unius pondus prunis imponatur pro ſuffumigio, quod per infundibulum in vulvam introducatur.*

Pulvis

Pulvis Iovialis Hyſtericus ex eodem.

℞. *Magiſterij Iovis Anglici aut bezoartici ejuſdem, matris perlarum, coralli rub. præparat. ana* ℈ j. *olei ſtillatitij ſuccini rectificati* ℈ j.
*M. & f. pulvis ſubtiliſſimus ad uſum.*
*Hic pulvis medetur deſperatiſſimis uteri ſuffocationibus earumque regreſſum impedit. Doſ.* ℈ j. *in aq. quapiam hyſterica, vigente paroxyſmo. Datur verò tribus diebus continuis, mane jejuno ſtomacho pro præpediendo ejuſdem regreſſu.*

Pulvis contra Hernias QVERCETANI ex D. D. DONZELLO.

℞. *Rad. conſolidæ maj.* ℥ ß. *herniariæ pulveratæ* ℥ j. *ſpongiar. ſtipitibus roſæ caninæ adnaſcentium, pulveratar.* ʒ iij. *magiſterij corallorum, margaritar. ana* ʒ ii ß. *magiſterij lapid. hæmatites* ſcrup. iiij. *ſpodij, terræ ſigillatæ ana* ʒ ij. *cinnamomi, ſem. fœniculi dulcis ana* ʒ j. *ſacchari roſati q. ſ. ad pulverem gratum efficiendum.*
*Hic pulvis mane per plures dies exhibetur iis qui herniam patiuntur. Interim ligaturis convenientibus utantur.*

§ 18. *Tragea Antinephritica Quercetani.*

♃. Tunicæ interior. ventriculi Gallinæ.
Stercoris albi Gallin. ana ℥ ß.
Pulveris pelliculæ interioris, quæ in putaminibus ovorum reperitur. ʒ ii ß.
Herniariæ.
Cinnamomi ana ℈ iv.
Nucleor. meſpilor. ʒ ij.
Sem. Fœnicul.
Aniſ. ana ʒ j.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Vires. *Effectus pulveris hujus efficaciſſimi ſunt in alterando, & expellendo calculo. Valet itidem ad colicam paſſionem.*

*Doſis* ʒ ß. *ad* ʒ j.

HOFMAN. *Tragea Antinephritica Quercetani.*) Hæc ſi contrà calculum in uſum ducitur, addi poteſt Magiſter. Lapid. percar cryſtall. Tartari & Sal ſuccini volatile. Si contra colicam, tunicæ interiores Nucum juglandium pulveriſatæ admiſceri debent. Vid. theſaur. pharmaceutic. l. c. num. XXVIII. XXIX. & XXXIV.

Pulvis nephriticus ex D. CHARRAZ.

℞. *Oculor cancror. fluviatil. oſſium petreorum percarum & aſellorum minor. millepedar. ſiccar ſanguin. hirci præparati, ſem. milij ſol. ana* ℥ j. *F. omnium ex arte pulvis. Doſ. à* ſcrup. j. *ad* ʒ j. *Datur in vino albo ejuſque uſus iterari & continuari poteſt pro exigentia, tum pro præpedienda calculi generatione tum pro eodem, ſi fieri poſſit, diſſolvendo, atque per vias commodas ejiciendo.*

Pulvis ad difficilem Partum ex eodem.

℞. *Teſticulor. equi in clybano ex arte ſiccator. cinnamomi acutiſſimi, nucleorum dactylorum, borracis, croci, folior. ſabinæ ſiccor. ana* ʒ ij. *trochiſcor. de myrrha* ʒ j. *F. omnium pulvis ad uſum.*
*Datur hic pulvis à* ſcrup. j. *ad* ſcrup. ij *in aqua arthemiſiæ aut aqua alia hyſterica, prudentia autem opus eſt ne intempeſtivè exhibeatur.*

Pulvis ad ſedanda tormina poſt Partum ex eodem.

℞. *Rad. meu athamantici, conſolidæ maj. ana* ʒ ij. *ſuccini præparati, nucleorum perſicorum mundatorum ana* ʒ i ß. *cinnamomi, macis, croci ana* ſcrup. ij. *M. & F. pulvis ad uſum ſervandus.*
*In pretio eſt hic pulvis pro ſedandis torminibus quæ patiuntur puerperæ. Datur in juſculo à* ſcrup. j. *ad* ſcrup. ij

Pulvis Antiliſſus ſeu contra Rabiem è Pharm. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Folior. rutæ, verbenæ, ſalviæ tenuifoliæ, plantaginis, polypodij, abſinthij vulgar. menthæ, artemiſiæ, meliſſophylli, betonicæ, hyperici, centaurij min. ana p. æ. Legantur ſinguli, quo tempore pollent viribus maximis, quod ad junij fere plenilunium aſſequuntur. In ſole fervido brevi ſiccentur, ſiccata ad uſus reſerventur, ea lege, ut quotannis renoventur. Quum utendi neceſſitas incidit, ſingulorum æquale pondus in pulverem tenuiſſimum redigito.*

Pulvis ſaxifragiæ compoſitus ex eàdem Pharmac.

℞. *Rad. pimpinellæ ſaxifragæ* ʒ ß. *ſem. ſaxifragiæ, geniſtæ, milij ſol. ana* ʒ j. *lactucæ, hyoſciami, papaveris albi, 4. frigidor. maj. à* ſcrup. ij. *trochiſcor. alkekengi* ʒ i ß. *glycyrrhizæ* ſcrup. iiij. *ſacchari-cryſtallini quando uſus poſtulat addendi* ℥ ij. *F. Pulvis.*

Pulvis Sarcoticus ex D. CHARRAZ.

℞. *Olibani, ſarcocollæ, maſtiches, myrrhæ, aloës, mumiæ, ariſtolochiæ longæ, rotundæ ana* ℥ j. *F. omnium pulvis ad uſum ſervandus.*
*Hic pulvis mundificat vulnera, carneſque regenerat ſola adſperſa, aut unguentis liquoribusve idoneis admiſta.*

Pulvis contra Strumas D. D. DONZELLI.

℞. *Spongiæ marinæ, ſpongiæ ſtipitibus roſæ caninæ adnaſcentis ana* ℥ ij *ex iis incineratis fiat pulvis, cujus* ℞. ℥ j. *cineris chartæ bibulæ* ʒ ij. *cinnam.* ℥ ß. *corall. rub. pulver* ʒ i ß. *M. F. pulvis.*
*Hic pulvis remedium eſt ſingulare pro bronchocele ejus autem uſus hic eſt.* ℞ *pulver.* ℥ j. *aut* ij. *infund. in vaſe vino albo pleno, macer. dies* iij. *dein tempore plenilunij, ſumantur omni mane hujus liquoris* ℥ iij. *donec incipiat luna creſcere quo tempore eo abſtinendum; plenilunio verò ſubſequente reaſſumatur liquor ut priùs.*

§ 19. *Pulvis Sperniolæ compoſitus Crollii.*

♃. Myrrh. el.
Thur. maſc. ana ℥ ij.
Croci trit. ʒ ß.
Camphor. ʒ iij.
Tere omnia & miſce.

Pulverem hunc imbibe. Aq. ſtillat. ſperniolæ, id eſt, ſpermatis ranarum, vigeſies vel trigeſies, ita tamen, ut ſemper prius ſponte exiccetur.

Hinc ſerva ad uſus.

N. *Sperniola colligenda eſt menſe Martio, triduum circiter ante novilunium, (ſic non fœtet) deſtillandaque* MB.

Vires. *Summum eſt remedium in Hæmorrhagia è naribus, gutture, utero, quia frigiditate ſuâ coagulat ſanguinem. Confert quoque, ſi ſolvatur cum aceto, & Eryſipelati, doloribusvè podagricis calidis applicetur. Hæmorrhagiam quoque vulnerum impoſitione ſiſtit, Paronychiam necat, &c.*

*Doſis gran.* 4. 5. 6. 7. 8.

N. *Si hæmorrhagia è ſanguinis corruptione originem traxerit, non malum ſanè remedium, quippe putredinem arcet. In uterinis vero affectibus, ob myrrham, ac crocum aliud adhibere mallem.*

HOFMAN. *Pulvis Sperniolæ compoſitus Crollij.*) Aquæ deſtillatæ ſpermatis ranarum, quâ hic pulvis imbibi debet, præfertur ipſum ranarum ſperma in aquam ſponte ſolutum pauxillo aluminis nuptum, quo ipſo ſpecies ſepties ſunt irrorandæ. Et camphora in fine addi poteſt.

§ 20. *Pulvis Stomachicus Quercetani ſ. Brickmanni.*

♃. Rad. Ari præparat. ℥ ij.
Acori vulg.
Pimpinell. ana ℥ j.
Ocul. cancr. ℥ ß.
Cinamom. ʒ iij.
Sal. Abſinth.
Juniper. ana ʒ j.
Sacchari roſati, q. ſ.
F. Pulvis.

Vires. *Exhibetur non tantum ad ventriculum corroborandum, cui proprie convenit, ſed etiam ad capitis affectus, hemicraniam, vertiginem, melancholiam hypochondriacam, cachexiam: ad calculum ac febrem quartanam: habet enim facultatem deoppilandi, tartarum reſolvendi, &c.*

*Doſis* ʒ ß. *ad* ℈ ij.

Præparatio radicis Aronis fit macerando, cum vino albo, horis 12. hinc decantatur vinum novumque affunditur, denuoque ut antea maceratur, quâ maceratione acrimonia extrahitur. Hinc radix lente ſiccanda.

HOFMAN. *Pulvis Stomachicus Quercetani ſeu Brickmanni.*) Hic tam ob compoſitionem & præparationem, quàm vires egregias, quas in fermento ventriculi corrigendo & acuendo præſtat, ſummâ laude dignus eſt.

### § 21. *Pulvis Trithemii.*

♃. Calam. arom.
Gentian.
Cymin.
Siler. montan.
Aniſi.
Carvi.
Leviſt.
Petroſelin.
Spic. nard. ana ℥ ß.
Zinzib. albi.
Chamæpyt.
Fol. ſen. el.
Cryſt. Tart. ana ʒ vi.
Macis.
Cubeb. ana ʒ ij.
Caryoph. ʒ vii.
M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Vires. *Sunt qui hujus laudes ſumme commendant, ad memoriam confortandam. Videlicet, poſt purgationem convenientem.* ♃. *Hujus pulveris* ʒ j. *Aq. magnanimitatis gutt. xij. & vini nonnihil, ſumuntque mane & veſperi per totum menſem; altero menſe, mane ſolum; tertio bis vel ter ſingulis ſeptimanis, idque mane; quarto menſe bis quàlibet ſept. & poſtea ad dies vitæ ſingulis menſibus ſemel, creſcente Lunâ. Sed crapulam vitare monent, ebrietatemque.*

HOFMAN. *Pulvis Trithemij.*) Hic pulvis ad memoriam confortandam maximè celebratur, ad *Dni Autoris noſtri* præſcriptum adhibitus: Sed qui illo utuntur, ſubducere ſe Veneri & Baccho debent.

Pulvis contra Vermes ex D. CHARRAZI

♃. *Sem. contra vermes, citri mundati, geniſtæ, portulacæ, caulium, rhei electi, ſcordij, centaurij minor. rad. gentianæ, raſuræ C. C. ana* ℥ j. *F. omnium pulvis tenuiſſimus, ad uſum ſervandus; cui, uſus tempore, mercurij dulcis grana aliquot admiſceri poterunt.*
*Datur à* ℈ ß. *ad* ʒ ß. *in vino, aq. ſcordij, portulacæ, florum aurantiorum pomo cocto, ſyrupo quopiam, aut condito: Admiſceri etiam poteſt opiatis & potionibus, advertendo, cùm in liquidis exhibetur, mercurium non eſſe admiſcendum. Poteſt etiam pro exigentia addi huic pulveri aliquid reſinæ ſcammonij aut gialappæ.*

Pulvis ſeu Species ad implendas cadaverum condiendorum cavitates ex eodem.

℞. *Myrrhæ, aloës ana* ℔ xvj. *ſalis tartari & tamariſci, aſphalti, ſummitat. ſiccar. abſinthij, ſcordij, centaurij min. rad. ſicc. imperator. gentianæ, angelicæ, carlinæ, ariſtolochiæ rotundæ ana* ℔ iij. *cardamomi vulgar. piper. nigri, zinziberis ana* ℔ iiij. *cinnamomi, caryophyllor. labdani, acori veri ana* ℔ ij. F. *ex a. omnium pulvis craſſior, ad uſum.*

Pulvis ad loricanda eadem cadavera ex eodem.

℞. *Styrac. benzoini, ireos florentiæ ana* ℔ iiij. *ſummitatum majoranæ, flor. aurantior. lavendulæ, tacamahacæ odoratæ ana* ℔ ij. *ligni rhodij, acori veri ana* lib. j. *labdani, caſſiæ caryophyllatæ ana* lib. *ß.* F. *ex a. omnium pulvis craſſior ad uſum.*
*Hic pulvis toti corpori per partes inſpergetur ad eminentiam digiti unius poſtquam balſamo peruano inunctum fuerit, ſicque præparatum corpus involuetur tela cerata & feretro plumbeo imponetur ut transferatur quò libuerit.*

Tela cerata aromatica pro obvoluendo cadavere condiendo ex eodem.

℞. *Ceræ albæ* lib. vj. *olei expreſſi nucis moſcatæ, oleorum ſtillatitior. lavendulæ, cortic. aurantior. & citri ana* ℥ ij. *Ceræ igne lentiſſimo liquatæ permiſceantur olea, illiſque tela linea imbuatur pro uſu jam dicto.*

### § 22. *Species Cephalicæ, F. F.*

♃. Cinamom. ℥ ij.
Rad. pœon.
Sem. pœon. exc.
Citr. exc. ana ʒ x. ℈ ij.
Zinzib.
Cubebar.
Caryophyllor.
Macis ana ʒ v. ℈ ij.
Spec. cordial.
arom. garyoph. ana ℈ viij.
diamoſch. dulc.
Spec. diambr. ana ʒ i ß. gran. vi.
Nuciſt. num. ij.
F. pulvis.

Vires. *Calefacit caput, exiccat catarrhos, ſpiritus animales & vitales purificat, corroborat, adeoque balſamo nativo inſigniter confert.*
*Doſis à* ʒ ß. *ad* ℈ ij. *vel* ʒ j.

HOFMAN. *Species Cephalicæ F. F.*) Hæ ſequenti modo compoſitæ majoris erunt virtutis. Recip. cinamom. el. ℥ ij. radic. pœon. ℥ iij. Zinziber. cubebar. ana ℥ i ß. ol. d. caryophyll. Macis ana gutt. xx. ol. expreſſ. Nuc. Moſcat. ℈ j. Moſchi el. gr. xij. Ambræ gryſ. gr. xviij. M. f. Pulvis. N. Poſſunt etiam admiſceri illorum extracta.

### ¶ 23. *Species Diacubebarum.*

♃. Santal. trium ana ℥ ß.
Spod. præparat.
Raſ. Ebor. ana ʒ iij.
Sem. Amomi.
Cubebar. ana ℥ j.
F. Pulvis.

Vires. *Aperit & confortat Epar.*

### 24. *Sal. Philoſophorum.*

♃. Sal. com. fuſi.
Sal. gemm. ana ʒ j.
Galang.
Macis.
Cubebar. ana. ℈ j.
F. Pulvis.

Vires. *Juvat concoctionem ventriculi, cruditateſque conſumit.*
*Doſis gran. 4. mane jejuno ſtomacho.*

### 25. *Sal Sacerdotale.*

♃. Sal. commun. torref. ℥ iij.
Piper ℥ j.
Cinamom. ℥ ß.
Zedoar.
Zinzib. ana ʒ ß.
Sem. cumin.
carv. ana ʒ j.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Vires. *Dolori capitis medetur; ventriculum calefacit, cruditateſque & flatus conſumit, concoctionem juvat, colicum dolorem profligat.*
*Doſis gran. viij. ad xv. &c.*

*Idem aliter.*

♃. Sal. commun. ℥ j.
Cinamom.
Cumin. ana ʒ iij.

Zinzib.

Zinzib.
Amom.
Siler. mont.
Piper.
Satureiæ.
Hyſſop.
Origan.
Puleg. ana ʒ j.
F. Pulv. ſubtiliſſ.

Vires. *Eaſdem cum priori obtinet.*

N. *Dicitur Sal Sacerdotale, quia Sacerdotibus olim (tempore Eliæ) ad dolorem capitis & oculorum caligi-nem in uſu fuiſſe ſtatuitur.*

HOFMAN. *Species Diacubebarum cum Salibus Philoſophorum & Sacerdotali.*) Horum deſcriptiones licet obliterentur, non magnam ars pharmaceutica certè patietur jacturam, multò melioribus proſtantibus medicamentis ad eoſdem uſus, quos hæc præſtant, multò præſtantioribus.

## *PVLVERES PVRGANTES.*

HOFMAN. *Pulveres Purgantes.*) Omnes iſtos pulveres purgantes ſuis Autoribus, quales *Paracelſus*, *Quercetanus*, *Angelus Sala* &c. remittimus illis, qui uti velint, libenter concedentes, modò fiat cautè & circumſpectè vid. theſaur. Pharmaceutic. ſect. xxiv. ſeq.

¶ 1. *Pulvis Artheticus Paracelſi.*

℞. Hermodactyl.
Turbeth. opt.
Diagryd.
Fol. Senn. el.
Raſur. cran. vel oſſium human.
Sacchari. ana.

Vires. *Purgat ſecurè & blandè omnes defluxiones podagricas.*

*Doſis* ʒ ß. ℈ ij. *ex aqua Ivæ arthetica, fragaria, &c.*

2. *Pulvis Cholagogus Querc.*

℞. Rhabarb. elect. ℥ iij.
Fl. Violar. ʒ ij.
Roſar. pallid.
Hyperic. ana ʒ j.
Spec. Diatrion. ſantal.
Maſtiches.
Cinamomi ana ℈ ß.
Diagryd. ℈ j.
Sacchar. violar. ℥ ß.
M. F. Pulvis.
*Doſis* ʒ j.

3. *Pulvis Cornachini.*

Fit ex mixtione diagrydii, Tartari, & Antimonii diaphoretici cum cremore Tart. commiſtorum, proportione invicem pro re nata variante, verbi gratia, Diagryd. Sulphur. gran. VII. VIII. vel ℈ ß. & diaph. gran. V. VI. VII. &c. Crem. Tart. ℈ j.

Vires. *Tantum pulveri huic attribuit Author, ut peculiarem de eo conſcripſerit librum, commendatque ad omnes fere morbos, qui purgatione opus habent.*

HOFMAN. *Pulvis Cornachinus*) Dicitur *cornachinus* ſeu *Comitis* de Warvich; vide hujus animadverſ. in *Pharmacop. Auguſtan. CL. Zwelfer.* p. 155. & 165. Ejuſque concinniorem elaborationem in *Pharmacop. Regia* p. 96.

Pulvis Febrifugus RIVERII ex mente
D. D. ROLFINCII.

℞. *Auri* ℥ ß. *ſolve in aq. reg. vitri antimonij* ℥ ß. *ſolve in aq. forti, mercurij vivi* ℥ iij. *ſolve in aq. forti. Solutiones conjungantur & duodecies per alembicum extillentur, iterata cohobatione. Pulveri in fundo relicto adfunde Spir. vini rectificatum, abſtrahe ſexies à pulvere. Vt intimiùs figatur, calcinetur ad ignitionem fere in crucib. balſiaco, igne rotæ, vel ſub tegula fornicata.*

*Hæc deſcriptio ſecundùm D. D. Rolfincium videtur optimè competere ænigmati adumbratim propoſito, à D. D. Riverio in appendice centuriæ tertiæ obſervationum. Non exhibetur per ſe, ſed cum ſcammonio miſtus hac proportione, & ultra, pro ratione ætatis;* ℞ *ſcammonij* gr. xij. *febrifugi* gr. vj.

Febrifugum RIVERII veroſimilius ex
D. CHARRAZ.

℞. *Mercurij dulc. duodecies ſublimati* ℥ i ß. *pulver. emetici vulgar. pro robuſtis, correcti pro delicatioribus,* ℥ ß. *ſimul miſceantur, & F pulvis febrifugus.*

Datur *longè à paſtu ea die quæ paroxyſmum febrilem præcedit.* Doſ. gr. vj. *pro puerulis in pomo cocto, deveniendo pro ætatis ratione ad* gr. xx. *ut &* xxiiij. *in robuſtioribus.*

¶ 4. *Pulvis Melanagogus Querc.*

℞. Fol. Sen. ℥ j.
Sem. aniſ.
Fœnic. ana ʒ j.
Cinamom. ℈ ij.
Cryſtall. Tart. ʒ vj.
Sacchari ℥ i ß. M.
*Doſis* à ʒ j. *ad* ʒ ij.

5. *Pulvis Panchymagogus Querc.*

℞. Cryſtall. Tart. ℥ j.
Senæ el. ʒ x.
Hermodactyl.
Turbith. ana ℥ ß.
Rhabarbari.
Agaric. troch. ana ʒ iij.
Scammon. præparat. ʒ ij.
Macis.
Cinnamomi.
Galang. ana. ℥ i ß.
Sacchari violati, ad pondus omnium.
*Doſis* ʒ j.

6. *Pulvis Paſſavanticus.*

℞. Flor. Borrag.
violar. ana. ℈ ij.
Zinziber.
Spic. nard. ana ʒ j.
Glycyrrhiz.
Sem. aniſ. ana ʒ ij.
Diagryd. ʒ iij.
Rhabarb. el. ʒ vi.
Turbith. gumm. ℥ j.
Senæ ℥ ij.
M. F. Pulvis.

Vires. *Purgat omnes humores noxios, maximè bilem.*

7. *Pulvis Phlegmagogus Quercetani.*

℞. Spec. Diacartham. ʒ ij.
Agaric. Trochiſc. ʒ ß.
Turbith.
Hermodactyl. ana ʒ j. M.
*Doſis* ʒ j.

8. *Pulvis Phlegmagogus Salæ.*

℞. Cryſt. Tart.
Hermodactyl. mund. ana ℥ j.
Turbeth. albi ʒ vi.
Reſin. Scammon. ʒ ij.
♁ Caryophyll. cum ſaccharo, miſt. ℈ ß. M.

Vires. *Purgat ſeroſos ac phlegmaticos humores, ſine moleſtia.*

*Doſis* ʒ ß. *ad* ʒ j.

9. *Pulvis Sternutatorius Martini Rulandi.*

℞. Sem. Nigell.
Hellebor. alb. ana ℈ j.
Majoran.
Roriſmar.
Salviæ ana ʒ ß.
Moſc. gran. ij. M.

*Caput roborat, pituitam elicit.*

℞. F. Anthos.
Lavendul.
Salv.
Betonic.

| | |
|---|---|
| Fol. Majoran. ana ℈ j. | Ellebor. alb. præp. an. |
| Macis. | ℈ j. |
| Glycyrrhiz. | Tabac. opt. ʒ j. |

*Omnibus pulveriſatis & probè mixtis, adde*

🝆 Still. aniſ.
Caryophyll.
Macis.
Majoran. ana g. IV. M.

10. *Alius, Iohann. Nicolai Baumanni M. D.*

℞. Fol. Tabac. indic. ʒ j. ℈ j.
Rad. Ireos flor. ʒ i ß.
Lap. pumic.
Moſchi gran. ij.
F. Pulvis.

N. *Moſchus omittendus erit, ſi mulieri adhiberi debeat.*

## CAPVT LXXVIII.

### *De Sacculis.*

SAcculus fomentarius fieri poteſt ex vegetabilibus quibuſcunque inciſis, ſc. craſſiuſculevè contuſis, ſacculoque inſutis.

Applicatur tepidè ſive ſiccum ſacculum velis, ſive humidum, id eſt, in liquore aliquo coctum & expreſſum.

*Exemplo ſint*

1. *Sacculus ſtomachalis.*

| | |
|---|---|
| ℞. Herb. Menth. criſp. | Rad. calam. arom. |
| Calament. | ʒ iij. |
| Origan. | Nucis moſchat. num. I. |
| Betonic. | Baccar. Laur. ʒ i ß. |
| Abſinth. ana M. j. | Sem. aniſ. |
| Majoran. | carv. |
| Fl. Roſar. rubr. an. M. ß. | cymin. ana ʒ j. |
| Camomill. odora. p. I. | |

Ex conquaſſatis & inciſis F. Sacculus ſtomachalis cancellatim interſutus.

Vires. *Confortat Ventriculum. Crato.*

2. *Sacculus cordialis.*

| | |
|---|---|
| ℞. Fol. Meliſſ. M. j. | Macis ana ℈ j. |
| Baſilic. | Lign. aloës ℈ ß. |
| Card. bened. an. M ß. | Sem. citri. |
| Santal. citrin. ʒ ij. | Meliſſ. ana ʒ ß. |
| Cort. citri. | Fl. Borrag. |
| arantior. ana ʒ i ß. | Bugloſſ. |
| Flor. Laur. ʒ j. | Anthos. |
| Cinamom. | Meliſſ. ana p. I. |
| Galang. | Roſar. p. ß. |
| Nucis Moſch. (Nuciſt. | |

Ex his craſſiuſculè contuſis, F. Sacc. interceptus ſerico.

Vires. *Confert in palpitatione. Crato.*

3. *Sacculus Nephriticus, ſeu Paregoricus.*

| | |
|---|---|
| ℞. Herb. Malv. | Sem. Fœnugr. ʒ VI. |
| Heder. ter. | Fl. Camomill. |
| Biſmalv. | Melilot. |
| Cerefol. | Saxifrag. ana p. I. |
| Parietar. ana M. ß. | Contuſis & inciſis, F. |
| Rad. Alth. | Sacc. |
| Lil. alb. ana ℥ j. | |

Incoctus aquæ pluviæ, lactivè applicetur renibus in dolore nephritico.

*Huc pertinent & Cucuphæ, cujus Exemplum ſint,*

4. *Species pro Cucupha, F. F.*

| | |
|---|---|
| ℞. Rad. Ireos fl. ℥ ß. | Fl. Lavendul. |
| Cyper. rot. ʒ iij. | Anthos. ana ℥ iij. |
| Fol. Menth. | Coriandr. præp. |
| Majoran. | Summ. Thymi. |
| Ocym. ana ʒ ij. | Stœch. Arab ana ʒ j. |
| Storac. cal. | Moſch. gran. iij. |
| Benzoin. ana ʒ ii ß. | Ambr. griſ. gran. ij. |
| Sem. Nigell. | |

F. Pulvis groſſus, qui in goſſypio ſuſceptus inſuatur pulvillo ſerico, interpaſſando.

## CAPVT LXXIX.

### *De Salibus Præparatis.*

HOFMAN. *De ſalibus præparatis.*) Salia ſunt vel Naturalia, vel Artificialia. De *Naturalibus* hic cum Deo *Autore* non tractabimus ad *Librum III.* ſpectantibus. Sed ſaltem de *præparatis* ſeu *Artificialibus* agemus, hæc cujus naturæ ſint, quomodo rebus inſint, & quomodo Ignis adminiculo extrahantur &c. hoc loco examinabimus.

¶ Salia tùm nativa in Officinis extant, tùm artificialia: de nativis alibi, de artificialibus hic loci agere fas eſt.

Artificialia ſalia, vel ſunt ſimplicia, vel compoſita, ſeu mixta.

Simplicia, (propriè ſic dicta) totuplicia ſunt, quotuplices res naturales, quippe res nulla eſt, quæ ſalis prorſus expers ſit, imò conſtitutio rerum naturalium primitus ex ſale dependet.

HOFMAN. *Res nulla eſt, quæ ſalis prorſus expers ſit, imò conſtitutio rerum naturalium primitus ex ſale dependet.*) Verum multa concreta naturalia ſalis ſunt expertia, quis ex lactucâ, endivâ, cucurbitâ, &c producat? quis ex ☉. ☽. Talco, margaritis &c eruat? Et omnium rerum productionem primitus ex ſale eſſe, hoc tanquam falſum paradoxon ſuprà refutatum fuit.

¶ Medium, quo ſalia eliciuntur, liquor quilibet aqueus eſt; in quo ſalia ut ſolvuntur, ita & eidem ſeſe immiſcent. Quia tamen res naturales pleræque valide compactæ ſunt, præmiſſumque requirunt apparatum, quo compedes, quibus ſal impeditum eſt, aperiantur pro diverſitate compactionis, diverſi quoque apparatus inventi ſunt.

Creberrima tamen præ reliquis eſt incineratio, qua partes mixtæ diſgregantur, ſalque fixum in cinere remanente aptum redditur in aq. liquéſcere, mutiamque conſtituere; maximè ſi maceratio, tranſcolatioque repetita intervenerit.

*Exempli gratia.*

℞. Cinerem (abſinthii à carbonibus purificatum) coque cum aq. in lixivium, vel tranſcola aquam fervidam aliquoties; ſic imprægnabitur Sal. nomenque ſortietur lixivii. Hoc purifica filtrando, inſpiſſaque lentâ evaporatione, aut cryſtalliſatione.

HOFMAN. *Creberrima præ reliquis eſt incineratio, quâ partes mixtæ diſgregantur.*) Vtrùm Salia rebus naturalibus, ex quibus eliciuntur, inſint, an verò ex illis fiant, in controverſiâ poſitum videmus? Beatus SENNERTVS priorem cum Chemicis defendit ſententiam, qui reverà Salem rebus ineſſe formaliter eumque arte chimicâ tantum ſeparari ſtatuunt. Verùm ſuprà ſatis jamdum demonſtravimus, Salia alkalia neque ante corporum compoſitionem exiſtere, nec ad miſtionem faciendam confluere, neque tandem per naturalem corporum reſolutionem unquam in Naturâ apparere, ſed tantum per artem ignis ope educi & quidem effectivè inde procedere, adeò ut materialiter quidem & potentiâ paſſivâ Salia iſta alkalia in concreto ante conflagrationem, non verò formaliter in formâ alkali præextiterint. Vnde ſubtiliſſimè & acutiſſimè CL. HELMONT. in tr. *Blas humanum*, alkali, inquit, non generatur in cinere ab igne efficienter, quanquam effectivè inde procedat; nam officium ignis eſt quidem accendere, conſumere & ſeparare, non tamen quippiam producere. Cum non ſit dives ſemine ipſe deſtructor ſeminum ignis. Dum ergò alkali fixum fit ex ſale anteà volatili, non eſt

productio

productio rei nova, ſed rei alteratio ſaltem. Alkali enim materialiter quidem erat in concreto ante cremationem, veruntamen dum ignis tollit mercurium & ſulfur, ſal tanquam principium magis ſubſiſtens in liquatione concremationis arripit ſibi viciniam ſulfuris, ſive pinguedinis partem, eamque, dum ab ignis torturâ non ſat valet tueri, partim ſub larvâ Gas ſimul evolat, atque empyreumatis odorem acquirit, partimque apprehenſo ſulfuri colliquando incorporatur, ut verus carbo fiat. Quapropter ſulfur conjugio ſalis jam fixus non celeriter è carbone in fuliginem tendit, ſed ſenſim ac non niſi aperto vaſe, adeoque cum ſulfure priore (nam hinc ſulfur rei plerumque acutum ſalis volatilis ſaporem retinet) ac tandem cum ſulfure carbonitio juſtum ſui ſalis volatilis pondus evolat. *Et* §. 43. Didici nempe, quo omne corpus cremabile in ſe habeat ſal volatile, quod arreptione ſui ſulfuris fixatur in alkali. *Et* §. 41. Huc quadrat, quod ligna carioſa atque putrida vix ſalem in ſuis cineribus relinquant. Quippe ſal volatile abſceſſit cum ſulfure per fermentum putredinis. Hæc *HELMONTIVS*, Idem repetit *CL. TACKENIVS* ex dicto *Helmontii in ſuo Hipp. chemic. Cap. XXI.* Nullum vegetabile habere ſal fixum, cujuſcunque ſit generis, niſi comburatur actuali igne, ita ut acidum uſtulando in alkali, viciſſim alkali in acidum, agere & apprehendere queat &c. Verùm, quamvis hoc *κρινόμενον* Nullum ſcilicet vegetabile actu in ſe habere alkali minus veritati repugnet. Attamen an hoc modo quo *CL. HELMONTIVS* cum *TACKENIO* explicat per Vulcani artem in hanc mundanam ſcenam producatur, offerunt ſe adverſæ dubitationum procellæ; Enimverò nullum ſal volatile, ſive fixum alkali fuerit actu & formaliter vegetabilibus ineſt concretis, ſed in nonnullis, non in omnibus, (ut *Autor* vult) niſi potentiâ & materialiter aliis principiis Sulphureis & ſpirituoſis congenitis adhuc immerſum; Iam ſi ignis violentiam ſuam in ejuſmodi capax ſubjectum exerceat, illico ut ſibi ſymbolicas aggreditur partes oleoſas ſulphureas, in quibus materialiter & potentiâ latet ſal volatile ſalſum, & occultum acidum hoc ſibi fugâ volens conſulere, partim in fuliginem abit, partim à ſpiritu acido, non ſine partium terreſtrium adhæſu grato connubio arripitur, & alkali naturam adſumit. Adſerti hujus fundamentum ex ipsâ naturâ petitur & mechanicâ chemicâ. Ligna putrida, ſummo licet ſtudio in cineres redegeris, quocunque ignis gradu ſal exinde non elicies, ratio, quia ligna putrida ſine violentâ combuſtione per corruptionem internam à ſale in aëre exiſtente ſunt reſoluta, antequam violenta reſolutio per ignem fuit inſtituta per principiorum ſeparationem: Sicque antequam ſal, qui potentiâ ineſt vegetabilibus, in actum fuerit redactus, aliis principiis Sulphureis & ſpirituoſis nativis adhuc maritatus unà etiam cum iis evaneſcit, adeoque etiam unà cum aliis dictis principiis naturali lege & neceſſitate volatiliſatus in Gas tranſiit. In vegetabilibus ſpiritum acidum manifeſtat illorum per retortam deſtillatio, nunquam non oleis Sale volatili turgidis ac acido volatili ſtipatum empyreumaticum, uti ex Tartari, ligni guajaci, & aliorum deſtillatione manifeſtum eſt. Fuliginis deſtillatio quantum ſalis volatilis & olei fœtidi craſſi cum ſummâ phlegmatis acidi copiâ conjuncti ſuppeditet, encheriſi chymicâ habeo compertum. Cùm autem Animalia calcinata nullum alkaliſati ſalis veſtigium in ſe habeant, dum animalium Salia omnia volatilia urinoſa ſunt, nullo acido manifeſto prædita, hinc fit, ut in animalibus ſalium illa colliquatio fieri nequeat.

§ N. 1. *Salia, hâc ratione calcinata, quia lixivium ſapiunt, nec ſatis albicant, calcinantur, id eſt, comburuntur, funduntur ve communiter ad ignem, ut albedinem acquirant. Verum potior videtur ratio albificandi per iteratas ſolutiones, filtrationes ac inſpiſſationes, hâc tamen admonitione, in majori doſi hæc ſalia eſſe exhibenda: Saporem lixivioſum quod attinet, optimè is aboletur, ſi cineres cum Sulph. ana circiter mixti, accenſo Sulph. calcinentur, atque hinc elixiviationi ſubmittantur.*

HOFMAN. *Hoc purifica filtrando, inſpiſſaque lentâ evaporatione, aut cryſtalliſatione.*) Salia in cryſtallos redacta figuras ſuæ naturæ proprias oſtendunt; Sic Nitrum in pyramidas, Sal marinus in cubos, ⊖ in figuras octohedrias, ✱ in hexagona, ſalináque alia in alias figuras ſuâ ſponte conſtanti ritu efformantur.

§ N. 2. *Salia hæc fundunt ſpiritum penetrantiſſimum ſi ad modum, quo Sal commune, deſtillentur.*

HOFMAN. *Si cineres cum Sulphuris ana circiter mixti.*) Verùm hâc ratione vis alkalium deſtruitur diaphoretica & magis diuretica emergit, ſi tamen hanc expetas, ſuaſor ſum, non ut anaticam Sulphuris portionem, ſed aliqualem ſaltem cineribus admiſceas, ſic acidum Sulphuris figitur in cineribus & tranſit in ſal diureticæ virtutis.

§ Salia volatilia, eſſentialia nonnullis dicta, nihil aliud eſſe videntur, quam portio ſalis aliquantulum elaborata humori nutritivo immixta; necdum ſubſtantiæ craſſæ inſinuata.

HOFMAN. *Salia hæc fundunt ſpiritum penetrantiſſimum.*) Verùm ultra rei cujuſdam inhærentias naturales quidquam ex aliquâ re extrahere naturalibus repugnat principiis Ex ſalibus alkalibus ut alkalibus in æternum non Spiritus acidi penetrantiſſimi deſtillatione elici poſſunt.

N. Nonnulli Chemicorum Alkalibus ex plantis extractis virtutes etiam ſpecificas iſtarum plantarum, & ſic operationes diverſas adſcribere ſolent; Sic ſal abſinthii in ventriculi cachexiis plurimum commendatur, Euphragiæ pro viſus imbecillitate, guajaci in morbis venereis; ſed ſatis inconſulto & præter experientiæ fidem. vid. Nobiliſſ. Robert. à Boyle in paradox. chemic. p. 154.

§ *Modus fiendi ex plantis.*

♃. Plantam convenientem coque cum magna quantitate aquæ, hinc exprime ſuccum, eumque optimè purificatum inſpiſſa aliquantulum, reponeque ad cryſtalliſandum, ſ. a.

N. *Si ſuccum purificatum recenti herbæ affuderis, interveniente digeſtione, coctione ac expreſſione, ut prius, majorem ſalis copiam nanciſceris.*

*Exhibent itidem ligna, oſſa, cornua, ſanguis, &c. ſalia volatilia, ſed non niſi interveniente deſtillatione, quæ parietibus vaſorum deſtillatoriorum ea adhæreſcunt. Vide in oleis deſtillatis.*

HOFMAN. *Salia volatilia (eſſentialia Nonnullis dicta) nihil aliud eſſe videntur.*) Hic Dnus AVTOR ſalia eſſentialia vulgò dicta, quæ ex ſuccis vegetabilium parari conſueta ſunt, ſalia vocat volatilia, quæ tamen non ſunt ſalia volatilia, ſed Tartarus, quemadmodum igitur tartarum nomine ſalis volatilis non poſſum appellare, ita nec hæc ſalia eſſentialia nomen ſalis volatilis merentur, licet multum ſalis alkali prius incinerata ſuppeditent; Et ut Tartarus eſt corpus vini, ita iſta volatilia ejuſmodi etiam ſunt ſubſtantiæ, quæ uti ille etiam ex diverſis ac heterogeneis rebus, ut oleo fœtido, ſpiritu aquoſo, ſale fixo ac volatili & terrâ mortuâ conſtant: ita & hæc ex iiſdem conſtant concretis. Elegantiorem modum ſalia volatilia ex plantis ſi non omnibus, pluribus tamen ſine ullo ſolis vel elementari, mediato vel immediato igne ſine additamento etiam, neque deſtructâ plantæ texturâ, reverâ eliciendi promittit D. D. Georgius Wolfgang Wedelius P. P. Ienenſis. Ipſum hoc experimentum, ne teſtibus careret, & demonſtravit & ſermone expoſuit, ſcripto autem cum quopiam communicare hactenus dubitavit, non quod tam tenax eſſet arcani, ſed quod experimentis pluribus opus eſſe videret. Fruſtra proindè etiam eſt cochlearia curioſa cum ſuo ſale volatili Sal Eſſentiale cochleariæ pro ſale volatili habens, ſi enim hoc Sal Eſſentiale foret volatile coctione etiam factâ vel leviſſimâ & minus diutinâ abiret in auras, quæ cauſa etiam quod ipſa tum coctionem Cap. VI. & VIII. tum etiam pro Spiritu fermentationem prohibeat.

Salia impropriè ſic dicta, parantur ex lapidibus, metallis, cornibus, oſſibus, cruſtaceis, quæ beneficio acidi cujuſdam ſpiritus ſolvuntur, (communiter recipitur ✳, vide Magiſterium,) filtrantur, & evaporatione in pulverem rediguntur, quem ſal vocant.

Hunc ſalem abluunt aliquoties, ne acidum ſapiat, & ſervant pro uſu, vel edulcoratum in liquorem per deliquium in cella reſolvunt. Vide liquor.

*Salia ſimplicia uſitatiora,*

Sal Abſynthi fixum
Eſſentiale.
Acetoſellæ.
Agrimoniæ
Aluminis, Saccharum O.
Angelicæ

Artemiſiæ

Artemiſiæ
Borraginis.
Cancrorum
Cardui benedicti fixum,
Eſſentiale.
Centaurei minoris.
Cerefolii
Chamæmeli
Cichorei
Cinamomi
C. c. volatile
Cranii humani volatile
Euphragiæ.
Fabarum è ſtramine & corticibus.
Fœniculi
Fragariæ
Fraxini è ligno.
Fumariæ
Geniſtæ
Guajaci volatile
Hederæ terreſtris.
Hyperici
Hyſſopi
Juniperi è baccis.
ex ligno.
Lavendulæ.
Majoranæ.
Matricariæ.
Meliſſæ.
Menthæ.
Nitri cryſtallini,
fixi. Lapis prunellæ.
Ononidis.
Perſicariæ.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Rutæ.
Salviæ.
Sanguinis humani.
Scordii.
Succini volatile.
Tamariſci.
Tartari.
Vitrioli vomitivum.
Urinæ.
Urticæ.
Zedoariæ.

*Salia impropriè ſic dicta, rectiùs calces diceres, uſitatiora ſunt*
Sal Iovis.
Saturni.
Corallorum.
Perlarum, &c.

*Salia compoſita.*

§ 1. *Sal Alcali.*

♃. Calcis vivæ ℔ 1.
Ciner. Iſatidis, ℔ ß.
Tart. Sal. nit. ana ℥ 1.
Coque in ▽. ut fiat lixivium, filtra ac inſpiſſa ad ſiccitatem.

N. 1. *Theophraſtus.* ♃. *Cinerum clavell. Calcis vivæ & cinerum ſabarum, extrahit lixivium, coagulatque.*

N. 2. *Venetiani.* ♃. *Calcis vivæ* ℔ 1. *cineris fagi, vel quercus.* ℔ ij. *Fellis vitri.* ⊕*i calcinati. Tart. an.* ℥ ij. *Fac lixivium, atque exinde Sal.*

N. 3. *Alkali æquivocationem vide libr.* 1.

HOFMAN. *Exhibent itidem ligna, oſſa, cornua, ſanguis &c.*) Hæc CL. TACKENIUS in *Hipp. chymic.* Cap. XI. etiam alkalia vocat; ſed minus rectè, dum inſigniter differunt à Salibus alkalibus non ſolum volatilitate, ſed & præparatione, virtutibus ac ratione ſubjectorum ex quibus eliciuntur. vid. apolog. contrà *Tacken.* part. 3. Cap. XI. p. 83. Sed hiſce iterum ſeſe opponit Dnus D. *Luc. Schrœckius* l. c. *in Manuſſ. Hermetic.* p. 524. ſeq. Et putat luſum ſaltem in terminis exiſtere; Alkali quidem appellationem, ſi primam ejus originem conſideremus, propriè non niſi ſali ex herbâ kali incineratâ elixiviato competere, quæ deinde ſalibus reliquis lixivioſis, ex cineribus vegetabilium, ob horum cum illo ſimilitudinem quoque tribuitur. Attamen, excipit *Schrœckius*, cùm alkalium horum proprium ſit, ut ſalibus acidis contrarientur &c. Salia autem illa volatilia urinoſa idem facere deprehendantur &c. non inconcinne nomen alkali ipſis imponitur. Verùm remittimus hoc Dni *Schrœckii* juſtæ indignationi, qua ulciſcitur injuriam *Auguſtanis à Zwelfero* illatam, & dicimus hac ratione etiam Corallia, ocul ♋. C. C. uſtum & omnia quæ acidis contrariantur alkalia eſſe, id quod inconveniens. *Deinde* inſtat, quod autem *Zwelferus* ſalibus animalium volatilibus ideo minimè competere alkali nomen putat, quia licet acida, tanquam contraria immutent, eadem tamen non totaliter deſtruant; cum econtrà ſalia lixivialia ſive alkalia fixa acida totaliter deſtruant, inque aliud ens ambo degenerent, à quo arte revocabilia nunquam longe fallitur, inquit: Poſito enim ſalia volatilia ab acidis quodammodo tantum immutari, fixa autem alkalia ab iisdem totaliter deſtrui, hoc ſanè nondum evincit iſta alkalia dici non poſſe, quia & dicta immutatio & deſtructio contrarietatem involvunt, & in utrâque ſalia, in aliud ens degenerant. Verùm hæc ratio ſecunda *Zwelferi* omninò evincit ſalia volatilia alkalia dici non poſſe, eò quòd alkalia ſpiritus acidos deſtruant & in aliud eſſe tertium convertant, quod quaſi ipſorum proprium eſt; volatilia autem licet ab acidis quodammodo immutata, tamen iterum ab his ſeparari poſſunt. *Deinde* immutatio & deſtructio non contraria, ſed ſubordinata ſunt. *Tertiò* quod de ſpiritu vitrioli affert, quem iterum ex Tartaro Vitriolato revocabilem eſſe probat p. 521. ambiguæ mechanicæ eſt, ego ſæpius fruſtraneo effectu tentavi, tantis autoritatibus non refragans facile me ſubmittam, donec contrarium crebrioribus laboribus evincam. Interim inconcuſſum manet optimo jure alkalia vocari poſſe, quæ ex cineribus puris extracta lixivioſa ſunt & acida deſtruunt; ſalia autem volatilia ſalſa urinoſa minus rectè alkalia dici, interim, quia etiam acidis reſiſtunt, alkalica vel alcaliſata dici poſſe. Hæc ſalia dicta volatilia non ſolum regnum animale, ſed & vegetabile ſuppeditat, ſic v. gr. ſal datur volatile ex ipſo tartaro & Cap. mort. fecum vini, à quibus Spir. vini abſtractus, dantur ſalia volatilia ex oleis vegetabilium ♎ta, &c.

N. Utrum ſal aliquod in liquore aliquo aut alio corpore in quo ſolutus eſt, prædominans, ad ſalium acidorum claſſem, an alkalium pertineat, probatur; ſi corpus ejuſmodi mutet ſyrupum violarum in rubrum vel ſubrubro-purpureum colorem, plerumque arguit corpus ſale acido abundare: Et ſi ſyrupus fiat viridis, arguit prædominans ſal eſſe ex numero ſalium alkalium, vel repugnantis Naturæ claſſis acidorum. Sic v. g. ſpiritus ſalis, vel Vitrioli, vel Aquæ fortis, vel Acet. diſt. vel ſuccus citri &c. mutant ſyrupum violarum in rubrum colorem; Et ſalia non ſolum volatilia CC. Urin. ✱ &c. ſed etiam alkalia Tartari &c. ſtatim ſyrupum violarum in viridem mutant. Et ſic tum mutationes, quas Natura & tempus producunt in magis ſalinis partibus quorundam corporum, poſſunt detegi, tum etiam, quomodo ejuſmodi chemicè præparata corpora, quæ vel non pertinent ad regnum animale vel ad alkalia, poſſint ad eorum naturam explorandam, examini feliciter ſubjici. Verùm, ex allatis in genere tantum ſcire poſſumus, hæc aut illa ſalia ad Acidorum claſſem non pertinere; attamen determinare hinc non poſſumus, pertineántne ad tribum ſalium urinoſorum, qualia omnia animalium aut aliarum ſubſtantiarum volatilia, vel ad numerum alkalium; æquè tamen unum ac alterum horum ſalium volatilium colorem cœruleum tincturæ ligni nephritici reſtituet, atque colorem ſyrupi violarum in viridem mutabit. Quare ut horum diſcrimen cognoſcas; Si alkalia fuerint ſublimatum in aquâ ſolutum inſtillata reddent coloris ex aurantio fuſci, cum è contra, ſi naturæ fuerint urinoſæ, albi & lactei.

§ *Uſus hujus Salis ſolus Chymicus eſt, inſervitque ſeparationi ☉is à ♄e, ſi in fluxu injiciatur.* 2. *Facit ad fluctionem ☾æ facilitandam.*

§ 2. *Sal Alembrot.*

♃. Sal. com. præparat. ☿. Salis alkali, an. ℥ 1. F. lixivium cum ſucci menthæ ac caryophyllat. ana ℥ ij. aquæ fontan. ℔ ij. Filtra & coagula.

N. 1. *Dicitur & Sal Ellebrot, Sal Taberi, Sal Alkirran.*

N. 2. *Eſt & Sal Alembrot, nativum, quod in Cypro, ex certa terra, in monte Olympo extrahitur, formamque & colorem ſanguinis concreti habet, ſed noſtratibus incognitum.*

HOFMAN. *Alkali æquivocationem &c*) Vocabulum alkali, ut ſuprà oſtendimus ex rei naturâ & propriè ſolis cineribus ex herbâ kali (cujus magna pars Venetiis proſtat, ex Ægypto tranſlata ad ſaponem & vitra conficienda) competit, poſteà verò impropriè & analogicè ad lixivialia ſalia extenſum. Præſupponit autem omne alkali combuſtionem aut incinerationem rei, ex qua extrahitur, & multum differt à ſalibus acidis, acido-ſalſis & volatilibus.

¶ 3. *Sal Anatron.*

♃. Calcis viv. ℔ IV.
Alumin. ℔ ij.
Vitriol. ℔ ij.
Salis commun. ℔ iij.

F. Lixi-

F. Lixivium cum vino albo, digere per dies aliquot (9.)

Poſtea.

℞. Stiriar. ſalis petræ. ℔ x. affunde lixivii tantum, ut operiatur ſal in aheno. Miſce benè ac ſolve, coque ad medias, cola ac repone ad concreſcendum.

Vires. *Metallici hoc ſale utuntur ad purgationem fuſionemque Metallorum.*

*Sumitur & Anatron, 1. pro felle vitri, id eſt, ſpuma materiæ, ex qua vitrum fit, cinerum arenæ, &c. exhibent in hydrope aſcite ana* ʒß. *ad* ℈ ij. *ut & in calculo. 2. pro terra Sarracenica, cujus ſunt ſpecies, nigra, rubra, & cærulea. 3. pro excreſcentia alba ac lapidea, quæ in petris creſcit, in modum uſneæ albæ, à quibuſdam Sal nitrum vocata. Vide Untzer. de Sale.*

¶ 4. *Borrax.*

℞. Sal. ammoniac.
Nitri.
Tartari calcinat.
G. arabic.
Sal.commun. ana ℥ j.
Maſtich.
Alumin. roch. ana ℥ ß.

Pulveriſatis affunde Urinam, filtra ac coque, donec materia in ſalem concreſcat.

N. *Alii conficiunt ex Sal. nit. & urina puerorum invicem commiſtis & coagulatis. Alii Borracem noſtram ex peculiari lapide (Borracis nomine,) eoque calcinato extrahi volunt, monente Tholdio in Halographia.*

Vires. *In medico uſu facit ad menſtrua, ac partum provocandum, fœtum mortuum pellendum, veneremque ſtimulandam.*

HOFMAN. *Sal Alembrot* ) Hujus crebrior etiam uſus eſt in metallorum ſolutionibus. Clyſteribus tamen etiam ad dura emolliendas cybala accommodari poteſt.

*Borrax.* ) Nullius uſus eſt Domini Autoris compoſitio, ſed vera Borrax, qualem habemus, ex quâdam minerâ conficitur, cujus præparandi modus Nobis adhuc eſt incognitus. Non Venetiis ſolum, ſed & Hamburgi præparata jam venalis proſtat, indeque ad Nos transfertur. Ab igne & ſpiritibus acidis etiam ſalibus alkalibus indomitus flammâ Ignis in adamantinam degenerat duritiem, ut limæ reſiſtens eam fragilem reddat; Aurifabri ad Auri & Argenti glutinum adhibent. In Auro agglutinando viridem inſtar ſaphiri induit colorem. In fino argento per ſe adhibetur, in mixto cum cupro, additur ei fel vitri & albi manet coloris.

In uſu Medico partum promovet, menſium ſuppreſſionem reſtituit. Doſis à ℈ ß. ad ʒ ß. in aq. cinamomi vel vino.

Sal cachecticum chalybeatum ex D. CHARRAZ.

℞. *Vitrioli martis* ℥ j *ſal. prunellæ* ℥ ij. *ſal. ex aq. fortis capite mortuo extracti* ℥ iij. *ſimul pulverentur, deinde cucurbitula vitrea excepta, igni arenæ gradatim aucto committantur ad materiarum rubedinem, donec inſtar aquæ fluant, & tandem in durum & rubrum lapidem convertantur; qui ad uſus ſervetur.*

*Commendatur hoc ſal in cachexiis & morbis ſcorbuticis, pro depurando ſanguine, appetitu excitando, reſerandis urinæ viis, abigendis fluxionibus, quiete concilianda, expellendis humoribus peccantibus per ſedem, urinas, ſudores, aut inſenſilem tranſpirationem, aliquando, ſed admodum infrequenter, per vomitum. Pulveratur & datur in liquore appropriato, à gr. vij. viij. ad gr. xij. xv. aut xx.*

Sal Diureticum ex eodem.

℞. *Urinam ſani hominis, in qua dilue Vitrioli Hungarici pulverati quantùm diſſolvere poteris; diſſolutio fiat in vaſe amplo, ut ebullitioni locus ſit ſuffi iens; qua finita, liquor cucurbita vitrea, ſuo capitelle munita, excipiatur, & igne arenæ primùm lento, deinde gradatim aucto fiat ex a. phlegmatis & ſpiritus diſtillatio, ſaliſque volatilis ſub finem ſublimatio.*

*Datur in vino albo, aut aquis vel decoctionibus diureticis à* ℈ j *ad* ʒ j. *Phlegma in hac præparatione extractum podagræ imp ſitum dolores ſedat; ut & etiam oculorum inflammationem reſtinguit.*

Sal Navigantium ex D.D. DONZELLO.

℞. *Sal prunellæ, ſal. comm. fuſi, ſal. gemmæ ana* ℥ ß. *galangæ, macis, cubebar. ana* ʒ j. *M. F. Pulvis.*

*Doſ. à gr iiij ad gr. viij. manè jejuno ſtomacho. Ventriculum corroborat digeſtionem facilitat putredinem arcet & efficit ut navigantes minimè vomant.*

## CAPUT LXXX.

### *De Sapone Odorato.*

SApo odoratus, Smegma odoratum odoramenti formula eſt, conſtatque ex ſapone, (potiſſimum Veneto,) cui res εὐώδεις ſubtiliſſimè pulveriſatæ immiſcentur, adhibitâ ▽ fragrante, v. gr. roſarum.

*Formulæ ſint, ex D.D. Weickhardo.*

¶ 1. *Sapo Moſchatus.*

℞. Sapon. Venet. ℥ ij.
Styrac. calam. ʒ ij.
Rad. Ireos fl. ʒ j.
Nuc. moſchat.
Cinamom. ana ʒß.
Santal. alb. ʒ 1.
Aſ. dulc. ℈ ij.
Caryophyll. ℈ j.
Moſchi gran. IV.

Incorporentur in mortario cum ▽ roſarum.

Vires. *Habet vim abſtergendi & conciliandi gratum odorem, ſimulque confortandi nervos.*

N. *Loco cinamomi nuciſtaque licet olea ſtillata adhibere.*

¶ 2. *Alius.*

℞. Caryophyllor.
Macis ana ʒ 1.
Benz.
Rad. Ireos fl. ana ℥ ß.
Moſch. gran. x.
Ambr.
Zibett. ana gran. v.
Sapon. Venet. ℔ ij.

Diſtemperentur cum ▽ roſarum, adjiciendo Ol. ſtillat. cinam.

¶ 3. *Sapo ad impetigines.*

℞. Tart. calcinat. ℥ ß.
O. calcinat. ʒ j.
Flor. Sulph. ℈ ij.
☿. g. v.
Aſæ dulc.
Storac. liquid. an. ʒ j.
Calamit.
Lithargyr. an. ʒ ß.
Rad. lapath. acut. ℈ j.
Ol. Caryophyll. g. iij.
Saponis veneti q. ſ.
F. Globuli.

## CAPUT LXXXI.

### *De Spiritibus.*

SPiritus ut diverſi ſunt volatilitate ac fixitate, ita & diverſo caloris gradu, diverſiſque deſtillatoriis deſtillantur, Fixiores ſcilicet Retortâ, igneque fortiori, arenæ ſcilicet, vel nudo. Volatiliores ⅩⅩ atque igne blandiori, ſcil. ℬ. ℳℬ. vel cinerum.

Fieri

Fieri poſſunt ſpiritus ex *mineralibus*, *vegetabilibus* *ac animalibus*.

HOFMAN. Spiritus vocabulum propriè Mineralibus, quia fixioris ſunt naturæ & vegetationis expertia, non competit, niſi impropriè, quando ſpiritus illos liquores appellamus, qui conſtant particulis ſalinis, quæ vi caloris à terræ ſuæ complexu propulſæ, indeque fluorem adeptæ in aquam converſæ ſunt, quales ſpiritus Vitrioli, Salis, Nitr. O &c. Et ita nihil aliud ſunt, quàm mineralium ſalia reſoluta. Nam ſpiritus Nitr. in Ignem projectus æquè flammam concipit, atque Nitrum crudum, & in eodem ſpiritu levi negotio cryſtalli conglaciantur. Prout & reliquorum ſpirituum ſalia reſoluta in corpore quodam retinente coagulari iterum poſſe diſſipatâ illorum humiditate notum eſt.

¶ Spiritus MINERALES ſinguli ferè peculiares ſibi vendicant modos, quos vide ſuis locis.

N. *Qua ratione ſine vaſis deſtillatoriis ſpiritus minerales deſtillari queant, libr. 1. c. 20. declaravimus. Conſcripſit & de eodem peculiarem quendam Tractatulum Iohann. Glauberus, titulo Furni Philoſophici.*

Spiritus VEGETABILES eliciuntur naturæ *volatilioris*; è foliis, floribus, fructibus, ſeminibus, aromatibus: *fixioris*; è lignis, corticibus, viſcis.

Modus eliciendi ſpiritus volatiliores non diſcrepat à deſtillatione aquarum ſtillatitiarum, quippe inter has & ſpiritus hoc ſolum diſcriminis intercedit, quod aquæ dictæ maximam partem phlegmatis contineant, ſpiritus minorem, unde & rectificando ſpiritus ab aquis ſequeſtrantur.

N. 1. *Res fermentatæ ſiquidem promptius ac copioſius ſpiritum halant, ſi res deſtillanda fermentari apta fuerit, fermentationem præmittere ſuadeo, quippe quâ præter dictam faciliorem exhalationem, ſpiritus in quintam Eſſentiam exaltantur; perſuaſum autem tibi habeto, fermentationem felicius in vaſis ligneis, v. gr. quernis, procedere, quam in vaſis aliis.*

N. 2. *Fiunt quoque ſpiritus quorundam vegetabilium cum vino, ut ſpiritus lilium convallium, &c. Verum cum pars maxima* 🜈 *debeatur, præſtat hujuſce generis cognominare,* 🜈 *cum adjectione dati vegetabilis, exempli gratia,* 🜈*m liliatum, vel* ∇*m vitæ liliatam.*

*I. Sic fiunt ex herbis & floribus.*

℞. Herbas aut flores recenter (tempore ſicco collectos) contunde atque in vas terreum vitreatum, vel dolium quernum (præſtant enim ad fermentationem vaſa lignea,) intermiſto ſale comprime, clauſoque vaſe in cellam repone (per menſem unum vel plures) donec fermentando acidiuſculum ac vinoſum acquirant odorem. Hinc deſtilla per veſicam, (aut MB,) uſque ad ſiccitatem, deſtillatum affunde, ſi libet, parti deſtillandæ reſiduæ, ac deſtilla denuo. Tandem rectifica.

*Aliter.*

Exprime ſuccum, eumque cum contuſis herbis recentibus mixtum ad fermentandum colloca.

N. 1. *Si minus ſucculentæ res fuerint, aquâ fervente irrorari ac perfundi volunt.*

2. *Fermentatio promovetur adjectâ aliquâ portione, Sal. com. [quæ & putrefactionem præcavet] Tart. fæcum cereviſiæ, vini, fermenti diſſoluti (in* ∇ *) vel ſacchari.*

3. *Poterit & ex fermentatis ſuccus exprimi, atque cum novis herbis denuo fermentari; ſic copioſior extillat ſpiritus.*

HOFMAN. *Sic fiunt ex herbis & floribus.*) Iuxta Dni Autoris modum præſcriptum non procedit, ſal commune enim ad fermentationem promovendam in actione admodum debile eſt, unde in N. 2. adjungit Sal comm. Tartari, fæces cereviſ. vini &c. Præſtat tamen ſaccharum facto SSS. Eodem artificio ex fructibus & baccis ſucculentis. Spiritus elici poteſt. Vide ſuprà de oleis deſtillatis.

N. Spiritus vegetabiles ardentes per deſtillationem producti formaliter in miſto ante fermentationem & artificis manum adhibitam non præexiſtunt, ſed mediante prævià fermentatione demum ex oleis in propriò phlegmate reſolutis producuntur, dum oleum ſulphureum ardens in ſpiritum ſulphureum ardentem mutatur; ipſe ſpiritus vini eſt oleum vini in phlegmate reſolutum; hinc facile alia vegetabilium olea abſorbet, ut videmus in ſpiritu vini ſi ab aromaticis ac oleoſis ejuſmodi abſtrahitur, conjungit ſibi iſta olea aromatica & ſecum per Alembicum rapit. Vnde ſpiritus vegetabiles conſtantes ex Sulphure quodam acido ardenti, ut olea etiam, quia flammam concipiunt, & ſale volatili, nihil aliud ſunt, quàm olea vegetabilium per fermentationem in phlegmate ſoluta, quemadmodum igitur omnia olea deſtillata acidum occultum in ſe continent, ſimili modo etiam ſpiritus vegetabiles particulas in ſe habent acidas volatiles; quarum ratione in ſp. ✱ urinoſi coagulantur, ſi ſali tartari ſpiritum vini ſuperfundas etiam rectificatiſſimum, inflammabilitatem amittit, aciditate in Sale Tartari remanente, id quod ponderis auctio edocet, vid. D. David van der Becke. Mindanus in Experim. & meditat. circa rerum natural. princip.

¶ *II. Ex fructibus & baccis ſucculentis.*

℞. Succum expreſſum, eumque clauſo vaſe debitè defervere ſine, ac deſtilla: ſic fiunt ſpiritus pomorum, pyrorum, meſpilorum, citoniorum, &c.

*III. Ex fructibus & baccis minus ſucculentis.*

℞. Fructus vel baccas, conquaſſa ac affunde ∇m ferventem, vel ebullire parum permitte, hinc colloca, vaſe clauſo in fermentationem, addendo ſi placet nonnihil fæcum vini vel cereviſiæ, & ſimil. ſic fiunt ſpiritus baccar. juniperi.

*IV. Ex fructibus carnoſis, (i. e.) qui pulpam exprimendo præbent.)*

℞. Expreſſam carnoſam ſubſtantiam, v. gr. ceraſorum nigrorum, (exemptis nucleis,) repone ♂ (14.) ad fermentandum cum Sal. com. &c. deſtilla, ſic fiunt ſpiritus, ſeu Quintæ Eſſentiæ, baccarum ſambuci, fragorum.

N. *Licet initio, ſi ita viſum fuerit, aliquid* ∇*æ ferventis addere.*

*V. E ſeminibus calidioribus* ∇ cum oleo aſcendit, quæ rectificando exhibet ſpiritum, præcipuè ſi fermentatio fuerit præmiſſa. Vide ſupra de Oleis.

N. 1. *Spiritus hi aquarum nomine ut plurimum veniunt.*

N. 2. *Si loco* ∇*æ vinum in maceratione adhibueris, ſpiritum itidem nanciſceris, ſed compoſitum ex* 🜈*i ſeminiſque dati ſpiritu, præſtat itaque hunc ad differentiam ſpiritus ſimplicis ſcil. cum* ∇*a deſtillati, appellare ſpiritum compoſitum, ſeu* 🜈*i cum adjectione deſtillati ſeminis, (e. gr. aniſatum, vel* ∇*m vitæ aniſatam, vide ſupra.)*

*VI. E frumentis* parari poſſunt Quintæ Eſſentiæ, ſi in Cereviſiam reducta ea fuerint; qua ratione magnam ſpirituum copiam exhibent.

*VII. Ex aromatibus* ſpiritus quomodo eliciantur, vide cap. 38.

*VIII. E lignis* prodit unà cum oleo per deſtillationem liquor acidulus, (vide ſupra cap. 70.) qui rectificatus, ſpiritum refert.

N. *Rectificatio fieri poteſt ſuper colchotare aut ſale marino, vel cineribus propriis, ſic exit primo phlegma inſipidum; hinc ſpiritus acidus ſeorſim colligendus.*

Ex ANIMALIUM familia exhibent ſpiritus cornua, oſſa, ſanguis, urinæ.

*Cornua, oſſa, ungulæ*, fundunt ſpiritum acidulum mediante deſtillatione (vide de oleis) hunc rectifica in MB.

HOFMAN. *Cornua, oſſa, ungulæ fundunt ſpiritum acidulum mediante deſtillatione.*) Nullam aciditatem in horum deſtillatione depre-

deprehendere unquam potui, primò enim adſcendit phlegma inſipidum, poſtea ſequuntur ſubtiles ſpiritus, hinc oleum tenue & cum ſale volatili collo intermedio & toti ferè receptaculo ſub nebularum formâ inſtar vernantium ſtirpium, vel ramorum arbo-rum jucundo ſpectaculo hinc inde divaricato oleum fœtidum & craſſum tandem deſtillatur.

¶ *Sanguinis* itidem ſpiritus, beneficio deſtillationis elicitur, (vide in oleis & ∇is,) eſtque liquor ab oleo ſeparatus & denuo rectificatus.

HOFMAN. *Et denuò rectificatus.*) Rectificatio ſeq. modo fit, ſcil. liquor deſtillatus per goſſypium in filtrum impoſitum percolatur, ubi phlegma cum ſale volatili tranſit liberum relicto in goſſypio oleo fœtido, poſteà per phialam oblongam ex arenâ rectifica.

N. *Coronidis loco addo, ſi oleum aliquod ſtillatitium cum V̇i rectificatiſſimo digeratur, oleum illud à ſpiritu abſorberi, ut ſub forma ſpiritus deliteat.*

HOFMAN. *Coronidis loco addo: ſi oleum aliquod ſtillatitium.*) Si ſpiritus vini ſuper alkali quoddam rectificatus fuerit, omni carens phlegmate adſumit olea deſtillata etiam abſque præviâ digeſtione.

¶ *Spiritus minerales uſitatiores.*
Corallorum
Mercurii
Salis ammoniaci
communis
gemmæ
nitri
Saturni
Succini
Sulphuris
Tartari
Vitrioli.

HOFMAN. *Spiritus Coralliorum, Mercurij.*) Ex coralliis & ☿rio, prout & , ex Saturno per ſe nullus elici poteſt Spiritus, quocunque modo tractentur. Vid. *infrà Libr. III.*

¶ Huc ∇æ ſpirituoſæ compoſitæ; ∇.∇R. Sal.nit. Sulphurea. v. l. 3.

*Spiritus vegetabiles.*
Spiritus Abſinthii.
Acaciæ florum
Acori
Aceti vini
Alkekengi
Angelicæ.
Aniſi, id eſt, ∇ cum vino deſtillati.
Cardui benedicti.
Centaurii minoris.
Ceraſorum nigrorum.
Citri
Cochleariæ.
Cornu
Cervi
Cranii human.
Cydoniorum.
Ebuli ex granis
Filicis
Fœniculi
Fragorum
Guajaci
Juniperi
Liliorum convallium
Mannæ
Meliſſæ
Naſturtii aquatici
Roriſmarini
Roſarum
Sabinæ
Salviæ
Sambuci
Thymi
Tiliæ flor.
Veronicæ.
Vini.

N. 1. *Compoſiti ſpiritus fermè ſub titulo aquarum recenſentur, ut ſpiritus theriacalis, id eſt, ∇ theriacalis, &c.*

N. 2. *Spiritus oleaceos quære ſub Oleis, ut ſpiritum Terebinthinæ, & ſimilia.*

Huc

1. *Spiritus Antapoplecticus S. Cloſſ.*

♃ ≏ ſang. cervini ℔ß.
Infuſionis florum lavend. in aq. pœon fact. ℥iv.
M. & deſtilla ad medias per MB. ſpiritui extillato adde infuſionis novæ florum lavend. eandem quantit. deſtilla denuò, idque tertium repete, tandem adde huic ≏ V̇ rectificat. ℥ij.

*Doſis à gutt. vj. ad xij. & xx. in juſculo aut aq. appropr. Iuvat Paralyticos, Apoplecticos, Pleuriticos, Aſthmaticos, omnes eos quorum pectus ſanie aut pure occupatur, anacatharſin enim promovet egregiè.*

HOFMAN. *Spiritus Ant-Apoplecticus S. Cloſſæi.*) Commodior fiet hujus elaboratio, ſi liquori ſanguinis cervini ſale volatili turgido ol. deſtillat. lavendul. addatur in ſ. q. & per MB. deſtillatio fiat. vid. theſaur. pharmaceutic. annex. ſect. XXVI. n. I.

Spiritus Carminativus D. D. FRANC. DE LE BOE SYLVII.

℞. *Rad. Angelicæ, ℥ j. imperator. galangæ ana ʒ i ß folior. roriſmar. major. rutæ hortenſ. baſilicon. ſummitatum centaurij min. ana Mß. baccar. lauri ʒ iij. ſem. angelicæ, leviſtici, aniſi an. ℥ß. Zinziberis, nucis moſchatæ, maceris ana ʒ i ß. cinnamomi ʒ vj. caryophyllor. corticis arantior. ana ʒ j. Conciſis & craſſe contuſis adde. ſpiritus vini malvatici vel hiſpanici ℥ XL. Digerantur per biduum in MB. hinc ad ſiccitatem diſtillentur. Quicquid aſcenderit magmati iterum affundatur, per biduum digeratur, mox tres partes quartæ diſtillentur. Servetur ſpiritus diſtillatus ad uſum. Qui volet affundat reſiduo ſpir. vini vulgar. ſed rectificati ℥ XX. atque poſt bidui digeſtionem iterum diſtillet, quandiu prodibit ſatis potens ſpiritus, qui ſeorſim ſervetur, tanquam imbecillior priore, magnarum tamen ad diſcutiendos flatus virium, ſi convenientibus miſturis jungatur, aut addito ſaccharo in aq. roſaceâ vel fœniculi diſſoluto edulcoretur ad gratiam, uſurpeturque purior & potentior.*

Spiritus Cordialis Balſamicus ex D. D. ROLFINCIO.

℞. *Terebinthinæ venetæ ℔ß. thuris, maſtiches, caryophyllor. nucis moſc. cubebar. cinnam. cardam. ana ℥ j. rad. Zedoariæ, tormentillæ, vincetoxici, angelicæ ana ℥ ij. ſem. aniſi, fœniculi, baccar. lauri ana ℥ j. Conciſ. contuſ. affundantur ſpir. vini canth. vj. Digeſtione quatriduana peracta, bene clauſo vaſe, deſtilletur ſpiritus. Primus ſeorſim ſervetur, inque eodem ſuſpendatur nodulus in quo moſchi alex. ʒ j. ambræ* ſcrup. j. *Exceptis* gutt. x. xij. *in cochleari vini lacteſcit liquor. Vires ſunt cordiales & alexipharmacæ. Doſ.* ℈ß. *& ultra in hauſtu vel cochleari vini vel juſculo.*

Spiritus cordis cervi compoſitus ex Eodem.

♃. *Cord. cervi vel aprugni ſylveſtr.* N° ij. *Abluantur vino bono & incidantur in portiones parvas. Adde folior. cardui benedicti, meliſſæ, roris ſolis, majoranæ ana m j. rad. ſcorzoneræ; angelicæ ana ℥ iij. cortic. citri, aurantior. ana ℥ j. ſem. citri, ocymi ana ʒ ij. caryophyll. cinnam. nucis moſc. ſantali citrini ana ʒ ij. ligni aloës ℈ j. rhodij ʒ iij. Inciſ. contuſ. adde vini malvatici vel alterius generoſi q. ſ. Deſtillentur in veſica. Cordialis eſt ad quantitatem cochlearis exhibitus per ſe.*

Spiritus dulcis Mercurij ex D. D. DONZELLI.

℞. *Mercurij ſublimati cryſtall. (non mercurij dulcis) q. v. pulveretur in alcohol & reponatur in alembico vitreo non multùm alto ſuperinfuſo ſpir. vini optimi q. ſ. diſtilla in calore cinerum, cohob. donec ſpir. vini per collum vaſis aſcendens albeſcat, ad iſtar olei albidi,*

*tunc mutetur recipiens, & excipiatur mercurij ſpiritus dulcis. Reaſfunde fæcibus novum vini ſpir. & procede ut in prima operatione, donec omnis materia in oleum abeat.*

*Hic ſpiritus efficaciſſimè operatur in ulcere renum & veſicæ*, Doſ. gutt. ij. iij. *bis aut ter in die, in aq. radic. nenuphar. caudæ equinæ, plantaginis. Arthmannus aſſerit, hoc modo etiam inveteratiſſimas exulcerationes tolli feliciter ſcilicet.*

℞. *Conſervæ roſ. rub. ſine additione liquor. acidi* ℥ j. *ſem. hyperici* ℥ ß. *M. & ſume per aliquot dies quantit. nuc. jugland.*

## ¶ 2. *Spiritus Nephriticus.*

℞ Ovum ſtruthionis, pulver. affunde ≏ Sal. com. & in digeſtione relinque, donec probè ſoluta appareat corticum ovorum ſubſtantia, atque tum per chartam filtretur, ſerveturque.

Vires. *Eſt* ἰωπόεισον *nulli fere ſecundum à Cæſareis Medicis S. Cloſſæo communicatum.*

*Doſis gutt. vj. viij. ex vino opt. vel aq. florum fabar. florum acac. malv. veron. addito ſyr. dialth. Fernel. Inſigniter aperit, incidit & commovet arenulas, calculum, urinam, nonnunquam etiam menſes & ſedes atque etiam ſerum in hydropicis.*

N. *Fit & inſignis ſpiritus nephriticus* ⊡*æ ſpiritum à* ⊕*-o deſtillando. Vid. I. Agricol. in Popp. p. 1. p. 585. Lôſſelium in Scrutinio Remim. Confer cum Querc. in Querc. Rediv. t. 3. p. 704.*

HOFMAN. *Spiritus Nephriticus.* ) Hic liquor potius quàm ſpiritus eſt. Præſtat aliquid in calculo expellendo. Fit & inſignis ſpiritus nephriticus cum notabili effectu ſuam operationem exercens ſp. urin. à Vitriolo deſtillando, de quo infrà Libro III. plura vid. theſaur. pharmaceu. l. c. n. VIII.

### Spiritus panis ſimilaginei analepticus ex D. D. ROLFINCIO.

℞. *Pan. è furno recenter extract.* ℔ iiij. v. *nuc. moſc.* N° x. *macis* ʒ iij. *caryophyllor.* ℥ j. *Zinziber. galangæ ana* ʒ iij. *vini boni ſpir. frumenti ana q. ſ. ad eminentiam ſex digitorum. Conciſ. contuſ. ſtent in digeſtione; poſt deſtillatio ex arena inſtituatur. Deſtillatum bis vel ter cohobari poteſt ſuper panem novum, vel primum ſervari. Reficit ſpiritus deperditos. Doſ.* ʒ j. ij. iij. *per ſe, vel cum alio liquore.*

### Spiritus ſeu aqua polychreſta, ſcorbutica, cachectica ex Eodem.

℞ *Cortic rad. cappar. tamariſci, fraxini, rad cichorij bryoniæ, polypod. vincetoxici, aſparagi, petroſelini, ſcorzoneræ ana* ℥ iij. *chinæ, ſarſaparillæ, eryngij ana* ℥ iij *folior. agrimonij, abſinthij pontici, centaurij min. chamædr. cochleariæ, cuſcutæ, folior. eupatorij meſuæ, fumariæ, hyſſopi, meliſſæ, naſturtij aq. ſalviæ ana* m ij. *ligni guajaci raſpati* ℥ ß. *ſcobis ligni ſaſſafras, ſantali rubri ana* ℥ iij. *ſem. apij, petroſelini, aniſi, citri, naſturtij ana* ℥ ij *flor. ſambuci, geniſtæ, nymphææ, lupuli ana* m iij. *Exſiccata omnia, con iſta, contuſa macerentur per dies* iij *in vin. bon. odoriſ. q. ſ. Deſtillentur per veſicam & alembicum cum refrigeratorio. Spiritus primæ & ſecundæ deſtillationis ſeorſim ſerventur, vel ex omnibus bene digeſtis per dies & noctes* vj. *& per linteum cum forti expreſſione colatis, ex cucurbita terrea deſtillatur ſpiritus, ſeorſim ſervandus, poſt aqua ad mellaginem uſque. Signetur ſpir. primæ & ſecundæ deſtillationis. Extractum ulterius evaporandum ſeorſim ſervetur.*

### Spiritus Vterinus ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. Ariſtoloch. longæ & rotundæ, pæoniæ, valerianæ min. ana* ℥ ij. *caſtorei* ℥ j. *ſummitatum ſiccar. abſinthij, arthemiſiæ, tanaceti, matricariæ, flor. ſambuci, chamomillæ ana* m j. *Macerentur per triduum contuſa vel inciſa omnia in ſpiritus vini rectificati* ℔ iiij. *deinde ex a. deſtillentur & ſervetur ſpiritus.*

*Hic ſpiritus præſens eſt remedium pro reprimendis vaporibus ab utero elevatis, & reſerandis obſtructionibus.* Doſ. ʒ j. ij. iij. iiij. *in aq. aut decoctionibus hyſtericis, poteſt iisdem, naribus, temporibus & umbilico applicari.*

# CAPVT LXXXII.

## *De Succis.*

SVcci ex vegetabilibus potiſſimum depromuntur, rarò ex animalibus. E vegetabilibus puta non omnibus.

Inidonea enim ſunt, 1. nuclei, ſemina, & reliqua oleoſa, qualia ſunt amygdalæ, piſtacia, ſemina lini, (de quibus egimus in oleis expreſſis.)

2. Minus apta ſunt aridiora, ut fruges, niſi decocta harum ſuccos appellare libuerit.

*Modus fiendi.*

℞. Vegetabilia ſucculenta, (minùs ſucculenta, macerari, inſolari, elixarivè antea volunt ▽) conquaſſa & exprime, hinc clarifica, (cum albumine ovi, filtrationeque vel digeſtione quod melius,) ſi opus eſt ▽. inſpiſſa, atque ne empyreuma contrahat, continuò agita; ſic fiunt ſucci.

*I. Ex floribus.* ℞. Flores virides imple XX, premendo, collocenturque ad digerendum, ſ. putreſcendum in MB. ſatis profunde, donec in mucilaginem abiiſſe videantur: Hinc exprime ſuccum, clarifica c. alb. ovi, & inſpiſſa lentè ad conſiſtentiam mellis; ſic fiunt ſucci, (Eſſentiæ dictæ) borag. bugloſſ. pæon. verbaſc. violar. & ſimil.

N. 1. *Si flores minus ſucculenti fuerint, affundatur parum* ▽*æ: ſic fit extractum, ſ. ſuccus inſpiſſat. flor. tunicæ calendulæ, Keyri, Cyani, roriſmar. papav. rhead. ſalv. & ſimil.*

N. 2. *Præſtant flores primum erumpentes.*

N. 3. *Expreſſum ſuccum ſi recentibus floribus affuderis, majorem ſucci copiam colliges.*

*II. Ex fructibus.* ℞. Succulentos, exprime, vel coque antea; hinc exprime trajiceque per ſetaceum, liquidioreſque ad mellis conſiſtentiam inſpiſſa.

N. *Succi è fructibus alio ferè nomine gaudent, mellis ſcil. ſi dulce ſapiant, ut mel juniperinum, paſſularum, & ſimil. alias Roob. Sapæ; ut rob. de berberis, de ribib.*

*III. Ex radicibus & lignis*, interveniente coctione, (in ▽,) & expreſſione ſucci eliciuntur, adſciſcuntque nomen Extractorum, vide ſupra cap. 57.

Succi officinales, tùm liquidi proſtant, tùm inſpiſſati.

Liquidi qui per ſe conſervantur pauci ſunt, quippe præter ſuccos, acidulos & fermentatos illos potulentos, (qualis vinum, vinum pomorum, pyrorum, & ſimil.) nulli ad tempus durabiles ſunt: hinc fit ut addito ſaccharo, melleve, in ſyrupum coquantur: vide de Syrupis, c. 48.

Quin imo vel ipſis ſuccis acidulis nonnihil ſacchari ferè additur, cujus vi tùm parum fermentantur, tùm ab injuria corruptionis conſervantur.

N. *Dantur & ſucci è vegetabilibus tùm per ſe ruptis, tum inciſis ſponte ſtillantes, (lacrymas vocare expedit) Verum hi partim nativis accenſentur, partim non uſuales ſunt.*

*Talis eſt ſuccus betulæ, qui in Suecia & Finlandia, menſibus Martio & Aprili collectus & fermentatus, mulierculis nobilibus potui ſuppetit; ſuccus juglandis arboris, liquor ſc. qui in quercuum ſtipitibus concervatur, lacrymæ vitis amputatæ. Huc opium & ſimil. Succi Officinales Liquidi, qui & Vina dicuntur, ſunt*

Succus Berberum
Citri
Cytoniorum
Granatorum acidorum
Limonum.
Myrtillorum
Ribium
Rubi Idæi.

N. *Succi recentes tot ex tempore parari queunt, quot vegetabilia viridia ſucculenta exhibentur, verum quia gramineum ſapiunt ſaporem, minus in uſum veniunt*

*...ueniunt, licet ſapor ille ſaccharo corrigi queat.*

*Succi inſpiſſati.*

Succus Abſinthii communis.
Acaciæ noſtratis.
N. *Verus Officinis habetur inter nativa.*

| | |
|---|---|
| Agrimoniæ. | Glycyrrhizæ |
| Aloë | Gratiolæ |
| Cardui benedicti | Hyperici |
| Chermes granorum | Hyoſcyami |
| Centaurei minoris | Ireos noſtratis cæruleæ |
| Chicorii | Liquiritiæ |
| Cydoniorum. | Mercurialis |
| Enulæ. | Myrtyllorum Germanicorum |
| Fumariæ | |
| Gentianæ | |

Heidelbeerſafft.

Nicotianæ
Papaveris domeſtici
erratici
Plantaginis
Portulacæ
Roſarum incarnatarum
rubrarum
Scrophulariæ
Solatri

*Huc pertinent*

Rob de Berberis ſimplex.
de Ribb.

Mel Ebulinum, Sambucinum, Juniperum, Paſſularum } Conſiſtentiam Electuarii fere obtinent.

## CAPVT LXXXIII.

### *De Suppoſitoriis & Peſſis.*

SUppoſitoriorum formandorum ratio in hoc ſita eſt, ut fiant ex materia duriuſcula, glabra, adeoque in anum intrudi apta; ſive illa aptitudo per ſe rebus inſit, ſive mixtione, coctionevè concilietur.

Prout igitur indicatio fuerit, ita ſuppoſitoriis materia eligenda, anodyna ſcil. detergens, conſolidans, exiccans, alvum irritans, &c.

Uſitatiſſima tamen ſunt ſuppoſitoria dejectoria, eaque pro ratione operationis triplicia.

1. Lenia, quæ ſolo ferè tactu materiali movent. Talia fiunt ex lardo, ficu inverſa, ſevo hircino, bubulo, (candela, ſevina,) cera, farina aquæ incocta, (ex qua fiunt ſuppoſitoria in ſole exiccanda,) caulibus, & radicibus, v.gr. betæ, braſſicæ, bliti, mercurialis, petroſelini & ſimil.

2. Mediocria, quæ aliquali acrimoniâ ſtimulant. Talia parantur ex melle ad craſſitiem cocto, ſapone, terebinthina cocta. Quibus adduntur interdum & alia, v.gr. muſcerda, ſal, ſaccharum.

3. Fortiora, quæ vi purgante laceſſunt. Talia fiunt ex purgantibus, lenioribus, ac fortioribus: agarico, aloë, hiera picra, pulvere ad ſuppoſitoria, elleboro, ſcammonio, & ſimil.

*Modus parandi.*

Mel coquitur lentè ad ſpiſſitudinem, ut digitis tractari poſſit, ſine inquinatione, experiri id licet guttulâ in laminam frigidam, vel ſtanneam effusâ, hinc effunditur in dictam laminam, oleo illitam, dumque frigeſcit, formantur ſuppoſitoria, oleoque illinuntur.

Si qua addenda fuerint, ante effuſionem ea pulveriſata admiſcere oportet, vel & formatos cylindros iiſdem involvere, ut obducantur.

Portio mellis ℥ j. Pulver. (ad purgantia mitiora) ʒ j. præter propter, (ad fortiora) ℈ ß. ʒ ß. vel ʒ j. Sal. com. aut gemm.

Ut ♃. Mellis, q. ſ. (℥ j.) ſalis gemm. ℈ ß. aut Sal. com. ℈ j. muſcerd. ℈ ß. F. ſuppoſitorium.

♃. Agaric. ℈ j. ſal. gemm. ℈ ß. mellis, q. ſ. F. ſuppoſitorium.

♃. Pulv. ad ſuppoſitor. commun. ʒ 1. mellis, q. ſ. F. ſuppoſitorium.

*De Peſſariis.*

Peſſaria, peſſi naſcalia, ad digiti formam ferè formari conſueverunt, fiuntque ex rebus medicamentalibus uterinis, quæ vel ſuſcipiuntur, ſacculo lineo oblongo, lanâ concerptâ goſſypiovè, vel incorporantur cum melle, ladano, galbano, cera, ſucco, ſimilive re, formaturque ad dictam formam digiti.

M. *Figurâ ſuppoſitoriis ſimilia ſunt, niſi quod longiora & craſſiora.*

*Exemplo ſint,*

♃. Myrrh. ʒ ß.
Spec. hier. pic. compoſ.
benedict. laxat. ana ʒ 1.

Cum melle cocto F. peſſarium, quod panno raro obductum, immittatur utero ad menſes ciendos. *Weickhard.*

♃. Stercoris aſini, q. ſ. deſicca & pulveriſa, involvaturque pulvis panno de ſerico, pro peſſario hæmorrhagiam uteri ſiſtente, &c.

♃. Burſ. paſtor. M. ß. contunde & inde panno pro ſuppoſitorio menſes ſiſtente, &c.

N. *Poſſunt itidem radices certæ, v. gr. rubiæ tinctorum, cyperi, Iridis, & ſimil. loco peſſarij adhiberi.*

## CAPVT LXXXIV.

### *De Syrupis, Mellibus, & Robis Syrupiſatis.*

HOFMAN. *De Syrupis, Mellibus & Robis Syrupiſatis.*) Circa horum præparationem ſequentes obſervationes admodùm neceſſariæ ſunt. *Primò*, Syrupi non ex inutilibus ac nimis ſumptuoſis conſtare debent ſpeciebus. *Deinde* ingredientia merè ſpirituoſa, volatilia ac balſamica prius in MB ex Alemb. deſtillanda, ne ob violentam coctionem virtute ſuâ orbentur. Sic 1. ſyrupus aniſi cum vino Q. prout *Dn. Autor* hic deſcribit, parum virtutis carminativæ promittit, putamina pro ipſis nucleis exhibens expulſis potioribus partibus balſamicis medicamentoſis, juxta noſtram autem datam obſervationem ſequens commodior erit ejus præparatio: Recip. Semin. aniſi conquaſſati ℥ iv. macerentur in vini generoſi ℔ ij. deſtilla per MB partem ſpirituoſam, quam aſſerva ſeorſim; inde reſiduo affunde aq. f. ſ. q. coque lento Ign. ad tertias, expreſſum album. ovor. clarifica, adde ſacchar. ſ. q. coque ad ſyrupi conſiſtentiam, cui adde ſuperiorem partem ſpirituoſam. Eodem modo concinnari poſſunt Syrupi ex aliis balſamicis floribus & ſeminibus. *Tertiò* acidorum ſyruporum elaboratio non inſtituenda eſt in vaſe æneo, cupreo vel aurichalceo, eò quod vim emeticam naturæ hoſtilem inde contrahant, ſed in fictilibus vitreatis. *Quartò*, quantitas aquæ ad ſyrupum coquendum augenda eſt, quando ſimplicia coctionem ferunt; aut quando nimis amara ſunt.

¶ Syruporum materia principalis eſt liquor quidam medicamentoſus; decoctum, infuſum, ſuccus, aqua ſtillatitia, acetumvè. Servilis, eſt ſaccharum clarificatum, mel depuratum, cum quibus liquor ad conſiſtentiam mellis liquidiuſculi coquitur.

N. *Saccharum & mel adduntur præcipuè ut liquorum*

*tum corruptibilitatem arceant, tum quoque ut qualitatem ingratam mitigent, ſaporemque medicamento gratiorem concilient. Hinc non abs re foret, loco ſacchari aut mellis aliquando gratiores alias adhibere melligines, cum liquore ſyrupiſando qualitatibus conſpirantes; quales ſunt, verbi gratia, mel paſſularum, rob pomorum redolentium, ſuccus glycyrrhizæ depuratus, &c.*

Sirupi ſunt ſimplices vel compoſiti.

Simplices, qui ut plurimum ex ſimplici unaque re medicamentali cum ſaccharo aut melle parantur.

Compoſitus, qui ex pluribus.

*Modus fiendi.*

℞. Liquorem clarificatum, (decoctum, infuſum, ſuccum expreſſum, acetum,) adde ſaccharum, vel mel, & ſimil. coque, clarifica, (ſi opus,) inſpiſſa, ad mellis conſiſtentiam, ac repone pro uſu.

N. *Guttulâ in tabulam frigidam effuſâ conſiſtentiam experiri licet.*

Proportio liquoris ad ſaccharum aut mel eſt ferè dupla vel tripla.

*Verbi gratia:*

℞. Decocti ℔ iij. ſacchari ℔ i ß. vel 1. prout craſſior, vel dilutior ſyrupus expetitur, vel prout durationi longiori, breviorivè deſtinatur.

*Virium ratione ſunt ſyrupi alterantes & purgantes.*

*Syrupi alterantes uſitatiores.*

Syrupus de abſinthio major, A. C.
Acetoſitatis citri, ſ. è ſucco citri, A. C.
de ſucco acetoſæ.
acetoſellæ.
Acetoſus ſimplex, id eſt, ex ✢ & ▽. A.
Acetoſus compoſitus, (è radicibus ✢ & ▽ A.
Acetoſus Diarrhodon, A.
Adiantinus Fernelii, A.
de Agreſta, A. C.
de Althæa Fernelii. A.
Renod.
Aniſi ſimplex Querc. *inf.* 1.
Antepilepticus Querc. 2.
Aquilegiæ flor.
Arantiorum è ſucco.
è corticibus.
è floribus.
de Artemiſia Fernelii, compoſ. 3.
è ſucco Betonicæ.
de Betonica compoſitus.
de ſucc. Berberum.
Bizantinus ſimplex, ſ. Dynati.
è ſucc. Endiv. ▽. Lupul. Bugloſſ.
Bizantinus compoſitus, A. C.
de Borragine, ſ. Infuſionis.
de Bugloſſa è floribus.
de Calamentha Meſuæ, A. C.
Calendulæ Quercetani, fit è ſucc. vel infuſ. flor.
è ſucc. Chamæmeli.
Capillorum Veneris ſimplex, ex decoctione.
Capillorum Veneris comp.
Cardiacus, 4.
de Cardui benedicti ſucco.
[*Catarrhalis cum herba Theé D. Witzelij.*]
Ceraſorum acidorum è ſucco.
Cichorii ſimplex è ſucco.
de Cinamomo, A.

N. *Quercetanus parat cum Vino malvatico. Auguſtani cum ▽ cinamomi.*

de cortice citri.

N. *E ſucco citri dicitur ſyrupus acetoſitatis citri.*

Corallorum, *v. l.* 3. *c.* 6.
Cytoniorum è ſucco.
Cytoniorum Vinoſus ſimplex, ſ. Miva cydoniorum, quæ ſimplex & aromatica.
de Endivia ſimplex.
compoſitus.
[*Epilepticus ex ſtercore pavonis, D. Witzelij.*]
de Eryſimo Lobelii, 5.
de Eupatorio Meſuæ, A. C.
de Farfara; è ſucco.

N. *Renodæus compoſitum exhibet.*

de fragis è ſucco.
de Fumaria ſimplex; è ſucc.
[Gemmatus.]
de Glycyrrhiza Meſuæ, A. C.
Granatorum dulcium: è ſucco.
Granat. acidorum: è ſucco cum aceto.
Oxyſaccharum compoſit.
Antihecticus. 6.
de ſucco Hederæ terreſtris.
de ſucco Hyperici.
de Hyſſopo Meſuæ, A. C.
de Jujubis Meſuæ, A. C.
de Limonibus: ex ſucco.
de Lupulo: è ſucco.
[Maſtichinus.]
de ſucc. Meliſſophyll.
de Mentha minor: è ſucco Menth. granat. dulc. vel acid.
de Mentha major, Meſuæ A. C.
de ſucc. Mercurialis.
Myrtinus compoſitus Meſuæ.
Nephrocatharticus Iouberti, A.
Nicotianæ ſeu de Peto ſimplex, Quercet. 7.
Nicot. compoſitus 8.
de Nymphæa: è florum infuſione, A.
de Nymphæa compoſitus. Pedemontani. 8.
de Papavere albo ſimplex, A.
de Papav. alb. compoſitus A.
de Papav. erratico, è florum infuſ. A.
de Floribus Paralyſis.
de Pede cati, ſ. Hiſpidula. ſive
de Æluropo ſimplex: fit ex infuſione ſummitatum.
de Æluropo compoſitus, 9.
Flor. Pœoniæ.
de Piloſella: ex infuſione ſummitatum floridarum.
de ſucco Plantaginis.
de Pomis è ſucco.
de Portulaca Meſuæ.
de Praſſio Meſuæ.
de duabus radicibus.
de quinque rad.
Refectivus Cord.
Ribium è ſucco.
Roſatus Regius, ſeu Iulepus roſatus.
de Roſis ſiccis.
de Rubo Idæo
de Scabioſa.
de Scordio è ſucco
compoſitus Mercurialis, A.
de Scolopendrio Fernelii, A. C.
de Sempervivo è ſucco compoſitus.
Siliquarum
de Stœchade ſimplex, A.
compoſitus, A.
Fernelii, A.
de Symphyto Fernelii, A.
de Teſtudinibus, 10.

Flor. Tunicæ.
de ſucco veronicæ.
Violatus ſimplex
compoſitus Meſuæ regius, ſ. Iulepus violatus, ex ſucco.

Hujus loci ſunt & Syrupi melliti, mella vulgò dicti. Ut

Mel Anthoſatum
Emblicorum, id eſt, mel in quo Emblici myrob. conditi, vel decoctum Emblicorum inſpiſſatum.
Mel Menthæ, è ſucco & mell. ana.
Mercuriale è ſucco & mell. ;.
Roſatum ſimplex, ex infuſione triplici & mell. ;.
Roſatum citratum
Meſuæ, ex gemmis & mell.
Violatum ſimplex ex infuſione triplici & mell. ;.
Sic Oxymel ſimplex
compoſitum
diureticum
ſcylliticum
ſcylliticum ſimpl. compoſ.

vide Diſp.

*Huc pertinent & Rob compoſita*

Rob de Agreſta
de Berberis
de Cornis
de Ribib.
ex ſucc: & ſacar. ;

Diamoron ſimplex, ex ſucc. ;. & mell:
compoſitum.
uſitatum Gal.
Nucum è ſucco cort. virid. jugl. & mell. ;.

*Syrupi purgantes uſitatiores.*

Syrupus Flor. Acaciæ Aug.
de Carthamo, A.
de Cichoreo cum Rhabarbaro, A. C.
Diaſeros, Andern. A.
de Epithymo.
de Fumaria comp. ſ. major.
Syrupus Hellebor. minor. Querc. 1.
Helleborat. major.
Cholagogus, 2.
[*De Lignis Laxativus D. Witzelij.*]
Flor. perſicorum.
de polypodio, A. C.
de pomis regis Sabor, A.
cum ſena Querc.
de Rhabarbaro ſolutivus. Aug.
Roſatus ſolutivus ſimplex. ſ. Muſchatum, è Damaſcenarum 3. infuſ.
Roſatus laxativus compoſitus, ſ. Helleboratus.
Roſatus compoſitus, ſine Helleboro.
de Senna.
Violatus ſolutiv. ſ. infuſionis.
Vomitivus, 3.
Mel Roſatum laxativum, ex infuſ.
Violatum laxativum. ex mell. ;
Oxymel Helleboratum Geſner. A. C.
Oxyſaccharum vomitivum, 4.

Syrupus de Agno caſto è Pharm. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞ *Sem. rutæ, cannab. ana* ʒ *ß. endiviæ, lactucæ, portulacæ, cucurbitæ, melonum ana* ʒ ij. *pſylli* ʒ *ß. agni caſti* ℥ iiij. *flor. nenupharis, folior. menthæ ana m ß. decocti ex lentium & ſem. coriandri ana* ℥ *ß.* lib. iij. *Simul coque lento igne ad exhalationem librarum duarum, & colato reſiduo adde ſucci limonum* ℥ ij. *ſacchari albi* lib. i *ß. F. ſyrupus ſ. a.*

Syrupus de Ammoniaco ex eadem Pharmac.

℞. *Agerati, ceterach. ana m* iiij. *abſinthij vulgar.* ℥ j. *rad. cichorij, aſparagi, cortic. rad. capparum ana* ℥ ij. *F. omnium poſt debitam præparationem infuſio per hor. 24. in vini albi* ℥ iij. *aq. raphani ſimpl. fumariæ ana* lib. ij. *Dein ebulliant ad* lib. j. ℥ viij. *& clarificetur colatura per ſubſidentiam; in cujus adhuc tepentis* ℥ iiij. *ſolve ſeorſim Gummi ammoniaci, priùs in aceto vini albi acerrimo ſoluti* ℥ ij. *Reliquum coquatur cum ſacchari albiſſ.* lib. i *ß. in ſyrupum, injecta ex gummi miſtura ſub finem.*

¶ 1. *Syrupus Aniſi, cum Vino: Quercetani.*

℞. Aniſi conquaſſati ℥ iv. macerentur in vini generoſi, ℔ ij. per tres dies, coletur: Colaturæ adde Sacchari ℔ ij. & coque ad ſyrupum.

*N. Eodem modo concinnari poſſunt Syrupi, & ex aliis ſeminibus, veluti ex ſemin. fœniculi, pœoniæ, ex baccis lauri, juniperi, & ſimil.*

Syrupus aſthmaticus D. D. ZVVELFERI.

℞. *Rad. recent. enulæ campanæ* ℥ ij. *calami aromat.* ℥ j *ß. ceparum recent.* ℥ iiij *herbar. recent. hyſſopi, anethi, meliſſæ, naſturtii hortenſ. ſatureiæ ana* ℥ iiij *ß. Flor. recent. tunicæ* ℥ ij. *cortic. arantior. recent. extim.* ℥ j *ß. cinnamomi acuti, granor. juniperi ana* ℥ j. *macis* ℥ *ß. ſem. aniſi, fœniculi, ana* ℥ j *ß. Omnia inciſa & contuſa immittantur in cucurbitam vitream, quibus ſuperaffunde vini generoſi ſ. malvatici* ℔ iiij. *Facta digeſtione una alterave die fiat deſtillatio & extractio duarum librarum, cui aqua ſpirituoſæ protectæ (abjectis ſpeciebus à deſtillatione relictis cum reſidua vini rappa) de novo immerge ſequentia ſaltem inciſa, utpote. ſcillæ præpar. & ſiccatæ* ℥ *ß. ceparum recent.* ʒ vj *rad. rec. enulæ campanæ* ℥ j *ireos florentinæ, liquiritiæ raſæ ana* ʒ vj. *calami aromat.* ℥ *ß. herbar. recent. hyſſopi, anethi, meliſſæ, naſturtii hort. chær folii, ana* ℥ j. *croci oriental.* ʒ j. *digerantur per biduum, fiat poſt colatura & expreſſio, eſſentiam interim priùs purificatam aſſervando. Tum* ℞ *ſpecies ab ultima infuſione vel extractione relictas, quas cum ſuff. q. aquæ ſ. coque ad remanent. circiter* ℔ ij. *colaturæ optimè clarificatæ adde ſacch. albi canarini* ℔ iij *ß. coquantur ad conſiſtentiam fere tabulati, cui junge aquam ſuperiùs deſtillatam & eſſentificatam fiatque ſola diſſolutione ſacchari, debitæ conſiſtentiæ ſyrupus, qui in aſthmate, orthopnæa, diſpnæa, & ſimilibus pectoris affectibus catharroſis & tuſſi antiqua, proficuè adhibendus. Per ſe ſumtus ad inſtar lambitivi, efficacior exiſtet, quàm liquoribus aliis admixtus & potus; cochlear plenum ſæpius de die paulatim deglutiendo & lambendo, quò magis aſperæ arteriæ ſeſe inſinuare, & vel odore tenus bronchia pulmonum obſtructa permeare, eorumque infarctos viſcidoſque humores incidere, attenuare, & ad rejiciendum aptos reddere poſſit.*

Syrupus Bezoarticus D. D. DONZELLI.

℞. *Sem. Milii integri* ℔ j. *infunde in aq. ſtill. rutæ caprar. & cardui bened. ana* ℔ ij *ß. macer. hor. 24. dein bulliat milium ad crepaturam; tunc adde cardui bened.* ℥ ij. *rutæ caprar. rec. m* j *ß. v. ſiccatæ m* j. *poſt bulliant leviter & ab igne retrahantur: liquor refrigeratus coletur, colaturæ unicuique libræ adde ſacchari albiſſ.* ℥ iiij. *bulliant de novo & clarificentur igne lento.*

*Aſſumitur hic ſyrupus tantùm calidus, quantùm perferri poteſt. Doſ.* ℥ vj. *additis vini albi generoſi* ℥ ij. *Mirandum in modum ſudores movet, & propterea medicamentum eſt multùm utile in omnibus febribus intermittentibus ſi detur ipſis declinantibus; ſitim extinguit ut experientia eſt comprobatum.*

Syrupus Botryos è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Herbar. botryos, eryſimi, urticæ ana m. ij. tuſſilagin. m* j *ß. Coctione in aq. font. q. ſ. in B. M. peracta, colaturæ claræ* lib. ij. *adde ſucci è piſis demptis corticibus, in aq. font. ſemel iterumve mutata, ad mollitiem coctis, leniter expreſſi ac deſidentia paulatim facta à craſſamento liberati,* lib. *j. ſacch. cryſtall* lib. iij *Percoque ulteriùs in B. M. in ſyrup. parandum, quando uſus poſtulaverit.*

¶ 2. *Syrupus antiepilepticus: Quercetani.*

℞. Rad. pœoniæ.
Viſci querni, ana ℥ ß.
Cinamomi opt. ʒ ij.
Flor. calendulæ.

Lilii conval.
Tiliæ.
Lavendul. ana p.I.
Roſar. rubr. p. ij.
F. Extractio cum ſpiritu Iuniperi, vel 🜅i, ad eminentiam digit. 4.
Decantetur.
℞. Tincturæ ℥x.
Sacchari candi pulveriſ. ℥ iij. aut IV.
M. & accendantur, flagrentque continuò agitando, donec ſyrupus ſatis coctus, aut plus minuſvè fortis videatur. Tum enim extinguendum erit incendium.

Vires. *Præſtantiſſimus eſt Syrupus, tàm præcautioni, quam curationi inſerviens.*
*Doſis cochlear ſ.*

[*Syrupus Antiepilepticus è ſtercore Pavonis D. Ioh. Lud. Witzelii.*]

[℞. Rad. Scorzoner. ℥ i ß.
Fraxinellæ ʒ ij.
Herb. Galeg. M j.
Thee p. ij.
Viſc. Corylin. ℥ ß.
Fl. cheyri M j.
Gran. chermes ʒ ß. ℈ j.
Stercoris Pavonis ℥ ß.
Coq. leviter in ▽. flor. cheyri ſ. q. huic col. & cum ſacchari ℔ j. redig. in Syrupum.]

[Vires. *Proficuus admodum in Epilepſia infantum comperius.*]

HOFMAN. *Syrupus Antiepilepticus Quercetani.*) Præſtat hujus etiam partes volatiles prius beneficio MB abſtraxiſſe, & reſiduo ad ſyrupi conſiſtentiam cocto demum aquam ſpirituoſam abſtractam addidiſſe. Mihi non arridet deflagratio illa, dum partes ſpirituoſæ æquè inde ingredientium intereunt.

¶ 3. *Syrupus de Artemiſia Fernelii.*

| | |
|---|---|
| ℞. Summit. Artemiſ. M ij. | Sampſuchi |
| Rad. Iridis. | Hyſſopi |
| Helenii. | Praſſii |
| Rubiæ. | Chamædryos. |
| Pœoniæ. | Chamæpityos |
| Leviſtici. | Parthenii. |
| Fœniculi ana ℥ß. | Betonicæ ana M j. |
| Herb. Pulegii. | Sem. Aniſ. |
| Origani. | Petroſel. |
| Calaminth. | Fœnicul. |
| Nepet. | Ocymi. |
| Meliſſophyll. | Dauci. |
| | Rutæ. |
| Sabinæ. | Nigellæ ana ʒ iij. |

Contuſa macerentur horis 24. in hydromelit. ℔ viij. Coquantur ad ℔ v. cum ſacchari ℔ v. F. Syrup. qui condiatur Cinam. ℥ I. Spic. ʒ iij.

Vires. *Inſignium eſt virium in uteri affectibus, à viſcida mucilagine ſubortis, promovet menſtrua, uterumque repurgat.*

HOFMAN. *Syrupus de Artemiſia Fernelii.*) Hic eodem quo antecedentes laborat vitio, ſi tamen efficacem deſideras, qui aromatum ac aliorum ingredientium virtutibus non ſit deſtitutus, deſtilla prius ſpecies cum ſ. q. hydromelit. ex remanentiis, poſtmodum fac ſyrupum cum aq. ſ. q. & demum ſuperius deſtillatum adde. Eodem modo etiam confici poteſt 4. ſyrupus cardiacus F. F. 5. ſyrupus de Eryſimo *Lobelii* 7. de Peto ſ. &c. Quercetani. Aliàs non talem, qualem præſtare debeant, habent effectum. Quoad 6. ſyrupum anti-hecticum *Riverii Medic. Regii.* 9. de pede cati c. 10. de teſtudinibus reſumptivum Renodæi, hi, quod præparationem attinet, non ſunt contemnendi. Syrupos purgantes quod concernit, ex ſyrupi helleborati minoris Q. & 2. Holagogi ingredientibus melius noduli confici poſſent, majoris ſanè operationis atque ſi per coctionem ſuis viribus tantopere orbarentur.

¶ 4. *Syrupus Cardiacus. F. F.*

℞. Vini albi generoſ. ℔ ij.
Aq. Roſar. ℥ ii ß.
Cinamom. ℥ ß.
Zinziber.
Caryophyll. ana ℈ ij.
Ligentur omnia in petia, addaturque Sacchar. ℥ IV ß.
Coque ad conſiſtentiam ſyrupi, poſtea adde
Ambr. gryſ. gran. iij.
Moſch. g. I. in ſyndone.

Vires. *Convenit in lipothymia, aliiſque cordis affectibus.*

N. *Præſtat ſolâ infuſione, vel in* MB *parare.*

[*Syrupus Catarrhalis cum herba Thee, D. Witzelii.*]

[℞. Rad. Chin. Orient. ℥ j.
Fœnic.
Pœon.
Ireos Florentin. ana ℥ ß.
Herb. Thee. ℥ j.
Flor. Beton.
Trinitat. ana M j.
Gran. Chermes. ℥ ß.
Infund. in ſ. q. ▽. Betonic. hor. xij. & col. hinc coq. addit. ſac. ℔ iiß. in formam Syrupi.]

5. *Syrupus de Eryſimo Lobelii.*

℞. Eryſim. totius recent. M. VI.
Rad. Enul.
Tuſſilag. ſucco adhuc prægnantium.
Glycyrrhiz. ana ℥ ij.
Herb. Borag.
Cichor.
Capill. ♀ ana M i ß.
Flor. Cordial.
Anthoſ.
Stæchad. vel Betonic. ana M. ß.
Sem. Aniſ. ʒ VI.
Paſſular. mundatar. ℥ ij.
Inciſis & contuſis f. omnium decoctio ſ. a. in ſ. q. aquæ hordei, hydromelitis & ℥ VI. ſucci Eryſimi, ad ℔ ij. vel iij. exprime, inque Colatura diſſolve ſacchar. q. ſ. f. ſyrupus.

Vires. *Efficaciſſimus eſt ad mucilaginem pulmonum incidendam, & educendam, adeoque ut beneficio ejus juvenculas decennio raucedine laborantes, ſe percuraviſſe, teſtetur Author lib. obſervat.*

[*Syrupus vel potius Iulepus Gemmatus Mag. Ducis Hetruriæ, paratur ita:*]

℞. Sach. fin. ℔ j. diſſolv. ſ. q. Aq. flor. aurant. f. Iulepus, cui adde El. de Gemmis. Conf. Alcherm. ana ℥ j. ſtent in MB. hinc trajic. per manicam Hipp. ſine expreſſione aromatizetur Ambr. gryſ. & ʒ j. Moſchi gr. xij.]

[Quidam lapides pretioſos calcinatos infundunt in 🜅 & Iulepo extractum ſive melluginem jungunt, quidam mali citrii ſuccum Iulepo addunt.]

[Noſtrates parant ita ℞. Spec. de Gemmis frig. ℥ ß. Hyacinth. ʒ j. Succi citri ℥ viij. F. Infuſio per triduum in vaſe vitreo, additâ aquâ meliſſæ filtr. per chartam add. ſachar. ℥ xx. v. moſch. ambr. ana gran. v. M. F. Syrupus.]

*6. Syrupus Antihecticus Riverii Med. Regii.*

♃. Teſtud. lacuſtr. aut fluviat. in fruſta diſſect. ℔ ij. cancror. fluviat. vivorum confract. ℔ i ß. ſem. quat. frig. major. ℥ iv.
Limacum per medium ſectorum M ij.
Succi veron. mar.
Melon. ana ℔ j.
Vini alb. ℔ vi.
Succi nicot. ℔ ij.
Uvarum Corinth.
Paſſul. ana q. ſ.

Ponantur omnia in magno matracio benè obturato & ſinantur digeri per ♂ 2. poſtea deſtillentur ex cineribus, & ex liquore deſtillato & ſacch. cand. ℔ iv. F. ſyrupus. Cap. ℥ j. pro doſi paulò ante paſtum bis aut ter in die, adde uſus tempore.
Lactis ſulph.
Perlarum an. gutt. vij. M. & exhibe.

Lac perlarum fit terendo eas ſuper marmor in Alcool, irrorando aq. roſ. paulatim, deinde iterum terendo in mortar. marm. cum ſucco limonum ſtatim perlæ diſſolventur, filtra, colatura ſervetur.

Syrupus Lientericus D. D. d'AQVIN ex D. CHARRAZ.

℞. *Summitat. abſinthii maj. roſar. rubr. exungulatar. ana* m. iij. *limaturæ chalybis nodulo incluſæ* ℥ ij. *rhei electi & cortic. myrobalanor. citrinor. ana* ℥ i ß. *tartari pulverati* ℥ j. *ſantali rub. contuſi* ℥ ß. *in vaſe ſictili vitreato collocentur, cum ſuccor. plantag. & roſar. rub. ana* lib. iij. *& cineribus calidis hor. 24. commitantur: deinde lento igne per horæ quadrantem bulliant, colentur & exprimantur, liquor verò ovi albumine cum ſacchari optimi* lib. iiij *clarificetur & coquatur in ſyrupum.*
*Admodum efficax eſt hic ſyrupus in ſiſtendis lienteriis, ſtomachum, hepar, lienem & inteſtina omnia corroborat, acrimoniam humorum obtundit & hæmorrhagias interiores ſiſtit. Datur ab* ℥ ß. *ad* ℥ j ß. *manè jejuno ſtomacho ſolus aut liquori appropriato admiſtus.*

Syrupus Meliſſophylli è Pharm. Coll. Reg. Lond.

℞. *Cortic. rad. bugloſſi* ℥ j. *rad. dictamni albi, pentaphylli, ſcorzoneræ ana* ℥ ß. *folior. meliſſophylli, ſcabioſæ, ſucciſæ, flor bugloſſi utriuſque, roriſmar. ana* m j. *oxalydis, mali citrii, fœniculi, cardui bened. ocimi ana* ʒ iij. *His diem integrum macerandis, affunde aquæ fontanæ tependis* lib. iiij. *Coque in B. M Dein liquoris validè expreſſi & clarificati* lib. iij ß. *adde ſucci meliſſæ depurati, aq. roſar. rubr. ana* lib. ß. *ſacch. cryſtall.* lib. iiij. *F. ſyrupus in B. M.*

Syrupus anti-nephriticus D. D. d'AQVIN ex D. CHARRAZ.

℞ Rad. *althææ, ononid. fragar. bardanæ, nymphææ & 5 aperientium ana* ℥ j ß. *fructuum alkekengi & cynosbati ana* ℥ iij. *ſem. bardanæ, milii ſolis, ſileris mont. 4. frigidor. maj. mundat. nucleor. meſpilor. & perſicor. ana* ℥ j. *folior. ſaxifragæ, pimpinellæ, chærefolii, virgæ aureæ, hyperici, capilli veneris monſp. ana M* j. *tartari albi pulverati* ℥ ij. *Coquantur ex a. in aq. parietariæ* lib. x. *colatura cum ſacchari optimi* lib. iiij. *clarificetur & coquatur in ſyrup. eleoſaccharo aniſi aromatizandum. Doſ. ab* ℥ j. *ad* ℥ ij. *in emulſionibus aut liquoribus aliis appropriatis.*

¶ 7. *Syrupus Nicotianæ, ſ. de Peto ſimplex Quercet.*

♃. Succ. Peti ℔ iv.
Hydromelit. ſimpl. ℔ i.
Oxymelit. ſimpl. ℥ iv.

Omnibus ſimul mixtis, fiat digeſtio in MB. ♂. 2. vel 3. ut defecetur; hinc decanta, ac digere iterum ut ſupra, donec materia ab omni fœculentia depurata fuerit, adde poſtea ſacchari ℔ ij. & coque in ſyrupum.

N. *Succus Peti opus habet perexquiſita & ingenioſâ digeſtione, qua vis vomitiva, ac dejectiva corrigitur, atque in ſyrupum abit præſtantiſſimum adverſus omnes affectus aſthmaticos, in quibus pulmonum bronchia pituitâ craſſâ ac viſcoſâ infarciuntur, ut interceptâ reſpiratione ſuffocationis periculum immineat, in quo caſu ſyrupus hic ritè præparatus & adminiſtratus mira præſtat. Cerebrum inſuper à catarrhis, ſive fluxionibus ſeroſis & frigidis liberat, ſimulque per inferiora educit.*

*Doſis cochlear, ſ. ubi tamen à principio ſummâ opus eſt circumſpectione, poſtea vero doſis augenda erit.*

[*Syrupus maſtichinus C. Peue.*]

[♃. Uvar. Paſſar. enucleatar. ℥ v. ʒ ij.
Sem. anis. fœnic. ana ʒ vi.
Maſtich. ℥ ij. ʒ ij.
Aq. fontan. q. ſ.
Coq. & Cola. Colat. add.
Sachar. ℔ iij.
F. Syrupus.

Vires. *Inſignium eſt virium in ſputo ſanguinis, Fluxibus alvi.*]

8. *Syrupus de Nicotiana compoſitus Quercetani.*

♃. Succi Peti (Nicotianæ) depurati (ut ſupra) ℔ ii ß.
Hydromelitis ſimpl. ℔ i.
In quibus macera per ♂ 2. vel 3. MB.
Fol. Hyſſop.
Polytrich.
Adiant.
Flor. Tuſſilagin.
Stæchad.
Violar.
Bugloſſ. ana p. ij.
Sem. Bombac.
Urtic.
Card. bened. ana ℥ i.
Follicul. ſenæ ℥ iij.
Agaric. rec. trochiſc. ℥ i.
Cinamom.
Macis.
Caryophyllot. ana ʒ i.

Dein fortiter exprimantur, digerantur denuò ad perfectam fæcum depurationem. Colaturæ ℔ i ß. adde tantundem ſacchari, coquantur in ſyrupum.

Vires. *Ad anhelosos & aſthmaticos alioſque affectus omnes pulmonum à frigidis & craſſis humoribus ſubortos, qui pulmonum bronchiis inhærentes, vel tuſſim antiquam, vel ipſam diſpnæam pariunt, excellentiſſimum eſt remedium, alvum leniter ſolvendo.*

*Doſis* ℥ i ß. *vel* ℥ ij. *ad ſummum.*

9. *Syrupus de pede cati compoſitus.*

♃. Dactylor. mundat.
Jujubar.
Sebeſten.
Ficuum recent.
Paſſul. major. enucl. ana ℥ iv.
Ungul. caballin. c. toto.
Pulmonar. maculoſ. c. flor. ana. M ij.
Pedis cati.
Ceterach. ana M. i.
Glycyrrhiz. raſ. ℥ i.

F. Decoctio & exinde cum ſacchari ℔ ij. ſyrupus perfectè coctus.

Vires. *Pectoralis eſt ac nutritivus, unde his qui phthiſi laborant, ſola[illegible]ini magno eſſe poterit.*

Syrupus de Pœonia compoſitus è Pharm. Colleg. Reg. Londin.

℞. *Rad. recentis utriuſque pæoniæ plenilunio extractæ, & poſt diſſectionem in taleolas in vino albo odorifero ſpatio integri diei, infuſæ ana* ℥ j ß. *contrahyervæ* ℥ ß. *ſiler. mont.* ʒ vj. *ungulæ alcis* ℥ j. *herb. roriſmar. cum florib.* m j. *betonicæ, hyſſopi, origani, ivæ arthriticæ, rutæ ana* ʒ iij. *ligni aloës, caryophyllor. aromaticor. ſem. cardam. min. ana* ʒ ij. *Zinziber. ſpicæ nardi ana* ʒ j. *ſtæchados, nucis moſch. ana* ʒ ij ß. *Poſt unius diei tepidam digeſtionem, in aq. deſtillatæ rad. pæoniæ* ℔ vj. *coque in B. M. ad* ℔ iiij *In colaturam mediante manica factam, injice ſacchari albiſſ.* ℔ iiij ß. *& percoque in ſyrup. in B. M.*

Syrupus Raphani compoſitus ex eadem Pharmac.

℞. *Rad. raphani domeſtici, ſylveſtr. ana* ℥ j. *ſaxifragæ albæ,ruſci, leviſtici eryngii, ononid. petroſelini, fœniculi ana* ℥ ß. *folior. betonicæ, pimpinellæ ſaxifragæ, pulegii, cymar. urticæ urentis, naſturtii aq. crithmi, callitrichi ſ. capillor. vener. ana* m j. *fructuum halicacabi, jujubar. ana paria x. ſem. ocimi, bardanæ maj. petroſelini macedon. ſeſeleos, carui, dauci cretici, lithoſpermi, cortic. rad. capparis ana* ʒ ij. *uvarum paſſar. demtis vinaceis, glycyrrhizæ ana* ʒ vj. *Macerentur diem integrum in aq. font. calentis* ℔ x. *tum deſtillentur in M. B educendo aquæ* ℔ vj. *quibus immergantur cinnam.* ℥ j. *nuc. moſch.* ℥ ß. *Dein magma validè exprimatur, & colaturæ claræ q. ſ. adjiciantur ſacch. candidi* ℔ iiij. *mellis optimi* lib. ij. *Ad tabulati conſiſtentiam coquantur; demum addendo aquam priùs deſtillatam, fiat ſyrupus in B. M. ſ. a.*

Syrupus antiſcorbuticus D. D. d'AQVIN ex D. CHARRAZ.

℞. *Rad. filicis maris, angelicæ, eryngii, raphani ruſticani ana* ℥ iij. *cortic. citri, arantior. ana* ℥ ij *folior. meliſſæ, fumariæ, ſcolopendrii cochleariæ, becabungæ, naſturtii aq. nummulariæ, menthæ ana* m iij. *ſem. naſturtii hort. cardui bened. citri ana* ℥ j. *flor. tunicæ, geniſtæ ana* m j. *tartari albi contuſi* ℥ ij. *Decoquantur omnia ex a. in aq. chalybeatæ* lib. IX. *colentur & exprimantur; liquor verò ovi albumine cum ſacch. opt.* lib. vj. *clarificatus, coquatur igne lento in ſyrupum, oleorum cinnamomi & caryophyllor. ana* gutt. iij. *ſaccharo pulverato exceptis, aromatizandum.*

*Hic ſyrupus depurat maſſam ſanguinis ejuſque circulationem facilitat, ſpiritus languidos ſuſcitat eoſque deperditos reparat, debet autem ejus uſus aliquandiu continuari, Doſis cochleare j. aut ij. mane & veſperi ut & iiidem inter prandium & cœnam.*

Syrupus ſtomachalis D. D. DONZELLI.

℞. *Caryophyllor. cinnam. opt. ana* ʒ ij ß. *oculor. cancri, macis ana* ʒ j. *calami aromatici, cortic. citri ſicc ana* ʒ ij. *Pulveriſentur omnia ſubtiliſſ. atque includantur vaſe vitreo ſuperaffuſa ſpir. vini opt.* lib. ß. *clauſum vas ponatur in digeſtione donec ſpir. vini fuerit tinctus: Tum* ℞. *Sacch. albiſſ.* lib. j. ß. *clarificetur & coquatur ad conſiſtentiam tabulati: retrahatur ab igne & cùm refrigerari cœperit, admiſce illi aq. cortic. citri ſtillat. odoriferæ* ℥ iiij. *ultimòque adde* ℥ vj. *tincturæ prædictæ, ut per ſimplicem diſſolutionem ſ. admiſtionem ſine igne fiat ſyrupus.*

*Hic ſyrupus mane jejuno ſtomacho ad quant.* ℥ ij. *ſumptus digerit & ſolvit omnem viſciditatem quæ ventriculi tunicis impacta fuerit, eamque per urinas ejicit.*

Syrupus de Terebinthina ejuſdem.

℞. *Milii ſolis, herniariæ ſeu polygoni minimi, ſem. geniſtæ, lign. viſci querni ana* ℥ j. *Coquantur in aq. capillor. vener. q. ſ. ſ. a. In colaturæ diſſolve terebinthinæ venetæ* ℥ ij. *primùm in ovi vitello incorporatas: cum ſacch. albiſſ.* lib. j ß. *fiat ſyrupus igne lento.*

*Confert in omnibus renum affectibus, ſed præcipuè in calculo & gonorrhæa.*

¶ 10. *Syrupus de Teſtudinibus* ἀναληπτικὸς *Reſumptivus Renodæi.*

♃. Carnis teſtudinum, ℥ IV. (abjectis caudâ, collo & pedibus.)
Hordei mundat. ℥ ij.
Carnis dactylorum, ℥ I.
Paſſularum damaſcenarum.
Glycyrrhiz. raſæ ʒ VI.
Sebeſten.
Jujub. ana num. XIII.
Sem. Bombac.
Melonum.
Cucum.
Citrull. ana ℥ ß.
Sem. Lactuc.
Papav. alb. ana ʒ ij.
Herb. Ungul. caballin.
Pulmonariæ ana M. I.
Flor. Violar.
Nenuphar. ana ℥ ß.
F. Decoctio. In colatura clarific. ac ℔ IV. adde Sacchar. alb. ℔ ij. ſacchar. roſati & diatragacanth. frig. ana ℥ V. F. ſyrupus.

Vires. *Confert his qui à morbo chronico reſurgunt, macie confectis, tabidis, phthiſicis, & ſimil.*

*Syrupi purgantes.*

1. *Syrupus Helleboratus minor Quercet.*

♃. Fibrarum hellebori nigri ʒ ij.
Agaric. rec. trochiſc. ℥ ij.
Fol. ſen. mundat. ℥ iij.
Turbith.
Hermodactylor. ana ℥ I.
Sem. Aniſi.
Fœnicul.
Cort. Citri ana ℥ ß.
Caryophyll.
Macis.
Cinamom. ana ʒ ij.

Macerentur in Oxymelitis ſimplicis, Vini malvatici, & aquarum Meliſſæ ac Fumariæ ana q. ſ. vaſe vitreo clauſo, hinc leviter bulliant ac exprimantur, Depuratæ per digeſtionem, colaturæ addantur,
Syrupi de pomis redolentibus ſolutivi.
de ſucco roſarum pallidarum.
Sacchari roſati & violati ana ℥ IV.
F. Syrupus

Vires. *Omnibus morbis à materia tartarea, craſſa ac tenace, à phlegmate aduſto, bile aut melancholia dependentibus, in capite, thorace, ventriculo, hepate, utero, ipſiſque articulis mirum in modum confert.*

M. *Habet & idem Quercetanus Syrupum helleboratum majorem, ſed ſufficit hunc in Officinis paratum aſſervare.*

¶ 2. *Syrupus Holagogus F. F.*

♃. Rad. Polypod. querc. rec.
Cappar. ana ℥ j.
Fol. Scolopendr.
Ceterach.
Meliſſ.
Betonic.
Rutæ murar. ana M. j.
Flor. Trium cordial.
Cuſcut. ana M. ß.
Sem. Limon.
Fœnic.
Aniſ. ana ʒ ij.
Carthami contuſ. ℥ j.

F. Decoctio in ſ. q. aquæ, ad remanentiam quantitatis, cui ſpecies infra ſcriptæ infundi queant. Decoctio hæc ita ſtet horis 24. tùm fiat colatura, & in hac infundantur.
Fol. Senn. mundat. ℥ IV.
Agaric. Albiſſ. ʒ ij.
Hermodactill. alb. ʒ VI.
Rad. Hellebor. nigr. in aceto præparat. ʒ j.
Epithymi
Zinzib. alb. ana ʒ ij.
Caryophyllor. ℈ ij.

Macis

Macis ℈ j.

Bulliant parum & ſtent in infuſione horis 24. hinc exprimantur.

♃. Expreſſionem integram (ad ℔ j. & ℥ iij.
Succi roſar. incarnatar. ℥ IX.
Sacchari Albiſſ. ℔ iij.
Coque ad ℔ IV. circiter.

Vires. *Convenit omnibus humoribus expurgandis, præcipuè atræ bili, ac exinde morbis oriundis.*

[*Syrupus è Lignis laxativus D. VVitzelii.*]

[♃. Limatur. Lign. Sancti ℔ ß.
Salſæpariglię ℥ iij.
Cortic. L. Sanct. ℥ i ß.
Infund. hor. 24. loco calido in ſ. q.
Aqu. hinc coqu. & cola. In colaturæ q. ſ. infunde per noctem
Rad. Polypod. qu. ʒ vj.
Fol. Senn. ſ. Stip. ʒ x.
Sem. Carthami conquaſſ. ℥ i ß.
Epithym. ʒ iij.
Paſſul. min. ſelect. ℥ IV.
Sem. fœnic. ʒ ii ß.
Ligni Santal. citr. ʒ j.

Manè coq. denuò ad conſumptionem medietatis, adde Colat. ſachari ℥ xij. f. ſ. a. Syrupus.]

[Vires. *Sanguinem mundificat in Catarrhis, & ſcabie pueris etiam utilis.*]

3. *Syrupus Vomitivus.*

♃. Aqu. Vomitoriæ ſ. benedictæ.
(ſive illa ex croco ſit, ſive ex vitro ♁ ii,) ℥ VI.
Aq. Roſar. fragrant. ℥ i ß.
Pulv. cinamom. ʒ ij.

Digerantur vaſe clauſo horis 24. poſtea cola. In colatura diſſolve Sacchari ℥ viij. coque ad conſiſtentiam ſyrupi.

HOFMAN. *Syrupus Vomitivus*) In hoc ſyrupo emetico CL. *Zwelferus* in Pharm. Auguſtan. reformat. rejicit correctionem Vitri Antimonii per aromatica factam, dum hæc ventriculum roborando vim ejus emeticam infringant, & ſic naturæ & medicamenti conatum inverti. Verùm hic metus de nihilo eſt, aromata enim quale h. l. cinamomum & aq. roſ. adduntur non ut corrigentia, ſed ſuavitatis causâ ad ſaporem & odorem medicamenti commendandum prout & ipſe *Zwelferus* in P. R. p. 32. & 33. imitatus eſt. *Deindè* nec incommodè & ſine ratione adduntur, dum enim ventriculum confortant, eum unà reddunt diſpoſitum, ut majori robore adjutus vi Antimonii emeticâ contrà vitioſos humores inſurgere & expellere poſſit.

*Doſis à ʒ j. ad ʒ iij.*

4. *Oxyſaccharum vomitivum.*

♃. Vitri ♁ ii. pulver. ʒ ß.
Acet. vini albiſſ. ℥ viij.

Infundantur in MB. I. △. per horas xv. colaturæ adde ſacchari albiſſ. ℥ IV. reduc. in patina vitrea ad conſiſtentiam.

Vires. *Uti eo poſſumus pro vomitorio adverſus febres continuas, peſtilentes & intermittentes, paulo ante paroxiſmum: item contra venena, Exanthemata, antequam ſcilic. prodierint.*

*Doſis à ʒ ij. ad vj. Sala.*

N. *Loco Vitri ♁ in his compoſitionibus ſumere quoque licet crocum metallorum, vel etiam flores ♁ ij.*

Syrupus chalybeatus, aperiens catharticus. D. D. D'AQUIN. ex D. CHARRAZ.

℞. *Limaturæ chalybis in nodulo laxo & ſuſpenſo ligatæ* ℥ vj. *rad. fænic. cichor. rubiæ tinctor. ana* ℥ iij. *tartari albi contuſi* ℥ ij. *In vaſe fictili vitreato poſitis ſuperfundantur* lib. IX. *aq. ferventis in qua chalybis fruſtum candens ſepties extinctum fuerit, vaſeque cooperto horis* xij. *ſuper cineres calidos macerentur; deinde per horam lento igne bulliant, additiſque foliorum rutæ, rumicis, lupuli, agrimonij, capilli vener. monſpel. ana* m iij. *Bulliant iterum ad tertiæ partis conſumptionem, colentur & exprimantur & colatura ſervetur. Interim* ℞ *folior. ſennæ orient. mundat.* ℥ vj. *ſem. carthami contuſi* ℥ iiij. *tartari vitriolati* ℥ j. *Macerentur ſeorſim ſuper cineres calidos hor.* xij. *in ejuſdem aq. chalybeatæ* lib. iiij. *poſtea leviter bulliant, colentur & exprimantur; colatura ovi albumine cum ſacch. opt.* lib. ß. *clarificetur & ſervetur. Tunc prioris decocti colatura ovi albumine cum ſacch.* lib. v. *e. a. clarificetur, & lento igne coquatur fere ad electuarij ſolidi conſiſtentiam, quo tempore liquor clarus poſterioris decocti priori permiſceatur, & lento igne ad ſyrupi conſiſtentiam coquantur; qui refrigeratus, olei cinnamomi ſtillatitij* gutt. vj. *ſaccharo pulverato exceptis aromatizandus erit.*

*Excellit hic ſyrupus in reſerandis obſtructionibus hepatis, lienis, meſenterij & pancreatis imo uteri; benignè purgat materias viſcidas & tartareas quæ dictas obſtructiones efficiunt; poteſt itidem feliciter adhiberi pro ſanandis cachexiis, hydrope, menſtruorum ſuppreſſione & ictero; poteſt aſſumi ſolus ex cochleari, aut admiſceri liquoribus idoneis. Doſ. ab* ℥ ß. *ad* ℥ ij.

Syrupus hydragogus ejuſdem, ex eodem.

℞. *Rad. mechoacan. ireos noſtr. ebuli rec. medullæ ſem. carthami, folliculor. ſennæ orient. folior. ſoldanellæ ſicc. ana* ℥ i ß. *turbith. gummoſi, hermodactylor. jalappæ, rhei electi ana* ʒ vj *rad. valerianæ maj. eryngij, enulæ campanæ, aſari, cortic. rad. capparis, tamariſci, ſantali citrini, ſem. ebuli, baccar. juniperi ana* ℥ ß *folior. ceterach, agrimonij, chamædryos, flor. geniſtæ ana* m j. *limaturæ chalybis nodulo incluſæ, tartari albi monſp. contuſi ana* ℥ ij. *Contuſa aut inciſa omnia in aq. cichorij* lib. ij. *& ſuccor. rad. ſambuci & folior. chærefolij depurator. ana* lib. iij *ſuper cineres calidos hor.* xxiiij. *infundantur deinde per ſeſquihoram lento igne bulliant, colentur & fortiter exprimantur; liquor verò cum ſacch. opt.* lib. iiij. *clarificetur & coquatur in ſyrupum, ſub finem addendo tartari vitriolati & ſal. polychreſti ana* ℥ ij. *refrigeratus ſyrupus olei cinnam.* gutt. iiij. *ſacch. pulver. exceptis aromatizari poterit. Datur ſolus ex cochleari, aut admiſtus liquori appropriato. Doſ. ab* ℥ j *ad* ℥ ij.

Syrupus roſarum ſolutivus aureus chymicè præparatus ex D. D. DONZELLI.

℞. *Roſar. damaſcen. q. v. illis in vas vitreum immiſſis ſuper affunde aq. roris q. ſ. poſt unius diei infuſionem deſtill. prolectæ aquæ novit roſis denuo affundatur & infuſione peracta rurſus diſtill. operatioque eadem duodecies repetatur; dein ex hac aqua fragrantiſſima cum ſacch. albiſſ. q. ſ. fiat ſyrupus, cujus Doſ. ad ſummum* ℥ x. *debet autem refrigerari priuſquam aſſumatur.*

Rob de ſpina cervina ex D. D. ZUVELFERO.

℞. *Baccar. ſpinæ cervinæ q. ſ. immittantur ollæ vitreatæ, quibus ſuperaffundatur vini boni q. ſ. (ad ſuperemin. unius vel duorum digitor.) facta maceratione die una vel altera, coquantur parum, & per linteum tandem exprimantur, Succi hujus expreſſi* lib. iij. *vel* iiij. *adde ſacch. albi* lib. j. *& junctim ad conſiſtentiam electuarij ſive rob decoquantur, adjungendo ultimo pulveris cinnamomi* ℥ ß *caryophyllor.* ʒ ij. *Zingiberis* ʒ iij. *Fiat Rob debitæ conſiſtentiæ, præſens in hydrope aſcite & anaſarca remedium.*

## CAPUT LXXXV.

### *De Tincturis.*

Tincturæ, tùm liquidioris, tùm ſolidioris conſiſtentiæ in uſu ſunt.

Liquidioris conſiſtentiæ Tincturæ nihil aliud ſunt, quàm extractiones ſine abſtracto menſtruo.

Solidioris conſiſtentiæ Tincturæ ſunt pulveres, ſine combuſtione ex liquidioribus tincturis abſtracto menſtruo reſidui. Et hoc juris ſola mineralia ſibi vendicare videntur.

Modus fiendi eſt is, quem de Extractis dedimus. Conveniunt nimirum Tincturæ cum Extractis in plurimis, adeoque non raro confunduntur, quam confuſionem ut in aliis, ita & hocce in loco removere, non abſque commodo foret. Hinc fiunt Tincturæ.

1. *Ex fructibus.*

♃. Rob. affunde 🜅, ac extrahe.

Vel ♃. Baccas ſeu fructus exiccatos, affunde ▽ con-

convenientem ſtillatitiam, ac extrahe, &c.

N. *Si Tinctura lentè inſpiſſetur, Extractum dicitur. Quercet. P. R. cap. 26. Sic fiunt Tincturæ ceraſorum, baccarum ſambuci, ebuli & ſimil.*

℞. Flores ſiccos, infunde in ∇ appropriata, (propria) vel fontana tepida, additis guttulis aliquot ſpirit. ⊕-i, vel Sulphuris.

*Famoſiores Tincturæ ſunt E Mineralibus.*

Tincturæ ⊙, ☾, ☿, ♂, ♄, ♀, ♁ ii, ⊕-i — *vide libro tertio.*

Sulphur.
Sapphiri.
Smaragdi.

*E Marinis.*

Tinctura Corallorum.
Succini.

*Ex vegetabilibus, & maximè ex floribus.*

Tinctura Alkekengi è baccis.
Eſſentia croci, vid. l. 4.
Ceraſorum nigrorum.
Fragorum.
Hypericonis, vide c. 57.
Flor. Bellidis.
Papav. Rheados.
Pœoniæ.
Roſarum.
Violarum.
Ialappæ.
Rhabarbari.
Roris Solis.
Granorum Sambuci.
Ebuli.
Tartari.

*Ex Animalibus.*

Tinctura fellis tauri; vide libr. 5.

[1. *Tinctura anodyna D Io. Dan. Horſtii.*]

[℞. Salis Tart. ✱. ana q. v. ſublim. quinquies.

℞. Hujus ſublimati pulv. ʒ j. Opii ℈ ß. g. ij. Benzoin. ℈ j. Caſtor. g. iij. Croc. ℈ ß. Spir. Vini ℔ ß. diger. per horas 48. filtr.]

2. *Tinctura Parac. diaphoretica correcta à S. Cloſſ.*

| | |
|---|---|
| ℞. Zedoar. | Saſſafr. |
| Angelic. | Sarſæpar. |
| Calam. arom. | Ulmar. an. ʒ j. |
| Galang. | Aloës. |
| Macis. | Maſtich. |
| Zinzib. | Myrrh. |
| Cinam. | Thur. |
| Gran. parad. | Camph. an. ʒ ß. |
| Piper. nigr. | Moſch. ℈ j. infund. in |
| Caryoph. | 🜈 & |

Aq. roſ. moſchat. an. q. ſ. ut ſupereminneant digitos 4. Adde ad maturandam putrefactionem,
≏ Sulph. per camp. ℥ ß.
Salis juniperi ʒ ij.
Stent in loco calido per 14. ☍.

*Doſ.* ℈ j. *in formâ qualibet. Eliquat glaciata, reſinoſa diffundit, fuliginoſa efflat, balſamicâ ſuâ vi putredinem arcet, & ſoporiferis morbis auxiliatur.*

[Hæc ferè ex omnibus radicibus, herbis, floribus & ſeminibus Alexi-pharmacis, baccis herbæ Paris, cortic. citri, Coſto, Gran. Chermes, Agallocho, Croco, & camphora paratur, infundendo in Spiritum Iuniperi & Sambuci, & deſtillato Spirituum Theriacalem addendo, nec non ſpirit. Tartari, & Vitrioli, tingitur Santalo rubro.

Doſis à guttis x. ad xx. xxx. xl. ⊕-lata, datur ubi æſtus major in febribus malignis.

quæ cum Spiritu Salis Tartari volatilis parata, ubi malignitas major.]

[Præter vim alexipharmacam etiam commendatur in atonia viſcerum, Cachexia, melancholiâ hypochondriaca, imò & in Epilepſia.]

4. *Tinctura Catheretica S. Cloſſ. Arch. Mediomatricûm.*

℞. Scammon. ℥ j.
Turbith.
Agar.
Hermodact.
Rhabarb. ana ʒ iij.

Pulveriſata indantur lagenæ vitreæ, addendo 🜈 per 40. ☍ circulati, ut acrimoniam deponat, (vel ejus loco aq. cinnam. alb. 1. exſtillat.) ℔ ß.

Infundantur per 8. ☍ in ciner. & agitentur bis aut ter ſingulis diebus, tinctus ⌒ aureo colore depleatur ſerveturque. Ejus cochl. j. M. cum ℥ ß. ſyr. roſ. pallid. viol. aut limon. aceſacti cum ⌒ ⊕-li.

*Benignè admodum corpus à ſaburrâ phlegmaticâ aut ſeroſâ vindicat & repurgat.*

## CAPUT LXXXVI.

### *De Trochiſcis.*

MAteria Trochiſcorum ſunt omnis generis Medicamenta, quæ pulveriſata, liquore convenienti, (viſcoſo,) ſuſcipi, compilari ac impaſtari queunt.

Parantur autem in Officinis Trochiſci, partim ut pulveres viſcoſo aliquo liquore compacti ab injuria aëris eò melius aſſerventur, exigenteque neceſſitate, adhiberi queant, partim quoque, ut per ſe applicentur, e. gr. Trochiſci bechici ſublinguales, prophylactici, trochiſci pro fumo, & ſimil.

*Modus fiendi.*

℞. Medicamenta ſubtiliter pulveriſata, redige in maſſam cum liquore conveniente mucilaginoſo, e. gr. cum mucilagine aliqua (Tragac.) cum ſucco, ſyrupo, & ſimil.

Ex maſſa impaſtata formantur trochiſci, ſeu parvi paſtilli, (quibus character pro libitu imprimitur,) vel fiunt inde bacilli oblongi.

*Trochiſci uſitatiores alterantes.*

*Trochiſci.*

de Abſinthio, Meſuæ, *Auguſt.*
de Agno caſto, Rhaſis, *Aug.*
Alexiterii ſ. contra peſtem, 1.
Aliptæ moſchatæ, cum ambra ac moſcho, A.
Aliptæ moſchatæ, ſine ambra & moſcho.
de Alkekengi, cum opio, A. ſine opio.
de Aniſo, Meſuæ, A.
Bechici albi, cum moſcho; A. ſine moſcho.
nigri,
rubri, ſive è bolo.
de Benzoin.
de Berberibus.
de Camphora, Meſuæ.

N. *Renodæus alios è Myrepſo ſubſtituit.*

de Capparibus, Meſuæ.
de Carabe, ſ. ſuccino, Meſuæ,

de

de Corallio, Nicol.
Diacorall. Gal.
Cypheos Damocratis.
de Eupatorio, Meſuæ
pro fumo vulgares, 2.
optimi, ſ. cum moſcho, 3.
de Gallia moſchata
Gordonii
Hedychroi
de Violis, Nicol.
de Lacca, Meſuæ
Moſchardini. 4.
de Myrrha Rhaſ.
Pectorales. Baculi pectorales, 5.
Prophylactici cum mithrid. 6.
Ramich Meſuæ.
Diarrhodon. Nicol.
de Santalis, Meſuæ.
Diaſpermaton Gal.
de Spodio
de Terra ſigillata, Meſ.
de Vipera, Gal.
de Xyloaloë. Meſuæ

Huc referendi ſunt 1. Trochiſci ophthalmici, quibus imponitur nomen Sief. 2. Candelæ pro fumo. 3. Sapo odoratus; ac 4. Poma Ambræ, de quibus partim ſuis locis, partim hoc loco.

[*Trochiſci de Catech. muſcerdæ minimâ formâ, muſchati, qui ſub lingua pro fragrantia & apophlegmatiſmo tenentur.*]

*Collyria ſunt uſitatiora,*

| | |
|---|---|
| Sief. album cum & ſine Opio, album Galeni.<br>citrinum Meſuæ<br>de plumbo Meſuæ<br>de roſis ſiccis.<br>de thure Rhaſis. | Vide Diſpenſator. |

*Trochiſci purgantes.*

Trochiſci de Agarico, Meſuæ.
Agaricus Trochiſcatus,
Alhandal. ſ. de Colocynthide,
de Rhabarbaro.
de Violis ſolutivi.

1. *Trochiſci Alexiterii Renodæi.*

♃. Rad. Zedoariæ.
Gentianæ.
Tormentillæ.
Rad. Ireos flor. ana ʒ j.
Angelic.
Cinamomi.
Caryophyllor.
Macis, ana ʒß.
Zinziber. ʒ j.
Coriandri præp.
Roſar. ana ʒ j.
Cort. citri ſicc. ʒ ij.

F. Pulvis ſubtiliſſimus, & cum ſucci Glycyrrhizæ ℥vi. f. paſta mollis, de qua formentur trochiſci, vel potius bacilli oblongi.

Vires. *Peſti præcavendæ multum conferunt, ſi in ore detineantur, vel & in ventriculum demittantur.*

2. *Trochiſci pro fumo vulgares. F. F.*

♃. Santal. citrin.
Roſar. rubr.
Caryophyll.
Cinam. ana ʒvi.
Benzoin. ℥ iß.
Styrac. calamit. ℥ i.
Sacchar. pulv. ℥xii.
Cum mucilag. Tragac. in ▽ roſ. fact. f. trochiſci.

3. *Trochiſci pro fumo cum moſcho F. F.*

♃. Benzoin. ℔ i.
Styrac. calamit. ℥ vij.
Roſar. rubr. ℥ i.
Ligni aloës ℥ß.
Caryophyll.
Santal. citr. ana ʒ ij.
Sacchar. alb. ℥ viij.
Moſch.
Zibett. ana ʒ ß.

M. & cum infuſione tragacanth. in ▽ roſar. formentur trochiſci.

Trochiſci hyſterici è Pharm. Colleg. Reg. Londin.

℞. *Aſæ fœtidæ, galbani ana ʒiiß. myrrhæ ʒ ij caſtorei ʒ j ß. rad. aſari, ariſtolochiæ longæ. folior. ſabinæ, matricariæ, nepetæ ana ʒ j. dictamni ʒ ß. Gummi, in ſucco, vel decocto rutæ maceratis, colatis, & ad mellis craſſitiem coctis, adjiciantur reliqua tenuiſſimè pulverata fiantque trochiſci ſ. a.*

Trochiſci cauſtici ex D. Charraz.

℞. *Cinerum clavellator. & calcis vivæ recenter coctæ ana ℥ j. ſublimati corroſivi & thuris maſculi ana ℥ ß. Subtiliter pulverentur & miſceantur, & cum aqua roſarum, fiant exigui trochiſci, in umbra ſiccandi.*

*Hi trochiſci brevi temporis ſpatio cauteriſant partes corporis quibus imponuntur.*

Trochiſci odorati vel auiculæ cypreæ ex eodem.

℞. *Pulver. carbon. ſalicis ℥ iij. labdani ℥ ij. ſtoracis, benzoini ana ℥ ß. maſtiches, gummi tacamahacæ odorat. ſuccini flavi ana ʒ ij ſantali citrini, ligni rhodii ana ʒ j ß. cum mucilagine gummi tragacanthæ in aq. roſar. extracta, fiant ex a. trochiſci in umbra ſiccandi.*

Trochiſci vel auriculæ cypreæ aliæ ex eodem.

℞. *Carbonum roriſmar. pulverator. ℥ iiij. labdani ℥ ij. ſtoracis, benzoini ana ℥ j. rad. cyperi, calami aromatici, maſtiches, ſuccini ana ʒ ij. caryophyllorum ʒ j. moſchi, ambræ griſeæ, zibethi ana gr. x. Cum mucilagine gummi tragacanthæ in aqua florum arantiorum extracta, fiant trochiſci in umbra ſiccandi.*

Trochiſci alii nobiliores ex eodem.

℞. *Reſinæ ſtyracis, benzoini electi, carbonum ſalicis ana ℥ j. tacamahacæ odoratæ puriſſimæ, ligni aloës veri ſubtiliſſimè pulverati ana ℥ß. ambræ griſeæ ʒ j. moſchi ʒ ß. Zibethi gr. vj. oleorum ſtillat. ligni rhodii, cinnamomi, caryophyllor. ana gutt. vj cum mucilagine gummi tragacanthæ in aq. roſar. extracta fiant ex a. trochiſci.*

¶ 4. *Trochiſci moſchardini alias confectio moſchardina: corpus ſine anima.*

♃. Moſchi ex ▽ roſar. diſſolut. ℈ j.
Sacchari albiſſ. ʒ vi.
Amyli. ʒ v.

Atterantur piſtillo, & cum mucilagine tragacanth. (ex ℥ i.) in ▽ roſar. fact. f. grana inſtar hordeaceorum, quæ exiccentur in umbra, pro uſu:

N. *Sunt qui ſanguinem Draconis ʒ ij. addunt.*

Vires. *Graveolentiam oris emendant, ſi paſtilli unus ac alter in ore detineantur.*

5. *Baculi pectorales F. F.*

♃. Spec. Diatragac. frigid.
Diaireos ſimpl. ana ʒ i.
Rad. Liquirit. ʒ ß.
Sacchar. albiſſ. ℥ vi.
Cum mucilagin. Tragacanth. F. Baculi.

Vires. *Tuſſim leniunt, aſperitatem demulcent.*

6. *Trochiſci Prophylactici cum Mithridatio, F. F.*

♃. Boli armen. in ſucco citri infuſi & exiccati ʒ i.
Corall. rubr. præpar. ℥ ij.
Raſur. c. c. ʒ i.

Succin

Succin. alb. ℈ ij.
Rad. Tormentill.
Pimpinell.
Imperator.
Angelic.
Zedoar.
Cinamom. ana ʒ ij.
Croc. ℈ j.
F. Pulvis ſubtiliſſimus.
♃. hujus pulveris ʒ ij.
Mithridatii opt. ʒ I.
°S° Cinamom.
Angelic. ana gutt. I.
Sacchar. albiſſ. ℥ iij.
Cum mucilagine G. Tragac. in ▽ angelicæ facta.
F. Trochiſci.

Vires. *Frequenti hic in uſu ſunt ad peſtem præcavendam.*

Hujus quoque loci ſunt, candelæ & baculi fumales, quæ fiunt ex pulveribus odoriferis, impaſtatis mucilagini Tragacanth. Styrac. & ſimil. uti trochiſci pro fumo, à quo non differunt, quoad modum fiendi.

*Sic ſunt.*

7. *Candelæ fumales. F.F.*

| | |
|---|---|
| ♃. Benzoin. ℥ XVI. | Oliban. |
| Lign. Aloës. | Maſtich. |
| Rhod. | Caryophyll. ana ʒ iij. |
| Santal. citrin. | Sacchar. alb. ℔ ij. |
| Ladan. ana ℥ IV. | Carbon. tiliæ ℔ IV. ß. |

F. omnium pulvis ſubtiliſſimus & cum mucilagine tragacanth. in ▽ roſar. majoran. & cort. citri facta, formentur candelæ, addendo parum ſtyracis liquid. & terebinth.

8. *Maſſa ſeu baculi pro fornace.*

♃. Benzoin.
Storac. cal. ana ℥ VI.
Ladan. opt. ʒ VI.
Balſam. indic. ʒ iij.
Lign. aloës ʒ iij. (præſtat Extract.)
Moſch. Alexandr.
Zibett. ana ℈ j. M. f. a. f. Maſſa.
Formenturque inſtar ceræ Hiſpanicæ baculi fornaci affricandi.

## CAPUT LXXXVII.

### *De Balſamis inunctoriis, Linimentis, & Unguentis.*

Balſami Inunctorii, Linimenta & Unguenta, vi: præparatione, & ferè, non niſi conſiſtentia, inter ſe differunt, quam illi liquidiorem habent inſtar mellis; iſta paulò duriorem, ac vix fluidam; hæc craſſiorem adhuc, minuſque fluidam: ubi tamen notari velim, in praxi plerumque Linimenti ac Unguenti nomina confundi.

Materiæ, ex quibus parantur, ſunt olea, butyrum, adipes, ſeva, medullæ, reſinæ, mucilagines, ſucci; ut & res aliæ, quæ aptæ ſunt dictis materiis, vel ſub forma pulverum immiſceri, vel in iiſdem colliquari, &c.

N. I.

*Sumitur ad Olei ℥ j. pinguedinis ferè* $\left\{\begin{array}{l}\text{ʒ j. vel iij. in linimentis.}\\ \text{ʒ j. vel i ß. in balſamis.}\\ \text{ʒ ii ß. vel ℥ ß. in unguentis: addità inſuper pulveris ʒ j. \&c.}\end{array}\right.$

N. 2. *Balſami ob molliuſculam conſiſtentiam Cerà carent. Linimenta vel nihil, vel parum admittunt, (ſcilicet ad Olei ℥ j. Ceræ ʒ j.) Unguenta vero uti conſiſtentiam requirunt craſſiorem, ita & materiam volunt puriorem, adeoque Ceram copioſiorem & nonnunquam gummata.*

*Modus parandi.*

Recipiuntur Olea, hinc adduntur quæ craſſiorem inducunt conſiſtentiam, idque vel ſolâ miſturâ, vel, ſi opus ſit, liquefactione interveniente.

N. I. *Fieri poteſt quoque linimentum unguentumvè ex pulveribus, melle, oxymelite, ſyrupo, & ſimili ſuſceptis, in forma ſcil.* Electuarii.

N. 2. *Succi aquei ſi addendi ſint, coquendi illi ſunt cum oleis ad humiditatis illius aqueæ conſumptionem, cujus indicium eſt, ſi inſtilletur guttula ſuper prunas, ſine ſtrepitu.*

*Balſami uſitatiores ſunt.*

Balſamus Balſaminæ, I.
Hiſpaniæ, 2.
Hyperici magiſtralis, 3.
Mirabilis ſ. compoſ. 4.
Uterinus. 5.
Vulnerarius, *6*. 7. 8. 9. 10.

*Linimenta uſitatiora ſunt.*

Linimentum ♄ i, id eſt Balſamus ♄ i dictus, II.
Linimentum de Amianto, 12.
dentifricium, 13.
Errhinum, 14.

*Unguenta uſitatiora.*

*Unguentum.*
Agrippæ Meſuæ, *Aug.*
Ægyptiacum, A.
Alabaſtrinum, A.
Album Avicenn.
Album Camphoratum, A.
*Unguentum.*
Altheæ ſimplex, Dialthæa, I.
compoſitum. A.
Anodinum, Cord.
Anodinum, 15.
Anodin. Podagricum, Croll. *16*.
Apoſtolicum Avicenn. A.
Aregon. A.
Arthanitæ majus,
minus.
Aureum, Meſuæ.
Baſilicum.
de Bdellio.
Butyraceum nervale, 17.
de Calce.
ad Caruncula penis.
de Ceruſſa Avicenn.
Citrinum.
Clyſmaticum.
Comitiſſæ.
Cardiacum, 18.
Cordiale, 19. 20.
de Cyclamine.
de Cynogloſſa.
Fuſcum.
de Glycyrrhiza.
ad Hæmorrhoides.
Noribergenſe.
Infrigidans Galeni.
Iovis, ſ. de Verbena.
de Lythargyrio.

Martiatum

| | |
|---|---|
| Martiatum magnum, | Nicolai, A. |
| parvum. | Populeum. |
| Mercuriale. | Potabile. |
| de Minio camphoratum. | Reſumptivum. |
| Narcoticum. 21. | Roſatum. |
| Nervinum. | Rubeum camphoratum. |
| *Vnguentum.* | ad Scabiem, 24. |
| de Nicotiana. | Spleneticum, |
| Nihili ad Oculos. | de Succ. Arantii. |
| Ophthalmicum, 22. | Sympatheticum, 26. |
| Pectorale. | Terebinthinæ, 27. |
| Pediculorum. | ad Tineam. |
| ad Perniones, 23. | de Tutia. |
| Pomatum. | ad Vermes. |
| Diapompholygos ſ. Nihili. | Violatum. |
| | Viride Reginæ. |

Viride potabile. Butyrum Viride, 28.

1. *Balſamus balſaminæ ſic fit.*

℞. Fol. florum & fructuum balſamin. ana ℥ iv.
Rad. conſolid. major.
Ophiogloſſ. ana ℥ ij.
Ariſtol. rot.
Zedoar. ana ℥ ß.
Viſci in folliculis Ulmi reperti ℥ i ß.
Succi aſtacor.
Fol. pervinc. &
Sanic. ana ℥ j.

Infund. in Ol. oliv. q. ſ. & inſolentur. Colato oleo ad libr. ſing. adde Ol. vernic. liquid. ℥ j.

*Hic Balſamus inſervit nervoſis partibus vulneratis aut ambuſtis, dolorem hemorrhoidum ſedat & mammillarum inflammatarum, addito camph. tantillo, cicatricibus delendis prodeſt cum ol. ovorum mixtus.*

*Balſamus Hiſpaniæ.*

℞. Olei vetuſtiſſ. ℥ iv.
Hyperic. ℥ ij.
Terebinth. puræ, ℥ viij.
Frumenti integr. ℥ i ß.
Rad. card. bened.
Valerian. ana ℥ j.
Thur. pulveriſat. ℥ ij.

Radices & herbæ craſſo modo contuſæ, ponantur in olla, infundanturque in Vini albi generoſi, q. ſ. ut omnia in Vino mergant, per ☌ (2.) ad hinc adjiciantur oleum & frumentum, coquanturque omnia ad Vini conſumptionem. Mox factâ forti expreſſione, addatur Terebinth. & Thus, & iterum parum ebulliant, ſerventurque in vaſe vitreo.

Vires. *Sanat vulnera partium etiam nervoſarum ſpatio, ut ajunt, viginti quatuor horarum.*

*Modus utendi talis eſt.*

Abluto prius vulnere Vino albo frigido, ſtatim inungitur totum vulnus oleo prædicto calente: quod ſi hoc commodè fieri nequeat, per ſyphonem intra vulnus, tanquam per clyſterem immittitur & confertim labra vulneris ad mutuum contactum adducuntur ligaturâ, aut ſuturâ, aut glutine: deinde partes circumſtantes prædicto oleo ſimiliter inunguntur. Supra vero vulneris labia jam reducta, linteum imponitur, prædicto oleo madens, & ſupra hoc aliud Vino nigro expreſſum, mox alia lintea ſicca: deinde faſcia ſuperligatur, *Vide Hieronymum Fabricium ab Aquapend. ſecundo Opere Chyrurg. part. 2. c. 7.*

3. *Balſamus Hyperic. Magiſtralis. ſ. oleum hyperici magiſtrale.*

℞. Ol. oliv. ℔ j.
Vini rubr. odor. ℔ ß.
Lumbricorum ſale communi aſperſorum ℥ iv.
Terebinth. Venet. ℥ ij.
Granorum matur. Matriſylv. Septembri collect. M ij.
Florum hyperic. p. iv.

Inſolentur per æquinoctium æſtivum aut paulò poſt, colato liquori adde ſpiritus tereb. in quo ſalis ♄ni quantum capere poterit ſolutum ſit ℥ ij.
Ol. Myrrh. ℥ j. M.

*Per ſe vulnera curat.*

4. *Balſamus mirabilis ſive Compoſitus.*

℞. Balſam. Momord. ſeu Balſamin. ſequent. ℥ iv.
Sulph. per-∽um tereb. extract. ℥ i ß.
Ol. hyperic. magiſtrâl. ſeq. ℥ ij.
Tinctur. ♂tis.
Magnetis alb. pulveriſ. ana ℥ ß.

Digerantur per menſem. Inſtillentur guttulæ aliquot in vulnus calidè, appoſito deſuper Empl. dia-Sulph. Rulandi.

*Ex communicatione S. Cloſſ.*

5. *Balſamus Vterinus.*

℞. Galban. puriſſ.
Serapin. elect. ana ʒ vi.
Aſ. fœtid. ʒ ß.
Ammoniac. ʒ j.

Diſſolve in oleo deſtillato Juniper. & Terebinth. addendo olei Lauri ſtillat. ℈ ß. ſuccin. ℥ ß. M.

Vires. *Vteri ſuffocationes inſigniter ſiſtit, menſtrua ciet, ſi umbilico inungatur, vel abdomen deorſum eo confricetur.*

6. *Balſamum vulnerarium, Crollii.*

℞. Flor. Hyperic. ℔ i.

N. *Colligantur cum Solis ortu, balſamico tempore, in exaltatione; videlicet circa Feſtum Iohannis ante novilunium.*

Flor. Cheiri.
Centaur. min.
Chelidoniæ.
Prunell.
Chamæmill.
Rad. Ariſtoloch.
Conſolidæ mediæ vel majoris ana ℥ i ß.
Roſar. rubr. ℥ ii ß.
Mumiæ tranſmar.
Myrrh.
Thuris ana ℥ i ß.
Maſtich. ℥ j.
Storac. liquid. ℥ ij.

Inciſis incidendis & tritis terendis F. infuſio in 🜄 boni, ℔ viij. ☌. aliquot, hinc decantetur cum forti expreſſione. Spiritui huic tincto, (niſi velis majoris efficaciæ ergo reiterare infuſionem florum,) addatur olei olivarum recentis, quod ſupra ramenta pinguia abietina per octo dies, in digeſtione ſtetit, ℔ v. Terebinth. claræ commun. & reſinæ laricceæ lotæ in 🜄 hyperic. ℔ i ß.

Iterum per ☌ 14. omnia digerantur: ultimo abſtrahatur 🜄 in MB. tunc balſamum manebit in fundo rubeum, inſtar ſanguinis.

Vires. *Balſamum eſt ad vulnera & punctiones ſanandas efficaciſſimum. Confert & in omnibus tumoribus, inflammationibus, contractis & contuſis membris, ruptis oſſibus.*

*Vſus idem qui præcedentis eſſe poteſt.*

Q 7. *Bal-*

7. *Balſamus vulnerarius.*

♃. Galbani.
Ammoniac.
Bdell. ana ℥ß.

Macerentur in ✠ per ♂ 3. hinc colentur & inſpiſſentur ad conſiſtentiam mellis.

Poſtea.

♃. Myrrh. rubr.
Maſtich. el. ana ℥ß.
Oliban. ℥j.

Pulveriſata ſolve coquendo igne lento in Ol. Olivar. ℔ 1. oleum ſcil. per vices affundendo, ſemperque agitando, donec poſteriora hæc bene fuerint eliquata.

Tandem gummata illa priora inſpiſſa (uti dictum,) admiſce ſimili modo agitando, & dein recens oleum olivarum per vices affundendo, donec & altera quoque ℔ olei adjecta fuerit, & Balſamus aliquid flavedinis contraxerit.

Vulnera recens punctim & cæſim facta, citiſſimè curat.

*Uſus idem eſt qui præcedentium.*

F. *Fortior erit in mundificatione vulneris, ſi æruginis ℥j. addideris, & per menſem inſolaveris, qua ratione fæces ſubſidentes rejici queunt. Hartm. in praxi.*

8. *Alius Balſamus Vulnerarius.*

♃. Ol. Olivar. ℥ IV.
Terebinthin. ʒ VI.
Maſtich. ʒ v.
Thur. ℥j.
Myrrh. ʒ VI.
Galban. ʒj.
Ærugin. ʒiij.
Camphor. ʒj.
Acet. opt. ℥ ii ß.
Sp. vini ℥ß.

Coq. ad conſumptionem aceti. Colatura ſervetur pro uſu.

9. *Balſamus Vulnerarius Metenſium.*

♃. Ol. oliv.
Sem. lini purif. ℔ ß.
Laurini ℥j.
☋ Baccar. junip. ſtill. ℥ß.
Garyophyll. ʒj.
Aloës ſuccotr. ʒij.
Tereb. Venet. ℥ij.
Virid. æris ʒ iij.
⊖ alb. ʒiß.

Pulveriſanda pulveriſentur & coquantur ſimul △ lento dum virorem acquirat oleum. F. Balſ.

*Lavetur vulnus recens ſive cæſim, ſive globulo ſclopetico inflictum vino tepente, deinde Balſamus ex tomento lineo, quantum fieri poteſt calidè inſtilletur & Empl. ſtictico Croll. obtegatur pars vulnerata. Brevi admodum tempore curat, ſymptomata vulnerum, imprimis vero Synoviam arcet, morſuum venenatorum malitiam corrigit. Ex communicatione S. Cloſſ.*

10. *Balſamus vulnerarius Samaritanus.*

♃. Ol. Olivarum, vel hyperic.
Vini alb. generoſ. vel rubri. an.

Coquantur ad ignem ad conſumptionem vini.

Vires. *Inſignis eſt ad vulnera recentia mundificanda, & conſolidanda.*

11. *Linimentum de ♄. Balſamus ♄.*

Solve Sal ♄i in ✳, ut optimè eo impr ægnetur, hinc abſtrahe aliquantulum ✳, miſceque hujus ʒ viij. cum olei roſat. ℥ IV. VI. &c. agitaque ut f. Linimentum.

Vires. *Confert Inflammationibus, & ambuſtis illitum.*

12. *Linimentum ♄i compoſitum, ſeu Linimentum de amianto.*

♃. Amiant. ʒ IV.
Plumb. uſt. ℥xij.
Tut. præparat. ℥ij.

Calcinentur, deinde pulveriſata macerentur cum ✳, ac quotidiè per menſem materia agitetur ſemel: poſt menſem ebullienda eſt unius horæ quadrante, ac quieſcere ſinitur, donec clareſcat.

Deinde,

♃. Aceti hujus clari.
Ol. Roſac. ana.

Miſc. optimè, donec F. Linimentum.

Vires. *Miraculoſum eſt, ad tineam puerorum, & ad ulcera tibiarum ſananda. Inungitur ſcil. puerilis caput totum ad ſcabiem, Ulcera veſperi inunguntur, Boëtius de Boodt.*

13. *Linimentum dentifricium.*

♃. Rad. Ireos ʒj.
Pumic. ʒiß.
Alum. uſt. ℥ß.
Oc. ♋.
Corallor. rubr. ana ʒj.

Pulveriſata excipiantur melle roſato F. Linimentum.

14. *Linimentum Errhinum.*

♃. Succ. Ireos.
Cyclamin.
Majoran.
Betæ ana ℥ij.
Ol. Irin. ʒ VI.
Elaterii gran. vij. cum Cera.
F. Linimentum. *Crato.*

Linim nta varia ex D. CHARRAZ.

Linimentum hæmorrhoidale.

♃. *Flor. ſulphur. ʒ ij. olei ovor. ℥ß. olei roſati ℥j. M. F. linimentum hæmorrhoidibus admovendum. vel.*

℞. *Sal. Saturni ℥ß. olei camomillæ, roſati, ſucci capillor. vener. an ℥ ij. F. ex a. linimentum ad formam nutriti. vel*

℞. *Olei lini, pulpæ cepæ ſub cineribus coctæ ana ℥ ij. ceræ albæ ℥ß. F. ex a. linimentum. vel*

℞. *Pulpæ millepedum, unguenti populei, olei ovorum ana ℥j. extracti opij ʒß. M. F. ex a. linimentum.*

Linimentum ad Herpetes.

℞. *Mercurij præcipitati rubri vitrioli viridis ana ℥j. aluminis uſti ℥ß. viridis æris, borracis ana ʒ ij. ſucci Lapathi acuti ℥ ij. axungiæ porci, butyri recentis ana ℥ iiij. olei hyoſciami expreſſi ℥j. F. ex a. linimentum.*

Linimentum Iſchiadicum.

℞. *Canes noviſſimè natos & talpas viventes ana* No. iij. *lumbricor. terreſtr.* lib. j *folior. lauri, roriſmar. menthæ, majoranæ, lavendulæ, ſerpylli, hyperici ana* m j *Coquantur in olei communis & vini rubri ana* lib. iij. *ad vini conſumptionem, poſtea colentur, & fortiter exprimantur, addendo expreſſioni ceræ citrinæ, & axungiæ anatis ana ℥ x. & factum erit linimentum.*

*Sed & dolores iſchiadicos & rheumaticos calide prope ignem parti affectæ inunctum.*

Linimentum ad variolarum cicatrices prohibendas.

℞. *Lythargirij auri præpar. ceruſſæ in aq. roſar. lotæ ana ℥j. olei ſeminum 4. frigidor. maj. mundator. amygdalar. dulc. & ovorum ana ℥ß. aquar. ſolani, plantaginis ana q. ſ. F. ex a. linimentum ad formam nutriti.*

Linimen-

Linimentum ad arcendum vomitum.

℞. *Olei nucis moſch. expreſſi & aq. reginæ hungariæ ana ℥ ß. olei ſtillati abſinthij ʒ j. maſtiches electæ ſubtiliter pulveratæ ʒ ij. M. F. ex a. Linimentum. Applicatur calide ſtomacho.*

Linimentum Somniferum.

℞. *Vnguenti roſati & populei ana ℥ j. olei ſem. hyoſciami expreſſi ʒ ij. extracti opij liquidioris ʒ j. M. F. Linimentum ad uſum. Applicatur fronti & temporibus, pro ſedandis doloribus capitis, & ſomno conciliando.*

Vnguentum Acopum D. D. MEISNERI ex D. D. SCHVLTZIO in Miſcell. curioſ. Germanor.

℞. *Rad. Hyoſciami* m iij. *herbar. cicutæ, ſolani, parietariæ, lactucæ, anac gallid. ſempervivi ana* m ij. *herb. paridis cum uvis vel baccis, papaveris, roſæ caninæ, verbaſci ana* m ij. *ranar. virid.* No viij. *lumbricor. terreſtr.* ℥ iij. *axungiæ porcinæ* ℔ viij. *Contuſis, ac invicem probè mixtis adde vini hiſpanici* lib. iiij *Peracta dein digeſtione dierum ſex, fiat decoctio ad conſumptionem vini, colaturæ expreſſæ adde ſuccor. inſpiſſat. Rad. & herb. hyoſciami, herb. ſolatri ana ℥ iij. pulpæ caſſiæ ℥ vj. opij thebaici ℥ ij. ſtyracis calam. ℥ j. pulver. herbæ ſolatri, corticis mandragoræ ana ℥ ß. croci orientalis ʒ ij. camphoræ ʒ i ß. Cum ſufficienti q. olei papaver. & hyoſciami M. F. ſ. a. Vnguentum, quod Thorunii uſitatum eſt in podagra.*

Vnguentum adſtringens è Pharm. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Olei roſati in aq. aluminoſa ſæpe loti,* lib. i ß. *ceræ albæ ℥ iiij. gallar. immaturar. nucum cupreſſi, baccar. myrti, balauſtior. malicorij, cortic. glandium, acaciæ, rhois, maſtiches ana ℥ j. Omnia optimè trita macerentur in ſuccis meſpilorum & ſorborum per quatriduum; dein ſiccentur igne miti; ſicque cum oleo & cera, F. unguentum ſ. a.*

Vnguentum amarum ex eadem Pharmacopæa.

℞. *Olei rutæ, ſabinæ, menthæ, abſinthij, amygdalar. amarar. ana ℥ i ß. ſucci florum vel folior. perſicæ, abſinthij ana ℥ ß. pulver. rutæ, menthæ, gentianæ, centaurij minor. tormentillæ ana ʒ j. ſem. cantium, pulpæ colocynthidos ana ʒ ij. aloës hepaticæ ʒ iij. farinæ lupinor. ℥ ß. myrrhæ in aqua graminis lotæ ʒ i ß. fellis taurini ℥ i ß. Cum ſucci limonum q. ſ. & ceræ ℥ i ß. F. unguentum ſ. a.*

Vnguentum ad ambuſta ex D. CHARRAZ.

℞. *Butyri recentis* lib. ij. *in liquefactum igne moderato butyrum, injiciatur extra ignem nivis quantum calor butyri liquefacere poterit; collectoque butyro aquam nivis ſupernatanti, addatur ceruſſæ venetæ pulver. ℥ j. caphuræ, cum tantillo ſpir. vini pulveratæ ʒ j. & factum erit unguentum.*

Vnguentum aliud ad ambuſta ex Eodem.

℞. *Axungiæ porci maſculi* lib. j. *vini albi* lib. ij. *folior. ſalviæ minor. hederæ terreſtr. & muralis, majoranæ, ſempervivi maj. ana* m ij. *coquantur ſimul igne lento ſæpius movendo, ad humidi conſumptionem, deinde colentur & fortiter exprimantur, & ſervetur unguentum ad uſum.*

¶ 15. *Unguentum C. C. Anodynum Guilhelmi Simonidis.*

♃. C. C. dimidium minutim inciſum ponatur in cacabo vino pleno, addito ſemper vino q. ſ. bulliant, ad uini conſumptionem. Deinde abjecta craſſiore C. C. parte, medulla remanens fricetur manibus, adde poſtea.

Ol. Abrotan.
Hyperic.
Aneth.
Scorpion.
Lumbricor. terr.
Nucum.
Laurin.
Rut.
Spic.
Sabin. ana ℥ ß.
Axung. human. ℥ i ß.
Caſtor. ʒ ij.
Nitri ʒ i ß.
Euphorb. ʒ ß.
M. F. ſ. a. Vnguent.

Vires. *Summe prodeſt in doloribus ſcorbuto-colicis atrociſſimis, tum & in pareticis & podagricis, aliiſque torminibus.*

16. *Unguentum Anodynum in Podagra.*

♃. Flor. Roſar. ſylveſtr. M. x.
Herb. & Cortic. exterior. hyoſcyam. recent. M. vi.

Conciſa coquantur in Vini menſur. ſ. hinc exprimantur & colentur. Colaturæ l. △ ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatæ, adde pingued. ſuill. caſtrat. ℔ ij. miſce optime ad △, tandem ubi parum refrigerata fuerint: admiſce.

Opii in vino ſolut. ʒ j.
Croci pulv. ad magnitudinem avellanar. duarum.
Extract. flor. verbaſci. ℥ ß.
F. Vnguentum.

Vires. *Singulare eſt in ſiſtendo dolore Podagrico & Nephritico, ſi calide affectus illo inungatur.*

N. *Ubi dolori nephritico velis applicare, opera pretium feceris, ſi manipul. duos vel tres baccarum Iuniperi ab initio compoſitionis cum hyoſcyamo teras & exprimas Croll.*

17. *Unguentum butyraceum nervale S. Cloſſ.*

| | |
|---|---|
| ♃. Herb. abſynth. virid. | Sabin. |
| Majoran. | Tanac. |
| Siſymbr. | Arthemiſ. |
| Hyſſop. | Abrotan. |
| Meliſſ. | Flor. Chamæm. |
| Calamenth. | Melil. |
| Orig. | Hyperic. |
| Baſilic. | Beton. |
| Hyperic. | Agrimon. |
| Rut. | Centaur. min. ana M. j. |
| Calend. | |

Concidantur minutim & in magno fictili bull. in butyr. Majal. ℔ vii. ▽ ℔ vi.

Percoctis herbis & conſumpto ▽ exprimantur per torcular & coquantur ſimul cum butyro, admiſcendo ſucci nicot. depurat. ℔ ij.

Tereb. lot. ℔ j.
Ceræ ℥ vi. F. Unguentum.

Vires. *Valet ad omnes affectus frigidos nervorum, ſpaſmum Cynicum, præſertim ſi ſpondyli cervicis & partes illæ quæ movent muſculos faciei eo inunguntur, ſi verò totum pectus & cartilago Xyphoides, tunc ſedat ſingultum, tuncque ſic præſcribitur.*

♃. Balſ. Peruvian. ʒ j.
Butyroſi noſtri ʒ ij.
▽ ℥ j. M. omnia ad exhalationem uſque ▽.

Vnguentum catapſoras è Pharm. Colleg. Reg. Londinenſis.

℞. *Ceruſſæ in aq. portulacæ priùs lotæ, deinde in aceto (poſt maceratas in eo raphani ſylveſtris radices) expreſſo, lapidis calaminaris, chalciteos ana ʒ vj plumbi uſti, ſanguinis hircini ana ℥ ß. argenti vivi ſublimati ℥ j. ſuccorum ſempervivi, ſolatri, plantaginis ana ℥ ij. axungiæ porcinæ à pelliculis mundatæ ℔ iij. olei violarum, papaveris, mandragoræ ana ℥ j. Primò ſublimatum & axungia; deinde olea, ſucci & pulveres ritè miſceantur, ut F. Unguentum ſ. a.*

¶ 18. *Unguentum Cardiacum.*

Hertzgeſpan-Salb.

| | |
|---|---|
| ♃. Herb. Cardiac. | Amar. dulc. |
| Chamædr. | Scabioſ. |
| Malv. | Sempervív. |
| Senecii. | Morſus galin. ana M. ij. |
| Jaceæ. | |

Incidantur & coquantur in ℔ viij. butyri recentis ad conſumptionem aquoſitatis, dein exprimantur, & F. Unguentum.

Vires. *Frequentis uſus eſt in affectu infantum, quem Cardiacam appellant. Fricant eo hypochondria & locum cardi, &c.*

19. *Unguentum Cordiale, D.D. Arnold. Weickhardi pro Officinis. F. F.*

♃. Ung. roſar. Meſ. ℥ iij.
Ol. Scorpion. ſimpl. ℥ i ß.
Nuciſt. expreſſ.
Stillat. cort. citri.
camphor. ana ʒ j.
Antidot. Matthiol.
Theriac. Andr. ana ʒ i ß.
Aloës roſat. ʒ ij.
M. F. Linimentum.

Vires. *Corroborat Balſamum vitæ, languidiſque viribus ſubvenit, Cordi inunctum.*

20. *Unguentum Cordiale Cl. Ludovic. ab Horning.*

♃. Vng. roſ. opt. loti ℥ iij.
Balſam. Apoplect. ℈ j.
Ol. nuciſt. expreſſ. ʒ j.
Still. cort. citri ℈ ß.
Cinam. g. v.
Roſar. g. vi.
M. optimè.

*Uſus idem qui prioris.*

Vnguentum enulatum è Pharm. Colleg. Reg Londinenſis.

℞. *Radic. enulæ in aceto minùs acri coctarum, contuſarùm & per cribrum trajectarum, ℔ j. terebinthinæ eodem decocto lotæ ℥ ij. ceræ citrinæ ℥ j. axungiæ porcinæ veteris ſalitæ, olei veteris ana ℥ iij. ſalis communis ℥ ß. Axungiæ, ceræ & oleo liquefactis adde terebinthinam, pulpam enulæ, ſalemque minutiſſimè pulveratum, & fac unguentum ſ. a.*

Vnguentum enulatum cum mercurio ex eadem Pharmac.

*Fit ex priori unguento, immixtis ℥ ij. hydrargyri, non ſolùm ſaliva aut ſucco limonum, ſed etiam tota terebinthina ad hoc ſervata, & axungiæ parte, in mortario lapideo, indefeſſa agitatione extincti.*

¶ 21. *Unguentum Narcoticum.*

♃ Sac. har. ♄ni ʒ ij.
Opii ʒ j.
Camphor. ℈ j.
☍ expreſſ. nuc. moſch. ℥ j.
nucleorum perſic. ʒ ij.
ambr.
Moſch. an. ℈ j. F. ſ. a. Vnguentum.

Vires. *Non tantum tolluntur ardores & dolores Capitis, ſed etiam ſuaviter conciliatur ſomnus, ſi utraque tempora eo illinantur.*

Vnguentum Neuriticum ſecretum familiæ cujuſdam nobilis ex D. DANIELE PROTTENIO in Act. medic. Hafnienſibus Bartholinianis.

℞. *Canem juniorem per totam cutem rubicundi coloris, hunc duorum menſium, vel ſex ad minimum ſeptimanarum ſpatio, ad ſatietatem ciba ac ſagina juſculis ex lacte, cui ſimplicia neuritica (uti ſunt teſtudines, conchæ, lumbrici, oſſicula pedum animalium contuſa, herbæ itidem, floreſque roriſmar. lavendulæ, ſalviæ, betonicæ, hyperici) fuerunt incocta, paratis. Deinde bene ſaginatum eundem ac eviſceratum, imple iterum modò recenſitis ſpeciebus, præſertim verò lumbricis, tum terreſtribus, tum humanis, limacibuſque tam albis quàm rubris, quibus inſuper axungiam humanam atque caſtoreum adjungere, ac loco lardi exterioribus ejus partibus, limaces lumbricoſque circumcirca intertexere poteris. Atque ſic demum hoc modo præparatum canem unà cum pilis lento carbonum igni commove, ac deſtillata exinde pinguedine ſæpius humecta eundem ſuperficialiter, idque tamdiu repete, uſquedum liquor iſte ſatis ſit imbutus ſupradictarum ſpecierum virtutibus. Tum recipe hujus oleoſæ pinguedinis ℔ ij. eique antequam prorſus frigeſcat, infunde axungiæ humanæ et caſtorei deſtill. ana ℥ iij. olei lavendulæ, roriſmar. ſuccini deſtill. ana ℥ i ß. Atque tunc demum præparatum eſt admirabile unguentum in vaſis bene cuſtoditis ſervandum, quod in doloribus arthriticis, tam vagis, quàm ſimplicis, luxationibus, ariditatis membrorum, ſpaſmo & quampluribus aliis nervoſo generi familiaribus morbis præſentaneum ac admirandæ virtutis eſt remedium.*

¶ 22. *Unguentum Ophthalmicum, F. F. D. D. de Spina.*

♃. Tut. præparat. ℥ ß.
Camphor. ℈ j.
Aqu. roſar. alb. ʒ j.
Butyr. rec. ℥ j.
Virid. æris parum.
M. F. Vnguent.

Vſus. *Applicatur ciliis, in inflammatione ac rubedine oculorum.*

Vnguentum ophthalmicum aliud ex D. D. WILLIO in Actis Hafnienſ. Bartholin.

℞. *Vnguenti nihili & de tutia ana ʒ ij margaritar. corallor. oculor. cancri, tutiæ, omnium præparator. ana ℈ j. camphoræ gr. vj fol. auri & argenti ana No iiij. M. F. unguentum hora decubitus lentis magnitudine cantho oculi majori indendum, & infra palpebras allinendum. Dici non poteſt quàm citò unguenti hujus uſu ophthalmiæ violentia laxetur, adeò ut manu ferè abſtergi malum videatur; ex medicamentis quippe quibuſdam refrigerantib. adſtringentib. & deſiccantibus conflatum, ritè jam celebratis univerſalibus omnibus non poteſt non eſſe conducibile. Poteſt etiam addi ſacch. ſaturni ℈ j. atque camphoræ pondus duplicari ſicque ſentietur effectus promptior felicitas.*

Vnguentum aliud ophthalmicum ex D. CHARRAZ.

℞. *Vnguenti roſati ℥ ij. mellis narbonenſ. ℥ ß. aloës electæ & ſarcollæ pulveratar. & in lacte muliebri per dies tres ſine agitatione infuſar. mutato lacte unaquaque die, ana ʒ ij pulver. trochiſcorum albor. rhaſis, boli armenæ, tutiæ præpar. ana ℈ iiij. Virid. albi, ſacch. candi ana ʒ j pulveris croci, myrrhæ & olibani ana ℈ ij opii thebaici gr. xv F. ſ. a. Vnguentum. oculo ad modum præcedentis indendum, manè ſubſequ. oculum aqua plantag. aut roſar. alba abluendo.*

Unguentum ex Oxylapatho è Pharmacop. Colleg. Reg. Londinenſ.

♃. *Rad. oxylapathi in aceto ad putrilaginem coctæ, & per ſetaceum trajectæ, ſulphur. in ſucco limonum abloti ana ℥ j ß. axungiæ ſuillæ in ſucco ſcabioſæ ſæpius lotæ ℔ ß unguenti populei ſucco enulæ contriti ℥ ß. olei ligni rhodii guttulas aliquot. Omnibus in mortario ſubactis. F. unguentum ſ. a.*

¶ 23. *Unguentum ad perniones mirandum.*

♃. Cer. flav.
Picis.
Reſin. alb.
Ol. Olivar.
lin. ana ℔ ß.
Sevi bovini.
Vervec. liquat. ana quart. iij.
Thur. albiſ. ℥ ij.
Minii ♄ i officinarum ℥ iv. F. Unguentum.

*De quo illinatur calidè cum pluma pernio ulceratus ſuppoſito linteolo mundo. Non ulceratus v. fortiter petreolo ante △ confricetur. Tantæ utilitatis eſt, ut quotannis plures iſtius Ung. libras in pauperes erogat, S. Cloſſ. Fiſſuras inſuper mammillarum & Eryſipelata leviora ſanet præcedente fotu cum ▽.*

Vnguentum ad capiendos piſces ex D. CHARRAZ.

♃. *Axungiæ humanæ & cati ana ℥ ß. mumiæ ſubtiliter pulver. ʒ iij. ſem. cumini ſimiliter pulver. ʒ j. olear. ſtillat. aniſi & de ſpica ana gutt. vj. Zibethi & camphoræ ana gr. v. F. ſ. a. vnguentum, illinendum lineæ piſcatoriæ pro capiendis piſcibus.*

Vnguentum

Vnguentum rutaceum è Pharm. Colleg. Reg. Londin.

℞. *Folior. rutæ virid. m.* iiij. *origani, pulegii, menthæ, abſinthii, ſalviæ ana m* ij. *Contuſis in mortario lapideo, adde axungiæ ſuillæ ſalſæ, ſi-ve veteris* ℔ iij. *Digerantur per quatriduum in fimo vaſe fictili, do-nec liqueſcat axungia. Tum torculari validè exprimatur. Poſtea addantur novæ herbæ, fiatque quater ut antea.* ℞. *hujus valentiæ* ℥ xvj. *medullæ cervinæ, olei laurini, gummi tacamahacæ, elemi ana* ℥ iij. *olei nucis moſch. expr.* ℥ ij *baccar. juniperi, roriſmar. ſpicæ, petrolei ana* ℥ j. *ſaponis veneti* ℥ vj. *eſſentiæ caſtorei extractæ cum ſpir. vini opt.* ℥ ij. *Miſce, & lento igne liquatis liquandis, oleis verò ſub finem mixtionis additis F. ſ. a. unguentum ſive balſamum.*

¶ 24. *Unguentum contra ſcabiem.*

♃. Lythargyr.
Ceruſ. alb. ana ℥ i ß.
Acet. roſar. ℥ i ß.
Ol. roſar. ℥ vi.
Sulphuris viv. ʒ vi.
Sal. comm. ʒ iij.
Butyr. recent. ℥ iij.
Terebinth. ℥ i ß.
M. ſ. a.

25. *Unguentum ſomniferum F. F.*

♃. Opii thebaic. ℈ ij.
Croc. ʒ ß.
Ung. roſar.
alabaſtr. ana ℥ ij.
Ol. nuciſt. ʒ v. ℈ j.
Acet. ſambuc. parum.
F. ſ. a. Unguent.

Vires. *Inungitur temporibus, fronti, & cervici pone aures, ad conciliandum ſomnum.*

Unguentum ſplanchnicum è Pharmacop. Colleg. Reg. Londin.

℞. *Olei capparum* ℥ j. *lilior. albor. chamæmelini, butyri recentis ab agitatione, ſucci bryoniæ, cyclaminis ana unc.* ß. *Coctis ad ſuccor. exhauſtum adde gummi ammoniaci aceto ſoluti* ʒ ij ß. *pinguedinis gal-linæ, anſeris, medullæ cruris vituli ana unc.* ß *pulver. cortic. tamariſ-ci, rad. capparum, radic. filicis, ceterach ana* ʒ j. *ſem. agni caſti, geni-ſtæ ana* ℈ j. *ceræ q. ſ. F. Unguentum ſ. a.*

Unguentum Splanchnicum Magiſtrale ex eadem Pharmacop.

♃. *Cortic. capparum* ʒ vj *rad. bryoniæ, iridis florentinæ, farinæ ſem. fœniculi dulc. ammoniaci aceto ſoluti ana unc.* ß. *comarum abſinthii, flor. chamæmeli ana* ʒ j. *unguenti è ſuccis aperitivis, è floribus auran-tior. ana* ʒ vj. *olei irini, capparum ana unc.* ij ß. *Pulverentur pulve-randa & cribrentur; cæteriſque in mortario calido diligenter admix-tis. F. Unguentum ſ. a.*

¶ 26. *Unguentum ſpleneticum.*

♃. Ol. Amygdal amar. ℥ i.
Cappar. ℥ ij.
Nucl. perſic. expreſſ. ℥ ß.
Succ. Rad. Bryon.
Cyclamin.
Cicut. ana ℥ ij.
Gumm. Ammoniac. in ✠ diſſolut.
Bdell. ana ℥ i ß.
Pulv. Cort. cappar.
Tamariſc. ana ℥ ß.
Fraxin. ʒ vi.
Ceterach.
Summ. centaur. min. ana ℥ ß.
Sem. Cymin. aceto macerati, & iterum exiccati, ʒ ij.
Ceræ novæ, q. ſ. F. Unguent.

Vires. *Vim habet calefacientem, emollientem, reſolventem, aperientem, roborantem.*

N. *Penetrandi gratia poteſt addi* ʒ j. *vel ij. Ol. ſpic. vel Ol. ſtillatit. abſinth.* ℈ i ß.

Unguentum Stipticum ex D. CHARRAZ.

℞. *Olei comm.* lib. iiij. *myrtillor. ſiccor. contuſor.* lib j ß. *alumin. rupei* lib. ß *ſucci myrtillor. & ſorbor. immaturor. ana* lib. j. *Om-nia vaſi fictili cooperto commiſſa, in ferventi B. coquantur ad inte-gram fere humoris conſumptionem, deinde colentur & fortiter expri-mantur, oleumque fæcibus liberetur. Tunc* ℞. *Olei illius* lib. iij. *ceræ albæ* unc. ix. *eod. B. calore inciſa cera in oleo liquetur, ſemique refrigeratis ſequentia pulverata permiſceantur.* ℞. *Nuc. cupreſſi, myrtillor. balauſtior. cortic. granator. & glandium, acinor. uvæ, oſſis è crure bovis calcinati, granor. ſumach, maſtiches, acaciæ, aluminis uſti & corticis mediani caſtanear. ana* ʒ vj. *F. omnium pul-vis unguento permiſcendus.*

*Hoc unguentum dorſi parti inferiori illitum uteri ligamenta corroborat poteſt etiam adhiberi utiliter pro conſtringendo matricis collo poſt par-tum, ut & pro conſolidandis lacerationibus quibus affliguntur quando-que puerperæ difficilem partum paſſæ, remedium etiam eſt uteri hæmor-rhagiis immodicis, quo caſu applicatur regioni renum, hepatis ut & toti abdomini, eo etiam inungitur ſtomachus pro ſiſtendis vomitibus.*

Unguentum è ſuccis è Pharm. Colleg. Reg. Londin.

℞. *Olei roſati opt.* lib. j. *ceræ albæ novellæ* unc. viij. *folior. plantag. ſolani, oxylapathi, centaurii min. ana* m ij. *Cera cum oleo leni igne liqueſcat. Addantur poſtea herbæ, bulliantque donec probè decoctæ fuerint. Poſtea colentur, torcularique exprimantur. Expreſſum, abjectis herbis, denuò moderatè ferveat, donec omnis aquea humidi-tas abſumpta fuerit, & ſoliditiuſculam unguenti formam acquiſive-rit: quo fere jam refrigerato, camphoræ pulveratæ ſemunciam inſ-pergito, tamdiuque agita donec refrixerit.*

Unguentum è ſuccis aperitivis ex eadem Pharmac.

℞. *Succi ebuli* unc. viij. *apii, petroſelini ana* unc. iiij. *abſinthii, ireos ana* unc. v. *olei comm.* lib. ß. *lilior. albor.* unc x. *abſinthii, chamæ-melini ana* unc. vj. *pinguedin. anatis, gallinæ ana* unc. ij *Coquan-tur ſimul lento igne donec ſucci abſumantur. Dein cola, & cum ceræ albæ* unc. vij. *aceti vini albi tantillo F. Unguentum ſ. a.*

¶ 27. *Unguentum Sympatheticum, Crollii.*

♃. Adip. Veteris aprugn.
Urſin. ana ℥ iv.

Bulliant per horæ dimidiam, in Vino rubro, fundanturque ſuper aquam frigidam, colligaturque pinguedo ſupernatans.

Dein,

♃. Lumbricorum lotorum pulveriſ.
Cerebri aprugni
Santal. rubr.
Mumiæ.
Hæmatit. ana ℥ i.
Uſneæ è cranio hominis interempti, ℥ i.
F. ſ. a. Unguentum cum pinguedinibus illis.

N. 1. *Animalia illa quò ſeniora, eò adeps melior.*

N. 2. *Uſnea colligenda* ☾ *creſcente, & in bona domo exiſtente,* ♀ *ſcilicet ſi fieri poſſit non* ♂, *aut* ♄ *i. Parandumque Unguentum* ☉ *in libra exiſtente.*

N. 3. *Sunt qui omittunt Uſneam & Mumiam.*

*Uſus.*

Hoc Unguento ſanantur omnia Vulnera, (modo nervi, arteriæ, &c. non ſint læſæ.) Ungatur telum, quo vulnus inflictum quotidie ſemel, ſi neceſſitas urgeat, & vulnus ſit ingens, alioquin ſecundo vel tertio die inunxiſſe ſufficit.

N. 1. *Telum ſervetur in linteolo mundo, & loco non nimis calido, ne damnum inferatur Patienti. Cavendum etiam ne pulvis ſuper telum cadat, nec ventus afflet in loco frigido, alioquin Patiens mirè affligeretur.*

N. 2. *Si vulnus punctim inflictum, ungatur telum verſus mucronem deſcendendo.*

N. 3. *Si telum deſit, ſanguis ex vulnere lignello ſuſcipiendus, quod dein ut de telo dictum tractandum.*

*Hac ratione dolor dentium mitigari quoque poteſt, ſi nimirum lignellum ſanguine gingivarum imbutum, eodem unguento inungatur.*

Operatio hujus Unguenti perficitur identitate Balſami, ſive ſpiritus illius Balſamici, qui in homine & cruore idem eſt. Inter hos enim ſpiritus non alia eſt differentia, quam qûod in homine Spiritus ille adhuc vitali actu vigeat, in cruore autem coagulatus ſit. Quare cum experiamur, affinitatem ſanguinis tantum poſſe, ut uno fratre, vel conſanguineo proximo, peſte correpto, & alter etſi longo viæ intervallo abſit eâdem afficiatur; quid non fieri poſſe autumabimus, ſanguinis identitate?

HOFMAN. *Unguentum ſympatheticum Crollii.*) Dicitur hoc Vnguentum ſympatheticum, eò quòd cum vulnere quandam habere videatur ſympathiam ſeu conſenſum, ut ſi nonnihil cruoris, quod telo adhæret, eo imbuatur, virtus ſanativa in vulnus deferatur, ut aiunt, ſpiritus mundi beneficio, & in hoc ex unitatis ſolutione unionem efficiat naturalem. Magneticum etiam appellatur ab actione, quâ inſtar Magnetis in diſtans agit ſanando vulneratos. Alias armarium, quod non vulneri, ſed armis Vnguentum applicetur & ſic ſanatio peragatur. Vocatur etiam ſtellatum, quia ab Aſtris ſuas accipere operationes ſibi perſuadent, vel pro certo ſtellarum poſitu componendum eſſe dicunt. Alii aliter deſcribunt.

Recip. *Adipis veteris aprugn. Urſin.* &c.) *Dnus Autor* Crollianam retinuit deſcriptionem. Aliam Th. *Paracelſus* proponit in archidox. Magic. Libr. I. *Iohann. Baptiſt. Porta* Magiæ natural. Libr. 8. cap. 12. Aliam tradiderunt *Franciſcus Tidicæus* de theriac. p. 279. & *Weickardus* Libr. 4. de extern. corporis human. affect. p. 641 Plurimi tamen in eo conveniunt, quod ſtatuant Uſneam, Mumiam, cruorem & adipem humanum ad hoc neceſſaria eſſe. De Uſneâ inter ſe diverſæ ſunt opinionis. Dum Alii, ut Goclenius aſſeverat, Uſneam ex ſolis craniis ſuſpenſorum deligendam eſſe, quod ſpiritus vitales ſtrangulati in calvariam intrarint. Alii parum referre aiunt, ſive ſit ex ſtrangulatis, ſive ex alterius cujuſdam capite. Et Paracelſus uſu comprobatum dicit, Uſneam ex cranio rotâ interemptorum non minus laudabilem eſſe, quàm laqueo ſuſpenſorum. Et colligendam eſſe inquiunt in ☽næ incremento in ♀ domo exiſtentis, vel ☽na in ♓ vel ♉ aut ♎ verſante.

*Mumiam.*) per mumiam intelligitur vel Arabica & Ægyptiaca illa, conſtans ex myrrhâ, aloë, croco, balſamo & aliis odoramentis, vel caro humana muſculoſa, in quâ ſpiritus inſitus mumialis & confermentatus eſt ſuperſtes, ſurroganda eſt.

*Crollius* cruorem & pinguedinem humanam omiſit, cùm tamen etiam ſint neceſſaria, eò quod vulnerato per ea arctiſſima cum unguento ſit cognatio Ex rebus humanæ naturæ optimè convenientibus inquit *ROBERTUS FLUDD* hoc unguentum conflatum eſt. Unde ad ejus ſanitatem reſpectum habeat neceſſe eſt, nam uſnea tanquam oſſium humanorum vigor confermentatus, ſanguis & caro in mumiâ ad hujus compoſitionem cum adipe concurrere debent, in quibus virtus mumiales deliteſcit & cum his omnibus ſanguis permiſcetur, qui omnium prædictorum origo & quaſi pabulum eſt, ita ut integra corporis humani perfectio quaſi ad hujus unguenti compoſitionem concurrere videatur.

*USUS*) Ferrum ſeu telum, aut in ejus defectu lignum aut ramus ſalicis in cruore madefactus in unguentum immergitur, & ita relinquitur. Æger quotidie propriâ ſuâ urinâ vulnus eluat & deligat panno mundo, ſemper pus extergendo, vulnuſque quâlibet aurorâ mundificando, Illud quod cruore madefactum eſt in locum temperatum ac mundum reponendum eſt, ſi enim aëri vel nimio frigori exponatur, excitabitur dolor, Attendendum etiam an cæſim vel punctim vulnus ſit factum. In cæſurâ ab apice verſus tergum telum inungendum eſt, in puncturâ autem à cuſpide verſus capulam, ſi non poſſis cognoſcere, quàm profundè vel quomodo telum in carnem introiverit, poteris illud perungere; aliàs ſufficit locum teli, quo aliquis læſus eſt, inunxiſſe. Quo die telum inungitur abſtineat à venere & vulneratus, & is, qui telum inungit. In fracturis & rupturâ oſſium aliquid pulveris ſymphyti majoris & oſtiocollæ Unguento addi poteſt. Idem modus procedit & in aliis affectibus. Sic in dolore dentium ſanando dens dolens tamdiu ſcalpello fricetur, donec ſanguinem emittat. Scalpellum poſteà cruentum hoc unguento inungatur. In Dyſenteriâ excrementa cruenta cum hoc miſceantur unguento, tranſlata in locum temperatum patienti afferent levamen ex obſervatione D. D. *IOHANNIS MICHAELIS.*

*Operatio hujus Unguenti perficitur identitate Balſami* &c.) Quæ cauſa ſit hujus operationis ſympatheticæ, magna contentionis ſera inter Autores trahitur. *Dnus Autor* cum Crollio identitati Balſami ſive ſpiritui illius balſamico qui in homine & cruore idem eſt, adſcribit, hoc tantum intercedente diſcrimine, quod in homine ſpiritus iſte adhuc vitali actu vigeat, in cruore autem coagulatus ſit. Alii illam ſanationem per meram naturam & magneticam quandam efficientiam peragi putant. Unde R. *GOCLENIUS* in ſynarthroſ. Magneticâ aſſerit virtutem magneticam à telo Vnguento delibuto propagari ad vulnus propter Naturæ cognationem & continuationem, quam ſequitur ſucceſſiva impulſio per medium aërem ſpiritu ſtellato & primario quodam ac magnetico vigore ac potentiâ imprægnatum. In Vnguento eſt ſpiritus balſamicus, hic evocatur à ſpiritu conſimili ſibique ſympathetico, ut ſpiritu mundi ſtellato ad effectum ſingularem producendum. Fit igitur cura vulnerum magnetica per meram virtutum tranſplantationem, quam efficit & perficit appetitus inter ſpiritum balſamicum & ſpiritum mundi. Alii contrà curationem hanc tanquam pro fallaci, ſuſpectâ & minimè naturali agnoſcunt, ut Cl. *Sennertus* in Practic. Medicin. Lib. V. Cap. X. CL. *Conring.* de Hermetic. Medicin. Cap. 18. *Athanaſ. Kircherus* de Arte Magnet. Lib. 3. part. 7. De Magnetiſm. Medicinal. *Sylveſter Rattray* Theatr. ſympathetic. Nos medium tenentes locum, nec planè hujus virtutem adſpernamur, nec nimium etiam huic attribuimus. Interrogati autem de ratione & modo hujus operationis, ἐπέχειν cogimur prætendere.

¶ 28. *Unguentum Terebinthinæ vulgò*

**Tinterſálbichen.** Onguent qui facilite ou qui aide la ſuppuration des ulceres. *Oyntement of Turpentin to make ſuppuration or matter in a vvound.* **Turpentyn-Salf om materie in een wont te make.**

♃. Terebinth. ℔ ij.
Vitell. ovor. num. VI.
Maſtich.
Myrrh.
Oliban. ana ℥ I.
F. Unguent.

Vires. *In vulneribus generationem puris promovet.*

29. *Unguentum Viride potabile, Butyrum viride, F. F.*

| | |
|---|---|
| ♃. Herb. Salv. | Aquileg. |
| Hyſſop. | Rut. |
| Praſſii. | Petroſel. |
| Menth. | Millefol. |
| Betonic. | Centaur. min. |
| Scolopendr. | Agrimon. |
| Scabioſ. | Ariſtoloch. rot. |
| Cichor. | Plantag. c. toto ana |
| Fœnicul, | M ij. |
| Meliſſ. | Butyri Majalis, |
| Veronic. | ℔ viij. |
| Matriſylv. | |

Infunde herbas omnes recentes ſuo quamlibet collectionis tempore in butyro, ſtentque donec omnes collegeris & infuderis, poſtea exprime, expreſſum coque ad conſumptionem aquoſitatis. F. ſ. a. Unguentum.

Vires. *Expetitur à vulgo aſſumiturque ad ſanguinem coagulatum reſolvendum dolores leniendos, pulmonum mucilaginem demulcendam & expellendam. Quin & extrinſecus ad dictos affectus adhibetur.*

Valentia Scabioſæ celebre apud Chyrurgos Anglos unguentum è Pharm. Colleg. Reg. Londinenſ.

℞. *Succi virentis Scabioſæ prælo expreſſi, & per pannum colati axungiæ porcinæ mundatæ ana q. v. Contundatur axungia in pila lapidea, elato; non in orbem acto, piſtillo; paulatimque interea affundatur ſuccus, commodioris miſturæ & tincturæ cauſâ. Mox ſimul in vas idoneum, ſoli obvertendum conjicito; &, ut ſuccus axungiam ſupereminеat, curato. Exactis in hunc modum novem diebus, ad pilam & piſtillum, ut antè, revoca; ejiciaturque quam contundendo, non diſtetur*

*ſterendo, expreſſiſti, tenuis & decolor humiditas; rurſumque, per quinque dies, in ſuo vaſe recondatur axungia, quibus elapſis contunde de novo, ſenſimque admiſce recentem ſcabioſæ ſuccum; iterumque, poſt quindecim dierum, in ſole & ſuo vaſe, moram, ab aquoſa humiditate ut priùs liberetur. Tandem cum recenti ſucco, in alios quindecim dies reponatur; & quinta demum vice, diligenter contuſa, in vaſe vitreo, vel invitreato ſervetur uſui.*

Tapſi valentia ex eadem Pharmac.

℞. *Succi tapſi barbati, axungiæ porcinæ ana q. v. Mundetur axungia, fruſtulatimque concidatur; & cum ſucco expreſſo & colato, ſedulo contundatur, ut in proximè præcedenti unguento dictum eſt. Hinc ſervetur, in vaſe idoneo, in nonum decimumve diem. Dein bis porrò, ſemel cum recenti ſucco, donec penitus vireſcat; atque iterum ſine ſucco (adeòque effuſo, quicquid innatat prioris) ſtrenuè contuſa, in uſum (ut decet) recondatur.*

Tapſi mèl ex eadem Pharmac.

℞. *Succi chelidoniæ, tapſi barbati ana partem j. mellis deſpumati partes ij. Coque ſenſim, donec ſucci evanuerint; additiſque (præcipiente artifice) vitriolo & alumine combuſtis, & atramento, rurſum coque, ut fiat unguentum ſ. a.*

Vnguentum viride ex D. CHARRAZ.

℞. *Butyri recent. cocti & purgati* ℔ iiij *reſinæ & picis Burgundiæ ana* ℔ j. *ceræ flavæ* ℥ iiij. *F. ſ. a. Unguentum, extra ignem, addendo viridis æris pulver.* ℨ ij. *& omnia agitando uſque ad refrigerationem unguenti, quod apprimè mundificat & ſanat omnis generis vulnera & ulcera.*

Et ſic finis eſto Libri Secundi.

# PHARMACOPOEIÆ MEDICO-CHYMICÆ, *LIBER TERTIVS.*

# DE MACROCOSMOLOGIA SEV MINERALOGIA.

## CAPVT I.

### *De Mineralogia in genere.*

LIBRIS ſuperioribus medicamentorum tractationes generaliores fuerunt cum ſubjunctis compoſitis, quæ non paſſa ſunt ſpeciali alicui certove nativo accenſeri, qua ratione Pharmacopœja generalis dici poſſet; ſpecialior ſequitur, quâ nativa ſingula cum annexis præparatis perſtringuntur.

Pharmacopœjæ ſpecialis partes ſunt *Macrocoſmologia, Phytologia, & Zoologia.* Tot enim numerantur Mundi univerſi regna: Macrocoſmicum ſcilicet vegetabile & animale, eaque inter ſe ſummâ cognatione conjuncta.

N. *Regna hæc vocat Hippocrates;* (lib. 1. de Diæta,) *tres concentuum harmonias, ſimilitudine ex muſicis deſumptâ. Nimirum ſunt inſtar trium ſonorum, perfectam & abſolutam univerſitatis harmoniam conſtituentium. Baſin Macrocoſmus perhibet, qui reliquis duobus ſubſternitur ceu fundamentum, ſine quo ea nec concordare invicem, nec ſubſiſtere queunt. Regnum vegetabile refert tertiam in muſicis dictam, videlicet, ut latitudo hujus ſemitoni inter tertiam majorem & minorem circumſcribitur: ita & in regno vegetabili latitudo deprehenditur, quâ alia ad naturam macrocoſmicam propius accedunt, alia longius ab eodem recedunt: Latitudo hæc vegetabilium juxta Moſen triplici terminatur claſſe, Prima continet germen pumilum, ſponte naſcens (* רשא *) Secunda herbam ſeminificam (* עשב *) Tertia plantam lignoſam (* עץ *) Regnum porro animale, quintam & ſextam exhibet. Hæ enim uti longius à baſi recedunt, ambitumque integri toni continent: ita & regnum animale non modo longe à natura macrocoſmi diſtat, ſed & latitudine majori circumſcribitur: Sunt nimirum in hoc regno animalia aquea (* דיהחטום נפש *id eſt, anima, ſeu ſpiraculum vivens aquarum) Sunt & terrena (* נפש היהחארץ *id eſt, anima, ſeu ſpiraculum vivens terræ.) Eſt & Homo* אדם *ex Adama, id eſt, terra & aqua exaltatis creatus; qui præterquam quod eſt cum reliquis animalibus* חוה נפש *id eſt, anima vivens, inſpiratum habet inſuper* נשמת סיוח *ſpiraculum vitarum, adeoque reliqua omnia antecellit.*

*Macrocoſmologia* eſt rerum macrocoſmicarum enodatio.

Res macrocoſmicas voco quæcunque extra familiam vegetabilium & animalium collocantur ſive primariæ eæ ſint, id eſt, macrocoſmi membra, ſive ſecundariæ, id eſt, ex perittomate macrocoſmico productæ.

HOFMAN. *Macrocoſmologia.*) Cum Præpotens Rerum conditor totam hujus Vniverſi Machinam Cœlum & Terram

creavit, hominemque ad imaginem ſuam animâ rationali & humano corpore illius ergaſtulo condecoravit, eodem etiam tempore Terram variis & immenſis beneficiis ad vitæ humanæ ſuſtentationem neceſſariis accumulavit: ſylvas multiplici animantium genere & ſexu; Mare & flumina reliqua piſcibus, Aërem volatilibus, campos herbis, fruticibus, arboribus & innumeris ornavit floribus, ac montium una metallis ac Mineralibus ditavit, ut cœleſte Animal Homo, in quem quaſi omnia ſunt congeſta, quæ Numinis divini Majeſtas in res cæteras aliud alii tribuens diſpertiit, Dominus illorum ſit, quibus partim ad corporis tutelam, partim ad Medicinam in caſu neceſſitatis uti poſſit. Ex quibus *Naturæ Conſulti* & ex his *Medici* tria formarunt *Regna*, *Minerale, Vegetabile, & Animale*. Quos ſequutus *Dnus Autor Noſter Schraderus Pharmacopœiæ ſpecialis partes facit Macrocoſmologiam, Phytologiam, & Zoologiam*. De *Macrocosmologia* hoc ſequente *Libro III*. De *Phytologia Libro IV*. & *Zoologia Libro V*.

¶ N. *Conſtitutionem rerum macrocoſmicarum generalem libro primo paſſim deſcripſimus, quo Lectorem remittimus.*

In uſurpatione generaliter hic penſitandæ veniunt vires, ut & modus utendi.

Vires. *Mineralibus fortiores, ac magis radicales ineſſe quam reliquis, ex eo convincitur, quod primæ origini ſint propiora, idcirco & unitiora, & conſequenter fortiora. Virtus enim unita fortior.*

N. 1. *Fortitudo hæc ſecundum latitudinem dementienda eſt, qua à primo illo principio diſtant. Sunt enim è mineralibus, quæ vel ad naturam vegetabilium progreſſa ſunt. Horum virtus ut magis eſt explicata & extenſa, ita minus fortis. Sic ſunt bitumina.*

*Sunt econtra, quæ à natura Univerſali haud ita longe receſſerunt. Horum igitur virtus ut unitior, ita & fortior. Sic ſunt Salia, Metalla & ſimil.*

N. 2. *Habent & vires mineralia ſuperficiarias, quæ facile in actum deducuntur, exempli gratia, ſal vires habet, quas exercet in ſubſtantia, interna enim Sal. communis vires non apparent, niſi ſal ſit inverſum, e. gr. in ſpiritum redactum.*

HOFMAN. *Vires mineralibus fortiores ac magis radicales ineſſe.*) Mineralia ac metalla longis paraſangis ſuperant medendo vegetabilia & animalia. Hæc enim agunt in Nos tantiſper atque ſtomachus circà illa operatur, nec ulterius pergunt, quin prius omne deponant fermè remedii robur; Malè enim ageretur Nobiſcum, ſi ſtomachus non valens domare aſſumptum vegetabile illud non poſſet ſubigere ſub ter clientelam, ſi integris pergeret viribus ad corporis habitum, excrementorum conſors quoque fieret, vel turbaret ſanguificandi œconomiam, & ita majoris difficultatis & operoſioris laboris effectus talium remediorum eſſet, quam fructus inde expectandus. Metalla contrà ac Mineralia nequeunt unquam abire in alimentum, ſed ſervant ſuos fines, ut quæ non in cibos, ſed ad medelam ſunt deſtinata pharmaca, perſeverent, etſi intrò aſſumpta. Incipiunt namque in ſtomacho radium directum ſuarum virium ac virtutem dotalem exponere, ut in corpus totum ſparſâ hauſtâ in Archeo vi radiali irrorata ſanitas indè ſuccedens avidè ſuſcipiatur. Sunt enim metalla ſpecula quædam lucentia, quæ vim habent penetrandi & illuminandi Archéum à ſuis erroribus, furoribus & defectibus, quod illum reſtituant in nitorem tincturâ dotalis perfectionis. Et quanquam hujuſmodi mineralia non ſint cibalia, vel de ſorte corporis humani, internam tamen vim ſpeculi habent & maximè efficacem poteſtatem Archeo humano integro & ſedato contiguam, qualis erat Archeus antè conceptam mentem, quæ poſtmodum à recto ſui tramite alienata eſt. Has inſignes dotes à DEO ter opt. max. obtinent, ut pleniſſimè ac pertinaciter digeſtivæ reſiſtant, ne in alimentorum deflectant rempublicam, uti acutiſſimus *Helmontius* loquitur, & ita ſervent geniales ſui poteſtates liberas & infractas.

¶ Modus *utendi* mineralibus, tam internus, quam externus eſſe poteſt.

N. *Sunt qui uſum internum mineralium & ſalinorum ex medicina deturbant. 1. Quia ſint venenata. 2. Quia διάθεσιν pernicioſam poſt ſe relinquant.*

℞. Ad 1. *Non adhibentur quatenus venenata, ſed quatenus ſaluti conferentia, ſive hoc ſit acquiſitum veneni ablatione, ſive correctione, &c. Conſtat nimirum rem, quò nobilior primitus fuit creata, eò deteriorem poſtmodum vi corruptionis evaſiſſe: Corruptio autem quia accidentarium eſt, eſſentiam & radicem prorſus non abſtulit, ſed occultat ac detinet ſub ſuo dominio. Exemplo ſit ſerpens venenatus, qui ſub veneno ſalutarem circumfert antidotum: adde quod nec omnia quæ veneni accuſantur, venena revera ſint.*

Ad 2. *Non adhibentur quatenus acrimonia illa noxia eſt, ſed quatenus reliquis miſta intentioni Medici convenit, vel & quatenus mitigata eſt eadem & emendata: Sic ingreditur Theriacam chalcitis, ſic ornat allium culinam, &c.*

Ad 3. *Particulariter concluditur, & non niſi adverſus ea, de quibus conſtat, quod pernicioſam diſpoſitionem introducant. In his autem conſtituendis uti iniquum eſſe duco limites tranſcendere: ita temerarium reputo, mineralibus vel ſolis, vel citra neceſſitatem velle inhærere.*

HOFMAN. N. *Sunt, qui uſum internum mineralium &c. in medicinâ deturbant, quia ſint venenata.*) Verùm non omnia metallica ſunt venenata, ſic Medicamenta Martialia, Jovialia, Saturnina &c. ritè præparata ſalutaria ſunt remedia. Et ſi quædam, ut Antimonium, Mercurius &c. veneni nomine ſuſpecta ſunt, ſeparanda ſunt venena à remediis, remedia à venenis; Sic antimonium, inquit *HELMONTIUS* de Febribus quamdiu vomitum aut ſedes movet, & Mercurius reviviſcari poteſt venena ſunt, nec viri boni remedia. Sed dum ad apicem venerunt, in quem à DEO deſtinantur, nemo Mortalium illorum virtutes indagare & elogiis condignis condecorare poteſt. Clamant in cœlum præſtantiſſimarum rerum poteſtates, ſe fruſtra quaſi veniſſe, vix quenquam eſſe, qui vincula earum ſolvat, ut benevolentiam, quam Mortalibus debent, perſolvant. vid. D. D. *LAURENTII HOFFMANNI tr. de Vero uſu & fero abuſu Medicament. Chemicor.* propediem à Me denuò evulgandus auctior cum notis illuſtratus.

2. *Quia ſint acria & corroſiva.*) Si qua acrimonia aut corroſio adeſt, per artem chemicam ita corrigi poteſt, ut ſæpe aceto evadat dulcior. Fac liui & ad manum hoc patet, v. g. flammula, ranunculus, apium viſus &c. vim cauſticam mox deſtillando deponunt, hydropiper acrimoniam, Mercurius ſublimatus vim corroſivam &c. ſpiritus ſalis, Vitrioli &c. corroſivi rectificando mitteſcunt. Deindè non per ſe, ſed cum aliis miſta intentioni Medici reſpondentibus vehiculis propinantur. Si igitur Metallica medicamenta rite correcta fuerint, mitigata & methodicè adhibita, metus iſte de nihilo eſt, διάθεσιν pernicioſam ſcilicet poſt ſe relinquere.

¶ Res macrocoſmicæ ſeu minerales ſunt tum primariæ, i.e. ad naturam Elementorum ceu macrocoſmi membrorum propius accedentes, ut Terræ & Aquæ: tum ſecundariæ, i.e. peritromate macrocoſmi progenitæ, ut: Lapides, Metalla, Metallis finitima ſeu ſemimetalla, metallica excrementa, Salia, Sulphura.

## CAPUT II.

### *De Terris.*

HOFMAN. *DE TERRIS.*) De *TERRA* in præſentiarum acturi, non conſiderabimus, quatenus Macrocoſmi pars elementi ſimplicis nomine veniens, originalis eſt, nec quatenus rerum omnium Alma mater divinâ, fertiliſſimâ ac ditiſſimâ prædita faviſſâ, ſeminum incomprehenſibili theſauro in Mundi uſque finem duraturo divinitus repletâ, peripheriam verſus variis depicta frugum coloribus & omnis generis animalium gregibus tecta. Sed quatenus ejus fructus tam Minerales, quàm metallicos juxtà ſui Naturam, proprietates medicas, colores, diverſitatem matricum, regionum vel aliarum circumſtantiarum examinabimus, unde & pro harum ratione diverſa ſortiuntur nomina. Sic v. g. Terra dicitur primò ratione ſoli natalis Lemnia, Turcica, Armenia, Chia, Melitea, Strigenſis, Brunduſiaca, ſeu Bohemica, Labacenſis ſive Wetteravica. Deindè ratione proprietatum & colorum, Terra ☉laris ☽naris &c. De hiſce Terris Medicatis vid. Athanaſ. Kircherus in Mund. ſubterr. T. 1. ſect. 1. libr. 7. c. 4. p. m. 337.

PRÆPA-

¶ De Terra incipimus, non quatenus Elementum audit ſimplex, ſoloque conceptu comprehenſibile, ſed quatenus microcoſmico ſemine imprægnata eſt. Mortua enim rectè à Paracelſo perhibetur, vivere autem Elemento inviſibili, id eſt, vapore ſeu ſpiritu univerſali infuſo: quippe hujus virtute, terra alias mortua vivificatur, ſterilis fœcundatur, vegetatur, inque naturam variam, tùm mineralium, tùm vegetabilium, tùm animalium faceſſit. Ex mineralibus ſunt, quæ terræ faciem adhuc quidem retinentes, à communi tamen terra quodammodo recedunt, atque medicarum terrarum claſſes ſubeunt. Hæ pro diverſitate matricum, colorum, proprietatum, regionum vel aliarum etiam circumſtantiarum, diverſa nomina ſortiuntur. Sic dicitur 1. Ratione ſoli natalis; Terra Lemnia, Turcica, Armenia, Chia, Melitea, Strigenſis, Brundufiaca, ſeu Bohemica, Labacenſis, ſive Wetteravica. 2. Ratione proprietatum & colorum: Terra ☉ris, ☾ris, ♀rea, ♂ialis, ♄nina, &c. 3. ratione ſigni impreſſi; Terra ſigillata, &c. Nos, reliquis Terrarum ſpeciebus omiſſis, Officinarum noſtratium terras ſolummodo enodabimus.

N. *Dicitur Arabicè Teri, Græcè* Γέα vel Γῆ, *German.* Erd. Terre *Earth*, Aert.

Vires. *Terram in genere frigidam communis ſtatuit opinio, mixa Elementorum quadruplici combinatione, quippe quâ terra per frigiditatem ad aquam accedit, aqua per humiditatem ad aërem, aër per calorem ad ignem, ignis per ſiccitatem ad terram. Verum, licet hæc de Terra dici queant, quatenus ut Elementum ſimplex illa conſideratur, id eſt, quatenus cum reliquis Elementis. Elementorum generationem ingreditur; Attamen quatenus nobis terra offertur, minimè talis cenſeri poterit, quippe (teſte Hippocrate libro* περὶ σαρκῶν *potius* περὶ ἀρχῶν *) multum calidi (Spiritus illius de quo ſupra) terræ ineſt, cujus vigore fœcunda ipſa redditur. Fœcunditas enim non niſi à principio ſpirituoſo procedit, eoque calido, licet in caliditate ea, maxima ſcilicet latitudo ac diverſitas deprehendatur. Quoad qualitates reliquas adſtringentis cenſetur naturæ, ac putredini reſiſtentis.*

## PRÆPARATA.

Præparationes quibus Terræ ſubjici poſſunt, & inde Medicamenta producta ſunt.

1. Purificatio ſeu Lotio: unde Terra lota.
2. Præparatio officinarum: unde præparata.
3. Præcipitatio: unde Magiſterium.
4. Deſtillatio, unde Spiritus, &c.

### 1. *De Lotione.*

Quia Terræ, ut plurimum ſabulo ac calculis ſcatent; lavari communiter ſolent, id eſt, in aqua diſſolvi, quâ ſolutione ſabuloſa ac lapidoſa ſubſtantia, utpote quæ terra utili ponderoſior eſt, ſubſidet. Hinc aquam terra turbidam decantant, exhalandoque exiccant: verùm lotio hæc, meo quidem judicio citra aliqualem, imò magnam virium jacturam fieri vix poterit; Nimirum pars quædam ſubtilis, (quâ magna ex parte terræ perfuſæ ſunt) lotione illâ recedit: Volatilis itidem terræ pars (quâ impregnatæ terræ ſunt) exhalando evaneſcit. In præparationibus itaque præſtat terram crudam non lotam recipere.

N. *Non improbamus imbibitionem ſeu imprægnationem, quâ terræ ſucco aliquo medicamentoſo iteratis vicibus humectantur, rurſum exiccantur, atque ita viribus confortantur novis.*

HOFMAN. *Præparata & 1. De Lotione.*) Si Terræ ſuperficietenus à ſordibus non ſint mundatæ, hæc lotio ut ſuperficialis non eſt adeò rejicienda, atque citra omnem virium jacturam peragi poteſt. Nemo aliàs eſt, qui inficias eat, omnem terram, præſertim pinguem, aſtris imprægnatam & ſale centrali, quod in aëre eſt, & per aërem ac pluvias ad nos deſcendit, omniſque fertilitatis clavis eſt, imbutam eſſe, ſi hæc lotio diu durat, omni hâc virtute terram ſpoliari.

N. *Non improbamus imbibitionem ſeu imprægnationem &c.*) Præſtat itaque in præparationibus Terram puram & crudam accipere, in primis, ſi Solaris, Lunaris, Martialis aut aliis proprietatibus aut mineris impregnata, imbue illam rore majali vel aquâ pluviali ingenti tonitru & fulgure delapsâ, quo facto, illam aëri & aſtris expone & ſponte exſiccare ſinas, à radiis ſolaribus interdiu præſervando, & ita viribus confortabitur mirificis.

### 2. *Præparatio.*

¶ Præparandi modus non eſt diverſus à modo præparandi generali, c. 76. Lævigantur nimirum terræ, ſubindeque irrorantur aquâ appropriatâ, v. g. Tormentillæ rediguntur que in pulpam per ſe exiccandam.

HOFMAN. *Subindeque irrorantur aquâ appropriatâ &c.*) Vel decocto aliquo appropriato v. g. decocto viperarum, C. C. crudi, ſcordii, radic. ſcorzoner. tormentill. &c. & rediguntur in pulpam per ſe exſiccandam.

### ¶ 3. *Præcipitatio.*
unde
*Magiſterium.*

Solvitur Terra in Spiritu aliquo acido, e. g. Spiritu Sal. com. vel ſimili, ſolutio decantatur, præcipitaturque cum oleo Tart. per del. vel cum △, communi largiter affuſa, præcipitatum edulcoratur aquâ fontana.

### 4. *Deſtillatio ac Sublimatio,*
unde
1. *Spiritus ſimplex.*

℞. Terræ orbiculos formatos, ac deſtilla igne nudo ex Retorta. *Vide infra de Terra ſigillata.*

#### 2. *Spiritus cum vino.*

℞. Terræ, (exempli gratia, Strigenſis, de minera antequam lavetur,) q. v. affunde aquam deſtillatam: inde Retortæ, ac deſtilla lente, ut aliquantulum aperiatur corpus. Hinc ſuperfunde ∇, digere & deſtilla.

HOFMAN. *Spiritus cum vino*) pro aquâ deſtillatâ ſumatur pluvialis vel majalis vel tonitru decidens, hâc terra irroretur frequenter, iterumq; exſiccetur, idque crebrioribus repetatur vicibus, inde retortæ ac deſtilla lentè ut aliqualis ſubtrahatur humiditas. Hinc ſuperfunde Spir. vini, digere & deſtilla, deſtillatum cohoba & cohobatum aliquandiu ſub cœco alembico digere, interpoſitâ ſemper digeſtione & cohobatione, certè ſi quid ſalinæ inerit virtutis vel per ſpiritum vini duplicatum ſummè volatilem vel ſalem fixum Cap. mort. unitum ſeſe exſeret, & ita Minerale in vegetabile transferetur.

#### ¶ 3. *Spiritus Alcaliſatus ſeu Balſamus.*

℞. Terræ Strigenſis, (crudæ non lotæ,) q. v. affunde aquam tonitrualem, macera aliquot ſeptimanas ad putreſcendum. Hinc deſtilla per XX. Ex materia ſuperſtite extrahe Sal idque deſtillato liquori junge, circula per menſem, poſtea deſtilla iterum; Sic liquor ſecum rapiet Sal, nanciſcerisque ſubtilem Balſamum.

*Aliter.*

℞. Terræ crudæ vel lotæ, e. g. lib. xx. &c. deſtilla per cucurbitam vitream loricatam ad latus inclinantem [vel per Retortam] calore ſat forti gradatim

datim adhibito. Primum extillat Aqua, hinc Spiritus; Spiritibus animadverſis augeatur ignis, & ſublimabitur Sal: Conjunge ſalem hunc aquæ deſtillatæ, ac deſtilla denuo ſemel ac iterum, ut poſt deſtillatum liquorem Sal ſublimetur: vel digere ſimul: ſic Balſamum habes pretioſum. Cunrad. Khunrath *in Medulla deſtillat.*

N. *In copia terram deſtillare oportet, alias parum Sal. nanciſceris.*

HOFMAN. *Spiritus Alkaliſatus ſeu Balſamus.*) Quamvis neminem fore putem, quia Terris Medicatis ſalem & quidem ſui generis centralem ſeu ſpiritum ſuum connatum, non quidem alkaliſatum, ut *Dnus Autor* nominat, ineſſe, illumque ab aquâ tonitruali augmentum capeſſere ſit negaturus, pauxillus tamen eſt, ut ad hujus magnam copiam acquirendam innumeris aquæ tonitrualis menſuris opus habueris, alias parum ſalis nanciſceris.

## § I. TERRÆ ARGILLACEÆ, SEU SIGILLATÆ.

Omnibus Terrarum generibus laudem merito præripit argilla, quæ à ſigillo quo ferè notata venditur, ſigillata dici ſolet, Arabicè Tetimachtim. German. Siegel. Erd. *Sealed Earth.* Gezegelden aerde. Hanc varii generis Officinæ exhibent.

Sunt enim Terræ ſigillatæ, 1. Turcicæ (Turcicis Characteribus inſignitæ) quas pro Lemniis terris communiter venditant, cum veræ terræ Lemniæ Galeni minimè reſpondeant: Verum enim verò ſi ſint qui Terram ſigillatam in placentulis cinericei coloris Conſtantinopoli advectam, pro vera Terra Lemnia uſurpare velint, utpote quæ inter modernas præſtantiſſima ſit, ipſis bellum propterea non indicam.

2. Eſt Terra Melitea, ſic dicta à Melita ſeu Maltha Inſula, in qua eruitur, alias Terra ſigillata Sancti *Pauli.*

3. Eſt & officinalis, terra ſigillata Germanica, eaque duplex, una dicitur Strigenſis, lutei coloris, quæ in Scaptenſula auri Svvenicenſi reperitur, Officinis Terra ſigillata Strigenſis, à Striga Sileſiæ Oppido, ubi præparari ac ſigillari cœpit: dicitur & Medulla vel axungia Solis, eo quod Sulphure Solis imprægnata credatur: Altera Lignicenſis vocatur, eſtque triplex, coloris ſcilicet rubei, albi & cinerei. Hanc vocant axungiam Lunæ, quippe quæ ſulphure ☾ æ ſit perfuſa; Item Unicornu minerale, quod viribus vero Unicornu reſpondeat.

N. *Similiter & in reliquorum metallorum cuniculis inveniuntur terræ. Sic & in Wetteravia, haud longè à Labaco oppido, ſpecies quædam terræ datur, quæ ad axungiam Solis accedere videtur: Et Huſana prope Marpurgum.*

HOFMAN. 1. *Terræ Argillaceæ ſeu Sigillatæ* ſunt 1. *Turcicæ,* quas pro Lemniis terris communiter venditant.) Hic venit in controverſiam, utrum *vera ſit Lemnia* illa *Terra,* quam hodiè Turcico obſignatam charactere ad Nos convehunt Mercatores, an verò adulterata & illegitima? A *Braſavolo, Matthiolo, Fallopio* & aliis pro ſpuriâ & illegitimâ prole habetur, cum Lemnum hæc jam deficiat, ut ex eo nihil amplius ad nos deferri poſſit, locis illis protſus devaſtatis & inhabitatis. Hinc evincere conatur *Fallopius,* Lemniam verè non eſſe eam terram albam, quæ Turcarum Regis ſigillo munita in officinis pro Terrâ ſigillatâ habetur, & cum hæc alba ſit, nequeat eſſe Lemnia, quæ ſemper rubea ſit. Deinde non cohærere, quod nonnulli aſſerunt, veram Terram Lemniam eſſe Bolum Orientalem officinarum, quamvis & hoc Bolo pro Lemniâ uti poſſimus, utpote iiſdem præditus viribus quod tamen ille inficiat manus, longè ab hâc differt, quæ manus tangentium non collinit. Non deſunt contrà qui legitimæ prolis honore dignantur. OLAUS WORMIUS *in Muſæo* Cap. 4. *P. Bellonium & Stephanum Albacarium* citat, qui confirmant, Lemni incolas teſtari, nullibi unquam in hâc inſulâ effoſſam fuiſſe hanc Terram, quàm eo in loco, ubi jam foditur è colle fertili Orientem ſpectante herbis veſtito propè villam dictam Repani. Terram, quam ibidem fodiunt, maximâ ex parte albam eſſe, ſecundam quandoque Rubram & luteam inſtar Boli Armeni, eâ jam utimur; Adeo ut aut in alio colle tempore Galeni hanc terram effoderint, qui jam ruinis obrutus eſt, aut hanc ipſam priſtinam Naturam mutaſſe neceſſe ſit. Semel tantum in anno eruitur hæc Terra, ſexto die Auguſti non ſine ſuperſtitione dum putant, nullam habere efficaciam, niſi eo die fodiatur. Operarii Græci ſunt, diligenter eos animadvertentibus Turcis, qui Magiſtratum in inſulâ gerunt, ne quid clanculum auferant. Dum fodiunt, ſuavem ſpirat odorem caverna. Nec omnis terra inde effoſſa pro bonâ habetur, illam ſaltem eligunt, quæ intrà quaſdam petras fragiles latet, pinguiorem, tenacem, ſabulo deſtitutam. Oriente Sole per ſex horas ſaltem continuando fodiunt, mox foveam claudunt, nec amplius in anno aperire licitum eſt. Hinc fit, quod rara admodum ſit hæc Terra, cum pauci foci fodiant, & tam brevi tempore. Bonam, quam æſtimant, unicè lavat, lotam ſacculis includit, quos ſuſpendunt, ut omnis aqua percoletur, hinc in maſſulas majores aut minores formant, quas Imperatoris figura ſigillant, & exſiccatas Conſtantinopolin ad Imperatorem mittunt unà cum ſigillo. Hæc WORMIUS l. c. Ex quibus patet non ſolum Rubram, ſed & Albam & rubicundam ac Luteam dici Terram Lemniam. *Inſula LEMNUS* hodiè *Stalimene* dicitur & quamvis Terra, quæ jam inde adfertur, differat ſigillo & modo eruendi ab eâ, quæ antiquitus inde effodiebatur, attamen minorum non eſt virium. Tres ſpecies noſtro tempore inde tranſportantur teſte *Ferrando imperato* Libr. V. Cap. 33. *Prima* eſt *Terra Sacra,* vel *Bolus Armenus Orientalis* non tingens, vel alba leviter ad cinereum vergens, quæ quandoque etiam colore incarnato, ex quibus ſigilla, quæ hodiè tanto ſunt in pretio, fiunt, quam tangere nulli licet præter Sacerdotes. *Secunda Rubrica fabrilis,* quâ fabri lignarii utuntur. *Tertia fullonum,* quâ pannos mundant, eamque eruere & tractare cuivis integrum eſt. Vid. *Bernhard. Ceſius de Mineralibus* Libr. 2. Cap. 2. ſ. 7. Plura vide in *Galen.* Libr. 9. *ſimplic.* P. *Bellonio* Libr. 1. obſ. 28. *Sylvatic.* Libr. 1. *De Theriac.* 10. *Matthiol. in Dioſcor.* Lib. VI. Cap. 1. Undè concludimus, *Terram ſigillatam Lemniam* moderno tempore adhuc dum veram obtineri, & Autores contrarium ſtatuentes tum ex diverſis illius coloribus, tum ex nomine loci, ex quo eruitur, mutato, dum inſula *Lemnus* hodiè *Stalimene* dicitur deceptos fuiſſe. Verum autem hæ Terræ diverſis inſignitæ coloribus ſpecie differant tanquam diverſæ ſpecies ſub eodem genere, an ſecus, multi ambigunt! Ego ſtatuo, non ſpecie, ſed accidentibus, nempe colore differre: Vide & in viribus non admodum inter ſe diſtinctæ experientiâ & uſu deprehenduntur.

2. Eſt *Terra Melitea.*) Sic dicta à *Melitâ,* ſeu *inſulâ Malthâ,* in quâ eruitur; tactu aſpera eſt, colore albo ad cinereum vergens, adſtringens. Ad ſerpentium commendatur morſus, eamque vim à *D. Paulo,* accepiſſe credunt, cum naufragus ad hanc inſulam appuliſſet, unde quidam Lapidem Sancti Pauli vocant. Quò pertinent & *Gloſſopetræ Melitenſes,* oculi ſerpentum lutei, quæ per totam inſulam inveniuntur eâ quâ venduntur formâ. Et veſtigia certiſſima Nonnulli credunt Miraculorum *D. Pauli* patratorum, dum tribus integris menſibus in hâc inſulâ Evangelium incolis annunciavit eoſque ad fidem Chriſti duxit, omnes ejus inſulæ ſerpentes veneno ſpolians, eicuteſque & inhabiles ad lædendum faciens, ac ſi in petras eſſent converſi, terram præterea infinitis virtutibus augens, ut quemadmodum Morbus naturalis per ſerpentem in vitam intravit, ita etiam viciſſim ex ſerpentibus naturalis medela contrà illum hauriretur, unde & ſingulare veneratum eſſe alexipharmacum tam Terram, quàm linguas & oculos communi famâ Melitæ eſt pervulgatum, omnibus morbis venenatis & Morbis aliquâ malignitate ſuſpectis adverſa.

*USUS* hic eſt; linguæ collo aut brachio appenduntur, pulverum dictæ Terræ vino aut aquâ miſtum bibitur, vel liquor ſolus poſt linguarum infuſionem. Loco Terræ ſigillatæ pharmaci exhibentur, quibus malignitas per ſudorem debet eliminari. Annulis includuntur dicti ſerpentum oculi, ita ut geſtantis tangant carnem & inſtar aliarum gemmarum digitis ſint ornamento. Vaſis ex Terra Meliteâ præparatis, ſi vinum vel aqua infundatur, ac ubi vim eorum abſorpſerint, bibantur, multos morbos curant. Non deſunt, qui linguas has Melitenſes ob vim bezoardicam vel ipſum Lapidem Bezoar Orientalem ſuperantem in febribus ardentibus malignis, variolis, morbillis, lumbricis infeſtum, epilepſiâ ſuffragante experientiâ commendant. Hæ malignatum ſcyphis inditæ à potu venenorum præſervant immunes, dum præſente veneno in menſa ſudantes veneficium prodant. Vidit *C. L. Thom. Bartholinus centur. 6. hiſtor.* 1. Meliſſæ gloſſopetram ex terrâ erutam antiquam cui plumbeus circulus annexus indicium præbebat, vel auribus olim, vel collo appenſam. Puerorum collo ſuſpenſas dentitionem juvare prodidit RON-DELE-

*DELETIUS* Libr. 32. c. 10. & puerorum pavóres arcere. Gloſſopetram in manu parturientis retentam, donec incaleſcat, partum juvare dicunt. Vulnuſculum gloſſopetrâ inflictum in epilepticis paroxiſmis ſingulari remedio pueris prodeſt. Non abſonum fuerit, ſi pulveres cordiales dictæ linguæ Meliteniſes ſeu Gloſſopetræ ingrederentur, quemadmodum Panormi fieri teſtatur *Iohann. Frid. Habela*; ſed ante omnia benè obſervandum, ut per homines omni fide majores hi veri dentes ex Melitâ apportentur, ne fraus ulla ab impoſtoribus contingat, quibus ſignis dignoſcantur deſcribit idem *Thom. Bartholinus* l. c. quod ſcilicet non eſſe debeant dentes ſerrantes, monſtrorum marinorum in formam triangularem tornati, quemadmodum alii dentes albi & ſolidi, & oſſa, quia nullius ſunt valoris, ſed eligendi teneri mediæ duritiei & à naturâ calcinati, qui unà cum cortice ſplendido & levi faciè maſticantur inſtar eboris benè calcinati. Gloſſopetræ veræ Vulcani examini commiſſæ non in calcem, ſed quæ oſſeæ in carbonem abeunt, advertente *Fabio Columnâ*. Cineritias præfert *Abela* ordinis Hieroſolymitani Vice cancellarius vid. *OLAVS WORMIVS in Muſæo* Cap. 4. p. m. 7.

3. *Eſt & officinalis Terra ſigillata Germanica, eaque duplex, una dicitur Strigonenſis, ſeu ut communiter Strigenſis.*) Terra eſt lutea, pinguis & viſcoſa, inſtar butyri in aquâ & ore diffluens dicitur & medulla, vel axungia Solis, eò quod Sulphure Solis imprægnata credatur. Generatur in aurifodinis *Montis* acuti, ſeu *Divi Georgi* ad *Stregonium* oppidum *Ducis Suidnicenſis* inter duriſſimas rupes. Inde eruitur & ſummâ diligentiâ ordinatione Magiſtratus præparatur, & in formam orbiculorum impreſſo ſigillo urbis redigitur. Naturæ eſt ſolaris & veluti ſolis extractum in viſceribus terræ denſatum. Non immeritò tamen Terram veram Solarem Vngaricam huic præponimus & primas tribuimus. Altera *LIGNICENSIS* vocatur, *GOLDBERGENSIS* ad *Goldbergam* in *Lygiis* & *Stregonium*, hanc vocant axungiam Lunæ, quia colore alba eſt, & ex argento oritur, unde & agnatam & ingenitam cum argento vim in medendo ſortitur, & adea, quibus Medicamenta Lunaria inſerviunt, Vid. *Caſpar. Schwenckfeld. in Catal. ſtirp. & foſſil. Sileſiæ* Libr. 3.

¶ *Delectus*; Præſtantiſſima omnium quæ modernis in uſu ſunt, cenſetur Lemnia, rubri, hinc cineritii coloris, quæ Conſtantinopoli ad nos pervenit. Huic ſuccedere poteſt axungia Solis, in affectib. cordis, vel axungia Lunæ, in capitis & Epatis morbis: Ex Lunari autem antecellit ea, quæ cineritii coloris eſt.

HOFMAN. *Delectus.*) Omnibus palmam præripit *Lemnia* ſuprà deſcripta, quam Conſtantinopolis ſufficit. Hujus in locum ſubit Solis axungia in cordis affectibus, vel axungia Lunæ in Capitis Morbis. Vſus hujus præcipuus eſt in febribus malignis, Peſte, Dyſenteriâ, diarrhoeâ, morſibus animalium venenatorum.

¶ Nota *Bonitatis in terris eſt, ſi linguæ adhæreant. 2. ſi ſaliva aut humore humectatæ, in bullam ſeſe elevent, vel in ▽ m conjectæ bullas excitent.*

Vires. *Exiccat, adſtringit, reſiſtit putredini venenoque, reſolvit, ſanguinem dilatat, adeoque ciet ſudorem. Vſus præcipuè in peſte, febribus malignis, Diarrhæa, Dyſenteria, in morſibus animalium venenatorum. Extrinſecus in vulneribus malignis mundificandis, in ictu venenato.*

N. 1. *Terra Labacenſis, Terræ ſigillatæ vires æmulari videtur: ſudores largiter movet, nec vi adſtringendi reliquis cedit.*

N. 2. *De axungia Solis experientia comprobavit; 1. Quod cruda, (qualis ſcilicet ex minera eruitur) ſæpiſſimè Epilepſiam curaverit. 2. Quod in Philtris maximè profuerit.*

*Doſis à* ℈ß. *ad* ʒ ij.

## PRÆPARATIONES ET PRÆPARATA Terrarum Argillacearum; ac inprimis Sigillatæ.

HOFMAN. *Præparationes & præparata Terrarum argillacearum ac imprimis Sigillatæ.*) Vbi 1. occurrit *Terra ſigillata præparata*, quæ ſine præparatione vulgari in uſum venit. 2. *Magiſterium.* Hoc nullius uſus & efficaciæ eſt.

### 1. *Terra ſigillata præparata.*

N. 1. *Vt plurimum terra ſigillata ſine præparatione vulgari in uſum venit.*

### 2. *Magiſterium.*

℞. Solve in ſpirit. Sal. nit præcipita ol. Tart. p. d. vel ▽. comm. ita Magiſterium ſub colore terræ nativo nanciſceris.

*Doſis à* ℈ß. *ad* ʒß. *& ultra.*

### 3. *Spiritus Terræ ſigillatæ ſimplex.*

Deſtillatur terra, per ſe ex Retorta: Nimirum,

℞. Terræ Sileſiacæ flavæ [ optima eſt, quæ duobus monticulis inſignitur ] libr. 1. frange in particulas duas, ac deſtilla per Retortam, igne nudo, hor. 6. vel plures, [ ad ♂ integrum, ] in Receptaculum capax. Primum exſtillat Phlegma, dein Spiritus albicantes in parva quidem copia, ſed grati acoris ac ſaporis.

N. *Terra reſtans, ejuſdem etiamnum figuræ extrahitur, ſed quæ non amplius linguæ adhæret, nec ſaliva humectata in bullas exurgit.*

Vſus: *Non opus habet rectificatione, ſed in uſum venit una cum Phlegmate.*

*Doſis* ℈ß. *Vide Horſtium in Problematibus.*

HOFMAN. *Spiritus Terræ ſigillatæ ſimplex.*) Spiritus albicantes illos acidiuſculos ſi in M B. rectificaveris habebis luteos & ſi hunc licet parvâ in copiâ majorum virium exoptes, extrahe ſal ex Cap. mort. in furno figulino calcinato cum aqua pluviali (quamvis paucum & non niſi ex flammâ Ignis forſan productum) & circula cum ſpiritu. Quoad vires. Dn *Samuel Gloſſæus* hoc ſpiritu in febribus uſus fuit malignis cum ſudoris elicio & *Gregor. Horſt.* communicavit, qui illum inſeruit Centur. problem. Therapeutic decad. 1. de febrib. quæſt. v. Doſis eſt à ℈ß. ad ℈ j. vel ij. in liquore appropriato.

### ¶ 4. *Spiritus Terræ ſigillatæ cum Vino.*

Fit macerando Terram cum ▽ & deſtillando. Hinc digerendo eandem cum 🜅 atque deſtillando. Vide ſupra.

### 5. *Spiritus Terræ alcaliſatus, ſeu balſamus Terræ.*

1. Fit ſi cum ▽. maceretur ac deſtilletur, & poſtea cum ſale ſuo alcaliſetur. Vide ſupra.

2. Deſtilletur ſine ▽, floreſque forti calore propulſi, cum liquore deſtillato conjungantur.

Vires. *Vires ex terræ viribus judicari poterunt, præter quas vim quoque habet arthriticos dolores ſummè mitigandi, malignitatem ſcabiei corrigendi, &c.*

N. *Solvit quoque* ☉.

[ *Spiritu Nitri, ſalis, vel* ⊕*-li. imprægnatur etiam Terra ſigillata, indéque liquores ſtyptici, & alexipharmaci parantur.* ]

### 6. *Oleum Terræ Strigonienſis.*

℞. Terræ Strigonienſ. ℔ 1. Affunde aq. pluvialem, deſtill. colloca in locum temperatè calidum per menſem vel amplius, & oleoſitas à corpore ſuâ ſponte ſeparabitur, & aquæ innatabit, aquam ſepara per infundibula & oleoſitatem cum part. vi. 🜅 deſtilla & egredietur Oleum aurei coloris ∽ui innatans. Materiam autem inſtar perlæ albam in fundo relictam exime, cum aq. pluviâ Sal. ut moris eſt, extrahe, hunc

oleo redde majorumque virium, ergò circula, & ex 🝭 vitrea in Arena deſtilla.

*Doſis gutt. vj. in vehic. convenient. in febribus malignis, variolis, calculo.*

Hofman. 6. *Oleum terræ Sirigenenſis.*) Num oleum propriè ſic dictum Terræ inſit ſigillatæ valdè dubitatur, licet etiam tacta lutulet digitos, hoc tamen potius ab ipſius lentore, quam pinguedine connatâ oritur. Non igitur video, quomodo per hunc proceſſum oleum ex terrâ ſigillata elici poſſit. Eodem vitio laborat ☉ potabile Rhumelii in antidotar. p. 114. ex terrâ ſigillatâ extractum. Alii h. m. procedunt; Recip. terr. ſigillat. imbibe ſp. Nitri rectific. ad formam pultis, in frigore inſtar lapidis indureſcat, teratur in pollinem, inde veſicæ ſuillæ, quæ in fundo ſit perforata, in loco frigido reſolvitur in liquorem rubicundum. Doſis ℈ j.

N. Hic liquor oritur non tam ex terrâ ſigillatâ, quàm Sale Nitri coagulato & per deliquium ſoluto in loco frigido. Eadem etiam ratio eſt ſequentis liquoris ſtyptici cum ſp. Vitrioli præparati, qui etiam *D. D. IOHANNI MICHAELIS* p. m. in uſu fuit.

Recip. terræ ſigillatæ minutiſſimè contritæ, affunde ſp. Vitrioli, digere, abſtrahe, iterum affunde, idque ter repete, & videbis materiam coagulari in Lapidem durum, pulveriſa & ſolve in cellâ in liquorem.

Vires: ſummum remedium audit in dyſenteriâ, confert febribus malignis cum alvi profluvio conjunctis, vomitu &c.

Cum ſp. ſal. comm. compoſito etiam ex terrâ ſigillatâ extractum fieri poteſt, & cum ſpiritu vini in liquorem redactum ad dictos affectus utile paratur h. m.

Recip. terram ☉larem opt. affunde ſp. Sal. comm. compoſ. extrahe tincturam, filtra, abſtrahe, & poſteà cum ſpiritu quodam cordiali conjunge & denuò filtra. Vires: Egregium eſt Medicamentum in cordis affectibus & Morbis epidemicis. Doſis à gutt. x. xx ad xxx ubi adſtrictione opus eſt in angoribus cordis, vomitu & Dyſenteriâ malignâ.

¶ *Q. E. terræ ſigillatæ vide in Hodegetico Popp. p.* 12.

[*Terebinthinæ oleum ex Terra ſigillata extrahit liquorem rubicundum alexipharmacum.*]

[*Trochiſci de terra ſigillata.*

## II. BOLUS.

Bolus terræ genus eſt, ex pallido rubrum, vaporibus ♂alibus inprimis imprægnatum.

Dicitur Medicis Bolus armena, vel orientalis, eò quod ex Armenia finitimiſque locis, præcipuè advehatur. Præcipuè dico, ne excludam & alia loca, in quibus ea foditur, & ad nos tranſportatur, quibus nec Germania noſtra caret, unde nobis Würtebergica uſualis eſt.

Hofman. II. *Bolus Armena.*) A Medicis ita dicitur, eò quod ex *Armeniâ* advehatur. De quo tamen dubitat *Zacutus Luſitanus in Medicor. Principium hiſtor. Libr. 4 hiſtor.* 51. An ſcilicet ille verus ſit, qui ad Nos defertur. *Matthiolus* ad Rubricam ſinopicam accedere ſtatuit. Quidam veram Terram Lemniam eſſe arbitrantur, ſed manus inficit, quod Terra Lemnia non facit. *OLAUS WORMIUS* in Muſæo ſuo duorum generum maſſas tenet, globoſam unam, non ſignatam aut in formam artificioſam redactam, quæ pallidior, vi adſtringente & pingui tenacitate aliis non cedentem. Altera in maſſam oblongam quadratam pondere quinque drachmarum cum dimidiâ redactam, cui duo ſigilla Turcica impreſſa magis ſaturati coloris, quàm prior. Notas veri Boli Armeni etiam habet, & inſtar butyri in ore liqueſcit.

*Bolus Toccavienſis* in *Tranſilvaniâ* ad *Toccam* ſeu *Toccay* repertus à *CRATONE* in uſum traductus. Dantur & alia loca, in quibus ea foditur, unde & *Würtenbergica* uſualis eſt. Modò allegatus *WORMIUS* l. c. mentionem etiam facit *Boli albi*, ad cinereum colorem vergentis, mollis, lubrici, pulverulenti, tangentium manus colore albo inficientis, ex *Hetruriâ* affertur, Ut & *Boli* cinerei *Fionici* ac *Borringholmici* ex inſulâ *Daniæ Borringia* tranſportati. *Boli Norvagici* conditionis aliquanto pinguioris & ad contactum lubrici.

¶ *Delectus.* Præſtat pura (non arenoſa) quæ in lævorem calcis inſtar affuſo humore promptiſſimè ſolvitur ac commanducata butyri modo liqueſcere videtur. Reliquis tamen præſtantior cenſetur, quæ ex Armenia vel locis finitimis apportatur.

Vires. *Valde ſiccat, adſtringit, roborat. Hinc uſus ejus ſaluberrimus eſt in fluxu ſiſtendo in humore inſpiſſando, in putredine arcenda, veneno obtundendo, &c. quâ ratione convenit in Diarrhœa, Diſenteria, fluxu menſtruo, Catarrho, ſputione ſanguinis, Hæmorrhagia narium & vulnerum, &c. Externus ejus uſus creber eſt in Cataplaſmatis, pulveribus adſtringentibus, &c.*

*Vires.*) Facultatem habet admodum exſiccantem & conſolidantem, adſtringit, roborat, hinc uſus Ejus ſaluberrimus eſt in fluxu ſedando, humore tenui inſpiſſando, putredine arcendâ, veneno obtundendo &c. quo modo in omni alvi fluxu convenit, dyſenteriâ, Catarrhos ſalſos ad pulmones delabentes incraſſat, in hemoptoe, hæmorrhagiâ narium & vulnerum agit aliquantiſper præcipitando, in ulceribus putridis oris & pulmonum etiam commendatur, quocirca & Phthiſicis utilis eſt, in Peſte à *Galeno* commendatur.

### PRÆPARATA.

¶ 1. Bolus armena præparata fit modo generali.

Hofman. *Præparata.*) Communiter Bolus armena abluitur aquâ roſaceâ ad ſordes & arenulas removendas, ſi quas habuerit, alias præſtat cruda & pura: Et ſi libuerit Bolum majoribus imprægnare virtutibus, illum rore Majali vel aquâ tonitruali frequenter imbue, aëri expone ac leniter exſicca, à radiis ſolaribus interdiu præſervando, vel etiam ſi volupe fuerit decocto quodam medicato appropriato imbue, ut decocto ſerpentum, C C. cardi, ſcordii, &c.

¶ *Ut de Terra ſigillata monuimus, cruda prius, quàm præparata terra Armenia in uſu eſt.*

2. Magiſterium: fit ut Magiſterium terræ ſigillatæ.

[*Antidotus ex Bolo.*]

## III. CRETA.

Creta, Kreyd. de la Croye. *Chalk.* Krent à Creta Inſula ſic dicta, ubi in copia invenitur, (licet Dania, Gallia, & aliæ regiones quamplurimæ eâ ſcateant) terræ ſpecies nobiliſſima eſt, durior & candida.

N. *Renodæus triplicem hujus facit ſpeciem candidam, vireſcentem & nigricantem; Verum, nobis non niſi candida in uſu medico eſt, eoque rariſſimo.*

Vires. *Siccat, abſtergit, emplaſtica eſt.*

Uſus *ejus internus nonnunquam in ardore Stomachi eſt, externus in vulneribus; ulceribus, &c. ſiccandis.*

Hofman. *Creta* Kreyd à *Creta inſulâ.*) Aliæ Regiones quàm plurimæ illâ etiam abundant. Inter paternos *Cretæ* ſitus *Plinius Libr.* 37. Cap. 17. numerat *Theſſaliam, Liciam, Sardiniam, Umbriam.* Præterea *Agricola Libr. 2. De Naturâ foſſilium* p. 196. Habent, inquit, pleræque regiones *Cretæ* colles: ut *Gallia, Britannia, Muna* deſerta *Maris Baltici inſula,* quâ ex *Pomerania* navigatur ad *Coppenhagen Daniæ. Smyrnæ* etiam naſcitur & quidem optima. Item in *Brabantiâ* inter *Lyram & Diſtum* effoditur. Plura ſunt *Cretæ* genera. *Volaterranus Libr. 27. Philolog.* p. 649. Inter hæc recenſet *Cimoliam, Sardam, Umbricam, Theſſalicam, Saxum & argentariam* ita appellatam, eò quod nitorem argento reddat. Idem *Cretæ* generibus etiam annumerat *Sardam, rubricam, argentariam* & *viridem,* quam *Agricola Lib. 2. De Naturâ foſſil.* p. 193 optimam pronunciat, *Smyrnæ* natam, hæc virides ducit lineas *OLAUS WORMIUS in Muſæo* Cap. 3. hanc viridem poſſidet levem, ſubtilem, quæ cocta ad rubedinem tranſit. *Græci Smectidem* vocant, quia fundus iſte, in quo primò hæc creta fuit inventa, fuit *Theluſii* cujuſdam.

*Vires & uſus.*) Internè nonnunquam in ardore ſtomachi datur vel per ſe, vel cum ocul. ♋ & Nuc. Moſchat. in aquâ portulac.

lac. vel in morſulis, de quibus vid. *Mynſicht.* creta drachmæ unius pondere aſſumpta cum vino vel lacte caprino non ſolum vermes interimit, ſed & ne altius adſcendant, prohibet. Si teneatur in manu, ſiſtit hæmorrhagias, Uteri hæmorrhagiam ſiſtit, ſi applicetur umbilico. Externè etiam in vulneribus, ulceribus &c. ſiccandis ob ejus vim ſiccantem, abſterſivam & emplaſticam commendatur. Gallis gallinaceis quoad uſum domeſticum eſt adverſa vid. *Thom. Bartholinus centur. 5. hiſtor.* 83.

## IV. TERRA IAPPONICA.

¶ Eſt & terræ genus exoticæ, colore purpureum, punctulis albis intertextum, ac ſi ſitum contraxiſſet, ſapore auſteriuſculum, maſticatum liqueſcens, ſubdulceinque poſt ſe relinquens ſaporem; CATECHU vocant, ſeu TERRAM IAPPONICAM. *Hujus uſum perhibent celebrem in exiccandis catarrhis, capiteque roborando, ſi in ore detineatur.*

[*In hernia varicoſa, mictione involuntaria.*]

Particulam *hujus* obtinui à Pharmacopœo noſtrate curioſiſſimo Dn. Matthia Banſa.

[*Non rara nunc*]

HOFMAN. 4. *Terra Iapponica* ſeu *Catechu.*) Eſt Terra exotica colore purpurea, punctulis albis intertexta ac ſi ſitum contraxiſſet, ſapore auſteriuſcula, maſticata liqueſcens & ſubdulcem poſt ſe relinquens ſaporem. Si in linguâ detentâ maſticetur vel globuli inde fiant, hujus uſum celebrem perhibent in exſiccandis catarrhis ſalſis & capite roborando. Reperitur apud Dnum *Langermannum* in nundinis Lipſienſibus. De hujus Terræ Iaponicæ ſingulari uſu in urinæ profluvio continuo ac herniâ varicoſâ vid. Ephemerid. Medicophyſic. anno 2. obſervat. 129. ſeq. Ex hâc etiam Tincturam ſtypticam confecit D. Georg. Wolfgang. Wedelius P.P. Ienenſ. celeberrimus l. c.

### Præparationes variæ Terræ Catechu ſeu Iapponicæ ex D.D. HAGENDORNIO & primò.

### De Medicamentis Catechu in forma ſolida,

#### Præparatio generalis Terræ Catechu.

♃. *Terræ catechu q. v. redige in pulverem & per cribrationem à particulis ligneſis & lapilloſis ſepara, illique affunde juſtam aquæ ſimpl. vel alicujus deſtillatæ proportionem (qualis aqua rubi idæi, quæ omnino proficua) Digeras per unum alterumque diem ad calorem fornacis, bacillo, interdum commovendo, hinc liquorem tinctum per inclinationem ſepara, poſt aquoſam humiditatem evaporando, reſtitans magma ad leniſſimum calorem exſiccetur & in pulverem redigatur. Hunc laborem tandiu poteris iterare, novam ſemper affundendo aquam, uſque dum nihil præter partes impuras & inutiles in vitro ſupereſſe videris.*

#### Magiſterium Terræ Catechu.

♃. *Tincturæ catechu cum Sp. vini paratæ q. v. Affunde Spir. Vitriol. vel alterius aciduli q. ſ. permitte omnia aliquandiu quieſcere, poſtmodum ad fundum ſubſidens magma per exhalationem liquoris ſupernatantis in pulverem redige magiſteriatum.*

*Vel affunde catechu in aq. v.g rubi idæi ſolutæ & per inclinationem à fæcibus liberatæ, aceti deſtill. q. ſ. Sic citiùs præcipitabitur magiſterium, exhalatione liquoris aquoſi mox impetrandum.*

#### Eſſentia Catechu ſicca.

℞. *Tincturæ Catechu cum Sp. vini paratæ q. v. abſtrahe per alembic. vel evaporationem ſp. vini totum, reliquum leniter exſicca & in pulverem redige.*

*Hæc eſſentia tincturam omnium pulcherrimam præbet, cum liquore quovis ardente facilè parandam.*

#### Pulvis Stypticus externus.

♃. *Terræ vitrioli dulc.* ℥ß. *Catechu præpar.* ʒ ij. *croci martis adſtring.* ʒ j. *thuris* ʒß. *opij pulver. gr. v. circiter, cum tantillo camphoræ F. pulvis ſubtiliſſimus.*

#### Pilulæ Catechu anodynæ, Stypticæ.

℞. Extracti catechu p. iij. pulver. anodyni p. j. M. *accuratiſſimè; adde quandoque lap. Bezoar. orient.* gr. j. vel ij.

*Hæ pilulæ apprimè juvant delicatulas & medicamentorum pluralitatem faſtidientes; præter vim ſtypticam ſudores etiam movent, ut in dyſentericis aliquibus obſervatum à D. D. Hagendornio.*

#### Pilulæ Catechu odoriferæ.

℞. *Extracti catechu q. v. Confectionis alkermes ambratæ q. ſ. M. F. Pilulæ gratum oris halitum conciliantes.*

#### Rotulæ Catechu ſtypticæ.

℞. *Sacchari in aq. appropriata ſoluti q. ſ. adde catechu præparatæ & pulver. v. g. pro ſingula,* ℈ i *ſacchari,* ʒ j. *M. F. ſ. a. rotulæ, oleo cinnamomi vel alio, ſi lubet, irrorandæ.*

#### Rotulæ Catechu odoriferæ & confortantes.

♃. *Sacchari in aq. odoriferis ſoluti q. ſ. aut* ℥ ij. *circiter, catechu præparatæ* ʒ ij. *Confectionis alkermes cum moſcho* ʒß. *F. Rotulæ.*

*Vel, quod compendioſius.* ℞. *ſacchari in aq. odoriferâ ſoluti q. v. adde tincturæ catechu ambratæ q. ſ. F. ſ. a. maſſa in rotulas efformanda.*

#### Rotulæ Catechu pectorales.

℞. *Sacchari in aq. fœniculi ſoluti q. v. Catechu præparatæ & olei fœniculi q. ſ. ut fiant ſ. a. rotulæ, in hæmoptyſi, tuſſi, catarrhis &c. multi uſus.*

### De Medicamentis Catechu in Forma Mediâ.

#### Extractum Catechu.

℞. *Catechu præparatæ q. v. ſolve in aq. appropriata quam ultra dimidium evapora atque ad conſiſtentiam extracti redige. Vel.*

℞. *Tincturam catechu cum Sp. vini factam, evapora ad dimidium, vel ultra etiam, reſiduum extracti faciem facilè præſentabit.*

#### Balſamum Catechu vulnerarium.

♃. *Catechu pulver. q. ſ. adde lixivium ſalis tartari proportione circiter quadrupla. Lixivium hocce mox purpureo tingetur colore, omnemque catechu ſubſtantiam in ſe quaſi abſorbere videbitur, nihil relicto ſedimenti in fundo. Liquor hic lixivialis dulcore quodam remixtus per aliquot dies in gelatinam veluti quandam abit rubicundiſſimam, quæ butyri inſtar ſe tractari, & linimenti vel balſami vice uſurpari ſuſtinet. Magnarum virium in ulceribus antiquis & putridis.*

#### Electuarium Catechu pro delicatulis.

℞. *Mellis opt.* ℥ ij. *ſacch. alb. in aq. appropriata ſoluti* ℥ j. *extracti catechu liquidi* ʒ iij. M. *exactiſſimè continuò agitando, cavendoque ne empyreuma contrahat. Poſtea ab igne remove, & dum adhuc calet, adde guttulam unam vel plures olei cinnamomi. Servetur in fictili.*

*Si excellentius deſideraveris optimo conſilio addes chocolatæ & confectionis alkermes q. ſ. in actu præparationis, atque ita pro ſingulari analeptico id diſpenſabis.*

#### Emplaſtrum Stypticum.

*Componitur ex pulvere ſtyptico externo, (de quo ſuprà) cum cera, reſina pini, oleo hyperici, juſta proportione additis & ſ. a. ritè miſtis. Maſſæ antequam frigeſcat adde pro odoris gratia guttulas aliquot olei roſar. deſtill. & poſtmodum ſi lubet redige eandem in magdaleones.*

### De Medicamentis Catechu in forma liquida.

#### Tincturæ Terræ Catechu.

♃. *Catechu pulv. q. ſ. affuſis Sp. vini partibus circiter quatuor, vel ſex, prout dilutiorem, vel ſpiſſiorem eandem expetis, in leni digeſtione, vel etiam ſine eadem, colloca, tinctum liquorem filtra, reſiduæ maſſæ iterum, ſi volueris, Spir. vini partes ſolummodo tres affunde, iterum digere, uſque dum Sp. vini rubineſcente ſe commendet colore, eſſentiæque conſiſtentiam æmuletur. Vel.*

℞. *Eſſentiæ catechu ſiccæ q. v. eidemque Sp. vini, vel aliud menſtruum ardens affunde. Sic abſque digeſtione, abſque filtratione, abſque ullius ſedimenti depoſitione, mox impetrabitur tinctura.*

*Ita & aliæ Catechu tincturæ confieri queunt, v. g. Traumatica, cum Sp. cerefolij. Styptica cum Sp. theriacali. Antiſcorbutica, cum Sp. cochleariæ. Stomachalis, cum Spiritu panis ſecalini. Confortans, cum Sp. citri, addita confectione alkermes ambrata &c.*

*Ita quoque cum aliis ſi volupe eſt, menſtruis, & aliæ tincturæ, & extracti & diſpenſari in ægrotantium commodum poſſunt.*

#### Miſtura Catechu pro fœtore oris.

℞. *Catechu præparatæ q. v. affunde aquas odoriferas, cum tantillo ambræ & moſchi addito; digerantur & percolentur; hæcque miſtura in uſum dictum uſurpetur.*

#### Doſis & Vehicula Medicamentorum ex Terra Catechu.

*Doſis cum diverſa ſit ob diverſitatem medicaminum exinde paratorum, hinc notandum. Catechu ſimpliciter & in forma præparatam exhiberi poſſe à* ℈ß. *ad* ʒß. *Eſſentiam verò ſiccam à* gr. v. *ad* ℈ß. *ad ſummum. Tinctura cum Sp. vini parata, propinatur à* gr. x. *ad* XL. *Vel ſi conſiſtentiæ ſpiſſioris fuerit inſtar extracti liquidi guttulæ* x. vel xx. *ſufficiunt. Eadem doſis & reliquis competet tincturis, ſive cum Sp. cochleariæ, ſive panis ſecalini, &c. concinnatæ fuerint. Tinctura tamen Catechu confortans ambrata, vix ultra guttulas 15. vel 20. exhibeatur. Pilularis catechu forma vix* ℈ß. *tranſcendit.*

*Rotulæ & electuarium arbitrio aſſumentis relinquuntur.*

*Vehicula* ℞. *grata, interim tamen vim medicamenti non infringentia; qualia, Juſcula, cerevisia calida, vinum malvaticum, ni calor præter naturalis obſtiterit.*

*Vires Catechu generaliores hæ ſunt. Catechu remedium eſt Stypticum, anodynum, alexipharmacum, aphrodiſiacum, apophlegmatizans. Sed qui plura de viribus ſpecialioribus, ut & de ortu, anatome, natura, patria, differentiis, electione, affectionibus, temperamento, qualitatibus paſſivis & uſu catechu, voluerit: conſulat Doctiſſimum* D.D. HAGENDORNIUM *qui tractatum integrum de eo conſcripſit.*

## V. MARGA.

¶ Marga, eſt portio quædam pinguis & quaſi medulla, in ſaxis nonnullis, dum franguntur reperta, unde & Medulla Saxorum dici ſolet, Germ. Steinmarck. La Moüelle des Pierres. *Marle* or *Marrow of ſtones.* Merch van Steenen.

Vires. *Siccat, adſtringit, conſolidat, ſarcotica eſt*

*tartarum ſanguinemque coagulatum reſolvit*, (*intus exhibita.*)

HOFMAN. 5. *Marga.*) Hæc eſt vel candida, pinguis, liquida, cruſtacea, vel incarnata rubra, linguæ adhærens. In *Montibus Bohemicis* ſummâ reperitur in copiâ, in latomiis & Saxorum commiſſuris quemadmodum & in *Lygiis* montibus reperiri ſcribit *SCHWENCKFELDIUS*. Datur etiam lutea in *Grode* Lapide & cinereâ Lapidosâ. Reperitur & *Rochlizii* & *Ienæ* in montibus ſolaribus &c. Ut Jovis omnia ſint plena.

*Vires.*) Commendatur ruptis ex alto devolutis, hæmoptoicis, dyſentericis, unde & ex hâc ornat *Dn. D. IOHANN. MICHAELIS pulverem ſuum anti-dyſentericum*, cujus deſcript. vid. ſuprà in Libr. I I. & annex. theſaur. pharmaceutico ſect. 27. num. xxv. In oſſium fracturis etiam convenit, in calculo renum; Contra epilepſiam vulgi medela exiſtit. Exterius admota ſiccat ſine morſu, undè ulceribus deſiccandis inſpergitur. &c.

N. Hûc pertinet etiam *AGARICUS MINERALIS ſeu LAC LUNÆ* candore, levitate & raritate agarico vulgari protſus ſimilis. Vocatur & *gleba Norwegica* albicans, *Marga ſaxatilis, ſtenomarga* &c. Et deſcribitur à *FERRANDO IMPERATO* Libr. V. Cap. 41. *GESNERO, OLAO WORMIO in Muſæo* Libr. I. ſect. I. Cap. 4. p. 5. Reſpondet hæc *Terræ albæ Veterum*, cujus duo fuerunt genera: Unum *collyrium dictum*, eò quod Medicamentis ocularibus miſtum fuerit, terra pinguis, rara, mollis, candida, dulcis. *Alterum dictum ASTER*, vel quod ſigno ſtellæ ſignatum, vel quod micæ quædam ſtellarum inſtar in eâ emicabant.

*Vim* habet refrigerandi, adſtringendi, ſanguinis eruptiones & fluores ſiſtendi, uteri profluvia compeſcendi, inflammationes ſedandi. Rara eſt, tenuis, levis, adſtringens, micans, & granula quædam habet permiſta ſplendorem de ſe fundentia, quæ ab aliâ ſui parte, quâ ſaxis adhærebat, frequentiora apparent, cum permixtâ viriditate. Hæc in fodinis cupreis propè Nidroſiam inventa eſt. A ſuprà nominato *FERRANDO* l. c. *Agaricus Mineralis* vocatur, candore, levitate, & raritate *Agarico* vero prorſus ſimilis. Quidam *Lac Lunæ* vocant, propter candorem & teneritudinem, quam habet. Oritur à vaporibus metallicis, qui indies ſubtiles vehunt exhalationes, quæ ubi per ſaxa in cavitates exſudaverint, humido evocato, quod ſiccum eſt, remanet, & in medullam hanc raram, teneram & friabilem concreſcit. *Boetius ad Galactitem* refert. Hæc terra mixta aquæ albo lactis colore eam tingit, inſipida eſt, ſiccat ſine morſu; ſuperſtitiosè quidam adverſus quemvis Morbum ſalutarem eſſe putant. Lac auget drachmæ unius pondere ex juſculo propinata, commodius exhibetur in emulſionibus, mammillæ evidenter inde turgent, in profluvio item ſanguinis commendatur, & à quibuſdam tanquam ſomniferum utiliter exhibetur. Pollinem ejus ulceribus deſiccandis inſpergunt. vid. *OLAUS WORMIUS* l. c.

De Lacte Lunæ, ſic in Appendice ad Pharmacopœam Schrœderianam.

*Lac Lunare vel lac Lunæ deſcribit* CONRADUS GESNERUS, *de figur. lap. p. 50. quod in altiſſimorum quorundam montium Helveticorum ſpeluncis reperiatur, ut Storchornij in ditione Bernenſium, & Fracti ſive Pilatini Lucernentium: De quo repetam, ait* GESNERUS, *hic ea ferè verba quæ in fracti montis deſcriptione noſtra ante annos ſedecim poſui, mutatis nonnullis & additis. In Spelunca quadam, per ſummum montem fornici adhærens, naſcitur quædam ſubſtantia, fungoſa, friabilis, alba, leviſſima, quam fungum petreum dixeris, vel agaricum ſaxatile, tam ſimilis hujus eſt facies. Incolæ Monmilch appellant h. e. lac lunæ, à ſubſtantia alba & ſpumoſa, ex qua concretus videtur hic lapis, ſi lapidis nomen meretur. Aquæ mixtus, albo lactis colore eam inficit. Inſipidum eſt. Siccat ſine morſu. Nulla in eo aſperitas, & totum cum ſaliva mandentis liqueſcit, præſertim quod melius fuerit nam & craſſius & aſperius reperitur, immaturius nimirum & crudius; quod odore etiam caret. Concoctum autem & perfectum, ut aſperitatem admittit, ita albius colore, & pondere levius, & ſuaviter odoratum redditur. Videtur autem naturam Holoſteis dictis lapidibus qui in terra arenoſa in Palatinatu effodiuntur proximam obtinere: & lapidi quem ab odore cydonitem nominant. Superſtitiosè quidam, adverſus quemcumque morbum ægroti cujuſvis, propter quem expreſſe ipſius nomine à ſpelunca petatur, ſalutare eſſe putant. Lucernæ in pharmacopolis venire ſolet. Pollinem ejus Chirurgi ulceribus deſiccandis inſpergunt. Sunt qui nutricibus pollinis hujus drachmam exhibeant, ad augendam lactis copiam; è jure, ni fallor (poteſt autem commodiùs ex lacte amygdalarum, cui immixtus hic pollen aliquot horis fuerit, colato propinari, cum pauco ſaccharo & aqua fæniculi) Aiunt autem mammillas evidenter hoc auxilio turgere, & repleri lacte.*

*Præterea à docto quodam viro nuper proditum invenio, lac Lunæ in profluvio ſanguinis utiliter dari, tanquam ſomniferum; idque ſibi experimento conſtare. Quod ad nomen priſcum ego aut ipſum Morochthum veterum eſſe aliquando putari, aut eaſdem certè illi facultates obtinere: Sed amicus quidam rerum omnium foſſilium cognitione clarus, Margæ friabilis genus mavult.*

## VI. OCHRA.

¶ Ochra terræ ſpecies eſt durior, coloris flavi, ſeu lutei. Germ. Ockergeel. de l'Ochre *Tel louv Oker.* Geel-Oker.

Vires. *Siccat, adſtringit, diſcutit, excreſcentias reprimit.*

Uſus *Ejus rariſſimus eſt, & non niſi externus ac præcipuè in vibicibus & colliſis, tum quoque in tumoribus duris diſcutiendis* (Emplaſtr.)

HOFMAN. 6. *Ochra*) A luteo colore *Græcis ochra* dicitur; Et eſt *duplex, una Nativa* reperta non ſolum in metallis, ſed etiam in propriis venis vid. *Agricol. Libr. 2. de Naturâ Foſſil.* p. 199. & in Bermanno p. 444. Caſius de mineral. l. 2. c. 11. ſect. 11. *Factitia altera* eſt, & fit ex plumbo nigro, quam plumbariam vocant. Scilicet plumbum tamdiu Vulcani vehementiæ exponitur, uſque dum colorem Ochræ contraxerit, hâc pictores utuntur. Uſus ejus eſt rariſſimus, panos tamen diſiicit, concretas circa oſſa lapidoſa durities frangit, & ſi nata fuerit in æris fodinis, vim etiam cauſticam habet, articulorum item tumores & tophos diſcutit in emplaſtris adhibita.

## VII. RUBRICA.

¶ Rubrica terræ ſpecies eſt lapidoſa rubea. &c. dicitur & rubrica fabrilis, quòd fabris lignariis crebrò inſerviat, in ducendis lineis, German. rothe Kreide/ Rötelſtein. de la Rubrique, ou Croye rouge. *Red Earth, Rattleſtone* or *Carpenters Ruddle.* Rood-Aerd/ of Rat-tel-ſteen.

Vires. *Siccat, aſtringit.*

*Uſus ejus Medicus eſt in ſputo ſang. & in Emplaſtris vulnerariis & ſiccantibus.*

HOFMAN. 7. *Rubrica.*) Terræ ſpecies eſt lapidoſa, à rubro colore dicta, unde omnis Rubrica eſt rubea, & ſi quæ non rubeat, Ea non dicenda rubrica. *Duplex eſt Nativa & factitia. Illa gignitur* in metallis auriferis, argentariis, ærariis, ferrariis, unde & de illorum participat naturâ, quia etiam ſæpe in propriis reperitur venis. Loca autem, ex quibus effoditur, optima fuêre *Cappadocia, Lemnus, Ægyptus.* Nunc in Noſtræ Germaniæ metallis reperitur & propriis in venis, unde pro locorum diverſitate multiplex eſt, *Rubrica Lemnia, Ægyptia, Sinopica, Africana, Germanica &c.* Omnium præſtantiſſima eſt *Lemnia, Sinopica* & quæ ex *Africâ* aliiſque locis affertur. Ratione uſus diſtinguit *Fallopius Rubricam* in tres ſpecies, *Unam*, qua Medici utuntur & eſt *Terra Lemnia*; *Alteram*, quâ utuntur fullones; *Tertiam*, quâ fabri lignarii & Medici aliquando. In cunctis ignavior eſt hæc ultima. *Rubrica factitia* fit ex uſtâ ochrâ, de quâ vid. Agricola Libr. 3. de ortu & cauſis ſubterraneis p. 40. *Caſius de Mineral.* Libr. 2. Cap. ſect. 13. Quoad vires, pollet adſtringendi, reprimendi, & fluxum ſanguinis ſiſtendi facultate, undè & vulgus communiter in dyſenteriæ curatione ſibi levamen quærit.

## VIII. TRIPOLIS.

¶ Tripolis terra eſt coloris Citrini intenſe, ſpeciſque videtur Ochræ.

Vires. *Uſus ejus in Pharmacopœja vel nullus, vel rarus eſt, niſi quòd pro deſtillandis Spiritibus ſalinis, ſalibus admiſceatur, quo minus ea fluant.*

HOFMAN. Præter hæc recenſita *Terrarum Medicarum* genera, aliæ adhuc dantur ad rem Medicam etiam utiliſſimæ. Sic *Ioh. Euſebius Nierenbergius Terræ Damaſcenæ ſeu Adamicæ* meminit de *Miraculoſ. Terræ Naturis* Cap. 17. p. 465. quæ reperitur in agro Damaſceno, ubi aſſerunt. Adamum à DEO plaſmatum & hinc tranſlatum in Paradiſum terreſtrem, atque inde rurſus ejectum ob peccatum, quo ſe & nos omnes perdidit, huc relatum. Hic ager terram habet rubram & mirè tractabilem, quam Saraceni deferunt in *Ægyptum*, Indiam, *Æthiopiam*, carè vendentes. Ferunt, foveas revoluto anno adimpleri, & habetur famâ conſtanti terram hanc talis eſſe virtutis, ut eam geſtantibus nulla telorum vis noceat, vel alia incommoda, unde & aliqui in varias abutuntur ſuperſtitiones. Hæc ex *Nierenbergio.* Nonnulli putant, in hâc Terrâ Adamicâ eſſe Sulphur, & Sal comm. Naturæ, & habere vim ardendi, teſte Roſenkreutzer/ qui cum vellet ex hac parare ſpiritum, ardere cæpit. Quomodo autem ille ſpiritus ad ☉ & ☽ ſolutionem deſtilletur, apud *Ioh. Phil. Rhumelium in antidotar. chemic.* & in Roſenkreutzers *Aſtronom.* p. 363. invenies.

*Accidentæ Terræ* etiam mentionem facit ſuprà citatus *Nierenbergius* Cap. 59. Cujus virtus mirabilis & fidem ferè ſuperans, dum defun-

defunctorum corpora 24. horarum ſpatio in pulverem redigit, quam virtutem etiam in alias devecta regiones non amittit. Dicitur Pariſiis cœmiterium ejuſmodi terrâ gaudere, quam de Naturâ calcariâ participare dico.

*Terra Chia* ſuo candore ſe commendat, ſumptâ denominatione ex ſui nominis inſulâ. quæ ſita eſt in mari Icario circà minorem Aſiam, olim *chios*, nunc vulgo *chio* aut *ſchio* eaſdem cum ſamiâ vires poſſidere dicitur. Faciem mulierum erugat, & lævigat, ſplendidamq; reddit, in balneis utuntur fæmellæ ad cutem abſtergendam.

*Terra Ituana*, optimum eſt in febribus malignis cum ſucco citri miſta remedium, ac in vermibus puerorum expellendis ac compeſcendis abdominis cruciatibus mira præſtat. Apprimè conducit motibus illis convulſivis, quibus non rarò pueri tentantur. Ob facultatem adſtringentem, refrigerantem & exſiccantem ſanguinem, ex quâcunque corporis parte fluentem compeſcit.

*Terra Cimolia* ſiccat, refrigerat, digerit, aceto diſſoluta, parotides & alia tubercula diſcutit, item ambuſtis mox illita medetur, ne puſtulæ generentur. Nit. & Acet. diſt. mixta tumorem pedum ſanat, teſtium tumores diſſipat, ſi ceræ cypriæ permiſceatur. Illita immodicos ſiſtit ſudores; achores & ulcera capitis tollit, ad eryſipelata commendatur, ſi imponitur. vid. *Cæſius* l. c. ſect. 10. p. 151.

*Terra Oreana*, cujus *Ol. Wormius* etiam meminit in muſæo p. 15. ſic dicta ab Oro, quod Italis Aurum denotat, quaſi Terram auream ſeu ſolarem diceres. Per Italiam enim & Galliam aliquot ante annos circulator quidam percurrebat, hoc Terræ genus contrà varios morbos venditans; ſed unde advecta, & an artificio quodam depurata, non conſtat. Gleba eſt crocei coloris, minimè pinguis, arenoſa & fibroſa, acida aliquantum, leviter adſtringens, levis, in pulverem levi attactu diſſiliens. Terræ ſigillatæ Naturam & vires æmulari dicunt. Intellexit tandem *Wormius* Terræ ſpeciem non eſſe, ſed ſuccum inſpiſſatum *Achiott* ſimilem & locum in *chocolatâ* obtinere, dici verò *Oreanam* à loco ubi creſcit planta ex quâ exprimitur. *Barlæus* in rebus geſtis *Mauritii* p. 128. vocat Tincturam aurantii coloris *Orellianam*.

*Terram Antiſcorbuticam* commendat *Heinricus Petræus in diſſert Harmon. de Scorbuto* 38. in *Norvvegia* propè Bergas celebre emporium Terram rubram ſigillatæ cuidam non abſimilem effodi perhibent præſentaneum ſcorbuti alexipharmacum. Cur igitur Terra Antiſcorbutica vocetur, hinc patet eò, quod radicitus ſcorbutum extirpare dicunt, Drachmâ unâ in aquâ antiſcorbuticâ exhibitâ, ut ſudorem provocet. Miror autem hanc Terram ad exteros non exportari. Vulgaris eſt morbus exotica ſuſpicere & admirari, propria autem deſpicere.

*Terra Martialis*, hæc in fodinis mineræ martis reperitur, & ad uſum Medicum accommodat *Zacutus Luſitanus in Prax. Hiſtor. Libr 3. obſ. 3.* Quæ in umbrâ exſiccata ſubtiliſſimè teritur, lævigatur, eademque doſi, modo, ordine & forma in iiſdem affectibus ægrotantibus offerenda eſt, in quibus Mars ſolet præſcribi, imò ægri mirabiliorem & efficaciorem ejus uſu percipiunt utilitatem, quam ex ipſo ♂te. Id quod & *Petrus à Caſtro* Practicus Veronenſis confirmat remedium inauditum & ſæpiſſimè expertum ad menſes ciendos egregium indigitans. Quam laudem *Zacutus & Petrus à Caſtro* huic Terræ attribuit, eandem & meritò *mineræ Noſtræ Martiali Caſſelienſi* ovum dictæ Philoſophicum deferimus, quæ inibi effoditur partim cedens in crucibula fuſoria, partim in Medicum veniens uſum ad nos defertur griſea intus inſtar pyritæ Hallam, Lipſiam, Geram &c. Hæc optimè trita aëri expoſita temporis progreſſu in flores ſalinos martiales ſplendidiſſimos degenerat albos, ex quibus ſecundum artem cum ſpiritu roris majalis conficio Tincturam Martialem Rubini vel granati colorem æmulantem jucundo ſpectaculo. Non deſunt, qui pro Tincturâ ☉lari venditant. Hujus uſus in maſsâ ſanguineâ à ſalibus ſylveſtribus liberandâ per urinam admirabilis eſt vide tractat. de Auro Auræ Anonymi.

# CAPVT III.

## *De Aquis.*

AQuæ nativæ, quæ uſui Pharmaceutico inſerviunt, tum ſimpliciores ſunt, tum minerales.

Præparationes utrarumque ſunt: 1. Purificatio. 2. Deſtillatio. 3. Inſpiſſatio. Hinc aquæ depuratæ, deſtillatæ & ſalia.

### 1. *Purificatio.*

Scatent nonnunquam aquæ craſſis & heterogeneis fæcibus, unde depuratione opus habent. Modi depurationis hujus ſunt. 1. Filtratio per chartam bibulam. 2. Digeſtio qua partes craſſiores ad fundum ſecedunt.

### 2. *Deſtillatio.*

Deſtillatio aquarum in genere, pro variante volatilitate, fixitateve eliciendi liquoris, erit inſtituenda in VB, MB, cinere, tum quoque in arenâ, convenientiora autem hic ſunt deſtillatoria vitrea.

### 3. *Inſpiſſatio.*

Inſpiſſatio partem fixiorem reddit conſpicuam, quæ ſi ſalinæ naturæ fuerit, elixiviari poteſt. l. 2.

Vires. *Aqua quatenus aqua ſeu liquor eſt, ſummè humida cenſetur, frigida remiſſè. Verum, quatenus aliis rebus immixtis vehiculum præbet, eatenus pro harum diverſitate qualitatibus diverſis prædita judicatur.*

### AQVÆ SIMPLICIORES.

Aquæ ſimpliciores ſunt aqua 1. fontana. 2. putealis. 3. fluvialis, 4. paluſtris, 5. pluvialis, 6. nivea. Ex his uſitatior fontana & pluvialis, quibus quoque 7. ros majalis addi poterit.

1. *Aqua fontana* eſt omnium puriſſima & uſitatiſſima. Puriſſima eſt, quia per terram ceu colatorium colatur. Vſitatiſſima eſt, quia ad omnia recipitur, ad quæ aqua ſine peculiari mentione alterius, e.g. pluviæ, &c. recipi jubetur.

N. *Præfertur inter fontanas quæ fluit ab Oriente ad Occidentem, quæ decurrit à montanis locis altioribus, item quæ Viſu, Guſtu & Olfactu, pura, clara, tenuis, levis, ac ſincera deprehenditur, ut & quæ citò incaleſcit, & citò refrigeratur; quæ Hyeme calidior; Æſtate frigidior. Aquam hanc injecto pane toſto corrigere, ægrotiſque, loco potus ſat grati concedere noſtrates conſueverunt vulgo* Brod. waſſer. De l'eau dans laquelle a trempé du pain. *VVater vvith a toaſt.* Water met gebraede broodt.

2. *Putealis* fontanâ vilior, & crudior ut plurimum habetur, eò quod ponderoſior plerumque ſit ac linguam magis feriens (ein hart Waſſer.) Vne Eau peſante ou rude au gouſt. *Hard vvater.* Hart water. Verùm ſi ex vivis ſcaturiat ſcaturiginibus, reliquiſq; bonitatis ſignis abundet; illius vices ſubire haud inepta eſt.

3. *Fluvialis*; quod radiis Solaribus expoſita fuit, magis habetur digeſta quidem, quàm putealis: Verum tamen in uſurpatione ejus, non erit inutile, ſpectare, unde originem trahat, quóque perlabatur.

4. *Paluſtris* peſſima omnium cenſetur, adeoque è Medicina eliminanda.

5. *Pluvialis*, eſt aqua levis linguamque minus feriens, (iſt ein weich Waſſer.) Vne Eau legere & plus douce au gouſt. *Rain vvater, light in taſt.* Regenwater / ſacht (of licht) op de tong. fontanæ vicaria, utimur eâ ut plurimum deſtillatâ. Sunt qui præferunt imbres à Meridie advolantes, vel ab Oriente, utpote quas radiis Solaribus magis impregnatas & digeſtas arbitrantur.

HOFMAN. *Pluvialis.*) Hæc ad medicamentorum compoſitionem omnium eſt optima, dulciſſima enim, tenuiſſima & leviſſima: Et cum tenuiſſima ſit, Medicamentorum vires facilè in ſe imbibit. Eſſe autem ſuaviſſimã & leviſſimam præter *Celſi Lib. 2. C. 17. Plinii lib. 31. C. 3. & aliorum* autoritatẽ confirmat *Vitruvius Lib. 8. C. 3.* Dum Aquam pluvialem his laudibus ornat; Quæ ex imbrib. Aqua colligitur, ſalubriores habet virtutes, eò quod colligatur ex omnib. fontibus, leviſſimis & ſubtiliſſimis exhalationibus; deinde per aëris excretionem percolata tempeſtatibus liqueſcendo pervenit ad terram. Nam Sol de aquis omnibus tenuiorem & ſuaviorem portionem reſolutam in vapores ſurſum attollit, ut *Riolanus* explicuit *Libr. de Diæt. Sanor.* Dummodò illa temporaria fuerit in Martio decidua ac tonitrualis, præterquam enim quod optima ad ſtirpes colendas, præprimis inſuper ad Medicamentorum extractiones valdè commendatur, ut ipſe, etiam *Tabernæmontanus* ad cereviſiarum coctionem hâc de causâ in hiſtoriâ plantarum Cap. de Hordeo laudet. Non deſunt, qui Aquæ vitæ nomine dignantur, per quam ignis æthereus, Anima aut ſpiritus Univerſalis incorporatus *Azoth* ex aſtris ad Nos deſcendat, abſque hoc enim foret, omnia ſublunaria & quæ in hoc Univerſo animâ vegetativâ ſunt prædita, collabaſcerent ac perirẽt effœta & omni fœcunditatis ſpe orbatá. Aqua Elementaris nuda, inquiunt, tantos non poſſet preſtare effectus, niſi ſal aëris quoddam centrale in illâ deliteſcens omnis fœcunditatis

clavis eſſet. Neque hoc ſine ratione, ſaltem in aquâ Pluviali eſſe. Præterquam enim quod magna aquæ pluvialis copia inſpiſſata ſal ſui generis prebeat, inde etiam patet, ſi aquam pluvialem tonitrualem Terræ cuidam affundas ☉lari vel alterius mineræ & exponas loco tepido à radiis ſolaribus tamen remoto ad evaporationem, ſæpius affuſione & evaporatione repetitâ, ut pondus Naturæ impleatur, & ex illâ in globulos redactâ inſtar ſpiritus ſalis deſtilles ſpiritum & deſtillatum aliquot cohobiis à Cap. mort. abſtrahas, ſpiritum ſalis aquæ pluvialis nanciſceris Tincturâ ☉lari imprægnatum, qui ☉ ſolvit & recludit, cujus mentionem etiam facit *P. Poterius Libr. 2. Pharmacop. Spagyric. Cap. 14.* Ex quâ autem progenie dictum ſal aquæ pluvialis ſit, facilis eſt conjectio, Nitroſum illud eſſe; Hujus enim ſpiritus ☉ non ſolum ſolvit, ſed & in ſolutionem ☽næ cum Aquâ forti factam ▽ pluvialis infuſa illam non præcipitat, ratio, quia Nitroſæ proſapię eſt, putealis autem & fluvialis, (licet illa magis, quam hæc) ſtatim præcipitat, eò quod magis alkaliſatæ ſint naturæ. Nec minoris ſanè energiæ eſt aqua ex aëre collecta, ſeu ſpiritus mundi à quibuſdam noſtri ævi appellatus ſale illo univerſali aëris & macrocoſmi ingravidatus. Cujus *BURRHUS* olim & vice-colonellus *KRANACH* magnam ſibi compararunt copiam beneficio capaciſsimi cujuſdam filtri vitrei, cujus orificium inferius clauſum, glacie vel aquâ fontanâ frigidiſſimâ Nitro vel ✱ imbibita repleti & radiis ſolaribus expoſiti, dum ad hujus exteriorem ſuperficiem in aëre catervatim natantes vapores delati in vitrum ſuppoſitum à ſolis fervore immune deſtillarunt. Hanc aquam Non *Nemo* aliquot ante annos (quamvis non neſciam multos adhuc falsâ hâc perſuaſione dementatos) leni balnei vaporoſi calore deſtillans pro Panacea ſeu Medicinâ Univerſali venditavit, in primis in periculoſis ac dubiis affectibus, ubi robur vitale à malignitate, putredine ac calore febrili vehementiſſimo jacturam patitur, quales variolæ, morbilli, febres miliares, dyſenteria, cholera, eriſypelas, lipothymia, apoplexia, &c. quaſi ipſi non compar eſſet remedium. Verumenimverò, certum quidem eſt aërem non ſterile & effœtum eſſe corpus, qui ob poroſitates ſuas Atmoſphæræ multos tanquam ex Pandorâ ſua & immenſos proferat fructus ſalis Macrocoſmici & ignis ætherei imprægnatũ Nectare ex terræ gremio & Aſtris ad Nos perveniente, abſque hoc foret, omnia ſublunaria in hac univerſitate collabaſcerent, & interitum aut ruinam minarentur. Aqua putreſceret, Terra fatiſceret ſegetibus, imò homo ipſe intercideret, niſi quidam igniculi ſeu ſpiritus ſalini illorum eſſent pabulũ. Unde *Sendivogius* in Ep. 12. tractat. Eſt in aëre, inquit, occultus vitæ cibus, quem Nos rorem de nocte, de die aquam rarefactam vocamus, cujus ſpiritus inviſibilis congelatus melior eſt, quàm Univerſa Terra. Et tr. de ſulphure. Aër eſt verus locus ſeminis omnium rerum, & in ipſo eſt ſpiritus vivus omnium creaturarum. *P. JOHANN. FABER in Pallad. Spagyric.* Singulis horarum momentis vita è cœlo in terram per aërem defluit, ibique Mixtorum compoſitionib. conſervatur, ut hinc tanquam ex communi vivẽtium promptuario viventia omnia & ipſe homo vitam capeſſat. Unde & quidam inveniuntur, qui metallorum originem huic Mercurio aëreo referant acceptam. Extat ſpecioſus de vero *Sale Philoſophorũ Liber à Gallo Nuiſement* ſcriptus & Latinè à *Combachio* converſus, ubi ſententia illa propugnatur, & confirmatur. Vide etiam quæ Excellentiſſ. *Dn. D. JOEL LANGELOTT* in Præfat. ad Experimenta *D. Joann. Tilemann. proponit.* Verùm ſal ex aëre extrahi poſſe luce meridianâ clarius, adeò ut etiam, qui colligunt, aſſerant, ſtante vento Boreali & hyeme acidum illud eſſe, collectum autem æſtate, odóre, colore & ſapore differre à priori, nec vix aliquid acidi in ſe continere, ſed potius alkaliſatum eſſe. Differre etiam dicũt ratione loci, regionum &c. Sic *ingenioſiſſ. D. D. G. MORHOFF in Epiſtol. De Metallor. tranſmutat.* p. 29 refert, quod Amſtelodami apud Dnum *Theodor. Kerckringium* viderit veri ac genuini vitrioli ſed impuri quantitatem non exiguam, quam ex aëre Amſtelodamenſi multis aquarum ſalſarum & ſoli paludoſi effluviis impręgnato machinę cujuſdam beneficio extraxerit. An autem ſtatim illud Univerſale ſit, Ego cum Dno *MORHOFIO* non crediderim. Vagantur in aëre particulæ ſalinæ varii generis, quæ ignibus ſubterraneis & ſolis calore ſubtiliſatę in atmoſphæram provehuntur, prout ſoli ſubjacentis indoles illas ſubminiſtrat, Nitroſæ, Vitriolicæ, &c. Quis hiſce vires catholicas adſcripſerit? Plura vid. in *Tractat. Meo de Method. Medendi.* Et Anonymi de Auro Auræ cum Epiſtolâ meâ huic annexa.

¶ 6. *Nivea*, pluviali affinis eſt, magiſque penetrans, adeoque & ad ſudorem movendum non inefficax, quas vires naturæ ſalinæ acceptas refert, quâ præ reliquis abundat, vi frigoris condenſata.

N. 1. *Præfertur collecta circa ſolſtitium Hybernum & Æquinoctium Martij.*

N. 2. *Odontalgiam pertinaciſſimam aquâ niveâ fuiſſe domitam, vide Zacut. l. 1. Hiſt. med. obſerv. 46. De uſu vid. d. l. dub. 42.*

HOFMAN. *Nivea, Pluviali affinis eſt, magiſque penetrans.*) In hâc etiam ſal quoddam eſſe, negari nequit, unde quidam Nivis aquam ad duas uncias porrectam vim alvum purgandi habere dicunt, ſitimque egregiè ſiſtere & urinam pellere pro ratione ſalis, quod loci ſubjacentis genius profert. Ipſe *Autor Noſter* ad ſudorem movendum non inefficacẽ eſſe ait ob Nitr. quod ex hâc elicitur penetrantiſſimum, quæ cauſa etiam, quod faciat ad res conſervandas, ut alimentum hybernum temperando & fovendo calorem in terræ gremio internum, ejuſque ſal centrale augendo. Boreales igitur montes longâ nive cooperti gramen etſi parcum, tamen ſaginandis pecoribus aptiſſimum producunt, adeò, ut niſi tempeſtivè à paſcuis abigantur, nimiâ moriantur pinguedine. Circà ſolſtitium hybernum & Æquinoctium Martii colligenda eſt Nix ad Uſum medicum. De *Nivis Uſu Medico vid. eleganiſſ. Tractat. Thom. Bartholin. Johann. P. Fabr. in Panchym. Libr. 3. c. 4. & Zacut. Luſitan. Libr. 1 hiſtor. Medic. obſ. 46. Dub. 42.*

¶ 7. *Ros*, reliquas omnes ſubtilitate, adeoque & penetratione antecellit: Conſtans liquore volatiliori, ſaleque acriori, præfertur Majalis.

[Hic Ros Majo, & Iunii principio, colligendus, ante ☉ortum, lunâ creſcente, quando pluvia per aliquot dies non decidit, non linteis, ſed inſtrumentis vitreis.]

[Vires. *Vim habet laxandi, reſiſtit ictibus animalium venenatorum collectus ab herbis ophthalmicis oculorum affectibus convenit.*]

HOFMAN. *Ros.*) Præſertim *Majalis* & principio Iunii collectus probatur, ante ☉ortum ☽nâ creſcente, tempore ſereno, quando pluvia per aliquot dies non decidit, inſtrumentis vitreis non per lintea, niſi oleum & operam perdere velis. Quando enim ſol eſt exortus, Rorem tanquam ſui analogon ſtatim ad ſe rapit, ſale conſtans volatili, & fixo, ideoque malè facit *Rolfincius*, qui Medicamentum exinde præparare volens rorem prius inſpiſſat & demum ſpiritum elicit. Si enim ſpiritum ex Rore Majali conficere velis, prius Rorem per aliquot dies in digeſtionem pone, poſtmodum deſtilla, & in primâ deſtillatione in forma ſtriarum qui aſcendit ſpiritus eſt, inſequentes guttulæ autem poſt ſtrias mera aqua. Dn. D. *Johannes Michaelis* egregium Medicamentum ex rore Majali omnibus coloribus conſpicuum, item Sal. comm. omnibus fulgens coloribus aliquando confecit. *Ex rore*, inquit *HELMONTIUS*, per analyſin ignis ſal ſaccharinum paratur magnorum morborum remedium. Nonnulli egregium quoddam menſtruum ex illo ad ☉ ſolvendum præparant, cujus beneficio medicus quidam Venetus ☉ potabile paravit. Gallus quidam præparavit primo Sal. comm. volatile & fixum ex terrâ virgineâ, deinde conjunxit cum ſale Roris majalis, & ita confecit Medicinam ad extractionem ☉. *NOLLIUS* etiam ex Rore ſpiritum ſalis elaboravit, quo in agone conſtitutos revocari & tincturam ex ☉ evocari poſſe ſcribit. Mirum, quantis elogiis *P. Borellus centur. 1. obſ. 6.* Spiritum Roris exornet, Multis, inquiens, exantlatis laboribus & vigiliis in arcanis Naturæ perquirendis ſecretum auri ſolvi tandem nactus ſum, id eſt, menſtruum benignum, amicè intrà paucas horas ſolvens & ſine fumo, imo ſine igne quoque diſſolutum poteſt ad ſalis Naturam & olei reduci, cujus grana 3. 4. vel 6. juxtà ætates varias propinata intra 4. horas circiter ſudoribus copioſis febres malignas purpuratas, epidemicas & pertinaces curarunt; Sciant verò lectores à ſpiritu roris illud factum fuiſſe juxtà Sendivogii doctrinam. At dicent multi: cur non ejus copiam mihi comparo. Sed ſciant expenſas lucrum ſuperare. Notandum eſt, pergit, collectores Auri fluvii Gard juxta Urbem Vigam aſſerere Roris guttas unicuique Auri paleæ adhærere manè in arenâ eoque nutriri. Aliàs uſu exploratum, injectis Rori Auri foliis & in digeſtione poſitis ea diſſolvi; Ros per filtrum colatus in fundo exhibet materiam nivi perquam ſimilem, ſummè Cardiacam. *Matheſius* in ſarept. concion. 3. aureum nummum rore vel pluviâ majali aliquoties aſperſum & ſole exſiccatum vel terrâ abſconditum ponderoſiorem fieri. Ex Rore cum Mannâ egregium & ſecretum Menſtruum ad ☉ & coralliorum rubr. tincturam extrahendam Nonnulli etiam præparare volunt. Et vidit modo laudatus *MORHOFIUS* l. c. ipſe tincturam hoc modo paratam ab homine, qui neſcio quos theſauros inde ſperans magno pretio Principi alicui hoc ſecretum vendiderat. Ex Rore generari Perlas ſtatuunt *Maſſaria*, *Rhumelius* & alii; Verùm ad oſtrea altius mari & fluminum fundo immerſa, in quibus margaritæ majores & ſpecioſiores inveniuntur, Ros nullo modo pertingere poteſt. Quo pacto enim magno Aquæ intervallo gaudentes ſeſe impleri roſcido conceptu & pro qualitate Roris concepti uniones candidi & ſordidi ac pallentes fieri poſſunt.

*Quoad Vires, Ros Majalis* in Feſto Aſcenſionis Domini collectus multis mederi morbis dicitur. Communis aliàs Ruſticorum eſt purgatio propter ſal volatile, quemadmodum & res rore madefactæ v. g. roſæ majorem vim laxandi acquirunt, prout & Rores

Roſis

Roſis collectus magis alvum ſolvit. Venenóſorum animalium vim hebetari Rore ab aliis experientiâ habeo compertum. Externè Ros in herbis ophthalmicis v. g. fœniculi, euphragiæ & aliis tempore matutino collectus valdè commendatur in oculorum affectibus. Non ſemper tamen tuto in Rore nudo pede deambulandum eſt, nec confert nudo corpore ſeſe in eo volutare, prout quidam ſuadent, quia ſic pori cutis facillimè obſtrui poſſunt, imò materia peccans ad inferiores partes repelli, quemadmodum fit in ſcabie & podagrâ; quæ cauſa forſan fuit, quod *Plutarchus in quæſt. natural. quæſt 6.* rorem ut ſummè noxium Leproſis ſcribat, quem ſequitur *Mercurialis in tr. de Morb. cutan. Libr. 2. fol.* 50. Per accid. forſan ob venenata animalia Rorem inficientia ab ejus uſu dicti Autores fuerunt deterriti. Quam noxius enim ſit repellentium uſus ſiniſtrè adhibitus in podagra & aliis affectibus vid. Simon Pauli in quadripartit. botanic. pag. 169.

## PRÆPARATA EX RORE.

### [1. *Spiritus Roris Majalis.*]

℞. Ror. Maj. q. v. pone per aliquot dies in digeſtion. hinc deſtilla, aſcendent primò ſtriæ, i. e. ſpiritus, hinc aqua.

### [2. *Sal volatile fixum.*]

(Menſtruum pro ☉ & corallorum tinctura extrahenda ex Manna & Rore parare nonnulli ſatagunt.)

## PRÆPARATA EX AQUIS.

Aquæ fontanæ plerumque crudæ in uſum accerſuntur; Meteoricæ autem plerumque deſtillatæ. Præter has ſunt qui & Eſſentiam ſeu Spiritum alcaliſatum inde parant, idque mediante deſtillatione & ſaliſicatione.

### *Deſtillatio.*

℞. Aquæ pluvial. vel niveæ bonam quantitatem, deſtilla ex cucurbita vitrea leni MB calore, ut ſolummodo pars ſpirituoſa colligatur, hinc ſubſiſte. Alii, ut eò felicius pars ſpirituoſior à reliqua ſequeſtretur, præmittere ſolent digeſtionem ſeu putrefactionem (per menſem 1. aut 2.) in vaſe Herm. clauſo, qua fit ut non modo fæces ſubſideant, ſed & liquor quodammodo ad ſequeſtrationem diſponatur.

Hinc paratur.

### *Spiritus alcaliſatus, ſeu Eſſentia.*

℞. Spiritum jam elaboratum; adde Sal. comm. circula ſimul vaſe Herm. clauſo, per menſem deſtill.

HOFMAN. *Deſtillatio.*) Niſi digeſtio ſive putrefactio præmittatur, incaſſum laborabis. Hâc præviâ ſi deſtilles ▽ pluvialem vel niveam in forma ſtriarum aſcendit pars ſpirituoſa, quam potius aliquid nitroſi quam alkaliſati obtinere judicaverim. Sunt, qui fæces calcinant, & in his latet vis attractiva magnetica ſalem ex aëre attrahendi.

### *Saliſicatio.*

℞. Aquæ quantitatem maximam (menſur. 20.30.) exhalet aliquantulum (ſi opus ſit interpoſitâ filtratione,) hinc reponantur, evaporetque ad ſiccitatem: ſic nanciſceris fæces ſalſedine imprægnatas. Elixivia crebris ſolutionibus, habebis ſal purum.

N. 1. *Sunt qui fæces calcinant, ſed metuo ne quid pereat. Continet enim & Sal. volatile.*

N. 2. *Sunt & qui Sal. volatile ex ſpiritu ſibi ſpondent, ſed ſucceſſu mihi irrito.*

N. 3. *Terra illa reſidua ex evaporatione, ſi per* ☍ *pellatur, oleum quoque ſupernatans exhibet, ſed parum.*

[*Spiritus ſalis* ▽. *fontanæ ſpiritui.* ✱ *affinis, & aurum in calcem vertere dicitur, quod intelligendum de fontibus quorum aqua de* ✱ *participat.*]

### *Tartarum Philoſophicum S. Cloſſ.*

Ros vel aq. pluvia levi artificio reducitur in Terram ſubalbam, ſi ſcil. matracium rore ſemiplenum H. S. immergatur in Aq. Thermalem calentem vel retrò clibanum aut in hypocauſti ergaſtulo digerantur longo temporis intervallo, ſic n. de die in diem vi △ lenti atque continui generantur Atomi ſplendentes, quæ ad fundum vaſis agglomerantur, & à cœrulea aq. ſupernatante ſeparari debent.

HOFMAN. *Tartarum Philoſophicum S. Cloſſ.*) Hoc opus hic labor eſt; Nec hujus fruſtranea eſt elaboratio, modo Ros vel Aqua pluvialis in magnâ haberi copiâ poſſit, & longum temporis ſpatium ad elaborationem adſit. Novi Dnum D. D. *JOHANNEM MICHAELIS* hunc proceſſum non irrito effectu elaboraſſe. Atomi iſtæ ſplendentes nihil aliud ſunt, quam ſubtilis terra levi ſalſedine imbuta in aperto aëre ſalem macrocoſmicum attrahens & ob ſymbolum ſeſe cum illo conjungens.

### ¶ *Spiritus aq. pluvialis acidus & ardens Ioh. Fabri.*

Imbibe hanc Terram decimâ parte alterius aquæ pluvialis, digere dum ſpiſſeſcat, idque ſepties reitera, habebis materiam pinguem & ad ſyrupi conſiſt. accedentem, è qua △ ⚹ primo ⌒um acidum, deinde △ Arenæ ⌒um igneum propelles. Utrumque rectifica & ſuper ⚲ ſive gummi reſtans plures cohoba, intercedente ſemper digeſtione; quod ſupererit calcina △ reverberii ad albedinem, & ex calce hac Sal naturæ extrahe. Jam liquores illos ſali fixo reaffunde, digere, congela in MB tandem ſublima in ſalem cryſtallinum, quem in matracio H. S. furnoque ſecreto in terram fixam rubentemque figere non dubitabis.

*Hanc pro Panacæa Univerſali habent plures Philoſophi.*

### *Aquæ minerales.*

Sub aquis mineralibus comprehendimus acidulas & thermas, quæ nihil aliud ſunt, quam aquæ mineralibus eſſentiis in terræ abyſſo imprægnatæ.

Duo ergo & his inſunt; Mineralis ſcil. ſubſtantia, ſeu pars potior, & Phlegmaticus liquor, ſeu aqua, ſubſtantia illi Minerali vehiculum præbens.

Mineralis illa eſſentia nihil eſſe videtur aliud, quam Spiritus mundi in terræ gremio conceptus, inibi pro varietate matricis vel locorum in hanc vel illam naturam mineralem, prout illa à natura naturante naturata fuerit, tranſplantatus, aqueoque liquori ceu vehiculo commixtus.

¶ Eſtque ſubſtantia hæc mineralis varii generis, metallina, ſalina, bituminoſa, terreſtris, &c, tum ratione volatilitatis; fixior, volatilior, &c.

Vires: *Vires aquarum mineralium, pro diverſitate commixtorum mineralium decernendæ, in quibus tamen, cum impoſſibile ſit, in accuratam & penitiorem earum devenire mixtionem, experientiæ potiores partes dandæ ſunt.*

HOFMAN. *Aquæ minerales*, Et ſub his comprehendimus Primò *ACIDULAS.*) Iſtarum virtus Medica dependet à ſubtiliſſimis Mineralium ſpiritibus ex actione & reactione in martem ortis, quæ cauſa etiam, quod acidulæ ſint potandæ ex ipſo vivifico fonte. Non propterea, quod ſpiritus exhalent, acida enim non exſpirant, ſed quia ſpiritus eſt in ipsâ roſionis actione, nam ſi aliundè deferatur, actio in ferrum deficit, & tunc in formâ ochræ ambo fundum petunt. Hujuſmodi Acidulæ contemperant ſala ſylveſtria ſanguinis unde χυμὸν viſcerum corrigunt ſcorias tartareas ex latice & totâ maſsâ ſanguineâ everrunt, viſce-

rum infarctus deſtruunt, & tandem partibus ſuum tonum reſtituunt. Ut autem dictos praſtent effectus, antè omnia corpus prius purgandum, pro circumſtantiarum ratione. In ipſo illarum uſu manè depoſitâ prius alvinâ ſarcinâ, poſt ſolis ortum ex ipſo fonte hauriatur menſura ſemis, ſecundo die menſura una, tertio menſu a una & ſemis, quarto menſuræ duæ &c. per novem dies & ultrà doſin augendo; Ad ſtomachum confortandum inſequatur uſus Zinziberis conditi indici, cum corporis motu per horulæ ſpatium.

### *ACIDULAS ARTIFICIALES*
*Kyperus* ſeq. modo paravit.

Recip. Limaturæ ♂tis puriſſ. ℥ vj. ſp. Salis comm opt. ℥ iij. ſp. Vitrioli rect. f. ℥ ij. Limatura ponatur in cucurbitam capacem, affundatur ſpiritus guttatim & rotetur maſſa, ne fiat compacta. Spiritu affuſo adde phlegma Vitrioli, & colloca in locum tepidum & agita interdum: Atque ſic acquires Acidulas loco Naturalium uſurpandas. Doſis coch. iij. ad vj. in aq. fontan.

### *ACIDULÆ ARTIFICIALES*
meæ inventionis.

Recip. ♂tis ℥ iv. circiter, in crucibulo appone igni donec incipiat liqueſcere, Huic adde Antimonii ℥ viij. auge △nem, ut fluant, Et Regulus fundum petat, ſcoriis ſuperficiem petentibus. Recip. Scoriarum & Mercurii ♎ti ana q. v. deſtilla per retortam △ne vehementiſſimo, ut nihil Mercurii vivi in reſiduo maneat, ſed in recipiens omnis deſtillet; Cap. mort aq. fontanâ humecta, dilue & filtra; Atque ſic præparatæ ſunt Compendioſiori viâ fiunt cum ſp. Vitrioli phil. raſuræ ♂tis infuſo & filtrato. Cryſtalli ♂tis etiam exindè fieri poſſunt.

*THERMÆ.*) Aquarum Mineralium agmen *Thermæ* tandem claudunt, quæ ita vocantur, eò quod calefaciendi habeant facultatem, ſunt autem quædam ſalſæ, quædam nitroſæ, aluminoſæ, Sulphureæ, nonnullæ bituminoſæ, aliquæ ♂tiales, Venereæ, quædam ex plurimis horum mixtæ. Quænam ſit cauſa caloris, plurima tot retrò ſeculis torſit excellentiſſima ingenia. Miſſis aliorum opinionibus, probabile ſtatuimus, illarum calorem oriri ex ejuſmodi concretis, in quibus talis partium diſpoſitio, ut non diſtinctum aliquod ſulphur neceſſarium ſit, ſed ut ſaltem particulæ corporis iſtius ita ordinentur, ut licet duo concreta antè concurſum frigida, in concurſu tamen ubi acceſſerint atomi igneæ alterius corporis eâ frequentiâ & celeritate, quæ ſchema illud ſui ſpeciem varianti materiæ ingenerare valent, calida fiat. Exemplum præbet Eſſentia ♂tis aperitiva *Zwelferi* ex ſp. Nitr. parata, cujus meminit in appendice. Si ſpiritum Nitr. in ſcobem ♂tis demiſeris, ſtatim liquor ille, qui anteà perlucidus & uniformis erat, nec calorem ullum tangentibus ingerebat, poros in ♂te nactus, in quibus vires ſuas exſerat, in illud ſe inſinuat, ejus partes disjungit, diſſipat eâ cum celeritate, ut prementibus alterno curſu & recurſu ſuo particulis ferri, & partibus quoque ſpiritus Nitroſi citum & interpellato jam tenore anomalum motum nactis, tantus emergat calor, quantus ſufficere queat amburendis manibus ejus, qui receptaculum ſuſtinuerit, imò hoc interdum rumpere. Hujus rei exemplum etiam præbet butyrum Antimonii & dictus ſp. Nitri. Item ſal Tartari & ſp. Vitrioli. Quæ etſi ad tactum ſunt frigida, tamen ſi partes idoneas & figuras convenientes nacta fuerint, in quibus vires ſuas exſerere poſſint, incaleſcunt. Et quidem ita, ut ſi repentino motu invicem cicantur & miſceantur, non ſolum ebulliant, ſed & flammam miſturæ concipiant. Hujus ratio & in illo, quòd propè *Smideber-gam* planities Vitriolo nativo dives ſolis calore calcinata ſuperveniente pluviâ ita exarſerit, ut incendium omnes arbores etiam radicitus abſumpſerit.

*Vires.*) Thermarum vires pro commixtorum mineralium diverſitate ſunt metiendæ, ♂tiales aperiunt, reſolvunt & abſtergunt, Antimoniales per vomitum & ſeceſſum purgant, ut & Venereæ, Aluminoſæ exſiccant, conſtringunt, ulcera ſanant; Nitroſæ renes, hepar, & reliqua viſcera moderatâ temperie refrigerant, colico medentes affectui, tam expurgando, quàm aperiendo, in quibus cùm impoſſibile ſit in accuratam Earum devenire mixtionem, Experientiæ potiores partes ſunt dandæ.

## CAPUT IV.

### *De Lapidibus in genere.*

HOFMAN. *De Lapidibus in genere.*) In hoc Capite *Dnus Autor* cum aliis ſalino-terreſtri principio lapidifico cauſam lapidum efficientem & materialem adſcribit, quæ in illis duritiem, ſoliditatem & coagulationem terreſtrem ſuprà dictam efficiat. Sed unde probabitur hæc adſertio, & quonam fundamento eſt ſtabilita? Quis unquam vel tantillum ex tot differentibus lapidum generibus, quod illorum coagulationis cauſa ſit, ſalis extraxit? Quid ſalis oſtendi poteſt in corallis, quæ juxta quorundam opinionem in aquâ ſalsâ remanentia mollia, inde autem educta indureſcunt? quid ſalis oſtendi poteſt ex ſaxi Saturni corpore in corpus Mercurii vivi tranſire, quod in eo coagulationem efficiat? Principii equidem ſalini magna videtur potentia eſſe in quorundam corporum coagulatione expediundâ, hæc tamen nullatenus provenit à peculiari quâdam vi Lapidificâ; ſed ex illorum corpuſculorum figurâ & motu, quæ per Naturam magis apta nata ſunt, quàm plura alia concreta ſeſe aliorum corporum poris inſinuare, eorumque particulas tam ſuiſmet quidem, quàm ſibi invicem nectere, idque vel corpuſcula illa quaſi catenatim jungendo, vel rigidis & gracilibus ſuis partibus, vel acutis ſuis angulis aut aciebus plura eorundem penetrando. Nos ſtatuimus cum ſanioribus Naturæ interpretibus, Omnes Lapides fructus aquæ eſſe, cùm mediante ſale circulato ſuam omninò ſtructuram amittant, & tandem in aquam inſipidam tranſeant, æquiponderantem Lapidibus, ex quibus manavit. *BERNARDUS PALISSY Gallus in Libris gallicè editis, De Naturâ ſontium, metallorum, gemmarum*, ex aqua omnes etiam Lapides duriſſimos ducit, aquas tamen duas ſtatuens, unam materialem, alteram congelantem. Nobiliſſimus *ROBERTUS à Boile* Libr. de Gemmarum primam originem etiam putat ſubſtantiam fuiſſe liquidam, quæ ſi tincturis quibuſdam mineralibus, dum fluidæ vel molles ſunt, imbuuntur, colores pro ratione mineralis ſui acquirant. In Opacis, quales hæmatites, Jaſpis &c. lapillis ſuis terram metallicis ſuccis imprægnatam, acceſſione liquoris petreſcentis ſeu ſpiritus petrifici in lapidis formam coagulari indicat. Meminit ibi etiam cujuſdam liquoris, qui gemmas ſolum potuerit. Terram plenam eſſe menſtruis aliiſque liquoribus variorum generum ſtatuit, è fodinis, per quas vagantur, vel imprægnatis, qui quibuſdam caſibus vice menſtrui fungi, alio verò modo concurrere ad productionem corporum mineralium poſſint. Quemadmodum igitur omnia, quæ fiunt in Naturâ, uti ſuprà de Rerum Nativarum productione oſtendimus, ſeminum neceſſitate fiunt, ita & Lapides ex ſeminibus petroſis, quæ in lapideſcibilibus ſuccis, (qui ſive tincturæ ſive menſtrui nomine veniant, perinde eſt) latent, fiunt, donec ſluxu ſeminum naturam partium corpora conſtituentium ex aqua ſive ſale abundent vel non ita diſponant, & figurâ & motu apta reddant, ut ex his ſtabile & ſolidum corpus lapis fiat. Ubi ejuſmodi ſemina petroſa in aquis deliteſcunt, quicquid illis injicitur, in Lapillos condenſatur. vid. *Robertus à Boyle l. c. item. in Tentamin. Phyſiologic. & item de Fluidit. & Firmitat. Athanaſ. Kircher in Mundo ſubterran.* Tom. 1. ſect. 3. Libr. 8. p. m. 78. *Thomas Scherley Regis Angliæ Medicus in Diſſert. de cauſis Lapid.* It. *Ingenioſiſſimus STENO in diſſert. de ſolido intrà ſolidum naturaliter contento. Doctiſſimus Morhofius in Epiſt. de Metallor. tranſmutat.*

¶ Lapides ſunt corpora terrea, dura, inductili, vi lapidificâ ex materia lapideſcente, id eſt, viſcoſâ terreſtri ſeu tartarea, coagulata.

N. *Generantur lapides ex perittomate ſalino terreſtri, quod in nutritione rerum redundat, vique ſua lapidifica in duritiem lapideam coagulatur.*

Suntque vel pretioſiores, vel minus pretioſi: illi gemmæ nomen adſciſcunt, præcipue ſi diaphani fuerint; hi nomen lapidis retinent.

HOFMAN. *Suntque vel pretioſiores vel minus pretioſ.*) Lapidum differentiam *CL. HELMONTIUS* facit triplicem; Animalem, Vegetabilem, & Mineralem. Animalis eſt Duelech ſive calculus humanus, lapis cancrorum, limacum, Bezoar &c. Vegetabilis eſt capſa nuclei perſicorum, meſpilorum &c. Mineralis eſt ſaxum, ſilices, adamas &c. Verùm Animales lapides & vegetabiles propriè ſic dicti Lapides non ſunt, ſed minerales tales habentur, qui in calcem verti poſſunt, quod vegetabilibus lapidibus denegatum, qui potius nodoſum lignum, quàm Petra ſunt; Animales lapides potius oſſa ſaxea, quia cremantur, quàm petra ſunt. De cætero Lapides minerales promineralis ſucci vel tincturæ ſubſtantiâ variant, ut in gemmas vel alios lapides magis aut minus nobiles deflectant. De Lapidibus ſcripſit *Albert. Magn. Geſnerus, Valleſius, Camillus. Leonard. Caſius. Johann. de Laet. Anſhelm. Boetius de Boot. Chriſtoph. Encelius. Andreas Baccius* Ex recentioribus *Bernardus Paliſſy Gallus* linguâ gallicâ, *Thomas Scherley.* &c.

### PRÆPARATA.

¶ Præparationes ſeu operationes, quibus lapides in uſum Medicum veniunt, præcipuè ſunt 1. Pulveriſatio

ſatio & præparatio in ſpecie ſic dicta. 2. Calcinatio, cui ſubjunguntur. 3. Solutio, Coagulatio, & Purificatio ſeu Edulcoratiò. 4. Liquatio ſeu Deliquium. 5. Deſtillatio ſeu Volatiliſatio. His accedit interdum 6. Syrupiſatiò.

N. *Integrum & inſignem tractatum de lapidibus conſcripſit Nobiliſſ. Anſelmus Boëtius de* Boodt, *Medicus Rudolphi Secundi, quem in deſcribendis lapidibus potiſſimum ſum ſecutus. Præter hunc inſervit Cunradus* Kunrath, *qui medullâ ſuâ deſtillatoriâ, integrum fere Tractatum ſcripſit de Lapidibus pretioſis ac minus pretioſis, utrorumque præparationibus ac facultatibus, part.* 1. *tr.* 10.

### *I. Pulveriſatio & Præparatio.*

Pulveriſatio lapidum commodiſſima fit primùm triturâ, quam dein ſuſcipit lævigatio. Præparatio fit, ſi inter lævigandum ▽ conveniens ſtillatitia aſpergatur, inque pulpam maſſâ redigatur, in umbra exiccandam.

HOFMAN. *Præparata. Pulveriſatio & Præparatio.*) Huic inſervit *Tritus*, qui peculiari molâ philoſophicâ convenientiſſimè peragi poteſt, cujus iconem infrà de AURO inſculptum videbis, quâ miranda in Arte Medicâ & chemica perfici poſſunt.

### *II. Calcinatio.*

HOFMAN. *Calcinatio.*) Hæc quomodo fieri debeat, optimè Autor enucleavit; Inſtituitur autem cum Lapidibus in hunc finem, ut poſtmodum eò citius à menſtruis ſolvi queant, ſed duriſsimi tantum calcinatione opus habent, non vero pretioſi, ut ſunt perlæ &c. Coralliorum calcinationem in furno reverberatorio monſtrat *Hæferus* in Hercule Medico, qui modus etiam *Dno D. J. Michaelis* placuit.

¶ Calcinatio, cui lapides ſubjiciuntur, vel miniſtra eſt, vel principalis; Miniſtra eſt, quâ lapides ad principalem illam ſuſcipiendam, diſponuntur; diciturque ſtrictè loquendo calcinatio. Principalis eſt, quâ lapides propius in uſum Medicum veniunt, dicitur ſolutio potius quam calcinatio, adjunctamque habet coagulationem cum annexa edulcoratione.

Calcinatio, quâ lapides ad ſolutionem diſponuntur, perficitur vel ignitione tum ſimplici, tum reſtinctoriâ, vel corroſione, eâque aut cum Sal. com. aut cum Sulphure, &c.

Ignitio ſimplex fit, ſi lapis vi ignis nudi, tum liberi, tum reverberio incluſi comburatur, donec in calcem redigi queat. Exemplo ſit calcinatio illa vulgaris lapidum calcinariorum, unde calx viva murariis expetita.

Ignitio reſtinctoria: quando lapis ignitus in liquore aqueo extinguitur, idque vicibus repetitis, donec in calcem redigatur.

N. *Eſt & alius modus calcinandi: Nimirum pulveriſati miſcentur cum duplo carbonum pulveriſatorum, (præſtant fagini) inque fornace figulina ♂ 24. ✠bulo cooperculato cremantur.*

*Corroſio* 1. *cum Sal. nit.* Lapis groſsè (ſaltem) ad minimum contuſus, miſcetur cum Sal. nitri portione æquali, duplo, plus minus, ignique committitur fortiſſimo, ut Sal. nit. fundatur & concremetur.

N. *Peragitur & hoc modo: Nitrum funditur primùm, hinc fuſo ſuper injicitur paulatim lapis calcinandus pulveriſatus.*

*Corroſio* 2. *cum Sulphure:* Lapis cum Sulphuris duplo, triplo, ter, quater pluriesve in ✠ bulo aperto ad Sulphuris exhalationem uritur.

N. *Præſtat Sulphur vivum, vel flores Sulphuris adhibere.*

*De Calcinationibus hic notandum in genere.*

1. *Si quidem calcinationes id finis præ ſe ferunt, ut lapides fiant ſolubiles, parum intereſt, utrum uno pluribuſve calcinationum modis finem dictum conſequaris. Sic perficiunt calcinationem alii uno calcinationis genere (v. gr. Baſilius ignitione ſolâ Corallia calcinat:) alii duobus, (ſic calcinat Crollius gemmas, &c.)* 1. *cum Sulphure.* 2. *Cum Sal. nit.* Kunrath, *è contra* 1. *cum Sale nit.* 2. *Cum Sulphure: alii præmittunt quoque calcinationem ignitionis & præcipuè reſtinctoriam.*

2. *Si quid indiſſolutum remanſerit, denuo calcinandum eſt, idque vicibus toties repetitis, donec tota ſubſtantia, rejectis fæcibus, ſit diſſoluta.*

### *III. Solutio.*

Solutio Lapidum tàm pretioſorum, quam vulgarium variis poteſt adminiſtrari menſtruis, quibus lapides utplurimum calcinati injiciuntur, locoque tepido reponuntur, ac ſubinde ſ. a. id eſt, toties repetitis novi menſtrui affuſionibus & decupelationibus, donec opus fuerit, & nihil amplius ſolvatur.

Menſtrua idonea ſolutioni videſis in ſolutione Coralliorum, præcipua tamen ſunt Acet. deſtill. vulgare ac imprimis alcaliſatum, terebinthinatum, Acet. deſtill. mellis, Spiritus ⊖li, Sal. nitri. Ol. Sulphur. per C. &c.

HOFMAN. *Solutio.*) Hujus idonea menſtrua ſunt Acet. diſt. ſuccus Citri, ſpiritus mellis, Nitri, Sal. comm. Vitrioli, Sulphuris &c. Præcipitatio fit non tantum ſalibus, ſed & ſpiritibus. Nam notandum eſt, præcipitationem cum ſalibus factam Magiſteria reddere magis fixa, non differentia à præparatis calcinatis, ſolubilia autem illa eſſe, quæ à ſpiritibus præcipitantur.

### *Coagulatio.*

¶ Coagulatio ſolutorum lapidum fieri poteſt, vel menſtrui abſtractione, vel ſolutionis præcipitatione.

Abſtrahitur menſtruum, tum evaporando, tum deſtillando.

Præcipitatio fit inſtillatione Sal. com. fuſi, Ol. Tart. p. d. &c.

Edulcoratio fit iteratis ſolutionibus, ac coagulationibus, vel ablutionibus.

N. *Purificatio, quò ſæpius iteratur, eò ſal præſtantius ac purius evadit.*

### *IV. Liquatio.*

Liquatio ſeu diſſolutio per deliquium fit, quando Sal lapidum in vitrea marmoreave patina, vel ſimili, in locum humidum exponitur, ut in liquorem diſſolvatur.

### *V. Volatiliſatio.*

Volatiliſatio fit, ſi ſalia ſæpe ſolvantur coagulenturque; atque tandem cum V (vel ▽. deſt. appropriata ſeu quod melius cum Spir. herbæ appropriatæ) ♂ ℘. 14. in fimo equino digerantur, multotieſque per cucurbitam humilem vel retortam deſtillentur, quippe poſt quamlibet putrefactionem aliquid Sal. cum menſtruo aſcendit.

N. 1. *Deſtillatum hoc conſtans ex Menſtruo ac Eſſentia lapidis, (id eſt, ex ſale lapidis volatiliſato) dicitur Elixyr: verum ſi menſtruum calore (leni) abſtractum fuerit, remanet Eſſentia in fundo.*

N. 2. *Præſtat Vini eſſentiam cum ſalis liquore conjunctam, ſine ſeparatione aſſervare, quippe utraque ſeſe mutuo perficiunt, adeoque vis ſalis reſolutiva, quæ*

*calculum ſeu Tart. reſolvit Eſſentiæ illius vinoſæ viribus exaltatur, quin & Vini Spiritus fit magis penetrativus & ad calculi reſolutionem operativus.*

HOFMAN. *Volatiliſatio.*) In Lapidibus ne micam quidem ſalis reperiri, quod volatiliſari poſſit, ſuprà jamdum monuimus; Benè tamen ex adjunctorum & connexorum ſalium texturæ mutatione ſeu variatione figuræ, motus, ſitus vel nexus illorum Lapidum partes pulveriſatæ minutiſſimè unà in ſublime evehi & deſtillari poſſunt. v. g. Recip. Lapid. pretioſ. cujuſvis ℥ß. vel ℥j. excandeſcat & in Acet. diſt. exſtinguatur, ſolve in ſp. Sal. comm. compoſito, filtra & per retortam abſtrahe, cum acris exſtillare incipit, deſine, reſiduum edulcora 🜄 fontanâ affuſâ; Remanentiæ exſiccatæ affunde ſpiritum vini ſale Tartari volatili impregnatum, pone in fimum equinum per 14. ☉ 🜍, poſteà deſtilla ſæpius per humilem cucurbitam, ſemper digeſtione interpoſitâ, & ſic ſal Tartari volatile mutuo connubio ſecum rapiet particulas quaſdam lapidis pretioſi volatiliſatas, non autem ſal lapidis volatiliſatum, quod in lapide non fuit, nec inerit unquam. Interim tamen reſiduum illud hujus lapidis pretioſi ſale Tartari jam fixato ex parte à ſpiritibus ſalinis turgentis abjicienda, utpote in hoc magna adhuc lateat virtus. Licet enim ex lapidum pretioſorum ſubſtantiâ parum elevetur, elevatur tamen aliquid, quod ſal Tartari volatile in aliud eſſe transducit; Quemadmodum etiam videmus in fixo alkali ſalis Tartari, quomodo, quæ illi junguntur, reducat in eandem & ſui ſimilem naturam. Sic v. g. ſal Tartari calci vivæ nuptum multò potentius efficitur & ferè in igneam transfertur Naturam. Oculi Canc. cum Sal. comm. Tartari vel * liquati in plane aliud eſſe degenerant. Sal volatile urinæ aliquot cohobiis à ſilicibus nigris calcinatis abſtractus plane aliam induit naturam. Non diverſa eſt ratio gemmarum vel lapidum pretioſorum cum ſalibus volatilibus intercedente digeſtione combinatarum & ſublimatarum.

### *VI. Syrupiſatio.*

¶ Syrupiſatio fieri poteſt, ſi ſolutionem (factam cum ſucco aſſumptioni internæ idoneo, v. gr. ſucco citr. berber.) cum ſaccharo in ſyrupum redegeris, affusâ, ſi libet, aquâ ſtillat. conveniente.

HOFMAN. *Syrupiſatio.*) Ex lapidibus pretioſis v. g. Coralliis, perlis, &c. hæc ſyrupiſatio optimè peragitur, ſi hi totaliter prius diſſolvantur in ſ. q. Acet. diſt. ſolutio filtretur, & ad ſiccitatem per MB abſtrahatur, remanente in fundo ſolutione ſiccâ, hujus ſolutionis ſiccæ q. ſ. ſuccus berberum vel citri addatur, & additâ ſacchari ſ. q. ſolâ ſolutione vel digeſtione fiat ſyrupus juſtæ conſiſtentiæ.

### ¶ *Operationibus hiſce fiunt ex Gemmis.*

#### 1. *Gemmæ Præparatæ.*

Præparantur modò dicto; lævigando, ſubindeque irrorando, cum 🜄 cordiali (roſarum, bugloſſæ, & ſim.)

#### 2. *Sal.*

Gemmæ calcinatæ ſolvuntur interveniente digeſtione in Acet. deſtill. vulgari (vel terebinthinato) ſolutiones filtrantur: hinc abſtrahitur menſtruum, ſalque relictum purificatur eluendo cum 🜄 deſtillata. Croll.

N. 1. *Sunt qui malunt Acet. deſtill. à ſexta parte cineris herbæ Kali ternis cohobiis deſtillatum. Nimirum hoc ſubdulce nec adeo mordax eſt. Hartm. in Croll.*

N. 2. *Calcinatio hic fit, vel ſola ignitione, ſcilicet uſtione; vel corroſione. Placet hic modum Crollii inſerere, qui eſt Gemmæ lævigatæ cum Tart. (flor. Sulphur.) ter quaterve comburuntur, idque igne rotæ ✠ buloque operculato: ultimo tegitur totum crucibulum carbonibus. Calx gemmarum lotione à Sulphure repurgata miſcetur cum Sal. nit. ana. & calcinatur denuo in tigillo clauſo igne rotæ ut fluant. Tandem abluitur optimè Sal. nit. calxque gemmarum exiccatur. Sic parata eſt ad ſolutionem.*

N. 3. *Si quid indiſſolutum manſerit, id nova calcinatione comburendum & ſolvendum idque toties, donec tota ferè gemmarum ſubſtantia diſſoluta ſit.*

HOFMAN. *Syrupiſatio.*) Ex lapidibus pretioſis v. g. Coralliis, perlis &c. hæc ſyrupiſatio optimè peragitur, ſi hi totaliter prius diſſolvantur in ſ. q. Acet. diſt. ſolutio filtretur, & ad ſiccitatem per MB abſtrahatur, remanente in fundo ſolutione ſiccâ, hujus ſolutionis ſiccæ q. ſ. ſuccus berberum vel citri addatur, & additâ ſacchari ſ. q. ſolâ ſolutione vel digeſtione fiat ſyrupus juſtæ conſiſtentiæ.

### ¶ 3. *Magiſterium.*

Præcipita ſolutionem dictam cum Ol. Tart. p. d. vel Spir. 🜔i.

N. *Fiunt quoque Magiſteria gemmarum, ſolvendo eas in ſpiritu Sal. nit. vel Salis Naturæ, & præcipitando cum Ol. Tart. Vid. Quercet. in Pharmacop. reſt. cap. 24. & 26.*

HOFMAN. *Sal.*) Utrùm ſal quoddam eſſentiale in intimis gemmarum v. g. Smaragd. Corallor. perlar. viſceribus reconditum ſit, magna Philoſophico-chemicorum contentio eſt. *CL.* SENNERTUS *in Libr. de Conſenſ. Diſſenſ.* ubi in ſe non ſuſcipit cauſam agere chimicorum, ſed ipſorum & Peripateticorum Arbitrum, rotundè pronuntiat, ſalem omnibus ineſſe mixtis & ex iis omnibus fieri poſſe p. 147. Et quod de ſale dixi, ait, idem & de Sulphure dici poteſt. Verùm ignoſcant manes Sennertiani, bonâ ipſorum veniâ probationes ſolidas hujus generalis aſſerti vel maximè deſideramus. Qui de hujus veritate me convincere ſatagit, prius per mechanicam oſtendat, quomodo ſal vel Sulphur ex gemmis & aliis lapidum generibus ſint extrahenda, quos intenſus △nis non in calcem ſed fuſionem reducit. Unde & Nobiliſſ. *HELMONTIUS* p. 409. ſcio, inquit, ex ſilicibus, arenâ & ſaxis non calcariis nunquam Sulphur aut Mercurium trahi poſſe. Sed inquis: Unde autem ſalia eſſentialia Nonnullorum, quæ pro panaceis venditant, gemmarum ſcilicet? ſcias, ſalia ſuppoſititia eſſe, v. g. gemmæ quando cum Sulphure calcinantur, (juxtà *Crollii* modum, quem *Dnus AUTOR* adducit) deflagrante autem & combuſto ab his Sulphure aliquoties, ſic ſolutæ verum Sulphuris acidum ſpiritum in ſinum ſuum recipiunt, aliàs in campanâ vitreâ coagulabilem, ex quo ſal ſuppoſititium concipiunt, & poſt illarum ſolutionem & coagulationem ſpurium pariunt. Quemadmodum ex Saxis & metallis difficillimè ſalia fiunt, ſed cuncta facilè diſſolvi & quædam in Vitriola, utpote metalla converti; Ita nec ex coralliis, matre perlarum, quæ ſaxa marina ſunt, ſui generis, & oculis cancrorum itidem ſuæ ſpeciei lapillis ſalia propriè ſic dicta paratu facilia aut poſſibilia erunt.

### § 4. *Oleum gemmarum ſeu liquor.*

Sal Gemmarum optimè ſolutionibus ac coagulationibus purificatum reponitur in cellam ſupra marmoream tabulam, ut liqueſcat.

N. *Felicius fit menſibus Iulio & Auguſto, Croll.*

HOFMAN. *Magiſterium.*) Optima fiunt cum ſp. Vitr. an. vel ſp. O. Sal. comm. &c.

### ¶ 5. *Tinctura ſeu Eſſentia: Sal gemmarum exaltatum.*

Liquori ſive Oleo (Magiſteriove) gemmarum affunditur 🜍 alcaliſatus F. Extractio ſ. a. ſeparatur ſolutio, abſtrahiturque menſtruum ad formam uſque craſſiorem: Hartm. *Quercet. in Pharmacop. reſt. cap. 24.*

*Oleum per deſtillationem, Eſſentia elaboratior.*

A liquore gemmarum evoca 🜍 cumque recentis 🜍 atque Acet. deſtill. terebinthinati ana. deſtilla denuo per retortam: poſt evocatum menſtruum prodeunt ſales in forma Olei. *Hartmann. in Croll. ſect. de liquoribus gemmarum.*

#### 7. *Extractum Gemmarum, cryſtalli & lapidum S. Cloſſ.*

♃. Pulv. impalpabilem cujuſcunque gemmæ, lapid. aut cryſtalli, tere cum tantundem Sal. mar. decrepit.

crepit. & rev rbera vaſe tecto in furno figuli per 24. horas, mate iam reſolve in aq. font. calidâ, agita aquam fortit r & quod ſolutum erit, effunde per inclinationem in vas aliud vitreatum, ita viciſſim procede aliam aqu. calidam affundendo & decantando, donec calx in fundo reſtet inſolubilis, quæ novæ remixtioni & reverberationi erit ſubmittenda. Decantatas a. aquas reſidere permitte, & ſepara à limo ſubſidente, in illas projice guttatim o'o Tart. ut lacteſcant, filtra per chartam, craſſamentum illi adhærens ſepara, & limo ſuperiori permiſce, idemque de novo age præcipitando, colando, dum nullum amplius limum dederit. Omnes has viſcoſas ſubſtantias in unum junctas per ablutiones plures à ſalſedine vindica, iiſque Acet. deſtill. affunde, digere donec dulceſcat Acet. deſtill. abſtrahe ad ſiccitatem, reſtabit ſal griſeum, è quo Tincturam trahes cum ♁ opt. eoque revocato per deſtillationem apparebit Sapa ſive Syrupus Lapid. aut gemmæ diſſolutæ ulterius in Eſſentiam (ſi velis) provehendus.

### 8. *Syrupus.*

Fit dicto modo ex ſolutione & Sacchari. Vide Syr. corall.

Et hæc de Lapidibus in genere, ſequuntur jam Gemmæ.

## CAPVT V.

### *De Gemmis.*

HOFMAN. *De Gemmis.*) Utrum gemmæ & Lapides pretioſi rectè in uſum venire poſſint medicum, an ſecus; plurimi Doctorum dubitant. Negat *HERCULES SAXONIA Braſſ. vola* in examin. ſimplic. *Thom. Eraſtus* in Diſp. *contra Th. Paracelſum. P. Poterius in Pharmacop. ſpagyric.* & Alii, quia ſunt duriſſima corpora, etſi tenuiſſima, à noſtro calore atteri & in actum deduci nequeunt, undè eâdem ſubſtantiâ & eodem modo, quo aſſumuntur, eodem etiam immutatæ rejiciuntur. Verum hæc ratio de nihilo eſt, non enim hæ alimenta ſunt, quæ in corporis noſtri œconomiam diſtribuuntur, ſed Medicamenta, quæ licet corporis noſtri meatus non penetrare valeant, variè tamen mireque Archéum noſtrum ventriculi alterando afficiunt, ut in morbis curandis ſæpè præſtent miracula. Nec obſtat, per alvinam regionem ſæpè eodem, quo aſſumptæ fuere pondere & modo iterum ejici, tamen nihil hoc derogat ſalutari illarum effectui, *Dni D. Johannis Michaelis* ſpecificum cephalicum, bezoardicum Martiale, ſolare, lunare & cæt. eodem etiam modo, quo aſſumpta fuerunt, dejiciuntur, & tamen maximæ ſunt ſæpè energiæ. Ejuſmodi enim Medicamenta mineralia citrà ſui diſſolutionem, citrà ſui penetrationem & immutationem liberè, imò etiam eminus operantur in ſopitum vel ſuccenſum Archéum, ſolo quaſi ſui aſpectu, irradiatione, vel ejaculatione ſuarum virium in medio productarum, retentis adhuc priſtinis & non mutatis pondere & proprietatibus.

### *I. Chryſolithos.*

¶ Chryſolithos (*veterum,*) (Topaſius *Gemmariorum modernorum*) eſt gemma aurei coloris Germ. Chryſolith. La pierre Chryſolite. *Chryſolite.* Cryſolite.

Duo ipſius ſunt genera, Orientalis & Europæus, ille ut colore, ita duritie Europæum ſuperat: hic enim inſtar Cryſtalli mollis eſt, & cum aureo colore vel multum vel parum nigricat.

Inveniuntur in Bohemia paſſim.

Vires. *Natura ſolaris ex ſignatura judicatur. Proinde creditur timores nocturnos & melancholiam minuere, intellectum confortare, moleſtiſque inſomniis adverſari (ſiniſtro ſcil. brachio alligatus, aut collo ſuſpenſus, auroque incluſus) alii commendant ejus aſſumptionem ad morbum comitialem, & peſtem.*

HOFMAN. 1. *Chryſolithos.*) Ab Auro nomen habens, idem ſonat quod Lapis aureus, cùm reverà aureo fulgeat colore. Nonnulli *Pyropon* appellant. Modernorum *chryſolithus* non idem eſt cum veterum *chryſolitho*, qui *TOPAZIUS* eſt Modernorum, ſed veterum *TOPAZIUS* jam pro *chryſolitho* habetur, qui gemma eſt viridis colore ſmaragdo dilucior, cui nonnihil flavedinis adjunctum eſt. Diaphanus quandoque per viridem aureum fulgentem habens, ac tunc *Chryſopatius* à quibuſdam vocatur. *OLAUS in Muſæo.*

Duo ſunt ipſius genera, *Orientalis & Europæus.* Electas *Æthiopia* mittit. Arabicæ turbidæ & interpolati fulgoris ſunt, nubilo macularum refertæ.

*Vires: Naturæ ☉laris ex ſignaturâ judicatur; creditur Melancholiam minuere & morbum comitialem*) *Hieronymus Cardanus* de admirandis curationibus refert, *Cæſarem Palavicinum*, aliumque nobilem ex oppido *Gallarati*, Melancholiâ & comitiali morbo, alternatim (quorum unus jam quindecim diebus cum febre, *Palavicinus* alter jam ſex menſibus, ſed ſine febre, verum cum clamoribus) laborantes & fruſtrà à Medicis vexatos, ſomniferis lotionibus capitis, ſolo potu pulveris chryſolithi ex vino in octo dierum ſpatio ſic liberatos fuiſſe, ut nunquam Morbus redierit. Hæmorrhagiam vulnerum ſuperalligatam ſiſtere, item libidinis incendia compeſcere tradunt.

N. Reperitur & in Bohemiâ & in jugis Miſniacis ac conterminis locis, ſplendore tamen ad candidum languido, fragilis & mollis, ut expoliri non poſſit.

Aliàs *Chryſolithos* in frequenti uſu Medico non eſt, ſed præfertur *SMARAGDUS & SAPPHIRUS.*

### *II. Granatus.*

¶ Granatus eſt Gemma pellucida, ex flavedine rubens, ignis inſtar, miniique nativi vel factitii colorem ferè referens. Germ. Granat. Pierre de Grenat. *Granate.* Granaet.

N. *Sunt diverſa genera Gemmarum quæ colorem ignis æmulantur, adeoque ſub Carbunculis quo nomine à Carbonibus ſumpto, Gemmas illas in genere vocant,) comprehenduntur v.g. Granatus, Hyacinthus, Rubinus, &c. Hinc ſunt; qui Granatum faciunt Rubinum colore obſcuriore, expoſitus enim luci aut ſoli, carbonis imaginem oſtendit dilucidius, quam ipſemet Rubinus.*

Sunt granati alii (vel aliæ) Orientales, alii Occidentales. Orientales, ut meliores ita & pretioſiores, proinde provinciam officinalem ſolis Occidentalibus linquunt. Hi ſunt tum Hiſpanici, tum Bohemici, tum Sileſiaci. E quibus Bohemici reliquos antecellunt.

Vires. *Exiccant, corroborant, medentur cordis palpitationi, melancholiæ reſiſtunt & veneno, ſputitionem ſanguinis ſiſtunt, Tartarum in corpore reſolvunt, collo ſuſpenſi iiſdem virtutibus vulgo celebrantur.*

HOFMAN. 2. *Granatus.*) A pomo granato Nomen habet, eſt gemma rubea pellucida ſimilis balauſtiis coloris roſacei, obſcurior carbunculo. Species eſt *Carbunculi* vid. *Autorem Noſtrum & Andream Baccium* de Gemmis p.m. 55. Sunt autem *Alii Orientales, Alii Occidentales.* Quamvis gemmæ Orientales ferè omnes ob tenuitatem & perſpicuitatem meliores & præſtantiores ſint Europæis, Granati tamen & in primis Bohemici multis paraſangis Orientales antecellunt, dum iſti vi fortioris ignis liqueſcunt, & inſtar vitri alicujus coagulantur, hi autem Bohemici Ignem ſuſtinent fortiſſimum, & in eo neque colorem, nec pondus mutant, nec diffluunt, ſed ſolidi ex ipſis flammis viciſſim emergunt.

*Vires.*) Solaris naturæ ſunt, unde & nonnulli Sulphur Solare in ſe habere opinantur. Hinc ſibi perſuadent, ſi hoc Sulphur elici poſſet, quod metallorum tranſmutationem hoc medio perficere vellent; Alii volunt hoc Sulphure figere Mercurium. Sed omnia vana ſunt. Cordis & cerebri affectibus medentur Granati, unde Melancholiæ adverſantur, cordis palpitationem ſedant, ſputitionem ſanguinis ſiſtunt. Reſiſtunt etiam veneno, unde Zacutus Luſitanus ſtatuit, omnes gemmas vi pollere bezoardicâ contrà peſtem, dum veniunt in plura pretioſa antidota; de quorum ſaluberrimo uſu legatur *Stephanus Caſtrenſis Libro de Meteor. Microcoſmic.* Cap. 3. quod ipſum utut verum ſit, nihilominus tamen ſelectus eſt habendus.

PRÆ-

## PRÆPARATA.

¶ 1. *Granatus præparat. Fit l. com.*
2. *Magiſterium.*

Igniuntur Granati & in Spir. Sal. com. aliquoties extinguuntur, donec ſolvantur. Soluti, oleo Tartari, in lactis cremorem coagulantur, atque ▽ calidâ dulcorati poſtmodum uſui adhibentur.

HOFMAN. *Magiſterium.*) Hoc prout *Dominus Autor* deſcribit, admodum crudum eſt, ſolubilius & præſtantius paratur vel cum ſp. Vir. æt. vel Acet. diſt. granatis ſolutis & cum ſp. Vitrioli Præcipitatis.

¶ N. 1. *Fieri quoque inde poſſunt & alia præparatorum formulæ ad modum generaliter datum.*
N. 2. *ulphur granatorum Bohemicorum deſcribit Agric. tomo 2. pag. 261.*

## *III. Hyacinthus.*

Hyacynthus eſt Gemma pellucida, ex flavedine rubens, igniſque flammas imitans. Germ. Hyacynth. Pierre de Hyacynthe. *Iacinct* or *Hyacinth.* Hyacinthus.

Sunt alii (vel aliæ) Orientales, alii Europæi. Hi inveniuntur ad Iſeram fluvium, in confinibus Sileſiæ & Bohemiæ, ſuntque Orientalibus ignobiliores. Quoad colorem, referunt alii colorem minii nativi, aut ſanguinis admodum bilioſi: & hi ſunt præſtantiſſimi: alii rubedine Croci flaveſcunt; alii exactè oſtendunt ſuccini colorem, & hi viliores: alii albi pellucidi ſuccini colorem referunt, & hi omnium viliſſimi habentur.

Vires. *Vim habet cor corroborandi, & à peſte tuendi: Singulare quoque eſt ſpecificum contra ſpaſmum & contracturas. Amuletum quoque antipeſtiferum habetur collo appenſus, aut annulo incluſus. Quercetan. in Pharm. Reſt. cap. 26. B. de B.*

HOFMAN. *Hyacinthus.*) Eſt gemma pellucida ex flavedine rubicunda ignis flammam æmulans. Differt ab *Amethyſto*, fulgur violaceus in Amethyſto emicans dilutus eſt in hyacintho, gratus primo aſpectu, evaneſcens antequam ſaliat, marceſcens celerius nominis ſui flore. Sunt etiam *Alii Orientales*, *alii Europæi*: Mittit *Æthiopia, India, Arabia. Europæi* inveniuntur ad Iſaram, fluvium, in confinibus *Sileſiæ & Bohemiæ*, ſunque orientalibus ignobiliores.

## PRÆPARATA.

¶ 1. *Hyacynthus præparat.*
2. *Sal & Magiſterium.*

HOFMAN. De *Sale & Magiſterio* vid. in antecedentibus.

¶ N. *Hartm. in Pract. Calcinat cum æq. parte Sulphur, vivi (mineræ adhuc conjuncti non in magdaleones redacti,) in ✠ bulo forti, cum operculo tecto, (non lutato) △ circulari: 1. lento. 2. fortiori, tandem 3. fortiſſimo, donec Sulphur omne exhalet, nec amplius Sulphuris odorem ſpiret. Hinc eluit optimè & denuò cum ana Sal. nit. calcinat △ circulari, donec in maſſam abeat in △ metalli inſtar rubeſcentem. Hinc injicitur in ▽ m calidam, eluiturque optimè donec amplius Sal. nit. non ſapiat. Hinc pulveri affundit Acet. deſtill. terebinthinatum, ſolvitque ſ. a. donec hyacinthi ſint ſoluti relictis exiguis fecibus in fundo. Solutionem filtratam exhalare permittit, ad ſiccitatem pulveremque optimè edulcoratum exhibet [Sal. hyacinthi] aut cum Oleo Tart. præcipitat. [Magiſterium.]*

*Doſis* ℈ß. *vel* ℈ j.

HOFMAN. N. *Hartmannus in Practic. calcinat cum æquali parte Sulphuris vivi.*) Hoc ſal ſive Magiſterium nihil aliud eſt, quàm ſal quoddam ex acido Sulphuris Nitri & aceti concretum, in calce hyacinthi, nihil differens à Magiſteriis crudis vulgaribus beneficio ſp. Vitrioli, Nitri præparatis, & cum oleo Tartari Præcipitatis. Hôc & ſimilis farinæ aliis proceſſibus facile ſuperſedere poſſemus, ſi Nobis copia foret liquoris *BIRRII & ROBERTI BOYLII* gemmas ſolventis, cujus mentionem facit *Excell. Morhofius in Epiſtol. de Metallor. tranſmutat.* p. 15. & 20. certè ampliſſimis Praxis chemiatrica muneribus ornaretur. Interim ſi loco calcinationis cum Sulphure & Nitro factæ, ſpiritu Sal. comm. compoſitus Acet. diſt. mitigatus ſumeretur, hujus compoſitio commodior foret.

¶ [Jaſpis, præſertim qui undique rubicundus, in hæmorrhagia multum valere putatur, appenſus, calculum frangere aſſumptus (Claudin. Empir. ration.) partum accelerare femoribus alligatus. B. de Boot.]

## *IV. Lapis Nephriticus.*

Lapis Nephriticus eſt lapis opacus, variegatus, et colore viridi, aliiſque permiſtus. Germ. Grieſtein. La pierre Nephritique. *Nephritick-Stone, for the reins.* Nierzuchtigh-Steen.

*Rarò hic Lapis in ſe duos colores habet, ſemperque viriditatem refert; alius ſcilicet viriditatem ex albedine, alius viriditatem ſubflavam, interdum ſubcæruleam; plerumque ex viridi albo, flavo, cæruleo nigroque colore mixtio eſt. Poliri exactè non poteſt, ſemper enim ipſius ſuperficies pinguis apparet, quaſi Oleo inuncta eſſet.*

Adfertur ex nova Hiſpania. In nonnullis etiam Hiſpaniæ locis, & in Bohemia reperitur. Tantâ invenitur mole, ut pocula inde fieri poſſint. Quin imo fruſtum hîc Francofurti conſpicere licuit, ultra libras 50. pendens.

Vires. *Commendatur adverſus nephritidis aut ſtomachi dolores, ſed ejus præcipua laus eſt ad nephriticos dolores, calculumque, & arenulas expellendas. Medetur his affectibus brachio vel coxendici alligatus, aut de collo ſuſpenſus. Cujus rei gratiâ armillas inde factas geſtare ſolent.* ☉ ♏ *ingrediente inſculpunt ſignum* ♏.

## PRÆPAR.

1. *Magiſterium D. a. g. iv. ad* ℈ j.
2. *Liquor. a. g. vj. ad xxv.*

HOFMAN. 4. *Lapis Nephriticus.*) Hic in novâ Hiſpaniâ vocatur *YHibayoteam, Quatzalizoili* id eſt obſcurus *Smaragdus* vid. *Rerum Medicarum Novæ Hiſpan. Nardi Antonii Rechi Libr.* 10. *Cap.* 7. *Igiada Hiſpani* vocant. Eſt Lapis opacus obſcuri coloris viridis. Ex dictâ Novâ Hiſpaniâ adfertur. Reperitur etiam in *Nonnullis Hiſpaniæ locis & in Bohemiâ.*

*Vires.* Hic Lapis admirandas vires, quas vel geſtatus tantum, vel intrà corpus exhibitus, tum in præſentaneo doloribus Nephriticis auxilio afferendo, tum in arenulis per oculos, veſicam, anum ac totius corporis habitum pellendis, potenter exſerit, habet. Hâc tamen obſervatâ ſemper cautelâ, ut priuſquam hic Lapis in uſum ducatur, alvus à ſaburrâ vitioſorum humorum ſit liberata, aliâs Lapis ille plus nocebit, quàm opem afferet excrementitiis iſtis humoribus unà ad renes deductis. Ideoque corpus prius probè evacuandum eſt ante Lapidis hujus uſum vid. *de hoc Lapide Nicol. Monard. Medic. ſimplic. ex novo orbe delat. Cap.* 31. *Iohann. Franciſc. Ulmus de occult. Medicam. proprietat. Libr.* 2. *Cap.* 7. *Matth. Untzer. in Florileg. de Nephritid Libr.* 1. *Cap.* 24. N. Majoris tamen erit efficaciæ hic Lapis, ſi arte chemicâ reſolvatur & in jucundum Medicamentum transferatur. Ex illo parat Magiſterium ſuum Nephriticum *Dn. D. Iohannes Michaelis* ſeq. modo.

Recip. Lapid. Nephritic. Lyncis. ſpongiæ.

Percarum

Percarum ana ℥ iiij. judaic. ℥ ij.
Cryſtall. ocul. ♎. glaciei Mariæ ana ℥ iv.
Aquilæ ℥ iß. Ophitis. ℥ iv.
Ovor. ſtruth. ℥ v.
pulv. ſubtiliſſ. & affuſo menſtruo f. ſ. a. Magiſterium. Ex hoc Lapide Nephritico etiam Liquor Nephriticus ſ. m. confici poteſt:

Recip. Lapid. Nephritic. q. v. redige in pulverem ſubtiliſſ. affunde ſpirit. Salis q. ſ. ſtent in loco calido per aliquot ☌ ☍, poſt per inclinationem ſepara liquorem imprægnatum particulis lapidis Nephritici, alium ſp. Salis affunde in eâdem doſi, rurſus decanta poſt digeſtionem & tertiâ vice repete. Deſtilla ſolutionem lento Igne, donec nihil phlegmatis prodeat, fracto vitro materiam induratam pone in locum humidum, ut per deliquium ſolvatur, ſolutionem tertiâ vel quartâ vice deſtilla, & in loco frigido toties per deliquium ſolve. Tandem cum ſpiritu vini ſ. q. edulcora, & pro uſu ſerva. Hujus doſis eſt à gutt. vj. ad xxv. Magiſterii à gr. iv. v. ad vj. ℈j. &c. Habet ille *Lapis Nephriticus* nec minus vim laxandi alvum, commendatur etiam in capitis dolore & tumoribus pedum œdematoſis curandis.

## *V. Rubinus.*

Rubinus eſt Gemma diaphana rutilans, rubenſque, (exigua portiuncula eſt cœrulei coloris) ac limam reſpuens Græcè ἄνθραξ. Arabicè Iacut. Latinè Carbunculus, κατ' ἐξοχήν. Germ. Rubin. le Rubis. *Ruby* or *Rubin* Robyn.

N. *Rubedo ipſius eſt inſtar ſanguinis, laccæ indicæ aut coloris coccei*, Kermſine. Couleur Eſcarlatte. *Scarlet* or *crimſon colour*. Scharlaecken colcur.

Nobiliores Rubini in Inſula Zeilan naſcuntur, alii qui minores, in Coria, Calecut, Cambia, & Biſnagar. Optimi in Flumine Pegu. Exploratur bonitas ore & linguâ. Nam frigidiores & duriores, meliores reputantur. Naſcuntur in lapidea matrice roſei coloris, primumque candicant, deinde paulatim matureſcentes ruborem contrahunt. Hinc albi immaturi. Naſcuntur plerumque in eadem fodina, ubi Saphiri reperiuntur.

Vires. *Tradunt rubinum geſtatum, vel ebibitum venenis reſiſtere, ac à peſte præſervare, triſtitiam arcere, libidinem coërcere, malas cogitationes, & terrentia ſomnia avertere, animum exhilarare, corpus incolume conſervare, ac ſi homini infortunia inſtent, eâ mutatione coloris in obſcuriorem ſignificare, iiſque præteritis iterum priſtinum colorem recuperare.*

Hofman. 5. *Rubinus*) à Rubore appellatus, quia inſtar ſanguinis, laccæ indicæ aut coloris coccei rubet. Præter requiſita bonitatis à Dno Autore adducta commendatur etiam à duritie. Invictus ab igne permanet, adeò ut illorum color igne etiam augeatur, incolæ zeilan inſulæ inde diu coqui ſinunt. De hoc ſcripſerunt Salmaſius, Angelus Sala, Schnebergerus. P. Iohann. Faber. A. Baccius &c.

*Vires.* Rubinus geſtatus venenis reſiſtit, à peſte præſervat, Melancholiam arcet, libidinem coercet, terrentia ſomnia avertit, ſi homini infortunia inſtent, ea mutatione coloris in obſcuriorem ſignificat, & pro majori vel minori infortunio ad majorem vel minorem opacitatem declinat. Sic refert *Andreas Baccius de Gemmis* p. 61. Cum Anno 1600. d. 5. Decembr. cum conjuge ſuâ *Calvam Studgardiâ* proficiſceretur, obſervaſſe in itinere manifeſtiſſimè Rubinum pulcherrimum, quem annulo aureo incluſum ab eâdem dono acceptum in manu gerebat, ſemel atque iterum ſplendidiſſimum colorem ferè prorſus amiſiſſe, & pro ſplendore obſcuritatem acquiſiviſſe: quæ obſcuritas non ſolùm per unum vel alterum diem, ſed aliquot dies perduravit, ut vehementer perterritus annulum ex digito removerit & in ciſtam recondiderit. Quid fit? intra paucos dies conjux ejus lethali morbo correpta diem ſuum obiit. Poſt mortem priſtinus *Rubini* ſplendor ſuâ ſponte rediit. Tradunt etiam in coitu, ſi quis eundem ſecum geſtet, mutari. Hoc ab occulto acido in effluviis deliteſcente oriri puto, quemadmodum etiam in coralliis rubris obſervamus à pueris geſtatis decumbentibus à Morbo, ſæpè acidum ſpirantibus.

N. Quintam Eſſentiam *Rubini* habet *P. Iohann. Faber Libr. 3. Myrothec. Spagyric.* p. 626. Sed cujus valoris ſit, ſuperius traditæ à me animadverſiones evincent.

## PRÆPAR.

*Rubinus præparat. more communi.*
[*in febribus utilis*]
[*Tincturâ Rubini fœtum pelli Kozar. refut. Doſ.* ℈ij *vel* ℈ß. *in* ▽. *Helen. vel Rub.*]

## *VI. Sapphirus.*

Sapphirus eſt Gemma cæruleo colore, pellucida & diaphana, German. Sapphir, le Sapphir. *Saphire.* Saphirus of Sapphier.

Sunt aliquæ colore cœruleo albidæ, aliæ cœruleo ſaturo: hæ mares, illæ fœmellæ appellantur, aliæ omni colore carent, albæque vocantur.

Orientales inveniuntur in Calecut, Cananor, Biſnagar, Zeilan, & præſtantiſſimæ in regno Pegu.

Occidentales, variis in locis reperiuntur. Confinia Bohemiæ, & Sileſiæ ſatis præſtantes ferunt. Præſtantiores tamen ſunt Orientales.

N. *Color in igne facilè aufertur.*

Vires. *Eſt frigida & ſicca, aſtringens, conſolidans, alexipharmaca, cordialis, ophthalmica. Proinde oculorum humiditates exiccat, inflammationem arcet & extinguit (in collyriis adhibita, aut butyro loto excepta, palpebriſque oblinita ſuperioribus,) valet ad omnia alvi profluvia, dyſenteriam, fluxum hepaticum, hæmorrhoidum, ſanguiniſque rejectiones (aſſumpta cum* ▽ *plantag. tormentill. &c.) Ulcera interna & vulnera ſanat, cor corroborat, & lætificat, peſti [Anthracibus impoſitus venenum à corde arcere dicitur.] omnique veneno, febribuſque malignis adverſatur: cardiacos ac melancholicos affectus quoſvis lenit, tollitque; (intus exhibita.) Integra Sapphirus fronti adhibita, hæmorrhagiam ſiſtit, ac inflammationibus applicata, eas extinguit. In orbiculum redacta piſi magnitudine ac perpolita oculis impoſita, pulveres, culices, & quicquid in oculum deciderit, aufert; oculos à variolis & morbillis tutatur, &c.*

Hofman. 7. *Sapphirus.*) Hebraicè, Græcè & Latinè ita nomen obtinet. Eſt gemma coloris cœrulei pellucida & diaphana. Et vel *Orientales* vel *Occidentales* ſunt. Optimæ ex *Æthiopiâ* & *Indiâ* afferuntur, quarum illæ præ cæteris commendantur, quæ apud *Medos* & loca *Libyæ* vicina reperiuntur, quæ hodie ſyrtes Barbariæ exiſtunt, omnium præſtantiſſimæ ex Pegu veniunt. *Occidentales* paſſim *Goldbergæ, Leobergæ, Boleſlaviæ, Hirsbergæ* in torrentibus & rivulis inveniuntur. Magni & pulcherrimi in prato minore Iſeræ in Sileſia, quæ expolitæ ſæpè pro *Orientalibus* veniunt. Præſtantiores tamen ſunt *Orientales.*

Tantæ autoritatis fuit hæc gemma apud veteres, eò quod etiam apud *Deum* non minimum valere putarint; Unde & *Apollini* ſingulariter fuit conſecrata. Nam cùm Gentiles Paganicis inſtitutis deluſi *Apollinem* tempore ſacrificii pro reſponſo conſulerent, citius reſponſo ſe dignari ſibi perſuaſerunt, ſi *Sapphirum* tunc ſecum geſtarent. Tradit *Epiphanius Moyſi* in Monte à Deo leges datas in gemmâ *Sapphiro* fuiſſe expreſſas.

*Vires.*) Hæc, præterquam quod omnibus affectibus ab Autore allatis inſerviat, anthraces etiam tempore Peſtis naſci vetat, & ſuper anthracem poſita, non aliter eum, quàm aqua ignem extinguit, ut ſæpius expertus fuit Nobiliſſ. *Knaſſelius Regis Poloniæ archiater* in tr. de febrib. malign. curat. ex *Antonio Guaynerio Papienſi Medico.* Nam ejus malitiam & venenoſitatem reprimit, ne venenata ejus effluvia ad cor aſcendant & ſpiritus inficiant. Oculos ſi ſæpius tangat ante variolarum eruptionem ab illis præſervat; ingreditur cum aliis gemmis nobile illud Electuarium de gemmis & alia antidota cardiaca.

## PRÆPAR.

¶ 1. *Sapphirus præp. fit modo comm. lævigando cum* ▽ *cordiali.*
2. *Sal.*
3. *Liquor ſeu oleum.*

N. 1. ♃. *Sapphirum duplo pondere Sulphuris commixtam calcina, calcem ∇ â ſtillatitiâ ſæpius ablue, rurſuſque exicca. Poſtea ſpiritu Vini perfunde ac macera, tum rurſus exicca, quodque in fundo remanet, iterum calcina, deſtillaque toties, donec in Vino liqueſcat nivis inſtar, tandem abſtrahe, & provenit ſal, quod in loco humido in liquorem ſolvitur. Boët de B.*

N. 2. *Alii ſolvunt Sapphiri pollinem in Acet. deſtill. & ſucco limonum, ſolutionemque cum alio cordiali exhibent mixtam.*

HOFMAN. *Liquor ſeu oleum.*) Ad hujus elaborationem calcinatio cum Sulphure facta non eſt neceſſaria, ſulphuris loco * ſubſtitui poteſt, vel ſpiritu Salis comm. compoſito pulvis ſapphiri in digeſtione ſolvi, & humiditate abſtractâ reſiduum in aëre humido per deliquium liqueſcere poteſt; Et à liquore demum ſpiritus vini ſæpe abſtrahendus eſt.

### *Eſſentia ſeu Tinctura.*

¶ Calcinatur Sapphirus bis, ac poſtea oleo ⊕-i ſolvitur; abſtracto dein oleo ⊕-i cum 🜈 Eſſentia extrahitur B. de B.

### *VII. Sardius Lapis.*

Sarda, Sardius Lapis eſt Gemma ſemiperſpicua, loturæ carnis, ſeu carni ſanguinolentæ ſimilis, unde & Carneolus, vel corruptè Corneolus vocatur, Germ. Carneol. La Carneole. *Sarda, Sardius*, or *Carneol of a fleshy colour.* Sardius / Carneolus / van een vleeſchachtige coleur.

Non omnes uniuſmodi inveniuntur coloris, alii enim ſunt rubri, alii exiguâ ſanguinis rubedine tincti, alii ſubflaveſcentes ex rubedine.

Laudatiſſimus Carneolus in Sardinia invenitur, hinc in Epyro, & Ægypto, ſed Babylonius cæteris præfertur, Indici & Arabici etiam non contemnendi, ut nec Europæi. Nam in Bohemia, Sileſia, aliiſque Regionibus præſtantes inveniuntur.

Vires. *Pulvis ad omnem ſanguinis fluxum propinatur. Geſtatus fertur animum exhilarare, timorem pellere, audaciam præſtare, faſcinationes prohibere, ac corpus contra venena quævis tueri. Inprimis autem ſanguinem undecunque fluentem peculiari proprietate ſiſtere: ventrique alligatus partum conſervare.*

HOFMAN. 7. *Sardius Lapis*) à Patriâ Sardiniâ denominatus, quæ inſula quædam eſt, naturâ ſuâ multa genera tincturarum & purpurarum producens, vel *SARDIUS* Plinio dicitur, ſimilitudine à *Sardis* ſale conditis deſumpta, quarum colorem repræſentet: vel quod loturæ carnis ſimilis ſit *CARNEOLUS* appellatur. Non omnes uniuſmodi coloris inveniuntur, alii enim ſunt rubri, alii exiguâ ſanguinis rubedine tincti, alii ſubflaveſcentes ex rubedine. Laudatiſſimus circâ *SARDINIAM* reperitur, ſecundum locum habet, qui circâ *Epyrum*, noſtro ſeculo, *Albaniam* appellatam & *Ægyptum*. Omnibus tamen præfertur, qui in *Babylone Aſſyriorum* naſcitur.

*Vires*) Sanguinem undiquaque fluentem peculiari proprietate ſiſtit, vel intus propinato pulvere, vel exterius Lapide admoto, ventri deligatus partum conſervare dicitur. Geſtatus fertur lætitiam conciliare, audaciam facere, faſcinationes prohibere &c.

## PRÆPARATA.

*Sardius præparat. modo communi.*

### *VIII. Smaragdus.*

¶ Smaragdus eſt Gemma pellucida & diaphana, grato ſuo virore pulcherrima, omnium gemmarum fragillima, *Arabicè* Zamarrut, nonnullis Praſinus, Germ. Smaragd. Emeraude. *Smaragdus* or *Emerauld.* Smaragdus of Smaragd.

Sunt alii Orientales, alii Occidentales.

Orientales, uti ſunt virore amœniſſimi, ita & præſtantiſſimi.

Occidentales ſunt, tùm Peruviani, tùm Europæi. Hi reperiuntur in Cypro, Britannia, aliiſque in locis, ſed reliquis ſunt ignobiliores.

Vires *Omnem alvi ſanguiniſque fluxum, & præcipuè dyſenteriam ebibitus ſiſtit, nec refert utrum à mordaci humore, an à veneno ortum ea habuerit: venenatis item morſibus, peſti, febribus peſtilentibus medetur.*

*Doſis gran. 6. 8. 10.*

*Inter amuleta præcipuè commendatur ad Epilepſiam, partum accelerat, (alligatus coxæ) eundem retinet, (impoſitus ventri) Hæmorrhagiam ſiſtit, (ore conditus) dyſenterias omnes, ac hæmorrhoidum fluxum indubitatò compeſcit, (ventri adhibitus; teſte Guainerio.) Timores ac Terriculamenta arcere fugareque, ac hemitritæam febrem tollere creditur, è collo pendulus, &c.*

N. *Frangi Smar. in coitu quandoque experimento comprehenſum dicunt. Card.*

HOFMAN. 8. *Smaragdus.*) A ſplendendo nominatur, nam nihil jucundius viridi colore ſplendet, cujus coloris elegantiſſimi hæc gemma palmam obtinet, eſt enim gemma pellucida & diaphana, grato ſuo virore pulcherrima, ut oculos intuentium perſtringat, & ubi reliquæ gemmæ jubare Solis aureo fulgente pallidulæ fiunt, & in tenebris conſtitutæ nubiloſæ redduntur, incomparabilis *Smaragdus* coruſcans aërem vicinum & circumfuſum ſplendore ſuo perſtringit, ut nec flamma nec umbra quicquam immutare poſſint.

*Trium ſunt generum Smaragdi*, quidam in *Scythiâ, Ægypto*, & aliis locis reperiuntur. *Orientales* tamen ſunt præſtantiſſimi, uberrimâ oculos viriditate ſaturantes, à Mercatoribus avidè expetuntur, ut facilè non proſtent venales plebeculæ. *Pathanotta* & *Biſagna* viridi adulterant vitro. Nonnullos *Peru* miniſtrat, ſed non ita viriditate ſuperbientes, duriores tamen Orientalibus. Unde non deſunt, qui ſtatuunt, *Lapides hos de Peru*, *Smaragdos* veros non eſſe, ſed lapidis *Praſii* fragmenta, qui in illa inſula copioſus eſt. Tertium genus *Mexica* ſuppeditat minoris pretii, duriores tamen adhuc Peruvianis & ſplendidiores, toto cœlo tamen differunt à reliquis.

*Vires.*) Specificum eſt contrà dyſenteriam à quâcunque causâ fuerit. Medetur etiam convulſionibus epilepticis, tam intus quàm extus loco amuleti geſtatus in annulo. Morſibus venenatis, peſti & febribus malignis reſiſtit. Alligatus coxæ partum accelerat, ventri impoſitus eundem retinet. Hæmorrhoidum fluxum ſedat umbilico impoſitus. Smaragdo Motus obſcænæ libidinis valde eſt moleſtus, ſive enim mas, inquit *G. Agricola Libr. 6. de Naturâ foſſil.* fol. 289. ſive fœmina, dum commiſcent corpora, eum geſtet, ut cutem attingat, vel à collo pendulus vel annulo geſtatus diſrumpitur. vid. & *Cardan. de ſubtilitat.*

## PRÆPARATA.

¶ 1. *Smaragdus præparat.*
2. *Sal. & Tinctura Smaragdi.*

Smaragdus pulveriſatur, ac per linteum trajicitur, hinc ſuperfunditur Spirit. Urinæ, qui aliquid phlegmatis adjunctum habet, ut colorem extrahat; ſpiritu dein iterum deſtillatione abſtracto, in fundo remanet Extractum (ſal) gryſeum, è quo tandem (citra edulcorationem) vi 🜈 extrahitur color ſeu Tinctura ſummè viridis: abſtrahe igitur ad aliqualem conſiſtentiam & ſerva.

*Doſis gran.* 10.

*B. de B. Hartm. in Practic. de Dyſent. Tenzel. in Exegeſi ſua, Finck. in Enchirid.*

Vires. *Dyſenteriæ & fluxibus alvi quibuſcunque mirificè prodeſt, nec minus utilis eſt in cordis & capitis affectib. Palpitatione, Melancholia, Paraphrenitide, Syncope, &c.*

N. 1. *Urina quicquid poteſt vi ſui ſalis facit: hinc non errabis, ſi ∇ ſtillatitiam convenientem Sal. com.*

*con. urinæ acuatam loco menſtrui adhibueris. Inprimis quoque, quia Urina ſimpliciter deſtillata, niſi ſale ſuo acuata ſit, laborem irritum facile reddere poteſt.*

N. 2. *Tinctura hæc nihil aliud eſſe videtur, quam Elixyr, conſtans partim ex Smaragdi ſubſtantia, partim quoque ex ſale Urinæ, dictæ ſubſtantiæ, commixto.*

HOFMAN. *Tinctura Smaragdi*) Quæritur, An Tinctura h. m præparari poſſit? *Angelus Sala* negativam defendit in aphor. Tincturam h. m ex gemmis extrahi poſſe; Huic Laurenbergius contradicit. Et ſanè ſi dicamus, quod res eſt, juxtà præſcriptum modum *Autoris* ſi elaboremus non procedet, experientiâ edocti chemicâ dum ſpiritus urinæ nunquam ſolvit repagula *Smaragdi*, in quibus Tinctura ejus abſcondita. Quod ſi poſſibile eſſet, ut Smaragdus prius beneficio trituræ in ſubtiliſſimum alkohol redigi poſſet, & demum ex hoc cum ſpiritu urinæ ſale ejus volatili acuato Tinctura extrahi, haberemus nobiliſſimum Medicamentum tam in Peſte, quàm Dyſenteriâ epidemicâ.

## CAPVT VI.

### *De Corallis.*

Lapidibus pretioſis ſubjungimus Corallia & Margaritas, utpote quæ non modo ſubſtantiâ & viribus, ſed & præparationibus, & inde reſultantibus præparatis, Gemmis adſimilantur.

Corallium eſt frutex ſub aqua marina generatus, Græcè κοράλλιον & λιθόδενδρον. Arabicè, Baſſad, Mergen ſeu Morgian, Beſd. Latinè; Corallium, Coralium, Corallum, German. Corallen. Coreaux. *Coral.* Corael.

N. *Corallia generari ex ſucco lapideſcente certum eſt: utrum autem ſuccus ille per ſe in fruticem lapideum prorumpat, vel an prius ligneam ſuſcipiat figuram ſubindeque in lapideam vertat, vel denique an plantam (emortuam) ſub marina aqua repertam, penetret, tranſmutet, adeoque hujus figuram retineat, dubium. Dubitandi occaſionem præbet, quod frutices Coralliorum dentur, qui ex parte ligni adhuc referunt ſubſtantiam, partim Coralliorum. Nos, poſthabitis ejuſcemodi farina dubitationibus, qualis præter hanc, & illa eſt, quam habent de fructibus Coralliorum granulatis, quod alii negant, alij perhibent: Item de induratione, quam alii fieri ſtatuunt, ſimul ac Corallii frutex extra aquas eſſe incipit, alii etiam in ipſa ▽ Corallia indurari volunt: utpote quas ſcire parum eſt emolumenti, ignorare parum detrimenti, pergimus ad ea, quorum Medici intereſt, differentias ſcilicet, vires & præparationes.*

HOFMAN. *Corallium eſt frutex ſub aquâ marinâ generatus.*) *Corallia* Nos dicimus lapideam ſeu ſaxeam in fruticis ſpeciem concretionem, non caſu, ſed Naturæ ordinatione ſub aquâ marinâ generatam ex ſucco lapideſcibili (ſive tincturæ ſive menſtrui rationem habeat) ſemine petroſo ſpecifico impregnato. Remota Materia aqua eſt, quæ ſeminis petroſi fluxu maturato coralliorum corpus conſtituentis figurâ, & motu apta reddita fuit, ut ſtabile inde & ſolidum corpus illorum prodeat. *Alexander Achilles in Libro Germanico de cauſis terræ Motus & Mineralium, Coralliorum* productionem exhalationibus *Auri*; *Margaritarum* verò *Argenti* vaporibus, qui è terris ſubjectis iſtarum minerarum feracibus evehuntur, adſcribit. In cujus rei fidem experimentum affert de virgulâ venarum argentiferarum indice, quæ ad uniones vel oſtrea æquè ut argentum ſe inclinaverit. Hæc utut ſe habeant, certè magna affinitas ratione virtutis cardiacæ. Auro cum coralliis, & reſpectu cerebri Margaritis cum argento eſt.

*De induratione, quam alii fieri ſtatuunt, ſimul ac corallii frutex extra aquas eſſe incipit, alii etiam in ipſa aquâ corallia indurari volunt.*) Corallia ſaxei ſunt frutices, habentes, ut & aliæ gemmæ, vim vegetativam, eò quòd creſcant, unde ego vidi apud *Nobiliſſ. Rolfinckium* p. m. inſtar arbuſculæ. Interea recepta eſt inter Naturæ curioſos traditio, *Corallia* naſci mollia in fundo maris, aſt cum in aërem liberum fuerint producta, licet magnitudinem & figuram ſuam retineant, in lapideam concretionem indureſcere. Unde *Ovidius 4. Metamorph.* pulcherrimam de Meduſæo capite fabulam affert, ſcilicet, cum Perſeus caput Meduſæ abſciſſum in arenam ſubſtratis foliis & virgis ad littus poneret, virgæ induruere tactu capitis. Quod fieri cum Nymphæ pelagi viderent, & pluribus in virgis contingere viderunt, ſparſerunt illas virgas hinc inde per mare, quæ ſemina quaſi manſere coralliorum, id quod ſcitè his verſibus expoſuit:

*Nunc quoque Coralliis eadem Natura remanſit,*
*Duritiem tactu capiant ut ab aëre, quodque*
*Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum;*
*Idem Libr.* 15.
*Sic & Coralium quò primum contigit auras*
*Tempore dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.*

Sitne hæc traditio vera an ſecus, quæritur? *Corallia* ſub aquis mollia non eſſe, experimentis probare conatur ultima Tirocinii chemici editiò à *Pelshovero* procurata *Witteberga* Anno 1650. Sic enim *Libr. 2. Cap. 10. p. 153.* diſſerit. *Generoſus Dominus Johannes Baptiſta de Nicolas, Eques Maſſilienſis*, & regius piſcationis Corallorum in Regno Tunetano præfectus, certò mihi confirmavit, quod cum Anno 1585. menſe julio in mari Bizertino regni illius Tunetani piſcationem inſtituiſſet, cupiditate Naturæ corallorum inveſtigandæ adductus, juvenem funibus ſufficienter longis alligatum & pondere viginti quinque librarum in utraque manu ad deſcenſum liberiorem, in mare iſtud centum perticas profundum demiſerit, ipſique in mandatis dederit, Corallium ut evelleret, & inter evellendum curioſè attenteque obſervaret, an molle, durumve eſſet. Qui, ubi rurſus adſcendiſſet, utrâque manu Corallum attulerit, conſtanterque aſſeruerit, illud non minus in ſub mari, quàm ſupra illud durum eſſe, & ſe cum ad octo perticas aut circiter propè fundum maris appuliſſet, magnam ibi frigoris vim ſenſiſſe. Imò quod ipſemet etiam cùm relationi ejus fidem adeò non haberet, in mare cum retia, quibus corallia piſcari ſolent, contrahenda eſſent, antequam in ipſum aërem efferrentur, ad profunditatem unius perticæ ſe immerſerit, & corallium reti adhærens manu prehenderit, idque tum æquè durum ac cùm aëri externo eſſet expoſitum obſervaſſe. Idem etiam confirmavit *Ong de la Poitier, Nobilis Lugdunenſis*, qui Anno 1613. ab ejuſmodi piſcatione reverſus eſt. Retulit quoque *Dominus de Nicolai*, quod verè, quando corallium evellitur, liquor quidam lacteus ex eo inter frangendum emanet, qui decidens ſuper lapidem, lignum, ferrum aut aliam materiam corallii duritiem induit. Contrà *Nobiliſſ. Robertus à Boile* in tr. de fluiditate & firmitate ſect. 6?. part. 2. quicquid, inquit, nonnulli dicant ad fidem traditioni derogandam, quinimo quàm fidenter etiam *Beguinus* eam rejecerit, negandum non eſt interdum ſaltem id verum eſſe. Eruditus, pergit, *Gaſſendus* in vitâ *Piereſckii* Libr. 4. Anno 1624. verba faciens de curioſitate, quâ vir ille incomparabilis ductus fuerat piſcandi Corallium propè Tolonem, Nobilem non procul à Maſſiliâ portum, inter alia hoc refert; Plantæ revulſæ & protractæ nec rubræ erant, nec elegantes, niſi deglubito cortice; in quibuſdam partibus molles erant & manui cedebant, uti ſummitatem verſus, quâ fractâ & preſſâ Lac, ſimile lacti ficuum, emittebant. Cui adſertioni adſtipulatur Jeſuita *Fournierus Gallicus hydrographus* ſcribens de Maſſiliâ & Tolone, dum inquit: Has plantas nec rubere nec politas eſſe, quando ex aquâ extrahuntur, donec cortex excutiatur; quin imo molles eſſe, & fractas, vel etiam intrà digitos preſſas lac quoddam ficuum lac referens emittere, & ſi premere deſinas, videre licet foraminula ſeu poros, ubi lac expreſſum hoſpitabatur. Et huic etiam ſubſcribit Medicus quidam Practicus in Indiâ Orientali, qui in reditu ſuo per aliquod tempus in Mehilâ, Inſulâ prope Madagaſcar ſubſtitit, ubi corallium album copioſè naſci fertur: à *Roberto à Boyle* rogatus, ullúmne legiſſet, & num molle, cùm creſceret, deprehendiſſet? Ipſi reſpondit, ſe nuperis annis in illius Inſulæ arenâ aliquoties corallium legiſſe, & quando legeret, valde album reperiſſe ac cæpæ ad inſtar molle, adjiciens, quod licet brevi temporis ſpatio in aëre dureſceret, attamen probè notum ſit nautis hanc mercaturam exercentibus, niſi tempeſtivè legatur, non diu durare, ſed vel dilabi, vel aliâ ratione diminui. Id quod non diſconvenit cum *Piſone* in *Naturali ſuâ hiſtoriâ Braſiliæ Libr. 4. c. 68.* de quibuſdam locis oræ Braſilianæ verba faciente, ubi plures plantas lapideas alias arbuſculis ſimiles, alias aliter formatas, ſereno cœlo in fundo maris naſcentes videri dicit, quod è fundo erutæ mox duriſſimæ, ſi inſolentur in littore, ſiccæ & nivei coloris fiant. Sed hic objiciunt nonnulli, ſi corallia ſub aquis mollia exiſterent, quâ ratione rapido maris motui reſiſtere poſſent? vel piſcium tranſeuntium impetum ſuſtinere? Etſi in aquis omninò eſſent mollia, unde poſt eorum extractionem durities? Verùm, ut ex hâc ambiguâ diſceptatione me expediam, hæc diſtinctio mihi non adeo abſona videtur, quâ diſtinguitur in corallorum germinationem, & perfectam illorum formationem. Qui corallia ſub aquis mollia offenderunt, illi inciderunt tunc in illorum germinationem, qui autem piſcatorum retia ab eorum duris ſurculis dilacerarunt, perfectè jam formatis implicuerunt

corallis. Nec obſtat corallis mollibus ſub aquis germinantibus rapidus maris motus; Nam quamvis ventorum truculentia in ſuperioribus aquæ partibus libidini eorum expoſitis vaſtos ciere fluctus poſſit, vehemens tamen illa agitatio in partibus profundioribus, quæ à vertice ſunt remotiores, per gradus diminuitur. vid. *Nobiliſſ. Robert. à Boyle in Relation. de Fundo Maris ſect. 3.* Durities autem poſt eorum extractionem oritur ab ambientis aëris ſale æthereo, ſiue centrali, quod ſucci illius lapidifico ſpiritu turgidi mollitiem in perfectum ſaxum convertere aptum natum eſt; quod corallia in aquis tandem etiam perfectam formationem adepta planè lapideſcant, nullum eſt dubium, invaleſcente ſpiritu lapidifico & indurante eadem, ut perfectiſſimam ſuam acquirant ſubſtantiam. Habemus ſimilia Naturæ exempla, quæ allatam ſententiam de Corallorum in mari mollitie & illorum in aëre duritie confirmant. Sic ſuccinum interdum molle ex mari extrahitur & in aëre induratur. *Gaſſendus de Piereskio* refert, ipſum tempore æſtiuo lavare ſe ſolitum in quodam ex minoribus Rhodani rivulis, ſequentem hanc obſervationem feciſſe. Deprehendit aliquando fundum, quod aliàs æquabile & molliuſculum obſervarat, induruiſſe in globulos & moleculas, qualia ova ſunt cortice detracto, ubi coctiora fuerint, id demiratus collegit & detulit aliquot domum, ut Præceptori oſtenderet, & facti cauſam ſciſcitaretur. Miraculum verò adauctum, ubi poſt dies non ita multos, cùm rediſſet ad fluvium, deprehendit moleculas induruiſſe in fluviatiles lapides. Prætereà meminit etiam *Boylus l. c. ſect.* 78. p. 2. argillæ cujuſdam viridis quæ reperiatur propè flumen Amazonum, atteſtante *Petro Pelleprat* in ſuccinctâ ſuâ de continenti Americanâ Relatione, & mollis ſit, quamdiu ſub aquâ deliteſcit, ut quaſvis ei effigies imprimere poſſis, ſed aëri expoſita eò uſque dureſcat, ut adamantes duritie excedat, & ſecures ad ligna findenda inde parari queant.

## *Differentia.*

¶ Corallii variæ ſunt ratione colorum differentiæ: aliud enim rubrum eſt, aliud nigrum, viride, ſubflavum, cinereum, fuſcum, aliove mixto colore ornatum. Cæteris omnibus præfertur rubrum minii nativi colore, quod maſculi nomen obtinet; & hoc recipiendum quoties ſimpliciter corallium præſcribitur ſine coloris mentione. Palleſcens fœminæ nomen habet. Huic ſuccedit corallium album: deinde nigrum, (Antipathes olim dictum.) Nam quod alio colore eſt, neque in uſum adhibetur, neque pro corallio, vulgo habetur.

Rubrum, in India & Siene, teſte Plinio, reperitur, nunc in Mari Tyrrheno & Siculo paſſim invenitur, Neapolimque adfertur, ubi politur. Hoc antequam rubeſcat, & quodammodo maturum fiat, videtur variis coloribus tingi. Nigrum reperitur in Gallicia Hiſpaniæ. Album reperitur raró, ſolidumque eſt, & cavitatibus caret, quibus ſignis diſtinguitur à ſpecie quadam, Hiſpanis Polo dicta, quæ in Catalonia ab iis qui corallium rubrum quærunt, inventa pro corallio albo pretio viliori divenditur. Caret hoc cortice, creſcitque in fundo maris, non in ſaxis, ut rubrum corallium.

Vires. *Corallium omne exiccat, refrigerat, adſtringit. Cor præcipue, deinde ventriculum & jecur roborat, ſanguinem purificat, ac proinde peſti, venenis, febribuſque malignis adverſatur, hilarem hominem efficit, (nigrum tamen Corallium homines melancholicos reddere perhibetur,) ſiſtit fluxus quoſcunque alvi, uteri, penis, Gonorrhæam, Epilepſiam infantum præcavet, (ſi recens nato ante omnem cibum in lacte materno gran. 10. exhibeantur.) Extrinſecus commendatur ad ulcera, quæ carne explet; ad cicatrices, quas extenuat; ad oculos quorum etiam lachrymas ſiſtit viſumque recreat in collyriis.*

*Doſis à* ℈ j. *ad* ʒ j.

*Rutilantia Corallia ex communicatione Paracelſi amuletum exhibent celebre contra terriculamenta, faſcinationes, incantationes, venena, Epilepſiam, Melancholiam, Dæmonum inſultus, fulmina. Album appenſum, ut pectus contingat, hæmorrhagiam ſiſtit mulierum, & fluxum album.*

HOFMAN. *Corallii variæ ſunt ratione colorum differentiæ; aliud enim rubrum eſt, aliud nigrum, viride, ſubflavum, cinereum, fuſcum, aliòve mixto colore ornatum. Cæteris omnibus præfertur rubrum &c.)* Quod rutilante cinnabaris nativæ colore ſeſe commendat, & maſculi nomine venit. Palleſcens fœminæ nomen habet. Rubrum jam in mari Tyrrheno & Siculo paſſim reperitur, & Neapolim adfertur, ubi politur. Coloris rubri incunabula in corallis prædominantis communiter ex Sulphure Autores deducunt, tanquam fonte omnium realium colorum. vid. *Kircher. in Mund. ſubterran. Libr. 9. ſ. 3. Cap. 6. P. Faber. in Panchym. Libr. 4. c. 25.* Verùm in examinandâ hâc ſententiâ tempus non perdens paucis me expediam, reales & permanentes colores ex corporibus metallicis v. g. ☿ rio, ♂ te, ♄ no &c. extrahi, abſque vel Mercurii, ſalis vel Sulphuris additione vel ſubtractione, & ex diverſis corporibus, quæ ſingula ſeorſim coloris ſunt expertia, momento temporis colorem valdè ſaturatum generari, imò unum ſæpè colorem in alium tranſmutari, ut cauſam habeam ſufficientem ſtatuere, colores non niſi vel ex naturali vel merè mechanicâ texturæ in minutis corporum partibus mutatione, vel à texturâ ex coitione diverſi generis corpuſculorum emergente dependere, adeò ut veri colores planè de novo generari poſſint, & planè aboleri, vid. *Carteſium in Dioptr. c. 1. §. 8. Deuſing. in examin. pulver. ſympathetic.* p. 163. *& in theatr. Natur. Univerſ.* part. 1. Diſp. 3. q. 1. *Digbæum de Corpor. Nat.* Cap. 31. p. 149. *Robert. à Boyle in chymiſt. ſcepiic.* part. 5. p. 213. *& in tr. de coloribus.* Iam quod colorem Corall. r. concernit, itidem non à ſulphure, cujus ne gr. quidem ineſt, nec per mechanicam ejus ſeparatio à Corallis demonſtrari poteſt, deducimus, ſed ex nudâ naturali texturâ diverſarum partium figuræ & illarum coalitione. Quæ textura coralliorum rubrorum ſæpè ab atomis & effluuiis ex corpore geſtantium cachecticorum vel cacochymicorum emanantibus & in porulos eorum penetrantibus invertitur, ut pallore inficiantur, contrà verò effluvia ex ſanguine hominis ſani exſpirantia rutilantem illorum colorem potius conſervant & adaugent.

*Non in Saxis, ut rubrum corallium.)* Non determinatum habent locum. neque rupibus nec ſaxis & petris determinatè adhærent, ſed adnaſcuntur etiam lateribus, oſſibus, tabulis ligneis, ferramentis, quæ cum Corallis ſæpè extrahuntur, imò & ex duro delphini corio Corallia propullularunt. Sic Piſis *Dux Hetruriæ* in ſuo Rarithecio Cranium habet humanum, ex quo corallina planta excreviſſe ſpectatur.

*Vires.)* Omnis illorum virtus dependet ab occulto alkaliſato, quo acidum præternaturale in maſſâ ſanguineâ præcipitant, nec dubium, quin ſingulari etiam proprietate ſpirituum vitalium ſubſtantiam confortent, illorumque tenorem conſervent.

## PRÆPARAT.

¶ Operationes, quibus Corallia elaborantur, ſunt 1. *Præparatio.* 2. *Calcinatio.* 3. *Solutio.* 4. *Coagulatio.* 5. *Liquatio.* 6. *Sublimatio.*

HOFMAN. *Præparationes.* Operationes, quibus Corallia ſubjiciuntur ſunt 1. *Præparatio,* 2. *Calcinatio.* 3. *Solutio.* 4. *Coagulatio.* 5. *Liquatio.* 6. *Sublimatio.*) Omnes dictæ operationes prout *Dnus Autor* proponit exceptâ præparatione, quæ fit per tritum ſeu pulveriſationem, potius deſtructiones, quàm veræ & genuinæ Corallorum præparationes ſunt, dum hiſce Corallia ſuis genuinis privantur proprietatibus & poteſtatibus, contrà verò adulterinis imprægnantur & inficiuntur. Prout ex ſequentibus patebit.

### *I. Præparatio.*

Præparatio nihil à regula communi diverſum habet.

### *II. Calcinatio.*

Calcinatio Coralliorum eſt vel Ignitionis vel corroſionis.

Calcinatio Ignitionis eſt tum mitior, tum violentior, tum reſtinctoria.

### *Calcinatio mitior.*

Fit igne reverberii, dando tamen calorem ſecundi gradus, ne tinctura ſeu color ipſorum ignis violentiâ exhalet.

exhibet. *Querc. de præparat. Medic. Spagyric.*

*Ignitio violentior.*

♃. Corall. integror. q. v. calcina △ reverberii primùm lento, ut ſaltem viva flamma corallia in furno reverberii poſita, ſuperficietenus lambat. Corallia hoc modo, primo gradu albeſcentia, tamdiu △ gradatim aucto fatiganda ſunt, donec ex albedine in flavedinem, ex flavedine in rubedinem ſummam reducantur, corpore toto reddito ſpongioſo ac levi, id quod plerumque biduo vel triduo abſolvitur.

Sic Corallia facta ſunt habilia ad deponendam in ▽ tincturam. *Hartm. in Croll. Sen. inſt.*

N. *Si Sal. Coralliorum propriè ſic dictum deſideras, vehementi uſtione eadem in cinerem redige moreque ſolito lixivium inde faciendo, ſalem elixiviando extrahe.*

Hofman. *Si ſal Corallorum propriè ſic dictum deſideras.*) Corallia in cinerem velle redigere, eſt Lapidem exilare; in calcem quidem redigi, ſed non in cinerem abire poſſunt; Et ſi Sal quoddam poſt calcinationem ex illis acquiris, illud tamen nec materialiter, nec formaliter in illis fuit, ſed flammæ productum eſt ex ſpiritu acido ex lignis aut carbonibus combuſtis exæſtuante, cujus ſucceſſivus motus à novis accenſis lignis aut adjectis carbonibus ſubinde ſuppeditatur, ſuam habens originem, ille dum corallia invadit (nam imbibunt acida) augetur illorum pondus, quâ ratione etiam notum eſt ♄ turnum in teſtâ probatoriâ accepiſſe incrementum. Quid Marti Vulcani torturæ expoſito largitur Crocum? Unde colores in flammâ Ignis cærulei variegati iridem æmulantes in ♎tione ☿rii cum Salibus, deſtillatione ſpiritus Vitrioli, Nitr. & Sal. comm. &c. ſi fortè vas ſublimatorium vel retorta rimas contraxerit?

*Calcinatio Ignitionis extinctoria.*

¶ ♃. Corall. groſsè trit. candeſcant in igne, extinguanturque multoties in Acet. deſtill. ut ſolvantur. Filtra dein abſtraheque Acet. deſtill. & conſequetur ſal. corallorum per deliq. reſolubile. *Med. deſtill. part. I.*

*Calcinatio Corroſionis. 1. Cum Sal. nit.*

♃. Corall. tritor. atque Sal. nit. ana crema, ut duodecim horis fuſa, liquoris modo fluant: vel combure ad conſumptionem Sal. nitri, deinde duas horas candentia in igne conſiſtant. *Leſſ. 1. cap. 8.*

*Aliter.*

♃. Corall. ſubtiliter trit. ac Sal. nit. ana M. injice per vices in retortam tubulatam candefactam cum Excipulo appoſito. Tubulum ab injectione ſtatim obtura, & cùm penitus materia injecta fuerit, continuo igne hor. 18. corallia probè calcin.

*Hæc adſcribitur Hartmanno, unde Tincturam feciſſe dicitur.*

*2. Cum Sulphure.*

♃. Corall. trit. p. iij. Sulphur. p. 1. (alii an.) calcina △ circulari per hor. 2. Poſtea ignita adhuc infunde in Acet. deſtil. (ad coral. ℥ j. Acet. deſtil. ℔ 1.) vas mox operculo claudendo. Hinc digere per ♂ 14. abſtrahe, &c. *Sennert. Inſtit.*

*3. Cum Pumice.*

♃. Corallia groſsè contuſa F. cum pumice uſto S. S. S. cementaque in vaſe clauſo. △ reverberii, ſpatio ♂ ♀ 3. Quo opere finito pumex, relicto corpore albo, coralliorum tincturam imbibiſſe creditur. *Gans. de Corall. verum impugnat idipſum Tenzel. in exegeſi, p. m. 512.*

Hofman. *Calcinatio ignitionis extinctoriæ. Calcinatio Corroſionis 1. cum Nitr. 2. cum Sulphure. 3. cum Pumice.*) Ex eodem cenſu & hæc ſunt, qualia antecedentia fuerunt, ex his enim æquè non Corallorum, ſed Acet. diſt. Nitr. Sulphuris &c. Salia emergunt. Corallia tanquam ſolutu facillima facilè à quovis acido ſolvuntur ſpiritu, & in ſoluta corallia, ſi aquâ affuſâ diluuntur, convertuntur.

*III. Solutio.*

¶ Liquores, quorum beneficio corallia ſolvi poſſunt, varii occurrunt. Præcipui tamen ſunt Acet. deſtill. commune & radicatum: ſuccus berber. melon. citri. ros majalis, (ſpiritus ejuſdem cum ſuo Sal. com. acuatus) liquor betulæ: ſpiritus mellis, (panis,) terebinthinæ, ligni guajaci, buxi, juniperi, quercus, ſummitatum alni, ſorbi ſylveſtris, ſpir. Sal. com. ſpir. ⊖, ſpir. Tart. ut & ▽ iiſdem acuatus, ſpir. coralliorum ardens; Phlegma ♄i optimum, &c.

Quinimo corallia cum Sulphure calcinata ſimplex ſolvit ▽.

*Modus ſolvendi* nihil peculiare habet: Nimirum corallia in liquoris ſ. q. ſolvuntur, ſ. a. donec penitus ferè ſoluta ſint.

Hofman. *3. Solutio.*) Allegati liquores omnes ad Corallorum potius tendunt deſtructionem, quàm legitimam illorum præparationem Acet. diſt. ſuccus berberum Citri. ſp. roris majalis, liquor betulæ, ſp. mellis, terebinthinæ, ligni buxi, guajaci, quercus ſp. Sal. comm. Nitr. Vitrioli &c. Corallorum repagula non ſolvunt, ſed arrodunt ſaltem. Verum autem ac genuinum ſolvens vide infrà.

¶ Purificatio & Edulcoratio ſalis & Magiſterii fit plerumque ▽ deſtill. vel ſi placet, adhibere poteris rorem majalem è tritico collectum & deſtillatum, aut aquam aliquam cordialem: *coagulantur* dein vel liquoris abſtractione, (tùm deſtillatoriâ, tùm Evaporatoriâ) vel præcipitatione.

Præcipitatio perficitur inſtillatione Ol. Tart. p. d. ſpir. ⊖i, vel ▽ deſtillatæ, vel Ol. Sulphur. p. c.

*Reliquæ operationes ex ſequentibus facilè innoteſcent.*

PRÆPARAT.

*I. Corallia præparata.*

Fiunt cum ▽ cordiali (roſarum) ſ. a.

N. *In uſu ſunt præparata rubra ac alba.*

*II. Pulvis Corallorum ⊖-latus.*

♃. Corall. rubr. præp. ℥ ij. Ponantur in cucurb. affundendo aq. roſ. ℥ vi. ♎⊖li ℥ ij. Statim ebullient & elevabuntur in bullas, quibus ceſſantibus reponatur vas in MB. per horas aliquot, effundatur aq. per inclinationem, quæ erit inſipida, in fundo reperies calcem albam cum acore aſtrictorio, ſed acrimoniâ carentem.

*III. Sal Corallorum.*

Fit ex rubr. corall. 1. Uſitatiùs per Acet. deſtill. ut moris: vide ſupra.

2. Per ſuccum berber. & limon. *Quercetan. in Pharmacop. reſt.*

N. *Nonnulli ♃. Succi limonum expreſſi & depurati ℔ ij. liquoris betulæ menſe Aprili collecti ℔ viij. coquunt ad caſum ℔ vij. cui denuò addendo ſucci Limon. ℔ 1. deſtillant aliquoties rectificando. In hoc ſolvunt corallia, perlas, & ſimil. ſolutionemque propinant. Hartman. in Croll. de perlis.*

3. Per ſpiritum ſeu liquorem acidum Guajaci. Sic purgat optimè ſanguinem in lue venerea, *Hartman. in Pract.*

4. Per ſpiritum ⊕-i.

5. Per ſpiritum Sal. communis.

N. 1. *Solutiones cum ſpir. ⊕-i aut Sal. communis factas ſi citra menſtrui ſeparationem in uſum vocare volueris, circula aliquandiu & magnam acrimoniæ partem amittent, præcipue ſi quoque V in affuderis.*

Vires. *Ex ſuperioribus repete.*

*Doſis à gran. 6. ad 20.*

N. 2. *Paracelſus calcinat primo corallia leviter in reverberio cum Sal. nit. ana: hinc ſolvit digerendo cum V. Poſtea V abſtrahit, ſalque relictum per deliquium ſolvit, idque vocat Magiſterium. libr. 6. arcind.*

*IV. Sal dulce Corallorum.*

Calcinentur per biduum in furno figuli ad albedinem ſummam, ſolvantur in Acet. deſtill. Stent in loco tepido per octiduum. Rubeſcet ſolutio, menſtruum abſtrahe lento △ ad ſiccitatem uſque: ſal hoc reſolve pluries in Rore majali, filtra & coagula, tandem ſiccatiſſimum & albiſſimum ſalem detine per 3. ſeptim. in -E- calidis, ut majorem acredinis ſuæ partem deponat.

N. *Acet. deſtill. pro hac ſolutione bis aut ter cohobandum eſt ſuper herbam Kali, ita minus fit mordax & tamen non minus corallorum, ut & perlarum ſolutivum.*

HOFMAN. *Præparata. 2. Pulvis Corallorum Vitriolatus. 3. Sal Corallorum. 4. Sal dulce Corallorum.*) Hæc in ſalium illegitimorum ſunt numero, quæ cum ſpiritibus acidis corroſivis Acet. diſt. Vitrioli, Salis, Nitri &c. præparata ſunt, & quamvis ex corallis extrahantur iſta ſalia, illa ipſa tamen corallorum non ſunt, ſed ſolutiones ſalinæ corporis totius corallorum à ſpiritibus acidis inductæ.

*V. Magiſterium.*

*1. Magiſterium Officinarum.*

¶ Inſtilletur in ſolutionem corall. (cum Acet. deſtill. factam) Ol. Tart. per d. præcipitatus pulvis, edulcoretur ▽ â deſtillatâ.

N. *Alii præcipitant cum ſpir. ⊕-i.*

Vires. *Ut Magiſterium à ſale non differt ſubſtantiâ: ita nec viribus, nec doſi.*

HOFMAN. 5. *Magiſterium.*) Et 1. Officinarum hoc admodum crudum eſt, ac minus reſolubile, non diſtans à terrâ mortuâ. Optima præparantur Magiſteria cum ſp. Vir. ær. ſucco Citri, Acet. diſt. &c. Reſolubilia enim ſunt, & ob tenuitatem partium in omni liquore ſolubilia.

*2. Magiſterium butyraceum.*

¶ Solve corallia in ſpiritu magico, (id eſt, ſpiritu roris majalis, vel quod idem, in Acet. deſtil.) præcipita cum Ol. Sulphur. per C. præcipitatum edulcora ac digere aliquamdiu cum V i, quo iterum abſtracto habes magiſterium in ore inſtar butyri liqueſcens.

Huc referri poteſt & Galreda Coralliorum. ℞. Corall. præparat. & * Fiat deſtillatio ex Arena, ſic aſcendit Sal, remanebitque in fundo maſſa inſtar Galredæ.

HOFMAN. 2. *Magiſterium butyraceum. 3. Magiſterium plumaceum &c.*) Hæc omnia magni æſtimanda ſunt ob elaborationem & præparationem.

*3. Magiſterium plumaceum.*

¶ Solve ſ. a. corall. in ſpiritu non dephlegmato, deſtillato ex Sal. com. & O. ana ℔ j. formatis ſc. cum argillæ ℔ ij. vel iij. in globulos, videlicet vel per vices injiciendo corallia in ſpiritum, vel è contra corallis ſpiritum eundem per vices ſuperfundendo: decanta ſolutionem, filtra, (affundendo, ut eo commodius filtrari poſſit, ▽ deſtillatam roſatam, ſi placet:) præcipita cum Ol. Sulphur. p. C. vel ſpirit. ⊕-i edulcora ▽ cordiali & exicca.

N. 1. *Cùm corallia velut aſcendere deſinunt, menſtruum debilitari incipit, ſubſiſte igitur & inſpiſſa aliquantulum.*

N. 2. *Menſtruum ſuperius ſi tandem igne fortiſſimo fatigaveris, aſcendit materia ſalina rubeſcens.*

*Aliter.*

Solve ſ. a. corall. in ſpir. Sal. nit. filtraque (affundendo ▽ pulv. deſtillatam,) hinc præcipita cum Ol. Sulphur. p. C. edulcora & exicca.

N. *Hoc modo in magiſteria præſtantia redigi poſſunt & perlæ, oſſa, cornua (e. gr. C. C.) ungulæ, nec non cruſtacea.*

En candide Chymiæ Cultor, inſignes plumaceorum magiſteriorum proceſſus gratis tecum communico, magni aliàs emptos, quos cum plurimis aliis ex communicatione obtinui Viri ſolertiſſimi Dn. Joannis Salz-vvedelii Pharmacopæi apud Mœno Francofurtenſes celeberrimi.

N. *Querc. ſolvit in ſpirit. ſalis Naturæ. Pharm. reſt. c. 24.*

*VI. Oleum ſeu liquor corallorum.*

N. *Oleum Corallorum propriè oleum non eſt, ſed liquor, vel per deliquium factus, vel per deſtillationem prolectus; de priori hic agimus, de poſteriori paulo poſt, in ſpiritu.*

HOFMAN. 6. *Oleum ſeu Liquor Corallorum.*) Omnes dicti liquores nihil aliud ſunt, quàm ſalia reſoluta menſtruorum acidorum, quibus corallia corroſa fuerunt, aliquid de corallorum ſubſtantiâ participantia. Interim quoad vires non dubito, quin ſalium iſtorum naturam, quæ in reſolutione, & vi diureticâ & aperitivâ conſiſtit, ſequantur.

*Fit liquor ex ſale.*

¶ ℞. Sal corallorum, repone, ut liqueſcat per deliquium.

N. 1. *Liqueſcit felicius menſibus Iulio & Auguſto.*

N. 2. *Liqueſcit promptius ſi ſolutio aliquamdiu (ſ. 14.) digeratur, (ut rubeſcat) ac dein (Acet. deſtil. abſtracto) optimè dulcorata, defecata & purgata fuerit, (ſolutionibus ac coagulationibus iteratis ut moris) imò ſi ulterius cum V i circuletur. Verùm hoc Oleum appellandum eſt potius Eſſentia, de qua vide Cunrad. Kunraht. in Medull. deſtill. p. 1. p. 215.*

N. 3. *Alij ℞. Corall. trit. ℔ ij. Lapid. prunell. ℔ ß. vel ℔ 1. calcinant fundendo ℥ 3. materiam illam tritam ponunt in cellam ad liqueſcendum.*

*Doſis gran. v.*

Vires. *Præter vires corallorum ſupra deſcriptas confert & in calculo.*

*Doſis à gran. 4. ad 15.*

N. *Vide & ſolutionem Corallorum, cap. 15. in Bezoard. ☉ compoſ.*

*VII. Eſſentia ſeu Tinctura Corallorum.*

℞. Salem Corallorum (purificatum optimè per

iteratas

iteratas ſolutiones ac coagulationes, vel magiſt. ) volatiliſa nimium cum 🜄 digerendo, ac deſtillando, (vide volatiliſationem lapidum in genere, ) Poſtea abſtrahe leni MB calore 🜄m, ac remanet Eſſentia corallorum, quam ſi placet ex arena per retortam propelle.

*Vide Quercetan. in Pharmac. reſtit. cap. 24.*

Hofman. 7. *Eſſentia ſeu Tinctura Corallorum.* ) Hujus virtus dependet à ſalibus acidis, quibus corallia ſoluta fuerunt, ſpiritu vini mitigatis, & non à corallis.

¶ N. 1. *Nihil intereſt utrum ſal receperis per Acet. deſtill. factum, vel per ſpirit. Sal. com. vel per ſpir. phlogiſton acet. deſtill.*

N. 2. *🜄i felicius eſſentiam corallorum ſecum per 🜬 transferet, ſi addideris aliquid camphoræ, e. g. ad 🜄i, menſur. 1. camphor. ℥ ß.*

Hofman. 2. *Spiritus vini felicius eſſentiam Corallorum ſecum per Alembicum transferet, ſi addideris aliquid camphoræ e. g. ad ſpiritum vini &c.* ) Hæc Eſſentia ſive Tinctura ob camphoræ additionem majores acquirit vires, quæ partim à ſalibus additis, partim à camphorâ, non à corallis dependent. Et illius rubedo vel reliquiis ſpirituum ſalinorum & Sulphuris, vel ſpiritui vini multum digeſto ſupervenit.

¶ N. 3. *Cunrad.* Kunraht, *ſolvit & digerit 1. cum Acet. deſtill. quo iterum abſtracto ſolvit & digerit, 2. cum 🜄 pluv. deſtillata* ( NB. ) *recentiſſima, 3. cum ſpir. Vini.*

Vires. *Ut præparatio Tincturarum operoſior eſt, quam ſalis ac magiſterij, ita & virtus earundem fortior.*

*Doſis, guttæ aliquot: à vj. ad xv. & ultra.*

## 2. *Tinctura Baſilij.*

℞. Salis corall. ( per ſpir. Sal. com. ) edulcoratiſſimi ℥ viij. Sulphur. ℥ ß. mixta: leniter comburantur, donec Sulphur conſumptum ſit: Poſtea contere tantillum camphoræ cum corallis, idque accenſo 🜂 abſumes, hinc edulcora & extrahe tincturam ſ. a. cum 🜄, abſtrahe 🜄 ad conſiſtentiam Olei.

N. *Maniaci & Melancholici hâc Tincturâ curati ſunt, Dn. D. Gans.*

Hofman. 2. *Tinctura Baſilii.* ) Hæc Tinctura ex ſpiritus vini digeſtione ſuper ſalia factâ emergit, non ex Corallorum ſubſtantiâ.

## 3. *Tinctura Quercetani.*

¶ Extrahe Tincturam ſ. a. ex coralliis calcinatis, ( e. g. ignitione mitiori, ) digerendo vaſe H. cl. cum menſtruo cœleſti, deſtillato ſcil. cum proprio ſuo ſaccharo, ( id eſt, cum rore majali, qui cum melle æreo deſtillatus, ) ad eminentiam digitor. 8. affuſo. Menſtruo demum abſtracto, remanet Tinctura in fundo. *Quercet. lib. de præpar. Med. Spagyr.*

## 4. *Aliter.*

℞. Magiſter. Corall. extrahe cum Sulphure bezoardico ex re vegetabili prolecto, ( id eſt cum 🜄 rectificatiſſimo ) in vaſe H. cl. ad ignem cinerum. Poſtea ſepara & in perfectam Tincturam decoque. *Quercet. Pharmacop. cap. 24.*

Hofman. 3. *Tinctura Quercetani.* ) Quid extrahet menſtruum cœleſte ex corallis calcinatis? Menſtruum cœleſte ex rore majali & melle conficitur, vel loco mellis adſumi etiam poteſt manna, quæ recens & electa eſſe debet. De quibus infrà Libr. 4. Poſſunt etiam addi alii ſpiritus pro diverſorum morborum reſpectu, in quibus Tincturam hanc præſcribere animus eſt, v. g. additur ſpiritus CC. rectificatus in affectibus cordis. Sic Dnus D. J. Michaelis p. m. habuit Tincturam Corallorum antiſcorbuticam cum ſpiritu anti-ſcorbutico. De hiſce plura inferius.

4. *Aliter. Recip. Magiſter. Corall. extrahe &c.* ) Sulphur illud bezoardicum nihil aliud eſt, prout & Autor innuit, quam ſpiritus vini rectificatiſſimus. Sed hæc Tinctura etiam ne gry quidem debet Corallis, & nil niſi ſpiritus vini per digeſtionem tinctus eſt.

## 5. *Tinctura Hartman.*

¶ ℞. Sal. corall. ( per Acet. deſtill. ) purificatiſſimum, imprægna Acet. deſtill. tantiſper, donec nihil iſtius ſpiritus amplius retinere velit. Sal ita imprægnatum digeratur. ( & 20. ) in MB Poſtea deſtilletur per Ret. Reverberio clauſo vel Balneo ſicco, ita tamen, ut prius Phlegma inutile evaporet: Poſtea prodeuntes ſpiritus albicantes ſeorſim capaci recipiente excipiantur, continuando deſtillationem, donec omnes ſpiritus cum oleo rubro inſtar ſanguinis prodierint: ſeparetur ſpiritus [ qui ardens inſtar 🜄 ] per Retortam ab oleo rubro, quod in Retorta manebit.

Hoc menſtruum [ ſpiritus ſcilicet hic partim ab Acet. deſtill. partim à corallis productus ] extrahit ex recentibus corallis impoſitis tincturam rubicundiſſimam, quæ ſi rurſus ab hoc ſpiritu per deſtillationem liberata, & tandem cum 🜄, vel alia aliqua 🜄 cordiali appropriata digeſta perque cohobia volatilis facta fuerit, elegantiſſima evadit corallorum Tinctura, ſuaviſſimi ſaporis, fragrantiſſimique odoris.

N. *Imprægnatio illa fit hoc modo.*

℞. *Sal. Corall.* ℔ 1. *Acet. deſtil. opt.* ℥ ij. *deſtilla leniter, ut extillet ſolum Phlegma inſipidum; ſecundâ vice affunde Acet. deſtil.* ℥ iij. *iterumque deſtilla, atque ita perge ſingulis vicibus Acet. deſtil.* ℥ j. *plus affundendo, donec tam acre Acet. deſtill. inde prodierit, perinde ac affuſum fuerit, Hartm. in Croll.*

Hofman. 5. *Tinctura Hartmanni* 1. ) Sæpius inſtituta Acet. diſt. affuſio ſuper ſal corallorum ( aliàs ſpurium ) hanc compoſitionem etiam reddit ſuſpectam. Et cùm ex corallorum ſuppoſititio Sale per Acet. diſt. facto eliciatur, conjectio facilis eſt, Tincturam iſtam demum cum ſpiritu vini abſtractam & digeſtam potius ex Acet. diſt. quàm ex corallis emergere. Hâc enim ratione & ex albis Corallis Tinctura rubra elici poſſet; item ex oculis 🦀 & aliis.

## 6. *Tinctura Hartmanni, 2.*

¶ ℞. Corall. calcina. ( ignitione violentiori ) q. p. injice in 🜄, vel in alcohol ſpiritus roris majalis, ac paulò poſt extrahitur tinctura, fæcibus, ( ſine ulla virtute ) in fundo remanentibus: Tinctura hæc aliquantulum coagulata, fit rubicundiſſima, cum quadam dulcedine.

Vires. *Eſt tantarum virium, ut poſt ejus uſum aliquoties repetitum, impoſſibile ſit ullam impuritatem in ſanguine totius corporis ſuperſtitem eſſe poſſ. Exhibetur in vehiculis convenientibus, à gut. 3. ad 10.*

N. *Hæc ſanè tinctura Medico commendatiſſima eſſe debet, ob ſtupendas ejus vires, ut quæ cum ſpiritibus hominum magnam convenientiam habeat. Hartm. in Croll.*

Hofman. 6. *Tinctura Hartmanni.* 2. ) Præviis iſtis calcinationibus jamdum deſtructa eſt ſigillata corallorum poteſtas; non ſecus atque Magnes valdè calcinatus vim amittit attractivam & ſuccinum uſtum vim attrahendi paleas. Quod autem iſta menſtrua calcibus infuſa tincturam acquirant, digeſtio in causâ eſt, non ſecus atque ſuper alia alkalia infuſa idem fieri ſolet pro texturæ & figuræ partium mutatione.

### 7. *Alia Tinctura, per acetum Coralliorum.*

¶ ℞. Corall. contuſ. ℔ ij. eliciatur per retortam acetum, id eſt, liquor acidulus, quo profecto urantur corallia vehementer, donec reddantur albiſſima: exempta dein redigantur in pulverem, ex quo ſ. a. cum aceto illo, digeſtione leni, extrahe T. donec Acet. deſtill. nihil amplius ſolvere valeat, univerſiſque corallis diſſolutis, nihil præter terram inutilem remaneat. Decantatos liquores deſtilla in arena ad ſiccitatem, ut ſeparetur phlegma: Dein recipiente mutato, fac ut igne auctiori & ſpiritus ſublimis per XX propellatur, qui diligenter colligendus. Tandem relictum pulverem album ſpiritu ⊖ penitus ſolve, eundem ſpiritum ⊖ igne forti abſtrahe; corallia relicta fortiſſimo igne ure, donec colorem ferè nativum recipiant. His affuſus proprius ipſorum ſpiritus tincturam prolicere dicitur.

N. ✠ *ex corall. ℔ ij. deſt. vix ſolutioni dicta ſufficiet.*

HOFMAN. 7. *Alia Tinctura per acetum Coralliorum.*) Simili modo & hæc tinctura eſt putatitia, poſito, elici ejuſmodi ſpiritum acidum ex corallis contuſis, vera tamen tinctura nullo modo ex illis extrahi poteſt, dum Corallia per Vulcani torturam nativâ ſuâ ſunt ſpoliata rubedine, & albicantia ex retortâ eximuntur, qualem igitur tincturam proprius illorum ſpiritus acidus extrahet? niſi more aliorum acidorum ſuper alkalia fuſorum ſe ipſum tingat, quemadmodum in Acet. diſt. ſuper corallia ad albedinem calcinata fuſo experimur, illud rubro etiam tingi colore, ſicuti ſuper pumice etiam calcinato videmus, ex quibus ſequitur, etiam fictitiam illam eſſe Tincturam. Licet hic proceſſus alias Boëtii de Boodt fuerit inter arcana relatus.

### 8. *Tinctura per ſpiritum coralliorum ardentem.*

¶ ℞. Corall. trit. q. v. extrahe tincturam ſ. a. digerendo cum ſpiritu corall. ardente, [ vide infra, ] abſtrahe menſtruum, atque extrahe denuò cum V. *Gans.*

HOFMAN. 8. *Tinctura per Spiritum Coralliorum ardentem.*) Hunc modum propriis etiam manibus pluries expertum fuiſſe gloriatur P. Poterius. Interim ipſe dubitat, utrum dictus liquor potius ex aceto, qui abſconditus eſt in ſpiritu corallorum ardente, an verò ex Corallis procedat. Liquor, inquit, ab Acet. eſt, ut liquet, color verò non ita, eò quod Acet. diſt. ejuſmodi rubro colore careat; Odor ille fragrans itidem ſuſpectus eſſe poteſt, nec immeritò: Nam Saturni ſpiritus eodem ferè præditus eſt odore. In utriuſque ſpiritu idem conſpicitur color cum eâdem rubedine: Ideoque omninò ex Acet. diſt eſt, cujus vis omnis, quæ in ſuo ſale acido volatili reſidet, cum ſolutis corporibus mixta manens, denuò alteratum ſpiritum fundit, deſtillatione per retortam ritè inſtitutâ. Et quamvis etiam hic ſpiritus ſapore, colore & odore corporum ſolutorum præditus videatur, & poſtea is non amplius acidus, ſed quaſi æthereus, Sulphureus, flagrans & virtute balſamicâ etiam donatus appareat, tamen hic non eſt ex corporibus ſolutis, ſed per mutationem novæ texturæ & figuræ partium jam ſolutorum, quàm ipſius ſolventis Acet. diſt. ad ejuſmodi qualitates novas traductus, ut hic ſpiritus ardens nihil aliud ſit, quàm ſpiritus vini ex Acet. in coralliis reſuſcitatus, & per digeſtionem à coralliis ita rubro colore ſpurio & aſcititio tinctus. Quæ cauſa etiam eſt, quod eam tincturam ipſe Hartmannus ejus Autor itidem rejiciat, eam à menſtruo oriri putans, ut & CL. Sennertus, qui eodem modo ex albis corallis Tincturam rubram elici ſtatuit.

### 9. *Alia per Spiritum ſeu ∇ mellis.*

¶ ℞. Corall. cum Sal. nit. calcin. extrahe ſ. a. cum ſpiritu mellis, [ vide de melle, ] decanta & abſtrahe in MB. donec in fundo ſpiſſus relinquatur ſuccus, huic edulcorato extrahe Tincturam cum V, habes Tincturam coralliorum veram. *Hartm. in Croll.*

*Doſis à gran. 4. ad 10. vel 12.*

HOFMAN. 9. *Alia per Spiritum ſeu ∇am mellis.*) Hæc etiam ſuppoſititia eſt, dum ſpiritus iſte mellis per ſe facilè tincturam adſumit rubram, præviâ ſcilicet digeſtione. Sic v. g. ſi cum ſpiritu vini mel adjectis larenis digeratur, dat tincturam purpuream, & ſi jungatur cum Sale Tartari, inſtar ſanguinis mel rubeſcit, facilè igitur ſuper corallia calcinata aliquas eorum particulas abſorbendo in leni calore rubram induet tincturam, non autem à Corallis oriundam, nam ſpiritu hoc à pulvere abſtracto rurſus per ſpiritum vini tinctura evocanda, præviâ digeſtione, & ſic in immenſum creſcet Tincturæ Corallorum apparatus, qui tamen ratione nativi Corallorum coloris ſolis Corallis non inerat.

### 10. *Alia per Aquam Temperatam.*

¶ ℞. Sal. corall. ( per ſpiritum ⊖i ) extrahe ſ. a. cum ∇ temperata, ex Vi & ſpirit. ⊖i, vide l. 4. in Vino. ) decanta, filtra & abſtrahe.

HOFMAN. 10. *Alia per Aquam Temperatam.*) Nec hæc ſatisfacit. Ratio, quia ſpiritus Vitrioli, dum corallia corrodit, & ſpiritui vini tranſitum in poros oſtendit, pulviſculum illorum recipiendo facilè mediante digeſtione Tincturam induet.

### 11. *Alia, per Phlegma ♄i.*

¶ ℞. Corallia calcinata, ſuperfunde Phlegma ♄i, cum ſpiritu acuto ♄i. digerantur vaſe cl. & rubeſcet menſtruum: abſtrahe in VB. affundeque V, digereque denuò, ac pelle per retortam, ſic extillabit eſſentia corallorum rubicunda: abſtrahe V ad conſiſtentiam. *Ioh. Agricola.*

Vires. *Inſigne eſt cordiale, balſamumque nativum ſumme exaltat, Uſusque præcipui eſt in terrore infantum, Epilepſia, & ſimil.*

*Doſis gran. 3. 4. 5.*

N. *Eodem modo poſſunt ſolvi corallia cruda, ſed tardius.*

HOFMAN. 11. *Alia per phlegma Saturni.*) Hujus cum phlegmate Saturni præparati eadem ferè eſt ratio, quàm quæ cum aceto, uti ſuprà oſtendimus. Iſti enim ſpiritus nihil aliud ſunt, quàm ſpiritus vini vel in Saturno, vel in coralliis regeneratus, & in corallis tam albis, quàm rubris ex digeſtione tinctus.

### 12. *Tinctura Corallorum Holſatica.*

¶ 1. Fiat tale Menſtruum: ℞. Tartari crud. pulveriſ. ℔ iv. phlegm. ⊖i ( ſpir. ſuo volatili adhuc gravidi ) ℔ iij. ⊖ ung. ℔ i. ſtent in digeſtione σ ℘ (3.) Dein deſtilla ex XX per gradus △ aperto, donec nihil amplius exeat. Rectifica optimè.

2. ℞. Corall. ſubtiliſſ. pulveriſ. q. v. Superfunde præcedens menſtruum, miſceque diligenter. Stent in digeſtione, ſic rubeſcet ſaturatò. Filtra & abſtrahe ad ſiccitatem in arena, & remanet pulvis rubens. Ex hoc extrahe Tincturam per ∇ temperat.

N. 1. *In præparatione ∇æ temperatæ unio iteratis ſæpius rectificationibus peragenda eſt.*

N. 2. *In præparatione menſtrui prioris verum Tartari Sulphur XX bico adhæreſcere ſolet.*

N. 3. *Ex Colcothare, elegans Tartarus ⊕atus cryſtallinus parari poteſt.*

*Hæc habe Lector ex communicatione viri celeberrimi Dn. D. Langelotti, Chymiatri in aula illuſtriſ. Holſatiæ digniſſimi, cui Tinctura hæc familiariſſima eſt, adhibetque in omnibus affectibus ab impuritate ſanguinis ortis.*

HOFMAN. 12. *Tinctura Corallorum Holſatica.*) Licet hæc Tinctura olim Dreſdæ & in Holſatia frequentioris fuerit uſus, attamen reliquis ſpuriis eſt annumeranda. Nam menſtruo hoc à Coralliis ad ſiccitatem abſtracto, reliquiæ ſalium Vitrioli & Tartari, ex quibus Tartarus Vitriolatus cryſtallinus parari poteſt, affuſum ſpiritum vini vel Aquam temperatam tingunt. Facili viâ & ex corallis albis vel oculis ♋ ejuſmodi tinctura confici poteſt.

13. Pet,

*13. Per oleum Citri.*

¶ His jam addi poterit Tinctura per oleum citri, quod è corallis rubris, crudis etiam tincturam elicit. Huic ſi dempto oleo vehiculum aliud præbere poteris, tincturam corallorum non contemnendam habebis.

HOFMAN. 13. *Per oleum Citri.* ) Cum aliis oleis deſtillatis Tinctu-etiam procedit, v.g. aniſi, fœniculi &c. Sed qualis hæc eſt Tincturaſuperfi-ta? Subtilis hujus olei partes corallorum aggrediuntur ſuperfi-ciem & ad albedinem pro texturæ mutatione, tincturâ tamen in receſſu latente diſponunt, & cùm oleum ipſum coloris ſit aurei, accedente debitâ digeſtione facilè tincturam rubram acquirit. Idem modus etiam cùm corallis albis & oculis cancrorum procedit.

N. *Albioris eſt indaginis Dni D. Joelis Langelotti Archiatri Sereniſſimi Holſatiæ Ducis Regentis Tinctura* ( quæ tamen potius deberet Eſſentiæ nomine venire ) *Corallorum rubrorum* beneficio digeſtionis cum oleo quodam inter deſtillata vegetabilia omnium blandiſſimo factæ fragmentis primo corallinis oleo immutato quoad odorem & ſaporem in rubicundiſsimam mucilaginem, inde cum ſpiritu vini Tartariſato mediante etiam digeſtione in rubicundiſsimam Tincturam reſolutis in quâdam Epiſtolâ ad præcellentiſsimos Naturæ curioſos. In litteris mſſ. ad me miſsis Anno 1672. d. 16. Decemb. hanc cautelam *Vir* ille *Excellentiſſimus* addit. De oleo, inquiens, inter vegetabilia blandiſsimo rectè conjicis Aniſi eſſe, ſed quod ritè debet rectificari, atque à ſuâ mucilagine craſſiori liberari, ut inſtar limpidæ appareat.

*14. Tinctura Corallorum S. Cloſſ.*

¶ Reſolve corallos in ſ. q. °° Sal. com. ſolutionem filtra & abſtrahe °° forti Δ ita ut 〜 omnes ſeparentur à calce, cui affundes Acet. deſtill. ex quercubus novellis menſe Martio detruncatis, ad extrahendam Tincturam, quæ erit coloris hyacinthini, evoca menſtruum & remanebit pulvis ſubtilis, cui ſuperfundes V̇ circulatum, digere, decanta, fæces ſepara à tincto V̇ quem iterum digeres, ut novas fæces (ſi adſint) deponat ad fundum, tandem filtra & V̇ ad medias abſtrahe. Parum habebis, ſed magnarum virium adverſus Contracturas.

Doſis ʒ ß. per ſe.

N. 1. *Poteſt etiam parari Tinctura modo Glauberiano cum ſale Tartari inſtar Tincturæ Silicum.*

N. 2. *Fit etiam ſublimando corallos cum* ✱ *& tincturam extrahendo cum* V̇ *ut eſt in Myroth. Ioh. Fabri. Adde Rolſincii tinctur. p. 227. cum ſp. lign. Sancti aut Coryl.*

HOFMAN. 14. *Tinctura Corallorum S. Cloſſæi,* ) Rubedo illa etiam coralliis accedit vel à ſalium reliquiis acidorum ex Sal. communi, vel à ſpiritu vini ſæpius affuſo & multum digeſto.

N. 2. *Fit etiam ſublimando corallia cum* ✱ &c. ) Negari quidem nequit, ſalem ammoniacum cum pulvere corallorum r. ſublimatum ſubtiliſsimas corallorum rubrorum portiones fideli connubio ſecum ad ſublime rapere. Quod autem ex floribus ejuſmodi rubriſâ ſale liberatis cum ſpiritu vini tinctura extrahi poſsit, non procedit.

Examinatis igitur Tincturis Corallorum rubrorum, quas *Dnus Autor Noſter* tanquam pro veris & genuinis deſcripſit, reliquum nunc eſt, ut videamus, An veræ, genuinæ & legitimæ dentur Corallorum rubrorum Tincturæ ex ſolis Corallis rubris oriundæ, quarum verum ſignum eſt, *ſi in* formâ mellaginis ſucci roſarum inſpiſſati tranſparentis ſeſe in conſpectum prodant. *Deindè* ſi illorum color proprius & intimus, non verò alienus extrahitur. *Tertiò* ſi tincturâ extractâ reliquum corpus amiſſo nativo colore pallidum & exſangue jacet. *Quartò* ſi corporis eſſentia cum eâ ſimul extrahitur. *Quintò* ſi copia ejus exigua. Nos ſimpliciter inficias ire non poſſumus, veram & genuinam Corall. r. tincturam haberi poſſe. Proſtat enim jam ſuprà allata *Excell. Chymiatri Langelotti*, non deſunt aliæ, quæ proprium & intimum Corallor. r. colorem in ſe comprehendunt, non beneficio menſtruorum acquiſitum, adeò ut illarum etiam Eſſentia cum tincturâ ſimul extracta fuerit, relicto illorum corpore albo. *Burrus* confecit adminiculo tritus cum molâ philoſophicâ infrà depictâ *Cap. de Auro.* Ubi primò optimè contrivit & poſtmodum menſtruo ſuo cœleſti, quod ex rore majali, cum Mannâ vel melle aut ſaccharo deſtillato conſtat, Tincturam in digeſtione extraxit: Quomodo etiam aliquot ante annos egregius quidam Chemicus Pariſiis Tincturam Corallor r. elaboravit. Reliquæ, quæ paſſim hinc inde venales veniunt, nullius valoris ſunt; originem ſuam debent vel in digeſtione tinctis menſtruis, vel Tincturæ ſalis Tartari cum granis Chermes vel ſantalo rubro tinctæ.

*VIII. Flores.*

¶ Flores coralliorum parantur ad modum, quo perlarum flores parari dicemus.

N. *Fieri quoque poſſunt flores coralliorum ſublimatione cum* ✱ *inſtituta.*

*IX. Spiritus ſeu oleum.*

1. *Spiritus corallorum ardens*, ſupra in quintâ Tinctura Hartmanni deſcriptus eſt, videturque compoſitum quid eſſe ex ✠ & corallis, ardereque ratione ſpiritus ✠ vinoſi.

2. Oleum itidem d. l. deſcriptum eſt.

HOFMAN. 9. *Spiritus ſeu Oleum.* ) Spiritum Corallorum multi vel omninò pro non-Ente, vel ſaltem pro ſpiritu vini in corallis regenerato habent. Oleum Corallor. r. ſunt ſalia per deliquium ſoluta ab adjunctis ſalinis menſtruis orta.

*3. Spiritus Corallatus, Spiritus terræ Corallatus.*

¶ Fit ad modum quo perlarum ſpiritus cum terra ſigillata. *Vide ibidem.*

*4. Oleum Corallorum ſuccinatum.*

♃. Corall. rubr. pulveriſat. ℔ 1. ſuccin. ℔. ſ. M. & deſtilla per retortam, vel cucurbitam, ſic ſuccinum Tincturam corall. per XX attrahet, in forma coloris ſanguinei. In fundo vaſis reſiſtet pulvis corallorum colore albus.

Vires. *Oleum illud valet in Epilepſia & Apoplexia.*

*Doſis gutt. 4. ad 8.*

N. *Huic ſimilis eſt modus quo Corallia ſale ſubdulci ſalita, pinguedineque aromaticâ ſaginata, deſtillationi ſubjiciuntur, atque ita tincturam ſuam dictis comitibus committunt, cum iiſdem per Retortam pelli aptam.*

HOFMAN. 4. *Oleum Corallorum ſuccinatum.* ) Hoc non ex corallis, ſed ſuccino emergit, licet admodum ingratum habeat ſaporem ratione ſuccini, præſtantiſſimum tamen eſt medicamentum, & novit *Dnus D. I Michaëlis* Medicum, qui hoc ſolo egregias præſtitit curas.

N. *Huic ſimilis eſt modus quo corallia ſale ſubdulci ſalita.* ) Sub ſale hoc ſubdulci Dnus Autor intelligit ſal, quod à nonnullis æthereum appellatur, panurgon ab aliis dictum ſublunare, quo Natura tamquam paraſtatâ fideliſſimo in ſuis operationibus utitur. Cujus beneficio ſalia fixa volatilia & aliæ philoſophicæ præparationes peraguntur, imò claves ſuppeditantur, quarum ope ad corporum penitiſſima penetrare, purumque Naturæ vereque eſſentiale ſeparare Artis cultoribus licet. *Excell. Ioel Langelott in præfat. ad D. Johann. Tilemanni experim. chymic. de veris* ☉ *ſolutionibus*, vid. & diſſert. de Auro Auræ Anonymi cujuſd. cum meâ epicriſi annexâ.

*X. Syrupus Corallorum.*

¶ ♃. Corall. rubr. groſsè contuſ. q. v. ſolve in ſucco Berberorum vel Limonum optimè depurato, coralliis ad eminentiam digitorum, 3. 4. 5. ſuperfuſo, Hinc.

♃. Succi illius Eſſentiâ corallinâ imprægnati part. ij. Sacchar. cand. ( vel commun. ) part. 1. coque ad conſiſtentiam.

N. 1. *Colorem dilutiorem ſi expetas affusâ* ▽ *deſtillatâ*

*ſtillatâ conveniente, pro libitu conciliare poteris.*

N. 2. *Poterit ſimiliter fieri ſolutio cum liquoribus acidis deſtillatis, Juniperi ſcil. aut Guajaci.*

N. 3. *Quercetanus monet ſolutionem inſtituere, 1. in vitro ſubere vel cerâ Hiſpanicâ occluſo, ne Eſſentia Corallina ſeparetur. 2. In* ℬ.

N. 4. *Si quid reſtiterit nondum ſolutum, huic recens ſuccus affunditur, donec penitus ſolutum fuerit.*

N. 5. *Similiter fieri poſſunt & Syrupi margaritarum & lapidum pretioſorum.*

N. 6. *Artificium Quercetani ad concinnandum hunc Syrupum, nullum eſt aliud, quam evaporatio lentiſſima in* MB *tepido ſolutorum corallorum in ſucco berb. adjectis ℥vj. ſacch. ad libras ſingulas ſolutionis, ita ut ſpatio horarum 12. non exhalet ultra ſpiſſitudinem thaleri aut macrocollonis denſioris, aliàs certo certius ſoluta corallia à menſtruo ſeparabuntur.*

HOFMAN. 10. *Syrupus Corallorum.*) Poſtquam Corallia r. in ſucco berberum vel limonum per hujus repetitam infuſionem ad totalem horum ſolutionem ſoluta ſunt, ut ſuccus ille eſſentiâ corallinâ probè ſit impragnatus, non Vulcani violentiæ ſtatim ſubjicienda, ne Corallia ſeſe præcipitent, ſed juxtà *Joh. Quercetani* monitum, evaporatio lentiſſima in MB inſtituenda eſt, uſque dum ſyrupi acquirat conſiſtentiam vid. *CL. Zwelfer. in animadverſ. P. A.* & hujus *antagoniſt. D.D. Luc. Schrœck. in P. A. R. ſive E. p. 32.* Claſſ. 1.

*Syrupus Corallorum compoſitus D. Sam. Cl. & D. de Mayerne.*

℞. Corall. rubr. ſubtil. in mort. marm. lævigat. ℥ IV.
Succi limon. depurat. ℥ XII.
Aceti quercin. ℥ VI.
Digerantur in B. per octiduum, quotidie vas bis vel ter agitando deinde filtrentur per chartam.
℞. Solutionis colatæ ℥ X.
Succi berber. depurat. ℥ V.
Tinctur. roſ. ℥ IV.
Sacch. alb. ℔ ß.

M. & mediante cocturâ blandâ in vaſe argenteo F. Syrupus, cui inter coquendum infundatur Nodulus continens.
Santal. citrin. ʒ ij.
Ligni aloës ʒ j.
Ambr. griſ. gr. XV.
Moſch. gr. VI.
*Doſis cochl. 1. mane ac veſperi longè à paſtibus.*

Vires. *Ex viribus Coralliorum ſuprà allatis & ſucco Berberorum vires cenſendæ ſunt. Laudatur valde in Diarrhea, Dyſenteria, fluxu hepatico ad reſtaurationem facultatum naturalium, &c.*

HOFMAN. *Syrupus Corallorum compoſitus D. Sam. CL. & D. de Mayerne.*) Quem in finem tot differentibus acidis ſuccis Corall. r. ſolvuntur, cùm unus ſufficeret? Deinde in coctione iſtâ partes balſamicæ ambræ & moſchi volatiles æthera petent, & ſic fruſtrà cum nodulo infunduntur coctione perdurante. Ideoque commodius eſt, ſi compoſitum Syrupum deſideras, ſumere ſyrupum Corall. r. ſ. & ipſi addere Tincturam roſar. r. Eſſentiam ambræ cum Moſcho paratam. &c.

¶ *XI. Species Diacorall.*
*XII. Trochiſci Diacorall. Galen.*
*XIII. Troch. de Corall. Nicolai.*

## CAPUT VII.

### *De Margaritis.*

HOFMAN. *De Margaritis.*) Medicis uſitata nomina ſunt *Margaritæ, Perlæ & Uniones.* Dicitur μάργαρον & μάργαρα in neutro. ὁ μαργαρίτης λίθος ſive μαργαρίτις Maſcul. & fœminin. genere. Hoc vocabulum poſtmodum latinâ civitate donatum eſt, ut Margarita in uſu ſit. Quidam, Iſidorus dicit in Originum Libr. 16. Cap. 10. in Margaritam, vocari dicunt, quod in conchis Maris hoc lapidum genus inveniatur. Uniones autem appellantur, quod Indicæ & Perſicæ conchulæ ſingulas aliquoties pariant, ſed majores. Unde Alii diſtinguunt; ſi parvæ ſint, margaritarum, ſi craſſæ & ponderoſæ, unionum nomen ſervant. Verùm hæc etymologia ſuſpecta eſt. Conſtat enim ex Indicarum rerum ſcriptoribus interdum ſeptem, nonnunquam decem, imò plures unâ conchâ inveniri, non aliter atque in gallinis ova, quædam abſoluta & magna, ſed ea unica, mediocria aliquot, exigua abſque numero. Vera igitur Nominis ratio inde colligi poteſt ex *Aldrovando Libr. 3. de teſtac. Cap. 42.* quod nulli duo planè ſimiles inveniantur, quia ſcil. vel magnitudine, vel colore, vel figurâ, vel alio quodam diſcrimine inter ſe differunt.

¶ Margaritæ, Perlæ (Uniones, ſi magnæ ſint) ſunt Lapides rotundi, in conchis nonnullis ex perittomate eodem quo teſtæ generantur, producti. Arab. Lulu, Germ. Perlen. Marguerites, Perles. *Pearles.* Peerlen.

Duplices cenſentur, Orientales & Occidentales. Illæ ſplendidiores ſunt, adeoque cæteris præferuntur, & præſertim Perſicæ. Hæ lacteſcunt, minuſque ſunt ſplendidæ. Inveniuntur etiam in Europæ locis multis, ut in Scotia, Sileſia, Bohemia, Friſia, locisque maritimis aliis, ſed vilioris eæ ſunt notæ. Majores itidem & quæ perforatæ ſunt, cenſentur minoribus, & non perforatis maturiores & præſtantiores.

Vires. *Cordiale præbent nobiliſſimum, quo balſamus vitæ oppreſſus vireſque exolutæ inſigniter recreantur ac confortantur, proinde venenis, peſti & putredini reſiſtunt, animum exhilarant. Et hujus rei gratiâ in tantum aſcenderunt honorem, ut vel agoniſantium extrema recreatio communiter inde expetatur.*

HOFMAN. *Sunt Lapides rotundi*) Sed pretioſi ſeu gemmæ in conchis marinis ex humore illo, ex quo teſta concharum concreſcit, corticatim contextæ. Illas autem ſub Lapidum pretioſorum numero contineri certum eſt ob raritatem, pulchritudinem, ſoliditatem, pretium ac virtutem. Veræ tamen gemmæ non ſunt, ſed Lapidibus ſui generis ſimiles, inter quos nobiliſſima eſt margarita inquit *Cardanus de Rerum varietate* Libr. V. quæ ex Lapidibus cum nihil habeat ſimile, facilè ab omnibus etiam diſtinguitur.

*In conchis nonnullis.*) Unde & Margaritiferæ vulgò Mater Perlarum appellantur, ceu nativo ſolo & ſalo reperiuntur. Non ſolum verò in Mari, ſed & in fluminibus limpidiſſimis & puriſſimis non profundis ac eorum conchis inveniuntur.

*Ex perittomate producti.*) Vocabulum περίττωμα duplicem habet ſenſum, utilis & inutilis. Conceditur utile eſſe excrementum, idem ſcil. ex quo teſtæ generantur. Concreſcunt ex ſucculento humore Naturâ negotium dirigente per coagmentationem & appoſitionem.

*Duplices cenſentur, Orientales & Occidentales.*) In *Orientali Mari Ormutianæ* primas tenent. In *Occidentali Mari* circà *Boſphorum Thracium* minoris æſtimantur, nebuloſæ ut plurimum ſunt & ſubflavæ. In Germaniâ circà Bohemiam, Sileſiam &c. quæ inter arenas *Quiſſi* fluvio propè Gryphibergam lavantur, pulcherrimæ quidem piſi interdum magnitudine, rotundæ, teretes, oblongæ &c. ſed ſine dubio viribus inferiores.

*Vires. Cordiale præbent nobiliſſimum.*) Præſertim majores, quò enim majores, eò perfectiores, quia magis ſunt cocti & ſubtiles & ſolvuntur etiam citius. Temperati ſunt, omnis qualitatum exceſſus expertes. Univerſam corporis confortant œconomiam, cerebri in primis & cordis collapſas reſtaurant vires, balſamum vitæ oppreſſum recreant, & non vulgare Archei furioſi ſedativum in illis latet abſconditum. Unde & illorum vis cardiaca hos adeò inſignes & decantatos fecit, ut vel agoniſantium extrema recreatio indè communiter expetatur.

## PRÆPARATA.

¶ Perlarum præparationes iiſdem fiunt operationibus, quibus corallia, calcinatione autem ignitionis haud indigent. Supervacanea igitur illarum extinctio in ▽ vitæ ardentiſſima, quam vult Quercetanus in Pharmac. reſt. cap. 26.

Solutio

Solutio Perlarum iiſdem perfici poteſt liquoribus, quibus coralliorum.

Purificatio quoque & Edulcoratio nihil à coralliorum purificatione peculiare habent.

Præcipitatio iiſdem cedit liquoribus, quibus coralliorum præcipitatio.

Hinc

### *I. Præparatæ Perlæ.*

Præparantur more vulgari, ſuper porphyrio lapide lævigando, ſubindeque ▽ cordialem, (verbi gratia, roſarum, meliſſæ, & ſimil.) aſpergendo.

HOFMAN. Hinc 1. *Præparatæ Perlæ.* Præparantur more vulgari ſuper Porphyrio Lapide lævigando &c.) Vide, ne margaritas prius in mortario æneo conteras, induunt enim vitriolatam qualitatem, quæ poſtmodum pro confortatione creat nauſeam, id quod poteris experiri, ſi ejuſmodi perlas ſolvas in ▽F. virorem contrahunt, ſin autem ipſis infundas ſp. ✱ ſalſum, tinctura fit lazurea. In molâ philoſophicâ optimè pulveriſari poſſunt. Licet & hâc carere poſſimus, nam vel integræ & citra digeſtionem ſolventi liquori acido obediunt.

N. Nonnulli Medicorum in hâc verſantur opinione, *Margaritas* præparatas non eſſe in Medicum uſum vocandas, & illarum loco magiſteria ſeu ſolutiones illarum præſtantiora eſſe, ut quæ vires ſuas longè exſerant celerius præparatis, & multum temporis requiratur, antequam præparatæ à debili ægrotantis ventriculo & depravato fermento acido ſolvantur, vel prorſus intactæ etiam ſæpius excernantur. Verùm circumſpectus Medicus facilè dijudicat, quid vel obeſſe vel prodeſſe poſſit. In cruditate acidâ, ubi fermentum ventriculi acidum in exceſſu peccat, Margaritis præparatis, prout & aliis præparatis nihil convenientius eſt. In cruditate autem nidorosâ, ubi ſalibus acribus, ſalſis, amaris &c fermentum ventriculi inquinatum eſt, Magiſteria ſive ſolutiones acidis liquoribus facta præparatis in uſu præferuntur. Inde *CL. Zwelferus* in fine claſſis vigeſimæ de margaritis præparatis dicit, faciliimæ ſolutionis eas eſſe, atque ab Archeo noſtro, innatoque calore utcunque divinci & actuari poſſe.

### *II. Sal Perlarum.*

¶ Fit, ut in corallis dictum: Solvendo perlas, vel (quod uſitatius) in aceto, vel in ſucco Berber. & Limon. &c. ſolutionem filtratam ad remanentiam ſalis inſpiſſando, inſpiſſatamque ablutione, ut dictum, vel in ſolutione iterata purificando ac dulcorando,

N. 1. *Non opus habent triturâ, quippe vel integra atque citra digeſtionem Acet. deſtill. obediunt.*

N. 2. *Solutionem in ſucco Limonum ac Betulæ Deſtill. vide de Corallis.*

N. 3. *Fit quoque Sal Perlarum, in quovis liquore diſſolubile, beneficio ſucci citrei mali, digeſtione depurati. Nimirum perlæ totæ & ſi placet contuſæ, in eodem illo ſucco ad eminentiam 4. digitorum affuſo, digeſtione interveniente ſolvuntur, ſolutioni affunditur ros majalis deſtillatus, vel ▽ Meliſſæ, decantaturque ſolutio: hinc affunditur novus ſuccus depuratus, digeritur, affunditurque iterum ros deſtill. vel ▽ Meliſſ. atque decantatur, &c. Et hic labor toties repetitur, donec perlæ penè totæ ſolutæ ſint, relictis perpaucis fæcibus. Demum ſolutio lento igne inſpiſſatur, ad remanentiam pulveris.*

*Doſis à gran. 6. ad ℈ß. Ex aqua roris majalis cum manna deſtillata, vel ex aq. Cinam. cum ▽ roſ. &c. Hartm. in practic.*

N. *Paracelſus, Sali perlarum, ut & reliquis inde paratis maximas vires attribuit. Proceſſus, inquit, harum, etſi ſimplices, tamen, crede experto, mirifica operatio ipſarum (perlarum) eſt. Non tamen fit per artem hæc virtutum actio, ſed in natura ipſarum eſt, quæ in groſſa ſubſtantia occultatur, & non poteſt operari, ſicut mortuum corpus ſed reſolutione factâ, vivificatur corpus ejus lib. 6. archid.*

*Huic finitimum eſt*

*Sal ſive Magiſterium Perlarum Riverii.*

℞. Perlar. ſubtiliſſ. tritar. q. v. impaſta cum ſucco citri vel aurant. & relinque aliquamdiu. Poſtea ſolve cum Acet. deſtill. ſ. a. donec perlæ ex toto ferè fuerint ſolutæ. Collectum acetum miſce cum tertia parte ▽ fluvialis, deſtilla in arena igne primum lento, dein fortiori. Deſtillatum reaffunde capiti mortuo reſtitanti, & denuo ſolve, poſtea filtra, evaporaque admodum lentè, & reſes erit perlarum Magiſterium.

Vires. *Præter vires ſupra allatas, ſummum eſt præſervativum Arthritidis.*

*Doſis ℈j. ad ſummum.*

HOFMAN. 2. *Sal Perlarum.*) Hoc prout & 3. *Magiſterium Perlarum* nihil aliud, quàm nudæ ſolutiones ſunt, factæ cum ſucco citri, berberum, aceto, &c. Unde Magiſteria reſolubilia, butyracea, & plumacea confici poſſunt. Nec inæqualis cenſuræ ſunt, quæ cum ſp. Vit. ær. ☉ & Salis non dephlegmato fiunt cum Vitrioli Spiritu præcipitata, eodem modo & cum Spiritu Vitrioli phil. perlæ ſolvi & cum ſpiritu roris majalis præcipitari poſſunt. Item ſi Perlæ in Acet. diſt. ſolvantur & cum ſp. Vitrioli rectific. præcipitentur & poſtmodum edulcorentur, Magiſterium candidius & reſolubilius evadet, quàm ſi fiat præcipitatio cum oleo Tartari per deliquium, crudiora enim tunc fiunt.

### *III. Magiſterium Perlarum.*

1. *Commune* fit ſolvendo cum Acet. deſtill. & præcipitando cum Ol. Tart.

2. *Butyraceum* eodem modo fieri poteſt, qu. Magiſter. butyraceum corallorum.

3. *Plumaceorum* præparatio itidem ex corallis repetenda. Confer Rolfinc. Chym. p. 347.

Vires. *Vires ex viribus perlarum deſcriptis facile colligi poſſunt.*

*Doſis à gran. 6. ad 15.*

### *IV. Oleum ſeu liquor Perlarum.*

Fit per deliquium quemodum ex ſuperioribus repete.

### *V. Eſſentia, Tinctura, Arcanum Perlarum.*

℞. Perlas q. v. ſolve cum Acet. deſtill. & para ſal; Sal ita paratum iteratis in Acet. deſtill. ſolutionibus ac coagulationibus (rejectis ſemper fæcibus) purifica, donec nullæ amplius fæces ab ultimis ſolutionibus reſtiterint, atque adeo ipſæ perlæ ab omni immunditie liberatæ ſint. Hinc ſolve cum ▽ pluviali, vel rore majali, deſtillandoque abſtrahe humiditatem, idque toties repete, donec interveniente deſtillatione perlæ ſint edulcoratæ, (id quod oſtendit aquæ poſtremò deſtillatæ dulcedo.) Hoc ſal ita defæcatum, digere, vaſe clauſo in MB. (♂ ℘ 8. vel 10.) cum 🜅i rectificatiſſ. ad eminentiam 2. digit. affuſo. Sic Perlæ cum tempore Eſſentiam ſuam inſtar olei ſpiſſi ad ſuperficiem 🜅i remittent, quam cautè ſepara, novumque 🜅i affundendo, laborem repete, quoties viſum fuerit. Convertitur enim totum ferè ſal, relictis pauciſſimis feculis, in Eſſentiam. Hanc de novo cum 🜅 aliquamdiu circula, poſtea leni deſtillatione MB, 🜅i ſepara & ſerva.

N. *Eadem perlarum Eſſentia cum 🜅 per Retortam, vel per MB. ſeu reverberatorium ſiccum, inſtitutis cohobiis tandem omnis tranſit.*

Vires. *De uſu conſtat ex viribus margaritarum, fortiſſimarum autem virium eſt propter ſummam ſubtilitatem.*

*Doſis à gran. 6. ad 14. Hartman. in Croll.*

*Arcanum*

*Arcanum, per Spiritum Guajaci.*

℞. Perlar. ſubtiliſſ. trit. q. v. extrahe ſ. a. tincturam rubicundiſſimam cum ſpiritu Guajaci rectificato, reſidem pulverem calcina leniter, atque extrahe iterum bis aut ter cum novo ſpiritu Guajaci. Poſtremò calcina fortius, atque iterum extrahe. Extracta coagula in MB ad apparentiam cuticulæ verſicoloris, quippe quæ ſignum eſt, abſtracto phlegmate, ſolum arcanum ſeu Eſſentiam perlarum cum ſpiritu Guajaci, in forma coagulata reſtare.

N. 1. *Hæc Eſſentia ac ſpiritus vix à ſe invicem ſeparari poterunt.*

N. 2. *Eadem Eſſentia ſeu Arcanum perlarum cum ▽ meliſſæ, & ſimilibus q. ſ. ſubito ſolvitur, inque rubentem pellucidum colorem vertitur ſaporis elegantis.*

Vires. *Optimè ſanguinem mundificat, magnarumque virium eſt in lue venerea.*

*Doſis à gutt. 6. ad* 14. *Hartman. in Croll.*

*Alia Tinctura.*

℞. Perlar. ℥ß. ſpir. Sal. com. q. ſ. ſolve ſ. a. decanta; abſtrahe, ut fiat pulticula, quam elue ▽ ſtillat. Circula cum 🜈 ſeptimanas 6. tandem 🜈 abſtrahe, leni MB calore. *Libav. in Syntagmate.*

*V. Flores Perlarum.*

Solvuntur perlæ cum Acet. deſtill. ſolutio digeritur aliquandiu (per menſem) dein abſtrahitur Acet. deſtill. & tandem fortiori igne elevantur flores. *Libav. in Syntagm. lib.* 2. *c.* 25.

N. 1. *Sublimari poſſunt quóque Margaritæ & Corallia beneficio* ✱.

N. 2. *Flores perlarum per ſolutionem in ♒u ♄ni deſcribit Hartman, in Croll. p.* 474.

*VI. Spiritus perlatus, ſeu Spiritus terræ perlatus.*

℞. Sal. vel Magiſterii perlarum ℥ vi. Terræ ſigillatæ ℔ j. M. ac imbibe cum ſ. q. olei perlarum, & fac globulos quos exiccatos deſtilla per retortam uti deſtillatur ſpirit. Sal. communis, Rectifica & ſerva pro uſu.

Vires. *Summum eſt ſecretum in Podagra.*

N. *Eodem modo fieri poteſt & ſpiritus Corallatus.*

HOFMAN. 4. *Oleum ſeu Liquor Perlarum.* 5. *Eſſentia, tinctura, Arcanum Perlarum.* 6. *Flores perlarum.* 7. *Spiritus perlatus.*) Hæc & ſimilis farinæ compoſitiones quocunq; veniant nomine, non ſolum ex eſſentialibus & conſtitutivis perlarum ſunt partibus, ſed etiam alterius familię pignora ſalutari poſſunt, larvatum perlarum amictum ſaltem ex Acet. diſt. ſp. guajaci, Salis Vitrioli, & occulto perlarum pulvere compoſitum. Qui perlas ſic ſolutas bibunt, tantum abeſt, ut ſolâ illarum ſubſtantiâ fruantur lacteâ, ut etiam unà cum perlis ſalem Acet. diſt. vel alterius liquoris acidi ſolutum bibant. Si tamen liquores iſti cum ſpiritu vini tandem circulentur & digerantur, eo iterum abſtracto præſtantiores erunt.

## CAPUT VIII.

### *De Lapidibus minus pretioſis: qui ſunt,*

### I. ÆTITES.

ÆTites Lapis eſt veluti prægnans cum quatitur, alio in utero ſonante: hujus genera pro diverſitate ſuperficiei, (ſcabræ, ſcilicet vel lævis, colorum, tum materiæ inibi contentæ, conſtituuntur quatuor.

1. Eſt exterius, ſcabrum colore vario, plerumque nigricante: continet in ſe lapidem Collimum dictum.

2. Cinerei coloris eſt, ac in ſe argillam vel margam continet.

3. Terram in ſe concludit.

4. Præter hos addit Plinius Taphuſium nomine, qui noſtratibus eſt incognitus.

N. 1. *Dicitur lapis Aquilæ, quod in aquilæ nido reperiatur ad promovendum partum ab aquila eò deportatus. Germ.* Adlerſtein/ Klapperſtein. Pierre d'Aigle. *Eagle ſtone, found in an Eagles neſt.* Adelaerſteen/ of Arents-ſteen.

N. 2. *Primus Orientalis eſt, raroque pruni magnitudinem ſuperat.*

*Secundus & Tertius etiam in Germania juxta Svveinfurtum reperiuntur, pugnique magnitudinem ſæpe æquant.*

Vires. *Partum promovet, ſi feminibus alligetur, ſin brachio, eundem retinet: obſervare autem expedit, ſtatim à partu eſſe removendum, ne & uterum ad ſe trahat.*

HOFMAN. *De Lapidibus minus pretioſis: qui ſunt* 1. *Ætites.*) Ætites Lapis ab Aquilâ, Græcis ἀετὸς, dicitur. Vel propter colorem vel ob virtutem illam, quod aquila ſine illâ parturire nequeat, inde & in aquilarum nidis reperiatur. Eſt autem vel candidus, vel gallæ colore, vel ſubrutilus, vel in rutilo niger. Hujus differentias vide in Autore. Cinerei coloris in ſe argillam vel margam continet, quam terræ ſigillatæ facultatem habere dicũnt, unde peſti & febribus peſtilentialibus correptis cum aquâ appropriatâ propinata auxilio eſt, ſudores elicit, venenum expellit, quandoque & alvum movet. Dyſenteriam malignam & alvi fluxum ſiſtit. *Boet. de Booth. in hiſtor. gemmar. & Lapid.* Cap. 198. p. 378. *Olaus Wormius in Muſæo* Cap. 12. De hoc ſcripſit etiam tractatum Laurenbergius, ubi tradit de Laplandis, quod certo modo præſtare poſſint, ut aquilæ ejiciant hos Lapides ex nidis.

*Continet in ſe lapidem collimum dictum.*) Reperitur etiam ſpecies albo ſilice prægnans, quam *Chriſtoph. Encelius invenit ad albim vid. de Lapid. & gemm. Libr.* 3. *Cap.* 47.

*Vires.*) Partum promovet, ſi feminibus alligetur, ſi brachio, eundem retinet. *Olaus* l. c. ſæpius hujus fecit experientiam, adhibitâ tertiâ hujus lapidis ſpecie ab *Autore* nominatâ, quæ terram in ſe includit. *Licet Andr. Baccius de Gemmar. Naturâ* Cap. 1. p. 212. illam ſpeciem denominet, quæ lapillum in alvo continet; Obſervavit etiam *Valeriola*, tam vehementer trahere, ut unà uterus excidat, ni maturè removeatur, id quod accidit Valentiæ conjugi Ponſoni Iouberti. Tradunt quidam, ſi patinis ſupponatur Ætites, in quibus cibus veneno eſt infectus, deglutiri illum non poſſe. Aliàs tritum & Cerato admixtum epilepticos paroxyſmos ſiſtere, quod dicunt, experientiæ non repugnat. Liquorem Ætitis contrà calculum in quibuſcunque corporis partibus commendat *P. Iohann. Faber. in Myrothec.* ingreditur etiam *Dn. D. Iohannis Michaelis* Magiſterium & Liquorem Nephriticum. Dicitur etiam Lac reſtituendi vim habere. Collo appenſus medetur prolapſui uterino, herniis, epilepſiæ &c. Fabulam ſapit, geſtatum amorem & divitias augere, invictum omnibuſque gratum efficere, deprehendi & furta illo tradunt. Nam panem, cui Lapis ille incluſus fuit, qui furtum commiſit, *teſte Dioſcoride*, deglutire non poteſt. Inde ortum eſt proverbium, *Æiticus panis illi pertigendus*, in hominem cui furandi vitium natura ſit inſitum. *P. Bellonius Libro* 20. *obſervat. cap.* 23. teſtatur, hanc conſuetudinem adhuc apud Græcos in uſu poſitam eſſe, quâ lapidis hujus vi occultâ furta palam faciant. Furem igitur manifeſtum facere volentes Græci, omnes furti nomine ſuſpectos ſimul evocare ſolent; Id quod multis peragitur ceremoniis. *Calojeri* enim communicant ſecum quid clauſo murmure, dum ſine fermento maſſam pinſunt, è quâ parvos conficiunt panes, ovi magnitudine, horum ſingulis qui convenerunt, ternos devorandos tradunt, totidem bolis, nullo potu addito deglutiendi præbentur. Et qui furtum commiſerat, nunquam tertium panem devorare potuit, quin imo dum deglutire niteretur, parum abfuit, quin ſuffocaretur. Græci Monachi hoc obſervant, tanquam peculiare ſecretum. *vid. Andr. Baccius De Gemmar. Naturâ Cap. xxxix. p.* 213.

Præ-

Præparationes quæ jam Lapidis ætitis aut quas ingreditur idem lapis ex D. D. BAUSCHIO.

Quinta eſſentia lapidis ætitis ad Calculum frangendum P. I. FABRI cujus præparatio hæc eſt.

*℞. Lapidem aquilæ, contundatur & pulveretur, connectatur cum pari pondere ſalis nitri & ſulphuris, & in tigillo forti, ad ignem fortiſſimum igniendum eſt, & per tres aut quatuor dies continuos in eo igne retinendum, donec optimè calcinetur & comburatur. Tunc demum à ſale nitro, per lotionem aquæ dulcis multoties iteratam, calx eſt vindicanda, & huic calci probè lotæ & ad ignem exſiccatæ affundendum eſt in vitro acetum acerrimum ſtillatitium, & vitro clauſo digerendum eſt id omne per quindecim dies in balneo tepenti: tum demum evaporandum eſt acetum affuſum in vitro magni oris, aut in ſcutella argentea; deinde poſt deſiccationem iterum calcinandum eſt ſal illud in fundo remanens, & igniendum per tres aut quatuor horas; ignitum ſolvendum eſt aqua pluviali ſtillatitia, ſolutum filtrandum eſt, ut probè depuretur ab excrementis, filtratum evaporandum & deſiccandum, deſiccatum igniendum & calcinandum, ut priùs, donec ſal habueris probè purum & nitidum, ſicut cera fundens & dulce ſicut ſaccharum: tandem ſal illud limpidum & clarum, & ad hanc perfectionem deductum connectendum eſt cum ſpiritu vegetabili æthereo ex ſucco ononidis aut ſaxifragiæ extracto, in balneo tepenti per duos dies, deinde ſervandum in phialis optimè clauſis.*

*In omnibus calculorum generibus, in quibuſcunque ſint locis & membris, mirè efficax eſt remedium: ſumatur ſingulis lunæ quadris cum aquæ ononidis, ſummo mane, jejuno ſtomacho, à quantitate drachmæ unius ad duas: poteſt ſiphunculo injici in veſicam ad calculum diſrumpendum, & miros & ſtupendos præſtat effectus.*

Liquor Diureticus Suinfurtenſium.

*℞. Lapidis ſpongiæ, hominis, ætitis ſeu aquilæ, lyncis, judaici, oculorum cancri, cryſtalli, ana partes æquales: contundantur & miſceantur cum pari quantitate nitri: calcinentur, laventur & edulcorentur, exſiccentur lento igne: pulverentur & indantur in phialam vitream, ſuperfundendo ſpiritum ſalis ad eminentiam duorum digitorum ſupra materiam, digerantur in cineribus, vaſe probè clauſo, quinque dierum ſpatio: poſtea ſpiritus ſalis per deſtillationem abſtrahatur. In fundo remanebit maſſa quæ in loco frigido & humido poſita, reſolvitur in oleum, quod exſiccetur lento igne: poſtea reſolvatur in frigido, & iterum exſiccetur. Hoc repetatur donec non amplius exſiccetur, ſed permaneat in conſiſtentia olei quod oleum lapidum nominatur.*

*Doſis hujus gutt. v. vel vj. in aq. ſequentis ℥ i ß. præmiſſo ſpecifico purgativo nephritico, vel electuario lenitivo antinephritico Quercetani.*

*℞. Succorum porri, cepæ, raphani, piloſellæ, ſigilli ſalomonis ex radicibus, argentinæ parietariæ depuratorum in B. M. ana ℔ ß. ſucci limonum depurati ℥ x. cryſtallor. tartari ℥ ij. ſpecierum diatragacanthi frig. ℥ i ß cryſtalli calcinati cum æquali quant. nitri, loti & edulcorati, blandoque igne exſiccati ℥ j. pulpæ caſſiæ recent. extractæ ℔ ß. terebinthinæ venetæ ℥ j. ſtercoris columbi albi ℥ ij. Omnia, contuſis contundendis, indantur in alembicum vitreum, & deſtillentur in cineribus, igne moderato ad ſiccitatem. Quæ tamen aqua præcipuè ob additam cryſtallum deſtillationi ineptam, vix effugiet quorundam animadverſionem.*

*Liquor diureticus compendioſiori methodo ſic paratur. ℞. Oculor. cancri, lapidis Judaici, ſpongiæ, Lyncis, lazuli, aquilæ, glaciei vel ſpecularis ana part. æq. Reſolve in ſpiritu vel oleo ſalis. Si reſoluti ſunt, reſolutum clarum defundatur de fecibus. Clarum coagula ſuper cineribus calidis in vaſe vitreo, reſolve in marmore. Denuo coagula. Idque toties repete, donec non ampliùs coaguletur. ℞. hujus gutt. aliquot in vino quotidie. Reſolvit calculum & per urinam expellit illum mucilaginis inſtar.*

*Jan. Pharamund. Rhumel in Baſilica Chymica tale habet nephriticum. ℞. Oculorum cancri, lapid. judaici, pumicis, ſilicis, l. ſpongiæ, l. Lyncis, ætitis, l. carpionum, ſuccini, criſtalli. corall. ana p. æq. ſuperfunde ſpir. ſalis ut quatuor digitos emineat: repete affuſionem ſpir. ſalis, donec nihil ampliùs ſolvat: ſolutiones omnes deſtilla per alembicum ad ſiccitatem: pulverem in cella, ſuper marmorem, reſolve in liquorem Doſis à g. x. ad xx. in cochleari ℔. calcis vivæ.*

*Norvegicus ætites mas hac peculiari præ cæteris virium dote valet, ut ſi urina ſuper illum reddatur, eademque poſtea exhauriatur, frangat ac comminuat, tam renum, quam veſicæ calculum. Fœmina verò cum aliis hoc habet commune, quod parturientibus auxilium præſtet.*

*Qui plura de ætite, de ejus differentiis, contentis, generatione & viribus, tam veris, quàm fabuloſis, deſiderat, conſulat* D.D. BAUSCHIUM *qui tractatum de eo conſcripſit.*

## II. ALABASTRITES.

¶ Alabaſtrites, Ἀλαβαςρίτης. Alabaſtrum, Onyx, lapis candidus notiſſimuſque eſt, Germanicè Alabaſterſtein. Albâtre. *Alabaſter.* Alabaſtren / Alabaſter.

Species ſtatui poteſt Marmoris, verùm accuratè penſitatus, ipſo mollior eſt, proinde Marmor incoctum & imperfectum, ſi ita vis appellare poteris. Hic ſi ita mollis ſit ut cultro ſcindi poſſit, gypſum rectius dixeris, & eſt id lapidis, è quo varia torno finguntur vaſa.

Uſus *rarioris Officinalis eſt, nec ingreditur uſualia, niſi ſolum unguentum alabaſtrinum.*

Vires. *Combuſtus reſinâ aut pice exceptus duritiès diſcutit, ſtomachi dolores cum cerato levat, gingivas comprimit. Dioſcorid.*

HOFMAN. 2. *Alabaſtrites*) Eſt Lapis ex ſpeciebus marmoris notus in Italia & Venetiis; *ejus tres ſunt ſpecies. Prima* candicat, ex qua fiunt imagines & ſepulchra mortuorum. *Secunda* ſpecies nigras habet maculas. *Tertia* in ruffo candicat, & hæc dicitur Onyx, quia unguis humani colorem præſentat. Et hanc intelligit *Dioſcorides*, dum ſcribit, Alabaſtrites qui & Onyx dicitur, crematus cum reſina aut pice duritiès diſcutit, quem ſequitur & *Dnus Autor noſter. Poſtremæ duæ ſpecies* etiam apud Nos in Germaniâ effodiuntur in Cheruſcis non procul à Northuſiâ, & in inferiore Saxoniâ circà Hildesheimium. Cæterum præſtantiores tamen ſunt, qui in Italiâ reperiuntur, quàm hîc locorum. Uſus rarioris ſunt in Medicinâ, præparatur tamen ex his *Unguentum alabaſtrinum* dictum, quod in doloribus & aliis Capitis affectibus ſummè prædicatur. vide Cataplaſma Hypnoticum D. D. R. ſect. V. no. 1. in Theſaur. Pharmaceutic. annexo.

## III. AMIANTHVS.

¶ Amianthus (ἀσβεςὸς) alumen plumoſum, eſt lapis alumini ſciſſili non abſimilis, adeo ut à nonnullis inter ſe confundantur, Germanic. Federweiß / Steinflachs / Schieferweiß / Alum de plume; *Earth-Flax, Salamandershairs, Feathered. Allum;* Aerde-vlas / geliick Aluin. (quippe ſunt, qui tales ex eo conficere norunt,) Steindacht / quod elychnia ex eodem fiant incombuſtilia.

Differt ab alumine ſciſſili; quod hoc combuſtile ſit, ſaporiſque aſtringentis, illud non item.

Vires. *Veneficiis reſiſtere creditur omnibus, præcipuè tamen veneficarum. Præterea abſtergit; ſcabiem ſanat; ſi cum ▽ vitæ & ſaccharo ſolvatur, mixturæque ejus exigua portio quotidie mane detur, album fluxum mulieris mox iri ſanatum aiunt.*

HOFMAN. 3. *Amianthus.*) Seu *Alumen plumoſum, ſciſſile,* ſimilis alumini ſciſſo, adeo ut nonnulli inter ſe confundant, Germanicè Federweiß. Ex hoc utpote flexibili telæ ſpectaculi gratiâ conficiuntur, quæ ignibus injectæ ardent. Fabula communis eſt eum ex Salamandræ pilis oriri, quia non conſumitur igne, ut Salamandra. Sed Amianthus hic lapis eſt teſte Dioſcoride natus in Cypro, differt ab alumine ſciſſili quod hoc combuſtibile ſit & ſaporis adſtringentis, illud non item Veneficiis Magorum reſiſtit; Prætereà abſtergit & ſcabiem curat cum ▽ vitæ & ſaccharo ſolutus. Si mixturæ ejus aliqualis portio quotidie tempore matutino exhibeatur, album fluxum mulierum mox iri ſanatum dicunt.

## PRÆPARATA.

¶ Præparata Officinalia quæ amianthus ingrediatur, præter unguentum citrinum, nulla ſunt. Commendant tamen nonnulli ſupra modum Linimentum ad tineam puerorum, & ad ulcera tibiarum, quod vide lib. 2. [addunt etiam quidam unguentis nervinis.]

## IV. LAPIS ARMENVS.

Lapis armenus eſt lapis maculis viridibus, cæruleis & ſubnigris relucens, ſicut lapis lazuli punctis aureis,

adeoque non differunt inter ſe, niſi ſolâ maturitate, utraque enim in unis iiſdemque ſcapenſulis reperitur. Lazuli tamen lapis ceu maturior, crebrius invenitur in fodinis aureis: armenus in argenteis.

Dicitur lapis armenus ſeu armenius λίθος ἀρμένιος, quod olim ex Armenia ſolum ad nos tranſlatus ſit, hodie tamen & in Germania producitur, verbi gratia, in Comitatu Tyrolenſi ſub nomine Melochites. Dicitur Arabicè Hager ſeu Hagiar, Germ. Armenierſtein Bergblau. La pierre d'Armenie. *Armenianſtone.* Steen van Armenien.

N. *Præfertur colorato cæruleus.*

Vires. *Deſiccat mediocriter, extergit cum leviuscula acrimonia & leviſſima adſtrictione. Internè propinatus purgat ſine noxa humorem Melancholicum, ἄνω καὶ κάτω. Verum ſi multoties,* (12. *aliis* 50.) *lotus fuerit, purgat ſolum per inferiora. Hinc conducit in Mania, Melancholia, Epilepſia & ſimilibus.*

*Doſis in ſubſtantia* ℨj. *ad* ℈iv. *Extrinſecus miſcetur Medicamentis ocularibus, uti & Pſilothris palpebrarum.*

HOFMAN. 4. *Lapis Armenus*) Eſt Lapis maculis viridibus, cœruleis & ſubnigris relucens, ſicuti Lapis Lazuli punctis aureis, adeoque non differunt inter ſe, niſi ſolâ maturitate. Lapis tamen Lazuli ceu maturior crebrius invenitur in fodinis aureis, Armenus in argenteis. Reliqua vide in *Autore*. Hic de Lunâ Armenus ſcilicet, ille Lazuli ſcilicet de Sole participat. In Lygiis ad Goldbergam in foſſis ac puteis vetuſtis Aëris Cupferbergi cum pyrite producitur. Hic Lapis Armenus ad *P. Poterii mentem in Pharmacop. Spagyric.* Libr. 2. Cap. 26. duplici conſtat Sulphure, ſale item duplici, volatili & fixo. In ſale volatili vim emeticam reſidere, in Sulphure confortantem, roborantem & cardiacum. Si igitur vim purgantem velis, & vomitoriam ab ♁nio non admodum diſſimilem pulveriſatus purus cum aliis mixtus v. g. in pilulis eſt offerendus. Sin autem vim cardiacam experis per calcinationem corrigendus eſt, cujus medio pro diversâ texturæ & figuræ partium mutatione in motu vel quiete omne volatile recedit qualitatis purgatricis cauſâ ac fortificans ac roborans ſuccedit. Specificum autem eſt in maniâ, Melancholiâ, Epilepſiâ &c. Hujus Lapidis præparationes conveniunt cum Lapide Lazuli, de quibus vide inferius.

## ¶ PRÆPARATA.

¶ 1. *Lapis* creberrimè *lotus*, quem præparatum vocant.

2. *Pilulæ* d. l. armeno, *vide Diſp.*

3. *Magiſterium* fit l. commun. Lapis calcinatur per fl. Sulphur. hinc ſolvitur calcinatus in aceto fortiſſimo alkaliſato aut mellito. *Quære. Pharm. reſtit.*

N. *Mallem equidem lotum adhibere lapidem, vel ſolutionem cum* 🜄 *perficere, quippe vis purgatrix aciditate infringi apta eſt.*

## V. LAPIS CALCARIUS.

Lapis Calcarius, eſt lapis ille gryſeus, ex quo violentiâ ignis conficitur calx muraria, Germanicè. Kalckſtein. Pierre à faire la Chaulx. *Lim-ſtone.* Kalck-ſteen.

HOFMAN. 5. *Lapis Calcarius*) Græcis dicitur ἄσβεστος. Eſt lapis ille gryſeus, ex quo ignis violentiâ calx muraria conficitur. Optimus ad medicinam maximè conducibilis reperitur Nahmburgi. Aliâs totus ille tractus Riphæorum circà Kauffungam, ac ſi diceres Kalckfund, Seittendorff & Rieradorff in Sileſiâ hoc Lapide calcario abundat. Novo invento ad Freibergum oppidulum carbone foſſili coquitur. Aliàs calx candidiſſima etiam in Alpendorff ad Gigantæum montem uſtulatur ex Saxo candido Alabaſtrum æmulante. Quoad Vires ignea eſt, & tam occultum potentiâ in ſe continet ignem, ut & actualem △nem comburendo, mortificando & deſtruendo ſuperet.

¶ Officinalis non eſt, niſi in PRÆPARATIS, quæ ſunt.

1. *Calx* viva. Græcè ἄσβεστος. Arabicè Herach, Nure, Nura.

Vires. *Eſt ignea, mordax, adurens, cumque progreſſu temporis cruſtam gignens.*

2. *Calx lota*, (è qua ſal optimè ſ. a. elixiviatum.) Exiccat ſine mordacitate, adeoque valet ad contumacia ulcera, (verbi gratiâ, venerea) uti & ad ambuſta & alia, quæ non facilè curationem admittunt.

3. *Lixivium*, quod conducit ad vulnera putrida eluenda. [Ex hoc fit aqua Chirurgorum pretioſa ad ulcera venerea, ſerpigines, gangrænæ reſiſtens.] Quin imò ex eodem fit 🜄 ophthalmica inſignis, quam vide lib. 2.

[Cremor calcis vivæ decoctæ cancri exulcerati labia corrupta aufert.]

[Balſamus ad ambuſta ex calce decocta Ol. ſimpl. roſar. ovorum.]

4. *Spiritus.* ℞. Calcis vivæ, q. v. læviga minutiſſimè, imbibeque cum 🜍i alcaliſato, (qui ab omni Phlegmate purus ſit, alias incaſſum laboratur,) quantum ſcil. imbibere illa poteſt, (non ad eminentiam) abſtrahe 🜍 leniſſ. MB. calore, cum cohobiis (8. vel 10. repetitis) ſic fortificatur vis ignea Calcis vivæ.

℞. Hujus Calcis vivæ lævigatæ, ℥x.
Sal. Tartari puriſſ. ℥j.
🜔 Tart. probè priùs igniti ℥xj.

Miſc. ac deſtilla ex Retorta lutata, infra medietatem repleta, in excipula duo, quorum unum (in quo ſit parum 🜍 rectificatiſſ.) deſtinatum ſit ſuſcipiendo ſpiritui, adeoque capacius alterum (quod vacuum) extillanti phlegmati.

Excipulum prius connexum ſit cum canali ex alterius illius excipuli collo deducto, poſterius ſit collocatum, ut phlegma rectà delabi poſſit. Accenſo igne ſtillat primum phlegma quod delabitur in excipulum vacuum; dein auctiori igne prodit ſpiritus albicans, qui per canalem in alterum illud excipulum ad 🜍 rectà tendit, eique ſeſe commiſcet, ut ſeparari ab invicem difficulter poſſint.

Rectifica aliquoties, & ſepara leniſſ. calore 🜍 in phiala, vel accende 🜍 qui efflagrabit remanente ſpiritu Calcis vivæ in fundo.

N. 1. *Niſi Calx viva initio cum* 🜍, *ad modum dictum fuerit impregnata, adeoque exaltata, incaſſum laborabitur, quippe deſluit in excipulum minus, utque phlegmatis commixti nullius evadit valoris.*

N. 2. *Spir. primo flavus eſt, verum leniter in cin. rectificatus, clareſcit.*

Vires. *Summum eſt arcanum in atterendo radicitusque pellendo calculo, cujuſcunque ſpeciei, aut loci. Confert & Podagricis. Pulmon. nocet.*

*In uſu Pharmacopœtico ſolvit Cryſtallos, oculos* ♋ *lapideſque duriſſimos. Keſl. lib. 1. c. 80. ſpiritus minerales volatiles figit. Baſil. in rep. L. P.*

N. *Alii miſcent Calcem vivam cum biſmutho, ac deſtillant ex* ♌ *in receptaculum capaciſſ. aliquot (ſex) menſuris* 🜄*æ adimpletum.*

5. *Hinc ſpiritus Calcis vivæ alcaliſatus.*

℞. Sal Calcis vivæ, ſolve in ſpiritu Calcis vivæ, ac forma globulos cum argilla, vel miſce cum pulvere laterum, deſtillaque per retortam.

HOFMAN. 2. *Calx lota* (*è quâ ſal optimè ſ. a. elixiviatum.*) Communiter duplicem in calce ſalem ſtatuunt, Acidum ſcil. & ſalſum. Sed neutrum ex illâ extrahi poteſt, & horum loco inde

potius

potius ſpiritus quidam igneus, adurens, mordax &c. omnia alia ſalia volatilia mortificans & deſtruens. Cùm igitur actu nullum ſal in calce inſit, inepta eſt ejus lotio & ſalis elixiviatio. Aliàs ex hâc Chirurgi conficiunt aquam ſuam pretioſam, ad ulcera Venerea, & ad ambuſta, unde.

3. *Lixivium.* ] Ex hoc dicta aqua pretioſa conficitur, quæ ſtupendo cum effectu adhibetur in ulceribus Venereis, antiquis corrodentibus. Dum exſiccat, ſaturando carne replet, inflammationem arcet, extrahit ſalia ſylveſtria erodentia, à quibus calor, ſedat dolorem, reſiſtit gangrænæ & eam mirabiliter extinguit, curat ſcabiem, herpetem, ſerpigines, guttam roſaceam, aphtas tollit, & tumores hydropicos; inde Aquapendens in Chirurgiâ aquam calcis vivæ deprædicat, in quâ ſpongiam novam, quæ totum abdomen comprehendit, exprimit, eamque ſuperligat. Sic enim aquas hydropicorum inſenſibiliter abiumi & viſcerum intemperiem tolli ac Lienem induratum ſanari aſſerit.

N. Hoc decoctum ſi in vas æneum infunditur, addito parum ☉ fit aqua ophthalmica Chirurgorum.

Egregium & probatum Decoctum contrà ſcabiem deſcribit *D. Sennertus in inſtitut.* De quo tamen notandum, quod aliquando etiam addatur aliquid de cryſtallis Saturni, & mercurii dulcis, in primis ubi ſimul adeſt inflammatio, prout in fiſtulis, ulceribus malignis, Lue Venereâ & non rarò in ſcabie illud contingit. Expertus eſt *Dn. D. Iohann Michaelis* p. m. in ſcabie manuum, & non repellit, ſed dum ſalia maſſæ ſanguineæ vel laticis corroſiva imbibit, exſiccat & temperat; calidè autem vel tepidè applicari & ſæpius iterari debet.

N. Cremor calc. vivæ colligitur in decocti ſuperficie, hic ſi labiis cancri inſpergatur, pars corrupta decidit, ſana autem remanet.

4. *Spiritus. Recip. calc. viv. q. v. lævigs minutiſſimè &c.* ) Hujus ſpiritus elaborationi & præparationi album Nos addimus calculum, licet multum operæ & laboris ad hunc conficiendum requiratur, tamen ejus notabilis energia iterum compenſat. Summum eſt arcanum in expellendo calculo cujuſcunque ſpeciei aut loci. Confert & Podagricis. In uſu pharmaceutico ſolvit oculos ♋, cryſtallos &c. & figit ſpiritus volatiles.

N. Sequens ſpiritus calc. viv. compendioſior eſt.

Recip. calc. viv. ℔ iij. lævigа minutiſſimè & miſce cum ſp. vini, q. v. inde in retortam, & igne aperto pelle in amplum receptaculum, primo exit ſpiritus, & aucto igne poſtmodum ſequitur ſp. calc. viv. in formâ nebulæ inſtar ſpiritus Salis.

Alius.

Recip. Spirit. Salis non dephlegmati vel cum alumine compendioſius deſtillati q. v. calc. viv. recentis ana, miſce, & ſtatim per alembicum in conſuetas efferveſcentias deſtilla liquorem urinoſo ſapore & odore, Reſiduo ad liquoris Nephritici confectionem ſufficientiſſimo.

5. *Hinc ſpiritus calc. viv. alkaliſatus.* ) Ex calc. viv. ſal elici nequit, & hujus loco potius ineſt ſpiritus quidam igneus mordax, qui aliis ſalibus alkalibus & acidis fixis in virtute robur addit, ſic v. g. ex calc. viv. Tinctura Nephritica h. m. præparatur.

Recip. calc. viv. part. 10. Tartari crudi opt. part. ij. coq. cum ▽â fontanâ in ollâ, filtra, coagula & extrahe cum ſpiritu vini. Præſtantior autem erit, ſi loco ſpiritus vini pro extractione ſubſtituitur ſpiritus Nephriticus quidam compoſitus. Vires ejus ſunt in calculo & morbis Tartareis.

N. Si tamen ad aliquod ſalis genus, id quod in calce vivâ prædominatur, eſt referendum, ſtatuimus, in numerum lixivioſorum ſeu alkalium eſſe reducendum, obſervando, quod quamvis evaporata ejus infuſio vix ſal ejuſmodi ſuppeditet, quale cineres exhibere ſolent, ſi tamen colore ſuo cœruleo Tincturam ligni Nephritici ſpoliemus beneficio aceti, lixivium calcis vivæ ſtatim fugatum colorem revocabit.

N. Balſamus etiam ad ambuſta præparatur ex decocto calc. vivæ cum Oleo ſimplici vel compoſito v. g. Oleo lil. alb. roſar. ovorum &c.

## VI. LAPIS CALAMINARIS.

¶ Cadmia lapidoſa, cadmia metalli expers, eſt lapis foſſilis, ſubflavus, non admodum durus, luteum dum accenditur fumum eructans, German. Galmey/ Galmeyſtein. La Cadmie pierreuſe. *Calaminaris-ſtone* or *Stony Cadmia*. Calaminaris of Cadmyſteen.

Reperitur ſæpius in metallorum fodinis.

Vires. *Siccat leniter, extergit, adſtringit, ulcera carne replet, cicatricem inducit. Adhibetur ſolum externe, creberrimoque uſu infantum excoriationibus exiccationis ergo inſpergitur.*

N. *Utuntur eo & ærarii ad conciendum aurichalcum, cuprum enim pallere facit.*

Hofman. 6. *Lapis Calaminaris.* ) Vocatur *Cadmia Nativa* Metalli expers. *Eſt enim Cadmia* vel *nativa*, vel *factitia*. Illa metallica *Cobaltum* eſt, & Metalli expers præſens *Lapis Calaminaris* dicitur, de quo hoc loco. De *Cadmiâ factitiâ* autem infrà. *Cadmia* metalli expers eſt Lapis foſſilis, ſubflavus, non admodum durus, luteum, dum accenditur, fumum eructans. Germanicè Galmey. Reperitur in metallorum fodinis. Ejus uſus eſt plurimum externus; creberrimo uſu infantum excoriationibus exiccationis ergò inſpergitur.

N. Hujus Magiſterio non opus habemus S. Cloſſ. ut quod ♁ Sulph. Antimoniale emeticum ſuſpectum ſit.

### PRÆPAR.

1. *Lap. Calamin. præparatus.*
2. *Emplaſtr. è lapide calaminari,* vulgò Zeltenpflaſter. *Auguſt.*
3. *Empl. Gryſeum de lapide calaminar. Auguſt.* [ *differt à ſuperiori, quod etiam Myrrham & Camphoram contineat.* ]
4. *Magiſterium lapid. Calaminar. S. Cloſſ.*

Solvitur in part. x. ⊖us Sal. com. deinde præcipitatur pulvis rubeus cum Ol. Tart. more vulgari & dulcoratur ſæpius aquâ calidâ.

*Evacuat per vomitum & ſeceſſum, mitius quàm ♁ præparatum.*

[ *Oleum lapid. Calamin.* ]

## VII. CRYSTALLUS.

Cryſtallus, lapis tranſparens eſt, aquam in glaciem congelatam omnino referens. Dicitur Cryſtallus à κρύος, id eſt, gelu, & στέλλω, id eſt, contraho, Germ. Cryſtall. Du Cryſtal. *Cryſtal.* Cryſtal.

[ N. *Calcedarius cryſtallum, in cujus medio liquor fluctuans, habuit. Vid. Muſ. Veron.* ]

N. *Gemmam, ſi vocare libet, licet, modo omnium molliſſimam dixeris, vel à ſimilitudine coloris, qua gemmas colorata Cryſtallus refert, pſeudo-gemmam verbi gratia, pſeudo-berillum pſeudo-topaſium, pſeudo-ſaphirum, pſeudo-ſmaragdum, quæ veris gemmis molliores ſunt. Sic & Iris vocata gemma à colore, quem fronti applicata exhibet, Cryſtalli ſpecies eſt.*

*Invenitur variis in locis, etiam in Germania, Bohemia, Ungaria, Cypro & Luſitania, & nonnunquam in agris.*

*Delectus.*

Quanquam coloratæ minimè negligendæ ſint, ac præcipuè pſeudo-adamas, quæ aliis nobilior, attamen in præparationibus Chymicis recipitur Cryſtallus propriè ſic dicta, quæ eligenda eſt puriſſima, pelluciſſima, ac eximiè intenſa.

Vires. *Facultatis eſt adſtrictoriæ, adeoque confert dyſenteriæ, diarrhϾ, cœliacæ, choleræ, fluxui uterino: præbet lactis abundantiam, atterit calculum totius corporis, hinc prodeſt & podagricis.*

*Si pulveris* ℈ ij. *vel* ʒ j. *pondere cum* ♂o *amygdal. dulcium exhibeatur, curat eos qui* ☿m *hauſerunt, Boët. de* Boodt, *Matthiol. vid. Heer.*

N. *Sunt qui Cryſtallum radiis ſolaribus objiciunt hiſque concentratis cutem inurunt, loco cauteri.*

Hofmann. 7. *Cryſtallus.* ) Hæc nomen à glacie mutuat, κρύος enim gelu & στέλλω contraho ſignificat, vel quod aquam in glaciem congelatam referat, vel quod ex glacie nata ſit. Licet ultimam aſſertionem plurimi negent, & ſtatuant, Cryſtallum quidem in montium jugis præcelſis ex aquâ oriri, ut omnia mineralia,

ſed ſemine petroſo & lapidifico impregnatâ; Nam ſi Cryſtallus immediatè foret ex glacie, nec Alabanda Aſiæ, nec Cyprus Inſula Cryſtallum procrearet, quibus calor jugis eſt. Imò etiam igni admota liqueſceret, quod non contingit. Vnde *Diodorus Siculus*, Cryſtallus, inquit, Lapis, ex aquâ oritur, puta congelatâ, non quidem à frigore, ſed divinâ caloris vi quæ duritiem ſervat, varioſque colores ſuſcipit. Hujus rationem reddit pro noſtrâ ſententiâ ſtabiliendâ *Ariſtoteles in Libr. Meteor.* Lapidea de ſubſtantiis mineralibus materialiter ſunt aqua, ut dicit *Richardus Ruffus*, Lapides vel Lapidea mineralia ſunt ex aquâ; ſed tamen, quia habent de terreâ ſiccitate plus quàm liquabilia, ideò non congelantur ſolo frigore aquoſo, ſed etiam terreâ ſiccitate, quæ permutat aquoſum terreum in vitreum, quando ſuper aquam dominatur. Quod etiam intendit ſuprà allegatus *Thomas Scherley Regis Angliæ Medicus in Diſſertatione de cauſis Lapidum*, Et *ingenioſiſſimus Steno in diſſertatione de Solido intra Solidum* naturaliter contento. Vbi de Cryſtalli productione multa ſubtiliter explicat: an inter fluidum & fluidum, vel inter fluidum & ſolidum; an verò in ipſo fluido producatur: nam è fluido productam eſſe, ille nullum habet dubium; frigore tamen concretam, ut communiter volunt, negat. Quemadmodum enim vitrum non ſolum ignis adminiculo producitur, ſed & abſque igne humano artificio fieri poteſt, ſic & cryſtallus abſque ignis ope ex fluido concrevit, & abſque igne eadem etiam in fluidum poteſt reſolvi, modò quis verum Naturæ menſtruum imitari queat. Fluidum enim, quo cryſtallus congelatur, eo modo ſeſe ad cryſtallum habet, quo aqua communis ſe habet ad ſalia. Hæc adſertio per mechanicam item demonſtrari poteſt: Proſtat enim ſingularis liquor, qui vulgare vitrum ad tempus ita flexibile reddere poteſt, ut ex hoc imagines fingi poſſint aut illi characteres imprimi. Cujus meminit *Excellent. Dnus Morhof. in Epiſtol. ad Cl. Dn. D. Majorem de Scypho vitreo per ſonum fracto ſcriptâ.*

*Invenitur variis in locis.*) Inveniuntam propriis, quàm metallicis, etiam in agris, ubi ſeritur & in præruptis montibus. In Hiſpaniâ, Galliâ, Scythiâ, Norvvegiâ, Angliâ, Indiâ Or. & Occid.

*Vires.*) Facultatis eſt præcipitatoriæ adſtringentis, inde confert in omni alvi fluxu bilioſo, cholerâ ſcil. dyſenteriâ &c. Ad dolorem etiam & ardorem ventriculi commendatur ab Heinric. ab. Heer. Libr. 1. obſerv. 16. Item contrà Mercurium ♎tum ſumptum. Intus adhibita lactis abundantiam præbet; Sin autem in tergo è regione mammillarum applicetur, Lac imminuit, id quod *Dn. D. Johann. Michaelis* ſæpius probavit. Medetur etiam Epilepſiæ pulveriſata propinata, & ſi collo appendatur, contrà vertiginem facit. Atterit calculum totius corporis, hinc prodeſt & podagricis.

## PRÆPARATA.

¶ 1. *Præparata in ſpecie ſic dicta.*
Fit. leg. commun.

### 2. *Sal Cryſtallorum.*

Cryſtallus calcinata ſolvitur in Acet. deſtill. vulgari, Terebinthinato, ſ. a. ſolutio filtratur, abſtrahiturque ad ſiccitatem. Materia remanens, Sal. Cryſtallorum; purificatur ut moris.

N. 2. *Alij calcinant Cryſtallos primo cum* ♀re, *dein cum Sal. nitri. Alij è contra, priorem calcinationem cum Sal. com. peragunt poſteriorem cum Sulphure. Alij alterutrâ ſaltem calcinatione Cryſtallum ſolubilem reddunt. (Exempli gr. Quercetanus & Boëtius de* Boodt, *cum Tartaro.) Quidam præmittunt ignitionem, vel ſimplicem, vel reſtinctoriam. Quæ diverſitas neminem moveat, modo Cryſtallus ſolubilis fiat. Vide Notas de Calcinatione Lapidum in genere.*

[*Calcinari etiam dicitur Cryſtallus peculiari* ▽F. *& molleſcere inſtar pultis, recuperare duritiem immerſione in acetum.*]

N. 2. *Calcinatio vera Cryſtalli extat in Nuiſemant de l'eſprit de l'univers. p.* 140. *Ex hac calce elicitur Sal nephriticum per ebullitionem in aq. urtic. major. fortificata ſuo proprio ſale &* ℥ij. *ſpiritus Salis marini, colore virid.*

N. 3. *Si Salis hujus uſum ſine mora expetieris.* ℞. *Cryſtallos groſſe contuſ. candefac ac extingue in* ▽ *Raphani Ononid. Petroſelin. & ſimul acuata ſpir.* ⊖*i, vel* 🜍 *Sulphur. idque multoties (decies) repetatur: filtratura ſi libet adde ſacchari q. pl. ac habes* ▽ *ononidis, & ſimil. Cryſtalliſatum. Boëtius de* Boodt.

N. 4. *Alij loco Acet. deſtill. adhibent* ▽ *deſtillatam Urticæ minoris, Boëtius de* Boodt.

N. 5. *Neque confertim, neque continuò Sal Cryſtall. exhibere licet, præſertim ubi natura languidior extiterit. Hartman. in Croll.*

*Doſis ſalis à gran. 6. ad 16.*

[ *Huc pertinet Cryſtallus.*
*Cryſtalliſatus.* ℞. ⊕. *cryſtalli*
⊖*tri ana. q. v.*
*f. ſolutio in* ※ *hinc evaporatio ad Medietatem, & cryſtalliſatio loco frigido.*

Vires. *In febribus ardentibus & intermittentibus exhiberi poteſt, vel ſolus ad grana aliquot, vel mixtus arcano duplicato.*]

### 3. *Magiſterium Cryſtalli.*

Solutioni (cum ▽ urtic. factæ, &c.) inſtilla Sal. com. fuſi aliquid & præcipitabitur, decanta, elue, exicca.

### 4. *Oleum ſeu liquor Cryſtallorum.*

Solvitur Sal Cryſtallorum per deliquium, tumoris. *Sennert. Inſtitut. libr. 5. part. 3. ſ. 3. cap. Medull. deſtillat.*

*Doſis gran. xv. ad xx.*

### 5. *Elixyr Cryſtalli.*

Fit volatiliſatione Salis Cryſtallorum. Nimirum.

℞. Salis Cryſtall. optimè [iteratis ſolutionibus ac coagulationibus] purificati, q. v. digere in fimo equino, vel ejus vicario MB, cum V̊, vel cum ▽ urticæ, [vel potius cum V̊ ſupra urticam deſtillato,] σ ρ 14. Dein deſtilla per cucurbitam humilem, retortamve, ſic menſtruum ſecum aliquid Sal. transferet, remanenti materiæ affunde recens menſtruum, idque toties, donec Sal. ferè totum aſcenderit. Serva pro uſu.

*Boëtius de* Boodt, *Beguin.*

### 6. *Eſſentia Cryſtalli.*

Deſtilla Elixyr Cryſtalli & abſtrahe menſtruum lento MB calore, ad conſiſtentiam mellis, vel ſi placet inſpiſſa.

N. *Keſlerus Elixyr Cryſtallorum parat hoc modo.*

1. *Cryſtallos calcinat ignitione reſtinctoriâ in Acet. deſtill.*

2. *Calcem hanc comburit cum Sal. nit. horis duodecim.*

3. *Hujus Maſſæ* ℥iv. *affundit Acet. deſtill.* ℥x. *digerit* σ ρ 2. *vel 3. in* MB. *abſtrahit ad ſiccitatem Acet. deſtill. remanentiam reſolvit per deliquium, oleumque rubrum ſeorſim colligit, (neglecto albo quod à Sal. nit.) rubrum illud digerit* σ ρ *cum vino fæceſque ſubſidentes reijcit. Claram ſolutionem cum liquore, e. g. cum vino exhibet, idque quotidie ter. Keſler. lib. 3. cent.* 44.

### 7. *Cremor Cryſtalli.*

℞. Cryſtall. in Alcool redacti, Sal. Tart. defæcati ana ℥ij. calcinetur in furno Anem. vel in fornace figulina, in teſtâ vitreatâ cum operculo foramine pervio, donec vaſa figuli perfecta ſint, poſtea in aq. Urtic. minor. projiciantur, & omnia ſolventur in aquam luicidiſſimam viridis coloris: ſi quid pulveris in

ſit fundo maneat, abjiciatur; liquori vero prædicto immitte parum Sal. com. fuſi pulveriſati, ubi pulvis fundum petet.

*Cujus edulcorati doſis erit à ℈ß. ad ℈j. vel ſolitariè, vel cum cremore Tart. In hydrope & calculo commendatur. Habuit S. Cl. ex commun. D. Gregor. Horſtij fel. memor.*

*[Poterius liquoris ſive olei multiplicabilis (Sulphuris) meminit per Alcool cryſtalli, unciâ menſis ſpatiò unciam producente.]*

HOFMAN. 2. *Sal Cryſtallorum.* 3. *Magiſterium Cryſtalli.* 4. *Oleum ſeu Liquor Cryſtallorum.* 5. *Elixyr Cryſtalli.* 6. *Eſſentia Cryſtalli.*) Iſtiuſmodi præparationes nil niſi talia larvata ſeu fucata ſunt parum vel prorſus nihil de cryſtallis in ſuo ſinu recondita habentia, ex diverſitate texturæ & figuræ partium minutiſſimarum orta præſens mendicatum pallium induerunt. Ut tamen & Noſtrum ſymbolum addamus, dicimus; poſſe, ex ſale cryſtallorum per ſolutionem Acet. diſt. prævià illorum calcinatione parato cryſtallos cum Nitro confici in febribus non rejiciendos. Recip. Salis cryſtallorum & Nitri ana q. ſ. ſolve in Acet. diſt. evaporet media pars & cryſtalliſentur in frigido. Hi cryſtalli utiliſſimi ſunt in febribus ardentibus ad grana aliquot in cereviſiâ diſſoluti hauſti.

N. *Magiſterium Cryſtalli.*) Si ſolutio cryſtallorum per Acet. diſt. cum ſpiritu Vitriol rectificato in aq. communi diluto præcipitetur, humiditas decantetur & reſiduum cum aq. f. edulcoretur, fit Magiſterium. Decantatus Liquor novis cryſtallis calcinatis affunditur, quod denuò ſolvit, & ſecum ſolutionem retinet. Quando non amplius ſolvit, filtratur & evaporatur, tranſit in Liquorem ſeu Oleum per deliquium Cryſtallorum.

N. *Eſſentia Cryſtalli.*) Recip. ſolut. cryſtallor. per ſpirit. Nitr. aceto deſtillato temperat. factam, inde retortæ abſtrahe ad ſiccit. reſid. ſolut. cryſtall. ſiccam extrahe ſpiritu vini, digere, filtra.

7. *Cremor Cryſtalli.*) Optimus fit cremor cum *, ſi ſcilicet cryſtallorum ſ. q. cum ſ. q. * miſceatur pulveriſatorum exquiſitiſſimè, inditaque retortæ deſtillentur lento prius Ignis gradu, & deinde fortiori Igne urgeantur, primò extillat ſp. urinoſus volatilis, poſtea ex reſiduo cum deliquio ſoluto fiat cremor beneficio ▽-ationis factæ cum aquâ fontanâ.

¶ *[Fulminaris lapis ſ. Ceraunia, cunei pyramidalis plerumque figura, unde* Donnerkeil *vel ſecuris,* Donneraxt. *&c. Hunc mulierculæ in defluxionibus ingenas, mammillas, &c. affricant: In Hydrope & Ictero etiam proficuus dicitur.]*

*Gloſſopetra ſeu lingua ſerpentina Melitenſis,* Schlangen-oder Natterzung. *cortice ſplendido ſubcinereo, (qui nigricante melior) minutim ad latera ſerrata, Terræ ſigillatæ vel Boli Armenæ virtute pollens æſtimatur, ad venenatos animalium ictus & morſus, venenaque arcenda, epilepſiam, lumbricos; variolas & morbillos malignos aſſumta, dyſtociam manu detenta, difficilem dentitionem, appenſa. Oculi lutei ſerpentum Gloſſopetræ connaſcuntur, viribúſque æquales putantur. Inveniri etiam in ericeto Luneburgenſi dicunt pyramidales gloſſopetras.]*

## *VIII. Hæmatites.*

Λίθος αἱματίτης. Lapis eſt, vel terra duriuſcula, ſanguinem colore æmulans. Arabicè Scedenigi. Germanicè Blutſtein, la pierre Hematite, ou Sanguine. *Bloodt-Stone.* Bloedt-ſteen.

N. 1. *Lapis Hæmatites noſtratibus officinis uſitatus differt à veterum hæmatite.*

N. 2. *Interdum niger eſt, interdum ferri colorem habet.*

Repetitur Lapis Hæmatites Officinarum in variis Germaniæ locis. Sæpè inter rubricas & ferri fodinas, quales propè Joachimicam vallem Bohemiæ, item circa Breſlam, aliquando ex Oſtracite naſcitur, ut propè Hildeſheimium contingit. Excoquitur in ferrum lapis hic, adeoque ferri materia exiſtit. Fit etiam hæmatites ex magnete uſto.

Optimus habetur friabilis, ſaturato colore niger, qui per ſe durus eſt & æqualis, nulla ſorde admiſta, aut ſepto intermedio, habetque cinnabari ſimilem colorem, ſed ſaturatiorem; loci natalis ratione, Hiſpanicus præſtat.

Vires. *Refrigerat, exiccat, adſtringit, glutinat, adeoque convenit ulceribus oculorum & pulmonum, oculis lachrymantibus, ſanguinis expuitioni medetur, profluvia, v. gr. hæmorrhagiam uteri, alvi, &c. compeſcit.*

*Datur pollen internè à ℈j. ad ℈iv. Externè modis variis adhiberi poteſt.*

HOFMAN. 8. *Hæmatites.*) Germanicè Blut-Stein; ita dicitur, vel quod colore cruorem æmuletur, vel quod ſanguinem ſiſtendi vim obtineat; Mediæ Naturæ eſſe videtur inter Terram, lapidem & Metallum. *Plinius* quinque hujus recenſet genera, inter quæ tamen quædam potius ad Rubricas & Cinnabarim Nativam ſunt referenda, quàm ad Hæmatiten. Idem etiam Lib. 36. Cap. 20. Hæmatiten & Schiſton cognationem habere docet, & hæmatiten diſcernere venas rubentes, & quod ſit naturâ friabilis. Differt tamen hic ab illo, quod Schiſtos ſit pallidior & crocei coloris ac friabilis, ſuâpte naturâ fiſſilis, concreto & alterno cohærentium venarum adhæſu ammoniaco ſali ſimilis. At Hæmatites venis rubentibus friabilis eſt & ſanguineus. Naturæ Martialis eſt. Fit hæmatites etiam ex magnete combuſto, ſeu igni artificiali, ſeu calore terræ. Hinc non eſt impoſſibile, ut, ubi ſit magnes, ibi etiam reperiri Hæmatiten. Hiſpanicus omnibus præſtat; Et qui Compoſtellâ adfertur, figuræ anguloſæ eſt.

*Vires.*) Habet vim adſtrictivam glutinantem, unde in hæmoptoë & omni hæmorrhagiâ, item ulceribus pulmonum commendatur, in dyſenteriâ notabilem etiam præſtat energiam. Manu detentus narium ſiſtit hæmorrhagiam, vel fronti item applicatus, & tunc miſceri poteſt cum aq. burſ. paſtor. plantag. ſpermat. ranarum &c. in nimiâ uteri hæmorrhagiâ externè etiam adhiberi poteſt cum aq. ſpermat. ran. & aceto roſaceo.

## PRÆPARATA.

¶ Hæmatites præparatus fit leg. c. cum ▽ adſtringente, verbi gratiâ, Plantaginis vel Tormentillæ.

N. 1. *Hæmatites per* ⌒ *exhibet ſpir. odore ac ſapore ſpiritum ⊖-i æmulantem.*

N. 2. *Hæmat. cum * -tus pulverem præbet inſigniter diaphoreticum, coloris aurei valde jucundum. [Aroph. Paracelſi quaſi aroma Philoſophorum.]*

N. 3. *Pollen cum aqu. diaphoretica maximo cum fructu podagricis exhibetur.*

*Ex communicatione Clariſſ. Dn. D. Langelott.*

*[Tinctura etiam parari poteſt ex Hæmat. cum ſp. ⊖ comp. vel ſp. ⦶ recluſ. per ſpir. Vini.]*

HOFMAN. *Præparata.*) Si Lapis Hæmatites lævigando in ſubtiliſſimum & quaſi inpalpabilem alkohol redactus poſtmodum cum modico olei deſtill. Nucis moſchatæ humectetur vel cum extracto croci Or. imprægnetur, & denique exſiccetur, ad plures alios affectus incomparabile evadit remedium.

N. 1. *Hæmatites per retortam exhibet Spiritum.*) Non per ſe, ſed cum Sale acido *ci turgidus ſummè volatilem ac fragrantiſſimum largitur ſpiritum magnorum morborum domitorem, ſi optimo uſus fueris luto, ſpiritus penetrationem impediente ex receptaculo. Si Hæmatiten cum *co ana ſublimaveris, flores acquires elegantiſſimos *Aroph* Paracelſi dictos, ſeu Aroma Philoſophorum, in quartanâ, Plicâ Polonicâ & morbo hypochondriaco maximæ virtutis. Hi dicti flores magis diuretici, quàm diaphoretici ſunt, contra atque *Autor* ſtatuit.

Recip. Lapid. hæmatit. optimè lævigat. *ci ana lib. j miſta & probe contuſa ac trita impone cucurbitæ fictili probè lutatæ ac igne aperto per gradus ſublima, adaptato recipiete munito Primò extillat liquor volatilis ſalſus urinoſus luteus, & deindè ad latera cucurbitæ flores aurantii coloris elevabuntur, quorum tincturam ſpiritu vini rectific. extrahe, extractiones omnes per deſtillationem in cucurbitâ vitreâ abſtrahe ad rutilantis ſalis ſiccitatem, qui aurei coloris ſal croci ſpirabit fragrantiam. Unde &

Philoſophorum Aroma dicitur. Ex Cap. mort. deſtillatur ſpiritus acidus Martialis elegantiſſimus.

N. Tinctura quoque elegantiſſima paratur ex Lapide Hæmatite prius cum ſp. Salis compoſito vel ſp. Nitr. à Sale abſtracto recluſo ac poſteà ſpiritus vini beneficio extracta.

Doſis harum Tincturarum eſt à gutt. xx. ad xxx. in convenienti vehiculo.

### Præparationes variæ lapidis hæmatitis ex D. D. BAVSCHIO.

#### Hæmatitis Uſtio.

*Peragitur ſi lapis hæmatites igniatur atque in felle bubulo extinguatur.*

#### Hæmatites trochiſcatus.

*Hæmatites minutiſſimè pulverizatur, coquitur in aq. comm. vel plantag. deſtillata, per horas 7. vel 8. ut fiat inſtar terræ lutoſæ, quæ poſtea effuſa & evaporata aqua, in trochiſcos formari & ſigillari poteſt. Doſ. eſt à ℈ j. ad ℈ iiij.*

#### Magiſterium Hæmatitis.

℞. *Hæmatitis pulveratæ* ℥ vj. *calcin. cum ſulphuris puriſſ.* ℥ viij. *vel pluribus, donec ſulphur abſumptum ſit. Huic rurſus pulveriſato affunditur acetum deſtillatum, bene acuatum cum ſp. vitrioli. Poſt aliquot dierum extractionem in loco calido, vel arena calida, præcipitatur cum oleo tartari per deliquium. Præcipitatum cum repetita affuſione aquæ calidæ edulcoratur, edulcoratum ſiccatur, ſiccatum quod coloris rubei eſt, ad uſum ſervatur.*

#### Flores Hæmatitis.

℞. *Lapidis hæmatitis ſubtiliſſ. pulveriſati p. j. ſalis ammoniaci itidem tenuiſſimè triti p. ij. optimè miſce; ſublima per alembicum in arena, igne forti: ſpiritum ſalis ammoniaci egreſſum ſeorſim ſerva: ſublimatum elue aqua, filtra per chartam emporeticam, præcipita affuſione olei tartari per deliquium, donec aqua fiat alba & clara: præcipitatum edulcora, ſic habebis flores lapidis hæmatitis.*

#### Tincturæ Hæmatitis.

℞. *Caput mortuum quod in ſublimatione hæmatitis in fundo cucurbitæ remanſit, ſolve aqua, donec non ampliùs tingitur; ſolutiones calidas filtra per chartam, coagula igne forti, & extrahe poſtea cum ſpir. vini (præſtaret ſumere ſpir. cydoniorum vel prunorum ſylveſtrium) affundendo toties, quoties tingitur. Tincturam, quæ per chartam filtranda.*

*In hac tinctura progreſſu temporis ſubſidet pulviſculus ſubtilis: hic effuſa tinctura ſiccandus: ſiccato affundenda aqua, ut ſal ammoniacum quod adhucdum ipſi adhæret, imbibat: qui pulviſculus denuò ad uſum medicum ſiccandus, & vel ſeorſim ſervandus vel floribus immiſcendus.*

*Aqua verò illa evaporanda ut coaguletur ſal ammoniacum, quod depuratum, diaphoreticum in febribus eſſe poteſt, cùm conſtet ex ſale ammoniaco, tanquam ſpecifico febrifugo, & hæmatite tanquam diaphoretico.*

*Ultimum caput mortuum hæmatitis, ſeu corpus hæmatitis è quo flores ſublimati & tinctura extracta, poſſet uri & lavari, pro uſibus externis.*

#### Liquor Hæmatitis.

℞. *Lapid. hæmatitis & ſal. ammoniaci ana p. æq. ſubtiliſſimè pulverata & optimè mixta deſtillentur: Aſcendit ſpir. ſalis ammoniaci, igneus, urinoſus: aucto igne ſublimatur ſal ammoniacum, & ſecum rapit flores hæmatitis, inſtar corticum aurantiorum coloratas: hos reduc in tenuiſſimum pulverem, ſuper funde ſpir. vini rectificatiſſimum, ut tincturam extrahat: idque toties repete, quoties coloratur ſp. vini; ſpiritus hos tinctos deſtilla ex balneo: manebit in fundo cucurbitæ ſal pulcherrimorum colorum, odore croci, quod ſerva.*

*Caput mortuum tere ſubtiliſſimè, projice in ſpir. vini optimum, (poſſet ſpir. vini è ſale deſtillatus ſumi) quò coloratur: repete aliquoties uſque ad extractionem omnis tincturæ: ſpiritus hos deſtilla per alembicum ex balneo, remanebit iterum in fundo ſal ut priùs, hoc deſtilla lento igne, per retortam vitream lutatam, in furno venti, exibit ſpir. ſalis ammoniaci acidus, corroſivus, duplicatus: aucto igne prodeunt flores: finita deſtillatione conjunge ſpiritum corroſivum cum floribus in collo retortæ hærentibus: deſtilla lento igne per retortam vitream: exibit ſpir. & flores manebunt in fundo: hos flores miſce cum ſuperioribus, repone in cellam, ut liqueſcant in liquorem. Liquor hic inſignis eſt medicina, præſertim cum gummi ammoniaco in pilulas redactus;* in hydrope, quartana, ſcorbuto, pleuritide, renum calculo, colica, obſtructione menſium, melancholia hypochondriaca, affectibus ventriculi variis aliiſque morbis gravibus: *præterea habet* vim anodinam & ſomniferam.

#### Oleum hæmatitis ad ſanguinis profluvia.

℞. *Lapid. hæmatitis ſubtiliſſ. contriti p. j. ſal. nitri partem alteram v. ſulphuris vivi p. ij. commiſceantur & in calcem adurantur hæmatites: deinde ex aqua pluviali ſtillatitia, lavetur aliquoties, rurſuſque ſiccetur: poſtea vini ſpir. ſuperfundatur, maceretur que: tum extillentur rurſus, & quod in fundo remanet, iterum calcinetur, lavetur, ſiccetur, deſtilleturque toties donec in vino eliqueſcat inſtar nivis: tandem incoquendo ſal provenit, quod in loco humido reſolvitur in liquorem.*

#### Quinta eſſentia & ſal lapid. hæmatitis.

℞. *Lapid. hæmatitem cum duplo ſulphuris tere in pulverem impalpabilem, cementa per horas ſex, poſtea ſub tegula in fornace probatoria candefac per horas duas, ſemper movendo: materiam ignitam projice in acetum acerrimum deſtillatum: à reſidentia lentè ſepara acetum deſtillatum; pulverem cum aq. comm. deſtillata edulcora: ſicca: dein cum aqua roſarum forma globulos parvos: quibus ſuperfunde ſpir. Juniperi, digere aliquandiu donec omnis eſſentia extracta ſit: filtra per chartam, ſpir. in B. M. abſtrahe, ut eſſentia maneat in fundo: caput mortuum edulcora: ſuperfunde aquam mellis corroſivam: abſtrahe aquam: Sal cum ſpir. vini per iteratam deſtillationem edulcora ſic habebis ſal purum.*

Plura videſis apud D. D. BAUSCHIUM qui tractatum de lapide hæmatite publici juris fecit.

### *IX. Lapis Iudaicus.*

¶ Lapis Judaicus olivæ ſpecie ſubrotundus, tener & friabilis eſt, ſtriis ſecundum longitudinem diſcurrentibus & æquidiſtantibus, ac ſi arte (torno) facta eſſent, colore eſt albo & ſubcinereo.

Reperitur in Iudæa, unde Ἰουδαϊκὸς dicitur, hinc & in Sileſia.

Dicitur Aëtio Lapis Syriacus, aliis Phenicites, Tecolithos, Arabicè Hager alieudi, & agiat aliheud, Germ. Judenſtein. La pierre Iudaique. *Iews-ſtone.* Joden-ſteen.

Aliqui ſexum diſtinguunt, minoreſque fœminas vocatas, ad veſicæ lapidem commendant, majores maſculos, inter quos aliqui ſunt longiores minimi digiti quantitate, ad renum lapidem expellendum.

Vires. *Medetur difficultati urinæ, calculos veſicæ, præcipueque renum rumpit. (tritus exhibitus.)*

HOFM. 9. *Lapis Iudaicus.*) Ita dicitur, quia in Palæſtinâ & terrâ Iudæorum reperitur. Similis eſt glandi, ſive olivæ, lineis quaſi torno ductis. Dicitur *Aëtio* Lapis Syriacus, aliis Phœnicites, quia in Syriâ & Phœniciâ reperitur. Dicitur & Pyrena, quia ſimilis nucleo olivæ, item Tecolithos, quod calculum ſolvat: item Enchoes *Plinio*, quod urinam fluere faciat. Hiſce vocabulis non plures, ſed una ſaltem indigitatur hujus Lapidis ſpecies. Reperitur etiam in Saxoniâ, circâ Hildeſheimium, in Marchiâ antiquâ, ad oſtium Tangræ, ad litrora Albis &c.

*Vires.*) Medetur urinæ difficultati, calculo &c. Unde ejus pulvis cum ſaccharo cando infantibus calculoſis ſummo cum fructu exhibetur. Ingreditur *Dn. D. Iohann. Michaelis* Liquorem & Magiſterium Nephriticum.

### PRÆPARATA.

¶ 1. *Præparatus fit lege c.*
2. *Sal. &*
3. *Magiſterium.*

Calcina cum Sulphure, ſolveque in Acet. deſtill. mellito, vel ſpirit. Sal. com. hinc abſtrahe, habes ſal, vel præcipita cum Ol. Tartari, habes magiſterium, edulcorando.

*Doſis gran. aliquot. Quercetan. P. reſtitut. cap. 26.*

4. *Oleum ſeu Liquor:* fit per deliquium.

N. *Oleum lapid. Iudaici Lyncis &c. per deliquium reperies in Ciſta med. p. 112.*

HOFMAN.

Hofman. *Præparata.*) Hæc eidem animadverſioni ſubjecta ſunt, quam ſuprà de aliis ejuſdem farinæ tradidimus.

### *X. Lapis Lazuli.*

¶ Lapis Lazuli, eſt lapis opacus Saphiri colore, aut florum Cyani, aureis punctulis aut flammulis exornatus, Armenio durior.

Dicitur λίθος κυανός, Lapis cœruleus. Arabicè Hager, Azul.

N. *Ex hoc fit color ille cyaneus, quem ultramarinum vocant; azurum verò ex lapide Armenio, vel cyano Germanico faciunt.*

Genera tantum duo ſunt, fixus, id eſt, colorem in igne non mutans, qui ferè ex Oriente affertur, & non fixus, qui in Germania reperitur, ac vulgò Laſurſtein, la pierre d'Azur, *Lazus-ſtone*, Lazuyren-ſteen vocatur, unde color dictus Lazurblau.

*Azure* or *Lazul-blevv.* Lazuurblauw.

Vires. *Viribus convenit cum lapide Armenio, ſed imbecillius eas exercet. Purgandi facultate præditus eſt, præcipuè contra Melancholicos omnes affectus, quartanam, apoplexiam, morbum comitialem, lienis vitia, aliosque complures, à melancholico ſucco originem ducentes.*

*Doſis* ℨj. *in polline ſubtiliſſimo.*

N. *Pro amuleto etiam de collo geſtatur, ut puerorum terriculamenta arceat, oculorum aciem roboret, ſyncopen & prægnantium abortum præcaveat. Verum partu appropinquante, ne fœtum retineat, auferendus eſt. Boëtius de* Boodt.

Hofman. 10. *Lapis Lazuli.*) Arabibus ita dicitur. Eſt Lapis cœruleus aureis flammulis exornatus, indè & Græci κυάνεον vocant. Ex hoc ultramarinum conficiunt. Eligitur ſaturato cœruleo colore coruſcans maculas quaſdam aureas ſtellarum modo radiantes habens fractu contumax, & ab igne invictus; in aurifodinis orientalibus effoditur.

*Purgandi facultate præditus eſt.*) Cùm hujus lapidis, ut & Armenii virtus ab antimonio non valdè diſſimilis ſit, ſuſque deque purgantis omnes humores; quæritur: an rectè ingrediatur confectionem alkermes, & annon eo nomine potius ſit omittendus? Amatus Luſitanus de quodam obſervationem habet, cui ex frequenti hujus confectionis uſu grave ſanguinis ſtillicidium accidit, ob hunc lapidem putans. Verùm hic metus inanis eſt, vis enim purgandi, quam in ſale volatili conſiſtere putat *P. Poterius l. c.* per calcinationem vel alio modo corrigi poteſt, ut in confortantem degeneret. Quid ſi hoc ſymptoma, quod *Amatus* adfert, ex nimio confectionis Alkermes uſu ortum duxiſſet? vel à Moſcho & ambrâ, quæ hanc ingrediuntur confectionem, vel à dulcibus fuiſſet, fermentatione p. n. in maſſâ ſanguineâ excitatâ. Moſchum autem & ambram ſanguinis impetum promovere jamdum ſuprà demonſtravimus. Eccur non potius creber hujus confectionis uſus diarrhœam vel hypercatharſin movit, quàm nudum ſanguinis ſtillicidium? Ideoque hic Lapis philoſophicè præparatus admirandam habet vim confortandi & maniacum ac melancholicum μίασμα expellendi.

## PRÆPARATA.

¶ 1. *Lapis* multoties (in ∇) *lotus*, quem præparatum dicunt. Lavatur autem ut acrimonia, viſque exurendi loturâ auferatur.

### 2. *Magiſter.*

Fit cum Sp. Sal. com. melius cum. 🜍.

N. *Quercetanus Ph. R. calcinat cum Sulphure, & ſolvit cum Acet. deſtill. Vini optimi; hinc præcipitat cum Ol. Tart.*

*Doſis* ℈j. *&c.*

### 3. *Elixyr.*

Calcinatur Lapis Lazuli in fornace laterum, deinde Aq. vitæ ſolvitur calcinatus.

*Fiorovantus hac ſolutione multos morbos & febres malignas ſe curaſſe ſcribit, & ulcera etiam peſſima in optimum ſtatum ad miraculum uſque redegiſſe.*

4. *Oleum ſeu liquor*, qui illitus dolores podagricos, inflammationeſque levat.

### 5. *Eſſentia ſ. Extractum.*

℞. Lapis Lazuli q. pl. igniatur 6. vel 7, extinguaturque in 🜈, tandem in pulverem redigatur, & cum ∇ meliſſæ ipſius recrementa terrea eluantur; (laß abſchleichen) laiſſe l'eau doucement decouler *let them run ea ſyly off.* laet ſe ſtille afloopen. redigantur in pulverem tenuiſſimum, & cum 🜈 digerantur in calore ſeptim. 3. vel 4. dein abſtrahatur 🜈, & remanentiam ſerva.

*Doſis à* ℈ß. *ad* ℈j. *Hartm. in pract. Cryſtalli purgantes Lap. Lazuli.*

Calcinetur forti △ donec albeſcat, teratur in marmore, bulliat in ſ. q. Acet. deſtill. per v. aut vi. horas. Decantatum Acet. deſtill. injiciatur in vas fictile non vitreatum, ſtrictique orificii, 5. aut 6. unciarum capax; os teſtæ cerâ occludatur, reponatur in cella, & tranſudabit lanugo cryſtallina intra paucos ♂, vaſique teſtaceo adhærebit, hanc collige, aliam expecta, &c,

[*Tinctura per ſl.* ✱ *& alcool Vini Hiſpanici.*]
*Doſ.* ℈j. *ad* ℨß.

[*Lapis Lipis novi orbis* ∇. *ſtillatitiâ maceratus cœruleam reddit.*

Vires. *Mundificat oris ulcera Zac. Luſ. Pr. admir.*]

Hofman. *Præparata.* 1. *Lapis multoties in* ∇ *lotus.*) Hujus Lapidis lotio ſupervacanea eſt, ſed ſufficit, modò purum, nec nimis ſaxoſum obtineas. Nil abſonum veritati loquitur *CL. Zvvelferus*, utrumque, quod eluitur, & quod à lotione remanet, purum pulverem Lapidis Lazuli eſſe nullo planè ſapore vel per ſe imbutum, nec etiam aquam ab eo imbui. Quicquid contrà Alii ſtatuant. Prout experientia cuilibet manifeſtabit, ſi probare libuerit. Falſum eſt ablutione præparatum vomitum non movere, non lotum autem hoc perficere, cùm tam non lotus, quàm lotus ἄνω καὶ κάτω purget. Adſertio *Domini Schrœckii* Nos etiam fruſtratur, lixivioſam ſeu alkalicam. Lapidis Lazuli proſapiam guſtu judicari, experimento enim facto, ipſum opinione falli deprehendemus. *vid. l. c. Claſſ.* 10. *p.* 439.

2. *Magiſterium.*) *Enchſtadius* negat, ex hoc lapide Magiſterium præparari poſſe, dicit enim, ſi in Acet. diſt. ſolvatur, illud ſaporem Vitriolatum acquirere, qui poſtmodum nullatenus ſeparari aut edulcorari poſſit. Alii Lapidem hunc cum Sulphure calcinant, poſteà cum ſp. Salis ſolvunt, & demum cum oleo Tartari p. d. ≂tant & edulcorant. Nonnulli ſeq. modo præparant tincturam, & demum Magiſterium.

Recip. ſl. ✱ in deſtillatione ſp. ✱ adſcendentium & alkohol vini Hiſpanici q. ſ. miſce ac digere, & habebis menſtruum, quod ſuperfunde lapidi Lazuli ſubtiliſſimè trito & ſtatim extrahet in modico calore digeſtionis tincturam cœruleam. Doſ. ℈ß. ad gr. xv. in delirio.

N. Si huic Tincturæ affundas tantum ſpiritus Vitrioli, uſque dum non amplius effervеſcat, & tinctura mutata ſit in ∇ viridem, abſtractâ modico calore humiditate ≂tatum acquires, quod in calore fluit inſtar ceræ, in frigore autem inſtar butyri concreſcit. Doſis hujus ℈j in Maniâ.

2. Tinctura cum ſp. ✱ urinoſo præparata commendatur in quartanâ, epilepſiâ, apoplexiâ, maniâ, melancholiâ &c. ab humoribus acidis ortis, Doſ. eſt à gutt. x. ad xx. vel ultrà.

Magiſterium Lapidis Lazuli à *CL. Zvvelfero* communicatum in animadverſ. P. A. p. 413. & in ejus appendice p. 15. Pictoribus commendamus.

3. *Elixyr.*) Si aquæ vitæ ſl. ✱ vel ſp. ✱ urinoſus in ſ. q. addantur, ſolutio & extractio commodius ſuccedet. Prout & in Eſſentiæ præparatione itidem modus obſervandus, & in utroque digeſtio per plures ſeptimanas in moderato calore continuanda non poſtponenda eſt.

*Cryſtalli purgantes Lap. Lazuli.*) Hi cryſtalli Vitriolum quod-

dam ſunt ex Acet. diſt. & ſubſtantiâ Lapidis Lazuli conſtantes, quibus purgantia acui & in viribus exaltari poſſunt: )

### *XI. Lapis Lyncis.*

¶ Lapis Lyncis, Belemnites, ἀπὸ τοῦ βελέμνου à ſagitta, cujus effigiem refert, [ ſeu dactylus Idæus, à figura dactyli & Ida monte Cretæ Inſulæ, ubi invenitur, ] eſt lapis teres: pyramidalis, ſub variis coloribus repertus. Germ. Albſchoß / Schoſtein / Luchsſtein / Tappenſtein / ( ſi niger ſit. ) La pierre de Lynx. *Lyncian-ſtone.* Steen van de lynx.

Inveniuntur albi, nigri, cinerei, pellucidi, vini falerni inſtar. Et hic forſan eſt quem veteres LYNCURIUM appellarunt, quem ſuccini ſpeciem fecerunt, ob colorem, quo ſuccinum refert, quemque ex urina Lyncis, ſimul ac ea excernitur, coagulari, nonnulli fabulantur.

N. *Vetus hic lapis graveolet, & ne uſtus quidem odorem deponit.*

Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in Boruſſia, Pomerania, Epiſcopatu Hildeſienſi, Helvetia, Ducatu Würtembergenſi, ( Göppingæ. )

Vires. *Adhibetur ad calculos frangendos, non aliter quam lapis Iudaicus.* [ *In febribus intermittentibus utilis. Doſ.* 3ß. *vel* ℈ij. *cum aceto.* ] ( *Curat vulnera. Putatur etiam ad pleuritidem ( quia mucronem habet, ) valere.*

N. *Putant lapidem hunc potum contra Ephialtis ſuppreſſiones, noctiſque ludibria valere, ac faſcinationibus ſuccurrere.*

HOFMAN. 11. *Lapis Lyncis.* ) Dicitur & Belemnites ἀπὸ τοῦ βελέμνου à ſagitta, cujus effigiem refert, item dactylus Idæus à figurâ dactyli & Idâ monte Cretæ Inſulæ, ubi invenitur. Veteres LYNCURIUM appellarunt, quem ſuccini ſpeciem fecerunt, & ex Urinâ Lupi cervarii ſeu Lyncis in ſylvis ac montibus coagulatâ generari tradiderunt. Neque hoc adeò abſurdum dicit *Chriſtoph. Encelius de Re metallic.* Libr. 3. Cap. 27. Urinam Lyncis coire in Lapidem, præcipuè calore terræ, tibi ſimile dicam, inquiens; in exitu veſicæ ſylveſtris porci, apri ſcilicet, nonnunquam etiam porci domeſtici caſtrati, reperitur Lapis coagulatus ex urina calore animalis, flavus & ſubpallidus nonnunquam, magnitudine fabæ. Cur ergò non fieret, ut urinæ Lyncis calore terræ coirent? Verùm hoc non admittitur à Naturæ ſcrutatoribus, alia enim eſt ratio & modus fiendi calculi porcini, & aliorum calculorum, qui non ſemper in veſicâ ex urinâ, ſed & aliis etiam in partibus ex petroſis ſeminibus producuntur, & alia hujus Lapidis, qui ex terrâ in ſylvis & montibus, quo lynces nunquam ſtabulati ſunt, ex profundo eruuntur. Reperitur in Boruſſiâ, Pomeraniâ, &c. Prodeſt contrà calculos, ictericiam, fluxus ventris. De cæterò, conſtat experientiâ, hunc Lapidem etiam mirificam fermenti febrilis vim habere præcipitantem, ut in febribus intermittentibus pulveris hujus 3ß. vel ℈ ij. in aceto vini propinati horâ unâ vel circiter antè paroxyſmum febrilem non facilè medentem deſerat. Putatur etiam ad pleuritidem, quia mucronem habet, valere, ſed non eſt univerſalis regula, quia alia habemus præſtantiſſima anti-pleuritica, quæ tamen minimè ſunt mucronata.

N. Hùc referri etiam poſſe videtur *Ceraunia ſeu Lapis fulminaris* à fulmine nomen trahens, Germanis Donner-Keile. Figurâ enim non abſimilis hic eſt dicto *Lapidi Lyncis*, licet hic fulminaris præter hanc alias etiam habeat variaſque figuras, ſed maximâ ex parte tamen cuneum refert, pyramidem, ut repræſentet ſaccharum pyramidale einen Zucker-Hut/ malleum, ſecurim, clavam, &c. ſubſtantiâ ad ſilicem ut plurimum accedit, durus adeò, ut limam non ſentiat, gravis & ponderoſus. Somnum provocare quidam volunt & victoriam in prælio & cauſis agendis conciliare. Infantes ab herniâ præſervari, ſi cunis imponatur, & curari ita, ſi eo morbo laborent. Domum, in quâ ſervatur, à fulmine tutam eſſe credunt, ut & hominem, qui caſtè eum geſtaverit. Ex hoc paravit etiam medicamenta *Dn. D. Johann. Michaelis* ad hydropem & ictericiam utiliſſima. vid. *Geſner. de figur. Lapid.* p. m. 63. *Kentmann. de Lapid.* *OL. WORM. in Muſæ. Cap. XII.*

N. Dicunt Lapidem in Indiâ eſſe *Cocauses* ſeu *Cervinus* dictus, qui calefactus tonitru edit *in hiſtor. Braſill. P. Borellus in hiſtor. & obſ. C. 2. obſ. 38.*

### *XII. Magnes.*

¶ Magnes eſt lapis, qui ferrum vel alium magnetem ad ſe trahit, ac plagas mundi oſtendit. Græcè λίθος μαγνήτης. L. Heracleus, ἡράκλειος. Lat. Herculeus, ſideritis ſ. magnetis. German. Magnetſtein. La pierre d'Aimant. *Loadſtone.* Magneet / of Zeylſteen.

Reperitur circa ferri fodinas in diverſis locis Germaniæ, Norvvegiæ, Sueciæ, Italiæ.

#### *Delectus.*

Vegetior plerumque cæteris eſſe ſolet, qui ferri colorem habet.

Vires. *Vires habet hæmatitis, teſte Galeno, adeoque adſtringit, ſanguinemque ſiſtit, ( uſtus ) craſſos & melancholicos humores educit, ſed uſus eſt rarioris.*

HOFMAN. 12. *Magnes.* ) Ab inventore *teſte Plinio* Libr. 36. Cap. 16. nomen accepit; item *Lapis Herculeus, Heracleus* à civitate *Heraclia* Lydiæ vel Magneſiæ, ubi laudatiſſimus magnes reperitur, appellatur. Vel etiam *Sideritis*, eò quod ferrum attrahat, σίδηρος enim ferrum ſignificat. Germ. Magnetſtein. Eſt autem Lapis coloris nigri-cœrulei, denſus, non admodum gravis. Ferrum vel alium Magnetem ad ſe trahit, hoc cedit magneti & patitur à magnete, & quod majus eſt, ferrum à magnete tactum alterum ferrum trahit. *Jul. Cæſar. Scalig.* exerc. 102. ſ. 6. ferrum non attrahere magnetem, ſed moveri ferrum potius ad magnetem tanquam ad matricem ſuam, cujus abditis principiis perficiatur, ſtatuit. Mas enim ſurrectus rigidus. Fœmina multis adverſus maritum quaſi blanditiis, & adnutans. Cum ferri pabulo non indigeat Magnes, non illud attrahet. Magnes etiam plagas mundi oſtendit. Quàm volubile & inconſtans hoc ſit vid. *in Nobiliſſ. Roberto à Boyle tentamin. phyſiologic.* p. m. 137.

*Reperitur circà ferri fodinas.* ) In diverſis locis Germaniæ in Sileſiâ, Bohemiæ finibus ad Schvvartzbergum, item Salveldiæ in antiquis ferri fodinis, Goſlariæ &c. Prætereà etiam in Norvvegâ, Sueciâ, Italiâ, & Hiſpaniâ ( ut fertur ) invenitur.

*Vires habet hæmatitis.* ) Suprà diximus, magnam eſſe magneti cum hæmatite affinitatem, ut *Plinio* etiam hæmatites magnes dicatur, qui eſt ſpecies hæmatitis Æthiopici, & magnes combuſtus fit hæmatites, & venditur pro illo. Inde & eaſdem cum hæmatite habet vires. Nonnulli cum mulsâ exhibitum hydropicos ſanare dicunt ſeroſos & aduſtos humores evacuando. Ex collo geſtatus ſpaſmum ſanare ac nervorum dolores compeſcere, manuque detentus partum accelerare credit.

## PRÆPARATA.

¶ *Unguentum Magneticum*, ſeu *Sympatheticum*, vide lib. 2.

N. 1. *Sunt qui ex magnete uſto & cera Emplaſtrum conficiunt, idque ſummè ad podagricos dolores leniendos commendant.*

N. 2. *Corroboratio magnetis inſtitui poteſt, ſi cum Calc. viv.* △ *mediocricementetur, ac poſtmodum in ſolutione vel oleo* ♂ *extinguatur.*

N. 1. *Sunt, qui ex Magnete uſto & cerâ Emplaſtrum.* ) Quale etiam *Boëtius* deſcribit; hujus beneficio dicunt extrahi poſſe ferrum, quemadmodum hiſtoriæ referunt de ruſtico Regiomontano & Bohemico cultrum deglutientibus. Ad podagricos dolores leniendos ſummè etiam commendatur. Unde conficiunt nonnulli emplaſtrum ex magnete, quod ſalia acida maſſæ ſanguineæ, imprimis ſi crocus martis aperitivus intus etiam fuerit propinatus, exterius locis dolentibus applicatum foràs elicere ſibi imaginatur. Quodque etiam in herniâ & prolapſu uterino maximi ſit valoris, ductu & conſilio *Helmontii* p. m. 557. Dum inquit: Dorſum magnetis ſicut ferrum, ita & inteſtinum pellit, curat herniam, omnemque catharrum de Naturâ martis. Omnes nempè magnetiſmi ad hominis uſum ſunt ordinati; Vis trahendi ferrum ſi mumiæ muliebri maritata fuerit, tunc dorſum magnetis in femore & ejus venter in lumbis emplaſtrata abortum jam minitantem tutò præcavet. Venter verò magnetis in femore & dorſum lumbis appoſitum partum mirificè facilitat. Verùm ſi alligata emplaſtra in dictis affectibus aliquem præſtant notabilem effectum, non ob attractivam hoc fit magneticam vim, ſed exſiccan-

ſiccantem & adſtrictivam, in quâ magnes ferrum vel hæmatitem æmulatur. Magnes, inquit *F. Platerus in quæſt. medic.* 91. licet ferrum trahat, non tamen agit eâ vi in corpus noſtrum, cum quo nullam habet ſimilitudinem, ſed potius vi ſiccante & adſtringente, uti & hæmatites &c. Præterea & hac in parte *cum Athan. Kirchero facit*, *qui Libr.* 3 *Cap.* 2 de magnetiſmo Medico ſtatuit, Emplaſtra ex contuſo magnete facta nulla vi pollere magnetica Etſi enim ſcobs magnetica & ferrea libera ex ſe & ſua natura magnetica ſint, & vi attractiva mirificè polleant, tamen ubi canali incluſa ſcobs fuerit, omnem eam attractivæ virtutis efficaciam ob partium ſe diſponentium confuſionem perdit, ſi igitur coarctatus intrà canalei pulvis magneticus vi ſua ob dictas rationes privatur, quantò magis ea deſtituetur, ſi madefactus vel unctuoſi. aliis pinguibus ſpeciebus in Unguentum redactus fuerit: quo præter partium, quæ in ſimili miſcella concurrit, confuſionem, mirum eſt, quàm obtundatur ejus vis, quàm hebes & ignava reddatur, imò penitus deſtruatur.

N. 2. *Corroboratio magnetis inſtitui poteſt.*) Veteres Naturæ indagatores tradiderunt allii ſucco magnetis vim attractivam aboleri, ſed *P. Borellus in hiſtor.* & obſ. Centur. 2. obſ. 88. hanc rem falſam eſſe per experientiam didicit. Corroborari autem magnetem poſſe liquore quodam ♂tis ſingulariter præparato; licet *Cl. Zwelferus irrideat*, experientia teſtatur.

## *XIII. Marmor & Ophites.*

¶ Marmor lapis eſt inſigniter durus ac ad ſplendorē ſuſcipiendum, ſi poliatur, ita aptus, ut ſtatuæ vel columnæ egregiè nitentes inde ſculpi poſſint, Græcè Μάρμαρος (à ſplendore) German. Marmelſtein. du Marbre. *Marble ſtone*, Marmeer-ſteen.

Genera multa ſunt, cum nec certa illis figura, nec color certus ſit. Alia ſunt alba, verbi gratia, Alabaſtrites. Alia rubra, Alia nigra, ut Lydius Lapis. Alia variis coloribus, ut Porphyrites, Ophites, de quo hic.

Ophites eſt marmor inſtar porphyritæ duriſſimus, colore viridi ſaturato, dilutis ejuſdem coloris maculis quaſi aſperſus. Græcè ὀφίτης. Latinè Serpentinus, German. Serpintinſtein. La Serpentine. *Serpentin-ſtone.* Serpentyn-ſteen.

N. 1. *Boëtius de* Boodt, *cinereum quoque conſtituit Ophitem, eumque duriſſimum, tum & nigriuſculis maculis aut punctulis variegatum & hunc mollitie alabaſtrita.*

N. 2. *Veteres Ophitæ genera fecerunt.* 1. *Nigricans durum.* 2. *Cinereum punctis diſtinctum.* 3. *Lineis quibuſdam candidis interſtinctum, candidum, molle. Hinc apparet veterum Ophiten à noſtrate eſſe diverſum.*

Foditur noſter in locis variis, Italiæ, & Germaniæ, verbi gratia in Miſnia, quod tamen ob mollitiem, rectius Alabaſtris accenſetur, diciturque Zeblicium.

Vires. *Veterum Ophitæ omnes allegati contra capitis dolores, & ſerpentum ictus (ex ſignatura) proſunt, teſte Dioſcoride. Qui Lineas habent, Lethargo & capitis doloribus auxiliari dicuntur, arcereque peſtem petechialem (ex ſignatura:) Galeno lithontripticus eſt intro aſſumptus.*

N. *Ophitæ noſtrati multa vulgus tribuit, videlicet, poculum inde factum, ſi venenum ſuſceperit, id ſudore prodere. Conducere colicæ, pleuritidi, torminibus, ac ventriculo refrigerato, doloribus podagricis, nephriticis, ſi calfactus ophites loco affecto applicetur. Opitulari quartanis, tertianis, phthiſicis, hepaticis, ſi poculum quotidiano uſui deſtinetur.*

[*Lapis Phoſphorus, ſive Luciferus Bononienſis ſpongia & retinaculum Solis & Lunæ, mixtura chalcanthi & Antimonii, Pſilothrum præbet.*]

[*Melachites ſive Pavonius infantibus pro extinguendo æſtu febrili exhibetur ad gran. iij. vel iv.*]

[*Myoxolithos, Bufonius lapis. Batrachites*, Krötenſtein/ *deſcribitur infrà lib. V. c. 7.*]

HOFMAN. 13. *Marmor & Ophites.*) *Ophites* eſt marmoris ſpecies, & ita appellatur, quia colore ſerpentes repræſentat, Et hæc ſpecies lineis cinereis & nigricantibus eſt, uti ſunt in colore chelydri ad oſtium Tangræ. Eſt & alia ſpecies *Ophitis* magis ad ſerpentis formam accedens, quia ſquamas habet, ut ſerpens, & eſt cruſtaceus lapis, reperitur in Saxoniâ circâ Hildeſheimium, ſordet inſtar cornu. Eſt & tertia *Ophitis* ſpecies, quam *Encelius l. c. p.* 225. invenit ad littora Albis propè oſtium Tangræ, & eſt lapis tenuis, oblongus, in formâ ſerpentis, ac ſi ſerpens in lapidem induruiſſet, intus coloris nigri in cœruleo nitentis, foràs albicantis.

N. Hîc quæritur; Quid de *Draconite ſeu Lapide vel coronâ Draconum Aſpidum*, vel *ſerpentum* ſit judicandum? *Plinius* Libr. 37. Cap. 10. *Encelius* de Lapid. & gemm. Libr. 5 c. 19. *Libavius* Lib. 2. Batrach. Cap. 23. & Alii adſcribunt huic cum *Philoſtrato Gygis* annuli virtutem, *Cal. Rhodigin.* Libr. 6. c. 2. Aliâ. *Gygis annulus* adagium eſt, quadrat vel in homines moribus inconſtantibus, vel in fortunatos, qui veluti virgulâ divinâ quicquid optant, id ſuo arbitrio conſequuntur. *Gyges* fuit Rex Lydiæ, cui oraculum ſciſcitanti, ecquis ſe viveret felicior, Apollo prætulit Aglaum Sophidium Arcada, qui nunquam è tugurio ſuo fuerat egreſſus. *Plin.* Libr. 7. Cap. XLVI. Hujus adagii meminit *Lucianus* in Votis, ubi quiſpiam optat ſibi complures annulos ejuſmodi, quales habuit Gyges, alium, quo diteſceret, alium quo gratus & amabilis redderetur, alium, per quem liceret volare quocunque libitum eſſet. Hic annulus hominem etiam inadſpicuum reddebat, ſi pala ejus ad palmam eſſet converſa, cùm ipſe tamen omnia videret vid. *Cicero* III. de Offic. Ejuſmodi magicam vim adſcribunt etiam *Draconiti*. Verùm à pluribus dubitatur de hujus exiſtentiâ. Eſt enim circumforaneorum impoſtura plebeis obtruſa, dum nihil aliud ſunt, quàm chelæ, ſquillæ marinæ, quæ dentatæ ab uno latere interiore ſemifalcatæ, ebore quovis nitidiores. Has affabrè eâ parte, quâ dearticulatæ fuerunt, committunt, capſuliſque oſſeis & ligneis decenter inferunt. Vulgò vocantur Schlangen-Krönichen.

## *XIV. Oſtiocolla.*

¶ Oſtiocolla lapis eſt albo cinereove colore, oſſiſque figuram æmulans. Dicitur lapis Oſſifragus, Lat. Sabuloſus, Oſtrites, Oſteolithus, Holoſteus, Morochtus Matthiolo, German. Beinbruch/ Bruchſtein/ Beinwell/ Wallſtein/ Sandſtein/ Steinbein. La pierre Oſtiocolle. *Oſteocolla, A ſtone like a bone, bone-binder.* Oſtiocolla/ Wallſteen/ gelyckeen been.

Naſcitur Darmſtatino in agro in Palatinatu, locis arenoſis, (an der Bergſtraß/ au Chemin, dit prés la montagne. *On the hils.* Aen de bergſtraet.) Item in Saxonia, in Sileſia, &c. creſcit per arenam formâ Coralli.

Vires. *Celebratur ad oſſa citò glutinanda, quippe materiam callo idoneam citiſſimè ſuppeditat, adeoque glutinationem maturat. Adhiberi poteſt internè à ʒj. ad ʒiß. & externè in catapl. Emplaſtris &c.*

## PRÆPARATA.

Oſtiocolla præparat. lævigando cum ▽ geranii; Cremor Weinlini prodeſt hypochondriacis.

HOFMAN. 14. *Oſtiocolla.*) Eſt lapis albi aut cinerei coloris, oſſis figuram referens. Dicitur *Lapis Oſſifragus*, Beinbruch. Creſcit per arenam in formâ corallorum, Reperitur in locis arenoſis Saxoniæ, Sileſiæ &c. Commendatur ad oſſium fracturam citò callo obducendorum. Doſis eſt à ʒß. ad ʒj. Ex hoc Lapide etiam Magiſterium confici poteſt ejuſdem energiæ cum pulveriſato.

## *XV. Pumex.*

¶ Pumex lapis eſt eroſus, poroſus, ſpongioſus, exiguiſque cavernulis, ſeu foraminibus plenus. Græcè

Κίσσηρις, Arabicè Tanech. Germ. Bymſtein. Pierre ponce, *Pumice-ſtone.* Puymſteen.

Invenitur ad Confluentiam Germaniæ.

Probantur, qui candore minimoque pondere, ut & qui quàm maximè ſpongioſi, aridique ſunt, trituque faciles, nec arenoſi in fricando, &c.

Vires. *Refrigerat, ſiccat, extenuat, ulcera leviter purgat, cicatrices explet, & emendat. Farina adhibetur ſæpe medicamentis oculorum, & verendorum. Immiſcetur item dentifriciis & ſternutatoriis.*

HOFMAN. 15. *Pumex.*) Hic eſt lapis, & non eſt lapis; Lapis propter duritiem; non lapis propter raritatem, & innatat etiam aquis. Probatur candidus, levis, ſpongioſus, aridus, tritu facilis, nec in fricando arenoſus. Reperitur in maris littoribus, inde quidam ſibi perſuaſerunt, ſed falsò, ſpumam concretam maris eſſe. Ejus vires vide in *Autore.*

## PRÆPARATA.

### *Pumex uſtus.*

¶ Uruntur trinâ uſtione, ita ut torreantur carbone puro, ac toties vino reſtinguantur albo. Lavantur deinde & ſiccati conduntur quàm minimè uliginoſo loco.

N. *Quidam tertiâ uſtione refrigeratos potius quam reſtinctos terere malunt ex vino. Boëtius de* Boodt.

### XVI. *Lapis ſpecularis.*

Lapis ſpecularis eſt lapis foſſilis, inſtar cryſtalli pellucidus ac in bracteas tenuiſſimas ſciſſilis. Dicitur communiter Selenites, aliis alumen Scaiolæ, quibuſdam Glacies Mariæ, Fraven-Eiß.

Invenitur in Moſcovia, copioſe item in Hiſpania, in Saxonia, Thuringia, Marchia, Miſnia, &c. Etſi autem ut plurimum candidus ſit, attamen reperitur & variis coloribus, melleus ſcil. niger, fuſcus.

N. *Veterum Selenitem, (aphroſelenitem) quia noctu lucebat, à noſtrate diverſum eſſe, nemo non intelligit.*

*Uſus eſt rarioris, nec adhibetur facile, niſi ad mulierum faciem dealbandam, & rugas depellendas. Quidam tamen commendant in Epilepſia [ & provocando partu.]*

HOFMAN. 16. *Lapis Specularis.*) Dicitur communiter *Selenites*, vel aliis *Alumen Scajolæ.* Huic *Asbeſtus* lapis eſt ſimilis, de quo vid. *Ath. Kircher. in mund. ſubterran.* Tom. 2. ſect. 3. Lib. 8. p. m. 66. Narrant *Geologi Sinæ* Lapidem in *Xenſi* provinciâ reperiri, qui juxtà incrementum aut decrementum Lunæ creſcat, inæſtimabilis apud eos pretii. Verùm & eundem effectum præſtare apud nos *Seleniten*, ſeu præſentem lapidem Specularem plerique tradunt Naturalium rerum ſcriptores. Obſervatum enim eſt hunc lapidem non ſolùm ad Lunæ ſplendorem lucere, ſed & veluti in ſpeculo quodam Lunæ ſive plenæ ſive dichotomæ, ſive ſextilis figuram perfectè exhibere. Unde de Lunari hoc lapide juxtà phaſes Lunæ nunc creſcente, nunc decreſcente, fabula nata eſt, dum enim figuram Lunæ ſub quâcunque phaſi veluti in ſpeculo exhibet, ſimplices reali lapidis incremento aut decremento, phantaſmate illo illuſi id adſcripſerunt, quod non niſi in ſpeculari Lapide reflexo Lunæ radio repræſentatur, & inde patet, quod lapis ſemper ſibi ſimilis, nullâ in ſe mutatione factâ, quâcunque Lunæ phaſi in quâcunque tandem rerum exhibitione perſiſtat. vid. *Chinam illuſtratam* p. 205.

## PRÆPARATA.

### *Calx & Liquor.*

¶ Comburitur igne in pulverem candidiſſimum, qui per deliquium oleum ſeu liquorem præbet. Vide Talcum.

### XVII. *Silex.*

Silex duriſſimum genus ſaxi eſt, vel marmore durius extrinſecus leve. German. Kießling/Keiſelſtein. Un Caillou. *Flint ſtone.* Keyſel-ſteen.

Differentiæ ejus plurimæ ſunt.

Nam alii liquabiles ſunt, & plerunque foris albi & pellucidi. Germ. Flußſteine/weiſſe Kießling/Bachſteine. *White Flint.* Witte Keyſelſteen.

Aliqui prorſus diaphani ſunt.

Aliqui ita duri, ut ex iis ignis excutiatur, inde & Pyrites dicuntur. Germ. Feuerſtein. *Fireſtone.* Vuer-Keye.

Aliqui prorſus opaci ſunt.

N. *Qui molliores ſunt marmore, non ſilices, ſed lapides ſimpliciter appellantur.*

Vires. *Silicum communium uſus internus eſſe poteſt, ad tartaream mucilaginem incidendam, calculum reſolvendum, ac proinde ad obſtructiones reſerandas. Extrinſecus frequenti uſu in dentifriciis adhibentur.*

*Pyrites vim poſſidet calefaciendi, ſiccandi, diſcutiendi, digerendi, adeoque Emplaſtris digerentibus admiſcetur.*

HOFMAN. 17. *Silex.*) Duriſſimum genus Saxi eſt, vel marmore durius. Derivatur à ſaliendo ſeu proſiliendo, quia ex eo percuſſione factâ ſalit ignis. Sub hoc comprehenditur etiam *Pyrites*, imò omnis lapis, ex quo ignis proſilit. Ejus plurimas differentias *Dnus Autor* deſcribit. Nos addimus, ſilicum alios dari Solares, qui propè aurifodinas Goldkranachii & aliis in locis reperiuntur, & quàm optimè Medicamentorum præparationibus inſerviunt; alios martiales, qui propè ferri fodinas reperiuntur. *Nobiliſſ. Helmontius* modum novit, quo in Silices Lumen Solis transferre poteſt, ſolâ ſilicis præparatione, ut extrà Solis præſentiam ſub denſiſſimis tenebris lumen illud acquiſitum aliquantiſper permaneat, iterumque hauriatur lumen novâ ſilicis expoſitione ad ſolem diurnum, licet obnubilum p. m. 110. §. 55. Quemadmodum de *Lapide Phengite* idem habet *Robertus à Boyle de ſyſtematic. vel coſmicis Rerum qualitat.* Cap. 8. p. 40. Exiſtunt ſæpè in aëre certa quædam ſubtilia corpuſcula, parata & diſpoſita, ut ſe inſinuare queant poris alterius corporis ita diſpoſiti, ut illorum admittat impreſſionem vel actionem, ſi in primis cum illis concurrant aliæ nondum obſervatæ cauſæ & ſtabilitæ in hoc univerſo leges.

*Vires.*) Non omnes ſilices tutò uſibus deſtinantur internis, ſed illi ſolum, qui molles, friabiles, cultro atteri & facilè conteri poſſunt, è quibus ferro alliſo ſcintillæ non eliciuntur. Ex hoc præparata medicamenta tartaream ſaburram optimè incidunt, calculum expellunt & obſtructiones reſerant.

## PRÆPARATA.

¶ 1. Sal fit leg. comm. calcinatum ſolvendo in 🜄. *Doſis gran. 6. ad* 10. *vel* 20.

N. 1. *Calcinatio fit eodem modo, quo Cryſtallos calcinari diximus.*

N. 2. *Si ex tempore adhibere volueris, reſtingue ſilices ignitos in vino generoſo, aut aceto idque toties donec plane in pulverem fuerint redacti, ac exhibe vinum. Hartm. in pract. Medull. deſtill.*

N. 3. *Querc. ſolvit cum Acet. deſtill.*

2. *Oleum* fit per deliq. (*mellis. Ph. R.*) *Doſi* ℈ j. *Medull. deſtillat.*

3. *Cremor ſilicum & cryſtalli* paratur etiam facillimè ex liquore Silicum deſcripto in parte ſecunda furnorum Glauberi p. 136. ſi ſcilicet liquor ille diutius in cellâ ſervetur, tandem Galredam quandam demittit ad fundum, 🜿 Tart. ſupernatante, quod tam diu evacuandum erit à dictâ Gelatinâ, quamdiu aliquid liquoris furſum feretur, deinde edulcandum eſt.

*Cremor hic de facili in quovis vehiculo diſſolvitur.* S. Cloſ-

*S. Cloſſæi experientia, add. Spir. aperit. Benotti.*

HOFMAN. *Præparata. 1. Sal fit l. c. calcinatum ſolvendo in Acet.*) Ego etiam ex ſolis ſilicibus calcinatis quibuſdam, non omnibus, aëri ad temporis ſpatium expoſitis ſal collegi ſapore ſaccharum ♄urni æmulans.

N. 2. *Si extempore adhiberi volueris &c.*) Silicibus ignitis aliquoties affunde vinum generoſum & hoc propina calculoſis, mirum in modum calculum & urinam expellit, potes etiam vino addere ſummitates abſinthii.

2. *Oleum fit per deliquium.*) Liquantur ſilices cum Sale Tartari, vel ✱, poſiti in aëre humido per deliquium ſolvuntur, qui metallorum ſolutiones præcipitant. Ex hoc etiam cremor & cryſtalli parantur, de quibus vid. Autorem.

N. *Si à Silicibus nigricantibus calcinatis Sp. ✱ urinoſum ſalſum aliquoties per deſtillationem abſtraxeris, acquires ſpiritum cærulei coloris Urin. & calculum expellentem.*

## *XVIII. Lapis Spongiæ.*

¶ Lapis Spongiæ eſt lapis prorſus friabilis, in ſpongiis concretus, colore candido vel gryſco.

Dicitur Cyſteolithos (abuſu,) Lapis Cappadox quorundam. German. Schwamſtein. Pierre d'éponge. *Spunge-ſtone, found in ſponges.* Sponcyſteen in Spongien gevonden.

Vires. *Extenuat abſque inſigni caliditate, ad calculos renum veſicæque frangendos utilis eſt. Valet etiam ad ſtrumas diſcutiendas, ſi nempe omni mane fiat hauſtus propria urina, & poſtea in ultima ☾ a quadra ſingulis diebus ſumatur in vino, cum Sal. communi Tartari & ♉. Vide Gluckrath. Idem præſtat ſpongia combuſta.*

HOFMAN. 18. *Lapis Spongiæ,*) Spongia, in quâ hic lapis reperitur, neque animal, neque frutex eſt, ſed tertiam habet naturam animalis & plantæ, unde *Avicenna* definit corpus marinum, laxum, rarum, cui rei adhæret, ab eâ non ſeparatur, habetque animam. *Dioſcor.* Lib. 5. Cap. 85. Ejus duo genera eſſe ſcribit, *Marem & Fœminam*. Nonnulli addunt tertiam, atque in hâc, non in illis ſtatuunt, reperiri Lapides, qui dicuntur à *Plinio* Libr. 36. Cap. 19. Cyſteolithos, quia veſicæ ſuccurrunt laboranti & calculum in illâ expellunt. Inveniuntur & in ipſis ſpongiis in mare & in fœmineâ nuclei inſtar amygdalarum. vid. *Encelius* l. 2. Cap. 45. Libr. 2.

*Vires.*) Lapis Spongiæ præterquam quod puerorum lumbricos enecet, calculum renum & veſicæ frangat, ſtrumis inſuper certo experimento etiam medetur, vid. *Cl. Helmont. & Dominus Autor noſter.*

## PRÆPARATA.

### 1. *Sal.*

¶ Calcinatur cum Sulphure calcinatione levi, ſolvitur in Acet. deſtill. vel ſpiritu Sal. com. Item; ignitus toties in Acet. deſtill. extinguitur, donec in calcem reſolvatur.

[Stellaris lapis, Aſtroites invenitur in Gotlandia, Tyrolenſi etiam Comitatu. Antiloimicus putatur, & vermes necare exhibitus infantibus, ad gran. IV.]

## *XIX. Talcum.*

Talcum Officinis lapis eſt, ſpeculari lapidi ſimilis, magis tamen tenuis, ſquamoſus, viridiuſculus, igni reſiſtens ac fixus. Dicitur à nonnullis Stella Terræ. German. Talck. du Talc. *Talk, the ſtar of the earth.* Talck.

N. *Invenitur & Talcum rubrum ac nigrum (Parac. in Chronic. Carynthia) verum Officinis minus id uſitatum eſt.*

[*Dicunt ☉lare ☽are ♀eum pro coloris diverſitate.*]

*Electio.*

Optimum cenſetur, quod Venetiis ad nos tranſportatur, Muſcoviticum tamen æque bonum eſt, probatur autem præcipuè viridiuſculum.

Vires ac Uſus: *Potiſſimus ejus uſus eſt externus & coſmeticus, adhiberi tamen nequit, niſi vinculo ſuo liberatum, præparatum, ac in liquorem redactum ſit.*

HOFMAN. 19. *Talcum.*) Officinarum Lapis eſt, Lapidi ſpeculari haud abſimilis, magis tamen tenuis, in laminulas flexiles tamen & varie intricatas argenti modo diviſibilis, colore candido lunari, glauco viridiuſculo aut nigricante. Dicitur à quibuſdam ſtella terræ. Germ. Talch.

*Igni reſiſtens ac fixus.*) Vidit tamen. *Cl. Morhofius* de metall. tranſmut. in Epiſtol. ad Nobiliſſ. *D. Joël Langelott*. vel intrà dimidiæ horæ ſpatium pauciſſimo igne rudi ad ſpeciem artificio totam ejus ſubſtantiam ita calcinatam, ut colore flavo ablato ſpongioſa facta ſub digitis in minutiſſimum pollinem comminueretur. Quare patet non adeò igni invictum eſſe talcum.

N. *Invenitur & talcum rubrum ac nigrum.*) Th. *Paracelſus* quatuor talci ſpecies recenſet de miner. tr. 1. Rubeam, albam, nigram & luteam. Et fortaſſe hæ ſingulæ varias mineralium ſpecies complectuntur. In Anglia eſt Talci ſpecies, quod intrà unius horæ ſpacium in calcem niveam igne moderato mutatur. Non deſunt, qui pro minerâ ſolis venditant. Unde plurimi ſtatuunt, exinde menſtruum fieri poſſe, ad tranſmutationem ☉ & ☽næ, ut Mercurius figatur & tingatur. Verum licet certiſſimum ſit ex quâdam talci germanici ſpecie in forti ſalium alkaliſatorum ſolutione digeſtâ non parum auri extrahi poſſe, memini, inquit Robertus à Boyle in tentamin. phyſiologic. me aliquantum Talci ſubfuſci poſſediſſe, quod aquæ regis immerſum à menſtruo illo manifeſtò ſolvebatur, quæ ſolutio deinde filtro depurata à quibuſdam chemiæ peritis, qui viderunt, ratione ſaturrimi coloris, vera auri ſolutio judicabatur, exinde tamen non ſequitur, illum ☿rium figere poſſe.

*Electio.*) Optimum cenſetur *Venetum*, huic ſuccedit *Anglicum* & demum *Muſcoviticum*; Multis etiam *Germaniæ* in locis reperitur ac *Norvegiæ*. Probatur autem ex his viridiuſculum, & quod ad tactum pinguius

*Vires ac uſus.*) Avicenna frigidum eſſe ait in primo, & ſiccum in ſecundo gradu, adſtringit, ſanguinem ſiſtit, prohibet mammillarum & parotidum abſceſſus. Sunt, qui dyſentericis, hæmoptoicis, menſtruorum & hæmorrhoidum fluxu nimio laborantibus cum ▽ plantaginis præbeant. Dixit modò laudato *Morhofio* l. c. amicus, noviſſe ſe medicum, qui ſulphure per ſingulare artificium ex hoc extracto curare immedicabiles morbos potuerit, ut alterum illi à maximo Elixire locum poſuerit. Quod ſanè non de nihilo eſt, latere enim in eo *S*ulphur aliquod Solare certiſſimum eſt. Talcum calcinatum teſte *Martiano Martini in Atlante Sinico* p. 79. vino mixtum ac epotum Sinicis Medicis ut ſingulare medicamentum ad vitam longam commendatur.

*Potiſſimus ejus uſus eſt externus & coſmeticus.*) Hunc ut præſtet, prius in fluidum reſolvi liquorem neceſſe eſt, quæ gratia ab illo ignis torturâ extorqueri nequit. Mitius enim, ait Steno l. c. à naturâ haberi ſolitum Talcum tantam in venuſtatis amatoribus ſævitiam indignatur & vindictæ loco Vulcano cedit illam ſui reſolventis partem, quam ſibi incluſam conſervat.

## PRÆPARATIONES.

¶ E præparationibus Talci præcipua eſt Calcinatio, reliquæ enim operationes, qualis eſt deſtillatio & liquatio, per ſe notæ ſunt.

Calcinatio igitur tum eſt ſicca, tum humida.

HOFMAN. *Præparationes. Ex præparationibus Talci præcipua eſt Calcinatio.*) In præcedentibus jamdum percepimus, calcinationem Talci non adeò difficilem eſſe, modò quis veram encheiriſin cognitam habeat, & modum intelligat, quomodo artificio ignis quoad gradus obſervandi in calcem redigi queat niveam intrà unius horulæ ſpatium, etiam candelæ flammâ.

*Calcinatio tum eſt ſicca, tum humida.*) Omnes hujus deſcriptiones à *Dno Autore* traditæ ſunt exigui valoris, id quod ſanctè teſtari poſſum, optimè mihi conſcius, quam in his explorandis me non ſine tædio & fruſtraneo effectu torſerim. Talcum calcines ſummâ ignis violentiâ pro lubitu ad diuturnum etiam tempus & omnem vim flammarum eludet. Attamen præter calcinationem igne moderato artificio ad ſpeciem rudi factam, nec minus præparationem per tritum in molâ philoſophicâ inſtitutam non adeò eſſe rejiciendam putaverim, imò Calcinationi per ignem præferendam. Ex hoc igne tenuiſſimo cum ſale Tartari volatili ad ſeptimanas aliquot digeſto non equidem liquor pro coſmetico emerget, ſed ſolutio ☉, ſi quid in Talco abſconditum fuerit.

Liquores

Liquores & Tincturæ Talci ab Autore traditi ex proſapiâ falſum partim acidorum partim alkaliſatorum oriundi parum animum curioſitatis amantem exſatiant.

*Calcinatio ſicca.*

¶ 1. Contunditur in pollinem tenuiſſimum piſtillo ferreo, poſtea forti ollæ committitur, operculo addito, imponiturque furno vitriariorum, figulorum vel calcariorum (in einem Kalckofen / Dans un four où on fait la Chaulx. *In a limekiln*, in een kalck-oven.) ubi maximæ flammæ ſunt. Poſt triduum aut quatriduum eximitur, & ſi in calcem redactum ſit, ſervatur, ſin minus, repetitur labor, donec perfectè calx dealbuerit.

2. ℞. Talc. opt. q. v. contunde in mortario candenti, [ſic melius teritur Talcum,] donec nullum amplius ſplendorem referat, pulverem trajice per cribrum ſetaceum, ac cum carbonum Tiliæ ana. Miſc. calcinaque in fornace figulina σ ρ 2. vel 3.

3. ℞. Talc. ſubtiliſſime pulver. ℔ j. Sulphuri. per Sal. com. calcinat. ana F. S. S. S. ac cementa in ✠ clauſo, σ ut ✠ candeat. Dein exime ac edulcora. Loco Sulph. prodeſt Tart. per Sal petr. calcina.

4. ℞. Talc. opt. in laminas tenues redacti, q. v. candefac ac extingue aliquoties, (duodecies vel plurics) in 🝆 ♀ri. donec fiat candidum inſtar nivis. Edulcora ▽ pluviali, & exſicca. Hinc impaſta cum albumine ovi, ac forma globulos, quos in calce viva reconditos, atque ✠ clauſo impoſitos, calcina σ ρ 3. in fornace figulina vel vitriaria & fiet Talcum, inſtar Cryſtallorum; exime.

5. ℞. Talc. opt. part. 1. Sal. p. ij. Miſc. & calcina per quatriduum, poſtea tere & ablue, pulverem exiccatum panno involutum, obducito luto craſſo, ac ſepeli in Tart. crudo, calcinaque σ ρ 15. tere ac ſolve in ▽ vitæ, ſolutum coagula.

6. Calcinatur cum Metallis; nimirum injice Talcum argento Orichalco, vel cupro, ad ignem fuſo horam dimidiam (hor. aliquot.)

*Calcinatio humida.*

℞. Talc. Venetian. opt. ſcinde cultello in particulas ſubtiliſſimas, digere in ſole ferventiſſimo, vel fimo equino per menſem, cum Acet. deſtill. acerrimo Vini Hiſpanici, quotidie aliquid Acet. deſtill. ſuperaddendo, donec acetum fiat q. mucilaginoſum.

Hinc

PRÆPARATA.

1. *🝆 Talci deſtillatum, Coſmeticum Hartmanni.*

℞. Talcum calcinatione humida, (cum ✠,) in mucilaginem redactum, deſtilla per retortam lutat. △ nudo, in excip. capaciſſ. Primo prodit Acet. deſtill. poſtea oleum album. Hæc ſepara.

N. *Alii Talci pollinem cum cochleis ollæ immittunt, ut Talcum devorent, ubi devoraverint, cum teſtis euſas vitro imponunt, ac ab iis aquam extillant, pro mulierum mangonio.*

Vites. *Aceto poſſunt manus ablui, 🝆o vero fieri inunctiones.*

N. *Aiunt, ſi primo facies fuerit diligenter ab omnibus ſordibus purgata, ſuccum integrum menſem durare poſſe. Hartman. in Croll.*

2. *🝆 Camphora Talcatum.*

℞. Talc. crud. (præſtat calcinat.) optime pulveriſati part. 1. 🝆 Camphorat. p. ij. digere ut albeſcat 🝆. *Vide de 🝆o Camphore.*

3. *Liquor Talci, ſive 🝆 per deliquium.*

℞. Talc. optimè calcinatum, (calcinatione 1. 2. vel aliâ.) F. Extractio cum Acet. deſtill. filtra & coagula. Edulcora ac repone poſtea ad liqueſcendum in cella.

N. *Alii progrediuntur ulterius, atque 🝆 cum 🜄 circulant, abſtrahuntque aliquot cohobiis.*

*Liquor Talci S. Cloſſ.*

1. Talcum in pollinem terendum eſt, id quod fit 4. modis, vel enim Talcum exfoliatum calculis fluviatilib. integris permiſcetur, ſacculo oblongo includitur, & miniſterio duorum horum ſucceſſivis vicibus agitatur fortiter, vel lapidi pumicis continuè affricatur, pulviſque decidens colligitur, qui tamen minus ſincerus eſt, vel in mortario calentiſſimo contunditur. Ego illud longè faciliùs, beneficio limæ lævigatoriæ (une lime douce) aurifabrorum in ſcobem attero, cujus ℔ ß. confundo cum ℔. 1. Sal. ♀ri. ac in furno venti per hor. XII. calcino, calcinatum repono in cellâ, quod liqueſcit ſeparo à non liqueſcente, calcem hanc ſiccatam denuò calcino in tigillo △ vehementiſſimo cum part. 4. Sal. nit. Ita Talcum colliquatur in maſſam albam pellucidam, quæ in cellâ repoſita deſfluit in liquorem glutinoſum.

Vires. *Lentigines & maculas faciei excuſſ, cutem dealbat, verum non diu relinquendus eſt liquor, ſed aq. florum fabarum, nenuph. &c. abluenda facies eſt ne Epidermidem arrodat.*

*Alius liquor atque Magiſterium Talci.*

℞. Talci groſsè triti (ſubtilis pulvis ſeparatur) q. v. infunde in Acet. deſtill. σ ρ (3. 4.) Hinc ſuperjiciatur plumbo fuſo, calcineturque ad friabilitatem. Hoc ſolvatur in Acet. deſtill. Solutioque abſtrahatur. Solvatur iterum aliquoties in aq. deſtillata, purificeturque à fæcibus. Tandem præcipita cum ſpir. 🜍i, edulcora & exicca.

N. 1. *Solutum ante præcipitationem per deliq. ſolvi poteſt, unde liquor.*

N. 2. *Calcinari itidem poteſt ſuper aliis metallis, v. g. ☾ ære &c.*

*Ex communicatione amici cujuſdam Hamburgenſis.*

*Cremor Talci.*

Pulveriſetur uno è modis 4. ſupradictis, affunde Acet. deſtill. ferve Bull. lento △ in patinâ vitreâ: ſpuma pinguis ſupernatans colligatur cum cochl. deſpumatorio, dum dabitur, Acet. deſtill. cremori mixtum evaporet, cremor a. reſolvatur in phlegmate Sal. com. vel pomatæ alicui permiſceatur.

*Inſervit dealbandæ faciei. Ex comm. S. Cloſſ.*

4. *Tinctura Talci.*

℞. Talc. optimè pulveriſat. q. v. digere cum 🝆 🜍i Philoſophico, in fimo equino menſ. 3. 4. ſic ſolvetur Talcum, protruderque ad ſuperficiem nonnihil inſtar pinguedinis.

Huic affunde 🜄, digere ac abſtrahe cum repetitis cohobiis, & tranſibit tandem XX.

*Alia.*

℞. Talc. calcinat. extrahe cum 🝆u Sal. com. vitriol.

di, decanta, abſtrahe, ac cohoba aliquoties, ſic aſcendit tandem & Tinctura, tranſitque alembicum ſub colore rubicundo.

Vires. *Præſervativum eſt efficax in peſte, quotidie ſumptum. Doſis gran. vj.*

N. *Præſtat hic rubrum Talcum ſumpſiſſe, ſi haberi poſſit.*

*Tincturam Talci rubri vide in Agric. p. 789. tom. ſecundi.*

*Alia.*

℞. Talc. q. v. affunde Spir. Vitriol. abſtrahe aliquoties. m. cum Sulphur. reverbera. Extr. tinctura m. d.

[Sulphur Talci, quod habet ſolare, extractum, egregium ad graviſſimos morbos putatur remedium.]

### XX. *Unicornu foſſile.*

Unicornu foſſile. Cornu foſſile. Ebur foſſile. Lapis Ceratites, eſt lapis colore & levore cornu referens, interdum etiam formâ ipsâ, gegraben Einhorn / gegraben Elffenbein. de l'Unicornu foſſile. *Unicorn mineral or graven:* Gegraven Eenhoorn.

N. *Sæpius tam craſſum ac magnum reperitur, ut à nullo unquam animali produci potuerit. Subſtantia lapidea ſemper & vel dura vel mollis eſt. Exterius utplurimum dura, intrinſecus plerumque mollis, alba, levis, friabilis, compacta, abſque poris, linguæ firmiter adhærens, odore nonnunquam grato. Cortex exterior interdum flaveſcit, cinereus, albus & ſubniger eſt.*

Invenitur in variis locis Germaniæ, prope Elbingerodam Oppidum Comitatus Stolbergenſis, prope Heidelbergam, Hildeſheimium. Item in Moravia, Sileſia, Saxonia, Haſſia, multiſque locis aliis.

Materia hujus creditur Marga, aquâ ſubterraneâ lapideſcente irrigata & fluida reddita, quæ pro diverſitate matricum, in quas fluit, vel & pro diverſitate rerum, quibus ſeſe inſinuat, ſcil. lignorum vetuſtorum, cornuum, oſſium ſubterraneorum, varias quoque ſuſcipit figuras & odorem.

Vires. *Non omnia habent eandem facultatem, aut æque validam, ſed differunt pro diverſitate originis, reique commixtæ. Utplurimum exiccant, adſtringunt, proindeque ſiſtunt alvi profluvia, gonorrhæam, menſtrua alba, hæmorrhagiam narium, hæmorrhoides. Quod ſi inſuper odor medullis accedat gratus, cordi imprimis grata ſunt, idque roborant, Epilepſiam arcent. Quæ cum rebus aliis ſunt commixtæ medullæ, pro earum facultatibus naturæ mixtæ cenſentur. Extrinſecus ulcera ad cicatrices perducunt, oculorum lacrymas ſiſtunt, (in Collyriis.)*

N. *Fruſtum hujus generis Cornu non longe Marpurgo Haſſiæ è terra erutum oblatum mihi eſt, haud ita pridem, brachium craſſitie æquans, ebori ſimillimum, niſi quod corticem arboris extrorſum figura referret & pro medianо deſtitutum eſſet. Huc referenda oſſa Scharsfeldica.*

HOFMAN. 10. *Unicornu Foſſile.*) De hoc vid. *Athanaſ. Kircher. in mund. ſubterran.* Tom. 2. ſect. 2. Libr. 8. Cap. IV. V. p. 60. ſeq. Reperitur in variis Germaniæ locis, Moraviâ, Sileſiâ, Haſſiâ, Saxoniâ propè Hildesheimium, Heidelbergam, Elbingerodam, & inprimis ex ſpecu Bumanni propè Hercyniam ſylvam eruitur, ſæpè in formâ animalium oſſium in ſaxeam naturam verſorum. Inter quæ ſunt dentes molares & inciſorii admodum magni, in quibus evidentiſſimè radices à dente ipſo, ſeu parte, quæ extrà gingivas prominuit, diſcernas, itemque fragmenta radiorum, tibiarum, exactiſſimè ipſam oſſium naturalem conformationem repræſentantia. Eodem ſpectat, quod refertur in Ducatu Wirtembergico inventa folia querna lapidefacta, & martyris cadaver ex cœmiterio *Calixti* erutum lapideum narrat Nardius. Ac memoratu dignum, quod notat Gaſſendus in vitâ Peireſkii Libr. 2. detexiſſe hunc non longè ab aquis ſextiis inſignem quandam copiam non humanorum modò oſſium naturæ factorum lapideæ, ſed variorum etiam animalculorum, itemque ſtirpium, foliorum, florum, ſimiliumque hujuſmodi. Ita memorat idem ibid. p. 346. intrà Cavernam Guerinam reperta fuiſſe folia ex quercu, alno, ilice, Ulmo, Nuce, populo, hederâ, lauro, aliiſque arboribus, ita in lapides converſa, ut ſuis nervulis ſuas indicaverint ſpecies. Sæpius verò contrà tam craſſum ac magnum reperitur, ut à nullo unquam animali produci potuerit. Subſtantia lapidea vel dura, vel mollis eſt. Exterius ut plurimum dura, intrinſecus plerumque mollis, alba, friabilis, interdum poroſa, interdum minus linguæ firmiter adhærens inſtar cornu cervi calcinati, odore nonnunquam grato. Cortex exterior interdum flaveſcit, cinereus, albus & ſubniger eſt. *P. Borellus in hiſtor. & obſ. rar. Cap. 3. obſ.* 83. Limaces lapideos non procul ab urbe Caſtrenſi in rupe Lunelli multarum ſpecierum invenit, albi etiam conchas varias marinas lapideas & circà Montiſpeſſalum oſtrea magna lapidea, imò piſces lapideos.

*Materia hujus creditur marga.*) Quæ cauſa efficiens & materialis ſit hujus diverſitatis & ipſius etiam unicornu foſſilis, variæ occurrunt Doctorum ſententiæ. *Libavius* ſingular. part. 3. Libr. 8. Cap. 17. ex terrâ aliquâ bituminoſâ vel cinere illius, affluentibus ex terrâ vel aliunde liquoribus ita compacta eſſe ſcribit. Alii materiam hujus ſimpliciter Margam credunt, aquâ ſubterraneâ lapideſcente irrigatam & fluidam redditam, quæ pro diverſitate matricum, in quas fluit, vel pro diverſitate aliarum rerum, quibus ſeſe inſinuat, ſuprà in medium productarum varias etiam ſuſcipit figuras. Quæ mea eſt ſententia. Et niſi hoc admittamus, vim aliquam plaſticam ejuſmodi terræ præter omnem rationem concedamus, neceſſe eſt. Id quod abſurdum. Et potiori forſan jure quis ſimili terræ tribuat artificium figulinum, quo ollæ illæ foſſiles formentur, ac in terrâ coquantur, quas in Poloniâ, Luſatiâ, Saxoniâ, Thuringiâ inveniri notum eſt.

*Vires.*) Antequam hominibus offeratur hoc cornu foſſile, prius in canibus aliiſque animalibus probari debet, cum ſæpè contigerit, quod ejuſmodi cornua foſſilia aliquid veneni in ſe habuerint, inde pro medelâ fatalis exceſſus è vitâ ſubſequuntur. Aliàs vim habet exſiccandi, adſtringendi cum virtute bezoardicâ, quâ non ſolum alvi profluvia, dyſenteriam, uteri hæmorrhagias, menſtrua alba, hæmorrhoides, gonorrhœam ſiſtit, verùm etiam in febribus præſertim malignis peſtilentialibus, teſte *Franciſco Joële* in tr. de Peſte mirè commendatur. In inſultibus epilepticis notabili etiam cum ſucceſſu adhibui. Doſis eſt à ℈ß. ad ʒß. vel ultrà in appropriato vehiculo injuncto ſudore.

N. Præter hactenus in medium producta Lapidum minus pretioſorum genera, dantur adhuc alia nec minus in medicâ praxi utilia, ex quorum numero eſt.

*Aſtroites* Latinis *Lapis Stellaris*, Germ. Sternen-Stein. Stellarum figuras punctatim in ſe exhibens, eſt moderatè durus, colore cinereo, fuſco nigricante, ad humani capitis magnitudinem ſæpè creſcens. In Comitatu Tyrolenſi & circâ arcem Cimmeriam invenitur in Gotlandiâ & alibi

*Vires.*) Ad peſtilens contagium & puerorum lumbricos necandos ejus pulvis quatuor granorum doſi commendatur. Geſtatus etiam productionem vermium impedire, ſi nudum tangat corpus, afferunt. Tremorem, apoplexiam, alioſque morbos ſubitaneos avertere, victoriam conciliare, credunt. Hepatis ac pulmonum vitiis ſuccurrere & ſanguinem puriorem reddere volunt. Præferuntur reliquis albidiores, benè formatas ſtellulas habentes.

*Bufonius Lapis Batrachites*, Germ. Kröten-Stein / quia ab antiquis bufonibus eructari creditur, quod tamen falſum eſt, ſed fungi inſtar naſcitur in ſaxis & petris, non verò in capitibus bufonum. *Vires:* Commendatur pro certo remedio ad tumores ac inflationes ab animalibus venenatis illatas, quas contactu & affrictu diſcutit. Præſente veneno ſudore diffluit & colorem mutat. Hordeolum in palpebris oculorum curat, ſi annuli palæ incluſo eo partem affectam ſæpius affrices.

*Lapis Bononienſis*, quem nonnulli ſpongiam Solis, alii ſpongiam Lunæ, quidam retinaculum luminis cœleſtis, lapidem illuminabilem, Luciferum, Phoſphorum &c. appellant. Invenitur in quibuſdam collibus propè Bononiam in monte Paterno, quatuor milliaribus ab urbe diſſito. Eſt lapis pellucidus, foſſilis, gypſo valdè ſimilis, multum chalcanthi & antimonii admiſtum habens: vix pugno major invenitur, nullam certam habet figuram, colore quodammodo variat, aliquando cinerei eſt, aliquando nigrioris, aliquando flavi, aliquando rubiginoſi, ſubcœrulei, imò miſti. Ratione materiæ, quatuor ejus obſervarunt genera. Quidam enim horum in latas lamellas inſtar talci Veneti ſunt ſciſſiles, cortice pallente, modo ſcabro, modo lævigato. Quidam ſtrias habent in modum ſtibii radiantes & candicantes. Quidam cor-

tic,

rice vel lævi vel aſpero, colore cinereo radiant, ubique ſtriis vel rectis, vel obliquis ad centrum tendentibus. Quidam ſtricti ſunt ad centrum & friabiles colore nigricantes.

Quamvis in Medicinâ externum ſaltem præſtat uſum hic lapis, dum ex eo lixivium pro pſilothro parari conſuetum, in primis tamen admiranda pollet proprietate, qua ſingulare viſui præbet oblectamentum, dum Lumen ex Sole vel Luna calcinatus attrahit, & inde ad locum tenebricoſum tranſlatus illud iterum præſentat, ut in tenebris inſtar carbonis ad ſemihoram ardeat, idque toties, quoties ita Soli fuerit admotus aut Lumini ambientis. Verùm hanc vim lucem attrahendi hic lapis non niſi præparatus obtinet.

Pro facultate illa Lucifera *P. Poterius in Pharmacop. Spagyric.* Libr. 1. Cap. 27. duobus modis calcinat, quem vide, ut & *Ol. Wormium in Muſæo* p. 46. Cœterùm poſteriore tempore obſervarunt multiplici calcinatione integrum etiam lapidem calcinari, & ubi fuerit ferè perfectiſsimæ Naturæ per uſtorium ignem, à tota ſubſtantia penitiori evomere ac veluti ſudare ad ſuperficiem efflorescentias quaſdam minutiſsimi roris grana referentes, in quibus maximè reſidet virtus concipiendi & retinendi lucem ſine ulla rei alterius permiſtione. Sed ſi lapis non fuerit ita perfectæ Naturæ, vel ante, vel poſt primam calcinationem conteri debere, pulveremque vel ovi albumine, ut P. Poterius docet, vel aq. ſ. vel ol. Sem. lini cogi in maſſam, quam niſi concipiat ad votum, iterum calcinetur, & ubi contigerit oleo conſumpto rurſus in pulveres diſſolvi, ante diſſolutionem projici maſſam in idem oleum frigidum. Plerumque verò contingit, ut lapis hic heterogeneas habeat partes, undè non ſolum ſecundum aliquas probè calcinatus adhuc retinet alias crudas & alias habet nimium exuſtas. Verùm etiam obtinet nonnullas ad lucem excipiendam præparabiles, alias verò, quæ nullam præparationem adipiſci valeant, quæ lucem nunquam in ſe concipiant. Quin & alii lapides brevi quatuor horarum ſpatio præparantur, alii longiorem poſtulant ignem 10. aut 12. horarum: alii longiſsimam uſtionem 24. horarum plus minus in fornace requirunt. Prætereà de hujus lapidis legitimo calcinandi modo vid. *Pater Bononienſis Mazotta in Philoſ. triplici Bononiæ* edita, & *Fortun. Licetus* in ſingulari Libello, *Athanaſius Kircherus de Magnete* Libr. 3. p. 3. cap. 4. quæſtion. 2. p. 581.

# CAPVT IX.

## *De Metallis.*

### *Et primum de Auro.*

METalla ſunt corpora dura, ductilia ex ſucco ſalino ſive Mercurio vi ſui ſulphuris in terra coagulato.

N. *Libro primo diximus, res ſecundarias ex perittomate rerum primariarum fieri. Perittoma ergo macrocoſmicum veniens in matricem, ſive locum metallificum, id eſt, metallorum generationi aptum, ſi ibidem ſubſtiterit, ſuſcitatur ſpiritus ſeu ignis illius perittomatis, ſubindeque vi matricis metallinæ in naturam metalli faceſſit. Duobus ergo ut omnia, ita & metalla conſtant; humiditate ſcil. quæ ☿ jus dicitur, & ſpiritu ſeu igne, qui Sulphur. Duo hæc in ſale fundata ſunt vitriolato, id eſt, in naturam talem tranſmutato, qualem natura ad generanda metalla proxime requirit. Hoc Sal alteratur ulterius paulatim, nec enim ſtatim metallum evadit perfectum. Quare, cum in natura conſtitutum ſit, ut partes diverſæ invicem miſceantur atque inſuper mixtio & maturatio fiant ſucceſſivè, particulis ſcil. nonnullis, citius ad maturitatem pervenientibus, aliis tardius, aliis crudis aliquantulum manentibus; & in hac metallorum generatione varietatem quandam eſſe neceſſum eſt, qua particulæ aliæ maturiores, aliæ minus maturæ. Maturiores ergo partes id eſſe ſuſpicor, quod Philoſophi ſub titulo ſeminis metallini eliciunt. Licet enim in Metallis partes adeo compactæ & unitæ ſint, ut difficulter invicem ſeparari queant, unde fateri convenit, pleraſque laborationes, maximè vulgares, non ſeparatorias, ſed ſolum præparatorias ſeu exaltatorias eſſe, id eſt, quibus metalla circa ſeparationem puri ab impuro, ſolùm alterantur, ut eò melius à calore noſtro ſuperari, inque actum deduci queant: attamen ſeparationem illam contra multorum experientias hinc inde annotatas, impoſſibilem ſtatuere, pertinacium potius eſt, quam virorum cordatorum. Quin imo non modo cuidam ex amicis meis, ſed & mihi ſors favit, ut oleum rubicundiſſimum, aquæ ſupernatans ex ☉ eliciuerimus.*

*De viribus Metallorum in genere nihil addo, niſi quod tanta inibi à majoribus deprehenſæ ſint, ut principalioribus macrocoſmi ſtellis, macrocoſmique membris principalioribus & dicarint, & nomina communia impoſuerint, uti patet partim ex ſequentibus, partim ex libr. 1. cap. 9.*

HOFMAN. *De metallis* Et primùm *de Auro.*) Quod *Dnus Autor* iterum de perittomatis macrocoſmici ſpiritus in locum metallificum, ut loquitur, ſeſe inſinuante omnium metallorum cauſâ efficiente producit, Caliſthenem ſequutus, quaſi omnia metalla in hoc ſpiritu tanquàm formâ ſpecificâ conſpirarent, & inter ſe convenirent, ac non niſi accidentaliter pro majore vel minore puritate; maturitate vel cruditate, fluiditate vel firmitate &c differrent, hoc partim ſuprà *Libro primo* jamdum exploſum eſt, partim in ſequentibus refutabitur. Metallorum cauſas & originem ſunt, qui in aſtris inquirunt & principem ſaltem eorum partem eò deducere conantur. Quæ cauſa etiam, quod certis metallis Aſtrorum nomina fuerint impoſita hiſce originem ſuam quaſi debentibus. Quæ ſententia ſanè adeò non adſpernanda eſt. Globorum magni hujus orbis Planetarii, inquit *Excell. Morhofius* l.c. p. 55. tum quà totum ſyſtema, tum quà partes nobiliores, inter quas in terreſtri globo omninò referendi ſunt ſpiritus metallici per vaſtiſſimum hoc corpus diſperſi, nullam eſſe conſpirationem aut mutuam efficacitatem, nemo mihi temerè perſuaſerit. Quis enim negaverit, aliquod communi aëre ſubtilius adhuc corpus, quod Ætherem appellare poſſumus, per univerſum hoc diffuſum dari, quod ſecundum diverſam texturam & figuram partium, item magnitudinem, motum &c. Omnia corpora pervadere & adæquatè poros implere poſſit illorum, quæ figurâ & magnitudine diverſis portionibus inſinuantis materiæ reſpondeant? Quod autem talis ſit in hoc univerſo ſubſtantia, ex multis phænomenis probari poteſt. Refert *Digbæus*, ſed ex fide amici, radios ſolis per vaſa vitrea & concava certo quodam modo diſpoſita in purpureum & minutiſſimum pulverem præcipitari. Scripſit jam dudum *Th. Paracelſus* de ſolari pulvere ex ſpeculis per radios ſolis collecto, quo ritè præparato excitare in nobis igneam naturam queamus. Imò nonnulli eò deveniunt, ut ſtatuant, ſolis ipſius ſubſtantiam ex auro liquefacto conſtare. Mirum igitur, ſi non ſemina etiam per terram ſpargeret ac in eâ ſubſtantiam ſibi ſimilem produceret; Solis & Lunæ vires in hæc inferiora ſatis perſpectæ ſunt. Illi cum *Auro*, huic cum Argento ſingulare intercedit commercium, quod nec Saturno cum Plumbo, nec Marti cum Ferro, nec Joui cum Stanno, nec Veneri cum Cupro, nec Mercurio cum Argento vivo denegari nequit; Solis & Auri ſimilitudinem oſtendunt ſplendor, color, qui à ſulphure optimè digeſto, quod à ſole huic ingenerari creditur, provenit. De Sole, inquit *laudatus Morhofius* l. c. vulgaris opinio eſt, quod plumbo ac cupro, quo templa & ædes tegi ſolent, aurum ingeneret. Quam licet anilem fabulam vocet *Honoratus Fabri*, novi tamen, dicit, qui è plumbo ac ſtanno veteri per repetitas calcinationes & reductiones non contemnendo lucro aliquid auri & argenti expreſſerint, ſive id à cauſis quibuſdam latentibus productum, ſive ſeparatum fuerit. *Albinus* in *Chronico ſuo Metallico* p. 29. obſervavit, ſemper in fodinis Schnebergenſibus argentum copioſum ſub Saturni in ſignum Cancri ingreſſum accedente Lunâ repertum fuiſſe. De Margaritis Garcias ab Horto prodidit, eos poſt plenilunium captos cum tempore minui & decreſcere; qui verò ante plenilunium capiuntur, huic vitio non eſſe obnoxios. Verùm magno orbi planetario generalis ac univerſalis quidem influxus ac conſpiratio cum metallicis hiſce inferioribus Planetis denegari non poteſt, interim tamen ſpecialem ac particularem illorum cauſam ſive conſtitutionem non abſolvunt. Prætereà *Dominus Autor* duobus metalla conſtare ſtatuit, humiditate ſcilicet, quæ Mercurius dicitur, & ſpiritu ſeu igne, qui Sulphur. Duo hæc in ſale fundata eſſe vitriolato &c. Verùm nolo hìc multa de tribus dictis iſtis Principiis Chemicorum hypoſtaticis diſquirere de illorum exiſtentiâ, numero, & an omnibus inſint corporibus & quantum à ſe diſcrepent in diverſis ſubjectis, ſed Lectorem remitto ad *Nobiliſſ. Robert. à Boyle* in Chemiſtâ Sceptico, item *Hamelium Libr. de conſenſu veteris & novæ Philoſ.* Libr. 2. Cap. 4. & *Excell. Rolfinck.* in tr. de Chemiâ in Art. form. redact. Veteres illi ante *Paracelſum*

*teſſum* Mercurium & ſulphur tantum metallica ſtatuerunt Principia, & quidem proxima, ut quæ manibus tractari & in oculos incurrere poſſunt, remota autem illis corporum principia fuerunt Elementa. Per Mercurium & Sulphur non intellexerunt illi, quæ vulgò ſic vocamus, nam hæc potius recrementa metallica illis fuerunt, quàm vera Principia. Mercurius illis eſt ſubſtantia metallica ex perfectorum metallorum familiâ, immatura ad levem calorem fluidiſſima, ponderoſa, volatilis, ſummè ductilis, non currens, ut vulgaris Mercurius, unicum & ſummum naturæ metallicæ agens. Hoc ita crudum in Naturâ inveniri ajunt, unde ſummâ arte eliciunt ſubſtantiam puriſſimam, viſcoſam, quæ proxima materia eſt metalli conſtituendi. Hoc omnibus metallis commune eſt principium, ſed prout ſulphur vel purius vel impurius illud temperat, aliam vel aliam miſtionem ſortitur: Unde vulgò diverſæ illæ metallorum ſpecies conſtituuntur. Hanc materiam in perfectorum metallorum incunabulis inquirere, cumque inter perfecta metalla ab Auro compacto ſperari nihil poſſit, ab Argento, vel aliquo, quod illi cognatum eſt, petere jubent. Hanc materiam ignem, Aquam, acetum vocant, quod in metalla perfecta ita operetur, quemadmodum ignis in corpora inflammabilia, aqua in ſalia & glaciem, acetum in corpora, quæ in illo ſolvi poſſunt. Hanc ſubſtantiam tradunt exhibere ſe interdum inſtar lenti humoris, qui poſtea in optimum coagulatur argentum, cujus hiſtoriam refert *Albinus* in der Berg-Kronick. p. 110. & *Nierembergius* in hiſtor. nat. Libr. 15. Cap. 19. Alterum Principium Sulphur eſt, ſpirituoſum, penetrans, coagulans materiam metallicam. Ex Auro illud elici volunt, ſed per materiale illud principium prius ſoluto; reliquorum metallorum ſulphura, ut impura contemnunt. Sulphur illud in Auro longâ alteratione in fixum, purum & incorruptibile evaſit conſtituens, ex quo etiam, quamvis tenacius illic hæreat, ſeparari poſſe teſtantur tam veteres, quàm recentiores Chemici; Fitque hoc modo, ut quantum ponderis habuit Aurum, ex quo tinctura educta eſt, tantum argenti ipſa tinctura, ſi illi ſuperjiciatur, colore ſuo tingat & in ipſum Aurum convertat. Quod cum fit, candida ex Auro maſſa remanet, æquè ut prius ponderoſa, cui per cæmenta color ſuus reddi poteſt, qui flavus ex purpurearum ac candidarum particularum accuratâ miſtione oritur, non ſecus ac cum ex cupro & Zinco inter ſe juſtâ proportione commiſſis ſubſtantia Auro haud abſimilis reſultat. Si Sulphur extrahitur, candidum fit Aurum, quod Lunam fixam appellant, cùm pondus Auri habeat & in aquâ forti non ſolvatur. Hæc duo dicta Principia in ſale vitriolato fundata eſſe ſtatuit *Autor noſter*, Utrum autem illud univerſale ſit, an ſecus, non explicat. Magna quidem Naturæ Architectonicæ inſtrumenta ſunt ignis & ſalia, eleganter loquitur *Morhoſius* l.c ſed varia, ut varia ſunt corpora corporumque miſtiones, quorum miniſterio, pro ſubjectorum ingenio in compoſitione & diſſolutione eorum utitur. Ea tamen illorum eſſentiam non ingrediuntur. Miras in corporibus metallicis beneficio ſalium Natura facit viciſſitudines, quæ ſubterranea pyrophylacia per omnes terræ ſinus & anfractus diſpergunt, in fodinas metallorum, ex quibus varia inter ſe ſalium & ſulphurum corpuſcula in mineris deprehenduntur; attamen ad metallorum intimam conſtitutionem pertinere nemo d xerit. *Hæc Excell. D. Morhoſius* l.c. Nos ſtatuimus metallorum proximam materiam eſſe Mercurium & Sulphur in quovis ſpecie diſtincto metallo ſpecie etiam diſtinctum; remotam autem eſſe aquam. Quemadmodum enim totius univerſi Conditor omnia corpora naturalia in primâ mundi creatione ex aquâ produxit & iiſdem vim ſibi ſimile in poſterum producendi conceſſit. Cur metalla ita ſpadonia & infelicia dimiſerit, quin etiam ex aquâ produxerit & virtute plaſticâ donaverit? Scilicet ex aquâ minerali fermentis metallicis imprægnatâ, in quibus ſpiritus ſeminalis ſive Sulphur ſui multiplicativus gliſcit, BUR metallicum efficitur, quod teſte experientiâ & obſervationibus ſæpè in profundis venarum & fodinarum ſpecubus vel vaporetenus, vel inſtar liquidæ ſubſtantiæ oberrat & pro diverſitate metallorum ſpecificâ vi plaſticâ donatum, longo annorum ſpatio ſibi ſymbolizantem materiem matricum parietibus affigit ac perficit, ut hic creſcat Aurum, ibi Argentum, alibi cuprum, ferrum, ſtannum &c. Imò quod etiam minerale vel metallum prius non fuerat, tale poſteà etiam fuerit factum, quemadmodum ex probæ notæ Autoribus conſtat. Non rarò contingit, ut Metallurgus in fodinis ſaxa diruens parietem lædat, ut dehiſcat in rimam, inde aliquid aquæ ſubalbidæ vireſcentis emanat, quod mox concreſcit inſtar ſaponis liquidi, mutato pallore ſubviridi flaveſcit vel albeſcit, vel ſaturatius virideſcit, & demum indureſcit. Succus ille ſive Mercurius Philoſophorum interno ſuo ſpiritu ſeminali ſive Sulphure Philoſophorum fermento metallico tincto, quod aquam imprægnat, condenſat, & ſenſim in ſuccum mineralem in terrâ tranſplantat, perficitur. Nec minus veriſimile videtur, alia etiam mineralia etiam ſoliddiſſima anteà fluida fuiſſe, antequam in lapides vel alia dura corpora concreverint, ex eo, quod in quibuſdam locis aqua mox delapſa in lapillos condenſetur; Nec novum in mineris Antimonii, Saturni, Iovis &c. Particulas lapidum metallicis corporibus circumfuſorum inveniri, & alia Naturæ phænomena occurrere, quæ noſtram ſententiam ſtabiliant. Hancque etiam ſine dubio uvarum, vitium aurearum & auri in arboribus ſæpè reperti cauſam fuiſſe puto, dum ſuccus aurificus ex aurifodinis à ſucco vitium vel arborum in radicibus coalitus & condenſatus occultâ vi fuit attractus, ut dum vitis germina emiſit, mirabili Naturæ inſtituto Aurum ſimul eruperit. *Alexander ab Alexandro* Gen. D. 4. 9. *Gaudent. Merul. Coſmograph.* 10. 27. *Mizaldus* 2. memor. referunt, in citeriore Germaniâ intrà Danubium, etiam in toto Mœni tractu & Nicri vites, cum per hiemem nivibus humo contectæ jaceant, liquatis poſt nivibus, calore cœli redeunte, mirificè germinare & frondes geniculatas emittere, ſed vini parum effundere, inter eas quaſdam claviculas & plerumque candicantia folia ex puro Auro germinantia habere, & ſimul coaleſcere, haſque Principibus unà cum palmite vitis rimoſo cortice dono datas ingente miraculo fuiſſe *Fortun. Licetus* Libr. 4. Cap. 72. *de ſpontan.* viv. ort. Varia hujus rei documenta adducit, ubi inter alia ex *Petro Martyre in Novi Orbis Hiſpaniolâ Inſulâ* Aurum è terrâ vitis modo circà arbores ſurgere teſtatur. Si Americanorum artificium locum invenit, qui Aurum per aquam quandam ita mollefacere poſſunt, ut inſtar ceræ digitis tractari queat, & undiquaque gemmæ in eri firmatis labris, palis & oris, nihil veritatis noſtræ decedit ſent:ntiæ. Aſſertionem noſtram præterea confirmat metallorum vegetatio, accretio & multiplicatio, ubi per obſervationes conſtat, illa in matricibus creviſſe & aucta fuiſſe. Si quis negaverit, Arbores illæ Philoſophicæ ex argento vivo productæ, & mirabilis illa Arboris argenteæ in aquis ex eodem metallo germinatio, quæ à San-Simonio Bruxellis injecto pulvere, quem homo Leodienſis ignotus illi dederat, peracta eſt, teſte *Borrichio Libr. de Ort. & Progreſſ. Chem.* p. 103. demonſtrare & ob oculos ponere poſſunt. Ingenioſus *Cæſalpinus* in Italiâ mineram ferri copioſiſſimam obſervavit, ob quam etiam Ilua fuerit nobilitata, Tyrrheni maris Inſula incredibili copiâ illud producens. Nam terra eruta, dum minera tota effoſſa procedente tempore iterum in mineram ferri converſa; Cui & adſtipulatur *Fallopius & Georg. Agricola*, ad Sagam, inquiens, oppidum Germaniæ in pratis erui ferrum, foſſis ad altitudinem bipedaneam actis, addens decennio renatum denuo fodi, non aliter atque Iluæ ferrum. Sic & de Plumbo *Galenus* ſcribit, illud creſcere & augeri, de quo etiam *Plini s* Libr. 34. hiſtor. natural. c. 17. dudum prodidit, mirum, inquiens, in his ſolis Plumbi metallis, quod derelicta fertilius reviviſcant. In Plumbariis ſecundo lapide ab Ambergâ dictis ad aſylum recrementa in cumulos congeſta expoſita ſolibus & pluviis annis paucis reddunt ſuum metallum cum fœnore. In Auri & Argenti generationem ſi inquirimus, invenimus illa nec minus in fodinis augmenta capeſſere & multiplicari. Sic in valle Joachimicâ teſte *Gerhardo* Medic. argentum graminis modo è Lapidibus mineræ veluti ex radice excreſcit digiti longitudine. Ita aqua cœrulea Annebergæ inventa eſt, ubi argentum erat adhuc in primo ente, quæ coagulata redacta eſt in calcem fixi & boni Argenti. Simili modo in profundis fodinarum Hungaricarum ſpecubus Aurum ſæpè, ac ſi arborum rami fuiſſent, creſcens viri fide digni ac periti obſervarunt. Cui ſubjungit *A Coſta in Nat. & Mor. Hiſtor. Indic* Libr. 3. Cap. 5. fide propriâ ſe nativi & puri Auri moleculas aliquoties vidiſſe, quæ complures ponderarent libras, & ita ex peculiari venâ ſuâ incrementum ſumpſiſſent. Ex quibus Luce Meridianâ clarius apparet, ex aquâ ſeu ſucco quodam metallico principio ſeminali plaſtico imbuto metalla generari, & quotieſcunque hæc in terræ viſceribus debeant produci, ſufficere ex liquoribus ſui generis interdum fluidis, interdum etiam in formâ halituum volitantibus metallicis rudimenta quædam ſeminalia in ſe continentibus produci, quorum virtute formatrice temporis tractu in hanc vel illam maſſam metallicam ex ſuo Mercurio & ſuo Sulphure conſtantem degenerant, perindè ut limpida aqua virtute ſeminalis ſui principii in varia corpora vegetabilia effigiatur.

¶ Metalla non ineptè in claſſes tres collocantur, idque tam ſecundum conformitatem diſparitatemve duritiei, quàm ſecundum convenientiam præparationum.

Prima continet Metalla nobiliora, ☉ & ☾ m.
Secunda ignobiliora duriora, ♂ & ♀ m.
Tertia, Ignobiliora molliora, ♄ & ♃.

*Præparatio Metallorum ſunt,*

1. Purgatio.
2. Calcinatio. 1. Immerſiva. 2. Vaporoſa ac Illinitionis, 3. Amalgamatoria. 4. Cementatoria. 5. Reverberatoria.
3. Volatiliſatio: unde Metallum volatiliſatum, id

eſt, in ſpiritualem naturam redactum.

4. Extractio: vel potius maturatio: ſ. exaltatio; unde Tincturæ.

5. Sublimatio: unde Flores.

6. Salificatio: unde Sal.

7. Mercurificatio: unde ☿s.

## AURUM.

Aurum Metallorum cunctorum eſt nobiliſſimum, ſolidiſſimum, colore fulvum, compactum ex principiis ſummè digeſtis, adeoque fixis.

Dicitur Chymicis. 1. Sol, quia ſoli tum macrocoſmico, ſeu cœleſti, tùm microcoſmico id eſt, cordi ſympathetice reſpondere creditur, unde & ☉is ſigno notari ſuevit. German. Gold. Or. Gold. Gout.

2. *Rex Metallorum*, quod principatum inter metalla ſibi vindicet.

Præſtantiſſimum cenſetur Arabicum, hinc Ungaricum, tandem Rhenanum.

Vires. *Balſami ſeu calidi nativi, cordiſque ſummum corroborans eſt, unde & in omnibus morbis in quibus, vires reficiendæ ſunt, cum ſucceſſu exhiberi poteris. Mundificat inſuper ſanguinem, noxiorum ſcil. humorum diſcuſſione ac diaphoreſi.*

N. *Crudum aurum foliatum Veteres multis commiſcuere compoſitionibus. Verum, me hercle, cui bono, præterquam quod oculos paſcat, non video, ſolidior enim & compactior ejus ſubſtantia eſt, quam ut à calido noſtro reſolvi, inque actum deduci queat. Nec ſufficit, quod nonnulli mutua cordis ac auri effluvia ſympathica ſtatuant, atque eapropter aurum foliatum exhibent. Etenim præterquam quod eàdem facilitate id deſtrui poſſit, qua citra rationes adſeritur, applicari poſſet extrinſecus majori in copia, atque dubio procul majori cum utilitate, minoreque vel nullo cum diſpendio.*

HOFMAN. *Aurum Metallorum cunctorum eſt Nobiliſſimum.*) Philoſophis *Aurum* aliud eſt *Sophorum & vivum*, Aliud verò *vulgare & mortuum*. In illo Aureitatis tincturam latere, eſſe Lapidis materiam proximam, eſſe Chaos, cujus anima per ignem non fugata eſt, eſſe corpus digeſtum, quod brevi vitam germinativam recepturum, imò intrà paucos dies vitæ inchoantis actiones eſt demonſtraturum. Hoc autem Vulgare eſſe mortuum, cùm in eo activitas germinans ſuppreſſa ſuccumbat & ſic æternum maneret, ſi modo in aëre ſicco ambiente ſervaretur. *A Gebro* definitur *Libr. 1. Cap. 3.* Corpus metallicum, citrinum, ponderoſum, unitum, fulgidum, æqualiter in ventre terræ digeſtum & aquâ minerali diutiſſimè lotum, ſub malleo extenſibile & in igne fuſibile, examinationem cineritii & cœmenti tolerans.

*Solidiſſimum.*) Cauſa ſoliditatis, firmitatis & duritiei in Auro ex ſeminalis ſui dependet principii neceſſitate, quod poteſtatem habet aquam in hoc aliquid ab aquâ longè diverſum tranſmutandi. Unde Naturæ & rationi eſt conſonum, quod aqua in tranſmutatione in ſui corpore tantam compreſſionem, concidentiam & coadunitionem ſuſtinuerit, quantum Mercurius cum Sulphure Auri aquæ præponderat, & quantum ſeminis Auri Natura exegit, Ideoque aqua, dum ſubit ſeminis leges & diſpoſitiones, etiam ſui ponderis condenſationem & concidentiæ dimenſionum præceptis obligatur. Quemadmodum Mercurius vulgaris ex ſolâ etiam aquâ elementali & virtute ſimpliciſſimi ſeminis Mercurialis coaluit in corpus indiviſibile, impenetrabile & inſeparabile: Ita & Aurum remotè ex ſolâ aquâ elementali à ſemine ſuo ſolari in corpus ſolidiſſimum, compactum ac ſummè digeſtum fuit tranſmutatum, ut par non habeat inter Naturæ concreta.

*Colore fulvum.*) Hic color oritur à Sulphure optimè in Auro digeſto, quod, licet etiam ipſi admodum tenaciter adhæreat, ab eo tamen ſeparari poteſt, ut quantum ponderis habuit Aurum, ex quo Sulphur eductum eſt, tantum argenti illud Sulphur, ſi illi ſuperjiciatur, colore ſuo tingat & in purum putum aurum convertat. Id quod cum peragitur, candida ex auro maſſa remanet, æquè ut prius ponderoſa. Poteſtque Sulphur illud auri per cœmenta ſulphureæ naturæ quamvis impuræ intendi & augeri vid. *Dominus Morhof.* l. c. p. 76.

*Compactum ex principiis ſummè digeſtis, adeoque fixis.*) Scil. Mercurio & Sulphure ſummè in terræ gremio fermentatis & digeſtis, de quibus vide ſuprà.

*Dicitur Chemicis 1. Sol.*) Solis & Auri ſimilitudinem probant Color, ſplendor, uti jam dictum ex Sulphure ejus digeſto, quodà ſole huic ingenerari creditur, adeò ut nonnulli eò deveniant, ut ſtatuant, ſolis ipſius ſubſtantiam ex Auro conſtare liquefacto ex *Honorati Fabri* prolatâ hypotheſi. Nullum igitur mirum, ſi hæc etiam ſemina per terram ſpargat & ſibi ſimilem ſubſtantiam producat.

2. *Rex Metallorum.*) Principem enim ſibi locum inter metalla vendicat, inde & capita regum inſigni regio evincit, ſive quod metallorum Princeps plebeja capita faſtidiens principis verticis jure ſuo ambitioſum eſt, ſive quod regios mores, ut illuſtriſſimi & clariſſimi ſunt, aureos eſſe oportere ſignificat, ſive tandem, quod ipſa quoque Regum opulenta libertas vinculis aureis eſt obnoxia.

*Præſtantiſſimum cenſetur Arabicum.*) Alii etiam addunt ex Indiâ vel ex Chinâ allatum. Verùm experientiâ conſtat, illud ipſum multum habere Veneris admiſtum. Ducati Venetiis cuſi ſuam etiam in Medicinâ merentur laudem. Notandum enim, quod non niſi depuratiſſimum Aurum & ab omni impuritate liberatum pro medicamentis conficiendis adhiberi debeat.

*Vires.*) Hoc citrà ſui reſolutionem aut interitum, citrà ſui penetrationem aut in habitum corporis diſtributionem liberè & eminus ſolâ quaſi irradiatione agit in ſopitum vel ſuccenſum Archéum, retentis adhuc priſtinis & non mutatis pondere proprietatibus. Archeus hauſtam ab Auro dotem primum ſentit, in ſenſatione iſtâ ſibi fingit ideam rerum ſibi agendarum, ſequendo totius illius diſpoſitiones: Unde ſibi conſequenter pacem, requiem, aut iram ſuſcitans, harumque partas ideas aſſumens, eaſdem mox in viſcera actioni regiminis auſcultantia ſigillativè diſpergit peragens munia fauſta vel oppoſita juxtà vitalis Archéi imperium.

N. *Crudum Aurum foliatum.*) Hujus uſus in Medicinâ olim Græcis fuit incognitus; Arabes primitus hujus metalli virtutem fuêre experti, & ſuis compoſitionibus immiſcuerunt in folia redactum; Hinc in Officinis proſtat Aurea Alexandrina Nicolai, Electuarium de Ovo aureo, Et nullus eſt pulvis Cordialis vel Epilepticus, quem aurum non ingreditur foliatum. Unde non immeritò quæritur: An Aurum crudum in uſum Medicamentorum tari cum effectu trahi poſſit? *Nobiliſſ. Zwelferus in animadverſ. P. A.* & *P. R.* diſtinguit inter Aurum foliatum & Rameata Auri ſeu in pulverem minutum redactum. Aurum foliatum inutiliter adhiberi ſtatuit, tum quod ejus doſis admodum exigua ſit, tum quod fermentum ventriculi actionem in illud exercere nequeat, ſed ſe chylo immiſceat & tunicis ventriculi ſaltem ſe inſinuet, ut indè ad nauſeam potius & *emeſin* diſponatur; Et ita nullum alium habeat uſum, quàm ut oculis blandiamur, & conceptam vulgi ingentem in Aurum fiduciam collocantis opinionem ſtabiliamus. Aliam autem eſſe rationem Auri raſpati & in pulverem redacti, cujus ℈ß. vel ℈j. propinatus à ſtomachi fermento acido ſubigitur & in actum deducitur, vitioſos humores corrigit, Cor exhilarat & energiam illam, quam ei ſuprà attribuimus, depromit. vid. *Zacut. Luſit. de Medicor. Princip. hiſtor.* Libr. 1. quæſt. 24. *Malach. Geiger.* in ſuo microcoſmic. hypochondriac. Cap. 17. Sed hìc excipit *Dominus Schrœckius* l. c. Claſſ. nonâ p. 153. ſi ſcobs Auri pulveriſata à ventriculi fermento ſubigi & actuari poteſt, cur non etiam folia auri, quæ multo ſubtilioris ſubſtantiæ, & ita quoque facilioris ſolutionis exiſtunt. Verùm omninò adeo ſubtilis ſunt ſubſtantiæ ut calor noſter fermentalis ventriculi in ea agere nequeat, notum enim eſt in omni actione, juſtam non ſolùm diſpoſitionem agentis ad patiens, & patientis ad agens, ſed etiam moram requiri, ut agens in patiens ſuam exſerere actionem poſſit. Jam folia Auri ob tenuitatem, volubilitatem & ſubtilitatem quaſi inporoſam ita ſunt diſpoſita, ut ſal ventriculi fermentale ſeu ſpiritus fermentalis in ea ſeſe inſinuare nequeat, quibus & accedit continuus & negotioſiſſimus chyli, quibus folia auri ſunt immerſa quaſi, motus qui impedit, quo minus actionem ventriculi fermentalem ſuſtinere queant. Scobs autem Auri pulveriſata contrà à ſtomachi fermento facilè ſubacta vim ſuam Cordialem irradiativam facilè in actum deducit, ut etiam ignitum Aurum & aliquoties in aquâ aliquâ extinctum vel in juſculo etiam magnarum ſit virium, & in dyſenteriâ non ſine fructu adminiſtretur; Nec obſtat, Aurum nimis compactum ac durum eſſe, ut à calore noſtro digeſtivo vinci & in actum deduci nequeat, ſed integrum per alvum iterum excerni. Nam Auri actiones, uti ſuprà innuimus, occultæ ſunt & magneticæ, quæ in integris ſeſe exſerunt. Magnes integer ferrum trahit, Cinnabaris ſaltem pulveriſata Epilepſiæ domitrix, & alia mineralia integra non præparata operationes ſuas in corpore noſtro perficiunt. Minus tamen philoſophicè Aurum ita crudum in deſtillatione aquarum pretioſarum additur, dum de hoc ne tantillum quidem virium ſuper alembicum adſcendit, ſed omne in Cap. mort. relinquitur, cum

cum poſteà abjicitur ; Nec prodeſt ſi injiciatur in liquorem cum gallinâ vel alio quopiam percoquendum , dum nihil virtut. ſolaris in juſculum tranſit , utut Aurum inter coquendum adjiciatur.

N. *Excell. Zvvelferus* mirè commendat *Pulverem Solarem* ex raſurâ Auri Domini *Antonii de Pozzis*, quem & ipſe in *Officina Noſtra Beckeriana* conficiendum curavi , & ſummæ efficaciæ eſſe in morbis deploratis experior , in quo Archéus noſter ſuas etiam reperit delicias.

Recip. raſur. Eboris vel Ebor. ſ. △ ℥ j.
Pulver. Marchion. vel ſpecific.
Epileptic. D. D. J. M. ʒ vj.
Scobis Auri ſubtiliſſ. ʒ v.
Lapid. bezoar. Or. vel. Bezoardic. Solar. ℥ *ß*.
Unicornu veri marini ʒ ij.
M. f. Pulviſ. Doſ. ℈ j vel. ʒ *ß*.

Vid. Mantiſſ. Spagyric. Part. I. Cap. I. *De Auro Metallo ſeu Sole* p. m. 317. 318. ſeq.

## PRÆPARATIONES.

### *I. PURGATIO.*

¶ Purgatio Solis fit , vel à ſordibus ſuperficietenus adhærentibus , vel à metallis imperfectioribus commixtis.

Purgationi à ſordibus ſufficit lotio ex ▽, præcipuè quæ Tartaro vel Sal. com. impr æ gnata eſt , vel ex ▽ minus ſpirituoſa, id eſt, aquoſiori.

*Purgatio ab imperfectis Metallis fit,*

*1. Per calcinationem immerſivam.*

Solvitur ☉ in ▽R, quæ ſolum ☉m ſolvat, relictis reliquis intactis , hinc depletur ſolutio , præcipitaturque ; calx illa denuo fuſa , purum exhibebit aurum.

2. *Per fuſionem* 1. *cum* ♁ : Fiat regulus ſolaris, modo quem habes de regulis in ♁ : regulum hunc Solarem ✠bulo impoſitum , colloca in anemium, adde △ carbonum circularem , ( ſuppreſſionis quoque ſi vis ) adhibe, ſi opus, follem, donec totum ♁ effumarit, & non niſi ☉ penitus purificatum remanſerit. Vocant, vor dem Balge geblaſen / de l'Or purifié par fuſion avec de l'Antimoine, *Gold purified vvith vvith Antimony, blovvn by the bellovvs.* Gout geſuyvert met Antimoine door een blaes-balg / ſic purgatur ☉ ab omnibus metallis.

2. *Cum* ♄. fit ad eundem modum, quo ☾m purgare docemus, capite ſequenti.

Hofman. *Præparationes* I. *Purgatio.* ) Hæc vel à ſordibus fit, & ex ▽ Tartaro imprægnata peragi poteſt, vel ab imperfectis metallis fit.

*Per calcinationem immerſivam.* ) Solvitur ſcilicet ☉ in aquâ regis, quæ ſolum ☉ ſolvat, relictis reliquis intactis; cujus hæc ratio eſt, quod atomi aquæ regis in ☉ inveniant poros pro habitaculis, quæ ob congeneres figuras & texturas *Aurum* penetrando in partes ſubtiliſſimas redigere & multò quàm anteà capacius & fluidius facere poſſunt, ut relicto ☉ liquati fundo liberè quaquaverſum ad ipſam quoque ſummitatem unà cum ſociatis liquoris partibus ferantur, nec ad fundum relabantur , niſi per præcipitationem.

2. *Per fuſionem* I. *Cum* ♁ *nio &c.* ) Hoc, ut & cum ♄ no quæ fit, ſuo ſtant talo, utpote aurifabris admodum nota, ſicuti & illa, quæ purgationi ☉ per cementationem inſerviunt ibid. & in ſequent.

¶ 2. *Per cementationem.*

♃. ☉ laminatum. F. in olla cementatoria, S. S. S. cum cemento vulgari vel regali , committe igni gradatim horis aliquot, ut metalla imperfecta comburantur.

*Cementum vulgare.*

♃ Farin. laterum ℥ viii.
Sal. com. præparat. ℥ iv.
Sal. Nit. Ærugin. ana ℥ß. M.

*Cementum Regale, quod ſoli* ☉ *parcit.*

♃. Farin. later. ℥ iij.
*. ♉. Sal. com. præparat. ana. ℥i.
Miſc. humectando Urinâ.

*Cementum optimum.*

♃. ☉ p. 1. ♀. p. ij. fundatur ſimul , hinc fac lamellas tenuiſſimas inſtar papyri. Deinde per horas 40. vel 50. △ forti cementa , ſtratificando ſcilicet cum cemento mixto ex farina later. Sal. com. colchotare, virid. æris & * irroraque cum Acet. deſtill. forti, ſic perit cuprum. *Beguin.*

*Cementum aliud.*

♃. Alumin. plumoſ. ℥ j.
Sal. Com. calcinat. ℥ j.
Sal. Nit. ℥ß.
Alum. crud. ℥ i ß.
Terr. ⊖i ℥ ß.
Cum Acet. deſtill. F. paſta, cui involvatur ☉ laminatum.

Primum ſtratum fieri poterit ex Sal. Com. calcinat. & farin. later. cui ☉ priori cemento involutum imponatur. Tandem ultimo finiri poterit ſtratum cemento priori : cementetur gradatim primo △ lento hor. tres, plus minus, dein auge ignem , ut ✠ bulum candeſcat hor. 4.

N. *Hac ratione probari poſſunt floreni , quippe qui integri manent evaneſcentibus metallis imperfectioribus.*

### *II. CALCINATIO.*

Calcinatio ☉ eſt 1. Immerſiva. 2. Vaporoſa. 3. Amalgamatoria. 4. Cementatoria. 5. Reverberatoria.

*Calcinatio immerſiva.*

Calcinationis immerſivæ actus duo ſunt : ſolutio & Coagulatio, ſeu Præcipitatio.

Solutio fit per ▽R per ℴ ♁ ij glaciale , per ⁓m Sal. Nit. bezoardicum , per ▽s Sal. com. acuatas per ⁓m Sal. Com. alcaliſ. per ℴ ♄i, Liquorem ſeu Balſamum Sal. Com. ⁓m alcaliſatum Acet. deſtill. per ▽ alcaliſat. per ſpiritum bolarem ♉ , *, ſpiritum ⊖i, volatilem, Tartari, ſanguinis, ⊡næ, calcis vivæ, mellis, ♁ ij, ☿ i, minerarum ☉ , ♀ , ♂, ♄ ni, roris Majalis, & ſimil.

Coagulatio fit, vel humiditatis diſcuſſione, vel ſoluti ☉ repercuſſione ℴ Tartari, p. d. injectione cinerum clavellator. vel ſalium ex vegetabilibus elixiviatorum.

Præcipitatur itidem ſolutio Solis per ☿ injectum.

Præcipitatio fit etiam cum ſoluto *co , ⁓u ⊡æ. Diſſolutio cum menſtruo aqueo inſipido vix eſt poſſibilis. Poteſt tamen acrimonia ⁓us Sal. Com. ſolventis aliquo modo occultari , Sic multi aſſerunt ℴ Sal. Com. ferè inſipidum evadere , ſi lateres candentes ſæpius in eo extinguantur , & poſtmodum deſtilletur ſpiritus dulceſcens, in quo poſtea Solem ſolvant. Alii Balſamo Sal. Com. dulci utuntur, quod fit

fit ex Sal. Com. per vices XII. -ꝰu Acet. deſtill. imprægnato, deinde deſtillato, flores Sal. Com. collo ♈tæ adhærentes ſolvuntur in cella in ꝏ auri ſolutorum.

Hinc

*☉ Sclopetans ſeu fulminans, κεραυνόχρυσος.*

♃. ☉laminati & in fruſta inciſi q. v. ſolve digerendo in ℟, ( ex ▽ ℔. I. ✱ ℥IV. ( ſolutioni infunde guttatim bonam quantitatem ꝏi Tart. p. d. ( vel è contra ſolutionem ☉, infunde in bonam quantitatem ꝏi Tart. p. d. ) donec ſolutio clara & alba evadat, ſic præcipitabitur ☉ inſtar limi, ☉le omni ex parte præcipitato, ablue ſalſedines ▽ commun. calcemque ☉lis calore hypocauſti leniſſimo exicca vel ſponte ſuâ exiccari permitte; ſic paratum eſt ☉ fulminans.

N. *☉ hoc fulminans cautè tractes, ne flammam ſcilicet concipiens detrimentum inferat, concipit enim promptiſſimè ac deorſum vergens, quicquid ſubſtratum, non ſine adſtantium periculo, in fruſtilla diſiicit. Lævigaturus itaque memento ſingulis vicibus parum ſumere, non ferro ſed ligno agitand. vel -ꝰu Sal. com. aut Sulphuris guttatim affuſo, vim φλογίζειν ac fulminantem adimas. Eripitur quoque vis fulminatoria ſi calx illa in ✱ l. △ per horas aliquot ( 24. ) continuatâ agitatione coquatur.*

Vires. *Sunt qui hujus gran. iij. vel* IV. *ad ſudores ciendos exhibent.*

*Hinc & Diaphoreticum.*

♃. Calcis ☉ ( 🜅 malvat. aliquoties irroratæ; atque iterum exiccatæ ) ℥j.
Croc. ℈j.
Ambr. Gryſ. & moſch. or. ana gran. VI.
Miſc. & ſerva.

Vires. *Cum Vino malvatico, vel alio liquore exhibitum, multos affectus domare dicitur, præſertim ex obſtructione ortos: cordiale quoque inſigne eſt, at hyſtericis minus utile, ob moſchum & ambram.*

*2. Calcinatio vaporoſa.*

Fit ſimiliter vaporibus ex liquore aliquo corrodente, ( uti dictum, ) elevatis. *Paracelſus lib. 5. de morte rer. natur. hanc habet; crocumque acquiſitum ⊕-m ☉is appellat.*

♃. ☉ lamin. ſuſpende ſuper Urinam pueri mixtam cum uvarum preſſarum exuviis, ( mit Weintreſter ) in Aludele ſat amplo firmiterque clauſo. Hinc pone in exuvias uvarum calidas ♂ ℘ ( 14. ) & adhæreſcet laminis crocus pede leporino abſtergendus.

*3. Calcinatio amalgamatoria.*

♃. ☉ laminat. p. I. ☿ crudi puri p. VI. circiter F. ããã nimirum ☉ laminatum [ & ſi vis ignitum, ] cum ☿o ad △ calefacto, ut fumare incipiat, miſce: miſturam in ▽ infunde, ut miſtura ea undique fere ſimilis evadat.

Hinc tere cum duplo Sulphuris continuoque ad △ lentum agitando calcina, donec ☿ & Sulphur ſine liquefactione ac concretione exhalarint, calxque ☉is colore calendulæ remanſerit. Sic calcinatur Baſilio ad conficiendam Tincturam. vide infra, & conjunge Baſil. Chym. Militt. 2.

N. I. *Felicius procedet calcinatio ſi ( ante combuſtionem cum Sulphur. idem ☿ cum ☉ toties amalgamatus & ab eodem per retortam abſtractus fuerit, donec ſeſe invicem amplius amplecti recuſent. Vide Hartman. in practic. de Dyſent.*

N. 2. *Beguinus ſeparat ☿am ſuperfluum per corium, poſt ſeparationem miſcet reſtantem maſſam cum duplo Sal. com. decrepitati, reverberatque ſine fuſione ☉is in ♣bulo lutato, & non niſi parvo foramine aperto, ☉em ita calcinatum ( & edulcoratum, ) amalgamat denuo cum ☿io maſſam trajectione in corio reſtantem miſcet cum duplo Sulphuris vivi ſuperfunditque 🜅 optimum, una cum Sulphure effiagrandum, ſic relinquitur ☉ ſpongioſus valdeque attenuatus.*

*4. Calcinatio cementatoria.*

I. Fit quando ☉, vel cum Sulphure, vel Sal. com. quopiam ſtratificatim mixtus, in △ reverberii adhibito caloris moderamine, ne ☉ fluat, ſubtiliſſimè pulveratur, *Sala de ☉.*

*2. Cum C. C. uſto.*

♃. ☉ limat. q. v. tere diligentiſſimè cum C. C. uſto, dein reverbera [ quod in furno figulino quoque fieri poteſt ] donec colorem acquirat incarnatum.

Vires. *Medicina eſt viribus ſuis efficaciſſima doſi proportione C. C. ( quæ recipitur fere octupla ) eſt; quæ grana ☉ 3. 4. &c. contineat. Finckin. Enchir.*

*Aliter cum C. C. crudo.*

♃. ☉ laminat. & C. C. in ſimiles laminas redactum. F. S. S. S. collocenturque clauſa lutataque pyxide in △ calcinationis gradualem, tandemque horis 4. auge △m, ut pyxis incandeſcat: hinc exime, atque iterâ calcinationem novo adhibito C. C. donec ☉ reddatur friabile. ( fit vice tertiâ. ) Tandem ☉ hunc calcinatum denuo cum C. C. uſto tere ac reverbera △ mediocri, ut colorem acquirat latetum. Sic optimum habes Solis pulverem.

N. *Expedit fundum pyxidis arena vel alum. plumoſo tegere, ac ſtratum eodem claudere. Ioh. Agric. de Sol.*

*5. Calcinatio reverberatoria.*

Reverberari Sol dicitur, quando in pulverem purpureum ſeu ſumme bruneum, ſubtilem ac levem redigitur, id quod fit per ſe ignitione ſolâ, vel etiam flores Sulphuris calci ☉ admiſcendo & comburendo.

N. *Supplere reverberationis vices poſſunt iteratæ ☉ calcinationes, ſive illæ per ããã, ſive per ℟ factæ fuerint.*

HOFMAN. II. *Calcinatio ☉ eſt I. Immerſiva.* ) Ab aquâ regiâ, butyro ♁ nii, *Spiritu* Nitri bezoardico, per ▽ fortem Nit. vel Sale acuatis, Spiritum Salis alkaliſatum, Oleum ♄urni, liquorem Salis, ſpiritum alkaliſatum Acet. diſt. ♉ &c. Aurum ſolvi poſſe in minutiſſima corpuſcula nullum eſt dubium. Quod autem juxtà *Dnum Autorem* hoc etiam perficiat ſp. ✱ urinoſus, Tartari volatilis, cruoris, urinæ, &c. experientiæ mechanica contradicit. Si Aurum prius fuerit recluſum, Extractionem quidem ab his factam, ſed minus ſolutionem concedimus.

N. ad Calcinationem ☉ immerſivam etiam *Cl. Zwelferi* Croci Solaris cum Nitro. O & Sal. præparatio in ▽ facta referri poteſt, in Animadverſ. ad P. A. p. 465.

*Multi aſſerunt, Oleum Salis ferè inſipidum evadere*, ſi lateres candentes ſæpius in eo extinguantur. ) Verùm hoc modo corpuſcula ſalina acida Olei Salis lateribus ita implicantur, ut poſtmodum nedum deſtillatione elici, ſed & vires ſuas exſerere nequeant, ut ad Auri ſolutionem inepta fiant. Commodius erit, ſali decrepitato Acet. diſt. affundere, & in Alembico tamdiu phlegma Acet. abſtrahere, uſque dum Acet. prout affuſum, iterum deſtillet; Hoc ſal Acet. diſt. imbutum demum cum argillâ in globulos formatum per retortam deſtillandum eſt, unde elegantiſſimum non ſolum acquires ſpiritum, ſed & ex Cap. mort. cryſtallos ☉ ſolventes, & in

& in morbis curandis nanciſceris admodum proficuos Quò ten- di: ctià in *Dnus Autor* cum balſamo Sal. dulci, cujus in ſequ. meminit.

*Hinc ☉ Sclopetans ſeu fulminans.* ) Græcis κεραυνόχρυσος, Or petant, *Aurum* crepitans à Gallis dicitur: *Dnus Autor* aquam gram ad ☉ ſolutionem ſumit, alii ſp. Nitr. cum Sal acuatum, ubi tamen ench riſes ſequentes ſunt obſervandæ: Primò ſp. Sal. & Nitr. anatica ſumenda eſt portio, ita tamen ut ſp. Nitr. excedat aliquantiſper, ( Ego ſumo ſp. Nitr. ℥j ʒij. ſp. Sal. ℥j. ✱ ʒij ad ſolvendum ducatum ) inde cucurbitæ vitreæ ſpiritus & poſtmodum ſolvein his ✱, id quod ex tempore fit, in hanc ſolutionem injice Aurum laminatum, expone in arenam moderatè calidam, & ☉ brevi ſolvetur temporis ſpatio. Ego ſuprà ellychnium accẽſum ex tempore maturavi ſolutionem. *Aurum* ſolutum infer amplæ cucurbitæ Alemb. trexe, præcipita cum ol. Tartari p. d. magnâ quantitate, ſed ſenſim ac ſenſim, ut ebulliat, & dum ita ebullit, adde aq. fontan. ſ. q. ſtent infuſa per noctem, ac inſequente die filtra per chartam bibulam, & habebis ☉ fulminans in filtro, quod probe cum aquâ edulcoratum in aere exſicca.

N. Ol. Tartari p.d. ex Tartaro & Nitro ana calcinatis & cum aquâ ſolutis iterum in ſal coagulatis conficitur.

N. Vis fulminandi in hoc pulvere ſtupenda eſt, quatuor vel quinque grana in cochleari argenteo poſita, admotâ infrà candelâ accenſa ſimilem bombardæ exploſæ crepitum faciunt adſtantium auditû perſonantem. Scrupulus unus hujus potentius operatur, quàm pulveris pyrii libra dimidia, quæ cauſa etiam, quod pulveri nuptum tormentario muros arcium vel caſtellorum munitorum fortius diruat, quàm ſimplex pulvis pyrius. Operationem præterea ejus reddit mirificam, quod, quemadmodum pulveris pyrii ſurſum, ita hujus deorſum, ut plurimum, niſi viam inferius præcluſam inveniat, tendat. Vi hujus Auri fulminantis caſu accenſi magnum Lapidem vidi in fruſta diſiectum non ſine magno præſentium periculo. Si inferius vim ſuam exſerere ob aliquod nequeat obſtaculum, reſilit ſurſum, Exempli gratia, accipe grana aliquot cochleari indita argenteo, thalero obtege, & cochleari accenſam ſubde candelam, à pulvere exploſo ſtrepitus inſequetur validus, eritque fovea in fundo cochlearis ad perforationem ferè impreſſa & nummus ſurſum feretur cum impetu, non ſine adſtantium terrore. Hîc variæ & diverſæ tanti effectus ſtupendi à Doctoribus afferuntur cauſæ, Nos tamen omnibus ſepoſitis, ſtatuimus hancce Auri fulminantis potentiam ex ſubitaneâ partium ſalium ✱, Nitri & Tartari cum ☉ texturæ firmiſſimæ diſſociatione & diſgregatione oriri. Quod autem ejus fulmen deorſum inclinet, cauſa eſt non ſolùm corporis ſolaris gravitas & fixitas, ſed & ſalium ad hoc proclivium impetus deorſum vergens. Non deſunt, qui calcem martis eodem modo fulminare ſtatuunt, ſed fruſtra ſunt, dum inanis ejus non ſolùm eſt operatio, ſed & dum cum martis ſubſtantiâ & dictis ſalibus tam arcta non intercedit unio & textura partium. Cum Saturno magis ejuſmodi vis fulminandi exerceri poteſt, eò quod ♄ turnus per ſe vim fulminandi habeat, prout *Dn. D. Johann. Michaelis* p. m. in ſacchari ♄ urni præparatione expertus fuit, quod vi ſuâ fulminante mediantibus ſalibus Acet. duos diffregit furnos, tectum domus & feneſtras. Similem etiam cum Auro fulminante præſtant effectum Sulphur vulgare cum Tartaro & Nitr. vid. Nobiliſſ. *Rolfinck.* chym. in Artis form. redact. Libr. V. ſect. II. Cap. 18. p. m. 341.

*Vel Spiritu Salis, aut Sulphuris guttatim affuſo vim φλογίστην ac fulminantem adimas.* ) Spiritus acidus Salis, Vitrioli vel Sulphuris compeſcit ſalia Auri fulminantis abjuncta & inhabilia reddit vi ſuâ figendi ad fulminandum, quemadmodum idem etiam accidit cum pulvere pyrio ſp. Vitrioli vel Sulphuris imbuto, ut etiam ad impetum fulminandi fiat ineptus. Si itidem ☉ fulminans nimium edulcoretur, vim ſuam fulminandi ſimiliter amittit, ſed nullam tunc habet vim laxandi, quæ à ſalibus Auro connexis oritur; hæc enim quam primum calorem corporis internum percipiunt, ſolvuntur & fermentationem concitant, quâ fit, ut Natura irritetur, & illa, quæ in corpore noxia ſunt, per conſuetas evacuentur vias. Unde & ☉ fulminans in Colicâ, ſeu flatibus & ventris torminibus etiam cum fructu adhibetur, tam pro corroboratione, quàm pro flatibus diſcutiendis, quos potenter pellit & alvum ſimul deobſtruit. Miſcetur quoque interdum cum pilulis & pulveribus in affectibus melancholicis. Habet etiam hoc Aurum vim diaphoreticam ad gr. iij. vel iv. in convenienti liquore adhibitum. Interdum utramque operationem & catharticam & diaphoreticam exercet, prout à ſalibus magis vel minus per abluitionem liberatum, magis vel minus etiam ſudorem movet vel purgat.

N. Sp. Nitr. q. ſolve in eo ✱, q. ſ. ut fiat aqua regis, in hâc ſolve ſcobem ☉, ≂ cum ſp. Vitrioli Sulphureo. Hoc ☉ fulminans purgat ad gr. iij. exhibitum.

N. Sp. Nitr part. iij. ſp. Sal. part. j. miſce, ſolve in his ☉ q. v. & cum ol. Tartari p. d. ≂ta, donec reſideat, lavetur & ſiccetur, habebis pulverem crocei coloris non fulminantem. Cum liquore ſilicum etiam ≂tari poteſt.

N. R. ☉ fulminantis ℥ß. ſacchari ♄ turni cum ſpiritu vini coagulat. & Cinnabar. ♁ nii rectific. ſ. q. philoſophicâ putrefactione radicaliter uniantur. In morbis deſperatiſſimis ultimum remedium in febribus ardentibus malignis doſis pro pueris gr. iij. aut iv. in adultis gr. vj. viij. in convenienti vehiculo.

2. *Calcinatio vaporoſa* ) Quanquam Hartmannus hunc ☉lis crocum magnoperè deprædicet, neminem tamen arbitrari puto, hunc ipſum ex ☉ eſſe. Eſt enim crocus ♀ impuri auri ad hoc opus adhibiti, & cum ſale uvarum preſſarum cum ſale urinæ mixto extractus, ſi enim ☉ ſinum ſumpſeris non procedit.

3. *Calcinatio amalgamatoria.* ) Hæc quamvis valdè uſitata ac mechanicis ſit notiſſima, ſpernenda tamen non eſt, quoniam ſine ullâ fit violentiâ, ſcilicet per ☿ rium, qui interdum etiam aliquoties ab Sol. per retortam abſtrahitur, vel per Cinnabarim vulgarem & factitiam, atque ſic calx impetratur optima, dum ⁙ inde ſpongioſius fit & ad uſum Medicum efficacius. Baſilius Medicamentum habuit, quod vocavit den Purpur-Mantel/ quod ex ejuſmodi ⁙ croco paravit. Ex hoc ≂tatum Solare conficitur.

4. *Calcinatio cementatoria.* ) Hæc melius ſuccedet, ſi prius ⁙ cum aquâ regiâ ſolutum & per humiditatis abſtractionem in Vitriolum fuerit converſum & poſtmodum cum Sulphure in vaſe terreo ſub tegulâ leniter calcinando ſub continuâ commotione in crocum redactum.

2. *Cum CC. uſto.* ) Hæc commodius perficietur, ſi prius ex cornubus iſtis ſpiritus deſtillatus fuerit cum ſale volatili & oleo, & demum ⁙ calcinatio cum Cap. mort. horum cornuum fieret; Et adhuc melius, ſi cum raſurâ CC. crudi ⁙ calcinetur vel ſal CC. volatile ab ⁙ abſtrahatur, à quo tota compoſitionis dependet ratio. *Cl. Hartmannus & Dn. D. Moebius* hoc medicamentum Solare cum CC. crudo, prout & *Dnus Autor* l. c. deſcribit in frequenti habuerunt uſu, & vocarunt medicamentum ex fructibus calvariæ, modúmque præparandi diu ſibi ſecretum ſervarunt. Feliciter eo utimur in febribus malignis, dyſenteriâ epidemicâ. Doſis eſt à ʒß. ad ʒj.

5. *Calcinatio reverberatoria.* ) Notandum calcinationem hoc loco non ſumi propriè pro incineratione, quâ ſuo humido ingenito res ignis violentiâ ſpoliata in cineres redigitur, ita ut nullâ arte priſtinum ejus corpus ſit reparabile, quod in ⁙ calcinatione non procedit, ſed impropriè pro iſtiuſmodi Δgnis operatione, quâ corpus compactum ac durum ſalium corroſivorum beneficio igne reverberii ſubtilem ac ſpongioſam quaſi calcem quoad externam formam repræſentat, ſalvâ manente corporis internâ formâ.

N. Nonnulli, poſtquam ⁙ in aquâ regia ſolverunt, ſolutionem iſtam fundunt in plumbeam patinam, tunc aqua regia aggreditur ♄ num relicto Solari pulvere.

## *III. VOLATILISATIO.*

### *Unde ☉ ſpiritualiſatum.*

¶ Volatiliſationem voco ☉is per XX deſtillationem, qua ☉ velut in ſpiritualem naturam redigitur, idque fit beneficio volatilis alicujus, ejuſque debiti vehiculi, ſeu menſtrui, nimirum hoc ipſum à ☉ ſoluto toties cohobatur, donec ſecum in liquida forma eundem Solem evehat. Vehiculum autem commodum præbet, 1. ▽R. 2. ⚭ ♁ glaciale, [ vide paulo poſt ] 3. ~ nit. Bezoardici, (vide. ☉ potabile per ~m Sal. nitri. Bezoardic.) ~ Sal. Com. rectificat.

N. *Loco Sal. communis, haud ſine commodo ſubſtitui poterit ~ ex ſale alicujus vegetabilis, v. gr. Cardui benedicti.*

HOFMAN. 1. *Volatiliſatio. Unde ⁙ ſpiritualiſatum.* ) Volatiliſatio iſta ⁙ nihil aliud eſt, quàm ponderoſi corporis in corpuſcula ſatis exilia diviſio, ad eam levitatem & volatilitatem redacta, ut partes ingredientes ſtillatitiorum etiam liquorum fieri queant, ita tamen ut priſtinam iterum induant Naturam Δis examini ſubjecta. Videri hoc poteſt in præparatione bezoardici Solaris, ubi ſpiritus Nitr. bezoardici beneficio crebrius ◐ affuſi, iterumque abſtracti haud difficulter tantum Auri traducere per Alembicum poſſumus quantum ad deſtillatum liquorem duraturo colore aureo tingendum ſuffecerit.

*Spiritus ex ſale alicujus vegetabilis.* ) De hoc ſpiritu Ars pyrotechnica nihil ſibi conſcia eſt vid. ſuprà Libr. 2. Cap. de ſalibus.

## *IV. EXTRACTIO.*

### *Unde ☉ potabile Tinctura ☉.*

¶ N. *Tincturas pleraſque Solis ſolutiones & exaltationes potius eſſe quam extractiones non diffiteor; attamen quia vulgariter Tincturæ nomine efferuntur, & nobis viſum fuit idem retinere. Aurum itaque potabile communiter dicitur aurum in liquorem redactum, internoque uſui idoneum, de quo loqui videtur Hippocrates l. 1. de Diæta text. 47. Qui aurum, inquit, ad opus adhibent, tundunt, lavant, blando igne liquant (neque enim vehementi coit,) quod ubi elaboraverunt, ad omnia utuntur. Scias tamen & extractiones genuinas non eſſe impoſſibiles. Nimirum & Amici cujuſdam mei & propriâ meâ experientiâ didici, quod ex Sole oleum rubicundiſſimum aquæ ſupernatans extrahi poſſit. Id quod hic repeto, ne de certitudine dubites.*

HOFMAN. 4. *Extractio, Unde ☉ Potabile, Tinctura ☉.*) Utrum genuina ☉ extractio poſſibilis ſit, ita ut vera ejus irreducibilis Tinctura haberi poſſit, magna contentionis ſerra inter Chemicos Doctores trahitur. *Cl. Zwelferus in appendic. ad animadverſ. P. A.* de Tincturâ ☉ inquit: Apud Chymicos vulgares aurei paſſim excreſcunt montes, de quâ tamen ingenuè hoc ſentio & ſtatuo, nunquam à me viſam veram Auri vel Lunæ Tincturam; meræ ſolutiones ſunt, & vel leviſſimâ operâ citò parabiles, aliud enim eſt ſolvere, & aliud extrahere. Etenim qui Tincturam alicujus rei efficere ſatagit, is eandem ex corpore vel ſubjecto extrahat neceſſe eſt, relicto corpore colore ſuo orbato, hoc niſi fiat & apertè demonſtrari poſſit, non eſt, quod ullus glorietur de hâc vel illâ Tincturâ, quippe quæ omnes, quotquot adhuc in libris Chymicorum legere licuit, meræ ſolutiones ſint, quibus nullo modo ſpecioſum Tincturæ Nomen competit, quo mundo egregiè imponunt, ut verum maneat, quod *Paracelſus in vexatione Chemiſtarum*, etſi metallum decies millies deſtruxeris, attamen è deſtructionibus ſemper reſurget longè perfectius. Et *in Archidoxis* Libr. de ſeparat. Elementor. Cap. de metallis. Unumquodque Elementorum in ſpecie olei deſtructionis metallicæ poteſt reduci iterum in metallum album priſtinum & malleabile. Quamvis etiam pars mercurialis in metallis, adeoque & in ipſo Mercurii corpore propter adjuncta ſuſcipiat larvas Vitrioli, olei, ſalis &c. non ſunt tamen niſi oculorum impoſturæ. Unde Philoſophi dixerunt: Facilius eſſe Aurum conſtruere, quàm deſtruere. Verùm in *Manuſſa Spagyric.* part. 1. c. 1. p. 322. mentem ſuam mutavit & contrariam aſſumens ſententiam ſtatuit, Tincturam Auri ſeu Animam vel quintam Eſſentiam à corpore mercuriali Lunæ ſpeciem referente ejuſque proprietates ex integro æmulante ſeparari poſſe. Dari etiam ſeparationem ſulphuris Auri à corpore ſeu Mercurio ſuo per præcipitationem ſolutionis, ubi corpus reſidet inſtar calcis albæ, nullo ingenio, nullâ arte reducibilis, Sulphure tingente in menſtruo manente, quò ſpectant & *D. Johannis Tilemanni* experimenta circà veras & irreducibiles Auri ſolutiones nunc denuò recuſa cum præfatione *Excell. Chymiatri D. Joelis Langeletti.* De quibus infrà uberius. Quod autem ſuprà dictum, Aurum nullâ arte corrumpi, reſolvi &c. poſſe, eò quod perfectiſſimum ſit, hoc quidem certum eſt, quàm diu naturæ iſti non conjungis aliam, quæ deſtruere aut reſolvere illud poteſt: qualem ſe ſcire Chemici fatentur, extrà quam unicam nulla in hoc mundo eſt, quæ iſtud præſtare poſſit. Aurum enim duplici partium nexu conſtat, interiori & exteriori. Interior eſt, quo miſcibilia & ipſa corpora primogenia ſibi implicantur. Exterior, quo partes miſtæ ipſius ſcilicet Auri continentur. Exteriorem nexum diſturbare plurima poſſunt, tritus, pulſus, ſalia, ita ut in ſenſibiles abeat particulas, quarum tamen quævis Auri retinet formam, nec corrumpi ideò dici poteſt Aurum, quod inſenſibiles particulæ in palpabile Aurum reduci nequeant. Interiorem plexum & nexum nihil niſi, quod ex ipsâ Auri naturâ primogeniâ eſt, à vinculis ſuis ſolvit. vid. *Elegantiſſ. Epiſtol. ſæpius allegatam Excell. Morhofii* p. 90.

N. Hâc occaſione meritò quæritur; *Utrum tranſmutatio metallorum operâ humanâ fieri poſſit, vel minus?* de hâc quæſtione vid. l. c. *Cl. Morhofii epiſtol.* p. 78. Qui eam fieri poſſe & factam fuiſſe ſtatuit luculentiſſimis rationibus & exemplis p. 86 & p. 148. adeò ut, cùm hujus adſint exempla & teſtimonia ſufficientiſſima, jam non opus ſit aliundè deducendis rationibus. Ad majorem tamen rei evidentiam hîc inſeram Epiſtolam anno 1667. d. 25. Novemb. à N. N. in N. Inſulâ ad N. N. exaratam. P. P. invitatus ab N. N. in N. Inſulâ d. 25. Novembr. in feſto præſentationis B. Virginis, audivi recenſentem mihi, quod ex Hollandiâ accepiſſet octavam partem unius grani Tincturæ aurificæ, quam minimam particulam juſſus erat projicere ſuper plumbi ſex uncias, juſſus inſuper, ut hoc Aurum ſic ex plumbo factum & ignitum extingueret in aquâ (puto bis vel ter repetendam ignitionem & extinctionem) deinde hoc Aurum iterum fundere ac projicere in plumbum fuſum, quod hoc Aurum adhuc ducentas plumbi partes in purum etiam Aurum converterit. Autorem ſecretum hoc monſtraturum, ſi placeret *Sereniſſimo* N. N. ipſum inviſere, & quidem Amſtelodami habitantem. Miſit etiam de ſuprà memoratâ aquâ, cui aliquid de menſtruo univerſali immixtum, ut illius etiam in Medicinâ ſumeret experimentum quod factum eſt ab N. N. *Leidii* in præſentiâ quatuor Medicorum præcipuorum, juſſit Chirurgum cum lancettâ incidere oculum totum canis utrumque per modum crucis, ut effluerent ex uno quidem tres humores, ex altero duo ſaltem cryſtallino relicto, ut effluxis humoribus tunicæ oculorum ſubſederint, infuſis poſt aquæ illius aliquot guttis, humores iterum genitos [illegible] ſtauratos, utrumque canis oculum priſtinæ figuræ reſtitutum, & quidem illum citius, in quo permittebant & humorem cryſtallinum effluere, altero, in quo dictus humor retineretur, cum ingenti Medicorum admiratione. Apparere etiamnum in oculis inciſuræ veſtigia, quæ facta ſunt per tridunm in pupillâ, ideircò autem huic cani curato uno oculo juſſit incidi & alterum, ut ſumeret experimentum de viſu, quem colligunt ſimul reſtitutum, cùm canis hinc inde obambulet, & currat. Hactenus de verbo ad verbum Dn. D. W. Addit D. D. M. cum ſequenti die ipſum viſerem, dixit *Illuſtriſſimus* N. N. &c. admodum gratioſè monuiſſe; quod per litteras ipſi communicatum ſit, ac ſi drachma una illius Tincturæ aurificæ duodecim millia & quingenta drachmarum plumbi in Aurum puriſſimum tranſmutarint, & unica drachma illius Auri factitii poſt repetitam in aquâ extinctionem in plumbum liquefactum injecta ducentas plumbi drachmas in optimum poſſet Aurum denuò transferre. Modò Laudatus *Illuſtriſſimus* paratus eſt hoc ipſum cuivis oſtendere & acceptum fore dixit, ſi aliis etiam *Electoribus ac Principibus* communicaretur, ſe velle fateri, quamdiu ipſi hujus Tincturæ aliqua copia adhuc eſſet. Ex his & aliis apparet, in quantum jam dum largiſſimus bonarum rerum diribitor Deus in hâc extremâ mundi ſenectâ in puncto projectionis permiſerit. Hanc licet moderno tempore plurimi etiam impugnent, fruſtrà tamen ſunt, & omnibus ſeſe exponunt riſui. vid. *Epiſtol. ſæpius allegat. Cl. Morhofii* p. m. 86. Hujus eruditiſſimum diſcurſum l. c. traditum de modo & materiâ conficiendi lapidem lubet hîc inſerere, cum dicta Epiſtola in paucis adhuc ſit manibus. Cum tranſmutationis nomen, inquit, adcò Miſochemicis odioſum ſit, ac ſenſibus illorum repugnet, ſolius miſtionis, quâ tota res poteſt expediri, ſubſtituemus. Communis ſcilicet metallorum materia eſt Mercurius, ſubſtantia ponderoſa, ductilis, liquabilis, ſubſtantia altera Sulphur eſt, ſive rubræ ſit naturæ, ſive candidæ, ab hâc diſtinctionem ſuam metalla recipiunt. Jam inter perfectius miſta Aurum eſt, & quod ſecundum ab illo gradum habet Argentum; illud ex puri Sulphuris rubri, hoc ex puri Sulphuris candidi familiâ, arctiori tamen & propriori ob æqualem puriorum partium miſtionem, cognatione juncta, quàm cætera illa, Plumbum & Ferrum, Stannum & Cuprum, quæ in ſe mutuo, immediatè ſaltem non convertuntur, ut cuprum & ferrum, plumbum & ſtannum: præ cæteris verò illa, quæ ſulphur in ſe candidum habent, Hydrargyrus, Plumbum, ſtannum, Argentum facilius Aurei ſulphuris operationibus obſequuntur, quàm illa, quæ à rubro Sulphure ortum trahunt: habet enim eorum, ut cupri & ferri ſulphur majorem impuritatem cum quâdam pervicaciâ conjunctam, quàm cæterorum, quorum Mercurius copioſior eſt, & ſulphur immaturum facilius excoqui in rubrum perfectius à perfecto Sulphure poteſt: nam in imperfectum rubrum vulgaribus etiam operationibus convertitur. Hinc Chemici lubentius vel plumbo vel hydrargyro in Auri confectione utuntur, quàm ferro aut cupro. Quando itaque Elixyr ſuum componunt Chemici, materiam metallicam, quæ eſt Mercurius ex argento extractus, tot operationibus depuratam cum puriſſimo Sulphure Auri conjungunt & in ſubtiliſſimam, fixam tamen Naturam, convertunt, omni Auro longè perfectiorem, quæ iteratis reſolutionibus & coagulationibus majores ſemper perfectionis ſuæ gradus acquirit. Hoc Elixyr Plumbo, ſed prius à ſcoriis per certos pulveres liberato, cùmque funditur cum cerâ involutum injectum ſtatim cum Mercurio plumbi tanquam ſibi congenere ejuſque partibus purioribus miſcetur, unà cum ſulphure quàm arctiſſimè ſecum juncto, dum partes heterogeneæ vel ſeparantur vel fumo avolant. Mercurius plumbi per mutuum illum partium conſenſum ſtatim ſe ſociat Mercurio ſubtiliori, ejuſque Sulphur adjunctum etiam in interiorem ſui naturam recipit, excluſo illo, qui ſibi adhæret, impuriori.

N. Sum-

N. *Summæ admirationis opus eſt, unum Elixyr vel pulveris projectionis granum integram Mercurii vel Plumbi libram in verum Aurum mutare poſſe. Verùm hoc Naturæ minus repugnare experimur, ſi perpendimus, quomodo exigua croci, moſchi, ambræ, zibettæ &c. portio ſufficiat ad mille vel amplius aquæ partes tingendas, vel odore inficiendas. Quid igitur non efficiet Aurum in Naturam longè ſubtiliorem redactum? Eſt præterea etiam mutuus quidam Naturarum conſenſus Nobis incomprehenſibilis, per quem inuſitata ſæpè in Naturâ phænomena ſe oſtendunt: quæ non per generationem, tranſmutationem, ſed per alteratam partium interiorum miſtionem, qualis & præſens eſt, fiunt.*

*Sciat tamen & extractiones genuinas non eſſe impoſſibiles.*) De quibus nec ego dubito; An autem genuinæ extractiones ſint vocandæ, quæ ſaltem circâ exteriorem Auri plexum verſantur, cum ſalibus diverſi generis loco menſtrui adhibitis præparatæ, negamus. Quis enim ignorat, menſtrua elaborari poſſe, quæ ex corporibus diſſolutis eliciant & retineant partes, adeò tenaciter illis adhærentes, ut nova quaſi concreta corpora veteribus deſtructis conſtituant: Et ſtricta illa unio, quæ inter partes corporis emergentis ſupponitur, in cauſa eſt, ut aliter diſcerpi nequeant, niſi per minutas partes materiæ, quæ ad eas dividendum ſe aſſociant, & ſtrictè admodum iis illarum partibus cohærent, quasà prioribus partibus adhærentibus ſeparant. Nec impoſſibile eſt, poſſe aliquod corpus Naturæ ſuæ mutationem acquirere, nec tamen partium ſuarum divortium pati, ſolâ ſcilicet novâ partium texturâ à potenti aliquo Agente effectâ. Examinamus *Dn. Autoris* ☉ *potabilis* deſcriptiones, deprehendemus, Tincturas illas ejuſmodi etiam concreta eſſe, licet ☉ croceum ſæpè mentiantur colorem, quæ ex ☉ cum particulis menſtruorum ad corrodendum aut præcipitandum adhibitorum coalitione digeſtionis adminiculo, non autem ex merâ partium metalli illius ☉laris alteratione orta ſunt, ſeu ex merâ partium variatâ ☉ texturâ & menſtrui partium ac conſequenti diſpoſitionis ejus reflectendi aut reſtringendi lucem mutatione à digeſtione promanante ejuſmodi ☉ Tincturæ emerſerunt, Prout ex ſequentibus animadverſionibus patebit.

¶ 1. ☉ *Potabile per 🜆 ſale urinæ acuatum.*

℞. Calcem ☉, [per 🜂R factam, reverberatione in ſummam poroſitatem & brunnitatem redactam,] affunde 🜆 microcoſmic. digere l. calore per menſem vaſe H. clauſo; donec ſanguinis inſtar rubicunda tinctura evadat. Hinc decanta, & affunde novum menſtruum, idque toties repete, quoties opus, Solutiones collectæ per octo & duodecim dies digerantur. Hinc leniſſimo calore menſtruum, [in ſimiles uſus reſervandum,] in MB ſeparetur. Sic remanet tinctura in fundo forma ☍i rubicundiſſimi, in quolibet liquore ſolubilis, quæ vicem ☉ potabilis ſupplere poteſt.

Eandem ſolutionem ſi loco MB in arena per cucurbitam vel retortam deſtilles: tandem ☉ tinctura ſimul per XX tranſit, rubicunda inſtar ſanguinis, relictâ in fundo terrâ acidâ nigrâ, ſpongioſâ. Tincturâ à menſtruo ſuo in MB ſaltem tepido liberata ulterius exaltari poteſt, ſi aliquoties in 🜆 ſolvatur, ac ſpiritus idem per deſtillationem à tinctura abſtrahatur.

*Doſis à gran. iij. ad viij. imo vel ultra Hartm. in Croll. & in Pract. Senn. Inſt. Keſl. 1. Cent. 2. Gluckr. in Beguin. libr. 3. cap. 2.*

N. *Sala, Scheunemanus & alij loco ſalis volatilis urinæ, ſalem naturæ recipiunt, i. e. Macrocoſmi Elementorum vel ſpirituum in terra ceu Macrocoſmi Generatorio, [ut inibi in fœtuum terreſtrium nutrimentum faceſſat,] in corpoream ſubſtantiam tranſplantatum. Hunc arte ſpagyricâ ſummè depuratum, animatione exaltatum, vocant ☿m Philoſophorum.*

*Conſule Hartmann. in Croll. pag. 399. Salam de ☉ potabili. Tenzel. in Exeg. pag. (mihi) 491. Scheunemani Hydromantiam, &c.*

*Aliter cum 🜆 acuato per Sal. Com. vel 🜹.*

Alii 🜆 acuunt, vel ſale volatili, ſeu floribus Sal. com. aut 🜹; vel Cryſtallis ſalis dulcibus, vel ſpiritu *, aut Sal. Nit. atque ut dictum, cum hoc 🜆 acuato; ex calce ☉ ſummè brunna & poroſa, Tincturam digerendo extrahunt: abſtracto menſtruo remanet tinctura in fundo, quam circulando fixare licet.

*Uſus.*

℞. Hujus Tinctur. ʒj. 🜄 theriac. ℥j. M. pro ſudorifero aliquot dies continuando.

*Doſis ℈j. Vide Quercetan. in libr. de Medicam. Spagyric. præparat. Salam de ☉ potabili. Keſler. lib. 3. cap. 31.*

3. *Aliter cum 🜆 alcaliſato ☉ vitæ Quercet.*

Primò calcina Solem laminatum per cementat. [cum Sal. nit.] & reverbera. Secundo, cementa per Sacchar. ♄i, ſuper hac mixtura accende aliquoties 🜆 alcaliſatum. Relictam materiam circula (♂ ℘ 14.) cum 🜆 alcaliſat. abſtrahe & affundendo novum 🜆 alcaliſat. iterum circula & abſtrahe, idque repete donec tota ☉ ſubſtantia per XX efferatur. Separato menſtruo manebit ☉ vitæ præſtantiſſimum in fundo. *Quercetan. Sala.*

4. *Aliud per Ol. 🜖ii glaciale ſive Butyrum 🜖ii.*

℞. Calcin. Sol. reverberat. conjunge cum Ol. 🜖ii glaciali rectificato, digerendoque per menſem extrahe tincturam rubicundam: quod ſi illud oleum viciſſim ſeu ſecunda vice deſtilletur, aurum elevatur in 🜆 ſubtile, & hoc eſt ☉ potabile.

Vires. *Valde per diaphoreſin movent.*

*Doſis gutt. 3. 4. vel 5.*

N. *Oleum ♀ij, quod primâ hac deſtillatione ab auro prodit, purgat leniter, ſolvitque omnes obſtructiones, & multa alia præſtat. Hartm. in Croll. p. 226.*

5. *Aliud per Ol. 🜖ij Saccharatum, Baſilij Magiſterium Solis.*

℞. ☉. volatiliſat. affunde oleum 🜖ii Saccharatum, cum tantillo ſpirit. Sal. com. & extrahetur tinctura, relicto corpore ☉ intacto. *Baſil. in Triumph.*

6. *Aliud per ſpirit. Sal. nit. Bezoardicum.*

℞. ☉. foliat. ac calcinat. ſolve in ſpiritu Sal. nit. Bezoardico rubicundo, abſtraheque menſtruum calore leniſſimo, (ne ſpiritus nimium prodeant,) per XX vel phialam oblongioris colli, uſque ad pelliculam ſeu oleoſitatem. Hinc recens rubicundum menſtruum affunde, ſolve, abſtrahe, ſimiliter procedendo tertiâ vel quartâ vice. Tandem hæc ipſa ſolutio ☉ ex retorta △ fortiori deſtillatur, ut & ſpiritus prodeant, quos affunde iterum cohobando, donec ipſum aurum rubicundum inſtar rubini apparuerit.

7. *Aliud ☉ potabile per ☍ ♄i.*

℞. Cal. ☉ per 🜂R vel ☿ &c. circula per aliquot dies cum Ol. ♄i flavo; ſic compagem ☉ in liquorem ſolutam videbis.

Vires & doſis. *Uſus ejus eſt contra venena non contemnendus, imo, ſæpè viſum eſt, gutt. iv. ad viij. in vino exhibitis, etiam eos, qui exiſtimabantur morti proximi, refocillatos fuiſſe. Multum etiam præſtat in Caduco, Apoplexia, Paralyſi, & cæteris morbis capitis. Hartmann. in Croll. pag. 474. Keſler. lib. 4. Num. 57.*

*8. Aliud per ſpiritum Sal. communis.*

♃. Calcis ☉ (ſolutionem Solis in 🜆 Baſilii præcipit. cum ☿,) q.v. affunde ſpirit. Sal. com. rectificat. digerendo extrahe tincturam, corpore ☉ albo remanente in fundo, (quod eſt reducibile in ☾am fixam) tincturam exalta cum 🜈 circulando, totieſque cohobando, donec cum 🜈 per XX deducatur. *Keſler. lib. 4. cap. 71.*

*9. Aliud per ol. Sulphur.*

♃. Calcis ☉ q.v. affunde ol. Sulphur. p. c. ad eminent. digit. 7. abſtrahe cohobando aliquoties, donec ☉ ſolvatur. Soluto tandem ☉i affunde 🜈 rectificatiſs. ad emin. dig. 4. oleo Sulphuris non ſeparato. Digere ſeptiin. (6.) Hinc abſtrahe per XX 🜈, idque reitera, donec ☉ per XX elevetur. Hoc facto abſtrahatur leniſſimè 🜈, ut maneat in fundo liquor rubicundus.

N. 1. *Poſt tertiam vel quartam cohobationem ſeparandum eſt phlegma, novumque etiam affunde.*

N. 2. *Reiteratio cum 🜈 opus eſt ſeptimanarum aliquot* (10.)

Hinc fit

*Aurum Diaphoreticum compoſitum Poppi.*

♃. Calcis ☉ (à qua Ol. Sal. com. abſtractum) ℥j. Ol. ☿ ij. (ex cinnab. nativa) ℥ij. Ol. ♂is (ex ſcoriis ♂) ℥j. Superfunde Sulphur. vini, aliquoties id abſtrahendo, & remanet pulvis paulatim △ calcinandus & figendus.

*Prodeſt in contracturis. Doſ. g. viij. Popp. in Theſaur.*

*10. Aliud per Eſſentiam Sal. communis.*

♃. Optimè calcinat. (per ããã &c.) affunde Q. E. ſeu Oleum (Balſamum) Sal. com. ac extrahe, (ſolve) ſ.a. Decantatis extractionibus, (ſolutionibus) affunde 🜈 opt. rectificat. ſic 🜈 animam Solis ad ſe trahet, relictâ Eſſentiâ Sal. com. in fundo, quam ſepara; Tincturam ☉ in MB à 🜈 libera. *Sala de ☉ potab.*

*11. Aliud per ſpir. Mannæ.*

♃. Calc. ☉ fulminantem, redige in flores per peculiare aliquod inſtrumentum argenteum deauratum: Ex floribus extrahe tinctur. cum ſpiritu mannæ, abſtrahe ad conſiſtentiam pro libitu.

Vires. *Sudorem, cumque fœdiſſimum pellit, feliciſſimè morborum quorumcunque malignorum & venenatorum ſeminarium ſecum vehens. Cl. Helv.* Dieterich.

*Doſis guttæ aliquot.*

*12. Aurum potabile cum ⌒u Sal. communis Tartari.*

F. ããã. ℥j. cum ℥vi. ☿ more vulg. ſuperfluum ☿ium per corium exprime, globulum reſtantem tere cum ana Sal. Com. fuſi, fac evaporare ☿ium mediocri △, ſalem ablue aq. calidâ, calcem ☉ tere fortiter cum ℥iij. ♁ communis, pone in tegulâ fulminatoria (eine Treibſcherben.) Un Creuſet nommé foudroyant, *a burningcrucible*, een brandende ſmeltkruys. coopertâ cum foramine, cementa per 3. horas ad totalem uſque ♁ evaporationem, idque cementationis opus 5. aut 6. cum pari quantitate novi ♁ reiterra donec ſcil. ☉ in ſpongiam rubicundam attollatur.

2. Extrahatur tinctura per ſeq. Menſtruum, ♃ ſpiritus Sal. Com. Tartari parati, ut indicabitur cap. de Tartaro vini part. 1. 🜈. part. XII. Deſtilla ſimul ex cucurb. Hunc 🜈 Tartariſatum affunde calci ſive floribus ☉ ſublimatis & tingetur rubro colore, abſtrahe 🜈, remanebit pulvis coccineus, cujus vires innumeræ.

N. *Si calcem ſpongioſam aliquoties ≏averis cum part. 8. *ci donec ſandaracino colore elevetur & poſtea ab admixtione * vendicaveris, felicius & citius extractio fiet Tinctura. Ex commun. S. Cloſſ.*

*15. ☉ potabile Franc. Antonij.*

☉ Purgetur (bis) per ♁. Hinc calcinetur cum ☿. & Sulphur. Extraheque cum Sulphur. ♄i.

N. *Licet & vice ſecundâ cum Sal. com. marini fuſo ac tertiâ cum Sal. com. Tartari calcinare.*

*Doſis g. 7. 8. &c.*

N. *Hoc eſt genuinum illud adeò decantatum ☉ potabile Londinenſe, cujus deſcriptionem mibi ſervare conſtitueram. Verum cum à diverſis locis, quin etiam ex aula quadam illuſtriſſima tranſmitteretur, ut communicaretur, nolui hac in re expectationem fruſtrari.*

*14. Aliud Quercetan. ☉ vitæ dictum.*

Ex calce ☉ leviſſima & ſpongioſâ, elice Tincturam digerendo in MB. per ✳, Tincturam hanc exalta circulando cum 🜈.

Vires. *Ad innumerabiles morbos ferè incredibilis videtur virtutis. Quercetan. in Sclopet. Et ex hoc Sala in ☉ potab.*

*15. Aliud Laudanum ☿riale Bayeri.*

♃. ☉ per Sulphur & ☿m optime calcinat. ℥ß. Olei ☿alis ℥v. (forſan. ol. ♄i) Digerantur calore ciner. in phiala H. C. ☌ octo, ſic extrahitur tinctura ☉ rubicunda, hanc (relicto albo corpore) in phiala H. C. digerendo coagula (in Athanore) in lapidem rubrum, quem ſuper porphyretico humido, ſolve; rejectiſque fæcibus denuo coagula; tertio eandem operam repete.

*Doſis gran. 2. ad 5.*

*16. Aliud Billichij.*

1. Calcina cum 🜆 ac præcipita.

2. Reverbera cum flor. Sulph. & ☿, ut evadat pulvis inſtar boli armen.

3. Solve cum 🜈 rectificatiſs. digerendo ac cohobando multoties, (20.) & ultra: dein coagula abſtrahendo.

4. Solve in ſpirit. Sal. com. digere dies aliquot (3.) hinc abſtrahe. *Billich. in Exerc. th. 102.*

*17. Tinctura ☉is.*

♃ Auri fulminantis probè edulcat. part. 1. ſpiritus 🜔i volatilis part. IV. (ſunt qui Oleum 🜔 cauſticum, in quo ſalis proprii pars 3. reſoluta ſit adhibent, ſed tale menſtruum naturæ noſtræ inimicum eſt) Digerantur in B. tepenti per 40. ☌. Tinctum ⌒um rubicundiſſimum & clarum ſepara per inclinationem, abſtrahe ad ſiccitatem, affunde 🜈 è vino Hiſpanico factum & Tartariſatum, & in calore leniſſimo fiat Extractio inſtar Rubini, tinctos ſpiritus deſtilla & ad aliquam

quam conſiſtentiam redige, vel pulveris formam, quem etiam à ſapore 🜄 poteris eluere aqu. ſtill. vel diſſolvere in quocunque liquore appropr.

N. Si deſit ſpiritus 🜔-li volatilis, tunc ejus loco ſeq. Menſtruum excellentiſſimum ſubſtitue.

℞. Sal communis ℔ I. Sal. nit. ℥ VI. deſtilla ſ. a.

℞ hujus aqu. fortis part. iij. 🜄 tantundem, infunde 🜄 in magna cucurb. quam ſtatim occludes ⅩⅩ ſuo, ebulliunt enim illicò commixti ~us & flaveſcunt, deinde durante ebullitione rubedinem acquirunt, tandem eâdem ceſſante menſtruum ſubviride evadit, quod quidem nil peculiare poſſidet, niſi quod illius acredo facili negotio ab auro ſoluto elevatur, id quod adhibitis aliis 🜅 fieri non poteſt.

*Ex communic. S. Cloſſ.*

18. *Tinctura Fratris Baſilii.*

℞. ☉ per ããã calcinat. p. I. ſolve digerendo in 🜅 ✱ata, (vide in Sal. nit. 🜅m Baſilii,) vel in 🜅 ſalinâ, (id eſt, Sal. com. acuatâ) p. iij. hinc depleatur ſolutio, reſtantique ☉ calci denuo 🜄 illa ſolvens affundatur, &c. donec penitus ſoluta calx ſit: Solutiones digere in MB, ut ſubſideant fæces, quas ſepara. Solutionem defecatam digere iterum in MB ♂ ♀ (9.) Hinc abſtrahe 🜅 ad oleitatem, abſtractam aquam affunde viciſſim, imprægnaque calcem cohobationibus tantiſper repetitis, donec liquor ferè inſipidus extillatit. Tum affunde novam 🜅, imprægnaque denuo ut dictum, in arena, idque tantiſper donec ☉ per ⅩⅩ penitus tranſportatum ſit. [N. *cum ſingulis deſtillationibus ignis eſt augendus*] tandem abſtrahe per MB ad oleitatem, reponaturque ad Cryſtalliſandum, ſ. a.

Hinc

℞. Cryſtall. ☉ p. I. ☿ii vivi purg. p. iij. agitato optimè, ſic apparebunt colores, ſubſidebitque ããã, Exhalet ☿ & reſtat pulvis Solis purpureus ✱ ſolubilis: qui tingit ſubito inſtar ſanguinis.

Ex hoc pulvere extrahe ſ. a. tincturam rubicundam cum 🜄i, qui cum ſpirit. Sal. com. mixtus & dulcificatus ſit, (vide ſpirit. Sal. comm. dulcem ac 🜄 temperatam Baſil. in 🜄 i.) donec menſtruum ulterius non tingatur, & corpus album reliquum ſit.

N. I. *Menſtruum niſi caute & rite præparatum ſit, pro tinctura rubicundâ, extrahit viridem, vel alterius alicujus coloris.*

N. 2. *Corpus illud album in extractione tincturæ reſiduum, inſervit Sali & ☿io conficiendo, de quibus infra, videatur Toeldii Halographia, ubi ex teſtamento Baſilii Monachi, prolixe elaborationes haſce deſcribit.*

19. *Paulo ſecus ex manuſcripto teſtamento Baſilii.*

1. Purga ☉ per ♁.

2. Calcina, i. e. ſolve purgatum ☉ in 🜅, coagulaque.

3. Volatiliſa cum ſpir. ſal. com. acuato, per ſpirit. draconis, (✱) vide ſupra.

4. Præcipita cum Ol. Tart. vel quod melius per abſtractionem lentam.

5. Reverbera cum flor. Tart. vide ſupra.

6. Extrahe Tart. Solis per 🜄 igneum & ſpirit. Sal. com. vide 🜄 temperatam in 🜄.

7. Digere extractum Sulph. & ſolve denuo in ☿ Philoſophorum, vel in 🜅 dicta.

8. Volatiliſa cum 🜄.

N. *Baſil. repet. lapid. Phil. volatiliſat ☉ per ſpir. Sal. communis, hinc conjungit extractum Sulph. cum ſpir. 🜔-i rubeo (corroſivo) per digeſtionem cum 🜄 dulcificato ſolvit & digerit aliquamdiu; tandem cohobat, donec nihil in deſtillatorio reſidui maneat. Sic acquiritur Liquor ſolaris ſeu ☉ potabile maximarum virium.*

20. *Unicornu Solare ſeu Manna Solaris.*

R. Calcem Solis optimè reverberatam, imbibe aliquoties, menſtruo ſolari, id eſt, affunde aliquantulum ſolaris menſtrui (ad eminent. dimidii digiti,) vaſeque H. clauſo digere, l. △ ut ſiceeſcat.

Hinc iterum affunde, ac digere, totieſque repete, ut Sol in pulverem ſubrubeum tranſmutetur.

*Doſis à gran. I. ad 5.*

N. I. *Menſtruum ſolare deſtillatur per cornutam ex minera, repetitis aliquoties deſtillationibus. Mynſicht.*

N. 2. *Felicius forſan proceſſeris, ſi Menſtruum hoc ſale ſuo alcaliſaveris, calcem, cum alcaliſato hoc menſtruo circulaveris ad modum, quo alias tincturas nominem annas fieri diximus.*

*Hic non poſſum non monere quod nonnulli tincturam Solis, beneficio oleorum aromaticorum ſibi imaginentur. Nimirum calcem Solis optimè elaboratam impaſtant cum oleo, e. g. Caryophyllor. Cinamomi, camphoræ, 🜔-li, &c. hinc 🜄 rectificatiſſimum affundunt, atque intercedente digeſtione tincturam extrahunt.*

*Verum, mehercle, loco tincturæ Solis aromaticorum oleorum tincturam nanciſcuntur, quæ 🜄 rectificatiſſimo, ceu ſuo ſimili (accedit enim ad naturam oleagineam) admixta acquiritur.*

*(Impoſtores tales Tincturas plerumque vendunt, rubri coloris, nil de auri ſolutione participantes, quod quale impoſitum, reperitur.)*

HOFMAN. I. ☉ *Potabile per ſpiritum vini ſale urinæ acuatum.*) Hanc particularem extractionem quaſi Auri cum ſpiritu urinæ & vini Crollius jamdudum Chymiæ ſtudioſis communicavit p. 372. & cum illuſtratis notis *Cl. Hartmannus ad eundem.* p. 387. illamque denuò in praxi ſuâ chemiatricâ repetit. Cui ſubſcribit *Nobiliſſ. Sennert. in inſtit. Libr. V.* part. 3. ſect. 9. pag. 393. Et *Franciſc. Antonius* in Confect. ☉ potab. item *D. Tilemannus* in experimēt. nuper denuò evulgatis experiment. 15. & 17. p. 31. Verùm hoc ☉ potabile utut per digeſtionem, ſolutionem, abſtractionem, deſtillationem &c. intervenientem in tincturam ſanguinis inſtar rubicundam redactum ſit, nil quicquam tamen niſi mera etiam partium ☉ ſolutio eſt cum aquâ regiâ ſalibus corroſivis prius recluſarum & demum cum ſpiritu vini urinoſi partibus ☉ particulis adhærentibus digeſtionis beneficio in tincturam rubicundam tranſlata, quæ non ex interno ☉ Sulphure, ſed ex merâ partium ſalinarum texturâ cum ☉ minimis tenaciter adhærentibus producta.

N. *Sala, Scheunemannus, & alii, loco ſalis volatilis urinæ, ſalem Naturæ recipiunt id eſt, Macrocoſmi aut elementorum, ſpiritum &c.*) Paucis ſpiritum mundi ſeu ſal aëris. De hoc licet infrà quædam monuerimus in hujus Libri Cap. 5. De aquis, lubet tamen & hîc quædam etiam repetere. Vocatur hoc ſal univerſale, ſal Philoſophorum, de quo ſpecioſus liber extat à Gallo *Nuiſement* ſcriptus, à *Combachio* in Latinam Linguam tranſlatus, & diſcurſus de auro auræ cum meâ epicriſi. Sal illud cœleſte, æthereum, aëreum, univerſi vocant, quod vel ex rore, vel aëre, vel Nitro, vel excrementis etiam animalium v. g. urinæ, ſtercorum &c. extrahunt. Tale aliquod an detur, dubitat *Dominus Morhofius* l. c. p. 28. cum vetuſtiorum ante *Theoph. Paracelſum* Chemicorum ſchola ignorarit. Ex aëre colligi ſal poſſe non negandum, ſed illud univerſale eſſe, nemo facilè crediderit. Hoc ut & alia ſalia Vitriolica, Nitroſa &c. ſi in ſubtiliorem naturam clementi Vulcani Favonio redigantur, vel ab ☉ ipſo tincturam elicere ac ſecum per alembicum auferre videntur. Si autem ſub acrioris ſpiritus formâ comparent, tyrannicum in corpus illud exercent imperium. Huc pertinet tinctura ☉ per ſpiritum roris majalis extracta, quam pro arcano commendat *P. Borellus Centur.* I. *obſerv.* 6. Huc ſpectat & *Iohann. Tilemanni experiment.* I. 2. 3. ſeq

N. Ab hoc mirabili Aëris ſale unico ſolvente Catholico deducit

ducit etiam Nobiliſſimus D. *Joel Langelott* Archiater *Sereniſſ. Ducis* Holſatiæ Regentis, operationem chemicam *Tritur* beneficio in molâ philoſophicâ peragendam ad ☉ potabile conficiendum, dum folia ☉ dicto inſtrumento, *Molæ Philoſophicæ* nomine, infrà depictæ, interveniente 14. 🝰 continuâ agitatione tamdiu Tritui exponuntur, dum in pulverem fuſco-ſubnigrum impalpabilem convertuntur. Hunc retortæ planæ poſteà immittit △ne Aren. per gradus primùm, tandem fortiſſimo adhibito, ſtillat paucas, ſed rubicundiſſimas guttas, quæ vel per ſe, vel cum ſpiritu vini Tartariſato digeſtæ verum exhibere dicuntur ☉ potabile. Reſiduum acet. diſtil. philoſophico ex viridi æris, Sulphur. & alcoole vini longâ digeſtione parato extrahit. Pauciſſimum quod ſupereſt, beneficio borracis in corpus redigitur non ſine priſtini ponderis defectu. In Epiſtolâ ad Naturæ Curioſos. Hanc operationem inquit laudatus Vir, rudem quidem primo videri intuitu, aſt in receſſu eſſe mirabilem à ſale dicto aëris adjutam. Compendioſius ad dictam operationem nos pervenire poſſe, ſi ſale Tartari hujus catholici ſolventis ope volatiliſato loco ſolventis uſi fuerimus, ſed tunc digeſtionem longius eſſe producendam.

2. *Aliter cum ſpiritu vini per Sal. com. vel Sal. gem.* ) Quomodo cryſtallis Salis dulcibus in oleo ſalis ſolutis addito Mercurio ≏ato Auri Tinctura conficiatur vid. in *Johann. Tilemanni experiment.* 16. pag. 30 Alii cum cryſtallis ſalis indici depuratiſſimis ☉ folia in mortario marmoreo in pulverem redigunt inpalpabilem, donec rubeſcant, & demum cum Paracelſi circulato Tincturam eliciunt.

3. *Aliter cum ſpiritu vini alcoliſato. ☉ vitæ Quercet.* ) Hæc mirè commendatur ob varias ☉ præparationes per calcinationem, cementationem ſcilicet, reverberationem, circulationem, uſque ad ejus ſummam volatilitatem peractas.

4. *Aliud per ol. Antimonii glaciale.* ) Hoc oleum nihil aliud eſt, quàm butyrum Antimonii. A quo non abludit D. *Johann. Tilemanni Experiment.* 7. pag. 18. Pro Tincturâ conficiendâ hoc admodum ob vim ſuam corroſivam ſuſpectum eſt. Poteſt tamen ad bezoardicum ☉lare adhiberi.

5. *Alii per ol. Antimonii ſaccharatum.* ) Hujus olei deſcriptionem vid. *in Cl. Sennerti* inſtitut. & infrà de *Antimonio*. In hujuſmodi elaboratione probè obſervandum eſt, ut rectificatio poſt ſolutionem ☉ volatiliſati cum hocce oleo Antimonii inſtituatur, quâ factâ, cum ſpiritu vini extractio fieri debet.

6. *Aliud per Sp. Nitr. bezoardicum.* ) Hic ferè convenit cum quarto ex butyro Antimonii conficiendo, ejuſdem nempè valoris: ideoque & pro Tincturâ ſummè corroſivus ad bezoardicum ☉lare elaborandum commodior erit.

7. *Aliud ☉ potabile per Oleum Saturni.* ) Oleum Saturni quomodo præparetur tum infrà vide de Saturno, tum etiam *in Johan. Tilemanni experiment.* 7. pag. 16. A Spiritu Saturni ol. Saturni differt, non niſi modo ſubſtantiæ, quòd ille ſubtilior ac tenuior, hoc craſſius. Ille ſine ſtriis in collo retortæ apparentibus, hoc cum ſtriis inſtar ſpiritus vini. Aliàs hæc præparatio ſuam meretur laudem, quòd non ſolùm elegantiſſima ac rubicundiſſima (ob oleum Saturni aliàs in digeſtione facilè rubeſcens) inde oriatur ☉ tinctura, ſed & magnarum virium ſit in plurimis affectibus, ubi acidum peccat.

8. *Aliud per ſpiritum Salis.* ) Si loco aquæ regiæ ſolvas ☉ cum ſp. Salis rectificatiſſimo ab omni phlegmate liberato, & ex ☉ ſoluto poſt humiditatis abſtractionem beneficio ſpiritus vini ſale volatili urinæ animati tincturam extrahas, melius operaberis. Hanc cum fructu in febribus malignis & ipſâ Peſte in uſum ducere poteris. vid. *Cl. Zwelfer*, in mantiſſ. Spagyric. part. 1. Cap. 1. pag. 322.

9. *Aliud per ol. Sulphuris.* ) Hoc ut & Aurum Diaphoreticum compoſitum Poppii valdè affinia ſunt *D. Johann. Tilemanni Experiment.* 4. 5. 9. Quæ videantur.

10. *Aliud per Eſſentiam Salis.* ) Hoc non differt ab 8. cum ſp. Sal. com. ☉ ſoluto & cum ſpiritu vini in ☉ potabile tranſlato.

11. *Aliud per ſpiritum Mannæ.* ) Flores calcis ☉ fulminantis præparari nequeunt, niſi vis φλογιςικὴ ac fulminans ☉ fulminanti per ſpiritus acidos adempta fuerit, & ſic non flores ☉lis, ſed ſalium acidorum acquires ſublimatum. Interim negari nequit, ex mannâ egregium parari poſſe ſpiritum inprimis cum rore majali maritatâ, qui juſto colligendus eſt tempore, ſereno ſcilicet, quando pluvia per aliquot non cecidit dies. Sic Manna pariter debet eſſe electa. Quæ niſi obſerventur, ſpiritus etiam inde paratus nullum præſtabit uſum.

12. *Aurum potabile cum ſpiritu Salis Tartari.* ) Hæc deſcriptio ex optimis etiam non poſtrema eſt; Notandum tamen, niſi ☉ per amalgamationem & cementationem probè prius fuerit reſolutum, & ſpiritus Tartari ſuo ſale volatili non ſit impræegnatus, in ☉ potabili conficiendo fruſtrà laborari, quomodo iſte philoſophicè ſit præparandus, vide infrà *Libr. IV. de Tartaro.* Nonnulli ☉ ſolvunt in ſp. Salis acuato * in ſpiritu vini ſoluto, & deſtillant. In deſtillatione ſublimatur Sulphur ☉lare cum *, quod demum cum ſpiritu vini Tartariſato (qui ex terrâ foliatâ Tartari paratur) extrahendum, qui Sulphur ☉lare relicto * imbibit. vid. *D. Joh. Tilemanni experiment.* 14. *pag.* 28.

13. *☉ potabile Franc. Antonii.* ) Hoc eſt genuinum illud adeò decantatum ☉ potabile Londinenſe; & deſcribitur etiam à *D. Johann. Tilemanno in Experiment.* 13. pag. 25. Hic loco Olei vel Spiritus Saturni ſumit ſpiritum vel acetum philoſophicum mineræ Auri pag. 24.

14. *Aliud Quercetani ☉ vitæ dictum.* ) Hic loco acet. deſtil. ſumi poteſt ſpiritus Vir. ær. ad tincturam ☉ per digeſtionem eliciendam, quæ demum cum ſpiritu vini Tartariſato circulando exaltanda eſt.

15. *Aliud Laudanum Mercuriale Bayeri.* ) Hoc cum ☉ potabili ſuprà deſcripto *Franciſc. Antonii ſeu Londinenſi* valde affine eſt, ſi per Oleum Mercuriale intelligas ol. Saturni, & digeras calore cinerum in phialâ hermeticè clauſâ per multas ſeptimanas.

16. *Aliud Billichii.* ) Nec hoc peculiaris alicujus operationis eſt particeps; ſed cum antecedentibus etiam in primis 12. & 15. valdè conſpirat. Ultima cum ſp. Sal. com. ſolutio & digeſtio minus eſt neceſſaria, ideoque omittenda erit.

17. *Tinctura ☉lis.* ) ☉ fulminantis vis fulminans prius auferenda eſt, antequam cum ſp. Vitrioli volatili in digeſtionem ponatur; cujus conficiendi rationem infrà habebis de Vitriolo. Tincto Spiritui ad ſiccitatem uſque abſtracto ſp. vini optimè Tartariſatus jungendus, & ad extractionem calori leniſſimo ſubjiciendus eſt. Tinctum ſpiritum deſtilla & ad juſtam conſiſtentiam redige.

18. *Tinctura Fratris Baſilii.* ) ▽ regia variè præparatur, aliter cum Nitr. & Sal. com. ut in antecedenti, aliter cum Nitr. & *. Hoc loco commodius ſumitur ſp. Salis cum Sale volatili urin. acuatus. Menſtruum Domini Autoris pro tincturâ rubicundâ facilè viridem, vel alterius coloris ſuppeditat. Fæces abjiciendæ, ſolutio decantanda, & ſæpius cohobanda, ut ☉ ſpongioſum fiat. Reſtans iſte ☉ pulvis purpureus communiter à Philoſophis vocatur Der Purpur-Mantel.

N. 2. *Corpus illud album &c.* ) Hoc niſi à genuino & germano ☉ menſtruo ſulphur ejus & nexum interiorem ſolvente productum fuerit, nexu ſolum ☉ exteriore per ſalina menſtrua ad albedinem deducto, reduci per Antimonium & in priſtinum ☉ iterum converti poteſt. Sunt enim dicta menſtrua ejuſmodi energiæ, ut in cementatione, ſolutione, præcipitatione &c. tam firmo cum ☉ nexu ſint copulata, ut etiam in ipſâ liquatione ſæpè maneant unita, unde accidit, ut albâ quaſi circumdent tunicâ, ſub quâ fulvum veſtitum ☉ ad tempus ſæpè occultavit.

19. *Paulò ſecus ex manuſcripto, teſtamento Baſilii.* ) Hoc etiam nihil præ reliquis peculiaris obtinet, ſed manet antiquum cum ſalibus corroſivis peragendum teſtamentum.

20. *Unicornu ☉lare, ſeu manna ☉laris.* ) Menſtruum ☉lare ex minerâ ☉lari conficitur, quod ad eliciendam tincturam et calce ☉lis h. l. adhibetur; Ex marcaſitâ autem aureâ optimum ☉lare menſtruum deſtillatur. Prætereà etiam ex ipſo nativo ☉ albicans & ſiccum ſublimatur Sulphur pro ☉ potabili adipiſcendo & ejus tincturâ conficiendâ aptiſſimum, quod etiam ex imperfectis mineris ☉laribus nonnunquam acquiritur. Et ſi quis ſciverit Sulphur. imperfectarum minerarum volatile extrahere, poſtmodum præcipitare & denique figere, hic pro Philoſopho ex igne habendus eſt, qui autem menſtruum ☉ ſolvens verum ac genuinum adhuc deſiderat, verâ etiam ac genuinâ ☉lis extractione deſtituitur; Sulphur ſcilicet illud imperfectarum minerarum operoſo labore elicibile cum alkali quodam ſingulari, cum quo amicabiliter coit, ignis adminiculo in corpus fixum efformandum eſt, quo mira in Medicinâ peraguntur.

*Hic non poſſum non monere, quod nonnulli tincturam ſolis, beneficio oleorum aromaticorum ſibi imaginentur &c.* ) Non ſatis mirari poſſum cur *Dominus Autor* ſuprà dictâ ☉ tincturam cum ol. deſtill. v. g. cinamomi, caryophyllor. &c. limam tam ſeverè ſtringat, poſthabitis in prædictas ſuis animadverſionibus. Cum conſtet omnem extractionem niſi fiat cum totali ſubjecti, ex quo extrahitur, deſtructione, nullam eſſe, quid de ſuprà allatis erit expectandum? Et facilè eſt judicatu, quo in æſtimio iſtæ tincturæ ☉lares ſint habendæ. Interim quicquid ſit, nihilominus tamen ☉ potabile cum ol. d. Cinamomi egregium eſt confortativum, & *D. D. Johann. Michaelis* in lipothymiâ, cerebri, cordis & uteri affectibus, item in puerperio difficili ſummo ſemper cum fructu adhibuit, cum ol. Cinamomi aliàs in ſe has virtutes obtineat egregias. Loco ſp. vini ſi ſpiritus aliquis ſumatur appropriatus v. g. ſpiritus Cordis Cervi deſtillatus, vel etiam *aq. vitæ Matthioli* potabilis iſte liquor erit præſtantior.

V. SUBLI-

*V. SUBLIMATIO.*

*Unde Flores Solis.*

¶ ♃. ☉ optimè calcinat. ( per ſpirit. Sal. com. )
part. 1. * depurat. p. VII. Miſc. & ſublima. Sic ele-
vabuntur flores Solis, quos eluendo ab * libera.

*Doſis gran. 6. ad 9.*

Fiat peculiare inſtrumentum argenteum aut cu-
preum, ( pyxidis inſtar complicatilis ) conſtans ex
duabus partibus ſuperiori ac inferiori, ut aperiri poſ-
ſit. Inſtrumentum hoc in latere tubulum habeat, per
quem ſclopetans injici poſſit, ( paulatim id fieri neceſ-
ſum eſt, ) tubulum ſtatim obturando. Sic elevabitur
☉ fornicique ſuperiori adhæreſcet.

Hofman. 5. *Sublimatio, Unde Flores Solis.*) Prout Dominus *Autor* deſcribit, non procedit, eò quod ☉ per ſp. Nitr. calcinat, & cum * depurat. ſe compedibus ligari non permittit, ſed regio adſuetum palatio ſe pœnalibus quaſi clauſtris includi non patitur. Alii ex ☉ fulminante flores ☉ quando detonatur, inſtar cleſſi colligere volunt; Nonnulli etiam ☉ fulminantis ſ. q. affundant ſpiritum vini alkoliſatum, imponentes campanam, ut fit in deſtillatione Spir. Sulphuris, accendunt ſpiritum vini, ſic ☉ fulminans Spir. limatum colligere tentant. Sed plus in adſpectu quam in receſſu habere videtur.

*VI. SALIFICATIO.*

*Unde 1. Sal.* ☉.

¶ ♃. ☉ fini p. 1. ☿ purificat. q. v. vel VI. F. ããã. abſtrahaturque ☿ per retortam. Hinc F. iterum ããã. ex relicta ſcil. Solis calce, & abſtracto ☿, idque repetatur toties, donec ☉ aſſumere ☿m amplius nolit. Tunc affunde ✱ optimum, ( vel & ſpiritum Sal. com. acuatum, ) digereque l. △, decanta ac abſtrahe menſtruum ad ſiccitatem, & remanebit Sal. com. Solis.

N. 1. *Cum relicto ☉, eodem modo procedere potes amalgamando nimirum ac abſtrahendo, donec totus ☉ in Sal. com. convertatur. Keſler. lib. 1. c. 4.*

N. 2. *Alii idem meditantur ex ☉ per ℞. calcinato, ac per menſem reverberato.*

*2. Aliter.*

♃. ☉. foliat. vel quod melius calcinat. ℥ ß. Sal. com. Sal. Nit. O, ana ʒ j. Miſc. ac impone phialæ ceta Hiſpanica obturatæ, digereque calore arenæ, ſic ſolvetur ☉. Hinc affundendo ▽ calidam præcipitabitur ☉ in forma pulveris purpurei, ( maximè ſi o'o Tart. inſtilletur. ) Pulveri optimè edulcorato affunde 🜈 rectificatiſs. ſtentque aliquamdiu, ( menſes aliquot, vaſe clauſo, ) ut 🜈 ſale Solis imprægnetur. Hinc decantetur 🜈 & abſtrahatur, efflagretve. Sic relinquitur Sal. albiſſ. in fundo.

Vires. *Inſigne eſt Diaphoreticum.*

*Doſis gran. 2. 3. 4.*

*3. Sal Solis Baſilianum.*

♃. Corpus illud album, in extractione tincturæ ☉ Baſilianæ reſiduum, reverbera leniter per mediam horam, ut aliquo modo corporale fiat. Hinc affunde ▽ mellis corroſivam, digere, extraheque Sal. ſ. a. ( labor eſt dierum 10. circiter. ) Aquam mellis ſale Solis imprægnatam ſubjice deſtillationi MB ut abſtrahatur. Sal Solis reſiduum edulcora, aliquoties ▽ comm. deſtillatam affundendo, atque deſtillationibus repetitis abſtrahendo; tandem cum 🜈 clarifica.

*Doſis gran. 2. 3. 4. &c.*

N. *In hac extractione Salis remanet materia utilis pro ☿io Solis conficiendo.*

Hofman. 6. *Salificatio, Unde 1. Sal ☉*) Ejuſmodi metallorum prout & hîc Auri larvas ſæpè Nobis imponere, non adeò in chymiâ hoſpes eſt, qui ignoret. Hanc primam, ut & ſecundam & tertiam ſalis ſolaris Dni Autoris deſcriptionem ſuppoſititium fœtum ex Sal. com. Nitr. O. &c. excludere, luce meridianâ clarius eſt. Non ſum certus, inquit *Nobiliſſimus Anglus Robertus à Boyle in Chymiſtâ Sceptico* p. m. 100. non poſſe ex eodem metallo verum fluidumque Argentum vivum elici: ſed quod ad *Auri Sal* attinet, neque unquam vel illud conſpicere mihi datum, vel ex ullius fide digni Autoptæ teſtimonio coargui, tale quid unquam ſeparatum in Naturâ fuiſſe. Cum enim Solaris hujus ſalis extractio in Chymicorum proceſſibus, præſcripto per corroſiva menſtrua, aliorúmve corporum ſalinorum interventu, ſit præſtanda, dubium homini curioſo ac cauto reſtabit, emergere ſal illud ex Auro ipſo, an ex corporibus ſpiritibuſve ſalinis ad id præparandum adhibitis. *Hæc Robertus.*

*VII. MERCURIFICATIO.*

¶ ♃. Materiam in confectione Salis Solis Baſiliani reſiduam, affunde ſpirit. Tartari, digere per menſem, ac deſtilla à ſcotiis o? per retortam ( vitream ) in receptaculum ▽ æ frigidæ, aliquotâ parte adimpletum, & habebis ☿m Solis.

*Tholdius in Halographia ex Teſtamento Baſilii Monachi.*

*☿ius Solis Paracelſi.*

Paracelſus generaliter hunc modum præſcribit, quo ſingula Metalla in ☿ vivum redigi poſſint.

*Nimirum:*

1. Calcinat Metallum fumigando, id eſt, per fuliginem ☿ rii. *Vide lib. 1. cap. 14.*

2. Calcem Metalli amalgamat, cum ☿ digerit, abſtrahitque.

3. Abſtractum ☿m iterum cum calce eadem amalgamat, digerit & abſtrahit toties, ſcilicet iterando, donec calx metalli ſupra candelam inſtar ceræ liquari poſſit. Hinc digerendo calcem illam in ☿m convertit. *Vide lib. de reſuſcitatione rerum naturali, ut & lib. 6. Archidox.* ubi tempus amalgamandi obſervare monet, quo Planetæ cœleſtes correſpondentes conjunguntur. *De quo legi poteſt libri hujus primi cap. 22.* ( *in methodo conficiendi Mercurium ex metallis Penotus plus opinionis, quàm veritatis ſe comperiſſe ſcribit.* )

( Vitriolum ☉, ſive Leonem viridem, omni auro potabili præſtantiorem, parandi modum, habet *Spontonus*; Uſus illius ad arthritidem & lepram commendatur; Vid. centur. medicam. Conechidnologiæ annexam. )

Hofman. *Mercurificatio* ] Non de Mercurio vulgi extrahendo hîc ſermo eſt, quod ovum ſubventaneum à *Lullio* vocatur, & ab *Autore* etiam Noſtro intelligi videtur, ſed de ſubſtantiâ metallicâ ex perfectorum metallorum familiâ immaturâ ad levem calorem fluidiſſimâ, quemadmodum ſuprà deſcripſimus, ponderosâ volatili, ſummè ductili, non currente, ut vulgaris Mercurius. Hæc ſubſtantia in perfectorum metallorum incunabulis inquirenda. Cùm autem inter perfecta metalla ab ⁘ compacto ſperari nihil poſſit, ab Argento, vel aliquo, quod illi cognatum eſt, petenda erit. Hæc in fodinis exhibet ſe interdum lenti humoris ſpecie, qui poſtea in optimum coagulatur argentum. vid. *Domin Albini Berg-Kronick. pag. 110. Mattheſius Gur vocat. Conſulatur & Nierenbergius in Hiſtor. Natur. Lib. 16. Cap. 19.*

## CAPUT X.

### *De Argento.*

Argentum Metallum eſt nobilius candidum, Auro imperfectius.

Dicitur Chymicis Luna vel Cerebrum, eò quod in Macrocoſmo Lunæ, in Microcoſmo, cerebro ſympathicum ſit. Germ. Silber. Argent. *Silver.* Silver.

Vires. *Capitis corroborans perhibetur ſpecificum ſpirituſque animales confortare, unde & in omnibus capitis affectibus peculiaris efficaciæ cenſetur, quales inprimis Epilepſia, Apoplexia & ſimil.*

Hofman. *De Argento.* Dicitur *Luna*, quia prout *Aurum Solem*, ita *Argentum Lunam* in Macrocoſmo præſentat; Et quemadmodum in Microcoſmo Aurum cor reſpicit ob ſympathiam, ita Argentum Cerebrum, & ex illo Medicamenta conficiuntur chymica Capitis affectibus inſervientia.

*Metallum eſt nobilius candidum, Auro imperfectius.*) Nobilius ob nobilem Mercurium, imperfectius ob non adeò reſpectu Auri perfectum Sulphur, & purum quale in ⁘ eſt. Nam inter perfectius miſta *Aurum* eſt, & poſtmodum *Argentum*, quod alterum ab illo gradum obtinet. Illud ex puri Sulphuris rubri, hoc ex puri Sulphuris albi familiâ, arctiori tamen ob æqualem puriorum partium miſtionem cognatione juncta, quàm reliqua, ut ♄, ♃, ♂ & ♀ &c.

*Vires.*) Specificum cerebri confortativum in Lunâ eſt, ſpiritus animales reficiendo & irradiando confert, unde in omnibus capitis affectibus, apoplexiâ, epilepſiâ, paralyſi, vertigine &c. medicamenta ex ☽nâ præparata miræ ſunt efficaciæ. Et ex hâc etiam Aqua externa conficitur cum ▽ forti ad capillos canos denigrandos. vid. Theſaur. Pharmaceutic. annexum ſect. 2. numero VII.

### ¶ *Purgatio à ſordibus ſuperficiariis.*

Coquatur, laveturque cum ▽, in qua ſolutum Tart. ac Sal. com.

### *I. Purgatio ab alienis Metallis.*

#### 1. *Per calcinationem immerſivam.*

Solve ☾ per ▽F, quæ ſolummodo ſolvat ☾, relictis Metallis intactis.

#### 2. *Per fuſionem cum ♄o.*

Immitte plumbum in ✚bulum ignitum, ut liqueſcat, quo liquefacto, ſuperinjice ☾m, continuando ignem, donec cum plumbo metalla illa imperfecta vi ignis, partim in fumum abeant, partim quoque ſcoriarum nomine ſecernantur, relictâ ☾ in fundo.

N. 1. *Ignis ſat fortis requiritur, unde è re erit, furnum anemium adhibere.*

N. 2. *♄us hac purgatione in ſpumam cum argenti recrementis concretus, dicitur Lithargyrus, de quo infra (Helchyſma idem ferè ſonat recrementum ☽a plumbeum.)*

#### 3. *Per nitrum.*

Fluat ☾ ad ignem, hinc ſuperinjiciatur per vices Sal. nit. & purgabitur ☾a.

### *II. CALCINATIO.*

#### 1. *Immerſiva.*

Solve ☾m laminat. in liquore aliquo corroſivo, coagula inſpiſſando vel præcipitando, ac edulcora. Præcipitatur autem ☾ ſoluta, per muriam ſalſam, ▽ ſalſam, vel per particulam æris injectam.

N. *Liquor ille corroſivus, vel eſt ▽R (vide in Sal. nit.) vel ſpirit. Sal. nit. vel his finitimus humor, (ut patebit infra in tincturis, ſeu ☾ à potabili, recipitur autem in quantitate tripla, quadrupla, ſextupla, &c.*

N. 2. *☾ hac ratione ſoluta, ſi more ſolito ad cryſtalliſandum reponatur, concreſcit in Cryſtallos, quas vitriolum ☾a vocant.*

#### 2. *Calcinatio Amalgamatoria.*

℞. ☾ pur. ac ☿. ana F. ããã. admiſce ⁝. Sal. com. vel ⊖-li. Exhalet ☿ ad △, reſiduum eluatur.

#### *Calcinatoria Cementatoria.*

Fit, per Tart. ⊖-lat. per ♉, per ☿, per Sal. com. & ſimil.

N. *Calcinatio hæc fieri debet ſine fuſione.*

#### *Exempli gratia.*

℞. ☾æ lamin. p. 1. ☿ ♎, p. ij. Miſc. exhalerque ☿ ad ignem, & remanet ☾a inſtar reſinæ. *Senn. Inſtit.*

Sic cementatur quoque cum duplo ♉, vel cum quadruplo Sal. com. hor. 4. 5. 6. 7. 8.

#### *Aliter.*

℞. ☾ limat. p. 1. fl. Sulphur. p. ij. Sal. com. p. ß. Miſc. ſublimaque ſepties, ut flores Sulphuris ſublimari ſolent, ſublimatum reſtanti materiæ ſemper addendo, ultimâ vice ſublimatum abjice, reſtantemque materiam aquâ elue.

Calcinatio ☾æ cæmentatoria fit etiam ut ſupra dictum eſt de ☉ potabili cum ⁓u Sal. Tart.

#### *Calcinatio Reverberatoria.*

Quia ☾ facilius igni ac calcinationi paret, quam ☉, ulterius operoſâ reverberatione opus non habet, nihilominus tamen, cui ita viſum fuerit, amplius ☾ calcinatam elaborare poterit, denuo illam cum Sulph. vel cum Sal. comm. (♉) vel ſimul cum Sulphure & ♉, vel cum Sal. Com. & ✱, &c. aliquoties pro lubitu cementando, ac dein ablutionibus à ſalſedine liberando.

#### *Exempli gratia.*

℞. Calc. ☾ (per ▽F) ℥j. Sal. com. ℥ij. ✱ ℥ij Miſce & reverbera per ♂ 8.

Hofman. 2. *Calcinatio 1. immerſiva.*) Solvitur ☽na in menſtruo quodam corroſivo, v. g. ▽ fort. ſp. Salis. Nitr. &c. Et ſoluta ⫫tatur per Muriam ſalſam, ▽ ſalſam, vel per particulam æris injectam. Hoc enim modo ſpiritus corroſivi ▽ fort. aggrediuntur ♀rem ob figuras proportionatas, quas in eâ inveniunt, & ☽nam relinquunt, cujus tamen particulæ ♀neri concervatim adhæreſcent, ſi laminatim fuerit injecta.

N. ▽ pluvialis etiam ☽nam ſolutam cum ▽ fort. ⫫tat, id quod ▽a ſalana ſeu fluvialis, & putealis noſtra non præſtat, utpote admodum acida, nitroſâ & ſalſa.

N. 2. *☽ hâc ratione ſoluta, ſi ad cryſtalliſandum reponitur, concreſcit in cryſtallos.*) variis cryſtalli iſti inſigniuntur nominibus. Dicuntur purgantes, unde ☽na hydragoga, cathatricum ☽næ, quia hoc purgat aquam hydropicorum, cum pilulis vel aliquo Extracto hydragogo adhibitum. Miſceri etiam poteſt cum aliquâ conſervâ v. g. fl. perſicorum, vel etiam roob ſambuci. Hujus effectus ratio omnis dependet à ſalibus adjunctis corroſivis, unde non nimis crebrò exhiberi debet, aliàs noxam inferre poteſt. Hujus uſum inſequi debent Ebur. C △. ſpec. diarrhod. Abbat. Diatrion. Santal.

*Calcinatio cæmentatoria fit per Tartarum Vitriolat. &c.*) Hæc calcinatio

cinatio ſine fuſione fieri debet. Hic Tartarus Vitriolatus ☽naris conficitur ex laminis ☽næ facto SSS. cum Tartaro Vitriolato, inde pulvis viridiuſculus reſultat, qui mirè in affectibus Capitis pro digeſtivo commendatur.

Rec. ☽ *næ Lamin. part. I.* ☿ *rii* ♎*at. part. ij. &c.*) Melius procedet, ſi ſumatur tamen. Lunæ ℥j. vel ℥ij. ☿ rii ♎ati pond. æq. ✱ tantundem, hæc probè commixta parvæ phialæ longo collo munitæ immitte quàm optimè clauſam flammæ candelæ admove & brevi temporis ſpatio in fundo ☿ rium fluentem videbis, vitroque fracto reperies etiam reliquam maſſam ſpongioſam & raram. Ratio eſt, quod ſalinæ partes ♎ati cum ✱co vehementi calore excitatæ Argentum adoriantur, quo ipſo minutæ partes ☿ rii à ſalibus, quæ ipſas disjunctas tenebant, liberatæ & per calorem huc illuc agitatæ poſt varios motus in hanc coëunt maſſam Reliqua ſalia volatilia etiam ☽nam arrodunt, cumque eâ unita novum concreti genus componunt.

*Aliter Rec.* ☽ *limat. p. 1. fl. Sulphuris p. ij.* Salis part. ß. M ſ. ce.) Optimè procedit calcinatio om ſſo licet Sale. Inde non ſolùm egregia Tinctura ☽næ cum ſp. lil. convall. & ✱niaci Urinoſ. addito tantillo ſpiritus Vitrioli ſed & Aqua ☽næ confici poteſt, quæ ſeq. modo præparatur; Si ſcilicet ☽næ ſic calcinatæ cum fl. Sulphuris affundatur ▽a cephalica vel ſimplex, vel compoſita, atque ita ☽na calcinata extrahatur. Sic v. g. in debilitate memoriæ ☽næ huic calcinatæ affundi poteſt ▽a Sophorum Dorncreil. vel Mynſicht. vel ▽ cerebri humani. In Maniâ ▽a fl. hyperic. & anagallid. fl. phœnic. In Epilepſiâ ▽a Epileptica Langii, vel ▽a lil. convall. fl. tiliæ. Sic etiam in reliquis affectibus pro eorundem diverſitate affundi poſſunt ▽æ ſpecificæ vel ſ. v. l. c. Et ſi edulcorentur, in majori poſſunt propinari doſi.

N. Probè hic attendatur, ne nimium Sulphuris ultrà partes duas addatur, aliàs ☽nam Sulphur comburit, neque etiam juſto minus addatur, aliàs ☽na non ritè calcinatur. Scilicet ad ☽næ ℥j. addi poſſunt ℥ij. vel ℥ j ſ. fl. Sulphuris.

*Calcinatio* ☽ *næ cementatoria fit etiam cum ſpiritu Salis Tartari.*) Convenientius cum ſale Tartari volatili.

N. Mira operatio per cæmenta eſt, refert *Dnus Stockmannus in Oratione inaugurali Roſtochii Anno 1619 habitâ de Argento in Aurum* per cæmentum Mutato. Propriam, inquit, fidem teſtor, quod aliquando hîce viderim, Laminas & benè magni ponderis argenti fruſta per ſubviride cæmentum ita perfici, ut Auri naturam induerent optimæ notæ, idque ſpatio paucarum horarum igne non magno. Verùm magna hîc ſuſpicio eſt de ſophiſmate quodam; facile enim per inſidias ⁖ pulvis vel carbonibus vel Crucibulis recondi poteſt, ut arte factum quis putet, quod verum & nativum eſt. Vid. Michael Mejerus in examine fucorum Pſeudo-chemicorum detectorum, item *D. Morhofius* in epiſtol. citat. pag. 84

*Calcinatio Reverberatoria.*) ☽ non nimium debet calcinari, aliàs loco medicamenti pretioſi adipiſcimur Medicamentum vulgare purgans nauſeabundum vel emeticum ob ſaporem vitriolicum.

### *III. Solutio & extractio unde* ☽*æ potabiles & Tinctura.*

¶ N. *Luna ut mollior eſt Sole, ita facilius quoque in potabilem formam reduci poteſt, adeò ut ſi optimè calcinata fuerit, ſoli 🜈 i, optimè tamen rectificato obediat. Quia tamen labor iſte aliquo modo laborioſus ac diuturnus eſt loco 🜈 ſimplicis, idem ille 🜈 acuatus, vel aliud aliquod menſtruum recipi ſolet, ut patebit in ſingulis.*

### 1. ☾ *potabilis per* 🜈 *ſimplicem.*

♃. ☾m calcinat. (cum 🜈 in quo aliquid ✱ ſit ſolutum) extrahe cum 🜈 cohobando aliquoties.

*Doſis gran. 3. vel 6. Gluckrath.*

### *Aliter.*

♃. ☾ calcinat. (per 🜂, ſeu liquorem corroſivum deſtillatum ex Minii p. 1. ✱. p. ij. extrahe cum 🜈 optimè rectificato. *Keſler. 1. cap. 1.*

### 2. ☾ *potabilis per* 🜈 *ſale urinæ acuatum & ſimil.*

♃. ☾m calcinat. (per ⌒ Sal. nit. cum cohobiis, vel per ☿,) extrahe per 🜈 rectificatum acuatum, ſale urinæ volatili, (id eſt, per 🜈 microcoſmicum,) filtra & coagula. *Vide de* ⊙ *Keſler. 1. cap. 7. Sennert. Inſtitut. Beguin.*

### *Aliter.*

♃. ☾ calcinat. (ſcilicet miſcendo cum fl. Sulph. p. ij. Sal. com. p. 1. & ſublimando ſepties, *vide ſupra cementat.*) p. 1. 🜈 opt. p. iij. Sal. com. Urin. volat. p. ¼. digerantur in vaſe benè clauſo per dies aliquot.

Hanc deſtilla per retortam vitream aliquoties, [8. 9. aut tantiſper] donec materia aſcendat cœrulei coloris. Sin minus hæc ſucceſſerint, calcinetur denuò ☾ pluries, & procedatur ut dictum.

*Doſis gran. 5. 6. 7. &c.*

N. *Eodem modo fieri quoque poteſt* ☾ *potabilis per* 🜈 *acuatum Sale Naturæ, de quo in* ⊙.

### 3. *Alia* ☾ *per* 🜈 *Tartariſatum.*

♃. Calcem ☾æ reverberatam, (cum fl. Sulphur.) affunde 🜈 opt. Tartariſatum, abſtrahe cum ſeptem cohobiis, ſic ſolvetur ☾, circula per menſem in MB. & habebis liquorem cœruleum. *Keſl. lib. 4. c. 44.*

### 4. *Alia per* 🜈 ⊖*-latum.*

♃. ☾ calcinat. q. v. extrahe ſ. a. tincturam cœruleam cum 🜈 ⊖-lato (*vide Vinum*) decanta ac abſtrahe.

N. *Præſtat reliquis in Epilepſia.*

### 5. *Tinctura* ☾*æ Baſiliana.*

Habeatur in promptu,

1. Sal. commun. cum ana Calcis vivæ calcinatum, *vide calcinat.* Virid. æris.
2. Ad manus ſit calx ☾æ.
3. Paretur 🜄 ex ⊖-i & Sal. nit. ana.

### *Ergò.*

♃. Calcem ☾æ. miſce cum Sal. com. calcinato, cum calce viv. & inde phialæ vitreæ, affunde 🜄m, eamque abſtrahe deſtillando cohobaque vice tertiâ, ultimâ vice ignem augendo, ut materia in vitro fundatur. Sic ☾m nanciſceris pellucidam, ex qua cum ⋇ fortiſſ. extrahatur ſ. a. tinctura ſub colore ultramarino.

N. *Remanebit corpus* ☾*æ in extractione hac reſiduum, quod Sali* ☾*æ conficiendo reſervetur.*

### *Videatur Tholdius in Halographia ex Teſtamento Baſilii.*

N. *Plures modos tincturas* ☾*æ conficiendi, ad imitationem modorum, qui in Solis tincturis deſcripti ſunt, ipſemet Lector colligere poterit.*

### *Exempli gratia.*

Tincturæ cum 🜈 acuato Sal. com. naturæ, &c.

Eſſentia ☾æ, uti lapidum & cryſtalli extracta Cloſſæana ſunt, parari poteſt. *Vid. c. 4.*

### *Luna potabilis S. Cloſſ.*

Luna potabilis fiet ſi primo ☾am laminatam pluries cum Sulph. calcinaveris, & inde per affuſionem aqu. communis ⊖-lum elicueris, quod reſolvendum erit in ſpiritu compoſito ex Sal. com. Sal. nit. & 🜈 præſcripto Art. de Tincturâ Solis, fæces ſegregando

per digeſtionem, tincturam cœruleam cogendo in pulverem, è quo demum per 🜅 vera eſſentia exurgit adverſus Epilepſiam optima.

*Ex communic. S. Cloſſ. Alio modo.*

Primo ããã &c. pars una ☾ cum part. 8. ☿ii exprimaturque per corium, ſecundo globulus reſtans teratur cum quadruplo Sal. com. decrepitati & prunis ardentibus calcinetur per horas 4. in pyxide cæmentatoria: ſi quid non probè calcinatum ſuperſit, cæmentetur iterum addito novo Sal. com. & calx à Sal. com. per ablutiones liberetur. Tertio ſublimetur hujus calcis ℥j. cum ℥iv. ✱ci idque 5. repetatur 4. liquore acido potabili primum (⚹) dein Sulphureo, vegetabili (🜅) extrahatur Tinctura, quæ ad ſiccitatem reducta ſal dabit in cella diffluens in Oleum, quod itidem ſpatio 10. ♂ fixari poterit in Medicinam morbis cerebri ſpecificè dicatam.

*Ex communicat. ejuſdem.*

HOFMAN. *Solutio & Extractio, unde ☽næ potabiles & Tincturæ.*) Quod ſuprà de ⊙ ejuſque præparatis medicamentis monuimus, idem & hoc loco de ☽nâ & ejus præparationibus ſive ſolutionibus & extractionibus volumus intellectum, utpote ⊙ proximè, ut ſuprà diximus in perfectione, duritie, & fixitate ſuccedens, examen ſive fulmen ♄turni licet non in tanto gradu, tamen in ſuo genere fixitatis ſuſtineat. Et quacunque ratione vulgari, prout *Dn. Autor* tradidit, à ſalibus annexis immutetur, tamen Ejus ſubſtantia propriè in calcem, Tincturam, Salem & Mercurium vivum reſolvi nequit, ſed vivum manet in plauſtro, niſi alio medio Ejus nexus interior deſtruatur, idem numero priſtinum iterum adſumit habitum. Omnes igitur calcinationes, ſolutiones, extractiones circà Ejus corticem exteriorem verſantes, item Tincturæ, Magiſteria &c. nil niſi variæ cæteroquin larvatæ Lunæ vexationes ſunt, ex Lunæ ſolutionibus à ſalibus menſtruorum corroſivis prognatæ, ſub quorum texturâ & variâ figurâ Luna manet integra. Prævíæ illæ Calcinationes non alio fiunt fine, quàm ut Luna ſoluta ſeſe eò facilius cum Menſtruis additis conjungere & Tincturam adſcititiam repræſentare poſſit. Aliàs enim notum eſt; ex *Luna* ut *Luna* tanquam corpore fixo ☿rium fixum & Sulphur albicans habente, nullam Tincturam, ſive ea cœrulea aut viridis ſit, juxtà vulgarem modum cum ſalibus corroſivis extrahi poſſe, ſi qua autem Tinctura videatur, illa non ex ☽nâ, ſed ex Cupri Lunæ à monetariis admixti cum particulis Menſtruorum ſalinorum, puta Nitri, Vitrioli, 🜄 fort. &c. ad Lunam corrodendam aut præcipitandam adhibitorum coalitione emergit, unde & pro diverſitate dictorum Menſtruorum Tinctura Lunæ variat, ut modò ſit cœrulea, modò viridis, modò flava &c. Sic verbi gratiâ. Si ♀ ſolvatur in Acet. diſt. Tinctura inde reſultat viridis, ſi ſumatur ſp. Urin. fit cærulea; Factâ ſolutione Argenti puriſſimi, nulla manifeſta Tinctura prodit, niſi quòd quandoque valdè languido colore ſubcœruleo videatur. Cùm tamen ſequentes *Dn. Autoris* Solutiones & Extractiones ſeu Tincturæ ut inutiles non ſint adeò ſimpliciter rejiciendæ, ſi dextrè ac debitè præparentur & in uſum ducantur, non ſine notabili effectu in plurimis Capitis affectibus conducibiles; Lubet illarum animadverſiones ſingulis deſcriptionibus ſubjicere.

*Loco ſp. vini ſimplicis ſp. vini acuatus recipi ſolet*) Acuitur autem vel cum ſale Tartari fixo, vel volatili, floribus item ✱ci, ſale volatili urin. CC. cranii humani &c.

1. *Luna potabilis per ſpiritum vini ſimplicem.*) Rec. Lunam non ſinam calcinat. & loco ✱ci etiam Sal. com. volatile urin. ſubſtitui poteſt. Sequenti etiam modo procedit. Rec. Limatur. Lunæ, ſ. q. adde ſal volatile urin. q. v. inde vitro accuratè clauſo, repone per menſem & habebis pulverem ſalinum cœruleum, ſal exinde ♎ma, manebit in fundo calx cærulea, quam extrahe ſp. vini rectificato. Item Sal. com. volatile urin. inde pyxidi argenteæ, probe opertæ, tractu temporis Sal. com. urin. arrodit Lunam in laſuram, Sal. com. ablue & extrahe laſur. per ſp. vini & habebis Eſſentiam Lunæ.

2. *Luna potabilis per ſp. vini ſale urin. acuatum.*) Hæc ut & altera deſcriptio ſuum merentur locum. Commodè tamen etiam ſequenti modo elaborari poſſunt. Rec. Lunæ laminat. ℥iij ſolve cum ſp. Nitr. ſ. q. ſolutionem abſtrahe in cucurbitâ vitreâ, donec cuticula quædam appareat, quâ frigefactâ in cryſtallos vel V triolum Lunæ converte, in patellâ vitreâ leni calore exſicca, & in pulverem albicantem converte, Cui poſteà admiſce ✱ci optimè ♎ti duplum. Relinque aliquandiu aëri humidiori libero, ut Sale Naturæ imprægnetur, expoſita, quoad colore cœruleo viridescente imbuantur, hoc facto, immittantur cucurbitæ vitreæ ſuo capitello munitæ & in Aren. ♎mentur, ſic ✱ animam Lunæ evehet, quæ poſt reiteratas ♎ationes addito recenti ſemper ✱co per elixiviationem cum 🜄 â ſ. à ſale dicto ſeparanda eſt, & ex hac tandem Tincturâ per Spir. Vini ſale volatili urin. eſſentificatum extrahenda, repetitâ recentis Spiritus affuſione, quoad omnis Tinctura prolecta ſit.

N. *Eodem modo fieri etiam poteſt luna potabilis per ſp. vini acuatum Sale Naturæ.*] Experientia hic conſulenda eſt, an etiam *Tritus*, beneficio Molæ philoſophicæ inſtitutus, aliquid præſtare poſſit, quemadmodum ſuprà de ſale demonſtratum fuit.

3. *Alia ☽ per ſpir. vini Tartariſatum.*) Spiritus Salis tartari volatilis præſtantior erit, Lunæ cum fl. Sulphuris calcinatæ affuſus.

4. *Alia per ſpir. vini Vitriolatum.*) Conficitur hic Spiritus, ſi ſp. vini rectific. cum ſp. Vitrioli anaticâ parte miſceatur & per Alemb. ex Aren. deſtilletur primo lento △nis gradu, deinde fortiori, ſæpiuſque cohobetur & circuletur in digeſtione.

5. *Tinctura Lunæ Baſiliana ut & Luna potabilis S. Cloſſ.*) Hæc non ſunt de nihilo, & laudem merentur; attamen nec interiorem Lunæ nexum ſolvunt, ſed adhuc in exteriori verſantur.

## IV. SALIFICATIO.

☾a in ſalem ⊖-tum quomodo convertatur, ex jam dictis innotuit. Dabimus igitur modum ſalificandi Baſilianum, quem ex teſtamento ejus manuſcripto verbotenus cum plurimis aliis tranſtulit Tholdius in ſua Halographia.

*Nimirum.*

℞. Corpus illud ☾æ in extractione tincturæ Baſilianæ reſiduum, affunde 🜄 mellis corroſivam ſ. a. abſtrahe & edulcora, ut dictum in Sale Solis.

N. *Supererit materia, ex qua extrahi poteſt ☿.*

Vires. *Conducibile eſt morbis capitis, & inprimis Epilepſia, Hydropicam aquam exiccat.*

*Doſis gran.* 4. 5.

[ Chirurgi loco lapidis Corroſivi ſæpè ſale ☽æ cauſtico utuntur tanquam minus doloroſo, citiuſque eſcharam faciente, [ ſubflavam. ] Modus conficiendi Molinetti traditur ab Hofman. ℞. ☽. capellatæ ℥ij. Aqu. fort. ℥vi. Minutiſſimè in ſcobem redactam ſolve, pone in vaſe vitreo △ ∴, ubi ☽a ſoluta, auge paulatim △, & lapidem ☽. inſtar lanæ habebis, qui per gradus perficitur ad 🜄 conſumptionem. ]

*Spiritus lunaris S. Cloſſai.*

Prima opera ſit in parando ⊖-lo ☾æ, quod fit per Sulph. inſtar ⊖-li ♀is, verum ad minus calcinationibus 20. iteratis indiget. Longe faciliori ac meliori methodo extrahitur è limaturâ ☾æ ſubtiliſſima beneficio aq. lilii convall. ℥iij. fortificatæ cum ℥j. ſpiritus ⊖-li ♀is (vel cum ⚹ tenendo per menſem in digeſtione cinerum, ſic ſpiritus ♀eus imprægnabitur Tincturâ ☾ ex cyano ſubvireſcente, quâ ſepoſitâ alium ſpiritum ⊖-li ♀ci ſubſtitue, totieſque extrahe, donec tota ferè ☾ ſoluta ſit, tandem ſolutiones evapora ad cuticulam uſque, collige cryſtallos, è quibus ſiccatis per ♌ more ſolito primo phlegma & ſpiritum ♀is pelles, quæ ſeorſim ſervanda, deinde auctiori △ ſpiritum ☾æ & ultimò oleum.

*Spiritum hunc Lunarem Idiopathicæ Epilepſiæ ῥιζότομον eſſe, expertus eſt author qui ſupra.*

HOFMAN. IV. *Salificatio.*) Quod ſuprà de Sale ſolari annotavimus, idem iſtud & huc ſpectat de Lunari Sale, quod Nemo hactenus ullo modo demonſtrare potuit, ab omnibus Mineralium generibus ſeparari poſſe: Et quod *bonus ille Tholdius* in ſuâ Halographiâ ex Teſtamento Baſiliano ſuppeditat, ſalium adjunctorum ex Sal. com. Nitr. Vitriolo acet. deſtill. ✱ &c. eſt progenies & quædam duntaxat corporum ſeparatorum, cum iis, quæ operationi adhibita fuerunt, intermixtura. Quoad *Mercurium*,

certum

tertum equidem eſt ; *Argentum* æquè ut *Aurum* conſtare ex ☿rio,non vulgi, ſed philoſophico, & Sulphure ſuo albicante, ut ſuprà docuimus. Ille ſummâ Arte ex Argento elici poteſt , ut ſubſtantia puriſſima, viſcoſa, ſummè ductilis, volatilis, ponderoſa; non tamen currens, ut vulgaris Mercurius. Qualem *Tachenius* in ſuo Hippocrate chemico cum Salibus reſuſcitativis ex Argento forſan caſu elicitum nobis proponit. Quis ſe vadem dederit, ☿rium ♎atum huic mixturæ cum reliquis ſalibus non intermixtum fuiſſe , cujus repagula ſalina corroſiva à Sale Tartari fuêre ſoluta , ut poſtmodum cum ☽nâ ☿rius vivus ſeſe 🝟taverit & in currentem manifeſtarit.

*Spiritus Lunaris S. Cloſſæi.* ) Hic nihil aliud eſt , quàm Salium Vitriolaceorum ex calcinatione ☽næ laminat. reſultantium congeries , qui tamen in capitis affectibus curandis non rejiciendus eſt, vide ſuprà.

¶ [ *Mercurificatio videatur apud Spontonum. Mercurius hic cum luna amalgamatus celebratur in Cephalalgia, lue Venerea, vertigine.*

*Doſis gran. x. ad* ℈ *j.* ]

## CAPVT XI.

### *De Ferro.*

CLaſſis ſecunda , Metalla ignobiliora duriora continet, Ferrum ſcil. & cuprum.

HOFMAN. *De Ferro. Claſſis ſecunda Metalla ignobiliora duriora continet , Ferrum ſcil. & Cuprum.* ) Metalla ſunt vel *Fixa*, vel *Volatilia*. *Fixa* vel ſunt in excellenti gradû talia , ut *Aurum*, quod eſt metallum fixiſſimum , & *Argentum* , *Ferrum & Cuprum*, quæ quidem etiam fixa ſunt, ſed non fixiſſima; quæ diuturnâ △nis violentiâ calcinata vel penitus cum totâ ſuâ ſubſtantiâ avolant, vel ex parte , ſi magis impuriora & terreſtriora ſunt corpora, ut *Ferrum & Cuprum* in ſcorias aut in crocos convertuntur: *Volatiliora ſunt Stannum & Plumbum*, quæ forti calcinatione & reverberatione ferè totaliter avolant, paucis ſcoriis relictis, leni verò calcinatione in pulverem & quaſi cineres convertuntur , qui pulvis violentiori △ni expoſitus in ſuam priſtinam redit formam metallicam.

### *Præparationes præcipuæ.*

¶ 1. Purgatio. 2. Calcinatio. 3. Sublimatio. 4. Deſtillatio. 5. Extractio. 6. Salificatio. 7. Liquatio.

### *FERRUM.*

Ferrum Metallum eſt ignobilius, conſtans ex Mercurio & Sulphure minus liquabili, crudiori, ſeu ſi mavis ex Sulphure, ac Sale, quæ partibus terreis crudioribus immixta ſunt.

Vires. *Diverſis ♂ dotatum eſt viribus : adſtringendi ſcil. & aperiendi. Vis aperitiva in volatiliori potiſſimum reſidet parte, ac proinde in ſale : vis adſtrictoria in fixiori , adeoque in terra latitat. De his , qui ulterius erudiri cupit, adeat problem. Horſt. Decad. 7. qu. 2.*

HOFMAN. *Ferrum metallum eſt ignobilius conſtans ex Mercurio & Sulphure.* ) Hæc omnibus metallis communia ſunt principia proxima , de ſale nihil ſcimus. Et prout Sulphur vel purius vel impurius fuerit , aliam vel aliam ſortitur miſtionem : unde vulgò diverſæ illæ metallorum ſpecies conſtituuntur. Quæ utrum ita vocandæ ſint , inutiliter diſputatur. *Ferrum & Cuprum* majorem Sulphuris impuri copiam cum minori mercurii parte obtinent; Plumbum autem & ſtannum plus habent Mercurii metallici, quàm Sulphuris , & quidem adhuc candidi immaturi, unde & hoc facilius excoqui in rubrum perfectius à perfecto ſulphure poteſt.

N. *Ex Luto beneficio olei Lini Ferrum ſe confeciſſe teſtatur Beccherus in Supplem. Phyſic. Subterran.* ut inibi ferrum reverâ generatum fuiſſe ſibi perſuadeat. Verùm, durum hoc eſt credere; Ferrum ex Luto ſeparatum fuiſſe , non autem de novo productum, facile crediderim. Notum enim eſt , Lutum ſive Argillam ſæpè iſtiuſmodi mineris martialibus non eſſe deſtitutum. Unde & *Gilbertus* Libr. I. cap. 8. de Magnete, Nullam eſſe terram teſtatur, quæ martiali non ſit imprægnata ſubſtantiâ.

*Vires. Diverſis ♂ dotatum eſt viribus.* ) De Martis ſeu Ferri admirandâ facultate & in domandis Morbis mirâ poteſtate vid. *Galen.* 9. Simplic. c. 26. *Avicenn.* Libr. 2. tr. 2. Cap. 211. *Aëtius* tetr. ſerm. 3. cap. 11. *Nicol. Monard.* in tr. de ferro. *Fallopius* libr. de tumoribus p. 1. cap. 2. de Scirrho. *Matthiol.* in comm. Libr. V. *Dioſcorid.* cap. 50. *Lud. Mercat.* in Meth. Med. *Jul. Cæſar. Claudin.* Libr. de ingreſſ. Medic. ad infirm. ſect. 4. tit. de chalybeat. Medic. de Malo hypoch. *Nathan. Highmorus* de Affect. hypoch. cap. 5. *D. D. Rolfinck.* in tr. de Ferro & Alii. Hoc in præſentiarum inquirendum reſtat , unde operandi diverſitas *in Ferro* vel chalybe dependeat, ut modò adſtringat, modò aperiat. Sententiarum diſcrepantiam & numerum accumulatum videbis in modò allegato opuſculo Nathan. Highmori. *Dominus Autor* Noſter vim aperitivam in volatiliori potiſſimum reſidere parte , ac proinde in ſale , vim adſtrictivam in fixiori , adeoque in terrâ latitare putat. Sed cuinam unquam verum ac genuinum ſal martis nativum conſpicere datum , vel quis unquam ex marte ſeparatum fuiſſe teſtabitur? Alii diverſitatem operationis in præparationis diverſitate quærunt. At *Nathan. Highmorus* l. c. inquit : Præparationem Martis quod attinet , licet plures illum reſolvendi reperiantur modi , tamen omnes ad mutationem in vitriolum aut vitriolatam Naturam tendunt; ideoque præparatio non diverſificat effectum, cum illa ſolùm ſuppeditet quid vitriolatum , quod ratione ſuarum qualitatum diverſos effectus producere nequit ; cùm Ejus virtus propria prout & Ferri ſit conſtringere , de quo *Galen. Libr. 9.* de Simplic. Medicament. facultat. Jam autem quomodo ſuâ ſtypticitate contrariam peragat actionem & obſtructiones reſeret? uti volunt Nonnulli , non tam certâ fide conſtat. Modò laudatus Autor Eidem adſtrictioni etiam cauſam facultatis aperitivæ per accidens adſcribit, dum ſcil. in cachexiâ aut Malo hypochondriaco vaſa majora totius maſſæ ſanguineæ turgida Vitrioli ſeu Martis ſtypticitas conſtringit rurſus & contrahit, ut æquali proportione ad ſingula vaſa derivetur ſanguis , & hoc modo minoribus iterum vaſis ſuus reſtituatur ſanguis ad excretionem dicatis , ut debito tempore iterum excernant , & ita Circulatio Sanguinis, ſuum recuperet tenorem. Verùm, utut hæc ſententia ſano intellecta ſenſu ex parte ſaltem non ſit rejicienda, tamen nondum totum ſolvit ſcrupulum , nam in dictis affectibus non ſolùm ſanguinis irregularis motus eſt incuſandus , ut impeditus aut depravatus ſed adſunt & ſalia corroſiva ſæpè ſylveſtria in lymphâ & ſanguine ex acidis & ſalſis Nitroſis, vitriolaceis, ammoniacis &c effluviis invicem minus ſymbolizantibus compoſita ad diaphoreſin & diureſin inepta , quæ Medicamentis purgantibus non auſcultant, ſed vel in primâ , vel in ultimâ corporis regione exiſtentia fluctuant & oberrant , quæ adſumptis Medicamentis Martialibus ad illa præcipitia ruunt, eiſque adhærent, ut illa diſſolvant, adeoque ſalia iſta juxta ſaporis ſpeciem vel ſalis , dum Marti adhærent , illumque rodunt , coagulantur. Sicuti videmus cum ſp. Vitrioli ♂tem verti in Vitriolum , cum Acet. in rubiginem &c. Cum autem in alimentum tranſmutari nequeunt, cum Marte ſoluto ſub nigricante colore ejiciuntur foràs , qui color oritur, cum ſalia acida Martem rodunt , & alkalia illum in colcothar præcipitant. Cùm verò Ferrum ſeu chalybs in acido liquore ſolutum potatur , abſumptis & penitus admiſſis iiſdem liquoribus, ferrum mox alimoniæ ineptum ab acido ſeparatur, à commiſtos In quâ ſegregatione confluunt ſalia ad ferrum , & illi adhærent. Sicuti videmus Argento evenire in ▽F. ſoluto , inquit Tachenius in Hippocr. chymic. in hanc ſolutionem ſi cupri lamellæ injiciuntur , tunc ſtatim aciditas ▽F. deſerit Argentum & rodit Cuprum , Argentumque cupro adhæret. Rurſus in illud ſolutum jam à Cupro virideſcens mitte lamellam ferri & ▽a confeſtim cuprum deponit & rodit ferrum , cuprumque ferro adhæret. Ita etiam in humano corpore contingere poſſe , mechanica ratio & neceſſitas dictitat. Niſi enim humor excrementitius ſeu Salia iſta cujuſdam ſemiacidæ Naturæ forent , Mars ſeu ferrum in corpore non diſſolveretur in viride vel nigrum liquamen. Et niſi excrementa ita tingantur , ferrum inconſideratè propinatur, non enim reperit humorem idoneum , qui illud ſolvat. *Hæc Tachenius.* Contrà autem *Cl. Zwelferus* in apolog. contrà Tachenium ex *Helmontio* probat paradox. quint. §. 12. Martem aperire poteſtate ſpecificâ & appropriatâ , conſtringere verò qualitate ſecundâ, aut per accid. quatenus acredinem & mordacitatem humorum demit. Verùm nec in hoc Domino *Tachenio* à *Zwelfero* de Martialium Medicamentorum viribus ſatisfactum. Adſtringunt ſcil. illa , ſi acidum in corpore, partibus extrà ſtomachum hoſtile , imbibant, nec quidquam eſt, quod magis acida imbibat, quàm martis corpus, hinc cum iis etiam in deliquium abit. De cœtero aperitivas illius virtutes , etiamſi colliquatum fuerit cum acidis, ut ſpiritus ex Cap. mort. hæmatitis volatilis , tamen & ſtriatus has probat. Proinde Martialium Medicamentorum operationis diverſitatem puto non tam ex diverſâ illorum præparatione , quàm ex appropinquatione & approximatione illorum ſeu adaptatione ad cauſam morbificam dependere.

*Purgatio ♂ à ſordibus ſuperficiariis.*

¶ Purgatur ♂is limatura à ſordibus, quibus forſan ſcatet, tùm ventilando, tum abluendo ▽ communi.

*I. Purgatio ♂ Gradatoria: unde Chalybs.*

℞. ♂is in lamellas vel virgulas, (digiti majoris craſſitudine) redacti p. I. Carbonum ſalicis vel fagi pulver. Raſur. cornu bovis, p. I. ſtratifica, ac in vaſe clauſo igni committe furni anemii fortiſſimo, hor. 4. aut 6.

N. *Chalybs igitur nihil aliud eſt quàm ♂ optimè purgatus, ideoque loco Ferri Chalybem præſtat recipere.*

HOFMAN. I. *Purgatio ♂tis Gradatoria: Unde Chalybs.*) Chalybem partim Natura producit, partim etiam Arte conficitur. Quem Natura ſuppeditat, reperitur in quibuſdam certis locis; Alias Arte elaboratur, dum Ferrum ignitum in Aquâ extinctum tale acquirit chalybeatum robur. *Nobiliſſ. Robertus à Boyle* in tr. de coloribus modum adducit non ubivis obvium chalybem attemperandi ad conficienda glyphia, teretra, elaſtra aliaque mechanica inſtrumenta, quem conſule.

N. Si bacillum à chalybe & æqualem alium ex Argento candefacias, eoſque △ni exemptos ad ſeptentrionem & Auſtrum accuratè directos refrigeſcere ſinas, quanquam in utrumque metallum ab igne operatio facta & chalybs, quoad ſenſum, variatus non videatur, tamen cùm textura utriuſque ſit diverſa, Argentum non acquirit novam aliquam qualitatem per iſtam operationem, cum ignitio chalybis, poſtquam poris ejus recluſis partes ejus magis flexiles effecit, facillimè dum eo in ſitu verſus Septentrionem & Auſtrum tenetur, illum pervadunt magnetica terræ effluvia, quæ perpetuò per aërem à polo ad polum feruntur, ut ita per tranſitum illorum magneticâ quâdam proprietate afficiatur, cujus virtute in aëre libero ad æquilibrium ſuſpenſus ſpontaneâ directione verſus polum ſeptentrionalem & Auſtralem vertetur; & operationes aliquas Magneticis corporibus familiares exercebit. Quod ſi metallum illud ab oriente ad occidentem porrectum tam diu jacuerit, nihil magneticæ virtutis acquiret. *Robertus à Boyle in tr. de Coſmicis Rerum qualitat. pag. meâ 17. & 19.*

## *II. CALCINATIO: unde Crocus.*

*1. Calcinatio Reverberatoria, unde Crocus ♂ obſtructivus.*

Limaturam ♂is igne fortiſſ. eo uſque reverbera, donec in Crocum elevetur leviſſ. & rubicundiſſimum.

N. 1. *Sal commune vim habet reverberationem hanc accelerandi. Hinc ſunt, qui citioris reverberationis gratiâ limaturam initio aliquoties urinâ puerorum (vel ▽ ſalſâ, acetové) conſpergunt, iterum exiccant, poſtmodum reverberationi ſubjiciunt. Sic reverberatione unius atque alterius diei ♂ in florem ſurgit rubicundiſſimum, qui quotidie (ne vi ignis pereat vel nigreſcat,) colligatur. Hartman. in pract. Gluckr. in Beguin.*

N. 2. *Si qua pars nondum ſatis reverberata ſit, elaboratioremque ſeparare velis, affunde ▽m, agita, atque antequam penitus ſubſideat, ▽m leviore ſcil. & magis elaborato Croco turbidam, in aliud vas effunde, parte graviore, quæ ſubſidet, in priori vaſe relicta: Abſtractâ vel decantatâ dein aquâ, habes Crocum leviorem, crudioribus ſuis ac gravioribus portionibus ſpoliatum.*

Alii ℞. Limat. ♂ ℔ ij. Sal. com. decrepit. ℔ iij. (vel ana) mixta reverberant per diem. Hinc ♂ iterum edulcoratum ſubtiliſſimè lævigant, denuoque reverberant, (dies octo vel decem) donec elevetur Crocus ſubtiliſſimus, quem quotidiè auferunt, atque ▽ plantaginis præparant.

Vires. *Obſtructivus hic Crocus eſt, ac ſiccativus, confert in Dyſenteria, Lienteria, Gonorrhæa & ſimilibus.*

*Externus ejus Uſus eſt in exiccandis ulceribus & vulneribus. Quercetan. in Pharmacop. reſtitut. Sennert. in Inſtitut.*

*Doſis à ℈ ß. ad ℈ j.*

N. *Adhæreſcit & Crocus ♂is baculis ferreis furni deſtillat.*

*2. Calcinatio ſuſoria: unde Crocus ♂ aperitivus.*

Laminis ♂ ſeu Chalybis ignitis adeo ut ſcintillent optime admove magdaleones Sulphuris: ſic liqueſcit ♂ inſtar ceræ, deciditque granulatim in frigidam ſuppoſitam, teratur ſubtiliſſimè & ſervetur pro uſu. [Dicitur quibuſdam Crocus ♂ niger.]

Vires. *Virtutem habet reſerandi, aperiendi & attenuandi. Querc. in Pharmac. reſt. Beguin.*

N. *Maximus requiritur calor, ideoque præſtat officinam fabrilem adire.*

*3. Calcinatio Cementatoria: unde ⊕-m ♂is.*

Lamin. (Limatur.) ♂, cementa cum Sulph. pulv. igne paulatim adhibito per horam, ita Sulphure accenſo calcinatur ♂: Materiam exemptam ac tritam calcina iterum per ſe, (non ſecus ac calcinatur ♁ in præparatione vitri,) ut Sulphur penitus efflagret, diligenter movendo, donec ferro adhærere incipiat.

℞. ♂ hujus calcinati ac triti ℔ 1. Sulphur. ℥ ß. Miſc. exactè, ac calcina iterum per hor. ¼. Dein tere iterum, ac adde tantundem Sulph. idque repete quinquies vel pluries. *Croll.*

Ex hac ♂ calce fit ⊕-m ♂is.

*2. Aliter.*

℞. ♂ laminatum, cementa cum Sulphure & Tartariana, Crocum laminis adhærentem abſterge. *Parac. l. de morte rer. natur.*

*4. Calcinatio Immerſiva.*

Solutio ♂ fit in quolibet liquore corroſivo, etiam minori acrimoniâ prædito. Ut 🜅 vulgaris, ~⊕i, Sal. nitri, & Sal. communis, Sulphuris, O. ✱iaci. Coagulatio fit, vel inſpiſſatione, vel præcipitatione, ſed rarò.

*E. gr. per 🜅.*

℞. Limatur. ♂. ℥ j. affunde ſenſim 🜅. ℥ viii. digere per noctem, & abſtrahe 🜅 in arena. Sic relinquitur Crocus rubicundiſſimus, per deliquium ſolubilis.

*Per ~m Sulphuris.*

℞. ♂ laminat. vel limat. vel croc. ♂ aperit. cum Sulphure præparat. (affunde guttatim ☍ Sulphuris, ſimplex vel ▽â mixtum,) ſolutioni affunde ▽ calidam, filtra, coagula aliquantulum, ac repone ad Cryſtalliſandum ſ. a. Cryſtallos purifica ſolvendo ac coagulando. *Hartman. in pract. Beguin. Gluckrath. & Keſler. lib. 1. cap. 13. Tentzel. in Exegeſ. loco de ☍ Sulphur.*

N. 1. *Similiter fiunt & Cryſtalli ♂ cum ~a Sal. com. p. 1. & ✱ p. 3.*

N. 2. *Eodem modo fiunt & Cryſtalli ♂ cum ~a ⊕i. Et hi dicuntur Sala.*

Magi-

*Magiſterium Chalybis ⊖-latum. Nimirum.*

℞. ♂ purgatum ſolve in -^-u Vitrioli rectificatiſſ. coagula. Sic habes Magiſterium Chalybis Vitriolatum in forma Vitrioli viridiuſc. *Sala in Tartarolog.*

5. *Calcinatio Vaporoſa.*

Laminas ♂ ſupra ▽ in cucurbita clauſa ſuſpende, cucurbitamque in arenam calidam colloca, ſic vi vaporum adhæreſcet paulatim laminis crocus pede leporino abſtergendus.

N. *Labore repetito major copia croci colligi poterit. Sennert. Inſt. Hartm. in diſp. Chymiatr.*

6. *Calcinatio Illinitionis.*

℞. Laminas ♂ illine 🝆 Vitrioli, vel Sulphuris, vel limaturam ♂, eodem liquore conſperge, & repone in cellam. Poſtea ablue aqua, & ſubſidebit crocus, qui parum ad rubedinem ſolummodo calcinandus.

N. *Quercetanus infundit -^- Sulphuris, ac ▽ ana in cochleare ferreum: omnia bullire ſinit ad ignem lentum uſque ad conſumptionem: Hinc reponit per aliquot dies, pulveremque croceum abſtergit, qui facilè liqueſcit. Hunc verum Epatis reſtaurativum appellat, eumque in Tragea hepatica ceu baſin recipit. Vide Pharm. cap. 26.*

Vires. *Utiliſſimus eſt hic Crocus in Cachexia, inſigne eſt aperitivum.*

*Doſis gran.* 3. 4.

Eodem modo fieri quoque poteſt Crocus ♂ beneficio -^-. O. ✱, Sal. nit. *Paracelſ. l. de mort. rer. natur.* Verum hic Crocus non niſi extrinſecus adhibendus eſt.

*Aliter.*

℞. ▽ (ex Vitrioli calcinat. & Sal. com. ana cum argilla deſtillatæ,) infunde in cochlear ferreum, ut evaporet. Sic ſtatim relinquitur crocus tenerrimus, qui abradendus & in vitro (quia facile liqueſcit,) reſervandus eſt. *Gluckr.*

HOFMAN. 2. *Calcinatio unde Crocus* 1. *Calcinatio Reverberatoria; unde crocus ♂tis obſtructivus.*) Ex hujus croci præparatione innoteſcit, non ſolùm croceum hunc Martis colorem à mutatione ipſius texturæ provenire, dum idem metallum ſucceſſivâ ignis operatione diverſos colores adſumere poteſt, ſed & inter alia acidum etiam in flammâ eſſe, ♂tem in crocum mutans: Inde & planè nulla eſt differentia inter crocum ♂tis, qui fit cum △ne, & qui cum Sal. com. Vrin. Acet. &c. *Tachen. in Hipp. chemic.* Cui *Cl. Zwelferus* in apolog. contradicit; Nos tamen addimus negari non poſſe, aporrhœam aliquam acidam unà cum flammâ ex lignis accenſis exhalare, quemadmodum videmus ex accenſo Sulphure humidum acidum unà cum flammâ evehi, quod non eſt ipſa flamma, ſed unà cum fumo æthera petit & in aërem diſpergitur, id quod tamen dictos præſtare poteſt effectus. Vid. De Corallis. Vires hujus croci ſunt notiſſimæ.

2. *Calcinatio fuſoria: Unde crocus ♂tis aperitivus.*) Hæc cum calcinatione tertiâ cementatoriâ & ſextâ illinitionis omnes tendunt ad Vitriolum ♂tis conficiendum, nullâque indigent animadverſione. Calcinatio quarta immerſiva in aquâ forti, ſp. Nitr. Salis, Olei & quinta Vaporoſa, non Vitriolum ſeu cryſtallos ♂tis, ſed crocum largiuntur. Illa igitur præparatio eſt optima, quæ cum ſp. Vitrioli ſeu Sulphuris abſolvitur, inſerviens cachexiæ, malo hypochondriaco &c. Sequenti igitur modo optimum ac copioſum conficitur Vitriolum ♂tis. Recip. Limatur. ♂tis q. ſ. affunde ſp. Vitrioli vel Sulphuris bonâ quantitate aquæ prius dilutum ſucceſſivè ac ſenſim, hoc facto, novam aquam affunde uſque dum Vitriolum ex ♂te ſatis fuerit extractum, ſolutionem decanta ac in ſartagine ferreâ ad cuticulæ apparentiam coque. Sic in frigido cryſtalli concreſcent, qui in Leni calore exſiccandi ſunt, reliquus liquor iterum exhalet, ut in frigore cryſtall[illegible]tur, Hoc tam diu repetendum, uſque dum omnis liquor ♂tialis in cryſtallos fuerit abſumptus.

N. *Quercetanus infundit Spir. Sulphuris ac ſpiritum vini ana in cochlear ferreum.*) Bene obſervandum eſt, Crocum ♂tis ſaccharinum inde parari, & quidem aperitivum cum pulveribus aut pilulis purgantibus in virginum cachexiâ miſcendum, non ſine notabili effectu; illum autem beneficio Spir. O. ✱. Nitr. ▽ fort. &c. non niſi extrinſecus adhiberi.

## III. VOLATILISATIO AC DESTILLATIO.

*unde* 1. *Aqua ♂.*

¶ ℞. Limatur. ♂is, expone aëri humido in cellâ aliquamdiu, (ſeptimanas aliquot,) hinc deſtilla, vel ex humili Aludele, vel ex Retorta. Sic nanciſceris aquam ♂is ſal redolentem ſed paucam.

N. 1. *Deſtillatio hæc felicius procedit, ☾ â creſcente, & circa plenilunium.*

N. 2. *Poſt abſtractionem reponi denuò poteſt, ut ſolvatur; denuoque deſtilletur ut prius.*

3. *-^- ♂tis.*

℞. Mineram ♂, deſtilla per Retortam: liquorem deſtillatum reaffunde; digere ac iterum deſtilla.

3. *🝆 Martiale album.*

℞. ♂ q. v. ſolve in -^-u Sal. com. ſolutio deſtilletur per retortam, ſic -^- prodit, Eſſentiâ ♂is impraegnatus ſapore ſubdulcis.

Vires. *Aperit obſtructiones præſertim Epatis, Lienis, venarumve meſaraicarum ac Uteri.*

*Doſis gran. aliquot.*

4. *🝆 ♂iale rubrum.*

℞. Solutio ♂ præcedens, impraegnetur cum crem. Tartari, deſtilletur △ fortiſſimo, ex cucurbit. vitreâ humili, varios intus videbis colores inſtar caudæ pavonis, extillatque primò liquor: igne dein fortiori, 🝆 grave cum Cryſtallis, quos per del. ſolve & junge prioribus.

Vires. *Leviter adſtringit & roborat. Hinc in Dyſenteria & fluxibus alvi aliiſque maximi commodi exiſtit. Clariſſ. Dn. D. Helvicus Dietericus, Archiater Sereniſſ. Elect. Brandeburg.*

*Doſis gran.* 3. 4. *& ultra.*

5. *🝆 ♂ Sulphureum.*

℞. Mannæ ♂ (Tincturæ) circula cum ▽ rectificatiſ. & ſupernatabit 🝆, deſtilla per XX; ut tranſeat & oleum.

N. *Fragrantiſſimum hoc 🝆 perhibetur ac pingue.*

Vires. *Maximas vires habere cenſetur in obſtructione ac debilitate Lienis, &c. D. D. Paulus Keſler.*

6. *Ol. ♂ præſtans.*

℞. Croc. ♂ per Reverb. Spir. ⊖-i philoſ. q. ſ. Digere, extrahe aliquoties recenti ſpiritu rubedinem. Spiritus tinctos junctos abſtrahe ad mellaginem. Hanc extrahe cum ▽, Sal. verò cum ▽ comm. Spiritus tinctos abſtrahe ad oleaginoſitatem, cui additur ſal purificatum per digeſtionem.

Vires. *Summum eſt obſtructivum.*

*Doſis gran.* 4. 5. *&c.*

*✱ Clariſſ. D. D. I. C. Fauſ.*

### 7. *Vitrioli ♂is deſtillatio.*

Deſtillatio ⊖-i ex ♂ confecti nihil peculiare è deſtillatione ⊖-i vulgaris habet, iiſdem enim modis perficitur, omneſque Medicamentorum formas, quas ex eodem illo vulgari ⊖-lo deſcripſimus, exhibet, felicioris tamen eſt operationis, in morbis ad ♂is affinitatem accedentibus.

HOFMAN. III. *Volatiliſatio ac deſtillatio unde* 1. *Aqua ♂tis.*) *Mazotta in Triplic. Philoſoph.* hujus liquoris mentionem facit, eundemque mirè ad tranſmutanda metalla commendat. Hâc ratione etiam *Barrus*, prout ex *Dn. D. Johannis Michaelis* p. m. ore excepi, præparare voluit ol. ♂tis. Cum minerâ ♂tis Caſſelienſi aëri humido ad longum tempus expoſitâ etiam procedit; Inde nonnulli ſpiritum mundi deſtillare volunt. Sed toto cœlo errant.

2. *Spiritus ♂tis.*) Hic ex minera ♂tis deſtillatur, in quâ Vitriolum quoddam latet nativum, ut ita facili negotio inde deſtillari poſſit ſpiritus, prout etiam ex minerâ ♂tis & ♀neris hermaphroditicus conficitur, vel ex hiſce duabus mineris Vitriolum hermaphroditicum fit, cujus ſpiritus in affectibus ſpleneticis ac uterinis mira præſtat, v. g. Recip. Mineræ ♀ ℔ iij. miner. ♂tis ℔ j. Vitrioli vulg. ℥ xiij. ſubtiliſſ. pulveriſ. affunde ▽ comm. ſtent per ☍ & tingetur. Tincturam effunde, recentem affunde. Hoc reiterandum eſt, dum non amplius tingatur, ▽ evapora, & concreſcet Vitriolum. Optimum in deſperatis uteri affectibus remedium. Doſis gr. j. ij. iij. &c. cum duplo fecul. bryon. in vehiculis appropriatis.

N. Ex hoc Vitriolo hermaphr. fit communi modo ſpiritus.

3. *Ol. Martiale album.*) Si juxtà præſcriptum Dni Autoris elaboraveris, acquires ex hâc ſolutione cum ♂te factâ ſpiritum ſalis ♂tialem, qui aliquid præſtat in obſtructionibus viſcerum reſerandis. Melius autem fuerit, ſi ſpiritum Salis limaturæ ♂tis infuſum & per aliquot ☍ leni calori expoſitum coles, poſtmodum coagules; & demum per retortam vel cucurbitam terream deſtilles, ſic ſpiritus non ſolum coloris aurei ſubflavus prodibit, ſed & flores ♂tiales in fine ſubſequentur magnarum in plurimis affectibus virium, quales etiam ſuppeditat ♂ cum ✱co ſublimatus eq. modo.

Recip. Limaturæ ♂tis puriſſimæ. ✱ci ana ℔ ij.

Hæc probè invicem pulveriſata immitte cucurbitæ fictili vitreatæ, luto obductæ, & appoſito capitello ac præmiſſo recipiente deſtilla △gne aperto, primò, Leni, poſtmodum aucto, donec ſpiritus ✱ ſalſus urinoſus elicitus ſit. Poſtea auge △nem ad fundi cucurbitæ excandeſcentiam & capitelli nigredinem. Inde flores ✱ ♎mabuntur ad capitellum uſque in minori copiâ, majori autem ad latera alembici nigricantis coloris. Peractâ ♎atione & omnibus fractis maſſam in fundo cucurbitæ relictam reſtitutis ipſi floribus ✱ nigricantibus jam ♎tis & probè mixtis expone humido aëri. Elapſo brevi temporis ſpatio mixtura hæc efflorеſcet in colorem cineritio-flavum, odoris vitriolacei & ſaporis dulcis martialis. Hanc maſſam impone retortæ terreæ luto probè munitæ, recipiente amplo præfixo, fugiſque optimè clauſis aperto igne gradatim deſtilla, fortiori ignis gradu ſenſim ac ſucceſſivè ſubſequente, quoad ſpiritus in formâ appareant nebulæ. Sic ſenſim fortiſſimo caloris gradu deſtillatio continuanda, donec nebuloſi ſpiritus diſpareant. Hâc deſtillatione abſolutâ ſpiritus acidus ſalinus coloris aurei in vitro optimè cuſtodiatur.

4. *Ol. Martiale rubrum.*) Solutionem martis præcedentem cum Tartaro crudo albiſſimo impraegna & deſtilla igne fortiſſimo, acquires liquorem martialem; Cap. mort. humido aëri expone & ſolvetur in ol. Huic ſi terram foliatam Tartari jungas, præſtantius fuerit.

5. *Ol. Martis Tartareum.*) Hoc ſuperſedere poſſumus, cùm ſuperius allata ſatis ſint ſufficientia ad viſcerum obſtructiones reſecandas & tonum illorum reſtituendum, quibus ſp. vini additio plus nocet, quàm prodeſt.

6. *Ol. Martis præſtans.*) Non ſolùm crocus martis à ſale liberatus, ſed & nuda limatura martis ſatis ad hunc laborem ſufficiens eſt; & loco ſp. vitrioli phil. etiam ſp. Salis rectific. ſubſtitui poteſt; Affunde igitur ſp. vitrioli phil. vel ſp. Salis limaturæ martis puriſſimæ, digere, & extrahe additâ aquæ fontanæ ſ. q. tinctos liquores abſtrahe ad mellaginem, hanc ex cucurbitâ non nimis altâ ♎ma, & acquires flores, qui aëri humido expoſiti in liquorem aureum ſolvuntur, qui vel per ſe ad gutt. j. ij. vel iij. vel cum arcano Tartari ſoluti mixtus ad gutt. v. x. xx. &c. cum appropriato vehiculo in tono viſcerum labefactato, vomitu, dyſenteria, & aliis alvi fluxibus, item hæmorrhagiâ maximæ eſt energiæ. In Hæmoptoë aliquid cryſtallor. ♄ni admiſceri poteſt.

Vel: Recip. Scoriar. martis ex Regul. martis reſid. ☿rii ♎ati ana, miſce exactiſſimè & deſtilla per retortam igne fortiſſimo, ut ☿rius vivus penitus ♎etur & elevetur; reſiduum expone humido aëri, & ex liquore ♎ma dicto ſuprà modo ſlores, qui etiam per deliquium abeunt in ol. martis præſtantiſſimum.

7. *Vitrioli martis deſtillatio.*) Dnus Autor ſtatuit, hujus deſtillationem nihil peculiare à deſtillatione vitrioli communis habere & iiſdem modis perfici. Verùm ſi vulgari modo, prout communiter ſp. vitrioli deſtillari ſolet, procedatur, certè non ita felicioris operationis erit. Proindè ſequens modus mihi valdè probatur.

Recip. Vitrioli martis q. v. non calcinati, immitte retortæ fictili probè lutatæ, expone igni aperto, præfixo recipiente ampliſſimo, fugis undique clauſis deſtilla per gradus igne tandem altera die aucto ad △ reverberii, ut omnis humiditas exhalet, quouſque nebulæ egredientes deſinant. Hinc ſpiritum aufer, ac denuo Cap. mort. ſuperfunde ſucceſſivè & repete dicto modo ex nova retorta deſtillationem, quibus peractis acquires ſpiritum martis omni laude majorem, qui nullâ amplius rectificatione indigeat.

Hic ſpiritus martis odoris admodum Sulphurei eſt, qui temporis tractu in ſuavem degenerat violaceum, gratiſſimi cæteroquin ſaporis in potu ac juſculis oblatus non ſolùm febricitantibus egregium affert ſolamen, ſed & in roborando ventriculo & obſtructionibus reſerandis ſummæ eſt efficaciæ.

N. Hic ſp. Vitrioli martis cum ſpiritu vini circulatus & ſæpius cohobatus ſpiritum Vitrioli præbet cephalicum. Ex Cap. mort. ſp. Vitrioli martis elegantiſſimus crocus martis adſtringens conficitur in omni alvi fluxu & hæmorrhagiâ utiliſſimus.

## IV. EXTRACTIO.
### *unde Tinctura.*

¶ ℞. Limatur. ♂ ℔. ß. candefiat, & extinguatur aliquoties in vini malvatic. ℔ IV. ſic eſſentia ♂ ⊖-lata communicatur malvatico.

*Doſis ab ʒß. ad ʒ ij. in juſculo vel hauſtu aquæ cichorei. Hartm. in pract.*

(*Sumitur etiam ſuccus pomorum Borsdorffenſ. pro extract.*)

### *Aliter.*

℞. ♂ limat. ✳ ana ℔. I. coque in ſartagine ferrea I. △. ſemper agitando donec ✳ conſumptum ſit, (quo ſæpiùs, eò melius,) infunde poſtea in vino malvatico ℔. 4. 5. 6. digere, quotidiè aliquoties agitando, (☍ 14.) poſtea depleto & adhibeto.

Vires. *Prodeſt ad omnes affectus Splenis, item ad menſtrua, tum provocanda, tum inordinata corrigenda.*

*Doſis ʒß. ad ʒ ij.*

N. *Poteſt aromatiſari Garyophyll. & ſimil. Finck.*

### 2. *Tinctura ex ♂ crudo.*

℞. Limat. ♂ extrahe rubedinem cum ✳ acerrimo ſ. a. decanta & abſtrahe. Dein extrahe cum 🜅. Quo tandem iterum abſtracto, relinquitur Tinctura ſeu Eſſentia ♂ in fundo.

*Doſis ad ℈ j. vide Senn. Inſt.*

### *Aliter.*

℞. Limat. Chalyb. q. pl. irroretur ✳ aliquoties & exiccetur. Hinc extrahe cum 🜅 Tartariſato. L. C. F.

### 3. *Alia ex Croco ♂ Quercetani.*

℞. Croc. ♂ (per ▽ facti,) extrahe Tincturam digerendo cum 🜅 vulgari, donec rubeſcat, decanta à fæcibus, & abſtrahe ad oleoſitatem.

*Doſis*

*Doſis: Præmiſſis univerſalibus, propinantur manè ac veſperi gutt. 9. vel 10. in decocto juniperi Hartm. in pract. loco de Hæmorrhag. & de Hydrope.*

### 4. *Alia ex Croco ♂*

Sic & ex croco ♂ per reverb. fit Tinctura cum 🜄, cujus eadem Doſis.

### 5. *Alia quæ Baſilii eſt.*

♃. Limat. ♂ ſolve in ſp. ⊖i rubr. p. 1. ▽. fontan. p. ij. filtra calide & cryſtalliſa, ſ. a. Cryſtallos exicca ſub tegula continuò agitando, habebiſque crocum purpureum: affunde ⚹ & extrahe ſ. a. Hinc abſtrahe in MB ⚹, ac elue, ▽m font. aliquoties abſtrahendo. *Tholdius.*

N. 1. *Eodem modo ex ⊖-o ♂ ad ſummam rubedinem reverberato extrahitur Tinctura ſeu Sulph. beneficio ⚹ ſ. a. Quæ abſtracto ⚹ in forma pulviſculi rubicundiſſimi aſſervanda.*

N. 2. *Ex remanente terra extrahitur Sal com. per ▽m mellis corroſivam.*

### 6. *Alia ex Scoriis cœruleis.*

♃. Scorias ♂ cœrul. vireſcentes, pulveriſa. (alii calcinant prius hor. 24.) extraheque tincturam rubram digerendo cum ⚹ acerrimo, filtra & abſtrahe, reſtantem Tincturam edulcora aliquoties ▽ pluvial. Tinctura hæc liqueſcit ſponte in cella.

N. *Efficaciorem habebis Medicinam ſi per 🜄, Tincturæ ſolutionem ac extractionem denuo iteraveris.*

Vires. *Longè efficacior eſt, quam Crocus vulgaris reverberatione factus. Vim habet ſiſtendi omnes fluxus, ſive ſint Menſtrua, ſive Gonorrhæa, Dyſenteria, Diarrhæa, Hæmorrhagia: &c.*

### 7. *Alia ex floribus Croci ♂.*

♃. Croci ♂ (per reverber.) ſublima cum ✱, ex floribus edulcoratis extrahe Tincturam cum 🜄, abſtracto iterum 🜄, relinquitur Eſſentia in fundo.

N. *Dicitur præcipitare ☿m, Keſler. lib. 3. c. 71.*

### 8. *Alia ex calce ♂.*

♃. ♂ Limat. à quo ✱ ſexies vel pluries ſublimatum ſit, extrahe cum 🜄, decanta & abſtrahe aliquoties cohobando.

N. *Pulvis ille ante extractionem in liquorem reſolvi poteſt, qui ▽ elotus etiam intrinſecus exhibetur.*

### 9. *Alia.*

♃. Croc. ♂ probè calcinat. q. v. irrora cum ſpir. ⊖. digereque in Arena calida, donec ſpir. ⊖ exiccatus fuerit: hinc tere ſuper marmore affuſaque ▽ fontanâ macera in Arena calida per ☌ (3.) poſtea filtra per chartam: filtraturam inſpiſſa & extrahe cum 🜄 Tincturam.

Ex communicatione Affinis mei dilecti Iacobi Holtzapffel/ Pharmacopœi noſtratis laborioſiſſimi.

### 10. *Alia Tinctura, Manna ♂tis.*

♃. ♂ Laminat. q. v. extrahe cum 🜋u ♂ alcaliſato, filtra & abſtrahe, ſic habes Tincturam ♂.

### 11. *Baſium ♂ & ♀ is ſeu Tinctura extemporanea S. Cloſſ.*

Compara tibi ⊖- ex viridi æris (Diſtillierten Grünſpan/ Verdet diſtillé, *Vere de grees deſtilled*, Koper-groen gedeſtilleert.) pelle per ◯ △ Arenæ quidquid phlegmatis & ſpiritus volatilioris exire poterit. Hoc affunde ſuper limaturam ♂ in vaſe ſtrictiori. Intra quadrantem horæ abſque adjuvamine △ ſanguine ♂tis ♀us imprægnabitur, abſtrahe phlegma atque fuſibili croco 🜄 ſuperfunde, denuoque extrahe.

### 12. *Sal ſaccharinum & Tinctura flava ♂ ejuſdem.*

♃. Croci ♂ parati cum Sulph. q. v. Affunde aq. reſtantem poſt præcipitationem butyri ♁ ii, quam Spiritum ⊖-li Philoſophicum vocant, unà cum phlegmate (ſi hic deſit cape, 🜋um Sal. com. ⊖-lati diureticum, ut cap. de Sal. com. indicabitur) ſine extrahere in arena tincturam flavam cum fœtore quodam Sulphureo, qui mox evaneſcit. Hanc coagula poſt filtrationem in Sal. Com. Saccharo dulcius, & majoris virtutis gratiâ 🜄 circula.

Vires. *Hepar roborat, unde hydropicis, iiſque qui diffluentia in tibiis ulcera patiuntur prodeſt, menſes ſuperfluos & hæmorrhoides ſiccat, dyſentericos juvat ſumpta cum ther. rec. lienem deobſtruit.*

*Doſis ſal. (℈ ß.) cum ol. nuc. moſch. Tinct. gutt. vij. in vino aqu. linariæ.*

### 13. *Tinctura rubra ♂.*

Laminas ♂ ſubtiles ſtratifica cum pumice & reverbera per 24. horas. Rubeſcet pumex, è quo cum ⚹ tincturam poteris elicere & in ſal rubrum coagulare.

*Ad Calcinationem reverberatoriam pertinet ſeq.*

Limaturam ♂ calcina abſque ullâ præparatione aut commixtione △ reverberii, donec ex rubedine ſummâ in calcem albam tranſierit.

*Doſis ʒ ß. in vino albo. Frater D. Rondelii hoc medio ab Iſchuriâ curatus eſt. Ex communic. S. Cloſſ.*

### 14. *Tinctura alia & inde,*

### *Magiſterium ♂is albiſſimum.*

Limat. ♂is △ fortiſſ. eouſque reverberetur, donec elevetur in crocum leviſſ. & rubicundiſſ. Irroretur cum Sp. ✚i atque ſiccetur. Repetendo hoc (4.) Dein tantum affundatur Sp. ✚i q. ſ. ad extractionem. Digeratur uſque dum colore rubicundo tingatur, ſæpius vero agitetur. Extractio lento calore redigatur ad mellaginem, quæ ſoluta aq. pluv. deſtillata & filtrata præcipitetur cum Sp. Vitrioli. Sic habebis magiſterium albiſſimum, quod probè edulcorandum.

Vires *ex ipſa deſcriptione cuivis patebunt, prodeſt in morbis quamplurimis hypochondriacis, hepaticis, &c.*

*Ex commun. Cl. D. Ioëlis Langelot.*

HOFMAN. 4. *Extractio: Unde Tinctura. Recip. Limatur. Martis* ℔ *ß. candefiat* &c.) Fruſtum martis, non ejus limatura ſumenda eſt, quia melius candefieri & extingui poteſt quàm limatura. Inſtituitur autem eo fine, ut vinum ma vaticum vim adſtringendi inde acquirat; Unde in omni alvi fluxu uſurpari poteſt.

Notandum tamen, ejus potum ſtatim poſt extinctionem in

uſum eſſe trahendum, alias humido aëri diu expoſitus vim aperitivam acquirit, interdum etiam emeticam. Unde & circumſpectus *Dn. D. Smmerus* de *dyſenteriâ monet*, ejus extinctionem moderatam eſſe debere, nec nimis crebram, cùm certum ſit, ſi multum de ferri ſubſtantiâ aſſumatur, alvum turbari. Quæritur igitur, quid hujus diversè operandi modi cauſæ ſit? Nos ſtatuimus, martem ignitum & extinctum amittere partes ſpirituoſas volatiles, ſingulari texturâ præditas in illâ ſubitâ violentâ quaſi vicariâ reverberatione, ſi jam ignitus in lacte extinguatur, communicare eidem vim adſtrictoriam, quæ in partibus fixis terreſtrioribus hæret, quæ tum ſuperant ſubtiles volatiles aliâ figurâ & texturâ præditas, Poſt ignitionem verò frigefacto in ♂te reviviſcere in centro volatiles partes Vitriolaceas à ſale centrali aëris, quemadmodum crocus ♂tis adſtringens aliquot menſium ſpatio ſibi relictus rurſus aperiendi acquirit vim in centro ipſius reſuſcitatis partibus Vitriolaceis. Si colchotar Vitrioli, ut notum eſt, aëri exponatur humido, matrix reviviſcit & ex gremio ſuo novos producit ſpiritus à ſale Naturæ ſuppeditatos. vid. Diſſertat. meam de Dyſenteriâ.

Aliter. *Recip. ♂tis Limatur. acet. deſtill. ana* ℔ j.) Melius procedit elaboratio, ſi ſumatur Limatur. ♂tis. Tartari crudi ana cum ▽ coq. & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatis ſuperfundatur acet. deſtill. liquor ♂tialis non injucundus prodibit in vino malvatico infundendus. Vel: Recip. Vitrioli ♂tis, Tartari depurati ana ℔ j. coq. in aquâ ad mellis conſiſtentiam, ex hâc cum ſpiritu vini malvatico extrahe Tincturam, quæ poteſt aromatiſari cum eleoſachar. ſ. q. caryophylloc. vel cinamomi.

2. *Tinctura ex ♂te crudo*) Si loco acet. deſtill. ſumatur ſp. Vir. ær. hujus elaboratio erit convenientior v. g. Recip. Limatur. ♂tis, extrahe rubedinem cum ſpiritu Vir. ær. tinctum ſpiritum effunde, aliumque affunde, donec nulla rubedo in extractione amplius appareat; Tincturam collectam abſtrahe in alembico per Aren. ad craſſitiem, huic ſuperfunde ſp. vini, extrahe, filtra, & ad liquorem rubicundiſſimum per abſtractionem reducatur. In Cachexiâ virginum & malo hypochondriaco præſtans eſt medela. Doſis eſt à ℈ ß. ad ℈ j. in convenienti vehiculo. Altera cum ſpiritu vini Tartariſato extracta nihil etiam peculiaris habet à priori allatâ.

3. *Alia ex croco ♂tis Quercetani.*) Hæc convenit cum eſſentiâ ♂tis aperitivâ *Cl. Zwelferi*, quam deſcribit in Appendice ad animadverſ. p. m. 58. & ex ſp. Nitri conficitur, qui niſi fuerit fortiſſimus, poſt adjectum Vitrioli phlegma albus ſaltem & ferruginem ingratè ſapiens liquor prodibit.

4. *Alia ex croco ♂tis cum ſpiritu vini.*) Verùm hujus elaboratio non procedit, niſi crocus ♂tis per reverber. factus prius ab alio menſtruo ſalino fuerit reſolutus & in crocum redactus, v. g. ſp. Sal. com. Nitr. Vir. ær. &c.

5. *Alia, quæ Baſilii eſt. Recip. Limatur. ♂tis ſolve in ſp. Vitrioli* &c.) Præſens eſt remedium in hemicraniâ, epilepſiâ, calculo, ulceribus internis abſtergendis & ad ſanguinem purificandum aptiſſimum. Doſ. eſt à gutt. x. ad xx. Melius autem ſeq. modo paratur.

Recip. Vitriolum ad rubedinem calcinatum, vel Cap. mort. Vitrioli, (à quo Spir. ſaltem volatiliores ſunt expulſi) q. v. ex hoc extrahatur ſalſedo Vitriolata repetitâ acet. deſtill. affuſione & decantatione, quouſque ſapor Vitriolatus in acet. deſtill. extrahente guſtu percipiatur. Extractiones filtratas ex alembico balnei calore deſtillando abſtrahe ad mellaginem; Hunc craſſum liquorem addito ſabulo immitte retortæ vitreæ luto obductæ ac igne aperto gradatim aucto in liquorem rubicundum deſtilla.

6. *Alia ex ſcoriis cæruleis.*) Dicitur hæc tinctura adſtringens, & maximè commendabilis eſt; efficaciorem tamen & præſtantiorem habebis, ſi loco acet. deſtill. ſumas vel ſp. Vir. ær. vel Sal. comm ac ſcoriis ♂tialibus ſenſim ac ſucceſſivè infundas, & affuſâ aquâ liquorem tinctum colligas, quem ad mellaginem abſtrahe, & denique per cucurbitam prius phlegma, hinc ſpiritum & tandem ♎atum eleva. Quod per deliq. ſolutum optimum evadit remedium, viribus longè excedens præſentem tincturam. vid. Ol. ♂tis præſtans.

7. *Alia ex floribus croci ♂tis.*) Extractio cum ſpiritu vini inutilis eſt. Tradidit eandem Cl. Zwelfer. in mantiſſ. ſpagyric. pag. meâ 338. Prout & 8. ex calce ♂tis.

9. *Alia. Recip. Croci ♂tis probè calcinat. q. v. irrora cum ſp. Vitrioli* &c.) Hæc tinctura nihil aliud eſt quàm Vitriolum ♂tis ſolutum & ſp. vini impregnatum, prout & ſeq. 10. Manna ♂tis dicta, viribus non differens à Mannâ Vitrioli dictâ, cujus infrà de Vitriolo fiet mentio, quæ non ſolâ laxatarum ventriculi fibrarum adſtrictione, ſed & manifeſtâ erodentium acidorum humorum imbibitione & quaſi Vitrioliſatione, ac ſubſequio orificiorum aut ductuum, tam excretoriorum, quàm lactiferorum deterſione hypochondriacos levat & obſtructis confert. Huic præfertur tinctura martis *Cl. Zwelferi* ex Vitriolo ♂tis cum terrâ foliatâ Tartari præparata, cujus deſcriptionem vide ſis in mantiſſ. ſpagyric. part. 2. Cap. 3. p. m. 337.

10. *Alia Tinctura, Manna Martis dicta.*) Hujus præparatio tam ratione elaborationis, quàm energiæ cum antecedente convenit; ſequens tamen etiam non in poſtremis erit habenda.

Recip. Vitrioli Martis q. v. tere, affunde liquorem ſilicum Glauberi, incoque, ut forti igne fluat. Mixturam hanc pone in cellam; adde aliquid aquæ, ut inſtar pultis fiat, ſuperfunde ſp. vini, digere in MB per 8. vel 10. ☌ ☍, extrahe tincturam. Quod de ſilicibus in liquore eſt, ſe⊽tat, filtra tincturam & exalta. Saporis non eſt ingrati & magnarum virium.

11. *Baſium Martis & ♀neris ſeu Tinctura extemporanea S. Ciſſi*) Spiritus iſte volatilis nihil aliud eſt, quàm ſpiritus Vir. ær. ex ejus cryſtallis paratus, & Limaturæ Martis affuſis, ex quo elegantiſſima parari poteſt tinctura adſtringens ſeq. modo.

Recip. Limaturæ Martis q. v. affunde ſp. Vir. ær. iterumque reſicca, idque bis vel ter repete, donec limatura in crocum quaſi converſa fuerit, cui in pulverem redactæ ſuperaffunde denuò ſp. Vir. ær. ad eminentiam 4. tranſverſorum digitorum, qui per dieſtione rubicundo imbuetur colore. Tinctus ſpiritus effundatur, & alius affundatur, donec nulla rubedo in extractione amplius appareat. Tincturæ collectæ ad mellaginem abſtrahantur, quæ porrò cum ſpiritu vini extrahendæ, filtrandæ & ad liquorem rubicund. per abſtractionem reducendæ ſunt. Hæc tinctura magnarum eſt virium in omni hæmorrhagiâ, vomitu, diarrhoeâ, dyſenteriâ, fluxu hepatico &c. Doſis eſt à gut. v. x. ad xx. &c. in appropriato vehiculo.

12. *Sal ſaccharinum & tinctura flava Martis ejuſdem*) Hæc non differt ab ol. martis, quod ſuprà deſcripſimus; Acidulæ artificiales commodè exindè præparari poſſunt, ſi cum aquâ fontanâ diluatur ſ. q.

13. *Tinctura rubra Martis.*) Hæc etiam nihil obtinet ſingularis præ reliquis. Crocus martis exindè confici poteſt, de quo ſuprà jamdum egimus.

*Ad calcinationem reverberatoriam pertinet* ſeq.) Notum eſt ex *Nobiliſſ. Robert. à Boyle* de coloribus, quomodo martem flamma ignis in varios tranſmutat colores, ut inde diverſas etiam acquirat qualitates, quid mirum? ſi & inde diverſæ etiam reſultant operationes Medicinales; ut hæc calx alba martis in vino albo propinata Iſchuriam curaverit. Quæ ut plurimum ab acido-ſeroſis oritur humoribus, quorum in hoc marte calcinato ad albedinem imbibitionem ægroti Iſchuria laborantis levamen inſequutum eſt.

14. *Tinctura alia & inde Magiſterium martis albiſſimum*) Limatura martis Δ fortiſſ. reverberetur, donec elevetur in crocum rubicundiſſimum. Irroretur cum ſp. Acet. & ſiccetur; Hoc quater repetendo; Deindè tantum affundatur ſp. Acet. q. ſ. ad extractionem. Digeratur uſque dum colore rubicundo tingatur, ſæpius agitando. Extractio lento calore ad mellaginem redigatur, quæ ſoluta aq. pluvial. deſtill. & filtrata non quidem ⊽tatur, ut Dominus Autor tradidit, ſed coagulatur demum poſt ſp. Vitrioli inſtillationem. Sal inde coagulatum oritur martis in malo hypochondriaco utile.

N. Omnes hactenus in medium prolatæ tincturæ nihil aliud ſunt, quàm ſimplices tantùm martis ſolutiones pro diverſitate affuſi Menſtrui hac vel illa tinctura imbutæ, quæ tamen vera martis non eſt eſſentia, ſed ut plurimum ejus vitriolum, ſive metallum ſolutum fucato tinctum colore. Interim tamen tales ſolutiones in effectu valdè inter ſe differunt, quod tamen non fit ob artificioſam eorum præparationem, ſed propter menſtruum affuſum, cujus ratione magis vel minus efficaces, magiſque aut minus aperientes vel adſtringentes ſunt, nec non volatiliores aliæ, aliæ fixiores. *Hæc Nobiliſſ. Zwelferus in Pharmacop. Aug. animadverſ.* pag. 437. Ad hæc contrà *Dominus Scöreck in Pharmacop. Aug. reſtituta* p. m. 485. excipit, cum iſtæ eſſentiæ ſeu tincturæ martiales ſint liquidæ, minus rectè in vitriolum Ferrum redactum dici, cùm vitriolum corpus obtineat ſolidum, ferri quidem ſolutiones rectè dici non autem vitriolum, prius quam parte liquida ſeparata in ſolidam abierint conſiſtentiam. Verum non video, quid obſtet, quo minus rectè *Cl. Zwelferus* ſcripſerit, eſſentias illas martiales cum liquoribus acidis confectas nihil aliud quàm ferrum ſolutum, vel in vitriolum redactum eſſe. Prius enim ſumit generaliter & latè, alterum ſpecialiter & ſtrictè. Quoad prius, nam non ex omnibus martis ſolutionibus v. g. cum ſp. Nitr. Sal. O. aqua forti &c. factis vitriolum producitur, ſed coagulata tantum fiunt. Benè autem ex quibuſdam, ſcilicet, cum ſpiritu vitrioli vel Sulphuris ſolutis. Ideoque cum Nobiliſſimus Vir ſcribit, vel in Vitriolum redactum eſſe, intelligit ſynecdochicè contentum pro continente, nimirum Vitriolum, quod in iſta ſolutione continetur; Nihilominus tamen licet hoc quarundam Eſſentiarum Martialium vices haud indignè ſupplere ſtatuat, tamen non excludit & reliquas diverſis menſtruis elaboratas unde addit, horum ratione magis vel minus efficaces, magiſque

aut

aut minus aperientes, vel adſtringentes eſſe, nec non volatiliores alias, alias fixiores.

## ¶ V. SVBLIMATIO.

Hinc

1. *Flores ex ♂ crudo.*

Sublima limaturam ♂ cum ✳, (vide in ✳) & elevatur quoque portio ♂ hæc à ✳ elota, habere vim ſclopetentem, æque ac ⊙ fulminans dicitur, ſed erroneè.

2. *Flores ♂ ex cryſtallis.*

♃. Cryſtall. ♂ (cum ▽ nitroſa fact.) ſublima cum ✳, & habebis flores rubicundos, quos edulcora. *Keſt. lib. 1. cap. 63.*

Vires. *Vim maximam habent in lienis & meſenterii obſtructione.*

HOFMAN. 5. *Sublimatio* Hinc 1. *Flores ex ♂te crudo.*) De hiſce floribus jamdum ſuprà egimus, quod vide.

2. *Flores ♂is ex cryſtallis.*) Per cryſtallos vitriolum ♂tis intelligitur, quod cum ✳ ♎tur in flores elegantes ad viſcerum obſtructiones commendabiles. Aliàs etiam ex vitriolo ♂tis in aquâ ſimplici ſoluto per ≂tationem cum ol. Tartari p. d. flores martiales parari poſſunt, qui vim laxandi habent, & vermes unà expellunt.

## VI. SALIFICATIO.

¶ Sal ♂ duplicis videtur eſſe ſortis, ſubdulce ſcil. & Vitriolatum.

1. *Sal ♂ ſubdulce.*

♃. Limatur. ♂ irrora ✳ optimè, ut paſta inde fiat, quæ ſiccеſcat: ſiccatam tere ac irrora iterum, &c. idque repete multoties. Tandem effunde phlegma aceti, coque bulliendo & filtra; humiditate in MB abſtractâ digere cum 🜄 Cryſtalloſque ſerva pro uſu.

Vires. *Vim habent incidendi & aperiendi, obſtructiones etiam contumaces, viſcerum & uteri. Vide in Epiſtol. Gregor. Horſtii obſervationibus annexis lib. 1.*

(*Ex hoc ſale pilulæ Spadanæ conſtant.*)

(*Hoc ſale ▽ ſoluto acidulæ parantur.*)

(*Hoc ſale ♂ Riverius multum effecit.*)

2. Idem Sal aſſequi poteris vi ▽ ſimplicis, loco ✳ ac phlegmatis ejuſdem adhibitæ, ſed quantitate minimâ.

N. *Suecicum ferrum ſale abundantiſſimum eſt ideoque reliquis in ſalis hujus confectione præferendum.*

2. *Aliter.*

♃. Calcem ſeu croc. ♂ (per ▽ factum) extrahe Sal cum aqua, filtra, coagula, ac repone ad cryſtalliſandum, vel inſpiſſa prorſus. Salem Vitriolicum, quem nactus fueris, ſolve denuo aliquoties & coagula, ſic habebis Sal ♂ ſubdulce.

N. *Filtratio ſiquidem fieri nequit, quin chartâ vi corrodente corrodatur, dilui poteſt ſolutio aquâ fontanâ, quo minus acris & filtraturæ aptior evadat.*

3. *Aliter, Sal Baſilianum.*

♃. Materiam in Tincturæ præparatione reſiduam, (*exempli gratia, in Tinctura Baſilii,*) affunde ▽ mellis corroſivam, ac extrahe Sal. com. ſ. a. Hinc abſtrahe ▽m mellis, edulcoraque cum aqua fontan. per deſtillationem iteratam abſtracta. Tandem clarifica cum 🜄 *Thold. in Halograph.*

*Doſis gran. 6. 7. 8. &c.*

4. *Vitriolum ♂is ex cementato.*

♃. Calc. ♂, (cementatam cum Sulphure ut ſupra,) extrahe Sal. com. ut moris per ▽ calidam; filtra & cryſtalliſa, ſ. a. *Croll.*

5. 🜖 *♂ ex ſoluto ♂.*

♃. Limat. ♂ ſolve in ♂ Vitrioli rubr. p. 1. ▽æ font. p. ij. filtra calidè, & cryſtalliſa, ſ. a. *Tholdius.*

N. *Simili modo & per alios liquores acres cryſtalli ♂is exhiberi poſſunt, de quibus in Crocorum præparationibus, quippe nihil aliud ſunt quam ipſemet Croci; quem ipſum vel ſolâ exiccatione ad ignem referunt.*

*Sal ♂is purgans.*

♃. ✳i, Limat. ♂is p. æq. miſce leniter terendo in marmore, inde cucurbitæ fictili & ♎ primo lento △ dein fortiori, ſenſim & per gradus △ augendo. Tandem refrigeſcere ſine, fractoque vaſe, partem ſuperiorem albam reſerva, novæ ſublimationi cum recenti limatura ♂ peragendæ; Partem mediam Croceam ſimiliter ſerva (ſunt flores ♂is diaphoretici.) Denique partem quæ in fundo remanſit (🜍) exime & modo vulgari Sal. com. extrahe, idque ſolvendo & coagulando purifica, clauſoque vitro reſerva.

Vires. *Vim obtinet purgandi.*

*Doſis ℈ ß. ad ℈ j. in cochl. 1. aut 2. Syrupi violarum laxativi, &c.*

N. *Quando Sal. com. prædictum in ſyrupo violarum ſolvitur, neceſſum eſt ut bene agitetur, donec Syrupus totus ſpuma evadat, quæ ſtet per noctem, ut clareſcat iterum. Tunc additur pro libitu aliquid clareti laxativi.*

*Ex commun. amici Hamburg.*

HOFMAN. 6. *Salificatio. Sal ♂tis duplicis videtur eſſe ſortis.*) Scil. pro diverſitate menſtrui, ut ſuprà oſtendimus.

1. *Sal ♂tis ſubdulce.*) Recip. Limatura ♂tis, irrora acet. deſtill. ut paſta inde fiat, (maſſa incaleſcit) quæ ſicceſcat; ſiccatam tere ac irrora iterum &c. Idque repete multoties, donec ſcil. fiat inſtar pollinis, nec amplius incaleſcat. Tandem affunde phlegma Acet. coque bulliendo & filtra: humiditate in MB. abſtractâ, digere cum ſpiritu vini, & ſal martis prodibit, non quidem in cryſtallorum, ſed coaguli formâ crocei coloris, ſub quo ſal ♂tis latet. De hoc ſale ſcribit *Johann. Wallæus* quod ſit corrigens omnium purgantium & vim purgantem adjuvet. Ex hoc ſale ♂tis conficiuntur etiam Pilulæ ſpadanæ, ſic dictæ, quod loco Acidularum ſpadanarum eſſe queant, vel quod ſpadæ frequenter uſurpentur. Hoc ſal martis dulce in aq. fort. ſolutum loco acidularum inſervit.

2. *Idem ſal aſſequi poteris vi aq. ſimplicis, loco acet. deſtill &c.*) Non ſal, ſed crocum aperientem acquiris, in quo ſal deliteſcit ab acido aquæ ſale nitroſo inductum. Nec reſultant inde cryſtalli, ſed nudus crocus.

N. *Suecicum ferrum ſale abundantiſſimum eſt &c.*) Verùm in ferro, quodcunque etiam fuerit, nullum ſal actu reperitur; ideoque hæc antecedentia, & quæ ſequuntur, impropriè martis ſalia ſunt & dicuntur, quia ſaltem quoad apparentiam talia, & nihil aliud, quàm vitriolum ſunt, aut huic analogon, id quod ex ſapore & aliis cognoſci poteſt qualitatibus. Jam autem vitriolum quid aliud eſt, quàm ſolutum metallum, quod facilè priſtinam induit naturam; Fruſtra igitur ſunt, qui omnia metalla in hæc tria, ſal ſcil. Sulphur & Mercurium verè ſolvere ſatagunt. Unde metalla, quæcunque illa ſint, calcinari quidem poſſunt, non verò in cineres redigi, ex quibus ſal verum extrahi queat; ſed quædam illorum abeunt in ſcorias calcinata, quæ ſcoriæ autem particulam metalli adhuc habent abſconditam, quæ beneficio acidi cujuſdam ſpiritus ſolvi, in Vitriolum converti, ac denuò in priſtinam ſuam formam metallicam reduci poteſt.

2. *Aliter*

2. *Aliter.* ) Recip. Crocum martis per aquam regiam factum extrahe ſal cum aq. fort. filtra, coagula, non autem in cryſtallos abit, ſed in ſalinum concretum flavum, quod ſæpius ſolvendum & coagulandum eſt.

3. *Aliter. Sal Baſilianum.* ) Hoc non ſuccedit, quia omnia ...tantur.

4. *Vitriolum martis ex cementato. Item 5. Vitriolum martis ex ſoluto marte.* ) Hæc omnia ſuccedunt. Sed ſeq. N. ſimili modo & per alios liquores acres cryſtalli martis exhiberi poſſunt, animadverſione indiget. Hoc enim experientiæ chemicæ non reſpondet; Etenim, ſi cum ſp. Nitri, aq. fort. acet. deſtill. &c. tentes martis ſolutionem, ♂ quidem roditur, perfectè tamen non ſolvitur, nec in cryſtallos convertitur, ſed in crocum, pulverem flaveſcentem, aut ſi extractio ſ. q. Acet. diſt. affuſâ fiat, ſubſtantiam ſubdulcem vitriolato-ſalinam abſtracto Acet. diſt. remanentem habebis. Sic & ſalia acido ſalſa, ut ſal comm. ♂tem, ☉ & ☽nam aggrediuntur quidem, ſed corrodendo ſolum & erodendo rubiginem, & crocum ex ferro eliciendo.

*Sal ♂tis purgans.* ) Hujus plenariam deſcriptionem communicavit *CL. Zwelferus* in mantiſſ. Spagyric. Part. 1. Cap. 1. p. m. 338. Ex hujus Cap. mort. maſſa remanet Vitriolacea, non tam verè purgans, quàm abſtergens aut exſtimulans, Vitriolo tamen ♂tis poſterior. Ex Cap. mort. ♂tiali per deliq. ſoluto ſpiritus flaveſcens deſtillatur jucundè acidus, reliquis acidis Spiritibus ex *co elegantior.

## *VII. LIQVATIO.*

¶ ♂ per ſe minimè liqueſcit, verum ſi in crocum (calcinatione humidâ,) redigatur, aliquo modo liquabilis evadit; unde Liquor ſeu Balſamus, medicamentum in vulneribus aptiſſimum.

HOFMAN. 7. *Liquatio.* ) Hæc non ex marte, ſed ex ſalibus in croci præparatione adhibitis oritur.

# CAPVT XII.

## *De Cupro.*

Cuprum, alterum Metallum, ex ignobilioribus duriuſculis eſt, conſtans (ſecundum Theophraſtum) ex Sulphure purpureo, Sale rubro, ac ☿rio citrino.

Dicitur ♀, quod cum Venere Cœleſti in Macrocoſmo, cumque generativis partibus in Microcoſmo ſympathiam obtineat, dicitur & Æs, German. Kupffer. Cuivre. *Copper.* Koper.

Flore æris veniunt granula à panibus æreis, quando affuſâ aquâ refrigerantur proſilientia, plerunque etiam viride æris.

Vires. *Præterquam quod partes generativas peculiariter confortare creditur, variis abundare facultatibus æſtimatur, adeo ut ſint qui dicere non vereantur, nullum metallorum ſalubriorem ſpirare auram quam Cuprum. Et hinc majoribus ac præcipuè Hippocrati præter reliqua frequentiſſimo in uſu fuit. Nos relicto Cupro crudo, præparationes libabimus, quæ ſunt.*

HOFMAN. *De cupro.* ) Alterum Metallum ex ignobilioribus duriuſculis Cuprum eſt, Ferro mollius & magis ductile, conſtans ex ſuo Sulphure impuro etiam & aliquâ ☿rii parte. *De Sale Cupri* noſtra Phyſica altum habet ſilentium. Comparatur Veneri cœleſti in macrocoſmo, & cum partibus genitalibus in microcoſmo ſympathiam obtinet.

*Vires.* ) Crudum aut ſimpliciter ſaltem ſolutum cuprum, ſive enim Vinum, Acet. aut alius ſuccus acidus fuerit, æri affuſus ac internè propinatus inſalubris eſt, ac legitimi veneni mineralis ſymptomata producit, eò quod externo ejus nexui variæ impuritates adhærent metallicæ. Artificiosè autem & philoſophicè præparatum Cuprum ſuas in Medicinâ meretur laudes, ut non fruſtrà *Cl. Helmontius* glorietur, nihil æquè victorioſè in humidum agere radicale, atque primum Ens Cupri.

## *I. PVRIFICATIO.*

¶ Purificatur à ſordibus ſuperficiariis, ſi imponatur hor. 7. 8. 9. &c. in ▽ ⊖li mixta cum ✱.

## *II. CALCINATIO,*

### *undè Crocus.*

### 1. *Reverberatoria.*

Fit more communi, limaturam ſcil. cremando.

N. *Laminæ ♀is reverberantur calore fornacis figulinæ in æs uſtum, quod facili contritione in calcem reducitur. Beguin.*

### 2. *Immerſiva.*

Solutio fit in liquore acri.

*E. gr.*

🜊. ⁓ Sulphuris, ⁓⊖i, & ſimil.

*Sic:*

Diſſolve ♀m in 🜊, ac præcipita per ▽m tepidam infuſam, vel per particulam ♂is, ☾ æve injectam. *Beguin.*

### 3. *Vaporoſa: unde Ærugo, ſeu viride æris.*

Suſpendantur laminæ ♀is, ut vapori Vini & racemorum objectæ ſint, ſic adhæreſcet Crocus pede leporino abſtergendus.

### 4. *Illinitionis.*

Illine laminas æris liquore acido ſeu acri.

N. 1. *Quinimo ſola ▽ ſimplex, tantillo Sal. com. vel ✱ imprægnata æruginem extrahit.*

N. 2. *Paracelſus ſolvit ſalia (Sal. com. Sal. nit. & ſimil.) in veſica, atque ſolutum liquorem laminis illinit. libr. de mort. rer. natural.*

### 5. *Cementatoria.*

Fit cum Sal. com. & Tart. &c.

♃ Laminas ♀is, F. S. S. S. cum Sal. com. præparat. calcina paulatim leviter igniendo. Poſtea ignitas in aquam injice, atque à nigredine benè elue, iterumque F. S. S. S. calcina, ac elue ut prius. Tandem coque ac repone, ut ſubſideat crocus, quem edulcora ▽â.

Vires. *Inſervit Chirurgiæ, ingreditur Emplaſtrum Oppodeldoch. Gluckr.*

N. *Eodem modo cementatur quoque cum Sulphure, hor. 3. vel 4. inque æs uſtum reducitur Officinarum; [hoc æs uſtum aqua pluries lotum fit præſtantiſſimum ad ulcera putrida] calcinatur itidem & limatura ♀ cum Tart. ſimili modo quo ♂ ad exhibendum Vitriolum calcinare docuimus.*

HOFMAN. 3. *Vaporoſa: Unde Ærugo ſeu viride æris.* ) De viridis æris ſeu æruginis præparatione certamen eſt inter CL. *Tachenium* & Nobiliſſ. *Zwelferum. Tachenius* in Hipp. Chimic. Spiritum ex illo deſtillatum, nihil aliud eſſe docet, quàm Acet. deſtill. fortiſſimum ſale acido volatili aceti imprægnatum, eò quod viride æris ſeq. modo præparetur, quemadmodum & *Robertus à Boyle teſtatur in paradox. chemic.* In Galliâ ſcil. recepta praxis eſt, inquiens, tenuatas cupri laminas in ſiliquis uvarum, ex quibus ſuccus in torculari fuerat expreſſus, immergere, quo modo magis ſalinæ iſtarum ſiliquarum partes ſenſim in cuprum agentes ſeſe cum ipſis in eam cœruleoviridem ſubſtantiam coagulant, quam viride æris appellamus, unde ex hoc paratus ſpiritus etiam ſine rectificatione, odore, ſapore, & proprietatibus ſuis videtur maximè rectificatum ſpiritum aceti vini referre, qui ſpiritus propterea etiam ſiliquarum adſcribendus ſali per earum cum Cupro commiſturam alterato, quia Cuprum ſcilicet in retortæ fundo in formâ croci ſeu rubeſcentis pulveris invenitur. Hæc Robertus. Cui

& *Domi-*

& *Dominus Autor* hic loci ſubſcribere videtur. Verùm hic modus elaborandi admodum lentè rem videtur expedire, multum enim temporis ſpatium in colligendo ita hoc croco ſeu viridi æris requiretur. *Zwelferus* in apologiâ contrà *Tachenium* alio modo viride æris docet conficere. Nimirum Laminæ Cupri cum Uvis expreſſis recentibus ſtratificantur, & deſuper affunditur una pars aceti, & tres vel quatuor partes urinæ puerorum: addunt deſuper multoties nonnihil de alumine & nitro, ſic ſæpius hanc mixturam, ſi exſiccata fuerit, novâ urinâ madefacientes, donec Laminæ Cupri vel penitus eroſæ & in æruginem converſæ conſpiciantur, vel in æs viride convertantur, quod in maſſam panis formâ conglobatum corioque involutum ad Nos transfert. Hunc verum eſſe modum conficiendi æs viride confirmat etiam *Agricola* Libr. 9. *de Natur. foſſil.* & *Wormius in ſuo Muſæo* Cap. 12. Ex hoc præparatur non ſolum menſtruum *Zwelferi*, quo fiunt magiſteria reſolubilia, & tincturæ martis rubræ, ſed ſpiritus aſtmaticus *D. Johan. Michael.* cum gumm. ammoniac. & Sulphure: ut infrà patebit.

4. *Illinitionis. Illine æris laminas liquore acido ſeu acri.*) Sola etiam ▽a ſ. vel per ſe, vel cum modico Salis, vel O vel * impræ-gnata æruginem extrahit.

5. *Cementatoria. Fit cum ſale communi & tartaro &c*) Ob maximam vim conſolidandi, hic crocus commendatur in antiquis vulneribus. Aliàs etiam Cap. mort. poſt ſpiritus viridis æris deſtillationem ex cryſtallis dat etiam pulverem croceum, qui vel per ſe vel poſt repetitam calcinationem paratus uti præſentis croci, ita & omnium aliorum diverſimodè confectorum locum extus in chirurgicis ſufficienter complet.

*Calcinatur itidem & limatura Veneris cum Tartaro.*) ſed cum Tartaro ſeorſim non procedit, niſi Sulphuris & Tartar. anatica portio ad cementationem ſumatur.

## *III. DESTILLATIO.*

¶ Deſtillationibus iiſdem ♀ ſubjici poteſt, quibus ♂: Unde & ▽m, Spiritum, Olea, Mannam, &c. exhibere aptum natum eſt, inprimis tamen deſtillationi ſubjicitur Vitriol. ♀is, cujus ſpiritus adeo famoſus eſt, ut peculiari nomine Acetoſus eſurinus Paracelſo nuncupetur: Vireſque quæ ſpiritui Vitrioli vulgaris adſcribuntur, huic efficacius competunt.

### 1. *Spiritus & Oleum Vitrioli ♀is S. Cloſſ.*

Fiat Vitriolum ♀is methodo Crolliana. Hujus ℔ xii. in ☊ conjiciuntur & △ moderato deſtillatur phlegma omne, id quod horis circiter 6. perficitur; Cohobeturque deſtillationibus aliquot ſuper Colcothar proprium, ut mediante hac fermentatione ♒us volatiliores ſecedant promptius, tùm demum augeatur △ per gradus per 5 ☍ continuos minimumque corp. fixi in ☊ remanet. Spiritus albos à rubris ſepara atque ſeorſim rectifica.

Vires. *Spiritus ♀ ſummum eſt adverſus Epilepſiam Sympathicam [inprimis ex utero] remedium, præmiſſâ purgatione cum floribus rubris ♁ ij. Doſ. à gutt. 8. ad 10. in juſculo acidis ſuccis exaſperato, alias vomitum excitabit.*

### 2. *Spiritus aurei coloris.*

Fit ex ⊗ cui ſuperfunditur vel ſpir. ♀ extillatus, vel 🜍 Tartariſatus, digerendo donec Tincturam extraxerit, evoca menſtruum, reliquum pelle per ☊. egredietur aureus Spiritus.

HOFMAN. 3. *Deſtillatio.*) Huic etiam ſubjicitur Vitriolum ♀neris, cujus elaborationem in Baſilic. Chemic. Crollii p. 294. invenies, non ab illâ differentem, quæ Vitriolo ♂tis debetur, & quam ſuprà tradidi. Notandum tamen, quod Cupri laminæ non ut ♂ fruſtulatim candefactus, Sulphuri immediatè ſint admovendæ, ſed Cuprum Laminatum in fruſtula conſciſſum & cum Sulphure trito in ollâ ſtratificatum ac igni poſteà admotum paulatim calcinandum, quo teri & conteri poſſit. Præter vires, quas Autor recenſet, commendatur etiam hic ſpiritus in ſtomachicis affectibus, item in gonorrhœâ &c.

2. *Spiritus aurei coloris.*) Si ſcilicet ſæpius deſtillatus ſpiritus ♀neris ſuper Cap. mort. cohobetur.

Hic non intercidat etiam memoria *Pulveris Sympathetici Nobiliſſ. Digbæi Magni Regis Angliæ Cancellarii*, qui conficitur ex hoc Vitriolo ♀neris ſeq. modo.

Recip. Vitrioli ♀ Romani vel Cypr. q. v. diſſolve in ▽ ſ. filtra per chartam bibulam, evapora ſuper lento igne & coagula, contunde groſſo modo & ferventioribus ☉lis radiis expone per 14. ☌ ☍, uſque dum accuratiſſimè fuerit calcinatum.

N. 1. Cum aër ſerenus eſt, ☉ eſt exponendum, & ubi pluvioſus & humidus, in locum ſiccum transferendum.

N. 2. Ne ♂te attingatur, tam quando fit, quàm cum factus eſt Pulvis.

N. 3. Hic labor inſtituendus die 25. julii ☉le in ♌onem ingrediente. Et præſtat 4. vel 5. ☌ ☍ ab ingreſſu expectare, ut certiores ſimus de ipſius confirmatione in propriâ domo.

N. 4. Hic Pulvis uſui aſſervandus eſt in loco ſicco, ne excrementitiâ humiditate recuperatâ formam priſtinam aſſequatur, unde non levis ſequeretur ipſius virtutis diminutio.

*Uſus & Vires*: Vulneribus recentibus, è quibus adhuc cruor emanat, immergitur linteum mundum, huic inſpergitur pulvis, & alio panno involutum in loco temperato ſive vicino, ſeu remoto aſſervatur. Sin autem vulnus jam inveteraverit, & degenerarit in ulcus, eodem modo materia ex affectâ parte manans ſive pus ſive ſanies fuerit, linteo committenda, pulvere aſpergenda, & ſedulò aſſervanda. Tum vulnus vino tepido prius ablutum panno mundo obtegendum eſt alternis diebus vel ſæpius, prout manantis ſorditiei copia requirit. Sordidi autem panni ſimul in loco temperato coaſſervandi ſunt.

Et obſervandum 1. ſi vulnus exterius fuerit ſufficere, ut Cruor in pannum effluat, ſin etiam interiores affecerit partes, ipſis penitius immittendus eſt pannus, ut læſam pariter attingat partem.

2. Eandem eſſe hujus pulveris virtutem, quocunque modo vulnus fuerit inflictum, adeò ut ſciam Noſtrum *Dn. D. Johannem Michael.* p. m. etiam in dyſenteriæ initio ſummâ cum laude in uſu hunc habuiſſe pulverem linteis cruentis dicto pulvere inſperſo. 3. Loco mutanda eſſe lintea, ſi calida ſcilicet intemperies partem invaſerit, loco frigidiori & humidiori eſſe committenda cum pulvere & ſanguine conſperſa. Si verò frigida diſcraſia vulnus occupaverit, locus contrarius eſt eligendus. 4. Si vulnus oſſium fracturæ complicatum ſit, fragmenta foràs ſunt educenda, quæ perioſtio nudata ſint, ſi verò fractura æqualis, vel contriti oſſis particulæ perioſteo adhuc cohæreant, vulnere prius ſympatheticè curato pars hypodeſmidibus, epideſmidibus & aſſulis pro more deliganda & fulcienda eſt: admiſcendo ſcilicet in curando vulnere pulver. radic. ſymphyt. gumm. tragacanth. æquâ vel mediâ doſi. vid. *Digbæum in Orat. de pulvere ſympath. Nicol. Papinii Diſſertat. de Eodem. Sylveſtr. Rattray in aditu ad ſympath. & Antipath. P. Borellum in obſervat.*

## ¶ *IV. EXTRACTIO.*

### 1. *Tinctura Baſiliana.*

♃. Virid. æris q. v. ſolve in bona quantitate ⋇ filtra. Hinc abſtrahe ad ſiccitatem (aliis cryſtalliſabitur) nanciſcerisque viride æris purificatiſſimum, extrahe ſ. a. Tincturam Smaragdinam cum ſucco ex racemis immaturis expreſſo, donec nihil amplius coloris exhibeat.

N. *Remanet corpus, quod reſervetur ad Salis ♀is confectionem. Tholdius.*

### 2. *Alia ſeu flores æris.*

♃. Ærug. q. v. extrahe cum ⋇, decanta & abſtrahe ad ſiccitatem, edulcora optimè aquâ calidâ.

Vires. *Mundificativum ſummum eſt in vulneribus, unde & Emplaſtrum Oppodeldoch ingredi ſolet. Wirtzius in Chirurgia.*

N. *Similis modo fit & ⊖m ♀is per Cryſtalliſationem.*

### 3. *Alia Balſamus ♀is dicta.*

♃. Lamin. ♀, affunde ♒ Terebinthin. digere & colorabitur colore viridi.

*Uſus*

*Uſus ejus eſt in Chirurgia.*

### 4. *Alia.*

℞. Limat. vel lamin. ♀ ℔ iij. vel iv. irrora ✳, ſicceſcat lentè, idque repete multoties. Hinc affunde ▽ calidam, decanta ac filtra per chartam, ( & remanebit in charta terra flava, alii uſui reſervanda. ) Filtraturam coagula l. △. ad mellis conſiſtentiam.

℞. Hujus Tincturæ quantitatem ſatis magnam inde cucurbitæ atque XXo leviter impoſito, da ignem lenem, & quando ferveſcere incipit, tolle XX moveque bacillo, ut reſideat, idque repete, donec amplius non ferveſcat. Hinc firma & annecte firmiter XXm, ( luto, & ſimil. ) deſtillaque ex arena in recept. capaciſſ. △ gradatim adhibito, ſic prodibit primo, ſpiritus albus acidus paulatim flaveſcens, & rubeſcens cum nebula: urge, donec nihil amplius aſcendat. ( eſt opus unius diei. ) Deſtillatum rectifica in cucurbita oblongi colli ad ſiccitatem, igne moderato, ne quid flavi & rubei aſcendat. Ex reſtante materia extrahe ſ. a. Tincturam cum 🜈 rectificato. Hanc deſtilla, & quia aſcendit quoque Tinctura, cohoba, donec figatur: hinc coagula ad conſiſt. mellis.

N. *Ex materia ſeu terra illa remanenti, ulterius calcinata, extrahi poteſt Sal. comm.*

Vires. *Tinctur. præſtantiſſimum medicamentum eſt in Epilepſia, aliiſque morbis plurimis, cum liquore conveniente exhibitum.*

### *Alia Manna dicta.*

Manna ſimili modo parari poteſt ex Minera ♀is, &c. Sicut Manna ♂, ex minera ♂.

### *Quinta eſſentia ♀ is.*

🝎 poſt expulſionem ~us albi & rubei olei reſiduum, expone aëri pluvioſo, ut humeſcat, ( aliàs parum ſalis obtinebis ) perfundatur phlegmate ſuo, eliciatur ſal ut moris eſt, cujus pars una confundatur cum part. duabus ſpir. & olei ♀is, ſtent in digeſtione per 14. ♂, Tingatur colore rubeo.

Vires. *Hæc Tinctura leviſſimo △ continuo fixata & coagulata, eſt ſummum arcanum ad morbos cerebri ſang. depurandum, febreſque omnes contin. & intermitt. S. Cloſſ.*

Hofman 4. *Extractio. 1. Tinctura Baſiliana* ) Si hæc viridis ſolutio filtrata in alembico abſtrahatur ad cuticulam apparentem, & in loco frigido cryſtalliſari permittatur, cryſtallos ♀ acquires, ex quibus retortæ vitreæ loricatæ immiſſis ſp. ♀ deſtillare potes magnarum virium. Prout & ex crudo ære viridi, ut ſuprà monuimus, qui probè rectificatus non cedit illi ex dictis cryſtallis præparato. Tinctura autem Smaragdina cum ſucco ex racemis immaturis expreſſo, exterius adhibita ſummum eſt mundificativum in vulneribus, item in gingivæ ulceribus. Prout & altera deſcriptio ex florib. æris eandem ſuppeditat viribus cum illâ convenientem. Unde & Emplaſtrum Oppodeldoch ingredi ſolet.

N. Hic ſpiritus ♀ ex cryſtallis Vir. ær. unde oriundus ſit, Autores etiam inter ſe non conveniunt. *Tachenius* l. c. Acet. diſt. fortiſſimum putat eſſe. Contra *Cl. Zwelferus* l. c. Magnam eſſe differentiam ſtatuit inter Acet. diſt. & hunc ſpiritum ♀ neris; eò quod æs viride aliter componatur, atque *Tachenius* ſibi imaginetur; Unde hunc non nudum Acet. diſt. ſed peculiarem ſpiritum eſſe ex urinâ, ſpiritu uvarum, & Acet. ex ♀ nere extractum. Deinde modum diverſum operandi evincere, ſpiritum ♀ neris ſolvere perlas, corallia &c. blandè & amicabiliter, & à ſolutis his integrè abſtrahi poſſe, Acet. diſt. autem non: ſpiritum ♀ neris tincturas extrahere tùm ex ♄ nio, tùm ex marte; Acet. diſt. non. Præterea hic ſpiritus magnarum eſt virium, ac Epilepticis, apoplecticis, hyſtericis opitulatur, rectè exhibitus. Summum etiam præſtat levamen in doloribus dentium crudeliſſimis, colicos dolores ſiſtit ac demulcet, & Lumbricos externè inunctus enecat, quæ omnia Acet. diſt. nullo modo exſequitur.

5. *Alia Balſamus ♀ ris dicta.* ) Recip. Lamin. ♀ affunde ſpiritum Terebinthin. digere, & colorabitur colore viridi. Alium Balſamum ♀ vid. in theſaur. Pharmaceutic. annex. ſect. 4. num. x.

N. Ex omnibus metallis nullum eſt, quod tam facilè, & tam jugiter colorem ſuum prodat delireſcentem, atque cuprum. Nam in menſtruis acidis non ſolùm ut ▽ fort. & ſpiritu Acet. ſolutionem exhibet ſub-cœruleo-viridem, ſed & in ſpiritu urin. fuliginis ſimpliciter cœruleam. Oleum ſive Spiritus Terebinth. elegantem ſolutionem largitur uiridem. *Nobiliſſimus Robertus à Boyle in tr. de Coloribus.* Colorem illum putat adventitium emergere poſſe tam ex Cupro ipſo, quàm ex ſalibus, quibus corroditur. Sic v. g. accipe ſp. urin. infunde convenienti æris in minutas partes redacti quantitati, & elegantem ſolutionem cœruleam obtinebis, huic ſi guttas aliquot rectificati ſp. vitrioli infuderis, ſaturato hoc privabis colore & communis ▽æ ſpeciem conciliabis. Porrò ſi in parvum circiter cochleare ſolutionis floris æris in aquâ paratæ inſtilles ſp. Salis & aq. fort., ſolutionis viror in momento evaneſcet, & liquor apparebit limpidus. Si autem denuò vel ol. Tartari p. d. vel ſp. urin. modicum inſtilles, mixtura colorem priſtinum, quamvis nonnihil immutatum exhibebit, æmulum coloris cœrulei ultramarini. vid. Nobiliſſim. à Boyle. l. c. p. 256.

4. *Alia.* ) Tinctura hæc ad *Domini Autoris* præſcriptum elaborata ſuccedit. Cohobatio autem cum ſpiritu vini vel alio ſpiritu Epileptico ſummè neceſſaria eſt, quo enim ſpiritus melius uniuntur, eò melius poſtmodum etiam operantur, imò magis volatiles redduntur. Tinctura hæc valdè commendatur in Epilepſiâ aliiſque capitis affectibus, ſicuti aliàs etiam hic divinitus quaſi operatur & confert Spiritus ♀ neris cum ſp. aliquo epileptico circulatus, vel per ſe exhibitus.

*Alia, Manna dicta.* ) Hæc ex Minerâ ♀ neris aliquandiu aëri humido expoſitâ cum ſp. vini ſale poſtmodum extracto, humiditate ad mellaginem abſtractâ. Quemadmodum etiam cum minera ♂tis procedit.

*Quinta Eſſentia ♀ neris. Cap. mort. poſt expulſionem Spiritus albi & rubei olei reſiduum expone aëri pluvioſo &c.* ) Aliàs parum ſalis poſſidebis. Cap. mort. hoc Sal ex aëre attrahit Verno præprimis tempore, & colore purpureo ſi ex Cap. mort. ♀: candido autem ſi ex Cap. mort. ♂tis, ex quo Sal copioſè aquâ affuſâ elici poteſt, quod in aëris atmoſphærâ deliquit & magneticè fuit attractum. Hæc Tinctura juxtà vim ſuam diaphoreticam etiam emetica eſt.

## § V. SALIFICATIO.

### 1. *Sal.*

Sal ♀ is Vitriolatum ex viridi æris lixivia poteſt beneficio ✳, nimirum ✳o aliquantulum abſtracto, reſiduum frigori exponitur, ſic congelantur Cryſtalli.

### 2. *Aliter, ſecundum Thold. ex Baſil.*

℞. Reſiduam materiam, ex qua Tinctura Baſiliana extracta eſt, exicca, & affunde ▽m mellis, ut extrahatur Sal, abſtrahe tandem ▽m mellis, & digere cum 🜈.

Vires. *Sal ♀ calfacit intenſius quam reliqua Metallorum ſalia, corroborat ventriculum, cruditateſque inibi emendat, proinde flatibus, aliiſque affectioni inde oriundis, v. g. colico & ſimil. medetur; uterum frigidum calfacit, ejus ſuffocationem ſanat, menſtrua promovet, renum quoque morbis ſuccurrit.*

*Doſis gran. 3. ad 8.*

### 3. *Aliter.*

Calcina limaturam ♀ is cum Sulphure, ( eodem ſcil. modo, quo ſupra ♂m calcinare docuimus, ) hinc elixivia ſal coquendo cum ▽ fontana: aquâ hâc evaporatâ relinquitur ſal, ſeu Vitriolum ♀ is.

Vires. *Inſervire poterit loco Vitrioli, ac proinde eadem inde Medicamenta parari poſſunt quæ in Vitriolo dedimus.*

Hofman. V. *Salificatio. 1. Sal.* ) Hoc Sal intus non tutò adhiberi poteſt, quia facilè vomitus enormes concitat. Spiritus autem exinde deſtillatus in capitis & ſtomachi affectibus ſingu-

ſis energiæ eſt. Si ♀ ſolvatur in ſp. Nitri, ſolutionem cryſtalliſando elegans etiam vitriolum impetrabis, cujus crocus in chirurgicis operationibus miracula edit.

2. *Aliter. Secundum Thold. ex Baſil.*) Colico affectui & ſimilibus propter ſp. vini concentratum medetur: Præſtantius fuerit hoc ipſum, ſi unà ſp. Vitrioli hermaphroditicus aſſumatur. Hinc ad Elixir uterinum meliori cum effectu recipitur ſp. Vitrioli ♀ neris, quàm ſp. Vitrioli ſ. vel etiam Vitrioli ♂ tis.

### *VI. Sublimatio.*

Sulph. ♀.

⊖ vel ⊕ ſublimatur cum ✱co edulcor. V. infra.

*Flores ♀.*

Fac lixivium ex ℔ ij. Calc. viv. & ℔ j. ✱ hoc coagula in ſalem, quem M. cum part. ii, boli communis, & ſpiritus albos educ inſtar ▽F, △ per gradus aucto, rectificentur.

℞. Hujus menſtrui part. IV. limat. ♀ is (aut quod melius Virid. Æris part. I. pone inter ⊑ vaſe obturato, ſolvetur metallum inſenſibiliter, affunde aliud, tantiſper, donec fæces nigræ & leves tantum ſuperſint, aq. ſolventem abſtrahe, quod remanſerit urge △ aperto in cucurbita elevabitur metallum in flores ſubſidio reſolubiles in Balſamum viride.

Vires. *Uſus ejus eſt in Ulceribus cacoëthicis, ſi verò eoſdem à ∼bus ✱ci vindicaris, tunc ſecure & abſque morſu Vulnera & ulcera quævis exiccant, Empl. & Unguentis permixti.*

*Ex commun. ejuſdem S. Cloſſæi, Oleum*

*Virid. Æris cauſticum ejuſdem.*

℞. Virid. Æris part. I. Sal. nitr. part. ij. ponantur in catillo, incendantur carbone donec deflagrarint, quod remanet, ſolvatur in cellà per deliquium, vel in veſicâ ſuillâ diligenter clausâ in aqu. demersâ. Valet ad puſtulas ♀ eas & verrucas abſumendas.

HOFMAN. VI. *Sublimatio. Flores ♀ neris.*) Menſtruum acquiris urinoſum ſalibus, volatilibus ſalſis urinoſis imprægnatum, cum quo dictos flores ♀ præparare poteris. Sed admodum pretioſum eſt. Externè in unguentis & Emplaſtris hi flores adhibentur. Sequenti modo aliter præparari poſſunt.

Rec. Vitrioli ♀ q. v. affunde phlegma Vitrioli ad eminentiam duorum vel trium digitorum, & ſp. Vitrioli parum. Ac poſtmodum ſtent in loco tepido per 3 ♂ ♀; tandem filtrentur, ac denique cum oleo Tartari p. d. ⌣tentur. Hi flores ▽ dulci diligenter edulcorandi ſunt. Arcanum ſunt contrà vermes; vomitum etiam concitant & cum Sal. com. Nitri conjuncti in febribus quotidianis & tertianis intermittentibus commendantur. Doſis eſt à gr. iij. ad ℈ ſ. in vehiculo appropriato.

*Oleum Virid. Æris cauſticum.*) Hoc externè ad puſtulas ♀ neras & verrucas abſumendas adhibetur potentiori acido debilius ſupprimendo. Melius eſt illud aëri humido exponere ad ſolutionem per deliquium, quàm in veſicâ ſuillâ clausâ in aquâ demersâ.

## CAPVT XIII.

### *De Plumbo.*

AD tertiam progredimur Metallorum Claſſem, quæ Metalla ignobiliora minus dura continet, Plumbum ſcil. ac Stannum.

*Præparationes ſunt.*

1. Purificatio. 2. Calcinatio. 3. Sublimatio. 4. Deſtillatio. 5. Extractio, quibus addi poſſunt Mercurificatio, Salificatio & Liquatio.

Plumbum Metallum eſt viliſſimum conſtans ex Sulphure indigeſto, Sale aluminoſo ac ☿io, naturam ♁ialem æmulante.

Dicitur Saturnus, quia tùm macrocoſmico tùm microcoſmico Saturno, id eſt, lieni conſecratum ſtatuitur. Græcè μόλυβδος. Germanicè Bley. du Plomb. *Lead*, Loot.

[Eſt veluti ſapo ad abſtergendas ſordes ☉. ☽. & gemmarum.]

Vires. *Refrigerat, adſtringit, incraſſat, &c. libidinem reprimit, ulcera carnibus implet, cicatrices obducit excreſcentiiſque liberat, ulceribus cheroniis, quæ vocant, malignis, cancroſis & putredinoſis; tùm per ſe, tùm quibuſdam aliis permiſtum, convenit.*

HOFMAN. *Plumbum Metallum eſt Viliſſimum; conſtans ex Sulphure indigeſto, Sale aluminoſo ac ☿ rio, naturam Antimonialem æmulante.*) Verum eſt, hoc omnium Metallorum eſſe viliſſimum, & excepto Auro ponderoſiſſimum, quia imperfectum ac indigeſtum adhuc ſulphur metallicum, ac ☿ rium habet, de quo tamen magis quàm de illo participat, ut ſuprà demonſtravimus. Loquimur tamen hîc de Mercurio Metallico, qui diverſus eſt à Mercurio vulgi, qui ex Antimonio & plumbo non difficulter extrahi poteſt, & facilius ex ejus mineris. Tere mineram, qualem ex Sabaudiâ nuper accepi Plumbi in pulverem minutiſſimum ac ſtylum aureum in illo move parumper, & ſtatim adhærebunt auro particulæ quædam ☿ riales, ſed hæ non ad ſubſtantiam Plumbi pertinent, nec radicitus illi immerſæ ſunt. Cùm enim mirabilis ſit illa & imperceptibilis ☿ rii hujus in minima diſſipatio, quæ fit in mineris per ignes ſubterraneos, facile ſe Metallis inſinuat, ſed non conſtitutivè & radicitus. Quædam particulæ primâ metalli fuſione in auras evaneſcunt, quædam tenacius adhærent, ac remanent, & tandem ſalium reſuſcitativorum operâ eruuntur, & à reliquis ſeparantur. vid. *CL. Morhofii Epiſtol.* l. c. Hunc in ☉ facilè mutari poſſe, ſuprà aſſeruimus. Unde & ſæpius laudatus Vir *Nobiliſſ. Robertus* à *Boyle in paradox.* inquit: Vir quidam illuſtris, cujus Nomini peregrinationes Ejus & erudita ſcripta celebritatem conciliarunt, nuper Mihi aſſeveravit, ſe pluries ☿ rium Plumbi in perfectum ☉ fixatum vidiſſe. Quod autem ad Sal Plumbi attinet, de hoc in Naturâ altum adhuc eſt ſilentium. Dicitur *Saturnus*, quia Microcoſmico comparatur, unde & Microcoſmico Saturno Lieni prodeſſe creditur.

*Vires. Libidinem reprimit &c.*) Utrum medicamenta Saturnina totaliter auferant Libidinem & ſterilitatem inducant, an ſecus; diſceptatur inter Doctores. Nos negamus ſecundum quid, ſi ſcilicet hujuſmodi Medicamenta Saturnina ſæpius uſurpentur, cum aliis autem Venerem reprimentibus commixta concedimus. Contra cancroſa ulcera, & alia maligna felici etiam cum ſucceſſu Saturnina applicantur remedia.

N. 1. Plumbum ex Carinthiâ ad Nos delatum cæteris Saturni mineris præfertur, cui tamen illa nequaquam cedit, quæ propè Freibergam Villach invenitur, atque hinc Plumbum Villachium dicitur, quod de ☽ nâ participat. Hinc etiam cryſtalli & omnia Medicamenta ex minerâ Saturni confecta in Capitis affectibus conveniunt. Minera Saturni in Vere & ☉ le etiam exiſtente in Leone ☽ nâ plenâ vel paulò antè effoſſa præ cæteris nobiliores virtutes poſſidere dicitur.

N. 2. De Plumbo Scriptorio oder Waſſerbley ſciendum, vocari illud Molybditem Lapidem, de quo eruditè ſcripſit Ceſalpinus, & primam facit ſpeciem lapidis plumbarii; Altera enim ſtibium eſt. Biſmuthi ſpeciem vocat in Sareptâ ſuâ *Johann. Matheſius*, Et *Georg. Agricola* de re metallicâ Ejus ſeorſim meminit, ubi de fuſione Minerarum Metallicarum Argenti præprimis tractat. Multò lævior ac friabilior minera Plumbi nigri parum aut nihil ferè Argenti in ſe habens. Exteri & in primis Itali hoc crudum à Nobis petunt, illudque expolientes denuò iterum ad Nos remittunt pro uſu ſcriptorio. Si tamen aliàs Ejus Uſus in Medicinâ aliquis eſt, cum Plumbo & Ejus recrementis maximè convenit virtute exſiccante, demulcente & diſcutiente. Unde in eryſipelate Ejus uſus, item in gangrænâ, ulceribus humidis, phagædenicis non contemnendus, ſi fotus ex illo paretur.

### *I. PURGATIO.*

¶ Fundatur ♄, dumque fluit, injice aliquid ceræ vel axungiæ aurigarum (Wagenſchmier) Du vieiloing, *Coachgreas*, Wagenſmeer, ut efflagret, hinc effunde in aquam (calidam.)

 *II. CAL-*

## II. CALCINATIO.

1. *Incineratoria.*

Funditur plumbum, auctoque igne ut olla candeat, continuâ agitatione reducitur in cinerem, ſeu calcem cineream.

2. *Reverberatoria.*

*Unde Minium Officinarum.*

Calx illa ♄i continuâ agitatione reverberatur ulterius ut rubeſcat.

N. *In reverberatione cave ne iterum fluat, alioquin in plumbum de novo convertetur.*

3. *Cementatoria.*

*Unde Plumbum uſtum Offic.*

Fiat S.S.S. ex ♄i bracteis & Sulphure pulveriſato, uratutque hac ratione ♄: poſt uſtionem ſæpius abluatur & reſiccetur. Et hoc eſt plumbum uſtum Officinarum, quod lavari poteſt, ut Cadmia. *Dioſcorid.*

4. *Immerſiva.*

Etſi ♄us beneficio cujuſlibet liquoris acidi calcinari poſſit, quales ſunt, 🜊, ⁓ Sal. communis, Sal. nitri, Vitrioli, ✳ in Officinis contenti rariſſimè reliquis utimur.

*Unde*

1. *Saccharum ſive Sal ♄i.*

℞. Calcis ♄i, vel minii, q. v. affunde ✳, ſtent aliquamdiu, extrahaturque ſ. a. decantatos liquores filtra, humiditatemque abſtrahendo coagula: ſic habes Sal ♄i, quod iteratis ſolutionibus ac coagulationibus, (primo in ✳, dein quoque in ▽,) purificari, & tandem ad cryſtalliſandum reponi poterit, rejectis in operatione fæcibus.

N. *Quidam à Sale illo ♄i ✳ aliquoties (3) cohobando abſtrahunt, hinc affundunt Spirit. Vini, cohobantque itidem vicibus tribus.*

N. 2. *Simili modo & ex ♄ granulato ſal elici poteſt, quod præſtat priori.*

N. 3. *Si ✳ acuaveris ⁓u Vitrioli, vel Sal. nitri, facilius negotium perficietur.*

N. 4. *Sal ♄i cryſtalliſatum ſi in cellam repoſueris, liqueſcet paulatim, atque hac ratione ℘ ♄i per deliquium acquiri poteſt.*

N. 5. *Fit ex hoc Sale & Balſamus ♄i, quem vide in Lythargyrio.*

*Aliter.*

℞. Laminas aliquot ♄i tenuiſſimas, ſuſpende partim in cucurbita ſupra ✳, partim quoque ipſi ✳ immerge. Hinc deſtilla cum cohobiis: deſtillatum hoc, cum eo, quod in fundo remanſit, filtra, addendoque ceruſſam, quæ laminis adhæret, digere aliquamdiu: tandem leniſſimo calore abſtrahe aliquotam ✳ partem, reſiduumque repone ad cryſtalliſandum ſ. a. cryſtallos collectos purifica ſolvendo, coagulando. *Keſter. libr. 1. cap. 17.*

2. *Magiſterium ♄i.*

Solutioni ♄i inſtilla ℘ Tart. p. d. & præcipitabitur.

Vires. *Saccharum & Magiſterium (utriuſque enim eadem ratio eſt,) intra corpus ſumptum, frigiditate ſuâ libidinem extinguit.*

*Doſis gran. 4. 5. 6.*

*Extrinſecus, arcet libidinem, ſi umbilicus & priapus eo inungantur. (N. Si viciſſim mederi velis, utere Balneo Laconico, & inunge, umbilico ℘ nucis moſchatæ deſtillatum.) Mira quoque præſtat in ulceribus corroſivis, malignis, cancroſis, impetiginibus, ambuſtis ac inflammationibus. Diſſolvit tumores duros & ſcirrhoſos, applicatur commodè contuſionibus, confertque inflammationibus rubedinique oculorum, in ▽ roſarum & euphraſiæ vel ciliis quoque impoſitum. Croll. Beg. Senn. in Inſt.*

N. *Sal ♄i cum Sal. nitr. in Cryſtallos concreſcit aſthmaticis proficuos, vide cap. 23. ſub titulo Sal. nitri Saturniſati.*

3. *Aliud Magiſterium ♄i, Lac ♄i dictum.*

℞. Solve laminas ♄i in ⁓ Vitrioli rectificat. (vel ⁓F, ex Sal. nit. & ⊖ ana) decanta: ſolutioni affunde Spirit. Vini rectificat. vel aquam ſalſam, (i. e. aquam in qua ſal ſolutum) & præcipitabitur ♄us inſtar nivis, præcipitatum edulcora & exicca.

4. *Liquor lacteus ♄ni ad ulcera S. Cloſſ.*

Imbibe ℥ j. ſalis ♄ni cum ℈ j. Ol. Sulph. campanarii, ſtet per aliquot ♂ in frigido, iterumque eadem quantitate ℘ irroretur & ſulphurari permittatur in phialâ, quam reple ℥ iv. aqu. comm. & agita ut lacteſcat.

Vires. *Hoc liquore lacteo imbuantur pittacia ſive ſplenia dupl. & applicentur bis aut ter in ♂ calidè ſuper ulcera dyſepulotica, citòque cicatrice obducentur.*

5. *Calcinatio Vaporoſa: unde Ceruſa,* Bleyweiß.

Suſpendantur lamellæ ♄i ſupra ✳, ut vapores ab aceto elevati circumeant. Sic adhæreſcet paulatim Ceruſa, quam derade, &c.

N. *Sublimationem in Mercurificatione videre licet.*

(Unguentum de Ceruſſa uſuale)

(Oleum ceruſſæ quidam parant, ex macerata ceruſſa aceto forti, per 🝪.)

(Ceruſſa lutea paratur per ♀)

HOFMAN. 2. *Calcinatio.* 1. *Incineratoria.*) Hæc peragitur, dum Plumbum funditur, & aucto △ne continuâ agitatione in cinerem ſeu calcem potius cineream reducitur. Nam Metalla in cineres propriè redigi nequeunt, bene autem in calcem. Ex quibus enim Sal educi nequit, illa incinerari etiam non rectè dicuntur.

2. *Reverberatoria.*) Unde Minium Officinarum. Ex hâc △nis operatione reverberatoriâ Acidum quoddam in flammâ eſſe innoteſcit, dum Minii pondus ſuperat ♄turni pondus, ex quo illud emerget. v. g. ♄turni ſumantur 100. ℔, exurantur aridi ligni in Minium, & cum illud in Minium converſum, reperiuntur 110 ℔. quæritur unde Minium acquiſiverit ℔ x? Hoc corpus ſcilicet, quod Plumbum auxit in flammâ, eſt acidi ſaporis, idque probat ſequens mechanica. Deſtilla ex retortâ vitreâ aperto △ne, de illo ipſo ligno cum quo Plumbum exuſſeris, & extillabit liquor acidi ſaporis, qui extra retortam in flammæ formâ Plumbum lambit, eique commiſcetur & fixatur. Refunde Minium in Plumbum & habebis 100. ℔ras, ut prius, & reliquæ 10 ex acido ex ligno expulſo. Hoc autem cùm non ſit de Plumbi Naturâ, cum Eo non colliquatur, ſed fugit in Gas. Inde decepti fuerunt Autores ſtatuentes hoc Sal, quod *Dominus Autor* etiam in *Plumbi* aluminoſum pronuntiat, in plumbo fuiſſe per putatitiam incinerationem inde productum, cùm tamen ex acido flammæ productum fuerit, & in plumbo calcinato fixatum.

4. *Immer-*

4. *Inm ſvt.* ) *Il i. Saccharum ſive Sal ♄ turni ibid.* ) Saccharum ſaturni præparatur vel ex Minio, vel ex ceruſſâ, vel ex Materiâ aliquâ Sp[illegible] dictâ ſicuti in Hollandiâ hic præparandi modus viget. Ai as *Domini Autoris* noſtri deſcriptio proba eſt modo ſolutio & coagulatio aliquoties repetantur, ut Sal. comm. illud eò perfectius & melius elaboretur, & purificetur. V. g. Rec. cryſtall. ♄ turni ſolve in acet. deſtill. filtra, & rurſus abſtrahe, uſque dum concreſcere velle videantur, tunc affunde ſp. vini rectificatiſſimum, digere & ſp. vini ad medietatem abſtrahe, ſic fiunt cryſtalli ſplendeſcentes.

Hic animi diverſi ſunt Nonnulli modernorum Naturæ interpretum ſtatuentes ex Minii, aliorumque pondere non probari poſſe ab acido flammæ eſſe, ſed id potius ab ejus alkali dependere, eò quod acidum primò omnium evolet; non Sulphur △nis, non Sal. comm. alkali, fixa enim æquè ac volatilia △ne patulo abigi confuſa ſine ordine. Cur ergò per Deum! operationes, quæ ſunt alkalicorum tribuuntur acido? Quin poſt Cl. Helmontium omne potius in vulneribus, ulceribus, gangrænâ acorem attendunt, illum alkalinis abſorbent & corrigunt. Nunc inverſo ordine acidum ſuperabundans id facere creditur. Verùm, quid abſoni erit ſtatuere aliquid alkalicæ eſſe energiæ & tamen ex Acido productum eſſe, Minium alkalicum exercere effectum notum eſt, quid autem inde? Ergò non ex Acido flammæ? ſed ejus alkali. Neutiquam. Salia alkalia annon & ipſa ex Acido? dum juxta Cl. Helmontium & rei veritatem ſalia volatilia in vegetabilibus arreptione ſui Sulphuris mutantur in alkali, quodnam eſt illud Sulphur, nonne illud quod in ipſis vegetabilibus exiſtit, ac acidus ſpiritus eſt ut per mechanicam chemicam conſtat. Sic & acidum flammæ à lignis ſuppeditatum in ♄ turni corpore peculiari ratione diſpoſito dulceſcit & alkalinam induit Naturam. Sed videtur, hanc dulcedinem ♄ turno eſſe domeſticam, non aliunde petendam, nam & ex ♄ no ipſo, ceruſſâ, lithargyrio educi poteſt ſaccharum. Verùm ſcientia non apparentis nulla eſt. Hæc enim in hâc Naturæ ſcientiâ, ut auguſtè Eam ſalutat *Cl. Febure* Nos demum ſcire ſum perſuaſus, quæ manuali experientiâ addiſcimus, hæc ſi oſtendat, dulcedinem ♄no eſſe domeſticam, ſeu ex ♄ni Sale petendam, ſubſcribemus; aliàs manus noſtræ ſunt oculatæ, credunt, quod vident. Sal ♄ ni, inquit *Nobiliſſ. Anglus Robert. à Boyle in paradox. chemic.* ut & reliquorum metallorum neque unquam vel illud conſpicere Mihi datum, vel ex ullius fide digni autoptæ teſtimonio coargui, tale quid unquam ſeparatum in Naturâ fuiſſe. Nam ſi ex ipſo ♄ no, imò & ceruſſâ, lithargyrio ſaccharum educi debet, per corporum ſalinorum acidorum interventum hoc emergit, ſanè dubium homini curioſo reſtabit, emergere Sal. comm. illud ex ♄no ipſo, an ex corporibus aut ſpiritibus acidis ad id præparandum adhibitis. Quid enim in Marte, Venere, Iove, imò oculis ♋, corall. CC. uſto ſpiritus acidos edulcorat? forſan etiam in his peculiare aliquod in ſcenam producendum erit Sal alkali domeſticum? Sed urgent ulterius, id fruſtrà videri ab △ne peti; Verum, unde aliàs? Ecce quæſo; Annon Sulphuris acidi vegetabilis manifeſtiſſima cernuntur veſtigia in carbonibus, ex quibus per alkalia, antequam in cineres convertantur, aurei coloris ſeparari poteſt, cujus (& non alkalium) beneficio flammam evomunt; hoc Sulphure à carbonibus ſeparato, non inflammari amplius poſſunt, ſed in cinerem convertentur, ex quo alkali, qui nunquam flammam concipiet, ſi carbones retortæ indantur, & △ne aperto deſtillentur, in ſpiritum abeunt acidum. Sed regerunt: cur ergo & quomodo ♄ nus tantum ſibi acidum per quandam abſtractionem metaphyſicam applicat, quod primò omnium evolat, non Sulphur △nis, non Sal. comm. alkalinum? an quia fixius, quod negant, nam fixa dicunt æquè ac volatilia △ne patulo abigi confuſa ſine ordine. Verùm hæc abſtractio Acidi facta à Saturno ex flamma △nis non ſane metaphyſica, nec phantaſtica, ſed realis eſt, adeò ut 100 libræ plumbi ſolâ calcinatione 10. libras ex △ne tueantur & Minium conſtituant, ut ſuprà oſtendimus. Cur autem Acidum hoc, inſtant ulterius, occultum colorem ex Metallo rubrum extrahit, cum notum ſit, quàm ægrè acida ex metallis ruborem extrahere vel ſoleant, vel poſſint, etiam ex ipſo ♂ te, ſed potius eundem pervertant. Cur eaſdem habet virtutes cum Saturno & non alias, cur alkalinas, an acor ille iners? Cur acida addita pervertunt hunc colorem & virorem etiam extrahunt, ut in Saccharo Saturni viridi? Verùm, quædam acida ex Marte ruborem vel flavedinem extrahunt, uti patet ex Croci ♂ tis præparatione cum ſp. Sulphuris acido, vel vitrioli facti, nonnulla etiam pervertunt, ut docet præparatio Sacchari Saturni ex Minio cum aceto; quæ autem ratio? Si perpenderis, quouſque mera texturæ mutatio facta vel ab Arte, vel Naturâ exporrigere ſe queat in novis qualitatibus in unâ eâdemque materiæ portione producendis, ſi, inquam, perpenderis, quodque variatio vel figuræ, vel molis, vel motus, vel ſitus, vel nexus corpuſculorum, unde ullum horum corporum componitur, mutare fabricam ejus poſſit, fortaſſis unà mecum inducetis ad credendum, non adeò neceſſarium eſſe, ut Natura ſemper in promptu habeat elementa, vel principia hypoſtatica, unde talia corpora, quæ mixta vocamus componat, neque adeò eſſe facile, ut chemici, aliique hactenus imaginati ſunt, dignoſcere, quænam exiſtimanda ſint, excluſivè ad omnia reliqua inexiſtentia ipſius ingredientia elementaria, multò minus determinare, quænam primigenia & ſimplicia corpora coiverint ad eam componendam. Non dulceſcit, inſtant ulterius, Minium, nec acidum △nis dulceſcit in Minio, ſed acidum extraneum huic additum dulceſcit, quia Sal comm. alkalinum cum Sulphure mixtum exhaurit. Verum Minium omninò dulceſcit ob acidum ſcilicet extraneum à flammâ Ignis ſuppeditatum, non ob Sal. comm. alkalinum cum Sulphure mixtum, id quod adhuc melius ac evidentius probandum eſt. Neque acidum Ignis ſeu flammæ ullum Sal. comm. alkalinum cum Sulphure mixtum ex Saturno exhaurit, ſi ex Saturno debet Minium elici, quod dulceſcit, ſed ſufficit Mera partium in Saturno figuræ, texturæ, nexus ac ſitus mutatio ab acido flammæ peracta, unde dulcedo ac rubedo. Quid? ſi Minium ab alkalinis dulceſcit, cur non Minium ex Saturno cum alkalibus pyrotechniæ ope emergit? Sed ulterius dubitant; An à ſolo acidò pondus; annon ex particularum inverſione levibus ablatis Sulphuribus? Verum & hæc ratio admodum levis eſt, uſque dum per mechanicam inductionem ante oculos ponatur. Et ſi qua particularum adeſt inverſio, potius ad qualitatem, quàm quantitatem erit referenda. Quid enim corallis vulcani acori expoſitis dat ponderis augmentum? in his nulla levium Sulphurum eſt ablatio, nulla notabilis particularum inverſio.

*Si acet. deſtill. acuas Spir. Vitrioli &c.* ) Hâc ratione conficitur ex Saturno Anti-peſtiferum dictum; Rec. Saturni calcinati q. v. affunde acet. deſtill. ſ. q. animam extrahe, reduc. in cryſtallos ſ. a. Hos imbibe cum ſp. vitrioli rectific. evapora ad ſiccitatem. Hunc laborem tertiâ vel quartâ repete, vice & ſic magis magiſque corpus ſaturni diſcontinuabitur. Hujus animæ Saturni ſp. Vitrioli turgidæ Rec. ℥ iij. vel q. v. ſolve in Aq. deſtill. pluviali & per evaporationem iterum reduc. in cryſtallos albiſſimos. Horum doſis eſt à gr. ij. ad iij. cum ſp. Tartari volatil. ʒ j. & ſp. Theriacal. ℈ ij. in Aq. Card. b. ℥ j. in febribus ardentibus etiam malignis & peſtilentialibus ſummo ſemper cum emolumento ægrotis meis obſervatis circumſtantiis certis offero; Movet ſudorem, pellit urinam & fermentum figit febrile. Nota. Loco ſp. vitrioli ſ. ſubſtitui etiam ex tempore poteſt ſp. vitrioli coagulatus cum cryſtall. ſaturni mixtus. Item Rec. ☉ fulminant. Cryſtall. ſaturni & Cinnabar. Antimonii rectific. ana M. & philoſophicâ putrefactione radicaliter unias. Et ſic in deſperatiſſimis acquires remedium, quod Me rarenter deſeruit. In febribus malignis doſ. gr. iij. aut 4. pro pueris. gr. vj. ad 8. pro adultis.

N. 1. Solve liquorem cryſtall. ſaturni ſp. vini probè imprægnatum, & miſce cum ſoluto vitriolo martis, quod etiam ſp. vini optimè ſit animatum, ſucceſſu temporis in digeſtione ſolutio rubeſcit, qui ſp. vini affundendus, circulandus & probè commiſcendus, per repetitam cohobationem deſtillando emergit Tinctura antiphthiſica D. D. Iohannis Michaëlis, in ſputo ſanguinis maximis extollenda laudibus.

N. 2. Sciendum hoc Sal ſive Saccharum ſaturni non eſſe verum Sal ex cineribus plumbi extractum, ſed ſaltem vitriolum quoddam Plumbi eſſe, imo ipſum Plumbum ſolutum, tum quod ex ipſo crudo Plumbo nec quicquam calcinato eâdem operâ idem eodem aceto deſtillato confici poſſit, quod ex Plumbo calcinato, vel Ejus ſcoriis, tum quod etiam in priſtinum plumbum ſit reducibile.

N. 3. Salis ſaturni iteratæ ſolutiones & coagulationes non ſunt rejiciendæ, ut ſuprà præcepimus, ſed ejus edulcorationes, quas Nonnulli Authorum commendant, ridiculæ ac ineptæ ſunt, dum hoc modo Spiritus acidi eluuntur & in reſiduo nil niſi priſtinum manet metallum. Spiritus enim aceti in Sal dulce coagulatur in calce ſaturni, manente formali ſaturni concreti proprietate, quemadmodum etiam patet ex ſp. vitrioli agente in martem, ſi enim ſp. vitrioli acidus corroſerit martem, acidum vitrioli fixatur in vitriolum, manente marte integro etiam in pondere. Adeoque ſunt proprietates ſingulares ſpirituum, non autem corporis patientis reactiones: quippe quod in ſui ſubſtantiâ, aut pondere, ſuſtinet, niſi meram unicamque ſui diviſionem: vid. Nobiliſſ. & Acutiſſ. Helmont. in tr. ignota Actio Regiminis §. 11. pag. 165.

N. 4. In Saccharo ſaturni unio Salium acidorum cum nonnullis Plumbi partibus adeò ſtricta eſt, ut ſp. Acet. quà talis videatur deſtructus, dum corpuſcula ſalina penitus amiſere eam aciditatem, cujus nomine ille liquor Spiritus aceti vinoſi dicebatur. Nec poſſunt ullæ ejuſmodi partes acidæ, quales minio vel calci ſaturni apponebantur, à Saccharo ſaturni utriuſque ſobole ſeparari, ut non ſolum nulla planè aciditas, ſed mira dulcedo in concreto guſtetur: & ſi Saccharum ſaturni per ſe deſtilletur, liquorem valdè penetrantem & graveolentem nanciſcimur, nullatenus acidum, ſed odore & aliis qualitatibus æquè ac ſapore à Spiritu Acet. diſcrepantem. Verùm hæc ratio, ut admodum

veriſimilis, mihi approbatur, quod cum in Acet. partes vini ſpirituoſæ tantùm ſint depreſſæ ſalinis Acet. particulis cum calce plumbi unitis, Spiritus vinoſi adhuc ſuperſtites denuò liberantur, & ſui juris facti è latebris illorum vi caloris urgentur. Quemadmodum idem evenire videmus in deſtillatione Acet. deſtill. ſuper Sal. comm. Tartari, quando terram foliatam Tartari conficimus.

*Aliter. Rec. Laminas aliquot ſaturni tenuiſſimas &c.* ) Etiam ſuccedit; Sed hic modus admodum lubricus eſt, facilè enim accidere poteſt, ut laminæ decidant, & ita totum laborem irritum reddant.

2. *Magiſterium ſaturni.* ) Hoc cum ol. ſulph. p. d. præcipitatum externè pro coſmetico uſurpari poteſt; item in ſcabie aliiſque affectibus ab humoribus ſalſis ac ſeroſis, item in ulceribus malignis, cancroſis, puſtulis, ophthalmiâ cum Aq. euphrag. ſcabioſ. &c. Aliàs magiſterium etiam albiſſimum præparatur & elegantiſſimum internè uſurpandum, ſi ſolutioni ſaturni cum acet. deſtill. factæ ad præcipitationem ſp. Salis vel vitrioli inſtilletur.

*Vires.* ) Saccharum & magiſterium ſaturni internè adhibitum chyli & maſſæ ſanguineæ, lymphæque acidum mirificè compeſcit, fermenta febrilia extinguit & internis inflammationibus viſcerum medetur. Externè arcet libidinem priapo inunctum; miræ etiam eſt virtutis in ulceribus corroſivis acidum rodens abſorbendo malignis &c. item in variolis externè cum empl. de ſpermate ranarum impoſitum, illis in vigore jam poſitis cum cutis inflammatione conjunctis, quæ à ſalibus dependet acribus, hæc non repellendo, ſed mitigando ac edulcorando compeſcit, prout ſæpe fui expertus etiam in illuſtriſſimis Ducalibus ſubjectis. &c.

N. *Sal ſaturni cum Nitr. ana.* ) Cryſtalli ſaturni cum ſp. vitrioli non ſolùm, ſed & cum ſp. Nitri acui & in cryſtallos iterum redigi poſſunt. Commendantur in inextinguibili ſiti & calore febrili.

3. *Aliud magiſterium ♄ni, Lac ♄ni dictum.* ) Hujus rarus eſt uſus, unde & *Dominus Autor* ſuprà innuit de ♄turni calcinatione immerſivâ, etſi ſaturnus, inquiens, beneficio cujuſlibet liquoris acidi calcinari poſſit, quales ſunt Spiritus Vitrioli, Aq. fort. Sal. comm. & O. &c. attamen acet. deſtill. frequentiſſimum ſolvens eſt, & optimum. Solutio cum reliquis facta & cum Sale præcipitata mortuam quaſi terram excludit, ſeu calces nullius momenti.

4. *Liquor Lacteus ſaturni ad ulcera S. Cloſſ.* ) Hic liquor chirurgicum ſuum agnoſcens uſum in ulceribus dyſepuloticis, ſpleniis duplicatis hoc ipſo imbutis & applicitis, mira præſtat.

5. *Calcinatio Vaporoſa: Unde Ceruſſa.* ) Lamellæ plumbi ſuſpendantur ſuprà, Acet. ut vapores ab Acet. elevati circumeant. Sic adhæreſcet ceruſſa, quam derade. Benè autem proſpiciendum eſt, ne lamellæ decidant, & vas ſubſtractum frangant, & ſic totum laborem fruſtraneum faciant.

N. Ex Ceruſſâ componitur Emplaſtrum Norinbergenſe S. r: vid. theſaur. pharmac. annex. ſ. x. n. xxv.

## ¶ III. DESTILLATIO.

*Unde*

1. ⌒ ♄i ardens.
2. 🝆 flavum.
3. 🝆 rubrum.

♃ Sacchar. ♄i ( vel potius 🝆 ♄i ) per deliq. deſtilla per retortam vitream lutatam in excipul. capaciſſ. juncturis bene clauſis, △ gradatim adhibito, donec rubræ guttæ cadant, nihilque amplius extillet.

N. *Deſtillatus hic liquor quatuor diverſa menſtrua exhibere aptus eſt. Spiritum ſcil. ardentem, 🝆 flavum phlegma, & 🝆 rubrum: quorum ſeparatio fit per retortam vitream in* MB *vel cinere, receptaculis ſcil. pro diverſitate liquoris extillantis, mutatis.*

*Cognoſcitur autem diverſitas liquoris, ⌒ ardens prodit ſine ullis venulis in collo retortæ apparentibus, 🝆 flavum, cum venulis obliquis, ceu vinum ardens: phlegma cum venulis rectis: relinquitur 🝆 rubicundum in fundo: phlegma ſeparatur ab 🝆 flavo ſeorſimque ſuſcipiendum eſt.*

Vires. *⌒ ſudorificus eſt, hinc prodeſt in Peſte, Melancholia Hypoch. Febribus ardentibus, Lue Venerea, & ſimil.*

*Doſis gutt. 2. 3. Tentzel.*

N. 1. *Venereum appetitum infringit.*

N. 2. *🝆 flavum ♂ aliquot digeſtum rubeſcit.*

N. 3. *Cum Spiritu & phlegmate ſolvuntur & præcipitantur perlæ ad tincturam inde conficiendam. Vide tincturam Perlarum.*

*Cum 🝆 flaveſcente fit ſolutio ☉. vide de ☉.*

*🝆 rubicundum mundificat ac ſanat vulnera, ſiſtulinatur.*

*⊗ mundificat itidem vulnera.*

*Vide Beguin. libr. 2. cap. 4. Hartmann. in Crell. Sennert. Inſtitut. Keſler. lib. 4. cap. 57.*

### 4. 🝆 ♄i balſamicum.

♃ Balſamum ♄i Terebinthinatum, deſtilla per retortam, igne nudo gradatim adhibito. Primò ſtillat ⌒ Terebinthinæ, tandem 🝆 ♄i balſamicum, ſuſcipe ſeorſim.

Vires. *Maximarum eſt virium in cancroſis, aſthiomenis & cæteris malignis ulceribus.*

HOFMAN. 3. *Deſtillatio. Unde 1. Spir. ♄ni ardens.* ) Hic ſpiritus ardens nihil aliud eſt, quàm ſpiritus vinoſus in Acet. deliteſcens & à partibus acidis depreſſus, unde ſi Acet. ſalia cum calce ♄turni uniuntur, hic ſpiritus ardens vinoſus adhuc ſuperſtes denuò liberatur & ſui juris fit, unde à quibuſdam dicitur regeneratus, ut ſuprà jamdum monuimus. Iſte autem ſpiritus ardens nequaquam à ♄no procedit, nam ſi △nem vehementiorem adhibeas, calx ♄ni denuò in Plumbum liquatur. Præter hunc ſpiritum ardentem *Dnus Autor* etiam duplicis olei flavi & rubri mentionem injicit. Verùm ego hæc nunquam à ſaccharo ♄ni obtinui, licet ipſum deſtillatum ſine additamento aliquid olei largiri experientiæ non refragetur. Non decrunt, qui hoc ol. non niſi Sulphur ♄ni volatile redditum velint, hoc argumento, quod deſtillatione finitâ Cap. mort. valde nigrum reperiatur. Verùm, cùm ſaccharum ♄ni ſit genus quoddam magiſterii, paratum duntaxat calcinando ♄num per ſe diſſolvendo illud in Acet. diſt. & ſolutionem ad cryſtallos redigendo, examine facto, deprehendes hoc ol. ex Cap. mort. deſtillatum ex Spir. Acet. diſt. productum, ulterius adhuc in diſtinctas reſolvi poſſe ſubſtantias, vel quod quædam partes ſpiritus unà cum nonnullis ♄ni partibus hoc ol. poſſint conſtituere, quod proinde, licet videatur homogeneum, corpus valdè compoſitum eſt, vel ſaltem, quod Acet. diſt. & ſaturninæ calcis in ſe invicem actione pars liquoris ita alterari poſſit, ut à Spiritu acido in ol. tranſmutetur.

N. Aliàs etiam ex cryſtallis ſacchari ♄ni cum Spiritu Vitrioli elegantiſſimus liquor deſtillari poteſt omnium morborum aſtralium, qui fixas egere radices & indomitos fomites habent, ſalutaris Hercules nullum heterogeneum in microcoſmo Aſtrum admittens, ſed inimicas & hoſtiles omnium morborum impreſſiones ſive ideas eliminans. Sequenti autem modo elaboratur.

Recip. Sacchari cryſtallini ſeu animæ ♄ni per Acet. diſt. parati q. v. affunde ſpiritum Vitrioli rectific. digere per aliquot ♂ ♀ & prodibit phlegmatica Vitrioli ſubſtantia, affunde recentem ſp. Vitrioli, iterum digere, deſtilla phlegma iterum, abjice, & hoc aliquoties repete, donec acidus iterum extillet: Ita corpus ♄ni ferè totaliter deſtructum eſt, & ex vinculis ſuis liberatum, & in multò benigniorem planetam converſum, nempe ♂tem, & hæc ultima ſolutio cum ſpiritu Vitrioli apprimè eſt neceſſaria, nam Acet. ad ♄ni ſolutionem admodum inſufficiens eſt, aliunde igitur quoddam Acet. minerale ♄no admiſcendum. Hanc animam ♄ni accipe Acet. diſt. minerali impregnatam, miſce cum bolo calcinato, & ♌la per retortam ut moris eſt. Peractâ deſtillatione Recip. ſpiritum, qui prius prodiit, ut & ol. rubrum, unumquodque ſeorſim rectifica, prius digerendo; ultimò conjunge ol. rectificatum cum priori ſpiritu, & cohobando ſæpius in MB deſtilla, donec per reiteratas ♌ationes totaliter uniantur. Poſtremò △ne valido ex Aren. aut cineribus iterum deſtilla.

N. 3. *Cum ſpiritu & phlegmate ſolvuntur & præcipitantur Perlæ ad tincturam inde conficiendam.* ) Plures alii ſp ctabiles chemici docent ſpiritum ♄ni ardentem perlas diſſolvere, quæ ejuſdem concreti ſpiritu præcipitatæ, eo ipſo, ut aiunt, volatiles redduntur. Verùm fides ſtet penes affirmantem, mihi adeò felicem eſſe, ut his ipſis meis viderim oculis, nondum licuit. Prout nec hoc, ex ol. flaveſcente ♄ni fieri poſſe ☉ ſolutionem. Interim certum eſt, tam ſpiritum, quàm ol. externè applicitum in inflammationibus, combuſtis membris, vulneribus & ulceribus &c. maximarum eſſe virium.

4. Ol.

4. *Ol. ♄ni balſamicum* ) Scilicet, ſacchari ♄ni ſ. q. cum Terebinth. miſcetur, ac igne nudo gradatim adhibito per retortam deſtillantur. Primò prodit Spir. Terebinth. tandem ol. ♄ni balſamicum. Maximæ eſt energiæ in ulceribus cancroſis, æſthiomenis &c. Aliàs balſamum ♄ni ( ut vocant ) unguentum eſt ex ſaccharo ♄ni in Acet. ſoluto & ol. roſaceo miſto, vocatur alioquin butyrum ſaturni. Ejus uſus etiam in inflammationibus & ambuſtis ſatis deprædicari nequit; Hunc balſamum Autor Noſter Libr. 2 deſcripſit.

N. Saccharum ſaturni in ol. Terebinth. ſolutum & leni calore Ciner. digeſtum, egregium & ferè divinum præbet in gonorrhœâ remedium, in primis ſi aliquid addatur camphoræ. Confici etiam poteſt cum ol. d. juniperi, ſi ſp. vini abſtrahatur. Placet nonnullis balſamum ſaturni appellare; commendatur etiam in pluribus affectibus externis.

## *IV. SUBLIMATIO.*

*Unde*

### *Sal ♄i volatile.*

℞. Min. ♄i. q. v. ſolve in 🜊 ſolve quoque ſal fuſum in ▽. com. Utrumque confunde. Sic extemplo 🝏bitur pulvis albiſſ. qui probè edulcorandus & exiccandus.

N. *Hoc Sal laminæ ferreæ candenti impoſitum liqueſcit inſtar ceræ neque effumat.*

*Ex communicatione Cl. D. Ioelis Langelot.*

Hofman. 4. *Sublimatio. Unde ſal ſaturni volatile.* ) Hæc operatio potius 🝏tatio, quàm 🜍atio appellanda venit, minium enim in acet. deſtill. ſolutum cum ▽ com. Sale fuſo imprægnatâ in pulverem album 🝏tatur, unde enim 🜍atio? Aliàs certè ſolutio minii elegantius dat 🝏tatum cum ſp. Salis rectificato, quàm cum Sale fuſo in ▽ comm.

N. Sal etiam ſaturni elegantiſsimum conficitur ex Spiritu O, qui fit ex O & Sal. comm. anatica parte cum boli ſextuplâ parte in Spiritum 🜹 latis, qui Spiritus ſuper laminas Plumbi tenuiſſimas funditur uſque dum non amplius ebulliat, poſteà 🝏tatur cum ▽â.

## *V. EXTRACTIO.*

*Unde*

### 1. *Sulphur ♄i ſeu 🜍 ſupernatans.*

℞. Mannæ ♄i, circula aliquamdiu cum 🜈 rectificatiſſ. abſtrahe 🜈 gradatim : ſic aſcendet tandem 🜍 ♄i ſupernatans.

N. *Si 🜍 hoc cum 🜈 denuò circules, tandem fragrantiſſimo imbuetur odore.*

Vires. *Maximarum eſt virium in affectibus pulmonum, phthiſi, &c. Dn. D. Paulus Keſl. r.*

### 2. *Tinctura.*

℞. Cryſtall. ♄i cum 🜊 fact. extrahe cum 🜍o juniperi, ac rubeſcet 🜍, abſtrahe, ſi placet, & ſerva, vel digere cum 🜈, iterumque abſtrahe.

N. *Remanet materia poſt extractionem ſali extrahendo idonea.*

### 3. *Alia.*

℞. Cryſtall. ♄ ( cum 🜊 factor. & edulcorator. ) q. v. extrahe 🜈, filtra, digerendo defeca, ſubſident enim fæces, abſtrahe tandem 🜈, & remanet Tinctura in fundo rubra. *Keſler. lib. 4. c. 70.*

*Doſis* 2. 3.

### 4. *Alia Tinctura ♄i elaboratior.*

℞. Sal ♄i cryſtalliſat. q. v. affunde ▽ pluvial. ſæpius ( 8. ) deſtillatam, ſolveque quoad poteris, & decanta. Decantatos liquores deſtilla in MB. ad ſiccitatem. Hinc affunde 🜈m mellis, circula per menſem, ac deſtilla cum cohobiis, multoties repetitis. Tandem abſtrahe mellis 🜈m, remanentique Eſſentiæ adde Sal. com. ex 🜔 ♄i extractum & cum 🜈 Tartariſato, per menſem unum ac alterum circula. Hinc 🜈 abſtrahe remanebitque Magiſterium ſeu Tinctura ♄ rubicundiſſima.

N. *Hic inſerere placet quæ Etzlerus de ♄ habet in Iſagoge ſua: Ex plumbo*, inquit, *conficiuntur medicamenta facientia ad longævitatem: Calcinetur plumbum per vapidi attractionem, & per menſtruum debitum extrahatur tinctura. Hæc poſtmodum abſtracto menſtruo per debitam calcinationem & circulationem convertitur in lapidem rubicundum pellucidum.*

Uſus. *Præſtantiſſima eſt Medicina in Mania, Melancholia, Quartana, Phthiſi, Lienem aperit, in Melancholia Hypochondriaca apprimè conveniens eſt.*

### 5. *Alia Tinctura, Manna ♄i dicta.*

℞. laminat. q. v. extrahe Tincturam cum 🜈u ♄i eſſentificato, filtra & abſtrahe.

### 6. *Cremor ♄ni S. Cloſſ. & inde Tinctura.*

℞. 🜊 partes x 🜈 Sal. communis part. ij. mineræ ♄i in alcool redact. part. I. Digere per octiduum in 🜔, vel plus donec dulceſcat 🜊, ſolutum filtra & inter exhalandum ſæpius cochleari vitreo ſubleva cuticulam ſeu Cremorem glaciatum nivis inſtar ſplendentem, dum ejus ſuffic. quantit. habeas, reliquum cryſtallizetur & ad alios uſus ſervetur.

### 7. *Lapis & Tinctura.*

Cremorem hunc indito vaſi fixatorio H. S. in capellâ 🜔 da △ primo leviſſ. per 40. ☍. cavendo ne fluat materia ( ut in ſale ♄ vulgari accidit inevitabiliter) quibus elapſis proba ſuper laminam candentem, an fluat cum fumo; ſi ſic, continua △ in eodem gradu, donec fumare deſinat, & citrinari incipiat, tùm △ auge dum croceſcat, auge fortiùs ad rubedinem uſque totalem pulveriſ. è quo Tinctura cum 🜈 non difficulter poſtea habetur.

Vires. *Valet ad morbos ♄inos.*

### 8. *Tinctura facilior.*

℞. Minii ♄ i part. v. ſilicum calcinat. part. ij. terantur diutiſſimè, fluant in tigillo △ per gradus adhibito donec in lapidem Rubini æmulum colliqueſcat, qui tritus Tincturam ſuam in 🜈 Tartariſatum deponit. Ex comm. S. Cloſſ.

N. *Hoc Rubino ♄ni vel ſequenti vitro ♄ni videtur intelligendus Glauberus prima parte furnorum p.*80. *ubi calcem politam ♄ni miſcet cum Sal. com. Tartari & inde deſtillat. Spiritum gradatorium, & liquorem viridem per deliquium ex 🜔 excipit. Vel fiat Rubinus ex calce ♄ni ſive minio, ut eſt in pag.* 151. *ſecundæ partis Glauber.*

### 9. *Tinctura ex Vitro ♄ni.*

♄nus vi expreſſivâ △ follium ſuper teſtâ probatoriâ redigitur in gummi flavum coloris arantii, tranſparens, fuſile non vaporans in △, eſtque aqua illa viſcoſa mineralis, quam Rhodianus ait omnium metallorum colores, odores & ſapores ad ſe trahere, cum conſervatione facultatis vegetativæ (videſis Beguinum tit. de ſpiritu ardente ♄ni) quod ſic fit. Spiritus

metallorum: Miſce calcem cujuſcunque volueris metalli cum hoc Gummate Mariæ, mixturam arte fuſoriâ redige in Encauſton ſive Smaltum opacum, quod in pulver. redactum facilè Tincturam ſuam ⋇ communicat, ſcil. ☾, & ♃ ſubflavum colorem, ♄nus ex luteo vireſcentem, ♀ paraſinum, ♂ ſanguinem, ☉ hyacinthinum impertitur. Solvente verò abſtracto, reſtitans inde gummi mittitur in ☊ extillaturque fumus albus, opacus, tactu frigidus, quod tandem in Oleum abit naturæ vegetativæ, *Baſil. Vigenerius.*

HOFMAN. 5. *Extractio. Unde 1. Sulphur ♄ni, ſeu ol. ſupernatans.*) Manna ♄ni ex cryſtallis ♄ni cum ſpiritu vini ♄ni conficitur per crebram cohobationem & circulationem, donec nil niſi phlegma ſuper alembicum adſcendat; Hæc cum ſpiritu vini de novo aliquandiu circulatur, & gradatim abſtrahitur, uſque dum ol. ♄ni unà elevetur. Si hoc ol. cum ſp. vini ſæpius circules, fragrantiſſimo tandem imbuetur odore. In affectibus pulmonum, phthiſi &c, ſummæ eſt efficaciæ, conveniens cum tincturâ antiphthiſicâ Dn. D. Iohann. Michaelis, cujus etiam ſuprà facta fuit mentio.

2. *Tinctura.*) Cryſtalli ♄ cum ol. juniperi extracti per digeſtionem præcedentem tincturam rubram excludunt, quæ cum ſpiritu vini circulari poteſt. In calculo renum & inflammationibus hæc admirandæ eſt virtutis.

3. *Alia.*) Ex cryſtallis ♄ni ritè præparatis ſimiliter rubra prodit tinctura. Si cum ſp. vini extrahantur, filtrentur, digerantur cum Vitriolo martis poſt digeſtionem defæcentur, aliquâ ſp. vini abſtractâ parte. Earundem eſt virium cum ſaccharo Saturni.

4. *Alia tinctura ♄ni elaboratior.*) Recip. cryſtallos ♄ni ad ſuprà præſcriptum modum præparatos. ſ. q. affunde ſpiritum mellis pone in circulationem per menſem, poſtea deſtilla cum cohobiis ſæpius repetitis, tandem abſtrahe ſp. mellis; reſiduo adde denuò cryſtallos ♄ni & cum ſp. vini Tartariſato vel arcano Tartari ſoluti per aliquot menſes circula. Hinc ſp. vini abſtrahe, & acquires tincturam ♄ni rubicundiſſimam. Hæc magni momenti eſt, prout & cremor ♄ni *S. Cloſſæi*, item Lapis & Tinctura no. 6. 7. & 8. Sub his enim non minimi momenti latitant arcana, in Maniâ, Melancholiâ, Quartanâ, phthiſi, Melancholiâ hypochondriacâ apprimè conducentia.

9. *Tinctura ex Vitro ♄ni.*) Hæc nullibi niſi ab Alchemiſtis ad lapides conficiendos, quos ſæpiſſimè pro pretioſis divendunt, uſurpatur.

### ¶ V. MERCURIFICATIO.

*Unde*

1. ☿ *ius* ♄*i.*

℞. Sal. com. ♄i, q. v. ♉ ✳, p. d. ad emin. 2. digit. digere in ciner. ♂ ♇ 14. Dein deſtilla & tandem auctiori △ ſublima. Flores tere optimè cum ⋇ Saleque com. ac habebis ☿m currentem ♄i. *Keſler. lib. 1. cap. 29.*

2. *Aliter.*

℞. Calc. ♄i, (per ▽F ex Vitriolo & Sal. nit.) optimè edulcorat. Cryſtall. Sal. nitr. purific. ana. ſublima per cucurbitam tabulatam, flores tere cum ✣.

N. *Antequam affundatur ▽F, digerenda eſt limatura ♄ ♂ ♇ (14) cum lixivio ex ✳ Sal. com. Tart. & Calc. viv. in ▽ vel ⋇ quo lixivio dein evaporato, ♄ terendus eſt ſupra Porphyr. Keſler. l. 4. cap. 82.*

3. *Aliter.*

Fiat lixivium ex ciner. clavell. ℔ 1. ciner. ſarment. vitis. ℔ IV. Calc. viv. ℔ 1. ſilic. uſt. ℔ ij. cum ⋇. In hoc lixivio ſolve ♄ limat. Et quando lixivium lacteſcit, injice Borrac. ⁝. (ſcil. reſpectu ♄i injecti) ut ſolvatur: dein deſtilla gradatim, extillabit tandem in receptaculum ☿ currens.

4. *Aliter.*

℞. aqu. ✳ci ſublimati & in cella reſoluti ℥ ij. ol. Tart. ſpir. Sal. nitr. ana ℥ i ß. M. digere per biduum in lapidem.

℞. hujus lapidis pulveriſ. ℥ j. laminarum ♄ni ℥ ij. laminæ ſolvuntur in ℥ IV. ♎us Sal. nit. ſolutio projiciatur ſuper lapidem, putrefiat per menſem aut ultra, abſtrahatur ♎us uſque ad liquorem cum cohobio terno, tandem detur △ ♎atorius ut calx ♄ni aſcendat, quam digere cum 🜄 fortificato ✳co & ſale Tart. per diem naturalem, agita inter digitos, & calx ad vitam excitabitur.

HOFMAN. 5. *Mercurificatio. Unde 1. ☿rius ♄ni.*) Omnes Dni Autoris deſcriptiones non ſuccedunt; Interim tamen non dubito, quin & proceſſus mercurium ex ♁nio ſeparandi cujus infrà mentio fiet, & experientiæ correſpondet, etiam hic accommodari poſſit, ſi modò hæc tria probè obſerventur. 1. Ut ♄nus in aq. fort. ex Nitri p. ij. & Vitrioli p. 1. præparatâ ſolvatur. 2. Ut loco Urinæ ſalibus reſuſcitativis Acet. fortiſſimum addatur. 3. Ut digeſtio ad duos continuetur menſes. Hæc ex litteris mſſ. ad me datis *Excell. D. Iulis Langelotti.*

### ¶ SALIFICATIO.

*Sal ♄i verum.*

℞. Materiam, quæ remanſit poſt extractionem cum ♉ juniperi peractam, ſicca optimè, ut oleoſitas penitus conſumatur: extrahe Sal com. cum ⋇ (ſic extrahitur Sal com. quod ante extractionem impediebatur, quo minus reſolvi poterat) abſtrahe ⋇ ac repone ad cryſtalliſandum, Cryſtallos clarifica abſtrahendo 🜄 ſerva. *Baſilius in Teſt. & hinc Tholdius.*

Vires. *Refrigerat vehementer & exiccat, proinde ſemen extinguit.*

*Doſis g. 4.*

*Extrinſecus medetur oculorum rubedini, ulceribuſque totius corporis.*

N. *Si Oleum ſeu Liquorem expetas, per deliquium id ex ſale habere poteris.*

HOFMAN. *Salificatio. Sal ♄ni verum.*) Hoc Sal com. non ex ſaturno immediatè & per ſe, ſed etiam ex Acet. diſt. ortum eſt, unde & in cellam ſive aërem humidum repoſitum ſolvitur per deliquium in ol. à ſaccharo ♄ni non differens, ſed idem cum eo ſpecie eſt, unde & ejuſdem cum ſaccharo ♄ni energiæ.

## CAPUT XIV.

### De Stanno.

STannum eſt Metallum molle, album, ſplendens cum livore quodam, conſtans ex ☿io puriore (in genere ignobiliorum,) molliore fugacioreque quam Metalla duriora, fixiore vero quam plumbum, & Sulphure albo minus maturo.

Dicitur Hermeticis Iupiter, quod Iovi macrocoſmico ſympathicè conveniat, & proinde Iovi microcoſmico, id eſt, Epati: nonnullis, plumbum album. Germ. Zin / Weißbley / Etain, Plomb blanc. *Tin.* Tin.

Vires. *Præterquam quod Epati convenit, uteri morbis peculiariter quoque dicatur.*

HOFM. *De Stanno.*) Hic *Dnus Autor* comporationem inſtituit cum mercurio hujus metalli & reliquorû duriorum mercuriis. Non tamen mihi perſuaſerim, illum mercurium vulgi voluiſſe intellectum, talem enim currentem ſcilicet reliqua duriora ac fixiora metalla non habent. Hoc verum eſt ex ♄no ut & ex jove mercurium currentem elici poſſe, adeò, ut quidam ſint experti, unâ

dl coſtione mrcurium vivum ex jove prolicitum fuiſſe. Verùm radicitus ei non adhæſit, nec ad ipſius ſubſtantiam pertinuit, ut ſuprà demonſtravimus. Iovem præterea etiam Sulphur quoddam in ſe habere, apparet ex ♌ lar one butyri ♁ nii cum jove & mercurio ſublimato facti, ubi hoc Sulphur (ſed indigeſtum reſpectu ⊙ & ☽) inſtar foliorum ⊙ adicendit.

### I. *PURGATIO.*

¶ Funditur ad ignem, atque inter fundendum ſuperinjicitur aliquid ſevi, ceræ, vel mellis, ut comburatur. Hinc effunde in ▽m calidam.

N. *Purgari quoque poteſt per ſublimationem. vide infra.*

### *II. CALCINATIO.*

1. *Incinerationis, &*

2. *Reverberationis.*

Fiunt eodem modo, quo ♄ calcinare docuimus.

3. *Immerſionis.*

Fit itidem immergendo, liquoribus acidis ac corroſivis, ut in ♄, uſitatiſſimè tamen per ✳.

*Unde*

1. *Sal ♃is.*

Vide Saccharum ſeu Sal ♄i, ad cujus modum ut parari & cryſtalliſari, ita & cum V̇ exaltari poterit.

N. 1. *Niſi ♃ optimè fuerit reverberatus nihil effeceris.*

N. 2. *Simili modo & ex floribus Sal conficere licet.*

Vires. *Præſtantiſſimum ac præſentiſſimum eſt remedium in uteri ſuffocationibus, quas ad miraculum compeſcit, tam intrinſecus quàm extrinſecus adhibitum. Commendatur itidem extrinſecus ad omnia ulcera fœtida, fiſtulas, cancrum, & alia eſthiomena.*

*Doſis gran. ij. iij. iiij. &c. repetitis vicibus.*

2. *Magiſterium.*

Fit quoque ſimili modo per præcipitationem. *V. Mynſ. armam.*

N. *Paravi quondam Magiſterium ♃is ſolvendo ſcilicet reverberatum in ✳ præcipitandoque per ≏m ⦶i, verùm cum alia vice, idem ex calce ♃is, à Stannariis emptâ meditarer, nihil effeci. Præcipitatio autem ſubſecuta eſt inſtillando urinam.*

Vires. *Eadem ſunt cum priori.*

4. *Calcinatio Vaporoſa.*

Similiter quoque ut in ♄o dictum peragi poteſt.

Hofman. 2. *Calcinatio.* 1. *Incinerationis.* 2. *Reverberationis. Hæ eodem modo, quo ♄ni calcinatio, peraguntur.* 3. *Immerſionis ſcilicet jovem liquoribus immergendo acidis v. g. Acet. diſt. Unde Sal. com. jovis.*) Hoc etiam conficitur in modum ſacchari ♄ni ex jove calcinato per exquiſitiſſimam reverberationem beneficio aceti concretum. Calcinetur prius ſtannum per ſe △ne reverberii, prius leni in patellâ terreâ fictili ferreo baculo ſæpius agitando, uſque dum in pulverem gryſeum converſum fuerit. Ex hoc extrahe ope Acet. deſtillati acetrum ſal ſive Vitriolum ſtanni ſolutio filtretur, & ad ſiccitatem abſtrahatur, relictum ſolve ſp. vini, iterum filtretur, & aliquali abſtractione liquoris cryſtalliſabitur. Præſtantiſſimum eſt medicamentum in uteri ſuffocationibus, item in hecticâ, epatis affectibus &c.

N. 2. *Simili modo & ex floribus Sal. còm. conficere licet.*) Iſti fiunt ex ♃ve cum menſtruo ex Nitr. & ⊖ præparato. Vid. CL. Sennert. in inſtitut. Lib. V. part. 3. ſect. 3. cap. 15. p. m. 1431. Suffocationem uteri tollunt uſque ad miraculum inſtar incantamenti.

1. 2. *Magiſterium fit quoque ſimili modo per præcipitationem.*) Liquori ſcilicet ♃vis cum Acet. diſt. confecto inſtillatur vel Urin. recentiſſima puerorum, vel ſpiritus ſalis, & elegantiſſimum inde acquires Magiſterium. vide de hoc Mynſichtum.

N. *Paravi quondam Magiſterium &c.*) Mihi etiam idem uſu evenit, benè autem cum ſp. Salis vel Vrin. ſucceſſit præcipitatio. Diverſitatem igitur Jovis ſubſtantiæ in cauſa eſſe puto quæ in variâ texturâ partium illi conſiſtit.

### III. *DESTILLATIO.*

¶ Deſtillationi quoque eidem obedit cum ♄no; unde lectorem eò remittimus.

*Hinc.*

1. ♃. *Diaphoreticus Beguini.*

℞. ♃ optimè limati vel calcinati ℥ij. ☿ ≏ti. ℥iv. Miſc. & deſtilla per retortam, ex arena vel igne nudo gradatim adhibito, idque in excipulum ▽ ſemiplenum & præcipitabitur pulvis, quem lava, exicca & ſerva.

[In febribus, pleuritide, hyſtericis affectibus, utilis.]

N. 1. *Cum incipit deſtillare, ignem ſuppreſſum adhibe, ut calor ſit moderatus.*

N. 2. *Pulveris hujus origo potius ☿io adſcribenda quam ♃i. Sunt tamen qui ſtatuunt pulv. hunc nil eſſe aliud quam partem puriorem ♃ per ≏tus ſalinos & Vitriolatos calcinatam, ſolutam atque extillantem, cum per fuſionem abeat in Regulam ♃ ut ille in Regulum ♀ij. redibat. Hinc Antihecticum Poterii.*

[*quod paratur ex ♁ii & ♃is partibus æqualibus, agitatione in ſcorias redactis, & cum ⦶ triplo in ✢bulo detonatione, famoſum ſed expectationi ſæpè inſufficiens.*]

N. 3. *Aqua reſidua ≏u Vitrioli philoſophico impregnata, deſtillationi ſubjici poterit, ut inde habeatur ≏ Vitrioli philoſophicus, modo ſupra in ≏ Vitrioli deſcripto.*

N. 4. *Si poſt extillatum butyrum Iovialem ignem ſuppreſſionis per gradus dederis, tunc in collum 🝭 ſublimabuntur flores argentei.*

*Doſis gr. 4. 5. 6. Beg.*

[*Bezoardicum ♃iale vid. cap. ſeq.*]

2. *Sulphur ♃is, ſeu 🜍o ſupernatans.*

Elici poteſt ex Manna ♃is: modum vide in ♄o.

N. *Eâdem ratione quoque fragrans reddi poterit.*

3. *Gummi Ioviale ſublimatum & Oleum S. Cloſſ.*

℞. Limat. ♃. ℥ij. ☿ ≏ti. ℥vi. M. manu celeri, pone in 🝭 collo peramplo inſtructam, pelle per ∴ ≏m ſemper fumoſum, poſtea butyrum, indeque ☿ vivus in copia exibunt, tandem adhibito ſuppreſſionis igne, elevabitur tota ♃ ſubſtantia, gummatis gryſei ac præduri ſpecie, paucis admodum fæcibus rubris in fundo ſubſiſtentibus. Hoc gummi ſtatim pulveriſandum eſt, aliàs ſubſidio humeſcit, deinde ſuper tabula ♂ ſtanno obductâ collocandum in vinariâ ubi colliqueſcet in oleum flavum.

4. *Sulphur ♃.*

Id quod remanet non colliquatum ſuper laminâ

♂. M. cum fæcibus ſuperioribus, affunde 🜊 digere per quatriduum, abſtracto 🜊 reperies Sulphur rubrum ♃is inſtar Minii.

5. *Sal ♃.*

Reſolve hoc Sulph. in aq. communi, vel per ſe, in humido liqueſcat, filtra, coagula, ſolve, iterum erit coloris Smaragdini cum quadam dulcedine.

Vires. Oleum numeratur inter ſolventia metallorum, Sulph. & ſal externis tantum uſibus inſerviunt, ſpiritus verò ♃ (quem ideò ſemper fumoſum vocavi, quod in nullo vaſe abſque effumatione ſenſibili poſſit contineri.) Gangrænas ſolo attactu curat.

6. *Cryſtalli ♃ ejuſdem.*

℞. Superioris 🜖us fumantis ex ♃ inſtar aquæ claræ proliciti quantum videbitur, affunde per vices parū ▽ tincturâ ſalis Tartari impregnati, elevabuntur bullæ cum ſtrepitu & fumo, perge inſtillando, donec ceſſet tumultuatio, pone vas inter calidos 🜔, & fiet coagulatum nigrum picis inſtar, da ignem 🜍ationis & ſurgent Cryſtalli albi fuſiles velut cera.

*Qui Ulcera ſcrophuloſa cancroſa que curant inurendo profundam Eſcharam, quâ ſublatâ, balſamo Sulphuris ad cicatricem producuntur.*

Hofman. 3. *Deſtillatio. Hinc 1. Iupiter Diaphoreticus Beguini.*) Prout *Dnus Autor* ex *Beguino* tradidit, etiam optimè ſuccedit. Commodius tamen fit ex amalgamate Iovis Anglici & ☿rii vivi ana pulveriſatis & cum ana ☿rii ſublimati probè mixtis, & aeri humido ad tempus expoſitis, per retortam △ni Aren. mediocri deſtilletur, & indito in recipiens ▽æ f. ſubquadruplo Liquorem cum gummoſâ quâdam particulâ reſiduo in retortâ affunde: totumque calefactum & probè agitatum ſimpliciſſimè tantùm per chartam emporeticam duplicatam madidam filtra. Quod charta abſorpſit, unâ alterâve aquæ f. unciâ tranſcolata elue, & novæ retortæ hanc filtraturam inde, adjectâ pro ſingulis primitivorum ingredientium (☿rii vivi ſcilicet, ſublimati & jovis) Nitri crudi ſemiunciâ, & omnem liquorem ſpiritui Nitri compoſito conformem ad extremam guttulam & totalem Nitri exhauſtionem per Aren △ne in fine forti deſtilla. Pulverem edulcorandum in fundo habebis. Doſis eſt à gr. viii. vel ℈ß Ex hoc præparatur etiam *Sudoriſicum maximum P. J. Fabri volum. 3. Panchym. pag. m. 481. & 741.*

Hujus etiam vires ſunt mirificæ, bezoardicæ ſcil. antifebriles, antipleuriticæ, anti-hyſtericæ &c. Ex eodem fonte promanat & antihecticum *P. Poterii*, quod conficitur ex ♁nii & jovis ana agitatione in ſcorias redactis & cum Nitr. triplo in candenti crucibulo detonatione. Hoc maximoperè etiam conducit in nimiâ hæmorrhagiâ, vomitu cruoris à menſibus reſtagnantibus & aliis uteri affectibus. Nitrum etiam illud cum jove fixatum egregiè refrigerat, dum ſanguinis compeſcit ebullitionem potui admixtum urgente calore febrili.

N. 2. *Pulveris hujus origo potius ☿rio adſcribenda, quàm jovi.*) Non deſunt, qui oſtentant, ſe obſervaſſe, (licet reverà nullo modo fieri queat) ☿rium vivum in auctiori pondere recuperatum fuiſſe in aliquibus præparationibus, cum primum unciæ ſex ☿rii vivi præſto fuerint, poſteà in quantitate duplâ reperiiſſe. Verùm multa ſæpè pro autoritate mendacia finguntur Sed quid lucri iſtis accedit? ut eis, cum vera etiam poſteà dicunt, fides non habeatur. Prædictus Iupiter diaphoreticus purus putus pulvis jovialis eſt, beneficio ſpirituum ſalinorum & Vitriolatorum ☿rii ſublimati per retortam traductus & in aquâ præcipitatus, cum per fuſionem iterum in Iovem abeat, Sicuti ☿rius vitæ nihil de mercurio participat, ſed etiam pars ♁nii ſubtilior eſt: ita & hic nil quicquam mercurialis partis ſapit, ſed puriores etiam partes ipſius Iovis ſunt, ipsâ ſubſtantiâ mercuriali penitus excluſâ. Eò quòd mercurius ſublimatus ſuis corroſivis in ipsâ deſtillatione cum ſtanno privetur, ipſique hi ſpiritus ſtanno communicentur, ut vivus iterum & currens factus mercurius in deſtillatione denuò ſe prodat ac conſpiciatur.

N. Antecedentibus Bezoardicis Iovialibus & affine eſt ſeq. *D. Barthaleti.*

Recip. Regul. ♁nii ℥ iij. funde cum ℥ j. Iovis Anglic. pulver. & miſce cum duplici quantitate mercurii ſublimati, inde in retortam, & ex furno clauſo elice butyrum ſ. a. quod ſæpius eſt rectificandum & poſteà cum ſp. Sal. com. figendum, qui tandem paulatim deſtillatione evocandus eſt ad materiæ ſiccitatem. Hæc in Acet. reverberari debet, quouſque ſubcœrulea evadat, △iſque vim ſuſtineat.

N. 3. *Aquæ roſ. ana ſpiritu vitrioli philoſophico impregnatæ.*) Hic ſpiritus dictus Vitrioli philoſ. nihil Vitriolici obtinet, ſed ex ſpiritus ſalis eſt proſapiâ, nil de ♁nio participans, ut infrà pluribus dedecemus.

3. *Gummi Iovis ſublimatum & Oleum S. Coſſ.*) Hoc gummi gryſeum ac productum ſalinis & vitrioſicis etiam ſuum eſt cum particulis tenerrimis Jovialibus impregnatum. Interim tamen non elevatur tota Jovis ſubſtantia, ſed maximum ejus in Caput mortuum reſiduum eſt, ex quo cum mercurio ſublimato denuò addito idem repeti debet labor. Eſt medicamentum hyſtericum nobiliſſimum. Doſis eſt à gr. iiij. ad ℈ß. Prout & ſequentia 4. Sulphur Jovis, 5. ſal Iovis altioris ſunt indaginis. Unde apparet, quomodo una res diverſimodè pro variâ partium textura ant ſ. ctâ ſalium beneficio colorem & ſubſtantiam mutare poſſit. Notum eſt, ſolutionem Iovis calcinati ſali Tartari deliquato commiſſam hoc eſt, ſi ſtannum calcinaveris, eique ſalem Tartari liquefactum commiſcueris, acquirere colorem cæruleum

6. *Cryſtalli Iovis.*) Eodem modo & conficiuntur cryſtalli elegantiſſimi ex Iovis minera, Zwitter/pulver. ℔ j. affuſ. ℥. Vitrioli rectific ℔ j. digere aliquandiu in MB Poſteà ▽am comm. affunde, filtra, dum adhuc calent, & concreſcent cryſtalli, humiditate aliquali abſtractâ. Doſ. gr. j. ad ij. in hydrope & affectibus ſcorbuticis. Item in fiſtulis deſperatis interne & cum melle roſat. externè applicati maximè proſunt.

## IV. SUBLIMATIO.

¶ ℞. Calc. ♃ (exempli gratia, per ▽̄) ſublima per ollas cucurbitæ tubulatæ impoſitas, ad modum quo flores ♁ii parantur. Nimirum calx illa per vices injicitur, tubulique foramen ab injectione obturatur.

N. 1. *Parum intereſt, an calcem vel limaturam ♃is recepiris.*

N. 2. *Flores hi nihil aliud ſunt, quam ♃ depuratum.*

## V. EXTRACTIO.

*Unde*

*Tinctura Baſiliana.*

℞. Laminas ♃is, cementa cum pumice (ut in calcinatione reſtinctoria in Vino,) calcinato, ſubtiliſſimeque pulveriſato, in 🜞bulo benè luto & clauſo, ♂ ♀ (5) per gradus △. Deinde detrade pulverem de laminis, eique extrahe ſ. a. Tincturam cum 🜊 Poſtmodum abſtrahe 🜊, & habes Tincturam ♃is *Thoeldius.*

Hofman. Hic quæritur; unde Sulphur illud laminis adhærens. Utrum ex Jove, an aliunde? Nos dicimus ex fumo △nis, in quâ acidum quoddam ex carbonibus aut lignis delicuit, quod Iovis laminis ejuſmodi ſuppoſititium Sulphur appoſuit, illud emeriſſe.

## ¶ VI. SALIFICATIO.

*Unde*

*Sal verum.*

℞. Reſiduum ex quo beneficio 🜊 Tinctura priùs Baſil. extracta eſt, affunde ▽m mellis, ſtentque per aliquot ♂ ♀. Sic elicitur Sal, quod abſtractâ poſtmodum ▽â mellis, fit conſpicuum. *Thoeldius.*

Vires. *Conducit ad Epilepſiam, Melancholiam, Vertiginem: Catarrhos exiccat, præcipue qui ad oculos deſtillant.*

*Doſis ad* ℈ j. *vel* ℈ ij.

Hofman. 6. *Salificatio Unde ſal verum.*) Verùm lapis per ſe ne micam quidem Salis obtinet, inde nec hoc Sal. com. verum Iovis eſt, ſed Acet. diſt. ſoboles jure dicitur.

VII. MER-

## VII. MERCURIFICATIO.

¶ Miſſa eſt mihi deſcriptio ☿ii ♃ Mompelio pro certiſſimâ, quam in Cent. 1. Keſleri artic. 22. poſtmodum reperi, ideoque eam non adſcripſi. Si quid ☿ iis metallicis tribuendum eſt, hæc certè non erit momenti minimi, cum in ea Sulph. impurum comburatur cum Sal. nit. deinde pars ☿alis aſcendat per ♎ationem, quæ tandem putrefactione & ebullitione in ☿um currentem reducitur. *S. Cloſſ.*

Hofman. 7. *Mercurificatio.*) Non ſuccedit hæc Monpelienſis deſcriptio à Keſlero Centur. 1. artic. 23. tradita, Vulcani examini expoſita: ſed quemadmodum ſuprà de ♄ turno, & infrà de ♁ nio procedendum eſſe diximus in mercurii ſeparatione, ita & hoc loco in jovis mercurificatione ſimiliter faciendum eſſe ſtatuimus. Nec conſilium carebit ſucceſſu.

N. Modò laudatus *Keſlerus* ſingularem ▽am inſipidam ex Iove olim præparavit contrà vermes in primis. Scilicet calefactum Iovem aliquoties extinxit in ▽â aliquâ ſpecificâ v. g. fl. hyperici, ſcordii &c. ter vel quater, & ita pueris propinavit. Hancque virtutem puto à mercurio vulgi provenire, qui copioſus latet in Iove.

## CAPVT XV.

### *De Mercurio.*

Metallis ſubjungimus Mineralia Metallis finitima, quæ ſi Semi-Metalla appellare libet, non magni refert. Suntque ☿ 🜍 ♁.

Mercurius nihil aliud eſt, quam liquor mineralis, ſeu metallicus volatilis, metallis & præ aliis ☉i avidè adhæreſcens.

Dicitur Argentum vivum Hydrargyros. Arabicè Zaibar, vel Zibach. Barbarè, Azock, Azoth. Germ. Queckſilber. Argent vif. *Quick ſilber*, or *Mercurii* Quickſilber.

Eſt nativus (*de quo hic*) & artificialis, è Metallis extractus, qui & Mercurius corporum dicitur.

Nativus Virgineus etſi nonnunquam per ſe ipsâ naturâ operatrice, ſeparatus inveniatur: plerumque tamen ex terra minerali, quam cinnabarim vocant, vi ignis evocatur. Vide ☿ ex plantis apud Borell. c.3.

### *Delectus.*

Mercurius non æque bonus omnis exiſtit, ſed variat, tùm ratione matricis, ſeu loci natalis, tùm ratione inquinamentorum, quibus nonnunquam per ſe in terrâ conſpurcatus eſt, nonnunquam & à malevolis adulteratus venditur.

Natali loco cenſetur optimus, qui eruitur è mineris vicinis auro vel argento, & hinc præfertur Hiſpanicus & Ungaricus.

Inquinamentorum ratione prævalet, qui minus ſcatet commixtione arſenicali, antimoniali, ſaturninâ, cadmioſâ, quibus nonnunquam in terræ cuniculis venenoſus redditur, hinc & qui minus falſariâ artificis manu adulteratus eſt: adulterare enim eum adeò exactè norunt, (plumbi ſcilicet & ☿ ii beneficio Biſmutique commixtione,) ut quoque ſimul per corium tranſire æquè ea queant, adeoque difficile ſit fucum cognoſcere. Ea propter ne qua incautus decipiaris, non abs re erit, hæc bonitatis ſigna obſervare.

1. Mercurius cenſetur bonus, qui per retortam propulſus nihil recrementi relinquit.

2. Qui in cochleari argenteo evaporationi ſuper prunis expoſitus maculam cochleari relinquit flavam, aut albicantem, non nigram aut fuſcam.

Vires. *Internè mundificat ſanguinem ab inquinamento, præcipuè venereo: Fugat lumbricos, difficilem promovet partum, &c. Externè inunctus, ſanat ſcabiem omnis generis, fugat pediculos, reſolvit duros tumores. De collo ſuſpenſus, præſervat à peſte, & (ut nonnulli volunt,) ab incantatione, faſcinationeque. Imo quoad ejus præparata, nulla res in Officinis eſt, ſi ♁ excipias, ex qua major medicamentorum ſupellex elici poſſit, quam ex ☿io. Suppeditat enim purgantia, ſudorifera mundificantia vulnera, acrimoniam, (præcipue in Gonorrhæa,) lenientia, ut patebit in formis medicamentorum inde paratis.*

*Uſus ☿ij crudi internus & externus eſt. Intrinſecus tamen rarius adhibetur, extrinſecus ſæpius. Modus applicandi intrinſecus in pilulis, e. g. Barbaroſſæ. Quinimo cum certo quodam ſucco pulveriſari ac exhiberi poteſt.*

N. *Si ☿m, (ſive crudum, ſive præparatum,) exhiberi intrinſecus volueris, convenientius in pilulis exhibetur, quam in alia aliqua medicamenti forma, ne dentes ſcil. quibus noxius eſt, tangat.*

*Uſus externus eſt in unguentis, (in quibus penitus diſparet,) in Emplaſtris (quæ in ſcabie) complicaturis ſaltem articulorum adhibentur. Sed cave ne nimium adhibeas. Etenim cum ſalivatione oris putredinem inducit, loco quocunque applicatus, id quod de præcipitato ſimiliter obſervatum eſt.*

[*Coquunt quidam ☿ vivum & aquam Hermeticam vocant, ſcabiei convenientem.*]

Hofman. *Mercurius nihil aliud eſt, quàm liquor mineralis ſeu metallicus volatilis &c.*) Dicitur aliàs Argentum vivum, Hydrargyro; Arabicè Zaibar, vel Zibach; Barbarè azock, azoth Germanicè Queckſilber. Mercurius dicitur ob analogiam, quæ ipſi cum Mercurio Planetâ illo cœleſti intercedit ratione mobilitatis omnibus ſeſe aſſociante Planetis; tùm ratione varietatis in colore, tùm temperamenti, mutabilitatis &c. Argentum vivum dicitur, quod Argentum fuſum & liquefactum colore æmuletur; Vivum verò, quod loco motum vivere quaſi videatur. Hydrargyros, nomine derivato ex ▽ & ☽ nâ, quod ▽æ inſtar liquidus & colore ☽ nam repræſentet. Mirabilis ſanè ſubſtantia, mille ſe in formas fingit ac refingit, quovis tractatur modo inde & Protheus dicitur. Item ſervus fugitivus, quod præter omnem ſpem ſæpè aufugiat. Plinius vomicam liquoris æterni vocat.

*Et præ aliis ☉ avidè adhæreſcens.*) ☉ miro amplectitur amore eique per minutiſſima ſe unit. Unde plurimi colligunt, illum primum eſſe metallorum Ens. Nec deſunt hodiè, inquit *Cl. Morhofius* l. c. qui idem ſtatuunt. Accedit venerabile illud mercurii nomen, quod in Chemicorum ſcriptis adeò frequens eſt: conſpirant tot deſcriptiones, tot requiſita, ut vel cautiſſimus iis omnibus fallatur. Aliqui Virgineum mercurium volunt, quem Natura produxit à flammis voracibus nondum tentatum: aliqui è metallis cæteris per artem extractum. *Hæc Morhofius.* Verùm de his ſuprà ſatis jam commentati ſumus. Notum enim eſt aliud eſſe hunc mercurium vulgi, & aliud mercurium metallorum; ille minerale quoddam eſt, in ſuis etiam repertum mineris & recrementum potius metallicum, ſuo tamen etiam mercurio metallico conſtans & quidem in magnâ copiâ. Nec ſuo deſtitutus ſulphure, ſed in minori copiâ & quidem albo, uno externo, altero interno. Externum originalem ejus labem continet, quæ quia originalis, ideò & difficulter ab eo tollitur; quâ tandem nihilominus ſeparatâ per artem, ajunt periti, mercurium ſulphure ſuperfluo externo & immaturo mundatum, quippe deinceps nullo △ni poteſt in formam terræ præcipitari ob maximam ſui ſimplicitatem, quâ aquæ elemento comparatur. Amiſit namque terram (id eſt ſulphur) quæ terra, inquit *acutiſſimus Helmontius*, in centro ſuæ eſſentiæ non minus eſt ex Elemento aquæ, quàm reſiduus ejus depuratus mercurius, licet hanc terram prius ab origine ſibi profundiſſimè commiſtam haberet. Spoliatus iſto ſulphure mercurius nullo amplius igne mutabilis eſt, quia eſt mercurius de mercurio. Alterum ſulphur metallorum eſt internum ipſi mercurio, ideoque intactum ab omni corroſivo, non minus, quàm ab ignis & aëris deſtructionibus.

Eſt

*Eſt Nativus (de quo hic.) & artificialis è metallis extractus, qui & mercurius corporum dicitur.*) Sed ubi tractavit *Dominus Autor* de mercurio artificiali ex metallis extracto? forſan ſuprà in metallis, ubi de mercurificatione egit? Opinione fallitur. Niſi enim mercurius metallorum in ſuis inveniatur mineris, arcano ſanè nec cuivis cognito artificio ex ☽nâ, ♄no, ♃ ve, ☿ rio ſeparari poteſt, de quo Dominus *Autor noſter* altum habet ſilentium. Qui autem aliàs ex minerâ mercurii igne aperto deſtillatur, & coquendo per ollæ foramina dato igne ſuppreſſionis decidit, item per retortam deſtillatur ex minera Cinnabaris Hungaricæ, & ex ♁ nio, ♄ no, &c. vivus elicitur, non mercurius corporum eſt, ſed etiam mineralis, prout præſens nativus eſt.

*Nativus etſi nonnunquam per ſe ipsâ Naturâ operatrice ſeparatus inveniatur.*) Aut per ſe liquidus in terræ ſpecubus aut in nonnullarum venarum metallicarum in ☽narium, ♄ ninatum reſtis ſtillatim concretus ſui coloris, h. e. purus & genuinus reperitur, virgineus dictus, quòd inſtar virginis ſit, & ignem nondum expertus. Ante aliquot annos cùm aquileges hic Hallis Saxonum in Patriâ meâ in foro è regione Magiſtratus cellarii cereviſiarii & ſalinatorum tabernæ in ductus hydrophylaceos reparandos inquirentes terram ſpathis ſuis effoderent, ſub hâc effosâ ulnas aliquot duas libras vel circiter mercurii vivi invenerunt. *Turnheiſerus etiam Libr. 6. Alchymiæ Magn:* Cap. V. ſe in prato quodam ſalicibus conſito ad pagum Pipp. ditionis Solothurenſis, elegans argentum vivum offendiſſe fatetur. *Cæſalpinus Libr. 3. de Metall. Cap.* 11. vidit Argentum vivum Piſis per ſe inter ſaxa, dum vetera excavarentur fundamenta. Interdum etiam mercurius in venâ Schiſti reperitur, ut plurimum tamen in cinnabrio Nativo copioſiſſimè. Mirabilis ſcilicet eſt & penetrantiſſima mercurii vivi ſubſtantia, quæ ſit in mineris per ignes ſubterraneos diſſipabilis, hic facilè ſe in diverſa loca & ſubjecta inſinuare poteſt. *De Mercurio Plantarum* vid. *P. Borellus Centur.* 3. *obſ.* 58. Habuit Excell. *Morhofius* ab amico fruſtum ligni, quod ex arbore è terrâ metalliferâ prognata fuerat reciſum, in quo per omnes ejus fibrillas & venulas diſſeminatæ fuerunt Argenti vivi particulæ, ut valido motu etiam excuti potuerint, id quod facilè fieri potuit, quia laxiores ſunt in ligno, quàm in metallo meatus. Si quis in ſanguine humano, ut obſervationes proprias habui, mercurius vivus fuit repertus, ortum ſuum debuit mercurialibus medicamentis tam internis, quàm externis minus ritè præparatis & adminiſtratis.

*Delectus.*) *Dominus Autor* præfert Hiſpanicum & Ungaricum. Verùm & Ungaricus non omni caret ſuſpicione, nam cum fodinæ argenteæ ſint ſimul ♄ ninæ & ♁ niatæ, item cadmiolæ, laudem bonitatis in totum non meretur. Hiſpanicus præ cæteris probatur ob puritatem, ille autem eſt tum in Hiſpaniâ natus, tum ex auriferis Indiis invectus ſplendoris argentei. Huic ſuccedit Ungaricus.

1. *Mercurius cenſetur bonus, qui per retortam propulſus nihil recrementi relinquit* 2. *Qui in cochleari argenteo &c.*) Hic ſecundus probationis modus æquè ſuſpectus eſt, cùm ex hoc concludi nequeat de totâ quantitate & qualitate, præſertim ſi vel ♄, vel ♃ aut biſmuthum non exquiſitè fuerint mercurio mixta, ideoque conſultius eſt per Tartar. & calc. viv. bis vel ter deſtillaſſe.

*Vires. Internè mundificat ſanguinem ab inquinamento præcipuè venereo &c.*) In Lue ♀ nerea ſpecificum eſt medicamentum, & quidem primarium, adeò, ut, ſi ad ultimum hic morbus pervenerit gradum, ſalivatione opus habeat, quæ vel maximè ab hujus uſu promovetur. Aliquot ante annos *Archiater* quidam *Dn.* D. *Johann. Michael.* p. m. per litteras conſulebat, quærendo, an etiam novâ nec unquàm auditâ methodo Peſtis mercurii vivi adminiculo extirpari poſsit? Accepit ſcil. mercurii vivi ℔ j. ij. iij. uſque ad iv. & propinavit in quodam vehiculo, præmiſſo, ſi res ſinat, emetico, & injunxit ægroto infecto quietum decubitum, ad 6. uſque ad 12. hor. Ubi per alvum iterum fuit egeſtus per magnetiſmum attracto veneno peſtifero terrâ effoſsâ occultatum. *Autoris*, qui hanc inivit medendi peſtem methodum, mens fuit cum *Athanaſ. Kirchero in Scrutin. ſuo Peſtil.* quaſi omnis peſtis ex verminoſâ putredine oriretur, & ita mercurius vivus contrà illam eſſet antidotum. In hoc quæſito meam ſententiam modo laudato D. Iohanni Michaelis p. m. eam à me requirenti ſequenti modo tranſmiſi. Quamvis in peſte infectorum maſsâ ſanguineâ nonnunquam vermiculi ſint viſi, inde tamen non ſequitur, eos in omni peſte & nullo non tempore adfuiſſe. Peſtis enim non unâ, ſed aliâ atque aliâ apparet facie, ut ex ipſius *Athanaſ. Kircheri allato ſcrutinio* ſect. 1. cap. 9. p. m. 96. liquet. Et poſito, vermiculos in quâdam Peſte per microſcopia cognitos fuiſſe ob inſignem à veneno peſtilentiali inductam corruptionem in ſanguine, tamen non cauſam ipſius peſtis, ſed corruptionis potius judicamus productum, quemadmodum etiam in febribus malignis & ſcorbuto videmus ob nimiam humorum corruptionem non rarò generari vermes, nec tamen febris malignæ & ſcorbuti cauſa ſunt, nec propterea ad eos curatio dirigenda eſt. Et licet etiam quidam vermiculi Peſtis ſint cauſa, minus benè tamen contrà eos mercurius per os aſſumeretur, quia hoc modo inter illos & hunc neque corporalis neque virtualis contactus ad omnem actionem requiſitus adeſt. Non corporalis, quoniam hi vermes non, ut reliqui, ad quos abigendos mercurius per os exhibetur, in inteſtinis, ſed, uti volunt, in ſanguine & lymphâ ſunt. Nec virtualis, cùm mercurius ſibi cohærens ac mobilis ſit, accedente inteſtinorum motu inſito ac naturali per alvum eâdem, quâ aſſumptus eſt, quantitate ſtatim antequam reſolvi & in actum deduci queat, excernitur, atque ita ob exiguam ſuam in corpore moram operationem ſuam perficere & venenum peſtilentiale per totum corpus diffuſum attrahere nequit. Et ſi reſolveretur, tunc attraheret vermiculos iſtos virulentos ab exterioribus & ignobilioribus partibus ad interiores & nobiliores, uſque ad inteſtina. Nec etiam mercurius vermiculos magneticè attrahere valet, cùm ad actionem magneticam non contrarietas, qualis inter vermes & mercurium, ſed ſimilitudo requiratur.

*Fugat lumbricos.*) Tam in ſubſtantia aſſumptus, quàm odoratus, ſi ſcilicet cum hoc aqua communis ebulliat, hæc aqua bibita pauco & innoxio potu omnes in inteſtinis & ventriculo necat vermes.

*Difficilem promovet partum*) Sic *Matthiolus* Libr. 4. epiſt. Medic. ut & in comment. ſuo ad Libr. 5. *Dioſcor.* Cap 70. affirmat, ſe vidiſſe Goritienſes obſtetrices mulieribus laborioſè parturientibus ℈ j. vel ʒ ß mercurii vivi felici ſemper cum ſucceſſu potandum dediſſe. In Iliacâ etiam paſſione & colicâ commendat *Augenius* Lib. 2. epiſt. 1. *Ægineta* Libr. 7. Cap. 1. *Marianus Sanctus in comm. ad Avicenn. Henric. ab Heer.* obſ. 1. Lib. 1. Recip. mercurii vivi cum ſulphure extincti & in pulverem redacti ℥ j in globulo ceræ include & offer, poſt oblationem ſocus ſunt adhibendi continuò & clyſteres. *Lazarus Riverius in obſervat. communicat.* 1.

N. De ejus uſu in Dyſenteriâ pridem prodidit in hiſtoria animali *Plinius*. Intelligenda autem eſt primaria Dyſenteria, quando abſceſſus aut exulceratio excruciat inteſtina. Tunc Argentum vivum repurgatum cum Unguento ſantalino vel roſaceo & lapi inteſtinorum pulvere miſceri & foris applicari poteſt. Hoc enim in epatico fluxu calido, febribus malignis &c. cum plurimo adjumento adhibetur.

*Externè inunctus ſanat ſcabiem omnis generis.*) Sed cave, ne nimium adhibeas. Etenim cum ſalivatione oris ſæpè putredinem inducit, loco quocunque applicatus: id quod de præcipitato ſimiliter eſt obſervatum.

*Fugat pediculos, reſolvit tumores duros.*) Inſtar incantamenti fugat pediculos, & reſolvit tumores ſcilicet venereos, ſed in ♄ no coagulatus & poſtmodum lamellatus.

*De collo ſuſpenſus.*) Avellanæ ſcil. incluſus. Quemadmodum & Paravinæ mulieres ob lactis defectum avellanæ incluſum non infelici cum ſucceſſu collo appendent. Quamvis, ut refert *Io. Jordanus de Peſt. phænomen.* tr. 3. c. 9. ideo ſuperſtitioſè adhibeant, quod contrà faſcinum, quo lactantibus Lac adimatur, proſit, unde & ab incantatione & faſcinatione præſervat: mercurius vivus cum fl. hyperici h. Lunariæ contrà incantationem veneream ſacculo incluſus in collo appenditur novis nuptis. Cacodæmonas in corpore latitare dignoſcitur, ſi mercurium in avellanâ occluſum & collo appenſum nigrum videas. *Angelus Aobrira de viperis.*

*Uſus mercurii internus & externus eſt.*) Tutò adhiberi mercurium vivum crudum & ritè depuratum per ſe vel ceræ incluſum audivimus. Nonnulli globulos argenteos vel plumbeos mercurio vivo inungere ſolent & deglutiendos porrigunt. *Dn. D. Eſlenius Regis Poloniæ* archiater, jam autem *Electoris Bavariæ* Medicus ex caſtris ſcripſit *ad Dn. D. Johann. Michael.* p. m. quod Comiti Iliacâ paſſione ſeu miſerere mei graviter decento mercurium vivum ad ℔ iij reliquis medicaminibus fruſtra adhibitis propinarit. Patientem verò miſſis habenis in curru quàm celerrimè tranſvehendum curavit, ſed abſque omni fructu. Accidit autem ut nonâ poſt hoc medicamentum adſumptum, nocte alvus aperta fuerit, & excrementa copioſè expurgata, quâ ratione factum, ut æger demum convaluerit, & diu poſtmodum vixerit.

*Convenientius in pilulis exhibetur.*) Quoad applicandi modum vel eſt per ſe, vel in pilulis, aut cum certo quodam ſucco pulveriſari & exhiberi poteſt, ſed cum ligneo cochleari ut offeratur, neceſſe eſt.

N. Quamvis mercurius vivus ut vivus, ſeu ut mobilis non ſit venenum, nec ullam cum venenis habeat affinitatem, ut innoxiè etiam teſte experientiâ per os adſumi poſſit: In hoc tamen Medicus cautus ac circumſpectus ſit neceſſe eſt, ne adulteratum aut malè præparatum porrigat, nec hypochondriacis, ſpleneticis, & aliis ventriculi fermento nimis acido præditis & ſanguini ſalibus acidis ſylveſtribus ac corroſivis abundante, à quibus mercurius naturam præcipitati induere poteſt, propinet. Mercurium enim reſolutum ſive præcipitatum ſive ſublimatum venenum eſſe ſymptomata dira & venenis reliquis communia, quæ ſtatim atque in corpus adſumptus eſt, inducit, evincunt.

*Uſus externus eſt in unguentis &c.*) Niſi univerſalia fuerint præmiſſa, quæ laticem evacuant inutilem, non eſt adhibendus mercurius

carius. Quibuſdam in locis receptum eſt arcanum corallinum
in Lue ♀ nereâ cum ung. roſ. miſcere, illudque pro arcano etiam
in contumaci ſcabie habent. Hic non immeritò quæritur ; An
Cingulum Mercuriale cum ſucco pomorum vel etiam aliis lini-
mentis corpori ſcabioſo per 9. hor. vt communiter aſſolent, cir-
cumligatum ſit tutum auxilium. *Mindererus Libr. thren. Medic.*
*Cap. 14* caſtigat empiricos ſcabioſis audacter hoc applicantes,
quod tetrum illud mercurii vivi virus in corpus geſtantis ejacu-
lentur. Et *P. Hechſtetterus Dec. 3. obſ. Medic. Caſ. 7.* damna illorum
recenſet, qui cingulo iſto ad ſcabiem temerè ſunt uſi. Verùm hic
metus de nihilo eſt, ſi univerſalibus, uti dictum, præmiſſis, topica
mercurialia rectè præparentur & applicentur. Unde & *Petræus*
*in Noſolog. Harmonic. Tom. 1. p. 395.* Unguenta mercurialia, inquit,
in contumaci ſcabie tutò ac utiliter exhiberi poſſunt, ſi univerſa-
lia præmittantur, & inutilis ac nocivus latex prius ex corpore ex-
terminatus ſit. Non tamen ejuſmodi topica ex magnâ rerum in-
numerarum congerie conflata ſint, majori cum ſucceſſu & cele-
riori effectu operatura. Hæc externè adhibita mercurialia ritè
præparata, tantum abeſt, ut Naturæ motum impediant, ut potius
verminoſos, putres, ſalſos ac mordaces humores præcipitent, quæ
cauſa etiam quod ex mercurio ſublimato & mercurio vivo emer-
gat mercurius dulcis, quòd hic vim habeat ſalium corroſivorum
texturam immutandi, præcipitandi atque adeò etiam edulcoran-
di. Et ſi quæ ſymptomata interdum oriun ur, non tam ex mer-
curio, quàm vitioſorum humorum colluvie & ſiniſtrè adhibitis
remediis proveniunt. Inde & ruſticus ille *Thom. Bartholin. Centur.*
*3. hiſtor. 79.* omnes illos cingulo ſuo mercuriali fœliciter reſtituit,
qui pura corpora crebro medicamentorum à medicis præſcripto-
rum uſu obtinuerant, cacochymicos autem exitio eripere non po-
tuit. Hic ruſticus mercurium cum ol. d. juniperi ſubegit, & in
maſſam formavit, corioque in cinguli formam refecto illinit, quo
medium corpus conſtrinxit, & ad omnes affectus malignos, can-
cros, ulcera mali moris, & dolores artuum commendavit. Alii
mercurii cingulum ita componunt. Mercurium ſalivâ aut ſævo
extinctum albumine ovi excipiunt illinuntque ſuprà goſſypium,
quod in cinguli modum conſuunt. Suffumigia mercurialia & lo-
tiones inprimis in Galliâ frequentiſsimi etiam ſunt uſus; & præ-
miſsis præmittendis etiam non ſine notabili ſucceſſu uſurpantur.

¶ *Præparationes ☿ij ſunt.*

1. Purgatio. 2. Calcinatio & Præcipitatio. 3. Sublimatio. 4. Deſtillatio. 5. Extractio. 6. Liquatio. 7. Salificatio.

## *I. PURGATIO.*

Purgatur ☿. 1. *Expreſſione*, per corium, qua fæcibus craſſis in corio remanentibus ☿ tranſit.

N. *Et metalla ſi benè admixta ſint ſimul tranſeunt.*

### 2. *Lotione.*

Lavetur autem vel per ✙ ſimpliciter, aut cum Sal. comm. mixtum, vel per lixivium calcis vivæ, & cinerum clavellatorum, vel etiam per lixivium ſaponariorum, ſæpius nimirum cum his agitando, & viciſſim à ſordibus eluendo.

Quinimo purgatur quoque agitatione forti cum 🜊 in vitro obturato, ſeparatur enim nigredo ad latera.

### 3. *Deſtillatione.*

Nimirum deſtillatur in arena per retortam igne ſat forti, idque per ſe, id eſt, ſine additione, vel addito ſale Tartari, calce viva, & ſimil. Optimè vero purgatur amalgamando cum metallis perfectis, ac poſtmodum per retortam, à corpore admixto ſeparando.

N. 1. *Sequeſtrari quoque poteſt ☿ puriſſimus, per reductionem ex* 🜓*to.*

N. 2. *Purgationes quò ſæpius iteraveris, eo puriorem ☿m colliges.*

N. 3. *Optima purgatio fit à metallis perfectis aliquoties cohobando.*

Hofman. 1. *Purgatio.*) Hæc ſummè eſt neceſſaria, alias variæ ſymptomatum tragœdiæ ſubſequuntur, non tam ab ipſo mercurio, quàm à corpore, quo conſpurcatus eſt. Mercurius purgatur 1. *Expreſſione*, dum per corium mundum exprimitur. 2. *Lotione*, quæ vel per Acet. ſaut cum Sale mixtum, vel per lixivium calc. viv. &c. donec iſti liquores non amplius nigreſcant, inſtituitur. Et 3. *Deſtillatione*, hæc omnibus reliquis præfertur, à metallis perfectis aliquoties cohobando.

## *II. CALCINATIO & PRÆCIPITATIO.*

¶ Calcinatio ☿ii communiter præcipitatio dici ſolet, voce tamen minus accuratâ &, nimis ſtrictâ, quippe quæ ſolam ſeceſſionem ad fundum ſonat: nihilominus tamen hunc ſequar, calcinationemque Præcipitationis voce exprimam, adeoque ☿s calcinatus nomine Præcipitati veniet, qui vel ſine Metallis vel cum Metallis.

*Eſt itaque ſine Met.*

### 1. *Præcipitatio ☿ij. per ſe.*

℞. ☿ puriſſ. ℥ ij. vel q. v. injice in phialam, (peculiariter in hunc uſum factam, infernè ſcil. latam, ſupernè compreſſam, intus roſtro anguſtiſſimi orificii in ventrem uſque producto,) ut tantummodo fundus operiatur: phialæ exactè ad æquilibrium in arenam collocatæ, (ut ☿ æquali craſſitie ubique fundum tegat,) ſubdatur △ primo lentus, poſt fortior, donec ☿ in pulverem rubicundiſſimum inſtar cinnabaris converſus ſit: hunc ablue ▽is cordialibus, vel 🜊.

N. *Labor eſt multorum dierum* (30.)

Vires. *Sudores valde movet, luem ♀ ſexies vel ſepties exhibitus eradicat. Febres omnes tollit. Lumbricos eliminat.*

*Doſis à g. iv. ad vj.*

N. 1. *Vtplurimum vomitum quoque movet ſat violentum.*

2. *Præſtantior erit præcipitatus, ſi fiat cum* $\frac{1}{8}$*. ☉is, vel ☾æ.*

Sennert. Inſtit. Hartman. in Croll. Tentzel. Beguin.

3. *Poteſt quoque præcipitari eâdem ratione & amalgama ☉is & ☾æ, de quibus Crollius. Præcipitavi aliquando*, inquit, *amalgamata ☉is & ☾æ ſeorſim per duos annos, & quamvis pulverem rubicundum nanciſcerer, tamen nondum erat debitè fixus, nec ad uſum Medicum commodè exhiberi poterat, ſine ulteriori præparatione. Hæc Crollius.*

*Verum me hercle quia præcipitatus per ſe exhibetur, quid vetet, quo minus præcipitatus hic ☉ris, ☾riſvè exhiberi poſſit, non video.*

### 2. ☿ *præcipitatio per ſilices.*

℞. ☿ii puri ℥ ij. aut ad ſummum iij.
Silicum magnitud. fabar. ℔ ij.

Detine in △e arenæ, (aliquoties circumvolvendo, ac ☿m lateribus adhærentem detrudendo,) donec ☿ planè fuerit præcipitatus, & ſilicibus adhæreſcat: Hic ☿m à ſilicibus concuſſione ſepara ac ſerva.

Vires *ac Doſis convenit præcedenti.*

*Hartman. in Croll. Keſler. lib. 1. centur. 50.*

### 3. ☿ *fixatus, Panacea.*

℞. ☿ viv. purg. ℨ iij. Sulph. citrin. ℥ ij. ⚹ ℥ iß. Miſce exactè; donec nihil ☿ appareat. Poſtea ſublima,

ſub'imatum ſemper de novo cum fæcibus tritum ſublima iterum, tandem auge △, ut candeſcat: Id quod in fundo remanet fixum, medicina eſt ſecretiſſima.

Vires. *Omnes humores noxios exiccat, perque diaphoreſin expellit.*

*Doſis* ℈ß. ℈j. ʒß.

### 4. ☿ *præcipitatus per 🝆 Sulph.*

℞. ☿ij purgat. ℔ 1.ß. affunde 🝆 Sulph. per camp. ℔ 1. digere per dies (2.) in arena, ac deſtilla poſtea per 🝩m vitream, cum cohobiis tribus. Quarta vice, ſi libet aliquid recentis 🝆 Sulph. affunde, △mque in fine auge, ut 🝩 incandeſcat: ſic maſſam habes albam, quam poſtquam aqua calida abluta fuerit, tere, inque phiala ſaltem goſſypio obturatâ, △i arenæ vehementiſſimo per (☍ ♂ octo) committe, ut ſi quid vivi ſuperſit ☿ii, ſublimetur. Hunc denique ☿m fixum trinâ deſuper 🜃 incenſione ulteriori correctum ſerva.

N. *Eodem modo poterit quoque ☿ præcipitari cum ♎u ⊖i.*

Vires. *Purgat omnes vitioſos humores, reſolvit catarrhos, contra infirmitates ex humorum putredine remedium eſt, quo in morbis deploratis vix experiri licet præſentius: Hic utile eſt in Hydrope, Podagra, Lue Venerea, Venenis, Peſte, Febribus, Ulceribus malignis, Scabie.*

*Doſis à gr. 3. ad 6.*

*Croll. Sennert. in Inſtitut. Beguin. Untzer. de ☿.*

### 5. ☿ *præcipit. per 🝆 ⊖i rubic.*

℞. ☿ purific. q. v. digere cum 🝆 ⊖i rubicundo, donec ſub formâ liquidâ penitus ☿ lateat: Abſtrahe 🝆 per 🝩m in arena, & reſtabit præcipitatus in fundo.

N. *Ex hoc fit vitrum ☿ii, quod vide infra.*

*Diſput. Chymico-Med. Hartmann. 7. th. 127. Baſil.*

### 6. ☿ *præcipit. per ♎m Sal. nit. ☿ius Corallatus.*

℞. ☿ purificat. ♎m Sal. nitri, optimè rectific. ana ℥ iv. digere, ut ſolvatur penitus ☿. Hinc abſtrahe ♎m Sal. nitri (in arena per phialam longi colli,) ☿io relicto trito affunde denuo tantundem novi ♎ Sal. nit. ac abſtrahe, idque vel tertia vice, videbis in fundo ☿m corallatum elegantem, quem △ l. paululum igniendo calcina.

Dulcis eſt & ſine corroſiva facultate.

*Uſus idem eſt, qui Corallini & quidem felicior. Croll. Hartm. in Croll.*

### 7. ☿ *præcipitatus per ▽ ovorum.*

℞. ☿ purific. q. v. affunde ▽ deſtillatam ex ovis ad duritiem coctis, & præcipitabitur in pulverem. Huic pulveri affunde ſæpius ▽ eandem, deſtillatam ſcilicet à putaminibus ovorum calcinatis, cohobaque igne cinerum, donec ☿ ſit converſus in pulverem rubrum & dulcem.

N. *Paracelſus vocat Balſamum.*

Vires. *Curat ulcera colli veſicæ, etiam quæ æſtimantur incurabilia, ſanat vulnera & ulcera externa. Untzer.*

### 8. *Præcipitatus per Tincturam Smiridis, Præcipitatus miraculoſus dictus.*

Calcina Smiridem △ violentiſſimo donec vireſcat, & lateribus ✠ buli adhæreſcat, (aliquot horarum ſpatio fiet,) Extrahe dein Tincturam per ✱ vel 🜃 opt. decanta & abſtrahe ad oleoſitatem.

℞. Hujus Tincturæ ℥j. ☿ii ℥iv. confunde & præcipitabitur ☿ in momento: ☿m hunc, l. △ in ✠ bulo candefac per horam, poſtea edulcora.

Vires. *Purgat leniter ἄνω καὶ κάτω.*

*Doſis gran. 3. 4.*

N. *☿ius hic purgat tantummodo per inferiora, ſi horis duabus igniatur, ſin vero horis quinque vel ſex, evadit fixus ac diaphoreticus.*

2. *Aptior erit Smiris ad Tincturam eliciendam, ſi aliquoties in ▽ antea extinguatur.*

*Beg. Gluckr. Kes. lib. 3. c. 42.*

*De ſolutione in 🜅 communi.*

### 9. *Præcipitatus communis.*

℞. ☿ puriſſ. p. 1. 🜅 p. ij. ſolve ac præcipita, affundendo ſcilicet ▽am ſalſam vel abſtrahendo 🜅 per deſtillationem cum cohobiis tribus. Præcipitatum edulcora iteratis ablutionibus, vel reverbera, ut à ſpiritibus 🜅 liberetur.

Vires. *Purgat per inferiora & ſuperiora.*

*Doſis à g. 6. ad 12.*

*Beg. Hartm. in pract.*

### 10. *Præcipitatus albus S. Cloſſ. Vomitivus Catharticus.*

Solve ℥ij. ✱ci in ℔ ß. aq. font. & in eam projice ☿ii ♎ti in pulv. redacti ℥ij. Stent in loco calido, & intra bihorium fiet diſſolutio integra ☿ ♎ti, cui guttatim ſuperfundes 🝆 Tart. deliquioſi ℥j. aqua evadet lactea, ſine ſubſidere, aquam decanta à pulvere albiſſimo, quem phlegmate mellis bis aut ter elutum aut aq. communi calente dulcorabis.

*Doſis ℈ß. gr. xij. cum ʒ ij. Confect. Hamech. in Syphylide, elephantiaſi, tineâ, ſcrophulis, decantatâ aquâ laventur loci ſcabioſi & Eryſipelata præſertim ♀ea, ſic citò curantur.*

### 11. *Præcipitatus dulcis.*

Miſcetur ☿us crudus cum an. præcipitati rubri, ſuperfuſo 🜃 ex arte dulcificati & in calore arenæ detinentur per 20. ♂, ſic enim ſeſe mutuò coagulant & miteſcunt.

HOFMANN. 2. *Calcinatio & Præcipitatio.*) *Calcinatio mercurii* communiter præcipitatio dici ſolet, &c. Præcipitatio ſic dicta eſt, quod per eam in præceps agantur ac demittantur ſoluta, unde calcinatio minus accuratè præcipitatio dicitur. Variè autem hæc ſumitur; *Primò generaliter* pro quâvis ſolutorum ſeu ſublimatorum ex menſtruis ſuis repercuſſione, quæ ſignificatio propria eſt. *Deinde ſpecialiter* & vel pro præcipitatione mercurii, quâ per aquas fixatorias & gradatorias liquabilitas mercurii ſiſtitur & ex menſtruo ſuo præcipitatur. *Peterius* coagulationem hanc vocare mavult, ſed cum præceps hoc modo in fundum decidat mercurius & nil minus quoque fit, quàm vera coagulatio illa, obtinuit hactenus nomen, ut ille dejectus hoc modo mercurius ☿tatus, & varii eum præparandi modi κατ᾽ ἐξοχὴν ☿ta vocentur. Ita *Libavius* metallorum quoque calces dejectas ex corroſivis ſuis ☿tata v. g. ♀neris, ♄ni &c. vocat. Et Hermetici paſſim laudant ☿tatum ſuum Philoſophorum, quem Aureolum vocavit Paracelſus. *Vel ſumitur pro philoſophicâ præcipitatione*, quâ ut eſt apud *Gebrum Libro de ſummâ perfectionis* Cap. 99. Materia artis in cœlum vecta, ſeu Aludelis collum circumſpondili hærens in terram delabi cogitur, quod quomodo ſit intelli-

intelligendum, *ipsémet antiquus ille Magister in laudato suo Libro*
*Cap.45 explicat, ubi dicit;* Ne ſis in præparatione illius (quæ
ſic per ſublimationem) negligens, quia qualis erit mundatio,
talis erit perfectio, ubi per mundationem intelligit, ſublima-
tionem, per fixationem autem præcipitationem explicat, quam
proinde alibi etiam ſublimationis perfectionem appellat. Impro-
priè ſumitur pro rubificatione & fixatione præparatorum, quo
modo & hoc loco ab Autore Noſtro mercurius in phialam inje-
ctus poſt repetitas blandas digeſtiones ex ſe & per ſe inſtar rubei
pulveris in fundo remanet, qui vel ſine metallis, vel cum metallis
Hæc mercurii mutatio inconvenienter dicitur Calcinatio, cum
neque per privationem aliquarum partium, nec per additionem
Salium formam Pulveris induit, ſed ſaltem poſt innumeras re-
volutiones, & inflexiones, implicationes & alias mutationes Ejus
corpuſcula ita ſibi invicem connectuntur, ut fluido corporis loco
in rubentis pulveris forma, qui Præcipitatus per ſe dicitur, appa-
reat.

*Eſt itaque ſine metallis.* 1. *Præcipitatio ☿ rii per ſe.*) Hic requi-
ritur phiala peculiariter in hunc uſum facta, cujus ideam vide ſis
in Cl. *Zwelferi Mantiſſ. Spagyric.* part. 1. cap. 7. pag. m. 353. Hujus
deſcriptio & elaboratio recto ſuo ſtat talo, adeò ut nil niſi mira-
bilitas in animis multorum relinquatur, ecqui fieri queat, quomo-
do fluidum corpus quale ☿ rius vivus, idque permanenter, in
adeò ſiccum traduci poſſit; Addo permanenter, eò quod in hanc
ſententiam circà mutationem aquæ in glaciem, & glaciei in a-
quam, ut & metallorum in fluida vel dura corpora per fuſionem
& refrigerationem dici poteſt. In hiſce enim exemplis, inquit A-
cutiſſimus Naturæ interpres *Anglus Robertus à Boyle* l. c. acquiſita
aquæ duritiei & metallorum fluiditas nuda corporum iſtorum in
aërem temperatum tranſlatione poteſt amitti, cum in noſtro
☿ rio præcipitato acquiſita textura adeò ſit durabilis, ut niſi extre-
mam vim externam adhibueris, qualis pleraque alia ſtabilia
corpora deſtrueret, ipſam deſtruere haudquaquam poſſunt. Hæc
mutatio ☿ rii vivi in præcipitatum adeò ſine exemplo eſt, ut licet
res inter curioſos ſpagyriſtas ſit notiſſima, multi Phyſicorum ex
vulgo ad fidem ei habendam non facile adduci poſſint. Omnis
tamen ratio à partium dependet textura, ut texturæ mutatione
non externi vel interni coloris vario poſitu, eædem partes ad
conſtituendum humidum vel fluidum aut ſiccum corpus reduci
queant, & poſt innumeras revolutiones, inflexiones, implicatio-
nes, aliaſque mutationes, ita ſibi invicem connectentur, ut fluidi
corporis loco, licet per microſcopium minutiſſimi globuli ☿ rii
vivi adhuc in conſpectum veniant, tamen variè revoluti & inter-
texti, in rubentis pulveris formâ appareat. Qui etiam tædioſa
multorum dierum præparatione poſthabita ſequenti modo com-
pendioſius elaborari poteſt. Rec. ☿ rii vivi lib. j. & △ne forti
ex retorta vitrea deſtilla: in vaſis fundo & circa ejus latera parum
rubri pulveris remanebit, quod nil niſi pars fluidi corporis in ſic-
cum corpus aliquot horis mutata videtur.

*Vires.*) ☿ rius hic ita per ſe præcipitatus prout Dnus Autor com-
municavit, ut & ſequens cum ☉ vel ☾ na, præterquam quod,
uti dictum, ſuam ob dextram præparationem laudem mereatur,
magnarum etiam eſt virium, quæ magis diaphoreticæ, quàm
purgantes ſunt. Luem eradicat ♀ neream, & febres contuma-
ces repetitâ ſuâ exhibitione paucorum granorum doſi extir-
pat.

2. *Præſtantior tris præcipitatus, ſi fiat cum* ½ ☉ *lis vel* ☽ *næ*) Præ-
cipitatus eſt duplex vel cum ☉, vel cum ☽, vel cum ☉ & ☽
ſimul, & hâc poſteriori ratione dicit *Elias Iohannes* Heßling ſe
ſuum paraſſe Azoth, quod tamen an verum ſit, valdè dubito. Si
enim præcipitatus cum ☉ & ☽ ritè fuerit præparatus, egregiam
præbet Medicinam. Ex eodem etiam cenſu eſt *Panacea de La Vi-*
*gne Medici Regii Pariſienſis*, quâ in morbis deſperatiſſimis quaſi
miracula præſtitit. Rec. in amalgama coge ☉ & ☽ ana ℥ j ß.
☿ rii vivi ℥ iij. idque indureſcat in albam maſſam, ſimul ac
conteritur, ut ne granula duriuſcula maneant, (hæc enim ad-
hærent poſtea vitro, & non excuti, nec in pulverem converti
poſſunt) ſtatim apparebit materia humidior. & exprimatur per
linteum ☿ rii currentis bona pars, pòſt probè conteratur amal-
gama, ut ſubigantur granula omnia; fietque materia ſubfuſca ſeu
nigricans. Si ſic relinquetur, ſtatim recandeſcet & obdureſcet, ex
triturâ verò ſemper madorem & nigrorem contrahit. Affunda-
tur rurſus ☿ rius expreſſus & protinus à materiâ combibetur, ad-
ditur autem ſemper aliquid ☿ rii novi, ita, ut cum initio dupla
Mercurii pro ſimplâ ſeu unicâ portione maſſæ ☉ laris & ☽ na-
tis ſit, poſtremò cum ſæpè conteritur & exprimitur Mercurius,
decem partes Mercurii ad partem unam Maſſæ veniant. Hæc om-
nia infunde phialæ, digerantur △ne lampadis continuo, & per
5. vel 6. hebdomadas Arbor Hermetica inde gignetur (tribus
chopinis Pariſienſibus, iſt nach unſern Hälliſchen Maaß ohne gefähr
ein halb Nößel) olei per Menſem facilè △ alitur, ut ellych-
nium unum concinnatum ex quatuor filis continuò ardeat, le-
viter modò claudatur phiala chartâ, arctius ut claudatur

non opus eſt, quia ☿ rius non ultrà, quàm ad medium adſcen-
dit, indeque decidit, per blandas quaſi circulationes, idque circiter
decies fit. Ad finem fit pulvis ruber ad omnis generis Morbos vel
deſperatiſſimos creberrimâ experientiâ probatus.

N. 1. Tota operatio novem Menſium ſpatio abſolvitur, ad-
hibito continuo lampadis △ne. Doſ. gr. j. vel ij. uſque ad v. vel ℈ ß.
in vehiculo appropriato.

2. *☿ rii præcipitatio per ſilices.*) Hæc præcipitatio eſt facillima, ſili-
ces tamen ſint valdè exigui & minuti, præ primis autem hic lo-
cum habeant, qui Goldkranachii reperiuntur de ☉ le partici-
pantes.

3. *☿ rius fixatus. Panacea.*) Per repetitam enim ſublima-
tionem cum reſiduis fecibus de novo inſtitutam figitur tandem
quodammodo ☿ rius à Sale acido ✳. Sciendum tamen non ſine
ſalivatione noxios humores, teſte experientiâ, excludere.

4. *☿ rius præcipitatus per ol. Sulphuris.*) Hæc deſcriptio cum
elaboratione admodum conveniens eſt, prout & cum ſp. vitrioli
eodem modo præcipitatio ſuccedit. Hic denique ☿ rius fixus
trinâ deſuper Spir. vini incenſione ulterius corrigendus eſt, in
hunc finem, ut, quod nondum ſatis eſt fixatum, cum ſpir. vini
avolet.

5. *☿ rius præcipitatus per ol. vitrioli rubic.*) Melius procedit, ſi
☿ rius vivus præcipitetur cum ſp. Nitri, prout ſequens ☿ rius
præcipitatus Corallatus, ſeu Arcanum Corallinum evincit, &
cum ſp. vini poſtmodum edulcoretur, eò quod ol. vitrioli ut
naturæ metallicæ non ita ſeparari poteſt ut ſp. Nitri: quem mo-
dum etiam *Dnus D. Iohannes Michaelis* approbavit & in uſu
habuit. Hic eâdem viâ, quâ ſimplex præcipitatus præpara-
tur per ſolum ſpiritum Nitri pro Mercurii diſſolutione & re-
petitâ quaternâ cohobatione ſpiritu Nitri recenti ſemper af-
fuſo.

N. Si ☿ rium vivum ol. vitrioli corrodas, & menſtruum ab-
ſtrahas, calx alba remanebit, quæ affuſione aquæ limpidæ mox in
colorem limonium vertetur.

7. *☿ rius præcipitatus per ▽ ovorum.*) Hic Modus non ſuc-
cedit ex ovis ad duritiem coctis elicitâ aquâ, quid enim niſi aqua
ſimplex elementaris inde ſperanda? quomodo igitur ☿ rium
præcipitabit in pulverem? Melius procedet, ſi loco aquæ ovorum
mercurius cum Calce vivâ præcipitatus fuerit, qui egregiè in ul-
ceribus deſperatis conducit.

8. *Præcipitatur per Tincturam Smiridis. Præcipitatus miraculo-*
*ſus dictus.*) Smiris calcinatur △ne violentiſſimo aliquot hora-
rum ſpatio, & ſæpius in ▽ â extinguitur; donec virideſcat, & late-
ribus Crucibuli adhæreat, extrahitur poſtmodum Tinctura cum
Acet. diſt. decantatur, & ad oleoſitatem abſtrahitur. Cum hâc
Tincturâ mercurius præcipitatur, ob ♂ tem qui copiosè in Smi-
ride reperitur. Hic præcipitatus moderno tempore Uſum Medi-
cum non agnoſcit.

9. *Præcipitatus communis cum* aq. forti.] Hic etiam non eſt
amplius uſitalis, quia tutò non adhibetur ob ejus vehementiam,
ἄνω καὶ κάτω purgans, & loco aq. fort. melius ſp. Nitri ſubſtitui-
tur.

N. Si cum Sale marino vel ejus Spiritu ſolutus mercurius cum
aq. fort. factus præcipitetur, ad fundum deſcendit in pulveris albi
forma; Si autem cum alkali præcipitetur, pulverem ſubflavum
vel fuſcum ſuppeditabit. Si autem nulla præcipitatio, & Men-
ſtruum calore convenienti abſtrahatur, corroſus mercurius in
fundo remanebit, in formâ ſubſtantiæ, quæ eò redigi poteſt, ut
differentes colores, differentium caloris graduum ope exhibeat.
Vt inde pateat, quouſque texturæ partium mutatio caloris bene-
ficio facta ſeſe extendat.

10. *Præcipitatus albus S. Cloſſ. Vomitivo catharcticus.*) Hic pro-
ceſſus Mihi valdè arridet. In primis ſi internus ejus uſus, qui ſali-
vationem excitat, exulet; Et contrà externus, qui eò tutior eſt,
recipiatur; Decantata aqua laventur partes affectæ.

11. *Præcipitatus dulcis.*) Miteſcit præcipitatus ruber, ſi cum
ana mercurii crudi ſuperfuſo ſp. vini per menſtruum ſpatium in
digeſtionem ponatur. Minus tamen etiam tutus eſt ejus uſus in-
ternus ſed externus commendatur.

N. Qui unum vel duo Medicamenta ex mercurio ritè præpa-
rata habet, reliquis carere poteſt. Nec quem moveat colorum va-
rietas, quia nec hæc aliquid ad benè eſſe facit.

## ¶ CORRECTIO *ſeu* RECTIFICATIO PRÆCIPITATI.

1. Diſſolve præcipitat. bulliendo ✳ acri per hor.
6. &c. (ut totus diſſolvatur,) diſſolutioni ſuperfun-
de 🜄 vel ℘ Tart. & præcipitabitur denuo, ablue igi-
tur & ſicca.

*Doſis g. 4. 5. 6. Vntzer.*

2. Digere præcipitat. per diem cum ſpiritu 🜖i, hinc abſtrahe △ forti, (alii cohobant aliquoties,) ſuper ☿m affunde 🜈 ad eminent. digit. 2. digere (2.) & decantaque alium 🜈 denuo affunde, idque tertiâ vice repete. *Sennert. Inſtitut.*

Vires. *Purgat per inferiora.*

N. *Alii abſtrahunt* 🜈 *& cohobant aliquoties.*

3. Imbibe præcipitatum communem, (flavum vel album 🜄â roſarum aliquoties ablutum,) cum 🜈 opt. ac camphora ana, viciſſimque 🜈 l. △ evoca.

Vires. *Purgat per inferiora præcipuè materiam febrilem. Utilis quoque eſt in Peſte morbiſque Epidemicis.*

N. *Ante Paroxyſmum cum Theriaca exhibetur.*

*Doſis à gr. 3. ad 6. Hartm. in Croll.*

4. Vis vomitiva Præcipitatorum ☿orum infringitur etiam, ſi in ☊u fluminis ſolvantur, reverberentur leniter & per aq. ovorum ſæpius cohobatam figantur.

### 12. ☿ *præcipitatus incarnatus.*

℞. ☿ ℥ j. ſolve in 🜅 ℥ ij. ſolutioni adde 🜄 calidæ ℥ iij. ac infunde poſtea urinam ſani hominis recentem, & præcipitabitur ☿ incarnatus 🜄â eluendus. *Hartm. in Croll.*

Vires. *Solum ſeceſſum movet.*

*Doſis à gran. vj. ad x.*

### 13. ☿ *Præcipitatus luteus.*

Fit, ſi loco urinæ, ſolutioni priori inſtillaveris 🝆 Tart. p. d. ſic præcipitabitur ☿ luteus, quem ſimiliter lotione edulcora. *Hartm. in Croll.*

Vires. *Vires & Doſin eandem cum priori obtinet.*

### 14. *Alius* ☿ *præcipitatus Vitriolatus fixus, dulcificatus.*

℞. ☿ purific. ſolve in 🜅 (ex 🜖 ℔ ij. & Sal. Nit. p. 1.) abſtrahe & cohoba vice tertiâ: Hinc affunde ☊m 🜖i, rectifica, deſtillaque cohobando, (6) poſtea affunde 🜈, cohobaque itidem aliquoties (decies) præcipitatum edulcora 🜄is cordialibus ac ſerva. *Keſler. lib. 1. c. 2.*

### 15. *Præcipitatio* ☿ij *egregia.*

Fac 🜅 ex Sal. Nitr. ℔ ij. 🜖, ℔ 1. O non calcinat. ℥ x. Sal. Com. ℥ vi. In hac vel communi 🜅 ſolve ☿ii purgat. quantum 🜅 ſolvere potis eſt, (alioquin non libenter fit præcipitatio,) ſolutioni affunde aquam fontan. frig. ℥ ij. iij. ſtent aliquot horas extra △, ut præcipitetur ☿, poſt affunde multum aquæ frigid. atque repone ad ſubſidendum, præcipitatum edulcora, iteratâ ablutione, ac digere in vitro lati orificii, ſive XX l. △. ad ſiccitatem. Exiccato huic præcipitatio affunde denuò 🜊 acerr. p. iv. digere in MB. per diem unum ac alterum in cucurb. probè obturata, tandemque ut antè in vitro lati orificii exicca. *Hartm. in Croll. Sennert. Inſtitut.*

*Doſis gran. 1. ad v. vel vj.*

HOFMAN. *Correctio ſeu Rectificatio Præcipitati.*) Omnes dictæ ab Autore Noſtro correctiones & rectificationes præcipitati merè palliativæ ſunt. Proinde & CL. Helmontius perbenè dixit, quamdiu mercurius revivificari poteſt, non eſt tutus ejus uſus, nec boni viri remedium, prout in præſentibus uſu venit, in quibus ad priſtinum ſuum redit ingenium mercurius.

12. *Mercurius præcipitatus incarnatus.*) Hic proceſſus præ aliis etiam commendatur, modò pro aq. fort. ſubſtituatur ſp. Nitri. Et productio coloris incarnati ut & ſubſequentis 13. mercurii præcipitati lutei, ut ſuprà jamdum monuimus, ortum ſuum debet coalitioni Mercurialium particularum cum acidis nitroſis & ſalſis urinoſis & alkalicis, invicem pro texturæ diverſitate, figurarum & poſitu aſſociatis.

*Vires: ſcil. mercurii præcipitati lutei.*) Hic mercurius præcipitatus luteus cum antecedente incarnato ſolum ſeceſſum movere perhibetur, ratione ol. Tartari & urinæ ceu alkalicorum, & licet interdum etiam vomitum cieat, tamen illud non ab ipſo præcipitato, ſed potius à ſaburrâ vitioſorum humorum Archeum Ventriculi infeſtante provenit, à quâ Natura auxiliantibus manibus jam ſublevata ſeſe liberat. Seu, ut Dogmatici Galenici loquuntur, provenit potius ille motus per ſuperiora à bilioſis humoribus ventriculo ſubſtratis, hinc in ictero ſpecificè prodeſſe ſtatuunt. Verùm cum Meliora ac tutiora poſſideamus, quis frugibus inventis jam ulterius glandibus veſcatur? præcipitatis his utique carere poſſumus.

14. *Alius mercurius præcipitatus vitriolatus fixus dulcificatus.*) Si cum ſp. vitrioli corrigitur præcipitatum, flores ſuprà dicti Papiliones alium colorem aliaſque nanciſcuntur virtutes: Et ſp. vini inde per cohobationem deſtillatur, ut effluvia mercuria ſi quæ reſidua fortè ſimul inde avolare queant. Præterea & 🜄 cordialibus præcipitatum edulcorandum, præprimis autem iis, quæ mercurium, ſpecificâ vi corrigere dicuntur, ut 🜄 radic. enulæ, pimpinell. Scorzoner. &c.

15. *Præcipitatio mercurii egregia.*) Hæc à *CL. Hartmanno.* Nobiliſſ. *D. Sennerto* & D. D. *Johanne Michaelis* p. m. mirificè commendatur, quia ab hoc præcipitato Menſtruum, prout Dominus Autor tradidit, penitus abſtrahi poteſt, ut nulla ferè remaneat ſalſedo cauſtica; Et ſi qua remanſerit, per Acet. deſtill. acerr. affuſum optimè corrigitur. Unde & hic modus anteà in uſu fuit modò laudato D. D. Iohann. Michaëlis p. m.

## *De præcipitatis cum metallis.*

### ¶ 1. *Præcipitatus* ☉*laris.*

℞. 1. ☉ puri & limat. vel lam. redacti ℥ ß. ſolve in 🜅 ex Sal. Com. (ſine ✱) facta.

℞. 2. Vitr. ♁ii hyacinth. ℥ ß. ſolve in 🜅.

℞. 3. ☿ii purgat. ℥ iij. ſolve ſimiliter in 🜅.

Solutiones omnes confunde, abſtraheque 🜄 per XX: hinc novam 🜆 affunde, ſæpiuſque identidem evoca, idque tantiſper, donec præcipitatus in ignita ferrea lamina nullum penitus fumum de ſe emittat. Poſtea præcipitatum totum calcina ſub tegula, ut ☊ 🜆 omnes diſſipentur. Tandem ab eodem 🜈 ſexies deſtilla, atque denuo ☿m ſub tegula lentè igniendo calcina.

Vires. *Summum eſt remedium mundificationum ſanguinis ac totius corporis in lue venereâ. Magnum quoque fert ſolamen in Hydrope, pellit aquam per urinam, exiccat fontem. Prodeſt quoque in caduco, colica, quartana: ulceribus malignis ac cancroſis ſubvenit, & ſimil. Hartm. in Croll.*

### 2. *Præcipitatus* ☉*laris regulinus, ſeu diaphoreticus.*

℞. 1. Regul. ♀. ʒ j. ſolv. in 🜅 vel 🜆.

Confunde & abſtrahe ad ſiccitatem in arena. Hinc ëdulcora aquâ & ſpiritum ♉ aliquoties (ſepties) deſuper cohoba, ſubinde novum ſpiritum affundendo. Tandem edulcora denuo, ac 🜈 ternâ vice inde deſtilla ad ſiccitatem pulveris flavi.

Vires. *Præſtantiſſimum eſt ſudorificum in omnibus morbis, qui diaphoreſin requirunt.*

*Doſis gran. 3. 4.*

N. *Ut regulus eò felicius ſolvatur, imbibe aliquoties ejus pulverem* 🜆*, hinc ſolve.*

### 3. *Hercules Bovii.*

Huic finitimus eſt Hercules (potius aurum vitæ,) Bovii, qui nihil eſt aliud quam ☿ præcipitatus ☉laris cum vitro ♁ii conjunctus.

Nimirum

*Nimirum.*

℞. ☉ purific. ℥ j. ☿. purific. ℥ iv. utrumque ſolvit ſeorſim in 🜀. Solutionem utramque confuſam deſtillat (△ graduali, & in fine aucto) per retortam: præcipitatum quod in fundo remanſit, ut & ſublimatum, quod parietibus, vel collo retortæ adhæret, ſolvit iterum in 🜀 nova, & deſtillat, idque repetit tantiſper, donec tota materia in præcipitatum convertatur. Poſtea calcinat ſupra ferrum ignitum ad figendos ſpiritus corroſivos, & denique edulcorat.

Vires. *Ex mente Bovii omnibus aliis catarcticorum ſpeciebus antecellit: Eſtque domitor verminum. Luis ♀, Petechiarum. Peſtis, Quartanæ, & aliorum incurabilium morborum.*

*Doſis à g. 3. ad 6. vel 8. cum Saccharo roſato, & in ovo vel brodio, vel in pilulis, inprimis ſi conjungatur, cum Scammonio, & humectetur ▽ vitæ, quæ deſuper comburatur. Tentzel. ſect. 3. panchymag. Mercuriali.*

4. *Aurum vitæ, Hartmanni.*

1. ℞. ☉ purgat. ℥ß. ſolve in 🜀 ℥ ij. ſervando ſolutionem in calido.

2. ℞. Mercurii crud. purific. ℥ vi. ſolve in 🜅 commun. ℔ i. utramque ſolutionem mixtam, (qua mixtione apparebunt omnia nigerrima,) ex arena per 🝛. l. △ gradatim aucto, deſtilla, donec, quæ in fundo, rubeſcant, & cucurbita tandem ſubtus candeat: Exemptum dein pulverem ſub capſula in catillo, ſubinde cum ferreo baculo calcina, donec ♒ ab 🜅 probè evanuerint: Ablue poſtea ▽ â dulci omnem ſalſedinem & extremo 🜅 correctum ab eodem ſæpius per cohobia deſtilla.

*Uſus ejus egregius eſt in Peſte, ut & aliis morbis quàm plurimis.*

N. *Fit* 🜀 *ad hoc opus.*

℞. 🜅 is ex 🜔: Sal. Nitr. & O ana factæ ℥ iv. ✳ ℥j. Miſc. & deſtilla per alemb. ex arena.

5. *Aurum vitæ S. Cloſſ.*

Fac ããã ex Regulo ♂tis ſtellato & ☿io, lava hunc pluries, & exprime per pannum, ſecundo fac aliud ããã ex ☉ & ſuperfluum ☿ um itidem exprime, tertio ambo ããata commiſce, ita ut ſint Reguli ♂tis & ☉ ana ℥ß. ☿ ii ℥ ij. aut circiter, quarto ſuperfunde Ol. 🜔 li, digere dum colorem rubertimum acquiſierit, quinto Tincturam inde extrahe cum 🜅 extractam, circula per menſem, tandemque rectifica.

Vires. *Purgat ſuaviter & ſudores copioſos movet.*

*Doſ. à gr. 8. ad* ℈ß. *gr. 12.*

6. *Aurum vitæ aliud.*

℞. ☿ purific. ℥ v. ☉ puriſſ. laminat. ℥ß. F. amalgama quod abluatur 🜕, donec omnis nigredo ablata ſit.

Poſtea impone in 🝪m, & affunde 🜅m, (ex 🜔 p. ij. & Sal. Nit. p. 1.) digereque (in cineribus vel arena,) ut ſolvatur ☿ & ☉ in fundo ſub forma pulveris remaneat: dein deſtilla augendo in fine △m, ut fundus retortæ incandeſcat omneſque ſpiritus corroſivi prodeant. Vaſis refrigeratis, tere materiam, abſtractamque 🜅m iterum affundendo cohoba, & invenies in fundo pulverem rubicundum, quem collige, abjiciendo quod ad latera retortæ forte fuerit ſublimatum. Hinc candefac laminam ferream, cui optimè candeſcenti, inſperge pulverem illum Mercurialem, non modo ut optimè exiccetur, ſed & ut id quod volatile reſtat, evaporet. Hinc aufer & reſerva in vaſe clauſo.

Vires. *Purgat per ſeceſſum lente ſine omni etiam vomitu, niſi ſcilicet ventriculus impuritatibus refertus ſit. Summum arcanum eſt in Hydrope, Lue Gallica & omnibus cutaneis affectibus, atque defluxionibus, ut & ubi corpus ſcatet pituitoſis humiditatibus.*

*Doſis à gr. 3. ad 8. cum Terebinth. pauxillo aut extracto aliquo. Hartman. in pract. pag. 12. Confer Sennert. in Inſtitut.*

7. *Præcipitatus viridis ſeu venereus.*

℞. Mercurii purificat. ℥ iv. ſolve in 🜅 communi: in eadem 🜅 ſolve & ♀is ℥ß. conjunge ſolutiones ac abſtrahe in arena, urgendo in fine △m, ut maxima pars ſpirituum tollatur. Præcipitatum exicca ac digere cum ⚹, in MB ♂ ac ♎: ultimo fac bullire, ut puriſſima pars Mercurii in ⚹ ſolvatur. Hinc decanta & abſtrahe atque ſicca ſine lotione.

Vires. *Eſt ſpecificum in Gonorrhæa virulenta, quam nimiam tollit, inſufficientem promovet, ideoque ſingulis diebus continuandus ejus uſus eſt, donec omnis fluxus ſedatus ſit.*

*Doſis à gr. ij. ad viij. Hartmann. in Croll.*

N. *Signum boni præcipitati eſt, ſi aurum fortiter cum eodem fricatum, non dealbetur, ut ſolet ex contactu Mercurii.*

*Huc*

8. *Vitrum Mercurij ☽nare.*

℞. ☿ præcipit. (per ♋ 🜔 i rubic.) ℥ ij. ☽æ calcinat. & ✳ ana ℥ j. Miſc. & ſublima. Sic aſcendit ✳, relictis in fundo Mercurio & ☽ â inſtar auri puriſſimi; inde 🜕 bulo & da ignem fuſionis, ut in vitrum ſimul abeant. *Vide Diſput. Chym. Med. Hartmann. 7. th. 127.*

9. *Vitrum ex ☿ vitæ, ſive Succinum ♁ ij.*

℞. ☿m vitæ, abſtrahe per 🝪m partes minus fixas, reliquum fundatur igne forti in vitrum, quod tranſparens opacum, vel ſi diutius in igne contineatur, Hyacinthinum evadit.

N. 1. *Dicitur aliis ſuccinum ♁ ij, quia nihil aliud eſſe videtur quam vitrum ♁ ij, non ☿ ij.*

2. *Si abſtractio partium minus fixarum fortius urgeatur, extillat viciſſim liquor inſtar butyri ♁ ialis.*

Hofman. *De Præcipitatis cum Metallis. 1. Præcipitatus ☉laris.)*

Hic præcipitatus ob ſalia aq. fort. corroſiva prout & ſequens 2. ☉laris regulinus ſeu diaphoreticus valdè ſuſpectus eſt. Non deſunt, qui *Cl. Helmontium* in hydrope hoc præcipitato uſum fuiſſe ſtatuunt. Verùm Mihi ejus ſcripta ſedulò evolventi nunquam perſuadere hoc ipſum potui; Dum ſtatuit *in progymnaſ. Meteor.* §. 18. ab ejuſmodi Menſtruis corroſivis interiorem Mercurii nucleum non attingi; multo minus terebrari, ſed terram Ejus Sulphuream tales ſolum ſubire mutationes, quâ ſpoliatus Mercurius nullo △ne manet mutabilis. Proinde & alibi ſcribit, quamdiu Mineralia virus ſolutivum adhuc ſuum obtinent, tamdiu arcanorum nomine ſunt indigna, quæ cauſa etiam, quod in *tr. ignotus Hydrops* §. 39. ſcribat, mercurius præcipitatus non juxtà noſtrum ſed Paracelſi præſcriptum omnem curat hydropem, non quatenus purgat, ſed in quantum materialiter tranſiens per inteſtina reſolvit cauſam occaſionalem. Sin unà vomitum vel alvum cieat, illud hydropi erit per accidens. Ut autem id pro voto ſuccedat, Mori oportet Mercurium abſque ullo ſalium externorum ſodalitio, aut Spirituum alienorum conſortio. Sic tamen mori convenit, ut vivum maneat in plauſtro. Quæ cauſa etiam quod *in tr. Diſpenſator. modern.* §. 54. deteſtetur omnes Mercurii præcipitationes, vitrificationes &c. dum neſciunt, inquit, ah neſciunt;

acidum venis hoſtile, ideoque peregrina diſſolventium ſuperata, & transſmutatâ aciditate ejuſmodi minerale pulverem eſſe, vel tale, ut antè.

3. *Herculeſ Borii.*) Bovius fuit Medicus, cujus nomen in Italiâ longè latèque notum fuit, magno theatro ſpectatus, hic ferè omnes lue ♀ nereâ infectos hoc ſolo curavit Hercule, quod Medicamentum pro maximo habuit arcano & adhuc in Italiâ decantatur pro arcano. Scilicet accipitur ☉ purific. ℥j. mercurii purific. ℥iv. utrumque ſolvitur ſeorſim in aq. reg. Solutio utraque confuſa deſtillatur per retortam: præcipitatum quod in fundo remanſit, ut & ſublimatum, quod retortæ collo adhæret, ſolvitur iterum in aq. reg. novâ, & deſtillatur, idque tamdiu repetitur, dum tota materia in præcipitatum converſum fuerit, poſteà calcinatur, ut ſalia aq. reg. averruncentur. Verùm & hic Hercules Bovii valdè etiam ob aq. reg. ſalia corroſiva remanentia adhuc ſuſpectus eſt: Proinde ſequens potius ☉laris præcipitatus eſt præferendus.

Rec. mercurii ſæpius cum Regulo ♂tis ſublimati ℥ij. ☉ puriſſimi ʒ vj. f. ааа in Crucibulo △ne moderato, Aurum candefactum in mercurium actu calidum projiciendo. Hoc ааа toties lavetur Acet. & Sale, uſque dum nulla amplius nigredo conterendo & abluendo conſpiciatur: Hinc ſiccetur, cui probè mundificato adde præcipitati per ſe facti rubicundiſſimi ℥ij. conterantur diu multumque in mortario vitreo, quoad benè uniantur, & immittantur phialæ, ac per gradus △nis denuò ad ſiccitatem & ſummam reducantur rubedinem.

4. *Aurum Vitæ Hartmanni.*) Hoc ejuſdem pretii ac valoris eſt cum Hercule Bovii.

5. *Aurum Vitæ S. Cl. ſſæi.*) Hoc reliquis præfertur; quamvis Spiritus Vit. ær. oleo Vitrioli ſurrogatus hanc compoſitionem magis commendabilem redderet, ad colorem rubrum mediante digeſtione inde acquirendum & demum cum ſp. vini extrahendum, tamen & ſequens in caſibus deſperatis non eſt poſthabendum. Rec. ☉ purgat. per ♁ ſoluti in ſp. Sal. comm. f. q. ℥ß.

Mercurii ſoluti in ſ. q. ſp. Nitri ℥iij. conjunge cum repetitâ cohobatione, poſteà ablue benè & Acet. diſt. aliquoties imprægna & abſtrahe; Pulvis ſub tegulâ exſiccandus, & habebis ☉lare præcipitatum. Doſ. gr. iij. iv. v. pro diverſitate conſtitutionum, curat Luem ♀ neream, Lepram, icterum, febres quartanas, Maniam &c. purificando ſanguinem.

6. *Aurum vitæ aliud.*) Fiat fortiſſima deſtillatio, in hunc finem, quo nihil ſalium cauſticorum ibidem remaneat; imo etiam ſub tegulâ inſimul calcinari poteſt, ut Spiritus corroſivi omnes totaliter evaneſcant.

7. *Præcipitatus viridis ſeu venereus.*) ♀ nus probè purificata eſſe debet, antequam compoſitionem ingrediatur, vide ſuprà *De Cupro Cap. xij.* Hic præcipitatus fuit etiam in uſu *D. D. Johanni Michaëlis* p. m. Ubi notandum, quod, licet Materiam peccantem per urin. expellat, & hâc ratione gonorrhœam augere videatur, junioribus tamen practicis nullum incutere debeat terrorem, dum ejuſmodi excretio ſæpè fiat cum εὐφορίᾳ, Naturâ hoc modo ſeſe ab hoc malo liberante. Doſis eſt à gr. ij. ad viij. primo ſcil. vel ſecundo die, poſteà augeatur doſis ad ℈ß. & exhiberi poteſt cum panchymagogo *Crollii*, vel extracto catholico *Andernaci*.

8. *Vitrum mercurii ☽nare.*) Sic etiam fit ☽na cornea; ſed plus de ☽na, quàm mercurio participat, quia mercurius per fuſionem abit in auras. Sed nullum in Medicinâ agnoſcit uſum.

9. *Vitrum ex mercurio vitæ, ſive ſuccinum ♁nii.*) Succinum dicitur à colore; ſed non mercurialis, verùm ♁nialis eſt proſapiæ, ut infrà de ♁nio uberius patebit, quò etiam pertinet.

N. Succinum hoc ſi infundatur, magis leniter vomitum movet, atque Mercurius vitæ.

## ¶ III. SUBLIMATIO.

### 1. *Mercurius ſublimatus Officinarum.*

♃. ☿ in ▽. ſolut. Vitrioli exiccat. Sal. Com. decrepit. ana. Miſc. exactè & ſublima ex cucurbita humili. *Gluckrath. in Beguin.*

### 2. *Aliter optimus pro ☿ dulci conficiendo.*

♃. ☿ purific. Vitriol. rubific. Sal. Com. decrepit. ana ℔ 1. Sal. Nit. ℥ix. Miſc. exactè aſpergendo modicum ✱ ſublimaque ut dictum.

### *Iam denuò.*

♃. ☿ ≏ illius ℔ 1. Sal. Com. decrepit. ℥xii. Vitriol. rubificat. ℥ iv. M. Sublima.

### *Iterùm.*

♃. ☿ ≏ti illius ℔ 1. Sal. Com. decrep. ℥xii. M. ſublima.

N. *Puriorem Mercurium ≏m ſi deſideras, reitera adhuc ſublimationem, ſed ſine additione. Beg. Untzer.*

### 3. *≏tus Regulinus.*

♃. ☿ purificat.
Regul. ♁ ii ana ℔ ß.
Vitrioli rubific. ℥iv.
Sal. Com. fuſ. ℥ vi.

Miſc. & ſublima ex ſublimatorio vitreo, deſuper defundendo ▽: ſublimatum miſce cum ⊖, ac ſublima denuò, idque vice tertiâ.

Vires. *Inſervire commodè poteſt Mercurio dulci, aliiſque Medicamentis, ex ☿ ≏, præparandis.*

HOFMAN. 3. *Sublimatio.* 1. *Mercurius ſublimatus Officinarum.*) Electio ſublimati ad Medicamentorum præparationem Medico ſummè neceſſaria eſt; & quantum inter vulgò ſublimati & Ejus, quod fideliter præparatum eſt, operationes diſcriminis ſit, non tantum in metalla, ſed etiam in humana corpora peritis Arte Medico-chimicâ erit notiſſimum. Longè alia operatio illius eſt, qui juxta *Domini Autoris* primum & ſecundum modum, & alia illius, qui juxta ſequentes modos h. e. qui abſque Nitr. aut aq. fort. & ſaltem cum vitriolo & Sale præparatus eſt mercurius ≏atus. Et niſi etiam prætereà ad cryſtallinam uſque puritatem fuerit ſublimatus, & colorem acquiſiverit albiſſimum, in Medicinâ locus ipſi minimè concedendus erit; qualis modò adductus primus Autoris Mercurius ſublimatus officinarum, ubi non ſufficit Vitrioli nuda exſiccatio, ſed & neceſſe eſt, ut Vitriolum ipſi deſtinatum ita calcinetur, ne ſuo ſpiritu privetur acido; Deindè nec anatica mercurii in aq. fort. ſolut. Vitrioli & Salis proportio ſufficit, in primis ſi corroſivus reddi debeat mercurius, ut non ſolùm illorum pondus dupletur, ſed & ſublimatio mercurii addito ſemper recente Vitriolo calcinato & Sale bis terve reiteretur, donec in cryſtallinam ſublimetur compagem, & non per Aren. ſed △ne aperto ſervatis △nis gradibus in cucurbitâ lutatâ, quemadmodum & *Dominus Autor* in ſecundo modo innuere videtur. Hæc ex *CL. Zwelferi Mantiſſ. Hermetic.* hûc tranſponere libuit. Quam admonitionem equidem obſervari poſſe & *Dominus Lucas Schrœckius Luc. Filius in Mantiſſ. Hermetic.* p. 543. concedit. Sed rationem illam *CL. Zwelferi*, quâ ideò vitrioli perfectè ad totalem Spirituum expulſionem calcinati i. e. colcotharis additionem rejicit, quod liquefactionem & coagulationem ſalis unà adjecti quidem impediat, citius tamen ipſos ſalis ſpiritus abſorbeat, antequam mercurium attingant, & ſic pro majori parte Mercurius in ſublimatione ſemper adſcenderet vivus, putat inſufficientem, dum pars illa Spirituum ſalis à colcothare abſorpta, non in eo ita figitur, ut non cum Mercurio, & reliquis acidis Salis particulis iterum elevari poſſit. Aliàs Spiritus quoque acidi Vitrioli ad cinereum vel flavum colorem calcinati in ſublimatione non adſcenderent, ſeſeque hydrargyro unirent ac ita vitriolum hocce inutiliter ferè pro hac operatione abſumeretur. Unde ipſe *Zwelferus* Mantiſſ. ſpagyric. p. 351. pro alterâ ſublimati corroſivi confectione colcotharis ſeu Capitis mortui Vitrioli parum addere permittit, quod parum ſpirituum acidorum quoque partem aliquam à ſale abſorbet. Poſteà etiam *CL. Zwelferus* Vitrioli & Salis præſcriptam quantitatem non ſufficere putat, præſertim ſi corroſivus reddi debeat mercurius; neceſſum igitur ducit, ut non ſolùm pondus eorum dupletur, ſed & ſublimatio mercurii additis ſemper recentibus ſpeciebus, bis terve reiteretur, donec in cryſtallinam compagem elevetur. Hic majorem quidem dictorum corporum, ſalis ſcilicet & vitrioli calcinati, quantitatem commendari poſſe, ut magis corroſivus evadat mercurius ſublimatus, non etiam impugnat *CL. Lucas Schrœckius*; intereà tamen cum præſcriptâ doſi ſublimatum eundem non eſſe corroſivum, non rectè adſtrui ſtatuit; quorſum enim, inquit, abierint Salia iſta corroſiva Sal. comm. & Vitrioli, cum in relicto Cap. mort. non inveniantur? certè cum mercurio ſalinam præ ſe ferente faciem, conjuncta ſunt, unde non niſi corroſivam hinc induiſſe naturam dici poteſt. Verùm juſto adhuc ſtat talo *Nobiliſſ. Zwelferi* de mercurio ſublimato ritè conficiendo ſuprà in medium allata cenſura, dum ejus verba directa ſunt ad moderatam, & non totalem, ubi penitus penituſque ſuo corroſivo aut ſpiritu acido Vitriolum privatum eſt, calcinationem; in moderatâ enim Vitrioli calcinatione pars illa ſpirituum ſalis non ita figuntur, ut non cum mercurio & reliquis

reliquis Vitrioli acidis particulis elevari poſſit, quàm in perfectâ, ubi ad totalem ſpirituum acidorum expulſionem Vitriolum calcinatum ſpiritus acidos ſalis abſorbet & coagulat, antequam mercurium attingant, ut mercurius vivus in ſublimatione abſque ſalibus adſcendere cogatur. Alia igitur ratio eſt vitrioli etiam ſaltem ad cinereum vel flavum colorem calcinati, cujus calcinatio etiam eſt moderata, cujus ſpiritus acidi quoque in ſublimatione cum mercurii unione adſcendunt. Nec refert, quod ipſe *Zwelferus* in mantiſſ. l. c. pro alterâ ſublimati corroſivi confectione Cap. mort. Vitrioli parum addere permittat, particulæ enim ſalinæ acidæ in hujus ſublimati elaboratione ſuperant hoc parum colcotharis, ut ita facilè cum mercutio ſublimari poſsint. Deindè ut ſublimatus mercurius commodè in cryſtallinam elevetur compagem, neceſſum eſt, ut non ſolùm pondus vitrioli & Salis dupletur, ſed ſublimatio ſæpius reiteretur, quo ſublimatum æquè benè corroſivum fiat, id quòd *Domino Lucæ Schrœckio* concedimus; at minus hâc corroſione, quæ malignam ac deleteriam ſecum trahit qualitatem, quam ſi quis in ſublimato ex Nitr. vel aq. fort. confecto negare auſit, omni rationi & experientiæ repugnabit. Magis igitur ad medicinam ſublimatus adaptatur, qui ſolum cum Vitriolo & Sale, abſque additione Nitri vel aq fort. præparatus fuit, licet ille quoque ſit corroſivus, abſque malignitate tamen eſt, & noxâ, cum per ſe externè ulceribus ſordidis venereis aliiſque affectibus applicatus, tum etiam ad interna medicamenta prius dulcificatus ad uſum tractus, ut infrà videbimus, ſine ſanitatis diſpendio aut læſione agit, minoreque periculo uſui Medico eſſe poteſt, quàm ſimplex dictus ex Nitr. aq. fort. &c. qui Venetiis in magnâ copiâ paratus ad Nos transfertur.

Recip. mercurii vivi depuratiſsimi ℔ ß. Vitrioli Ungaric. calcinat. albiſſ. Salis exſiccat. ana ℔ j. ſubigantur cum modico aceti, exſiccata terantur, & ſimul miſceantur in mortario lapideo tamdiu, donec mercurius cum ſalibus in pulverem abeat. Tritam materiam inde cucurbitæ cum alembico & igne aperto deſtilla per gradus ad 6. horas ſervatis ignis gradibus. Hujus ſublimatio additis ſemper recenti Sale & Vitriolo bis vel ter reiteretur, donec inſtar albiſsimorum cryſtallorum meteoriſetur. Hoc modo ſi ſublimatus regulinus conficeretur tertius omnium optimum acquireres ad mercurium dulcem ſequentem & alia ex mercurio ſublimato præparanda.

¶ 4. ☿ *dulcis vulgaris: Draco mitigatus.*

℞. ☿ ♎ti ℥ VIII. ☿ crud. purific. ℥ VI. Miſc. exactè in mortario lapideo, vel ſuper porphyrite, donec Mercurius vivus amplius conſpici nequeat. Hinc ſublima calore arenæ in Phiala leniter ſaltem obturata & ſublimabitur totus ferè Mercurius, adhæreſcetque lateribus Phialæ, remanentibus in fundo fæcibus, quas una cum nigricante materia collo phialæ adhærente rejice. Hinc ſublima denuò, idque vice tertiâ, rejectis ſemper fæcibus, ut dictum.

N. 1. *Si purum inſipidumque ſecundâ ſublimatione obtinueris, acquieſce, multa enim ſublimatione infringitur vis purgatrix.*

N. 2. *Alii addunt quoque Colchotar.*

N. 3. *Optimum Mercurium dulcem conficies ex* ☿ ♎*to regulino, & Mercurio* ♁ *ij.*

*Hartmann. in Croll.*

Vires. *Omnes humores noxios ſine perturbatione blandè expurgat, unde vel infantibus exhiberi poterit.*

*Doſis: Dari quidem poteſt ad* ʒß. *Verum ut eò citius operationes ſuas perficiat, nec diu in corpore deliteſcat, acui ſolet purgantibus aliis fortioribus, exempli gratia, Diagrid. Trochiſc. Alhand. & ſimil. Daturque cum iiſdem à gran. 8. ad 15. & plur.*

*Hartmann. in Croll. Sennert. in Inſt. Tentzel.*

5. *Alius.*

℞. Mercurii in 🜕u Vitrioli ſoluti & edulcorati.

Mercurii crudi ana.

Sublima aliquoties ut dulcis fiat.

Vires. *Lentè purgat per inferiora.*

*Doſis à gr. 6. ad 12.*

N. 1. *Eodem modo dulceſcit & Mercurius præcipitatus luteus ſi per ſe ſublimetur, dulcificatusque leniter alvum movet.*

*Doſis gr. 8.*

2. *De uſu: Ex omnibus hiſce Mercuriis dulcibus poteſt parari aqua utiliſſima ad inflammationem, fiſtulas & ulcera maligna, non tantum detergenda, ſed etiam cicatriſanda, præcipuè in Lue venerea; valet etiam ad ſcabiem, ſine noxa penitus curandam.*

*Nimirum:*

Projicitur Calc. viv. recens in aquam bullientem, relinquiturque aliquamdiu, hinc filtratur, in filtratu ræ ℔ 1. diſſolvitur bulliendo Mercurii dulcis, q. ſ. colatur & ſolvatur. Fallopius vocat ▽m aluminis. *Hartm. in Croll.*

6. *Sublimatum dulce Talcoſum S. Cloſſ.*

Fit ſi M. cum Sal. Nit. irrorando guttulis aliquot 🜹 Sal. Com. hæc tria conſtituunt Axungiam Talcoſam fluentem.

Vires. *Suaviter purgat abſque vomitu, deobſtruit & refrigerat, eſtque ſecurum febrium intermittentium ſolamen.*

*Lanugo perlata ſive flores* ☿ *argentei ex inventione S. Cloſſ.*

1. Facta eſt 🜆 ex ana Sal. Com. & Sal. Nit. triplo boli communis ad modum 🜅 2. in ℔ j. hujus ſpiritus ſolutæ fuêre ☿ crudi ℥ x. & abſtractâ 🜆 ad duas tertias, collecti fuêre cryſtalli probèque edulcati 3. perfuſi ſunt iidem V̈ Tartariſato, ad 3. digit. ſupereminentiam ſicque per menſem in putrefactione, MB ſtetêre, 4. materiâ in 🝭 conjectâ eductoque V̈ pars quædam ☿ ij. ſublimabatur △ auctiori, pars in rubrum abibat Præcipitatum. 5. ambobus iterum confuſis ✳ affundebatur, & poſt digeſtionem unius diei ac filtrationem calidam, tota materia ſoluta in floccos argenteos goſſypio perlato fulgentique ſimiles fuit converſa inclareſcente menſtruo. 6. hos flores cochleari vitreo detraxi & in chartâ bibulâ quadrupl. exiccavi, ita enim ſplendorem non amittunt. 7. cum alio ✳ ſuper reſtitantem materiam conjecto novos flores collegi, idque ter quaterve repetii.

Vires *ex Untzero repetendæ, qui longè operoſiorem nobis methodum aliam reliquit in Anat.* ☿ *ij p. 255. Ubi enim illic per grana & ſcrupulos abraduntur flores, hic per uncias & libras congeruntur.*

*Doſis eorum eſt gran. vj. in formâ pilul. cum pauxillo Extracti liquir. Educit abſque violentiâ humores vitioſos in febre quotid. ſcabie, Leprâ.*

8. *Mercurius* 🜕*tus rubeus non corroſivus, Arcanum Crollianum.*

℞. Mercurii optimè purgati, ℔ j.

Sal. Nit. optimè purificat.

⊖-i ad rubedin. calcinat. ana ℔ ij.

Pulveriſentur & miſceantur optimè, ſubinde irrorando & incorporando cum ✳ acerrimo, donec diſpareat penitus Mercurius. Hinc ſublima ex arena, in cucurbita lutata, cum capitello, & exit primum phlegma, dein auctiori △, viginti quatuor horas continuato, ſublimabitur, ſublimatum proximè à materia rubeum, paulo altius flavum. Utrumque rubeum ac flavum, cum Sal. Nit. ℔ j. & ☉ leniter calcinati, ℔ j. miſce impaſtaque cum phlegmate ✣, ſublimaque de-

nuo ut prius (horis duodecim,) & aſcendit iterum ſublimatum rubicundum ac flavum, collige ſingula ſeorſim, rubicundum elue ▽is cordialibus, ac ab eo efflagrare ſine 🜍; flavum calcina igne mediocri, ut rubeſcat, hinc elue ſimiliter ac corrige cum 🜍 deſuper accenſo.

N. *Feces nigricantes cum Mercurio in capitellum aſcendentes, abjiciantur in ſingulis ſublimationibus.*

Vires. *Purgat, per inferiora præcipuè, magnumque ſecretum in Hydrope, morbo Gallico, Podagra, Scabie, Ulceribus, Cancro, &c. Crollius.*

9. *Modus compendioſior, Laudanum Mercuriale, ſive Metallicum.*

℞. Salis extracti ex ⊕o ▽is, (ex ⊕ & Sal. Nit. ana fact.) ℥ vj.
☿ purific. ℥ ij.
Sal. Nit. purific. ʒ ij.

Pulveriſa ac miſce optimè impaſtando cum ✢ ſublimaque, ut dictum, ſic aſcendit pars quædam alba, quædam lutea, quædam crocea, quædam rubicundiſſima, collige croceam ac rubicundam, abjectis cæteris, ſublimaque denuo per ſe ex arena igne ſat forti, ac omnia rubefient: hinc elue ac corrige 🜍 ſupra accendendo.

Vires. *Eaſdem habet cum præcedenti. Hartman in Croll.*

10. *Manna Mercurii, ſeu Mercurius dulcis ☉laris.*

℞. Mercurius dulcis vulgaris, q. v. tantiſper ſublimationibus iteratis eleva, donec in fixos abierit Cryſtallos, poſtmodum in liquorem ſolvito.

℞. Hujus part. iij. ☉ calcin. p. 1. Miſc. ac digere per menſem, cohoba donec in cucurbita inſtar ceræ fluat.

Vires. *Ad ſummum Medicinæ gradum Mercurius ita redactus eſt, & in Epilepſia, & morbis Veneris admirandæ virtutis, Tentz.*

N. *Egomet Mercurium dulcem ter ſublimatum miſcui quondam cum ☽a foliata; ſublimationemque adhuc quartâ vice iteravi, quibus peractis ſublimationib. reſtantem materiam igni ſubjeci fuſorio, ut quid ☾æ reſtaret colligerem; verum ſine commodo, quippe ☾ cum ☿ penitus fuit ſublimata; vis autem illius ſublimati ſudorifera potius fuit, quam dejectoria.*

11. *Arcanum corallinum correctum S. Cloſſ.*

℞ ⊕ Sal. com. ana ℔ ij. O calcinati & ☿ ii ana ℔ j. Omnibus arte mixtis detur △ 🝞mationis in fine benè fortis, quod rubeſcit ſublimatum collige, benè edulcora, tere, & digere in ⚹ ad 4. digitorum extantiam per 2. aut 3. ♂, evacua per inclinationem, aliud affunde, digere, donec nil amplius ſolvatur: tandem evapora, remanebit pulvis luteus, quem lavabis ſæpius aq. calidâ.

*Doſ. mitificatæ hujus Aquilæ eſt à gr. v. ad ℈ß. cum Panchymag. Felicius adhuc operabitur, ſi ejus gr. viij. cum auri ſclopet. & croci ♂ ana gr. iij. in conſ. florum borrag. aut pil. de aloë lota exhibeantur.*

*Ad ☿ 🝞 pertinet quoque*

12. *Cinnabaris Officinarum artificialis.*

℞. Sulphuris commun. ℥ iij. vel iv. Huic liquefacto infunde Mercurii vivi ℔ j. ſpatulâ ligneâ benè agitando in corpora, donec Mercurius à Sulphure planè conſumptus videatur. Hinc maſſam refrigeratam tere ſuper marmore, atque ſublima, ex ſublimatorio lutato; igne primo leni, dein auctiori, &c. Primo aſcendit fumus citrinus, paulatim rubeſcens. Quando itaque fumus nigro-rubeus aſcendere incipit, urge igne violentiſſimo horas quatuor vel quinque, & ſublimabitur cinnabaris, adhæreſcetque lateribus, quam exime, rejectis fæcibus in fundo & capitello.

*Paracelſus in Chirurg. lib. 1. manual. pag. l. 702. Brendel.*

*Aliter.*

℞. Sulphur. ℥ iij. ☿ ℥ iv. M. ac Sulphur. aliquantulum efflagrare ſine, ut pulvis remaneat niger; hinc ſublima ſemel ac iterum, ut cinnabarim nanciſcaris rubeam.

13. *Panacæa ☿ii purgans.*

R. ☿ii vitæ p. ij.
☿ii vivi in deſtill. butyri ♁ii proveniens p. 1.
Sublima ut ☿ m dulcem.
*Doſis à gr. v. ad viij.*

N. *☿. vitæ ad hoc opus fit ex ☿ p. ij. ♁ optimi vel reguli p. 1. deſtillatur & 🝕tur ▽ commut moris & deſupra flagret aliquoties Spir. Iunip.*

Cl. D. D. Joh. C. Fauſ.

HOFMAN. 4. *Mercurius dulcis vulgaris: Draco mitigatus.)* Deus Autor poſuit mercurii ſublimati ℥ VIII. & mercurii crudi ℥ vj. Verùm exacta mercurii vivi quantitas determinari nequit, quia quo magis corroſivus eſt mercurius ſublimatus, eò plus requirit de mercurio vivo pro ſua edulcoratione. Ideoque ſumitur tantum mercurii vivi, quantum mercurius ſublimatus capere poteſt, & ſublimatur etiam igne aperto in cucurbita vitrea juſtâ lutata, ita tamen, ne ignis totam lambat cucurbitam, ſed paulò ultra, quàm quouſque cucurbita mercurio adimpleta eſt, ignis eam circumdare poſſit.

N. 1. *In mortario lapideo.)* Vel ligneo cum piſtillo ligneo vel lapideo exquiſitiſſimè & diu miſcenda ſunt.

N. 2. *In phialâ leniter ſaltem obturatâ.)* Ne alembicus firmiter & penitus claudatur, ſed ſtatim leniter, ut fuligines venenoſæ exhalare queant quemadmodum hoc etiam obſervatur in ſublimatione cinnabaris ♁nii.

N. 3. *Si purum inſipidùmque ſecundâ ſublimatione obtinueris.)* Si ambo ingredientia probè fuerint purificata, ſublimatio abſolvi poteſt ſecunda vel tertia vice, alias mercurius iſte nimis redditur dulcis, id quod per crebriorem ſublimationem fieri poteſt, & inde vim purgandi amittit. Ex quibus conſtat, quomodo interdum corpora adminiculo ignis mixta ſatis quoad fixitatem & volatilitatem diſcrepantia adeò tamen prima ignis operatione combinentur, ut vix ipſe poſtmodum ea ſeparet, ſed tantummodo in pulverem redigat, ſic in præſenti mercurii dulcis præparatione ſalinæ Vitrioli, ſalis marini & nitri interdum ad ſublimatum conficiendum adhibitorum particulæ adeò ſeſe cum particulis mercurialibus primò ad parandum, deindè ad educandum ſublimatum uſurpatis uniunt, ut ſalinæ juxta ac metallinæ partes in multis ſublimationibus ſucceſſivis, ac ſi unum duntaxat corpus conſtituerent, unà aſcendant.

N. 4. Mercurium ſublimatum admiſto arſenico fucari ſolere vulgo notiſſimum eſt; at quantum inter hujuſmodi ſublimati & ejus, quod fideliter præparatur operationes diſcriminis eſt: valeat, non tantum in metalla, ſed etiam in humana corpora (nempe cum mercurius dulcis aliaque medicamina ex eo conficiuntur) vix illi facilè concipient, niſi quibus facultates Arſenici hominibus æquè ac metallis noxiæ innoteſcunt. vid. *Nobiliſſ. Robertus à Boyle in tr. inſidus ſucceſſus experimentorum* p. 64 Sed arſenicale virus in 🝞ato agnoſcitur, ſi aliquid ol. Tartari per deliq. ſuperfundatur, & mercurius ſublimatus nigreſcat, adulteratus eſt arſenico, ſin verò flaveſcat, probus utique eſt.

*Optimum mercurium dulcem conficies ex mercurio ſublimato regalino, & mercurio ♁ nij)* Ex eodem fonte promanat *Cl. Riverij Anti-quartium*, quod componitur ex *triplici Hercule* (mercurio, Sale & Vitriolo) duodecim laboribus h. e. ſublimationibus ad ſummum nobilitatis gradum evecto. Quibus tamen Quartus Athleta additur, operis complementum efficiens (Mercurius vitæ, eo modo, qui ab *Autore Cl. Riverio* in Inſtitut. Medic. Lib. v. part.

V part. 1. ſ. 1. p. 1 Cap. 12. deſcribitur correctus) commiſcetur itaq; ex mercurio dulci duodecies ſublimati & mercurio vitæ.

Recip. mercurii ſublimati ſuperius edocti q. v.

Argenti vivi vel purgati, vel ex ♁ nio præparati inferius deſcripti q. v.

Miſce exactiſſimè in mortario lapideo vel ligneo cum piſtillo ligneo, ut mercurius vivus non amplius appareat, & ſublima ſ. a. ſublimationem hanc duodecies reiterando.

Recip. hujus mercurii dulcis part. IV.

Mercurii vitæ part. I. ſeq. modo præparati.

Recip. mercurii vitæ q. v. pone in patinâ terreâ vitreatâ ſuprà foculum menſarium aut furnulum exiguum ſemper movendo. Fumus exhalat ater & fœtidus, qui venenoſitatem intus latentem continet & illa operationem continuando per 2. vel 3. horas tota abſumitur. Peractæ ſufficienter operationis ſignum eſt, quando nullum amplius emittit fumum. Si poſt iſtam operationem vomitum adhuc cieat, iteranda erit, & optatum habebis effectum, fit pulvis colore griſeo. Hujus vires, uſum & doſin vide in *Cl. Riverii obſervationibus.*

N. Ex mercurii dulcis præparatione etiam innoteſcit, quomodo ſalia corroſiva beneficio mercurii ob variam partium texturam & figuram ſingularemque poteſtatem miteſcere & in tertium quid tranſire queant.

*Vires: Omnes humores noxios &c.*) An mercurius dulcis ſit univerſale purgans & panchymagogum minerale diſceptatur inter Chemicos? Nos negamus; Interim negari nequit, in Lue venereâ ad ſalivationem excitandam mira præſtare, cum alioquin notum ſit, præcipuam hujus mali curam in ſalivatione conſiſtere, cùm illa omnes impuritates ipſis etiam oſſibus inſitas eluere & extrahere poſſit. Et admiratione dignum in hoc mercurio dulci, in aliis affectibus nullam ſalivationem excitare, ſi ritè præparatus fuerit, niſi in corporibus Lue hâc infectis. Unde & infantibus tutò exhiberi poteſt à gr. iij. IV. v. vj. vij. &c. modò cum aliis purgantibus colliquativis non miſceatur, qualia ſcammoneata, colocynthiaca &c. præſertim in uermibus, ſcabie, &c.

N. Non deſunt, qui mercurii dulcis correctionem per ſublimationem ſuper ſcorias ♂tis inſtituunt, vel per ſp. ſalis fortiſſimi affuſionem trinâ vice cohobando, & acquirunt optimè rectificatum mercurium dulcem.

5. *Alius. Recip. mercurii in ſpiritu Vitrioli ſoluti &c.*) Hæc etiam egregia eſt præparatio, ad uſum medicum tam internum quàm externum commendabilis, eò quod abſque ſp. Nitri, cum ſp. Vitrioli ſolum præparata ſit.

N. 1. *Eodem modo dulceſcit & mercurius præcipitatus luteus.*) Verùm difficulter procedit ſublimatio cum hoc præcipitato luteo, dum cum ol. Tartari præcipitatus eſt, quod ſublimationem ſalium impedit, ut nudus ſolùm mercurius meteoriſetur.

2. *De Uſu. Ex omnibus hiſce mercuriis dulcibus poteſt parari ▽a utiliſſima.*) Cum hâc aquâ ulcera luis ♀ nereæ maligna optimè curantur, ſi unà aliquid mercurii dulcis in decocto calc. viv. & inflammationibus ſacchari ♄ ni addatur, & externè applicatur. Valet ad ſcabiem, nec ullam infert noxam, nec repellit, ut vulgaria linimenta & unguenta.

7. *Lanugo perlata ſive flores ☿ rii argentei.*) Melius ▽ fort. quàm ▽ reg ſubſtituitur, cum hæc nimis acris & corroſiva ſit, illa autem ex Vitriolo & ſale, non nitro confici debet, neque ex ſale & nitro; ideoque ſeq. modo melius paratur.

Recip. ☿ rii vivi optimè cum Sale & Acet. diſt. purificati & per corium trajecti & expreſſi ℔ j. ▽ fort. ex Sale & Vitriolo ℔ iij. commiſta ſtent in loco frigido, donec coaguletur ☿ rius inſtar cryſtalli, ubi aliquam partem vides congelatam, cryſtallos exime, reliquum repone, idque tamdiu, donec nullos amplius cryſtallos emergere cernas. Cryſtallos hoſce omnes collectos contunde, affuſo ol. Tartari optimè parato, donec fiat inſtar pulticulæ nec ſpumoſum amplius appareat; Tunc ſuperfunde ▽am pluvialem ♌ latam, ad 3. digitorum eminentiam, ponatur in digeſtionem cinerum tepidam, per 3. vel 4. ☍ ▽am cum ol. Tartari filtra. Relictum ☿ rium in chartâ loco tepido vel ad ⁙ exſicca, denuò affunde ol. Tartari ac procede ut antea, hocque ter. Tandem affunde Acet. diſt. & ſimiliter repone ad digerendum calore fort Vir. æt. per triduum, filtra, idque etiam tertiâ repete vice. Ultimò ▽â pluviali ♌ latâ edulcora, filtra & flores ☿ rii in filtro reſtantes leniter exſiccatos reſerva uſui. Doſ. gr. iij. vel IV. purgant per alvum leniſſimè & pro humorum redundantiâ copioſè abſque ulla vomitus ſuſpicione in formâ pilul. in febribus inveteratis quotidianis, ſcabie, &c.

8. *Mercurius ≏atus rubrus non corroſivus. Arcanum Corallinum.*) Hic mercurius non adeò eſt in uſu interno, ſed tantummodo externè adhibendus eſt cum calc. viv. decocto.

9. *Modus compendioſior, Laudanum ☿ riale, ſive metallicum.*) Extrahendus eſt Sal com. ex Cap. mort. ▽ fort. quæ ex Nitri & Vitrioli æq. part. fuit deſtillata; Hujus Salis Recip. ℥ v. vel vj. eique imprimatur ſub continuâ agitatione per corium vervecinum ☿ rii vivi purgati ℥ jß. vel ij. conterendo diu in mortario vitreo, quouſque ☿ rius vivus non amplius conſpiciatur. Hinc ſublimetur gradatim in alembico, & adſcendet primò luteus, ſecundò croceus, tertiò rubicundus, quem ſeparatim ſerva. Doſ. gr. iij. IV. v. in lue ♀ nereâ.

10. *Manna mercurii, ſeu ☿ rius dulcis ⊙laris.*) Dicitur ab *Hartmanno* aquila ☿ rii ⁙laris, ipſique in ſecreto fuit; Optimè autem præparatur ex part. iij. ☿ rii dulcis ſæpius per ≏ationem evecti, donec in cryſtallos albiſſimos abierit, & optimæ ⁙ calcis vel per tritum, vel ad modum CL. Zvvelferi confectæ part. 1. miſcendo ac digerendo per menſem cum cohobatione, donec in cucurbitâ inſtar ceræ fluxerit. D. Harmannus hoc etiam pueris præſcripſit, & ſummæ eſt energiæ in Lue ♀ nereâ, ſcabie, aliiſque corporis impuritatibus, item in epilepſiâ in primis à vermibus ortâ. Ejuſdem eſt ſortis *Nobil. Zvvelferi mercurius ⊙laris dulcis in maniſſ. Spagyric. p. m. 355.*

11. *Arcanum Corallinum correctum S. Cloſſ.*) Hoc optimè etiam ſuccedit, nec ullâ indiget encheiriſi.

12. *Ad ☿ ≏atum pertinet quoque Cinnabaris Officinarum artificialis.*) Exactiſſima etiam eſt hæc compoſitio. Liquentur ſcil. Sulphuris ℥ VIII. & immiſceantur illi ☿ rii vivi ℔ j. & ℥ IV. Ex his mixtis fiat ≏atio & acquires cinnabarim artificialem. Hæc in Italia ad ſuffumigia, emplaſtra & unguenta contra Luem ♀ neream adhibetur. Internè autem loco cinnabaris ♁ nii adhiberi nequit: Licet non deſint, qui, dum ſpecificum cephalicum *Dn. D. Iohann. Michaelis conficere volunt*, loco cinnabaris ♁ nii officinarum cinnabarim ſubſtituunt, ſed non ſine miſerandâ mortalium clade, Sulphur enim ♁ nii, ex quo cinnabaris ♁ nii cum mercurio conſtat, naturæ eſt ⊙laris; Artificialis verò ſeu officinalis cum Sulphure communi parata ſæpè arſenicalis. Si verò quis mercurium vivum deſideret puriſſimum, illum ex hâc officinarum cinnabari elicere poteſt, qui poſtmodum in medicinâ egregium utique ſortietur locum. Aliàs quidem ex obſervatione conſtat, ſeptuagenarium fuiſſe à pueritiâ cinnabaris confectorem, qui ad levem contactum vel appenſum ducati illicò illum dealbare potuerit.

13. *Panacea ☿ rii purgans.*) Si ☿ rius vitæ à ſalibus exquiſitiſſimè liberatus fuerit, non ſuccedit hujus panaceæ elaboratio niſi butyrum ♁ nii cum ☿ rii vivi connubio ſumatur; ſed tunc ob vim corroſivam ſuſpectum erit medicamentum. Seq. autem modo commodius conficitur. Recip. ☿ rii dulcis ℥ iij. reguli ♁ nii ℥ jß. miſce exactè & in pulverem ſuper porphyrite diu conterendo redige, quibus deinde cucurbitæ vitreæ immiſſis adde ſp. Vitrioli opt. ℥ jß. digere triduo vel quatriduo in cineribus calidis, deinde ex Aren. deſtilla & abſtrahatur tota humiditas ad pulveris ſiccitatem, ex quo cum ſp. vini Tartariſato extrahe tincturam & ſpiritus tincti omnes in MB. ad ſiccitatem pulveris rubei abſtrahantur, qui aſſervetur.

Doſis ejus eſt à gr. iij. IV. ad v. in morbis diuturnis chronicis, obſtructionibus, & febribus abigendis; item in melancholiâ hypochondriacâ, ictero, & Lue ♀ nereâ curandâ efficax eſt remedium.

## IV. DESTILLATIO.

### ¶ I. ∞ ♁ ij. *Mercuriale, ſeu Butyrum ♁ ij: Liquor gummoſus.*

℞. ♁ ii puriſſ. ☿ ≏ti ana Miſc. exactè in mortario lapideo, & deſtillentur per 🝭 m vitream ex arena △ primo mediocri: ſic liquor ſeu butyrum ♁ ii inſtar glaciei egreditur, qui ſi concreſcat in collo, ne id obſtruat, admove cautè carbonem, ut liqueſcat. Finitâ deſtillatione liquoris, auge △, daque ignem ſuppreſſionis, [id eſt, ſupra ⁙m,] & ſublimabitur cinnabaris ♁ ii, [de qua vide ſuo loco, in ſublimatione ♁ ii:] Liquorem egreſſum rectifica per retortam vitream.

N. 1. *Præſtat hoc ∞ Cinnabari ſuâ ante rectificationem impregnare. Nimirum, (cinnabarim tritam adde dicto ∞o, ſtentque in digeſtione (hor. 24.) vitro clauſo in cinere, ſic fiet unitio, hinc rectifica per 🝭 m.*

N. 2. *Felicior procedit deſtillatio △ aperto, ſed ſenſim & ſucceſſivè aucto. Item ſi 🝭 m cum materia ante deſtillationem in cellam per triduum repoſueris.*

N. 3. *Alii ℞. Reguli & ☿ ♎ti ana, ſingula ſeorſim tritâ miſcent, & ut concretionem in collo præcaveant, ad liqueſcendum in cella reponunt, Liquoremque deinde deſtillant.*

N. 4. *Beguinus eodem modo ex ☿♎ti p. ij. ♃ limat. p. 2. ꝏ elicit, unde pulvis fit præcipitatus, quem vocat ♃ diaphoreticum, vide in ♃.*

Vires. *Uſus hujus Olei glacialis per ſe eſt externus ſolum, in gangræna & ſphacelo, in quibus ſi pars mortua illinitione hujus Olei circumlinatur, non ſerpit ulterius putredo ſectione felicius peragitur. Simili ratione Carbunculus peſtilentialis oleo hoc circumlitus paulatim emoriendo excutitur, adeòque aptus redditur, qui poſtmodum Emplaſtris aliis obediat. Uſitatum itidem corroſivum Chirurgis exiſtit.*

HOFMAN. 4. *Deſtillatio 1. Ol.* ♁*nii mercuriale, ſeu butyrum* ♁*nii; Liquor gummoſus.*) Quo purius eſt ♁nium & ☿rius ♎matus fuerit albus cryſtallinus exquiſitè bonus, eò etiam præſtantiora fiunt medicamina ex butyro ♁nii præparata. Aliàs exacta & accurata etiam eſt deſcriptio butyri ♁nii ab *Autore Noſtro* tradita.

N. 1. Deſtillatio etiam per retortam fictilem inſtitui poteſt optimè lutatam amplioris colli, & tunc non ex Aren. ſed △ne aperto, adaptato recipiente per gradus deſtilles, aliàs metus eſt, ne ſi butyrum ibi congelet, vas rumpatur, laborque & ſumptus irriti fiant.

N. 2. De △nem ſuppreſſionis non ſtatim in 🝞ationis principio, ſed poſtquam aliquandiu operatus fueris, vel potius in fine.

N. 3. Qui antè rectificationem butyri ♁nii cinnabarim addunt, egregium utique acquirunt butyrum ♁nii, quod reverà ☿riale eſt multiſque in morbis v. g. apoplexiâ, epilepſiâ, aliiſque graviſſimis affectibus valdè proficuum eſt. Et hic modus merito inter arcana reponendus, unde elegantiſſima utique bezoardica acquirentur, quæ in officinis non reperiuntur. Aliàs qui cinnabarim non addunt antè hujus ol. rectificationem Medicamentum acquirunt ſaltem ♁niale non ☿riale. Scilicet cinnabaris ♁nii trita butyro admixta ſtet in digeſtione per 14. horas vitro clauſo in cinere, ſic fiet unio, & poſtmodum per retortam rectifica.

N. 4. Felicior etiam procedet 🝞latio, ſi retortam cum materiâ antè 🝞lationem in humidum locum per triduum repoſueris; optima erit encheiriſis, adeò, ut ſi magnam butyri copiam ad ☿rium vitæ, vel etiam ad alia bezoardica deſideres, maſſam ante 🝞lationem in cellam repone. Si verò cinnabarim quis in majori copiâ habere intendat, ſtatim poſt miſtionem inſtituat 🝞lationem.

N. 5. Egregiâ quoque ratione loco ♁nii crudi Regulus ♁nii ſubſtituitur, quia ſic purius & efficacius impetratur bezoardicum: Sic etiam qui in præparatione ♁nii diaphoretici loco ♁nii crudi ſubſtituunt ejus regulum, medicinam melioribus nobilitatam virtutibus acquirunt. Sumi autem poteſt vel regulus ♂tialis, jovialis &c. de quibus infrà plura.

*Vires.*) Ol. hoc carbunculo peſtilentiali illitum extrahit venenum, ne ulterius ſerpat. Ante omnia autem obſervetur, ut locus accuratè muniatur emplaſtris convenientibus. Adhibetur etiam ad fonticulos, ita, ut lignum quoddam hoc ol. impregnatum in globulum efforment, eoque locum fonticulo applicando aptum tangat, hâc tamen cautelâ, ut locus muniatur emplaſtris uſitatis defenſivis, ne vi ſuâ cauſticâ ſerpat ulterius, atque ſic ol. illud carnem abſque moleſtia & dolore exedit.

¶ Ex hoc ꝏ fit & Mercurius vitæ & Bezoardicum minerale.

I.

*Mercurius vitæ.*

ꝏ præcedenti ſive Butyro ♁ii, infunde aquam ac ſtatim pulvis albus præcipitabitur, qui abluatur donec nullam amplius acrimoniam ſapiat, deinde exiccetur.

N. 1. *Candidior ac purior erit, 1. Si ad deſtillationem Butyri, loco ♁ij crudi, regulum ejus receperis. 2. Si per* ☿*m illud rectificaveris.*

N. 2. *Appellatur & Pulvis Angelicus, Pulvis Algoreth, Aquila alba.*

Vires. *Totius corporis, & præcipuè primæ regionis humores noxios, per ſeceſſum ac vomitum expurgat, Uſuſque inſignis eſt in Peſte, Capitis morbis, Lue venereâ, Ulceribus malignis, Febribus, Arthritide, Hydrope, ubi & ut plurimum ſine vomitu operatur.*

*Doſis à gran. ij. ad iv. Macerare quoque licet gr. ij. ad iv. in hauſtu vini, eumque filtratum exhibere.*

Sunt qui infuſionem Mercurii vitæ in promptu habent.

*Nimirum.*

℞. ☿ vitæ ℈iß.
Vini generoſ. ℥xviii.
*Doſis* ℥j.

N. 1. *Vis purgatrix hujus ☿ ut & vitri ♁ij. nunquam exhauritur.*

N. 2. *Triduanum ejus uſum ſæpe procidentiam ani periculoſam excitaſſe compertum eſt, cavendus itaque nimius ejus uſus.*

*Croll. Senn. in Inſtit. Beguin. (qui ℞ ♁ p. 1. ♉ p. ij.) Sala in Ternar. Emet. Keſt. 1. c. 26. Tentzel.*

Quia autem hic Mercurius vitæ ſat violenter operationes ſuas, ac inprimis per vomitum perficere ſolet, ſolliciti fuère Medici de hac violentia certis modis corrigenda, deque vi ejus vomitoria mitiganda.

*Hinc*

1. ☿ *vitæ correctus.*

℞. ☿m vitæ in phiala △ arenæ fove, donec rubere inceperit, poſtmodum ▽ ſæpiùs ab eo abſtrahe.

Vires. *Purgat ſat commodè per alvum, impuritateſque quaſcunque educit.*

*Doſis g. 4. 5. 6.*

2. ☿ *vitæ Catharcticus.*

1. ☿ vitæ cum Sal. comm. aliquoties diutiùſque teratur, & ſalſedo poſtea per ▽ commun. abluatur; ſic ſolam vim per ſeceſſum purgandi obtinet. *Hartm. Senn. Tentzel. Agricola.*

2. Sal. nit. ad △ fuſo adde ☿m vitæ ſenſim injiciendo & agitando; poſt refrigerationem, Mercurium in fundo inſtar Reguli invenies, quem edulcora.

Alii hanc Correctionem paulò aliter abſolvunt.

*Unde*

3. *Laxativum minerale.*

Fit, ſi Sal. nit. fuſi ad △. ℥ij. Mercurii vitæ, ʒß. circiter, vel ℥j. paulatim injeceris: & poſtea omnem ſalſedinem ▽ à ablueris. Pulveri huic exiccato denuo adde Sal. commun. duplum & tere diligenter in marmore per horas duodecim. Tum rurſum aquâ dulci elue.

*Doſis à g. 6. ad 12.*

N. *Injice primo ʒ 1. atque cooperi ſtatim, donec fumus ceſſet, poſt perge injiciendo ʒj. &c.*

N. 2. *Habetur egregius ☿ jus vitæ ☉aris per inferiora purgans in Anatomiâ ☿ ij Untzeri, qui fit ex Oleo ☿ ij & ♎ u Sal. nit. ſuper calcem ☉ affuſo, donec Tincturam attrahat quod poſt-modum cum ✱ co aut ꝏ Tart. præcipitatur.*

HOFMAN. 1. *Mercurius Vitæ*) Hic nihil aliud eſt, quàm delicatiſſima ac tenerrima ſtibii proles in butyroſum liquamen aut gummoſam glaciem reſoluti, id quod reductio edocet, & quod

quod butyrum ♁nii & ☿rius vitæ abſque ♎ato fieri poſſit.
Quandoverò ☿rius vitæ additâ cinnabari ♁nii paratur, tunc quo-
dammodo ☿riale medicamentum emergit. Non deſunt, qui *CL.*
*Helmontii* parallela de Lilio & ☿rio vitæ, qui inſenſibiliter fer-
mentorum peregrinorum immutatione, abſterſione, & ablatione,
ac inſequenti ſpirituum ſeu virium reſtauratione potens eſt, ad
hunc vulgarem emeticum cogunt, quem tamen cum aliis hujus
farinæ purgantibus *CL. Helmontius* planè damnat, & ex Medico
foro exulare jubet.

N. 1. Niſi butyrum ♁nii per ſæpius repetitam rectificatio-
nem à ſuis impuritatibus probè purificatum ſit, flavus fieri ſolet,
ut ingentia damna corpori inducat, & ex ☿rio vitæ ſæpè mor-
tis fiat Mercurius.

*Uſus inſignis eſt in Peſte.*) Ego ob vim ſuam emeticam nemini ſuaſerim uſum ejus internum in Peſte, feliciori autem cum ſucceſſu in lue Venereâ, in primis cum vitioſorum humorum ſaburrâ ſtipatâ, & cum Mercurio dulci mixtæ ad *Anti-quartii Riveriani* ſuprà deſcriptum proceſſum. Item in ſcabie, febribus intermittentibus, inveteratis, & Arthritide nonnulli utuntur. At cum mihi benigniora alia ſuppetant remedia, ejuſmodi draſticis nunquam uſus fui, nec uſus ero, dum vixero. Mirantur quidam, quod hoc violentiſſimum pharmacon in hydrope adhibitum rarò per ſuperiora, ut plurimum verò per inferiora hydropicorum aquas educat. Sed qui novit beneficio ſalium acidorum volatilitatem purgantium figere, ita ut ſaltem per inferiora purgent, hic facilè etiam hujus rei rationem reddere poteſt, ſiquidem acidoſalſæ aquoſitates in hydropicis abundantes hanc vim pariter exerere poterunt. Doſ. eſt à gr. ij. ad iv. P. I. Faber etiam ad gr. xij. præſcripſit, ſummo tamen ægrotantium cum periculo, nec velim quemquam facilè imitari, niſi fuerit in infuſo, cum ſic tutius non ſolùm uſurpetur, ſed etiam ſuas vires eò melius exſerat; nam in ſubſtantiâ adhibitus facilè hypercatharſin excitare poteſt, quia illius pulvis citiſſimè tam in inteſtinorum, quàm ipſius ventriculi plicis ſeſe inſinuans tamdiu purgat, quamdiu ibidem retinetur, imò ex obſervationibus conſtat, tantam vim colliquativam ſæpè exſeruiſſe, ut poſt obitum etiam nonnullis fæces alvinas extorſerit.

N. 1. *Vis purgatrix hujus mercurii, ut & vitri Antimonii nunquam exhauritur.*) Hæc quia ejuſdem ſunt proſapiæ, unde ex mercurio vitæ etiam vitrum antimonii conficitur, de quo vid. ſuprà, eundem etiam ſortiuntur effectum; Antimonium enim eſt quaſi chaos, abyſſus & faviſſa inexhauſta largiſſima ſpirituum mineralium.

*Hinc 1. Mercurius vitæ correctus.*) Hujus genuinam correctionem vide ſuprà, ubi tradidi *CL. Riverii* Anti-quartium de mercurio dulci. Hic correctus coloris griſei eſſe debet.

*2. Mercurius vitæ catharcticus. Nitr. ad △ fuſo adde mercurium vitæ &c.*) Si ſcilicet nitri ℥iij. in Crucib. △ne aperto ſed moderato fuſis mercurii vitæ ℥ij. ſenſim ac pedetentim injiciantur, ac per ſemihorulæ ſpatium in △ne detineantur; Hinc elixiviatio nitri per repetitam ▽æ ſ. affuſionem probè edulcoratus pulvis uſui aſſervetur. Ex eodem fonte promanat etiam tertia correctio, Laxativum minerale dictum: Niſi autem juſtam nitri doſin adjeceris, habebis diaphoreticum.

N. 2. *Habetur egregius mercurius vitæ ☉laris &c*) Primò ol. mercurii vitæ ſive butyrum Antimonii & ſp. Nitri accuratè miſceantur; Deinde digerantur aliquandiu, ac poſteà deſtill. ut fiant homogeneum menſtruum. Hoc affundatur calci vel foliis ☉ trium digitorum circiter altitudine, & ſolutio per ſuas digeſtiones procuranda, vel per modum Tincturæ, vel per nudam ſolutionem, abſtractâ humiditate aliquali reliquum ▽â communi diluendum, vel ol. Tartari vel ✱ præcipitandum eſt.

N. *Mercurii vitæ genuina præparatio pro Pilulis Benedictis Joſ. Quercetani ſeq. eſt;*) Rec. Antimonii crudi el. Vitrioli parùm calcinat. & pulveriſ. ſalis marini decrepitat. ãã part. æq. redige ſeparatim in pulverem, mixta pellantur per retortam, △nem ſecundum gradus regendo, exibit ▽a clara, & coagulum albiſſimum ac pellucidum, quod in fundo reſidebit, rectifica per retortam vitream, aquam ſepara à coagulo, quod ▽is cordialibus frequenter abluatur, donec omni fœtore & vi ſuâ corroſivâ ſpoliatum redigatur in pulverem ſubtiliſſimum, albiſſimum.

## II.

### ¶ *Bezoardicum minerale.*

1. *♁ Diaphoreticum Crollii ſeu Bezoardicum Minerale ſimplex, ſeu Officinarium.*

℞. Butyr. ♁ii rectificat. e. g. ℥ iv. affunde guttatim ♎ Sal. nit. rectific. ℥ iv. (alii ▽F,) abſtrahe deinde ♎. Sal. nit. iterumque affunde ♎ Sal. nit. novi ℥ j. idque tertiâ vice repetatur. Præcipitatus hic poſtea teratur, abluatur & igniatur.

N. *Crollius butyrum hoc facit ex ♁ij. p. 3. & ☿ ♎ti, nempe ☿ti parat. per ⊖m & Sal. com.) p. 1. ſed ſufficit proportio ana ica.*

Vires. *Magnum eſt Alexiterium ſaluberrimumque remedium Bezoardicum, quod ſudores provocando magnos effectus monſtrat in omnibus peſtilentialibus & venenatis affectionibus.*

*Doſis à gr. 6. ad 12. vel ultra.*

*Quercet. in Pharmacop. reſtit. Croll. Sennert. Inſtitut. Keſler. 1. cap. 70. Hartm. in pract. ut & in Croll.*

*De Controverſia:* Utrum Medicamenta ex butyro ♁ii facta ſint Mercurialia, an ♁ialia; *legat qui velit Tentzelium in Exeg. titul. de Bezoard. Salam. in Ternar. Bezoard.*

Probabilius videtur, naturæ id eſſe ♁ialis.

### 2. *Bezoardicum ☉lare compoſitum.*

℞. Bezoard. mineral. ſolar. ℥ j.
Sal. Rut.
Guajac. ana ʒ ij.
Solut. Corall. rubr. ℥ i ß.
Miſc. optimè per horam in mortario vitreo.

*Hinc adde ſubinde.*

Spir. Sulphur. ʒ ß.
Tinctur. ſ. extract. Croc. or. ʒ i ß.
Ol. Caryophyll.
Succin.
Cinamom. ana ℈ j.
Lap. Bez. or. ℈ß. vel ℈ j. ſi placet.
Stent in cinere tepido, clauſo vitro, ☌ ℘. 3.

N. 1. *Bezoardicum minerale ſolare ad datam compoſitionem fit.*

1. ℞. Butyr. ♁ ℔ ß. ♁ factit. præparat. (vel ♁♁,) ℥ j. F. ſolutio in Phiala oblongi colli, △ arenæ mediocri, (ut leniter bulliat,) ſic rubeſcet Solutio. Hanc ⚻ta affundendo ▽ calidæ ℔ aliquot, & ⚻bitur ♁ albus, quem decantato ſenſim liquore flaveſcente, edulcora optimè in ▽ abluendo, tandem exicca blando calore ſolis vel hypocauſti.

2. ℞. ☉ Ungar. laminat. ʒ ij. ſolve penitus in ℥ ij. ▽R, deſtillatæ ex ▽F, cum Sal. com. ¼.) Hinc abſtrahe ▽R, cohobaque vicibus 4. Dein ſolve denuò: Solutionem funde ſuper pulveris prioris ℥ iij. digere ☧ vigint. poſtea abſtrahe ſenſim, cohobaque vice tertia. Tandem auge △ ut ♎ ▽R prorſus evaneſcant. Poſtmodum affunde ▽ cumque aliquoties iterum abſtrahe: ſic paratum Bezoard. miner. ſolare.

N. 2. *Solutio Coralliorum fit.*

℞. ✱ purificati, (id eſt ſublimati 1. à tantundem Sal. com. decrepitati, 2. ſine Sal. com. per ſe,) Corall. rubr. pulv. ana ℥ß. Miſc. & ♎a denuò: ſic relinquetur in fundo ♎torii Calx Corallorum, quam pone ſupra tabula vitrea ad liqueſcendum. Reſiduum quod in ſolutione ſupererit, denuò cum ✱ purificato ſubmitte ſublimationi & ſolutioni, donec tota Corallorum ſubſtantia ſit ſoluta.

N. 3. *Tinctura Croci fit cum ▽i, qui iterum abſtrahitur ad conſiſtentiam mellis.*

Vires. *Sudores validè ciet, adeoque confert in Apoplexia, Paralyſi, Arthritide, Podagra, Tremore artuum.*

*Doſis à gr. 4. ad 8.*

Ex communicatione Affinis mei colendi, Dn. Johannis Graſeri, Chymici induſtrii & Pharmaco-

pœ-

pœi hujus Reipubl. meritiſſimi, qui & hoc inter Chymica ſua extare voluit.

3. *Bezoardicum Solare Crollianum.*

♃. Butyri ♁ii ℔ ß. ſolve affundendo ſenſim ∽ Sal. nitri.

♃. ☉ fin. ℥ ß. ſolve in ▽R.

Utramque hanc ſolutionem claram confunde, abſtraheque menſtruum gradatim, abſtractum iterum affunde, cui adde ∽ Sal. nitri. nov. ℥j. abſtrahe, idque repete aliquoties.

Calx hæc dulcoranda & ignienda eſt.

Vires. *Vires hujus Bezoardici ſummis Crollius effert laudibus in Lue venerea, Peſte, Podagra, hydrope, Febribus, obſtruct. Lienis.*

*Doſis à gr. 3. ad 8.*

N. *Hoc Bezoardicum licet ſuis haud careat viribus, attamen ob corporeitatem, quam ☉ adhuc obtinet, præſtantius cenſetur quod ſequitur. Videlicet.*

4. *Bezoardicum Solare verum.*

Fit eodem ferè modo.

*Nimirum.*

Si loco ☉ illius corporei, ſubſtituatur ☉ in ſpiritualem ſubſtantiam exaltatus: *de qua exaltatione vide in ☉lis Volatiliſatione, vel Tinctura ☉.*

*Nempe:*

♃. 1. ☉ illius ſpiritualis ℥ß. ſolve in ▽R.

2. Solve in eadem butyri ♁ii rectific. ℥iv. [ vel ut alii vj. ] utramque ſolutionem confunde, abſtrahe menſtruum per 🝭m, deſtillationibus ſæpè repetitis: Poſtea per calcinationem ſub tegula, unter einen Muffel/ *under a coverd crucible*, onder eengedeckte ſmelteroes/) reduc in ♁erem violaceum, ſi lenis, vel in purpureum, ſi intenſior calcinatio inſtituatur.

Vires. *Vires eaſdem obtinet, quas prius, ſed efficaciores.*

N. 1. *Hartman. in Croll. Sennert. in Inſtitut.*

♃. Aurum (per ∽m nitri bezoardicum,) ſpirituale redditum, junge cum butyro ♁nii, in ∽u nitri vel ▽R ſoluto repetitis deſtillationibus unientur ac figentur: abſtrahe tandem, & habebis interveniente calcinatione Bezoardicum ſolare purpurei coloris magnarum virium.

*Doſis eadem quæ priorum, à gran. 2. ad 10.*

N. 2. *Tentzelius ſolutionem illam ☉ oleiformem edulcorat, ſuperfundendo & abſtrahendo aliquoties acetum forte. Poſtea extrahit Tincturam, Menſtruo Baſilij affuſo digerendo per menſem, &c.*

Hinc

♃. *Tinctura hujus à menſtruo ſeparatæ p. 1. Butyr. ♁ij in ∽ nitri ſolut. p. vj. vel vij. Miſcet ac unit cohobando, ultimo calcinat.*

5. *Bezoardicum Lunare* 1.

♃. Butyri ♁nii in ∽nitri. ſolut. ℥iv.

Tinctur. ☾æ viridiuſculæ ℥ß.

Iunge ac deſtillando aliquoties ad ſiccitatem fige.

Vires. *Bezoardicum hoc viridiuſculum utiliſſimum eſt, ad capitis affectus, præſertim ad Eryſipelas capitis muliercularum.*

*Doſis à g. 6. ad 12.*

*Tinctura ☾æ fit*

☾m ſolvendo in ▽F, hanc rurſus abſtrahendo, & Tincturam per 🜈i extrahendo *vide ſuo loco.*

6. *Bezoard. Lunare* 2.

♃. Extracti Cœrulei ☾æ, (ex ☾ cum Sulph. calcinata per ∽m urinæ extracti,) ſoluti in ▽F p. 1.

Butyri ♁ii, itidem in ▽F ſoluti p. x.

Iunge ac deſtillando vel circulando uni.

Habes Bezoardicum Lunare ejuſdem, vel etiam majoris virtutis.

7. *Bezoardicum Lunare* 3.

♃. Extracti ſeu Tincturæ ☾æ, (mediante ✱ extractæ ex ☾a in ▽F ſoluta & inſtillatione ol. Tart. p. d. præcipitata.

Et Butyr. ♁ii, *procede ut ſupra.*

8. *Bezoard. Lunare* 4.

Præſtantiſſimum fit Bezoardicum ☾are, ſi ☾a cum ∽u Sal. nit. in ⊕m redacta & cum butyro ♁ii, ſ. a. in pulverem fuerit fixata.

9. *Bezoardicum venereum.*

Ex ſquama æris elicitur Tinctura cum butyro ♁ii rectificato, dein figitur per ∽m Sal. nit. ut in prioribus dictum.

10. *Bezoardicum ♂tiale.*

Ex croco ♂ per reverberationem extrahe cum butyro ♁ii. Tincturam dein fige per ∽m Sal. nit. more uſitato.

Vires. *Eſt ſpecificum in omnibus fluxionibus ventris, præſertim ab Epate originem capientibus.*

*Scheunemann. in Hydromant.*

11. *Bezoard. ♃iale.*

♃. Reguli ♁ii ſine ♂ facti ʒ iij. huic fuſo, (in ✱ bulo,) adde Iovis Anglici puriſſ. ſimiliter fuſi, ad ℥ij. ut fiat de novo Regulus poſtea læviga, & admiſce diligenter ☿≏ti, ℥v. Deſtilla ex 🝭, Butyrumque inde deſtillatum cum ∽u Sal. nit. ternis deſtillationibus fige, poſtea calcina, ignitumque in 🜈 extingue, & exicca, fit pulvis gryſeus.

Vires. *Potentiſſimè movet ſudores, inſuper ad obſtructiones Epatis Polychreſton non contemnendum eſt.*

*Doſis à g. 2. ad 6. vel 8.*

12. *Bezoard. ♄ninum.*

Cum Butyro ♁ii non rectificat. extrahe Tincturam ex vitro ♄, atque cum ∽u Sal. nit. dicto modo fige.

Vires. *Prodeſt in affectibus Lienis.*

*Doſis ad g. 6.*

N. *Vitrum ♄i fieri poteſt ex minio & ſilicibus.*

13. *Bezoard. Mercuriale.*

Fit eodem modo quo Bezoardicum Saturni, ex ✱tro ſcil. ☿ii vitæ & butyro ♁ii.

*De omnibus hiſce Bezoardicis legi poteſt Hartm. in Croll. Tentz. in Exeg.*

*Nos ad deſtillata revertimur, inter quæ ſequitur.*

2. ∽ *ſen*

### 2. ⌒ ſeu 🝆 ☿ii album diaphoreticum.

♃. ☿≏ti tenuiter pulveriſati p. 1. Argillæ rubr. p. iij. Miſc. & fac cum ▽ communi globulos in umbra exiccandos, deſtilla dein ex 🝭 vitrea per Arenam △e ſuppreſſionis, (gradatim tamen) horis duabus adhibito, prodit elegans ⌒, quem ſerva.

N. *Si quid ☿ii ſublimetur, cum recenti argilla miſce, & procede ut antea.*

Vires. *Diaphoreticus eſt. Doſ. gr.* 1. 2. 3. *vide Spiritum ſequentem.*

*Rhenan. chymotech. l.* 1.

### 3. ⌒ ſeu 🝆 ☿ii rubrum.

♃. ☿≏ti, tenuiter pulveriſati, Limatur. ♂. ana; Miſc. ac reſolve per deliquium in 🝆 flavum, quod diligenter collige. Reſiduo (quod non ſolutum,) affunde ▽m comm. ac extrahe Sal. Sal purificatum & coagulatum denuò 🝆o junge, fietque aurei vel crocei coloris. Deſtilla in Arena ex cucurbita humili per XX brevis roſtri, primò exibit phlegma, quod ſeorſim colligatur, auctiori deinde △ aſcendit rubedo, quæ partim in excipulum (quod mutatum ſit,) deſtillabit, partim in XXo & roſtro, butyri inſtar adhæreſcet: Urge △m; donec nihil amplius aſcendat, tunc ceſſa.

Phlegma deſtillatum unà cum rubedine ad ſpondilia cucurbitæ elevatæ, redde capiti ſuo mortuo, reiteraque deſtillationem per XX eundem; vix incaleſcente XXbico, (imo vel à vaporibus,) liqueſcet rubedo in XX hærens, extillabitque rubicundiſſimè in Excipulum: poſtquam rubedo hæc extillaverit, mutato Excipulo ſuſcipe phlegma ſubſequens, ac poſtea rubedinem reliquam igne auctiori, ut antè collige, idque repete tot vicibus, quot opus fuerit.

Vires. *Utriuſque hujus Spiritus magnus eſt uſus inprimis verò rubei: expediunt per ſudorem quodcunque in corpore noxium fuerit, aliiſque Medicamentis difficulter cedit. In Lue Gallica puſtulæ hujus uſu ſponte cadunt, tubercula minuuntur, dolores ſopiuntur, ulcera ſœtida manantia exiccantur & conſolidantur.*

*Doſis gr.* 1. 2. *&c. in* ▽ *Theriacali miſtura ſimpl.* ⌒*u Guajaci, Decocto & ſimil.*

*Hartm. in pract.*

### 4. 🝆 *Mercurii diaphoreticum dulce.*

♃. ☿≏ti q. v. ſolve in 🜅, digere ac abſtrahe 🜅 ad ſiccitatem, reſiduum in 🝭 digere cum 🜈 rectificatiſſ. donec fiat craſſus liquor. Hinc deſtilla ex Arena △ forti, & prodibit liquor inſtar lactis. Lacteum hunc liquorem reaffunde materiæ in fundo relictæ, deſtillaque denuò. Sic extillat 🝆 album ac fragrans ſine corroſione. *Keſl. lib.* 3. *c.* 30. *lib.* 4. *cap.* 35. *vide etiam Liquores Mercurii.*

N. *Alii contenti ſunt ſolâ digeſtione ac deſtillatione cum* 🜈 *peracta Keſl. lib.* 2. *cap.* 29. *lib.* 4. *c.* 34.

Vires. *Curat ulcera maligna, cancroſa, præſertim Renum & Veſicæ.*

Uſus *tam internus, quam externus eſt.*

### 5. *Oleum fragrans, Aſtrum dictum.*

♃. Mercurii ſepties ſublimati, totieſque per Calc. viv. rectificati, q. v. ſolve in ⌒ Sal. nitri calore medio- cri: dein abſtrahe ⌒m Sal. nitri, edulcora optimè coquendo in 🜅, ut corroſivus ſapor eluatur: poſtmodum abſtrahe quoque 🜅, & denuo elue, affundendo ▽m pluviam ſtillatitiam, hinc exiccà, & digere aliquamdiu cum 🜈 rectificatiſſ. ana. Poſtea pelle ſimul per 🝭m △, initio leni, dein fortiori: corpus reſiduum ſerva pro conficiendo inde ſale: Extillato verò deme 🜈 in MB. Et remanebit in fundo Mercurii fragrantiſſimum, quod eſt aſtrum Mercurii. *Baſilius.*

Vires. *Diaphoreticum eſt & peculiare curativum Luis veneree: eaſdemque vires obtinet, quas Sal ☿ii ex corpore reſiduo paratum, vide infra.*

### 6. *Aliud Oleum ☿ diaphoreticum fragrans.*

♃. ☿≏ti p. 1. ✱ fixi, (in liquorem, p. d. redacti & mundificati,) p. iij. ſolve p. d. Liquore imbuatur charta bibula: Charta ſic perfuſa matracio vitreo includatur cum ſuo XX & recipiente: deſtillando liquorem Mercurialem △ arenæ elice. Hunc ſi rectificaveris, dulciſſimum odoriſque fragrantiſſimi ac gratiſſimi, moſchum redolentis nanciſceris oleum.

Vires. *Aptiſſimum eſt in ſudoribus ciendis.*

*Quercetan. in Tetrad. In deſcriptione Panaceæ* ♄*ialis.*

### 7. *Oleum Mercurii Saccharatum, Spiritusque.*

♃. ☿≏ p. j. Sacchar. p. iij. Miſc. optimè ac deſtilla per 🝭m vitream luto obductam in receptac. capac. Primò accende paulatim carbones ſupra 🝭m, ut caleſcat: hinc accende & infra ac continua △m lentum dies 2. aut 3. Quod extillavit committe deſtillationi MB. Exibit ⌒ Mercurii ſubacidus, 🝆o Sacchari remanente in fundo.

N. *Lentè procedas memento, ne operam ac oleum perdas. Saccharum enim æſtu nimio irritatum, vi ſibi exitum quærere ſolet.*

Uſus. *In Ulceribus Veſicæ, aut aliis Affectibus, ex morbo Gallico relictis, magni eſt ſolatii.*

*Doſis: Spiritus exhibetur gut.* 3. 4.

HOFMAN. 2. *Bezoardicum minerale.*) Hoc ab Antimonio diaphoretico non realiter, ſed modi præparandi ratione differt, nihilominus tamen, qui hoc præſcribere intendit, ad reliquorum differentiam illud denominet. Aliàs præſens bezoardici mineralis deſcriptio (Si aq. fort. ad fixationem butyri planè omittatur) ſatis eſt accurata. Scilicet butyro Antimonii cucurbitæ vitreæ immiſſo ſenſim affunde ſp. nitri rectificati tantum, uſque dum butyrum totaliter fuerit ſolutum, nec ulla amplius effervеſcentia conſpiciatur. Hinc in Aren. ſp. Nitr. abſtrahatur ad ſiccitatem. Hujus Spiritus Nitri affuſio & dl latio tribus repetenda eſt vicibus cum novo ſp. Nitri, augendo △nem ultimò quoad omnes ſpiritus fuerint expulſi. Maſſa reſidua Crucib. immiſſa △ne aperto per hor. unam leviter calcinetur.

N. Nonnulli, prout & *D. D. Moebius* fecit, Bezoardicum hoc minerale f. commodius elaborant, ſi ſeparato prius ſp. Vitrioli philoſophico à butyro Antimonii, Mercurium vitæ figant in viâ ſicca cum Nitro in Crucib. fuſo, inſtar Antimonii diaphoretici ſenſim inferendo, vel in viâ humida à Mercurio vitæ ſextuplum boni ſp. Nitri per Aren. ad ſiccitatem perfectam abſtrahendo, pulvere reſiduo citrà cohobia aut ulteriores calcinationes & innocentis acoris elutriationes ſat valido ac tuto.

*Vires.*) ebullitionem ſanguinis in febribus ardentibus tam boni moris quàm mali moris mirè compeſcit, ac in primis ſequens bezoardicum ☉lare, ſi in primis ſuccenturiatu adſint ſalia volatilia urinoſa, qualia Sal Tartari volatile, CC. cruoris cervi, ✱ &c. cum eſſentia theriacali nuptâ, fermentum febrile venenatum ac malignum cauſam iſtius ebullitionis figendo, invertendo ac per diaphoreſin & diureſin expellendo. Hujus autem virtus non tantum ab Antimonio & ☉le, ſed etiam à Nitr. oritur, quod abundè in Antimonio & ☉le figitur, id quod ponderis auctio & incrementum edocet, ſalvâ manente vi ſuâ refrigerante & ſedativâ (paucis cognitâ) quæ tamen magis enoreſcit, quando totum Nitrum vertitur in terram albiſſimam inſipidam per encheiriſin à *C L. Helmontio explicatam.* De *Lithiaſ.* cap. 4. §. 17. & *in complexion. & miſtion. Element.* figmento §. 24.

N. Quoties à Natura ſpontaneâ illa coctio vitioſorum humo- rum

rum in febribus ſerius venit expectanda, toties Arte promovenda
eſt, inquit *Meus Sylvius in Practic. Medic.* pag. m. 944. & quidem
medicamentis omnem humorum acrimoniam, & in primis aci-
dam ( unde illa penitior humorum in lympha & ſanguinis
maſſa permiſto effici ſolet ) blandè temperantibus & arctam hu-
morum unitionem iterum ſolventibus. Præ omnibus autem aliis
blandè acrimoniam humorum, & acidam quoque cruditatem
temperant Sulphura mineralium & metallorum fixa & ad ſum-
mam ſui perfectionem exaltata. Quibus proximè accedunt ſalia
volatilia oleoſa, & aromatica: Quorum prudenter uſurpatorum
vi, captum humanum in multis ſuperante, non tantum Naturæ
humanæ convenientiſſima conciliatur in inteſtino tenui & Corde
humorum ſubcontrariorum efferveſcentia verum etiam diſſolvi-
tur iterum in ſanguine & lymphâ concretio & coadunitio hu-
morum acriorum præternaturalis, ſed prius ab ipſis moderato-
rum. Hujus generis volatiles ſpiritus ſeu ſalia volatilia circum-
ſpectè ac cum delectu adhibita pro diaphoreſi ab initio febrium
malignarum ſæpè plus præſtant additâ eſſ. ntiâ anodynâ in ce-
phalalgiâ, cardialgiâ &c. Quàm Bezoardicum minerale ſ. ſive C.
intenſioris malignitatis ſeminaria rarò compeſcentia, adjunctis
vel intermediatis pro circumſtantiarum ratione abſorbentibus
temperatis, invertentibus anodynis. Si nauſeæ & vomitus ab
initio ſymptomaticè complicati & ſolum fixiora illa bezoardica
ex Antimonio oppoſita fuerint, malum, quod ſuprà notatis ale-
xipharmacis volatilibus ſolitariis aut anodynorum tantillo exal-
tatis facilè ſopitur, ſæpenumero magis exaſperant. In ejuſmodi
morborum progreſſu non rarò cruda vel ſimpliciſſimè præparata
ex animalium & foſſilium claſſe evidentius operantur abſor-
bendo ac figendo fermenta, maligna ac venenata v. g. C C. ſ. △
& cum △ præparatum, Terra ſigill. unicornu foſsile, cetaceum,
dens equi marini &c. Quæ in aliis febribus cum bezoardico
martiali & joviali, ſi non fuerint malignæ ab initio ad reſolutio-
nem & inverſionem commodè alias adhiberi poſſunt.

2. *Bezoardicum ☉lare compoſitum.* ) Hic notandum, Sal rutæ,
guajaci & ſolut. corall. r. tantæ efficaciæ non eſſe, ut hoc bezoar-
dicum ☉lare in virtute ſuâ exaltent, vi ſuâ alexiteriâ per vulcani
vehementiam orbata, niſi juxta jam monitam cautelam prius ſa-
lia volatilia oleoſa vel Tinctura bezoardic. cum ſalibus volatil.
parata in convenienti vehiculo adhibeantur & in progreſſu uſus
bezoardici ☉laris interpoſitis cordialibus ex corallinis, cinnaba-
rinis, Cervinis, Lapide bezoar &c. ſequatur.

N. 1. *Bezoardicum Minerale Solare ad datam compoſitionem* fit. )
Si loco aq. reg. tanquam nimium corroſivæ & noxiæ ſubſtitua-
tur ſp. Nitri, præſens deſcriptio erit accuratior, & ſeq. factâ modo
commodior.

Rec. butyr. Antimonii clari ſ. q. huic affunde ſp. Nitr. & ab-
ſtrahe per Alemb. cum hoc Spiritu abſtracto ſolve ☉ q. v. recipe
poſteà ſolutionem hanc ☉larem & affunde butyr. Antimonii
rectific. ſeorſim in cucurbitâ apertâ in loco aperto collocatâ ℥ iij.
hoc facto etiam affunde ſp. Nitri rectific. guttatim tantum, ut
emineat ad 2. vel 3. digitos, poſteà digere per aliquot ♂ ℘,
deinde in Aren. per Alemb. abſtrahe, ſed non ad omnimodam
ſiccitatem, ſaltem ut materia inſtar pultis flavæ quodammodo
ſiccatæ remaneat, huic quod exſtillavit redde, addito novo ſp. nitri
ad ℥ ij. circiter, miſce & digere iterum, poſt digeſtionem iterum
deſtilla, hunc laborem ter vel quater repete. Sic ☉ perfectiſsimè
cum ſuâ maſſâ unitur & fit Pulvis ſiccus: calcina ſub tegulâ per
horam unam vel alteram. Doſ. eſt à gr. j. ij. ad v. ℈ ß. vel ℈ j. in
omni morbo repentino.

N. 2. *Solutio corallorum fit.* ) Hæc ſolutio minus philoſophica
eſt, nec genuina, de qua vide ſuprà cap. de coralliis.

3. *Bezoardicum ☉lare Crollianum.* ) Hoc ſuo etiam ſtat talo:
attamen ob fixitatem, quam ☉ adhuc obtinet, cenſetur præſtan-
tius quod ſequitur.

4. *Bezoardicum ☉lare verum* ) Si loco ☉lis illius corporei
ſubſtituatur ☉ in ſpiritualem ſubſtantiam exaltatum, quod per-
ficitur vel per philoſophicam trituram in pulverem ſubtiliſsi-
mum cum philoſophico mortario inſtitutam, vel per ſublima-
tionem cum ✶co, vel per ſecundam aut tertiam 🝞lationem
cum nitro bezoardico, ut liquorem ſuppeditet duraturo colore
☉lari tingentem. Hoc Aurum ſpirituale ſolve in ſp. nitri non
aq. reg. & ſolutionem abſtrahe ad ſiccitatem, deſtillationibus ſp.
nitri ſæpius repetitis. Poſteà reſiduum calcina ſub tegulâ ( unter
einen Müffel ) &c. Nonnulli bezoardicum ☉, antequam igniant
ſub tegulâ, irrorare ſolent ſp. vini & poſteà calcinant, probè ta-
men agitando in violaceum vel purpureum colorem, hic licet
non ſemper acquiratur, etiam à flamma △nis procedens, ni-
hilominus tamen ritè præparatum erit, modò eaſdem obtineat
vires. De quibus ſuprà in Bezoardico ſ.

N. *Rec. Aurum ( per ſpiritum Nitr. bezoardicum* ) ſpirituale
redditum &c. cum antecedenti convenit. Et Menſtruum illud
Baſilii nihil aliud eſt, quàm ſp. vini ſubtiliſſ. cum ſp. Salis digeſtus
& ternâ 🝞lation per alembic. unitus ex MB. Solvit ☉ non
radicaliter, ſed ex partium texturâ tincturam acquirit.

5. *Bezoardicum ☽nare 1.* ) cum ☽na non niſi depuratiſſima
& ab omni ♀ nere per capellationem liberata ad hoc bezoardi-
cum aſſumi debeat, niſi vomitum ob vitriolatam vim concitare
velis, tinctura ☽ næ viridis cum aq. fort. parata hic exulet, utpote
à ♀ re non à ☽nâ oriunda, & ejus loco ſubſtituatur ☽na capel-
lata in ſp. nitri ſoluta ac butyro Antimonii nupta, ſeq. modo
conficienda: Rec. ☽næ finæ laminatæ ℥ ß. ſolve in ſp. nitri ſ. q.
butyri Antimonii rectific. ℥ i ß. ſpiritus nitri ſ. q. ſenſim butyro
Antimonii affunde, uſque dum omnis efferveſcentia & ſtrepitus
ſubſideat. Has ſolutiones conjunctas abſtrahe in cucurbitâ vi-
treâ deſtillando △ne Aren. ad ſiccitatem maſſæ albæ cœruleæ,
Huic reſiduæ maſſæ alius recens ſp. Nitri affundatur & abſtraha-
tur, idque tertiâ vel quartâ vice repetendum, ultimò fortiſſimo
△ne urgendum, ad omnimodam ſpirituum corroſivorum ex-
pulſionem, ſingulis tamen vicibus ante repetitam ſp. Nitri affu-
ſionem maſſam in mortario vitreo conterendo; Maſſa denique
reſidua aquâ ſ. ſæpius affusâ edulcoretur & à ſpiritibus corroſivis
liberetur, & bihorii ſpatio in Crucib. igne aperto calcinetur.

*Tinctura ☽næ fit.* ) Loco Tincturæ ſumi poteſt Magiſterium
Lunæ ex Lunâ finâ cum ſp. Nitri paratum & cum muriâ præci-
pitatum. Ex quo etiam Tinctura ☽næ parari poteſt cum ſp.
✶ & ſp. ſal. tartari vol. Hoc Magiſterium cum butyro ♁nii
etiam conjungi cum ſp. Nitr. ſ. a. figi poteſt, ut jam ſuprà
oſtenſum.

6. *Bezoardicum ☽nare 2.* ) Hic loco extracti cœrulei ☽næ
ſoluti in aq. fort. & extracti ex ☽ cum Sulphure calcinata per
ſpiritum Vrinæ jam dictum Magiſterium ſubſtitui debet, &
cum butyro ♁nii non in aq. fort. ſed ſp. nitri ſolutum jungi
poteſt, ut ſuprà jamdum traditum fuit. Similiter etiam cum
Bezoardico ☽nari 1. prout & cum 4. procedendum erit.

9. *Bezoardicum venereum.* ) in Lue ♀ nereâ, gonorrhœâ virulen-
tâ, & ubi renes parteſque genitales vel exulceratione vel alio la-
borant Morbo, eſt egregium Medicamentum, ſi juxtà *Domini Au-
toris* præſcriptum elaboretur.

10. *Bezoardicum ♂tiale.* ) Quamvis *Domini Autoris* deſcri-
ptio hujus bezoardici ♂tialis non ſit rejicienda, dum cum buty-
ro ♁nii ex croco ♂tis per reverberationem facto tinctura ex-
trahitur, quæ per ſpiritum nitri more uſitato figitur. Tamen
optimum fit ex regulo ♂tis cum mercurio ſublimato in buty-
rum redactis & cum ſp. nitri vel fluore nitri ad fixitatem perdu-
ctis. Prodeſt in febribus cum diarrhœâ conjunctis, item in dy-
ſenteriâ epidemicâ, nam ratione ♂tis aliqualem habet vim ad-
ſtringendi & ratione nitri etiam anodynam.

11. *Bezoardicum ♃viale.* ) Hoc juxta *Domini Autoris* præſcri-
ptum etiam ſuccedit, ſed non fit pulvis gryſeus, verum albus ſub-
cœruleus. Eſt egregium Medicamentum diaphoreticum in Epa-
tis obſtructionibus & in omnibus uteri affectibus, præprimis in
purpurâ, ubi ſcilicet cum feculâ bryoniæ, aliiſque uterinis com-
miſcetur, quia malignitati reſiſtit & uterum unà purificat. Item
in epilepſiâ ex utero cum feculâ pœoniæ & bryoniæ decantatiſſi-
mum eſt remedium. In Epatis obſtructione cum pulvere epati-
co rubro miſcetur. Imò in ipſâ Peſte etiam cum Magiſterio cor-
diali D. D. Iohannis Michaëlis p. m. utiliſſimum deprehenditur
tàm ratione præſervationis, quàm curationis.

12. *Bezoardicum ♄ninum.* ) Hoc non adeò eſt uſu receptum.
Ex Minerâ ♄turni autem & ☿rio ſublimato ana per retortam
🝞latis acquiritur butyrum ♄ninum & cinnabaris ♄turni ex
quo cum ſp. Nitri fixato bezoardicum ♄turninum fit magna-
rum in Peſte virium, prout & in pleuritide, ſcorbuto, ſcabie, me-
lancholiâ hypochondriacâ. Hoc butyrum ♄ni ſuper ſaccha-
rum ſaturni infuſum & per retortam deſtillatum largitur liquo-
rem ſubrubrum dulcem, externè in ulceribus ſerpentibus utilem,
quemadmodum etiam ex hoc mercurius vitæ confici poteſt in
Morbis ſaturninis commendabilis.

N. alembic. ♄turni quomodò conficiatur, vide ſuprà de
♄turno.

13. *Bezoardicum Mercuriale.* ) Hoc utut Mercuriale dicatur,
nihil tamen de Mercurio realiter participat, ſed ♁niale eſt,
alembic. enim mercurii eſt ſuccinum ſeu alembic. ♁nii, licet
aliquandò colore differant.

*Nos ad deſtillata revertimur, inter quæ ſequitur 2. Spiritus ſeu ol.
☿rii album diaphoreticum.* ) Hic Spiritus ſeu ol. ne quidquam de
Mercurio participat, ſed niſi ſalia in fluorem redacta ſunt Mercu-
rii ♎ati per argillam cauſata. Totum autem artificium hunc
♎atum conficiendi in eo conſiſtit, ut mercurius ſublimatus cum
argillâ probè commiſceatur & conteratur, illudque aliquoties
repetatur, aliàs loco Spiritus adſcendet ſublimatus. Commenda-
tur in partium genitalium exulceratione.

3. *Sp. ſeu ol. Mercurii rubrum.* ) Accurata eſt hæc deſcriptio, ſed
præterquàm quod adſtringendi vim à ♂te acquirat, non mino-
ris cum antecedente fortis & proſapiæ eſt. Eſt autem nihil aliud
quàm Tinctura rubra ♂tis ſalium beneficio in Mercurio ſu-
blimato

blimato reconditorum ſupr à alembicum evecta. In Cap. mort. ... ſsibile deliteſcit Vitriolum quod ſublimatum & in ol. per d... quium redactum elegantiſſimam præbet Tincturam adſtrictivam vel per ſe, vel arcano Tartari nuptum, ad tonon viſcerum confortandum in hæmorrhagia, vomitu, diarrhœâ & omni alvi fluxu miræ efficaciæ.

4. *Ol. Mercurii diaphoreticum dulce.* ) Cum ſolo ſp. vini abſque acc. to lat. ſolutio etiam ſuccedit, ſed digeſtio per aliquot Menſes continuanda in fimo equino, aliàs in caſſum laborabis: Rec. Mercurii cum Vitriolo & Sale ſublimati q. ſ. Solve in ſp. vini rectificatiſſ. factâ ſolutione in alembico appoſito capitello cœco per aliquot Menſes fiat in fimo equino digeſtio, quâ peractâ, ſp. vini in MB. abſtrahatur, hoc abſtracto ad oleoſitatem, reſiduum urgentiori △ne in Aren. ex retortâ vitreâ in aliud receptaculum pellatur. Quoad vires in contumaciſsimis renum, veſicæ, partiumque genitalium affectibus hoc oleum prout & reliqua plurimum præſtant, etiam internè propinari abſque ullo poſſunt periculo. Qui hiſce mercurialibus caret oleis, adſumat mercurium dulcem, qui etiam non contemnendas in hujuſcemodi caſibus habet vires.

5. *Oleum fragrans. Aſtrum dictum.* ) Aſtrum mercurii habetur vel in formâ liquidâ, prout & *Domini Autoris* eſt, quod ſuccedit, ſi mercurius ſublimatus præparatus fuerit ex vitriolo & Sale; deinde cum ſp. vini ſolum ſolvatur, & tertiò digeſtio in fimo equino ad aliquot dies continuata fuerit. Vel habetur Aſtrum in formâ ſiccâ quemadmodum ſequens ex cinnab. Rec. Primò fiat ▽ Nitri hoc modo.

Rec. Nitri optimè purgati ℔ iij miſce cum ℔ ix. terræ figulinæ præparatæ & nondum excoctæ, ... la per retortam cum amplo collo, ut ſpiritus tranſire queant, adaptetur capax recipiens cum luto optimè lutatus, lutum prius probè exſiccetur, ne ſpiritus tranſire queant: Poſteà per 3. Horas △ne lento ... la, hinc fortiore, donec ſpiritus nulli prodeant; poſtmodum rectifica, adde partem dimidiam Salis gemmæ, ſtent in digeſtione per 2. ♂ ♀, poſteà effunde, & adhuc ſemel rectifica. Rec. cinnabaris foſsilis Ungaricæ, opt. pulveriſa, & exſicca, Rec. hujus q.v. in alembic. affunde dictam aquam Nitri ad trium digitorum eminentiam, permitte in ſolutione, effunde aquam de terra damnata, abſtrahe hanc aquam ad partem dimidiam, & pone in cellam ad cryſtalliſandum, cryſtalli fiunt inſtar nivis, inde hos iterum in ▽am deſtillatam ad ſolutionem, ſoluto affunde ol. Tartari & in momento ...tantur ſoluti cryſtalli inſtar croci.

N. Quidam poſtea in ▽ philoſophica ex ✱ & Nitr. ãã. factâ ſolvunt ☉ puriſſimum ad ℥ iij. ſolut. ℥ j. ac cum eadem ▽a repetitis cohobationibus & digeſtionibus ⊖ ſolutum per Alembicum ducunt, donec totum tranſeat. Hanc ſolutionem conjungunt cum priori Zinnabaris ſolutione, abſtrahunt ſexies Aquam ad medietatem uſque repetitis ſemper iiſdem cohobationibus, poſtea ad ſiccitatem deſtillatur. Tandem vel per ſp. Tartari vel ſp. vini omnis corroſio auffertur. Confert in apoplexia, epilepſia, febribus malignis &c. Doſ. eſt à gr. j. ij. ad gr. v. in vehiculo appropriato.

6. *Aliud oleum Mercur. diaphoreticum fragrans.* ) ✱ figitur h. m. calcinatur ſcil. ✱ cum calc. viv. æq. part. igne forti tribus vicibus, ſemper tamen aquam affundendo calidam ipſum Salem ſeparantem. Sal diſſolvitur, filtratur & coagulatur, hic labor repetitur ſemper reaſſumendo calc. viv. ad unamquamque operationem, uſque dum ✱ figatur & liquabilis inſtar mellis reddatur Hoc Sal in locum reponatur humidum & brevi in pelluciſſimum liquorem convertetur, quem mundificabis & cum illo juxtà Autoris præſcriptum procedes.

7. *Oleum mercurii Saccharatum, Spirituſque.* ) Hoc in Gallia & Ungaria Chirurgorum eſt Arcanum. Cautela hæc, quam *Autor* appoſuit, ut ſcil. lentè in ol. hoc deſtillando procedatur, exactiſſimè obſervanda eſt, ne alembic. dum ſaccharum nimis efferveſcit, diſrumpatur. Verùm quemadmodum in aliis etiam ſuprà à *Domino Autore* adductis mercurii oleis nihil eſt, quod mercurii ſubſtantia ingrediatur, cui illorum effectus ſit adſcribendus, ſed ſalia ſunt, quæ defectum Ejus ſuppleant: ita etiam in hoc ol. mercurii ſaccharato nihil eſt de Mercurio, (niſi odoretenus velis) ſed liquor eſt compoſitus ex ſalibus corroſivis & acido ſale ſacchari quæ Mercurio ♎mato immerſa & in ...tatione Mercurii vitæ ſp. Vitrioli philoſophicum conſtituunt. Rectificatus hic ſpiritus ol. præbet fulvum. Quoad uſum; Spiritus hic internè cum liquoribus appropriatis convenit in Lue Venerea: Externè oleum etiam in articulorum doloribus à nonnullis commendatur, qui tamen uſus ob corroſivitatem meritò eſt ſuſpectus.

## ¶ V. EXTRACTIO,

*Unde*

### 1. *Sulphur ſeu Tinctura Mercurii, Aquila cœleſtis.*

℞. ☿ ♎ti (cum Sal. com. & ⊖o elevat.) q. v. affunde ✳, ſtent per ſeptimanas aliquot, ut extrahatur flavedo ſ. a. Decantatos liquores deſtilla ad ſiccitatem & habebis pulverem rubeum, qui verum Mercurii Sulphur.

Vires. *Paracelſus maxima huic attribuit præconia, in curanda Podagra, Epilepſia, morbo Gallico, &c. Quorum radicem per ſudorem expellit.*

*Doſis g.* 3. 4.

### 2. *Alia.*

℞. Vitri Mercurii (quod ſuccinum ♁ ii vocatur,) extrahe cum ✳ decanta & abſtrahe.

Vires. *Sudorem movet.*

*Doſis g.* 2. 3.

N. *Uti vitrum illud, non eſt niſi vitrum* ♁ ij: *Ita Extractio hæc non niſi* ♁ ij *cenſenda erit. Vid. Bitich.*

### 3. *Oleum Mercurii* ♁ *ialis, Tinctura.*

℞. Mercurii ex ♁ fact. part. I. ☍ ⊖i rubr. rectificatiſſ. p. IV. abſtrahe leniter, ut ... cum Mercurio maneant; dein auge △, & ſublimabitur aliquota Mercurii pars. Sublimatum redde Mercurio in fundo, tantumdemque novi ☍i ⊖i adde abſtraheque & ſublima, idque vice tertiâ; tandem tere, & affunde triplum 🜄 rectificatiſſ. circula, ſic fiet ſeparatio, & Mercurius in ☍ abibit ſupernatans. Hinc ſepara ☍ idque circula ♂ ♀ cum ✳ acerrimo. Sic ☍ recipiet ponderoſitatem, fundumque petet, & quod noxium in ☿ erat ✳o immixtum maneat.

Vires. *Baſilius maximis encomiis* ☍ *hoc celebrat, vimque ei attribuit corroborandi Cerebrum, curandi Apoplexiam, imò loco Panaceæ habet.*

HOFMAN. *V. Extractio Unde 1. Sulphur ſeu Tinctura Mercurii, Aquila cœleſtis.* ) Hæc deſcriptio ferè cum ſuprà allato ol. ☿ rii diaphoretici dulcis convenit, eò quod hæc æquè ſolutionem, digeſtionem & abſtractionem Acet. diſt. ad ſiccitatem præcipiat, illa autem hiſce præviis extractam ex decantatis liquoribus cum Acet. diſt. ſuper Mercurium ſublimatum factis flavedinem pro ſulphure ☿ rii venditet. Verùm hæc extracta flavedo, quæ poſt deſtillationem in pulverem rubeum degeneravit, non ex ☿ rio, ſed etiam ex ſalium diverſorum variâ texturâ orta eſt. Interim tamen notandum eſt, quod ſi Acet. deſtillat. à mercurio ſublimato vel butyro ♁ nii ſæpius abſtrahatur, per ſeceſſum purgare, unde & hoc dictum Sulphur mercurii purgantibus admiſceri poteſt.

2. *Alia.* ) Hoc vitrum mercurii nihil aliud eſt quam ſuccinum ♁ nii, ex quo loco Acet. diſt. convenientius cum ſp. Vit. ær. tinctura extrahi poteſt, & tinctura extracta cum ſpiritu vini circulari. Verùm non mercurii, ſed ♁ nii inde tinctura rubicunda elicitur.

3. *Oleum mercurii* ♁ *nialis. Tinctura.* ) Mercurii ♁ nii elaborationem vide infrà de Antimonio. Intereà præſens Dni Autoris deſcriptio non eſt de nihilo. Elegantiſſimum etiam ♎matum fit ex mercurio antimonii, Vitriolo calcinato & ſale tribus ſuprà nominatis athletis fortiſſimis ad contumaces febres expugnandas. Loco ol. Vitrioli ſ. ſubſtitui debet ol. vitrioli ♂tis vel vitrioli hermaphroditici ex vitriolo ♂tis & veneris paratum. Tandem poſt ♎ationem affunditur triplum ſp. vini rectificatiſſ. & cum eo circulatur ut dulceſcat; Aliàs etiam ex ſp. vitrioli & ſp. vini rectific. præmiſſâ debitâ combinatione per circulationem & deſtillationem fit ſpiritus cephalicus Dn. D Joh. Michaelis; item, ſpiritus catharrhalis, cephalicus, apoplecticus, de quo infrà pluribus.

## *VI. LIQVATIO.*

### 1. *Unde Liquor.*

℞. ☿ ♎ti q. v. digere in phiala vitrea calore mediocri, ♂ (40.) hinc ſolve per deliquium.

Vires. *Curat Ulcera ac Vulnera maligna, inſtillatus.*

### *Alius liquor Mercurii præcipitati.*

℞. ☿ per ▽ præcipitat. q. v. affunde ▽ opt. digere & cum acer factus fuerit, decanta. Hinc affunde alium, donec acrimonia ſublata, & calx attenuata ſit. Tunc affunde ✱ digere, decanta, affunde novum ✱, idque toties, donec totus pulvis in ✱ abierit: abſtrahe ✱, pulveremque repone in cellam ad liqueſcendum cum aqua Chelidoniæ.

N. *Quod ſi ✱ calci huic inſufficiens fuerit, denuo calcina.*

### 3. *Alius.*

℞. ☿ ♎ti q. v. ſolve in ▽, (ex Sal. nit. p. ij. & ✱ p. 1. deſtillata,) digere vaſe clauſo, poſtea deſtilla: reſiduum tere, rurſuſque aquam affunde, idque tantiſper reitera, donec omne ſublimatum in fundo fixum remaneat. Fixum hoc ſublimatum per ℥m unam ac alteram leviter reverbera, dein tere, digere cum ▽, abſtraheque cohobando, donec in ♂i formam abeat. *Untzer.*

Vires. *Confert Podagricis, lue venereâ infectis, Cancro, Fiſtulis, & omnibus ulceribus ſordidis, putridis atque inveteratis, ſive intrinſecus, ſive extrinſecus adhibeatur.*

N. *Sic quoque figitur per ✱, fixumque per ▽ dicto modo in mucoſam pinguedinem abit: quæ ſi ex arena gradatim deſtilletur igne fortiſſimo, lacteum humorem ſudat, digere hunc ac deſtilla, accipieſque ♂ candidum & ſuave.*

Vires. *Uſus ejus tum internus eſt ad Renes exulceratos, atque calculum, tum externus ad ulcera.*

### 4. *Alius, ♂ ☿ij diaphoreticum dulce.*

℞. ☿ ♎ti puriſſ. q. v. tere & ſolve, p. d. ſuper tabulis ferreis ſtanno obductis. Liquor affundatur ▽, fiat deſtillatio, cohobiis toties repetitis, donec ▽ aceſcere incipiat. Tandem abſtrahe leniter ▽, manebitque in fundo ♂ Mercurii dulce. *Hartmann. in pract.*

*Doſis à g. 2. ad 6.*

N. *Alii pellunt igne fortiori ex arena, nanciſcunturque lacteum liquorem, qui rectificatus per ⊃m evadit fragrantiſſimus ſine correſione. Vide ſupra in deſtillatis.*

### 5. *Liquor ☿ Iovialis.*

℞. ☿ crud. ♃is ana ℥ ij. F. ♃ ♃. Huic adde Mercurii aliquoties ſublimati ℥ iv. Trita ſolvantur per deliq. Liquorem digere cum ▽ per menſem. Poſtea abſtrahe ▽ in △e leniſſimo in MB ne ♂ ſimul aſcendat. F. cohobatio quater vel quinquies. Ultimò remanebit in fundo ♂ ☿ ♃iale.

Vires. *Poteſt adhiberi intrinſecus & extrinſecus.*

*Doſis à g. 2. ad 6.*

### 6. *Liquor ☿ ♎ti.*

Sublima ☿ ♎ti ℥ j. cum ana ✱ ci, adde ▽ ad eminentiam 3. digitorum, digere ſimul per 6. ♂ & per ⊃ pelle. Poſt ▽ egreditur Oleum, quod in frigido coagulabitur in maſſam albam, quæ in cellâ poſita reſolvetur in liquorem ☉em diſſolventem, eumque in volatilitatem adducentem.

*Ex S. Cloſſ.*

HOFMAN. 6. *Liquatio unde 2. Alius Liquor mercurii ▽ti.*) Hæc prout & 3. ſequens deſcriptio nil minus affinis eſt cum ſuprà jamdum examinatis oleis.

4. *Alius, ol. mercurii diaphoreticum dulce.*) Hoc etiam ſuam meretur laudem. Uſus tamen ejus ſaltem externus eſt in ulceribus malignis.

5. *Liquor mercurii ♃ ialis.*) Convenit hic cum Dn. D. Johann. Agricolæ deſcriptione ol. mercurii, quam tradidit in notis ad Poppium, & repetiit CL. Zwelferus in mantiſſ. Spagyric. part. Cap. 7. p. 355.

6. *Liquor mercurii ſublimati.*) Si mercurii ſublimati juſta proportio cum * ana & ſp. vini per aliquot dies digerantur, & poſtmodum per retortam deſtillentur. Poſt ſp. vini egreditur ol. quod in frigido coagulatur inſtar butyri, & per deliquium ſolutum poſtmodum metalla ſolvit.

N. Quomodò ex mercurio cum calce vivâ & ſale Tartari fortiſſimo alkali *CL. Zwelferus* in mantiſſ. ſpagyric. part. 1. Cap. 7. p. m. 355. *Liquorem Alkaheſt ſummum Nobiliſſ. Helmontii arcanum* eruere in formâ aquæ præſumat, evolvi poteſt; Verùm de hujus ſucceſſu valdè dubitatur vid. & *Dominus Luc. Schrock. in Mantiſſ. Hermetic.* p. 513. ſeq. Negari quidem nequit, poſſe in hac Zwelferi præparatione unà cum mercurio aliquid aquæ in vaſe recipiente colligi. Sed non ideò mercurius in aquam reſolutus dici poteſt, cùm longè aliam habeat originem, ſcilicet à vaporibus vel poros mercurii ingreſſis, eo ante deſtillationem aëri humido expoſito, vel ex vaporibus recipienti incluſis. Unde & *Nobiliſſ. Robertus à Boyle in paradox. chemic.* p. 71. Poſſe, inquit, certo quodam tractandi Argentum vivum (vel ſaltem aliquod ejus genus, nam non in omni mercurio ita feliciter ſuccedit) artificio, ab ipſo, nullâ factâ additione, minimum quintam vel quartam limpidi liquoris partem ſeparari, qui à vulgari Peripatetico pro aquâ haberetur, quemque vulgaris chymicus phlegma vocaret; qui tamen reduci in mercurium nequit. vid. l. c.

## ¶ *VII. SALIFICATIO.*

℞. Corpus ex præparatione ♂i ☿ii fragrantis reſiduum (*vide ſupra*) affunde idem illud ♂ fragrans, digereturque & extrahetur ſal ☿. Extractioni decantatæ, affunde ▽ quantitatem bonam, demum abſtrahe ▽ in cinere, & aſcendet poſt ▽ & ♂ ☿ii relicto ſale in fundo.

Vires. *Summum eſt & efficaciſſimum arcanum in extirpanda Lue venerea, etiam radicata & inveterata, ſanguinem mundificat, adeoque omnis generis ulceribus ſine & cum malignitate conjunctis medetur, ſcabiei confert, impetigines ſanat.*

*Doſis g. 1. ad 2. vel 3.*

HOFMAN. 7. *Salificatio.*) Ex hactenus in medium allatis medicamentorum mercurialium præparationibus verſipellis ille ac larvatus *Mercurius* ex habitu ejus externo (ex Sulphure ejus externo) ſatis ſuperque innotuit, dum cum quibuſdam diverſis menſtruis mutatus modò in liquorem cum aq. fort. vel in rubicundum, vel album pulverem, modò cum ol. Vitrioli in ſubflavum, cum Sulphure in ſanguineam ac volatilem cinnabarim transformatus fuit. Cum aliis ſalinis quibuſdam corporibus ſurſum latus, ſalis formam, cum regulo antimonii butyri ſpeciem, cum aliis adjunctis vitri, imò etiam olei ſubſtantiam induit. Nihilominus tamen ex hiſce omnibus concretis exoticis redire & priſtinam eſſentiam, quæ ſolummodo in iſtis larvabatur, induere poteſt. Tantumque abeſt, ut hæc involucra ſalina aut Sulphurea partes ſint mercurii conſtitutivæ ex ejus ſubſtantiâ elicitæ, ut potius etiam compoſita ſint corpora ex mercurio & menſtruis aliiſve additamentis ad ipſum larvandum adhibitis conſtituta, uti exinde, quod in mercurium priſtinum reduci queant, abunde eluceſcit. Prout ſal in aquâ ſolutum ſal manet & inde ſine ſalis mutatione reperitur. Si autem hic vulgi Mercurius à Sulphure ſuo

ſuo externo ſeu labe originali liberatus ſit, non ſinit ſe amplius à Sulphuribus aut Sal. comm. apprehendi, quin hæc confeſtim conſumat ac veluti conficiat. Ideoque interior mercurii nucleus ſeu Philoſophorum mercurius in △ conſtans à dictis diſſolventibus non attingitur, ſed altioris eſt indaginis. Interim tamen cùm hæc medicamenta mercuria ſi ritè præparata fuerint & methodicè exhibita non vulgarem etiam in Medicinâ præſtent uſum, tamdiu iiſdem immorabimur, uſque dum *Cl. Helmontii* potiamur mercurio diaphoretico, arcano corallino, Glaure Augurelli *&c.*

## CAPVT XVI.

### *De Cinnabari.*

CInnabaris duorum generum Officinis in uſu eſt, factitia ſcilicet & nativa, ſive mineralis. Factitiam deſcripſimus in ſublimatione Mercurii. Nativa eſt terra mineralis lapideſcens, rubicunda, conſtans ex Sulph. & ☿io vivo cum terreſtri materia inſtar lapidis, compactis, Germ. Zinober. Un mineral croiſſant en Lybie, plus rouge que vermillon. *Cinnabar.* Cinnabar / Berg=root / Vermilioen.

N. *Dioſcoridi dicitur Minium quippe ex Minio Mercurium vivum elici, affirmat. Nec obſtat, quod contrarium verbotenus dicat, nimirum ſuam Cinnabarim à Minio diverſiſſimam eſſe. Etenim quid Dioſcoridi Cinnabaris fuerit, nondum certò conſtat. Sunt enim qui ſanguinem Draconis intelligunt alii Minium Officinarum ex plumbo factum.*

Reperitur in diverſis Europæ locis, in Ungaria, Germaniæque locis variis; Prope Alſheimium Palatinatus, &c. Moduſque Mercurium inde eliciendi, vel ruſticis non ignotus eſt. Ollam cinnabari implent, eamque ollæ alteri, interpoſitâ pertusâ laminâ ferreâ, ore converſo imponunt, lutoque circumlito vi ignis circularis Mercurium vivum ex olla ſuperiori in inferiorem defluere faciunt, ad modum quo deſtillatio per deſcenſum dicta perficitur.

Eligenda quæ gravida Mercurio & Sulph. præſtantioribus, adeoque Ungarica, utpote quæ naturæ ſolaris.

Vires. *Uſus ejus internus, præterquam quod Antepilepticis (pulv. Cratonis) nonnunquam permixta deprehenditur, quod ſciam nullus eſt. Extrinſecus autem adhiberi poteſt ad ſanandam Luem veneream, ſcabiemque aliam in ſuffimentis, &c.*

Hofman. *De Cinnabari.*) Dicitur terra mineralis lapideſcens, non quod ſit vera terra, ſed propter analogiam. Hæc vel ita pura reperitur, ut in Armenia, Haſſia propè Marpurgum &c., vel Lapidibus permiſta eſt, ut in Ungariâ, Hartenſtein / zum Schlegel &c. In hâc mercurius vivus & Sulphur exquiſitè ſecum invicem mixta & ambo cum illa rudi materia minerali, in qua ea hoſpitantur, hoc corpus rubrum ſatis ab utroque diſcrepans conſtituunt. Hiſce interdum etiam minera ⊙ris ex intermixta, & ≏ata tam mercurium, quàm Sulphur ⊙lare de ſe ſpargunt. Hic mercurius cochleari argenteo illatus & ſuper ignem ad avolandum expoſitus aureo cochlear tingit colore ſed ejuſmodi mineræ raro & non ubivis reperiuntur.

*Reperitur in diverſis Europæ locis.*) Quæ in civitate Grembs reperitur, reliquis præfertur. Modus mercurium exinde eliciendi vel Ruſticis non ignotus eſt, vide in Dno Autore l. c.

*Vires.*) An cinnabaris cruda adhiberi poſſit, quæritur? *Dn. D. Iohann. Michaelis* approbavit, ſed depurata eſſe debet, quæ enim ſcorias depoſuit, probatior exiſtit, Hoc autem modo optimè depuratur. Scilicet cinnabaris nativa pulveriſata coquitur ▽â puriſſimâ in tigillo alembicato, ut fumus evaneſcat metallicus in auras, hæc coctio ſæpius iteranda & pars ſubtiliſſima ſupernatans à ſcoriis ſeparanda eſt. Poſteà in vas argenteum infunde, accenſo ſp. vini ſæpius ſuperfuſo, & uſui reſerva. Cinnabaris hæc ita depurata maximi ob notabilem ejus effectum, (licet *Dnus Autor* uſum ejus internum, præterquàm quod antepilepticis nonnunquam permiſceatur, adhuc ignoret) in deſperatiſſimis etiam morbis cum multorum ſymptomatũ congerie ſtipatis æſtimanda eſt. Quamvis enim directè & per ſe non ſit diaphoretica, polychreſtum tamen exaltatorium & præſentiſſimum ac ſecuriſſimum alexiterium eſt. Non deſunt tamen, quibus tam hujus Nativæ, quàm antimonii internus ſuſpectus eſt uſus. Cinnabaris antimonii, inquiunt, aquâ calente diſſoluta abit in pulverem niveum ejuſd. generis quod eſt mercurius vitæ. Nativa facili negotio in mercurium currentem & ſic iterum in cinnabarim convertitur. Et hinc cum utraque priſtinam retineat Naturam eadem etiam excitare poſſunt ſymptomata, quæ mercurius ſive crudus, ſive præparatus. *Cl. Sennertus* Cap. *de epilepſiâ* ex cinnabari nativâ à *Cratone* tanquam epilepſiæ magnete laudata pulverem ant-epilepticum præſcribit. At cum ipſum *Cratonem* conſulimus, nuſpiam hæc repetimus. In Conſiliis æquè ac epiſtolis varia ac diverſa medicamenta contrà epilepſiam recenſet, ſed hujus ne verbo quidem mentionem facit. Epiſtol. 137. De cinnabaris nativæ vi magneticâ adverſus epilepſiam valdè dubitat. Epiſtol. 168. Pulveres ex hâc conflatos planè rejicit, & proculdubio ex mente *Eraſti*, qui *Epiſtol. 271. ad Monavium* mercurium & alia medicamenta ex metallis præparata non temerè adhibenda ſuaſit, quovis modo etiam fuerint præparata. Verùm enimverò hæc in contrarium adducta argumenta contrà cinnabaris tam nativæ, quàm factitiæ antimonii internum uſum tanti non ſunt ponderis, ut nos ab ejus uſu deterreant. Nam primò mechanica iſta de cinnabaris antimonii per aquam calentem tranſmutatione in mercurium vitæ album falſa eſt. Et licet hoc ipſum cuivis experiri. Deindè poſito, ex nativâ cinnabari facili negotio mercurium elici, id quod etiam verum eſt, quid tum poſtea? Mercurius cum Sulphure antimonii ligatus in cinnabari ſui non eſt juris, ſed hujus compedibus ligatus à turbis iſtis gravioribus, quas vel liber, vel ſalibus corroſivis irretitus ciere ſolet, jam planè immunis exiſtit, & illuſtres illas dotes obtinet, quibus etiam contagioſis, epidemiiſque morbis ipſiſque Peſti (exterius appenſus) ſingulari proprietate reſiſtit. Et licet cinnabaris hæc adſumpta ventriculi digeſtioni minimè pareat, neque in corporis noſtri œconomiam recipi poſſit, tamen adſumpta, quamdiu hæret in ſtomacho, Archeum noſtrum alterando variè mireque afficit. Ab utroque (Sulphure antimonii & mercurio) vim anodynam & ſpecificam veneni epileptici domitricem. Taceo, quod horum ſingula in Lue venereâ, ſcabieque malignâ conferunt, ab iis conjunctis longè uberius ſit expectandum, etiam in ſuffocationis hypochondriacæ (hyſtericæ) ne opiatis ſæpè ſedandæ & colicæ torminibus placandis, in arthritide vagâ, phantaſiæ vitiis, morbillis, variolis &c. Tertiò ſi qua interdum noxa ab ejus uſu orta, certè non ipſi directè & per ſe erit adſcribenda, ſed vel minus ritè præparatæ, vel inconvenienter in uſum ductæ; atque hâc ratione erit tanquam gladius in manu furioſi. Quartò, *Cratonem* quod attinet, fateor, ejus ſi evolvamus ſcripta, valdè dubium eum in cinnabaris laude deprædicandâ deprehendimus. Nam in Epiſtolis medicinalibus à *Dn. D. Laurentzio Schultzio* editis Epiſtol. 137. De vi magneticâ adverſus epilepſiam, inquit, in nativâ cinnabari valdè dubito. Et Libr. 1. Epiſtol. 7. Eam in epilepſiâ ab empirico quodam adhibitam damnat, & dicit, ſe iſtud non imitaturum, & ſi omnes homines ipſi Autores eſſent, cum robuſta etiam corpora vix illius uſum ferre queant. Eodem Libro conſil. 4. ait Medicamenta de cinnabari non præſcribo, cum *Iohann. Fernelius* in Libro ſuo de Lue venereâ tam dira ſymptomata uſum cinnabaris conſequuta referat. Statim tamen addit, mihi ne quid diſſimulem, non perſuadet, cum bono ſucceſſu me illâ uſum fuiſſe Viennæ, verè affirmare poſſim. Verùm licet *Crato* Medicus ſui temporis fuerit cœteroquin ob eximiam ac multijugam Artis medicæ peritiam valdè conſpicuus, ſummus tamen Iatro-chemiæ non fuit Dictator, ſed & alii poſt eum fuerunt longè celeberrimi. Nullum tamen eſt dubium, ſi in hæc tempora incidiſſet, quin ſaniorem etiam medicinam cum aliis jam excoluerit. In hiſtoriâ, quam ex *Fernelio* adducit, dubium æquè manet, utrum pictor ex cinnabari nativâ, an verò ex aliis rebus noxiis ſuis pigmentis v. g. auripigmento &c. miſtis in dicta incurrerit ſymptomata; Deindè fateri etiam cogimur, vaporem mercurii in primis cum ♄no adulterati ſummè eſſe noxium, id quod tamen de mercurio & Sulphure invicem ligatis affirmari nequit. Tertiò etiam obſervandum eſt, quod communi cinnabari, factitiæ etiam non ſemper fidendum ſit, cum ſæpè, ut fiat rutilantior, adjecto Arſenico præparetur. Interim cinnabaris hæc nativa, ut etiam antimonii ob ſtupendam earum efficaciam in infinitis affectibus demulcendis ſummo in æſtimio habetur. Poſthabitis aliis unicum præ omnibus proſtet *Nobiliſſ. Dn. D. Iohann. Michaelis Specificum Cephalicum*, cujus baſis cinnabaris eſt, quo multa millia ægrotantium adjuvit. Cujus compoſitio hæc eſt:

Recip. Cinnabaris Nativæ Armen. per ≏ationem ſexies vel ultrà rectificat. vel Cinnabar. antimonii toties rectific. ℥iij.
fecul. radic. pœon. ℥ i ß.
Magiſter. epileptic. ℥ß.

 cordial.

cordial. ℥ ij.
fol. ☉ no. j.

M. f. Specificum Cephalicum. vide & Theſaurum Pharmaceuticum annexum ſect. XVI. n. 1. 11.

*Extrinſecus autem adhiberi poteſt.*) Quemadmodum in cinnabari egregia latent arcana, ut jam audivimus, contra infinitos affectus internè adhibitâ. Itâ etiam extrinſecus mira præſtat carpis manuum ſaltem applicita, prout in *Illuſtriſſima* quâdam variolis laborante ſpaſmaticâ fui expertus, ſumma cum ejus euphoriâ. Sic v. g. cinnabari nativâ unguentum contrà epilepſiam & alios morbos malignos ſeq. modo componitur. Recip. Cinnabar. nativ. ℥ ß. Lapid. ophitæ ℥ iß. Magnetis. ʒ ij. ol. d. macis, Nuc. moſchat. d. guajac. corylin. ana gutt. iij. confect. alkerm. ℈ i ß. Ung. alabaſtrin. q. ſ. M. f. Ungtm. ad bregma, frontem tempora &c.

## PRÆPARATA.

*Præcipitatus Diaphoreticus Hartmanni.*

1. Cinnabaris ſolvatur in ſua principia.

2. Principia illa purificata denuò conjungantur, reducanturque in pulverem.

*Proceſſum Hartmannus ſatis prolixum exhibet, in fine Commentariorum in Croll.*

*Hunc brevioribus ſic habe.*

Solve ſenſim Cinnabarim, (Ungaricam, ) in magna quantitate -^- Sal. Com. ſupra 🜔 ana Δ fortiſſimè cohobati: (coloris hic erit rubicundiſſimi,) Solutionem à Sulphure combuſtibili ſupernatante, ut & à fæcibus reſidentibus ſeparatam deſtilla ex cucurbita in ∴, & extillabit menſtruum principiis Cinnabaris in cucurbita relictis, quæ hac operatione apta reddita ſeparationi: Abſtracto igitur menſtruo, Δque aucto, Mercurius albiſſimus aſcendens lateribus cucurbitæ adhæreſcet, manentibus in fundo Sulph. & Sal. com. Collige Mercurium dictum ſeorſim purificaque quàm optimè; videlicet.

1. Solvetur Mercurius ebulliendo in 🜊, hinc ſolutio à fæcibus ſuis decupelata committatur deſtillationi, ut 🜊 abſtrahatur.

2. Procede eâdem ratione cum Mercurio remanente, adhibeque loco 🜊 pluviam vel rorem majalem ſtillatit. idque 3. vel 4. donec nimirum ☿ plane albiſſimus remanſerit. Hunc digere cum 🜈 rectificatiſſ. per menſem.

Interea ſepara reliqua principia, (Sulph. & Sal. com.) & clarifica. Nimirum Sal. com. elixivietur, ſ. a. affuſâ ▽ pluviâ deſtillatit. calidâ, depuratumque digeratur cum 🜈, tandem 🜈 ad apparentiam cuticulæ ſupernatantis abſtracto ſinatur coagulari.

Sulph. itidem aliquoties cum ▽ ſtillatit. calida, lotum & exiccatum, ſimili modo cum 🜈 digere, eundemque poſtea abſtrahe.

Poſteaquam itaque Mercurius, in 🜈 ſufficienter fuerit digeſtus & ſolutus, (rubeſcit enim totum illud compoſitum eleganter,) deſtilla ex 🝪 in Excip. capaciſſ. Δ aren. gradatim adhibito, eliceque primo 🜈, hinc urge, & prodibit -^- Mercurii (hinc inde ſeſe extendens & ſublimans inſtar Cryſtalli.) Peractâ deſtillatione relinque per ☋ viginti quatuor. Sic ſolvetur -^- Mercurii Cryſtalliſatus in 🜈. Separato tandem 🜈 in MB, remanet -^- Mercurii in fundo cinericei coloris.

Habitis his principiis, ad conjunctionem progredere.

Solve Cinnab. Ungaric. ℥ vi. -^- Sal. Com. cum 🜔 acuato ut ſuprà, ſequeſtratiſque fæcibus ſolutionem decantatam deſtilla ad oleoſitatem: hinc affunde recentem -^-m, viciſſimque deſtilla, idque fac 5. vel 6. vicibus. Poſtea digere in MB ☍ (14.) Tandem abſtrahe Δ l. Aren. donec -^- albicantes prodire incipiunt, tunc mutato Excip. capè eos ſimul cum ▽, urgeque Δm, uſque ad ignitionem vaſis, ▽m hanc ſerva. In hujus ▽æ ℥ vi. ſolve Sal. Com. ſuprafacti ℥ ij. ac circula aliquamdiu in MB. Poſtea impregna Sulph. ℥ ß. ▽ illa, in qua Sal. Com. ſolutum, idque per vices, (ſemper affundendo ℥ i ß.) donec Sal. Com. ʒ j. cum Sulphure fuerit copulata (ex pondere id cognoſcere licet,) ac ex ambobus factus ſit viſcoſus quidam liquor. Hujus ℥ ß. adde ℥ ij. -^-. Mercurii ſuprà præparati, inque Phiala H. cl. digere in Athanore, prudenter adhibitis Δ gradibus donec omnia in pulverem rubicundum fuerint verſa, id fiet menſibus tribus vel quatuor. Pulverem hunc corrige cum 🜈 & ſerva.

Vires. *Eſt Medicina univerſalis, in quolibet morbo exhiberi idonea, balſamum internum ad expellendum intrò hoſpitantem hoſtem, vel per ſudores mirificè adjuvans.*

*Doſis g. 1. vel 2.*

HOFMAN. *Præparata. Præcipitatus Diaphoreticus Hartmanni.*) Hoc Medicamentum nihil aliud eſt, quàm *Aſtrum Mercurii*, quod cum ☉'e nonnulli etiam conficiunt, ſed qui cinnabarim ☉lárem poſſident, additione ☉ in hujus præparatione ſuperſedere poſſunt. Hoc medicamentum Cinnabarinum *Principibus Haſſiæ* olim fuit in uſu, & *Filio Regis Daniæ Duci Woldemar*, illudque tanquam medicinam univerſalem reſervarunt. Verùm cum cinnabaris omnem digeſtionum ventriculi ac inteſtinorum actionem ſubterfugiat, ut in corporis noſtri œconomiam diſtribui nequeat, ſed vel odoretenus, aut nudo ſaltem adſpectu varieque mireque noſtrum alteret archéum, non eſt ut per Artem ſpagyricam nimium à nativâ ſuâ obducamus indole, vel per Naturam unita & conjuncta ſeparemus, dum acidorum abſtractione tam alteratur, quàm invertitur ejus virtus. Neque Sulphurea ejus pars per alkalia digerenda, nec per principiorum ſuorum diſſolutionem in præſens Præcipitatum Diaphoreticum redigenda.

## CAPUT XVII.

### *De Antimonio.*

ANtimonium eſt corpus minerale, naturæ Metallinæ finitimum.

Conſtans 1. ex Sulphure minerali, partim puriſſimo naturæ ſolaris, eoque in rubedine fundato, partim combuſtibili, (inſtar alterius ſulphuris.)

2. Ex copioſo Mercurio metallico indigeſto, fuliginoſo, (coagulato tamen, magiſque cocto, quàm eſt Hydrargyrum,) participante de natura ♄ nina.

Et 3. ex ſubſtantia quadam terreſtri & ſalina perpauca.

N. *Quod in Officinis proſtat, liquefactione ex minera eſt fuſum, inque formas pyramidales ut plurimum effuſum. Minera quoque etſi interdum proſtet venalis, attamen rara eſt.*

Dicitur Hebraicè Zaddah. Græcè στίμμι, στίβι. Arabicè Aitmad ſeu Atimad. Latinè Stibium, Antimonium. Germ. Spießglas / Rauſpießglas. Antimonie. *Antimony* or *Stibium*. Antimonie / Spitsglas / Spies-glas. Barbar. Antiſtini, Alcoſol Othi Ænigmatic. Lupus, quod ſcil. omnia metalla præter Solem abſumat. Proteus, quod omnes colores Vulcani beneficio induat. Radix metallorum quod omnibus metallis q. adjaceat, vel quod à nonnullis minera ſtatuatur metallorum. Saturnus Philoſophorum à devorando, tùm quod ♄ i, id eſt, Plumbi naturam redoleat, tùm quoque quod lapidem Philoſophorum inde parare ſomnient. Magneſia ♄ i, eadem ratione.

Delectus

*Delectus.*

Variis in Regionibus eruitur ♁. Noſtraque Germania ejus ubertatem paſſim præbet. Maximè tamen laudatur Ungaricum & Tranſſylvanum, utpote quòd Sulphure puriori dotatum, aurique minera imbutum eſt. Striis id ſplendidioribus & longioribus, obſcuráque rubedine, (quæ bonitatem ejus arguit ob Sulphuris abundantiam,) reperitur. Hujus nimirum meminit Paracelſus ſub titulo rubentis Leonis, & Baſilius Monachus in Curru triumphal. ſub Orientalis nomine. Et hoc maximè ad Medicamentorum elaborationes eligendum eſt.

Artifices inſuper variis modis bonitatem Antimonii explorant. Quidam chartæ luteo colore in Pharmacopoliis tinctæ, denteque apri rite lævigatæ id affricant, certitudiniſque notam, rubram lituram, inductione illa poſt ſe relictam ſtatuunt: Alii fortiſſimo aceti ✱ u drachmas aliquot benè pulveriſati Antimonii imbibunt, inque lamella ferrea vel figulina ad lentum ignem, ne ♁ fluat, evaporare ſinunt: quod ſi poſt evaporationem pulvis Antimonii rubens relinquatur, ulterius de ejus certitudine non dubitant. *Vide Baſilic. Antimonii Philippi Moltheri, qui ſe Hammerum vocat.*

Vires. *De viribus Antimonii audiamus Quercetan. in tetrad. cap. 3. In Antimonio, inquit, ſunt ſexcentæ proprietates, variæ ac præſtantes, ut præparantes, expurgantes, vomitiones concitantes, & id genus alia, ut nunquam ſatis laudari queat hoc Medicamentum. Crudo adhibuerunt Veteres vim adſtringendi, exiccandi, meatus corporis obſtruendi, excreſcentias carnis abſumendi, cicatrices obducendi, oculorum ulcera & ſordes mundificandi, unde & ad Collyria inprimis commendatur. Sunt & qui ad Epilepſiam arcendam exhibent, etiam in ipſo paroxyſmo. Unde pulv. niger Waldecc.*

HOFMAN. *De Antimonio.*) *Antimonium* ἀπὸ τοῦ ἀντὶ καὶ μόνος, εὖ quod ipſi adverſetur, ſolum & ſine aliorum metallorum conſortio inveniri, ſed quod omnibus quaſi adjaceat metallis. *Th. Paracelſus Libr. VI. Archidox.* refert in marcaſitarum cenſum, in quo ♄ni marcaſitam vocat. Sed ſui generis videtur minerale. Conſtat ex ſulphure minerali pauco ☉lari puriſſimo, & multo etiam impuro combuſtibili, ut & mercurio non metallico, indigeſto quidem nec genuino, qualis ad corpora perfectiſſima metallica componenda requiritur, ut patet ex fragili ejus textura, ſalis acidi partem obtinet minimam. Hoc indigeſtum ex Principiis corpus Natura ad perfectorum metallorum regionem poſuit, in rudem hanc materiam conflavit, ac veluti ad altiora metalla generanda ſegregavit, ut accedente ſpiritu metallico ſeminifico in metallum tandem perfectum efformari poſſit.

*Delectus.*) Præter alias, ut & à Domino Autore allatas ſpecies antimonii duas adhuc adſignat *Baſilius Valentinus.* Unam, quæ plus mercurialis, alteram quæ Sulphureæ proprietatis ſit. ☿rialis ad Naturam ☉larem accedat, quam arguunt nitentes in eo radii, Sulphurea autem ☉le deſtituta, quod priorem commendat ſpeciem. Quæ diverſitas antimonii in cauſa eſt, quod quoddam plus cinnabaris, quàm butyri, quoddam plus butyri, quàm cinnabaris, aliud plus Reguli ſuppeditet. Unde certorum temporum & conſtellationum obſervatio in Regulo ſtellato conficiendo etiam inepta eſt, cum tota hujus rei ratio potius à diverſâ antimonii conſtitutione dependeat.

*Vires.*) Antimonium eſt quaſi fons & ſcaturigo præſtantiſſimorum medicamentorum, dum in hoc tanquam abyſſo inexhauſto comprehenduntur omnium metallorum ac mineralium energiæ & graviſſimorum morborum medelæ, ut ex hoc tanquam Amaltheæ cornu ſalutaria erui queant, quæ impuritates & fermenta morbifica Naturæ inimica per reſolutionem & abſterſionem tollant, & abſumant, unà juxtà vim ſuam anodynam & confortantem. Ex variis ejus præparationibus illæ, quæ genuinæ, compendioſæ ac verè philoſophicæ ſunt, veris Naturæ myſtis ſedulò inveſtigandæ, ſeligendæ ac uſurpandæ ſunt.

*Crudo attribuerunt.*) Utrùm antimonium crudum in uſum internum trahendum ſit, an ſecus, controvertitur? Hoc ipſum autem fieri poſſe confirmamus tum propriâ, tum aliorum etiam *Cl. Knoefelii, Zwelferi, &c.* experientiâ, qui decocta habuerunt ſpecifica ex antimonio crudo cum aliis ſpecificis in Lue venereâ, quæ neque vomitus nec ſedes ciebant. vid. *ſuprà Libr. 2. De Decoct. Cap. 49.* & infrà in annexo Theſaur. Pharmaceutico de Decoct.

*Sunt, qui & ad epilepſiam arcendam exhibent, etiam in ipſo paroxyſmo.*) Verùm eſt, commendatur à quibuſdam, qui experientiâ probatum habent, ut ant-epilepticum ſpecificum ad grana duo vel tria cum aliis ſpecificis.

## PRÆPARATA.

¶ Præparationes quibus ♁ ſubjicitur ſunt: 1. Calcinatio. 2. Sublimatio. 3. Deſtillatio. 4. Liquatio. 5. Extractio. 6. Infuſio. 7. Salificatio. 8. Mercurificatio.

Calcinatio eſt tum ſicca, tum humida.

### *CALCINATIO SICCA,*

*Unde*

1. Vitra, 2. Croci, 3. Diaphoretica, 4. Reguli.

### *I. VITRA ANTIMONII.*

1. *Vitrum Antimonii Hyacinthinum.*

℞. ♁ pulver. calcinetur in vaſe figulino amplo ac lato non vitreato continuò ſcil. materiam rudiculâ movendo, ne concreſcat, quod ſi id præter ſpem evenerit, denuo pulveriſare oportet. Deducendus eſt hic labor △que augendus, vel in tantum, ut vas paulatim igniatur, materiaque cinerum ſeu griſeum acquirat colorem, nec fumum (à quo diligenter cavendum,) amplius emittat.

N. *Ex hac calce fit diaphoreticum laudabile ac ſingulare peſtis præſervativum. Si ulterius in ✠ igniatur, ut ex albeſcente colore fiat pulvis ad flavedinem inclinans.*

*Doſis g. 3. infuſa in vino, datur cum ſucco calendulæ.*

Calx illa in ✠ benè & ſatis fuſa, (quod immiſſo ſtylo ferreo experiri licet,) effundatur in tabulam lapideam, vel pelvim æneam, ut in vitrum abeat. Vitrum ſi adhuc nigrum ac opacum fuerit, reiteranda eſt fuſio, donec pellucidum ac hyacinthinum colorem nanciſcatur, in qua fuſione aliquid Antimonii crudi Matthiolus admiſcet. Sed vereor ne pelluciditatem depravet. *Vide Baſilium in curru triumphali Antimonii.*

N. 1. *Calcinationem maturandi gratiâ licet Sal. Com. dimidium (vel ana) addere, id quod poſt abſolutam calcinationem aquâ fervente & dein ✱ inſuper affuſo abluendum.*

2. *Fuſionem ut promoveas, Borraccem addere potes, nempe ad ℔ 1. Borrac. ℥ß. nec eſt quod inde periculum metuas: Etenim poſthabito, quod Borrax exhalet, conſtat quod Borrax ſine noxa intro ad ʒß. exhibeatur.*

3. *Tempus vitrificandis eligunt nonnulli, quo ☉ & ☾ in ♒ vel ♓ (ſignis aqueis) exiſtunt.*

4. *Accenſeri poteſt vitrificationi & illa operatio, qua ♁ levi operâ ignis, vitri formam, licet abſque perſpicuitate induit, ♁io ſcil. in ✠bulo liquato intinguntur ferrei baculi, decutiturque quicquid adhæſerit, atque hac ratione totum ♁ extrahitur. Extractum & contuſum denuo liquatur, extrahiturque ut ante, idque toties, donec ♁ optimè pulveriſatum rubicundo-purpureum colorem acquirat.*

*Doſis & uſus cum ſimplici vitro communis eſt.*

*Rectius tamen ⌒u Sulphuris, ⊕li, vel proprio aceto aliquoties cohobatum, ut evaneſcente purpureo colore, albicans evaſerit, exhibetur. Valde enim ejus vis emetica hac correctione emendatur, ut ſolam per alvum deturbandi vim poſtea obtineat. Verum febrium curativum.*

*Doſis g. 3. ad 5. in ▽ centaur. min. vel ſimili. Molth.*

2. *Vitrum ex Minera.*

℞. Mineræ ♁ opt. Sal. Nit. puriſſ. ana calcinentur optimè ac fundantur in vitrum. *Baſil.*

3. *Vitrum Antimonii flavum.*

Fit ex Regulo. *Vide ſuo loco.*

4. *Vitrum Antimonii rubeum.*

N B. Si vitrum Antimonii miſcueris cum Sulph. citrino, ac fuderis in vitrum, hoc ipſum rubeſcit. Alii fundunt cum ⊖⊖, ſed præſtat ab hoc abſtinuiſſe.

5. *Vitrum album.*

℞. Antimonii p. I. Borracis p. ij. vel IV. funde aliquamdiu, ſic aſſumit primò colorem citrinum, poſtea album. Effunde ut in vitrum abeat. *Baſil.*

Vires. *Vitrum Antimoni humores craſſos, viſcidoſque ejicit, in ventriculo viciniſque locis ſuperfluos, idque per vomitum ac per alvum. Reſiſtit quoque venenis in peſte, præcipuè ſi cum ✠ propinetur, quippe hac ratione & ſudorem ciet: utile quoque eſt in febribus putridis ac malignis, Hydrope, &c.*

Uſus & doſis: *Datur à g. 2. ad 4. in infuſione à gr. 3. ad 6. vide de hac infuſione infra.*

6. *Vitrum ♁ nigrum extemporaneum S. Cloſſ.*

℞. Mineræ ♁ii ℥ ij. Liqueſcat in ✠ lum injice per cochlearia aliquid de mixturâ ex Sal. com. decrepit. Sal. Nit. & ⊕ ▽ communis compoſita ana ℥ ij. abſumptis pulver. affundatur ♁ in pelvim aut mortarium calens. Habebis vitrum nigrum purificandis metallis aptiſſ. Si ♄ ni ℥ß. addatur, repurgabit ⊙ inſtar Reguli ♁ ii.

7. *Vitrum Antimonii Diaphoreticum.*

Vitrum ♁ii Diaphoreticum evadit, ſi pulveriſatum ſæpè maceratur, cum ✱ ſæpè fundatur. *Libav. lib. 2. Alch. tract. 1. c. 23.*

8. *Vitrum Regulinum.*

Calcina Regulum pulveriſatum, (continuò agitando, ne fundatur,) donec fumus ceſſet, hinc funde & effunde. Sic in vitrum evadet quàm elegantiſſimum.

N. *Si Com. Salem addideris, citrineſcit vitrum.*

*Hujus doſis major exhiberi poteſt quàm præcedentium.*

9. *Vitrum Antimonii Solare, ⊙ tranſparens.*

℞. ⊙ puriſſ. ℥ß. ♁ Ungar. ℥ VIII. Funde ad △, ac effunde (cavendo ne in Regulum abeat,) mixturam pulveriſatam calcina per ſe, (ut calcinatur ♁ in præparat. vitri,) donec non amplius fumiget. Deinde funde fortiſſ. △, effundeque in pelvim, ut abeat in vitrum tranſparens rubicundum.

N. *Invenies in fundo ✠ buli ⊙m dimidiâ parte diminutum. Hartm. in Croll. Reſſ. 3. c. 30.*

Ex hoc fit infuſio cum ▽, quam Tincturam vocant.

10. *Aliud ex Regulo.*

℞. ⊙ opt. ℥ß. Reguli ℥ VIII. Fundantur, pulveriſentur ac calcinentur ſine fuſione, donec fumus ceſſet. Dein liqueſcant △ fortiſſ. effundanturque ut vitreſcant.

N. *Huic calcinationi finitima eſt calcinatio Antimonii crudi, cum C. C. uſto. Nimirum levigantur ſimul optimè ♁ & C. C. uſtum, proportione amicâ. Hinc committuntur igni, ut calcinentur.*

Vires. *Sudores prolicit.*

*Doſis gr. à 3. ad 5. vel 6.*

Quoniam vitra ♁ii violentius utplurimum operationes ſuas perficere, adeoque corpus anxiè affligere ſolent, diverſæ inſtitutæ ſunt correctiones, quibus violentia ea aliquo modo infringi mitigarique queat; ideoque.

2. *Corrigitur vitrum Antimonij. Correct. 1.*

℞. Vitrum antimonii teratur ſubtiliter, aliquotieſque affundatur ✱ atque iterum exiccetur. Hinc fit Electuarium Antimoniale, ſeu Pilulæ Antimoniales Crollii. *Vide lib. 2.*

*Correct. 2.*

℞. Vitrum ♁, digeratur aliquamdiu in ⌒ Sal. Com. extractioni decantatæ, affunde ▽ commun. ac reſidebit ♁ ſine violentia vomitum ac ſeceſſum ciens.

*Doſis gr. 2. 3. ad 6. Clariſſ. Dn. D. Petrus de Spina.*

*Correct. 3.*

℞. Vitrum ♁, q. v. ſolve in ♂ Tart. per deliq. ſolutioni inſtilla ⌒ ⊕i, ac concreſcent illico Cryſtalli exiccandi.

*Doſis gr. 3. 4.*

*Correct. 4.*

*Vitrum ♁ purgans.*

℞. Vitri ♁ pulv. ℥ j. ⌒ vel ♂ ⊕i (vel Sulphur. per campan.) ℥ j. Miſc. exactè ac exicca lento △. Repetatur id ſepties vel ultra, ſemper ⌒ ⊕i ℥ j. admiſcendo.

N. 1. *Præſtantior fit hic pulvis, ſi in extracto Maſtich. (ex Maſtich. & ▽) per ♂ 3. maceratur, ac ▽ poſtmodum deſuper accendatur, penituſque exhalet. Pulvis reſiduus l. △ cinerum in patella vitrea (horis 12.) exiccetur.*

Vires. *Purgat per inferiora.*

*Doſis à gr. 3. ad 5.*

N. 2. *Si pulveris hujus ʒ iij. vel pulveris prioris non macerati ʒ ij. in Electuario Antimonij Crolliano vitro ibidem ſubſtituantur, præſtantius id ipſum evadet.*

N. 3. *Fiunt & inde Pilulæ Antimoniales ad febres. Hartmann. vid. libr. 2.*

*Correct. 5.*

5. Fit per ſeparationem Sulphuris ⊖⊖alis. *Vide in infuſione ▽ bened. Brendelii.*

*Correct. 6.*

*Correct. 6.*

*∽ ⊕-i purgans.*

℞. Vitrum ♁ pulv. q. v. affunde ∽m ⊕-i non rectific. ad eminent. duorum digitorum. Digerantur aliquamdiu calore leni, ſic fit extractio nigropunicea.

Vires. *Purgat. per inferiora.*

*Doſis gutt.* 6. 7. 8. 9. 10.

*Hartman. in Croll.*

N. 1. *Eodem modo corrigi poteſt per ∽m Sulph. vel ✠ proprium.*

N. 2. *Ex Tinctura illa nigropunicea (ſcilicet per ∽um ⊕-li extractâ) paratur Tart. album ⊕-latum purgans, quippe virtute ♁ali impragnatum, affundendo ei duplum olei Sulph. coagulumque ſiccando.*

HOFMAN. 1. *Vitra Antimonii. 1. Vitrum antimonii Hyacynthinum.*) Exacta eſt hæc *Domini Autoris* præparatio, juxtà cujus modum ego etiam non ſemel vitrum antimonii hyacinthi inſtar elaboravi, ſequentia tamen unà obſervanda ſunt. *Primò*, Antimonium poſt peractam calcinationem diutius non aſſervandum, eò quod ab aëre attracto immutetur, ſed ſtatim crucibulo immiſſum igni furioſo tradendum eſt, ſic quadrantis horæ ſpatio perſpicuitatem (quam ſubinde bacillo ferreo inſerto explorabis) nanciſcetur, quâ apparente ſtatim effundendum eſt. *Secundò*, Antimonium martem avidè devorat, dum itaque Antimonium liquatum eſt in igne, quantum poſſibile breviſſimâ morâ ferreis tractetur inſtrumentis. Quod ſi etiam illud in ferreo calcinares vaſe, non vitrum, ſed ſcorias & regulum efficeres. Item ſi in Acet. diſt. ex ſcoriis ferri parato funditur, undiquè eum terebrat, & in ſcorias convertitur vitrum. *Tertiò*, Sulphur crudum antimonium egregiè purificat, ſi igitur ejus vitrum ad perſpicuitatem reduci nequeat, injiciatur illi in crucibulo, dum fluit, fruſtulatim aliquid crudi Sulphuris citrini, quod antimonii vitrum reddet perſpicuum. *Cl. Zwelferi in animadverſ. ad Pharmacop. Auguſt. p.* 459.

N. *Ex hâc calce fit diaphoreticum Laudabile.*) Hæc calx vel per ſe ulterius in Crucib. igniatur, ut ex albeſcente colore fiat pulvis ad flavedinem inclinans, vel in proportione anaticâ C C. uſtum addi poteſt, hinc committuntur igni, ut calcinentur. Hæc juxtà vim ſuam diaphoreticam habet etiam ſtypticam, unde ingreditur Dn. D. *Johann. Michaelis* p. m. pulverem Dyſentericum.

N. 1. Vitrum ſi adhuc opacum fuerit, reiteranda eſt calcinatio & fuſio, donec pellucidum ac hyacinthinum acquirat colorem.

N. 2. Si Sal. comm. vel Borrax calcinationem maturandi gratiâ addatur, non purum fit neque ita pellucidum ac hyacinthinum, ſed citrinum.

N. 3. Sereno cœlo inſtituenda eſt vitrificatio, id quod & in Regulo fundendo eſt obſervandum.

N. 4. In vitrificatione, quâ antimonium in Crucib. liquatum ferreis baculis extrahitur, & contuſum denuò liquatur. Vitrum antimonii opacum fit & rubicundo-purpureum nanciſcitur colorem ob admixtas ferri ſcorias.

*Rectius tamen ſpiritu Sulphuris, Vitrioli vel proprio aceto aliquoties cohobatum, ut albicans evadat, exhibetur &c.*) Verùm cum dictis ſpiritibus correctum ſuam non deponit vim emeticam, quocunque modo tentes. Cave igitur, ne in ſubſtantia exhibeas. Calcinatione & Nitro vitrum ♁ nii optimè figitur, ſed tunc evadit diaphoreticum.

2. *Vitrum ex Minerâ.*) Ex Minera ♁ nii, ſi pura ſit, etiam vitrum ♁ nii cum ana Nitr. calcinando præparari poteſt, ſed opacum fit, non pellucidum & hyacinthinum.

N. 1. Vitrum ♁ nii flavum fit ex Regulo.

N. 2. Sulphur citrinum vitrum ♁ nii ad rubedinem perducit, ut etiam ſuprà ex *Cl. Zwelfero* notavimus. Nonnulli etiam fundunt cum auripigmento, ſed ob deleteriam ejus qualitatem ab hoc abſtinendum eſt.

*Vires.*) Dnus Autor ſtatuit reſiſtere venenis: *Et D. D. Johann. Michael.* p. m. etiam in Peſte, ſed ſtatim in principio feliciſſimo cum ſucceſſu ſe exhibuiſſe dixit oxymel vomitivum, ut qui hoc medicamine uſi eſſent, à bubonibus poſtea liberati fuerint. Verùm maximâ cautelâ ac circumſpectione hîc opus eſt & videndum, ne dum hâc ratione hoſtem peregrinum excutere tentamus, in aliâ januâ apertâ ultrò admittamus, inquilinum hoſpitem exterminantes. Ejuſmodi vomitiva ſi quid proficui interdum præſtiterint, id totum per accidens fuit, quatenus ſcilicet ad ſtimulationem unius alterum pronum ac vicinum vitioſum unà exturbatur. Intereà omnia draſtica ac colliquativa exiſtunt, ſive flava, ſive rubra, ſeu alba aut nigra extiterint, cuncta turbulenta exiſtunt.

6. *Vitrum ♁ nii nigrum extemporaneum S. Cleſſ.*) Hoc metallurgiæ inſervit, ad purificanda metalla aptiſſimum. Si ♄ turni ℥ß. addatur, purgabit ☉ inſtar Reguli antimonii.

7. *Vitrum antimonii diaphoreticum.*) Præſtat loco Acet. diſt. ſubſtituere ſpiritum Vir. æt., inde tincturam elicere & cum ſp. vini circulare Acet. diſt enim admodum eſt debile.

8. *Vitrum Regulinum.*) Ex Regulo tanquam puriſſimâ antimonii parte confici etiam poteſt vitrum antimonii, prout & ex ☿ rio vitæ ſolâ in Crucib. fuſione fit album △ne fortiſſimo multò communi mitius & elegantius.

9. *Vitrum antimonii ☉ lare, ☉ tranſparens.*) Rec. ☉ puriſſ. ℥ß. antimonii Ungaric. ℥ viij. liquefiant ſimul in Crucib., uſque dum ☉ ab antimonio abſorptum ſit. Hinc ſtatim antimonium effundatur, ne ☉ abeat in Regulum. Redige poſteà in pulverem ſubtilem ☉larem hoc antimonium, & tribus vicibus (ut ſuprà) probè calcinetur, donec non amplius concreſcat nec fumum eructet. Deindè immitte protinus in Crucib., funde △ne fortiſſimo, ſi liquatum fuerit, injice particulam unam vel alteram Sulphuris, quò citius purificetur, & pellucidum fiat, rudiculâ ferreâ explorando. Poſteà effunde in pelvim cupream, & ſic vitrum rubicundiſſimum inſtar Rubini evadet. Ex hoc Tinctura ☉laris antimonii conficitur, de quâ infrà pluribus. Ex Regulo etiam eodem parari poteſt modo.

N. *Huic calcinationi finitima eſt calcinatio antimonii crudi cum C C uſto.*) Hoc *D. D. Hartmannus* in frequentiſſimo habuit uſu, modumque ſibi ſingularem ac ſecretum reſervavit, quia ☉ addidit. Fœliciter autem Eo uſus fuit in dyſenteriâ præprimis epidemicâ admixtis aliis dyſentericis, Et vocavit hoc antimonium ☉lare cum fructibus calvariæ. Unde & primarium eſt ingrediens Pulveris Dyſenterici *D. D. Johann. Michaelis* p. m. quem ſuprà Lib. 2. *Cap. De Pulveribus communicavimus.*

*Cum Vitra antimonii violentius ut plurimum operationes exſerere, & corpus anxiè affligere ſoleant, diverſæ inſtitutæ ſunt correctiones, quibus violentia illa aliquo modo infringi & mitigari queat: idcoque* 1. *Corrigitur vitrum ♁ nii Correct.* 1.) Cum juxtà Th. Paracelſum ♁ nium ſit mera ♄ turni Marcaſita, in ſe Sulphur habens arſenicale, omnis venenatæ qualitatis non eſt expers. Habet enim in ſe ſal quoddam ſubtile acidum; quod conſiſtit in venenoſo nullius ferè molis halitu ac fuligine, ut conſtat ex ejus vitro, quod venenum halituoſum ſi aut △nis flammâ aut nitro accenſo ab ♁ nio evacuatur, tunc minera ſeu ſubjectum ejus ſalſum rurſus ſaturatur dictis ſalis acidi ſpiritibus, qui tamen cum ſint ex flammâ & nitro, non ſunt ♁ nio propria, interim tamen eandem exercent violentiam. Hanc Dnus Autor corrigere præſumit Acet. diſt. ſpiritu Sal. com. ſpiritu Vitrioli, ol. Tartari &c. Optimum tamen ejus corrigens nitrum manet.

*Correct.* 3. *Rec. Vitrum antimonii q. v. ſolve in ol. Tartari per deliq.*) Hoc Medicamentum aliàs dicitur tartarus vitriolatus antimonialis. Cui arridet hanc invertere elaborationem, poteſt vitrum antimonii cum ſp. vitrioli ſolvere & cum ol. tartari poſtmodum ⊽tare. Commodè ut etiam ſequentia trahi poſſunt. Rec. vitri antimonii ſuprà edocti ℥ iij. Nitri cryſtall. ℥ß. Miſce & pulveriſata detona in Crucib., poſtmodum effunde materiam, pulveriſa, & cum ▽â tepidiſſimâ edulcora, & quidem ſtatim, ne diu aquæ immerſa materia edulcoranda maneat, ſed quamprimum fundum petierit pulvis, aqua ab eo decantanda ac pulvis inpalpabilis ſiccandus eſt, qui fundum petit, ſeparandus eſt, ne pulveri inpalpabili permixtus maneat. Hoc vitrum antimonii correctum ſecuriſſimum eſt Emeticum, ita ut infantibus etiam convenienti doſi in infuſo tutò exhiberi poſſit. Doſis pro infantibus in infuſione à gr. v. ad ℈ß. in vini ℥ jß. in Adultis à ℈ſ. ad ℈ jſ. in vini calidi ℥ iij. infuſ. per noctem, pro grato ſapore ▽ Cinamomi aliquid cum Syrup. Ceraſ. n. addi poteſt.

N. Ex modò allato vitro antimonii correcto ſequens Tartarus Vitriolatus vomitivus etiam præparari poteſt; Rec. vitri antimonii ſuprà correcti, ℥ ij. Nitr. el. ℥ß. Mixta in Crucib. detonentur, & materia calcinata flava ſubtiliter pulveriſetur, cui adde ſalis Tartari puriſſimi ℥ ij. ▽ſ. ℔ jß. coq. in vaſe terreo vitrato ad ſiccitatem; hæc maſſa ſicca ſolvatur denuo cum aquâ ſ. q. ſ. ſolutum filtretur, & clarum reddatur, ac à pulvere ſeparetur, quod denuò ad priſtinam ſiccitatem Salis tartari evapora; Huic ſali tartari emetico inſtilla guttatim ſp. vitrioli ſ. q. uſque dum nulla amplius efferveſcentia percipiatur, maſſa exſiccata uſui aſſervetur. Doſis eſt ℈ j. ad ʒſ.

*Correct.* 4 *vitrum ♁ nii purgans.*) Omnes hæ correctiones cum ſp. vitrioli factæ voto non reſpondent, dum vitrum antimonii inde manet ſemper emeticum, quocunque modo cum ſp. vitrioli corrigatur: ſed Nitrum ejuſque ſpiritus optimum manet corrigens.

N. 2. *Ex Tincturâ illâ nigro-puniceâ (ſcilicet per ſp. vitrioli extracta) paratur Tartari alb. Vitriolat. &c.*) Verum melius pro-

cedit cum vitro antimonii beneficio nitri correcto & poſtmodum cum Sal. tartari imprægnato & cum ſp. vitrioli præcipitato, quemadmodum ſupra deſcripſimus.

## ¶ II. *Croci Metallorum.*

### 1. *Crocus Metallorum vulgaris.*

℞. ♁ii Electi, Sal. nitr. puri an. ſigillatim trita atque exactè mixta inflammentur in ✠, vel mortario æneo, remanebit materia ob colorem hepati haud diſſimilem, hepar ♁ii dicta. Hæc edulcorata ▽ calidâ, dicitur Crocus Metallorum.

N. 1. *Si ▽æ, in qua hepar ♁ij edulcoratum, acetum inſtillaris, præcipitem dabis Crocum ſubtiliorem, ſeu ut aliis placet, Sulph. auratum.*

N. 2. *Inflammatio (quam & detonationem vocant) fieri commodius poterit, ſi materiam paulatim ac per vices injeceris primâque vice vel carbone vivo, vel ferro ignito materiam incenderis.*

N. 3. *Ex ▽, edulcorationibus illis imprægnata ſi aliquantulum evaporaverit, Cryſtallos Sal. nitr. vel lapidem Prunellæ ♁ialem colligere potes, cujus uſus idem qui lapidis Prunellæ dicti: Exhibet itidem inſigne cauſticum.*

N. 4. *Sunt qui Sal. nitr. Tart. ac ♁ incluſa, crucibulo comburunt, relicto ſolo foramine, combuſta conjiciunt in ▽ calidam, ut imprægnetur. Hinc decantant atque inſperſo ✠ præcipitant. Sic Crocum Metallorum nanciſcuntur ſubtilem magis fixum, quem ulterius in ▽ macerant.*

### 2. *Crocus Metallorum Rulandi.*

Crocus Metallorum Rulandi quiſnam ſit & quomodo conficiatur, variè agitatur. 1. Quercetanus ferè in opinione eſt, Crocum illum Rulandi non eſſe diverſum à Croco Metallorum vulgari: Hartmannus ab hoc non niſi levi diſcrimine diſtat, quod in præparatione ſitum eſt: nempe Sal. nit. fluenti & ab △ remoto, ſine inflammatione admiſcet ♁ ſpatulâ ferreâ continuò agitando, donec omnia probè ſint mixta, quæ tandem accendit.

N. *Si qua inflammatio acciderit, ſubſiſte, juſtam Sal. nit. refrigerationem expectans.*

2. *Tenzelius in ſua Exegeſi ex Libavio hunc præfert, quem & Mylius in Baſilica Chymic. pro ſincero habet.*

℞. ♁ij. Sal. com. Sal. nit. ā.

Minutiſſimè ſeorſim trita indantur catino, luto probè munito, (foramine tamen parvulo, in media ſummitate, ſpirituum arſenicalium exhalandorum gratiâ, relicto: inque furnum anemium collocentur, △e follium, ſi libet, adhibito, donec omnia ſufficienter fluant, tamdiu continuando, quamdiu fumus per foramen prorumpere non deſinit. Quando vero deſierit, △m probè ad ¼ horæ adauge, dein exime ubi ♁ forma vitri cinnaberini in fundo à ſalibus ſupereminentibus inſtar Reguli à ſcoriis ſequeſtratum ſeſe, malleo facilè detruncandum atque terendum dabit. *Vid. Hartmann. diſp. Chymiatrico Medicæ.*

N. *Ejuſdem cum ſuperiori eſt uſus, niſi quod deorſim colluviem vitioſorum humorum deturbare potiſſimum ſolet.*

3. *Brendelius* Vitrum Antimonii pro Croco Metallorum Rulandi venditat.

4. Alii Regulum, quippe qui nonnunquam, vel ſponte ſuâ in præparatione vitri ♁ in globulos parvos abit. Sit ut ſit: quodlibet horum haud citra magnam utilitatem in uſum Medicum vocari aptum eſt.

Vires. *Utriuſque Croci idem eſſe poterit uſus. Nimirum in doloribus capitis ab impuritate ventriculi, (quà non raro concitantur,) Epilepſia, Pleuritide, Melancholia Hypochondriaca, Febribus tum continuis, (ac præcipuè Ungarica dicta,) tum intermittentibus. In peſte, præſervatione ab Arthritide, coagulatione ſanguinis, &c. In quibus omnibus cum convenienti ▽a exhibitus purgat per vomitum, ac nonnunquam per ſeceſſum.*

*Uſus præterea ejus inſignis eſt in Clyſteribus. Nimirum ʒß. vel ʒj. ebullire ſinitur, in aqua convenienti vel vino: Colatura admiſcetur brodio vel decocto ſimplicium mollientium, optimumque Medicamentum in colica exhibet.*

*Doſis interna eſt à g. 3. ad ℈ß. Ego vix 6. gr. tranſcendo.*

### *Crocus ♁ii Regulatus.*

Fluat regulus ♁ii cum pari pondere Sal. nit. fuſaque materia remotis ſcoriis in lateribus eluatur à nitroſa ſalſedine, poſtea exiccetur, & cum affuſione ▽ aliquoties humectetur & decantetur. Ex commun. Greg. Horſtii.

Vires. *Longè minus per vomitum, magis vero per alvum movet ad g.x. cum Zibebis laxat. tribus exhibetur, vel cum diagrid. correcto per fumum Sulphur. & ☿o dulci.*

HOFMAN. 2. *Croci Metallorum.* 1. *Crocus Metallorum vulgaris.*) *Dnus Autor* cum *Joh. P. Fabro* antimonii & nitri anaticas partes, *Crollius* verò unam nitri & duas antimonii partes accipiunt, quâ ratione illorum magis correctus, & propterea vomitus leniter provocat. *Crollii v.* minus correctus ob minorem nitri quantitatem, atque hinc majori cum violentiâ ac frequentiâ ſuam præſtat operationem. Deinde diſtinguendum h. l. eſt inter hunc *Rulandi, Quercetani &c.* Crocum Metallorum, & inter illum, quem commendant *Th. Paracelſus, Helmontius, P. Poterius* & alii. Ille enim convenit cum Crollii & Fabri Croco; Hic verò roborat tantum viſcera & Archéum potenter reſtaurat, fermentorum exoticorum peregrinas qualitates & anomalias emendando, ſic annotante *P. Poterio in Centur. Curation.* Quomodo autem hic *Th. Paracelſi, Helmontii, Poterii &c.* Crocus conficiatur, ex ipſis reſtius hariolari, quàm perſpicere licebit, dum formulam præparandi ænigmaticam planè ac proinde numeris Platonicis obſcuriorem tradidit; quamvis hoc tandem exinde poſſimus excerpere, quod hic Metallorum Crocus ex primo Metallorum Ente, ſeu ſemine parandus veniat, partim ex *P. Poterio* factâ conjecturâ animadvertimus, quod cum remediis illis Nobilioribus ac pretioſis quorum ipſe ſe inventorem deprædicat, nempe cum ſaccharo metallino ac metallorum ſulphure Paracelſi Crocum eandem ferme efficaciam ſuſtinere iſte adſeruerit.

*Sulphur auratum.*) Qui hunc Crocum Metallorum Loco Sulphuris aurati adhibent, valdè errant. De quo infrà pluribus.

*Cryſtallos nitri vel Lapidem prunellæ.*) Dicitur etiam nitrum antimoniatum, anodynum minerale; aliàs in clyſteribus etiam ſtimuli loco non infrequenter additur. De reliquis virtutibus infrà de Nitro.

*Relicto ſolo foramine.*) Nonnulli Nitr. & Antim. ſimul comburunt in ollâ ſupernè perforatâ, ut fuligines queant exhalare, ita tamen ut nitrum non ad fluorem veniat. Atque hoc modo Sulphur auratum antimonii verum conficitur.

N. Sequentes deſcriptiones Croci Metallorum *Rulandi, Tenzelii, Brendelii* cùm nihil præ reliquis ſingularis obtineant, & parum à *Crollii & Quercetani* diſcriminis intercedat, prætermittimus & ad Ejus accedimus

*Vires.*) Crocus Metallorum vix commodè in ſubſtantiâ adhibetur, ſæpius autem in infuſo, unde & Aqua vomitoria *Rulandi* ex ejus Croco Metallorum conficitur. Præſtat tamen loco hujus infuſi Oxymel vomitivum ſuprà laudatum adhibere. In Cephalalgia per conſenſum ſcil. ex hypochondriis, item in Epilepſiâ, Melancholia, Maniâ per conſenſum, ſeu ignotam actionem teguminis ex ventriculo, aliiſque infimi ventris locis; Item in apoplectico inſultu, niſi jamdum vomitus ſymptomaticus adſit, & ventriculi orificium ob cerebri conſenſum aliàs jam ſatis ſit irritatum, tunc non convenit. Nonnulli etiam in Pleuritide commendant, ſed Ego non ſuaſerim, licet in principio fuerit, ob majorem

jorem vitioſæ materiæ ad locum affectum motum. Quidam in febrium principio adhibent, antequam fermentum febrile ſeſe penitius inſinuet, v. g. in Febribus Ungaricis, quæ citiſſimè per vomitus curari volunt, cum in caſtris ex mala diætâ ut plurimum ſuam trahant originem. Sed Medicus ſtatim in principio exhibeat, neceſſe eſt.

*Ujus præterea Ejus inſignis eſt in Clyſteribus.*) Qui pulverem Croci Metallorum decoctis admiſcere veretur, infuſum ſumat cum vino paratum, quod à partibus ſuperioribus & diſſitis egregiè revellit, unde convenientiſſimus ejus uſus eſt in apoplexiâ, melancholiâ hypochondriacâ, colicâ, ac contumaciſſimâ alvi obſtructione. Externè etiam croci metallorum infuſum in ophthalmia aliiſque oculorum porrigitur affectibus Verum vitro antimonii plus energiæ in affectibus externis attribuitur.

## ¶ *III. DIAPHORETICA.*

### 1. ♁ *Diaphoreticum vulgare.*

℞. ♁ii opt. Sal. nit. pur. ā. Exactè mixta calcinentur detonatione [ ut in Croco Metallorum vulg. dictum, ] terna, ſeu donec amplius detonationem recuſet, (poſt ſingulas detonationes materiam edulcorare oportet, edulcoratumque & exiccatum denuò cum Sal. nit. ana miſcere.) Tandem ♁ium diaphoreticum candidiſſimum exicca pro uſu.

N. ▽ *illa edulcoratoria ſi evaporet, reddit Lapid. Prunellæ ♁ialem, de quo in Sal. nit.*

*Modus compendioſior.*

℞. 1. ♁ crud. Sal. nit. puri an. Immitte in ✠ cui aliud ✠ inverſum in fundo perforatum imponatur, luto inferiori ✠o annexum: ignem da circularem, quo materia accenſa paulatim calcinetur, fumumque per foramen expiret; ignem per horam continua, quâ præterlapsâ, materiam pulveriſatam ▽ calidâ edulcora.

2. R. Materiæ hujus edulcoratæ part. ij. Sal. nit. puri p. 1. vel ana. impone crucibulis, ut in priori operatione.

N. *Sic ♁ diaphoreticum præparavi aliquoties ſine ulla moleſtia ſudorem movens.*

Alii Sal. non abluunt, ſed maſſam tritam cum pondere æquali Sal. nit. ut ante miſcent: Alii addunt Tart. vel Sulph. ⁞. miſcent.

Baſilius circulat inſuper hoc ♁ diaphoret. cum V̄, quem dein deſuper incendit, &c. dein reverberat atque pulverem reſtitantem per deliq. reſolvit.

Vires. ♁ *hoc diaphoreticum reſiſtit corruptioni, mundificat ſanguinem, conducit adverſus omnes obſtructiones licet inveteratas, Hepatis, Lienis, Meſenterii, aliarumque partium internarum: adverſus retentionem menſium, cachexiam virginum, ſuffoc. hyſter. Hydropem, Melanchol. hypochondriacam, Luem ♀, ulceratam interna, quàm externa, Scabiem: præſertim confert & in febribus malignis, Exanthematibus & variolis, rumpit interna apoſtemata, verum non ſubitò, ſed paulatim operationes ſuas exerit.*

*Doſis à gr.* 10. *ad* 25.

### 2. *Flores ♁ii fixi, ſeu diaphoreticum.*

Fit ſi ♁ Diaphoreticum præcedens in ▽ horis aliquot coquatur, decoctumque filtretur ſi præcipitabitur nempe pulvis ſubtiliſſimus ad fundum (*maximè ſi ✻ inſperſeris) virtute priorem ſuperans.

N. *Hic pulvis Baſilio Valentino in curru ſuo triumph. dicitur Flores ♁ij fixi ſeu pulvis albus ♁ij quem commendat ad interiora apoſtemata, ut & in Lue venerea, in qua cum ſpiritu Guajaci exhiberi poterit.*

*Præterea in iiſdem affectibus quibus convenit præcedens diaphoreticum, pulvis hic majori cum utilitate exhiberi aptus eſt.*

*Doſis gr.* 15. *quam doſin vel quinquies Valentinus ſingulis diebus exhibet.*

### 3. ♁ *Diaphoreticum Tartariſatum, Flores ♁ij Tartariſati, F. F.*

℞. ♁ Diaphoret. vulgare. Sal. Tart. ℥iij. M fluant in tigillo hor. 4. dein tere ac diſſolve pe deliq.

Hinc

℞. Olei hujus ℥ij. ſpir. ⊕-i. ℥j. inſtilla guttatim & præcipitabitur pulvis, quem ſicca & ſerva.

*Doſis à gr.* 5. *ad* 10.

HOFMAN. 3. *Diaphoretica.* 1. *Antimonium diaphoreticum vulgare.*) Hujus præparationes inſigniter diverſæ ſunt: *Dominus Autor* recipit antimonii & nitri ana, miſcet & detonatione ternâ calcinat, ſemper cum novi nitri additione. Vel quoad Modum compendioſiorem accipit ♁nii crudi & Nitr. ana. Immittit in Crucib. cui aliud Crucib. inverſum in fundo perforatum imponit, luto inferiori Crucibulo annexum. Ignem dat circularem, quo materia accenſa ſenſim calcinetur, fumumque per foramen expiret: △nem per hor. continuat, quâ elapsâ materiam pulveriſatam ▽â calidâ edulcorat. Hujus edulcoratæ materiæ ſumit part. ij. nitri recentis puri part. j. vel ana imponit Crucib. ut in priori operatione. Alii Nitr. non abluunt, ſed maſſam tritam cum ana recent. nitri ut anteà miſcent, Nonnulli ſp. vini deſuper incendunt. *Cl. Zwelferus* Rec. antimonii crudi ℔ j. Nitri puri ℔ ſ. Tartari albi ℥ iij. hæc mixta & pulveriſata detonat, paulatim & per vices, mixturam prunis ardentibus Crucib. injectis inſpergendo: hanc detonationem ter reiterat, additâ ſemper relicto antimonio eâdem quantitate recentis nitri & tartari: tandem ▽â f. edulcorat. Edulcoratum & exſiccatum pulverem Crucib. immiſſum, duabus vel tribus horis igni committit, ad majorem fixitatem & vim adſtrictivam ipſi conciliandam. Additionem tartari non cenſet inutilem, eò quod ejus Sal non parùm faciat ad exactionem antimonii reſolutionem. In edulcoratione partes craſſiores, quæ fundum citò petunt, relinquere præcipit in reſiduo & abjicit, ſolo reſervato pulviſculo, qui leviter commotus ▽æ innatat. Filtrationem perperàm inſtitui dicit, quia verum ♁nium diaphoreticum per chartam non tranſit, unde nec illud, quod per chartam tranſmittitur, & uti alia Magiſteria præcipitari poteſt, pro vero diaphoretico, ſed pro calce duntaxat vires ♁nii diaphoretici non adæquante habendum eſſe cenſet. Sed in his *Dominus Lucas Schræckius* l. c. ſeſe etiam Antagoniſtam præbens ſequentibus ratiociniis hæc oppugnatum venit in Mantiſſ. Hermetic. p. 539. Nam primò utiliſſimum fore monet, ſi Spiritus Nitr. & Tartari per hanc detonationem non in auras abiret, ſed mixtura retortæ tabulatæ ſenſim inferretur, adaptato recipiente convenienti, & poſtmodum reſiduum pro ♁nio diaphoretico præpararetur. *Verum* quis oleum & operam perdere vellet in elaborando clyſſo ex tam exigui ponderis ♁nii ℔j. Nitr. ℔ſ. & tartari alb. ℥ iij. *Si* quis tamen aliàs ex reſiduo hujus clyſſi notabilis ponderis ingredientium ♁nium diaphoreticum conficere voluerit, ei integrum erit. *Deinde*, inconcinnum aſſerit *Dominus Schræckius* prunis ardentibus crucibulo injectis mixturam illam inſpergere, cum potius crucibulo prunis ardentibus impoſito inſpergenda ac detonanda ſit. Verùm ſi benè laboraveris, uterque modus ſuccedit. licet alter ille Domini Schrœckii mihi etiam arrideat & in uſu ſit, *Tertiò*, edulcorationem illam materiæ à calcinatione reſiduæ Schrœckius quidem non improbat, ſed hoc tantum animadvertit, quod unà cum ablutis illis ſalibus non exigua ♁nii diaphoretici utili pars auferatur, quam, dum cuinam uſui inſervire debeat, non exprimit, vel abjicit planè, vel ſaltem ſuo ♁nio diaphoretico non conjungit. Verùm nullum eſt dubium Nobiliſſ. *Zwelferum* Nitr. ♁niatum non abjeciſſe, ſed vel pro ſingulari uſu reſervaſſe, vel pro neceſſitatis ratione ♁nio diaphoretico denuò immiſcuiſſe. *Quartò*, vim adſtrictivam, quam *Cl. Zwelferus* ♁nio diaphoretico tribuit, perſtringit, eò quod, inquiens, in diaphoretico hoc Medicamento vis adſtrictiva non deſideretur, ſed contraria potius eidem Reſolutiva. Unde ad ſudorem pellendum adhibetur. Ad obſtructiones, licet inveteratas, hepatis, Lienis, Meſenterii, aliarumque partium internarum &c. *Cl. Noſter Schræderus* commendat; atque in variis morbis illud reſerare obſtructiones *Kolfinckius* teſtatur. Verùm Arti Medicæ nullum infert abſurdum unum idemque medicamentum pro certo reſpectu adſtringere & ſimul etiam aperire, adſtringere & ſimul etiam ſudorem

pellere

pellere, equiſetum adſtringit, fructus acaciæ adſtringunt, fragaria adſtringit, & tamen calculum etiam expellunt; Vincapervinca adſtringit, & ſimul etiam Menſes movet. Radices tormentillæ, biſtortæ, adſtrictivæ ſunt, & tamen etiam diaphoreticæ; Bolus Armena, Terra ſigillata, C C. uſt. calx ♁ nii diaphoretica tum ſ. tum cum CC. uſto cujus *Dominus Autor* mentionem injicit, adſtrictiva ſunt & tamen etiam diaphoretica, ut non ſolum in Peſte, dyſenteriâ malignâ, ſed & variolis & aliis febribus malignis adhibeantur. Noſtrum ♁ nium diaphoreticum ſi examinemus, etiam adſtringentis facultatis experiemur, quam cum ipſi ♁ nio tum etiam nitro, quod in ♁ nio abundè figitur, uti ponderis auctio edocet, vel maximè debet. In dyſenteriæ epidemiæ initio utrique ſexui omniſque ætati ♁ nium diaphoreticum propinatum in cibo & potu ſub ſpecie Magiſterii cordialis Medentem non deſeret unquam. Præterea in febribus malignis, variolis, morbillis, imò ipſâ in Peſte etiam à ʒß. ad ʒj. oblatum miræ eſt efficaciæ. Sed unde hæc vis diaphoretica juxtà vim ſuam adſtrictivam emergit? *Cl. Simon Pauli in ſuo Quadrip. Botanic. Claſſ. Tert. p. m. 215.* ζέσιν ſanguinis aut ebullitionem ſiſtere aſſerit, non ut ſudores moveant, adhiberi. Quemadmodum enim longè ſatius eſt in ſcintillam expuere, ne exardeſcat, nec mox ingenti flammâ integras depaſcat ædes, ſic conſultiſſimum frigidis ac ſiccis, quibus annumerantur jam recenſita, prohibere ſive ſanguinis incendium, ſive id inſequentem ζέσιν, quæ ſi modum excedit, ita ut turbata omnimodè ſanguinis circulatione, ſanguinis διάθεσις corrumpatur, nec is redire ampliùs ad naturalem habitum poſſit, ac corruptionem illam inſequatur contagium, quàm plurimos è medio tollens, peſtis ea audit, cujus fomitem, ſeminarium aut contagium denique non niſi ſive alexiteriis, ſive alexipharmacis & ſudoriferis foras ex corpore eliminabis. Sed hæc ratio nondum ſatisfacit, nam ſi hæc valeret, non tuta foret curatio, dum cauſa iſtius incendii ſeu ebullitionis hac ratione non tolletur, & opiata idem effectum præſtare valentius poſſent; Imò unde ſudoris eruptio conſueta poſt enumeratorum medicamentorum diaphoreticorum frigidorum & ſiccorum uſum? Quapropter ſtatuo, ♁ nium diaphoreticum, prout & reliqua loco inductionis allata non equidem ex illorum ſudoriferorum cenſu eſſe, quæ vim attenuandi & reſolvendi craſſos humores obtinent, ſed talia eſſe, quæ Naturæ æmula vi ſuâ figendi & præcipitandi à texturâ peculiari partium dependente fermenta morbifica vel ſalia volatilia Sulphurea figant, & præcipitant, unaque tonum partium roborant, quo facto vis archéi tumultuans ſedatur, & illud quod moleſtum eſt per ſudorem vel urinam ex lymphâ aut maſſâ ſanguineâ exterminat. vid. tr. meum de Method. Medend. p. 139. De Sudoriferis Cap. XI. *Quintò*, cum Tartaro addito detonationem fieri poſſe, *Dominus Schrœckius* quidem non diffitetur, neque Medicamentum inefficax inde profurgere ſtatuit: ſed eâdem carere nos facile poſſe, urget ratio, quia etiam cum ſolo nitro paratum non minus efficax exiſtit, & quia à Tartaro cineres aliqui ipſi commiſcentur. Verùm, quoad prius, experientia contradicit, quâ conſtat, illud cum tartaro juxta *Cl. Zwelferi* deſcriptionem paratum majorem vim adſtrictivam & fixitatem nanciſci, atque illud cum nitro ſolum elaboratum. Deindè cineres aliqui ſi qui commiſcentur à nitro deflagrante conſumuntur & Sulphure ♁ nii abſorbentur. Sextò, Craſſiores quidem partes ſeparare, & ſubtiliores tantum pro uſu adſervare *Dominus Schrœckius* non prohibet. Sed illas idcircò planè abjicere, haud eſſe conſultum arbitratur, cùm ille pulvis non effœtus ſit, ſed ſubſecuturæ alterum alicui ♁ nii diaphoretici præparationi reſervari, & tunc cum novo crudo ♁ nio iterum calcinari queat. Verum exiguum ex his oritur diſpendium, ſi partes craſſiores in edulcoratione fundum petentes purè ♁ niales ſint & non ſordibus ſcateant, per Nos licet, an reſerventur, an ſecus; ſi autem impuræ fuerint & ſordidæ, quivis ſanè abjiciet. Septimò, ſiniſtrum *Dominus Schrœckius* vocat *Nobiliſſ. Zwelferi* judicium, dum hic animadvertit, filtrationem in ♁ nii diaphoretici præparatione ab Auguſtanis præceptam perperam inſtitui. Cùm Auguſtani probè norint, quod ipſe pulvis ♁ nii, diaphoreticas quoque virtutes poſſidens, qui poſt maſſæ calcinatæ non exceſſivâ aquæ quantitate perfuſionem ſeparatur, per filtrum non tranſeat; cùm pulveres à ſalibus in quibus ſoluti fuerint, iterum ſeparati, tam ſubtiles non ſint, ut minimos chartæ bibulæ poros penetrare queant, Intereà nemo ſibi perſuadeat, dictum pulverem eſſe omnem ♁ nii diaphoretici ſubſtantiam. Neutiquam. Nam ſubtilior ejus pars in aquâ illâ decocta cum ſalibus unita remanet. Unde etiam per filtrum facili operâ tranſmittitur, liquore pellucido, ac ſi nullum corpus ſolidum in ipſo contineretur, apparente. Non ſecus ac in croco metallorum, ubi, dum materia calcinata in aquâ coquitur, pars ejus aliqua unà cum ſalibus ibidem ſolvitur, alia autem ſeparatur ac fundum facilè petit. Illi verò filtrato etiam, ubi acetum inſpergitur, ♁ nii ſoluta ſubſtantia, ſive Sulphur auratum ſic dictum ſe manifeſtans, copioſè fundum petit. Pariter in dictâ ab ♁ nio diaphoretico ſeparatâ & filtrata aquâ ſe res habet, quæ ibi repoſita tractu temporis pulverem aliquem albicantem & tenuem, in fundum præcipitatum exhibet, qui tantum abeſt, ut veri ♁ nii diaphoretici epitheto deſtitui queat, ut potius melior ejus pars exiſtat. Unde etiam aliquibus Anima ♁ nii diaphoretici vocari ſolet & in minori doſi taleis virtutes, quas craſſior ejus pars in filtratione primo remanens, majori mole ſpondet. Verùm ad hoc primò ſciendum eſt, Cl. *Zwelferi* cenſuram in Auguſtanos juſto adhuc ſtare talo, qui verà præcipiunt calcem detoctum per filtrum eſſe tranſmittendam & loco frigido relinquendum, ut id, quod ſubtilius, in ▽ ſolutum & tandem præcipitetur in pulverem albicantem & tenuem ſæpius abluendum & exiccandum; (clara ſunt verba) Si talis hæc vera ipſorum non eſſet mens, cur adderent, quod ſi Acet. deſtill. immittatur in idem detoctum filtratum, facilius & celerius pulvis iſte cadit majorum virtutum: Ubi differentiam faciunt inter pulverem illum, qui ſponte ſubſidit, (nec alterius mentionem faciunt, qui per filtrum non tranſit,) & eum ab Acet. deſtill. [illegible]tum. *Deinde*, quoad ſubtiliorem illam partem, quæ per filtrum tranſmittitur cum aquâ filtratâ & ſeparatâ, & poſtea Acet. deſtill. [illegible]catur, quam Animam, item Magiſterium antimonii vocat, notandum eſt, toto cœlo differre ab illo pulvere, qui filtrum non tranſit, alia enim eſt ejus partium textura & figura ▽æ poros implentium plus de Sulphure antimonii, quàm nitro participantium, alius eſt ejus effectus, dum in copiâ aſſumptus à ℈ß. ad j. vomitum ciet, imò in omni non reperitur aquâ antimonii diaphoretici ſeparatâ & filtratâ, in primis ſi ſulphur antimonii cum Nitr. juſtò deflagravit, parum vel nihil ejus acquires, præterea non calidâ, ſed frigidâ adhibitâ aquâ fontanâ. Adeoque hic à *Cl. Zwelfero* dicta nihil aliud eſt quàm [illegible] Sulphur antimonii quod nitri actiones fixativas ſubterfugit, & in poros aquæ ſeſe inſinuavit; ille autem pulvis, qui filtrum non tranſit, optimum eſt antimonium diaphoreticum, cujus virtus non tam à Sulphure antimonii, quàm nitro, quod abundè in antimonio figitur, ut ponderis incrementum edocet, dependet. *Octavò, Dominus Schrœckius* illud probat, quod *Zwelferus* de omni antimonio diaphoretico admonet tractu ſcil. temporis id aëri expoſitum pravam & quaſi malignam induere naturam, hincque varia prava ſymptomata procurare adſumptum, ad quod evitandum, ſingulis duobus vel tribus menſibus recenter illud conficere, aut veteratum cum vel ſine nitri particulâ denuò calcinare conſultum ducit, illud enim tam citò pravam induere naturam ſi debitè paratum fuerit, falſum dicit. Verùm hoc acquieſcimus, & omnino fateri cogimur, ſi antimonium diaphoreticum optimè paratum fuerit, ita ut multum de terra nitroſa participet, [illegible] abſque ulla noxa ægrotis propinari poſſe, ſecus autem ſi ſulphur antimonii in eo excedat, ut à Nitro non debitè calcinatum fuerit, tunc facilè tractu temporis aëri expoſitum pravam & malignam iterum induere poteſt naturam, quæ per via emeticam ut plurimum ſe exſerit, ad quod evitandum [illegible] debet.

*Materiam pulveriſatam ▽â calidâ edulcora.*) In hanc, ut dictum, ſi Acet. deſtill. infundatur, pulvis ſubtiliſſimus [illegible], magiſterium ♁ nii dictum, de quo ſuprà. Si verò hæc aqua [illegible] quatur, habebis Nitrum ♁ niatum.

N. Nonnulli Antimonium diaphoreticum non edulcorant, ſed fortius ſaltem igniunt, id quod non improbamus, cum [illegible] nium diaphoreticum expellat malignitatem, & Nitr. ſanguinis ſedet ebullitionem, alvumque ſervet apertam.

*Virt.*) Quod deobſtruendi etiam vim habeat, verum eſt, ſed hoc non per ſe facit, verùm aliis mixtum purgantibus. Certum enim eſt, Antimonium diaphoreticum aliis ſociatum purgantibus minorem illorum doſin majore compenſare virtute purgare abſque ullis ventris torminibus v. g. Si radic. gialapp. ℈ß. adjungas gr. iij. vel iv. antimonii diaphor. energia doſin æquabit ſcrupuli unius radicis gialappæ. Reſiſtit corruptioni, mundificat ſanguinem, conducit adverſus cachexiam virginum, quia menſes movet; Cl. Hartmannus hoc in caſu loco arcani in aquâ [illegible] compoſitâ adhibuit; Verùm melius eſt, ſi ſubſtituatur antimonium diaphoreticum Tartariſatum. Summo etiam cum effectu adhibetur in malo hypochondriaco. Medetur etiam Luï venereæ ob purificationem ſanguinis, ob quam cauſam etiam ſcabiei [illegible] detur, item tineæ, in quâ tutò ante balneum ſingulis [illegible] cum C C. mixtum præbetur, ut autem optatus emergat effectus, neceſſe eſt, per duas vel tres continuetur ſeptimanas. In Lue venereâ exhibetur cum decocto lignorum vel ſp. bacc. [illegible] ſudoris elicium. Ulcera etiam tam interna quàm externa [illegible]. Inde etiam in dyſenteriæ malignæ initio convenienter [illegible] cibo ac potu mixtum propinare ſoleo non ſine ſingulari [illegible]. Cum oculis [illegible] exficcat & purificat ſanguinem, per aliquot dies continuando. Confert etiam in peſte, variolis, morbillis, febribus cum CC. ſ. Δ in emulſionibus. Interna etiam [illegible] apoſtemata. Unguentis admixtum confert etiam in externis ulceribus.

N. 2. Ab Antimonio prædicto diaphoretico non [illegible] ferunt flores Antimonii fixi. Ubi notandum, illud, quod ab

Antimonio diaphoretico per filtrum trajicit, & poſtmodum
ſaturatur cum Acet. diſt. exiguæ molis & virtutis eſſe. Satius igi-
tur eſt Antimonio diaphoretico acquieſcere prædicto.

N. 2. Hujus Antimonii diaphoretici virtus non tam ab An-
timonio, quàm Nitro eſt, ut ſupra etiam monuimus, quod in
Antimonio abundè figitur, ſalvâ manente vi ſuâ refrigerante ac
anodynâ, paucis cognitâ, at ab *Helmontio* per encheiriſin demon-
ſtrata, dum Nitrum in terram inſipidam albiſſimam convertit
*in tr. de complexion. & miſtion. element. figment.* §. 24. *Et de Lithiaſ.*
Cap. 4. §. 17.

N. Ex eodem etiam fonte promanat *Antimonium fixum CL.
Tachenii in Hipp. Chemic.* p. 427. Sed à *Domini Autoris* floribus
antimonii fixis parum differunt. Coquit ſcil. antimonium, quod
cum tribus Nitr. partibus commiſtum, ac per vices accenſum &
calcinatum eſt in ▽â ſ. in illâ bullitione Nitr. à ſulphure anti-
monii in alkali combuſtum diſſolvit ſulphur antimonii jam
fixum (quemadmodum Nitr. Tartari bulliens ſolvit Sulphur
commune pro lacte) huic ſolutioni calidæ filtratæ inſpergit
Acet. diſt. (& ſenties ſulphuris odorem) quod ſtatim ab alkali
combibitur & ſulphur cadit in album, rarum, levem ac ſpongio-
ſum pulviſculum, hunc abluit. Hujus drachmam cum Acet. diſt.
ſaturatam in peſte exhibitam majoris eſſe valoris ſcribit, quàm
unciam non cocti & ſoluti. Verùm hujus cenſuram à me datam
vide in antecedentibus.

3. *Antimonium diaphoreticum Tartariſatum. Flores antimonii
Tartariſati F. F.*) Recip. Salis Tartari & antimonii diaphor. albi
fixi ana ℥iij miſce, indantur Crucibulo ponanturque in ignem pa-
tentem dum ſimul liquefacta fluant per horam dimidiam, mate-
ria refrigerata trita imponatur tabulæ marmoreæ in cellâ ſub-
terraneâ, reſolvetur in ol. flavum, ejus ℥j. inſtilla paulatim ſpirit.
Vitrioli ℥ß. eo planè modo, quo fit Tartarus *Vitriolatus*. Pulvis
exſiccetur, teratur ſubtiliſſimè. Hic juxtà vim ſuam diaphoreti-
cam habet etiam aperitivam & diureticam.

## ¶ *IV. REGULI.*

### 1. *Regulus Antimonii ſimplex.*

#### I.

℞. Sal. nit. ac Tart. ana, calcinentur ſeu fluant in
✢ vi ignis.

℞. Materiæ hujus calcinatæ, ac Antimonii ana
miſce ac committe iterum in ✢ igni fortiſſimo, quo
inſtar aquæ fluant.

Funde poſtea in calicem fuſorium vel mortarium
æneum ſevo illitum, idque movendo, Reguli ſepara-
tionem & ſubſidentiam promove. Omnibus refrige-
ratis Regulum à Scoriis ſepara.

#### II.

℞. Antimonii elect. ℔ ij. Tart. alb. IV. Fundatur
♁ & poſtea adjiciatur paulatim Tart. ℔ ijß. circiter,
linquatur in fluxu per tempus. Dein fac Regulum, ſe-
paraque Scorias. Regulum purifica, iterum fundendo,
& dum fluit, reliquum Tart. addendo.

℞. Calcem Antimonii cineream per ſe factam, (vi-
de in præparatione vitri ♁) fluat ad △ ☿ integrâ,
dein moveatur ab igne & reponatur ut refrigeſcat. A-
giteturque refrigeſcendo, ut Regulus deorſum vergat
ad fundum ſecedens.

N. 1. *Alii admiſcendo carbones pulveriſatos majo-
rem Reguli quantitatem ſibi pollicentur.*

N. 2. *Ex Scoriis fit Sulph. auratum; ſuo loco.*

N. 3. *Regulus quomodo fixetur, vide de floribus ♁
vel in deſtillatione -∽- Reguli.*

N. 4. *Tempus fuſionis optimum cenſetur ☾ creſ-
cente præſertim ☉e in ♌ conſtituto, atque inſuper ſe-
reno cælo. Experientia enim docuit tunc temporis ma-
jori felicitate Stellæ fuſionem ſuccedere.*

### 2. *Regulus ♂alis.*

℞. ♂. ℥IX. circiter, appone igni donec incipiat li-
queſcere. Huic adde Antimonii ℥ VIII. auge ignem ut
fluant. Poſt injice Sal. nit. M. ſ. & cum ceſſaverit
ſtrepitus, funde in vaginam fuſoriam, (Gießpuckel.)
*An ingot, a melting theath or caſe*, (Ein Gießfrocs.)
vel in mortarium, ſic ♂ & Regulus ſimul uniti in fun-
do coaleſcent.

Fit & ſi in ſecunda fluxione, ♂is limaturam vel fru-
ſta injeceris.

N. 1. *Regulus hic ſi aliquoties fundatur (in quibus
fuſionibus ſemper aliquid Sal. nit. vel & Tart. injicien-
dum,) & à ſcoriis ſeparetur, tandem ſtellam contrahit
ſolis radiantis inſtar, imo vel multis ſtellis ac ſi terra
aquis circumdata eſſet Regulum ſignatum vidi. [hinc
Regulus ſtellatus dicitur.]*

N. 2. *Plures regulum præparandi modos habet
Sennert. in Inſtitut. l. 5. p. 3. ſ. 3. n. c. 19.*

N. 3. *Ex Scoriis fieri poteſt vitrum. Sala.*

N. 4. *Si Regulum in -∽-tu ♉ ſolveris, ſolutionem-
que aliquoties maceraveris ac deſtillaveris: tandémque
inſpiſſaveris, optimum habebis catharcticum ἄνω καὶ
κάτω blandè noxia expellens.*

*Doſis gran. 2. 3.*

*Tentzel. de -∽-u ♉.*

*Vide ſis etiam Tincturam ex Regulo ♂ & ♀.*

### 3. *Regulus Iovialis.*

Fieri poteſt, ſi Regulum ſine ♂ factum, denuo ad
ignem fuderis, duranteque fuſione ♃ adjeceris.

### 4. *Regulus ☉laris.*

℞. ☉ part. I. ♁ p. IV. vel VI. fundantur & effun-
dantur ut moris in Regulum à ſcoriis ſeparandum.
Scorias adjecto ♁io crudo, funde iterum ſuperinji-
ciendo cum fluxerint parum de ſcobe ♂ ac affundendo
denuo, ut Regulus ſubſideat. Sic potes vice tertia
procedere, vel donec nihil amplius Reguli appareat.

N. *Similiter fit & Regulus ☾aris.*

### 5. *Diaphoreticum Regulinum ſeu Cerufa ♁ialis, &, exinde Cerufa ♁ialis diaphoretica.*

℞. Reguli p. I. Sal. nit. Cryſtall. p. iij. (alii an.)
fluant ſuper carbones per ☿m, dein edulcora, ſeparan-
do Reguli grumos, qui in fundo colliguntur. Pulvis
l. △. exiccatus dicitur Cerufa ♁ ialis. Hunc pulverem
ſi denuò cum Sal. nit. calcinaveris, vel ſine fuſione ad
citrinum colorem reverberaveris, planè fit diaphore-
ticus, diciturque cerufa diaphoretica.

Vires. *Ceruſa intrinſecus maxima cum utilitate
aſſumi poteſt in curatione ulcerum inveteratorum, ſca-
bierum aut puſtularum pertinacium, continuis 3. 4. aut
pluribus ſeptimanis, quotidie ſcilicet aſſumendo. Di-
verſimodè operari conſuevit. Nam in quibuſdam dua-
bus vel tribus primis diebus nauſeam aliquam produ-
cere ſolet, cum crebra exputitione, reliquo tempore in-
ſenſibiliter operatur: Aliis alvum laxat moderatè, aliis
ſudorem ciet, aliis prorſus inſenſibiliter, & non niſi in fi-
ne tandem manifeſtas operationes edit. Extrinſecus
deſiccat, ſtringitque moderatè, abſtergit & aperit.*

*Doſis intro ℈ß. ad ʒß. 4. aut 5. hor. ante pran-
dium.*

*Cerußa Antimonii diaphoretica citra nauſeam eaſ-
dem operationes & quidem majori cum fructu opera-
tur.*

*Doſis eadem. Vide Salam. in Anat. Antimonii.*

6. *Cerußa*

### 6. *Ceruſſa Antimonii Solaris.*

℞. Regul. Antimonii ℥j. ☉ purg. ʒj. Sal.nit. ℥iij. calcinentur in ✠bulo ſine fuſione. Sic Regulus abit in pulverem citrinum, ☉ vero pondere imminutus invenietur. Pulverem edulcoratum, ſi libet, denuo calcina.

Vires. *Sudorem ciet.*

N. *Curioſitas humana adinvenit quoque calcinationem per calorem Solis cœleſtis, quem Magicum appellant.*

*Nimirum:*

Concentrentur radii Solares in ♁ pulveriſ. beneficio ſpeculi incenſorii, ſic brevi tempore fumus ex ♁ aſcendet, Antimoniumque album evadet.

N. 1. *Pondus Antimonii poſt calcinationem auctum potius, quam imminutum deprehenditur.*

N. 2. *Flores Antimonii hac ratione facilius calcinantur, quam ♁ crudum.*

HOFMAN. 4. *Reguli.* 1. *Regulus antimonii ſimplex.*) Deſcriptio Reguli prima & ſecunda *Domini Autoris*, ut una pars ♁ nii & una Nitri & Tartari accipiantur ac fundatur in Crucib. ad Regulum, non eſt exacta, dum inde nil niſi calx ſalina emergit, ſive ſcoriæ. Ideoque ſeq. modo voto reſpondet. Recip. Tartari part. 11. Nitri part. 1. detonentur, & degenerabunt in Sal. comm. nigrum vocatum der ſchwartze Fluß. Deinde Recip. antimonii pulveriſ. q. v. & adde aliquid de prædicto pulvere, fluant in Crucib. & Regulus inferiorem petet fundum ſcoriis eminentibus: quo crebrius Regulus cum hoc ſale fluxerit, eò purior ac pulchrior futurus.

N. Ex ſcoriis Reguli ſulphur etiam auratum antimonii cum ▽ â fervente fieri poteſt Acet. diſt. inſpergendo. Hæc aqua antequam Acet. diſt. præcipitatur, externum remedium eſt in ulceribus exedentibus magnis tibiarum ſanandis, ſi quotidiè horâ unâ vel alterâ crura exulcerata illi immergantur, item in menſium ſuppreſſione coquuntur ſcoriæ Reguli in vino, illucque decoctum ſuperfunditur ſilicibus ignitis, atque vapores per ſellam perforatam excipiuntur.

3. *Recip. calcem antimonii cineream per ſe factam.*) Regulus antimonii etiam per ſe ex calce ♁ nii fundi poteſt, alii addunt carbones, cum quibus item pulveriſatis magna Reguli acquiritur quantitas. Nonnulli picem admiſcent, ſed præparatio cum pice admodum perículoſa eſt ob incendii ædium periculum, & non multum etiam Reguli inde obtinetur.

N. 3. *Regulus quomodo fixetur.*) Regulus antimonii quocunque modo præparatus totus volatilis eſt, ac toties ſcorias deponit, quoties funditur, ſeu igne liquatur, quia flante folle in auras pelli poteſt.

N. 4. *Tempus fuſionis optimum cenſetur.*) Verùm hæc conſtellationis obſervatio inepta eſt, vid. ſuprà.

2. *Regulus ♂tialis.*) Ad hunc optimus & qui citiſſimæ fuſionis eſt chalybs eligendus, qualis ex Carinthia affertur. Aliàs deſcriptio Autoris bona eſt, commodè tamen etiam ſeq. modo conficitur. Recip. tamen chalybis part. 1. primò in Crucibulo calefiant, pòſt adde antimonii pulv. part. ij. fluant in Crucib. & Regulus fundum petet, dum ſulphur antimonii arripit ♂tem in ſcoriis ſuperficietenus detentum. Regulum cum Tartaro & nitro purifica.

N. 1. Ex hoc cum nitro depuratiſſimo optimum conficitur bezoardicum in majori doſi atque antimonium diaph. ſ. propinandum. Unde inferius præſcriptum Diaphoreticum Regulinum etiam promanat.

N. 2. Regulus hic in baſi ſtellam interdum habere ſolet ex ſtriis reguli à circumferentiâ ad centrum tendentibus promanantem.

N. 3. *Ex ſcoriis poteſt fieri vitrum.*) Scilicet per calcinationem præviam & ſubſequam fuſionem, prout de vitro antimonii dictum.

N. 4. *Si Regulum in ſpiritu ♉ ſolveris.*) Nonnulli etiam Sulphur antimonii ex cinnabari elicitum addunt Regulo & panaceam inde ſulphuris antimonii conficiunt cum ſp. ſulphuris per campan. vel ſp. Vitrioli vid. in Autore noſtro infrà. Aliàs ſi Regulum ſenſim in ſpir. ♉ & Nitri ſolveris, ſolutionemque in digeſtionem poſueris ac poſtmodum 🜀 laveris, tandemque 🜀 lato menſtruo inſpiſſaveris & guttas ultimo decidentes in aquam profuderis, optimum edulcorando habebis ſulphur antimonii catharticum ἄνω καὶ κάτω blandè noxia expellens.

3. *Regulus jovialis*) Regulus Iovis fit, ſi loco ♂tis ſumſeris Iovem Anglicanum & cum antimonio fundas in Regulum. Similiter etiam fit Regulus ☉laris ☽naris &c.

5. *Diaphoreticum Regulinum ſeu ceruſſa antimonialis & exinde ceruſa antimonialis diaphoretica.*) Dicitur *Cl. Knöffelio* ſulphur album Philoſophorum. Præſtat ſumere ad Regul. part. 1. Nitri cryſtalliſ. depuratiſſimi part. iij. vel iv. aliàs nulla fit ceruſſa.

*Vires.*) In curatione ulcerum inveteratorum deploratorum quaſi quæ aliàs ob nimiam ſeroſitatem curari nequeunt, ut & ſcabie contumaciſſimâ, variolis, morbillis, fœlicem hujus energiam ſæpius expertus fui. Sciendum tamen, ejus uſum prout omnium ſanguinem purificantium per 2. vel 3. ſeptimanas continuandum eſſe. Deinde exoptatiorem præſtaturum effectum, ſi intermedietur eſſentiæ vulnerariæ ex lignis, quo pacto citò curabuntur vulnera & ulcera interiora. Eſt ſanè medicamentum, quod omnia lignorum decocta & quaſvis magiſtrales potiones ſuperat. Extrinſecus deſiccat, unde in aquis coſmeticis v. g. fl. fabar. ſigill. Salomon. hepatic. nobil. &c. contrà maculas faciei & vitiligines præſcribi poteſt, cutim reddit mundam & nitentem, poteſt etiam inter unguenta coſmetica ad fiſſuras & rimas præſcribi. Doſ. eſt ℈ß. ad ʒß.

6. *Ceruſa antimonii ☉laris.*) ne ☉ fundum petat, loco ☉ purg. ſubſtituit calcem ☉.

N. Totum ☉ non calcinatur, ſed ſaltem aliquid ☉laris ab antimonio extrahitur.

N. *Curioſitas humana adinvenit quoque calcinationem per calorem ſolis cœleſtis quem magicum appellant. Si ſcil. concentrentur radii ☉lares.* In ♁ nio pulveriſ. beneficio ſpeculi incenſorii, ſcilicet concavi, *ſic brevi tempore fumus ex antimonio adſcendet, & antimonium album evadet.*) Hanc calcinationem cœlicam & phyſicam vocat *Bartholettus in meth. med. de diffic. reſpir.* Eandem quoque ſuè commendat *Poppius in Baſilic.* antimonii p. 21. Sunt qui beneficio ſpeculi concavi Sal. comm. quoddam cryſtallinum ex aëre colligere volunt; Refert Digbæus ex fide amici radios ſolis per ejuſmodi ſpeculum concavum certo modo diſpoſitum in purpureum & minutiſſimum pulverem præcipitari. Sed notandum, hunc pulverem non ex radiis fuiſſe, verùm ex aëre, in quo volitant ſemper particulæ vel ſalinæ, vel alterius generis, quæ igne hoc ſpeculari collectæ & ad ruborem calcinatæ fuerunt. Inde & non mirum ut *Dominus Autor* ſcribit, pondus antimonii ex his ſalinis particulis poſt hanc calcinationem auctum iri.

N. Flores antimonii hâc ratione facilius calcinantur, quàm antimonium crudum.

## CALCINATIO HUMIDA,

### *Unde*

## *PRÆCIPITATA.*

### 1. ♁ *Rubeum fixum.*

℞. Antimonii elect. q. v. affunde 🜆, ſtent aliquamdiu in digeſtione, donec calx in fundo alba appareat. Poſtea abſtrahe 🜆 per deſtillationem, (vel decantationem,) vel & affundendo ▽ præcipita, calcemque elue ▽ tepida, donec ~ 🜆 non amplius ſentiantur. Pulverem ſiccatum reverbera in ✠ clauſo hor. 6. (♂. 3. *Baſil.*) fietque rubeus.

N. *Reverberatio hæc minori moleſtia in fornace figulina abſolvi poterit.*

Vires. *Feliciſſimè purgat æque deorſum quam ſurſum, idque non tam naturâ ſuâ, quam humoris bilioſi circa ventriculum ſtabulantis, quinimo in nonnullis per diaphoreſin operatur.*

*Doſis g. 2. 3. 4. & plura.*

Baſilius decantat ſolutionem 🜅, decantatam deſtillat ad ſiccitatem pulveris, cui affundit ▽ pluviam: digeritque ut fiat extractio rubicunda: hanc iterum filtratam deſtillat ad ſiccitatem: Ex pulvere rubeo remanente extrahit cum ✕ tincturam rubicundam, abjectis fæcibus albis, ✕ iterum abſtrahit, pulveremque relictum reverberat ♂ 3. poſtremo extrahit tincturam cum 🜈, fecibus itidem rejectis, tandem abſtrahit 🜈 ad ſiccitatem.

Vires. *Summarum eſt virium in reſolvendo cruore*

coagulato

*regulato, in rumpendis Apoſtematibus, & in curanda Lue venerea. Baſil.*

### 1. *Præcipitatum vitrum.*

Solvatur vitrum Antimonii in 🜆 ſeu in 🜅, vel in ♁ Sulph. aut in 🝐 Sal. com. dein menſtrui abſtractione fiat præcipitatio.

N. 1. *Ex præcipitato illo ♁ antequam reverberetur, extrahi poſſunt Sulph. & ☿ Antimonii, de quibus ſuis locis. Sala de ☿.*

N. 2. *Si Antimonio groſsè contuſo affuderis 🜆, & repoſueris aliquamdiu, extrahetur Sulph. Antimonii partim ſupernatans, partim fruſtula Antimonii obducens. Hoc ſulph. in lixivio Tart. ſolvitur, ſi tibi decoquatur.*

### 3. *Præcipitatum Antimonij diaphoreticum.*

℞. Croc. Metall. ℥ij. impone deſtillatorio vitreo oblongi colli, quod calenti ∇ immergatur, hinc affunde ſenſim 🝐m Sal. nit. ℥xII. moveque ſæpius ne fundo adhæreat. Conſerva id calidum, donec 🝐 Sal. nit. non amplius laboret, & ♁ redactum ſit in pulverem album. Dein vaſe exactè clauſo, digere in MB ſeptiman. 4. aut 5. ac tandem ſepara 🝐 Sal. nit. in ∴ pulveremque ſpatula lignea agitando, exicca ad △, donec nullus amplius fumus exhalet. Hinc ablue & relue ∇is cordialibus.

*Doſis à g. 4. ad 12. Sala de ♁.*

### 4. *Præcipitatus Regulus ♂.*

℞. Flor. regul. ♂ (cum ✱ ſublimat. & edulcoratos) ſolve in 🜆, (ex Sal. nit. & ✱ deſtillat.) digere ac tandem per iteratas cohobationes præcipita. Præcipitatum ablue & reverbera ut 🝐 🜆 ſeparentur, continuò ſpatula ferrea agitando, donec acquirat colorem flavum. *Quercet.*

HOFMAN. *Calcinatio humida. Unde præcipitata 1. ♁ Rubeum fixum.*) Ex aq. reg. affuſâ antimonio electo & præviâ digeſtione in loco calido abſtractâ iterum remanet pulvis rubeus probè edulcorandus, vomitus excitans & ſedes. Ex hoc cum ſp. Vit. ær. tinctura extrahi poteſt, (quam cum Acet. diſt. *B filius* vult extrahere) quæ iterum ad ſiccitatem abſtracta, demum cum ſp. vini denuò extrahi poteſt. Summarum eſt virium in reſolvendo cruore coagulato, in rumpendis internis apoſtematibus & curandâ lue venereâ.

2. *Præcipitatum vitrum.*) Ex vitro antimonii ſimili modo præcipitatum conficitur. Cum ol. vitrioli vitrum antimonii vel antimonium pulveriſ. groſſo modo prius digere poſtmodum in retorta ex Aren. deſtilla, & ſulphur antimonii acquires in florum elegantiſſimorum formâ in retortæ collo & excipulo ſublimatorum. Ex hoc etiam emanat fonte ſulphur antimonii *Cl. Helmontii*, quod ex Tachenii opuſculo de Hipp. chemic. ſeq. conficitur modo.

Recip. Superadde aq. fort. ex Nitr. & O vel Vitriolo parato tantum Salis fuſi, quantum ſolvere poteſt, hanc aquam ſuperfunde antimonio, groſſo modo contuſo ſicuti milii grana circiter, & illicò leni calore aget in antimonium, cujus Regulum rodit, cui ſtatim aquam frigidam ſuperadde & videbis ſulphur ſeparatum, quod ∇æ inſtar picis ſupernatat.

N. 1. Quod unicâ vice non ultrà duas circiter drachmas ſolvere tentes, aliàs in majore quantitate corroditur quoque ſulphur ab aquâ & in fæces abit. Hoc ſulphur edulcora ∇â frigidâ & aſpectu ſimile erit communi, niſi quod parum virideſcat.

N. 2. Hoc eſt ſulphur illud antimonii, quod *Cl. Helmontius* extrahere jubet & vix, uti jam dictum à vulgari diſcrepat, niſi quod paululum in viriditatem vergat. Eſt ſalutare tympanitidis remedium.

N. 3. Hoc antimonii ſulphur funde leni igne in cochleari ferreo, fuſo ſulphure, cujus ſit v. g. ℥ß. adde ☿rii ʒ vj. plus minus, non refert, (ſulphur enim tantum recipit, quantum mortificare poteſt) miſce continuò cum ſpatulâ ferreâ, donec refrixerint, maſſam reduc in pulverem (quem plurimi accendunt carbone ignito, ut ſuperfluum deflagret ſulphur) hunc retortæ longo collo inde, ne obturetur à cinnabari adſcendente, & per gradus ex Aren pelle, tunc quod ſuperfluum erit, aut de ☿rio aut ſulphure, illud per collum retortæ colliges, tunc auge ignem, ut capella candeat, & cinnabaris elevabitur. Frigefactis omnibus frange retortam, cinnabarim reduc in pulverem, quem ſepties adhuc per ſe ſublimabis in idoneo vaſe.

N. Mercurius antimonii hic requiritur, de quo infrà.

3. *Præcipitatum antimonii diaphoreticum.*) Non opus eſt tanto apparatu, qualem *Dominus Autor* præſcribit, ſed tota res in eo conſiſtit, ut crocus metallorum ritè ac debitè figatur, id quod fiet, ſi vel boni ſpiritus nitri ſextuplum, vel ſalis nitri triplum à croco metallorum abſtrahatur, vel cum nitro in Crucib. figatur. Bezoardicum præcipitatum hinc elegans ac ſecuriſſimum oritur eximiè diaphoreticum, prout & cum mercurio vitæ & ſulphure aurato antimonii ſuccedit. Doſis eſt à gr. v. ad ℈ß. vel per ſe, vel cum CC. ſ. igne.

4. *Præcipitatus Regulus ♂tis.*) Hæc deſcriptio & præparatio etiam non eſt in minimis habenda. Quod ſi itidem cum ſcoriis reguli martis & ✱co flores ſublimentur, fit inde crocus elegantiſſimus, ex quo tinctura nobiliſſimarum virium ad ſanguinis depurationem elaborari poteſt, de quâ infrà de marte ſeu ferro.

## ¶ *II. SVBLIMATIO.*

*Unde*

## FLORES & CINNABARIS.

### 1. *Flores Antimonii Crudi, vel mineræ antimonialis.*

℞. ♁ crudi triti, q. v. pone in cucurbitam fictilem, quæ in ∴m ponatur ſatis profundè. Cucurbitæ adapta alembicum cæcum vel roſtratum cum excipulo, aut ſi mavis connecte ollas aliquot (Num. iij. vi. vel plures,) ſeſe invicem excipientes: Ignem gradatim admove, ne ſit nimium fortis, nec debilis nimis, Si enim fortior ſit, funditur Antimonium, nec ſublimatur, ſi vero debilior, non aſcendunt flores. Si recte △m rexeris, colliges triplices flores, albos, flavos & rubros. *Sen. Inſtit.* Phlegma antimonii in appoſitum excipulum colligi poterit.

N. 1. *Felicius ac compendioſius proceditur.*

*Primò ſi cucurbita tubulum ſeu canalem in latere habeat, per quem ♁ tritum paulatim per vices, (ſingulis horis parum,) in cucurbitam (gradatim ignitam) injiciatur. Liqueſcit enim ſtatim ✱ abitque ferè penitus in flores.*

*Secundo, ſi cucurbita obliquè fornaci imponatur, ut tubulus perpendiculariter aſcendat.*

*Tertio, ſi in anemio ſublimatio inſtituatur, ac Antimonii ℥ij. Arenæ ℥iij. admiſceatur. Alii admiſcent carbones contuſos, eliciuntque Sulph. remanente in fundo materia cœrulea, in qua ☿ Antimonii.*

*Quarto, Alembici vertex foraminulo ſit pervius. Et hoc benè notandum eſt niſi ſine fruſtrari velis.*

N. 2. *Parari poſſunt & flores Antimonii per* ⚗m *binis roſtris ante ſcilicet & retro connexam, quorum roſtrorum antico apponitur excipulum amplum, per poſticum autem inflatur ventus, vapores ſeu flores ab ♁ elevatos in excipulum deducens. Keſl. 1. cent. 31.*

*N. 3. Non è re foret, ſi excipulum foramen haberet canalemvè, quo acidum phlegma in alind excipulum ſuppoſitum deflueret. Quinimo excipulum niſi pervium fuerit, foramine flatibus egreſſuris idoneo in caſſum laborabitur.*

### 2. *Flores Reguli.*

Ex Regulo eodem modo quo ex ♁ crudo flores elevari poterunt.

*3. Flores cum additamento, ſ. compoſiti.*

*Ex ♁ crudo, regulo & vitro.*

℞. Antimonii ✱ an. miſceantur exactè & ſublimentur per Arenam.

N. *Sufficit alembicus ſine ollis: elevanturque flores rubei, qui ∇ a calida edulcorati albeſcunt.*

Vires. *Vomitum movent, mitius tamen quam ſimplices flores.*

*Doſis g. 4. ad 6.*

*N. 1. Reſtituit horum florum uſus Maniacos, Melancholicos, Quartanarios, vide Epiſt. tract. 1. obſerv. Horſtii annexas.*

N. 2. *Si ☿ii dulcis gr. 12. gr. 2. horum flor. addideris, fortiterque ſimul contriveris, ferè ſine vomitu per ſeceſſum ſeroſa & bilioſa educunt.*

N. 3. *Eodem modo fiunt & flores ex Reguli & ✱, vel ex vitri ♁ & ✱, aequal. partibus. Baſil.*

N. 4. *Quod in ſummitate cucurbitæ invenitur, adde fecibus in fundo relictis, additoque pauxillo ✱ ſublimationem repete, habebis flores flavos.*

*4. Aliter, Sulph. Antimonii ſecundum Baſilium.*

℞. Antimonii opt. ℔ j. ✱ ℥ iv. ſublima, ſublimato admiſce antimonii ℥ v. ſublima iterum: hinc edulcora, & habebis Sulph. combuſtibile. *Baſil. in Cur. Tr. p. 217.*

N. *Sunt qui loco ✱ ℞. Sal. com.*

*5. Flores ♁ 🜍-lati.*

℞. Florum antimonii rubeor. ℥ iv. Flor. Sulph. (ſublimatorum ad perfectam albedinem) ℥ ij. Colchotar. ℥ xii. mixta ſublimentur ter, & habebis flores rubicundiſſimos. *Quercetan. in Tetrad.*

N. *Baſilius non addit Sulph.*

*6. Flores Reguli ſpiritu ♂ ac ☿ is impregnati.*

℞. Reguli ſtellat. atque ✱ (à ♂ ter ſublimat.) an. ſublima bis terve, hinc edulcora & exicca, tandem denuò à colchotare tertiò eleva.

Vires. *Purgant blandè, conferunt ad omnes febres intermittentes.*

*Doſis aliquot gr. Querc. in Tetr.*

M. *Flores hi cum ✱ ſublimati, & nondum ab eodem edulcorati, reſolvuntur in liquorem magnarum virium in vulneribus. Baſil.*

De uſu florum antimonii in genere notare expedit, quod ſcilicet quoniam violentos vomitus ferè proritant, optima correctione opus habeant, ſine qua non facile ac tutum erit, eos in uſum Medicum vocari.

*Sunt nihilominus qui exhibent g. 2. 3. 4.*

*Sic igitur*

*Correctio florum Antimonii.*

℞. Flor. Antimonii alb. ℥ j. Sal. Com. Tartari ∽u ⚹ impraegnati ℥ j ß. Liqueſcant vi △ in maſſam rubram. Affunde maſſæ huic tritæ 🜄 (∇ vitæ,) aromatiſatum, additis Salis vel Magiſterii Perlarum ac Corallor. an. ʒ ij. Digerantur calore cinerum ☌ ☍ 2. poſtea abſtrahatur 🜄 ad ſiccitatem, remanebit in fundo ♁ optimè depuratum, ſervetur in vitro clauſo, quia in aëre reſolvetur.

Vires. *Opitulantur morbis, ab atra bile oriundis, per alvum per ſuperiora, per inſenſibilem reſpirationem noxia copioſè expurgantes.*

*Sal. Com. Tart. ⚹ impraegnatur hoc modo.*

℞. Sal. Tart. (frequenti ſolutione ac coagulatione ſummè depuratum) ſolve in ⚹. Hinc abſtrahe humiditatem lento igne, novumque ⚹ affundendo, iterum ſolve ac abſtrahe. Operationes ſolutionis ac abſtractionis repetendo, donec ⚹ extillet aciditate ſua non amplius ſpoliatum, (quod octava vel nona imbibitione ac deſtillatione fiet.) Exiccetur poſtmodum; ſic habes Sal. Tart. impraegnatum.

N. *Hujus uſus quoque eſt in Magiſterio Tart. purgante.*

*🜄 aromatiſatus, ſeu ∇ vitæ aromatiſata.*

℞. Galang.
Galliæ moſch.
Caryophyllor.
Cinamom.
Macer. an. ℥ ß.
Croc. ʒ iij.

Ex mediocriter tritis fit extractio cum 🜄 optimè rectificato, donec amplius non tingatur. Tinctura decantata eſt 🜄 aromatizatus.

*Vide de his Crollium.*

*Correct. 2.*

Circulentur per menſem cum 🜄 mellito, ſic omnem deponunt violentiam, retinebuntque ſolùm dejiciendi facultatem.

*Doſis à g. 5. ad 7. vel ad ſummùm 10.*

*🜄 mellitus.*

🜄 affundatur melli, ſtet aliquamdiu, poſtea deſtilletur: In fine augeatur △, ut ∽ quoque mellis tranſeat & jungatur 🜄.

*Correct. 3.*

Exponantur flores in ſcutella vitrea, charta ſupernè duntaxat tecta, mediocri calori (fornacis) per menſem unum ac alterum, quotidiè bis (ne non agitati nigreſcant) agitando: Flores manent quidem rubei, ſed tamen benè poroſi & leves, Sulphure fœtido ad papyrum elevato.

Vires. *Movent ſedes duntaxat ſine vomitu ſatis benignè.*

*Doſis à g. 5. ad 8. vel 10.*

*Correct. 4.*

Mitiores etiam fiunt, ſi aliquamdiu cum Sal. Com. conterantur & poſtea iterum ∇ dulci dulcorentur.

*7. Flores Antimonii diaphoretici.*

℞. Flores ♁ irriga ⁰⁄₀ Sulphuris in 🜊 clauſo △ carbonum.

*Sala in anat. Antimonii ſ. 3.*

N. *Alii affundunt ∽m 🜍i, quo iterum abſtracto edulcorant ac calcinant, ut materia igniatur.*

*8. Flores fixi.*

*Flores Cheiri Paracelſo.*

℞. Flores Antimonii, fige ſublimationibus, toties iteratis, donec nihil amplius ſublimetur.

N. 1. *Flores*

N. 1. *Flores relicta in fundo materiæ, denuo in ſingulis ſublimationibus ſemper admiſcendi ſunt.*

N. 2. *Hi flores in cella per deliquium in ♉ ſolvuntur, quod ▽ deſtillata quinquies eluendum.*

*Fixantur flores hoc modo.*

Formetur pila rotunda terrea cum foramine, per illud immitte Calc. viv. & reple ad medias, poſtea immitte quoque nodulum floribus ♁ albis repletum, tum circumcirca novam Calcem vivam agglomera, ad plenitudinem uſque globuli integram, tum oſtiolum luto obducito, globulumque in furno lateritio ad reverberandum collocato, & per biduum urito.

Vires. *Flores fixi clementius purgant & ſudores copioſos movent.*

*Doſ. gr. 8. ℈ß. Eſt S. Cloſſ.*

9. *Cinnabaris Antim.*

Fit, ſi poſt butyri Antimonialis deſtillationem △ fortis & ſuppreſſionis quoque, (i. e. ſuper Arenam) horis aliquot detur. Quippe cinnabaris Antimonii hac ratione collo ☊æ adhæreſcit, quam collectam ſublimatione una ac altera purificare poteris.

N. 1. *Si deſideras potius cinnabarim, quam butyrum Antimonii, da ſtatim △ fortem.*

N. 2. *Ex hac paratur ♁ diaphoreticus, qui in Epilepſia & vertigine præſtantiſſimus. Vide lib. 2.*

Hofman. 2. *Sublimatio, unde Flores & Cinnabaris 1. Flores antimonii crudi, vel mineræ antimonialis.*) Vel per ſe fiunt, vel antimonium cum aliis ſcil. Aren. miſcetur, ut diſcontinuetur vel impediatur ejus fluxus, aliàs vel nihil vel parum ſublimabitur. Aliàs prout Dominus Autor cum encheiriſibus tradidit optimè ſuccedit illorum præparatio: Nec de nihilo eſt illa *Cl. Zwelferi*, quam communicavit in *mantiſſ. ſpagyric. Part. 2. Cap. 8. pag. 365.*

N. Si rectè ignem rexeris, colliges triplices flores, albos, flavos & rubros pro diverſitate etiam inſtrumentorum.

N. Alii admiſcent carbones contuſos, eliciuntque ſulphur, remanente in fundo materiâ cœruleâ, in quâ mercurius antimonii, qui per ſe fieri nequit, ſed neceſſe eſt, ut ſalia addantur reſuſcitativa, de quo infrà uberius.

N. Alembici vertex foraminulo fit pervius, quæ encheiriſis probè obſervanda eſt in multis operationibus, hac tamen cautelâ, ut foramen ſit minutulum.

N. Ex regulo eodem modo, quo ex antimonio crudo flores fieri poſſunt; vid. *Cl. Zwelfer. l. c. p. 366.*

3. *Flores cum additamento, ſeu compoſiti.*) Ex antimonio crudo, regulo & vitro, *Cl. Dn. D. Hartmannus* & *D. Gramannus Practicus Hall.* hos flores graſſantibus febribus malignis in continuo habuerunt uſu, & vocarunt tincturam antimonii ſiccam, quæ & jam in noſtris officinis D. *Gramanni* autoritate nobilitata proſtat, cujus doſis à quibuſdam præſcribitur à gr. ij. ad iij. iv. ſed ultrà extendi poteſt ad ℈ß. vel gr. xij. nec alvum nec vomitum movet, ſed diaphoreticam ſaltem vim obtinet. Totum autem artificium ſublimationis in ignis regimine & vaſis ≏atorii formâ conſiſtit. Si enim ignis vehementior adhibetur, flores iſti fiunt purgantes, quales etiam *Cl. Finckius* in enchiridio Dogmatico-Hermetico deſcribit, egregios tum quoad colorem tum odorem ambratum & moſchatum. In maniâ, melancholiâ, quartanâ &c. loco arcani ſunt habendi. Recip. * ℔ß. vitri ♁nii vel Sulphuris aurati ♁nii ℥ ij. f. ≏atio ex Aren. lento ignis gradu in vaſe ≏atorio humili, poſteà edulcora aquâ calidâ per chartam bibulam & reliquias *ci per ſp. vini repetitâ deſtillatione ſepara.

N. Ex hoc fonte promanat *Nobiliſſ. Helmontii* ἰγχέσμοι, quâ nitrum vertit in terram inſipidam albiſſimam. Sublimat ſcil. antimonium crudum cum ana * modeſto igne, tincturam ſiccam ſeparat à *co per aquam, hæc cum nitro ferè tota avolat in flammâ. Si verò cum *co relinquas, adhuc bis per ſe ſublimetur, & à Sale liberetur, habebis pulverem antimonii ſalis expertem, qui ſi cum Nitr. miſcueris non inflammabitur amplius, ſed quantum nitri miſcueris, in terram commutatur & Salis naturam negligit.

N. 2. *Si mercurii dulcis gr. xij. horum florum gr. ij. add*[illegible]*ris, per ſeceſſum ſine vomitu educunt.*) Optimè corrigitur antimonium per mercurium dulcem ratione ſalium, in mercurio dulci latitantium, & tunc ut plurimum per inferiora purgat, & poſſunt inde parari pilulæ, ut blandum catharticum.

N. Eodem modo fiunt & flores ex Regulo & *, vel ex vitro antimonii & * æq. partibus: Quod in ſummitate cucurbitæ invenitur, adde fecibus in fundo relictis, & addito pauxillo *co repetè ſublimationem, & habebis croceos flores.

4. Aliter. *Sulphur antimonii ſecund. Baſilium*) Etiam ſuccedit; Et non differt ab antecedentibus deſcriptionibus, niſi quod ſublimatio ternâ repetatur vice.

5. *Flores antimonii vitriolati.*) Hi non amplius ſunt in uſu. Nihilominus tamen ſpiritûs terebinthinæ beneficio exinde tinctura extrahi poteſt in febribus intermittentibus ante paroxyſmum non inutilis.

9. *Flores Reguli ſpiritu ♂tis ac veneris impregnati.*) Hæc deſcriptio & elaboratio non eſt contemnenda. Aſſumi autem debet * depuratiſſimum vel ejus loco fl. *ci depuratiſſimi. Ex his conficitur præcipitatus Regulinus ♂tialis ſuprà deſcriptus.

N. Hi flores cum * ſublimati & nondum ab eodem edulcorati reſolvuntur in liquorem magnarum in vulneribus & ulceribus virium.

*De uſu florum antimonii in genere notandum, eos, cum vomitus violentos proritent, optimâ opus habere correctione, ſine quâ non tutum erit, eos in uſum vocare. Sit igitur correctio florum antimonii: Recip. fl. antimonii alb. ℥ j. Salis Tartari Spiritu Acet. diſt. impregnati ℥ iß. &c.*) Hæc præparatio meritò inter arcana habenda eſt: Et hic obiter notabis, quod Sal. comm. Tartari Acet. diſt. impregnatum aliàs terra foliata Tartari dicatur, quam *J. Primeroſius in method. Artis Pharmaceut.* & *Locatelli in theſauro Arcanorum chemicorum* deſcripſerunt. Ante quos tamen *Th. Paracelſus* & *Finckius* eandem nomine magiſterii tartari inſigniverunt: de qua infrà *de tartaro* pluribus.

*Sp. vini aromatiſata, ſeu ▽ vitæ aromatiſata.*) Hujus loco etiam aſſumi poteſt ſpiritus alius ex vegetabilibus ſpecificis aperientibus confectus, iſque impregnetur cum terrâ foliatâ Tartari, & poſtmodum hic ſpiritus impregnatus fl. antimonii ad tincturam extrahendam affundatur.

*Correct. 2. Circulentur per menſem ſp. vini mellito.*) Ex melle deſtillatur ▽a lento cinerum aut B. calore, quæ primò exit, inſipida eſt, altera inſtar Aceti diſt. acris, priorem cum ana ſp. vini rectificat. miſce, & in phialâ ſuper flores ad 4 digitorum eminentiam affunde, circulentur per menſem in loco calido.

*Correct. 3.*) Hæc correctio etiam non contemnenda eſt, Sulphure fœtido in auras elevato, unde benignè operantur ſine vomitu per ſeceſſum.

*Correct. 4.*) Mitiores etiam fiunt, ſi aliquandiu cum Sal. com. vel quod adhuc melius eſt, cum ♉ miſti mediocri calore per aliquot hor. probè agitentur, & poſteà ▽ dulci edulcorentur.

7. *Flores antimonii diaphoretici.*) Hæc fixatio cum ol. Sulphur. vel Spiritu vitrioli non ſuccedit, dum priſtinam iſti flores ſuam non indè deponunt violentam vim emeticam.

8. *Flores fixi. Flores Cheiri Paracelſi.*) Hos flores vult *Dominus Autor* figere ſublimationibus ſæpius iteratis, donec nihil amplius ſublimetur, & quidem in peculiari inſtrumento. Sed licet vel centies & ultrà ſublimationem inſtituat, tamen laterem lavabit. Puriores quidem fiunt; ſed non fixi, niſi phialæ ſat amplæ ſuperius Hermeticè claudendæ immittas, & per longum tempus in digeſtionem ponas, uſque dum in rubicundiſſimum pulverem convertantur.

*Fixantur flores hoc modo.*) Compendioſiori viâ antimonium fixatur cum calc. vivâ, ſi ♁nii ℔ß. & calc. viv. lib. ij. ſumantur & in Crucib. per 12. hor. ſpatium in igne reverberii calcinentur; Hinc elixivientur, & in lixivium Acet. diſt. inſtilletur, tunc flores ♁nii elegantiſſimi crocei coloris ⊽tabuntur, flores cheiri *Paracelſi* æmulantes, ex quibus cum ſp. vini Tartariſato tinctura in digeſtione extrahi poteſt, de quâ infrà pluribus.

9. *Cinnabaris Antimonii*) Quomodo *Cinnabaris* antimonii in majori impetretur copiâ *P. J. Faber proponit in univerſ. ſapient. Libr. 4. arcan. 5.* & *Nobiliſſ. Guerner. Rolfinck. in chem. in Art. form. redact. Libr. 5. ſect. 5. C. 6.* Verùm niſi hæc cautela obſervetur de diverſâ antimonii ſpecie, quam Nobil. *Robertus à Boyle Angliæ decus in tentamin. Phyſiologic.* pag. meâ 77. communicavit, non tamen voto ſemper reſpondebit. Nam ſi antimonium magis mercuriale & ad naturam ☉larem accedens fuerit, id quod arguunt nitentes in eo radii, minus cinnabaris ſuppeditabit; ſecus autem, ſi magis ſulphureum ſed auro, quod priorem commendat, deſtitutum. Facilè tamen nec in minimâ copiâ ex antimonii ſulphurei crudi & ſublimati anaticâ portione ex lib. j. ad tres vel quatuor unciæ haberi poſſunt citrà Cap. mort. repetitas cum novo mercurio ſublimato deſtillationes, ſi ignis ſaltem, ut etiam Autor Noſter innuit, non ſtatim fortis detur, ſed moderatus, tantum continuus citrà ſuppreſſionem. Poſteà ſaltem crebrior inſti-

tuenda rectificatio per duo inverſa vaſa ſublimatoria fictilia, ut ſcorias omnes deponat. Eſt præſtantiſſimum ac tutiſſimum medicamentum mercuriale cum bezoardico minerali ſ. it. antimonio diaphor. miſcendum ad vim illorum diaphoreticam ac ſedativam exaltandam. *vide de Cinnabari Nativâ.*

N. Hujus virtus ſi manere debet integra, per partium ejus ſulphurearum & mercurialium ſeparationem, ut & per acida & alkalia factam inverſionem deſtrui non debet.

## ¶ *III. DESTILLATIO.*

*Unde.*

### ACETA, OLEA, SPIRITUS, &c.

1. *Acetum Antimonij.*

℞. Mineram Antimonii, tere ac elice 🜊 per 🝭m, prolectum funde ſuper mineram novam, digere ♂ (23.) hinc deſtilla iterum per 🝭m, idque repete, donec quantitatem cupitam acquiſiveris.

N. *Parum 🜊 fundit, adeoque labor ſat tædioſus eſt.*

*Aliter.*

℞. Miner. ♁ lævigat. affunde ▽ pluvial. deſtillat. ad eminent. digit. aliquot, digere vaſe H. cl. in fimo equino, donec incipiant fermentari ac ſpumam ejicere: Dein abſtrahe ▽m, augendo △m in fine, redde capiti ſuo mortuo, & reaffuſa ▽, quæ abſtracta erit, fiat cohobatio toties reiteranda, donec prodeat liquor acidus inſtar 🜊.

Vires. *Inſervit Tincturæ Antimonij extrahendæ, refrigerat efficaciter ſanguinem, in febri præcipuè malignâ & Ungaricâ, ſi cum Lap. Prunellæ & ▽ deſtillata conveniente miſceatur: curat inflammationem ex pulvere nitrario ortam cum ſaccharo ♄i.*

N. 1. *🜊 hoc ♁ij melius evadet, ſi pulveriſatæ novæ mineræ ♁ij id affuderis ad emin. dig. 3. circulaveriſque (♂ 12.) ſic tingetur rubro colore magiſque aceſcet: tum effunde & abſtrahe per* MB, *ſic 🜊 ♁ij exibit clarum, & rubedinem poſt ſe relinquet in fundo. V. Baſil. p. 223.*

N. 2. *Acuari poteſt hoc 🜊 ſuomet Sale.*

*Nimirum.*

℞. 🜊. antimonii ℥ iv. Sal. antimonii ℥ j. ſolve ac deſtilla per 🝭.

Dici poterit ⚹ antimonii alkaliſatum, ſive radicatum.

N. *Felicius forſan proceſſeris, ſi Sal ♁ in 🜊 ſolveris atque ex argilla & ſolutione hac maſſam & exinde globulos formaveris, eoſque per 🝭m, ut ⊖ Sal. Com. ſolet, deſtillaveris. Baſ. p. 222.*

*Aliud.*

Acetum ♁ii in majori copiâ obtinebis, ſi ſuper cratem ferream mineram ♁ii fruſtulatim impones, ſuperſtructo Aludele cum pluribus ollis perviis & ⚹, ſubminiſtrando carbones in aliâ areâ focariâ accenſos, ne acetum à carbonum vaporibus inquinetur. *Ex S. Cloſſ.*

N. *Cum hoc aceto ♁ali parari poſſunt flores fixi ſive ♁ diaphoreticum, de quo Poppus in Hodoget. pag. 145. & ſequentibus.*

2. *🝆 Antimonij per ſe.*

℞. ♁ quantitatem ſatis magnam, pone in putrefactionem, dein educ ▽m, quam viciſſim affundendo, putrefactionem ac poſtea deſtillationem reitera, idque toties donec exurgat tandem 🝆, ſeu liquor oleagineus.

N. *Nanciſceris potius 🜊 quam liquorem oleagineum.*

Vires. *Diſſolvens eſt egregium Poter. in Pharmacopæia.*

3. *Aliter.*

℞. Miner. antimonii, q. v. miſce cum ∴ pelle per 🝭m.

4. *🝆 ♁ Saccharatum.*

℞. ♁ ℔. ß. Sacchar. cand. ℥ ij. M. opt. & deſtillentur per 🝭m in Arena F. 🝆.

*Beguinus.*

℞. Antimonii, ſacchari cand. ana ℥ iv. 0 uſt. ℥ j.

*Utile eſt ad externos & internos morbos.*

N. *Ex hoc 🝆o fiunt Pilulæ febriles ad Quartanam, quas vide l. 2.*

5. *🝆 ♁ Saccharatum Sennerti.*

℞. Antimonii ℔ ij. Sulph. ℥ iij. M. pone in △ circularem ut liqueſcant, atque ita △ per hor. 4. vel 5. continua: dein auge △, ut Sulph. accendatur & exhalet; hinc pulveriſa ♁, affundeque ⚹ digerantur que ♂ ℘ 8. dein deſtillentur, donec guttæ rubræ aſcendere incipiant, tunc muta recipiens.

℞. ♁. relictum in fundo ℔ 1. ſacchar. cand. ℥ iv. 🜅 opt. ℥ ix. Deſtilla per 🝭m, (in receptaculum in quo ſit 🝆, quod primò extillarit.) △ forti, donec nihil 🝆i vel vaporis amplius appareat. 🜅 in B. abſtrahe ad remanentiam 4æ partis.

*Vid. Sennert. Inſtitut.*

N. 1. *Melius fit hoc 🝆, ſi digeratur aliquamdiu cum 🜅 novo, fæcibuſque per colaturam ſeparatis à colatura 🜅 per deſtill. abſtrahatur.*

N. 2. *In eliciendo 🝆o ſaccharato lentè procedere memineris, ne nimia ebullitione fine optato fruſtreris.*

N. 3. *Si cum ▽ vitæ aliqua, vel ▽ roſarum, in qua moſchus vel ambra ſoluta ſit, addita ▽ cinam. digeratur, atque liquor cohobiis cohobetur, movet alvum ſine vomitu ac moleſtia, utileque Medicamentum exhibet in Hydrope.*

*Doſis à gr. 3. ad 6.*

6. *Oleum Antimonij Saccharatum Quercetani.*

*Antidotus Panaretos.*

℞. Miner. ♁ ad albed. calcinatæ ℔ ß. ſacchar. cand. in formam ſyrupi cum circulato minore (🜅 opt.) tranſmutati ℔ 1. Miſc. Digerantur ♂ ℘ (4. vel 5.) 🝪, dein per gradus △ deſtillentur.

Elicitur primò circulatum minus, ſecundò liquor albus, tertiò flavus, quartò rubicundiſſimus, inſtar ſanguinis, dulciſque Balſamus; collige ſingula ſeorſim vel ſepara ab invicem.

Vires. *Liquor albus opitulatur canceroſis ulceribus & externis morbis.*

*Liquor flavus idoneus eſt vacuationi per alvum & vomitum.*

*Liquor rubicundus ternis aut quaternis cohobationibus rectificatus & ablutus ▽ cordiali, admirandas præſtat curationes in Lepra, Morphæa, Apoplexia, Epilepſia, Peſte, in ▽ appropriatis exhibitus.*

*Doſis à gr. 3. ad 6. Quercetan. in Teſt.*

N. Eodem

N. *Eodem modo & ex Croc. Metall. & Sacchar. ana cum ♈ digeſtis, ♂ præparari poteſt.*

*Doſis gr. 4. 5. 6. 7.*

7. *Oleum ♁ij Saccharatum Fauſti.*

℞. Croc. metallor. pulveriſ.
Sacchar. cand. an. ℥ ix. vel Sacchar. ℥ vi.
Spir. ⊖-i rectific. ℥ij.
Vini ℥ ß.

Digere ♂ ρ (8.) poſtea deſtilla in ◯ per gradus. Aufer phlegma in MB lento.

N. *Eodem modo extrahitur oleum ex Sulph. ♁ij ⊖rato, prodit liquor craſſus, qui extrahendus aliquoties affuſo rec. ♈ qua rurſus ad mellaginem ſeparato, ea demum per ◯ pellenda in oleum.*

*Doſis à g. 8. ad ℈ ß. in morbis fluidis. Cl. D. D. Ioh. C. Fauſ.*

8. *Oleum Antimonii Saccharatum Baſilij.*

℞. Vitr. ♁ lævigat. affunde agreſtam, digere aliquot ♂, dein (abſtracta agreſta ad ſiccitatem,) admiſce ſacchari cand. æquali pond. cum modico ✠ti, deſtilla per ◯m gradatim, tandem △ fortiſſ. prodibit ♂ rubicundum, cum ♈ exaltandum.

Vires. *Prodeſt adverſus Epilepſiam.*

*Doſis gut. aliquot. Baſilius in curr. triumph.*

9. *Oleum ſeu Liquor ♁ mellitus.*

℞. ♁ crud. pulv. ℔ j. Mell. opt. ℔ iij. Bulliant ſimul, moveanturque ſpatula, uſque dum ſubſtantia aquoſa mellis evaporaverit, & remanſerit materia quædam nigra inſtar picis, quæ digitis friari queat. Hanc deſtilla per ◯m △ nudo gradatim, in excip. amplum, hor. 24. & prodibit liquor imprægnatus facultatibus antimonii, cum aliquot floribus à liquore ſeparandis.

Vires. *Liquor iſte eſt corroſivus & penetrans, ſummopere mundificativus, præſertim in ulceribus, abſumit enim excreſcentias, &c. Adverſus gangrænas præſtantiſſimum quoque exiſtit remedium. Uti eo poſſumus aut ſolo aut commixto melli roſato, unguentis, pulveribus ▽, &c. Sala de ♁.*

*Liquor hic ✠ Philoſophici vices ſupplere poterit, in præparatione Tincturæ Antimonii ζωόφιλος dictæ.*

10. *Aliud Magiſt. ♁ij.*

℞. ♁ opt. ℔ ß. O uſt. ʒ iv. Bol. arm. Sal. Com. an. ℔ ß. omnia ſeorſim trita miſceantur, deſtillenturque △ nudo. Sic prodibit primò phlegma, ſecundo ♂ albicans, tertio ♂ rubeſcens. Si quid collo adhæreat glaciei inſtar, admove cautè ferrum candens, ut ſolvatur. Rectifica per ◯m: In rectificato hoc ♂ ſolve ⊙ foliatum: Solutioni poſtmodum affundes ♈ circulabiſque ſept. 6. circiter, & ſubſidebunt feces, à quibus decanta ♈ cui ſi affuderis ▽ deſtillatam, præcipitabitur ♁ albus, edulcorandus & reſervandus. Dicitur Magiſterium Antimonii.

Vires. *Purgat ſuaviter per vomitum.*

*Doſis. g. 3. Keſl. 1. c. 68.*

N. 1. *Pulvis ille correctus cum ♂tu Sal. com. evadit ſudorificus: vide infra Tincturam ex Regulo ♂, n. 13.*

N. 2. *Magiſterium hoc ♁ij. Keſleri nil eſt aliud quam ☿us vitæ ex butyro. Ita Hartmannus in Croll. parat ex floribus albis & ♂ Sal. Com. & Glaub. in ſecunda parte p. 93. aliud concinnat ex Sal. Com. & ⊖lo. Hi omnes modi in unum recidunt certo experimento.*

11. *Oleum Antimonii glaciale, ex ♁ & ☿♎ro.*

*Vide in deſtillat ☿ij.*

12. *Aliud Oleum Antimonii glaciale, ſeu Butyrum ♁ij & exinde Antidotus πολύχρηστος ♁ij.*

℞. Reguli ♂ ſtellat. ℔ j. ☿♎ti ℔ j ß. M. exactè deſtilla per ◯m, (*vide in deſtillatione ☿ij.*) ♂ glaciale deſtillatum rectifica una ac altera deſtillatione, feces ſemper rejiciendo. Hinc affunde ♂m hydromelitis vinoſi, cohobaque, ut tandem crebris iſtis cohobationibus ♂ illud dulceſcat. Tandem abſtrahe ♈ ad conſiſtentiam ♂i.

Vires. *♂ hoc exquiſitiſſimum, ac pretioſiſſimum eſt Remedium, multis curandis ægritudinibus; iiſque graviſſimis aptiſſimum. Quin & domitor eſt febrium tertianarum, quotidianarum ac in primis quartanarum. Blandè enim vomitum multis concitat, aliis alvi ſolutionem citra vomitum, eamque vim habet, ut radices & ſeminaria mali prorſus eruncet & evellat.*

N. *♂ hydromelitis vinoſi ſeparatus, ſi vitriolica aciditate (♂⊖i) imprægnetur, ſummum eſt diaphoreticum, & longè ab aliis vulgaribus aliud.*

*Doſis cochl. ſ. vel 1. per ſe vel in liquore convenientе. Querc. in Tetr.*

13. *Aliud Oleum Antimonii Cryſtallinum ex floribus.*

℞. Flores antimonii, ▽is, (ex ⊖ ad flaved. calcinato & Sal. Com. an. ℔ iij. argillæ ℔ v. vel vi.) dephlegmatæ ā. M. & deſtilla in MB, ſic tantum prodit phlegma, ♂ſque cum floribus coëunt. Affunde novam ▽ atque denuo evoca, idque repete, donec flores nihil ſpirituum amplius retinere queant. Tunc deſtilla per ◯m primo excipiendo ſeorſim humiditatem aqueam, dein mutato Excipulo ♂ albicans, ac ponderoſum, inſtar butyri antimonii relicto ⊙ inutili.

Vires. *Idem ferè eſt cum butyro Antimonii: Inſervit ſolutioni ⊙is, & eſt baſis præcipitati purgantis, ut & vomitorii. Hartm. in Croll. p. 224. Sennert. Inſtit. l. 5. p. 3. ſ. 3. c. 17.*

*Nimirum.*

Rectificatur oleum hoc per Retortam: hinc duplex inde paratur præcipitatum, alterum ἄνω καὶ κάτω, alterum κάτω ſolum purgans: prius fit, oleum id inſtillando in ▽ ♃m pluv. pulveremque ab acrimonia ſua lotionis beneficio liberando: poſterius fit oleum idem cum an. ol. Tart. p. d. mixtum (♂ 2.) reponendo & hinc ſimiliter flores edulcorando.

*Doſis à gr. 1. ad 4.*

14. *Oleum Antimonii compoſitum ad Vulnera.*

℞. Antimonii Sulphur. an. p. ij ✱ vel Sal ⊡ p. 1. Calc. viv. p. iv. deſtilla △ forti cum tribus cohobiis quod ſublimatum erit, ſemper ⊙ reddendo.

Vires. *Mundificat optimè vulnera inveterata. Baſil.*

15. *Aliud Oleum.*

Fit ejuſdem qualitatis ♂, ſi ♁ cum ♂ Sal. Com. imbiberis, ac poſtea deſtillaveris. *Tentzelius.*

*16. Aliud, Balſamum Antimonii dictum.*

♃. ♁ ℔ ij. Sal. Tart. ℔ ß. Sal. Nit. ℥ iv. Fluant in ✱ forti, effundanturque in tabulam lapideam.

♃. Maſſam hanc & Calc. viv. ℥ iij. miſce & affunde ♈m terebinth. ad eminent. 4. digit. Digere vaſe clauſo ☌ ac ☍ aliquot, ſic ♈ Terebinth. rubro colore tingetur. Poſtea adde ſilices contuſos ad ſpiſſitudinem aliquam, deſtillaque per 🝭m.

NB. Ubi guttæ flavæ apparere incipiunt, muta receptaculum, & auge △ atque extillabit 🝆 rubrum. *Sennert.*

Vires. *Magnarum eſt virium in diuturnis ulceribus.*

N. *Vide etiam Balſamum Antimonii Reguli. In Tincturis ex Regulo.*

*17. Balſamus Vulnerarius Baſil.*

R. ♁ opt. ℔ j. Salis Communis vel ☋ ℔ ß. Argil. ℔ vj. M. & deſtilla △ fort. per 🝭m, & prodibit tandem 🝆, quod dephlegma ad remanentiam ♁veris rubei, hunc ſolve per deliq.

Vires. *Summarum eſt virium & arcanum ſummum in vulneribus inveteratis. Baſil. in C. Triumph. vide etiam Balſamum Reguli in Tincturis.*

N. 1. *Keſlerus.*

♃. Antimonii ☋, (vel Sal. Com) ana. O uſt. ℔ß. deſtillaque ſine argilla.

*Alii.*

♃. Solum ♁ & ☋, (ſine O & argilla) vel Sal. Nit. *Vide Baſil. in repetit. lapid.*

*Alii.*

♃. Antimonii, part. ij. Sal. Com. p. 1. Bol. armen. p. ij.

N. 2. *Proceſſus eſt plurium (3.) dierum inſtituendaque eſt deſtillatio per gradus.*

N. 3. 🝆 *hoc præcipitari poteſt cum* ▽. *Præcipitatum elotum exhibetur, à gr. 3. ad 6.*

18. ♈ *ex Regulo.*

1. Figatur Regulus, (quod fieri poteſt multoties iteratis ſublimationibus, ſive in ovo Philoſophico id fiat, ſive in cucurbita, quotidiè ſcilicet id quod ſublimatum eſt ad fundum detrudendo.)

2. Regulus fixus ponatur aliquamdiu (⊠ 6) in cellam, ut ſolvatur, 🝆 illud filtra & coagula ad ſpiſſitudinem. Hinc repone, ad liqueſcendum, filtra iterum, coagula ac ſolve iterum ac cum triplo Tripolæ mixtum deſtilla per 🝭m. Sic primò prodit ♈ albus, dein rubeus: rectifica.

Vires. *In febribus omnibus intermittentibus, ut & in quartana virium eſt ſummarum, mundificat ſanguinem per diaphoreſin, atterit calculum Renum & Veſicæ, materiam Podagricam diſcutit, dolores vel extrinſecus applicatum lenit.*

*Doſis à gr. 3. ad 5.*

*19. Aqua Antepileptica ex Croco Metall. Quercet.*

♃. Croc. Metall. miſce cum cruſta panis pulveriſata, ac elice ▽m per cornutam ad △ ſatis magnum.

Vires. *Hanc pluris facit Quercetanus in Epilepſia, quam reliquas ſuas Antepilepticas omnes è vegetabilium familia deſumptas.*

Ego huic labori ☌ ac ☍ 3. integras fruſtra impendi, primò exivit phlegma, ſecundò ♈ nebuloſi prodierunt, tertiò ſtriæ ſeu 🝆 rubicundum, omnia autem in parva quantitate.

*20. ▽ Stimmi Sulphurea. Clyſſus aliàs.*

♃. ♁ elect. Sal. Nit. pur. Sulph. pur. ana ℔ j. propellantur per 🝭m, in ventris capacitate ſuperiori tubulatam, in receptaculum amplum ac capaciſſ. roſtro firmiter annexum, in quo infuſa ſit aliquota ▽æ pars: Injice materiam ſenſim per vices, tubulumque propediem obtura, videbis materiam injectam paulo poſt incendi, receptaculumque nebuloſis vaporibus repleri, quibus ſenſim ▽æ illi commixtis receptaculum pellucidum redditur, quo apparente, injice iterum, &c. ▽m ſpiritibus deſtillatis imprægnatam filtra, vel ſi placeat, & aduſtionem ſapiat à phlegmate in MB libera. Glauberus ♃. ♁ ℔j. ⊕ ℔ iij. Sulph. ℥iij.

Vires. *Craſſam Tartaream que mucilaginem ubicunque locorum deliteſcat in corpore, attenuat, ac per emunctoria convenientia expurgat, per alvum ſcilicet, per ⊡m, per ſudorem, per ſalivationem; Unde utiliſſimum Medicamentum audit in obſtr. Epatis, Lienis, Meſenterii, Uteri, in affectu Hypochondriaco, Colico, & ſimil. præſertim ſi cum Cryſtallis ♂ acuatur. Miſcetur cum ▽ font. vel alio liquore convenienti, ad gratam aciditatem, bibiturque pro libitu.*

*21. Aqua Stimmi Tartarea.*

Fit eodem modo ex ♁, Tart. & Sal. Com. an. quibus ſi aliquid Sulphuris admiſcetur, melius deſtillatio procedit.

Vires. *Prodeſt itidem in obſtructionibus, maximè autem expellit per ſudorem materiam in habitu corporis deliteſcentem.*

N. 1. *In utriuſque ▽e deſtillatione colligi poſſunt flores, qui à Sulphure per ſublimationem liberati in uſum venire quoque poſſunt.*

N. 2. *Ex ⊡o ſit ♁ diaphoreticum, ſi ſemel ac iterum cum Sal. nit. ana calcinetur & dulcoretur, vel ex eodem Sulph. auratum extrahi poteſt, ſi cum lixivio forti coquatur. Vide Sulphur Antimonii.*

*22. Spiritus ♁ij compoſitus S. Cloſſ.*

♃. Sulphuris ♁alis (Cloſſæ an. vid. infra) part. 1. colchotaris ⊕-li p. ij. M. & ter aut quater aceto perfunde deſtillando cum cohobio. Tandem ultima vice repone pulveres in amphoram terream tubulatam (vitrea enim diſrumperetur) cum Recip. amplo, urge △ in reverberio clauſo ſpatio tridui integri, ut fieri ſolet in deſtillando 🝆 ⊕-li & ſpiritum ab 🝆 ſepara atque rectifica.

Vires. *Inſervit utrumque figendo ☿o & ♁ri.*

Hofman 3. *Deſtillatio. Unde aceta, olea, Spiritus &c. 1. Acetum antimonii.*) Præparatur tantum ex minerâ antimonii, non ex antimonio fuſo, quippe cui ignis inter fuſionem ſpiritum illum acidum ex ſale terræ centrali dependentem abſtulit. Sed parum aceti præbet.

N. Aquam pluvialem tonitrualem vel rorem majalem clarificatam infunde mineræ antimonii prius probè tritæ, post adigeſtionem in fimo equino vel quod melius in ſegmentâ lignorum vaſe Hermeticè clauſo, donec fermentari incipiant: Poſtmodum [illegible] la & deſtillatum ſuper Cap. mort. cohoba.

N. 2. *Acuari poteſt hoc Acet. ſummo ſale &c.*] Acetum antimonii nihil aliud eſt, quàm radicalis quædam humiditas mineralis ſuo ſale centrali etiamnum gaudens, qualis in omnibus aliis itidem reperitur mineris. Efficaciter ſanguinem refrigerat, cum aquâ deſtill. convenienti ſcilicet acetoſ. ſempervir. portulac. &c.

ſi

ſi miſceatur, in febribus ardentibus malignis &c.
N *Felicius forſan proceſſeris, ſi ſal antimonii in Acet. ſolveris & ex*
*argillâ & globulos formaveris.*) Sed parum acquires Aceti, cum
in argillam ebulliendo agat, & agendo viciſſim patiatur, ſicque
deſtruatur & in aliud ens convertatur.
N. Acet. antimonii in majori obtinebis copiâ, ſi ſuper cratem
ferream mineram antimonii fruſtulatim imponas, ſuperſtructo
Aludele cum pluribus ollis perviis & Alemb. ſubminiſtrando car-
bones in aliâ areâ focariâ accenſos, ne acetum à carbonum vapo-
ribus inquinetur. S. Cloſſ.
2. *Ol. antimonii per ſe.*) Sed nanciſceris potius Acet., quàm li-
quorem oleagineum. vid. Pharmacop. Sp. Poterii.
4. *Ol. ♁ nii ſaccharatum. Reci. ♁ ℔ ß. ſacchar. cand. ℥ij. &c.*)
Antimonium & ſacchar. cand. adeo ſe invicem amant, ut non fa-
cilè ſeparari queant, ſicut ∵ & mercurius. Melius ſuccedet præ-
paratio, ſi antimonium cum ſacchar. cand. per aliquot dies in
digeſtionem ponantur & per retortam ex Aren. poſtmodum de-
ſtillentur. Non tamen ol. ſed liquorem acidum nanciſceris com-
poſitum ex antimonio & ſaccharo cando.
N. Hoc uſus fuit Dn. D. Iohann. Michaelis ſæpius in Quar-
tanâ.
N. Recip. ♁ nii, ſacchar. cand. ana ℥iv. O uſt ℥j. Hoc ulti-
mum additur, quia corpora valdè reſerat & diſcontinuat. Exinde
etiam acidum deſtillatur ſtagma.
5. *Ol. ♁ ſaccharatum Sennerti*) In eliciendo hoc ol. ſaccha-
rato lentè procedere debes, ne nimiâ ebullitione ſine optato fru-
ſtreris, id quod & in mellis ♌ latione obſervandum & aliarum
rerum, quæ facilè ebulliunt, aliàs labor erit fruſtraneus. Melius fit
hic liquor, ſi cum ſp. vini novo aliquandiu digeratur, & fecibus
per filtrum ſeparatis à colaturâ ſp. vini per ♌ lationem abſtraha-
tur.
N. Cum Eſſentiâ moſchi & ambræ combinatum ſine ulla
moleſtia per ſeceſſum in hydrope operatur guttatim in vehiculo
appropriato exhibitum.
6. *Oleum ♁ nii ſaccharatum Quercetani. Antidotus Panæretos.*)
Melius ſuccedet, ſi ſimplex ſubſtituatur minera antimonii ſine ul-
lâ calcinatione, aliàs parum antimonialis virtutis elevabitur, cùm
mediante calcinatione minera antimonii ſua nativa ac radicali
privetur humiditate, & vice verſa nil niſi liquor acidus ſacchara-
tus ſuppoſititius emerget, cui omnes vires erunt acceptæ referen-
dæ. Cujus farinæ & ſequentia ol. antimonii ſunt *Fauſti & Baſilii*
p. 436. & 437.
10. *Aliud Magiſterium antimonii.*) Hæc deſcriptio fallit. Et ſi
ſuccedere debeat, ſubſtituas O & Sal. comm. ſine bolo Armen.
Vitriolum & Sal. comm. ana ℔ ij. & antimonii ℔ j. omniaque
ſeorſim miſce, & ♌ la per retortam igne aperto. Primò prodit
phlegma, deinde ſpiritus albicans, tertiò butyrum antimonii
collo adhærens. Ex quo mercurius vitæ (rectius tamen magiſte-
rium antimonii) parari poteſt; hic ſi cum nitro figatur, egre-
gium præbet antimonium diaphoreticum.
12. *Aliud Oleum antimonii glaciale &c.*) Hoc nihil aliud eſt,
quàm butyrum antimonii martiale, ex quo mercurius vitæ reſul-
tat, ſi ▽a fontana infundatur, ſummâ cum violentiâ vomi-
tus excitans. Nec juvat affuſio ſpiritus hydromelitis vinoſi pro
ejus edulcoratione, dum ſuam deleteriam retinet ſubinde vim
corroſivam ac colliquativam. Si tamen hic mercurius vitæ ſeu
potius magiſterium exinde paratum etiam cum ſp. nitri vel ipſis
cryſtallis nitri in formâ ſiccâ figatur, præſtans exſurget anti-pyre-
ton non emeticum amplius ſed bezoardicum: Prout & ſequens
15. *Oleum antimonii cryſtallinum ex ſtoribus* ex eodem fonte proma-
nans ſimiliter curari poteſt. Quod autem poſterius ejus præci-
pitatum, ol. tartari p. d. ita figi poſſit, ut ſolùm per ſeceſſum
purgans pharmacum inde reſultet, hoc nemo ſibi perſuadeat; ſed
emeticum manebit.
14. *Oleum antimonii compoſitum ad vulnera*) Hoc ſublimatum
Chirurgis commendatum volumus in ulceribus ac vulneribus an-
tiquis mali moris.
16. *Aliud, Balſamum antimonii dictum.*) Ne ſalis volatilis tar-
tari patiaris jacturam, dum in Acet. forti fluere permittis, ex
ſtimmi aquæ tartareæ cum calc. viv. elaboratæ Cap. mort. cum
ſpiritu terebinthinæ tincturam extrahe, & poſteà additis ſilici-
bus per retortam deſtillà. Aquam ſtimmi prolectam rectifica ex
phialâ per Aren. & acquires ſal volatile tartari vitro adhæ-
rens.
17. *Balſamus vulnerarius Baſilii.*) Cum hoc ol. prodiens ex
antimonio, Sal. comm. vel ♉ & argilla etiam nihil aliud ſit
quàm liquor quidam æmulans butyrum antimonii, quod cum
aqua ſublimatum mercurium vitæ ſeu magiſterium antimonii
ſuppeditat, hoc æquè ac aliis antecedentibus nonnullis carere
poſſumus.
18. *Spiritus ex Regulo.*) De hujus ſpiritus prout & de ejus ol.
in deliquium ſolvendi juxtà Autoris præſcriptum exiſtentiâ val-
dè ambigitur.

N. Ovum philoſophicum eſt inſtrumentum ſublimatorium,
cujus figura talis eſt pro mercurii ſublimatione.



N. Aliàs etiam ova philoſophica dicuntur lapides illi, quo-
rum ſuprà mentionem fecimus, qui in Haſſia reperti ad Nos de-
feruntur mineræ martiales, quæ aëri humido expoſitæ abeunt in
ſal Vitriolicum.
19. *Aqua Antepileptica ex croco metall. Quercetani.*) Recip. an-
timonii vel croci metallor. ſ. q. Panis q. v. deſtilla per retortam
per gradus, & acquires primò phlegma, poſt acidum liquorem,
qui rectificari debet, & valdè in epilepſiâ commendatur.
20. *Aqua ſtimmi ſulphurea. Clyſſus aliàs.*) Clyſſus antimonii
duplici conficitur modo. Primò fit ſulphurea. Deindè tartarea.
Ad ſulphuream elaborandam quidam recipiunt antimonii, Nitri
ana & Sulphur. part. 1. Nonnulli admiſcent terram ſigillatam, vel
bolum optimum. *Dnus Autor* componit cum antimonii elect. nitri
puri & Sulphuris puri ana. *Dn. D. Knæfelius Regius Medicus Polo-
niæ* recipit antimonii quintuplâ Nitri parte in pulverem album
fixati & edulcorati, vel ejus loco Reguli antimonialis optimè pul-
veriſ. ℥ij. nitri puri & benè ſiccati ℥iv. probè mixtis in retor-
tam tubulatam per vices ſenſim injectis evibrat cum fulmine ſpi-
ritus cum floribus incarnatis.
N. Unâ vice circiter ℥ß. vel cochl. 1. injiciatur, quo detonato,
aliud injice. Signum detonationis eſt, quandò ceſſant nebu-
læ.
N. *Dn. D. Dietericus & D. Knæfelius* hanc aquam ſtimmi ſul-
phuream in frequenti habuerunt uſu, & acidulas artificiales inde
pararunt. Sumſerunt ſcilicet phlegma vitrioli & miſcuerunt cum
hâc bis vel ter filtrando. Habet vim laxandi & urinam pellit. In
caliditate totius maſſæ ſanguineæ miſceri poteſt cum ſero lacti &
loco acidularum uſurpari. In febribus malignis potui ordinario
inſtillari vel julapiis admiſceri debet.
21. *Aqua ſtimmi tartarea.*) Eandem etiam *Nobil. Robertus à
Boyle* compoſuit ex antimonii, Nitr. & Tartari parte anaricâ &
calc. viv. dimidiâ, redigit in pulverem ac probè miſcet, hoc fa-
cto materiam ſenſim ac cochleatim in retortam ingerit tubulatam,
receptaculo capaciſſimo inſtructam, & liquorem inde in aquam
appoſitam deſtillat, qui per phialam rectificatus ſal ſuppeditat
volatile magnarum in Medicinâ virium.
22. *Spiritus antimonii compoſitus S. Cloſſ.*) Accurata eſt hujus
ſpiritus deſcriptio & præparatio, inter arcana referenda. Tri-
ceps eſt, conſtans ex ſpiritu acido antimonii, Acet. & vitrioli.
Inſervit & fixationi cinnabaris & mercurii.

## ¶ *IV. LIQVATIO.*

*Liquor ſeu Balſamus ex ſcoriis Reguli.*

♃. Scorias Reguli, (ſive ſimplicis, ſive compoſi-
ti,) expone aëri humido, ſic ſolventur propter Salia
Tart. & Sal. nit. admiſta.

Vires. *In Chirurgia uſus eſt inſignis, præſertim in
fiſtulis & ulceribus fœtidis.*

### *2. Liquor ex Sale vitri Antimonii.*

Fit ſi id in albumine ovi ad duritiem cocti, vel Ra-
phano, vel Bryonia excavata in cella reſolvatur.

Vires. *Liquor hic aſſumptus intrinſecus Quartanam,
Podagricas & defluxiones, & Paroxyſmos efficaciter
compeſcit: In Chirurgia, vulnera, fiſtulas abſque mora
dacitate tamen à putredine conſervat & ſanat.*

*Doſis à ℈ß. ad ℈j.*

HOFMAN. *Liquatio. 2. Liquor ex ſale vitri Antimonii.*) Hic
ſuam debet originem non tam vitro antimonii, quàm ſalibus
Acet. diſt. & aliis ſuppoſititiis antimonio additis pro Salis puta-
titii attractione.

### ¶V. EXTRACTIO.

*Unde.*

### SULPHURA & TINCTURÆ.

Sulphura ſunt Extracta craſſiora.
Tincturæ ſunt Extracta magis elaborata.

### *DE SULPHURIBUS.*

Sulphura hæc extrahuntur plurimum cum lixivio forti, vel & cum ✳ *Baſ. p.* 218.

*Lixivium forte ad Extract.*

1. ℞. Sal. Tart. Calc. viv. & Sal. com. uſt. ana. F. lixivium filtratione clarificandum.
2. ℞. ⊖. clavell. Calc. viv. & ⊖. comm. F. lixiv.
3. ℞. Calc. vivæ ℔ ▽. ℔ xv. F. lixiv.

1. *Sulph. ex Minera Antimonij, vel ♁ crudo.*

℞. Mineræ ♁ ℔ iii. v. &c. vel in defectu mineræ.
℞. ♁. crud. tere minutiſſ. & ſuperfunde lixiv. forte, (ex Calce viva & ▽) digere ♂ ♀ 6. vel 7. ut fiat Extractio: Extractionem filtra, & leniter bulliendo reduc in ♁verem rubeum. *Hartman. in pract. Keſler.* 2. *cap.* 18.

N. *Si experiri volueris, an aliquid Sulph. ſuperſit in materia, transfunde nonnihil extractionis in vas aliud, inſtillaque* ✠ *ſic præcipitabitur Sulphur ad fundum.*

Vires. *Inſervit extrahendæ tincturæ, purgat itidem ſupra & infra.*

*Doſis g.* 2. 3. 4. 5.

2. *Aliter.*

℞. ♁ pulver. q. ſ. coque in lixivio forti præcipitaque ▽ pluviali (impregnata ✳) hinc edulcora.

Vires. *Tutius agit per vomitum quam crocus Metallorum.*

*Doſis gr.* 3. 4. 5. *Beguin. & Quercetan.*

*Nix Diaphoretica ♁ ij S. Cloſſ.*

℞ Sulph. ♁ii hujus deſcript. vel Sulph. aurati diaphoret. ℥ j. Ol. ⊕li ℥ij. M. in ♉, fiet maſſa nigra ut pix, fermentetur per noctem, poſtea per reverberatorium exibit aqua acidula & in fundo manebit pulvis albiſſimus excellens Diaphoreticum, valet etiam ad vermes, cum pomatâ vero ſequenti fit inde Coſmeticum præſtans hoc modo.

℞. Axung. porci ℔ j. ſevi vervec. circa renes collect. ℔ ij.
Ireos flor. ℥ iv.
Garyoph.
Coriandr.
Benzoin.
Styrac. calam.
Calam. aromat. an. ʒ ij.
Florum lavend. quart. vi.
Bull. cum raſur. pomorum curtipendul. cum pellic. ℔ j.

Aq. roſ. ℔ iij. in MB per horas xii. in vaſe vitreo.

Colentur in vas vitreatum ubi refrixerint, aqua & feces diligenter amoveantur, cum calore miti iterum liqueſcat, effundatur in mortarium calens, ubi tamdiu agitetur, donec in Pomatam albam, levem & boni odoris (addito moſcho) abierit, cujus ſingulis unciis immiſcebis ♁ii Coſmetici ʒ ij.

3. *Sulph. ex ♁ calcinato.*

℞. Antimonii, Tart. ana mixta liqueſcant ad △, poſtea effunde in ollam plenam ▽ calida, ſicque per ♂ m, dein decanta ac præcipita Sulph. inſtillatione ✠i, vel ſola coctione adhibita.

N. 1. *Alij fundunt ſolum ♁, idque fuſum effundunt dicto modo in ✳ acerrimum, vel -m Sal. nit. acuatum, Hinc decantant, præcipitatumque ♁erem colligunt.*

N. 2. *Niſi me felicior fueris, nihil efficies, cum nihil ſit quod Sulph. ♁ ij foras attrahat.*

*Alii.*

℞. ♂ p. 1. fundunt, fuſoque injiciunt antimonii p. ij. atque dicto modo effundunt in ✳.

4. *Aliter.*

℞. Antimonii p. ij. ſcor. ♂ (Hammerſchlag.) Sulph. an. p. 1. M. & injice ſenſim ſuper Sal. nit. & Tart. ad △ fluentia, hinc fluant ſimul optimè, dein extrahe Sulph. coquendo in lixivio forti, præcipitaque inſtillatione ✳.

Vires. *Purgat per alvum.*

*Doſis gr.* 4. 5. 6. 7. 8.

5. *Sulph. ex Croco Metallorum.*

Fit eodem modo: Hepar ſcil. antimonii coquatur in lixivio forti, vel ſola ▽, (ut in edulcoratione Croci Metallor.)

6. *Aliter.*

℞. ♁ & Tart. pulveriſatorum ana ℔ iij. cæmententur per 4. aut 5. horas, vaſe probè incandeſcente, quod tandem projicies in menſur. 2. aceti & per horam unam aut alteram ebullire ſines, cola ✠ & coagula in pulverem.

Ex S. Cloſſ.

7. *Sulph. ex ſcoriis Reguli: Sulph. auratum Antimonii.*

℞. Scorias à Regulo ſeparatas, eaſque coque in lixivium, trajiceque per chartam, colaturæ inſperge ✠, & præcipitabitur Sulph. auratum antimonii, quod decantato lixivio edulcorandum.

Vires. *Movet vomitum, ac interdum ſeceſſum.*

*Doſis g.* vj.

8. *Sulph. ex Regulo Antimonii ♃iali.*

Fiat Hepar ex Regulo ♃iali & Sal. nit. Hoc Hepar ſine ablutione coque in lixivio forti, ut abſtrahatur Sulph. decanta & præcipita inſtillatione ✳.

*Quercet. in Tetrad.*

9. *Aliud.*

2. ℞. ♁ crud. per ☿ præcipitatum & edulcoratum, coque bulliendo in lixivio Tart. decantaque, lixivium tinctum evaporet, ſic remanebit in fundo Sulphur antimonii cum Sal. Tart. ſublimabitur Sulph. antimonii purum. *Sala de ♁.*

10. *Sulph.*

### 10. *Sulph. ex Cinnabari Antimonii, Sulph. Antimonii verum.*

Cinnabaris antimonii pulveriſat. coquatur ebulliendo in lixivio fortiſſimo, (ex cineribus clavell. & Calc.viv.an. vel ex Sal. Tart. & Sal. nit. Calc.vivæ,) per ℥ 3. vel 4. Decantetur lixivium à ☿ vivo, qui currit in fundo, filtreturque, hinc reponatur, ut Sulph. ſubſideat coloris rubei, quod à lixivio ſeparatum edulcoretur ſæpius ∇ a commun. calida; dein leni calore exiccetur, habes Sulph. antimonii genuinum.

*Hinc paratur*

*Panacæa Sulph. Antimonii veri.*

1. ℞. Sulph. jam deſcript.
Regul. antimonii an. ℥ j.
🜅 Sulph. per C. vel 🜅 ⊖-i rectificatiſſ. ℥ iij.

Digere per aliquot ♂ (8.) in loco calido, deinde deſtilla ex ∴ per [illegible] vitream, ter ad minimum cohobando*; urge poſtremo △e quarti gradus ℥ 12. & erit totaliter fixum, quod exime & cum ∇ roſar. lava & exicca.

N. *Præſtat materiam [illegible] fracta exemptam ſub tegula ℥ 5. 6. reverberare.*

2. ℞. Hujus pulver. ℥ j.
Mag. vel Sal. Coral. ℥ ij. M. exactè.

Vires. *Eſt inſtar panacææ: habet nimirum in ſe vim diaphoreticam ac ſanguinem mundificandi, idcoque quibuſlibet morbis per ſudorem ſanabilibus inſervire poteſt, præcipuè Lui venereæ, fæditatique cutis. Repetenda eſt Doſis ſæpius in quibuſlibet morbis, præſertim verò in Epidemiis, & malignitatem aliquam ſecum vehentibus.*

*Doſis à gr. 10. ad 15. & 20.*
*Hartman. in Croll. in pract. Agricola de ♁.*

HOFMAN. 5. *Extractio. Unde Sulphura & Tincturæ.* 1. *Sulphur ex Minerâ antimonii vel antimonio crudo.*) Recip. mineræ ♁ vel antimonii crudi q. v. tere minutiſſ. & ſuperfunde lixivii fortiſſ. q. v. ex Sal. comm. Tartari, calc. viv. & Sal. com. uſt. parat. digere per 6. vel 7. ♂ ☍ ut fiat extractio; extractionem filtra, & leniter bulliendo reduc in pulverem rubeum.

N. Si experiri volueris, an aliquid ſulphuris ſuperſit in materiâ, transfunde nonnihil extractionis in vas aliud, inſtillaque Acet. ſic præcipitabitur Sulphur ad fundum. Antequam hoc fiat, ſolutio per aliquot dies ſtet, & ſulphur antimonii per ſe fundum petet, poſtmodum decanta & cum Acet. præcipita.

N. 2. Fieri etiam poteſt ſulphur antimonii ex Cap. mort. Tincturæ Nephriticæ vel ∇æ ſtimmi tartareæ.

N. 3. Recip tartari & Nitr. ana ℥ iv. antimonii crudi pulveriſ. ℥ viij. miſce ac tere, detonentur in Crucib. more ſolito, ſi refrixerint, pulveriſa minutiſſimè, aquam calidam affunde, coque per ſemihoram, filtra per duplicem pannum linteum, vel ſacculum, divide in duas partes. Unam [illegible]ta in aquâ frigidiſſimâ, exſicca, & ſigna litterâ A. Alteram partem lixivii præcipita cum Acet. diſt. more conſueto & ſigna litterâ B. Quod in ſacculo remanſit, edulcora cum aquâ, exſicca probè & nota litterâ C. Pulvis A. & C. uſurpatur in affectibus hyſtericis, quamvis ſub litterâ A. grana 7. vel 8. vomitus & ſedes cauſentur. Signatum littera B. eſt Sulphur auratum ſummum ſanguinis depurativum. Hoc ſi unicâ tantum Acet. diſt. abſtractione aliquanto magis figatur, in cachexiis contumacibus remedium eſt exquiſitiſſimum, primò Enti metallorum planè ſimile, ſive per ſe, ſive cum aliis præcipitantibus ſociatum detur.

*Nix diaphoretica antimonii S. Cloſſ.*) Hæc nonnullis materia audit perlata. Prout autem hic cum ſp. vel ol. vitrioli, ſic & alias etiam ſulphur antimonii cum ſpiritus Nitri ſextuplo figitur, ſi à ſulphure aurato antimonii ad ſiccitatem uſque abſtraxeris, inque albiſſimum pulverem fixaris, ſecuriſſimum, & elegans inde acquires diaphoreticum, ſummum juxtà archei ſedativum. Doſis eſt à ℈ ß. ad ℈ j. vel per ſe vel cum cervinis aut aliis cinnabarinis miſti.

N. Quod cum ſp. Nitri fixitatem acquirit, internum agnoſcit uſum; quod autem cum ſp. vitrioli, externum coſmeticum habet.

3. *Sulphur ex antimonio calcinato.*) Hæc cum tartaro elaboratio ſulphuris antimonii optimè ſuccedit, Quæ autem abſque ſalium additione fuſio antimonii commendatur, non ſuccedit, quia ſalibus deſtituitur, quæ Sulphur antimonii extrahunt. Nec alter modus cum marte voto reſpondet, ſic enim potius crocum ♂tis, quàm Sulphur ♁ nii acquires.

N. Ex calc. viv. cum antimonio per 6. hor. calcinat. abſque aliorum externorum ſalium ſodalitio in aquâ coctis & cum Acet. diſt. [illegible]tatis etiam Sulphur ♁ nii crocei coloris conficitur, vid. ſuprà.

4. *Aliter. Recip. antimonii p. ij. ſcor. ♂tis p. 1. & Sulphur. ana, M. &c.*) Hæc deſcriptio, hujuſque elaboratio, prout & 5 6. & 7. ex croco metallorum & antimonio cum Tartaro cæmentat. & ſcoriis reguli ſuâ non carent laude, nec in minimis ſunt habendæ.

*8. & 9. Sulphur ex Regulo ♁ nii ♃ viali, & aliud ex antimonio crud. per ∇ reg. [illegible]tat.*) Hæc magni etiam ſunt valoris tam ob genuinam deſcriptionem, quàm veram etiam illorum præparationem nullis cedentia.

10. *Sulphur ex cinnabar. ♁ nii. Sulphur ♁ nii verum.*) Vide de hoc etiam *Cl. Zwelfer. in mantiſſ. ſpagyric.* part. 2. Cap. 8. Verùm inconveniens eſt, cinnabaris antimonii virtutem per partium ejus ſulphurearum & mercurialium ſeparationem per ſalia alkalia factam deſtrui; ideoque ſatius erit, loco Panaceæ ſulphuris antimonii ſubſtituere bezoardicum minerale & cinnabarim antimonii cum magiſter. Cordial. ex margarit. & corall. ana præparat.

## ¶ *DE TINCTURIS.*

De Tincturis ♁ ii notare in genere expedit, quod monente Baſilio, 🜆 in priori extractione adhibitum, 🜍 purgantes figat (ita ut per ▢m ſudores & ptyaliſmum duntaxat operentur, etiamſi poſtmodum per 🜅 extrahantur,) & contra 🜅 vim in eadem dejectoriam augeat. *Baſil.*

Tinctura antimonii nihil aliud eſt, quam portio aliqua antimonii, idoneo menſtruo ſoluta & exaltata, eaque potiſſimum ſub colore rubeo.

Abſolvitur Tincturæ præparatio plerumque duabus operationibus: Extractione ſcil. & Exaltatione. Hæc ferè non niſi 🜅 perficitur, illa potiſſimum 🜆, quod plerumque acuitur aliquo 🜍u acido.

### 1. *Tinctura ex ♁ crudo.*

℞. 1. ♁ pulv. extrahe Tincturam rubicundam ſ. a. cum 🜍u ⊖-i Philoſoph. digerendo in 🜞bus, hinc decanta, decantatas Tincturas confunde, abſtraheque 🜍m ⊖-li in MB l. △. donec guttæ flaveſcant.

2. Tincturæ in fundo remanenti affunde 🜅m rectificatum, extraheque 🜅i, △ MB, donec itidem guttæ flaveſcant. Tunc mutato recipiente, igne fortiori propelle Tincturam.

Vires. *Balſamum mirum eſt, quo uti poſſumus ad vulnera curanda, tàm interna, quàm externa: movet ſudorem, nonnunquam etiam ſeceſſum & vomitum: emendat Symptomata veneni, Lepræ. Faber Monſp.*

Alii pro menſtruo utuntur 🜊, ex ⊖ Virid. Æris & O plumoſ.

### 2. *Alia, Balſamus vitæ Baſilii.*

℞. ♁ Crud. q. v. extrahe Tincturam rubic. cum 🜆 radicato, digerendo per ☒m, filtraturam digere iterum per ☒m, & nigreſcet. Abſtrahe 🜆 ad ſiccitatem, edulcora & circula cum 🜅 opt. ad eminent. 3. vel 4. digit. per ☒m unum ac alterum, vaſe clauſo: decanta dein & deſtilla ex 🜞e, & prodibit Spir. Vini impregnatus Tinctura antimonii: circula ♂ ☍ 10. circiter, & ſubſidebit Tinctura, quam per Tritorium à 🜅 ſepara.

3. *Candeſac primum ♁: hinc injice in 🜆.*

Vires. *Summarum eſt virium, mundificat ſanguinem,*

*nem, curat Morphæam, ſcabiem, exhilarat ſpiritus.*

3. *Aliter.*

℞. ♁ crudi q.v. extrahe Tincturam rubic. cum ✠ antimonii digerendo aliquamdiu, decanta, abſtraheque ✠ & pelle Tincturam per ✕✕ ex ∴.

Vires. *Summè prodeſt in Morphæa L. V. &c. Baſil.*

4. *Alia, Manna Antimonii dicta.*

℞. Antimonii pulveriſ. extrahe Tincturam cum ⌒u antimonii eſſentificato: filtra ac abſtrahe. Hinc digere cum 🜄 ac abſtrahe.

⌒ antimonii eſſentificatus præparetur ex Magneſia, acuaturque natiuo ſuo ſale.

*Integrum equidem adſcripſiſſem Proceſſum, verum cum id forſan Dn. D. Paulo Keſler. cui illum acceptum fero, ingratum foret, deſcriptionem, quam dedi, eamque vel Tyroni Chymiæ ſatis perſpicuam, æqui boniquè conſule.*

Ex ♁ calcinato.

5. *Tinctura ex vitro Antimonii, Magiſterium Antimonii Salæ: ℘o vitri Antimonii Baſil.*

℞. Vitr. ♁ ℥ß. lævigato, affunde ✕ acerrimum, vel acuatum ⌒tu Sal. com. (aliàs incaſſum laboraveris,) ad eminent. 2. aut 3. digit. digere in ∴. calore, qui manu abſque aduſtione tolerari poſſit ♂ ℘ 30. circiter, quotidiè ſemel aut bis agitando, &c. Tinctum liquorem decanta & abſtrahe ✕ ad coagulationem uſque ſubfuſcam & acrem, (ad ſiccitatem ♄eris, *Baſilius.*) Hæc expoſita Aëri diſſolvitur in liquorem, qui vitreo vaſe probe obturato ſervetur, ne liqueſcat & evaporet. *Sala, Thold. in Halograph. pag. 196.*

Huic affunde 🜄 ac extrahe iterum, decanta à fæcibus, tandemque 🜄 abſtrahe. Dicitur Alexiterium antimoniale. *Baſilio in Curr. Triumph.* qui ♄erem ante 🜄 affuſionem edulcorat ▽æ deſtillatæ iteratis abſtractionibus.

N. *Hæc Tinctura quandoquidem difficulter retineri queat, quin liqueſcat, paratur exinde Bezoardicum, quod.*

℞. ⌒ hujus antimonialis, ad mellis conſiſtentiam inſpiſſati ℥ ij. C. C. uſt. præparat. ℥ j. M. exactè & exicca lentè.

Vires. *Utrumque conducit ad obſtructiones omnes inveteratas Hepatis, Lienis, Pulmonum, &c. Item adverſus menſium retentionem, Leucophlegmatiam virginum, Icteritiam utramque, Hydropem, Phthiſin, Aſthma, Pleuriſin, Cachexiam, Melanch. Hypochondriacam; Itemque ad ulcera, tam externa, quam interna, Scabies quaſcunque & prurigines, Luem ven. Febres peſtilentiales, continuas, putridas, &c. Morbillos, variolas noxia expurgat per ſudorem, ⊡m, ſalivationem: uſus ejus continuari poteſt. Baſil. Tentzel.*

*Doſis Tincturæ à g. 3. ad 9. in vino malvat. vel alio liquore. Bezoardici à g. 4. ad 12. &c.*

Acetum ad hoc opus idoneum huc refer ex deſtillatione ✠. Eodem modo eadem Tinctura parari poteſt, ſi loco ✕ ſumatur 🜅 ex ⊖, Sal. nit. Calc. viv. ana ℔ 1. ✱ ℥ iv. ✕ ℔ iij. quæ digeſta ⌒ antur per ⊂m, ut 🜅 ⌒i ſolet. Liquor rectificatur ab æquali pondere Sal. com. *Keſl. 1. c. 30.*

N. *Pulvis ille, ante affuſionem 🜄 albumini ovorum coctorum impoſitus, in liquorem convertitur, vulneribus recentibus & inveteratis malignisque ſanandis utiliſſimus. Baſilius.*

6. *Alia Tinctura ♁ vitri, ex minera facti.*

Extrahe primò cum ✠ proprio, decanta ac abſtrahe.

Extrahe ſecundò cum 🜄 opt. decanta (rejectis fæcibus,) ac circula.

N. *Si Tincturam hanc per ⊠m unum ac alterum circulatam ⌒ veris conſequeris ℘o ſeu Eſſentiam Antimonii omnium fere morborum Panacæam, ex qua lapis ignis.*

*Doſis gutt. 8. Baſil.*

7. *Alia ex vitro ♁ ij ☉ari.*

℞. Vitri antimonii Solaris, q. v. affunde 🜄 rectificatiſſ. ad eminent. digitorum 4. digere in vaſe clauſo, & extrahetur Tinctura rubicundiſſima, quam ſerva, & adhibe ſine abſtractione.

Vires. *Movet ſudorem citra vomitum, nauſeam, mundificat ſanguinem ab omnibus impuritatibus & faculentiis Tartareis. Salem microcoſmicum reſolutum (ex quo hydrops) coagulat, & phlegmata noxia ex corpore exterminat, Podagricos juvat, præſertim, ſi cum arcano Filicis fuerit propinata. Dolores artuum ex Lue Ven. tollit, ut & ipſam luem veneream cum decoctis convenientibus; curat ulcera: In Peſte & aliis morbis Epidemiis magnum exhibet ſolamen.*

*Doſis à ℈ ij. ad ℈ iij. vel plures.*

N. 1. *Poſt extractionem, quæ ♂ ℘ fieri ſtri poteſt, remanentia denuo fundi poteſt in corpus Solare album. Hartm. in Croll. Keſl. 2. c. 30.*

N. 2. *Quandoquidem vis dejectoria ✕ vi. refrænatur, non abs re foret, primo hanc Tincturam cum ✕ (ut in præcedenti præparatione) extraxiſſe.*

8. *Alia, ex vitro Antimonij ſolari.*

℞. Vitri antimonii part. ij. ☉ per ♁ purgat. p. 1. fundantur ſimul, dein extrahatur Tinctura cum ✕ radicato; quo iterum abſtracto, circuletur. Tinctura cum 🜄 per ♂ ℘ (8.) abſtrahe viciſſim 🜄, ac ſi placet auctiori △ Tincturam per ⊂m propelle depictiorem, eamque ſeorſim collige.

Vires. *Medicina Diaphoretica eſt longè excellentiſſima. Purgat etiam ſatis promptè ſi Baſilico credimus, addito Extr. Rhabarb. Hartm. Tentzel.*

9. *Tinctura ex Croco Metallorum Bickeri.*

℞. Croc. Metall. q.v. extrahe Tincturam ſ. a. cum ✕ acerrimo, decanta tinctos liquores & abſtrahe ✕ ad ſpiſſitudinem mellis.

Vires. *Purgat & movet ſudorem vehementer.*

*Doſis à gr. 6. ad 12.*

N. *Ex remanente Antimonio, ex quo Tinctura ſit protecta fit Sal Antimonii dulce (vide ſuo loco.) Hic Tincturæ admixtum, efficaciorem eam reddit. Bicker in Epiſt. Clariſſ. Horſt. vide hujus obſerv. l. 1. ſ. 1.*

10. *Alia.*

℞. Hepar antimonii, (i. e. Crocum metallorum à Sal. nit. ſuo nondum edulcoratum,) calcina per ℥as aliquot, (12.) & evadit pulvis albus, dein expone in cella, ut in liquorem abeat. Ex hoc liquore extrahe Tincturam cum 🜄 opt. rectificat. decanta & abſtrahe.

N. *Sal. nit. partim ſponte in cella coagulatur, partim*

*tim quoque in extractione ſubſidebit, ubicunque ergo ſepara.*

Vires. *Vires & Doſis eadem cum præcedenti.*

N. *Tinctura hæc eſt Viri Experientiſſimi ac benè de Rep. Chymica meriti, Dn. Auguſt. Weis, Pharmacopæi apud Wormatienſes ſpectatiſſimi.*

11. *Alia S. Cloſſæi, quam vocat Oleum ♁ij febrifugum & Antipleuriticum.*

℞. Reguli ♁ per ſpeculum ardens incinerati q. v. Superfundatur 🜍us ⊕-li ad exſtantiam unius digiti, digere per biduum, ſolutionem inclina, alium 🜍m ⊕-li affunde, evacua omnes ſolutiones; M. & ex 🜄 phlegma extrahe, reſtabit Ol. liquidum quod in 🜈 diſſolves, alteráque vice extrahes.

*Doſis gr.* 4.

12. *Tinctura ex ♁ Tartariſato.*

℞. ♁ crud. Tart. ana miſce & calcina in anemio, donec Tart. penitus combuſtus ſit, elue dein Tart. ∇ calidâ, ac extrahe ex ♁ remanente Tincturam ſ. cum 🜈: abſtrahe 🜈 & remanet Tinctura ♁ in fundo. *Baſil.*

N. 🜈 *abſtractus cum Tinctura non poteſt iterum miſceri, ſed ſupernatat ſemper.*

13. *Rubinus Antimonij ☿alis.*

℞. ♁ elect. Tart. ana fundantur ſimul.

*Dein.*

℞. Hujus maſſæ ℥ij. (potius Reguli) ☿ii opt. purgat. ℥j. 🝆 ⊕-i ℥ ij. M. diligenter, digeranturque l. calore, donec ſiccefcant: Dein extrahe ſ. a. Tincturam rubicundiſſimam cum 🜈: decanta & abſtrahe 🜈m ad conſiſtentiam mellis, ſic habebis materiam, quæ frigori expoſita indureſcit in lapidem inſtar rubini. *Clodius.*

14. *Tinctura ex Regulo ♂ aut ♁, Antidotos Pantagogos.*

℞. Calcem Reguli ♂ aut ♁, ſolve digerendo aliquot ♂ cum 🜍u ♀ tandemque deſtilla △ fortiſſ. & prodit 🝆 craſſum, cui rectificato affunde 🜈 opt. circula, deſtilla cum cohobiis tribus, ſemper fæces rejiciendo. Tandem liquor ſervetur accuratiſſimè.

Vires. *Repurgat ſanguinem, appetitum excitat, viſcera corroborat, eradicat cachexiam, melanchol. hypochondr. Icterum, hydropem, idque leniter purgando.*

*Doſis gutt. aliquot 2. 3. &c. Quercet. in Tetrad.*

Poteſt etiam in præcipitatum, & calcem albam, rubram, imò etiam flavam redigi.

*Cujus Doſis gr.* 3. 4.

15. *Alia, Balſamus Reguli, & exinde Tinctura.*

℞. Regul. pulver. q. v. digere in MB. cum 🜍u Terebinth. & rubeſcet, decanta, abſtraheque affundendo ∇. (*vide Baſil. Sulph.*) dein ſolve in 🜈 digere & abſtrahe.

Vires. *Optimum eſt remedium in affectibus pulmonum, phthiſi, aſthmate, tuſſi, ſi frequenter adhibeatur.*

*Doſis g.* 3. 4.

16. *Tinctura ex ♁ calcinato cum lap. prunellæ.*

℞. Lap. prunell. ad poroſitatem uſque per Sulph. depurati, Antimonii an. M. & committe igni reverberatorio ♂ (5) ut 🜔bulum ſemper ſit ignitum. Ex antimonio hoc edulcorato extrahe Tincturam ſ. a. per ✳, hinc decanta, & abſtrahe ✳ Tincturam remanentem exalta, ut moris, per 🜈 *Keſtler.*

Vires. *Purgat per ſeceſſum, (potius per ſudorem.)*

*Doſis g.* 2. 3. 4.

N. *Terra in extractione cum ✳ reſidua ſi dulcoretur, ſiſtit omnes alvi fluxus.*

*Doſis g.* 8. 10.

17. *Tinctura ex ♁ rubeo fixo.*

℞. Antimonii rubei fixi, (*vide in calcin.*) q. v. extrahe Tincturam rub. digerendo cum ✳, decanta & abſtrahe ad ſiccitatem. Poſtea extrahe cum 🜈 ſimiliter procedendo uti cum ✳.

N. *Baſilius reverberat materiam antequam ſecundam extractionem cum 🜈 ſcil. aggrediatur.*

Vires. *Summarum eſt virium in reſolvendo cruore, in rumpendis apoſtematibus in curanda Lue Ven. &c.*

*Doſis g.* 3. 4. *Baſil. in curr. Triumph. Baco de ♁, qui vel pro Panacæa ferè venditat.*

18. *Tinctura è floribus Antimonii, Lilium Paracelſi.*

℞. Antimonii ✱ ana. propellantur per ♌m, ut nil niſi fæces remaneant. Ex floribus his optimè edulcoratis, & in reverberatorio aliquamdiu vaſe clauſo per colores ad rubedinem reverberatis, extrahe Tincturam ſ. a. cum 🜈 rectific. eamque rurſus tandem abſtrahe ad conſiſtentiam olei.

Vires. *Medicamentum eſt reſtaurativum totius corporis, ſolâ humorum correctione agent, mundificat corpus hominis ſupra omnia arcana: utile inſuper in obſtructionibus Epatis, Hydrope, Morphæa, Lepra in morbis Lienis, uti Scorbuto, & ſimil. movet menſes, & ſi Baſilio credamus purgat leniter per alvum, cum extr. Rhabarb. ac Tinctura Corallorum.*

*Doſis g.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Paracelſ. l. 2. magna Chirurg. Baſil. in curru triumph. (vocat Elixyr Antimonii,) Hartmann. in diſp. Chymico-Medic.* 7. *theſ.* 129. *Querc. Poter. Sala in Anat. ♁ (qui quoque flores rubeos obſcuros cum arena ſublimatos æque efficaces cenſet, ut & flores reverberatione ad eundem colorem redactos.)*

19. *Aliter, Arcanum Antimonii. Baſil.*

℞. Flores illos edulcoratos (etiam nondum reverberatos) affunde 🜍 ⊕-i rectific. circula, donec benè uniantur: dein propelle ſimul, ac affunde 🜈 circulaque ſubſidentibus fæcibus ſeparatis, Tincturam adhuc ſemel rectifica.

Vires. *Confortat ventriculum, noxios humores conſumendo, appetitum excitat, tollit melanch. hypochondr. ſuffocationem uteri, colicam & ſimil.*

*Doſis g.* 1. *ac altera. Baſil.*

20. *Aliter.*

*Elixyr ☉lare ♁ij aliàs Electrum, ſeu Lili. Parac.*

℞. Reguli ♁ii (ex ☿io vitæ cum pari pondere Tart. & ana. Sal. Nit. per detonationem facti) partem

tem ſ. auri purgati tantundem, fluant ſimul & pulveretur, adde ✱ci quadruplum pondus, ſublima toties donec Aſtrum ♁ii aſcenderit, in fundo autem terra fatua & inutilis remanſerit, elue ſalſedinem ✱ci & reſtantes in fundo ☉ & ♁ii flores pone in Ovum Hermeticum in capella fixatoria, da △ talem, ut in fluorem non adducantur, ſed ex flavis citrini, tandem verò ex citrinis caſtanei coloris fiant. Hiſce fixatis floribus affunditur ✳ Alkaliſ. & poſtmodum 🜄 ad extrahendam Tincturam, uti latius traditur Artic. de Tincturis ♁ii & in Antidoto ζωοφίλῳ, Querc.

Vires. *Summa Medicina perhibetur eſſe in Ictero nigro, podagra, hydrope.*

*Doſis inſtar grani coriandri bis in die ad curationem in Syrupis, ad præſervationem ſemel in menſe.*

21. *Alia, Baſil.*

℞. Flor. Antimonii rub. q. v. extrahe digerendo cum 🜄 ac abſtrahe.

Vires. *Purgat leniter, tollit febres tertianas & quartanas.*

*Doſis gr. j. & ij.*

22. *Alia ex floribus.*

*Antidotus ζωόφιλος Quercetan.*

℞. Flores Antimonii, (nimirum qui ex Antimonio Ungarico per ſe ad albedin. calcinato, cum ✱ ſublimati ſint & edulcorati,) q. v. extrahe cum ✳ Philoſophico Tincturam rubic. ſ. a. tempore ſat longo. Decantatos liquores tinctos deſtilla ad ſiccitatem. Ex pulvere edulcorato extrahe iterum Tincturam pellucidam cum ▽ vitæ Coralliorum (⌒. Corall. inflammab.) tandemque propelle fortiſſimo igne per ⊂m ♂o rubrum cum ipſa ▽ vitæ, reſerva citra ſeparationem.

Vires. *Eſt verum vitæ Balſamum, nunquam ſatis laudandum. Exhibetur cum appropriatis, in Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, Peſtiferis morbis, Lepra, Morphæa, mundificat totum ſanguinem.*

*Doſis guttæ aliquot. Quercet. In Tetr. ✳ Philoſophicum pro hoc opere vide de ✳.*

23. *Tinctura ex floribus Antimonii ⊖latis.*

*Antidotus Lyſipyretos.*

℞. Flor. ♁ ⊖lator. rubicundiſſ. Extrahe cum ⌒u ⊖i ♁lis, deinde cum vero ♄i æthereo ⌒u.

Vires. *Verus eſt Antidotus contra febres omnis generis, uti & peſtiferas.*

*Doſis gutt. 4. 5. in liquore convenienti. Quercet. in Tetr.*

24. *Tinctura ex floribus Reguli, Antidotus πάγχρηστος.*

℞. Flores Reguli rub. q. v. reverbera vaſe clauſo vitreo ☌ 3. 4. continuos. Deinde extrahe tincturam ſ. a. cum ✳ radicato. Decantatos liquores libera à ſuo menſtruo per deſtillationem. Poſtea nova fiat extractio cum 🜄. Tandem denuò 🜄 ad ſiccitatem uſque abſtrahatur.

Vires. *Totam ſanguinis maſſam emendat, Morphæam, Lepram, Scrophulas, Luem Ven. perſanat: inſtaurat & auget nativum calorem, viſciditates ventriculi abſumit, ac corpus omnibus excrementis expedit. Colicis eſt aptiſſima medicina, nec non præfocationibus matricis ſi Reguli ♂ loco, Regulus ♃ ad parandos flores ſubſtituatur. Quercet. in Tetrad.*

25. *Alia ex floribus Reguli ♂ præcipitatis*

*Antidotus Iſochryſos.*

℞. Præcipitatos fl. Reguli ♂ ad flaved. reverberatos, extrahe Tincturam cum ✳ Philoſophorum ſ. a. relictis quibuſdam fæcibus albis in fundo. Menſtruo per ⊣⊢ ſeparato remanebit in fundo ♁ leviſſimus rubei coloris: quem reverbera ℥ 2. aut 3. Dein affunde ⌒m Junip. digere. Sic ferè ♁ convertetur in Tincturam rubicundiſſimam.

Vires. *Admirandarum virtutum eſt, adeoque ipſi auro potabili æquiparanda. Apoſtemata interna omnia aperit atque curat, ſanguinem concretum diſſolvit, corruptumque purificat, ad Lepram, Scrophulas, L. Ven. Peſtem, infinitoſque alios morbos magnum remedium exhibet.*

*Doſis gutt. 6. 7. 8. 9. 10. Quercetan. in Tetrad.*

26. *Tinctura ex Ol. Antimonii Saccharato.*

℞. ♂oi illius q. v. affunde ✳ ad eminent. 3. aut 4. digitor. digere ac tandem abſtrahe, ſic relinquitur Tinctura in fundo rubicundiſſima. *Gluckraht.*

N. *Keſter 2. c. 4. extrahit cum 🜄, eumque viciſſim abſtrahit.*

Vires. *Purgat per inferiora.*

*Doſis g. 3.*

27. *Tinctura ex Sulph. Antimonii.*

℞. Sulph. ex ♁ crud. (primi modi) q. 4. extrahe ſ. a. cum 🜄 non uſque adeo forti. (Alcohol non extrahit) Decanta & deſtilla cohobationibus 7ies repetitis per ✕✕. Tandem propelle per ⊂m vitream ex ∴, addito quoque igne ſuppreſſionis, ac prodibit in forma rubicundiſſima ♂o antimonii dulce: abſtrahe 🜄 per MB ac remanet in fundo Tinctura.

Vires. *Confortativum eſt ſummum, movet ſudorem, præſervat à Podagra.*

*Doſ. g. 1. ad 4. Hartm. in Pract.*

N. *Operatio hæc, quia expertis non ſucceſſit, aliud eligere menſtruum ſuadeo, vel acuere ✳ addito ⌒u Sal. nit. aut ⊖i, & ſimul.*

28. *Aliter.*

℞. Sulphur ex ♁ (ſecundi modi,) q. v. extrahe ſ. a. cum ⌒u Sal. Com. quo iterum abſtracto, digere cum 🜄, eumque denuo viciſſim abſtrahe.

Vires. *Sudorem ciendo contracturam artuum, imprimis ex colica cauſatam, feliciter curat.*

*Doſis gr. 3.*

29. *Tinctura ex Sulphure Antimonii Aurat.*

Extrahe cum 🜄, decanta & abſtrahe ad conſiſtentiam mellis.

Vires. *Sudorem provocat, purgatque imprimis per alvum abſque moleſtia, non primo ſed tertio demum die.*

*Doſis g. 4.*

30. *Tinctura ex Sulph. Reguli ♃ialis, Antidotus Soterios Querc.*

Ex Sulphure dicto edulcorato extrahe tincturam ſ. a. cum vitriolicâ hydromelitis aciditate, alkaliſata ſcilicet proprio Sale (id eſt, cum ✳ ex melle ✦ & deinde acuato cum ſuo Sale,) abſtrahe menſtruum & circula ad aliquot ☌ cum flagrante Iuniperi ⌒u. Deinceps per ⊂m crebris cohobationibus deſtillabis, & ⌒m

-m Iuniperi ſeparabis, ut reſtet in fundo Deſtillatorii liquor ſuaviſſimus.

Vires. *Omnium affectuum Pulmonum æque ſalutaris Medicina ac Balſamus utilis in Phthiſi, Dyſpnœa, Aſthmate, Pleuriſi, Peripneumonia, &c. In ſumma, ſaluberrima eſt Medicina, quamplurimis, graviſſimiſque morbis profligandis apta.*

*Doſis à gutt. 3. ad 6. vel plures. Querc. in Tetr.*

*31. Tinctura ☿ Antimonii cum ☉, Antidotus θεόπεμπτος.*

℞. ☉ per ♁ purgat. p. I. ☿ antimonii p. VI. F. āāā. Ex hoc āāāte abluto & purgato extrahe Tincturam pellucidiſſimam inſtar rubini ſ. a. variis cohobationibus cum circulato minore Paracelſi eam exercebis, circulatumque poſtea ſeparabis, ut Tinctura reſtet ſola.

Vires. *Pretioſiſſimum eſt donum Dei adverſus Peſtem, Lepram, Morphæam, & id genus alios morbos graviſſimos.*

*Doſis gut. 3. 4. 5. ex theriacali. Quercet. in Tetrad.*

*32. Tinctura ex ⊖-o ſeu Cryſtallis Antimonii.*

℞ ⊖-m ſeu Cryſtallos antimonii viridiuſculos, ſuperfunde ▽m frigidam copioſam, & præcipitabitur ♁ albus, qui reverberatione evadit citrinus ac dein rubeus. Ex hoc extrahe ſ. a. Tincturam rubicundam cum ✳: Hoc iterum abſtracto, reiteratur ſolutio cum V̄, quem quoque viciſſim tandem abſtrahe. *Thold. in Halograph.*

*33. Tinctura magiſteriata, Lapis △is Baſilii.*

℞. Tincturæ Antimonii, (ex vitro quod è minera factum.) ℔ ij. Sal. antimonii ℥ ij. Miſce ac fac coire circulando cum V̄, (per ⊠m ad minimum,) dein abſtrahe in MB V̄ ad ſiccitatem, & poſtea fortiſſimo △, elice per ☽m ☍ hoc rectifica iterum MB ut quarta pars exhalet.

℞. Hujus ☍i rectificati,

☿ii antimonialis præcipitati, (ſcilicet per -m ⊖-i ♂is.) an.

Digere in vaſe H. clauſo aliquamdiu, ſic ſolvetur primum præcipitatum, dein unientur omnia, & exhibebunt ♁erem rubeum fixum & fuſilem.

Vires. *Tinctura hæc æquipollet viribus ☉. Baſil. in C. Triumph.*

N. *☿ij preparationem habes infra.*

HOFMAN. *De Tincturis antimonii.*) Hic rectè Dominus Autor annotavit, Tincturas iſtas antimonii non eſſe nudum ejus ſulphur, menſtrui miniſterio ex antimonio elicitum, ſed concretum, ſeu portionem aliquam antimonii idoneo menſtruo ſolutam & exaltatam colore iſto rubro ex variâ ſitus & texturæ minutarum partium figurâ lucis & oculorum reſpectu emergente.

N. Idoneum illud menſtruum eſt v. g. Acet. diſt. vel ſpiritus ex cryſtallis vir. ær. quem extrahendi modum *Cl. Zwelferus à Baſilio* Valentino didicit. Item ol. Terebinthin. etiam crudum antimonium pulveriſ. facile in ſanguinei coloris balſamum diſſolvit.

N. 1. Acet. diſt. plerumque acuitur aliquo Spiritu acido v. g. ſp. nitri, vel ſp. vitrioli phil. ſolo affuſo mineræ antimonii, & ſexies vel ſepties cohobato. Sic.

1. *Tinctura ex antimonio crudo.*) Ex antimonio trito extrahe tincturam cum Spiritu Vitrioli phil. digerendo in Ciner. hinc decanta, decantatas tincturas abſtrahe, cohobando, in primâ autem ac ſecundâ 🝪tione liquor niger ac fœtidus adſcendit, poſteà 🝪labit liquor inſtar tincturæ auratæ; cum ſpiritu vini verò reſiduum circulandum & extrahendum eſt.

N. Alii pro menſtruo utuntur aq. fort. ex vitriolo, O plumoſ. & vir. ær.

2. *Alia Balſamus vitæ Baſilii.*) Hic ex antimonio crudo cum Acet. diſt. radicato juxtà *Domini Autoris* deſcriptionem elaboratur; Componitur autem Acet. diſt. radicatum, quando à ſale tartari Acet. diſt. aliquoties abſtrahitur, uſque dum nanciſcatur acorem. Verum huic commodius ſp. vir. ær. ſubſtitui poteſt.

3. *Aliter.*) Cum Aceto antimonii digeſtionis beneficio etiam ex antimonio crudo tinctura rubicunda extrahitur, qui modus quoad præparationem & efficaciam eſt convenientiſſimus, in primis ſi Acet. à ſale antimonii fuerit abſtractum. Hujus præparationem vid. in Keſlero.

4. *Alia. Manna ♁nii dicta.*) Hæc etiam cum Acet. antimonii nativo ſuo ſale imprægnato conficitur extrahendo, & extractum cum ſp. vini circulando ac digerendo.

*Ex antimonio calcinato. 5. Tinctura ex vitro antimonii, Magiſterium antimonii Salæ. ol. vitri antimonii Baſilii.*) Hæc juxtà *Domini Autoris* deſcriptionem optimè etiam ſuccedit. Cum autem difficulter retineri poſſit, quin liqueſcat, conficitur exinde Bezoardicum, ſcil. ol. per deliquium ſolutum, affunditur CC. uſt. & præpar. & ſic elegans acquiritur bezoardicum; Alii loco hujus affundunt butyrum antimonii CC. uſt. calcinat. & ſic præparant bezoardicum CC. Elegantior tamen fit Tinctura ex vitro antimonii ſeq. modo Rec. vitri antimonii ſine additione parati & inſtar rubini opt. triti q. ſ. affunde ſp. vir. ær. ad trium digitorum ſupereminentiam. Stent in digeſtione ſine agitatione, donec flavedine imbuatur ſpiritus, hunc decanta, alium ſuperaffunde, atque hoc toties repete, quoties Menſtruum affuſum tingitur; Menſtruum Tinctum in vitro abſtrahitur ad aliqualem liquoris remanentiam. Cui ſp. vini rectific. ſuperfuſus rubicundâ imbuetur tincturâ, quæ uſui reſervanda eſt.

7. *Alia, ex vitro antimonii ☉lari.*) vitri antimonii ☉laris elaborationem ſuprà communicavimus, ex quo ſeq. modo Tinctura concinnari poteſt: Rec. vitri antimonii ☉laris optimè triti q. v. humectetur ſubinde ſp. vir. ær. & iterum exſiccetur in leni calore. Ex hoc cum ſ. q. dicti ſpiritus extrahe Tincturam in loco tepido vaſe clauſo. Hos tinctos ſpiritus leni deſtillatione ad remanentiam liquoris rubicundi abſtrahe. Liquor reſiduus exaltetur ſp. vini ſummè rectificato, & abſtracto denuò ſp. vini ad liquoris craſſioris remanentiam remanet Tinctura antimonii ☉laris rubicundiſſima. Si hoc modo non procedatur, & prout Dominus Autor tradidit, ſp. vini ſaltem vitro antimonii abſque prævià extractione cum ſp. vir. ær. vel Acet. diſt. factâ affundatur, ſpei exoptatæ non ſatisfiet.

8. *Alia, ex vitro antimonii ☉lari.*) Hæc ſatis concinna erit, modò Tinctura auctiori △ne per retortam depreſſam non propellatur, ſed tantùm ſp. vini abſtrahatur, relicto liquore craſſiore pro Tinctura vitri antimonii ☉lari.

9. *Tinctura ex Croco Metallorum Bickeri.*) Hanc valdè commendat *Bickerus de conſervandâ valetudine.* Item *Greg. Horſtius in conſil.* Nihil autem eſt aliud, quàm Sal aceti cum antimonii particulis ſociatum. Melius ſuccedet, ſi loco Acet. diſt. ſp. vir. ær. etiam ſubſtituatur & ad ſiccitatem inde abſtrahatur, reſiduum a. ſp. vini rectificatiſſimo circuletur. Eadem eſt ratio ſeq. *Tincturæ 10. ex Hepate Antimonii.*

11. *Alia S. Cloſſæi, quam vocat oleum antimonii febrifugum & Anti-pleuriticum.*) De hujus elaborationis ſucceſſu nemo dubitet, ſæpius enim præparavi. Sequentem tamen etiam non poſtponendam duco: Rec. Mineræ ♁nii ☉laris ℔ j. comminue in parva ad inſtar fabarum fruſtula. Hæc ſtratificentur in vaſe fictili forti cum Vitrioli calcinati ℔ ij. claudatur vas operculo & in Aren. calcinentur per gradus △nis continuos duarum ſeptimanarum ſpatio, △ne per gradus aucto, uſque dum antimonium rubeſcat. Quibus peractis antimonium ſeparetur à Vitriolo & in pulverem ſubtiliſſimum redigatur. Huic vitro immiſſo affunde ſp. vir. ær. ad 4. digit. tranſverſ. eminentiam leni digere calore & Tincturam extrahe. Tinctum ſpiritum decanta & alium affunde, tamdiu, donec non amplius ſpiritus tingatur. Tincti ſpiritus omnes 🝪lando ad craſſitiem abſtrahantur. Reſiduum cum ſp. vini rectificato denuò extrahatur, ejuſque Tinctura eliciatur.

12. *Tinctura ex ♁nio Tartariſato.*) Quidam ſumunt ♁nii part. ij. nitri & tartari ana part. j. Miſcent & calcinant in tigillo ad Reguli ſubſiſtentiam, quem ſeorſim ſervant. Deinde ſcorias adhuc tepidas pulveriſatas injiciunt in ſp. vini ſ. vel ſp. cochleariæ, aut ſp. Tartari & ita tincturam extrahunt. *Dominus Autor* omiſſo nitro ſaltem cum Tartaro calcinat. Verùm res eodem redit. Nonnulli etiam ex ſulphure aurato antimonii Tincturam antimonii majoris energiæ ſpondent in impuritate ſanguinis quâcunque emendandâ ratione antimonii, & ipſi juxta adſignant vim diureticam & abſterſivam ob nitrum & Sal. comm. Tartari. Unde in calculo, podagrâ, ſcorbuto & malo hypochondriaco, item Scabie &c. pro ſanguine purificando commodè adhiberi poteſt.

12. *Rubinus antimonii mercurialis.*) *Johannem Fernelium* hoc habuiſſe Medicamentum tradunt, eoque in Lue ♀nerea frequenter fuiſſe uſum dicunt. Mediante digeſtione ex regulo &

 mercu-

mercurio ſimul miſtis præcipitatum emergit, ex quo poſtmodum cum ſp. vini Tinctura rubicundiſſima extrahitur, quæ in formâ humida vel ſicca aſſervari poteſt.

13. *Tinctura ex Regulo martis aut ♀. Antidotos Pantagogos.*) Verùm notandum eſt hanc Tincturam ad Autoris Noſtri præſcriptum minus commodè elaborari poſſe, niſi prius ſolutum illud cum ſp. ♉ vel Sal. comm. factum ex calce Reguli martis vel ♀ ▽â ſ. à calce Reguli martis vel ♀ liberetur & coaguletur. Ex coagulato autem iſto △ne fortiſſimo flores ſublimentur per deliquium ſolvendi, qui vel per ſe vel cum ſp. vini ſociati elegantiſſimam præbent eſſentiam ſeu Tincturam; Ad tonum viſcerum corroborandum & appetitum excitandum.

14. *Alia. Balſamus Reguli & exinde Tinctura.*) Melius ſuccedet, ſi prius ex Regulo antimonii ſulphur antimonii conficiatur, illique ſal tartari tantundem exactè miſceatur, ſuper △ne leni in patellâ terreâ. Huic Mixturæ cucurbitæ uitreæ immiſſæ affunde ſpirit. Terebinth. ad trium digitorum eminentiam. Stent in digeſtione uſque dum ſpiritus rubro tingatur colore, qui effuſus uſui eſt aſſervandus. Hic ad uſum externum præſtans etiam eſt remedium, ratione tamen ſpiritus Terebinth. internum etiam agnoſcit uſum. Obiter tamen notandum, quod in caloris hectici præſentiâ & in pulmonum exulceratione poſt hæmoptoën exortâ à ſimilibus ſit abſtinendum balſamicis, prout & à balſamo Sulphuris quocunque modo parato. De quibus infrà pluribus.

N. Sulphur antimonii ex Regulo quomodo conficiatur, ſuprà invenies.

15. *Tinctura ex antimonio calcinato cum Lapid. Prunella.*) ſeu nitro antimoniato. Per Acet. diſt. extrahe Tincturam cum ſp. Nitr. non nihil acuatum. Abſtrahe hoc Acet. diſt. ad mellaginem. Huic affunde ſp. Nitr. extrahe Tincturam rubicundam, quam demum ſp. vini exalta.

N. Terra in extractione cum Acet. diſt. factâ reſidua tanquam ſingulare anti-dyſentericum commendatur; Verùm ſummâ cum cautelâ hanc uſurpabimus, ſerioque inſpiciendum eſt, ne adhuc aliquid virtutis nitroſæ in ſe contineat.

16. *Tinctura ex antimonio rubeo fixo.*) figitur antimonium vel per ſe mediante digeſtione in peculiariter ad hanc operationem conſtructo vitro, vel leniter calcinando, vel cum ſpiritu Vitrioli, qui Sulphuri antimonii affunditur & aliquoties iterum abſtrahitur, ex hoc fixo ſulphure antimonii Tinctura cum ſp. vir. ær. elicitur, ſpiritus tincti ad ſiccitatem abſtrahuntur, & ex reſiduo cum ſp. vini rectific. Eſſentia rubicunda extrahitur.

17. *Tinctura ex floribus antimonii, Lilium Paracelſi.*) ✱ hîc nullius uſus eſt, cum abſque hoc flores antimonii per lenem reverberationem per ſe in phiala in pulverem rubicundiſſimum converti poſſint: *vid. Cl. Zvvelferus in Mantiſſ. Spagyric.* part. 2. cap. 8. Ex his cum ſp. vini tartariſato Tinctura elicitur, quæ maceratione, aut circulatione & abſtractione ad debitam conſiſtentiam in antimonii Eſſentiam redigenda eſt. Hâc ſi potiamur, ſequente 18. *Arcano Baſilii*, nec 19. *Elixir* ☉*lari*, ſeu *Electro* vel *Lilii Paracelſi* minus de ⁙, multum autem de *Sulphure antimonii* participante opus habemus. *Antidotus item* 21. *ζωιφορ. Quercetani* nullius erit uſus, cum viribus ac compoſitionis ratione cum 17. *Tincturâ ex floribus antimonii conveniat.*

N. Quid *Tinctura Lilii Paracelſi* ſit vid. *in Cl. Helmontii Tr. Arcan. Paracelſi* p.m. 628. Item *Catarrh. delirament.* §. 43. Et *Pharmacopol. ac Diſpenſat. modern.* §. 49.

N. 2. ▽am vitæ coralliorum ſtatuimus eſſe ſp. vini in coralliis regeneratum. Scilicet corallia in Acet. diſt. ſolvuntur, ſolutum coagulatur, hicque labor aliquoties repetitur, poſteà deſtillatio ſubſequitur.

22. *Tinctura ex floribus antimonii vitriolatis.*) Flores antimonii vitriolati elaborantur, ſi ſpiritus vitrioli Regulo antimonii affuſus in ſ. q. præviâ digeſtione ex Regulo tincturam extrahat & ejus humiditate abſtractâ coagulum maneat, ex hoc poſtmodum ſublimatum fiat quod inſtar florum alembic. adhæret. Ex hoc cum Spiritu Vitrioli ♀neris vel potius ſpiritu Vitrioli antimonii martialis, (qui componitur ex ſcoriis Reguli martis, dum ex hoc cum ſpiritu Vitrioli conficitur Vitriolum antimonii martiale, & exinde poſteà ſpiritus,) eſſentia extrahitur, quæ tandem cum ſpiritu ♄turni æthereo circulatur & in præſentem tranſit Tincturam.

N. De vero ♄ni æthereo ſpiritu vide *infrà De ſaturno.*

23. *Tinctura ex floribus Reguli. Antidotos πανχρηςος.*) Recipe prædictos ex Regulo flores, reverbera vaſe clauſo per aliquot ☍. Poſteà extrahe Tincturam cum Acet. diſt. radicato vel quod melius cum ſp. vir. ær. Decantatos liquores à ſuo menſtruo abſtrahe. Et reſiduum ſp. vini extrahe, qui tandem etiam ad ſiccitatem uſque eſt abſtrahendus.

24. *Alia ex floribus Reguli martis præcipitatis.*) Rec. præcipitatos leni reverberatione in phialâ ſ. Reguli martis, extrahe Tincturam cum Acet. diſt. radicato vel etiam ſp. vir. ær. menſtruo per ♌lationem ſeparato reſiduum pulverem rubrum leviſſimum tum ſpiritu bacc. juniperi in Tincturam redige. Apoſtemata aperit interna, ſanguinem concretum diſſolvit & corruptum corrigit.

25. *Tinctura ex ol. antimonii ſaccharato.*) Ex antimonio cum Saccharo Liquor conficitur, prout ſuprà oſtendimus, huic affunditur Acet. diſt. ad 4. digit. eminentiam, digeritur & iterum abſtrahitur, abſtractum cum ſp. vini etiam circulari & in Tincturam transferri poteſt.

26. *Tinctura ex Sulphuribus ♁nii.*) Niſi cum ſp. Sal. comm. vel ♉ prius Sulphur antimonii extrahatur, prout ſequens docet proceſſus, non facile ſuccedet elaboratio. Deinde aliquoties cum ſp. vini cohobari debet, & demum cum ſp. vini iterum extrahi, ab extracto rurſus ſp. vini per MB ad Syrupi conſiſtentiam abſtrahendus eſt.

28. *Tinctura ex Sulphure ♁nii Aurato.*) Hæc paratu perquam facilis eſt vide infrà.

30. *Tinctura ex mercurio antimonii cum* ☉. *Antidotos Sebenyani* ʒj.) De mercurio antimonii, quomodo conficiendus ſit, & cujus naturæ, infrà videbimus. Ex hoc etiam cum ☉ âââ confici poſſe non imus inficias: Quod autem ex hoc cum circulato Paracelſi minore Tinctura extrahi poſſit, ambigimus.

N. Sunt qui ſp. vini circulatum ac ſæpius deſtillatum, ut in oleaginoſam abeat ſubſtantiam Circulatum Paracelſi autumant, ſed malè. Alii ſp. vini cum proprio Sale intervenientibus digeſtionibus aliquoties deſtillant, ut Sal tandem cum ſp. vini per Alembicum transferatur, & vocant Circulatum majus. *Libav. Tr. de igne Naturæ.* Verùm fallunt & falluntur.

31. *Tinctura ex vitriolo ſeu cryſtallis antimonii.*) Primò conficitur ſpiritus vitrioli antimonialis purgans ſeq. modo.

Rec. vitri antimonii q. ſ. ſp. Vitrioli opt. affunde in cucurbitâ vitreâ ad duorum digitorum transverſorum eminentiam, ſtent in digeſtione per 8. ☍ uſque dum ſpiritus nigro imbuatur colore, qui per filtrum ſeparandus eſt, & ad uſum reponendus. Doſ. eſt à gutt. v. vj. ad x. ad ſanguinis purificationem. Deinde ex reſiduo vitro ab extractione relicto ſal ♁nii conficiatur ſeq. modo. Scilicet vitro relicto admiſce quartam partem Sulphuris triti & in patellâ terreâ ſuper △ne leni calcinetur continuò agitando ſpatulâ, quouſque ſulphur totaliter conflagraverit. Hæc calcinatio cum ſulphure quinquies repetatur. Tertiò ex vitro hoc calcinato cum ſ. q. Acet. diſt. repetitis vicibus affuſi extrahatur Sal. comm. ♁nii; Acet. per ♌lationem ad Salis ſiccitatem abſtrahatur, qui porro ſp. vini aliquoties ſolvatur filtretur, & in cryſtallos reducatur. Ex his præcipitetur pulvis albus cum ▽â frigidâ, qui reverberatione evadit rubeus. Ex quo cum ſp. vir. ær. Tinctura extracta tandem cum ſp. vini exaltanda & edulcoranda eſt.

N. Quidam hoc vitriolum ♁nii cum vitriolo ♀ confundunt: ſed ſciendum eſt, quod in ♌latione Vitrioli antimonii remaneat pulvis albus, in vitrioli verò ♀neris deſtillatione pulvis rubeus.

32. *Tinctura Magiſteriata. Lapis △nis Baſilii*) Tranſeat hæc, vtpote deſcriptione ac præparatione admodum ambigua.

## ¶ *VI. INFUSIO.*

### 1. *Infuſio ♁ crudi.*

℞. Antimonii crud. lævigati ℥ß. ▽æ ♒tæ vel Vini ℥iij. iv. macerentur per noctem, colenturque.

Vires. *Colatura illa purgat ſupra & infra. Poter. in Pharmac.*

2. *Infuſio Vitri Antimonii* Spewwaſſer. Eau vomitive. *Infuſion of vitrum* (or *glaſs*) *of Antimony, for vomiting.* Een ſpouw-water van vitrum (ofte glas) van Antimonie.

℞. Vitr. ♁ ʒj. vel ʒij. vini generoſ. ℔ iij. vel iv. vitro benè firmiterque cooperculato, aliquamdiu inſolantur, donec nempe liquor citrinum colorem induat, poſtea filtretur liquor, & viciſſim in vitro benè clauſo aſſervetur.

Vires. *Datur ad vomitiones ciendas, magno cum fructu, præſertim in iis morbis, qui non aliter quam vomitionibus curari poſſunt & volunt, quales ſunt tuſſes, pleuritides, anginæ, anorexiæ, ructus, atque infiniti alii in prima regione ventris hoſpitantes. Vide & in Vitro ♁.*

*Doſis à ℈j. ad ℈v. Hart. in Croll.*

N. *Sunt qui fruſtum vitri ♁, pondere ʒij. ad ʒß. ſine pulveriſatione in Cerevíſia vel Vini hauſtu ali-*

quot

*quot ℥ss, prout ſcilicet operationem magis vel minus efficacem expetunt, macerant, decantatumque liquorem propinant.*

N. *Admirandum eſt in infuſione Vitri Antimonii non exhauriri ejus vim emeticam, ſed pene in infinitum id poſſe infundi, ut nihil plane virium vel admodum pauxillum decedat. Quin imò, quod idem, ſi qua imbecillius redditum ſit, novâ fuſione priſtinas vires recuperet. Vide Stranſſii Pulv. Sympathet.*

3. *Alia infuſio vitri ♁, quam pro Aqua Benedicta Rulandi habet Brendelius.*

℞. Vitr. ♁ [per ſe ſine addit. facti,] ℥j.
Vini generoſ. vel Malvat. ℔j. ad ſummum ℔ i ß.

Macerentur in loco non admodum calido, donec cutim contrahat vinum. (Hæc cutis nihil aliud eſt, quam reſidua portio Sulph. Ocalis, à qua oritur illa vehemens vomitio, relicta à calcinatione antimonii,) cute ea per filtrum ab infuſione ſeparatâ & abjectâ, longè mitius quam antehac operationes ſuas exercet aqua benedicta. *Brendel. in Chymia.*

4. *Infuſio Croci Metallorum, Aqua benedicta Querc.*

℞. Croc. Metall. Ungar. ℥j.
Aqua Card. bened. ℔ ij. vel iij.
Cinam. ℥ß.

Macera per biduum aut triduum, dein tranſcola & ſerva uſui.

*Doſis* ℥ß. *aut amplius.*

5. *Aqua benedicta Rulandi.*

Rulandus ▽ ſuam benedictam ita deſcribit: Crocus noſter Metallorum maceratur per ♂m, vel urgente neceſſitate ebulliat à lentis magnitudine ad piſi quantitatem in ▽ vel Vino, vel Cereviſia, vel ▽ mulſa, vel denique in liquore morbo conveniente, de quo capitur poſt infuſionem ab ℥ß. ad ℥ij. colatum deinceps bibitur frigidè vel calidè.

Verum quis ille Crocus Metallorum Rulandinus ſit, ambigitur, *de quo vide in Croc. Metall.*

Sit ut ſit, ſufficere tibi poteſt illa Quercetani, vel ſi mavis.

℞. Croc. Metall. (ſive vulgaris ille ſit, ſive Hartmanni) gran. iij. ad ℈ß.
Vini generoſ. vel Vini malv. Hydromel. vel Cereviſ. vel convenientis liquoris ab ℥ß. ad ℥ij.

Macerentur & neceſſitate urgente ebulliant, colenturque per chartam. Nota *Walæi* obſerv.

Vires. *▽æ benedictæ utriuſque uſus proficuus eſt in dolore capitis, ab impuritate ventriculi, ſæpè enim is accidere ſolet, in Epilepſia, Pleuritide, Melanch. Hypochondriaca, Febribus, Peſte, Arthritide, coagulatione Sanguinis, &c. In quibus omnibus cum liquore appropriato exhibeatur.*

Uſus præterea ejus inſignis eſt in Clyſteribus.

*Nimirum.*

℈ß. ad ℈j. ebullit in ▽ convenienti vel Vino, colatur, admiſcetur juri vel decocto ſimplicium mollientium. Optimum Medicamentum eſt in Colica. Vide *Riverium.*

*Huc*

6. *▽ Ophthalmica ex Croco Metall. vide l. 2.*

7. *Syrupus vomitivus, V. l. 2. c. 64.*

8. *Vinum Hippocraticum purgativum, V. l. 2. c. 84.*

9. *Oxyſaccharum Vomitivum, V. l. 2. c. 84.*

10. *Spiritus vitæ aureus Rulandi.*

N. *De hoc 🜀u, variæ Medicorum opiniones: Quercetanus è familia Metallica deſumptum illum exiſtimat, in Pharmac. reſt. c. 17. Alii nihil aliud eſſe opinantur quam infuſum Trochiſcorum Albandal, quod vide in Colocynth. Tentzelius Spiritus Vitæ aureum à rubro diverſum facit, aureum conſtituens Infuſum Troch. Albandal: Rubeum verò ex terra ſancta (Antimonii) paratum autumat.*

HOFMAN. *VI. Infuſio 1. infuſio antimonii crudi*) In decoctis ſpecificis contra Luem veneream antimonium crudum ſummo cum emolumento in uſum trahimus, nec enim vomitus nec ſedes concitat.

2. *Infuſio vitri antimonii.* Speŋ-Waſſer *Hartmann:* 3. *Aqua Benedicta Rulandi.* 4. & 5. *Quercetani* &c. Cum harum præparationes, uſus & vires jam Lippis ferè ac tonſoribus notiſſima ſint, non eſt quod multa verba de his amplius faciamus. Sanioris Medicinæ Practicæ Cultores noverint, quid horum loco vel ſurrogandum, vel auferendum ſit.

## ¶ VII. SALIFICATIO.

1. *Sal ♁ij.*

℞. ♁ Ex quo Tinctura prolecta eſt, (ſive ex Croco metalli, ſive ex vitro,) calcinetur in fornace figulina ♂ 4. donec in 🜗m penitus vertatur. Ex 🜗e hoc extrahe Sal. cum 🜍 decantaque. Hinc abſtrahe 🜍 & clarifica ſolutione ac coagulatione, ut moris iteratâ.

N. 1. *Niſi ♁ primâ vice probè calcinatum fuerit, adhuc ſemel calcinari poterit.*

N. 2. *Eadem calcinatio abſolvi poteſt, ſi cum Sulph. ana miſceatur & comburatur, donec Sulphur penitus efflagrârit.*

N. 3. *Quinimò 🜊 Antimonii ſuper ♁ fuſum Sal. ſubdulce elicit.*

Vires. *Æquipollet viribus Sal. ex ⊙; mundificat ſanguinem, expurgat corpus ab omnibus impuritatibus, curat Luem Ven. prodeſt in Podagra, rumpit Apoſtemata, fugat Febres, extrinſecus mundificat ulcera maligna.*

*Doſis gr. 4. Thold. in Halogr. vide etiam obſerv. Horſt. l. 1. in Epiſt.*

2. *Aliter.*

℞. Reguli pulv. q. v. præcipita per ſe, in ſublimatorio ſemper quod ſublimatum eſt, materiæ quæ in fundo eſt, reddendo. Regulus ita in ♁erem rubeum converſus ponatur in cellam ad liqueſcendum: liquorem dephlegma aliquantulum, ac repone ad cryſtalliſandum; Cryſtallos purifica.

N. *Hi Cryſtalli cum triplo tripolæ per 🝫m deſtillati, exhibent primo 🜀m album, dein rubrum, quem rectifica in MB vel VB.*

Vires. *Prodeſt hic 🜀 in febribus, præcipuè quartana, atterit calculum veſicæ, promovet ⊡m, præſervat à Podagra, extrinſecus illitus, mundificat ulcera maligna. Baſil.*

3. *Aliter.*

℞. 🜀 🜍i rectificatiſſ. funde ſuper mineram Antimonii, ſtent in digeſtione ſeptimanas aliquot, (6.) ſic ſolvetur ♁ in maſſam rubram, teterrimi fœtoris. Hanc inde 🝫æ, pelleque igne nudo in receptaculum ſat amplum, (uti fit in 🜂atione 🜀 🜍i,) ſic prodibit primum ☍ 🜍, hinc 🜀 antimonii rubeo colore. Receptaculum tandem veſicâ probe occluſum reponatur in cellam ♂ (14.) ſic concreſcent Cryſtalli rubicundi, quos exime & ſicca.

N. 1. *Aquam reſiduam rectifica, & habebis ⁓m Vitrioli ut antè.*

N. 2. *Ex Cryſtallis his fieri poteſt ⁓, ut ex Sale communi.*

Vires. *Cryſtalli hi obſtructiones reſerant, à viſcoſa ac tartarea mucilagine ſubortas, purganique per alvum. Hinc uſus præcipui in effectu hypochondriaco, tertiana, pleuriſi & ſimil.*

*Doſis gr. 4. 5. Agricola.*

HOFMAN. *VII. Saliſicatio 1. Sal antimonii.*) Antimonium crudum ſal quoddam in ſe habere, quod per digeſtionem inde elici poſſit, licet admodum ſit paucum, nullum eſt dubium. Interim tamen præſens non tam ex antimonio calcinato, quàm à Sale Acet. diſt. aut ſulphure emerſit. Verum autem ſal antimonii cum Acet. antimonii ex ipſo antimonio ſ. a. per digeſtionem elici poteſt.

2. & 3. *Aliter.*) De hâc cryſtallorum genuinâ præparatione vid. ſuprà.

## ¶ VIII. MERCURIFICATIO. ☿ Antimonii.

℞. Sal. ⊡ volat. ✳ Sal. Tart. ana ℥ j. M. & affunde ⋇ acerrimum, digere vaſe H. cl. per ⊠m, dein deſtilla in ⊥ ad ſiccitatem: Siccis his ſalibus adde Tripolæ triplum, eliceque ⁓m per ♉m △ forti.

℞. Ergo Regul. lævigat. ℥ VIII. affunde ⁓m tuum deſtillatum, digere 8as 3. dein abſtrahe l. △ phlegma, reſtantique materiæ admiſce quadruplum limatur. ♂, deſtillaque △ fortiſſimo ex ♉ in excipulum ▽â ſemiplenum ac videbis ☿m in fundo currentem. *Baſil. in curru Triumph.*

Ex hoc fit ℴℴ ſeu Butyrum ♁, *de quo in ☿io.*

N. *Alium modum exhibet Baſilius in repet. Lap. Phil.*

*Nimirum:*

♁ macerat aliquamdiu in Spir. Sulph. imprægnato ✳. Hinc ſublimat, ſublimatumque in ſartagine ferrea agitat ad acquirendum ☿m.

*Alius modus.*

℞. ▽ Pluviæ deſtillatæ cum ✳ affunde antimonio crudo pulveriſato, digere per ♂ (8.) Hinc decanta & evaporare ſinito, habebiſque ♁erem albicantem dulcem, qui ad △m fuſus ♄m exhibet nobiliſſimum, nihilque aliud eſt quam ☿ius antimonii, *de quo Ioh. Agricola.*

HOFMAN. *VIII. Mercurificatio, mercurius antimonii.*) Omnes à Domino Autore communicatæ deſcriptiones & præparationes voto non reſpondent. Sequens autem Excell. *D. D. Joelis Langelotti Archiatri Ducis Holſatiæ* Regentis in Epiſtol. ad Naturæ curioſos omnibus ſatisfacere videtur. Teratur ſcilicet Regulus antimonii in pulverem impalpabilem beneficio molæ philoſophicæ. Hujus libræ uni adde ſalis tartari puriſſ. & ſicciſſ. lib. ij. ✳ci ℥ viij. Miſce probè, deindè humecta cum Vrin. hominis ſani vinum bibentis, & cura, ut hæc miſtura à duobus prævalidis & lacertoſis juvenibus in porphyrite per integrum diem ſine ullâ teratur intermiſſione, aſpergendo ſemper, ſi humidum deficiat, urinam, poſtea miſturam iſtam cucurbitæ immitte & ſuperfunde tantum urinæ, ut tribus emineat digitis, clauſamque ſicuti decet per Menſem lentâ digeſtione fove & quotidie agita. Sique intereà temporis ſiccior appareat maſſa, reaffunde urin. & finitâ digeſtione cum æ. p. vitri contuſi & calcis vivæ in globulos forma & in umbrâ ſicca, ex his ſeq. modo mercurium antimonii elicies. Primò præſtò ſit vas quoddam ferreum cucurbitæ inſtar oblongum, cui frigidam oportet infundere eamque in terram defodere. Huic ſuperimpone laminam ferream multis foraminibus perviam, & pone in eâ globulos benè ſiccatos, poſteà capitellum itidem ferreum & paulò depreſſius ei adapta, ut carbones candentes commodè ei imponere queas, & ſic gradum △is per 4. hor. moderatum tene, inde auge eum per totidem horas, uſque ad extremum; poſteà ſine refrigeſcere, cave, ne vas in terrâ defoſſum prius moveas & aquam effundas, antequam ea penitus refrixerit, aliàs multum mercurii perdes.

N. Licet hæc ita ſeſe habeant, omniaque juſtò ſuo ſtent talo, tamen dubium manet, utrum hic Mercurius ſit verus Metallorum, qualis etiam per artem è Metallis extrahi poteſt, An verò Mercurius vulgi, à vulgari illo non differens. Nam cum mirabilis ſit illa, inquit Excell. D. Morhofius l. c. & imperceptibilis penè Mercurii in minima diſſipatio, quæ fit in mineris per ignes ſubterraneos, facilè ſe metallis & aliis mineralibus v. g. antimonio inſinuat ac commiſcet, ſed non radicaliter. Quædam ejus particulæ primâ metalli fuſione evaneſcunt in auras: quæ tenacius hærent, remanent, ac tandem ſalium reſuſcitativorum ope eruuntur, & à reliquis particulis ſeparantur. Facilius id efficitur in mineris, in quas pronior illi ingreſſus eſt; ac promptius iterum expellitur. Quando per fuſionem particulæ metallicæ propius junctæ ſunt, difficilius ſuccedunt omnia. Hinc ex ♁nio & ♄turno facile extrahi poteſt.

# CAPUT XVIII.

## *De Recrementis Metallicis Naturalibus.*

Metallicorum corporum enodationem excipit anatomia Recrementorum Metallicorum. Duplicis hæc ſunt ſortis; Naturalia & Artificialia.

Naturalia voco, quæ Natura operatrice, dum in gremio terræ Metalla generabantur, ex materia ad generationem eorum inidonea, extiterunt.

*Talia ſunt:*

Cobaltum, Chalcitis, Miſy, Sory & Marcaſita, ſeu Biſmuthum.

### 1. *Cobaltum.*

Cobaltum, cadmia nativa, foſſilis, metallica, eſt minerale terreum, colore ferè nigrum, æris vel argenti particeps. Germanicè Kobold / Muckenpulver / quia Muſcæ ejus guſtu perimuntur, de la Cadmia Nativa. *Natural metallin Cadmia, Braſſe ore.* Cadmia / een Metael onder koper gevonden.

Foditur copioſè haud procul Goſlariâ.

Vires. *Vi cauſticâ & erodendi pollet tantâ, ut foſſorum manus & pedes exulceret: adeoque inter Venena recenſetur, quippe intus hauſtum animalia quæque perimit.*

HOFMAN. 1. *Cobaltum.*) *Cadmia* nativa, foſſilis, metallica. Hujus tres ſunt diverſæ ſpecies, quarum duæ effodiuntur, tertia in fornacibus metallariis arte conficitur. Ex prioribus duabus Una metalli eſt expers & eſt Lapidis aut Terræ ſpecies ſolidior. Altera Metalli ferax. Hinc nominantur *Cadmia* foſſilis, metallica & Fornacum. *Hic agit Autor de Cadmia Metallica ſeu Cobalto,* Lapide non multum à pyrite diverſo. A *Plinio* Lapis ærosus, quod ex eo fiat Æs, imò non ſolum æs, ſed & Argentum. Unde & nonnulli lunam ex Eâ conficere tentant, ſed fugitiva forſan fit, facileque avolabit in auras. Alii exinde anti-Epilepticum præparant. Sed cum meliora ac tutiora habeamus, meritò rejicitur. Ad uſum tamen Mechanicum ex *Cobalto* cum ſilicibus fieri colorem illum cœruleum (blaue Farbe) notum eſt.

N. Foditur copioſè haud procul Goſlariâ, etiam in valle gigantum, aliàs vocatur Zincken-Erz / in Schmortzeiffen: item Kupfferbergi. Da Er bricht neben einem Glanz und ſiehet einen weißgülденen Erz nicht ungleich.

### ¶ 2. *Chalcitis.*

Chalcitis eſt minerale ſimile æri, friabile nec lapidoſum, Sory tenuius, Miſy vero craſſius, tractu temporis ex Sory factum.

HOFMAN. 2. *Chalcitis.*) Atramentum rubrum, pyrites aroſus, Hartroth Atrament. Speciem æris præ ſe ferens ſemper nativa, nunquam factitia, cui oblongæ & reſplendentes ſunt fibræ

Facultate

Facultates habet miſtas adſtringentem & acrem, acris adeò eſt vehemens, ut carnem urat & cruſtas poſt ſe relinquat, ſed uſta mitior evadit. Ingreditur Theriacæ compoſitionem, ſed cum hodiern° ſeculo uſum non agnoſcat Medicum, utut olim Theriacæ fuer° admixta, ejus loco vel vitriolum calcinatum ad rubedinem, vel ſp. vitrioli ſubſtituunt.

3.

¶ Miſy eſt minerale, colore aurum imitans, aureiſque ſcintillis dum frangitur, ſplendens, natum ſuper chalcitim & ex chalciti, non ſecus ac ærugo naſcitur ſuper æs & ex ære.

N. *Myſi eſt efflorescentia chalcitis.*

HOFMAN. 3. *Miſy.*) Cyprium reliquis præfertur, Auro ſimile & ſtellæ modo ſplendens. Effloreſcit non ſolùm ex chalcitide, ſed ex omni etiam Vitriolo, tam nativo, quàm factitio.

4.

¶ Sory eſt minerale lapidoſius, & vehementius compactum, craſſiſſimum, friatum ſcintillas miſeos emittens.

HOFMAN. 4. *Sory.*) Tres hæ ſpecies *Chalcitis*, ſcil. *Miſy* & *ſory* ſæpè ſimul inveniuntur, ubi conficitur Vitriolum, ſed cognitu difficiles. *Galenus* 9. *ſimplic.* ait, ſe in metallis Cypri vidiſſe ternas zonas junctas, quarum infima fuit ſoryos, ſuprema miſyos, media chalcitidis.

¶ N. *Chalcitis, Miſy & Sory mineralia ſunt, inter ſe origine & viribus conjunctiſſima. Nimirum, ex Sory fit Chalcitis, ex hac Myſi, videatur Matthiolus in Dioſcoridem, qui inter recentiores primus quid illa ſint, demonſtravit. Verum adhuc dum Officinis noſtratibus in uſum non veniunt, quæ Chalcitis loco Colchotar Theriacæ immiſcent, cùm tamen genuinum Myſi, adeoque & genuinam Chalcitin, monente eodem Matthiolo, Ducatus Brunſvicenſis ſuppeditet.*

Vires. *Adurunt & Eſcharas efficiunt, attamen & nonnihil quoque adſtringunt. Differunt tamen inter ſe tenuitate & craſſitie, Sory partium eſt craſſarum, & proin minus penetrat, Chalcitis tenuiorum, Myſi tenuiſſimarum.*

[*Chalcitis uſta mitior evadit, ingreditur Ceratum Diapalmæ, Diachalciteos Galeni dictum.*]

5. *Marcaſita ſ. Biſmuthum.*

Marcaſita eſt ἀπόλωμα Metallicum, in generatione Metalli ex portione aliqua ad generationem Metalli inepta productum inque corpus minerale albicans, durum ac fragile mutatum. Germanicè Wiſmuth/ Marcaſith. de la Marcaſite, ou Biſmuth. *Biſmuth, Marcaſite.* Bismuth of Marcaſit.

N. *Differt à Cachymia, quod illa ex parte magis volatiliori conſtet, quæ primo ſcilicet, dum Metalla generabantur, ſequeſtrata fuit, hæc ex portione magis fixa atque ultimo ſegregata.*

Vires. *Recremento* ♄*i reſpondent.*

*Uſus rariſſimus & non niſi externus.*

HOFMAN. 5. *Marcaſita ſeu Biſmuthum.*) *Olaus Wormius in ſuo Muſæo Cap. VIII.* ad ſui generis metallum refert, licet quandoque Argentum in ſe contineat, unde in locis, ubi effoditur, Argentum ſubeſſe colligunt. Minera, ex quâ conflatur, ſimilis eſt Galenæ, ſed manus inficit, quod Galena non facit: reperitur & ſolidum, quod ſectionem admittit, & non diſſilit ut Galena. Eſt etiam nigrius plumbei coloris. In Angliâ & Miſniâ invenitur in venis argentiferis. Datur & marcaſita aurea Goldkieß / ex quâ deſtillando per retortam vitream igne aperto aqua quaſi inſipida elicitur, quâ ☉ amicabiliter ſolvitur, qualis etiam ex nativo & naturali ☉ vel ex Indiâ orientali & Guineo aſportato, vel ex fluminibus quibuſdam loturæ beneficio collecto & à ſabulo ſegregato deſtillatur.

N. Ad Biſmuthi ſpeciem refert *Johannes Matthesius* in Sareptâ ſuâ *Plumbum Scriptorium* vid. ſuprà De *Plumbo*.

¶ PRÆPARATIONES ET PRÆPARATA.

*I. CALCINATIO.*

*Magiſterium Marcaſitæ.*

℞. Marcaſitæ pulveriſ. q. v. ſolve in 🜅, (ex Sal. nitr. & Sal. Com. ana fact.) præcipita cum 🜄, præcipitatum edulcora & exicca. *Beguinus.*

Vires. *Confert ad cutis vitia, lychenes ſcil. impetigines, ſcabiem manuum, & ſimil.*

HOFMAN. *Præparationes & Præparata. I. Calcinatio. Unde Magiſterium marcaſitæ.*) Cum ſpiritu vini Tartariſato ſolutam cum aq. fort. marcaſitam commodius 🝔abis. Eſt magiſterium coſmeticum & pro magno habetur arcano ex Beguino deſcriptum. Modus applicandi autem eſt, ut in pinguioribus ſubjectis fiat cum aquâ, in macilentis verò cum unguentis & oleis.

¶ *II. DESTILLATIO ET SUBLIMATIO.*

*Unde*

*Oleum ſive Liquor, Sal & Flores Marcaſitarum.*

℞. Marcaſitæ crudæ qualis ex fodinis eruitur, q. v. (e. gr. ℔ x.) pulveriſa maceraque cum Vino albo generoſo q. ſ. ♂ ℘ (3.) hinc deple, atque novum vinum affundendo, iterum macera, toties id repetendo, donec menſ. 20. affuderis: Decantationes omnes tandem affunde Marcaſitis ac deſtilla ad ſiccitatem, hinc obtura roſtrum alembici, daque △m fortiorem & ſublimabuntur Flores argentei.

(N. *Liquor fit, ſi flores argenteos per deliquium in cella ſolveris.*)

Deſtillatum porrò lento calore coque, vel, ſi ⊖m appetis, deſtilla ad remanentiam menſuræ 1. reponeque aliquamdiu. Hinc coque iterum ad medietatem circiter, reponeque ad cryſtalliſandum.

N. *Cryſtalliſationem promovere potes imponendo ſtramina.*

Vires. *Utrumque & ℞o & ſal magnatum ſunt virium in ulceribus cancroſis, fiſtulis, aliiſque affectibus malignis. Paracelſ. l. de 5. eſſentia metallorum.*

*Aqua Marcaſitæ.*

℞. Miner. Magneſiæ, i. e. Biſmuthi crudi ignem non experti, q. v. deſtilla per ☋m, & nanciſceris ▽m albam, quam vel tertiâ vice rectificatam ſerva.

Vires. *Perhibetur extrahere animam auri, relicto corpore albo. Reviſicare item dicitur herbam quamcunque aridam, ſi radice ei impoſita maceretur. Quinimo ſi cum ▽ deſtillata herbæ cujuſcunque confundatur, atque cum modico ſalis ejuſdem herbæ maceretur, formam herbæ ejuſdem apparere ajunt. Eadem ▽ cum proprio ſale (ex ⊕o) alcaliſata dicitur ☉m ad miraculum uſque reſolvere. Fides ſit penes expertum.*

N. *Aqua Marcaſitæ clauſo vaſe aſſervata, novilunio dicitur augeri, plenilunio econtra imminui. Andr. Orthelius in Lumine ſuo Chymico.*

HOFMAN. 2. *Deſtillatio & Sublimatio Unde Oleum ſive Liquor, ſal & Flores marcaſitarum.*) Omnes marcaſitæ ſuo etiam gaudent nativo ſale centrali licet exiguo, interim tamen copia marcaſitarum reparat ſalis inopiam. Hiſce vinum album infundendum, & in digeſtionem ponendum, iterum decantandum tamdiu, donec notabilem adeptus fueris quantitatem. Poſtmodum marcaſitis denuò affundendum, & ad ſiccitatem iterum deſtillandum,

da ignem fortiorem & flores ſublimabuntur. Horum vires vide in *Autore*.

*Aqua marcaſitæ.*) Si *marcaſita* ☉*laris* fuerit, deſtillando aquam præbet amicabiliter auri clauſtra ſolvens; Deſtilla per retortam hâc obſervatâ lege, ut marcaſita pulveriſata retortæ planæ vitreæ in fundo cum collo oblongo & lato, eodemque non multum contorto; ſed directo immittatur, & quidem in exigua quantitate haud ultra dimidiam libram ejus ſimul & ſemel deſtillationi committendos. Hæc niſi obſerventur debitè, fruſtrà laborabis. Similis etiam aqua ex rubicunda Auri minera, rothgülden Ertz elicitur, de quâ non negligendi proceſſus & labores, ac arcana nunc nota ſunt. De hâc Auri minerâ cum à *Paracelſo*, tum ab *Helmontio* pluris olim æſtimatâ ſequentia notanda, dum hic pag. meâ 574. Natura, inquit, produxit in monarchiâ ſubterraneâ minerale quoddam, quod ob ſui ſingularitatem, vocatur à *Paracelſo metallus primus* ſive *maſculus*. 2. pergit: Sulphur *Glauræ Augurelli*, quæ Nympha alio nomine proprio hactenus caret. 3. Electrum minerale immaturum *Paracelſi*, collo appenſum liberat, quos ſpiritus immundus perſequitur & angit.

## ¶ *III. EXTRACTIO.*

*Unde*

### *Extractum Marcaſitæ aureæ S. Cloſſ.*

℞. Marcaſ. auri (leucophæa obſcuris punctis trajecta optima cenſetur) pulveriſetur & imponatur teſtæ vitreatæ, calcinetur vi △ hinc & inde materiam radiculâ ferreâ agitando donec non fumiget amplius & Sulphur ejus impurum omnino combuſtum ſit, tùm per incerniculum agatur, & inde tinctura per acetum deſtill. alkaliſatum proliciatur. Evaporato menſtruo reſtabit materia mellita.

Vires. *Cum mica panis ſubigitur, formanturque pilulæ ad piſi magnitudinem. Detur unica pilula pondere gr. vj. ad repurgandum corpus in febribus intermittentibus.*

### 2. *Extractum aliud valde nobile.*

Eadem Marcaſita præparata uti dictum M. cum patt. XII. cremor. tartar. Bull. in cacabo ferreo cum magnâ quantitate aq. communis, dum tingatur aqua, quæ poſtea filtranda & evaporanda eſt ad conſiſtentiam ſapæ, & cum Spir. Vini denuò circulanda in Eſſentiam.

Vires. *Serum purgat potentiſſimè, hydropicos ad miraculum juvat.*

*S. Cloſſ.*

N. 1. *Infuſio ſimplex* ʒj. *Marcaſit. in* ℥v. *vini albi adhuc fortius hydropicos evacuat inſtar* ☿ij.

N. 2. *Si ex floribus Marcaſit. vel ex vitro ejuſdem concinnatis ad normam florum nitri* ☿ij *fit extractio, res felicius erit ſucceſſura.*

HOFMAN. 3. *Extractio. Unde Extractum marcaſitæ aureæ.*) Loco Acet. diſt. ſpiritus Vir. ær. ſubſtitui poteſt. Evaporato menſtruo reſiduum ſp. vini Tartariſato edulcorari & denuò ſp. vini iterum ad materiam mellaginoſam abſtrahi poteſt.

¶ [*Zinethum*
*S. Marcaſita pallida*
Zinck.]

(☿ii particeps putatur, ♀em in colorem flavum tingere.

Præp.

Flores in collyriis adhibentur in Ophthalmia, in papillarum fiſſuris, inguinumque excoriationibus.)

## CAPUT XIX.

### *De Recrementis Metallorum artificialibus.*

Recrementa Metallorum artificialia voco, quo ſeparantur è Metallis, dum in fornace funduntur & purgantur.

*Suntque*:

1. Cadmia. 2. Diphryges. 3. Lithargyrium. 4. Molybdæna, ſ. Plumbago, 5. Tutia, ſ. Pompholyx & Spodium.

I.

### CADMIA.

Cadmia { Nativa { metallica, *v. Cobaltum.* / metalli expers, *v. Lapis calaminaris.* } / Factitia, *de qua hic.* }

Cadmia factitia eſt corpus denſum, ex fuligine æris, dum in fornace conficitur concretum, adhærens lateribus, cameriſque fornacum, vel & in partem infimam delabens.

Dicitur Καδμεία, Arabicè Climia, vel Chlimia.

Triplicis id fit generis, nominibus à re quam repræſentare videtur, ſumptis.

Botritem appellant, quæ uvæ ſpeciem refert: Oſtracitem, quæ teſtis ſimilis eſt: Placitem quæ cruſtis.

Botritis reperitur in fornacis parte media: Oſtracitis in infima: Placitis in editiore.

*N. 1. Sunt qui Capnitem & Calamitem addunt.*

*Capnitem, quæ in ipſo fornacum ore reperitur, tenuiſſima, exuſta & nimiâ tenuitate ſimilis favillæ. Verùm hæc à Pompholyge vix vel parum differre videtur.*

*Calamitem vocant, figurâ Calami, quam à pertica ferrea acquirit. Nimirum decutitur hæc à ferreis perticis, quibus Cadmia, dum æs fuſum iis agitatur, adhæreſcit.*

N. 2. *Quin & Cadmia paratur ex Pyrite Lapide in fornace uſto.*

Optima eſt Botritis, denſa, modicè gravis, & in lævitatem magis clinans, racemoſa facie, quæ fracta cinerulenta eſt. *Dioſc.*

Vires. *Leniter deſiccat, abſtergit, ulceribus humidis & putreſcentibus confert, eademque ad cicatricem ducit. Adhibetur autem Botritis & Placitis inprimis in affectibus oculorum, reliquæ in ulceribus aliis.*

HOFMAN. *Botritis & Placitis.*) præterquam quòd in oculorum applicentur affectibus, etiam in impetigine & ani excoriatione adhibentur.

### PRÆPARATA.

#### 1. *Tutia (potius Cadmia) præparata Officinarum.*

Igniatur & extinguatur cadmia in ▽ roſarum, idque terna vice, hinc lavetur ut Pompholyx.

#### 2. *Collyrium album Galen. v. Diſpenſ.*

N. *Præſtat in Collyrio hoc, ut & in aliis loco Cadmiæ adhibere Pompholygem ſeu Tutiam. Nec audiendi ſunt, qui Cadmiam & Tutiam confundunt, Tutiamque faciunt, quæ Tutiæ minus legitimè, rectius autem Cadmiæ ſpecies eſt.*

3. *Unguentum de Tutia Nicolai. V. D.*

4. *Emplaſtrum de lapide calaminari. V. D.*

DIPHRY-

## II.
## DIPHRYGES.

Diphryges eſt genus recrementi metallici, quod ſubſidet, dum æs in fornace fuſum ▽ frigida perfunditur.

Vires. *Miſtam habet facultatem, continet enim in ſe quiddam & mediocriter adſtringens & mediocriter acre: quamobrem ulcerum rebellium optimum medicamentum eſt.*

*Uſus in officina eſt rariſſimi.*

## III.
## LITHARGYRIUM.

Lithargyros, Lithargyrium Officinis, ſpumoſum excrementum eſt, è purificatione argenti, quæ per plumbum fit, reſiduum.

Duo ejus genera communiter ſtatuuntur, videlicet Lithargyrium argenteum, quod coloris albi, & aureum, quod flavi coloris exiſtit. Verum non niſi coctione differunt, aureumque magis coctum eſt, quàm argenteum. Germ. Gleet. Litarge. *Litharge* (or *ſcum of gold* or *ſilver*) or *the foam of lead* Litharg (of ſchuym van gout of ſilver/) of witte loodt.

N. *Nihil aliud eſt, quàm* ♄.

Vires. *Siccat & refrigerat moderatiſſimè, adſtringit, reprimit, occludit, cava explet, extergit, ſarcoticum eſt.*

Hofman. 3. *Lithargyrium.*) Immatura metallorum Sulphura in ſaturno coagulata lithargyrium conſtituunt, & duo ejus genera communiter ſtatuuntur, *Argenteum* & *Aureum*. Nam in *Argenti* purificatione Plumbum ipſi mixtum (ad abigendum æs, aut aliud metallum ignobile, quod argentum vilius reddit) progreſſu temporis ſi miſſum facias ex teſtâ probatrice evaporat; ſi verò (uti ſolenne eſt inter eos, qui inſignes metallorum quantitates ſimul purificant) Plumbum ab Argento follibus pellatur, id quod aliàs in vaporum imperceptorum formâ abiiſſet, magnâ ex parte non longè ab Argento in fuſci pulveris calciſve formâ lythargyrium Argenteum colligitur. *Lithargyrium Aureum* autem colligitur, quando Aurum & Plumbum miſcentur & hæc mixtura in teſtâ ignis violentiæ exponitur, quod plumbum unâ cum Auri ſcoriis ſecretum Auri lithargyrium vocatur.

## PRÆPARATIONES.

¶ Præparationes eaſdem cum ♄ pro re nata tamen ſuſcipit. Unde Medicamenta quoque eadem ſuppeditat, quorum tamen præcipua ſunt.

1. *Sal Lythargyrii, Alumen* ♄*i Paracelſo.*

Paratur beneficio ✱, non ſecus ac Sal ♄i: decantatur ſolutio, filtratur ac inſpiſſatur.

Vires. *Ex præcedentibus collige & ſi libet reſpice ad Sal* ♄*i: Internè exhiberi quoque poterit in diarrhæis, dyſenteriis, reliquiſque morbis reſolutis. Inteſtina læſa ac ulcerata ſanat ac conſolidat, ſanguinem æſtuantem refrigerat.*

*Doſis* ℥ß. *cum Theriaca vel alio Electuario ſudorifico ſive anodyno.*

### 2. *Magiſterium.*

Præcipitetur ſolutio cum ☍ tartari.

### 3. ☍ *Lithargyrii rubrum.*

℞. Sal Lithargyr. Sal. com. decrepitat. ā. M. ac deſtilla per 🝭m.

Vires. *Curat vulnera oculorum,* ⊕ *nigrum inſpergitur vulneribus.*

### 4. *Extractio ſeu Tinctura Lithargyrii Terebinthinata, aliàs Balſamus Lithargyrii Terebinthinatus.*

℞. Sal. Lithargyr. ℥ij. 🜕 Therebinth. ℥iv. macera in 🝗ibus calidis & rubeſcet.

Vires. *Mirarum exiſtit virtutum in Chirurgia, convenit ulceribus inveteratis, ut & tumoribus: curat vulnera, eadem ab accidentibus præſervat, præcipuè ſi addatur Camphora* ʒß. *ſuccurrit itidem fiſtulis, cancro, morphæis & aliis.*

### 5. *Balſamus ſeu unguentum.*

℞. ✚ Sale Lythargyrii impregnatum, miſce cum ☍ (præſtat in mortario plumbeo,) ſic coagulatur in linimentum.

Vires. *Confert inflammationibus, ambuſtis, podagræque calidæ, & ſimil.* (*Mammillis affectis, Alſatis,* Saures Bruſt-Sälblen.)

N. *Eodem modo fit & Balſamus* ♄*i, ex* ✚*o ſale* ♄*i impregnato, &* ☍ *olivarum.*

### 6. *Liquor.*

℞. Sal vel Magiſterium Lythargyrii ſolve per deliquium.

## IV.
## MOLYBDÆNA SEU PLUMBAGO.

Molybdæna ſ. Plumbago duplex Dioſcoridi eſt: nativa & factitia.

Illa nihil aliud eſſe videtur, quam lapis ſ. Minera plumbi, ſeu potius Minera plumbi & argenti ſimul.

Factitia eſt ſpecies Lithargyrii, videlicet eſt illud recrementum quod in argenti, aurique purificatione cum plumbo, mineràve plumbi inſtitutâ, fornacis ſolio concretum & peruſtum adhæreſcit.

Vires. *Similem Lithargyrio vim poſſidet, ad frigidum paululum recedens, ſed nec abſtergentis facultatis eſt particeps.*

N. *Utraque celerrimè funduntur.*

## V.
## TUTIA ſeu POMPHOLIX & SPODIUM.

Pompholyx eſt favilla tenuiſſima & volatilis, quæ dum æs in fornacibus perficitur, ſupernæ earum parti adhæreſcit. Arabicè Tutia. Latinè Bulla, Offic. Nil, vel nihili album, German. Weiß nicht/ Augen nicht. Tuthie blanche. *Tutty, the ſoil that comes of Braſſe.* Tutia: die van koper vliegt.

N. *Coit ibidem in glomuſculos vellerum ſimiles contactaque farinæ modo diſpergitur. Eodem modo & Cadmia, vi ignis violenti in favillam ſeu tutiam redigi poteſt. Vide Dioſc.*

Spodium eſt favilla eadem ob gravitatem in pavimentum decidens. Græcè σπόδιον & σποδὸς. Latinè ſpodium Græcorum Offic. Nil vel nihili gryſeum. Germ. Grau nicht. Thutie griſe. *Spodium, Grey Tutty.* Spodium/ grauwe Tutia.

N. *Dicitur Spodium Græcorum ad differentiam Spodii Arabum, quod nihil aliud eſſe, ait Avicenna l. 2. canon. tractat. 2. c. 617. quam radicem alcannæ combuſtam, cujus vires refrigerent & exiccent, ſtypticæ ſint & confortent cor, conferant tremori cordis & ſyncopæ ex cholera ſuborta, &c. Hoc igitur cum nobis deſit: Officinæ noſtrates, Ebur uſtum ejus loco vendunt, ceu viribus ſimilibus præditum.*

Vires. *Pompholyx Medicamentorum prope omnium, quæ citra morſum deſiccant, (ſi lota fuerit,) præſtantiſſimum eſt, quamobrem ad ulcera cancroſa idonea exiſtit, ut & ad alia omnia maligna. Inditur Collyriis, quæ ad oculorum imponuntur fluxiones, quæque bullas ſeu puſtulas in eis natas curant.*

Spodium Græcorum uti ſpecie à Pompholyge non differt, ita & viribus inter ſe conveniunt.

N. *Legitima hæc Pompholyx ac Spodium rarò in Officinis noſtratibus extant, unde ejus loco Cadmiâ uti ſolent, verùm opera pretium eſt de legitimis comparandis eſſe ſollicitum.*

HOFMAN. 5. *Tutia ſeu Pompholyx & Spodium.*) Cum Æs vel ejus minera vi ignis colliquatur vel per ſe, vel cum Cadmiâ, favillæ, quæ magnâ ſurſum evolant copiâ, laquearibus fornacum inſident in minutarum & maximam partem albicantium bullarum formâ, quas Officinæ *Tutiam ſeu Pompholyx* cum Græcis appellant. Aliæ verò ponderoſiores partim adhærent fornacum parietibus, partim, ſi opercula non tegant vaſa, ad fundum ſubſident, & ob cineritium ſuum colorem juxtà ac pondus à *Græcis* σποδὸς vocantur.

N. Spodium & ſpodos, ſpodia. Cinerula Latinè, hoc eſt purgamentum, quod ærariarum officinarum fornacibus everritur. Georg. Agricola has ſpodos facit Cineream grauen Hütten-Rauch. Luteam gelben. Subterraneam cineream gelben zechen-Rauch. Subterráneam nigram ſchwartzen zechen-Rauch Subterraneam viridem grünen zechen-Rauch Subterraneam luteam gelben Hütten-Rauch. Præter hoc & Ebur uſtum ſpodium vocatur, ſed ad differentiam hujus ſpodii mineralis additur ſpodium ex ebore.

N. Alterius adhuc Tutiæ mentionem facit Garcias ab Ortâ fol. 48. Et dicit illam ex cineribus Arboris cujuſdam uri; ſed hunc errorem corrigit *Iacobus Bontius in Indiis Archiater de Medicinâ Indorum Libr. 1. Cap. 13.* Dum inquit: Hæc Tutia fit ex terrâ quâdam argillæ glutinoſæ, quam colligentes Indi ollis in eam rem ex argillâ longè fortiori, quàm in noſtrâ patriâ confectis indunt, & aquam addentes eam curioſè baculis circum agitant, deindè fornacibus in hunc uſum effictis imponunt, ac per ignem exſiccatâ omni aquâ, dein terrâ hâc calcinata lateribus prædictarum ollarum, demptis ſordibus, quæ in fundo hærent, Tutiam lateribus affixam abradunt, quam arcis incluſam venalem ferunt per totam Indiam. Ejus uſus eſt in depilatoriis apud haſce gentes præſertim fœminis, dum ſe in balneis vel fluviis lavant.

## ¶ PRÆPARATA.

### 1. *Tutia lota.*

℞. Pompholygis q. v. inde linteolo modicè raro agitaque in limpida, ut tenuior ac utilior tutiæ pars aquæ immiſceatur, & nil in linteolo remaneat, præterquam quod inutile eſt. Hinc reſidere permittitur, ac aqua decantatur.

2. Unguentum nihili ad oculos. *V. Aug.*
3. Aliud ad oculos. *V. Aug.*
4. Diapompholygos Nicolai, Nihili dictum.
De Tutia.

N. *Hic recipienda Cadmia.*

## CAPUT XX.

### *De Salibus in genere.*

SAlia nihil aliud eſſe quam corpora mineralia ▽ ſolubilia ac denuò in ſalinam cryſtallinamque formam coagulabilia, libro primo dictum eſt: hoc loco ulteriorem eorum enodationem aggredientes, quatenus ea medicam provinciam ſubeant, referemus.

Salia quæ medico uſui inſerviunt, adeoque præparatis inde parandis materiam ſuppeditare apta ſunt, triplicis quidem ſunt generis, pro triplici ſcilicet mundi regno, minerali, vegetabili, animali; attamen hoc loco primariò non niſi de mineralibus agere convenit, iiſque nativis ſolis, ad quorum normam tamen & artificialia; ſive è mineralibus, ſive vegetabilibus, ſive animalibus elixiviata illa fuerint, facilè dirigi poterunt.

De horum Salium origine ſic ſentio: Macrocoſmus non minus ac reliqua duo mundi regna ſuâ ſuſtentatur vivitque nutritione. In hac redundat perittoma ſalinum, reſpondens ſalſuginoſis excrementis, in animalium urina, ſudore, catharro, & ſimil. deprehenſis. Dictum perittoma macrocoſmicum ſalinum, in globo hoc inferiore congregatum, variam pro varietate matricum induit ſpeciem, non ſecus ac excrementum illud ſalinum in animalibus differens evadit.

*Hinc*

Sal {
Commune,
Gemmæ,
Nitri,
Alumen,
Ammoniacum,
Vitriolum,

Quibus & arſenicum addere licet, quod tamen inter Salia & Sulphura ambigit.

Eligenda ſunt Salia hæc in genere loco natali celebriora, tum puriora, nitidiora, & ſi natura ferat cryſtallina.

HOFMAN. *De Salibus* in genere.) Hic *Dominus Autor* iterum more ſolito ex præconceptâ opinione *De Macrocoſmi* Nutritione, ejuſque redundante perittomate diſſerit. Sed præterquàm quod huic paradoxæ opinioni ſuprà in *Libro I.* à me jamdum fuerit ſatisfactum, repetimus tamen ex parte & aſſerimus, quemadmodum quælibet corpora ex aquâ materiam compoſitionis ſeu conſtitutionis deſumpſerunt, ita & ſalia Nativa ex aquæ propenſione ſpontaneâ originem duxiſſe à ſeminali diſpoſitione cuivis ſpecificâ immutata. Et quæ ſalia arte ex concretis fluunt, non formaliter, ſed materialiter & effectivè in ipſis fuiſſe, & in formâ fixioris alkali arreptione ſui ſulphuris ſal volatile inde cum oleo ad formaliter eſſe tranſiiſſe. Quod autem Vitriola ſpectat, licet non ſint vera metallorum ſalia, nec in ſalia converti queant, ſed in priſtina metalla, tamen negari nequit, ex ſalibus nativis eſurinis ſive acetoſis fieri ad omnia metalla accommodabilibus, quæ tamen illorum eſſentiam non ingrediuntur, licet illorum beneficio miras in corporibus metallicis Natura faciat viciſſitudines, quæ ſubterranea pyrophylacia per metallorum venas & fodinas diſpergunt. Inde variæ inter ſe ſalium & ſulphurum particulæ in mineris deprehenduntur, quæ tamen metallorum non ingrediuntur conſtitutionem. Semina ſalium certa in aquis ſita ſunt, ſed nondum ſaporem induerunt, niſi dum corporum principia conſentanea, uteroſque terræ debitos repererint, tunc in quâlibet terrâ ſpecifica ac peculiaris quædam ſubſtantia ſalina vel ſingularis vel aliis miſta emergit. *Cl. Helmont. in Paradox. Tertio §. 9. Et Nobil. Marhoff.* l. c.

## ¶ PRÆPARATIONES.

Præparationes, quibus Salia ſubjiciuntur, ſunt. 1. Purificatio. 2. Calcinatio. 3. Deſtillatio. 4. Sublimatio. 5. Fixatio. 6. Liquatio.

### I. *PURIFICATIO.*

Salia, quia plerumque heterogeneis ſcatent, minuſque ſyncera exiſtunt, depurari opus habent. Depurationis hujus modus pro varietate ſalium varius quoque inſtitui poteſt. Potiſſima tamen ratio ſalium purificandorum conſiſtit in ſolutione, ſoluti filtratione, filtrati exhalatione adeoque ſalis concretione vel cryſtalliſatione.

Solvuntur Salia non niſi in liquore aqueo, (non ſulphureo aut pingui, & proin nec in 🜄ᵗ rectificatiſſ.) Liquor hic, niſi ſpecialis acceſſerit admonitio, adhibetur vulgariter ▽ fontana, in qua ſal quodlibet, maximè ſi tepefiat, diſſolvitur; diſſolutum per chartam trajicitur, ut fæcibus in charta relictis ſyncerum tranſeat;

Hoc

Hoc poſtmodum, humiditate, ad ſiccitatem uſque abſtractâ, condenſatur, vel ſ. a. cum aliquota liquoris portione cryſtalliſatur.

### II. CALCINATIO.

Calcinantur Salia per ignitionem, idque vel ſine, vel cum fuſione: & interdum accedente ſubindè materia ſervili, de quibus ſpeciatim in ſingulis.

### III. DESTILLATIO.

Salium Deſtillatio, quia ut plurimum ⌢u fixiori gravida ſunt, per 🝭m peragitur, eamque vel ſimplicem, vel tubulatam; vitream, vel terream; idque igne tum arenæ, tum nudo, pro fixitate ſcil. majore vel minore liquoris eliciendi adhibito.

*Per 🝭m tabulatam deſtillatio hoc modo peragitur.*

Ad manus habere decet 🝭m terream fortem, quæ in ſuperiore ventris ſui medietate tubulum habeat foramine pervium, quo materia per vices injici, quodque poſt injectam materiam obturari firmiter poſſit. 🝭m hanc (ſi lubet loricatam) luto in fornace deſtillatoria obfirma, ut tubulus emineat, fumariis tamen uno ac altero relictis. Hinc roſtro appone receptaculum capaciſſimum, (quia ⌢ cum impetu irruentes amplum requirunt ſpatium,) juncturis firmiter luto firmatis. Luto lentè exiccato accende primò lentum ignem, hinc fortiorem, ut 🝭 incandeſcat. Tum injice materiam paulatim per tubulum, foramenque vel luto, vel bacillo ſtuphâ humidâ circumdato obtura, donec ⌢ illi impetuoſi coagulati (aquæ in receptaculo immixti) ſint, receptaculumque clareſcat. Hinc iterum injice, obturaque ut dictum. Et ſic paratur Clyſſus.

*Vide de his figuram appoſitam.*



N. 1. *Commodum erit aliquotam aquæ partem receptaculo infundere, cui ſcilicet impetuoſi illi ⌢ immiſceri, adeoque condenſari poſſint.*

N. 2. *Salia ſimpliciora citra fluxum ſeu fuſionem deſtillari volunt, quare ne inter deſtillandum vi caloris fundantur, duplum, triplum, &c. vel arenæ, vel farinæ, laterum, vel argillæ ſiccæ, humidævè commiſceri ſolet, quorum beneficio fuſio illa præcaveatur.*

### IV. SUBLIMATIO.

Sublimatio non niſi Sali ammoniaco peculiariter ac præcipuè competit, ut & arſenico. Flores enim Salis communis uno & eodem deſtillationis actu acquiruntur.

### V. FIXATIO.

Fixantur Salia diverſimodè, de quo ſpeciatim ſuis locis.

### VI. LIQUATIO.

Liquati poſſunt Salia, ſi vel aëri humido exponantur, vel liquore aqueo aſpergantur.

*Formæ Medicamentorum ſeu*

PRÆPARATA.

*Salina ſunt,*

1. Cryſtalli ſeu Sal purificatum.

N. *Cryſtalli Salis, ſi ſimpliciter præſcribantur, nihil aliud denotant, quàm Sal cryſtalliſatione purificatum, ſic conficiuntur Cryſtalli Salis ni. r. &c.*

*Excipe Cryſtallos ſalis comm. dulces, de quibus in Salis cap. ſequenti.*

2. Sal calcinatum.

3. Deſtillatum, unde { Phlegma. Spiritus. Oleum.

4. Sublimatum. Flores.

5. Fixatum.

6. Liquor-Balſamus.

## CAPUT XXI.

### De Sale communi.

SAl commune nihil aliud eſt quàm ſalſugo ▽æ ſalſæ, (marinæ ſcilicet vel fontanæ,) quæ ſalſugo humiditatis aqueæ evaporatione inſpiſſata remanet.

Dicitur, Baſilio Monacho, nobiliſſimum ac optimum aroma. Græcè ἅλας. Arabicè Melich, Melha, Germanicè Saltz-Kuchen. Saltz. Sel, ſel de Cuiſine. *Salt, Kit-chin-ſalt*-Sout.

Duplex Salis hujus genus occurrit, marinum ſcil. & fontanum, utriuſque diverſæ ſunt ſpecies.

Primas autem Sal marinum ſibi vendicat, ac præcipuè Hiſpanicum, in cujus tamen defectu ſatius eſt ſal fontanum, quod ad manus eſt, in præparationibus noſtris recipere, quam aliud Salis genus cum ſumptu acquirere.

Inter fontana tamen maxima quoque diverſitas eſt, reliquiſque laudem præripere videntur Hallenſe ac Luneburgenſe, quibus tamen haud multum cedit quod in Patria mea Uffleniæ Weſtphalorum paratur.

Vires. *Calefacit, exiccat, abſtergit, diſſolvit, purgat, adſtringit leniter, conſumit ſuperfluitates, penetrat, digerit, aperit, incidit, Venerem ſtimulat, putredini, veneniſque reſiſtit.*

*Hinc convenit, Internè in cruditatibus ventriculi, appetitu proſtrato, obſtructionibus alvi & urinæ, colicis doloribus, &c.*

*Externè, in ulceribus putridis ac ſerpentibus mundificandis, in tumoribus ſimplicibus & peſtilentialibus diſcutiendis, in combuſtionum ἐμπυρεύμα extrahendo, in pruritu & ſcabie exiccanda, in ſuggillationibus, ſanguineque extravaſato reſolvendo ac diſcutiendo, in dolore dentium, colico, cephalico, arthritico, & ſimil. mitigando, in oculorum pterygio abſumendo.*

N. *Ad Salis hujus communis naturam accedunt Salia artificialia, ex vegetabilibus ac animalibus inciueratis ſcilicet elicita, unde & iiſdem fere præparationibus ſubjici queunt.*

HOFMAN. *De Sale communi.*) Hoc ex numero eſt Salium purè acidorum fixorum, quia purè ſalſis ſeu alkalibus non ſolùm eſt contrarium, ſed & ex illo ſpiritus acidus deſtillatur. Hoc in cryſtallos redactum conſtanti naturæ ritu cubicam efformat figuram, quam etiam in minimis effingit.

*Duplex Salis hujus genus occurrit.*) Et eſt vel *Marinum*, vel *Fontanum*. *Marinum* omnibus præfertur, quia multum de ſale centrali ſeu univerſali participat: unde & ad præparationem ſpirituum fortiorum adhibetur, magiſque arcet putredinem, in primis Hiſpanicum

*panicum*. Huic *Fontanum* ſuccedit, in quo ratione virtutis & ſubſtantiæ magna etiam eſt diverſitas, in his excellit *Noſtrum Hallenſe*, hoc ſequitur *Luneburgenſe*, &c.

*Vires.)* Sal eſculentus Mortalibus à mundi Conditore conceſſus eſt tanquam neceſſarium ſanitatis & vitæ ſuſtentaculum. Calefacit, exſiccat, abſtergit, purgat, digerit, aperit, incidit, venerem ſtimulat, putredini & venenis reſiſtit, unde in Peſte maximoperè commendatur *Elixir proprietatis Juniperinum* cum *ſpiritu Salis*. Externè in clyſteribus ad obſtructiones alvi convenit, in colicis doloribus fit ſacculus ex fl. chamæmel. n. vel milio pulveriſato cum ſale toſto &c.

N. Hic quæritur; An ſal eſculentus calculoſis nocivus ſit, dum videtur ſali urinario materiam ſuppeditare; & quia vis coagulandi etiam à ſale dependet? Verùm examen ſalis pyrotechniæ medio inſtitutum aliud docet, cum enim ſal eſculentus, ut chemia docet in urinâ detentus, non ſit de ejus compoſitione, ſed protſus extraneus in Nobis ſaltem ſupervacaneum ſal in ſe combibens & tranſmutans, ſervet inpermiſtam & immutatam ſui Naturam, quemadmodum ſali tartari ſi addideris ſpiritum ſalis, tunc poſt coagulationem fit itidem & manet ſal commune, quod fuit, priuſquam in ſpiritum fuit converſum. Certum eſt, quod nequicquam etiam ſibi ſit negotii cum calculo: unde nec in compoſitione hujus vel minimum ſalis eſculenti reperitur unquam, cum magis calculum deſtruat, quàm promoveat. Sexagenarium mihi à deſtillationibus, inquit *Cl. Helmontius* immunem à Renum calculo ſervavi annos ſedecim, cui aliàs obnoxius fuit, largo ſalis eſculenti eſu. Notum eſt, inquit Cl. Tachenius in Hipp. Chemic. quod carnes conſerventur ſale communi à corruptione, qui paucis diebus in liquorem ſalſum ſanguineum defluit, hunc coque ac deſpuma, inde retortæ vitreæ & blando igne omne humidum evoca, ultimò retortam obrue arena & ignem auge, tunc elevabitur in ejus collum ſal volatile urinæ ſali volatili urinoſo ſimile quod ſal ex carne abſorpſit. Eodem modo ſal eſculentus quotidie abſumit ſuperfluum ſalſum in cavitatibus in corpore collectum, ex urina enim facili negotio ſublimatur ſal volatile ſalſum & ſal eſculentus manet in fundo. Aſſertionem noſtram confirmat vice verſa defectus ſalis eſculenti nonnunquam in belli calamitatibus, temporum injuria, obſidionibus &c. occurrens, ubi inſalitis carnibus homines veſci coguntur, unde maſſa ſanguinea cum latice ob accumulata ſalia ſylveſtria ſalſa, quæ aliàs à ſale eſculento imbibuntur & præcipitantur, malignam ac venenatam induit qualitatem, ex qua ſcorbutus, febres malignæ peſtilentiales &c. progerminant, quemadmodum Anno 1673. in obſidione *Graningiana à Gallis & Moguntinis* facta experti fuimus.

N. *Ad Salis hujus communis Naturam accedunt ſalia artificialia &c.)* Sed & hic ignoſcant quæſo manes Schrœderiani; Si ſalia vegetabilia in purum alkali per artem ſint tranſmutata, neque ex animalibus calcinatis (impropriè incineratis) ullum ſal fixum alkali elici poſſit, ut ars pyrotechnica manifeſtat, iiſdem ſanè præparationibus, quibus ſal commune, ſubjici nequeunt. Ex ſalibus enim alkalibus nulli ſpiritus, nec flores elevari poſſunt, ut nec deſtillatio nec ſublimatio habent locum, nedum ut ex animalibus aliquid ſalis fixi obtineri poſſit, nam ex re aliqua ultrà cujuſdam naturalem inhæſionem quidquam velle extrahere, repugnat naturalibus principiis.

## ¶ PRÆPARATIONES.

*Præcipuæ ſunt.*

1. Purificatio. 2. Calcinatio. 3. Deſtillatio. 4. Sublimatio.

### I. PURIFICATIO.

Purificatio Salis com. M. fit modo vulgari ſolvendo in ▽ ac cryſtalliſando.

N. *Si ſolutio hac ac cryſtalliſatio aliquoties aliquo modo repetatur, tandem Sal com. dulceſcit, Sal ſapius.*

### II. CALCINATIO.

*1. Decrepitoria.*

Sal calore irritatum crepitare ſolet. Quare ne crepitando vas deſtillatorium diſrumpat, operæ pretium erit idem decrepitare, id eſt, ad △m calcinare, donec amplius non crepet.

*2. Fuſoria.*

Funditur Sal in ✚bulo, ſine aliquo artificio, △e ſaltem ſatis forti adhibito.

*Aliter cum Calc. viv.*

℞. Sal. Com. Calc. viv. an. miſce ac in anemio calcina igne violento, ut concreſcat. Hinc extrahe Sal cum ▽ commun. ac coagula.

Vires. *Baſilius Sal. Com. hac ratione cum Calc. viv. ter calcinatum, (ſingulis vicibus cum nova Calc. viv. anaticè mixtum) adhibet in Tinctura ☾ conficienda. Vide de ☾.*

### III. DESTILLATIO.

DeſtillatioSalis exhibet acidam ▽, phlegma, ſal volatile & ſpiritum.

*Nimirum.*

℞. Sal Com. deſtilla per ſe ex 🝭, primò prodibit ▽ acida ſeu ⊖-lata; ſecundò phlegma, cum quo ſal quoque armoniacus, ſeu volatilis ſublimatur. Ceſſa à deſtillat. ac repone 🝎 in loco humido ad attrahendam ▽m (vel aliquota ▽æ parte irriga,) dein deſtilla rurſum, ſic exibit ∽ acidus. Hoc repete toties, donec totum Sal Com. in ∽m converſum ſit, quem in MB rectifica.

*1. Spiritus Salis, ſive oleum Sal. Com. vulgare.*

℞. Salis commun. ℔ ij. impaſta vel malaxa cum argillæ figulinæ, bolivè armen. ℔ iij. ad v. & ultrà, inde forma orbiculos, quos ad duritiem exiccatos, impone 🝭æ terreæ, luto obductæ, vix ad medietatem implendæ: jungatur. Recip. ſatis capax & ſervatis △ gradibus donec phlegma egreſſum ſit, ultimo pelle forti △ continuando eundem, donec ∽ albi prodierint, ∽m hunc rectifica, phlegma, vel in MB abſtrahendo, vel ſi mavis evaporando.

N. 1. *Si terram ſigillatam loco argillæ ſumpſeris, præſtantiorem elicies ſpiritum: Quinimo ſal cum triplo arenæ vel farina laterum, vice argillæ miſceri poteſt.*

N. 2. *Quandoquidem in prima deſtillatione Salis portio minima in ∽m reſolvitur, nonnulli 🝎 in ▽ communi coquunt, & Sal. Com. inde extractum, ut prius deſtillent.*

Alii Sal extractum cum ∽u illo priori miſcent, aliquamdiu digerunt, & deinde cum bolo & ſim. Operando, totam ſalis ſubſtantiam in ∽m tranſire faciunt. *Croll. Senn. in inſt. l. 5. p. 3. c. 5. Beguin. Agricola.*

N. 3. *Impaſtatur Sal ne fluat, quippe ſi fluxerit vix ∽ aſcendet.*

N. 4. *Alij.*

℞. O uſt. part. ij. Sal. Com. p. iij. Operantque: verum ∽m ſal. Com. purũ hac Operatione acquiri non videtur veriſimile, imò in examine conſtat, ejuſmodi ∽ vim ſuam ab O potius obtinere, quam à Sal. Com.

Vires. *Diureticus eſt & Lithontripticus, tartareamque mucilaginem potenter reſolvit, unde utiliter adhiberi ſolet in obſtructionibus Epatis, Lienis, &c. in Hydrope, Ictero. Extinguit ſitim mirabiliter, abſumit corrodendo & ſine dolore quicquid in vulneribus aut affectionibus aliis putredine corruptum eſt.*

*Mixtum cum °o Terebinth. Ceræ, Camomil. Verbaſc. & ſim. dolores podagricos ſedat, tophos diſcutit, &c. Sanat quoque membrorum contracturam ac ariditatem.*

N. *Ad eundem modum eliciuntur & ∽ ex ſalibus artificialibus vegetabilium, quorum vires licet ex plantis ſuis aliquo modo conjecturari poſſint, (e. gr. ex ſale abſynthii elicitur ∽ ſtomachicus, &c.) Attamen ∽*

ege-

*vegetabilium in genere omnes ſunt acidi, inſtar ⁓ Sal. Com. incidunt, reſolvunt, &c.*

2. *⁓ Salis compoſitus.*

♃. Sal. Nitr. puriſſ. & Sal. Com. decrepit. (vel fuſi) ā. M. cum dupla vel tripla quantitate, (alii quadrupla,) argillæ ſiccæ, & exinde more ſolito △ nudo ⁓m provoca.

♃. Hujus ⁓ ℔ j. Sal. Com. fuſi ℥ iv. digere aliquamdiu, ut nimirum Sal. Com. adjectum ſolvi poſſit; & protinus per 🝭m deſtilla. Augebis hac ratione ⁓m & fortiorem reddes; quem eodem plane modo, cum novo Sal. Com. fuſo, eâdem quantitate ſumpto; pro libitu toties augebis, quoties placuerit. Abſtrahe ab hoc ⁓u phlegma, & deinceps eundem rectifica per 🝭m. *Untzer. Agricola.*

Vires. *Maximarum eſt virium in Hydrope, intrinſecus & extrinſecus adhibitus, confert iiidem in fiſtuloſis vulneribus.*

[*Spiritum Salis roſatum vid. ſuprà Spiritum regium.*]

3. *Spiritus Sal. Com. viridis.*

♃. Fragmenta laterum, indantur ollæ igniantur que in fornace calcaria: ollæ huic alia ſuperpoſita ſit olla, ſale aliquatenus adimpleta, quod ubi vi caloris liquefactum fuerit, pertunde fundum ollæ ſuperioris, ut ſal fuſum in ignita defluat laterum fragmenta, cumque iiſdem miſceatur. Ex his igitur ⁓etur ⁓ per 🝭m ut moris. *Senneri. inſtit.*

N. *Idem perfici poteſt, ſi ſale in cella liquefacto fragmenta laterum ignita imbuantur.*

4. *Spiritus Sal. com. corallatus.*

♃. Sal. Comm. ℔ iij. vel iv.
Corallor. tenuiſſ. tritor. ℔ j. M. lævigando ſuper porphyr. poſtea igne deſtilla vehementiſſimo in excipulum capaciſſ. & ⁓m ſalis accipies unà cum ⁓u corallorum.

N. *Addere potes & ſabulum, ut fuſio impediatur.*

Vires. *In affectibus cordis, palpitatione ſcil. & ſim. maximarum eſt virium.*

*Doſis* ℈ß.

5. *Spiritus Salis dulcis.*

♃. Sal. Com. optimè dephlegmati 🜊. opt. ā. M. ⁓lentur ter vel quater, ſic unientur inſeparabiliter & dulceſcent.

(N. 1. *dulcis dicitur, quia mitior, rodente aciditate hebetatâ à* 🜊.)

N. 2. *Eandem dulcedinem conſequi poteris, ſi vel* 🜊, *vel* ℅ *Tartari, vel faces vini ab initio ⁓lationis cum Sal. com. commiſcueris.*

N. 3. *Exuitur quoque ⁓ Sal. com. vi corrodente ac velut matureſcit, dulceſcitve ſi dephlegmatus vaſe firmiſſimè clauſo trimeſtri ſpatio in ⁓bus continuò atque æquali calore tepentibus (qualis eſt ☉lis æſtivus) digeritur.*

Vires. *Egregium præſervativum eſt in peſte, arcet enim omnem putredinem. Ventriculum cum viſceribus reliquis in optima conſervat diſpoſitione.*

Solvit corallia, &c. quin imo & ☉lis tincturam extrahit. *Vide* ▽ *temperatam Baſilij in* 🜊 *l. 4. claſſ. 2.*

Uſus. *Cum ſaccharo candido in formam Electuarij miſceri, ſingulisque diebus jejuno ventriculo aſſumi poterit. Hartm. in pract. loc. de peſt. Senn. in hiſt. Tentz. Gluckrath, &c.*

6. *Aliter.*

♃. Sal fuſum, ſolve in ▽ pluvia deſtillata, filtra, inſpiſſa, ac repone ad cryſtalliſandum: Cryſtallos hos exemptos vicibuſque aliquot, (10.) uti dictum, ſolutos & cryſtalliſatos, (ſic dulceſcent) imbibe cum 🜊 formaque globulos cum argilla, deſtillaque ut moris eſt.

Vires. *Præter virtutes jam deſcriptas, inſigne exhibet menſtruum ex rob. ferè omnibus tincturas extrahere idoneum: Inſuper Herniam carnoſam conſumit, ſi quotidie ter illinatur, maneque ac veſperi ejus gutt. ſex aſſumantur. Agricola.*

7. *⁓ Sal. com. dulcis compoſitus.*

♃. ⁓ Sal. com. compoſiti ac Alcohol Vini ā. M. ac uni circulando, cohobandoque.

Vires. *Adeo reſiſtit ſiti, ut Hydropici uſu illius aliquamdiu à ſiti liberi reddantur, prodeſt etiam Ictericis, Lumbricos potenter expellit, extrinſecus lenit podagram, ſi cautè illinatur, imo quicquid de Ol. ſpiritu vè Sal. Com. apud Paracelſum, alioſque modernos Authores legitur, idipſum huic potiſſimum adſcribendum eſt.*

*Doſis g. 6. ad* ℈ß. *in vino vel alio Liquore. Hartmann. in Croll. Tentzel. Untzer.*

8. *Spiritus Sal. Com. ⊕lati diureticus.*

Fit ex leviter calcinati ⊕li & Sal. Com. toſti partibus æqualibus cum bolo vel Terra figulinâ globulis confectis, (meo damno expertus ⊕lum his non ſufficere ad cohibendum fluxum, fixitatemque materiæ) more vero communi ⁓us evocatur, qui poſtea per rectificationem à phlegmate liberatur.

*Doſis gutt. vj. matutino tempore cum brodio decoctionis petroſel. Ex communicatione G. Horſtij habuit S. Cloſſ.*

9. *Spiritus Eſſentialis.*

♃. Salis Hallenſis ad albedinem calcinati (qui hîc in operâ reliquis præfertur) ℥ ij. Imbibatur ℅ Sal. Com. mar. vel montan. ad conſiſtentiam pultis liquidioris, fiat clauſo vaſe digeſtio, quouſque ⁓us cum Sale Comm. calcinato unitus ſiccatuſque ſit, affunde alium imbibendo deſiccandoque toties, dum ſal ulteriorem proprii ſui ⁓us incorporationem recuſet, & ex colore aureo odoreque ſuavi dignoſcas, ⁓ationis tempus inſtare, quam ſi per 🝭 inſtituas, exibunt fumi albiſſimi, qui in aquam convertuntur & rectificatione opus habent.

Vires. *Dicitur ex* ☉ *tincturam abſque corp. dilaceratione allicere. Eſt inſuper remedium ſiſtendis in momento vomitibus dicatum & certum, idque indifferenter & in omnibus morbis.*

*Doſis gutt. 3. in Syrupo, juſculo vel vino.*
*Ex commun. S. Cloſſai.*

10. *Spiritus Salis Comm. dulcis* ☉*em ſolvens.*

Extinguatur fragmenta laterum 5. aut 6. vicibus in ℅ Sal. Com. poſtea deſtillentur, prodibit ⁓us ſubacidus, qui in volâ ☉lis folia & margaritas ſolvere creditur. 2. Flos Salis ſive cryſtalli Sal. Com. dulces collo 🝭 poſt deſtillationem affixi, longoque tempore cum 🜊 digeſti idem efficiunt. 3. Solus ⁓us ſal. com. vi circulationis diutinæ caudam ſuam devorat, id eſt, acedinem ſuam innato ſuo balſamo dulcificat, 4. Idem cum ⁓tu ardente ♄ni mixtus aliud menſtruum

ſtruum dulce præbet ☉is ſolutivum. 5. Ex ſpiritu Roris Majalis & ſole calcinato fit alia aqua ſolutiva, dulcificata longâ digeſtionum & irrorationum ſerie, quæ ☉em in liquorem volatilem potabilemque evehit.

*Ex Communicatione ejuſdem.*

11. *Cryſtalli Sal. Com. dulce, ſeu ſpiritus Sal. Com. coagulatus.*

F. 🝭 terrea, ampla & fortis, quæ in ſuperiore ventris capacitate fiſtulam habeat, in medium 🝭æ corpus pone deſinentem. Huic 🝭æ impone Sal commun. vel quod melius Hiſpan. ſeu marini ℔ iij. vel iv. Receptaculumque adapta capaciſſimum, cui ſi libet ▽m infundere licet; adde △ per gradus, donec Sal. Com. fluat, tùm per fiſtulam guttula una vel altera ▽æ frigidæ immittatur, ut (fiſtulæ orificio ſtatim obſtructo,) in 🝭 ſpirituum, copia mediante humiditate elevetur, inque receptaculum propellatur. Continua hoc ipſum, donec Sal. Com. in ⌒m ferè ſit redactum. Dephlegmetur dein ⌣atum, evaporetque humiditas; reliquum exponatur ad cryſtalliſandum, ſ. a. ſic cryſtalli colligi poſſunt Sacchari dulcedinem referentes, ſolubileſque per deliquium.

Vires. *Sudorificum eſt, Hydropicorumque ſitim non minus ac ⌒ ille ſalis dulcis compoſitus arcet; quippe nihil aliud eſt, quàm ⌒ Salis coagulatus, unde quoque eſſentialem humiditatem, quæ multum in Hydropicis exhauritur, maximopere adjuvat, ventriculumque ac viſcera reliqua confortat, malignitatem in peſte peſtilentialibuſque febribus potenter diſcutit.*

*Doſis gr.* 5. 6. 7. *ad* 20.

N. 1. *Si ad Sal. Com. exiccat.* ℔ j. *addideris carbonum pulveriſat.* ℔ ij. *optimeque miſcueris, ex* ℔ j. *Sal. Com. accipies Spiritus* ℔ ſ. *Hartman. in Croll. Keſl.* 4. *cent.* 79. *Agricola.*

N. 2. *Cryſtalli hi cum* ☉ *impragnati nobiliſſimum exhibent confortativum. Fitque ſi Cryſtallorum p.* 6. *cum* ☉ *foliat. p.* 1. *aliquot* ℥*as in* ✢ *ſub tegula reverberantur. Agricola.*

N. 3. *Keſlerus docet & follem adhibere, cujus rei gratia* 🝭*m habere duplicem tubulum oportet, alterum frigidæ immittendæ, alterum folli intromittendo inſervientem.*

12. *Flores Sal. Com.*

Quemadmodum in ſuccini deſtillatione flores, ſalis volatilis titulo elevantur, parietibuſque ac collo 🝭æ adhæreſcunt, ita & ⌣atione ⌒ oleive ſalis, tandem △is vehementiâ flores aſcendunt, quos collige.

*Uſus horum varius eſt, ad craſſum phlegma incidendum, corruptoſque humores à putredine vindicandos.*

N. 1. *Sunt qui cum* ✱ *ſublimant, verum decipiuntur, ſi flores ſalis ſimpliciter inde ſibi imaginantur.*

N. 2. *Fiunt etiam flores Salis, ſi in rectificatione ⌒ ac olei Salis id, quod reſiduum fuerit, fortiori* △ *ſublimes.*

N. 3. *Si ⌣latio facta ſit cum* O, ⊖*m aëri aliquamdiu expoſitum, ac iterum ⌣ationi ſubjectum, plus olei ac florum ſuppeditabit; poteſt hoc aliquoties repeti.*

13. *Alius Spiritus ſeu* ⚯ *Sal. Com. unde Cryſtalli dulces.*

℞. Sal. Com. marini crebris ſolutionibus (in ▽ pluvial. vel fontis deſtillata) filtrationibus & coagulationibus optimè purificati, ℔ vi. adjice diſſolventis ⊖lati & melliflui ex vegetabili & animali parati; (id eſt, ✢i ex melle facti.) q. ſ. præmiſſa digeſtione deſtilla gradatim ac cautè, ex 🝭 terrea vel vitrea, luto probè munita in receptaculum capaciſſimum. Sic elicies Sp. aqueos ſulphureos ac ⊖latos, dulces acidoſque, qui firmiſſime ſali reconditi inhærent, (gradatim ac cautè ⌣atio hæc peragenda eſt. Oportet enim ut vas incandeſcat, purpureo tamen non claro colore, ne ſcil. ſal. com. fluat, & in hoc gradu immorari decet ♂ ℘ 8.) poſt Sp. nebuloſos, (in quibus primum ens metallorum reſolutum eſt,) exhauſtos, tandem ad collum recipientis ſublimabitur terra foliata inſtar nivis albiſſima, vel etiam flava, (qui ☿ aut ſulphur philoſophorum nuncupatur.) Spiritum deſtillatum, ut & terram conjunge, abſtraheque phlegma ſolummodo inſipidum ℬ calore lentiſſ. reliquum repone ad cryſtalliſandum ſ. a. Et hoc repete, donec nulli amplius cryſtalli concreſcant, & id quod extillat aciditatem ſapiat. Tunc ab opere deſiſtendum, & in fundo cucurbitæ quærendum verum Sal. Com. ⚯ vitriolatum.

Vires. *Cryſtalli hi, etſi ſapore dulces, admirandæ tamen ſunt virtutis, adeo ut vel per ſe ſeorſim, vel cum oleo ſuo debita proportione permixti, verum ſint Solis menſtruum diſſolvens, quod proprietates ejus ob virtutes vitales, vegetanteſque locupletat & exacuit.*

14. ⚯ *Sal. Com. rubrum.*

℞. Sal fuſum ✢o ſufficienter impregnatum, miſce cum filicibus groſsè contuſis & deſtilla ex 🝭 per Aren. prodibit primo Sp. flavus, poſtea ⚯ rubrum.

N. *Impragnatio illa fit ut moris, Nimirum:*

Sal. Com. fuſo ſuperfunde Acet. deſtill. & abſtrahe per Aren. iterum ſuperfunde novum Acet. deſtill. & rurſum abſtrahe, hoc toties repetendo, donec materia optimè ſit putrefacta & nigra.

HOFMAN. 3. *Deſtillatio.*) Sal. comm. ita per ſe deſtillationi ex retorta ſubjici nequit, niſi duplum, triplum &c. argillæ, vel boli commun. &c. addideris, aliàs vi caloris fuſum terretam fragilem reddunt, additorum beneficio fuſio illa prævetur.

1. *Spiritus ſalis, ſive oleum Sal. comm. vulgare.*) Præſens deſcriptio cum præparatione ex aſſe convenit; Et quoad notas additas ſciendum, hiſce omnibus Nos ſuperſedere poſſe, ſi ſpiritus ſalis priùs deſtillatus aliquot cohobiis ſuper Cap. mort. deſtilletur, & demum per MB rectificetur. Qua occaſione ſcias velim, non ſufficere, ut *Dominus Autor* annotat, phlegmatis ex MB abſtractionem, quippe latent in nonnullis liquoribus corpuſcula quædam terreſtris naturæ, quæ ſalinis implicata eorundem vires obtundunt, ideoque quo iſtiuſmodi liquores rectè depurentur, per MB. deſtillentur, neceſſe eſt, & lento quidem ignis gradu. Id quod ſapienti ſat non citrà rationem monere volui.

N. Cum O part. ij. & Sal. comm. part. iij. compoſitum acquires ſpiritum ad magiſteria conficienda non rejiciendum.

*Vires.*) Diureticus eſt & Lithontripticus, tartaream que mucilaginem reſolvit, inquit Autor l. c. quâ virtute ſpiritus ſalis officinarum vulgaris ut plurimum crudus adhuc & partibus terreſtrinibus & ſulphureis ſcoriis impregnatus non gaudet, ſed qui ſummum puritatis ac ſubtilitatis gradum ex Arte attigit penetrantiſſimus, fragrantiſſimus ac minus corroſivus eſt, non ſibi par habens remedium in extinguendis urinæ ardoribus, ſenum ſtranguria, calculo renum, fermentum ventriculi juxtà corrigendo & corroborando, ut in malo hypochondriaco, ſcorbuto, hydrope, idem febribus intermittentibus &c. aliquid ſingulare ſpondeat. Hic autem non leve ſuboritur dubium; qui fiat, cur ſpiritus ſalis aliique acidi minerales tam egregias præſtent virtutes, cum tamen *Cl. Helmontius* primum quaſi Tartari principium in corpore humano adſcripſerit defectui fermenti bilis, eò quod hoc ipſum ſtomachi acidum chylum in ſalem ſalſum volatilem commutare nequeat *in Tr. de Lithiaſ.* Cap. 4. Verùm hîc probè attendendum eſt, magnam eſſe diverſitatem inter aceroſitatem ventriculi fermentalem p.n. conſtitutam, craſſam, crudam, fixam ac terreſtrem, magiſque

magiſque corruptivam, quæ in ſalem ſalſum volatilem converti nequit, & inter ſpiritus ſalis aut aliorum ſpirituum mineralium aciditatem, quæ volatilis, ſubtilis, corruptioni non obnoxia, ſed potius illam ventriculi cruditatem acidam corrigit, præcipitat & in volatile ſalſum tranſmutat Naturæ æmulum. Neque enim naturale ſtomachi fermentum ſimpliciter eſt acidum, ſed eſt acido-ſalſum volatile, cujus finis eſt cibum tranſmutare in chylum humanæ digeſtionis, ſiquidem plura adſumuntur fixiora, acida, &c. cum cibis, quæ tamen cum volatilibus ſuccis parem ſubire debent conditionem, ſi penitius ad vitæ radicem migrare & noſtri inquilini fieri volunt. Deinde notandum eſt, unum acidum ſæpè præcipitare alterum poſſe, uti ex mechanicis conſtat chemicis. Præterea ſpiritus acidos ex earum rerum numero eſſe quibus diverſæ inſunt facultates. Hi enim immodicas hæmorrhagias, & evacuationes alias, quæ præter naturam eveniunt, ſiſtunt. Quævis etiam dura diſſolvunt corpora, & ſic per conſequens potius humores viſcidos, tartareos & quaſvis cruditates promptiſſimè digerunt, incidunt, abſumunt. Tandem & doſis horum ſpirituum venit conſideranda, dum in ſatis etiam largo exhibentur vehiculo, ut illorum ita diffundatur aciditas, ut vel exquiſito guſtus ſenſorio vix perſentiſcantur.

N. *Ad eundem modum elicientur & Spir. ex ſalibus artificialibus vegetabilium &c.*) Verùm quod quis non habet, alteri dare nequit, ut ſuprà jamdum percepimus; Ex ſalibus vegetabilium arte paratis in æternum non elicies acidum ſpiritum, utpotè alkalibus, quæ ab igne etiam non reparantur violentiſſimo, & inſtar ſalamandræ intenſum flammæ reverberium diu ſuſtinent, citrà virium jacturam, nec tamen atomus ex illis ſublimatur.

2. *Spiritus ſalis compoſitus.*) Si hunc ſpiritum ſalis compoſitum denuò cum Sale fuſo digeras & abſque argillâ ſiccâ protinus per retortam deſtilles, citrà fuſionem vel fluxum non perages, ſatius igitur erit priori Cap. mort. ſpiritum cum ſale fuſo acuatum denuò affundere ac deſtillationem inſtituere, poſtmodum autem rectificare. Maximæ eſt energiæ in hydrope; Externè confert in fiſtuloſis ulceribus. In Mechanicis chemicis ☉ & ☽ in calcem corrodit, quam ſpiritus Sal. com. ſimplex & verus contra iterum præcipitat.

3. *Spiritus Salis viridis*) Omnis ſpiritus ſalis peritè ac debitè paratus colorem plerumque obtinere debet ſubviridem, & odorem non injucundum, id quod acquires, ſi ſpiritum ſalis non ſolùm probè rectificaveris, ſed & prius ſal, ex quo ſpiritus erit deſtillandus, vulcani beneficio per fuſionem à ſordibus purificaveris. Quemadmodum *Dominus Autor* hîc tibi modum oſtendit.

4. *Spiritus Sal. com. corallatus.*) Parum elicies ſpiritus acidi, quia corallia acidum combibunt, atque adeò nil niſi phlegma loco ſpiritus acidi acquires, ne gry quidem ex corallis ſuprà alembicum elevato. Si tamen corallia ſpiritu acido probè prius impægnata fuerint, ut nullum amplius imbibere queant acidum, tunc acidulum ſuper retortam dimittunt ſpiritum. Sed non video cui uſui.

5. *Spiritus Salis dulcis.*) Dulcis dicitur, non quod planè in dulcedinem degeneret, ſed quod mitiorem ſaporem, & meliorem acquirat odorem, dum acidum ſpiritus vini volatile rodentem ſpiritus ſalis aciditatem ita hebetat, ut ſummâ cum jucunditate ſumi queat. Vide infrà De vitriolo.

N. 1. *Eandem dulcedinem conſequi poteris, ſi vel ſpir. vini vel ol. tartari vel fecis vini &c.*) Si aliquid ſalis tartari p. d. Spiritui Salis ſ. admiſceas, ac denuò Cap. mort. adfuſum deſtilles, per ſtrias quidem ſuper alembic. elevabitur, ſed in tantâ copiâ non acquires ſpiritum & minoris aciditatis erit.

6. *Aliter.*) Hic modus etiam ſuccedit, non differens à Priori. Ad eundem Modum & Spiritus Regius conficitur ſeq. modo: Rec. Spirit. ſalis rectificat. ℥iij. ſp. roſat. rectific. ℥ix. Inde hos ſpiritus cucurbitæ vitreæ, appone alembicum, cui ambræ ʒß. Moſchi ℈j. probè invicem miſta cum panno lineo puro inſerta & deſtilla per MB. durante ſtillatione ambra & Moſchus in gelatinam reſolventur: Et finitâ hâc ipſâ adde reſiduum in alembico panniculum & Confectionem Alkermes ſpiritui deſtillato, ac reſolve iſtam gelatinam in liquorem, fietque inde Eſſentia Ambræ & Moſchi elegantiſſima Cerebri & Cordis confortans non in poſtremis habenda, vel per ſe guttatim in accommodato vehiculo, vel cum aliis admiſta exhibita.

*Vires Egregium præſervativum eſt in Peſte.*) Tunc loco ſp. vini ſ. ſubſtitui debet Spiritus Theriacalis, item Elixir Propr. P. loco ſp. ſulphuris admiſceatur, Ex quo etiam Meum Elixir vitæ balſamicum eſt compoſitum.

7. *Spiritus Sal. com. dulcis compoſitus.*) Per aliquot menſes circulatio ac digeſtio continuanda eſt, & tunc demum egregius fit Spiritus in Laudatis ab Autore affectibus.

N. Spiritus Salis cum Spiritu ✱ urinoſo mixtus egregium etiam præbet aperitivum & anti-hydropicum Sal, abſumptâ prius per ignem lenem humiditate.

8. *Spiritus ſalis vitriolati diureticus.*) terra figulina eſt addenda ad fluxum prohibendum. Ex Cap. mort. hujus ſp. ſalis duplicati Sal Mirabile Glauberi conficitur.

9. *Spiritus Eſſentialis.*) Etiam ad fluxum cohibendum argilla eſt admiſcenda, ex quâ globuli cum Sale iſto imprægnato ſunt formandi, niſi fractâ retortâ oleum ac operam perdere velis.

10. *Spiritus ſalis dulcis ☉ ſolvens.*) Spiritus Salis probè rectificatus aliàs ∴ ſolvit, in primis ſi diutinam digeſtionem fuerit perpeſſus, caudam ſuam devorat, id eſt acredinem ſuam innato ſuo balſamo dulcificat.

11. *Cryſtalli ſalis dulces, ſeu ſpiritus ſalis coagulatus.*) Hæc deſcriptio elaboratu admodum dubia eſt; Si tamen ad ſalis exſiccat. lib. j. addideris carbonum pulveriſ. lib. ij. felicius ſuccedet. Unde ad bonam ſpiritus ſalis copiam acquirendam dicere ſolebat *D. D. Iohannes Langius* p. m. Vulcanum utrumque accedere debere. Quem ego hariolor ignem & carbones fuiſſe; nec dubito ſuccedere, modò carbones prius à ſylveſtri aciditate ſua probè liberati ſint, ne compoſitus exinde oriatur ſpiritus ſalis.

12. *Flores ſalis.*) Hi in fine deſtillationis frequenter unà cum ſpiritu ſublimantur in collum retortæ; Sunt, qui cum ✱ ſublimant, hi licet non ſint flores ſimplices ſalis, ſed ✱, optimum tamen ſunt Medicamentum in febribus, quotidiana, tertiana, quartana &c. & ubi vi aperitiva opus habemus.

N. *Si deſtillatio facta ſit cum O &c.*) O ſi calcinatum ſit, ſaporis expers eſt, & nullum de ſe ſpargit ſpiritum, libero autem expoſitum jovi, de Sale aëris multum attrahit, in quo Spiritus Univerſi reſidet.

13. *Alius ſpiritus ſeu ol. Sal. com. unde cryſtalli dulces*) De hujus deſcriptionis & præparationis veritate conſtat, modò encheireſes in omnibus debitè obſerventur; Digeſtio ad multos dies continuanda cum Vitriolo ſoluto & menſtruo illo, quod eſt ex Acet. diſt. & melle cum boli additione elaboratum. Deindè gradatim ac cautè deſtillatio eſt dirigenda ac peragenda. Tertiò Vas ita incandeſcat, ne Sal ad fluorem perducatur. Spiritibus ſulphureis ac vitriolatis acidis elicitis demum, qui ſali reſiduo inhærent, ſublimandi ſunt inſtar terræ foliatæ coloris nivei. Hic proceſſus inter arcana refertur. Vide de his cryſtallis Rhumelium in theſaur. Secretorum.

14. *Ol. ſalis rubrum.*) Ex Sale fuſo Acet. impægnato & cum ſilicibus groſſè contuſis mixto ſpiritus ſalis ex retorta per Aren. ſtillatur, qui quidem non purus ſimplex ſpiritus ſalis, ſed ſale Acet. adulteratus eſt; attamen egregium menſtruum ſolvens præbet ad Magiſteria conficienda.

## ¶ *IV. EXTRACTIO.*

*Unde*

℞. Salis calcinati q. v. ſolve in ▽ ſtill. & coagula, idque repete tantiſper, donec Sal purum ſine fæcibus dulce reddatur.

Hinc

℞. Hujus p. ij. O uſti part. 1. deſtilla △e nudo paulatim, donec ⌒ omnes propulſi ſint, ⌒m hunc rectifica vicibus aliquot. (4.) Dein ex ☿ Sal cum ▽ deſtillata elicito, idque optimè ſolutionibus ac coagulationibus purificatum calcina in phiala ad rubedinem, (fit ſpatio ☒) Huic demum ſuperfunde ⌒m priorem, digere, & elicies Tincturam rubicundam, quæ nec recuſat per ☉m propelli.

Vires. *Sudorificum ac diureticum eſt inſigne, tartareas mucilagines incidit, putredini omnigenæ reſiſtit, corroborat itaque Balſamum nativum, adeoque uſus præcipui eſt in peſte, febribus, hydrope, calculo, (atterit nimirum:) obſtructione Epatis, Lienis, &c. Quinimo & ſanguinem mundificat, unde maximè prodeſt, in cutis pruritu, doloribus arthriticis, & ſimil.*

*Doſis à ℈j. ad ʒj.*

HOFMAN. IV. *Extractio: Unde Tinctura Salis.*) Hæc deſcriptio & elaboratio laborantem fruſtrantur, ex ſale enim reſiduo extracto & calcinato ad rubedinem nemo cum ſpiritu priore Tincturam eliciet. Interim cùm alia proſtent magis parabilia, hac etiam facilè carere poſſumus.

## CAPVT XXII.

### *De Sale foſſili ſeu Sale Gemmæ & Indo.*

SAl Gemmæ ſalis communis genus eſt, quod in fodinis lapidum frangitur, ſpecieque Cryſtallorum ſplendens eruitur, unde gemmeum, à gemmis ob colorem nuncupatur, dicitur aliàs Sal foſſile. Germ. Steinſaltz. *Sal Gem.* Sal Gemme/ of Steen-ſout.

Vires. *Hoc etſi eaſdem vires cum ſale communi obtineat, ſubſtituique eidem queat, rarioris tamen uſus eſt in praxi Medica; crebrioris in Chymica, ubi in ſolutionibus Metallorum Sali communi antecellit. Commendatur tamen peculiariter Foreſti experientia ad ſtercora dura eliquanda, adeoque ad colica tormina arcenda intus & extus. l.* 21. 5.

Hofman. *De Sale Foſſili, ſeu Sale Gemmæ & Indo.*) Sal Gemmæ, quo utimur, ex Polonia maxima ex parte affertur, quamvis in Calabria & alibi etiam effodiatur. In his tamen quoad figuram externam & ſaporem nulla ferè eſt differentia; niſi quod Calabrinus purior ac nitidior ſit. In Minori Polonia inſtar ingentium Saxorum hic Sal adeò lapidea duritie ſolidum ferro exſcinditur, ut non ſolùm mola teratur ad hominum uſum, ſed ex illo etiam ædificia extruantur. Eaſdem vires cum Sale communi obtinet, niſi quod in ſolutionibus metallorum Sali noſtrati antecellat.

*Rarioris tamen uſus eſt in Praxi Medicâ.*) Ex hoc *Cl. Zwelferus in appendic. ad animadverſ.* p.m. 54. 55. cum nitro aq. reg. non ſolùm ad ☉ ſolvendum componit, ſed etiam cum ſp. vitrioli ad Medicinam transfert; Et ſpiritum vitrioli Eſſentificatum exindè elaborat. Aliàs hoc Sal ſtimuli loco clyſteribus adjicitur, ut & ſuppoſitoriis vel ſolvendum in aqua & clyſteris loco applicandum non ſine laudabili effectu ad fæces alvi induratas eliquandas & evacuandas.

### PRÆPARATIONES.

¶ Omnes præparationes ſubire aptum eſt, quas Sal Com. Attamen præcipua quæ ex illo in uſum veniunt.

*Sunt.*

1. *Spiritus Salis gemmæ, Spiritus 8 fuſibilis ☿ialis.*

Fit eodem modo, quo ~ Sal. Com. Nimirum, 8 miſcetur cum triplo argillæ vel ſabuli, &c. ꝗaturque per ☊m igne nudo.

2. *Balſamus Salis gemmæ ſeu Liquor.*

℞. 8 ℔ ij. fluat ad △, & poſtea ſolvatur in ▽ pluv. deſtill. Filtretur coaguleturque. Has operationes liquefactionis, ſcilicet ſolutionis, filtrationis & coagulationis tantiſper repete, donec 8 ad ſummam ſubtilitatem fuerit perductum, quod inde cognoſcitur, quando ejus particula ad candelam admota, ſtatim liqueſcit.

Vires. *Arcanum ſummum eſt in rupturis, intus & extus adhibitum.*

*Intra corpus dantur quotidie guttæ aliquot* (3. 4. 5.) *cum Extract. conſolidæ.*

*Extus fiat illitus, Hartm. in pract.*

N. *Mentio quoque apud Veteres fit Salis Indi, de quo ambiguum, quid propriè ſit. Sunt nimirum, qui contendunt non Salis eſſe genus, ſed Saccharum, ſalis nomine inſignitum (ob ſimilitudinem quam cum ſale habeat.) Verum enim vero rectius ſentire videntur, qui id peculiare genus ſalis foſſilis faciunt, ejuſque loco, cum raro vel nunquam in noſtras regiones transfertur, Sal gemmeum recipiunt, Exempli gratia in Pilulis de Lapide Lazuli, & ſimil.*

Hofman. *Mentio quoque apud Veteres fit Salis Indi.*) Nullum dubium, quin Indi legitimum Salem etiam non habeant; juxtà Plinium enim Libr. XXI. Cap. VII. in Oromeno Indiæ monte Lapicidinarum modo ingentibus foditur glebis. vid. *Matthiolus Libr. V. in Diſcor.* Cap. 85. Hujus loco *Sal Gemmæ* ſubſtituitur.

## CAPVT XXIII.

### *De Sale Nitri.*

SAl Nitrum eſt Sal Sulphureum, ſeu φλόγιςον, ſalſo-amarum ex terra pingui excoctum.

N. *Etſi præter Nitrum Antiquorum quod planè nobis incognitum eſt, triplex dari poſſit. Nimirum* 1. *Quod ex terra attrahitur.* 2. *Quod muris lapideis adhæreſcit. Et* 3. *quod ſcopulis ſeu rupibus adnaſcitur: Attamen Officinis noſtris, non niſi unicum uſitatum eſt. Primum videlicet, idque excoquitur ex terris deſertis ac pinguibus, ſive pinguedo illa è terra Archæo ſit immiſſa, ſive aliunde introducta. Introducitur enim exempli gratia, urinis atque excrementis animalium ac columbarum.*

[N. *Nitrum loci natalis ratione ſæpè multum de natura* ✱ *participat.*]

[*Nitrum nativum Alexandrinum roſei coloris eſt, ejuſdem Neapolitanum, flaveſcens Puteolanum.*]

Chymicis dicitur Cerberus Chymicus, Sal infernalis, Sal Sulphuris, Hermes, Baurach, Algali, Sal Anderonæ, Anatron, Cabalatar, &c. Baſilio, Serpens terrenus, Germ. Salpeter/ Salniter. Salpetre, Sel de Nitre. *Salt-peter*, or *Salt of Niter.* Sout-peter/ of Sout van Niter.

Eligendum nitrum eſt cryſtallinum, purum. Tantò autem purius cenſetur, quantò minus ſalis communis particeps fuerit, participationem hanc experiri licet φλογώσει.

*Nimirum.*

Mitte ſal nitr. in carbonem ignitum, ſi omne avolaverit, purum judicatur, & è contra, ſin aliquid remanſerit, quantum remanſit, tantum de ſale communi participare æſtimatur.

Vires. *De Nitri qualitatibus primis haud parum controvertitur: Sunt enim qui calidum, ſunt & qui frigidum id æſtimant.*

*Cæteras Nitri vires quod attinet, vim habet putredini reſiſtendi, ſitim ac æſtum compeſcendi. Tartaream ſaburram incidendi, coagulatos ſanguinis grumos reſolvendi, dolores mitigandi, (id quod præcipuè lapidi Prunellæ adſcribitur.)*

Hinc

*Uſus ejus tàm internus, quàm externus vulgatiſſimus eſt.*

*Internè ſolvitur in potulentis ac præcipuè in ▽ fontan.* (℥j. *vel* ʒ i ß. *in menſur.* 1.) *exhibeturque in febribus ardentibus putridis, præcipuè in febri illa Ungarica dicta, in pleureſi, peripneumonia, in calculo renum & veſica, in obſtructionibus epatis ac meſeraicis.*

N. *Ubi alvus nimis laxa fuerit, vel ventriculus debilis, ejus uſus non ita profi..us erit.*

*Externè communiſſimus ejus uſus eſt in inflammatione faucium & anginæ (ubi in gargariſmis ſolvi ſolet) in topicis anodynis ac refrigerantibus, ubi præcipuè ſolvitur in liquore appropriato & imponitur cum linteo: in combuſtionibus, ubi ſimili modo applicatur.*

Doſis

*Doſis eadem quæ lapidis Prunellæ.*

[N. *Nil magis arſenico contrarium eſt quàm Nitrum.*]

HOFMAN. *De Sale Nitri.*) Hoc ſal ſulphureum eſt ſeu φλόγιστον, unde facilè ardet, Sal amarum ex terrâ pingui excoctum, præprimis ubi jumenta ſtabulantur. Conſtat ex ſale volatili acidis particulis abundante, ſeu ſpiritu acido & ſale ſalſo fixo. Deſtillato enim Nitro tum volatilis liquor acidus, qui eſt genus aceti mineralis, prodit, tum Sal fixum ad naturam alkali proximè accedens & ſalis lixivioſi indolem exprimens in Cap. mort. relinquitur. Adeoque Nitrum peculiare quoddam ſalis genus eſt, & ſuis ſibi proprietatibus internoſcitur, tum à ſalibus aciditate ſingulari præditis, cujuſmodi O. vitriolum, ♉ &c. tum ab iis, qui reverà alkaliſantur, ut ſale tartari, & cineribus clavellatis. Quinimò facile advertere poſſumus ſummam differentiam inter effectus & operationes horum ſalium. Ita Metallina concreta pleraque, quæ aq. fort. per corroſionem diſſolvit, Ea per ſolutionem nitri fixi præcipitantur. Et pleraque corpora ſulphurea ac oleoſa, quæ ſolutione nitri fixi diſſolvuntur, illa ipſa affuſo ſpiritu acido nitri præcipitantur. Sic etiam ſi quis infuſo ligno Braſilienſi aquam puram coccineo imbuerit colore, eandem affuſo modico ſp. nitri & concuſſâ phioâ rurſus adventitio rubore ita privare poterit, ut lentè flaveſcat: Eadem aqua, ubi ſolutionem exiguam Nitri fixi admiſcueris, iterum punicabit, & colorem priſtino magis ſaturum & ſanguinis haud abſimilem induet. Conſtat igitur, Nitrum ipſum partim eſſe fixum, partim volatile, quæ in ipſius compoſitionem veniunt & acidà ſunt, eadem eſſe prorſus volatilia, quæ alkalica ſunt, ea quoque eſſe fixa. Hoc in cryſtallos redactum pyramidali gaudet figurâ, quam etiam in minimis obtinet reſolutum.

N. *Eſſe præter Nitrum antiquorum, quod planè Nobis incognitum eſt, triplex dari poſſe.*) Nitri veriſſimi proventu non ulli etiam Terrarum Nova cedit Hiſpania. Verrunt illud ex terrâ areſcente, lacu aut è muris deradunt, aut antris, roſeum ac candidum plerumque leve, fiſtuloſum, fragile & percolatum formam & ſplendorem Noſtratis repræſentans. Quo fit, ut mirari ſubeat illorum (*Noſtrique Autoris*) ſententiam, inquit *Rerum Medicarum Novæ Hiſpaniæ Nard. Anton. Recch. Lib.* 10. *Cap.* 26. qui vulgare nitrum ab antiquorum differre enixius contendunt, aut ſpumam Nitri neſciunt ab aphronitro, quod mediam quandam Nitri & ſpumæ Nitri Naturam participet, diſtinguere & ſeparare, ac contrà ab Aphronitro Aphronitrum diverſum eſſe contendentes. Novæ ergò Hiſpaniæ ex Lacubus æſtate areſactis verritur ſcopis & colligitur manibus Nitri veriſſimi & candidiſſimi Aphronitri copia non mediocris & in uſus reconditur. Abundat Eo totus Mexicanus lacus.

2. *Quod muris Lapideis adhæreſcit.*) Ob locorum diverſitatem, in quibus provenit, Nitrum non ſemper æquales obtinet virtutes. Quod ſponte ex terrâ erumpit & citrâ artificis opem habetur, de Naturâ Salis Armoniaci participat, & copioſè colligitur, atteſtante *P. Patrio in P. S. Lib.* 2. *cap.* 7. in pluribus locis agri Bononienſis & maximè in montibus ad meridiem expoſitis, quo loco marcaſita alba & citrina copioſè reperitur. Qui artificioſè ex terra educitur, atque ex muris & antiquis ruderibus colligitur, nihil quicquam de ✳ natura participat. vid. & l. c. cap. 15. Aphronitrum quod vulgo ſpumam Nitri interpretantur, Ienenſe genere convenit cum hoc Bononienſi hodierno & Romano, cum Veteri & Pliniano nequaquam. Cæterum diſcrepant tum ratione coloris, tum ſaporis, tùm denique gravitate & levitate, quæ omnia proveniunt partim culpâ ſeu mavis virtute Aquarum, quarum exhalationes in imbres & pluvias deſinunt, dum vel nitroſæ ſimpliciter, vel ſimul aluminoſæ, vitriolicæ &c. partim naturâ petrarum, Lapidum, terrarúmque quas allabuntur & tranſmeant, hæ enim vel aluminoſæ, vitriolicæ, armoniacæ, molles, duræ, pingues, argilloſæ, ſabuloſæ, & arenaceæ, album tum colorem, tum pondus aliud addendo, partim verò Solis, prout Calor intenſior fuerit, vel remiſſior. Ita videmus cocturâ ignis dulceſcere amara & vice versâ adſtringere, acerba reddi, laxare pro texturæ & figuræ immutatione. Videas etiam ſi Nitrum coctum & purificatum ulterius coquatur in aluminis devergere Naturam. Sic Patavii & in tractu Puteolano obſervata fuit aphronitri hujus & in ſapore, flore, lævitate, candore & colore non una viciſſitudo. Quemadmodum, ubi Sulphur excoquitur, imò ad latera elegantiſſimè ſublimatur, ejus non parvam copiam nullius ſaporis notabilis, niſi leniter ſalſiduli, deprehendimus. Sed cur Vitriolum ſopiat Ienenſe, cauſa eſt, quod montes Ienenſes æris alant mineram, & lapides pyritides, qui eroſi & imbribus tacti florem ſuum reddunt & in ſuperficiem effundunt. Nullum eſt dubium, quin Sal Aëris centrale ſuum etiam hîc conferat [illegible]. Id quod præter alia etiam confirmant ova illa philoſophica ſeu Minera Martialis Caſſeliana aëri expoſita, cujus ſuprà meminimus. Reſolve Nitrum in aëre humido in liquorem ac deſtilla ad priſtinam ejus ſiccitatem, hoc iterum aëri expone humido, & iterum exſicca: Hunc laborem quo ſæpius repetieris, eò majorem Nitrum acquiret volatilitatem ex Sale in aëre hoſpitante, ut demum etiam ſi Naturæ pondus æquet, planè fiat volatile. Reſidere autem Sal ejuſmodi in aëris hemiſphærio docet incrementum illud & ponderis auctio in rebus quibuſdam fortiter calcinatis, ſi ſcilicet Cap. mort. Tartari aut Vitrioli aëri exponas, verè illa augentur & incrementum ſumunt à dicto ſale, quod in Vitriolo ſalem mirabilem nitroſum exhibet, qui in Cap. mort. Vitrioli, antequam exponeretur, non inerat.

*Primum videlicet, idque excoquitur ex terris deſertis ac pinguibus.*) Quomodo Nitrum conficiendum ſit, *Lazarus Ercker de Metallis, Angelus Sala, Glauberus &c.* deſcribunt. Nitrum conficiendi rationem & modum qui novit, totum terrarum orbem exiguis peragrare poteſt ſumptibus, modò terræ communis portionem ſumat, eamque imprægnet ſuo artificiali fermento Nitrifico, imprægnatam poſtea excoquat, depuret, & nitrum ex eâ extrahat, aërique iterum exponat. Fermentum conſtat ex ſale communi, urinâ, jumentorum ſtercore, & ſcoriis ♂tialibus &c.

*Eligendum Nitrum eſt cryſtallinum.*) Probitatem Nitri Nonnulli etiam inde experiri volunt, quando ſcilicet in manu detentum citò incaleſcit & tandem diſſilit. Aliàs Domini Autoris notæ ſunt probatæ.

*Vires.*) Nullus in rerum Naturâ Sal magis catholicus eſt, atque Nitrum, quod per univerſam Naturam adeò diffuſum & in concretionibus ſatuque miſtorum actuoſum eſt, ut quaſi ſpiritus Mundi ſit retinaculum, ſine quo Nemo vivere poteſt, dum omnibus vitam & creſcentiam largitur. vid. *Ol. Wormius in Muſæo* cap. 8. p. m. 22. *De Nitri viribus.*

## ¶ PRÆPARATIONES.

*Præcipuè ſunt.*

1. Purificatio. 2. Calcinatio ac Fixatio. 3. Deſtillatio. 4. Extractio.

### *PURIFICATIO.*

*Unde*

*Nitrum cryſtalliſatum, ſeu cryſtalli nitri.*

Nitrum cryſtalliſatum quando ſimpliciter præſcribitur, nihil aliud intelligi ſolet, quàm Nitrum ſine calcinatione, ſolâ ſolutione ac cryſtalliſatione purificatum. Solvitur autem in ▽ communi, cryſtalliſaturque ſ. a. ut moris.

*Depuratio Salis Nitri.*

Præter eam, quæ à Keſlero art. 61. centur. 1. deſcribitur, fit quoque, ſi ℔ xv. Sal. nitr. in menſur. unà aqu. comm. ſolvas in cacabo æneo ſuper △ lignorum per dimidiam horam, ſi probè ſolutum eſt, remove ab △, & ſenſim per vices inſtilla ℥iv. aut circiter ✠, tege cacabum pluribus linteis, & ſine concreſcere in diem alteram.

*Ex S. Cloſſ.*

### *II. CALCINATIO.*

*Unde*

10. *Lapis prunellæ, Nitrum tabulatum ſeu præparatum, fixum, anodynum ſeu cryſtallum minerale.*

℞. Sal. nit. puri q. v. fundatur in ✠bulo, ſuperinjice aliquid Sulph. puri (melius eſt flor. Sulph.) quod ubi deflagraverit iterum aliquid Sulphur. immitte, idque repete, donec ſuper Sal nit. ℥j. injeceris ʒ ß. ad ʒ j. & Sal nit. planè purum fiat, tum effunde; & hic eſt lapis prunellæ vulgaris.

Nitrum hoc modo præparatum, ſi quas impurita-

res contraxit, purificari poteſt ſolutione & cryſtalliſatione, ut ſupradictum.

N. *Præſtat ▽m roſarum pro ſolvente adhibere.*

Vires. *Vires ac Doſis eadem quæ Nitri, imo quæ ſupra de Nitro dicta ſunt, de lapide hoc prunellæ potiſſimum intelligi debent.*

N. *Doſis Hartman. in practic. miſcet hujus Sal. nit. præparati ℥j. cum menſur. 1. Liquoris ſeu ▽æ pro potu febricitantium. Ego vix ℈iv. tranſcendo, nimirum aliquantulum debilitat ventriculum, unde & alvi fluxus concitari nonnunquam ſolet, aliàs à ʒß. ad ʒj. propinari ſine noxa poteſt, præcipuè autem cum Saccharo, quo amaror mitigatur, vide Sennert. Inſtitut. Beguin. lib. 2. cap. 11. Quercetan. in Pharmacop. reſtit. & Alexiac. &c.*

*2. Nitrum fixum, aliud.*

℞. Sal. nit. pur. ℔ iij. iv. Calc. viv. ℔ iv. M. & cementa ☿ 5. vel 6. dein extrahe Sal. nit. affundendo ▽m calidam, filtrando & filtraturam inſpiſſando.

N. *Prima Cryſtalliſatio Sal. nit. optima cenſenda eſt, continet enim nitrum purius & magis inflammabile, ſecunda quæ fit per evaporationem ejuſdem aquæ uſque ad medias, minus ſyncera eſt, & Sal. comm. fixi particeps.*

*3. Aliter.*

℞. Sal. nit. q. v. affunde ſpiritum ⊡æ, deſtillaque ſenſim, tandem adde △m arctiorem ut fluat; Labores hos repete aliquoties. (5.) ad minimum, ſemper novum Spiritum affundendo.

N. 1. *Alii pro Spiritu ⊡æ ſubſtituunt Spiritum Sulph.*

N. 2. *Nonnulli Nitrum lævigatum impaſtant cum albumine ovi, exiccantque ad △m, tandem augent △m ut Nitrum fluat: hinc effundunt.*

Vires. *Metalla reddit malleabilia.*

*4. Cryſtallum minerale ſaccharatum.*

Fit, ſi Cryſtallo minerali in ▽ roſarum ſoluto Sacchari ana miſceatur; idque fit propterea ne ſcilicet urinoſus ſapor moleſtiam pariat. *Fel. Wirtzius. 4. Chirurg. cap. 4. pro arcano habet in hæmorrhagia vulnerum.*

*5. Nitrum perlatum.*

℞. Sal. nit. ⋇ ſolut. part. iij. vel iv. Sal. perlar. itidem in ⋇ ſolut. p. ij. vel ana conjunge, coagulaque evaporando, ac repone in frigido loco ad cryſtalliſandum.

Uſus. *Egregium eſt cordiale & mitigat ſimul æſtum febrilem.*

*6. Nitrum corallatum.*

Fit eodem modo ex ſale ſcilicet corallorum & Sal. nit. an.

Vires. *Uſus idem eſt cum priori in febribus & virium reſtauratione.*

*7. Nitrum ſaturniſatum.*

Fit eodem modo, nimirum ex Saccharo ♄ni & Sal. nit. puro, ſeu lapide prunellæ.

Vires. *Confert aſthmaticis. [Cardialgiâ, & ventriculi fervore affectis.]*

*Doſis gr. 6. vel 7. in ▽ aliqua convenienti.*

N. *Si cuipiam lubet nitrum vel lapidem Prunellæ tingere, ſolvat tincturam roſarum, violarum, ſantali, ſl. Tunicæ & ſim. in appropriata aqua, in qua nitrum ſit ſolutum, reponaturque ad cryſtalliſationem: Eodem modo & Saccharatum cryſtallinum tingi poteſt.*

*Cryſtalli Sal. nit. ſive Draco fortificatus.*

Digere nitrum depuratiſſimum in ⌒u Sal. nit. ut illius ſolvat quantum poterit, abſtrahe, egredietur phlegma, alium ⌒um ſuffunde, digere ⌒a, donec tam acer exeat, uti affuſus ſit, tum ſatis Draconem impr ægnaſti, liquorem in ⚸ reſidem pone in cella ut lapilleſcat, hos lapillos in aqu. ſolve & denuò in Cryſtallos coge.

*Ex commun. S. Cloſſ.*

Vires. *Tart. materias expellunt hi cryſtalli, ſudores, ſedes & Urinas movent. Doſis ℈j. in aqu. ap. propr.*

[Cryſtalli Nitri acido-dulces Spir. Nitr. cum 🜍 per MB deſtillato in fundo remanentes calorem febrilem extinguunt potui injecti.]

*Terra foliata Sal. nit. S. Cloſſ.*

Candefac Sal. nit. in ✠ & per vices injice carbonem vivum, ut Sal nit. inardeſcat, continua donec flagrare deſinat, quod reſtitat ſolvatur in ⋇, filtretur, coaguletur, idque ter cum novo ⋇ repetatur. Tandem ſolvatur in 🜍, qui poſtmodum ⌒etur. In fundo erit Terra Talcoſa nitri fuſilis inſtar ceræ.

Vires. *Obſtructum Meſenterium & lienem liberat, ſuaviterque repurgat, extractis Rhabarb. & ſenæ commodè additur ad virtutes eorum augendas.*

*Doſis ʒß. in dicto radic. aperitivarum uſu.*

*[Nitrum Antimoniatum.]*

[Commendatur in febribus ardentibus, pro ſtimulo purgantium, & clyſterum etiam inſervit.]

*Nitrum ⊖-tum, ſeu Sal Ducis Holſatiæ. Panacea duplicata, Arcanum duplicatum.*

Nihil eſt aliud quàm Sal. ex ⊚ 🜍 (ex Sal. nit. & ⊖. an.) extractum, crebriſque ſolutionibus & coagulationibus ita depuratum, ut candidiſſimum evadat. Hoc ſubtiliſſimè pulveriſatum, & cucurbitæ lutatæ impoſitum, calcinatur ita ut liquefiat. Melioris liquefactionis ergo aliquota pars Sal. nitr. additur.

N. 1. *Laborem hunc interdum 2. & 3. vice repetere convenit.*

N. 2. *Si vice tertia reſolutio iteranda ſit, expedit prius materiam ſolutione ac coagulatione à fecibus depurare.*

N. 3. *Alii liquefactionis ergo ℞. Lap. prunellæ p. 1. ad Sal. illius p. 2.*

*Communicata mihi fuit hæc deſcriptio diverſis è locis & præ aliis ex illuſtr. aula Holſatiæ Gottorp. unde & nomen illis in locis obtinuit.*

Vires. *De viribus ita ad me Cl. D. D. Joel Langelot ſcribit: Mille experimentis ſalis hujus efficaciam Aula noſtra comprobavit in Melancholicis affectibus, febribus quibuſcunque continuis & intermittentibus, calculo, ſcorbuto, &c. Quin & ſomnum conciliaſſe, præſertim in Melancholicis non ſemel notavimus.*

*Doſ. à ℈j. ad ℈ij. Conſtitit illuſtriſſ. noſtro deſcriptio quingentis imperialibus. Libras aliquot quotannis abſumimus. Mynſichtus hic accepit, qui illud ſub nomine Arcani duplicati venditat.*

*Ad ſalis illius part. 7. Calcis ☉ ritè præparatæ p. 1. addimus.*

*Sal cachecticum Chalybeatum.*

℞. Sal. com. illius puri, (ex ⊚ 🜍) p. ij.

Sal

Sal prunellæ p. 1.

1. Fluat Sal prunellæ in ✚bulo hinc ſuperinjice animam ♂is (ſive illa liquida, ſive in forma pulveris) ſic rubeſcet. Si ſatis imprægnatum ac rubeum videatur, conterendo admiſce Sal illud ⊗i, fiatque pulvis ſubtiliſſimus. Hanc inde cucurbitæ vitreæ, da △ arenæ gradatim, tandemque fluat inſtar aquæ (quò diutius, eò melius.) Denique fracto vitro exime lapidem rubicundum.

Vires ac Uſus. *Summè conducit (ut & Sal Holſatiæ) in appetitu proſtrato, cachexia, febribus, nephritide, catarrhis, ſcorbuto, lue gall. contractura, paralyſi, & ubicunque ſanguinis emendatione opus eſt, Somnum inducit & alia præſtat quamplurima, idque ut plurimum inſenſibili tranſpiratione, nonnunquam ſudore ſine moleſtia, aliis blandum movet vomitum, ſed rarò, aliis leniter alvum ciet.*

*Doſ. à g. 6. ad ℈ß. in liquore appropr. Ex comm. Amici Hamburg.*

HOFMAN. 2. *Calcinatio* Unde 1. *Lapis prunellæ.*) Nitrum tabulatum, ſeu præparatum, fixum, anodynum minerale &c. Lapis Prunellæ dicitur propterea, quod maximè in anginæ ſpeciebus (vulgò die Bräune) adhibeatur, quæ Prunum vel Prunella dicitur. *Cl. Tachenius* in ſuo *Hipp. chemico* nitrum cum ſulphure combuſtum, & prout *Autor* deſcribit in angina magis nocere, quàm prodeſſe ſcribit, quia hoc eſt nimis acidum, ideoque nocivum. Unde Nitrum coquit in lixivio alkaliſato, donec gutta in frigido ferro, ut ſerum conſtet, & denique ad cryſtalliſandum exponit. Verùm *Tachenius* ſcire debet, in anginâ & febribus nonnullis ardentibus non ſemper cauſam occaſionalem eſſe acidam, ſed ſæpè etiam acrem & alkaliſatam, quam ſitis prodit intenſa, ſudores ſalſi, cruditas nidoroſa &c. quæ ſymptomata à ſpiritibus volatilibus urinoſis exaſperantur, ab acidis autem ſp. vitrioli, ſulphuris, nitri &c. mitigantur. Hiſce etiam non obſtantibus, notum tamen eſt, non omnia acida eſſe unius ejuſdémque generis, unumque acidum poſſe mitigare præcipitando & figendo alterum, ut videmus in magiſteriorum præparationibus, v. g. quæ ſpir. vitrioli, diſſolvit, hæc ſp. Nitri vel Sal. comm. præcipitat & ſic porrò.

2. *Nitrum fixum aliud.* 3. Aliter &c.) Hæc omnia cum notis additis nulli indigent animadverſione. Sequentes tamen noſtræ annotationes nec in poſtremis ſunt habendæ.

N. 1. Nitrum fluat in Crucibulo, injice in ▽am bullientem, coagula, hoc quinquies repete, uſque dum Nitr. fiat inſipidum Hoc magnes eſt, omnem calorem p. n. in corpore exortum attrahens, indignatum ſedans archéum, urinamque retentam ad miraculum provocans.

N. 2. Nitrum adhibetur vel antimoniatum, quod purgantibus & clyſteribus, illis ratione correctionis quoad illorum caliditatem, his ratione ſtimuli cum fructu adhibetur, vel cum aliis miſtum & incorporatum porrigitur v. g. Rec. cryſtall. Nitr. ℥iv. funde in Crucibulo, adde fl. ſulphuris ʒj. Iterùm deflagrent, quo finito adde ♂ ʒß. Iterum deflagret, poſteà effunde in mortarium ſtanneum. Eſt inſigne anti-ictericum, anti-febrile, & lithontripticum. Doſ. eſt à ℈ß. ℈j. ad ʒß. vel ʒj.

4. *Cryſtallum minerale Saccharatum.*) Hoc non adeò ingratum eſt.

5. *Nitrum perlatum.*) Præſtat hoc abſque Acet. diſt. conficere, cui ſubſtituatur aqua aliqua fragrantiſſima v. g. roſar. rub. &c. in hac ſolvatur nitrum & magiſterium ſolubile perlarum, ac in alembico ad ſiccitatem abſtrahatur. Eodem modo & (6. ac 7.) Nitrum corollatum ac Saturniſatum præparari poſſunt, quod ultimum magnoperè in calore ac ſiti inextinguibili commendatur.

N. *Si cuipiam lubet Nitrum vel Lapidem Prunellæ tingere.*) Sic Nitrum fit roſatum, violatum, papavere erratico infuccatum, additóque ſucco acetoſellæ, Scordii, aliorúmque alexipharmacorum aut catharticorum fit alexipharmacum & catharticum Nitrum. vid. *Cl. Zwelfer. in Mantiſſ. Spagyric.* part. 2. cap. 1. p. m. 404.

*Cryſtalli Nitr. ſive Draco fortificatus.*) Sic vice verſâ & duplicatus fit ſpiritus nitri, quando aliquoties à novo nitro abſtrahitur & △ fortiſſimo deſtillatur.

*Terra foliata nitri S. Cloſſ.*) toties hoc fiat, donec Acet. diſt. in eâ, quâ fuit affuſum, aciditate deſtillando evehatur. Hoc ſi cum terra foliata tartari conjungatur, majores acquirit vires diureticas & aperitivas.

*Nitrum vitriolatum, ſeu Sal Holſaticum. Panacea duplicata. Arcanum duplicatum.*) Hanc compoſitionem plurimis obnoxiam reddit difficultatibus *Cl. Zwelferus in Mantiſſ. Spagyric.* part. 2. cap. 11. Nam cum ex æqualibus nitri & vitrioli partibus conſtet, aq. fort. ingredientibus, tam violento △nis gradu hæc non urgeri ſtatuit, quin aliquid Spirituum corroſivorum in Cap. mort. non remaneat, ſequitur, quod poſtmodum corpori humano inferat noxam, dum emeticâ potius, quàm diaphoreticâ & diureticâ virtute dives erit. Unde Arcanum hoc ſequenti modo elaborat. Ex Cap. mort. Vitrioli extremè calcinato, omnique vitrioli ſapore ac qualitatibus deſtituto, aëri verò & aſtris aliquot ſeptimanis expoſito elicit Sal aëreum, dulcem ac nitroſum, Vitrioli ſapore expertem. Hoc Sale aſſervato porro ex Cap. mort. à deſtill. ſp. nitri relicto Sal pariter elixiviando aquâ communi prolicit, & crebris ſolutionibus & filtrationibus probè purificat. Hos duos ſales miſcet, ſalis Vitrioli aërei ℥ j. nitri extracti ℥iij. immittit. alembic. & in arenâ die unâ vel alterâ leniter calcinat, poſtmodum Sal eximit & pro uſu recondit. Verùm hæc tanti momenti non ſunt, ut Nos ab hujus uſu receptâ præparatione & experientiâ diutinâ probata uſurpatione deterreant, ſurrogatâ alia nondum probata deſcriptione. Nam longè alia operatio eſt ſalium Vitrioli & Nitri in fluore conſtitutorum, alia fixorum, aliam v. g. habet operationem ſpir. Vitrioli, aliam Sal vitrioli, aliam ſp. nitri & aliam ſal Nitri fixum, ratio eſt, quia diverſam habent texturam & figuram; Sic aq. fort. veneni æmulatur naturam, quod non præſtat ſeparatim conſtitutum ſal Vitrioli & ſal fixum Nitri, licet etiam ita fixa & non deſtillata ambo conjuncta & in legitima doſi exhibita. Deſtillata autem utraque commiſta Vitriolum ſcilicet & Nitr. malignum & deleterium Gas producunt veneni naturam æmulans. Deinde ſi hoc Nitrum Vitriolatum compendioſius elaborare velis, ita tamen ut egregiam etiam habere debeat operationem, ſumas Nitri part. iij. vel iv Vitrioli autem Ungarici part. j. fundas in Crucibulo, ſenſim fl. ſulphuris ad depurationem adjiciendo; demum ſolvas, filtres & iterum coagules, atque ſic compendioſiori via & meliori modo parabis Nitrum Vitriolatum albiſſimum, elegantiſſimum & probatiſſimum. Ex quo fonte etiam promanat *Dn. D. Mebii ſal anti-febrile album & rubrum, ut & Emeto-diaphoreticum.*

*Vires.*) In febribus intermittentibus exhibetur hora una vel circiter ante paroxyſmum, vel etiam in ipſo paroxyſmo, dum materia febrilis eſt in motu. In menſium obſtructionibus hoc etiam probatum eſt, ubi cum ▽a appropriata v. g. meliſſ. artemiſ. &c. exhiberi poteſt.

N. Omnes metallorum calces cum hoc arcano miſceri poſſunt v. g ☉. ☽. ♃vis &c. pro diverſitate affectus.

*Sal cachecticum chalybeatum.*) Hoc ſuam etiam meretur laudem tum ob veram deſcriptionem, tum genuinam ejus præparationem. Melioris tamen informationis gratia nec ſequens poſtponendum. Recip. Salis prunellæ ℥ iß. ʒ ij. Arcani duplicati ℥ j. ʒ ij. Vitrioli ♂tis ℥ j. terantur ſubtiliſſimè & immittantur cucurbitæ vitreæ, hinc in Aren. calore per gradus aucto aliquamdiu ad rubedinem calcinentur, dando △nem ultimò paulò fortiorem, ut liquantur in maſſam, fracto denique vitro eximatur, cum refrixerint omnia, lapis rubicundus, & pro uſu aſſervetur.

## ¶ III. SUBLIMATIO.

### *Unde*

### *Flores Sal. nit.*

℞ Sal. nit. Sal. com. an. ℔ j. fluant. Hinc ſuperinjice carbones ignitos ac ſuperimpone fictile inverſum rite adaptabile. Sic exurgunt flores in fictile ſuperius panno madido obducendum. Candidos illos flores pennula abſterge & ſerva.

Vires. *Efficax eſt medicina in febri tertiana aliiſque æſtibus. Ioh. Langel.*

N. 1. *Butyrum candidum purgativum ex liquore Sal. nit. & ſalis ⊖ vide in Myrothec. Fabri p. 330.*

N. 2. *Arcanum Sal. nit. per calcinat. 3. ♂ cum Tart. & ſolutionem cum ☿ additis ſpiritibus cinamomi &c. Vide in Deodato p. 177. 178.*

HOFMAN. 3. *Sublimatio Unde Flores Nitri*) Adrian. Minſicht. In armamentario ſect. 1. de Medicam. Chemicis hoc modo conficit, dum ſolvit Nitrum in aq. aliqua deſtill. poſtea indit ollæ non vitreatæ & ponit in locum frigidum per aliquot dies, tunc flores elegantes Nitri pertranſeunt & parietibus ollæ externis adhærent. Sed non video quid ſingularitatis ratione virium præ reliquis Nitri præparatis ſpondeant.

## *IV. DESTILLATIO.*

*Unde*

### 1. *Spiritus Nitri.*

∽ Sal. nit. eodem modo rectiſſimè paratur, quo ∽ Sal. com. nimirum Sal. com. cum triplo aut quadruplo boli, argillæve ſiccæ, cum vel ſine formatione globulorum miſcetur, perque retortam deſtillatur.

N. *Loco argillæ recipi poteſt arena.*

### 2. *Modus alius.*

♃. 🝭m in ſuperiore ventris capacitate tubulatam, (præſtat habere ferream.) pone in fornacem ut tubulus emineat receptaculo adaptato capaciſſimo exactè 🝭æ annexo. Hinc candefac 🝭m ac injice Sal. com. per vices, tubulumque ſtatim obtura. Sic ∽in receptaculum irruet, ac ſubſidebit.

N. 1. *Subſidentia hæc felicius ac celerius fiet, ſi receptaculo ∇ infundatur, vel linteum frigida humectatum imponatur.*

2. *Si quis flores in deſtillatione elevatos ſeorſim colligere velit, habere creditur quo ☿ium figere poſſit.*

[*Spiritus Sal Nit. dulcis in Pleuritide, Peripneumonia, Paraphrenitide utilis.*]

*Vide & Cryſtallos Sal. com. dulces.*

Vires. *Reprimit ac ſedat efferveſcentiam ∽ Salis microcoſmici, diſcutiendo ac reſolvendo malignos, crudos, nitroſos, tartareoſque vapores: viſcera reſerat, calorem p.n. infringit, movet inſuper & ſudorem, unde uſus ejus inſignis in colica, pleuriſi, prunella, febribus aliis, præcipuè malignis.*

*Doſis* ℈j. *ad* ℈ij. *&c.*

Vſus ejus tùm internus, tùm externus eſſe poteſt, v. g. in gargariſmis & ſimil. In colica miſcetur cum an. 🜅 ut fiat mixtura ℈ ij. ad ʒj. quæ in hauſtu ∇æ fontanæ exhibetur: Illini quoque poteſt umbilico cum %o Nuciſtæ ac tantillo Zibettæ.

### 3. *Alius modus Keſleri.*

♃. Aluminis uſti & Sal. nit. ana M. ac deſtilla per 🝭m. 1. *cent.* 56.

### 4. *Alius ejuſdem cum Sulph.*

♃. Sal. nit. puri q. pl. impone 🝭æ tabulatæ cum receptaculo capaciſſ. aliquota parte ∇æ adimpleto, da △m ut fluat Sal. nit. poſtea fluenti ſuperinjice per tubulum parum Sulph. puri, claudeque orificium, &c. hanc injectionem Sulph. repete, donec Sal. nit. conſumptum ſit, ſic prodibit liquor ſeu ∽ Sal. nit. inſtar butyri ℥ ij ∽m hunc Sal. nit. dephlegma ac rectifica, &c. Materia in 🝭 relicta ſuppeditat. Sal. nit. fixum.

### 5. *Spiritus nitri Bezoardici.*

Eſt ∽ Sal. nit. in præparatione Bezoardici mineralis butyro affuſus, ac iterum deſtillatione in arena abſtractus.

N. *Hic ſi celeriter urgeatur, extillat rubicundus commodumque menſtruum præbet ☉ ſolvendo ac volatiliſando. Vide de ☉.*

### 6. *Aquæ cauſticæ, ſeu aquæ fortes.*

Aquarum fortium ut & regiarum (quas dicunt) magna paſſim eſt varietas. Fiunt pro diverſitate ſcoporum è ſalibus mineralibus, ad ſcopum facientibus 🜖, Sal. nit. *. Sal. com. & ſimil. Nos brevitatis ſtudio unica ac altera deſcriptione contenti remittimus tyrones ad Authores fuſè de his tractantes, ut ſunt, *Beguin. l. 1. c. 3. Sennert. Inſt. lib. 5. part. 3. ſect. 2. c. 6. Libav. l. 2. Alchym. tr. 2. c. 27. &c.*

### 7. *Aqua fortis communis.*

♃. 🜖i exiccati. ℔ ij.
Sal. nit. ℔ j.
Tere ſimul & miſce.

Deſtilla per 🝭m loricatam, △e aperto per gradus: eſt operatio hor. 12.

N. *Geber. Lib. Invent. cap. ultimo, addit &* ℔ß. *O. deſtillátque: in deſtillata hac 🜅 ſolvit* ℔ß. *. *ad 🜆 acquirendam.*

Vires. *Solvit* ☽ *&* ♀.

### 8. *Aqua Regia, Stygia Chryſulca Baſilii.*

♃. Sal. nit. part. ij.
*. part. ij.
Silic. contuſ. p. iij. circiter.

Deſtilla per 🝭m ignitam tubulatam, *Vide in 8. deſtillationem ∇æ ſtimm. ♀reæ.*

Vires. *Solvit* ☉ *eúmque per XX ſecum tranſportat. Baſil. in Clavibus Tentzel.*

N. *Uſitatiſſimus facillimuſque modus deſtillandi modernis eſt per cacabum ſeu ollam ferream, cui ceu alembico terreum imponunt capitellum cum roſtro, deſtillantque igne aperto in receptaculum capaciſſimum.*

### 9. *Eadem 🜆. alio modo deſtillata.*

♃. Sal. nit. per ſe q. v. & cum tribus partibus ſilicum contuſorum miſce, deſtillaque igne libero per 🝭m. Sic habes ∇m nitri: poſtea habeas † è quibus per aquam calidam extractum ſit ſal, ut omnis acredo lixivii auferatur, hos † miſce cum *, ſit autem * tantùm quantum anteà erat Sal. nit. deſtillaque △ libero per 🝭m, ſic habebis 🜆.

N. *Si velis rurſum ex B. vel †ibus per alembicationem deſtillare, ſit clarior & lucidior. Tentzel.*

HOFMAN. 4. *Deſtillatio Unde* 1. *Spiritus Nitri.*) Argillam albam præſtat recipere, quàm bolum, quia in hanc plus vim ſuas exſerit Spiritus acidus Nitri, atque in illam, eò quod illa ut plurimum vel minera ♂tiali vel ☉lari gravidus ſit, & ita minus ſpiritus nanciſceris. De quo, uti & aliis ſalium mineralium ſpiritibus notandum, hos nihil aliud eſſe quàm ſalia concretorum à calore in fluorem redacta; id quod inde patet, ſi ſpiritum Nitri mutuo ſp. vini connubio per MB deſtilles, finitâ deſtillatione cryſtallos Nitri acidos reperies jucundo ſpectaculo.

2. *Modus alius.*) Niſi cum argillâ vel carbonibus pulveriſatis Nitr. miſcueris ob ſalis fluorem retorta tubulata diſſiliet, & ita fine tuo fruſtraberis.

*Vires.*) Omne venenum peſtilens arſenicalis naturæ eſſe experientiâ conſtat. Iam nihil magis arſenico contrariatur atque Nitrum, non tamen communi, ſed philoſophico præparatum modo, dum in terram convertitur albiſſimam, omne venenum inſtar magnetis in corpore humano attrahit & expellit. Hujus ſpiritus in febribus etiam malignis cum julepis ſummo cum emolumento præſcribitur. In Pleuriſi ac colica non minorem habet energiam, unde & ingreditur *Dn. D. Iohann. Michaëlis* ſpiritum anti-pleuriticum & ejuſdem anti colicum.

N. *Dn. D. Iohann. Michaelis* p. m. duas habet ſpiritus anti-colici compoſitiones. Una conſtat ex part. iij. ſpiritus carminativi & part. j ſp. nitri. Diſpellit flatus & ſedat dolores. Doſ. à ℈j ad ʒß. Altera fit ex ſale Tartari & nitro.

N. Spiritus Anti-pleuritici præparatio fit ex tribus partibus ſpiritus anti-pleuritici vegetabilis & unâ parte ſp. nitri. Hic ſiſtit dolorem & inflammationem.

3. *Alius modus Keſleri.*) Verùm hoc modo ſpiritus nitri non erit purus. Ejuſdam cenſuræ etiam eſt ſequens 4 cum Sulphure,

Neque

Neque enim ſic purum nanciſceris nitri ſpiritum : Et niſi argil-
lam etiam vel carbones pulveriſatos nitro addideris, non ſucce-
det ejus elaboratio.

5. *Spiritus nitri bezoardicus.* ) Hic etiam non purus ſp. nitri eſt, ſed conſtat partim ex ſpiritu Vitrioli philoſophico, qui nil niſi ſpiritus ſalis ſubtiliſſimus eſt, partim etiam ex ſp. nitri, reliquis ſalibus in reſiduo manentibus.

6. *Aquæ cauſticæ ſeu aquæ fortes.* ) Harum magna eſt varietas pro intentionis ratione uſurpantium, & ingredientium (Vitrioli, Nitri, ✱, Sal. com. &c.) diverſitate. Nonnullis placent inſtrumenta ferrea ad harum aquarum præparationem, ut proinde retortis fictilibus terreis carere poſſint, ſed agendo in ferrum debilitantur.

N. Aquæ fortes, ſi ab his ſp. vini abſtrahatur, ita corrigi poſſunt, ut tutò intra corpus adſumi queant.

## ¶ *IV. EXTRACTIO.*

*Unde*

*Tinctura nitri.*

Tinctura Sal. nit. ad eundem fieri poteſt modum quo Sal. com.

Vires. *Inſigne eſt corroborativum diaphoreticum.*

Hofman. *Extractio. Unde tinctura Nitri.* ] Hæc etiam nihil aliud eſt, quàm Nitrum liquidum, quod in cella p. d. ſolvitur. Diureticum eſt & lithontripticum.

¶ [Balſamus ſpiritus Nit. cum oleo comm. Roſarum, vel Hypericonis, in phiala calore forti paratur, ad ulcera utilis.]

## CAPVT XXIV.

### *De Alumine.*

ALuminis genera uſitatiora Officinæ, quinque nobis exhibent.

1. Rupeum (Gallis *Allun de Roche.*) 2. Plumeum ſeu plumoſum; videatur Amiantus. 3. Sciſſile, (quod glebarum inſtar eſt & plumoſum oblongum vocatur.) 4. Zuccarinum ſive Saccharinum (ex O rupeo, albumine ovorum & aqua roſacea.) 5. Alumen catinum.

Verum ut in omnibus locis ubi Aluminis ſimpliciter mentio fit, ita & in his noſtris præparationibus, rupeum recipere fas eſt : quod nihil aliud ſcilicet eſt, quam ſalſugo terræ mineralis naturæ ſaturninæ, conſtans ex ſpiritu acido ac ſale terreſtri cauſtico.

Triplicis autem id originis eſt; vel enim 1. per ſe in venis ſuis invenitur, vel 2. ex ▽is mineralibus excoquitur, vel 3. ex terra & lapidibus aliiſve mineralibus extrahitur.

Dicitur autem Rupeum, quia ex Rupe ſeu ſaxis confici ſolet. Item Glaciale, quia glaciei conforme eſt, Græcè ϛυπ̃ηρία. Arabicè Sceb. ſ. Seb. German. Allaun. Alum. *Alume, Roch-Alume.* Alun / Rotz-Alun.

N. 1. *Mentio apud Dioſcorid. fit quoque Aluminis rotundi & liquidi, verum cum noſtratibus minimè ea uſitata ſint, omiſimus : nec audiendi ſunt, qui liquidum Alumen faciunt materiam aluminis rupei. Vide Matthiol.*

[*Alumen Mexicanum coctum præter vim adſtringendi, ulcera ab excreſcente carne mundificat; ad coccinea pigmenta adhibetur.*]

N. *Alumen catinum, propriè aluminis genus non eſt, ſed Sal ex ♃bus lignorum quorundam extractum, optimeque reverberatum, Germanicè* Werd-Aſche. des cendres de Saulz. *Salt out of Wod-Athes.* Sout van hout-aſſche. *Huc referri poteſt & Alumen ſaccum, quod paratur è fæcibus vini uſtis & albefactis.*

N. 3. *Modum alumen rupeum conficiendi, ſi quis ſcire cupit, conſulat Matthiol. Libav. in Alchym. &c.*

Vires. *Exiccat, adſtringit, incraſſat, &c.*

Vſus O *crudi præcipuus externus eſt, (quamvis ab Empiricis & internè pro febrifugo, imo univerſali exhiberi ſoleat,) ac inprimis in angina & columella laxata, putredine gingivarum, tumoribus pedum ædematoſis, &c.*

N. *Sunt, qui in dyſenteria O exhibent.*

Hofman. *De Alumine.* ) *de Rupeo* ſcilicet intelligendum volumus; quod ſalſugo terræ eſt, naturæ ſaturninæ, conſtans ex acido ſpiritu & ſale terreſtri. Dicitur autem *Rupeum,* quia ex rupibus ſeu ſaxis eruitur & conficitur. Alumen, quamvis corpus videatur valde homogeneum, tamen inter verorum ſalium cenſum referri non meretur, ſed habetur, ut vitriolum etiam nativum, pro quodam magiſterii genere, quod ſubſtantiam continet ſalinam & quoddam genus materiæ lapideæ; atque hoc ita ſe habere, inde patet; cape ſolutionem aluminis, & affundendo ſufficientem quantitatem olei Tartari p. d. illico videbis mixturam in genus quoddam albi coaguli converſam, quod exſiccatum calcem quandam lapideam refert, mineralis proſapiæ, quod ignis violentiæ expoſitum nec liquatur nec ſublimatur.

N. *Alumen* in figuras octohedrias efformatur, quas etiam retinet in reſolutione.

*Triplicis autem id originis eſt, &c.* ) In Novâ Hiſpaniâ etiam *Aluminis* venis non deſtituta ſumunt terram aluminoſam, terunt & in fictilia profundunt, mox aquâ effuſâ liquant, quod ſtillat, utile eſt. Coquunt hoc, quantum expedire videtur, ſed priuſquam in debitam duritiem percoquatur, in fruſta parva dividitur, & diſcinditur, & exquiſitè coctum venundatur, in emporiis candens, lucidum, diaphanum & acris adſtringentiſque ſaporis veluti noſtrum. Ad quod Aluminis genus hoc Mexicanum debeat referri, ex hoc præparandi modo patet, liquidum ſcilicet ac ſtillatitium. Temperant illo pigmenta ſua artifices & coccineis adjiciunt coloribus. Adſtringit, ſiccat, & abſtergit ulcera & excreſcentem excedit carnem. Ac totidem uſibus, quot Noſtrum, accommodari poteſt. *Franciſc. Hernandez. in Rer. Medic. Novæ Hiſpan. Theſaur. Lib. 10. Cap. 24. p. m. 342.*

*Item Glaciale, quia glaciei conforme eſt.* ) Præter dictas ſpecies ſunt & Naturales aliæ, cruſtoſi ſcilicet & cruſtoſi botryoidis, quod in acinorum exuberantium modum tumidum apparet. *Ferdinandus Imperat. in ſuâ naturali hiſtoriâ Lib. 13. Cap. 10. 20. & 21. Rupeum, vulgò de Roccâ,* ex Lapidibus & terra aluminoſa non ſolùm fit, ſed & ex ipſis aluminis naturalis ſpeciebus infuſione & coctione.

*Vires.* ) Singulare febrifugum latitat in O, de quo vide O tinctum *Minſichti.* Item *Cl. Hartmanni febrifugum.* Ego ex O cum alkali quodam combinato egregium novi conficere ſal cryſtalliſatum abſterſivum purgans tutiſſimè in febribus & aliis affectibus, ubi curatio aliàs per alia colliquativa purgantia non facilè expedienda eſt, uſurpandum. Doſis eſt à ℈ j. ad ʒ ij. vel ultrà in brodio calido, habet vim ſaponariam, juxtà abſterſivam ac diureticam.

N. Ex alumine etiam pulvis paratur cum ſ. q. laccæ pictorum ad hæmorrhagiam narium convenientiſſimus. vid. Ephemerid. Medico-phyſic. anno I. obſervat 24. p. 90.

*Adſtringit.* ) Hinc in dyſenteriâ aliiſque affectibus, ubi adſtrictione opus eſt, commendatur, magis enim adſtringit, quàm ſperniola Crollii, quæ aliàs in hæmorrhagiis & gonorrhœâ ſummæ eſt efficaciæ.

*Vſus O crudi præcipuus externus eſt.* ) Non deſunt, qui cum O balneum quoddam adſtringens præparant, quo virginibus, quibus veneris caſtellum fuit dilatatum & expugnatum, reſtitutionem in integrum promittunt; ſed hæc ſophiſticatio non deprædicatorem meretur. Aliàs in ſudore diaphoretico ſummâ cum circumſpectione externus aluminis uſus etiam non rejiciendus eſt, ſi induſium in aluminis ſolutione immerſum iterum exſiccetur & induatur, ſed non niſi in morbi declinatione commendo.

N. Prodeſt itidem in excreſcentia vulnerum carnoſa, & in fonticulis promovet fluxionem. vid. Aquas corroſivas ex O paratas in theſaur. pharmaceutic. annexo ſect. 2. num. XI. XII. XIII. &c.

## PRÆPARATIONES & PRÆPARATA.

¶ 1. Cryſtalliſatio ſeu Purificatio, 2. Calcinatio ſeu

Uſtio. 3. Salificatio. 4. Deſtillatio. 5. Subtiliſatio.

## *I. PURIFICATIO ſeu CRYSTALLISATIO.*

Aluminis purificatio fit more vulgari, ſcilicet ſolvendo, in ▽ pluv. calida, evaporandoque, donec cuticula in ſuperficie appareat; hinc reponitur ad cryſtalliſandum.

N. 1. *Hanc purificationem ſi bis terve repetiveris, miteſcit acerbitas O.*

N. 2. *Libavius ſolvit in* ⊡ *proceditque dicto modo, verùm hæc qui hac ratione O purum nanciſci ſperat, fallitur, quippe Sal* ⊡*æ Omini ſeſe immiſcuit.*

## *II. CALCINATIO ſeu USTIO.*

Vſtio aluminis quoque tonſoribus notiſſima eſt.

*Nimirum.*

O coquitur ad △m, ut phlegma & ⥊ exhalent, terraque mollis poroſa remaneat.

N. *Hæc terra idem eſt cum* ⊖ *ex* ⥊*tione* ⥊ *reſiduo.*

Vires. *Vſitatiſſimum eſt Alumen uſtum in vulnerum excreſcentiis carnoſis conſumendis, in putredine arcenda, &c.*

## *III. SALIFICATIO.*

℞. O uſtum, (vel ⊖ aluminis) coque in ▽, trajice per chartam; filtratura evaporet & habebis Sal fixum Ominis.

## *IV. DESTILLATIO.*

*Unde*

*1. Phlegma ac Spiritus.*

℞. O puri q. v. deſtilla per ☊m in ∴ ac elicies initio l. △ phlegma.

Igne poſtea fortiori, ⥊ prodibit albiſſimus.

[ *Spiritus O Sulphureus volatilis & acidus, inhibet febrium intermittentium acceſſus per ſudorem & fermentationis inhibitionem.*]

( *Alumen* ⊖*-lo præditum ſtyptico ſpiritum* ⊖*-li coagulare putatur.*

*2.* ⥊ *dulcis O.*

℞. ⥊ O, rectifica aliquoties cum 🜄 & dulcis atque jucundus evadit.

Vires. *Vſus ejus internus diureticus eſt, pellit calculum, obſtructiones Lienis aperit, æſtus in febribus compeſcit.*

*Externus ejus uſus admodum proficuus eſt, in vitiis oris, inflammationibus nimirum, (etiam oculorum) Aphthis, & ſim. curandis.*

*Doſis g. 4. vel 5. in vino vel alio liquore convenienter.*

*Phlegma adhibetur ad vulnera mundificanda, adſtringenda, inprimis ad gingivas, &c.*

*3. Magiſterium, ſeu* ⥊ *Ois Magiſteriatus.*

O puri q. v. impone in vitrum, aſperge aquam & repone ut diſſolvatur.

Liquorem filtratura depuratum deſtilla in ⊏ibus, ex cucurbita humili ad ſiccitatem: ſolve denuò, modo quo dictum, in liquorem, & deſtilla. Eouſque ſolutionem & ⥊ationem repete, donec tota O ſubſtantia per ✕ tranſcenderit.

Vſus. *Stypticum eſt nobile, vix cedit Eſſentiæ ſerri, boli, ſperniolæ, &c.*

*4. Saccharum O.*

℞. O purificati q. v. deſtilla ut eliciatur phlegma, quod affunde iterum ⊖, & poſtquam ℥ 24. ſteterint, denuò abſtrahe, idque vicibus aliquot (5. vel 6.) tandem phlegmate reſervato ſolve ⊖ per d. Liquor digeratur ♂ (12.) coaguleturque in ∴ ad ſiccitatem: ſic præparatum Saccharum O.

Vires. *Celebratur in pectoris morbis, præſertim ex minerarum halitu contractis, qualibus Metallurgi frequenter affliguntur, Odontalgiam ſedat, gingivæ impoſitum.*

*Doſis à gr. 5. ad 8.*

( *Parant ex O Mannam, primum Ens O quod dicunt, victorioſumque Hecticæ remedium.*)

## *V. EXTRACTIO.*

*Unde*

*Extractum Aluminis,*
*aliàs,*
*Magiſterium.*

℞. O crud. ℔. (VI.) coquatur in fictili amplo, ut evaporet phlegma, tandem calcina ut penitus exdeſcat. Hinc injiciatur in ✕ O illud candens; Sic extrahet ✕ Eſſentiam ſeu Magiſterium reſidente terrâ albâ (quæ aquâ ferventi abluenda & ſervanda) ✕ illud imprægnatum filtra, & abſtrahe in MB ad mellis conſiſtentiam. Tunc exponatur frigido ad cryſtalliſandum. Cryſtallos exime & ſicca.

N. *Cryſtalli tingi poſſunt rob. ſambuci pro libitu.*

Vires. *Sudorem movent, conſentiunt in ſcorbuto (ſingulis ſeptimanis ſemel ac iterum propinatæ exhibiti.) in febribus tertianis (ante paroxyſmum aliquoties vicibus iterato aſſumpti.)*

*Doſis à g. 8. ad 20.*

*Ex communicatione Amici Hamburg.*

HOFMAN *Extracto.*) Hujus medio, prout Dns Autor communicavit, O vitriolo ſuo ſtyptico non privatur, ad ſequenti procedamus modo. Primò fiat depuratio; Recip. Ominis q. v. ſolve in aqua pluviali coq. in alembico, donec ſpumam exhibeat, ſpuma cum cochleari ligneo ſeparanda, rurſus coque, & inter coctionem adde Acet. diſt. tunc O deponit Vitriolum ſuum in ſuperficiem inſtar ſpumæ cœruleæ, quæ reſicienda, ſiltra ſolutum & deſpumatum O, infunde in vas ligneum, ut cryſtalliſetur. Rec. purificati hujus O ℔ i ß. deſtilla in Alemb. phlegma leni igne ad ſiccitatem, cavendo, ne ſpiritus adſcendat, ſed ut O ſaltem terra alb. fiat; quam imprægna proprio phlegmate & cohoba. Inde ſumatur Cap. mort. Tartari, ex quo omne Sal. com. Tartari fuit extractum, hoc in crucibulo reverbera aperto igne per mediam horam, ut fiat terra poroſa abſq; omni ſalino ſapore. Hanc terram Tartaream philoſophicam inde filtro chartaceo, rurſus ſuprà terram aliam pone chartam bibulam, in quam aluminoſam terram proprio phlegmate ſolutam filtra, ſic acida terra O attrahitur ab ignea terra filtri, & ſaltem dulcis terra tranſit filtrum cum proprio phlegmate, quam rurſus coagula per ⥊tionem abſtrahendo phlegma, repete ſolutionem hujus cum proprio phlegmate & filtrationem per terram Tartari rurſus elotam & tertia vice reverberatam. Sic O deponit per præcipitationem à phlegmate omnem terram adſtringentem & cryſtalliſatur primum Ens Aluminis in frigore inſtar ſacchari, & ſummum celebratur anti-hecticum à P. Poterio in ſua P. S. Cap. 7. p. m. 125.

§ (*Alumen Laccatum Epaticum, & ad Hæmorragias proficuum parant.*)

( *Balſamum Aluminis æquè ac Balſ. Nitri parare licebit, ſed non æquè coloratum.*)

CAPUT

## CAPVT XXV.

### *De Sale Ammoniaco.*

SAl ✳ nativum à majoribus deſcriptum ſub arenis Libycis concreſcebat. Verum noſtratibus non niſi artificiale cognitum eſt. Quod nihil aliud eſt, quàm ſal amarum factitium compoſitum, volatile, coctum ex ⁂, ſale fuliginis, Sal com. vel ☉, & ſimil. *Vide ſi placet modos conficiendi, apud Libav. in Alchym. & hinc apud Unzer. in tr. de Sale.*

[ *Parant etiam ex urina ſanorum p. v.* ⊖ *is communis p. j. fuliginis part. dimid. coctis & ſublimatis.*

Dicitur & Sal armoniacum, Sal ſolare, Aquila cœleſtis, alba ☿ialis fuligo, Sal ☿ialis Philoſophorum, Lapis Adir. Audix. Anacab. Alacab. Aliocab. Allocaph. Alcob. Alfol. Alfatide. Alinziadir. Aliſtiles. Alumonodig. Amizadir. Anoxadic. Azanec. Butrum. Hiſazium. Lixandram. Miſatis. Neſtudar. Nuſiadal. Nyſæ. Obac. Raal. Salmiax. Turſies. German. Salmiar. Sel ammoniac. *Salt Armoniak.* Soutz Armoniack.

(Dicitur etiam Sal mirabile, & clavis metallorum, quæ fluere facit.)

Eligatur candidum ac purum, vel niſi ſatis nitidum fuerit, purificari poteſt. Præſtantius habetur ✳ Venetianum ac Antverpianum, ex quibus tamen poſterius priori cedit.

Vires. *Internè vim habet diaphoreticam præcipuè in febribus, maximè in febri quartana, reſiſtit putredini, &c.*

*Doſis ad ℈ß.*

*Externè adhibetur in Gangrænæ carne putrida abſumenda, in Angina curanda (in Gargariſmis,) Quinimo Barbitonſores aquam ſuam cœruleam inde conficiunt in ♀ vaſe ad albuginem oculorum tollendam.*

*Nimirum.*

✳o in pelvi ænea ▽m affundunt additoque modico Calc. viv. ſimul optimè agitant. *Vide lib. 2. c. 49.*

HOFMAN. *De Sale Ammoniaco.*) *Ammoniaci* nomen non aliunde, niſi ab ἄμμος arenâ derivatur, ſub qua in laminas concretus in Cyrenaica regione invenitur. Unde ex errore dicitur Armoniacum, cùm ſit dicendum Ammoniacum. Cyrenaici tractus hoc nobilitantur ſale ſub arenis invento, *teſte Plinio Lib.* 31. Cap. 7. Cùm autem hoc ad Nos convehi deſiit, utimur ejus loco non niſi factitio. Nonnullis quoque ſal mirabile audit, aquila, clavis metallorum &c. Hoc componitur ex quintuplo crudæ urinæ humanæ ex ſanis deſumptæ, una parte ſalis communis, & dimidia parte fuliginis, hæc tria in maſſam prius coctione rediguntur, & tandem in ✳ ſublimantur. *Venetiis* in copia conficitur, & *Antverpiæ*, ex quibus prius *Venetianum* poſteriori *Antverpiano* anteponitur. Hic non deſunt, qui ſtatuunt ad illud Venetianum ſumi ex publico Urinæ tranſitorio tam ſanorum quàm ægrorum, Leproſorum ſcilicet elephantiaſicorum, gallicorum, febricitantium &c. Urinam. Verùm fallunt hi & falluntur; Nam ad hoc non niſi à ſanis collecta urina eligitur, & cum reliquis ingredientibus coctione in unam coagmentatur maſſam & poſtmodum ſublimatur, quomodo igitur Urin. putrida, ut communis aëri diu expoſita ſolet, cum reliquis incoqui poſſet, quia ſtatim ſuo ſale volatili privetur, ſecius atque cum urina recenti fit. Prætereà parum ſalis volatilis Urin. ægrotantium præbet, plurimum a. ſalis fixi deficiente fermentorum naturalium actione. N. Sal Ammoniacum in hexagona efformatur.

*Vires.*) Ex hoc optima præparantur Medicamenta, ut infrà videbimus. Externè in gangræna eſt agyrtarũ arcanum, item in angina ſucco fol. ſemperviv. pro gargariſmate permiſtũ maximè commendatur; Recip. fol. ſemperviv. rec. lib. IV. ſal. ammoniac. depurat. ℥ jß. conquaſſata ponantur in cucurbita vitrea in cellam ſubterraneam, donec ſalia liqueſcant, deſtilla ex Alemb. ad ſiccitatem: fiat gargariſmus. Ad albuginem oculorum tollendam infunditur in mortarium aurichalceum & tingitur colore cœruleo quod Chirurgi das blaue Waſſer vocant.

## PRÆPARATIONES.

¶ 1. Purificatio, unde ✳ Cryſtalliſatum. 2. Calcinatio. 3. Sublimatio; unde Flores. 4. Deſtillatio. 5. Liquatio.

### *I. CRYSTALLISATIO.*

✳ cryſtalliſatum, nihil aliud eſt, quam ✳ modo vulgari purificatum, id eſt, in ▽ ſolutum, & poſt evaporationem aliquotam cryſtalliſatum, ideoque uſus ejus cum priori idem eſt.

### *II. SUBLIMATIO.*

*Flores* ✳.

℞. ✳ trit. Limaturæ chalyb. ana q. v. mixta diligenter ex cucurbita in Arena ſublima; ſic relictis in fundo fæcibus aſcendit ✳ purum aliquotâ portiunculâ ♂is imprægnatum.

℞. ✳ hujus, Sal. Com. fuſi ana M. ſublimaque denuo, ſublimationem de novo ſepties repete, ſemper ☋ rejiciendo & parum Sal. Com. fuſi quantitatem ſingulis vicibus admiſcendo.

Nonnulli contenti ſunt poſterioribus ſaltem ſublimationibus (ſcilicet cum Sal. Comm. citra ♂ peractis) ✳ depuraſſe. Verum quia ♂ per vim aperitivam ✳ inſigniter acuit, operæ pretium erit, nec priorem illam ſublimationem intermittere.

Vires. *Flores hi ut operoſiores, ita & effectu præſtantiores cenſentur, quàm* ✳ *ſolâ cryſtalliſatione purificatum, ideoque felicius illorum loco adhiberi poſſunt in quartana. Tollunt quoque perfectè cruditates ventriculi, ſi in vino abſynthiaco vel decocto ſaſſafras per aliquot* ☉ *continuos propinentur ſudorque à ſumpto Medicamento procuretur.*

*Doſis g. 3. vel 4. imo ad ℈ß. & ultra. Sennert. in Inſtitut. Hartmann. in practica, loco de crudit. ventriculi. Tenzel. in Exeg.*

N. *Si cum limatura ♂ fiat ♎atio, tunc arroditur ♂ à ſale parumque admodum ſeſe ſublimat, ſi verò cum batiturâ ferri non tritâ, tunc fere ſal omne aſcendit colore ex flavo rubeſcente.*

HOFMAN. 2. *Sublimatio. Flores* ✳) Si flores ✳ ſimplices abſque additione extranei concreti deſideramus, ſatis eſt ſublimatio ✳ ſolum cum Sale fuſo peracta. Sin autem compoſitos magiſque aperientes appetimus, cum limatura ♂tis non trita inſtituamus ♎tionem. De his vid. *Cl. Zwelferus in Mantiſſ. Spagyric. Part. I. Cap.* 3. p. 338. Eodem modo etiam cum ✳ & lapide hæmatite *Aroph Paracelſi* ſeu Aroma Philoſophorum conficit l. c. p. 337. *Et Hadrian. à Minſicht.* in ſuo armamentar. Tincturam Martis cum ✳ & Limatura ♂tis *Sect.* 2. *p.* 43. Flores ✳ ſequenti modo ♎ati etiam non ſunt rejiciendi.

Recip. ✳ ℥ vij. Sal. com. Tartari ℥ vj. pulveriſata miſce, & ♎ma. Primò adſcendit Sal. com. volatile urinoſum, quod eximе, tum porrò ♎ationem per totum ☉ continua & evehentur in alembicum flores elegantiſſimi; in boccia etiam dura & compacta accreſcit materia, quam floribus adde & ſerva pro uſu. Doſis eſt à gr. IV. VIII. ad ℈ß. cum cremore Tartari ℈j. addito grano uno Sulphuris ♁nii. Specificum eſt in quartana. Datur bis antè paroxyſmum prima doſis tribus horis ante paroxyſmum: Secunda ingruente paroxyſmo. Præmiſſis vomitoriis ſpecificis in quibus radix evellendæ quartanæ conſiſtit.

N. Ex Cap. mort. ſal anti-hypochondriacum aperitivum ac diureticum ſubflavi coloris conficitur. Doſis à gr. iij. ad ℈ß. vel ℈ j.

*Vires.*) Flores ✳ ſunt bonum ſtomachicum & elegantiſſimum febrifugum; cruditates ventriculi tollunt, unde non deſint, qui hos flores ſtomachicum & febrifugum *P. Poterii* eſſe autumant. Verùm ego ſtatuo hoc ex Nitr. confici.

*III. Cal-*

¶ *III. Calcinatio & Fixatio.*

Figitur cum Calc. viv. ſi anaticè cum eadem mixtum △e fortiſſimo ſubito adhibito, addito quoque folle fundatur, Poſtmodumque aquâ eluatur.

*Uſus ejus præcipuus eſt, pro liquore inde conficiendo.*

HOFMAN. *Calcinatio & Fixatio, figitur cum calc. viv. &c.*) Scil. * miſcetur cum calc. viv. anatica proportione & ≏matur, illud, quod adſcendit, ≏mati nomine inſignitur. Ex cap. mort. cum aqua loto oritur Sal. com. fixum ad ⊙ & ☽ ſolvendam aptum.

¶ *IV. DESTILLATIO.*
*Unde*
*Spiritus *.*

♃. *. p. I. -Ǝrum p. IV. M. atque deſtilla ex Arena per XX. ſic prodit Sp. *. quem rectifica è cucurbita altiori.

*2. Aliter.*

Solve * in ▽ calida, eâque potato lateres ignitos, ut ▽m illam *co imprægnatam penitus imbibant. Hinc deſtilla per ⊃m igne arenæ, vel igne aperto.

*3. Aliter.*

♃. * ſublimati q. v. aſperge ▽ rectificat. ut humectetur, hinc digere vaſe clauſo in MB ut reſolvatur. Solutiones decanta, è cucurbita oblonga in MB -♀a ad dimidium: ▽ -♀tam rurſus affunde & -♀a: tandem △ auctiore omnes ſpiritus per XX propelle & rectifica.

Vires. *Eſt Diaphoreticus, inciſivus, diureticus.*

*Doſis gr. 3.*

*Ioh. Rhenan. Chymiotechn. l. 1.*

♃. * q. v. miſce cum argilla, aut hæmatite, ac exinde fac globulos, -♀aque per ⊃m ut moris eſt.

*Clar. Dn. D. Helvic. Dieterich.*

Vires. *Hic *i Spiritus affuſus ſolutionibus Metallicis cum ▽ factis: indeque per XX abſtractus ſecum alias corroſivas aquas tranſportat. Itemque 4tanæ & obſtructionibus feliciſſimo cum ſucceſſu exhiberi poterit, ſolvit itidem calculum.*

*Doſis à gr. 3. ad 6. vel 10.*

*Extrinſecus anaticè cum ▽ mixtus & plumaceolo loco dolenti podagrico aliquoties illitus, dolores ad miraculum reſtinguit, præcipuè ſi in eo tantillum Camphoræ fuerit ſolutum Sennert. Inſtitut. Hartman. prax. loc. de Arthrit. Tentzel. in Exeg.*

*Spiritus *i urinoſus.*

In *co duplex Spiritus reperibilis eſt, ſcilicet Spiritus Urinæ & Sal. Com. Ille facilè elicitur vel additis cineribus anaticâ proportione, aut Calc. viv. Sal. Nit. fixo, ſale Tart. Modum vide pag. 159. ſecundæ partis Glauberi. Quem verò deſcribit idem author pag. 158. cum Lapide Calaminari is non ita feliciter ceſſit, fortè propter impuritatem Calaminæ, eſt enim una alterâ longè melior. Spiritus aureus ejuſdem naturæ cum Sal. Com. ſic prolicitur.

*Spiritus acidus *ci.*
*S. Cloſſ.*

Solve * in aqu. comm. ita ut aliquid inſolutum reſtitet, hâc ſolutione imbibe folia plura chartæ Emporeticæ in globulos ſive pilas molles conformatæ, quas in cucurb. conjice & ex ∴ vel reverberio clauſo propelle ſpiritum coloris aurei ſummè acidum, qui per rectificationem albeſcet.

Vires. *Spiritus hic eſt penetrans, admodum & ſubtilis à commixtione ſalis volatilis ⊡ unde ſummè Diaphoreticus eſt & Colicam ſedat.*

*Doſis gutt. 6. 8. in vino.*

N. 2. *Cave ne vehementiori △ charta comburatur, alias denigrabitur ≏us excitans, cum putore aſſinini, ſit ergo △ gradualis.*

2. *Cave ne ☿ -≏tum addas, ut facit Querc. in Terra de titulo de Panacæa ☿η, ſic enim prodit unà cum Spiritu ſalium fuligo quædam ☿alis, à qua (ſi detur hic Spiritus intra corpus) gula conſtringitur cum ſignis inſtantis Convulſionis, poſt abſolutam autem deſtillationem ſi detur △ ≏ationis, tunc combuſtâ papyro nanciſceris ☿um dulcem.*

*Spiritus alius fugaciſſ. *ci.*

♃. Calc. viv. q. v. inde Cucurbitæ in MB impoſitæ. Hinc affunde *cum in ▽ diſſolutum, idque paulatim & per vices, alembicum ſemper reaptando. Quando omne ſuperfuſum fuerit, Receptaculo & Iuncturis probè munitis deſtilla lentiſſimo △. Sic prodit quidem Spiritus aliquali phlegmate dilutus, ſed qui unicâ rectificatione dein fugaciſſimus redditur.

*Uſus ejus eſt in variis morbis. Utimur tamen præcipuè in morbis capitis: Epilepſia, Apoplexia, gravitate auditus, &c. in morbis uteri: Retentione menſium, difficultate conceptionis, ſingulari quodam inſtrumento eum applicando, cui ſi vola manus calens admovetur, ſtatim operatur. Ioel. Langel. inſtrumentum illud eſt vitrum ſtrictioris orificii, quod intruditur in vulvam.*

(*Doſis à ℈ß. ad ℈j.*)

(*Utantur quidam ſpiritu * aniſato, caryophyllato.*)

(*Item cryſtallis è ſpiritu *.*)

HOFM. 4. *Deſtillatio Unde ſpiritus* *) * cum lapide hæmatite minio, cineribus clavellatis, Sal. com. Tartari, &c. miſceri poteſt, aqua imprægnatum, ℒlatione ſtatim mixturam inſequente; Primò ſpiritum * ſalſum urinoſum volatilem, & ex cap. mort. ſal fixum in omnibus obſtructionibus non ſatis deprædicandum in primis in quartana acquiris.

N Si Cap. mort. ſpiritus * urinoſi cum ſale alkali parato novum addas ſal alkali Tartari &c. & denuò deſtilles, novum acquires ſal volatile.

(Sal fixum ex * & Sale Tartari.) Recip. Salis Tartari ℥ iv. * ℥ viii. miſce & ſolve ita, ut * prius in ▽a ſolvatur, & ſuperinfundatur Sali Tartari & illicò ℒlatio fiat, tunc aſcendit, ut aſſolet, ſpiritus volatilis ſalſus urinoſus, reſiduum [illegible] in fundo uſque ad ſiccitatem deſtilletur, quod cum tripla [illegible] quadrupla argillæ portione in globulos formatum △ne forti ℒla, tunc accipies ſp. ſalis & nitr. volatile. Utrumque rectifica, poſtmodum etiam invicem miſce. Primum ℒlatum ſpiritum ſalſum conjunge cum ſp. acido fixo vaſe clauſo & ſucceſſivè, & ſpiritus volatilis tantundem affunde, dum nihil amplius ebulliat, & ſic pondus Naturæ eſt impletum. Deinde leni △ne phlegma in MB abſtrahe & nil niſi ▽a ℒlabit, eò quod uterque ſpiritus ſalſus & acidus in forma ſalis citrini ad fundum ſe præcipitant.

N hæc ſalia cum priori ſale fixo Cap. mort. ſunt conjungenda & p. d. ſolvenda; ⊙ compagem reſerant.

2. *Aliter.*) Hæc ut & ſequens cum ſp. vini minus neceſſaria eſt, imò fruſtranea, melioribus deſcriptionibus proſtantibus; aſt Ciner. clavellati vel Sal. com. Tartari admiſceantur, non ſuccedent.

*Aliter.*) Parum accipies ſpiritus ſalſi volatilis urinoſi, ſed ſoſorum copia compenſabit.

N. Elegantiorem deſcriptionem ſp. * ſalſi ac urinoſi non habebis, atque illa eſt *Cl. Zwelfer.* in appendice ad animadverſ. p. 53.

*Vires.*) Totam maſſam ſanguineam incorruptam à putredine præ-

præſervat, fermenta acida præcipitat, ſuffocationi uterinæ hy-
pochondriacæ, apoplexiæ, epilepſiæ, ſpaſmo internè guttatim
exhibitus, imo odoretenus etiam medetur: Et ipſius Peſtis ſum-
mum eſt remedium cum Eſſentiâ ſpecierum theriacalium nuptus.
Maximam præterea vim obtinet aperitivam tum per ſe, tum cum
ſp. ſalis vel arcano Tartari ſoluto maritatus in tartareis morbis,
item cum ſcorbuto complicatis. In arthritide vagâ & fixâ non
habet compar. In Quartanâ item ſingularis eſt ejus uſus in men-
ſium ſuppreſſione in uterum per Glauberianum inſtrumentum ſu-
blimari poteſt, quod vocatur balneum ſiccum. Doſis eſt à gutt.
x. ad ℈j vel ultra in convenienti vehiculo. Extrinſecus anaticè
cum ſp. lil. convall. ſit. ſp. arthritico mixtus ſp. * ſalſus urinoſus
addito parum camphoræ tutò extrahit dolores podagricos, non
repellendo eoſdem, ſed materiam morbificam reſolvendo & diſ-
cutiendo. Cum enim Podagræ primordia ſint ab aciditate ho-
ſtili ad corporis ambitum delatâ & artus moleſtante, in quibus
Podagræ character Archeum digeſtionum præſidem afficit, hic
ſpiritus autem cum ſit ſalſus volatilis & omne ſalſum extinguat
acidum, fit, ut podagrici inde notabilem levaminis ſentiant effe-
ctum. Cum plumaceolo loco dolenti podagrico aliquoties illi-
nendus eſt.

*In * duplex ſpiritus reperibilis.* ) * conſtat ex ſale duplici acido
ſcilicet, quod ſal commune eſt, & ſalſo & quidem urinoſo, ex
urinâ & fuligine dependente, unde fit ut duplex etiam in * re-
periatur ſpiritus 🝞latione eliciendus ſalſus & acidus.

*Spiritus acidus * S. Cloſſ.* ) Hic non purus acidus * eſt, cum
multum ſalis volatilis urin. adhuc ſit admixtum. Mihi autem
maximè ille probatur, licet ♂tialis ſit, qui ex Cap. mort. à quo
flores * martiales ſunt 🝟ati, deſtillatione elicitur.

*Spiritus alius fugaciſſimus. ** ) Spiritum etiam acquiris ſummè
volatilem; Ex ☉ liquor nephriticus ſ. a. confici poteſt. Uſus au-
tem & vires hujus jure ſpiritui * urinoſo ſuprà edocto accommo-
dari poſſunt.

## ¶ *V. LIQVATIO.*

*Unde*

*Liquor ſeu oleum *, per deliquium.*

♃. * purif. q. v. impone albuminibus ovorum co-
ctorum, ac repone ut ſolvatur per deliquium. *Keſler.*
1. *cap.* 19.

# CAPVT XXVI.

## *De Vitriolo.*

VItriolum eſt Sal minerale metallis proximum, ac
præcipuè Cupro, &c. Græcè Χάλκανθος, Arabi-
cè Calcantum, Calcant, Alcalcadis. Latinè, Atra-
mentum ſutorium, Vitriolum. German. Vitriol/
Kupffer-waſſer. du Vitriol. Eau Vitriolée. *Vitriol.*
Vitriool.

Varia ſunt ejus genera, pro natura mineræ, quam
in ſe continent, differentia. Præcipua autem quorum
hoc tempore eſt exiſtimatio, ſunt 1. Cœruleum, Sap-
phyri inſtar, compactum, ut Saccharum candum, ta-
ctu ſiccum, Hungaricum vocant, vel Cyprium, (Gal-
licum ex agro Lugdunenſi cœruleum Poterius com-
mendat) 2. Subviride, herbacei coloris, magis gra-
nulatum, grumoſumque inſtar Sal. Com. paulùm un-
ctuoſum, manuique tangentis adhærens, quale Goſla-
rienſe, Suecicum, &c. 3. Album, in formam parvulo-
rum panum effictum, tactu ſiccum.

Ex his itaque generibus, (niſi peculiariter moni-
tus ſis) ſecundum elige, & ex hoc, quod plus de ♀
quam de ♂ participat, nimirum quod cultro affrica-
tum rubeo colore inficit, cavendo tamen Vitriolum
minutum ſubcœruleum, pallidulum & aquoſum, ma-
nuſque tangentis madefaciens, quod paſſim venale
proſtat.

Vires. *Vitrioli uſus tantopere fructuoſus exiſtit, ut
Paracelſo (in naturalibus) ac Phædroni tertia pars
Medicinæ habeatur, imò totam Officinam in eo latita-
re perhibet. Quercetanus in Tetrad. Galeno calfacit,
ſiccat, adſtringit vehementer conſtipat, vomitum ciet,
lumbricos fugat. Extrinſecus Errhinum exhibet nari-
bus inditum.*

HOFMAN. *De Vitriolo.* ) Vitriolum derivare volunt à vi-
tro, vel quod colore vitri reſpondeat, vel quod vitri inſtar clari
gratâ oculis pelluciditate ſuperbiat. Latinè Atramentum appel-
latur, quod eo ſutores coria nigredine inficiant, & liquor ſcrip-
torius niger indè conficiatur. Græcè χάλκανθον, quaſi æris ſeu
ferri florem aut effervescentiam diceres. Germanicè Vitriol/
Kupffer-Waſſer.

*Eſt ſal minerale metallis proximum.* ) *Theoph. Paracelſus Libr. de
rer. Natural. ort.* Vitriolum Sal. com. eſſe confirmat, ſed ſui ge-
neris, & ab aliis ſalibus diſtinctum. Id quod etiam repetit *Lib.* 2.
*de morbis mineral.* tr. 3. *Cap.* 1. *Ioh. Quercetanus, in tetrad. Capit.
affect.* Salis genus eſſe exponit. *Cl. Sennertus* Lib. 5. Cap. 11. Phy-
ſic. Vitriolum ſalis genus appellat mirabilis Naturæ. Idem ſtatuit
*P. Poterius* in Pharmac. Spagyric. p. 71. *Billichius* in obſervat. &
paradox. Chemic. Lib. 1. Cap. 13. p. m. 78. Neque ſal, inquit,
Vitriolum eſt, neque metallum, ſed mediæ inter utrumque Na-
turæ, utriuſque particeps. Nihilominus à potiori parte denomi-
nationem captantibus multò rectius pergit, dicetur ſal, quàm
metallum. Contrà verò *Angelus Sala, Iohann. Papius, Cl. Zwel-
ferus* & alii negant, vitriolum ſal eſſe verum, ſed eſſe metallum
ſolutum cum totâ ſuâ ſubſtantiâ, quodque denuò vi ignis in pri-
ſtinum metallum converti poſſit. Cui ſententiæ & ego ſubſcribo
ut veriſſimæ; Cùm enim vitriolum nil niſi Sulphureæ ſalſuginis
acidæ æratæ aut ferratæ coagulum ſit, hoc eſt, cùm vitriolum ni-
hil aliud ſit, quàm corpus minerale ſolutum ex ſpiritu Sulphuris
acido, corpore ♂tiali aut ♀nereo metallino, aqua elementari
& terra quadam minerali compoſitum, non video, quomodo
inter ſalia propriè ſic dicta locum invenire queat, adeò ut omne
Vitriolum nihil aliud, quàm proles ipſius Sulphuris videatur.
Cujus modus generationis talis eſt. In regione ſubterranea ex
actione ignis ſubterranei in ſulphur oritur exhalatio, ſeu ſpiritus
Sulphuris acidus, quem excipit aqua ſubterranea, & inde acidu-
la redditur; hanc poſtmodum æris ac ferri mineræ efficaciter
imbibunt & abſorbent, ac inde Vitriolum emergit. Id quod
Mechanica chemica & Vitrioli analyſis probat. Vitriolum arti-
ficiale paraturus ſume ſp. ſulphuris aqua dilutum, affunde ♂
vel ♀ raſuræ, & rem tibi dabit expeditam. Sulphur ineſſe vi-
triolo non tam ratione, quàm ſenſu percipitur. A Sulphure igi-
tur eſt initium, à quo etiam artificialis Vitrioli compoſitio ſuum
habet fundamentum; Et de ejus præſentiâ certos nos reddit fide-
le ſenſus teſtimonium, ſive enim vitriolum uſſeris, ſive deſtil-
laveris, idem tibi odor ſulphureus feriet nares, qui à ſulphure
oritur accenſo, & ſine dubio etiam Matthioli afflavit, dum ſcripſit,
chalcanthi venam, dum foditur, fœtidum & graveolentem in-
ſtar ſulphuris eructare halitum. *Comment. in Lib. V. Dioſcorid.
Cap.* 114. Miſce ſp. vitrioli rectificatum cum æquali vel duplâ
quantitate olei Terebinthinæ, & ex parvâ retorta vitreá de-
ſtilla, notabilem ſanè veri ſulphuris copiam circà retortæ collum
acquires, ut inde etiam pateat, ſpiritum vitrioli, licet liquor ſit
deſtillatus, & habeatur pro principio ſalino, eſſe tamen corpus
compoſitum, ut præter ſalinam ejus partem ſulphur contineat
vulgari ſulphuri ſimile, quod vix ipſum ſimplex & incompoſi-
tum corpus fuerit. Præterea nec metalli expers eſt vitriolum,
adeò, ut quamvis ex ſpiritu ſulphuris acido ſit corpus conflatum,
denuò tamen in priſtinum metallum, Vulcani violentia tranſ-
ferri poteſt. Quomodo autem metallum à vitriolo ſit ſe-
parandum, vid. *Billichium* l. c.

*Varia ſunt ejus genera pro Naturâ mineræ.* ) Vitriolum vel na-
tivum ſeu ſtillatitium eſt, vel Factitium. Illud dicitur, quod in
cavernis ſive fodinis terræ eſt concretum, aut ex illis deſtillat, cu-
jus ſpecies etiam eſt in metalliferis Rammeli montis Goſlarienſis
fodinis, quod divinas & non ſatis deprædicandas obtinet vires,
dum adhuc gaudet ſale ſuo centrali ac ſpiritu nativo, quod vel in
venis, fibris & commiſſuris ſaxorum vel dum ex iiſdem guttatim
deſtillat, ſtiriarum modo de eorum pendet cameris & deciduum
ex ſtiriis in ſolum delapſum ita colligitur: reperitur etiam in fo-
dinis Brunſvicenſibus, Anglicis, Hungaricis &c. Factitium eſt,
quod ex Lapidibus illis chalcanthoſis ex terra illa æruginoſa aut
cinerea maculis viridibus ac rubris interſtincta coquitur. Utrique
huic una eſt Natura, ſola conſiſtentia & concreſcendi figura dif-
ferunt.

*Sunt 1. Cœruleum.* ) Ratione coloris, vel eſt cœruleum de vene-
re participans, vel viride, de martis proſapia, ſubviride, herba-
cei coloris vel album &c. quod maximè ad Sal. com. naturam ac-
cedit.

2. *Cyprium.* ) Locorum ratione, *Cyprium* eſt, quod reperitur
in

in Inſula Maris Ægei cypro, olim ob inſignem fertilitatem Macaria dicta. Ad hanc Inſulam ipſe *Galenus* olim navigavit, ut ipſi de conficiendi modo & ratione hujus vitrioli conſtaret. *vid. Lib. 9. De Medicamentor. facult.* Hoc ☉laris eſſe naturæ *Mazotta de triplic. philoſoph.* Lib. 2. teſtatur. Vel *Romanum*, non quod in Romano oriatur agro, ſed in Romæ ſaltem honorem ita dicitur, ut hic Roma ſumatur pro Italia, reperitur enim hoc in *Campaniâ*, *Monte-rani &c.* Vel *Hiſpanicum, Hungaricum, Anglicum, Gallicum, Goſlarienſe &c.* *Cyprium* admodum pretioſum eſt, nec minus *Romanum* dictum; *Hungaricum* carius venditur *Goſlarienſi*, præſtantius tamen eſt, quia propè aurifodinas eruitur. *Anglicum* huic ſuccedit & *Hiſpanicum*. *Goſlarienſe* plus de ♂tis, quam ♀neris natura participans propter exiguum pretium deſtillationi eſt convenientiſſimum.

*Vires.*] Licet vix centeſimo milleſimus artificum potiatur arcanis ex ☉, ☽na & ☿rio paratis, ſunt tamen præterea quatuor metalla, quæ facilius ductui & optatui artificum parent, adeò ut non fruſtra Th. Paracelſus glorietur, ſolo ſaturno fortè ducentas morborum claſſes ſuperari poſſe. Nihilque æquè victorioſè in humidum radicale agere, atque primum Ens cupri, vel ad Vitam longam ſulphure vitrioli eſſe benignius. Mars demum, quanquam pretio viliſſimus, & numeroſa prole ſpretus, non poſtremus tamen pugnaci natura à Paracelſo reputatur. Cujus germinus filius eſt vitriolum martis, cui propter eximium ejus uſum tanta elogia à *Th. Paracelſo* ipſi adſignata competunt. *Helmont. in tr. Butler.*

N. In Peſte & febribus intermittentibus vitriolum cyprium à *Roderico à Fonſecâ in conſult. Medic. Tom. 1. commendatur*, & *P. Borellus Centur. 4. obſ. 77.* in febribus præſcribit. Vitrioli ſcilicet Cyprici fruſtum in ℔ iv. aquæ infundere docet per horæ quadrantem, & propinandas ſuadet hujus aquæ ſex uncias manè per 6. dies duabus horis ante cibum.

## ¶ PRÆPARAT.

*Sunt.*

1. Purificatio. 2. Calcinatio. 3. Deſtillatio. 4. Sublimatio. 5. Præcipitatio. 6. Salificatio. 7. Extractio.

### 1. *PURIFICATIO.*

Purificatur ⊖-m à fæcibus, tum ſuperficiariis, tum exactius inhærentibus: illud fit ſola ſolutione, filtratione ac cryſtalliſatione: Hoc interveniente inſuper digeſtione.

Hinc

#### 1. *Vitriolum album vomitivum.*

Solve ⊖-m album in ▽, filtra & evapora, donec quaſi cruſta ſupernatans appareat, poſtea ponas in locum frigidum, & concreſcent cryſtalli, quos poſthabitis fæcibus, quæ ſubſident, exime: ▽m iterum evaporare ſines, reponeſque ut antea. Hic labor penitus tertiò reiteretur, coagulando ſcilicet & diſſolvendo, ultimo ter eodem modo procedatur cum ▽ roſarum. Cryſtalli tandem ſupra calorem lenem exiccati, redigantur in 🜄erem album.

Vires. *Eſt lene vomitivum operaturque feliciter in febribus, affectibus ventriculi, catarrhis, lumbricis, peſte, & epilepſia, &c.*

*Doſis à ℈ j. ad ʒj. in Vino, Juſculo, vel alio liquore.*

N. 1. ▽ *centaurii, vim ejus emeticam maxime promovet Croll. Beguin.*

N. 2. *Quatuor ſunt ⊖-la vomitiva apud Chymicos ſeu Gillæ. Primum fit ex ⊖-lo cæruleo diſſoluto & præcipitato cum Ol. Tart. ſeparato Sulph. filtratur ſolutio & cogitur in cryſtallos. Hæc Gilla eſt omnium vehementiſſima & acris valdè. Altera fit ex ⊖ albo modo jam dicto, quæ ad tantam malitiam non accedit. 3. eſt Vitriolum ♀is aut ♂ paratum ad mentem Crollii, illi ineſt dulcedo ſtyptica, præſertim ſi bis aut ter in phlegmate O reſolvatur & rurſus coaguletur, huic vim violentia ineſt. 4. Gilla eſt omnium innocentiſſima pueris vomitu indigentibus dicata, quæ fit ex ⊖ Vitrioli poſt extillationem ſpirituum & olei, diciturque Sal Vitrioli vide infra. Omnia hæc Vitriola intra quadrantem horæ vomitus excitant.*

#### 2. *Vitriolum Hemetice-purgans.*

℞. Vitriolum Roman. (vel quodvis aliud ex tribus illis ſupra commemoratis.) q. v. pulveriſatur in loco calido, radiiſvè ſolaribus in 🜄erem album exicca. Poſtea ſolve in ▽ centaur. min. filtra & in loco frigido ad cryſtalliſandum repone: Cryſtallos ſiccatos (ſervato tamen colore cœruleo) ſerva in vitro probè occluſo.

Vires. *Purgat per vomitum, & ſeceſſum, eximium exiſtens in febribus peſtilentibus Medicamentum.*

*Doſis à gr. 20. ad 31. & plur. in liquore vel ▽ appriata, Sala de Vitriol. Gluckrath in Beguin.*

*Purgatio defæcatoria.*

Solve Vitriolum in ▽ vel rore majali (filtrato, vel quod melius, deſtill.) ſolutum cola, colatum colloca in digeſtionem, (per menſem) ſic ad ſuperficiem & fundum rejiciet fæces, quas ſepara. Iterum ponatur in digeſtionem tamdiu, donec nullas fæces amplius rejiciat.

*Inſervit multis præparationibus.*

*Coagulum ⊖ S. Cloſ.*

℞. Salis Vitrioli in aq. ſolut. filtratique, Tart. calcinati itidem in aq. reſolut. part. æq. Conjunge ambas ſolutiones & coagula in hac.

Vires. *Deſiccatum purgans præbet, non ita vomitivum.*

*Doſ. à ʒß. ad ℈ ij. & ʒ j. in febribus Intermitt. & ad educendam Melancholiam.*

*Sal Vitrioli nitratum S. Cloſ.*

℞. Vitriol. & Sal. nit. perpurgati an. ℔ j. M. colloca in olla △ ſuſtinente, operculo ſuo munita, inter prunas ardentes per 7. aut 8. horas. Quod reſtat materiæ bulliat in aq. communi ad diſſolutionem uſque, filtretur, evaporet ad cuticulam, tum in frigido cryſtallos expecta vomitorios, quorum

*Doſis erit à ℈ j. ad ℈ ij. & ʒ j. in Cachexia, hydrope, calculo, ſuffocatione matricis, menſium retardatione.*

*(Purificatur etiam Vitriolum ita: Vitriolum ſolvitur ▽ calida, dum adhuc calet injicitur ⊖ crum. Mj. ita præcipitatur impuritas, hinc filtr. evapor. ad tertias, & cryſtalliſatur.)*

HOFMAN. 1. *Purificatio.*) Hæc digerendo quàm optimè perficitur, Sic v. g. Recip. vitrioli cujuſvis q. v. ſolve in ▽ pluviali, poſtmodum cola per linteum, coque ad conſumptionem dimidii, hoc ſpatula lignea agita, & inde ad digeſtionem pone, ſubſidebit materia terreſtris lutea, ſupereminentem liquorem in cryſtallos redige.

Hæc 1. *Vitriolum album vomitivum.*) Hoc quoad exactam elaborationem & felicem operationem ſuam meretur laudem, dum vim ſuam exerit emeticam abſque ulla malignitatis ſuſpicione colliquativæ. Sequens tamen etiam non rejiciendum eſt. Recip. vitrioli alb. q. v. ſolve in aqua fontana & ebulliant, poſteà Recip. Nitri præparati q. v. ſolve etiam in aqua fontana, & guttatim vitriolo ſoluto aſperge, & omnis impuritas prius ſanguinea dum, tunc clarum filtra, filtratum ad medietatem evapora, donec quaſi lacteſcat, quod infra horæ ſpatium in cryſtallos abit.

2. *Vitrio-*

2. *Vitriolum Emetico-purgans.*) Hoc ob violentiam valdè ſuſpectum eſt, ut jam non amplius ſit in uſu.

*Coagulum Viridi S. Cloſſ.*) Si loco Tartari calcinati ſal Tartari ſubſtituatur & in ſolutionem vitrioli infundas, ⚗tantur flores vitrioli, qui contra lumbricos ſummo cum emolumento adhibentur.

*Sal vitrioli Nitratum S. Cloſſ.*) Hujus deſcriptio & præparatio nullâ indiget animadverſione; Nec ullus ſibi imaginetur, hæc ſalia operatione imitari aq. fort operationes ita elaborata, ſed in cachexiâ, hydrope, menſium ſuppreſſione, matricis ſuffocatione notabilis ſunt energiæ. Si alio modo conficias & ſumas nitri elect. part. iij vitrioli el. part. j & fundas in crucibulo, fuſum ſolvas, filtres & iterum coagules, nanciſceris Dn. D. Mœbii ſal anti-febrile album Si autem accipias vitrioli Ungaric. part. iij. & nitri part. j. expulſo prius per retortam Gas ſylveſtri nocivo, reſiduum ſolvas, filtres & iterum coagules, habebis ſal ejus emeto-diaphoreticum.

## ¶ II. CALCINATIO.

### 1. *Vitrioli calcinatio aperta, unde Colchotar.*

♃. Vitriolum, calcina, id eſt, coque & combure in vaſe terreo, donec, omni humiditate privatâ, rubeſcat.

N. *Vitriolum Calcinatione hâc ultra dimidiam partem pondere imminuitur.*

[N. *Immiſcetur Theriacæ, adſtringit, ſiſtit hæmorrhagias.*]

### 2. *Calcinatio Vitrioli clauſa.*

Vitriolum crebris ſolutionibus & coagulationibus optimè depuratum, lenique calore exiccatum, pone in Matracium firmum ſigillo Herm. munitum. Matracium hoc in 🝗 calidis colloca, qui ſolis æſtivi calorem non ſuperent: ſtet ita donec per flavedinem in rubedinem inſtar ſanguinis convertatur. Labor eſt 20. ☌ ☍ circiter. *Beguin.*

N. *Vitriolum rara ſtratificatione ſternendum eſt, ne ſtratum illud craſſitie cultelli in dorſo denſius ſit,* (nicht dicker als ein Meſſerruck dicke) *plura ergò Matracia, niſi incaſſum laborare volueris, habere expedit.*

*Inſervit variis preparationibus.*

Hofman. 2. *Calcinatio.*) Vitrioli calcinatio diverſos habet gradus, vel enim calcinatur illud in hypocauſto ad fornacem, vel ſaltem in ſole, vel in peculiari fornace diſpergitur, ut vitrioli phlegma ſimul colligatur, vel in ollâ mox ſuper igne per ſe liquatur, & coquendo à nimiâ humiditate liberatur & ad ſiccitatem reducitur, vel vitriolum crebris ſolutionibus & coagulationibus depuratum leni calore in matracio, prout *Dnus Autor* deſcribit, calcinatur, in his levioribus calcinationibus retinet vitriolum ſuos ſpiritus acidos.

## ¶ III. DESTILLATIO.

### *Unde*

### *Deſtillata aquoſiora.*

### 1. *Ros Vitrioli.*

♃. Vitriolum crudum, elice rorem calore MB ferventis cucurbita non adeo alta adhibita.

Vires. *Valet ad ardentes capitis dolores, mitigat ſanguinem aduſtum, corroborat viſcera. Sala.*

*Doſis* ʒ ij *continuatim, ad aliquot dies.*

(*Scorbuticis oris ulceribus proficuus.*)

### 2. *Aqua Vitrioli ſecunda.*

Poſt extillationem roris transfer cucurbitam cum reſtante Vitriolo ad arenam, & deſtillaſ, quoad ⚗ari poteſt.

Vires. *Conducit ad purgandos renes, lenit corroſiones internas,* ⊡*m & ſudorem provitat. Inflammationem plagarum corrodentium aliquantulum calefactaſedat, lenit & mitigat dolorem, & ad conſolidationem confert;* (*infuſâ guttâ unâ ac alterâ Ol. Tart. ut mordacior fiat,*) *ſcabiem ſiccam mundificat, & carnem ſolidiorem efficit. Sala.*

### 3. *Phlegma Vitrioli acidum.*

♃. Vitriol. cærul. q. v. deſtilla ex 🝗bus per XX cohobaque aliquoties, (7.) ſupra ⊜ ultimâ vice fortius urgendo.

N. *▽a illa ſuavem acquirit odorem, ſi poſt ultimam ⚗ationem aliquamdiu calore moderato circuletur.*

Vires. *Eſt arcanum ad capitis dolorem & epilepſiam. Hartm. in Croll.* (*convenit aphthis.*)

(*Phlegma inſipidum opthalmiæ conveniens.*)

### 4. *Spiritus Vitrioli volatilis.*

♃. Vitrioli defæcat. & exiccati q. v. deſtilla gradatim per 🝭m △ nudo, ut ſimul poſt phlegma ſubſequantur Spir., quantum fieri poteſt omnes. Liquori egreſſo adde part. ij. ▽æ pluvialis deſtillat. & in MB nova deſtillatio inſtituatur; tunc ſubtiliſſimus Spir. Vitrioli cum ▽ elevatur, relicto acidiſſimo oleo in fundo.

N. 1. *Si volupe ſit Spiritum Vitrioli volatilem purum obtineri, aufer Excipulum dum inſtrumenta adhuc calent, ſtatimque in MB aquæ ferventis, probè adaptato alembico & recipiente parvo, cautè colloca. Videbis ſtatim volatilem Spir. in Excipulum tranſire, quem ſeorſim collectum, diligenter ſerva. Ex 6. vel 8.* ℔. *Vitrioli* ʒ *iij. ad ſummum* ʒß. *acquiri poteſt.*

N. 2. *Hæc eſt illa volatilitas Vitr. quam Theophraſtus partim, præcipuè autem part. 3. ad morb. ament. tr. 2. commendat ad Epilepſiæ curationem. Hartm. in Croll.*

Vires. *Ille ▽æ pluviali immixtus ſummè penetrans eſt in febri Ungarica, aliiſque ardentibus febribus efficaciſſimè operari ſolet.*

(Si ⊖-lum ⊖ defæcatum, Spiritum de ⊖is natura participat.)

Alii ⚗ationem hanc ex cucurbita loricata perficiunt, octies plus minus cohobando.

Alii ad nonum uſque Alembicum fortiſſimo △ pellunt: ſcilicet alembico altero exactè impoſito, ut in ſublimatione flor. ♁ii fieri ſolet, qua ratione penetrantiſſimus elicitur Spir. ⊖-i, ad fugandam epilepſiam præſtantiſſimus. *Hartm. in Croll. Sennert. Inſtitut. Tenzel.*

Alii addunt ⊖-o optimè purificato ☿m, ut fiat paſta; eliciuntque per 🝭m 1. ☿. 2. ⊖-i phlegma. 3. ⊖-i Spiritum. Tandem ſeparant ☿m in MB à ⊖-i phlegmate; & ⊖-li Spiritum per 🝗 dephlegmant: vel phlegma cum ſpiritu ab oleo fixiori per arenam proliciunt: poſtea in 🝗 dephlegmant. *Senn. Inſt. Tentzel. vide & ſeq.*

### 5. *Spiritus volatilis ⊖-i.*

Solutum ⊖-lum in aq. purâ coque in lebete ferreo 2. aut 3. horas, adjecta ℥ j. aut alterâ limat. ♂tis ad libras ſingulas ſoluti ⊖-li. Remove ab △ & ochra limaturæ ſeſe implicabit poſt refrigerationem, id ter repete cum novâ limat. ſingulis vicibus ter ochream ſeparando. Cryſtallos vero ⊖-li reſtantes impone 🝭 lutatæ, dando △ per gradus, uſque dum vapores

E e albi

albi recipiens oppleant, tunc ceſſa, phlegma à ſpiritu acidulo per rectificationem in MB ſepara & ſerva. Sed parum habetur hâc viâ. Quare Glauberum ſequor ſecundâ parte furnorum p. 95. verùm cum vaſa illius ſive terrea ſive ferrea, ſint poroſa, neq; per ea tota ſpirituum & olei quantitas exhauriatur, ego poſt abſolutam impetuoſi phlegm. & ſpirituum alborum Ꝗationem ſubſiſtere ſoleo poſt 12. horas & quod Colchotaris ſupereſt conjicio in 🝭 vitream optimo luto inſtructam, admotoque eodem Recipiente phlegma & ſpiritus 1. exceptos continente, hoc opus Ꝗationis redintegro, aperto △ cum carbone terræ ſubtus & ſupra adminiſtrato, idque per 8. ♂ & minus continuo, imò ſi ad XII. ♂ extendi poſſet, melius foret, præſertim ſi vitriolum optimæ notæ fuerit, quale eſt Ungaricum, tunc enim, (nec ferè priùs,) ſpiritibus ſuis volatilibus, ac dulcedine ſua totaliter privatur. Tandem ſeparatio ſpir. Volatilis ab Oleo dulci inſtituatur, ut vult Glauberus in ſecundâ parte p. 10.

Vires. *Spiritus volatilis ibidem videre eſt. Olei dulcis virtutes plures quoque ſunt: Iecur & lienem egregie deobſtruit, valet in febribus ardentibus, doſi majore qua ad ℈ j. extenditur (propter dulcedinem) in hauſtu cerevif. figit quoque ☿m in pulv. album firmè fixum.*

N. 1. *Si ritè operatus fueris, tunc ex ℔ xij. ⊖ Hungar ℔ v. olei nanciſceris.*

N. 2. *Sal Vitrioli ex hoc 🜿 beneficio phlegmatis elicitum pro vero ac genuino habendum eſt, reliqua ſalia, quæ poſt triduanam Ꝗationem emunguntur, nil aliud ſunt quam Vitriolum reſolutum nondum ſatis ſpiritibus acidis orbum ac privum. Poteſt tamen inde haberi Sal ſyncerum, ſi 🜿 ad albedinem reverberetur, & poſtea more communi extrahatur.*

N. 3. *Habes aliam Spiritus volatilis methodum in Helmontio ſub titulo Ignis ☿is, unde Diaphor. Parac. paratur.*

### 6. *Spiritus Vitrioli, vulgari modo deſtillatus.*

℞. ⊖i ad rubedinem calcinati, (vel ex Ꝗatione toris & ▽æ ſecundæ reſidui) ℔ vi. vel q. v. deſtilla △e nudo ex 🝭 benè lutata, in Recipiens capaciſſimum, commiſſuris exactè clauſis, adhibitoque △ gradatim. Poſt tres ferè ☧as phlegma ſtillare incipit, quod tandem, paulatim aucto △ circiter ☧ 6. vel 7. Spir. albi nebuloſique ſubſequentur. His apparentibus continuandus erit △, paulatimque augendus, donec nulli amplius Spir. egrediantur, quod cognoſces, ſi Receptaculum pellucidum appareat. Spiritum dephlegma in MB, donec guttæ acidæ exſtillare incipiant, poſtea rectifica eundem per 🝭m vitream in ✢ere, ſic exibit Spir. clarus, in 🝭 verò manet 🜍 rubicundum & acre.

N. *Si citra jacturam aliquam ſpirituum (in calcinatione forte evaneſcentium) ut & citra corroſivi olei admixtionem, (quo aliàs vix Spir. plane liberari poterit,) deſtillationem expetas, procedere monet Dn. D. Brendelius (in Chymia ſua, ubi & rationibus id inculcare conatur,) modo qui ſequitur.*

℞. ⊖li opt. crud. q. v. (℔ xii.) inde 🝭æ, Excipulo capaciſſimo firmiter connexæ, (ita tamen ut foramen in commiſſura relictum ſit, ſpiritibus volatilibus ac impetuoſis exitum concedens,) deſtilla ut moris, lentè, donec impetuoſi illi Spir. fuerint egreſſi, (id quod cognoſces, ſi collum refrigeſcat;) dein obtura firmiter foramen illud, ac auge △m, pelleque ☧ 12. (non ultra, alias Spiritum inquinabis oleo corroſivo graviori) Hinc dephlegma ac rectificà, & habes Spiritum Vitrioli optimum.

N. *Spiritus in calcinatione evaneſcentes, vix ac ne vix opera dicto modo adhibita aquirerent. Ideoque ſi Spiritum quoque volatilem expetas, vulgaris modus ſatisfacere poteſt. In quo nota tamen ne minimum iſtum calcines, nec nimium △m in deſtillatione urgeas. Enim ut in omni fere Ꝗatione ita in hac paulatim craſſius, &c. propellitur.*

*Alii addunt Sal. nit. aliquid, ſed Ꝗatum hoc potius ✢, quam Spir. Vitrioli nomen meretur.*

Vires. *Spir. Vitrioli eſt diureticus, diaphoreticus, incidens, attenuans, putredini reſiſtens, &c. Huic uſitatus in febribus ardentibus, obſtruct. Epatis, Lienis, & Meſenterii, appetitu proſtrato, &c. Quinimo cum liquore vel vino miſtus lenit Odontalgiam, (gingivis impoſitus) prodeſt & ejus uſus in tinea capitis, aliiſque generibus ſcabiei & pruritus, cum ▽ chelidoniæ mixtus.*

*Doſis à g. 3. ad ℈ß. vel ad ℈j. in liquore, vel adhibetur in potiones quant. ſuff. ad aciditatem gratam.*

### 7. *Spiritus Vitrioli dulcis, ſeu 🜍 Vitrioli dulce.*

℞. Vitrioli benè calcin. ℔ iij. ſuperfunde 🜊, ut bene ſupernatet; digere decantaque & affunde novum 🜊, idque quinquies vel ſexies, ſemper, ♂ aliquot digerendo. Aceta illa imprægnata deſtilla, donec Spiritum Vitrioli tetigerit Ꝗandi ordo. Tunc iode in 🝭m adjectis ſabuli puri manipulis duobus & liquor Vitrioli emanans dulcem referet ſaporem. *Teste Keſler. 3. cent. 27.*

Vires. *Prodeſt in calculo, tartareis morbis, catarrhis, &c.*

*Doſis ℈ j. in liquore conveniente.*

### 8. *Aliter.*

℞. Spirit. Vitrioli vulgar. (rectificati,) ℔ 1. 🜿 Vitrioli (ex quo Sal. ſit extractum) ℥ iv.

Deſtilla per 🝭m vitream in arena in receptac. ſatis capax; ſic prodit Spir. ſubdulcis, & quem ſi dulciorem cupias, circula cum 🜅 ♂ 4. aut 5. dein abſtrahe 🜅, ſic habes Spiritum Vitrioli dulcem.

N. *Dulceſcit etiam ſolâ circulatione cum ſuo phlegmate, vel ſi aliquoties à ſcoriis ♂ (ſemper novas ſcorias ſumendo,) Ꝗetur.*

### 9. *Spiritus Vitrioli Philoſophicus, vulgò (ob ♄. ♁ ij.*

℞. ▽, qua ☿ vitæ edulcoratus eſt, evaporet leniter MB, donec apparere incipiat liquor flavus & acidus. Liquor hic eſt Spir. Vitrioli philoſophicus, qui per 🝭m à terreſtri materia rectificari poteſt.

Vires. *Potioris eſt virtutis, quam qui vulgari modo conficitur. Medetur Febribus, Luem ♀ mitigat, Lienem & Meſeraicas ſolvit, ventriculum debilitatum, & à phlegmate craſſo infarctum co fortat In Melancholia, hypochondriaca, Epilepſia, omnibuſque affectibus capitis mire prodeſt. Extrahuntur & ejus miniſterio Tinctura mineralium, corallia & perlæ diſſolvuntur, (Idem acuatus Spiritu Sal. com. ſolvit ☉m.)*

*Doſis gr. 3. 4. ad 8. in hauſtulo vini vel liquore convenienti. Hartman. in Croll. Keſl. l. 1. cap. 26.*

### 10. *Spiritus Vitrioli Tartariſatus, alias Liquor Dianæ.*

℞. Vitrioli Ungarici ad albed. calcin. p. ij. Tart.

Tart. ad nigred. calcin. ℔ 1.

Pulveriſata invicem miſce & ▽ pauliſper conſperſa, deſtilla per cucurbitam (☓☓ impoſito) forti △e, cohobaque: deinde rectifica liquorem egreſſum in arena, ſeorſim capiendo, & ▽m & liquorem reliquum.

Vires. *Egregias vires exhibet ad ſudandum in omnibus internis obſtructionibus, in ſanguine grumoſo, contra ſcabiem, ad mundificandam & lævigandam cutim.*

*Doſis à ʒ j. ad ʒj. cum brodio, aut cum pauxillo vini Hiſpanici. Daturque per 3. auroras continuas ſi libet. Tentzel.*

11. *Spiritus vel ▽ aperiens Penoti.*

℞. ⊕-i Ung. ad rub. calc. ℔ iv.
Silicum è fluviis collect. & optim. calcin. ℔ j.
Tart. ad albed. calcin. ℔ 1.

Mixta, inque tenuiſſimum ☿erem tuſa liqueſcant in cella aliquantum in liquorem, quem deſtilla ex arena per ☓☓, cohobaque ter, -Ω-atum liquorem ſingulis vicibus ⊕ in ☿erem redacto, affundendo. Extremo per ☊m △e aperto pelle, ſic initio lento △e primum phlegma exſtillat, poſtea vero -Ω- acidus auctiori △e elicitur. Ex ⊕o calcinato Sal. com. extrahe, & cum eo (ablato prius phlegmate per B) -Ω-m acidum digere. Tandem cum argilla in paſtillos redige, atque ex ☊ △e nudo, gradibus tamen obſervatis, -Ω-m alcaliſatum provoca.

Vires. *Uſus ejus inſignis eſt in obſtruct. Epatis, Lienis, Meſenterii.*

*Doſis à ℈ j. ad ʒij. vel iij. in vino vel alio liquore convenienti. Hartmann. in pract. loc. de obſtruct. Epat. Sennert. Inſtitut.*

N. *Dicitur Antihydropicum Muffetti, ſummeque celebratur in Hydrope, cujus fomitem per alvum ac urinam, ſpiritus etiam nondum alcaliſatus educit. Datur cochlear unum jejunantibus ſingulis vel alternis horis aquæ appropriatæ injectum. Horning. in Ciſta med. Ep. 122.*

12. *Spiritus Vitrioli melliſatus.*

℞. ⊕-i Sole albificati ℔ ij. mellis cum favo, ℔ 1.
Miſc. exactè ac deſtilla ut moris.

Vires. *Lenit dolores Podagricos: ſi adſit inflammatio miſceatur cum ♃o, alias cum vino. Med. deſt.*

13. *Spiritus Vitrioli diaphoreticus.*

℞. -Ω- ⊕-i vulg. ℥vi. Sal. com. Tart. C. C. uſt. an. ℥ij. M. in mortario vitreo digerantur aliquantulum: dein deſtilla ex ☊ in recep. capaciſſ. donec omnis humiditas extillarit. -Ω-to liquori adde ▽ an. reſervaque in vaſe benè obturato.

Vires. *Purificat ſanguinem, abigitque ſcabiem ac pruritum, aperit obſtructiones; ſudorem provocat in peſte, venenis, hydrope, icteritia, & contracturis, &c.*

*Doſis à ℈j. ad ʒß. continuari poteſt ejus uſus ad libitum ſine periculo. Sala in Anat. Vitrioli.*

HOFMAN: 3. *Deſtillatio, unde Deſtillata aquoſiora* 1. *Ros vitrioli.* Valet ad cephalalgiam, ophthalmiam, &c. In chirurgia putredini & inflammationi reſiſtit, item in ſcorbuto oris & ulceribus putridis. Facit etiam ad tincturas extrahendas ex fl. violar. roſar. bellid. borragin. bugloſſ. papav. rh. ſed aliquoties rectificandum eſt.

3. *Phlegma vitrioli acidum.*) Vitriolum deſtilla ex cucurbita fictili per Aren. uſque ad ſiccitatem, deſtillatum liquorem cohoba multoties ſuprà Cap. mort. in fine fortius urgendo; intermediatâ digeſtione ac circulatione, ſæpius deſtilla à Cap. mort. tandem ſuavem violaceum acquirit odorem. Eodem modo & ▽ mineralis vitriolata Ambram redolens conficitur ſeq. modo: Recip. vitriol. Ungaric. ℔ j. ✱ per Sal com. -Ω-mat. ℥iv. omnia probè miſta, Alemb. indita colloca in MB. igne lento ♌la humiditatem, aqua hæc ultrà modum fragrantem reddit odorem, cohoba ſæpius à Cap. mort. ita ex propriâ vitrioli tincturâ odor inſtar roſæ elici poteſt. Sed neceſſe eſt, ut vitriolum ſit defæcatiſſimum.

*Vires.*) Hoc internè & externè in cephalalgiâ à causâ calidâ ſubortâ uſurpatur, item in ophthalmiâ, &c.

4. *Spiritus vitrioli volatilis.*) Quemadmodum Dnus Autor deſcribit, non multum ſanè ſpiritus vitrioli volatilis hoc modo nanciſceris, ideoque ſeq. modo procede; Recip. ſpir. vitriol. Ungaric. ℔ iij. Cap. mort. illius vitrioli lib. i ß. dum ſpiritus vitrioli Cap. mort. ſuperfunditur, ebullire incipit, tunc celeri manu alembicum impone, adaptato recipiente, quod in hâc ebullitione elevatur & deſtillatur, ſpiritus volatilis eſt. Remanentiam inde retortæ vitreæ & deſtilla, tunc deſtillatum illud iterum affunde dimidiæ parti Cap. mort. vitrioli, quod tunc per alembicum prodit, affunde priori deſtillato. Remanentiam iterum per retortam ♌la, affunde recenti Cap. mort. vitrioli, & hoc toties affundendo & iterum abſtrahendo repete, donec nihil amplius per alembicum prodeat. Remanentiam ♌la per retortam. Hunc ſpiritum verum Th. Paracelſi ſtatuunt in Caduco eſſe. Qui, ſi apertus ſtet, evaporat, cùm admodum ſit volatilis.

Alii ſpiritum vitrioli ſeq. modo volatilem componunt.

Recip. vitriolum viride crudum, ſolutione ac coagulatione depuratum, deſtilla per alembicum ex Aren. ad ſiccitatem decies cohobando, digerunt poſteà aliquandiu ſub alembico cœco, deſtillationem, cohobationem, digeſtionem toties iterant, donec ſtriæ in alembico appareant, exinde ſpiritus prodit ſtriatus inſtar ſp. vini. Cujus tamen vires in profligandâ epilepſiâ elogio minimè reſpondent, longéque ei præſtant alia.

Spiritus Alius vitrioli volatilis vitra, quibus incluſus eſt, deaurans. Cl. Tackii, ex D D. I. M. comm.

Recip. Vitriol. Ungaric. cœrul. lib. iv. vel v. (poteris addere Romani unam alterámve libram, ita tamen ut Ungaricum verum bis præponderet) ſolve illud aliquoties & coagula, ſine coloris tamen amiſſione, deinde pulveriſa, & expone aëri, extrà ſolem tamen ſtet aliquandiu, ſic enim per longam aëris actionem vivum ejus aurum, quod adeò arctis detinetur clauſtris, recluditur. Poſtmodum novo labore per proprium ſcilicet phlegma ſequenti modo recludi debet. Pone vitriolum illud in cucurbitam & leniter phlegma abſtrahe, fractâ cucurbitâ exime maſſam & contunde; eique phlegma redde, repone in balneum & leni igne denuò phlegma abſtrahe, ſic enim recluſio altera facta erit: Rejecto denique phlegmate, ſiccum vitriolum ex retorta communi modo in ſpiritum & oleum deſtilla; affunde denuò Cap. mort. ſpiritum & per gradus procede fortiſſimo igne urgendo in fine, ut in metallum ferè ex parte coagmentatum remaneat Cap. mort. & habebis ſpiritum incomparabilem (N. Tertiâ vice adhuc denuò affundi poteſt ille ſpiritus Cap. mort.) Sicque paratus erit ſpiritus ille, quem, cùm infundes vitro, id totum inaurabit, & retortam vitream undique inauratam & permanentem relinquet, ac ſi vitrificantium artificio ei inuſtum eſſet, rectificatur per alembicum & ſubtilior ſpiritus ab unctuoſiori abſtrahitur.

N. Hic eſt verus ſpiritus vitrioli, inquit Excell Tackius Archiater & Profeſſor Haſſo-Darmbſtatinus meritiſſimus, & qualem Philoſophi adepti requirunt. Alterius hic longè eſt Naturæ, quam commune illud ſtagma venale. Eſt enim in hoc vis inſignis reſolvendi & penetrandi, non conſtringendi, ut innumeris corporis humani vitiis emendandis aptus ſit.

*Alii addunt vitriolo optimè purificato ſpir. vini, ut fiat paſta &c.*) Vel ſpiritum quendam epilepticum, lil. convall. fl. tiliæ &c. vel apoplecticum, &c. prout *Tycho de Brahe compoſuit*, ſcilicet: Recip. vitrioli Ungaric. q. v. exſiccetur, depuretur, donec maximam fecum terreſtrium partem depoſuerit. Poſtmodum indatur cucurbitæ terreæ lutatæ, quæ ignem ſuſtineat, lib. iv. vel v. pro cucurbitæ capacitate & appoſito receptaculo magno propellantur ſucceſſivè ſpiritus non ſolum humidi, ſed etiam ſicci, dum nulli amplius exhalent. Tunc cohobentur iidem ſpiritus ſuper idem colcotar prius contuſum, inque nova cucurbita fiat ♌latio ter aut quater eandem repetendo. Poſteà liquor in recipiente infundatur vitro oblongo, eique affundatur tantundem (alii duas partes, alii ſupereminentiam trium digitorum) ſp. vini alkoholiſati, fiat digeſtio alembico clauſo menſis ſpatio, quo liquor vitriolatus interiores deponat ſcorias ſpiritumque vini imbibat, fecibus per filtrum ſeparatis, ♌letur inde in MB. ſp. vini, manet in fundo Eſſentia vitrioli præſtans, quæ quo ſæpius de novo

ſp. vini affunditur, poſt digeſtionem fæces per filtrum ſeparantur, poſtmodum 🝪lantur, iterumque atque iterum de novo ſp. vini procedendo, eò præſtantior evadet eſſentia vitrioli. Nam ipſe ſp. vini ſuam amittit virtutem & phlegmaticus redditur, tribuendo eam eſſentiæ vitrioli, eamque corrigendo, purgando ac maturando. Hic exiguâ doſi in conveniente liquore ſumptus ſanat inſultus epilepticos, ſpaſmum, &c. confortat ſtomachum & principalia reliqua membra, morbiſque mulierum medetur, ſive in palpitatione ſive ſuffocatione hypochondriacâ &c.

5. *Spiritus volatilis vitrioli.*) Solutum vitriolum coque cum aquâ in lebete ferreo per 2. aut 3. horas, & ad libras ſingulas ſoluti vitrioli adde limaturæ ♂tis ℥j & ita porrò procede, ut Dominus Autor præſcribit. Si igitur cryſtallos vitrioli optimè depuratos & defæcatos in bonâ quantitate habueris, impone retortæ lutatæ, deſtilla, ut moris eſt, phlegma, ſpiritum & unctuoſum liquorem; deſtillatum ſuper Cap. mort. cohoba in novâ retorta, ac deſtillationem, ac cohobationem toties itera, donec elegantiſſimum ac penetrantiſſimum nactus fueris ſpiritum, qui, ſi calore moderato digeratur, ſuavem acquirit odorem.

6. *Spiritus vitrioli, vulgari modo deſtillatus.*) Hic ſpiritus adeò crudè ac craſsè præparatus non ſubterfugere poteſt *Cl. Helmontii* & acutiſſimi *Conringii* cenſuram, dum admodum impurus, fixus, corroſivus & crudus adhuc eſt, non vacat noxâ ob occultam realgaris ſæpè infectionem ſibi non rarò ab origine immiſtam. Unde non mirum, hunc non paucos Medicos rejeciſſe ob caliditatem ſummopere deſiccantem, adſtringentem, cruſtas in ventriculo inducentem, ſtomachum exurentem & erodentem. Si verò mediante rectificatione ad ſummum maturitatis, puritatis ac volatilitatis gradum deductus fuerit, ſummum non ſolùm corroborationis ſpiritus vitalis & animalis arcanum obtinebis, ſed & in capitis affectibus, ac febribus ardentibus ad ſulphureo-ſalina acria effluvia, ex quorum nimiâ ebullitione calor oritur febrilis, reſtinguenda non ſuppar habebis remedium. Attamen in internis inflammationibus, ut pleuritide ſeu pleuripneumoniâ, anginâ, hæmoptoë, phthiſi, cæteriſque Pulmonum affectibus, ventriculi inflammatione, dyſenteriâ, ſanguinis mictu, renum & veſicæ ulceribus ab ejus uſu abſtinendum eſt.

7. *Spiritus vitrioli dulcis, ſeu ol. vitrioli dulce,*) Hic non ſimpliciter dulcis emergit, ſed dulc-acidus, ex ſale fixo aceti & vitrioli compoſitus, quaſi ex his tertium quid reſultans. Nihilominus tamen, ſi omninò ſpiritum vitrioli dulcem deſideres, profectò ex nullo alio ſubjecto meliorem, quàm ex vitriolo ♂tis nanciſceris; Hic enim ſpiritus additâ ſp. vini particulâ aliquot cohobiis ſuper Cap. mort. deſtillatus & in digeſtionem poſitus, neſcio quid ſingularitatis non promittat. Licet ſp. vini ipſe etiam volatile quoddam acidum, ut ſuprà Lib. 2. oſtendimus, poſſideat, rodentem tamen ſp. vitrioli aciditatem hebetat, ut tutò uſurpari queat; minus enim acidum corrigit majus, eadem ratio eſt ſp. Salis, cum ſp. vini dulcificatio.

8. *Aliter.*) Non deſtilla per retortam vitream ex arenâ, ſed auge pondus Cap. mort. vitrioli, & ſume hujus tantum, quantum ſpiritus vitrioli imbibere poteſt, addito tantillo ſp. vini & deſtilla ex retorta igne aperto ſervatis ignis gradibus bis cohobando; demum rectifica ex cucurbitâ vitreâ aliquoties cohobando etiam uſque dum ſpiritus acidus elevatus fuerit. Et ſic acquires ſpiritum Cephalicum vitrioli.

9. *Spiritus vitrioli Philoſophicus, vulgò Cohob.* ♄ *nij.*] Hic ſpiritus non vitrioli, ſed ſpiritus ſalis eſt; ſi autem adhuc ſemel per MB deſtilletur, melioris erit virtutis. Medetur febribus malignis, variolis, morbillis, capitis affectibus vel per ſe, vel in formâ Tincturæ ex fl. violar. bellid. r. roſ. r. fl. borrag. &c. cum hoc & aq. acetoſ. extractæ. Ventriculum debilem confortat, unde & ingreditur Dn. D. Iohannis Michaelis Elixir ſtomachale. Hujus etiam adminiculo extrahuntur tincturæ mineralium ex marte &c.

10. *Spiritus Vitrioli Tartariſatus, aliàs liquor Dianæ.*) Recip. vitrioli calcinati part. iij. & Sal. comm. Tartari part. j. miſce exactiſſimè in mortario lapideo, deſtilla per retortam lutatam igne aperto, appoſito receptaculo capaciſſimo. Aliàs, prout Autor deſcribit, non ſuccedet. Aliàs convenit hic ſpiritus cum ſequenti aperitivo Penoti, niſi quod ſilices excludantur; Ex Cap. mort. parari poteſt Tartarus Vitriolatus.

N. Qui ex Tartaro vitriolato elicitur, parum ſpiritus acidi ſuppeditat.

11. *Spiritus vel ▽ aperiens Penoti*) Non opus eſt, ut mixta p. d. ſolvantur, & poſtea ſolutio ex Aren. deſtilletur per Alemb. Nec etiam neceſſaria eſt extractio Salis ex Cap. mort. cum ſpiritu acido iterum jungendi, ſed meliori & compendioſiori modo hic conficitur ſpiritus, ſi ingredientia hunc ſpiritum ſtatim ex retorta igne aperto ſervatis ejus gradibus deſtillentur, & binis vel tribus vicibus ſuper Cap. mort. deſtillando cohobentur; & loco vitrioli Ungarici ſubſtituatur vitriolum martis. Cum verò vitriolum martis in tantâ non poſſit haberi copiâ, coquendum eſt vitriolum vulgare cum ♂te & purificandum, ut fiat ♂iale.

*Vires. Uſus ejus inſignis eſt &c.*) Hic ſpiritus ubique uſualis eſt, & in primis in malo hypochondriaco, ſcorbuto, hydrope uſurpatur. Item in arthritide vagâ ſcorbuticâ cum ſp. cochleariæ, ſp. Lumbricor. &c. In hydrope cum eſſentiâ vincetoxici. Quod autem in hydrope adeò ſit utilis, fit ob partem ſilicum & ſalis Tartari volatilem, ſilices enim quid in hydrope valeant vid. in Lazar. River. obſerv. communic. p. m. 390.

12. *Spiritus vitrioli melliſatus.*) Hic inter externa ſaltem medicamina refertur, & cùm præcipuè ad leniendos dolores podagricos commendetur, notandum, quod magis proſit anti-podagricum Cl. Hartmanni.

13. *Spiritus vitrioli diaphoreticus.*) Hæc compoſitio nullas habere poteſt virtutes, dum Sal Com. Tartari & CC. uſtum imbibunt acidum vitrioli & ſic ejus impediunt deſtillationem, neque etiam à CC. uſto ſale volatili deſtituto aliquid huic ſpiritui impedire poteſt. Si quis verò cum CC. crudo præparare vellet, fœtidiſſimum ſanè accipiet ſpiritum. Satius erit, ſi ſpiritui vitrioli acido in convenienti doſi ſalis CC. volatilis aliquid addiderit, ad vires expediendas ab Autore adſignatas.

## ¶ *SPIRITUS VITRIOLI ANTEPILEPTICI.*

### 14. *Spiritus Vitrioli Antepilepticus puerorum, Hartmann.*

℞. Vitrioli Ungaric. depuratiſſ. ℔ IV. adde ⊡æ puerorum ſanorum recenter collect. ℔ IV. 1. Digere vaſe clauſo aliquamdiu in MB, poſtea ex eodem vaſe deſtilla ad ſiccitatem duplex phlegma, quorum primum inſigne eſt paregoricum ad dolores podagricos, alioſque ſuaviter demulcendos, alterum eſt inſigne ophthalmicum, ad quævis oculorum vitia utiliſſimum, ⊕ pulveriſat. ex 🝭 valida terrea, △e nudo, ſed tamen ab initio valde lentè in excipulum capax urge, prodeuntibus confeſtim ſpiritibus liquor promanat pretioſiſſimus ſulphurei odoris & auſterioſculi ſaporis, qui per 🝭m ſemel atque iterum rectificatur atque reſervatur.

Vires. *Omnem puerorum Epilepſiam radicitus tollit.*

### *Nimirum.*

℞. Hujus ℈j. ▽ radic. Pæon. & flor. Til. an. ʒj. M. de hac mixtione exhibe in paroxyſmo (prius membris contractis & revulſis, reductis,) cochl. ß. & paulo poſt recollectis ſenſibus denuo aliquid exhibe, atque ita etiam tertio id repete, non omiſſis interea quæ cerebrum confortant, ſc. magiſt. perlar. corall. cranii humani & ſimil. *Hartman. in Croll. Sennert. in Inſtit.*

N. *Fit quoque* ☍ *efficax contra Epilepſiam.*

Si Sal ⊡æ in Sp. Vitrioli diſſolutum per arenam 🝪etur.

### 15. *Spiritus antepilepticus Baſilii.*

℞. Virid. æris, q. v. ſuperfuſo ⚹ calido extrahe, & decanta: Liquorem per XX abſtrahe, reliquum in ▽ pluviali ſolve, filtra, coagula ad tertiæ partis remanentiam: repone in loco frigido ad cryſtalliſandum, Cryſtallos toties collige, quoties ▽a ulterius coagulata & repoſita illos dabit.

℞. Hos cryſtallos deſtilla ex 🝭 fortiter & prodibit ▽ ſubviridis, quando incipit ſubnigra apparere, ceſſa, ▽mque illam ſubviridem dein per 🝭m deſtilla & extillabit clariſſima.

*Uſus ejus non modo in Epilepſia, ſed & in calculo valde nobilis perhibetur.*

*Doſis* ℈ j. *in* ▽ *appropriata, Pæon. Fœnic. &c. Tenzel. in Exegeſ. 1.*

16. Spir-

*16. Spiritus Vitrioli antepilepticus Quercetani.*

*Spiritus Vitrioli viridis dictus, in Tetrade.*

1. ℞. Vitriolum: deſtilla ut habeas ſeorſim phlegma à ♒u, idque in quantitate ſufficienti.

In phlegmate macerentur (in MB ♂ 4. vel 5.) ſemina Hyperic. & Pœon. flor. Lil. Convall. Tiliæ, Calend. Roriſmar. Hyperic. Roſar. aliquid Ebor. C. Ci, Cranii humani, viſci querni pro libitu, fiatque expreſſio quæ ∽etur. ∽to eo imbue vitrioli recent. ℔ 1. vel ij. ∽aque in MB ac cohoba quater vel quinquies: tandem adjice ♒m vitrioli ſervatum, ∽aque ex cucurbita per ſerpentinas in MB fervente.

Si bene operatus fuerit (inquit Quercet.) ſolus ♒ cum virore elicietur penetrantiſſimus.

*Doſis gutt. 15. vel 16.*

*17. Spiritus Vitrioli antepilepticus Paracelſi.*

℞. 🜖m Ungaric. vel Roman. elice phlegma cohobaque toties ſuper ⊗, donec eo penitus imbuatur. Tunc admiſce 🜄 opt. rectific. digere ♂m unum ac alterum vaſe clauſo, hinc deſtilla, 🜂 nudo gradatim aucto, donec ♒ prodierint omnes: Extillato Liquori (à fæcibus ſegregato) adde ⁝ 🜄æ theriac. Camphoratæ, denuoque bis vel ter deſtilla.

Vires. *Exhibetur in paroxyſmo & ante paroxyſmum.*

*Doſis* ℈ß. *cum liquore convenienti. Vide Querc. in Tetr.*

18. *Spiritus Vitrioli Antepilepticus compoſitus.*

*Videatur l. 2. c. 52. Elyx. Crollii.*

19. *Spiritus Vitrioli coagulatus.*

℞. Terram ſigillatam ſtrigenſ. affunde Sp. vitrioli, ſtent in loco calido, ubi refrixerint, ſimul coagulabuntur, inque calido iterum ſolventur, &c. Hunc ♒m coagulatum, ſi placet, inde 🝭æ vitreæ & deſtilla ex arena, prodibit liquor minus acidus quam ♒ vitrioli: cohoba vice tertia, & nil niſi phlegma extillabit, adeoque ♒ vitrioli in 🝭 manebit conjunctus cum terra ſigillata, qui in loco humido iterum liqueſcit.

N. *Alii ♒m vitrioli cum Sal. com. proprio digerunt, & hac ratione coagulationem conantur.*

20. *Aliter cum Cryſtall. Sal. nitr.*

℞. Sal. nit. Cryſtall. phlegm. vitrioli an. ℥vi. ſolve, ac filtra, abſtraheque ∽lando ad ſiccitatem: dein affunde abſtractum hoc phlegma ⊗o adjungendo Sp. vitrioli ℔ ß. abſtraheque in arena, tum phlegma, tum ♒m nitri in forma vaporum rubicundorum egredientem, donec rubedo ceſſet; poſtea repone ∽atorium cum reſtitante Spir. vitrioli loco frigido & coagulabitur.

N. *Quia Sal. nit. & vitriolum nexu non adeo amicabili uniuntur, hujus uſum nulli ſuadeo.*

HOFMAN. *Spiritus Vitrioli Antepileptici. 14. Spiritus Vitrioli Antepilepticus puerorum Hartmanni.*) *Tycho de Brahe* Mathematicorum ocellus hunc ſpiritum antepilepticum tanquam ſummum arcanum Nemini revelare voluit, ipſumque inſuper à cranio humano deſtillavit. Hunc ſpiritum etiam tota Gallia ac Dania adhuc inter arcana ſua reſervat. Vitriolum Ungaricum ſumitur depuratiſſimum calcinatum ad flavedinem, & ubi adhuc fervet infunde urinam puerorum ſanorum vinum bibentium digere per 8. horas in MB. leni calore, in duplo adde contuſarum ollarum non vitreatarum fragmenta pulveriſata & non ex MB. ſed per retortam ſtatim igne aperto deſtilla. Deſtillatum iterum ſuper Cap. mort. ſemel cohoba, & demum per retortam vitream rectifica. Admodum tamen compendioſâ viâ hic ſpiritus confici poteſt, ſi ſp. vitrioli acidus volatilis ſalſi ac urinoſi juſtâ quantitate miſceatur ac deſtilletur. Phlegma hujus ſpiritus dolores podagricos mirè compeſcit. Et internè mirabiles hujus virtutes & effectus in caduci miaſmate expugnando, aliiſque capitis affectibus, ipsâque maniâ propriâ meâ experientiâ non ſatis deprædicare poſſum.

15. *Spiritus antepilepticus Baſilii.*) Hic ſpiritus nihil aliud eſt, quàm ſp. Vir. ær. ſeu magiſteriorum menſtruum *Cl. Zwelferi*; Viridis autem non fit. Commendatur etiam in aſthmate humido ab obſtructione bronchiarum pulmonum ex pituitâ viſcidâ; ex Vir. ær. cum gummi ammoniaco *Dn. D. Johannes Michaelis* ſuum ſpiritum aſthmaticum etiam præparavit. In epilepſiâ hunc antepilepticum dictum B. filii nondum expertus fui.

16. *Spiritus vitrioli antepilepticus Quercetani. Spiritus vitrioli viridis dictus in Tetrade*) Verum hic ſpiritus præ vulgari nihil obtinet peculiaris, & iſta infuſio ſuprà denominata vegetabilia, ridicula & fruſtranea eſt, dum per deſtillationem vires amittunt & invertuntur.

17. *Spiritus Vitrioli antepilepticus Paracelſi.*) Hic ſuam meretur laudem vid. ſuprà ubi hunc accuratè deſcriptum invenies. Loco aquæ theriacalis camphoratæ, ſubſtitui poteſt ſpiritus lil. convall. fl. tiliæ &c.

N. Ego elegantem ſpiritum antepilepticum habeo admirandæ virtutis in expugnando caduco, qui conficitur ex ſpiritu vitrioli & ſpiritu ſanguinis humani invicem deſtillatis, quo multos cum benedictione divinâ in integrum reſtitui.

18. *Spiritus Vitrioli antepilepticus compoſitus.*) Hujus animadverſionem vide *ſuprà Lib. 2.*

19. *Spiritus vitrioli coagulatus.*) Verùm hic ſpiritus vitrioli coagulatus cum terrâ ſigillatâ admodum ponticus & auſterus eſt; De cœtero variis aloquin conficitur modis, & cum diverſis ſalibus ſpiritus vitrioli coagulari poteſt, omnium tamen optimè cum ſale vitrioli, quod ex vitriolo ſummè calcinato in aëre relicto & aſtris impregnato extrahitur. Similiter etiam cum cryſtallis Nitr. ſuccedit, ut Autor etiam adducit. Adeoque totum coagulationis artificium in hoc conſiſtit, ut ſpiritui vitrioli corpus aliquod, quod ipſi non contrarietur, adjungatur, tale autem eſt ſal Vitrioli & Nitri tanquam ſalia acida cum ſpiritus Vitrioli à dimidio Nitri abſtractione. Nec eſt, quod quis *cum Domino Autore* nexum in 19. p. 497. vitrioli ac Nitri metuat, ejus enim noxa eſt, ut ſuprà etiam monitum fuit, non tam ex mutua corporum horum mixturâ, quàm ex illorum unitorum deſtillatione, quæ nocivum Gas excludit; Si autem ad alios affectus adhibere velis, ut v. g. febres intermittentes, obſtructiones tollendas &c. ſimiliter cum alkali quodam v. g. ſale abſynthii, &c. non eminenter ſaturatum coagulare poteris.

## DE OLEIS.

¶ Olea hîc aqueos, non pingues liquores denotant, adeoque à ſpiritibus niſi craſſitie differunt.

*Sunt*

1. *🝆 dulce.*

℞. Vitriolum purificatum, ſolve in 🝆o Tart. p. d. ac abſtrahe. Materiam relictam ſolve cum ♒ Sal. com. atque redige in maſſam cum cremore Tart. (vel cum Saccharo cando, aliove Sacchari genere.) Hinc pellatur per 🝭m.

Vires. *Diaphoreticum eſt inſigne, polletque vi leniter adſtringendi.*

*Doſis à gut. 1. ad 3.*

N. 1. *Parum Olei ſuppeditat.*

N. 2. *Metallis ſeu crudis, ſeu in calcem redactis eadem ratione per ♒m Sal. com. ac cremorem Tart. Olea elici poſſunt. Ex commun. Experient. Dn. D. Dieteric.*

2. *🝆 Vitrioli rubicund.*

℞. Vitriol. ad flaved. calcin. p. 1.
Silic. groſsè contuſor. p. ij.
🜄 q. ſ. ut f. pultis inſtar.

Deſtilla per 🝭m, ſic rubicundum 🝆 prodit. *Gluckrath.*

*Uſus ejus potius eſt in Metallurgia, quam in Medicina. Poterit tamen & intrinſecus exhiberi. vide ſupra Spirit. Penoti.*

### 3. *Aliud rubicundum.*

♃. Colchotar. part. IV.
Vini alb. generoſ. p. ij.

Fac ebullire ad ſiccitatem uſque, poſtea tere & ex 🝭 △ aperto deſtilla primo phlegma, poſtea applica receptac. capaciſſ. ac juncturis benè munitis propelle forti △ 🝆, inſtar ſanguinis, rubicundiſſimum, *Gluckr.*

### 4. *Aliter.*

Vitrioli calc. deſtilla cum Lythargyr. & prodit 🝆 vitrioli rubicundum quod Podagricis prodeſt.

### 5. *Aliud ex Terra Vitrioli.*

♃. Fæces ſeu Terram ſubflavam Vitrioli ſiccatam, (*vide infra*) deſtilla per 🝭m △ reverberii, 🝆 dabit rubicundum, penetrantiſſimum.

Vires. *Doſis gutt. 6. ad 10. ad pleroſque affectus capitis perutile eſt.*

N. *Gutta 15. 21. (annotantibus quibuſdam) vomitus expediunt. Tentzel,*

### 6. *Aliud 🝆 ex Sulphure Vitrioli.*

♃. Sulph. Vitrioli (dulc.) miſce cum dimidia parte Sal. Tart. Deſtilla per 🝭m, △mque ultimo adde ſuppreſſionis & prodibit 🝆 rubrum.

N. 1. *Huic 🝆o ſi inſtillaris ✕ præcipitabitur 🝏 ſpadicei coloris, quem edulcora ▽ frigida, hinc ſicca & ſerva.*

N. 2. *Præſtantius erit, ſi flores ex Sulph. Vitrioli elevatos receperis.*

Vires. *Prodeſt, ſed efficacius, in iiſdem affectibus, in quibus Sulph. Vitrioli. Vide ſuo loco.*

Ex hoc Præcipitato fit Eſſentia ſeu Tinctura.

HOFM. *De Oleis ſunt 1. Ol. dulce.*) Spiritus vitrioli & ejus oleum, ſpecie igitur non differunt, ſed ſubſtantiæ modo, dum ex ol. vitrioli præſtantiſſimus per deſtillationem ſpiritus vitrioli confici poteſt. Præſens ol. dulce ſuam potiſſimum Tartaro debet originem. Cap. mort. ſolutum ſuppeditat Tartarum vitriolatum. Hujus locum ſupplere poteſt extemporanea ac proportionata ſp. Tartari & vitrioli mixtura (aut ipſa recentium vitrioli & Tartari crudi deſtillatio.

N. Ex Metallis ſeu crudis, ſeu in calcem redactis, etiam ex coralliis r. & a. oculis 🝏 &c. eâdem ratione per ſpiritum Sal. com. ac cremorem Tartari olea elici poſſunt. Imò ſuccedit etiam cum ✱ abſque cremore Tartari, ſed per retortam, vel in crucibulo △ne reverberii elaboratio abſolvi debet.

2. *Ol. vitrioli rubicundum.*) Si liquor rubicundus aucto △ne in fine prodire debet, recipiendæ ſunt part. ij. vitrioli calcinati & part. j. ſilicum contuſorum, aliàs non ſuccedet. Uſus hujus eſt potiſſimus in metallurgia.

3. *Aliud rubicundum.*) Hoc à communi impropriè ſic dicto oleo parum differt, quod per aliquot ſuper Cap. mort. cohobationes facilè iterum in ſp. vitrioli transfertur, quemadmodum hoc loco per lentas in vaſe altiori evaporationes in oleum rubrum.

4. *Aliter.*) Vitriol. calcinat. cum lythargyrio deſtillatum compoſitum oleum ſuppeditat ex ♄no & ♂te vel ♀nere, quod podagricis prodeſt; ſuccedit etiam deſtillatio vitrioli calcin. cum ſaccharo ♄ni facta.

5. *Aliud ex terra vitrioli.*) Præſtat ex hac terra elicere tincturam ſulphuris vitrioli. Terra vitrioli nihil aliud eſt, quàm Cap. mort. ex quo ſal vitrioli extractum eſt, unde ex hac nullum ol. deſtillari poteſt rubicundum, ſed tinctura exinde conficitur.

6. *Aliud ol. ex ſulphure vitrioli.*) Cum ſale tartari non ſuccedit, ſed cum ✱ ſi Sulphur vitrioli miſceatur & ♎matur, flores acquires elegantiſſimos, qui aëri humido expoſiti p. d. ſolvuntur, ex quibus eſſentia ſeu tinctura præparatur.

## ¶ IV. SUBLIMATIO.

*Unde*

### 1. *Flores ex Terra Vitrioli, Subſtantia cuprea Vitrioli.*

♃. Terræ vitrioli nigræ (ex qua Sal. com. extractum,) vel Terræ vitrioli ochreæ q. v. miſce cum ✱ part. æq. Sublima initio △e lento, dein majori, donec nullum amplius fumum aſcendere videas. Sublimato affunde ▽m com. collocaque in MB tepido ⧗ 24. unde ſubtilis 🝏 in fundo ſubſidet, iteratis ablutionibus edulcorandus.

N. 1. *Hic 🝏 igni fuſionis ſubjectus, comburitur partim, partim in bonum cuprum funditur. Vide Baſil. in repet. Lap. Ph. p. 153.*

N. 2. *Eodem modo & Terra 🜖i ♂ tractatur, unde Sulph. combuſtile ♂is. Keſl. l. 1. c. 44. Eodem modo fit ex ♀. Ita ex Sulph. 🜖i fit narcot. Mannageta.*

*Virtus ſubſtantiæ hujus cupreæ eſt, mundare plagas putridas, incarnare & cicatrices inducere, Sala de vitriolo.*

### 2. *Flores ex Sulphure Vitrioli.*

♃. Sulph. vitrioli (dulce) ſublima ſine additamento ex ſublimatorio humili, paulatim id injiciendo alembico ſcilicet ablato & rurſus repoſito.

### 3. *Flores ex Vitriolo crudo.*

Fiunt eodem modo, cum ✱.

HOFMAN. 4. *Sublimatio unde Flores ex terra vitrioli, ſubſtantia cuprea vitrioli.*) Suprà animadvertimus ex terra vitrioli per ſe nec ol. nec Sulphur elici poſſe, dum terra iſta vitrioli nihil aliud, quàm Cap. mort. ex quo Sal com. fuit extractum, acidis autem captaliquoribus, egregias tincturas, aliaque ſuppeditat medicamenta. Qui verò Cap. mort. vitrioli denuò cum Sulphure calcinare non faſtidit, novum acquiret vitriolum. Cum ✱ ſi Cap. mort. miſceatur & ♎metur flores inde etiam acquiruntur, qui ▽a communi ≂tantur, & per fuſionem in metallum, ex quo conſtant, iterum reduci poſſunt. Flores ex vitriolo crudo cum ✱ eodem modo conficiuntur.

## ¶ V. PRÆCIPITATIO.

*Unde*

### 1. *Terra Vitrioli ochrea.*

♃. Vitrioli pur. q. v. ſolve in ▽ font. ſtetque aliquandiu, ſic vel ſponte ſua ſubſidebit Terra Vitrioli inſtar ochræ.

[Terra Vitrioli dulcis in excoriatis utilis.]

### 2. *Sulph. Vitrioli dulce.*

♃. Vitrioli puri q. v. ſolve in ▽ calida, ſolutioni affunde guttatim 🝆 Tart. (alii lixivium ex -Fib. clavell.) & præcipitabitur Sulph. vitrioli, quod edulcoratum exicca.

Vires. *Confert affectibus pulmonum, mundificat plagas putridas, cicatriceſque inducit. Hartman Crol. Sala in Vitriol. Tentzel. Keſler. 4. c. 69. 3. c. 10.*

[*Loco Vitrioli ſumi poteſt Vitriolum ♂, quod ſolutum & præcipitatum Sal viride dabit ad vermes ſingulare.*]

### 3. *Sulph. Vitrioli purgans.*

♃. Vitriol. opt. q. v. affunde phlegma vitrioli, vel ▽ deſtillat

▽ deſtillat. ad eminent. digit. 4. ſtent in digeſtione, & ſubſidebit Terra, filtra: in filtraturam inſtilla ☍ Tart. p. d. & præcipitabitur Sulph. vitrioli; decanta Liquorem & edulcora Sulph. ▽ tepida, atque exicca. *Keſl.*

*Doſis à g. 5. ad* 10.

Eodem modo fit & Sulph. vitrioli ♂ purgans; illud ſic ſolvendo in phlegmate vitrioli, defæcando & præcipitando cum Ol. Tart. *Keſl.* 1. *c.* 38.

### 4. *Sulph. Vitrioli fixum ſeu ♂iale.*

℞. Limatur. ♂ puriſſ. ſine omni ♄ere, p. 1.
Vitrioli Ungaric. cærul. aut vitrioli ♀is, p. ij.

Trita, miſce & imbibe indendo in vitrum cum ✳, ut ſupernatet digit. 2. Coque & coagula ad ſiccitatem △ ∴æ: in fine ad candeſcentiam uſque urgeatur. Huic ♄eri affunde aliud ✳ ad eminent. 4. digit. ac extrahe colorem ſ. a. In hoc tincto ✳ deliteſcit Sulph. vitrioli combuſtibile, (quod evaporatione & dulcoratione experiri poteris.) Inſtilla ☍ Tart. p. d. ſic Sulph. vitrioli ilico præcipitabitur & figetur. Edulcora ▽ com. *Harman. in Croll. Tentzel.*

Ex hoc Sulphur. vitrioli fiunt Anodyna, Laudani nomine inſignita.

Præcipitabitur & ♄ ſpadicei coloris, ſi ☍o ex Sulph. vitrioli dulci deſtillato ✳ inſtillaris. *Vide ☍ ex Sulph. vitrioli.*

HOFMAN. 5. *Præcipitatio unde* 1. *Terra vitrioli ochrea.*) Hæc paratur, quando flava materia à Vitriolo ſoluto & in digeſtionem poſito calida ab aqua ⫫tatur, & fundum petit.

2. *Sulphur vitrioli dulce.*) Melius erit ſi loco vitrioli comm. ſumatur vitrioli ♂tis pulvis, ſolvatur in ▽a f. & ſolutioni ol. Tartari guttatim affundatur, tunc ⫫tabitur ſal viride ad pellendos & enecandos vermes ſingulare. Ejuſdem compoſitionis & effectus etiam eſt ſequens 3. Sulphur vitrioli purgans *Keſtleri.* Et ſpecificum purgans ſeq. Recip. Cap. mort. vitrioli extrahe cum aqua calida, filtra, & affunde ſolutioni ol. tartari donec ⫫tetur, adde etiam aliquantulum ſp. vitrioli ad aliqualem aciditatem. Poſteà iterum filtretur & abſtrahe ad part. dimid. tunc Sal com. in fundo cryſtallinum apparebit. Doſis à gr. vi. ad xvi.

4. *Sulphur vitrioli fixum ſeu martiale.*) Præſens *Dni Autoris* deſcriptio ex aſſe convenit cum *Cl. Zwelferi deſcriptione* Sulphuris vitrioli anodyni, quam tradidit *in mantiſſ. ſpagyric.* part. 2. Cap. 9. p. 394. Verùm nec hoc Sulphur genuinum vitrioli anodynum eſt, cùm pulvis iſte ♂tialis ol. tartari ⫫tatus nihil aliud ſit, quàm portio aliqua ſubſtantiæ metallicæ à vitriolo ſeparatæ. Ejuſdemque ferè etiam fortis illud eſt, quod *Zwelferus* l. c. part. 1. cap. 3. p. 339. deſcribit. Unde & *Angelus Sala ſect.* 1. *ſynopſ. aphor. chymiatri.* 45. calculum ſuum addit, ſcribens: Pulvis iſte, quem chemici quidam mediante præcipitatione vel attractione per laminas ferri facta ſeparant, non eſt Sulphur, ſed pars mineralis & fixa vitrioli, cui nomen ſulphuris vitrioli anodyni nequaquam debetur. Unde non immeritò quæritur; An verum detur ſulphur vitrioli anodynum, laudani nomine inſignitum? Dari illud multi quidem aſſerunt, ſed pauci demonſtrant, pauciſſimi hodie etiam credunt. Nos aſſerimus cum *Cl. Helmontio*, omninò dari ſulphur vitrioli virtutis anodynæ, longè tamen aliùs operationis, quàm opiatorum vulgarium, hujuſque elaborandi modum paucis cognitum, ac à chemicorum vulgo hactenus intentatum eſſe, cujus etiam *Th. Paracelſus* meminit, qui quamvis ex profeſſo non tractet ejus præparationem, tacitè tamen eam quaſi inſinuare videtur, dum illud embryonatum vocat, quo verbo inculcat, non in vitrioli corpore perfecto & excocto illud quærendum eſſe, ſed in ejus embryone. Unde colligimus, gravem eos committere errorem, qui vitriolum aqua ſolutum Sale tartari præcipitant, ſperantes hoc pacto ſe ejuſdem Sulphure anodyno potituros. Ne tamen lectorem benevolum ſine munuſculo dimittamus, ſcias Te verum ac genuinum Archei ſedativum etiam acquiſiturum, ſi *Sulphur illud vitrioli martiale, quod Cl. Zwelferus* l. c. part. 1. cap. 3. p. 339. *deſcribit*, depuratiſſimum ſumas & porro ad ſummam maturitatem beneficio Alcoolis vini excoquas, hocque ſufficere pro archéo ſedando.

## ¶ *VI. SALIFICATIO.*

*Unde*

### *Sal Vitrioli.*

Vitriolum Ungar. cærul. in ✚bulo calcina, donec in ♄erem obſcurè purpureum abeat. Huic ita calcinato, affunde ▽ com. ſenſim agitando, ne in fundo conglobetur, donec ▽ [quæ calida evadit, ac ſi calci vivæ ſuperfuſa fuiſſet,] refrigeſcat. Stent ita 24. ☧ poſtea filtra per chartam, fiatque exhalatio ſuper △ lentum, donec ſal in fundo reperiatur ſiccum & coloris quodammodo incarnati. Hoc pulveriſando in albedinem vertitur.

Idem Sal poteſt extrahi ex ⊕o vitrioli in ⌣Qat. ⌢ reſiduo.

N. 1. *Si ⊕m calcinatum non fuerit nigro-purpureum, ſed tantum inſtar Boli Armeni, nihil extrahes præter ⊕m ejuſdem coloris ut fuit antea. (nec habebis Sal album: Nimiâ è contrà calcinatione omnibus acidis ſpoliatum ſpiritibus non multum ſalis, quod vomitum concitet, dabit.)*

N. 2. *Terra reſidua (corpus exanime vulgò) maximæ eſt virtutis in Diarrhœa & Dyſenteria.*

Vires. *Sala vomitorium hoc ad Cœlum uſque evehit, in Epilepſia aliiſque cerebri Symptomatibus ex corruptis & acribus è ventriculo ſurſum actis vaporibus ortis. Item in Pleureſi, Febribus peſtilentialibus, Lypothimia à repletione humorum corruptorum, & efferveſcentia bilis circa orificium ventriculi; in Epate, Liene, & Renibus obſtructis.*

*Idem Sal naribus inſpiratum ſternutationem egregiè ciet, citra vim cerebrum ſeroſis ſuis excrementis expediens.*

*Doſis à* ℈ß. *ad* ʒß. *vel* ℈ij.

*Sala in Tern. Emetolog. Querc. in Tetrad. & in Pharm. reſt. cap. de vomitivis. enn. Inſt. Beguin.*

N. *Sal Vitrioli ex ſolo ⊕o ex quo flores Sulph. elevati ſunt à* ℈ß. *ad* ℈ij. *exhibitus [in ▽ fænic. vel vino,] conciliat faciliime vomitum interdum & ſedes, & ſudores. Hartman. in Croll.*

HOFMAN. 6. *Salificatio. Unde ſal vitrioli.*) Hoc nihil aliud eſt, quàm ipſa vitrioli ſubſtantia, ſaltem ab impuritatibus & metallina ſubſtantia depurata. Loco vitrioli Vngar. ſubſtitui poteſt vitriolum ♂tis, à cujus Cap. mort. ſi ſp. vitrioli ♂tis prius deſtillatus fuerit, ſal elici debet. Hoc Sal com. obſcurè fit purpureum, ſeu incarnatum, ſi aliquoties ſolvatur & rurſus calcinetur.

N. Terra reſidua maximæ eſt virtutis in diarrhœâ & dyſenteria; in primis, quæ ex Cap. mort. vitrioli ♂tis deſumpta eſt, purior enim hæc eſt, nec alterius exotici admixti particeps. In omnibus etiam hæmorrhagiis, hæmoptoë &c. tam internè quàm externè valdè utilis. Terra reſidua ex Cap. mort. vitrioli in emplaſtris vulnerariis, v. g. Empl. Opoteldoch. D. D. Mindereri. Magnetico Angeli Salæ &c. non tantum exſiccat, ſed etiam egregiè conſolidat.

*Vires, in Epilepſiâ &c.*) In primis per conſenſum ex ventriculo ſuborta, item in apoplexia, præmiſſo ſpiritus apoplectici uſu, in aqua apoplectica in ipſo paroxyſmo propinatum. In Pleureſi dico ſumma cum circumſpectione ſtatim in principio eſſe offerendum. Item in febribus malignis etiam ab initio, ſi febricitantes in ore amaritudinem perſentiunt, præſertim in morbo Ungarico &c.

## ¶ *VII. EXTRACTIO.*

*Unde*

### Tinctura *ſeu* Eſſentiæ Simplices & Extracta.

#### 1. *Extractum Vitrioli Narcoticum, anodynum.*

 ℞. Vi-

℞. Vitrioli pulverisat. ac lento calore ad albedinem uſque exiccat. ℔ß. affunde 🜄 optimi rectificati ℥xxx. [ N. *Nulla humiditas præter 🜄 accedat vaſque ſit ſicciſſimum, alioquin incaſſum laborabis.* ] Sepelito in fimum equinum per menſem. Decanta poſtea à fæcibus abſque perturbatione, & deſtilla in MB ad reſidentiam uſque liquoris flavi ☍o –ρato non abſimilis. Tunc ceſſa, & quod prolectum eſt ſerva. Liquorem reſtitantem benè occluſum quoque in uſum repone, qui pretioſum Extractum eſt.

Vires. *Extracti illius uſus eſt narcoticus & anodynus, nec potentiâ opio cedit, ſine periculo tamen reprimit & coagulat Vapores ſubtiles venenoſos, Epilepſiam cauſantes idque ſpecificè.*

*Doſis à gut. 6. ad 8. & 12. cum Liquore conven. Sala in* 🜔.

*2. Eſſentia Sulph. Vitrioli.*

℞. 🜍rem ſpadicei coloris (*vide* ☍ *ex Sulph. Vitrioli*) digere cum 🜄 in loco calido,(vaſe clauſo) ♂ ☍ 8. ſic dulciſſima Eſſentia Sulph. vitrioli tandem ſupernatabit in forma ☍ei, quam à 🜄 ſepara per tritorium & ſerva.

Vires. *Hæc dulciſſima Sulph. Vitrioli Eſſentia æquipollet viribus ſuis Tincturæ* ℥ij, *& mirabiles effectus facit in* 🜄 *Meliſſæ, noxios humores totius corporis expellit per inſenſilem tranſpirationem, venerem ſtimulat, uterum roborat, ejuſque motus inordinatos ſiſtit, & in utroque ſexu prolificam vim ſeminis ad liberorum generationem operatur. In* 🜄 *Petroſelini idem benè præſtat: ſed inſuper Hydropem curat.*

[ *Ad hæmopt. diarrhæas, dyſenteriam, uteri hæmorrhagiam, fluxum album æquè commendatur.* ]

*Uſus autem iſtius Eſſentiæ aliquandiu continuandus eſt.*

*Doſis g. 1. uſque ad 4. Hartm. in pract. loco de Lepra. Tenzel. de Sulph. Vitrioli Keſſ. 4. c. 69.*

*3. Alia Tinctura, Manna Vitrioli dicta.*

℞. Vitrioli purificati q. v. extrahe Tincturam, digerendo cum –∽u Vitrioli ſubtiliſſimo Eſſentificato, id eſt, proprio Sale alcoliſato, filtra, coagula & habebis Mannam ſeu Tincturam vitrioli flavam.

N. *Hanc Tincturam, ſi cum 🜄 circulaveris,* ☍ *ſupernatabit, quod per* ⨯⨯ *–ρatum, ac iterum cum 🜄 circulatum fragrantiſſimum evadit.*

Vires. *Nec minores vires habet, nec minorem laudem meretur, quam Eſſentia Sulph. præcedens.*

*4. Tinctura.*

℞. Vitrioli viridiuſc. quant. ſatis magnam, educ phlegma ac –∽m per 🝊 cum educto Liquore, ex 🜍o extrahe ſ. a. (etiam in loco frigido, ſæpè tamen commovendo,) Tincturam viridiuſculam, quam cautè decantatam deſtilla ad mellis conſiſtentiam atque aëri frig. ut in Cryſtallos concreſcat, expone.

N. *Si menſtruum ad extractionem requiſitum deficiat, –ρatione id abſtrahe ad extractionem continuandam.*

℞. Cryſtall. proximè præcedentium ℔iij. vel iv. &c. circula cum 🜄 opt. rectific. vaſe H. C. Deinde deſtilla per ⨯⨯ ex ∴, Hinc cohoba. Inſuper affundendo –∽m 🜔i, –ρaque per 🝪m gradatim ♂ 4. ut extillet poſt –∽ & ☍ rubicundum 🜄 abſtrahe in MB; –∽m 🜔i, in 🝊ere, & reſtat ☍ ſeu Tinctura rubicundiſſima.

Vires. *Admirandarum eſt virium adverſus morbos ægritudines in craſſiore materia ſedem habentes. Quercetan. in Tetrad.*

*5. Tinctura Magiſteriata ſeu Magiſterium Vitrioli.*

℞. Tincturam præcedentem, conjunge cum proprio ſuo –∽u Vitrioli, [ qui inde abſtractus, ] digere aliquandiu, ſic dulceſcet. *Quercet.*

Vires. *Remedium eſt nunquam ſatis laudandum, idque præcipuè, ſi* ☉ *philoſophicè ſolutum adjectum fuerit: prodeſt enim adverſus Epilepſias, aſtralesque omnes affectus, Apoplexiam, Paralyſin, Vertiginem, Maniam, Ecſtaſin, Syncopen, Cachexiam, Hydropem, Calculum.*

*Doſis gutt. una ac altera. Quercet. in Tetrad.*

*6. Eadem Tinctura, Aliter.*

℞. Sal.com. 🜔i ( ex 🜍o illo reverberato confectum ac) opt. depuratum, q. v. affunde –∽m Vitrioli (in præparatione Tincturæ reſervatum,) ad eminent. 4. dig. digere ac deſtilla, hinc novum –∽m affunde, digere, deſtilla, idque repete donec pars volatilis ſuperet fixam, ſecum evehat atque Sal. com. fixum volatiliſet. Hoc Sal. com. Vitrioli ſublim. imbibe ac incorpora cum ☍o ſeu Tinctura illa, digereque in Athanore per gradus ut uniantur, & per colores ad purpureum tandem deveniant. Eſt opus aliquot menſium.

Vires. *Eſt Elyxir ſeu Medicina univerſalis, ſummè penetrans ac fixa, ad curationem deploratiſſimorum morborum ſufficiens.*

*Doſis g. 1. ac altera. Quercetan. in Tetrad.*

*Mediante hoc Vitrioli lapide reducitur* ☉ *in ſuam primam ſubſtantiam, unde tandem exurgit Medicina univerſaliſſima. Vide ibidem in Tetrad.*

*7. Magiſterium Vitrioli.*

℞. Vitrioli opt. q. v. –ρetur more uſitato, –∽ cum ☍o per 🝪m ſimul rectificetur. Cum phlegmate ( vel 🜄 –ρat. ) Sal. com. ex 🜍 extrahatur, phlegma –ρando à Sal. com. ſeparetur, cum aliquot cohobiis & digeſtionibus.

*Hinc*

℞. Sal. com. p. ij. –∽ vel ☍ Vitrioli p. 1. Ponantur in phiala in MB, ut aquoſitas exhalet; idque toties per repete, donec Sal tantum ☍ei imbiberit, quanti ponderis primo fuit. Hinc in phiala hermeticè clauſa 8. ♂ digeratur, tandemque in 🝊 collocetur 14. ♂ ☍ ad coagulandum. *Sennert. Inſtitut.*

*8. Magiſterium ex Tinctura & Spiritu Vitrioli.*

℞. 🜔m in ſe calcinatum; extrahe tincturam affundendo ⚹ optimum: ⚹ tinctum decanta, –ρa ad ſiccitatem, & manebit in fundo Pulvis rubicundus, quem pone in 🝪m adhibito receptaculo grandi; dando 🜂 per grad. decentes, egredietur –∽ flavus, poſtea rubicundus; continuetur 🜂 eodem grad. donec appareant –∽ albi, tunc ceſſandum. His ſpiritibus imbue Terr. in 🝪 reſtitantem, (potius Sal Com. ex Terr.) digerendo, imbuendo, donec –∽ & anima proprio corpori reſtituantur. Hæc tandem in vaſe H. clauſo digere quadragint. ♂ ☍, donec figantur.

*9. Tinctura Vitrioli Cyprii ſive Magiſterium ♀is.*

1. Digeratur vitro clauſo per duos menſes 🜂 gra-
duali

datim aucto, donec varii colores appareant, poſtea flavedo ſupremaque rubedo, hac enim viâ viriditatem Leonis cuſtodies & ad exteriora vertes. 2. Tincturam ab hoc Leone cum 🜄 extrahe. 3. Divide eam in partes ſecundas. Una deſiccetur & ſanguis reſtans in formâ pulv. figatur per gradus in Terram rubram. 4. Partem alteram Tincturæ liquidæ, putrefac. per 3. hebdom. abſtrahe per cohobationem, cum reliquo 🜄 tincto eundem proceſſum ſervando. 5. Liquorem remanentem urge per 🝩, donec Oleum benedictum exeat, quod aliquoties rectifica. 6. cape Terræ ſuperioris fixatæ. p. ij. Ol. benedict. Vitrioli part. 1. ſigilla vas. H. S. digere in cineribus, donec animam ſuam corpus receperit coagularitque, tunc novum Ol. ſuffunde, coagula ut prius per 10. ♂ Tandem fige ad quartum uſque gradum Vulcani, & per 3. ♂ in fluore detine. Habebis Lapidem rubrum, fixum abſque fumo, tingentemque ſummam medicinam.

*Ex commun. S. Cloſſ.*

Hofman. 7. *Extractio, unde Tincturæ ſeu Eſſentiæ ſimplices & Extracta. 1. Extractum Vitrioli Narcoticum anodynum.*) Extractum vitrioli narcoticum hic ab Autore deſcriptum, ſuâ ſanè non caret laude in vitioſorum humorum orgaſmo compeſcendo. In cujus præparatione hâc cautelâ opus eſt, ut primò ſp. vini alkoholiſatus ſumatur; deindè in digeſtionem per aliquot menſes ponatur; ac tandem à fecibus decantatus liquor ex MB. deſtilletur ad liquorem unctuoſum flavum. Hoc niſi fiat, plus emeticæ, quàm ſedativæ & anodynæ virtutis obtinebit.

2. *Eſſentia ſulphuris vitrioli.*) Optima fit ex terrâ vitrioli dulci beneficio ſpiritus Salis compoſiti, quo abſtracto iterum extrahitur poſteà cum ſp. vini eſſentia. Hæc maximè commendatur in hæmorrhagiis, hæmoptoë, pulmonum rupturâ, diarrhœâ, dyſenteriâ &c.

3. *Alia tinctura, manna vitrioli dicta.*) Spiritus eſſentificatus ſeq. modo componitur: Recip. ſp. vitrioli ſummè dephlegmati ℥ j Salis ♉ ℥ iv. Sal ♉ prius contuſum indatur retortæ vitreæ, cui ſuperaffundatur ſpiritus dictus & mixta per Aren. in receptaculum amplum per retortam deſtillentur ad ſiccitatem ſalis; Hic ſpiritus uſui reponatur. Cum hoc extrahe ex vitriolo purificato eſſentiam, filtra, & cum ſp. vini rectificatiſſimo circula, & pone in digeſtionem per aliquot menſes, abſtrahe poſtea per MB. ſp. vini & liquorem deſtillatum iterum cum ſp. vini circula, donec ſuaviſſimum & fragrantiſſimum evadat medicamentum.

4. *Tinctura.*) Hæc & quæ ſequuntur *Tincturæ & Magiſteria* tædioſa admodum & fruſtranea ſunt quoad præparationem, ac adſignatæ illorum virtutes hyperbolicæ, oſtentationem potius, quàm realem præ ſe ferentes effectum. Ideoque partim contenti ſumus in præcedentibus adductis eſſentiis, & tincturis, partim *Dominum Lectorem* remittimus ad *Cl. Zwelferi mantiſſ. ſpagyric. part.* 2. cap. 9. p. 363. ubi quaſdam eſſentias Vitrioli deſcribit, quæ harum locum ſupplere poſſunt.

## CAPVT XXVII.

### *De Arſenico.*

Reſtant è mineralibus ſecundariis mineralia ſulphurea ac inflammabilia.

Hæc fiunt ex perittomate macrocoſmico pingui, reſpondente in Phytologia, Oleis, Reſinis, Gummatis, in Zoologia pinguedini axungiæque abundanti, excrementiſve pinguedinem referentibus v. gr. aurium.

*Suntque,*

1. Arſenicum, 2. Sulphur. 3. Ambra, 4. Succinum, 5. Sperma Ceti, 6. Aſphaltum, 7. Naphtha, 8. Petrolæum, 9. Carbo Petræ, 10. Gagates.

*Arſenicum.*

Arſenicum fuligo ſive ſuccus eſt mineralis, pinguis, inflammabilis.

Dicitur & Auripigmentum. Græcè ἀρσενικὸν, ἀῤῥενικὸν. Arabicè Harnet & Zarnich. Germanicè Weiß Rattenpulver/ Hüttenrauch de l'Arſenic, ou poudre aux Rats, *Arſenick* or *Orpment. Rattenbread.* Arſenick/ Rottekruyt.

Genera ejus tria recenſentur, album videlicet, (Arſenicum in ſpecie ſic dictum, ſeu arſenicum Cryſtallinum,) Citrinum ſeu Flavum, (Riſigallum Auripigmentum,) & tertiò Rubeum Sandaracha.

Ex his album in Medicina uſitatiſſimum eſt, fulvum rarò, rubrum rariſſimè. Eligatur album Cryſtallinum, ponderoſum, durum, purum, ad lacteum colorem tendens.

N. *Arſenicum Cryſtallinum factitium eſt, fitque ſublimando ex auripigmenti ſcobe & ſale anaticè mixtis. Auripigmentum & Sandaracha nativa ſunt, nec differunt, niſi quod Sandaracha auripigmento ſit magis in terris excocta.*

Vires. *Inter Venena loco haud ultimo Arſenicum recenſetur, nec immerito, quippe præter ſummam acrimoniam, tantâ quoque malignitate vitæ noſtræ Balſamo infeſtum eſt, ut non modo intus aſſumptum, ſed & extrinſecus adhibitum horrenda Symptomata introducat.*

*Qualia ſunt,*

Convulſiones, manuum ac pedum ſtupiditates, ſudores frigidi, palpitationes, deliquia cordis, vomitiones, corroſiones ac tormina, ſitis, æſtus, &c. *Exempla vide ſis apud Salm. in Ternar. Bezoard. cap. 27. apud Schenck. & alios.*

Verum enim vero nec facultatibus caret utilibus quas intrinſecus in curanda peſte reliquiſque venenatis affectibus ut & in ſcabie maligna, cancroſa, &c. conferre potis eſt, modò qua decet ratione præparetur.

Extrinſecus adhibetur ad partem quamvis pilis denudandam, nonnunquam & cauteriis, amuletiſque admiſcetur.

*Auripigmenti & Sandarachæ Vires eædem ferè ſunt, niſi quod in Arſenico paulum ſint mitigatiores, idque ob ſal in præparatione ejus accedens.*

N. *Sandaracha Arabum eſt Gummi Iuniperi.*

### PRÆPARATA.

Præparationis ſcopus eò dirigendus eſt, ut acrimonia mitigata dulceſcat, auraque maligna & volatilis ſeparetur. Huic ſcopo media deſtinata reperimus, ſublimationem, fixationem, & liquationem.

Hofman. *De Arſenico.*) *Arſenicum* in ſpecie ſic dictum factitium quid eſt, & per ♎ationem ex auripigmenti ſcobe, & ſale anaticè mixtis conficitur, hinc non in fodinis, ſed fornacibus reperitur. *Auripigmentum* autem & *Sandaracha* nativa ſunt, & ejuſdem naturæ in iiſdem reperiuntur mineralibus, ſolo colore differentiâ, hoc rubro vel ſubluteo, illud citrinô eſt colore. Sandaracha eſt etiam vel nativa, vel factitia. Hæc fit ex Auripigmento.

N. *Sandaracha Arabum eſt Gummi Iuniperi.*) *Sandaracha*, vel *Sandarax*, & *Vernix*, gummi juniperi promiſcuè & indifferenter in formulis uſurpantur; jam tutò & abſque periculo illis vocabulum gummi juniperi inſerere licet, *Sandarachæ* verò non ita. Cùm *Arabes*, ubi mentionem faciunt Sandarachæ, gummi juniperi vel vernicem in ſuis formulis intelligi velint. *Græci* autem contrà, cùm non modò dictum gummi, ſed auripigmentum præſentiſſimum venenum ſuis compoſitionibus immiſceant, ne error committatur, tutius eſt impoſterum, gummi juniperi ſemper gummi juniperi, & auripigmentum ſemper auripigmentum ſcribere.

*Vires. Inter Venena Arſenicum loco haud ultimo recenſetur.*) Venena duplicia ſunt; Alia ſimpliciter talia ſunt, quæ nec ſanis nec ægris proſunt, ſed omnibus & ſemper nocent. Alia, quæ interdum

dum quidem nocent, & hominem interimunt; aliquando tamen & ſecundùm artem adhibita in uſum medicum venire poſſunt. Ex horum numero & *Arſenicum* eſt. Hujus virulenta qualitas per fixationem, mortificationem & reverberationem ita demulceri poteſt, ut ex ipſo medicamenta præſertim ad externos uſus confici poſſint non facultatibus utilibus carentia. Licet Myrepſus eo crudo uſus ſit in Antidoto Perſicâ & in Antidoto Muſæ Apollonio adſcriptâ. *Avicenna* etiam illud intrinſecus propinavit, nec non *Galenus* cum galbano illud ſuffitu attractum tuſſientibus præſcribit. *Joſ. Quercetanus* illud in ſcabie ac peſte commendat. Verùm ejuſmodi deleterium ac venenatum medicamentum internè adhibere cuivis Medico Chriſtiano debet eſſe religio.

Externè autem an rectè in ulceribus cancroſis applicetur, videatur *Ciſta medica Epiſtol. pag. meâ* 132. & 172. *Cl. Helmontius* p. m. 259. §. 31. Realgar ſtatuit fixum, ſeu Arſenicum per Nitrum in ſulphur adſtringens mitigatum innumerabiles ulcerum diverſitates corrigere & extinguere, dum miti ſuo veneno ipſum ulceris fabrum & cruoris corruptorem enecat. vide Arcanum ad cancros perſanandos Dr. Pr. in theſaur. pharmaceutic. annexo ſect. x. n. xxix.

## ¶ *SUBLIMATIO.*

*Unde*

### 1. *Arſenicum dulce.*

℞. 🜺 cryſtall. q. v. ſublima per ſe, deinde in ✠o opt. horar. 2. ſpatio decoque [ſic enim ſua nigredine & farina quadam levi atque corroſiva ſpoliatur.] Poſtea cum ſquama æris, (Kupferſchlag/ des écailles d'Airain, *Scales*, or *offal os Braſs*, Schubbe of Afſlaagen van Koper.) iterum ſublima. (quæ venenum illius craſſius atque nigrius retinebit.) Tandem bis ac ter cum Sale commun. præparato ſublima, Poſtea perfectè dulcoretur.

N. *Illius perfectio ex eo cognoſcitur, quando Metallis injectum, candorem illis conciliat & indit perfectiſſimum, qui remanet etiam in iis, poſtquam ignita fuerint: Cum tamen* 🜺 *crudum eadem nigreſciat, atque fumo quodam infeſto, quem oculus & olfactus non ſine noxa, & incommodo ſentire poſſunt, contaminet & inficiat.*

Vires. *Tantum abeſt quod aſſumentibus noceat, ut quoque benigne & ſine ulla perturbatione ea venena expurget, quæ aliis Catharticis nullatenus cedunt.*

Uſus. *Dari poteſt illius ſublimati ſubſtantia, infuſione ad pondus* 5. 6. 7. 8. *granorum. Querc. in Alexicac.*

*Poteſt & per deliquium in* 🝆 *redigi ulceribus utile.*

HOFM. *Sublimationis illius perfectio ex eo cognoſcitur, quando metallis injectum candorem illis conciliat.*) Hoc ingreditur pulverem illum ex mineralibus compoſitum venenatum, aliàs notiſſimum, cujus adminiculo S. S. S. facto cum ♀ ℔j. & ☽næ finiſſ. (ſeu per aq. fort. ſolutæ, & poſtea ♀ præcipitatæ,) ℥j. igni rotæ per bihorii ſpatium ad fluxum concreditis, ex ♀ nere ☽na conficitur, omnes ſuſtinens probas præter eam, quæ fit in cineritio ſub capellâ. N. Auripigmentum, ſi ſublimatur, largitur inter partes ejus, quæ ſurſum evolant, maſſulas quaſdam, quæ etſi minerale ipſum ſit probi coloris flavi, ſatis habebunt rubedinis, ad æmulandum Rubinos tum colore tum tranſparentiâ. De cœteris nihil animadverſione vel annotatione, dignum occurrit.

## ¶ *Aliter.*

### 2. *Rubinus Arſenici diaphoreticus.*

℞. 🜺 q. v. ſublima bis vel ter in Arena, ſemperque ſepara Ȝerem ſubtiliſſimum, qui in cucurbita inſtar farinæ volatilis adhæret, eſt enim 🜺i venenum, partem Cryſtallinam miſce exactè cum flor. Sulphur. ana & ſublima.

Vires. *Eſt ſpecificum in affectibus pulmonum ex craſſis catarrhis. Datur quoque ad ſudorem ciendum, in morbis malignis & venenatis.*

*Extrinſecus ſi adhibeatur, curat omnia ulcera maligna curatu difficilia.*

*Doſis à gr.* 5. *ad* 8.

N. 🜺 *hac ratione præparatum ad* ℈j. *ſecundum Tentzelium exhiberi poteſt. Tentzel. in Exeg. Querc.*

Eodem modo poteſt parari & Rubinus ex auripigmento æquali doſi, & ad ſimiles affectus adhibendus.

### *Arſenicum ſublimatum.*

℞. 🜺 Sal. Com. toſt. colchotar. limatur. ♂ an. M. ſublimaque dando △m per gradus, quod ſublimatum eſt, tum novis ſpeciebus miſce, & ut prius ſublima, idque repete. Baſil.

## *FIXATIO ſeu CALCINATIO.*

*Unde*

### 1. 🜺 *fixum, & exinde* 🝆.

℞. 🜺 Cryſtall. (vel 🜺 illius ſublimati,) Sal. Nit. purific. an. (alii ℞. 🜺 part. j. Sal. Nit. part. ij. Alii 🜺 Sal. Nit. Tart. an.) M. ac injice per vices in ✠bulum verſaque ſpatula, (cavendo fumum,) donec ceſſet Ebullitio. Poſtquam cuncta injeceris, da △m fortiſſ. per ğ. 4. 6. (alii ♂ integrum) Tandem edulcora, Sal. Nit. calida ▽ ſeparando remanebit in fundo Ȝ albiſſimus 🜺i fixi. Baſil.

N. 1. *Felicius hæc calcinatio procedet inter duo* ✠*bula luto connexa, cum ſpiraculo ad fumi egreſſum.*

N. 2. *Mullerus tertia vice calcinationem illam cum Nit. ana repetit, Ȝerem ſingulis vicibus* ▽ *dulcorando.*

Vires. *Inſervit Oleo per deliquium præparando ad vulnera, ut &* 🜺 *fixo ſudorifero.*

Eodem modo potes procedere cum Realgare argenti, Cadmia, & ſimil.

℞. Ȝeris arſenici fixi, q. v. imbibatur 🝆o Tart. p. d. aliquoties, (ter.) Denique diſſolve materiam in aqua vitæ ut extrahatur & ſeparetur totus Sal, & reſtabit Ȝ alb. & fixus, quem ſepara.

Vires. *Sudorem movet, datur cum Theriaca.*

*Doſis* ğ. 3. 4. 5. *Mullerus in miraculis Chymicis. Querc. in Spag.*

### 3. *Regulus* 🜺 *&* 🜺 *S. Cloſſ.*

℞. Hujus vel illius ℥VIII. Sal. Nit. & Tart. ſimul detonatorum per accenſum carbonem ℥VI. limat. ♂ ℥iv. pulv. carbonum ℥j. M. fundantur in ✠lo & regulus concutiendo ad fundum depellatur, qui purior quàm ille ♁ii.

N. *Ex hoc Regulo in flores ≏ato putrefactionem cum ſalibus reſuſcitantibus & ✳ fieri volunt ☿um* 🜺 *corporalem. Fides ſit penes Experientiam.*

## *LIQUATIO.*

### 1. 🝆 🜺 *Anodynum, Butyrum* 🜺, *Liquor* 🜺.

℞. Ȝeris 🜺 fixi, q. v. diſſolvatur in cella per deliqu.

Vires. *Conducit venenatis ulceribus in Lue Venerea, Cancro, Serpigine, ani fiſtulis, morſu canis rabidi.*

Uſus. 🝆 🜺 *illius, (vel Ȝeris,) tantum in* ▽ *plantag.*

*plantag. vel perſic. ſolvitur, ut mixtura ipſa guſtu lingua tolerari poſſit. Aqua illa lavetur vulnus ſ. ulcus.*

N. *Baſilius in r. p. L. Ph. addit Sal Tartari & ad liqueſcendum exponit.*

2. *Aliter.*

℞. Butyri ○-○ ℥j.
 8o Mirrh. ℥ij. Miſc.

N. 1. *Paracelſus l. de mort. rer. nat. hanc ○-○ fuſionem cum Sal. Nit. liquefactionemque ſubſequentem in cella, mortificationem vocat, atque ○-○, Realgaria, &c. ſimili modo mortificari poſſe perhibet.*

N. 2. *Quercet. in ſpagyr. præparatione præparationes ○-○ datas ænygmaticè deſcribit, quas enucleavi in Querc. Redivivo.*

### *DESTILLATIO.*

*Spiritus & butyrum ○-○.*

Fit ex parte una ○-○ & ☿ ≏ti part. ij. deſtillatis per 🝭, ut fieri ſolet in parando butyro ♁ali; primo egreditur ſpiritus ſubtiliſſ. ſemper fumans, & ſub finem liquor craſſus, qui in aqu. communi præcipitatur vel in ſuo liquamine ſervatur.

Vires. *Spiritus dicitur, ♂tem ſolvere radicaliter, tincturiſque ingreſſum præbere in corpora metallica. Butyrum vero eſt Septicum violentum Cancrorum ulceratorum eradicativum, debet autem ei par quantitas opii ad ſenſum doloris obtundendum permiſceri, & ex filo carpto circumcirca admoveri cum defenſivis convenientibus.*

*Ex S. Cloſſæo.*

## CAPVT XXVIII.

### *De Sulphure.*

SUlphur eſt Reſina ſive pinguedo terræ, Chalcantoſa aciditate gravida.

Dicitur, Arabicè Cibut vel Chybur, Crybrit, Rabric. Albuſao: Chymicis, Akiboth, Ahuſal. An. Anerit. Anerick. Alnerick. Kibrith. Kaprili, Lamare, Tiſaſum, Tin. Uſifur. Græcè Θεῖον. Germ. Schwefel. Soufre. *Brimſtone, Sulphur.* Schwevel/ Solfer.

Sulphur tum nativum, tum factitium Officinis in uſu eſt.

Nativum ex terra effoditur, purum ſolidum, interdum ſciſſile, venitque nomine Sulphuris vivi, ſeu ἄπυρον, id eſt, Δm non experti. Huc ſpectant ſtiriæ nativæ ærifodin.

[Sulphur ⊙lare Americanum ex Peruviana provincia pellucidum mittitur.]

Factitium vel ex vivo Sulphure impuriori, pyritivè vi Δ educitur, vel ex aquis Sulphureis excoquitur.

Sulphur caballinum, quod in Officinis dicitur, fæces ſunt è coctione ſulphuris vivi impurioris relictæ & in urceos admixtis nonnunquam ſquamis ♂ tranſfuſæ.

N. 1. *Adhæreſcunt quoque interdum q. ſtiriæ Sulphureæ camino, ubi vitriolum ex ſua vena coquitur, quæ nihil aliud ſunt, quam Sulphuris flores ex Vitriolo dum excoquitur, elevati. Horum copiam exhibet Suecia ſat magnam.*

N. 2. *Exhibet Chymia & Artificialia Sulphuris genera ex ♀, ♁, &c. Hæc quidem longè reliquis præſtant, verum quia rara & chara ſunt, rariſſimè Chymicis præparationibus vulgaribus ſubjici ſolent.*

*Delectus.*

Eligatur Sulphur puriſſimum colore vireſcens, facilè inflammabile, luculenter ardens, fumumque magis cœruleum halans.

Vires. *Calidum & ſiccum eſt pectori dicatum; aperit, incidit; putredini, veneno, venenatorumque animalium morſibus reſiſtit, provocat ſudorem, &c. Hinc conducit in [catarrhis] Phthiſi, Tuſſi, Aſthmate, Peſte, peſtilentialibuſque febribus (colica, menſium obſtructione.) Extrinſecus diſcutit tumores duros, ſanat lichenes duros, pruritum, &c. Fumus epilept. excitat & hyſt.*

HOFMAN. *De Sulphure.*) *Sulphur* eſt reſina, ſive pinguedo terræ, ſive eſt ſuccus mineralis unctuoſus pinguis conſtans copiâ puri Sulphuris ingenti, modicâ ſalis acidi quantitate, & tantillo ſpiritus, aquæ & terræ. Cùm enim ab oleo deſtillato Terebinth. vel juniperi &c. Sulphur commune diſſolvitur, pars Sulphurea tincturâ valdè ſaturatâ menſtruum impræguat, ſalina concreſcit in cryſtallos, aut quando ſub campanâ accenditur, Sulphur penitus deflagrat, interim ſal reſolutus acidus circà vaſis latera defigitur.

*Græcis θεῖον dicitur, eò quod in expiationibus & ſacris ritibus vetuſtatis olim ejus uſus extitit.*

*Sulphur tum Nativum, tum Factitium Officinis in uſu eſt. Nativum ex terrâ effoditur &c.*) Ex fodinis *Brunſvicenſibus* & ex *Goſlariâ* ac *Lubecenſibus* effoditur. Proſtat etiam *Sulphur nativum ex India* allatum, quod inſtar ſuccini elegantiſſimum repræſentat colorem citrinum, quale etiam in *Angliâ* reperitur. Hoc *Nativum triplex* eſt, *impurum*, quod ex *Iſlandiâ* adfertur, & demum depuratur. *Purum ex Goſlaria*, uti dictum eſt, fodinis, & fixum ex monte Veſuvio, hoc in ignem injectum non flagrat, nec flammam concipit. Huic affine eſt *Sulphur Puteolanum* &c. Sulphur fixum arte etiam fieri poteſt ſeq. m.

Rec. crucibulum calc. viv. plenum, fac foveam, inde ✱ pulveriſatum, tege iterum, cum calce viva & deluta crucibulum, cementa per 4. hor. poſt excandeſcat per bihorium, exime ✱ & cum aq. fort. mixtum fiat aq. reg. In hâc ſolve Sulphur, abſtrahe aq. reg. in fundo remanebit maſſa dura, tere, lava, exſicca, & habebis Sulphur fixum.

*Factitium vel ex vivo Sulphure impuriori, aut pyrite vi Δ educitur, vel ex aquis Sulphureis excoquitur.*) Variis confici ſolet modis: Quibuidam in locis ex aquis decoquitur, ut ad Budam Pannoniæ. Alibi ex effoſſâ glebâ & in vaſis coctâ perficitur igne, ut in multis Italiæ tractibus, Senenſi, Puteolano, ac Volaterrano. Præparatur autem h. m. Effoditur impurum, terræ & lapidi commiſtum, in urnis fictilibus coquitur, ignem in fundo tantùm ſentientibus. Sic ≏matur purior ſubſtantia, quæ cum adſcenderit ad ſuperioris vaſis regionem, per roſtrum deſcendit in aliud vas liquatum olei modo inde egreſſum, in loco frigido variâ coit figurâ, Aut pyrites eo ſtillat, & in ollis coquitur, ut cernere licet in Saxoniæ Brambecco & Hadzkeredo, ditione Principum Anhaltinorum *vid. Muſæum Ol. Wormii Cap. XI. & Athanaſ. Kircher. in ſuo mundo ſubterran. Libr. IX. Sect. III. & Lib. II. Sect. II. p. 152.*

N. Exhibet chemia & Artificialia Sulphuris genera, ſic v. g. ♁nii, ♂tis, ♀neris, Iovis, ſic cinnabar. ♁nii, nihil aliud eſt, quàm Sulphur ♁nii cum ☿rio ligatum.

*Vires.*) Putredini reſiſtit; Eſt enim in Sulphure teſte *Cl. Helmontio*, vis arcendi putredinem, quam in nonnullis ſubjectis ad oculum deprehendimus, *Excell. Tackius* ſcribit: Si enim ſtagma Sulphuris, quod per campanam paratur, quotidiè detur ad duas aut tres guttas in jure carnis aut cereviſia illis, qui ex venæ ſectione putreſcere ſanguinem ſuum compertum habent, illi poſt exiguum temporis ſpatium deprehendent, ex uſu illius ſtagmatis omnem putredinem à ſanguine receſſiſſe, totumque liquorem vitalem primævæ puritati ac ſinceritati reſtitutum. Quæ cauſa etiam, quod omnia medicamina ex ſulphure præparata peſtis tempore proſint, unde & Elixir Proprietatis in hoc caſu cum ſpiritu ſulphuris præparandum eſt. Aperit etiam, incidit &c. Unde medicamenta ex ſulphure confecta, qualia fl. ſulphuris, menſes cient, quare gravidis præprimis illis, quæ ad abortiendum ſunt proclives, non frequenter propinari debent. In Menſibus retentis fl. ſulphuris cum feculâ bryoniæ exhibentur. Imò & crudum ſulphur in Colicâ paſſione ruſticis eſt auxilio. Internè etiam

etiam crudum pulveriſatum in brodio calido propinatum, quantum cultelli cuſpide ſumi poteſt, tempore matutino in ſcabie ſiccâ ſenum, teſte experientia valde utile eſt. Externè in balneis & Linimentis ad ſcabiem, pruritum, lichenes duros &c. tanquam principale Medicamentum præſcribitur.

N. Illud mirum eſt, ab uſu ſulphuris excrementa alvina Moſchi odorem referre.

## ¶ PRÆPARATIONES.

1. Sublimatio. 2. Præcipitatio. 3. Deſtillatio. 4. Infuſio & Extractio. 5. Liquatio.

### I. SUBLIMATIO.

*Unde*

*Flores Sulphuris.*

Flores Sulphuris nihil aliud ſunt, quam Sulphur à terreſtribus excrementis per ſublimationem purificatum.

N. *Nonnunquam tamen & aliis impragnantur.*

Sublimatio Sulphuris fit in arena calore mediocri gradatim adhibito, ex cucurbita terrea, cui ⅩⅩ vitreus ſine luto imponitur, ut aufferri ſcilicet ac poſt exemptos flores iterum reponi poſſit.

N. 1. *Orificium cucurbitæ interea temporis, quo flores eximuntur, probe tegatur, ne aëris irruptione Sulphur, (quod facile accidit) incendatur. Cujus rei gratia non abs re foret, duos in promptu habere alembicos, quorum alter alterius vicem ſine mora ſubire poſſit.*

N. 2. *Alembicus ante impoſitionem ad △m caleſcat, quippe ſecus facile diſſiliet.*

N. 3. *Roſtro ⅩⅩi recipiens apponi poteſt, ad liquorem acidum, qui primo egreditur excipiendus, liquore egreſſo roſtrum charta obturare licet.*

*1. Flores Sulphur. ſimplices.*

℞. Sulphur. groſsè (ſi libet) contuſi q. v. impone cucurbitæ terreæ, vel vice una, vel per vices, ac paulatim. Sublimaque in Arena, ut dictum, igne moderato. Primo exit aciditas, quam Excipulo excipe ac ſerva (de qua infra,) ſecundo, ſublimantur flores flavi, &c.

N. 1. *Alii admiſcent Sulphuris* ℔ 1. *farinæ laterum* ℔ ß. *Alii à terra ſigillata ſublimationem inſtituunt, vel à bolo.*

N. 2. *Si Sulphur fortuito accenderetur, farina vel cinere injecto extingui flamma poterit.*

N. 3. *Cavendum ne ▽ nimium incendatur, adeoque non excedat calorem, qui alembico manum imponere permittit.*

*Flores Sulphur. ⊖-lati.*

℞. Sulphur. flaviſſ. ℔ 1. Sal. Com. fuſi & ⊖-i calcinati an. ℔ ß. pulveriſentur. F. Sublimatio ut dictum, dando initio ignem lentum, poſt aliquot horas (3. vel 4.) phlegma incipiet ſtillare & durabit per horas 4. vel 5.

N. 1. *△ augendus eſt ſenſim magnis carbonibus, ut tandem Catinus, in quo arena continetur, rubeat.*

N. 2. *Calor ſi ſit nimis exceſſivus, non flavo, ſed nigro colore Sulphur aſcendit.*

N. 3. *Alii.*

℞. Sulphuris Vittioli calcinati & Sal. Com. ana, quæ ponderum diverſitas neminem turbet, modo △m rite adhibeat. Additamenta enim quo pauciora fuerint, eo △ ſufficit mitior.

*Quercetanus non niſi colchotar anatice addit, omiſſo Sale Nit.*

N. 4. *Flores cum novo additamento ⊖-i & Sal. Com. ut ante ſublimari poſſunt, idque vel vice tertia, quippe quo ſæpius flores elevantur eo plus tenuitatis acquirunt, purioreſque evadunt non tamen ſine imminutione quantitatis.*

Vires. *Reſiſtunt putredini, cient ſudorem, exiccant, &c. Hinc proſunt in peſte, peſtilentialibuſque febribus, ſive curandi, ſive præſervandi gratia adhibere libeat. Exhibentur quoque utiliter catarrhoſis, pulmoniacis, tuſſientibus, & ſimil.*

*Doſis robuſto* ʒj. *juveni* ʒß. *in præſervatione autem non excedimus* ℈ß. *Exhibemuſque commode cum Extracto Enulæ campanæ.*

*3. Flores Sulphur. gummati ſeu myrrhati.*

℞. Flor. Sulph. compoſit. ut ante ℔ß.
Colchotar. ℥vi.
Sal. Com. fuſi ℥v.
Mirrh. Alexandr.
Thur. an. ℥ iij.
Aloës ſuccotr. ℥iv.
Maſtich. ℥ iij.
Croc. ℥ß.

Omnia trita ſimul atque benè mixta ſublima l. △. poſt horas aliquot, exime flores, rurſus alembicum impone, △m continuando per hor. aliquot (12.)

N. 1. *Alii* ℞. *mox initio Sulphur. pulv.* ℔ 1. *⊖-i calc. ♉ ana* ℥v. *Aloës, Thur. Myrrh. ana* ℥iij. *Floreſque cum novis ſpeciebus 2. vel 3. vicibus ſublimant. Sennert. Inſt. Paracelſ. volum. 1. p. 1046.*

N. 2. *Felicius procedunt, qui floribus Sulphuris jam factis, ſpecies ſolummodo admiſcent. Vix enim quicquam citra combuſtionem ex gummatibus unà cum Sulphure aſcendet.*

N. 3. *Imponenda eſt materia per vices, ſi enim nimium impoſueris, comburitur materia ſufficitque 3. vel 4. digitorum craſſitie, ſingulis vicibus impoſuiſſe.*

Vires. *Efficaciores ſunt quam ſimplices, tum exiccando, tum putredini reſiſtendo.*

*4. Flores Sulphur. Saccharati.*

℞. Fl. Sulphur. miſc. atque ſublima cum Saccharo candido.

Vires. *Majus auxilium conferunt ad aſthma, aliaſque affectiones pulmonum, quam vulgares. Quercet. in Pharmac. reſt.*

*5. Flores Sulphur. albi.*

℞. Sal. nit. purificat. q. v. liqueſcat in ✣, poſtea injice per vices Sulphur. pulveriſ. *(ut in Lapidis prunellæ præparatione)* idque tamdiu, donec Sal. Nit. in ipſo igne coaguletur. Ignem poſtea auge, operculatoque ✣bulo etiam △ ſupra accende, idque continua horis duabus.

℞. Ergò hujus Sal. nit. fixi, p. 1.
Sulph. Elect. p. ij.

Miſce optimè & ſublim. △ Arenæ.

Vires. *Lacti Sulphuris, viribus ac poteſtate æquivalent. Sennert. Inſt. Tentzel.*

*6. Flores Sulphur. Corallati.*

℞. Corall. ℔ 1. Fl. Sulphur. ℥iv. tere minutiſſimè & miſce; ſublimaque ut dictum, ▽m profluentem

tem ſeorſim primo colligе, dein flores.

N. *Sulphur ſic ſecum trahere dicitur ſubtiliſſimam Corallorum ſubſtantiam.*

Vires. *Habentur præſtantiores quàm vulgaris Sulphuris flores, & ſi ex his Balſamus fiat Sulphuris, optimus pulmonum Balſamus perhibetur.*

7. *Flores Sulphur. benzoinati.*

Fiunt duobus modis: vel ſublevando XX omni horâ interea dum ſublimantur flores Sulphur. & in cucurb. ℥j. pulv. benzoini projiciendo vel collocando flores jam factos in patinam terream vitreatam, in cujus medio ſcutella terrea promineat, cui inditur ferrum incenſum igne, moxque injiciuntur particulæ benzoini, contegitur patella, ut fumus flores reverberet, ſicque iteratur ferri accenſio, & benzoini projectio, donec ſit ſatis, quo facto teruntur flores Sulph. cum floribus benzoini exaggeratis, ſervanturque tanquam odoris jucundi, majorumque virium.

Hofman. *Præparationes 1. Sublimatio. 2. Præcipitatio. 3. Deſtillatio 4. Infuſio, & Extractio. 5. Liquatio. I. Sublimatio: Unde Flores Sulphuris.*) Cum additione variè ſublimantur, vel cum terra ſigillata, vel cum Cap. mort. vitrioli, vel cum Aren. vel cum ſale. Omnium optimè tamen præparantur, vel quando ſulphur per ſe abſque ulla additione ſublimatur, vel ſi ſulphur purum habeatur, illud per ſe in uſum trahendum, omni poſthabita ſublimatione. Cujuſmodi ſulphuris mentionem facit *Franciſc. Calceolarius in Muſæo ſect. 2.* quod è Peruanæ prouinciæ fodinis aureis erutum in dictum Muſæum fuit tranſportatum, colore fulvo aurum æquans, ac vitri inſtar pellucidum. Ejuſdem meminit & *Nicolaus Monardus in hiſtor. Medicam. ſimplic. cap. 56.* Quito provincia, ſcribit, Peruana mittit Nobis Sulphur vivum præſtantiſſimum, ut vitrum tranſlucidum, colore auri puriſſimi, cujus fragmentum puſillum lucernæ admotum, odorem maximum ſulphuris ejaculatur, fumo viridi permiſtum, ſed antequam incendatur, nullum ſulphuris præbet odorem. Eruitur iſthic è venis proximis aurifodinis. Hæc hiſtoria de ſulphure confirmant *Hameliï* ſententiam *de Foſſilibus Libr. 2. cap. 9.* p. 246. quam habet, qui ſulphur ☉lare ejuſdem naturæ cum vulgari ſtatuit, niſi quod illud longa alteratione in fixum purum & incorruptibile evaſerit. Memini, *inquit Excell. D. Morhofius in Epiſtol.* l. c. p. 67. Me in chemicorum ſcriptis, ni fallor, in Richardi Anglici correctorio legiſſe, quod in interiori vulgaris ſulphuris natura reconditum lateat incombuſtibile ſulphur illud, ac poſſe Auro, cui ſulphur ſuum extractum eſt, ex ejus quaſi viſceribus reſtitui. Hæc *Morhofius* vid. l. c. Ubi unà hiſtoriæ mentionem injicit de Auro ſulphuris vulgaris beneficio è cupro extracto, vel potius in cupro ad maturitatem redacto.

*Flores ſulphuris vitriolati.*) Hæc ſublimatio florum ſulphuris ſuſpecta eſt ob ſulphuris jacturam, quam patitur, dum Spiritus acidus ejus in vitriolum calc operatur, & ita deſtruitur, ut inde non in altum elevari & ſublimari poſſit.

N. Flores ſulphuris ſalis fuſi commiſtione noxios & quaſi corroſivos reddi annotavit *Zacharias Brendel. Chem. in Art. form. redact. ſect. 2. cap. 4.* Verùm noxios & quaſi corroſivos reddi, durum eſt credere, cum ſalia iſta acida Sal. Com. ſcilicet & ſulphuris acidi ſibi non ſunt contraria, nec eorum ſpiritus ſeu ſalia in fluorem redacta. Quemadmodum enim mixtura ſpiritus ſalis & vitrioli nemini noxia nec corroſiva erit in convenienti vehiculo diluta; Ita nec hæc ſibi invicem contraria, nec ulli noxia erunt. Ego potius dixerim majorem vim aperitivam acquiſitura.

N. Flores ſulphuris febrim tertianam perfectè curant, ſi bis vel ter antè paroxyſmum offerantur in aq. Centaur. min. vel vino, cum ſudoris elicio.

3. *Flores ſulphuris gummati ſeu myrrhati.*) Felicius procedunt, inquit *Dnus Autor*, qui floribus ſulphuris jam factis, ſpecies ſolummodo admiſcent: vix enim quicquam citrà combuſtionem ex gummatibus unà cum ſulphure adſcendet. Cui & *Cl. Zwelferus* ſubſcribit, præparationem, inquiens in *animadverſ. ad P. A.* hanc eſſe vanam, cum ſpecies iſtæ vi ignis comburantur, crocus ſcilicet, aloës, Maſtix &c. atque ſic nil niſi empyreumaticum de iſtis elevabitur. Ideoque convenientius eſſe, ſi fl. ſulphuris miſceantur vel cum granis vel cum Magiſterio Myrrhæ, aliiſque ſpeciebus, atque ſic pro uſu reſerventur, qui pulvis, utut amarum admodum habeat ſaporem, in Peſte tamen præſtantiſſimus eſt, præprimis præſervationis gratia, imo & majorem habebit efficaciam, quàm ipſæ pilulæ peſtilentiales ex aloë, croco & myrrha. Pulvis jam laudatus præſtantior adhuc evadet, ſi aliquid camphoræ addatur. Verùm hic fateri quidem cogimur, dictos fl. ſulphuris Myrrhatos à fœtido empyreumatis odore ſe vix tueri poſſe: Interim tamen hoc ſimpliciter de omnibus dici poſſe *Nobiliſſ. Rolfinckius* contradicit; *Unde in Diſſert. chemic. 1. De Sulphur. cap. 12.* ſcribit. Cenſuram hanc de empyreumate gummatum, quam faciunt, nimis videri rigidam. Crocum ſine combuſtione per ſe ſublimari non poſſe, neque etiam cum aliis, concedit, nec ex aloë, myrrha, thure, aliquid ſine combuſtione per ſe elevari poteſt. Poteſt autem cum aliis, ut ſulphure, ſale vel Cap. mort. ità ut nihil amburatur. Gummatum nomine dum contradicentes utuntur, licentioſa id faciunt poteſtate. Gummata nullam admittunt ſublimationem, ſed thus & maſtiche ſunt reſinæ. Myrrha eſt anomala gummi reſina, & potius lachryma. Aloë eſt ſuccus. Benzoi etiam eſt reſina, quæ vel ſola juſto ignis expoſita regimini ſublimatur in chartacea pyramide in flores. Sulphuri cum colcothar miſto ſi idem benzoin pulveriſatum addatur, citra ambuſtionem ſimul elevatur, ignis regimini expoſitum & fiunt, flores ſulphuris benzoini. A juſto ignis regimine, & juſta ingredientium proportione, omnis fauſtus ſucceſſus eſt expectandus. Interim placet Th. *Paracelſi* exemplum & fructuoſum judicatur floribus cum colcothar ſublimatis addere aloën, myrrham & Crocum, *quod & Cl. Zwelferus* ſequitur. Interim tamen ad empyreumatis præcautionem ſeq. modo *ſublimat. in chem. ad Art. form. redact. lib. V. ſect. 4. Cap. 5.* Rec ſulphuris magdaleon. viridiuſcul. lib. iv. aloës epatic. myrrhæ, thuris ana ℥ ij Sal. comm. lib. ij. Pulveriſ. Hujus Pulveris ℥ iij. vel iv. inde in vas ſublimatorium, impone capitellum terreum, huic alterum & plura, demum vitreum in apice perforatum & obſervatis ignis gradibus flores per intervalla colligantur. In ſuperiori alembico flores pauciores, in inferiori plures reperiuntur. Sequente die ſublimatio reiteretur, donec ad umbilicum ſublimatio perducta. His floribus tandem & Crocu additur.

*Vires. Efficaciores ſunt quàm ſimplices.*) Sunt excellens præſervativum in Peſte, pleuritide, & omnibus internis abſceſſibus. Difficiles partus accelerat, ſuppreſſionem menſium reſtituit. Doſ. à ℈ß. ad. ℈ j.

4. *Flores Sulphur. ſaccharati.*) Saccharum æquè, ac gummata alia vi ignis corrumpitur & comburitur, ſi ſublimatur; Melius igitur erit, ſi ſaccharum cum ſpeciebus diaireos, fl. ſulphuris ac aliis pectoralibus appropriatis miſceatur, & pro uſu reponatur.

5. *Flores Sulphur. albi.*) Nihil refert, utrum ſint albi, vel flavi.

6. *Flores ſulphuris corallati.*) Magiſterium corallorum præſtat admiſcere, quàm ut flor. ſulphuris cum ipſis corallis ſublimemus, quia parum de corallorum ſubſtantia elevari poteſt, majori horum parte in reſiduo manente.

7. *Flores ſulphuris benzoinati.*) Si benzoin pulveriſatum ſulphuri cum colcothar miſto jungatur, ignis actioni expoſitum citra empyreuma flores producit Sulphuris benzoinatos. vid. ſuprà.

## ¶ *II. PRÆCIPITATIO.*

*Unde*

*Lac Sulphuris.*

Lac Sulphuris, Magiſterium Sulph. eſt, ſeu præcipitatum.

N. *Aliis dicitur cremor Sulphuris, aliis Butyrum,*

*Paratur autem 1.*

℞. Fl. Sulphuris, p. 1.
Salis Tartari, p. iij.

Pone in vitro oris capaciſſ. (ſive in olla fictili) in arenam collocato, affunde ▽ ad eminent. ſex digitorum, ita tamen, ut quarta pars vitri ſit vacua, hinc bulliant, ut Sulphur ſolvatur, quod 5. vel 6. horis fiet, ) ſpatulâ lignea continuò agitando, donec ferè omne Sulphur ſolutum ſit, liquorque rubeus appareat. Hinc filtra calidè per chartam Emporeticam, ac effunde confeſtim vinum auſteriuſculum, (alii ✳,) lentè, celeri tamen lapſu, tamdiu donec colorem lacteum acquirat, qui ad fundum paulatim ſecedit, nomine lactis: Lac hoc ad fundum præcipitatum, affuſo liquore col-

lige, ablue ▽â & exicca, vel ſi placet, antequam plane exiccetur, miſceatur cum ▽ cinam. vel alia appropriata, ut fiat inſtar pultis lactis, &c.

N. *Si ▽ bulliendo evaneſcat, affundatur alia, ſed ervida.*

*2. Modus compendioſior.*

♃. Sulph. & Sal. Tart. liqueſcant in ✚o per d. ſimul liquefactis affunde aliquid aquæ calidæ, mox affunde in patinam ▽ calidâ plenam & ſtatim filtrentur, affundaturque paulatim vinum: ſic totus liquor albeſcet atque lac ad fundum præcipitabitur.

N. *Quercetanus diſſolvit flores Sulph. in oleo Tart. diſſolutionique effundit ✚ præcipitatque, &c.*

Vires. *Balſamum eſt pulmonum ac velut △ conſumens & exiccans. Exhibetur igitur utiliter his qui moleſtantur Catharrhis, fluxu Capitis, Aſthmate, Phthiſi, Tuſſi, Colica, &c. Promovet expectorationem, intercipit defluxiones ad articulos, ventoſitates ventriculi ac inteſtinorum præcavet ac diſcutit.*

Doſis. *Tantum pulveris miſcetur, ut vehiculum albicante colore tingatur, daturque mane & veſperi coch. 1. Vehiculum ſit appropriatus liquor, Aquæ ſcilicet Cinamomi, Meliſſæ, ▽ &c.*

N. *Quercetanus exhibet ʒj. pro cathartico.*

*3. Lac Sulphur. S. Cloſſ.*

Coque in cacabo ferreo Calc. viv. part. ij. Sulphur. pulver. part. 1. cum maxima quantitate aq. donec partes 2. aq. ſint conſumptæ, ruboremque contraxerit inſtar ſang. ex Sulphure diſſoluto, coletur calidè per manicam, refrigerari permittatur, denique præcipitetur ⊡ calente, & decantato lixivio Lac. 10. aut 12. aq. calidâ dulcoretur.

Vires. *Eadem quæ lactis Crolliani, verum quia interdum fallit, parumve præcipitatur, hic modus infallibilis adinveniendus fuit.*

HOFMAN. 1. *Præcipitatio. Unde Lac ſulphuris.*) Quid de hoc Lacte ſulphuris ejuſque præparationibus ſentiat *Cl. Zwelferus*, conſtat ex ejus *animadverſ. in P. A. & Mantiſſ. Spagyric.* part. 1. cap. 10. Nam in animadverſ. dicit, hoc ipſum parum ab aliorum Magiſteriorum præparationibus differre p. m. 450. Nam, in Mantiſſa l. c. rationem reddit, quamvis ſulphur per appropriata ſibi & homogenea veluti menſtrua, ſalem tartari aut calc. viv. beneficio aquæ ſimplicis, legitimè ſolvatur, & ſic ſolutum ſulphur haud exiguos effectus medicinales edere poſſit: contrario tamen liquore id ipſum denuò præcipitatum, pro maximâ etiam ſui parte deſtruitur, ut vix tertia ejus pars viribus ſalva conſtet, ac virtutes & operationes ſulphuris proprias edere poſſit, reliquæ verò duæ Lactis ſulphuris partes calx fiat emortua & inutilis, in igne conſtans, indiſſolubilis omni proprietate ſulphuris orbata. Verùm huic ſeſe opponit *D. Lucas Schröckius Luc. Filius l. c. p. 516.* & falſum eſſe ſcribit, calcem emortuam & inutilem eſſe Lac ſulphuris, cùm crebra Practicorum ſuggerat experientia contrarium. Sic *P. Poterius Centur. 1. curat. & obſervat. cap. 98.* Pulmones aſſiduâ fluxione vexatos, decocto alexiterio & exſiccante cum Lacte ſulphuris in priſtinum ſe reduxiſſe: Et centur. 2. cap. 54. Aſthma eodem reſtituiſſe. Sed *Cl. Zwelferus* l. c. non ita loquitur, ac ſi omnes omnino virtutes huic Lacti derogare velit, ſed hoc ſaltem dicit, quod vel crudum ſulphur vel ipſius flores ſublimati longè majoribus virtutibus polleant, quàm hoc ipſum Lac ſulphuris tanto labore comparatum. Id quod & ipſe negare non poſſum, & quilibet periculum facere poteſt, & in momento veritatem videbit, ſi hoc Lac ſulphuris ſublimationi exponat, vix tertiam ejus partem ſulphuream eſſe, & reliquas duas calcem emortuam ac inutilem. Pro exigua igitur illa ſulphuris indeſtructi parte reſidua Lac ſulphuris aliquid virtutis obtinet, quod à Practicis commendatur, pro maximâ autem ſui parte inefficax eſt. Ut igitur Lac ſulphuris non deſtruatur & ſulphurea ejus pars ſervetur integra, præſtat ſulphur quidem per homogenea ſibi menſtrua, quæ *Dnus Autor* allegat, Sal comm. Tartari ſcilicet, lixivium calcis vivæ &c. legitimè ſolvere, contrario tamen liquore Acet. diſt. vel alio non præcipitare. Quapropter commodius erit, ſulphur ſæpius cum ▽ calc. viv. tritum coquere, & deſpumare, ſeparata aliquoties calc. viv. aquâ, aliâque ſuperaffuſâ ad tantam puritatem, liquabilitatem ac albedinem, ut omni fœtore expers inſtar ceræ ſuper △ne liquetur, & quouſque rubedo in decoctione appareat. Omiſſis omnibus liquoribus præcipitantibus. Hiſce ſtatuminatis, omnes ſequentes *Dni Autoris* proceſſus de Lactis ſulphuris præparatione corruunt.

## ¶ *III. DESTILLATIO.*

*Unde,*

*1. Spiritus Sulphur. S. Cloſſei.*

Eligatur Sulphur Leodienſe coloris viteſcentis minoris tubi ſive magnitudinis [Galli vocant du souphre verd à petit canon] tale enim per ſe luculenter ardet, locetur per magdaleones in ſcutellâ intus & extus vitreatâ, accendatur ad candelam, ut guttulæ liquati Sulphur. & ardentes alios magdaleones incendant, huic ſcutellæ Campana ex arte appendatur, ita ut verticem illius flamma non attingat, nec etiam nimium diſtet, (gignitur enim hoc oleum ex reverberio flammæ ſubvolantis contra aliorum opinionem) aliàs flores acidos habebis, perge in ſubſtituendis ſcutellis, donec ſatis ⌒us campanarii habeas. Ex ℔ 1. Sulphur. nanciſceris ⌒us ℥j.

*Spiritus ſ. Oleum Sulphuris, per C.*

Habendum eſt vas vitreum latum paropſidis vel patinæ inſtar, è cujus medio ſurgat meta, (tripus vel aliud aliquid metæ vices ſupplens) ſupra metam concha vel ✚balum ſtatuatur Sulphure repletum. Deſuper campana ſuſpendatur vitrea, eâ diſtantiâ ne flamma illam attingat, ſic fumus ex Sulphure accenſo aſcendens in campana condenſabitur, condenſatuſque ex campanæ oris in ſuppoſitam patinam decidet.

N. 1. *Si conclave fuerit clauſum, locuſque ac tempus humidum, major olei quantitas colligitur. [hinc & major hyeme.]*

N. 2. *Utile eſt campanam initio madefacere.*

*Alius modus.*

Idem Oleum per retortam tubulatam deſtillari poteſt.

*Nimirum:*

Retorta tubulata, vel quæ in poſtica parte tubulum habeat, in fornacem collocetur eique recipiens ▽æ menſura adimpletum, ut in Cliſſo, ſine luto adaptetur. Poſtea ubi incaluit Retorta, fruſtula Sulphuris partitis vicibus injiciantur, & poſt ſingula fruſtula injecta tubulus claudatur: Spiritus poſtea ſeu Oleum in MB ab ▽ ſeparetur & rectificetur.

N. *Si prorſus aërem denegaveris, ſine fruſtraberis, id quod mihi accidiſſe ſcias, qui lacteſcentem liquorem loco Spiritus obtinui, omnis aciditatis expertem.*

Vires. *Spiritus Sulphur. ut fere nihil aliud eſt, quam Spiritus Vitrioli, ita & eaſdem cum ipſo vires obtinet. Inſuper eſt & contra Peſtem, Aſthma, &c. utiliſſimeque extrinſecus adhibetur in procidentia ani ſi illius pauxillum cum ▽, v. gr. plantaginis miſcetur, & ſpongiâ hoc liquore madefactâ locus affectus tangitur.*

*Vide Sennert. Inſt. Beguin. Gluckrath. Tentzel.*

N. *Ex reſiduis facibus ſi in copia collectæ fuerint, Sal elixiviari poterit.*

*3. Spiritus Campanarius facillimus S. Cloſſ.*

♃. Sulphur. viridis vel alterius pulveriſ. ℥ iv. ⌒us

Sal.

Sal. nit. vel ⌒us ex Sal. Com. & Vitriol. compoſiti (vide ſupra cap.21.) ad ſupereminentiam 4. digitorum tranſverſorum, 🜅a ex 🝭 in 🝘 ſubtus & ſupra poſitis ad ultimam uſque guttulam. Cohobetur 6. aut 7. [quo plus, eò melius] Reperies in 🝭 ultra ℥ij. ⌒us ejuſdem amaroris, naturæ, facultatiſque cum Campanario, viribus ⌒ nitrarii haud imminutis.

N. *Etſi ad ſiccitatem videatur ſecretum fuiſſe menſtruum, nihilominus Sulphuri inhæret Sal cauſticum, quod dio expoſitum in ⌒um Sulphuris reſolvitur, novo quotidie ſuccreſcente, nec à Campanario ullatenus differente.*

### 4. *Aqua acida ſeu aciditas, vel Phlegma Sulphuris.*

Aqua acida Sulphuris appellari poteſt liquor ille acidus, qui in ſublimatione florum, initio (parcè tamen) extillat.

*Vires eaſdem cum ſpiritu præcedente obtinet, verum quia minus efficax, rarò in uſum venit.*

### 5. *Aqua ſeu Ens Balſami Sulphuris.*

℞. Aquam acidam, quæ extillavit in ſublimatione flor. Sulph. ⊖-tor. rectifica & conjunge in MB bullienti, cum ▽ acida, quæ extillavit in ſublimat. flor. Sulphur. reſinatorum.

N. *Hæc ▽ (quæ lactei coloris) ſeorſim colligenda eſt, ne miſceatur cum oleo ſubnigro, quod ſubſequi ſolet.*

Uſus idem qui florum, in peſte, febribus, colica, obſtructionibus ac aliis affectibus pulmonum. *Croll.*

### 6. *Ol. Sulph. Balſameum.*

Balſamo Sulphuris Sal toſtum adde atque per Retortam deſtilla. *Sennert. Inſt.*

### 7. *Ol. Sulphur. Linatum.*

℞. Sulphur. citr. (℔ 1.) maceretur & ſolvatur in Ol. Lini, (℔ 1. ß.) & fiet maſſa concreti ſanguinis inſtar. Refrigerata materia deſtilletur per Retortam & prodibit Oleum rubicundiſſimum.

N. *Alii addunt Vitrioli calcinat.* ℔ ij. *Mil.*

Vires. *Prodeſt ad ulcera ac bubones peſtilentiales maturandos.*

### 8. *Ol. Sulphuris aureum.*

℞. Sulphur. aliquoties liquefact. & in ▽ effuſi ℔ 1. pumic. ℔ ß. miſc. ut fiat maſſa ac deſtilla lento △. (N. *ne des ignem inferius, ſed ſupra & ad latus,*) ſub fine auge ignem, & extillat oleum inſtar ☉.

Vires. *Exhibetur utiliſſimè in Cachexiis obſtructionibuſque viſcerum, præſervat à peſte. Clar. D. D. Iohann. Tileman. P. Profeſſ. Marpurg.*

### 9. *Ol. Sulphuris rubeum.*

℞. Sulphur. ℔ 1. Calc. viv. ℔ ij. per Retortam pelle.

Vires. *Itidem maximæ eſt utilitatis in bubonibus peſtilentialibus maturandis.*

### 10. *Oleum Sulphur. verum S. Cloſſ.*

Reſolve ℥ij. Sulphur. tuſi in ℔ ß. ſpiritus thereb. [illegible]ri, id quod fiet intra ♂ ſuper 🝘, ſolutionem rubentem decanta, alium affunde, digere, ſepara inclinationem, fæces (quæ erunt perpaucæ) abjice. Tincturas 🜅a △ Arenæ lentiſſimo ex magna 🝭, donec ferè omnem ⌒um thereb. recuperaveris. Guttulis autem rubris apparentibus mutetur recipiens & △ paulatim augeatur, egredietur Oleum coccineum cum fœtore intolerabili, qualis eſt latrinarum, ultimò 🝭 ferè incandeſcente, ſpiſſum & obſcurè nigricans. Hoc rectifica & ſepara à ⌒u therebinth. ſuperſtite. Oleum autem vaſe clauſo digere per menſem in MB, ubi fœtorem deponet, evadetque verus Pulmonum balſamus.

Vires. *Eſt egregium Vulnerarium intrò ſumptum, curat ulcera interna, reſiſtit ſuffocationi matricis, peſti, colicæ, catarrhis fluentibus, aſthmati, empyemati, urinam provocat. Doſis gut. 3. in ſyr. conven. vel ovi vitello.*

HOFMAN. 3. *Deſtillatio Unde 1. Spiritus Sulphuris S. Cloſſæi*) Hæ præſentes deſcriptiones, quas *Dnus Autor ex S. Cloſſæo, Beguino, Sennerto* & aliis communicavit, non ſunt rejiciendæ, ſed debitâ præparationis obſervatâ enchiriſi voto reſpondent. Hunc ſpiritum nonnulli ſequenti modo conficere ſibi præſumunt; Scilicet dolium accipiunt ▽â plenum, & aliquot librarum ſulphuris fumo imprægnant, & poſtmodum hanc aquam ſulphuratam per alembic. dephlegmant. Aliam hujus ſp. ſulphuris multiplicationem tradidit *P. Poterius in P. S Lib. 2. cap. 11. & Philippus Grulingius in Floril.* p. m. 375.

N. Utrum ſpiritus Sulphuris & Vitrioli realiter differant an ſecus, hic quæritur? Videtur hoſce ſpiritus unam eandemque eſſentiam habere, cùm eandem habeant materiam ex quâ & eandem cauſam efficientem. Nihilominus tamen viribus & effectu differre videntur: Cùm quædam Medicamenta cum ſp. ſulphuris præparata meliores obtineant virtutes, quàm quæ cum ſp. vitrioli v.g. ♂tialia cum ſp. vitrioli præparata ſunt auſteriuſculi & adſtringentis ſaporis, vomitum non raro cientia, quæ verò cum ſp. ſulphuris, laudabili ſunt dotata dulcedine. Deinde addit *Cl. Tachenius in Hipp. Chemic.* ſp. ſulphuris acidus, ſi roſerit naturale corpus v. g. arenam, ignem nondum expertam, tunc ex eo naturale ſublimatur ſulphur, id quod cum ſp. vitrioli non ſuccedit: Verùm dicimus Nos, ſpiritum vitrioli à ſp. ſulphuris, non eſſentiâ, ſed accidentibus differre, illum eſſe impuriorem magiſque terreſtribus conſtare partibus, hunc autem puriorem magiſque liberum.

*Vires ſpiritus ſulphuris &c.*) Hic ſpiritus ſulphuris potui miſtus à peſtis putredine præſervat, non ſecus atque ejuſdem ſulphuris fumus cadum vini à corruptione liberat, & præſervat. Vndè circumſpectè ac curioſè omnes potus cum ſpiritu ſulphuris miſceri poſſunt: atque hinc etiam ad Vitam Longam *Cl. Helmontius in Tr. Arbor vitæ* commendat. Præterea contrà aſthma exhibetur; verùm hic diſtinguendum eſt inter aſthma idiopathicum, quo ſp. ſulphuris non habet introitum, & inter ſympathicum, nidum circa hypochondria habens, quorſum auxiliatori ſulphuri ſuus quoque eſt introitus. Majoris erit virtutis hic ſpiritus ſulphuris, ſi cum vir. ær. ſeorſim, vel conjunctim etiam cum gummi ammoniaco deſtilletur. Extrinſecus adhibetur in procidentiâ ani, ſed hoc non facile ſuaſerim, acida enim partibus membranoſis & nervoſis admodum ſunt inimica. Emplaſtrum ex opopanace ego mallem ſubſtituere.

3. *Spiritus Campanarius facillimus S. Cloſſ.*) Verùm hic ſpiritus non ſimplex eſt ſulphuris, ſed compoſitus ex nitro, vel ex ſale & nitro ſimul.

4. *Aqua acida vel phlegma ſulphuris. Item 5. Aqua ſeu Ens Balſami ſulphuris*) Hoc ſulphuris phlegma proles ſulphuris genuina eſt, ex ejus ſale acido orta; Vnde eaſdem cum ſpiritu præcedente vires obtinet.

6. *Oleum ſulphuris Balſameum.*) Sed hoc etiam fit compoſitum.

7. *Oleum ſulphuris linatum.*) Hujus elaboratio admodum periculoſa exiſtit, quia oleum citò vitra penetrans facile accenditur, nullis liquidis ſed ſolâ arenâ extinguibile. *D. D. Knæfelius* hoc oleo in Peſte & vulneribus fœlici cum ſucceſſu uſurpavit. Hæc maſſa concreti ſanguinis inſtar ex Sulphur. & oleo lini conſcindatur & per retortam deſtilletur. Nonnulli addunt vitriolum calcinatum.

8. *Oleum ſulphuris aureum.*) Hujus elaboratio à *D. D. Iohanne Michaëlis* p. m. & à Me ſæpius tentata fuit, ſed ſemper fruſtraneo cum effectu, oleum & operam perdidimus.

9. *Ol. ſulphuris rubrum*) Poſt olei deſtillationem ex hujus Cap. mort. Lac Sulphuris demum præparari poteſt.

10. *Ol. ſulphuris verum S. Cloſſ.*) Hoc laudem meretur, cujus vera conficiendi ratio in digeſtione olei illius fœtidi & optimè rectificati conſiſtit.

## ¶ IV. INFUSIO.

*Unde*

### 1. *Balſamus Sulphuris Therebinthinatus, ſeu Rubinus Sulphuris.*

℞. Fl. Sulphuris ⊖r. ℥iij. Spirit. Terebinthin. ℥vi. vii. Digerantur in vaſe vitreo, donec ſolvatur Sulphur & ſpiritus Terebinthinæ rubicundus reddatur. Hinc decanta ac ſerva.

N. *Quod ſi hunc Balſamum à ſuo ſolvente, ſeu ſpiritu ſeparare volueris, affunde ▽ & deſtilla, ſic ſpiritus una cum ▽ extillabit, relicto Balſamo in fundo.*

Vires. *Excellentiſſimam Medicinam contra Phthiſin, quippe valet ad ulcera pulmonum conſolidanda, præſervat à peſte, aliiſque morbis contagioſis: inſervit quoque Tincturæ Sulphuris, vide infra.*

*Doſis à gr. 4. ad 7. ſcilicet ſi à ſuo ſolvente ſeparatus ſit, vel ad g. 20. cum ſuo ſolvente. Quercet. in Pharm. reſtit. Hartmann. in Pract. Sennert. Inſtitut. Beg. &c.*

### 2. *Balſamus Sulphuris compoſitus, Balſamus vitæ.*

℞. Flor. Sulph. ℔ i. Myrrh. ℥iij. Aloës ſuccotr. ℥ij. croc. ʒij. pulveriſa ac digere cum ∽tu Terebinth. ad eminent. digit. 2. affuſo, decanta.

Vires. *Efficacius operatur quam ſimplex.*

### 3. *Balſamus Sulphuris ad externa qui Rulando adſcribitur.*

℞. Fl. Sulphur. vel Sulphur. pur. ℥ j.
Ol. rapar. expreſſ. vel nucum ℔ ß.
Vini generoſi ℥ ij.

Macerentur ♂ 8. △e lento, aliquoties agitando. Poſtea coquantur lentè ad vini conſumptionem. Tandem cola & ſerva uſui.

Vires. *In variis morbis à Rulando Balſamus hic adhibitus eſt. Vide ejus 11. Cent. 92.*

N. *Balſamum Rulandi aliter deſcribit Untzerus tract. de Tart. Vide & Balſamum Sulphuris ⊖latum in Angel. Sala tract. de ⊖lo.*

### 4. *Tinctura Sulphuris.*

Poſtquam à Balſamo ∽ Terebinth. ſeparatus fuerit (*modum ſeparandi habes in Balſamo*) affunde 🜈 & extrahe 🜈 in MB, & habebis Tincturam; digere atque à fæcibus ſubſidentibus decanta.

Vires. *Præſtantiores effectus habet quam Balſamus.*

*Doſis gutt. 3. 4. &c.*

N. *Extrahit quoque ex ſulphure crudo Tincturam citrinam* 🜈 *optimè rectificatus.*

### 5. *Tinctura Sulphuris S. Cloſſ.*

Infer in candens tigillum per cochlearia mixturam ex Sal. Nit. ℔ j. Sulphur. pulver. ℥iv. comburantur △ forti, donec ſtrepitus ceſſet, & in maſſam rubram mixtura detonata compingatur, cui in pulv. redactæ Spiritus Vini Tartariſatus affundatur, extrahaturque Tinctura.

Vires. *In peſte, febribus, ſcorbuto, obſtructionibus hepatis, pulmonumque morbis utilis.*

*Doſis gutt. 8.*

### 6. *Alia Tinctura.*

Fac Capitellum ex Sal. Nit. in aqu. ſoluto, in cujus ℔ vi. bulliat per 24. horas Sulphur. pulv. ℔ j. filtretur liquor rubeus, & præcipitetur cum aceto, in quo decoctum fuerit ⊗ ex ⊖lo. In fundo reſidebit pulvis ſcarlatinus, è quo tinctura, modo ſuperius tradito, vel per ∽um thereb. extrahenda venit.

*Eſt S. Cloſſ.*

### 7. *Cryſtalli ex Tinctura.*

Poſtquam per ∽um Terebinth. & 🜈 tinctura fuerit prolecta, ut dicitur artic. 4. p. 166. abſtrahendus eſt 🜈, dum reſtitet tantùm pars tertia illius, quæ in cellâ collocatur, ubi naſcuntur cryſtalli, in quibus reſidet Q. Eſſentia Sulphuris, diſſolvantur iterum in alio 🜈, & denuò coagulentur, quò magis ac magis ab odore gravi immunes reddantur.

*Doſis g. 4. in liquor. appropr. tabellis, electuar.*

### 8. *Sal Sulphuris.*

Vel fit ex ⊗ ∽us Campanarii, de quo vide Keſſlerum artic. 54. Centur. 1. vel ex carbone nigro levi & foliato Sulphure poſt extillationem Olei veri (*vide præcedentem pag.*) reſiduo, hoc △ miti reverberandum eſt ad albedinem.

*Utrque modus parum Sal. præbet, ſed efficax adverſus verminationem remedium.*

### 9. *Eſſentia Sulphuris.*

℞. Miner. Sulphuris q. v. affunde 🜅 (ex ⊖ & Sal. nit.) ſolve, quoad poteris. Hinc abſtrahe ſolutum ad ſiccitatem, edulcoratumque reverbera ad rubedinem ſaturatam. Hinc extrahe Tinct. cum 🜈, digereque donec Eſſ. Sulphuris à 🜈 ſeparetur inſtar olei, fundumque petat.

Vires. *Magnarum eſt virium ad arcendam putredinem.*

*Doſis gutt. 6.*

N. *In hac Sulphuris Eſſentia ſi Myrrha, Aloë, aromaticè infundantur, atque Tinctura MB extrahatur, dicitur Balſamus mortuorum.*

*Baſil. in repet. Lap. Ph.*

HOFMAN. 4. *Infuſio: Unde 1. Balſamus Sulphuris Terebinthinatus ſeu Rubinus Sulphuris.*) cum ol. Terebinth. promptius quàm cum ſpiritu ejus ſuccedit; Sic v. g. Rec. fl. ſulphuris per ſe parat. q. v. ol. rectific. Terebinth. q. ſ. digere vel coque donec tinctura appareat.

N. Melius ſuccedet operatio, ſi ſulphur elect. cum ſale Tartari miſceas, vel ſuper ignem leniſſimum in crucibulo torreas in maſſam rubicundam, ſed non ſine fœtore erit, & poſteà olea deſtill. vel juniperi, vel aniſi, vel quod volueris ſ. q. ſuperinfundas.

N. 2. *Quod ſi hunc Balſamum à ſuo ſpiritu ſeparare volueris &c.*) Rec. fl. ſulphuris ℥ij. affunde ol. d. juniper. vel Tereb. q. ſ. ad ſolutionem cum ebullitione in Aren. peragendam, ſolutum effunde, filtra per chartam bibulam, colaturæ adde ſp. vini rectific. q. ſ. deſt. Rec. extracti reſidui ſulphurati ℥ j. ol. deſt. aniſi ℥iv. balſami de Peru ℥ß. fl. benzoin. ʒij. pone in digeſtionem per aliquot ♂ ♀.

N. Si loco ol. d. aniſi ſubſtituatur ol. d. Citri, fit Balſamum peſtilentiale.

N. 2. Balſamum vitæ conficitur, ſi fl. ſulphuris ſ. q. affundas ol. d. Cinamomi, caryophyll. Macis, Cortic. Citri. aurantior. zedoar. ana ſ. q. & digerantur in loco tepido.

*Vires. Excellentiſſimam Medicinam præbet contrà phthiſin ad ulcera pulmonum conſolidanda &c.*) Hic quæritur, Utrum Balſamus ſulphuris, & alia oleoſa balſamica ex ſulphure cum oleis deſtillatis præ-

præparata in phthiſi aut exulceratione pulmonum aut aliorum viſcerum ex humoribus ſalſis hæmoptyſin cauſantibus ortâ tutò in uſum trahi poſſint, an ſecus? *Dnus Autor* cum Aliis affirmat, nec forſan deerunt ipſis rationes: Quia *primò* iſtiuſmodi balſamica remedia, humidum ſeu balſamum radicale cum calido innato augent; *Deinde* ſpiritus vitales reficiunt. *Tertiò*, quia ſalia acida in lympha & maſſa ſanguinea contemperant, à quibus putredines; Uti ex mechanicâ chemicâ conſtat, dum ejuſmodi oleis deſtillatis aquæ fortis vis corroſiva acida corrigi poteſt; *Quartò* quia ſunt interna vulneraria putredini reſiſtentia, eo quod etiam externè brodiis carnis calidis inſtillata & ad tempus aëri expoſita, quò attingunt, ea non putreſcere aut fœtorem contrahere ſinant, ſecus, ubi non attigerint, fœtere.

Verùm ſi & hoc loco communem illam medendi regulam non inſuper habere volumus, contraria contrariis eſſe curanda, dictitantem, certè non ſuccedet tutò, ſi phthiſin ſeu pulmonum exulcerationem iſtiuſcemodi balſamo ſulphuris aut aliis oleoſis balſamicis ex fl. ſulphuris cum oleis deſtillatis præparato curare velimus. Notum enim eſt in phthiſi ſeu exulceratione pulmonum aut aliorum internorum viſcerum ſemper vel præviam adfuiſſe, vel adhuc conjunctam adeſſe inflammationem, eamque adeò non ſine acido inflammatorio ac dolorifico. Olea deſtillata & alia, ex quibus dicta balſamica conficiuntur, etiam calida eſſe inflammabilia ac reſinoſa omnibus, me etiam tacente licet, notiſſimum eſt, at verò hoc particulis eorum acidis acceptum eſſe ferendum perpauci ſentiunt, *inquit D.* David von der Becke *in Experiment. & Meditat. circâ Rerum naturál. princip.* Patet tamen ex ſalium volatilium beneficio alkali ex oleis deſtillatis præparatione. Olea deſtillata & alia pinguia illita cranii & oſſium affectibus nocent, & affectibus eryſipelatoſis ob acidum eorum occultum gangrænam afferunt. Quomodò igitur hæc ſanâ ratione & in Phthiſi ſeu pulmonum exulceratione convenire queant? Præterea, cum tunc etiam fermenta viſcerum digeſtiva admodum debilia ſint, & hæc balſamica oleoſa fermentis eorum ob unctuoſum acidum ſalibus volatilibus immeritum potius reluctentur, uti ex ructibus poſt eorum uſum conſtat, in actum deduci, & in ſalia volatilia Naturæ convenientia converti nequeunt, unde toti Naturæ ſic cruda relicta negotium faceſſunt ac damnum irreparabile inferunt. Huc accedit, quod in ejuſmodi affectibus aliàs tota maſſa ſanguinea una cum lymphâ tunc quaſi vappeſcat, ità ut in hâc abſumptis ſeu reſolutis partibus volatilibus ſalſis oleoſis ac balſamicis Naturæ congruis ſpiritus vitæ debilior ſuum lumen amittat, imò pauciſſimus fiat, adhibitis jam iſtiuſmodi ſulphureis ſylveſtribus oleis calidiſſimis, quid aliud eveniet? quàm ut flamma major extinguit minorem, ſic hæc etiam calida in excellenti gradu reliquum flammulæ vitalis penitus penituſque ſint extinctura, vel loco vitalis caloris hecticum ſint inductura. Unde *Caſparus Hoffmannus in præfat. in Libr. de Medicament. Officin.* Olea, inquit, ſtillatitia, quæ ferè eſſentias vocant, tam apertè ventriculo membranaceo inimica ſunt, abſumendo humidum illius radicale, hepati autem aliiſve viſceribus ſanguineis inflammando, aut [illegible] ſeu rectius [illegible] excitando, ut quidam ſibi ſitim perpetuam adſciverint, quidam cachexiam bilioſam, quidam hydropem calidum, addo ego cruentum alvi fluxum, ſcabiem ſiccam, febres hecticas &c. Quorum omnium pervelim, inquit Excell. *D. D. Simon Pauli in Quadripartit. Botanic Claſſ. ter.* p. m. 256 Novellos Practicos ſubinde meminiſſe, nec ſe moveri ab empiricis patiantur, cum illi caſu, ſæpe per empiriam levare quidem Morbis ægros, ſæpius verò ac frequentius in præſentiſſimum vitæ diſcrimen, alios atque alios ejuſmodi calidis, validis chemicis medicamentis præcipitaſſe viſi ſunt, Methodi medendi ignorantiſſimi. Nec obſtat, iſtiuſmodi balſamica balſamum radicale confortare, falſum hoc eſt, longa enim eſt differentia inter ſulphura vi peregrinâ ac virulentâ nondum ſpoliata, & iſtâ adhuc conſtantia, ad quæ ultima Nos balſamum ſulphuris & alia adhuc cruda olea deſtillata referimus. Tirones, inquit *Cl. Helmont. in tr. V. H. L. M. V.* p. 577. addiſcant ſulphura ſpoliare vi ſuâ peregrinâ ac virulentâ, (hoc eſt, ſuo acido) ſub cujus nimirum cuſtodiâ abditur ignis vitalis Archeum in ſcopos deſideratos placidiſſimè ducens. At de quibus hic agimus, talis genii non ſunt.

Nec ſufficit Spiritum vitalem ſuaviſſimis Sulphurum popiſmatis demulcere, ſed & horum vi ſpecifica cauſam morbificam conſumere, & vias oppilatas ac obſtructas reſerare & fermenta viſcerum confortare oportet.

Olea deſtillata vel ſp. vini ab ▽ fort. abſtracta hujus vim corroſivam demulcere, dum acidum minus corrigit majus, notum quidem eſt, ſed quid hoc facit ad internum eorum uſum? Quod autem iſta olea balſamica carnis juſcula, ſi hiſce infundantur, à fœtore & corruptione præſervent, fit hoc, quod ab aëris injuria defendantur, quemadmodum etiam videmus ol. amygdal. dulc. expreſſ. vel ol. olivarum vinum in doliis incorruptum ſervare; ſed quid hoc ad præſens negotium? Nihil probat. Longè enim alia eſt iſtorum balſamorum operatio in corpore humano, & alia in aliis rebus extrà corpus conſtitutis. Illic calor viget fermentalis, & vitalis; hic putredinalis elementaris, &c.

3. *Balſamus Sulphuris ad Externa, qui Rulando adſcribitur.*) Verùm hæc non eſt vera Balſami Rulandini deſcriptio, Ea autem, quæ ſequitur, videtur genuina. Rec. flor. Sulphuris ter ſublimat. ℥ iij. ol. roſac. complet. ℔ ß. vini rubri opt. ℥ iv. Macera per octiduum leni △ne & aliquoties agitentur, tunc coque lento △ne & ſemper movendo ad vini conſumptionem. In colatura diſſolve Terebinthin. clar. ℥ ijß. & ſerva ad uſus.

N. Hunc balſamum ad tophos articulorum emolliendos, leniendos & diſcutiendos *Rulandus Centur. 2. cap. 92.* mirè commendat. Cui agyrtæ jam ſubſtituunt reſinam Pini pretio equidem inferiorem, neutiquam virtute. Balſami ſulphuris utilitatem in arthriticis *Tulpius expertus eſt Lib 4. obſerv. cap.* 56.

4. *Tinctura Sulphuris.*) Hæc ſuo ſtat talo, prout & *5. S. Cloſſ.* quæ cum ſp. vini Tartariſato extrahitur, adhibetur in ſcorbuto, reſerat obſtructiones, & diuretica eſt.

N. Sequenti modo etiam Tinctura Sulphuris componitur, Rec. Sulphuris el. ſal. Nitri & Tartari ana fac. fluant in Crucib. effunde, pulveriſa, ac cum ſpirit. vini extrahe Tincturam rubicundiſſimam. Sic & Tinctura ſulphuris volatilis elaboratur. Rec. Sulphuris opt. pulveriſat. ℥v. ✱ tantundem. calc. viv. ℥vj. Miſce & immitte pulveriſat. in retortam, ſtilla ex Aren. per ignis gradus. Calore aucto prodibit rubra tinctura Sulphuris volatilis. Hujus uſus in Peſte & pectoris affectibus non ſatis deprædicandus eſt. Digitos colore tingit nigro.

7. *Cryſtalli ex Tinctura Sulphuris.*) Hic modus non procedit. Benè autem ſequens 8. Sal ſulphuris vel ex Cap. mort. campanarii Spiritus vel ex reſiduo poſt extractionem oleoſæ ſubſtantiæ cum ol. d. Tereb. vel juniperi factam, △ne leni calcinato. Sed parum Salis præbet.

9. *Eſſentia Sulphuris.*) Hæc nihil peculiaris à dictis Tincturis obtinet.

### ¶ *V. LIQVATIO.*

Sublimatur Sulphur in ſublimatorio ſat alto ▽ forti, ſublimatum expone liquationi in cella, aliquamdiu. *Baſil. d. l.*

## CAPVT XXIX.

### *De Bitumine ac Ambra Gryſea.*

Bituminis nomen generaliter denotat quodcunque minerale pingue. Unde & diverſas ſub ſe ſpecies comprehendit. Ambram ſcilicet, Succinum, Sperma ceti, tum quoque Bitumen in ſpecie ſic dictum; Naphtham & Petroleum; Carbonem petræ & Gagaten. De quibus ſigillatim brevibus.

HOFMAN. *De Bitumine ac Ambra Gryſea.*) *Bituminis* vocabulum in genere quamcunque terræ pinguedinem tenaciſſimam facilè urentem denotat, unde diverſas ſub ſe comprehendit ſpecies. Ad quod *Dnus Autor* cum aliis refert *Ambram*, *Succinum*, *ſperma ceti*, *Bitumen* in ſpecie ſic dictum, *Naphtham & Petrolæum*, *Carbonem Petræ & Gagaten*. Ex his, quibus Bituminis nomen jure competat, aut non, in ſequentibus videbimus.

### ¶ *De Ambaro.*

Ambarum Ambra; ſive Ambara generaliter duo bituminis genera denotat, quorum unum, Ambræ nomen communiter retinet, & ad differentiam alterius, Ambra gryſea dicitur. Alterum, Succini nomen aſſumpſit, de quo loco ſequenti.

N. 1. *Eſt & Ambra nigra, de qua maxima eſt Authorum inter ſe diſſenſio. Sunt enim qui veræ ambræ nativæ ſpeciem faciunt, quæ reliquis ſit imbecillior. Alii factitiam ſtatuunt ex moſcho, Zibetto, ligno aloë, ſtyrace & ladano. Alii Gagatem, ſub titulo ambræ nigræ vendunt. Alii ſuccinum colore ad nigrum vergens.*

N. 2. *Eſt & ambra ſubalbida, id eſt, Sperma ceti.*

Ambra Officinarum bituminis quoddam genus eſt, ex fontibus ac alveis maris ad littus eructatum. Germ. **Wolriechend Amber.** Ambre odorante. *Amber Greece.* **Ambergries.**

Optima cenſetur Gryſea (ſeu coloris cinerei) à ſordibus purgata, odorata, lævis, quæque acu perfoſſa ſuccum pinguem reſudat. Improbatur nigra, candida valdè, utpote dubio procul adulterata.

Factitia facilis cognitu eſt, odore ſcilicet (quo res, ex quibus confecta eſt, prodit) tum quoque colore (quo plerumque nigra eſt) adde quod ∇ impoſita citius molleſcat, quam nativa. Vide Hernandez.

Vires. *Calefacit, ſiccat, reſolvit, cor cerebrumque roborat, ſpiritus vitales ac animales ſulphureâ ſuâ ac ſuavi exhalatione ſuſcitat reficitque: Unde haud rarus illius uſus eſt in globulis illis fragrantibus ad infectum aërem corrigendum, ſpiritusque ab infectione tuandos, formatis: quos globulos inde Poma Ambræ vulgus appellat. de quibus l. 2.*

HOFMAN. *De Ambra.*) *De Ambræ* origine & Natura Hiſtorici, Philoſophi & Medici in hunc uſque diem in diverſas opiniones abeuntes adhuc contentionis ſerram inter ſe invicem trahunt, dum inveniuntur, qui planè negant, *Ambram* haberi nativam, ut Medicorum ſcutica *Leonardus Fuchſius*; Alii ſcribunt, quod ſit ſpuma Maris, Alii ſperma ceti, Alii camphoræ ſpecies, ut *Averrhoës, Cæſalpinus.* Alii verum & nativum Sulphur, ut *Crato.* Alii Succinum. Alii excrementum belluæ cujuſdam marinæ. Alii non tam ad Mineralium, nec vegetabilium, ſed Animalium potius claſſem referendam eſſe ſcribunt, dum excrementum Avis, cujus nomen lingua Madagaſcarica Aſchibobuck Indiæ Orientalis ſtatuunt. Cujus ſententiæ mentionem facit *Jul. Cæſ. Scaliger exercit. 104. ſ. 10.* Et *Fragoſus Cap. de Ambare Libr. de Aromat. & Medicam. ex Indiis in Europam delatis* p. 89. Et *Ferdinandus Lopez de Caſtagnedâ in Orientali ſuâ hiſtoriâ Lib. 4. cap. 35.* ſtatuit Ambram in Balneis repertam ſtercus eſſe avium quarundam, quæ in Archipelago illo interiori odoriferis veſcantur herbis in rupes & ſcopulos inſularum earundem ſua excrementa deponant, quæ mari innatantia à Balænis devorentur & nondum concocta vomitu poſtea rejiciantur. Et iſta Avis, ſcribit, eſt inſtar anſerum noſtratium, magni capitis cum gutta pulcherrimis ornata pennis. Hujus excrementa ſunt Ambra noctu à rupibus delapſa, interdiu à ☉le excocta & noctu à Luna purgata in rupibus tamdiu manent, uſque dum tempeſtate maris oborta cum fluctibus hinc inde ad ripas propellantur. vid. Hieronymus Megiſerus in deſcriptione inſulæ Madagaſcar. Cap. 6. p. 43. & *Juſtus Fidus Klobius in diſſert. de Ambra.* Alii hujus Natales in Balænarum inteſtina referunt, cum ſæpè Ambra in his diſſectis inventa fuerit. vid. *Monard. hiſtor. ſimpl. cap. 7. Cluſ. in not. ad Lib. 1. c. 1. Hiſtor. Arom. Garciæ.* Alii in mari oriri inſtar fungorum ſtatuunt, quæ poſtea cum lapillis, quibus adhæret ad littora expellitur, *Serapio, Jul. Cæſar Scaliger.* l. c. *Avicenna & Pſellus* è fontibus in Mare effluere teſtantur. Luſitani ferunt in toto maritimo Æthiopiæ tractu reperiri etiam ingenti magnitudine fluitans, transferri ad littora ventis quibuſdam flantibus in magna copia, exiſtimari ab ignaris Picem aut Bitumen. Probabile videtur & experientiæ congruum, licet in mari reperiatur, tamen ab eo originem non habere, ſed *Bituminis*, quod ex terræ viſceribus in Maris abyſſo vi mineralibus innata expellitur, certam quandam eſſe ſpeciem, & ut ſuccinum ex fontibus Bituminis emanare, & in ſummo mari aëri expoſitum coagulari & denſari. In India fontes eſſe, ex quibus oleum & Balſamum nobiliſſimum fluat & colligatur, Hiſtoriæ teſtantur: ex hiſce per venas ſubterraneas, ſi quid in mare fluat, condenſatur & in ambram concreſcit. Huic ſententiæ ſubſcribit *Franciſcus Hernandes Medicus in Indiis præſtantiſſimus in novâ plantarum, animalium & mineralium Mexicanarum hiſtoriâ à Nardo Antonio Reccho in ordinem digeſtâ, à Johanne Terentio, Johanne Fabro & Fabio Columnâ notis & additionibus illuſtratâ.* Ex Æthiopico mari educitur Ambra plurima optimè fragrans interdum centum librarum plus minus. Hanc evomunt in imo maris, cujuſmodi ſunt fontes Naphthæ, & quando tempeſtas invaluit, ventus ejicit in littora. Eſt ſubſtantia pinguis odoratiſſima, inflammabilis, ardens, nunc durior, nunc mollior, friabilis, ita tamen ut ſub dentibus aut digitis inſtar ceræ dilatari poſſit, colore nunc uniformi, nunc puncta citrina aut alba aſperſa habens. Odorem nobiliſſimo ſuo ſulphuri debet, unde *Crato* ſulphur eſſe, aut ad minimum ei ineſſe ſtatuit. Eandem Avium eſſe excrementum, fabulæ haud abſimile videtur. Fungorum inſtar in mari creſcere, non eſt probabile. Quæ in Balænarum inteſtinis diſſectis Ambra fuit reperta, caſu evenit, quia cum alimentis eandem à maris æſtu agitatam anteà devorare potuerunt. Unde rectè ſtatuit *Dominus Autor, Ambram* bituminis quoddam genus eſſe, ex fontibus ac alveis Maris ad littus eructatam.

*Optima cenſetur gryſea (ſeu coloris cinerei) à ſordibus purgata.*) Ambræ tria ſtatuuntur genera, *Unum Selachiticum* ex *Zelan* Inſulâ Indiæ, rufum & pingue, quod cæteris præfertur; *Alterum* ex Sechrâ loco maritimo Arabiæ felicis, ſubalbidum, colore ovi ſtruthiocameli, quod ut plurimum eſt, quod ad nos defertur, gryſeum & variegatum maculis nigricantibus. *Tertium* deterrimum, quod nigricat, quale eſſe volunt, quod piſces devorarunt. *Hujus etiam duas* conſtituunt *ſpecies*, *unam* in ventre repertam, ignobiliorem; *Alteram* juxta ſpinam dorſi magis ſinceram. Optima cenſetur, quæ à ſordibus eſt repurgata, quæque plurimum ad candorem accedit, cinerei coloris, aut quæ ex ſtriis nunc cinereis, nunc candicantibus conſtat, lævis, quæque acu perforata multum oleaceæ reſinæ reſudat. *Nigra & candidiſſima* improbantur, quia gypſo adulteratæ putantur.

*Factitia facilis eſt cognitu.*) Adulteratur ſæpè ex ligno aloës, ſtyrace, Ladano extractis, addito moſcho, vel etiam ex benzoino, cerâ albâ novi examinis, carie fraxini, arborum muſco, addito Moſcho & Zibetho; ſed fraus facilè animadvertitur. Nativa non tàm facilè in aquis molleſcit, ac factitia: Manibus prætereà ſi tractetur, ceræ modo lenteſcit factitia, non item vera. Color etiam ac odor non tàm exactè exprimi poſſunt in adulteratâ, quin à verâ differant. vid. *Olaus Wormius in Muſæo p. 31. Eraſmus Franciſci* in **Indiſchen und Sinäſiſchen Luſtgarten** pag. 179.

*Vires.*) Ejus uſus vel eſt internus, vel externus. Internè ſumpta ex optimis eſt ad ſpiritus demulcendos & confortandos, unde cerebro & cordi conducit, ſenſus omnes vegetiores reddit, in apoplexiâ, vertigine, lipothymiâ, ſpaſmo &c. ſummis laudibus decantanda. Multum etiam confert ad Prolongationem vitæ, ſic Pharmacopæjus quidam Calecutiæ, *teſte Franciſco Bacone Barone de Verulamio in hiſtor. vit. & Mort. p. m. 518.* ex uſu ambræ ad centum ſexaginta annos vixiſſe perhibetur; & Nobiles in Barbariâ ex ejuſdem uſu longævi reperiuntur, cùm plebs brevioris ſit ævi.

## ¶ PRÆPARATA.

### 1. *Eſſentia Ambræ.*

℞. Ambr. gryſ. p. I. Ol. amygd. d. p. ij. impaſta, ac digere & aliquot, poſtea exprime: Expreſſioni affunde V̄ rectificatiſſ. digere ac deſtilla per arenam. Sic elevabitur cum V̄ Eſſentia quoque Ambræ, relicto oleo amygdal. in fundo. Abſtrahe igitur V̄ leni calore, ad conſiſtentiam olei.

*Doſis g. pauca.*

2. Species Diambræ, *vide in D.*

3. Poma Ambræ, *vide lib. 2. c. 75.*

### 4. *Ambra Eſſentificata.*

℞. Ambræ gryſ. opt. part. VIII.
Moſch. odoratiſſ. p. I.
Sacchar. albiſſ. p. ſ.

Omnia pulveriſata cum Spiritu Roſarum ardente terantur optimè diutius, ſæpius aliquid de Spiritu roſarum affundendo, attemperando & rurſum reponendo, utque ſicceſcat. Hinc rurſus ut prius teratur, & ſervetur.

Vires. *Omnium viſcerum confortativum maximum eſt, inprimis vim procreandi promovet. Doſis inſtar piſi minoris in Vino vel alio liquore. Hartmann. in pract. & in Croll.*

N. *Flores Ambræ habet Keſlerus ſub nomine glebæ bituminoſæ.*

HOFMAN. *Præparata. 1. Eſſentia Ambræ.*) Eſſentia hæc Ambræ ab autore deſcripta, cum facilè ob ol. amygd. dulc. admixtum rancorem contrahat, convenientius eſt ambram vel cum ol. d. roſarum vel ligni Rhod. ſolutam cum ſaccharo albiſſimo miſcere, nodulo includere, roſtro capitelli cucurbitæ vitreæ imponere & cum Spiritu roſarum per fermentat. parato ex B. leni calore deſtillare.

N. Alia eſſentia Ambræ Cl. Tachenii

Rec.

Rec. Ambræ ℈ſ. Zibethi gr. iij. miſce in mortario, adde Succi Citri gutt. j. vel ij. Moſchi ℈j. diſſolve omnia cum ſpiritu roſarum ſ. q. M.

3. *Species Diambræ.*) Hæ ſpecies nullam merentur animadverſionem, ſed priſtinam retinent debitam laudem, ob ſimplicem deſcriptionem & genuinam præparationem, ſummæ ſunt virtutis in omnibus corporis affectibus à frigidâ causâ ortis, vertigini medentur, catarrhis reſiſtunt, ſpiritus tùm vitales tùm animales adaugent, concoctionem juvant, unde ſenibus ſalubre & familiare ſunt remedium.

4. *Ambra Eſſentificata.*) Egregiæ elaborationis & energiæ hæc etiam eſt. Cujus tamen vires augeri poſſunt ſi ambra gryſea prius in ol. d. roſar. vel Citri, vel Cinamom. ſolvatur ſ. q. & cum Sacchar. cand. pulveriſ. in Eſſentiam ſiccam redigatur. In reconvaleſcentibus egregiè convenit, ut & in deperditâ memoriâ.

N. Ambra non ſolvitur aqueis humidis, ſed oleoſis, quia oleoſe & balſamicæ & ipſa eſt naturæ. Contrà verò Moſchus, quia humidioris eſt naturæ, humidis & liquidis facilè permiſcetur. Cùm autem ambra per ſe non poſſit in vehiculo aliquo aſſumi, quia in liquoribus humidis picis formam induit, miſcenda eſt cum ſaccharo, & ſic vel per ſe, vel cum Liquore quocunque deglutiri poteſt.

## CAPVT XXX.

### *De Succino.*

Succinum nihil aliud eſt, quam Succinus bituminoſus, ſeu Reſina terræ & arborum vetuſtarum optimè digeſta, exinde in mare traducta atque ibidem præcipuè concreta.

N. *Dum bituminoſa illa ſubſtantia adhuc liquida eſt; varia ſeſe involvere ſolent, ut muſcæ, formicæ, &c.*

Dicitur Arabicè Ambra citrina, Electrum, Chryſolectrum, Carabe, Gleſſum, [Gentarum Pruſſorum ſmalternium Scytharum, Sacul Ægyptiorum putatur.] (Paracelſo.) Agſtein / Bernſtein / Gentar. Ambre jaune. *Amber.* Amber / Emmer / Barnſteen.

### *Delectus.*

Succini genera etſi plura vulgo numerantur, album ſcilicet ſ. flavum, & nigrum; attamen non niſi duo Officinis noſtris eo nomine veniunt. Album ſcilicet & flavum ſeu Citrinum; nigrum enim non datur niſi particulis, ad nigredinem aliqualem inclinantibus id nominis imponere velis. Utrumque quamvis laudibus ſuis haud deſtitutum ſit: Attamen præſtat album, utpote magis digeſtum. Eligendum id ipſum candidum, ſyncerum, ſuave fragrans. Huic ſuccedit flavum, quod præſtat pellucidum, quodque præ aliis attritu, ſuavem halat odorem, nigrius enim (quod nonnulli ſuccinum nigrum, alii ambram nigram faciunt,) vilius eſt. Flavum ad albedinem reduci poteſt hoc modo.

℞. Succin. flav. e. g. ℔ 1. pone in cucurb. terream validam, ſuperadde ſalis marini (ſi eo careas,) ſalis gemmæ, aut ſalis commun. opt. ℔ ij. ſuperfunde aquæ pluvial. ſ. ad diſſolvendum ſalem: quo ſoluto, inſuper affunde recentem ▽ fluvial. ebulliant ſuperimpoſito ☓bico cæco, (ne ▽ ſubito exhalare poſſit, non tamen firmiter cucurbitæ agglutinato:) ♂ ♇ 14. vel donec coctione illa album evadat.

N. *Ne ▽ deficiat, identidem, alia fervens ſuperadjicienda erit. Hartm. in Croll.*

Vires. *Calfacit, exiccat, roborat, adſtringit leniter, capiti ac utero inprimis dicatum eſt. Hinc adhibetur utiliter in Catarrhis, Epilepſia, Apoplexia, Lethargo, Vertigine, Suffocatione ac Inflatione matricis, profluvio ſanguinis ac ſeminis, quod ad naturalem ſtatum reducit: In fluore albo mulierum. Cæterum globuli è ſuccino ad oculorum defluxiones miro ſucceſſu auxiliari dicuntur, annexi occipitio. Iidem etiam collo geſtati præpediunt, ne deſtillationes in guttur ferantur. Baptiſt. Port. Matthiolus.*

Uſus *Præcipuè albi, tam internus, quam externus eſſe poteſt. Internè exhibetur ad ʒj. uſque.*

N. *Alii commendant pro amuleto in peſte, ſi eo pulſus ſæpe fricentur.*

Hofman. *De Succino.*) De hujus Origine & Naturâ videas etiam Autores valdè diſcrepantis eſſe ſententiæ. Alii enim gummi Arborum, Alii ſperma animalium, Alii Avium etiam excrementum, Alii ceram melle imbutam, Alii Maris ſobolem habent. Alii Reſinam terræ ſtatuunt, prout & *Dnus Autor*, cum quo & Nos facimus, ad bituminis etiam genus referentes, quod è cavernis ſuis effluens maris ſalſugine coaleſcit & tenui portione excluſâ induratur. Hanc ſententiam noſtram ſtatuminat hujus uberior proventus in illis locis, ubi Pinus & Terebinthinæ in copiâ creſcunt, quod argumento eſſe poteſt, à ſimili quâdam reſinosâ ſubſtantiâ, qualis in arboribus illis reperitur, per terram diffuſâ naſci & à particulis ſalſis marinis vel aliunde coagulari. Nec abſimilem naturam arguit prætereà ſimilis inflammabilitas ac color, qui à Terebinthinæ Cypriæ incenſæ odore non differt, quodque ex ſuccis illarum arborum per artem confici poſſit teſte *Martinio in Atlante Sinico p.* 65. Poteſt & impurum ſuccinum arte corrigi, teſte *Glaubero Libr. de Furnis Philoſ.* per ſp. Sal. Comm. rectificatum; ſed tunc duritiem illam deponit, nec durat niſi in loco frigido vel temperatè calido. Natura exhibet interdum minus elaboratum, alte â ſui parte molle, alterâ durum; nonnunquam etiam illud variis ſolet pingere characteribus. Interdum etiam variis ſcatet inſectis illi, dum adhuc molle fuit, inviſcatis. Sic & ſolo ignis adminiculo ita ſolvi poteſt, ut illo cadavera obduci queant. vid. *Cl. Morhof. l. c.* p. 49.

N. Reperitur in Boruſſiâ ad Maris Balthici littora, ortâ tempeſtate Sudini retibus illud piſcantur: Et ad Cimbriæ littus occidentale. Veriſimile eſt, tractus iſtos arenoſos bitumine refertos, quod ubi in mare exſudat, dicto jam modo coagulatur. In Sileſiâ ſub arce Greiffenſtein ad pagum Rabſau etiam eruitur, ut & quandoque Iſlebiæ à Boruſſico nec colore, nec odore, nec perſpicuitate differens. Deſcribit & *Succinum Mexicanum Franciſcus Hernandez. in theſaur. rerum Medic. Nov. Hiſpan. Lib. x. cap. 2. p. m. 356.*

*Delectus.*) Datur ſuccinum album, flavum & nigrum. Nigrum vilius eſt; Hinc non niſi album & flavum in uſu ſunt. Præſtat album, ut magis digeſtum, ſincerum, ſuave fragrans. Huic flavum ſuccedit, quod pellucidum ſit ſuavis odoris.

*Vires.*) Succinum vim calefaciendi, exſiccandi, roborandi obtinet, ſpecificum cephalicum & hyſtericum. Unde in epilepſia, apoplexia, vertigine, lethargo, ſpaſmo, catarrhis, ſuffocatione hypochondriaca admirandæ eſt virtutis. In ſubſtantia confert in hæmorrhagiis uteri, gonorrhœa, fluore albo mulierum. Oleum ejus deſtillatum confert in peſte, unde & potiſſimum ingrediens olei peſtilentialis D. D. Heiniſii. Globuli ex ſuccino occipitio annexi oculorum medentur defluxionibus, & collo geſtati impedimento ſunt, ne catarrhi ſuffocativi oriantur.

## ¶ PRÆPARATIONES.

1. Præparatio. 2. Solutio ſeu Præcipitatio. 3. Deſtillatio.

### *I. PRÆPARATIO.*

*Unde*

### *Succinum præparatum.*

Præparatio Succini vulgari modo fit, cum ▽ appropriata lævigando.

N. *Quercetanus in Ph. reſt. cap. 26. miſcet Succ. pulv. cum ♁, hunc deſuper accendit, continuo agitando, & hoc 4. repetit, tandem humiditatem, △e ſeparat, reſiduum Succinum pulveriſat, & ſervat.*

Vires. *Eadem quæ ſupra.*

Hofman. *1. Præparatio, unde Succinum præparatum.*) Hæc vulgari modo cum ▽ ſpecifica lævigando peragitur. In catarrhis

cum Eſſentia catharrali, in affectibus uterinis cum Eſſ. uterina &c. lævigatur.

## ¶ II. SOLUTIO & PRÆCIPITATIO.

*Unde,*

*Magiſterium, Extractum, Tinctura.*

℞. Succini pulveriſ. q. v. affunde 🜅 rectificatiſſ. ſolve, decanta, abſtrahe in MB, vel præcipita cum ▽ font. & remanebit in fundo Magiſterium.

N. 1. *Paracelſus.*

℞. Carab. q. v. affundit circulatum, digerit in ⊕ribus ♂ ♀ (6.) Hinc abſtrahit ac cohobat, idque toties donec in fundo [symbol] appareat. *lib.* 5. *Archid. p.* 81.

N. 2. *Dici quoque poteſt Tinctura, ſi in forma liquidiuſcula adhuc adſervetur.*

Vires. *Magiſterium hoc, ut nihil aliud eſt, quam pars purior ac reſinoſa, à craſſioribus ſola ſolutione ſeparata, ita eaſdem cum ſuccino, efficaciores tamen operationes obtinet, [in omnibus affectibus capitis, Colicâ, Calculo.]*

[*Doſis à gutt. vij. ad* ℈ß.]

*Aliter.*

℞. Succinum pulveriſatum & parum toſtum, affunde ✱ ac extrahe, Extractum præcipita cum Spir. ⊕i.

Vires. *Sudorificum eſt ac diureticum.*

*Magiſterium Succini dulce fixum.*

℞. Succin. alb. pulveriſat. ſubtiliſſ. q. v. affunde ✱ ad eminent. 4. digit. ebulliant in arena aliquot dies (ſi evaporet, affunde novum) ut rubeſcat ✱. Hoc filtra & abſtrahe, ſic manet magiſterium in fundo. Hoc ſolve in ▽ (roſarum) filtra & abſtrahe, idque vice tertia, tandem præcipita cum Spir. ⊕i vel ſucco citri.

Vires. *Sudoriferum eſt inſigne, admodumque conveniens in morbillis, pleureſi, confortat cor, &c.*

*Doſis à g. 6. ad* 12.

N. *Ita etiam paratur Magiſter. C.C.*

HOFMAN. 2. *Solutio & Præcipitatio.*) Unde Magiſterium, Extractum, Tinctura. Si volueris Eſſentiam ſeu Tincturam ex ſuccino elicere, vel in flavam ſolutionem redigere, neceſſe eſt ut ſp. vini rectificatiſſimus ſumatur, alias inauſpicatò hujus præparationem aggredieris, & poſtmodum leni calore digeras, ſecus faciendo oleum & operam perdes. Ut autem conſtet, Tincturam iſtam non à Menſtruo digeſtione exaltato eſſe profectam, ſed partes ſuccini ſubtiliores reverà fuiſſe ſolutas, guttas ejus aliquot ▽æ infunde, in quam Spiritu vini ſubitò ſeſe diffundente reſolutum ſuccinum liquoris ſuperficiei inſtar tenuiſſimæ cuticulæ ſupernatare conſpicies, in fundo autem, ut Autor ſcribit, pro Magiſterio nihil invenies.

N. *Th. Paracelſus* Succini ſ. q. affudit circulatum, digeſſit in Ciner. aliquot ♂ ♀. Hinc per cohobationem abſtraxit, uſque dum in fundo unctuoſus liquor apparuerit. *Lib.* 6. *Archidox.* p. 1.

*Vires.*) Hæc Eſſentia Succini nobile eſt Medicamentum Capiti, ventriculo, inteſtinis ac toti nervoſo generi dicatum; contra calculum etiam efficaciſſimum.

N. Reliqua Magiſteria rejicimus.

## ¶ III. DESTILLATIO.

Deſtillatio exhibet oleum, Phlegma, Spiritum ac Sal: perficiturque vel ſine liquore, vel cum liquore affuſo, per cujus virtutem ſcilicet aliquantulum digeratur ac ſolvatur.

N. *Oleum non aſcendit, quamdiu aqueum adfuerit vehiculum, ideoque ſi oleum expetatur, ſine ▽ deſtillatio peragi poteſt.*

*Exempli gratia.*

℞. Succin. groſsè triti, q. v. e. g. ℔ ij. vel ℔ iij. (poſſunt & ſilices contuſi addi.) deſtilla per [symbol] in vitream, terreamvè igne gradato & cautè adhibito: Extillabit primo phlegma, poſtea oleum ſubtilius, tandem craſſius, Salque volatile parietibus adhæreſcit. Hæc ſingula, ſi libet, ſeorſim ſuſcipe.

N. 1. *Alii digerunt primo Succinum cum aqua, (ſic Crollius cum ▽ roſacea) hinc deſtillant. Verum ut dixi, oleum non aſcendit priuſquam humiditas aquea conſumpta fuerit, protrahitur itaque nimium labor citra utilitatem, quæ ſit alicujus momenti.*

N. 2. *Alii ſuccinum optimè terunt, ut ſit inſtar farina, hanc miſcent cum cinere optimè elixiviato, deſtillantque igne adeo leni, ut intra momenta* 20. *vix guttula decidat. Sic eliciunt oleum album penetrantiſſimum, quod ſeorſim colligunt, mutato, cum flavum apparere inceperit, recipiente.*

Hactenus olea ac ſpiritum confuſim, deſtillando adeptus es; itaque deſtillatione ſeu rectificatione ulterius ea ſeparare ac rectificare poteris.

℞. Oleum omne vel ſingula ſeorſim, infunde in cucurbitam, cum ſ. q. aquæ addendo nonnihil Sal. Com. ac deſtilla per MB vel per veſicam.

N. 1. *Alii affundunt oleo rectificando Acet. deſtill. digerunt & deſtillant.*

N. 2. *Si oleum illud craſſius una cum ✱ ſuper ⊕ reſtitans rectificetur, oleum extillat primo inſtar ▽æ limpidiſſimum, quod ſubſequitur, ſubflavo colore præditum eſt.*

HOFMAN. *Deſtillatio unde Oleum.*) Hoc vel ſine additione vel etiam cum additione aliarum rerum v. g. ſilicum contuſorum, arenæ, Sal. com. calc. viv. corall. &c. deſtillari poteſt per retortam vitream aut terream igne per gradus adhibito. Extillat primò phlegma, hinc oleum ſubtile, tandem craſſius cum ſale volatili. Alii digerunt ſuccinum prius cum ▽â, hinc deſtillant. Verùm ſine ullo emolumento. Alii ſuccinum optimè tritum cum cinere elixiviato miſcent, & igne deſtillant leni non ſine maximo commodo. Acquirunt enim oleum penetrantiſſimum album ab initio, quod ſeorſim ſervandum, hoc flavum poſtmodum ſequitur. Nonnulli ſumunt calc. viv. Salis ana M. j. Succini albi ℔ ij. ♌lant per Alemb. ex Aren. △ne leniſſimo appoſito recipiente, capitello imponunt goſſypium. Vel Ret. Succini albi. Aren. ana q. v. ♌la ex retorta per Aren. primo lento △e, poſt fortiori, & acquires oleum craſſum ſubobſcurum, quod ob ſalis volatilis copiam ingrati erit odoris, huic ▽am calidam affunde, miſce agitando, ſtent per ♂ ♀ in digeſtione, & ſal volatile in aqua ſolvetur, hoc repete aliquoties, uſque ſal volatile omne ſit imbibitum in aqua. Tandem reſtans ol. cum ▽ deſtilla per veſicam cupream & rectifica ſemel vel bis. Accipies oleum flavum pulcherrimum. Sal volatile ſeorſim rectifica.

N. Si ol. illud craſſius unà cum Acet. ſuper Cap. mort. reſtitans rectificetur, oleum deſtillat primò inſtar ▽æ limpidum, & quod ſequitur flavum erit.

Hic obiter nota *Heinrici ab Heer* admonitionem *Libr. I. Obſerv.* 17. inſertam, ſe oleo ſuccini albi uti aliàs ſolitum in epilepticis, convulſis, catarrhoſis, cum non ægris tantum, ſed & adſtantibus odio eſſe notaverit, faſtiditumque à pleriſque ob fœtorem nimium, ſive litu foris, ſive intus tabella, vel quovis modo uteretur, jam ab aliquot annis Balſamum illi Peruvianum optimis ægrotorum rebus ſubſtituiſſe. Verùm quotidianus ejus uſus & experientia huic contradicit, qua conſtat, illud rectè præparatum non adeo abominabilem habens odorem cum exterius adhibitum, tum interius etiam propinatum vires illas, quas ſuprà adduximus, maſculè exſerere.

¶ *Hinc extant*

PRÆPARATA
*Officinalia.*

1. Succinum præparatum: fit ex albo, l. a. cum aqua.

2. Ma-

2. Magiſterium ſeu præcipitatum, *vid. ſupra Præcipitato.*

3. Phlegma. *In deſtillatione collectum* (ſed rarò.)

4. Oleum ſuccini albi.

1. Rectificatum.

2. Non rectificatum ſeu fœtidum.

Oleum ſuccini citrini.

[*Doſ. à gut. iv. ad viij. ℈ß. qui ad ℈j. imò ℈ij. exhibere audent, temerarii audiunt.*]

5. Balſamus fit ex ſuccini 1. Magiſterio ſeu Extracto duriuſculo. 2. Oleo, & 3. Sal. com. quæ excipiuntur Oleo nuciſtæ expr. præparato.

6. Pilulæ de Succino v. l. 2.

7. Trochiſci de carabe. Aug.

8. Cryſtalli rufi & Sal volatile album Succini deſcrib. à Keſl. centur. 3. artic. 12.

## CAPVT XXXI.

### *De Spermate Ceti.*

EST & aliud genus Bituminis, quod Sperma Ceti Officinæ vocant, alii Ambram ſubalbidam, alii florem maris ſeu ſalis Veterum interpretantur. Germ. Wallrath. *Flovver of the ſea, Parmacity,* or *vvhitish Amber,* or *ſeed of the vvhale.* Sperma ceti / ſact vande Walviſch of wittachtigh Amber / of bloem van de Zee.

N. *Colligitur in mari, cui ceu ſpuma ſupernatat. Cujus autem originis ſit, nondum inter ſe Authores conveniunt. Sunt enim qui eſſe ſemen volunt à Balæna ſeu Ceto emiſſum, ſed malè, invenitur enim in locis, ubi ne balænæ unquam deprehenſæ ſunt. Sunt ergò alii qui florem ſalis, à Veteribus deſcriptum, nominant, adeoque ſpumoſum quid ſalis marini perhibent. Verum & hi hallucinantur, primum quod cum Veterum flore ſalis, qui ruber & liquidus deſcribitur, minimè conveniat. Secundum, quod ſi citra vim abſterſoriam & ſalſam, quam ſpuma ſalis utrique referret. Veriſimilius ergo videtur, uti in reliquis Regnis duobus vegetabilium ſcilicet & animalium excrementa ſuppetunt pinguia: Ita & in Regno Macrocoſmico. Et hujus ſpeciem eſſe pinguedinem hanc furfuroſam, productam, vel exhalatione terræ ſulphureæ, mari communicatæ, vel ex ſulphureis particulis marino ſalis immixtis, quæ agitatione fluctuum congregatæ, & in pinguedinem coactæ ſunt.*

[N. *Colligunt tamen hoc tempore non tantum ex mari, verum etiam ex capite balænæ Orcæ maximam copiam, lixivio peculiari dealbant, quo & vetuſtate corruptum reſtituere ſatagunt.*]

Eligatur candidum, pingue, recens, non rancidum, &c.

Vires. *Humectat, reſolvit, anodynum eſt, proin vulgaris uſus in coagulati ſanguinis reſolutione à caſu vel ſimiliter contracti. In torminibus colicis ſedandis, ut & in torminibus ventris infantum mitigandis. In tuſſi tartaroque pulmonum demulcendo.*

*Doſis à* ℈j. *ad* ℥j. *vel* ℥ij.

*Extrinſecus ſunt qui cicatricibus exanthematum illinunt, ut carne eas repleant.*

HOFMAN. *De Spermate Ceti.*) Hoc ſubſtantia quædam pinguis eſt, tenera, mollis, verno tempore manè mari tranquillo innatans, calore leni diffluens, aëre autem frigido iterum concreſcens, colore albo ſquammarum minutarum ſub ſpecie ſe offert. Quoad ſaporem butyrum quaſi æmulatur, niſi quod aliquid rancoris linguæ imprimat, prout recentius vel vetuſtius fuerit, variat. Odor nullus ferè eſt, niſi etiam quodammodo rancidus. Hoc ab initio ſub ſpermatis ceti nomine Naturæ myſtis venit, eò quod putarent, eandem eſſe ceti genituram in mare à coitu illorum effuſam, cum illis in locis potiſſimum inveniatur, ubi cetorum vel balænarum magna eſt copia, & ſpermaticam ac viſcidam repræſentet ſubſtantiam; Sed fruſtraneâ perſuaſione. Alii poſtmodum fuerunt, qui florem ſalis haloſanthon Veterum putarunt, cujus ſubſtantia Salina, nitroſa, non pinguis ac oleoſa fuit qualis ſpermatis ceti, ſulphureæ potius naturæ, ut ob id ab Autore noſtro & aliis ad bituminoſa referatur corpora. Attamen cum & hoc nimis generale ſit, ad poſum quod potius ac pingue ex animalium claſſe videtur, & in ſpecie marinorum, cum rancor facilis, ſapor piſcoſus & odor ac ſimilia hoc ipſum evincant. Ideoque modernæ obſervationes & experientiæ in cetorum capturâ manifeſtarunt, hoc ſperma ceti dictum ex cetis eſſe, non autem quòd ex partibus eorum genitalibus oriatur, ſed ex capite potius eorum proveniat, & tam ipſum ſit pingue cerebrum, quàm oleoſus cerebro circumfuſus liquor. Varias ſcilicet inter cetorum ſpecies, Borealem Oceanum juxta Iſlandiam Grœnlandiamque Inſulas incolentes, una eſt ſingularis 25 aut 27. ad 30. ulnarum longitudinis, 10. ad 15. craſſitiei, dentibus mediocribus armata, ſed capitis prægrandi inſtructa mole, adeò ut ſecundum *Olaum Wormium* hoc tertiam totius piſcis partem ferè adæquet, à latinis aliàs proprio nomine Orca appellatur, Belgis Porſiſch. In hujus cranii cavitate continetur materia hæc pinguis & oleoſa, quæ exinde collecta vel in mare effuſa ſperma ceti poſtmodum appellari incipit. Nec minima eſt hujus quantitas, reperitur enim in his craniis tantâ copiâ, ut ex uno cranio diſſecto balænæ multæ amphoræ deſumptæ fuerint. *vid. citatum Wormium in Muſæo* Cap. 14. *Bartholin.* c. 4. hiſtor. 24. *Cluſium* Libr. VI. Exotic. c. 17. Hoc autem tantùm in maſculorum craniis reperiri aſſerunt, fœminarum cerebroſa ſubſtantia inſtar liquidæ pinguedinis inſtar olei venit in uſum lucernarum; Hic dubium ſolum manet, quomodo à Balænis in mare effundatur? Sub ſpermatis ratione hoc fieri, nemo jam ſibi perſuadebit, ſed potius cum *Olao* l. c. ſtatuimus, reperiri hanc materiam in mari, quando aut cetus hic pugnando cum aliis occubuerit, aut quando hanc materiam certo tempore naturæ inſtinctu per appropriatos meatus evacuarit. In mare igitur effuſa pinguis hæc materia marini ſalis attactu in ſe cogitur & ſpiſſitudinem contrahit, accedente aëre frigido. Hoc autem ignobilius fere quod mari innatat, prout prius ac nobilius, quod ex ipſo cranio hauritur. *Thom. Bartholin.* C. 3. *epiſt.* 70. Illud quod ex mari hauritur, aquis puris calidis abluitur, incoquitur, & factâ poſt refrigerationem conſiſtentiâ aufertur pinguedo, ſperma ceti dictum officinarum. Hâcque ratione præparatur illud, quod ex mari colligitur impurius. Hujus autem, quod ex Capite Balænarum ſumitur, concinnior longè præparatio eſt, quâ utuntur Dani in præparando ſpermate ceti, quam à Pharmacopœo Hafnienſi expertus *Dn. D. Michael Ettmüllerus* amicus meus plurimum honorandus communicatam accepit, & diſſertationi *de ſpermate ceti* inſeruit, quæ cum non in omnium ſit manibus, hûc apponam. Conficitur ſcilicet lixivium acre ex cineribus & calce vivâ, ita ut hujus ſit minor quantitas, quàm cinerum. Signum autem ſufficienter acuati lixivii eſt, ſi intra digitos ad tactum lubricum & quaſi pinguidiuſculum percipiatur, hinc per ſaccum laneum, ut clarum & purum evadat, percolatur. Ubi lixivium jam præparatum eſt, ſumitur maſſa ex cranio Balænarum ſuprà dictarum, eaque ſi pinguis, flava & liquamine oleoſo ſuperfluo perfuſa fuerit, (wenn ſie ſehr thranicht iſt) per ſaccum ex pilis confectum mediocriter eſt exprimenda, non per pannum lineum, ut omne liquamen pingue ſuperfluum per ſaccum tranſudet: quo facto reſtitans in ſacco materia ſpermatis lixivio ſuprà præparato immittenda & manibus in lixivio probè ſubigenda & cum eodem permiſcenda per ♂ ♀ ita reponenda eſt. Altero die manè per ſaccum Piloſum lixivium denuò exprimendum & ſeparandum, & id quod reſtiterit, ſuper linteum explicandum & digitis blandè diducendum eſt, & in aëre libero vel ſub tepidiori ſolis radio, ne liqueſcat, exſiccandum & ita præparandum erit, quod poſteà ſpermatis ceti venit nomine. Magma candidum, ſquamoſum, friabile, promptè liqueſcens.

N. 1. Si materia ex cranio collecta pinguis ac oleoſa fuerit, ſed candidior & friabilis, tunc citrà expreſſionem per ſaccum piloſum ſtatim lixivio eſt permiſcenda, aliàs ſperma hoc ruffeſcet.

N. 2. Ipſa lixivii quantitas nec copioſa nimis ſit, reſpectu infundendi ſpermatis, nec etiam acrimonia ejus nimis intenſa, aliàs immiſſa ſpermatis materia coit cum alkalibus lixivii in ſaponem. Idem præparandi modus etiam obtinet, ſi rancidum forſan aut vetuſtate nonnihil fuerit corruptum.

*Vires. Humectat, reſolvit, anodynum eſt.*) Undè maximè ejus uſus in colicâ, ſuffocatione hypochondriacâ ſeu hyſtericâ paſſione, torminibus infantum commendatur; Lac coagulatum diſſolvit, unde & *Hadrianus à Minſicht in armament. chemic.* p. 520. Emplaſtrum de ſpermate ceti deſcribit, cujus feliciſſimum ſucceſ-

ſum

ſum *Dn. D. Iohannes Michaelis* in tumoribus mammillarum ſæpius fuit expertus & *Cl. Timæus à Güldten Klee caſ. Medic. Lib. 4. Caſ. 36. p. 134.* Sanguinis grumos reſolvit, & in aſthmate, catarrho ſuffocativo, nihil præſtantius. Sed rancidum non eſſe debet, aliàs plus nocebit, quàm proderit.

Doſis eſt in adultis ℈ß. ℈j. ad ʒj. infantibus gr. j. ad iv. vel ℈ß. vel per ſe, vel cum ſaccharo cando ſemine aquilegiæ &c. in lacte materno.

## CAPVT XXXII.

### *De Aſphalto, Naphtha, Petrolæo, ac Oleo Terræ.*

ASphal- { Vera de qua hic.
tos { Subſtititia, Aſphaltos.

Officinarum, *de qua lib. 4. Piſſaſphaltum.*

Ἄσφαλτος, ἀσφαλτὸς eſt Bitumen, (ſevum, reſina,) Macrocoſmi, picis inſtar ductum, &c. Supernatare primum aquis conſpicitur, ſeu lacubus, hinc ad littora propulſum concreſcit, denſatur, tenaciſſimumque redditur.

Præfertur reliquis Iudaicum Bitumen, quod mortui maris (ἀσφαλτίτης propterea dicti,) genitura, German. Judenpech/ Bitume ou limon glueux de Iudée. *Ievvs pitch, A fat clay or ſlime, of the nature of brimſtone.* Jode-pick/ een vette kley brandende gelijck Solfer.

Ejus verò probatio eſt, ut purpuræ modo ſplendeat, (ſcilicet in nigrore) ſitque ponderoſum, & validum odorem vibret; nigrum autem & ſordidum vitioſum eſt.

N. 1. *Quia rariſſimum eſt, noſtratibus ejus loco Piſſaſphaltos in uſu eſt, quam vide lib. 4.*

N. 2. *Oleum illius paratur ut Succini.*

Naphtha eſt colamen bituminis Babylonii, conſiſtentia liquidum, ignis rapaciſſimum.

N. *Nec & hæc noſtratibus uſitata, ſed loco ejus Petroleum uſurpare ſolent.*

Petrolæum, Oleum Petræ, Steinöle/ du Petrole, ou huyle de pierres. *Stone-oyl, a fat liquor flovving from rocks and other ſtones.* Steen-oly/ van rotſteenen een andere ſteenen vloeyende. Eſt liquamen (axungia Macrocoſmi.) pingue, liquidum, è petris & ſaxis effluens.

Vires. *Calfac. & ſic. tenuium partium eſt, digerit, & reſolvit, cerebro ac nervoſo generi confert.*

N. 1. *Petrolæum in Italiæ regione Mutinenſi ſtillat candidum & ruffum. In Sicilia fontibus innatat. Apud Mejanum pagum in tractu Parmenſi album eſt. Babylonicum autem in ſuo fonte flagrare dicitur, ſecus Italicum.*

N. 2. *Rectificatio Petrolæi fit in Capella vacua, ita habebis limpidiſſimum ♁m, & in fundo ♉ vernicem ſeu Colophoniam nigram, ſolidandis vulneribus aptiſſimam, Spiritus autem pernionibus ulceratis confert, nervoſque illitu cum ♉ roborat.*

Oleum terræ oleum eſt pellucido-rubicundum, odoris fortis petrolæum æmulantis, ſed gratioris.

*Ante paucos annos nobis innotuit ex India Orient. aſportatum, ubi ex monte quodam effluere dicitur.*

Vires. *Arthritidi vagæ maximo eſt ſolamini inunctum.*

HOFMAN. *De Aſphalto, Naphtha, Petrolæo, ac Oleo Terræ.*) De hoc *Franciſcus Hernandez l. c. Lib. x. Cap. 2.* ita commentatur. Purpureo ſplendet colore, ac trifolii Aſphaltitidis, rutæve gravem quendam ſpirat odorem & eiſdem pollet facultatibus. Septentrionali ſcaturit Oceano, & liquidum fluens ſtatim in hujus Hiſpaniæ novæ littora decurrit. In laminas cogitur, bina paſſuum milliaria quandoque longas, craſſas verò duas tréſve ſpithamas. Vili ob copiam in his regionibus venditur pretio. Utuntur eo Mulieres Mexicanæ commanſo ac paſſim non ſine voluptate quadam ore retento ad extergendos & priſtino nitori reſtituendos dentes. Aliàs uſum internum non agnoſcit.

N. Bitumen judaicum dicitur Juden-Pech/ eò quod in Lacu Iudææ naſcatur, & adeò lentum eſſe fertur, ut avelli nequeat, præterquam filo, quod menſtruum mulieris infecerit.

N. Noſtratibus ejus loco *Piſſaſphaltos* in uſu eſt; Hoc picem bitumini miſtam redolet, & in Apollonio Epyri invenitur, quia fluminis impetu ex montibus devolvitur Ceraunii, & in glebas cogitur, idque nativum eſt. Aliàs datur & factitium compoſitum ex pice ac bitumine, unde & nomen accepit; Nonnulli etiam *Piſſaſphalton mumiam Arabum* vocant, de quo *Lib. V. de Mumia.*

N. Reliqua ut *Naphtha, Petroleum* non eſſentiâ, ſed accidentibus tantum ſecundum magis & minus differunt: ita ut pars ſpirituoſior ſit Naphtha, huic proxima Petrolæum, & oleum terræ, craſſior & feculenta Aſphaltum.

N. Præter hæc nobilis etiam *Naphthæ* ſpecies ex Sumatrâ affertur, Iavæ regno è regione in conſpectu ſita. Quam Miniac Tannah Indi vocant, quod oleum Terræ ſignificat, & non ſecus ac nobis cognata Naphtha, ſeu Petrolæum è terra erumpat, vel ex rupibus in ſubjecta flumina præcipitetur. Hoc oleum à Barbaris in tanto habetur pretio, ut Rex Achinenſis, qui potentiſſimus iſtius Inſulæ tyrannus eſt, ſub capitali pœnâ iſtud evehi inde prohibeat, ita ut incolæ nocte intempeſtâ, ſi quæ Batavorum aut Anglorum novis eorum littoribus appellat, ad hos iſtud furtim deferant. Hoc oleum partibus paralyticis illitum miraculi inſtar ſolatur, odore eſt gravi, ſed minus faſtidioſo. *Iacobus Bontius in not. ad Garc. ab Ort.*

## CAPVT XXXIII.

### *De Carbone Petræ & Gagate.*

CArbo Petræ, carbo foſſilis (Steinkohlen. Charbons de pierres. *Stone-Coal or Peter-Coal.* Steencool of Peter-cool.) Bituminis terreni genus eſt foſſile, lapideum, friabile, nigrum.

Dicitur Carbo quòd nonnullis Germaniæ locis fomitem ignis præbeat. Aliis terra ampelitis audit, aſt male.

*De Uſu ejus Medico nihil adhuc, quod addam, habeo, nullus tamen dubito, quin oleum inde elici poſſit ad maturanda ulcera, emolliendoſque tumores aptiſſimum.*

Gagates eſt genus terræ nigræ, lapideæ cruſtoſæ, adeo bitumine prægnans, ut bitumen redoleat, & accenſum picis ferè modo flagret, nigerrimumque emittat fumum.

Dicitur Gagates à Gaga Fluvio Ciliciæ, in cujus faucibus olim ſolùm inveniebatur. Hodierno autem tempore & in Germania frequenter eruitur. Differt à carbonibus foſſilibus, quod hi nec flammam emittant, niſi follibus excitentur, nec bituminis odorem ſpirent. Gagates vero igni admotus flagrat, odoremque bituminis exhibet.

N. *Sunt, qui ſuccinum nigrum vocant; cum ſuccinum revera non ſit, quippe cruſtoſus gagates eſt, ſuccinum leve. Alii Piſſaſpaltum, ſed malè, quippe hoc factitium quid eſt. vide lib. 4.*

Vires. *Emollit, diſcutit, Colicum morbum ſanare creditur, ſi in pollinem redactus ſeptem diebus continuus ad ʒj. uſque propinetur. Aëtius flagrantem in vino extinguit, idque cardiacis propinat.*

HOFMAN: *De Carbone Petræ & Gagate.*) *Carbo Petræ* cruſtoſus lapis eſt, Stein-Kohle/ nihil aliud etiam eſt, quàm bitumen quoddam ſub terrâ induratum, lapideum, friabile, nigrum, ſi ardeat, aquâ aſperſus magis ardet, quæ eſt natura bituminis. Dicitur *carbo*, quod Belgis, Anglis & nonnullis Germaniæ locis fomitem ignis præbeat. Hi carbones ex bitumine in causâ ſunt, quod montes, ut Ætna, Veſuvius &c. flagrent

fugerent; Illa etiam ſpecies pyritis, lapis ille fiſſilis Iſlebiæ,
der Schifer/ ex bitumine conſtare videtur, quia facilè ardet &
odore bitumen refert. De uſu ejus Medico nihil adhuc con-
ſtat.

*Gagates* dicitur lapis à fluvio nomine *Gagas* in Ciciliâ, ad
cujus oſtia ad mare prope urbem Plagionpolim olim fuit repertus
teſte Dioſcoride Libr. 5. Cap. 92. Hodiè etiam in Germaniæ
quibuſdam locis frequenter eruitur.

N. *Sunt, qui ſuccinum nigrum vocant* &c. ) Sed materiâ diſ-
crepant, licet cognatio ac affinitas quædam ſit in hoc, quod at-
trahant paleas: Nam & ſuccinum & gagas calefactus motu pa-
leas, fila, chartam &c. attrahit. Deinde uterque igne accen-
ſus flagrat, ſed ſuccinum non ardet aquis, licet oleo quodam-
modo ardeat. Gagates verò, quia ex bitumine fiunt, eò magis
in aquâ ardent & aquâ accenduntur propter vim bituminis. Ga-
gates cruſtoſus eſt, lapideus, ſuccinum leve.

*Vires, emollit, diſcutit, &c.* ) Fugat nidore ſerpentes, paſ-
ſioni hyſtericæ ſeu ſuffocationi hypochondriacæ ſuffitu medetur,
contra autem epilepſiam ſuffiendo in epilepticis concitat. *Zacu-
tus Luſitanus Lib. 1. de Medic. Princip. Hiſtor.* p. 228. Habet etiam
vim emolliendi & diſcutiendi, unde Colicæ reſiſtere dicitur in
pulverem redactus ad ʒ j. ſeptem diebus continuis in appropria-
to vehiculo propinatus. Gagates olim fuerunt geſtamina virgi-
num ac matronarum, quibus gratiam ſibi conciliabant, prout
moderno tempore perlis ac corallis rubris. Ornabantur his
etiam galeæ, ſcuta & gladii. Eſt in Arce ad oſtium Tangeræ
templum fundatum, variis gemmis *à Carolo IV. Imperatore* or-
natum, cujus feneſtræ ex Gagate miro invento ſunt compoſitæ.
In quo templo eſt etiam pugio ipſius Caroli, cujus capulus ex ga-
gate lapide integro miro artificio eſt compoſitus, teſte *Chriſtoph.
Encelio De Lapid. & Gemm. Lib. 3. Cap. XI.*

## ¶ PRÆPARATA.

Oleum in cinere ex retorta vitrea paratur ad mo-
dum olei ſuccini, ſed igne paululum vehementiori.
Oleum hoc ſi libet, poterit rectificari, additâ aquâ
ſimplici.

Vires. *Commendatur Epilepticis, Maniacis, Pa-
ralyticis, Spaſmicis, Tetanicis, Arthriticis, ab utero
ſuffocatis, naribus illitum.*

HOFMAN. *Præparata.* Hujus oleum ad modum olei ſuccini ſu-
prà edocti, conficitur, & rectificatur, vehementiorem tamen ignis
gradum requirit. Utile eſt hoc in ſpaſmo, Tetano, arthritide,
hyſtericâ paſſione, epilepſiâ, paralyſi; Magis tamen prævalent
Medicamenta ex ſuccino præparata.

*Et ſic ad finem perducta eſt Mineralogia.*

PHAR-

# PHARMACOPOEIÆ MEDICO-CHYMICÆ,

## *LIBER QVARTVS.*

## SEV

# PHYTOLOGIA.

### HOFMANNUS.

HACTENUS Rationis & Experientiæ limâ *Mineralogiam*, quantum poſſibile fuit, dedimus expolitam; ſequitur hanc eâdem viâ *Phytologia* ſeu *Doctrina de Plantis.* Hujus antiquitatem ſi ſpectes, inde uſque à Protoplaſtorum temporibus ad Nos deducta eſt. Primus Adamus omnium ſtirpium & Plantarum exactam habuit cognitionem, & reliquos ab ſe deſcendentes Patriarchas ad illarum duxit cognitionem, quare & de eo dicitur, impoſuiſſe nomina animantibus, aliiſque terræ reptilibus, ſub quibus procul dubio & Plantæ comprehenduntur. Unde *Ioſephus Libro* 1. *A. I.* columnarum duarum meminit poſt diluvium repertarum, quibus inſculpta ſtellarum & herbarum nomina, in hunc finem erectarum, ut in poſterorum cognitionem veniret, quali ac quantâ ſcientiâ Adamus fuerit donatus. Idem perhibet, Noachum non vineas tantum, ſed & herbas condidiſſe aromaticas, quibus ſeſe morbis invaleſcentibus ab his incolumem præſtare poſſet. Hujus notitiæ magnas Adami ac Noæ poſteritas fecit acceſſiones, nec Prophetis eâ deſtitutis; Aliis poſt Adamum nemo ſupereminere viſus præterquam ſapientiſſimus Regum Salomo, de quo *S.* Scriptura facit mentionem, quod tria millia dicta de Herbis ac medico harum uſu protulerit. 1. Regum 4. id quod & *Ioſephus Libr. c. t.* 8. *c.* 2. ſuo teſtimonio approbat. Quæ cauſa quod moderni Iudæi Francofurdi ad Mœnum, Hamburgi, Viennæ, Venetiis, Romæ & alibi herbarum ſcientiam, quibus Salomo fuerit uſus, tam ſequipedalibus adhuc exaggerent verbis, ad morbos debellandos; imò ad ſeſe notitiam traductam, quibus modis ratio miſcendi & componendi peragatur. Hanc divinam originem gentilis etiam admirata eſt Antiquitas, ut introduxerit, primos Medicos, qualis Iaſon, Æſculapius, à Diis ipſis inſtructos fuiſſe, Deos quaſi Medicinæ profeſſores; Quippe cum Sol in Naturalibus ſit vitæ Autor, & fons, Medicus ejuſdem conſervator, & tanquam ſcaturigo altera. Proinde Pythagoras herbarum inventionem Apollini, Æſculapio & in totum Diis immortalibus acceptam retulit. Orpheus multa percurioſa de herbis poſteritati pervulgavit; Poſt eum Muſæus & Heſiodus Polium herbam ſuſpexerunt; Rex Poëtarum Homerus ſuum Moly in admirandis ponit, cujus inventionem Mercurio adjudicat, pro ſummo alexiterio agnoſcens. Gentius Rex Illyricus Gentianæ, Artemiſia Cariæ Regina artemiſiæ herbæ inventrix. Ex Græciâ Dioſcorides eminet, qui de herbis & earum virtutibus multa jucunda & utilia literarum monumentis memoriæ poſteritatis prodidit, illarum cauſas Theophraſtus, & ante hunc Ariſtoteles, virtutes autem Pergamenus ſenex conſignavit. Ex Romanis M. Cato primus & diutinè etiam ſolus ſtylum exercuit in herbis deſcribendis, quem C. Valgius ſequutus & quidem imperfecto volumine ad Auguſtum Cæſarem; Pompeius Lenæus anteà Magni libertus, quo primum tempore ſtirpium ac herbarum ſcientia ad Romanos pervenit, devicto Mithridate. Ejus gazâ potitus Pompeius Magnus exemplaria herbarum à Lenæo in latinam linguam transferri curavit. *Plinius Libr.* 25. Cap. 2. Et Arabes Herbarum cognitionis amore capti ſuam ipſis non denegarunt etiam diligentiam. Evax Arabum Rex de Herbarum virtutibus ad Neronem ſcriptum reliquit; Non dicam *de Avicennâ, Averrhoë, Albucaſi* & aliis, qui multa de ſtirpium Naturâ earumque facultatibus litteris proſequuti ſunt; ut plurimum tamen Relolleis hiſce qualitatibus elementaribus nixi, quæ Medicæ Arti plus damni, quàm emolumenti ſemper attulerunt. Horum præcedentium aberrantium inde in hunc uſque diem Poſteritas inſiſtit veſtigiis, ſolas ſenſibiles qualitates non ex dotibus rerum ſeminalibus emerſas, ſed rebus ſaltem conſtitutis ſupervenientes inſtar modorum materialium in herbarum cognitione illarumque virtutibus ſpectans. Harum qualitatum effœtarum hæreſin, ex quibus herbarum naturas, poteſtates & energias hactenus torpida ævi noſtri credulitas collegit, multorum anteceſſorum rudis induxit ſimplicitas. Iſti enim herbam, quam amaram, acrem, acerbam, &c. guſtus adminiculo percepêre, ſuis adſignatis gradibus ſtatuêre calidam; ſi qua ſuccoſam, acidam, inodoram, inſipidam &c. hanc frigidis inſerebant. Si ratio non ſuggerebat, quædam non formaliter, ſed virtualiter calere, frigere, perhibentes. Sæpè cum *Cl. Helmontio* demiror, tam luridum commiſtionis elementorum errorem adhuc dum Academias noſtras ineſcaſſe, qui ſtupidas, quibus Ianua obſeratur inventionis ſcientiarum, parit abſurditates. Non ſine causâ *Divinus Senex* Nos non tam calida, frigida, humida, ſicca, quàm acida, ſalſa, amara, poteſtates & ipſa concreta contemplari debere præcipit. Quædam herbarum poteſtates, licet non ad prima noſtri conſtitutiva penetrent, ſed in horum limine dotem ſuam exponunt, grato ſui alloquio noſtras excitando poteſtates. Nonnullæ ſurdo ſui connubio noſtras ſic recreant facultates, ut certiores Nos faciant, ſe ad hoc in mundum à benedicto Naturæ parente miſſas fuiſſe; quare ſiniſtrè tractatæ herbarum poteſtates ſæpè ad cœlum clamant, quaſi fruſtrà veniſſent. Quædam ſui fragrantiâ Noſtros demulcent ſpiritus: Aliæ ſolutis vinculis ſeu compedibus in gradum adſcendentes poteſtatum ſuarum libertate adeptâ à lapſu nos erigunt & ſolantur. De hiſce omnibus meliorem inſtructionem ex *Dno Autore* in ſequentibus hauriemus. Cum autem conſuetudini receptæ aliquid ſit dandum, in herbarum ac aliorum ſimplicium temperie allegandâ communem quidem Autoris ductum ſequemur, aliter tamen illam explicantes, nec intereà ſeminales rerum poteſtates indictas prætereuntes. Ut igitur tanquam proxeneta ſententiarum conciliationem inſtituam, notandum, illas plantas ſeu ſtirpes aut alia ſimplicia, quæ calidum præſtant effectum, maſſam ſanguineam cum lymphâ, dum depauperatur, & minus quàm par eſt fermentatur, ad calorem priſtinum vel immediatè per *διάκρισιν* minimorum ſingulari texturâ & figurâ præditorum ſalinorum ſanguini communicatorum, vel mediatè horum beneficio obtuſum ac debile ventriculi & bilis fermentum augendo ac corrigendo fermentationis ope reducere. Quæ frigidum dant effectum, ea obſtructiones non ſolùm in venis ac arteriis aperire, ſed & ſalia volatilia acria & acida ſylveſtria ſcoriis ſulphureis ſcatentia in ſanguine ac reliquis corporis partibus ſtagnantia invertere. Hîc acido ſuo & alkali *Tachenius in Hipp. ſuo chemic.* omnia accepta refert, quæ tamen per ſe non ſufficiunt, ſed ſemper aliis concretorum particulis intermiſta exiſtunt, ut hiſce ſolis effectus

non

non ſit adſcribendus, niſi ſalium iſtorum cum aliis particulis ma-
terialibus diverſimodè concurrentium varia textura, figura & ſi-
tuatio accedat. Quæ humectant, obliniunt, infarciunt & abſ-
que ardoris ac acrimoniæ ſenſu reſolvunt, quatenus ſcilicet coa-
gulationis & exſiccationis impedimenta ſubmovent, ſic malva,
althæa, humectantia dicuntur, quatenus poros claudunt cuta-
neos, ſicque diaphoreſin ſiſtunt. Quæ autem exſiccant, illa ex-
tenuando diſponunt ad exhalationem. Cùm autem præter di-
ctas qualitates herbæ etiam nobilioribus aliis poteſtatibus ex
ſeminali concreti craſi in ſpecifico ſapore, ex quo omnis ſpecifi-
corum remediorum in Morbis efficacia promanat, fundatâ ortis
ſuas perficiant operationes, non immeritò & iſtæ probè ſunt at-
tendendæ. Quod enim v. g. Cochlearia, Naſturtium, becca-
bunga &c. Scorbutum; euphragia fl. albo, chelidonium majus
icterum, papaver erraticum pleuritidem, Sabina menſium ſup-
preſſionem, chamædris arthritidem vagam & fixam, centaurium
minus tertianam intermittentem, ſanent, à dote illarum ſemi-
nali dependet, quæ tamen ad curationes morborum ſingulorum
proprietate quâdam ſpectans à pleriſque hujus ævi Medicis aut
ignoratur aut non religiosè obſervatur. Atque hinc præcipuè fit,
inquit *Franciſcus Baconus Baro de Verulamio Libr. 4. de Augment.
Scient. cap. 2. p. 110.* ut Empirici & vetulæ ſæpenumero in cu-
randis morbis felicius operentur, quàm Medici eruditi.

¶ Phytologia eſt pars Pharmacologiæ, quæ agit de plantis.

Claſſes Phytologiæ ſunt 4. Prima enodat *alterantia primaria*, quæ ſunt, *plantæ, harumque membra.* Secunda, enucleat *alterantia ſecundaria*, uti ſunt; *Succi, Olea, Reſinæ, Gummi, reſinæ Gummata.* Tertia exhibet *purgantia primaria.* Quarta deſcribit *purgantia ſecundaria*: utraque eodem modo cum prioribus accepta.

N. *Damus autem rerum quarumcunque 1. ſpecies uſualiores ab aliis diſtinctas. 2. Nomina ſeu titulos, quibus Authores celebriores & famoſiores eas rubricant, id eſt, titulotenus inſcribunt. 3. Tempus ac locum natalem. 4. Delectum. 5. Officinalia Nativa, id eſt, quid de rebus ſingulis crudè officinale ſit. 6. Vires. 7. Præparata uſualiora, &c.*

*Rubricas ſeu titulos unà cum authorum nominibus addimus, non modo ut eo facilius res quæſita occurrat, atque à reliquis ſuis ſpeciebus diſtinguatur, ſed & innoteſcat, quinam Authores & quænam illorum ſcripta ad ulteriorem rei cognitionem conſuli, adirique queant. Sunt autem Authores præcipui, eorumque ſcripta.*

Amati Luſitani *Enarrationes in libros 5. Dioſcoridis.*

Andreæ Cæſalpini *de plantis lib. 16.*

Auguſtanorum *Pharmacopœia ſeu Diſpenſatorium.*

Bartholomæi Carrichteri *herbarium Germanicum in 8.*

Caroli Cluſii 1. *hiſtoria rariorum plantarum.* 2. *Libri 10. Exoticorum.* 3. *Corallaria in Dodonæum Gallicè à ſe redditum, ut & in Garziam. Monardem & Acoſtam.*

Caſpari Bauhini 1. *Pinax theatri botanici.* 2. *Notæ in Matthiolum.*

Caſtoris Durantis *herbarium in linguam Germanicam à Clariſſ. Petro Ufenbachio hujus Reipubl. Francofurtanæ olim Medico celeberrimo tranſlatum.*

Chriſtophori Acoſtæ *hiſtoria aromatum & medicamentorum in Orientali India naſcentium, qui eſt liber 9. Exoticorum Cluſii.*

Eurici Cordi *Botanologicum.*

Garziæ ab Horto *hiſtoria aromatum & ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium, qui liber eſt 7. Exoticorum Cluſii.*

Hieronymi Tragi *herbarium ſeu libri 3. de ſtirpium nomenclaturis, &c.*

Iac. Theodori Tabernæmontani *hiſtoria plantarum Germanica libris 3. edita.*

Joachimi Camerarii 1. *Hortus.* 2. *Epitome Matthioli.* 3. *Matthiolus German. quem novis iconibus auxit.*

Ioh. Baptiſtæ Portæ 1. *Phytognomica.* 2. *Villa.*

Ioh. Fragoſi *hiſtoria aromatum, fructuum & ſimplicium aliquot ex utraque India delatorum.*

Iohan. Gerhardi *hiſtoria plantarum Anglica.*

Iohan. Manardi *lib. 20. Epiſtolarum Medicinalium.*

Leonhardi Fuchſii *hiſtoria ſtirpium.* 2. *Ejuſdem icones in 8.* 3. *Ejuſdem de compoſitionibus medicamentorum.*

Matthæi Lobelii *hiſtoria plantarum, ſeu obſervationes & adverſaria à Lobelio & Pena edita.*

Nicolai Monardis *ſimplicium Medicamentorum ex novo orbe delatorum, hiſtoria: qui liber eſt 10. Exoticorum Cluſii.*

Ottonis Brunsfelſi *hiſtoria libris 3. comprehenſa.*

Pedacii Dioſcoridis *libri 6. de materia medica.*

Petri Andreæ Matthiol. 1. *Commentaria in Dioſcoridem.* 2. *Ejuſdem Epitome in 4.*

Petri Bellonii *obſervationes libris 3. expreſſæ cum notis Cluſii, cujus Exotericis ſubjunctæ ſunt.*

Proſperi Alpini *de Plantis Ægyptiis liber.*

Remberti Dodonæi *hiſtoria ſtirpium pemptades 6. ſeu libri 30.*

Valerii Cordi 1. *annotationes in Dioſcoridem.* 2. *hiſtoria ſtirpium.* 3. *Diſpenſatorium.*

Et hi ſunt Botanographi, quorum hac in parte fit mentio, omiſſis authoribus pharmacopœticis.

## CLASSSIS I.

### *De Alterantibus primariis, quæ ſunt Plantæ harumque membra, id eſt, Radices, Folia, Semina, Cortices, &c.*

#### I. *Abies.*

Abies { alba ἐλάτη, hæc præfertur.
rubra, πίτυς, Picea.

Alba inſcribitur Abies, *Brunf. Trag. Matth. Cord. in D. Lob. Caſt. Tab. Lon. Ger. Dod.* [cui potius Picea.] Abies alba & fœmina, C. B. 2. Germ. Thannenbaum/ weiß Thannenbaum. Sapin. *Withe Firr-tree, fœminin.* Witte Dennenboom/ Büfke. (Italis Abeto.)

Rubra inſignitur, Picea *Brunf. Matth. Cord. in D. Lon. Lob. Caſt. Tab. Germ.* Abies 1. & rubra, *Trag.* Abies *Dod.* Picea major prima ſeu abies rubra, C. B. Germ. roth Thannenbaum/ Fichte/ Fichtenbaum. Peſſe ou Ganpolt. *Red Firr-tree.* Roo Dennen-boom.

N. *Adeo conformes inter ſe ſunt, ut nonnullis confundantur, differunt tamen, 1. quod folia Piceæ ſunt nigriora, latiora, molliora, leviora, minus pungentia, ramos circumquaque veſtientia. 2. quod Cortex Piceæ ſit nigrior, tenacior: abietis albicantior, fragilior. 3. quod Piceæ rami ad terram flectantur, ſecus ac abietis, &* Matth.

*Virent perpetua fronde, niſi quod menſe Majo foliis priſtinis decidentibus, nova ſubinde renaſcantur. Montibus gaudent ſaxoſis.*

#### OFFICIN. NAT.

Cortex (ſed raro) Coni & Reſina.

(Turiones Scorbuticis ſalutares cocti in aqua & vino, bibatur hauſtus.)

N. *Innaſcitur & viſcum abieti alba, quod Plinii & Theophraſti Stelin. reputat Cluſius.*

Vires. *Cortex exiccat, adſtringit. Uſuſque eſt præcipuè externi in ulceribus & ambuſtis.*

*Coni (ſtrobili,* Thanapffel. Pommes de Sapin. *Firr-Apples.* Dennen-Appelen.) *exiccant & adſtr. Uſus itidem ſunt inprimis externi in inflammatione Epatis, & aliarum partium (Epithema) in verrucis (cujus ſignaturam referunt) & clavis pedum abigendis (lotione.)*

Reſina ex abiete duplex colligi poteſt, liquida & ſicca. Liquida (lacryma, oleum abiegnum) colligitur ex tuberculis (ceu ex Vomica) abietum novellarum ſed pauca: Hæc officinis Terebinthinæ Venetæ titulo venit (de qua claſſ. 4.) ſed perperam, ſiquidem illa (abiegna) acrior ac calidior ſit. (Italis dicitur Olio d'Abezzo.) Sicca ex Abiete & Picea colligitur: Hæc uti Thus figurâ ementitur, ita & uſum ejus æmulatur, (congeritur à formicis, vid. lib. 5. cap. 103.)

## PRÆPARATA.

(Aqua è frondibus tenellis mundificans, adſtringens.)

*Oleum ſtill.* Fit ex ligno per deſcenſum igne leni, ſic extillat clarum.

N. *Rari eſt uſus. Poteris tamen adhiberi in odontalgia, aliiſque affectibus loco Terebinthinæ; (in prolapſu ani.)*

HOFMAN. *Abies.) Albæ & Rubræ Dnus Autor* mentionem facit; *Alba*, vocatur *Abies. Rubra, Pinaſter* ſeu *Picea*, Fichten-Baum. *Abietis* nec *Dioſcorides* nec *Galenus* uſquam in Arborum hiſtoriâ meminerunt. *Theophraſto* autem *Abies* quædam *maſcula*, alia *fœmina*. *Maſculæ* folia acutiora magis pungentia, & flexa, ſubſtantia dura ac medullâ refertior, totaque arbor criſpior & aſpectu deterior. Huic pauci nuclei parte priore inſunt; *Fœminæ* nulli omninò. Montium eſt propria, in eorum umbroſis & apricis vallibus fœliciter provenit. Pulcherrimas habet & noſtra ſylva Thannen-Wald/ item Hercynia ſylva. Semine tantum provenit, vere germinat, & tunc cædi debet, germinationem autem intermittit, terque turget & ter gramina edit. In *Mexicanâ Regione* Novæ *Hiſpaniæ* aliæ adhuc ſpecies *Abietis* reperiuntur. 1. *Maxima*. 2. *Media*. 3. *Minor* & 4. *Minima*, quarum hiſtoriam deſcribit *Franciſc. Hernandez Rerum Medicarum Novæ Hiſpan.* Cap. 66. *p. m.* 92.

*Cortex* (ſed raro) *Coni & Reſina.)* Addo ego & turiones, ſive ſummitates & folia. Commendantur enim à *Dn. D. Ioann. Michaëlis* in Scorbuto, hujuſque contracturâ, arthritide vagâ & inter ſpecifica numerantur. Idque Sueci, cum ante aliquot annos cum Muſcovitis belligerarent, experti ſunt. Crudeliter enim ſæviente hoc morbo in Eorum caſtris ob pravam victus rationem, cereviſia vel aqua communis cum iiſdem foliis decocta & epota etiam deſperatos reſtituit, cæteroſque à contagio præſtitit immunes. Specificum igitur anti-ſcorbuticum egregium in ſe continebunt. Rec. turionum abietis M ij. vel iij. aq. fontan. Vini ana Menſur. j. vel ij coque in diplomate tamdiu, quàm gallina arte elixatur, poſteà fortiter exprime. Hujus decocti eſt doſis ℥ ij. ad ℥ iij. Ex turionibus iſtis conficitur etiam *Eſſentia* ad Scorbutum maximæ virtutis ſeq. modo: Rec. Turionum Abietis vel Pini Sylveſtris q. v. coq. in ſ. q. 🜄 commun. per horam unam vel alteram. Colaturam inſpiſſa uſque ad Extracti conſiſtentiam, huic ſuperfunde ſpiritum cochleariæ, & acquires Eſſentiam Pini Sylveſtris, cujus doſis eſt à gutt. 20. ad 30. vel 40. in convenienti vehiculo.

N. Paratur etiam inde Aqua ſeq. modo. Scilicet initio Menſis Aprilis collige conos tenerrimos ſive cymas de Abiete ſucco turgidas, exprime ſuccum, hujus Rec. cantharos VIII. indantur vaſi quercino & addantur cymæ novæ contuſæ, vini generoſi q. ſ. quibus vas impleatur, ſtent in calore leni, uſque dum agitata materia ſpirituoſum odorem de ſe ſpargat, mox ex MB. deſtillentur; 🜄am hanc ℞ latam reaffunde novis cymis contuſis digeſtis per 4. ♂ ♀ poſt deſtilla, & uſui repone.

*Reſina ab Abiete duplex colligi poteſt &c.)* Non ſolum ex caudice, ſed etiam ex ramis limpidus, clarus, albus, fragrans & amarus extrahitur liquor, Reſina abietina dictus, ex veſiculis ſcilicet aut folliculis inter corticem contentis, ſi aperiantur, globulis & tuberculis præ tumidis humorem illic ſubeſſe indicantibus.

*Sicca ex Abiete & Picea colligitur. Hæc uti Thus figurâ ementitur, ita & uſum ejus æmulatur.)* Americanis Ei ſapor Mali Citrii, calculoſis, arthriticis, aſthmaticis, gonorrhæâ laborantibus eſt utilis. *Narvagis* hæc ex acervis formicarum eruentibus ad corrigendam aëris fœtorem loco thuris inſervit. Commendatur etiam illius famus ad aëris malignitatem.

*Præparata. Ol. ſtill.)* Hoc oleum ex reſinâ Abietis & pinguibus Pini lignis deſtillatum inſignem vim reſolvendi & emolliendi habet. *Dioſcor. Lib.* 1. cap. 95. Agyrtæ balſamum ſuum ſulphuris exinde conficiunt, pretio quidem inferiorem vero balſamo ſulphuris, ſed non virtute. *Thom. Bartholinus Centur.* 6. *hiſtor.* 95.

## ¶ II. *Abrotanum.*

Ἀβρότονον, ἀβρότανον, ἀβύτονον. Germ. Stabwurtz/ Girtwurtz/ Gertwurtz/ Gartenthcil. (Dicitur etiam Schoßwurtz / Auffruſch / Garthagen/ Ganfferkraut. Küttelkraut. De l'Aurone, Garderobbe. *Southern-vvod the male.* Averoone Manneken. (Italis etiam herba canforata dicitur.)

Eſt { mas, quod vulgariter nomen abrotani retinet, *& hujus loci eſt.*
fœmina, Cupreſſus ſeu ſ. cypariſſus hortulana. Vide *ſ. l.* }

Loco gaudet temperato, præcipuè dum adhuc in ætate adoleſcente conſtitutum eſt, coliturque in hortis.

## OFFICIN. NAT.

Ex Abrotani maris variis generibus ſolum officinale eſt anguſtifolium majus: Hujus extant in officinis *folia* & *gemmæ* ſeu *ſummitates* collectæ Auguſto: huic ſuccedit minus ſeu Abrotanum humile.

Majus *inſignitur* Abrotanum mas, *Brunf. Dod. Matth. Lob. Caſt. Tabern.* maſculum majus, *Cam.* primum. *Trag.* vulgare mas, *Fuchſ.* Abr. mas anguſti-folium majus, *Caſp. Bauhino.*

Minus C B. 6. Abrotanum. 3. *Trag.* odoratum, humile, denſum, fruticoſum, *Lob.* humile *Tab.*

Vires. *Calf. ſicc. incidit, aperit, ſubaſtringit, extergit, validè diſcutit, reſiſtit putredini ac veneno, morſibus venenatorum animalium medetur, vermes necat, urinam movet, impetus hyſtericos diſcutit, regium morbum ſolvit. Extrinſecus uſus ejus famoſus eſt in oſſibus exiccandis, roborandiſque, & quia pilorum ſignaturam ſummitates ejus æmulantur, ad alopeciam tollendam maximopere commendatur; [ſuccus ad gingivas cruentas.]*

## PRÆPARATA.

1. 🜄 ſtillat. Ex foliis ac ſummitatibus. (menſes movet.)

2. *Vinum*: Veteribus in uſu fuit creberrimo, modò non item.

3. *Conſerva*: Ex ſummitatibus & flor. paratur, ut conſerva abſinthii.

4. *Oleum* infuſarum ſummitatum in Oleo communi.

5. *Oleum ſtillatitium*: Ex ſummitatibus ſiccis. (Agyrtæ Balſ. Sulp. inde parant.)

HOFM. *Abrotanum.)* Germanicè Stabwurtz. Albertiß Græcè Ἀβρότονον, inde dictum, quod molle, tenerum ac delicatum ſit. Aliud eſt *campeſtre*, aliud *hortenſe*. Aliud *Mas*, aliud *fœmina*. *Abrotanum Maſculum vulgaris* eſſe notitiæ in hortis ſtatuit Matthiolus, cum quo & *Dnus Autor* facit. Sed aliter ſentit *Anguillara*, & ex eo *Dominicus Chabræus in appendice ad ſtirp. icon. & ſciagraph.* p. 635. cui *Abrotanum fœmina* nihil aliud eſt, quàm commune & vulgare majus, quodque uſitatum eſt, & in officinis

proſtat

proſtat. Campeſtre in Galliâ Narbonenſi plurimum, in noſtrâ verò Germaniâ rarò invenitur. Floret Auguſto, & in Septembri Semen profert.

*Vires.* Hujus ſummitates in Auguſto collectæ juxtà vim ſuam calefacientem, ſiccantem, digerentem & attenuantem, ſpecificam etiam habent hyſtericam, & nephriticam, cum vino decoctæ & propinatæ. Cum tantillo Nitri ſummitates pulveriſatæ ad ʒ j. contrà urinæ ſuppreſſionem ex calculo commendantur. Item ad impetus hyſtericos demulcendos odoretenus etiam externè adhibentur, & ad alopecias ex hujus cinere lixivium paratur, quo æger caput abluere debet.

N. *Aqua deſtillata, oleum deſtill. &c.* ad eadem valet, ſcilicet ad renum, veſicæ, & Matricis vitia tam internè exhibita, quàm externè, ſi muliebria eâ colluantur.

## ¶ *III. Abſinthium.*

Ἀψίνθιον, Ἀψίνθιον. (Βαρύπικρον, Βαθύπικρον.) *Arab.* Aſſinthium, Aſeneni, Seſurem Alhanlais, Barus, Buleigi, Germ. Wermuth/ Eiſſen/ Wiegenkraut/ *de l'Abſinthe vulgaire* Wormwod. Alſem.

Eſt { Vulgare, ruſticum, noſtrate, { majus. *C. Bauhin.* N. 1. / humilius montanum. *C.B* 2. } ; Ponticum *Vide loco ſequenti.* }

Majus *inſignitur*, Abſynthium Ponticum ſeu Romanum officinarum *C. B.* 1. Abſynthium *Matth. Cord. in Dioſ. Lon.* vulgare *Trag. Fuchſ. Lob. Caſt. Tab.* commune *Cam.*

Humilius: Abſ. ponticum montanum. *C.B.* 2. Abſ. montanum *Cam.* in *Matth.* ſeu Romanum. *Tab.* tenuifolium ponticum *Galeno.*

N. *Vulgare majus, illud eſt quod paſſim naſcitur. Montanum in certis tantummodo locis provenit, eſtque humilius communi. Et hoc ſi haberi poſſit, eligere monet Tabernam.*

Florent Iulio & Auguſto.

### OFFICIN.

Ruſtici Abſinthii *Folia* ac *Summitates.*

Vires. *Stomachicum imprimis eſt, hinc hepaticum & ſpleneticum: calf.* 1. (*ad* 2.) *ſic.* 3. *aper. atten. aſtringit. amarum eſt: hinc vermes necat, bilem educit, crapulam diſcutit, ſudorem ciet, febribus (præcipuè tertianis) convenit.*

N. *Capiti quia vapores craſſos exhibet, pigritiem ac ſomnum inferre ſolet, minus tamen ſi prius per ▽ calidam trahatur leviterque exprimatur. Extrinſ. arcet Vigilias (temporibus ac plantis pedum impoſitum) confortat ventriculum, auditum acuit (ſuffitus aure ſuſceptus,) &c.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *Still.* Ex ſummit. & fol. recentibus.

2. *Spiritus.* Deſtillatur ex ſummit. ſiccis ▽ affusâ fermentatis.

NB. Poteſt ad fermentandum Sal. com. aut ſimile quid addi. *Senn. in Inſt.*

3. *Succus expreſſus ac inſpiſſatus.* Fit, ex ſummitatibus ſiccis in ▽ coctis.

4. *Vinum abſinthites.*

5. *Extractum liquidum ſeu Tinctura*, cum ſpirit. vin. facta.

N. *Ejuſdem efficaciæ Tincturam facili negotio aſſequi poteris, ſi ſummitatibus aquam vitæ affuderis, parum accenderis atque hinc expreſſeris.*

6. *Conſerva.* Ex ſummitatibus paratur l. a.

7. *Syrupus compoſitus.* Vide Diſpenſ. Auguſt. & Noriberg.

8. *Trochiſci de Abſynthio.* Vide Diſp. A. & N.

9. *Oleum infuſum.* Ex omphacio, & ſummit. abſynth. cum Roſis. Vide D. Noriberg.

N. *Auguſtani addunt quoque ſuccum abſinthii.*

10. *Oleum ſtillatitium.* Cum aqua ac ſpiritu deſcendit.

11. *Sal fixum.* Ex incinerata planta l. a. elicitur.

12. *Sal volatile.* Ex ſucco l. a. confici poteſt, quod raro in uſu.

N. *Sunt qui abſinthium ponticum eſſe velint, adeoque & Romanum.*

13. *Trochiſci de Abſinthio.* V. Diſp.

HOFMAN. *Abſynthium.*) Græcè ἀψίνθιον. German. Wermuth *Hujus tres ſunt differentiæ; Vulgare* ſeu *commune, Ponticum* & *Seriphium. Vulgare* eſt vel *majus*, vel *minus. Majori* caules ſunt plures lignoſi, incani, multi, rami fruticoſi, cubitales, & tricubitales, atque interdum altiores. Folia artemiſiæ foliis ſimilia, minutius diſſecta, tota incana, magis tamen pronâ quàm ſupinâ parte, odore aromatico, guſtu amariſſimo. Corymbi longâ ſerie ubertim in ramis undique fulvo colore emicant, ſemine ſuccedente minuto. Radix craſſiuſcula, lignoſa, ſine omni amarore aromatica. Univerſæ Europæ familiare eſt, & fere ubique creſcit. Saxoſa amat, montoſa & inculta. In ruderibus Arcis noſtræ Mauritianæ, Mauritz-Burg in copiâ ſpontè provenit, ut abſynthialia dici poſſint. *Vulgare Abſynthium Minus* ſeu humilius montanum foliis, floribus, caulibus & radice communi Majori dicto prorſus eſt ſimile, ſed exilius, naſcitur in montibus, minus amarum & minus abominabile odore.

*Ponticum vulgare* folia non minus tenuiter inciſa, quàm Abrotani, ſed brevioribus ſegmentis, brevi lanugine pubeſcunt, potiſſimum inferna parte, quæ etiam magis caneſcit, quàm ſuperior, odore ſuavi, ſapore ſubamaro, corymbi in vulgari abſynthio minores, foliis vehementiorem ſpirant odorem. Innumeras ſpargit radices parvas, & crebris intertextas fibris, lignoſas, ſapore aromatico præditas. Caules verò ex eâdem radice plures erigit cubitales & ſeſquicubitales, teretes glabros, vireſcentes aut virore rubeſcentes aut caneſcentes, ab imo ad ſummum uſque ramoſos. *Duplex Hujus genus* facit *Cluſius*, *Unum* planè incanum; *Alterum* rubeſcentibus cauliculis.

Inter omnia Abſynthii genera *Noſtras Vulgare Majus* elogia illa, quæ *Dioſcorides* & *Galenus Pontico* attribuerunt, meretur, inquit *D. D. Simon Pauli in ſuo Quadripartit Botanic.* Verùm fallunt & falluntur, contrà regerit *D. Dominicus Chabræus in ſtirp. icon.* p. 373. qui *vulgare Abſynthium* aliud *à Romano & Pontico* ſtatuunt; Vulgare enim dictum fuit *Romanum*, quia fuit plebi Romanæ ſacrum, & quod in agro Romano, aut antiquis ruderibus paſſim fuerit inventum. *Ponticum* autem à Ponto, in quo plurimum naſci traditur. Provenit tamen variis aliis etiam in locis, Bohemiâ ſcilicet, Hungariâ, Auſtriâ, Tubingæ non longè à fluvio Nicaro, in Angliâ, Belgio & Galliâ hortenſe eſt.

*Abſynthium Seriphium* vel *tenuifolium*, vel *latifolium* eſt. De quo conſule Botanicos.

*Abſynthium Vulgare Majus* hujus loci eſt; De *Pontico* in ſequentibus agemus.

*Vires.*) Calefaciendi, exſiccandi, aperiendi, attenuandi cum aliquali adſtrictione vim obtinet; Specificum anti-cachecticum eſt, quia egregium ſtomachicum, hepaticum & ſpleneticum verum bilis & ſanguinis condimentum in eo Natura recondidit, dum viſcerum fermenta roborat, & ab exoticis ſcoriis liberat, digeſtionem promovet, & putredini verminoſæ reſiſtit ex ſeminali ingenitâ ſuâ poteſtate, à Patre luminum ei conceſsâ; Inde in Malo hypochondriaco, Hydrope, febribus tertianis, Scorbuto, cachexiâ virginum, vermibus &c. ſummo cum fructu adhibetur. Externè arcet vigilias temporibus impoſitum, appetitum ventriculi reparat plantis pedum affrictum, auditum acuit ſuffitu ejus auribus ſuſcepto. vid. *D. D. Johann. Michaelis Fehr opuſculum de Abſynthio.*

*Præparata.*) Ex *Abſynthio* arte chemicâ *Spiritus*, *Eſſentia*, ſeu *Extractum liquidum*, *Sal fixum &c.* conficitur. Rec. abſynthii rec. q. v. conciſum VB. immitte, deſtilla ad ſiccitatem aquam ſpiritu abſynthii plenam; ex reſiduo à deſtillatione ſp. vini extractum juſtæ conſiſtentiæ confice; Deinde ex novo abſynthio prævià incineratione Sal fixus eliciatur probè depuratus; Hæc tria ſeq. modo conjunge.

Rec. ▽ d. abſynthii d. m. ℔ j. in hâc ſolve Sal abſynthii ʒ ij.

hocque ſoluto in eâ ipsâ dilue extract. abſynth. ℥ iij. miſce, filtra & uſui ſerva. Vel: Rec. ſummit. abſynthii q. v. Sacchar. Thom. q. v. cum aliquali fecum cereviſiæ recent. parte, fermentationi expone & poſt finitam fermentationem partem abſtrahe ſpirituoſam, hanc oleo deſtill. impraegna, & addito proprio Sale cum ejus extracto fiat Eſſentia.

N. *Sal volatile, inquit Dnus Autor, ex ſucco lege Artis confici poteſt.* Verùm hoc Sal Eſſentiale communiter dicitur, de quo vide ſuprà Libr. 1. De ſalibus, non Sal volatile, quod in ſpiritu & oleo deſtillato eſt abſconditum, & Helmontianâ enchiriſi ab eo ſeparari poteſt; Sal Eſſentiale autem ſive Tartarus ex ſucco ad humiditatem abſtracto emergit. Conſtat enim abſynthium partim tenuibus, ſubtilibus, ſpirituoſis, oleis ac balſamicis effluviis, partim craſſis, terreſtribus, & placidè adſtringentibus partibus; illa leni vulcani calore agitata facile æthera aliorum ſalium volatilium more petunt; atque in his vis ſpecifica anodyna archeum in ſcopos deſideratos deducens deliteſcit; In iſtis autem magis terreſtribus virtus ventriculi ac reliquorum viſcerum tonum confortans gliſcit. Utriuſque energiam ſolers Medico-chemicus integram in Medicamentis conſervare ac retinere ſtudeat.

## ¶ IV. *Abſinthium ponticum.*

Abſinthium ponticum Officinarum *C. B.* 4. 5. Abſinthium Ponticum & tenuifolium, incanum, nobile Abrotanum minus & 1.*Trag.* Abr. fœmina. *Fuchſ. Lon.* Abr. album *Cord.* Abſint. ponticum. *Matth. Fuchſ.* (*in iconibus*) *Tab.* Abſ. tenuifolium *Dod.* German. Welſch Wermuth / Garten Wermuth. de l'Abſynthe la Pont Amſin. *Pontick* or *Roman Wormwood.* Alſem Pontick of Romeyn.

Vires. *Epaticum eſt pra vulgari, Calf. princ. gr.* 1. *ſicc. in princ.* 3. *minus amarum eſt, aſtringit, validèque incid. exterg. diſc. putredini reſiſtit, educit bilem per urinam, proin convenit in omnibus affectibus Epatis, veſicæ, bilis, ventriculi, tormina veneris & uteri ſedat: minus commodè autem in mucilaginoſis affectibus pulmonum, inprimis ob adſtrictionem adhibetur. Extrinſecus diſcutit tormina ventris, adeoque & quæ partum ſubſequuntur: infantum vomitum compeſcit, &c.*

N. *Huic affinia ſunt, quæ & in locum ejus ſubſtitui cum commodo poſſunt, abſinthium ponticum repens, ut & abſinthium Nabathæum ſeu tenuifolium Auſtriacum C. B.* 4. *&* 6.

### PRÆPARATA.

Præparata ejus raro pro uſu extant, parari tamen poſſunt non ſecus ac ex abſynthio vulgari. ▽ *ſtillat. Spiritus, Succus, Vinum, Extractum, Conſerva, Syrupus, Oleum infuſum & deſtillatum.*

HOFMAN: *Abſynthium Ponticum.*) Römiſche Wermuth. Welſche Wermuth. Huic affinia ſunt, quæ in locum ejus cum commodo ſubſtitui poſſunt, abſynthium ponticum repens, quod *Fuchſio* chamæmelum *Chryſanthemum* dicitur, *Geſnero* autem, *Tabernemontano, Lobelio* repens, ſimplici hoc eſt caule, cubitali ferè, tereti, glabro, folia chamæmeli ſimilia habet, tenuiter inciſa; flores abrotani corymbis ſimiles, Reperitur in quibuſdam frigidis Helvetiorum montibus; Vel etiam hujus ſuccedaneum eſſe poteſt abſynthium tenuifolium Auſtriacum, Tabernæmontano dicitur Nabathæum Avicennæ. An *Anguillaræ Abſynthium marinum?* An *Bellonii in obſ. abſynthium Seriphium?* Hujus caulis pedalem altitudinem æquat, nonnunquam cubitalem, firmus, caneſcens, multis tenuibus foliis, floſculorum propendentium corymbis plenus. Radix fibroſa eſt; Tota planta amara eſt, elegans ac rara. Creſcit in collibus, & apertis quibuſdam locis. Vrbi Viennenſi vicinis.

*Vires.* Calefacit etiam & ſiccat, incidit, diſcutit, extergit cum adſtrictione, fermentum bilis etiam ſpecificâ ſuâ amaritie corrigit, undè putredini reſiſtit, & convenit in omnibus ventriculi inteſtinorum ac reliquorum viſcerum affectibus. Vteri & ventris ſedat tormina ex vino hauſtum. In Hepatis obſtructione, ictero, hydrope & cachexiâ magni etiam eſt uſus. Vulgus infantibus contrà incubum & alia veneficia arcenda ſupponit.

## ¶ V. *Acacia vera.*

Acacia Dioſcoridi frutex lignoſus ac ſpinoſus eſt; ex cujus ſemine maturo, ejuſdem nominis ſuccus exprimitur nigricans: ex immaturo rubeſcens ſeu ſubfulvus. Et hic eſt vera Veterum acacia, quæ Theriacam ingreditur, recipiendaque eſt, ubi acaciæ ſimpliciter mentio fit. Ex omnibus præſtantiſſima perhibetur luteo-rubea odoris grati.

Vires. *Refrig. ſicc. craſſarum partium eſt, incraſſat, aſtringit.*

N. 1. *Succus hic cum rarus ſit, ſubſtituitur ut plurimum Acacia Germanica.*

N. 2. *Dat & aliam Acaciæ ſpeciem arbuſcula quæ Gummi Arabicum profert, ſed minus uſitatam.*

De Gummi Arabico ad Acaciam pertinente ſic in Append. Pharmac. SCHROEDER.

*Gummi Arabicum officinarum, Galeno* Thebaicum, *nonnullis* Babylonicum *dicitur, exponente* Renodæo, p. 263. *Arbuſculam, ex qua promanat,* Dioſcorides *Acaciam.* Theophraſtus *l.* 4. *c.* 4. *&* Plin. *l.* 24. *c.* 12. *Spinam,* Arabs *Acachie nominat, ejuſque duas* Dioſcorides *ſpecies conſtituit. Prior rectâ aſſurgens virgulta profert lignoſa, ſpinis exertis & duris hinc inde ſtipata, folia longa, quaſi ex multis foliolis cohærentibus compoſita, flores albidos odores, ſiliquas breves, planas, lupinorum more, ſemen glabrum & ſplendens. Malè depictam ejus iconem à* Matthiolo *profitetur* Renodæus. *Nec enim folia, nec flores, nec ſiliqua reſpondent.* Iacobus Sylvius *quoque hallucinatur hanc ad rem* lib. de ſimplic.

*Altera Acacia in Cappadocia & Ponto provenit, priore minor, tenerior, humilior, folia habens rutæ & virgulta quibuſdam aculeis ſpinoſa. Ex hac ſuccus quidam elicitur qui arbuſculæ nomen retinens,* acacia *dicitur; ob cujus raritatem, ſubſtitui ſolet ſuccus ſylveſtris pruni, quam* Dodonæus *Germanicam Acaciam nominat. Ex illa profluit* Gummi Arabicum *dictum, quod laudatur vitri modo pellucidum, ſuccerum, in vermiculorum ſpeciem contractum.*

*Ingreditur multas compoſitiones hoc* Gummi Arabicum, *quia efficaciter inſpiſſat & refrigerat: hinc ocularibus medicamentis & arteriacis commodè miſcetur, cutis meatus obſtruit, & procidentes oculos reprimit.* Gregor. Horſtius *commendat in alvi fluxibus cum tragac. & cera alba mixtum.*

HOFMAN. *Acacia vera.*) *Acacia Dioſcoridi* frutex lignoſus ac ſpinoſus eſt &c. Duo *Acaciæ* genera *Theophraſtus* recenſet, *Acanthan*, & *Acanthon Ægyptiam. Duplex* etiam habet *Dioſcorides Ægyptium* & *Cappadocium. Alpinus* hujus Arboris *Marem* & *fœminam* in Ægypto reperiri ſcribit. *Marémque* ſpinis eſſe horridum ac fructus non edere; *Fœminam* verò ſpinis paucioribus & mollioribus eſſe refertam: Novembri & Martio florere, biſque in anno fructum ferre: & tandem in montibus Sinay propè mare rubrum ſitis copioſiſſimam provenire. *Franciſcus Hernandez & alterius Acaciæ* meminit *in theſaur. rer. Medic. Novæ Hiſpan.* p. m. 19. & 415. & 866. Ex cujus fructibus ſiliquoſis *P. Alpini* dicti *& Plant. ſimilibus* Ægypti prius madefactis *Ferdinandus Imperatus* ſuccum elicit acidum adſtringentem, rufeſcentem, pellucidum pro optimâ Theriacâ conficiendâ, Et vocatur *Mizquitl* ſeu ſiliqua Acaciæ; Eſt Arbor Novæ Hiſpaniæ frequentiſſima, ſuâ ſponte in quibuſque locis, ſed maximè montoſis, temperatis aut frigidis proveniens, incondita & ſpinoſa, foliis exilibus, pennas avium imitantibus ordine, utrâque ex parte ramorum diſpoſitis flore betulæ noſtratis proximo ac ſiliquis edulibus longiſque & dulcis pergratique ſaporis refertis ſemine, unde ſortita eſt nomen, hinc & inde dependentibus, è quibus & placentulas parant, Chichimecarum gens vicem illis præſtantes panis, veluti ex variis ſeminibus, radicibus ac fructibus aliis. Hæc eſt veriſſima Antiquorum

rum *Acacia*, & quæ Germanum *Gummi Arabicum* fert, cujus in Novâ Hiſpaniâ etiam ingens eſt copia, & incuria fortaſſis pudenda hactenus incognita. Hujus fructum ex Arabiâ allatum depingit *D. Dominicus Chabræus* l. c. p. 92.

N. 1. *Succus hic cùm rarus ſit, ſubſtituitur ut plurimum Acacia Germanica.*) Sed perperam: meliuſque cum *Dioſcoride*, & *Avicenna*, *Sylvius*, *Fuchſius* & alii multi hypociſtin, alii ſuccum Lentiſci, alii Rhois folia, aut ſeminum pulpam aut ſuccum *vid. Chabræus in appendice* l. c. p. 612.

## ¶ *VI. Acacia Germanica.*

Ἀγριοκοκκομηλέα. Prunus ſylveſtris, *Brunſ. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Caſt. Tab. C. B.* 1. *alias* Acantha, *Arab.* Schamuth, Schack' Halepi. Germ. Schlehendorn. Prunier Sauvage. *Sloe Tree, or Thorn-Tree.* Slehen-Doren.

N. *Prunus ſylveſtris tranſplantatione diligentique cultura evadit hortenſis, fructuſque fert grandiores, quos Germani vocant* groſſe Gartenſchlehe. des Prunes d'un prunier ſauvage tranſplanté dans un jardin qui ſont plus groſſes. *Great Sloes* or *Plums.* Groote Slehen of Pruymen.

Floret primo vere: fructum fert maturum autumno.

### OFFICIN. NAT.

*Flores* pruni ſylveſtr. raro *Folia*, rariſſimè cortices radicum.

Vires. *Folia, fructus, cortices refrig. exiccant gr. 3. aſtring. incraſſant. Uſus præcipuus eſt in profluviis alvi, Uteri. Extrinſecus in Gargariſm.* [*ex foliis tenellis, ad odontalgiam ulcera oris venerea.*] *balneis uterinis.*

Flores. *Reſolvunt, Renum ſabulum educunt, compreſſiones cardiacas leniunt, pleuriticam radicem reſolvunt, alvum laxant.*

N. *Accreſcit nonnunquam muſcus, qui ſpecifice herniis conferre dicitur.*

### PRÆPARAT.

1. ▽ *ſtillatit.* Ex floribus elicita. MB.

N. *Alii cum vino deſtillant.*

2. Spiritus ex floribus æquè ac fructibus.

3. Conſerva florum.

4. *Syrupus*: fit ex multiplici florum infuſione, ut roſarum.

Vires. *Purgat leniter, prodeſt in pleureſi, tuſſi ſicca, renes expurgat, &c.*

5. *Succus ſeu Rob. prunor. ſylveſtrium ſolidius.* Ex fructibus exprimitur, inſpiſſatur, inque taleolas formatus aſſervatur pro acaciæ veræ ſubſtitutione.

6. *Vinum.* Ex fructibus maturis exiccatis. Nim. contuſi hi rediguntur in globulos ac in furno exiccantur. Hinc infunduntur.

[*Lora etiam exinde paratur.*]

7. *Fructus conditi.* Fiunt cum mellis P. ij. & Vini P. j. l. a. [*vel cum aceto.*]

Hofman. *Acacia Germanica.*) *Prunus ſylveſtris.* German. Schlehenborn. Floret primo vere: fructum fert maturum Autumno. Medicinæ inſerviunt *Flores* & *Fructus*. *Flores* leniter purgant, reſolvunt, diuretici ſunt, renum ſabulum everrunt, pleuritidi medentur cum nodulo in vino infuſi. *Fructus* hujus cereviſiæ injectus quoad colorem & ſaporem gratiam illi conciliat ad ventriculi & inteſtinorum tonum confortandum, fluxum alvi compeſcendum, item ad nimium menſium fluorem, &c. Exſiccati & pulveriſati ad drachmam unam adſumpti certiſſimâ experientiâ ſunt probatum lithontripticum.

*Præparata.*) Aqua ſtillatitia ex floribus cum vino, prius per veſicam elicita ac demum ex MB. in ſpiritum tranſlata. Antinephritica eſt. Ex acaciæ hujus tenellis ſurculis aquâ deſtillata faucibus ex lue venereâ & Morbo Ungarico inflammatis in modum gargariſmi adhibita notabilem præſtat opem. Syrupus ex floribus fit multiplici illorum infuſione, purgat leniter, prodeſt pleuriticis, nephriticis &c. Roob confert omnibus hæmorrhagiis & alvi profluviis.

¶ *Acanthus vulgaris vid.*

*Branca urſina.*

## *VII. Acetoſa.*

ὄξαλις, λάπαθον, Acetoſa Sauramffer. Ozeille. *Sorrel.* Surckele of Suring.

Eſt Acetoſa.
- Major
  - hortenſis rotundifolia.
  - Sylveſtris ſeu pratenſis.
    - plana & *hæc interdum folia habet criſpa.*
- Minor arvenſis
  - Lanceolata arvenſis.
  - Non Lanceolata minima.

Ex his officinis major ſylveſtris, C. B. 1. in uſu eſt, de qua vox acetoſa ſimpliciter intelligatur. Huic tamen niſi præferre volueris, ſubſtituere, non citra rationem, poteris hortenſem rotundifoliam.

Major ſylveſtris *inſignitur* Acetoſa pratenſis, *C. B.* 1. Lapathum. 4. *Dioſc.* Acetoſa, *Lon.* major, *Caſt.* Oxalis *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lob. Tab.* Rumicis 4. genus. *Cord. in Dioſc.*

Hortenſis rotundifolia, C. B. 8. *inſignitur* Oxalis rotundifolia, *Dod.* rotunda, *Tab.* ſativa Franca rotundifolia repens, *Cam.* Acetoſa rotundis foliis, *Cam.*

### OFFICIN.

Exhibent uſui pharmaceutico *Folia, Radices & Semen.*

N. *Radices aſſervantur excorticatæ.*

Florent Majo, *turgeſc. ſemine* Iunio & Iulio.

[*Semen anti-dyſentericum.*]

Vires. *Cardiaca inprimis eſt & Epatica: frigef. & ſicc. 2. aperit, reſiſtit putredini, appetitum excitat, choleram reprimit, ſitim ſedat, unde in febribus ſimplicibus uſitatiſſima eſt, præcipuè autem uſu interno, bina & externo adhibita.*

### PRÆPARATA.

1. *Conſerv.* folior.

2. ▽ *deſtill.* Ex foliis.

3. *Succus.* Ex fol. rec. exprimitur, clarificatur ac coagulatur.

[Hic ſal eſſentiale largitur.

4. *Syrupus.* Ex ſucco & ſacchar. Auguſt. ½ Norib. ⅓.

5. *Conſerv.* Ex fol. rec. & ſacch. ½. aut ⅓.

Hofman. *Acetoſa.*) Græcè ὀξαλις, λάπαθον. Sauerampffer. *Hæc ſcilicet vel vulgaris ſylveſtris vel ſativa eſt.* Illa folia biſtortæ minora, acuminata, quæ pediculo adhærent falcata, aut pinnata, ſucculenta, atrovirentia refert ſapore acido. Flores & ſemina Lapathi acuti. Cubito altiores promit caules, ſtriatos concavos in alas diviſos. Radix fibroſa lutea, ſiccantis & adſtringentis ſaporis. In pratis & hortis æſtate & autumni initio viget. Hæc Acetoſa Major in microſcopio conſiderata aculeolis prædita deprehenditur. vid. D. Beckmanni P. P. Francofurt. phyſic. curioſ. miſſ

Præter hanc datur & ſylveſtris minor Oxalis parva, auriculata repens, Acetoſella. In ſylvis & ſabuloſis locis provenit, ſuo reptatu odioſa, floret Iunio. *Sativa eſt Oxalis* tuberoſâ radice, folio rotundiore repens Gallica; *Minor* aculeata Candiæ. *Oxalis Africana* floſculis ex luteo virentibus.

N. Ex his *Major ſylveſtris* in uſu eſt, de quâ vox Acetoſa ſimpliciter intelligatur. Hanc ſequitur *Acetoſa Minor* ſeu *Oxalis minor, Acetoſa, Alleluja* dicta. Neutra ob frequentiſſimum illatum uſum carere poſſumus. Herba maximè uſualis eſt, poſteà radices & ſemen.

*Vires.*) Frigefacit & aperit, Cardiaca & Epatica, choleram reprimit, appetitum à cruditate nidoroſâ proſtratum excitat, ſitim ſedat, unde in febribus ardentibus utilis. Ex herbâ *Aqua*, cui nobiliſſima quædam virtus ſpecifica deſtillatione elicita, contradicente licet *Zwelfero*, denegari nequit, judice ſapore & odore, item *Conſerva, Syrupus, Sal eſſentiale, Succus &c.* parantur ad febricitantium ſitim, æſtum reſtinguendum & imminutum appetitum reparandum. *Herba* colligenda eſt in Majo Sole in ♊ ante ejus ortum. *Semen* ejus ſpecificum anti-dyſentericum eſt; *Radix* ſiccata & decocta aquam rubro tingit colore. Ubi opus adſtrictione in dyſenteriâ cruentâ & in aliis morbis cum malignitate conjunctis, hujus decoctum cum C C. convenit, juxtà vim ſuam conſolidativam, vim etiam habet malignitatem expellendi. Rec. radic. acetoſ. Tamarindor. ana ℥j. coq. in 🜄 fluvial. ſ. q. ad ℔ j. poſtea Rec. fl. roſ. r. M. iij. infunde in ℔ iij. aq. fluvial. calid. addit. ſpirit. Vitriol. ♂tis, extrahe Tincturam, ſtent in loco tepido per aliquot Menſ. poſteà cola, colaturæ miſce prius decoctum albumine ovi clarificatum, filtra & in colaturâ diſſolve Syrup. ribium vel berberum ſ. q. Hæc *Tinctura* in febribus tertianis ad calorem febrilem extinguendum valdè commendatur.

## ¶ VIII. *Acetoſella.*

Trifolium acetoſum, *Matth. Dod. Caſt. Brunſ.* Oxys, *Fuchſ. Cord. Cam. Tab.* Oxytriphyllon. *Trag.* Lujula, Alleluja, *Lon.* Trifolium acetoſum vulgare. *C. B.* 1. Buchampffer / Gaurklee / Haſenklee / Mähſerkraut / Guckhugſklee. Petite ozeille ou ozeille menue. Pain de Cocu. *Three-leaved Sorrel, petty* or *Wood-Sorrel.* Schaeps-Suring of Surkele / Drie-blaedt-Suring.

Eſtque { floribus albis. / floribus luteis.

Floret Aprili ac princip. Maij. Locis gaudet nemoroſis & arenoſis.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* acetoſellæ albes.

Vires. *Cardiaca & Epatica eſt ſingularis, acetoſæ vires niſi ſuperans ſaltem æmulans, adeoque æſtum febrilem mitigat, ſitim ſedat, &c.*

N. *Acetoſella Lonic. eſt acetoſa arvenſis lanceolata.*

### PRÆPAR.

1. *Conſerv.* Folior.
2. 🜄 *ſtillat.* Ex foliis.
3. *Sal eſſentiale.*
4. *Syrup.* Ex ſucc. & ſacchar. ½ aut ⅟₁.

HOFMAN. *Acetoſella.*) *Oxalis minor. Alleluja. Trifolium acetoſum.* Sauerklee. Eſt fl. albis & luteis. Prolixas, lignoſas, & fibroſas habet radices, rubentes, huc illuc perreptantes, quæ folia trifolia rotunda, in medio ſciſſa emittunt. Floret Aprili & principio Maij. Locis gaudet nemoroſis in ſylvis. Palato gratior eſt, quàm vulgaris, & melius præſtat omnia illa, quæ vulgaris. Hujus Aqua deſtillata, conſerva, & Syrupus in uſu ſunt.

## ¶ IX. *Acorus.*

Acorus verus, ſive calamus arom. C. B. 1. Acorus perperam Calamus arom. Officinarum. *Monard. Trag. Matth. Cord. Lob.* Acorum, *Lon. Cam. Tam. Ger.* Acorum legitimum, *Cluſ. hiſt. Germ.* Calmus Ackerwurtz. Racine de canne odorante de l'Acore. *Calamus Aromatick, True, Swet-ſented Acorus.* Soet-rupckende Calmus / Calamus Aromaticus, Oprechte Acorus. Italis herba venerea dicitur.

N. *Acorus officin. dicitur vulgo calamus aromaticus, cum tamen cal. aromat. propriè ſic dictus herba ſit ab hac diverſa. Vide infra.*

Colitur in hortis, ſoloque gaudet paluſtri.

### OFFICIN. NAT.

*Radix.* rarò *Folia.*

Eligenda radix albicans ſapore amara ac acris.

Vires. *Stomachicus eſt, calfac. & ſicc. in princ. 3. partium tenuium eſt, atten. aper. Uſus præcipuus in obſtruct. menſium, Lienis ac Epatis, in dolore colico.*

[*In Vino coctus teſtibus tumentibus imponitur.*]

### PRÆPARATA.

1. 🜄 Ex radice macerata.
2. Spiritus.
3. *Acorus conditus* vulgaris. Vide Auguſtan.
4. *Confecta Radix.*
5. *Ol. ſtillat.* cum 🜄 aſcendit.
6. *Elect. diacorum.* Vide Auguſt.
7. *Extract. rad.* Coque in Vino, exprime & inſpiſſa.

Vires. *Plurimum valet in dolore colic. Doſ. Scrup. j.*

HOFMAN. Hic *Acorus* verus & genuinus eſt, quem officinæ pro calamo aromatico venditant, qui tamen verus Calamus non eſt, ut contra Monachos, & *Amatum* rectè ſentiunt *Fuchſius, Monardus, Matthiolus, Hermolaus, Tabernæmontanus &c.* Hic *Acorus verus* folia habet iridi ſimilia, ſed anguſtiora & radices non abſimiles, ſed perplexas & obliquas, atque albas & in ſuperficie geniculis diſtinctas. Colitur in hortis, ſoloque gaudet paluſtri. In urbi noſtræ vicino pago Thymetz creſcit in copiâ

*Hujus radix* Uſum agnoſcit Medicum. Specifica ſtomachica eſt & pectoralis, unde Diacorum Meſuæ promanat, quod nobile medicamentum ſtomachicum confortativum eſt in cruditate acidâ, in primis juxtà *cl. Zwelferi animadverſ.* elaboratum. vocatur apud Nos die Ackerlackwerge. *Experientiſſ. D. D. Simon Pauli in quadripartit. botan. claſſ.* 1. huic etiam vim adſcribit alexipharmacam. Radix enim in aquâ vel cereviſiâ ſemper macerata præſervat à Morbis contagioſis graſſantibus, ut dyſenteriâ, Lue Ungaricâ, febribus malignis epidemiis, id quod obſervare deberent non ſolum caſtra ſequentes ſed omnes etiam œconomi ejuſmodi morbis gliſcentibus. Aliàs etiam recens in taleolas ſectus, in murià noſtrâ probè coctus, iterumque exſiccatus groſſo modo inciſus cum fruſto panis butyro illitus adſumptus appetitum languidum excitat, & cruditates acidas digerit. *Ejus Extractum* non ſolùm in ventriculi affectibus, ſed & catarrhis frigidis admodum ſalutare exiſtit. Doſ. à ℈ß. ad ℈j. in vino.

## ¶ X. *Acorus adulterinus.*

Acorus adulterinus, *C. B.* 2. Acorus falſa, *Cord. in Dioſcor.* Acorum adulter. *Trag.* falſum. *Matth.* Gladiolus luteis liliis, *Eric. Cordi,* luteus, *Fuchſ.* (icon.) *Lon.* Acor. Officinarum. *Fuchſ.* Acorus paluſtris, *Lob.* Iris paluſtris lutea, *Tab.* Pſeudoiris, *Dod.* Germanicè gelb Schwertel. Glayeul ou Flambe. *Common, falſe Acorus.* Geel Liſch en Docr-Boonen / Valſch Acorus.

Officinis rarò inſervit uſu, eoque in ſolâ radice effodienda ſc. Septemb.

Vires. *Exiccat, parum calfacit, attenuat, aſtringit, roborat, reſolvit, vi peculiari ad nervoſi generis & cerebri affectus commendatur, ut & ad dyſenteriam, alioſque fluxus alvi ac uteri ſiſtendo. Extrinſecus ad dyſenteriam præcavendam, more noſtratium, de collo ſuſpendi ſolet.*

PRÆ-

PRÆPARATA.

Nonnunquam inde paratum extat *Electuarium* Stomachicum. Vide lib. 2.

HOFMAN. *Acorus Adulterinus.*) *Iris paluſtris, lutea. Gladiolus luteis liliis.* Gelber Schwertel. Perperam *Acorus* appellatur. Naſcitur in paluſtribus locis, cujuſmodi ſunt rigua prata, & fluviorum margines. Floret Aprili & Majo. Reperitur in prato noſtro Salano. Guſtus ejus monſtrat, immenſam radicem vim adſtringendi habere. Collige hujus Acori lutei radicem die ☿rii antè ☉ ortum in Menſ. ♄ turni & exſicca, poſteà die ☉ in ipſo ☉ ortu recipe radicis hujus & ſuccini albi ana p. j. inde ſerico rubeo, appende collo, & ſpaſmum curabit. Curat etiam dyſenteriam, alligabis autem collo, quando ☉ & ♄ nus aſpectu trino vel ſextili irradiant. Alii appendent pueris ac gravidis cum pavonum plumis.

## ¶ XI. *Adiantum.*

Adiantum *Matth. Dod.* Capillus ♀ *vulgo* Adiantum foliis coriandri C. B. 1. Adiantum nigrum, *Cordi.* Adiant. nigr. verum, *Tab.* Ad Album *Plinii*, maignum, *Trag.* Lugdunenſe, *Cam.* Germanicè Frauenhaar / Venushaar. Plante nommée Capillus Veneris qui ſignifie Cheveux de Venus. *Maidenhair (black.)* Vrouwen-haer.

N. *Adianti vox pluribus plantis impoſita invenitur.* 1. *Plantæ jam datæ.* 2. *Adianto aureo, polytricho.* 3. *Rutæ murariæ.* 4. *Trichomani: de prioribus hoc loco, de poſterioribus alibi.*

Advehitur ex Gallia Narbonenſi: Floret æſtate.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* ſeu folia.

Vires. *Caliditate & frigiditate temperatum eſt, exiccat, attenuat, aperit, extergit, pulmonum renumque vitiis medetur, Epatis & lienis obſtructiones reſerat. Urinam & menſes ciet.*

N. *Sunt qui Trichomani eaſdem vires adſcribunt, adeoque ſubſtitui poſſe autumant: Alii Rutam murariam.*

### PRÆPAR.

1. *Aqua.* Ex fol.
2. *Syrupus ſimpl.* Ex decoct. & ſacchar. ;. Auguſt.
3. *Syr. Compoſ.* Vide Auguſt. & Norib.

[Extractum etiam habetur.]

HOFMAN. *Adiantum.*) Derivatur ab *ἀδιαίνεσθαι*, quia non madeſcit, & ſemper immadidum reperitur. Dicitur & *capillus* ♀, quod crines tingat, pulchros reddat & luxuriare faciat. Unius tantùm meminit *Dioſcorides*. Sed duas adhuc *Theophraſtus* & *Plinius* ejuſdem nominis humiles annotarunt. *Adiantum album & nigrum.* Creſcit in parietibus, locis petroſis, umbroſis, ad fontes. Creſcit hic in muris templorum, item in rupe illâ, quæ ad arcem Giebichenſteinenſem viam monſtrat. Viret quâvis anni parte, nunquam vel florem vel ſemen profert.

*Vires.* Hoc in caliditate & frigiditate temperatum eſt, exſiccat, extenuat, aperit, & digerit. Hujus decoctum cum vino vel aquâ craſſis ac viſcidis humoribus expectorandis, arenulis expellendis dicatum eſt. Viſcerum reſerat obſtructiones urinam & menſes ciet. Caput ex alopeciâ glabrum capillis ornat, ſtrumas & abſceſſus digerit. Ex hoc ſyrupus adiantinus I. Fernelii magnæ æſtimationis conficitur.

## ¶ XII. *Adiantum aureum.*

Polytrichum aureum. { majus. *Hoc minus uſuale.* / medium. *Hoc uſuale.* / minus. *Nec hoc officinas ſubit.* }

Dicitur Polytrichum aureum medium, C. B. 2. nobile vel primum; *Trag.* aureum Apuleii vel 2. *Lonic.* Muſcus capillaris, *Dod.* Adiantum aureum minus, *Tab.* German. gülden Widerthon. Polytric doré. *Golden Maidenhairr.* Geel of Goude Vrouwen-hayr.

### OFFICIN.

Integra herba ſeu caulis cum foliis muſcoſis & floribus.

Vires. *De viribus apud authores nihil fere invenitur. Carrichterus tamen ad morbos incantatione introductos commendat, cujus rei gratia apud muliercu-las celeberrima eſt.*

*Extrinſecus ob ſignaturam commendatur ad capillos generandos.*

HOFMAN. *Adiantum Aureum.*) *Polytrichum aureum.* Gülden Widerthon. *Datur majus, medium & minus. Medium* uſuale eſt. Variat enim magnitudine & ramorum numero. Iiſdem cum adianto locis provenit, in ſylvis & montibus ad ſaxa. Colligendum antè ☉ ortum, ☉ & ☽ in ♊ exiſtentibus. Ejus decoctum etiam contrà calculum commendatur. Carrichterus ad morbos ab incantatione ortos commendat vel interius adſumptum vel exterius appenſum.

## ¶ XIII. *Agallochum.*

Ξυλαλοὴ, Lignum aloës, *Lon. Tab.* Agallochus ſeu Xylaloes, *Cord. in D. Lob. Caſt.* Taurum *Cord. h. C. B.* 2. Paradieß / oder Aloeß Holtz / Lignum aloes ou bois de Perroquet. *Wood of Aloës.* Hout van Aloë. Paradys-hout.

### OFFICIN. NAT.

*Lignum* cujus fruſta raro magna ad nos advehuntur, ut plurimum enim in fragmentis nobis tranſmittitur, quæ optima creſcunt nigro-purpurea, venis cinerii coloris interſecta, amara, ponderoſa, liquorem, ſi prunis, candentive ferro imponantur, exſudantia, ſuavem ac acidulum fumum, ſi incendantur, præbentia, bullulaſque ſimul poſt ſe relinquentia, haud ita facile diſparentes: His adde haud poſtremum bonitatis ſignum, ſi aquæ ſupernatarint.

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. confortativum eſt omnium viſcerum, ac præcipuè cerebri, Cordis ac Uteri; ſpiritus vitales ac animales recreat: hinc medetur Lypothymiæ, amaritudine ſua lumbricos necat. Externè creber ejus uſus eſt in cucuphis & Epithematibus cordialibus.*

### PRÆPAR.

1. *Extractum.* Fieri poteſt ad normam aliorum Extractorum ſive Gummoſum ſolum id expetatur, ſive ſimul viſcoſum: *De quo vide lib. 2. c. 57.*

*Angelus Sala* ♃. Fragmentor. elector. pulveratorum (inſtillari poteſt inter pulveriſandum ▽ Roſar. ne quid avolet) ℔j. digerit ac extrahit cum Spir. Vin. rectificatiſſimi ℔ vi. vaſe clauſo in MB ♂ ȝ. digerendo. Decantato dein liquori affundit ▽ Roſar. ℔ j. abſtrahit lentiſſimo calore Spir. Vin. Reſtantem Eſſentiam Reſinoſam lavat & exiccat, pro libitu coquit ad conſiſtentiam, ut exinde trochiſci formari poſſint.

*Doſis gr. iiij. ad x*

Reſiduæ fæces aptæ ſunt quæ admiſceantur candelis pro fumo.

*Quercetanus* Extractum hoc, ſeu gummi parat cum ▽ ſtillat. Hyperici aut Centaurei atque pro

peculiari remedio habet in lumbricis ac putredinibus arcendis.

2. *Species Diaxylaloes.* Vide Diſp.
3. *Trochiſci Diaxylaloes.* Vide Diſp.

HOFMAN. *Agallochum.*) ξυλαλόη *Lignum aloës.* Paradiß-Aloes-Holtz. Hujus *Galenus* nuſquam meminit. *Dioſcoridi* lignum eſt, quod ex India & Arabiâ deportatur. An Veterum agallochum illud ſit, quod Nos lignum aloes ſeu Xylaloen appellamus, adhuc ſub judice lis eſt. *Ruellius* veterum Agallochum Orbi dicit incognitum. *Sylvius*, Lignum aloës, quod officinæ oſtendunt, eſſe verius Aſpalathum. *Simeon Sethi* dicit, Lignum eſſe Arboris, quæ in diverſis Orientis regionibus naſcitur, & quamdiu incorruptum eſt, nullam in odore à cæteris arboribus habere differentiam, ubi verò putruit, bonum nanciſcitur odorem. Decem ille facit differentias, tres autem tantum novi Orbis indagatores. Calambat, & Pala d'anguilla dictam, atque ſylveſtrem. *Dominic. Chabræus l. c. in Appendice.* Hoc Lignum Aloës ut plurimum, inquit *Iacobus Bontius in Not. ad Garciam ab Ortâ* p. 19. in fragmentis Nobis tranſmittitur, ex *Indiâ* ſcilicet cortice nudatum, non ideò, quod ſine cortice creſcat, ſed quod ſæpè quaſi uno trunco diverſæ etiam ſpecies virgultorum ac ſtirpium temporis diuturnitate coaleſcant, ideoque Incolæ hoc modo lignum *Aloës* ab aliis virgultis ac ligno ſeparant. Truncos aloës cæſos deponunt in ripis fluviorum in cœno ac luto, ut diverſi generis lignum carie conſumptum ſe à ligno *Aloës* ſeparet, unde cortice ejus conſumpto, qui tam reſinoſus eſt, quàm ipſum lignum, quod præterea minus teredinibus ac putredini obnoxium eſt tale, quale in officinis ad Nos quoque defertur.

Naſcitur in *Inſulâ Sumatrâ*, in *Champa* vicinâ *Chinæ* regno regione & in *Cochin Chinâ*.

*Vires.*) Calefacit & ſiccat, inſigne confortativum eſt cerebri, cordis ac reliquorum viſcerum, ſpiritus animales recreans, genitales & vitales; vim habet balſamicam, reſinoſam ac ſubtilem ſubſtantiam, guſtu aromaticum ac ſubamarum eſt, unde & Aloës nomen mutuatum eſt. Adſtringit, roborat & conſolidat. Ejus pulvis ad ℈ j. ſumptus colicæ medetur, ac omnibus inteſtinorum, ventriculi & uteri frigidis affectibus. Tineas & aſcarides puerorum enecat.

*Præparata. 1. Extractum.*) *Angelus Sala.* Rec. fragmentor. alëtor. pulverat. &c. Verùm cum Lignum Aloës ex rebus odoratis balſamicis ſit, non ſine virium jacturâ cum ſp. vini extractio inſtituitur, dum ſpir. vini iterum ab hoc deſtillato virtus ejus balſamica in auras avolat. Nihilominus ejus extractio ſeq. modo non ineleganti inſtitui poteſt. Rec. Ligni aloës reſinoſi q. v. ab hoc deſtillando ſive per ſe, nullâ additâ aqua, ſed ſaltem particula vini ſpiritus ei aſperſa ex retorta vitrea in ſegmentis humidis MB. locata, vel etiam igne aperto ſine combuſtione, ſive etiam affuſa q. ſ. ▽æ ſ. proliciatur unà cum ▽a oleum eſſentiale ▽æ ſupernatans, quo interim ſervato, extrahatur cum ſp. vini repetitis vicibus affuſo reſiduum à deſtillatione ad totalem virtutum terreſtrium prolectionem. Extractiones omnes filtratæ ad juſtam conſiſtentiam extracti in MB. leniter deſtillando abſtrahantur, huic in fundo alembici relicto junge ſuum deſtillatione prolectum & proprium oleum eſſentiale, ſive per ſe, ſive ſaccharo prius commixtum. f. ſ. a. Extractum.

*Eſſentia Ligni Aloës.* Recip. Ligni aloës reſinoſi ℥vj. ſp. vini rectific. ℔ j. ♌la per Alemb. ex Aren. ſpiritus ad ſiccitatem ligni, reſervato ſpiritu fragrante, intereà cum novo ſp. vini confice extractum ex relicto à ♌latione ligno; Hoc ſpiritu fragrante ſuperius aſſervato præviâ digeſtione ſolutum & filtratum uſui repone.

Hujus uſus eſt in aquis ſpirituoſis ad gutt. xx. xxx. xl. &c. in affectibus Capitis & Ventriculi ſummoperè commendatur, propinatur reconvaleſcentibus.

N. Hoc *Extractum* eſt principale ingrediens *Pulveris analeptici Minderери.*

## ¶ XIV. *Ageratum.*

Ἀγήρατον *Matth. Cam. Tab. Caſt.* Eupatorium Meſuæ, *Trag. Matth. Lon.* mentha corymbifera minor, *Cord. hiſt.* Coſtus minor hortenſis, herba Iulia, Balſamita minor. *Dod.* Ageratum foliis ſerratis, C. B. *Arab.* Gafet. Leber-Balſam/ kleiner Coſten-Balſam. Coſtos minos. *Arabian Eupatory, Maudlin,* or *Coſtus the leſs.* Eupatorium/ Edel-leverkruyt/ of kleynder Coſtus.

Colitur in hortis, floret Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Planta* cum foliis & floribus.

Vires. *Calf. & ſiccat gr. 2. ſubſtantia tenuis, ſaporis aromatici, attenuat, exterget, putredini reſiſtit, Epatica eſt, laxat alvum quàm blandiſſimè. Extrinſecus ciet urinam uterumque emollit* (*ſuffitu.*)

### PRÆPAR.

1. *Syr. de Eupatorio Meſuæ.* Vide Diſp.
2. *Pil. de Eupatorio.* Vide Diſp.
3. *Trochiſc. de Eupator.* Vide Diſp.

HOFMAN. *Ageratum.*) ἀγήρατον. *Eupatorium Meſue Auctor* inſcribit. Alii *Balſamitam* vocant minorem, *Thymbram*, *Saturejam*, & *ſtœchadem citrinam.* Verùm erroneè. Et genuinum *Eupatorium Dioſcoridis* præſens eſt, herba Iulia dicta à Iulio menſe, quo florere incipit. Germ. Kunigund-Kraut. Fruticoſa eſt herba, ſimplex, cubitalis, foliis centaurii minoris viridibus, aſperis inciſis, umbellam gerit, in qua flores aurei ſeu lutei ut plurimum emicant. Dn. D. Carolus Schæfer Phyſicus Noſter poſſidet etiam floribus albis, & quidem in copiâ. Naſcitur in montibus copiosè circà Monſpelium, in noſtris hortis ſeritur. Iulio & Auguſto floret.

*Vires.*) Calefacit & ſiccat, attenuat, exterget, ſaporis aromatici, putredini reſiſtit. Fermentum bilis ſua amarulentia corrigit, æque ac abſynthium, unde ventriculo & epate affecto ejus decoctum vel infuſum quilibet ſibi commendatum habeat. Hydropem curat & vulneraria eſt; Primarium ingrediens Balſami mei vulnerarii viridis potabilis. Ejus ſemen contrà Lumbricos utile eſt.

N. Colligitur ☉ in ♒ vel ♌ one exiſtente.

## ¶ XV. *Agnus caſtus.*

[ Ἄγνος ſive λύγος. ] Salix Amerina Dioſc. *Matth.* Vitex, *Trag. Dod. Cord. in D. Lon. Cam.* Agnus caſtus, *Caſt.* Eleagnon. Theophraſti, *Lob.* Vitex foliis anguſtioribus cannabis modo diſpoſitis, C. B. I. Keuſch Lam. Agnus Caſtus [ſemnon aliis, id eſt venerandum ob caſtitatis cuſtodiam.] *Agnus Caſtus. Chaſt-Lamb.* Agnus Caſtus. Kuyſche Lam.

### OFFICIN. NAT.

*Semen.*

Vires. *Calf. & ſiccat inſigniter, diſcutit, menſes ciet, appetitus venereos cohibet, ſemen imminuit.*

### PRÆPAR.

*Trochiſci.* Vide Diſpenſ.

HOFMAN. *Agnus Caſtus.*) ἄγνος ſive λύγος. Germ. Keuſch Lamb. Latin. Vitex. Mirum, inquit *D. Dominicus Chabræus* l. c. p. 63. non ſolùm Pharmacopœos, ſed etiam Medicos, hunc fruticem Agnum caſtum vocitaſſe, cum *caſtus* apud Latinos idem ſit quod *Agnus* apud Græcos & viciſſim. *Caſtus* dicitur, quod in Theſmophoriis matronæ caſtitatem voventes ea ad ſtrata uterentur. *Lygos* etiam dicitur, quaſi vimen, propter virgarum ejus firmitatem. A rubore virgarum *ſanguineum* vocarunt nonnulli: *Semnon* alii, id eſt, venerandum ob caſtitatis cuſtodiam. Frutex eſt in arborem aſſurgens, quæ in fluminum ripis & campis paluſtribus, nec non in aſperis & ſalebroſis locis naſcitur. Virgulta gerit longa, fractu contumacia, folia oleæ, ſed teneriora & majora. *Duorum eſt generum folio non ſerrato & folio ſerrato.* Florum alterum ejus genus fert album cum purpurea quadam tinctura, alterum purpureum ſolum. Semen quale Piper.

Paluſtribus gaudet locis & in Noſtris hortis colitur, item in Belgio, Gallia & Italia &c.

Floret Iunio; ſemen Septembri maturat.

*Vires.*) Calefacit & ſiccat, diſcutit, menſes ciet. Lac auget; In inſeſſu vulvæ affectibus medetur. Appetitus venereos cohibet, ſemen imminuit, per accidens ſcilicet dum veneris fomites diſcutiendo & exſiccando tollit, non ut eos alterando immutet aut torpidos reddat. Hinc nonnullos reperiri licet, teſtatur *D. Simon Pauli l. c.* p. 189. qui in venerem viticis uſu exagitantur, atque ie tardo

tardos & ſegnes ab erucæ uſu excitari videmus, uſu autem iis hoc ſolum venire poteſt, qui diſpoſitione genitalium partium aut totius corporis torpida & ſegni; Contrà verò, qui cholerica ſunt conſtitutione, vitex nocua eſt, dum eos veneris ſtimulis privat.

## ¶ XVI. *Agrimonia* ſeu *Agrimonium*.

Agrimonia, *Brunſ. Dod. Lob. Cam.* Eupatorium, *Matth. Fuchſ. Cord. Caſt. Tab.* Vulgare *Trag.* Eupatorium Græcorum, *Lob. Cam.* (Arabum enim Eupatorium vel Ageratum eſt vel Eupatorium Cannabin.) Eupatorium Veterum ſeu Agrimonia, C. B. 4. German. Agermenig/ Odermenig/ Adlermenig/ Bruchwurtz/ Leberklетten/ Königskraut. Agrimonia, de l'Aigremoine. *Agrimony, Greeks Eupatory.* Agrimonie. Greeckſe Eupatorv of edelleverkruyt.

Floret fere æſtate integra, creſcit juxta ſepes.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* & *Summitates.*

Vires. *Epatica nobiliſſima inprimis eſt, hinc ſpleneticа vulnerariaque: calf. & ſicc. 2. ſubſtantiæ eſt tenuis, aperit, deterg. ſubaſtr. corroborat Epar, ejuſque fluxus coërcet, adeoque uſu creberrimo venit in morbis ab Epatis imbecillitate ſubortis, ut ſunt Hydrops, cachexia, &c. extrinſecus adhibetur ſæpiſſime in balneis & lotionibus.*

### PRÆPAR.

1. ▽ *ſtillat.* Ex fol. & flor. vel ex integra planta circa finem Iunii collecta.
2. *Succ.* Ex fol. & flor.
3. *Syrup.* Ex ſucco.
4. *Sal. Com.* ex cinere integræ plantæ.

(Alcea herba Simeonis, Fellricſ.)
(Ex genere Malvarum eſt Sylveſtriam.)
(Appendunt ad ungues oculorum dorſo.)

Hofman. *Agrimonia ſeu Agrimonium.*) *Sive Eupatorium Veterum.* Botanici periti *Hepaticam, Hepatorium* & *Eupatorium* ita diſtinguunt, ut Hepatica ſit *Lichen*, *Hepatorium* vulgare *Eupatorium*. Verum autem *Eupatorium Agrimonia*. Creſcit paſſim in ſatorum & viarum marginibus, ac circà ſepes & in pratis paſſim provenit. Flores luteos fragrantes Majo & Iunio producit. Autumno ſemen matureſcit. Colligitur ☉ in ♊ ſtante ante ejus ortum.

*Vires.*) Calefacit & ſiccat, aperit, detergit, ſubaſtringit, roborat; undè ſpecificum ſtomachicum & epaticum eſt, acorem p. n. maſſæ ſanguineæ tollit, undè & ſpleneticum & vulnerarium inſigne eſt. In hydrope, cachexia &c. ſummo cum effectu adhibetur, in decocto vel infuſo &c. In lue venerea ex hac potiones vulnerariæ præparatæ felici cum ſucceſſu propinantur, ad mitigandos artuum dolores nocturnos fotus ex hac parari poteſt magnæ efficaciæ. In balneis & lotionibus ad luxationes commendatur.

## ¶ XVII. *Alchimilla.*

Alchimilla, *Trag. Dod. Lob. Tab. Ger.* Vulgaris. *Cluſ. hiſt. Cam.* Pes leonis Leontopodium Brunfels. *Fuchſ. Lon.* Brancha Leonis, Planta Leonis, (Dioſcor. Pſiadium,) Stellaria, *Matth. Caſt.* German. Sinauw/ gulden Gänſerich/ Löwenfuß/ unſer Frauen Mantel. Pied de Lion. *Ladies Mantle.* Synaw/ Vrouwen Mantel.

Creſcit loco udo ac humido, ac præcipuè in paſcuis, unde & in hortos transplantari ſolet. Floret Majo & Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Vulneraria eſt è nobiliſſimis non poſtrema, calid. & frigid. temperata; conſolid. adſtring. exterget, ſanguinem incraſſat, proin utilis fluxui menſium, &c. Uſuque adhibetur interno, in potionibus vulnerariis, tum & externo, (in Herniis proficua.)*

### PRÆPARATA.

▽. Fit ex integra planta collecta menſe Iunio cum floribus.

Hofman. *Alchimilla.*) *Pes Leonis.* Sinauw. Gülden Gänſerich Löwen-Fuß. *Alchimilla* dicitur, quod Alchimiſtarum elogiis celebrata ſit. *Pes Leonis* à foliis inſtar Leonis pedum. Creſcit præcipuè in paſcuis, collibus & montibus. In Nemore noſtro Sebenſi & Thannen-Walde reperitur in copia, item in alto monte *S.* Petri &c. Colligitur ☉ in ♊ aut ♒ exiſtente ante ejus ortum.

*Vires. Temperata eſt, conſolidat, adſtringit,* &c. Unde vulneraria eſt, glutinandi facultate prædita, uſu exhibetur interno, in potionibus ad interanea vulneraria, internas exulcerationes, hernias ex vino, ſanguinem incraſſat tenuem, undè in nimio menſium fluxu & albo fluore mulierum valdè conveniens eſt. Virginum mammas laxas linteum decocto ejus intinctum & impoſitum duras & ſolidas efficit. Nonnullæ quibus libata virginitas, ſolerter ſciunt decocto alchimillæ in forma inſeſſus ſibi reparare ganeonibus applicabilem ſτενοχωρίαν & illibatum mentiri virginitatis florem.

## ¶ XVIII. *Alkekengi.*

Ἀλικάκαβον, Halicacabum, *Caſt.* vulgare, *Fuchſ.* Hal. veſicarium. *Cam.* Hal. ſeu veſicaria, *Cord.* Hal. Solanum halicacabum. *Trag. Matth. Lob.* Solan. veſicarium, *Dod.* Alkakengi, *Lon.* Saxifraga, rubra & 4. *Brunſ.* Solan. veſicarium 2. *Bauhini*, Judenkirſchen/ Boborellen. de l'Alchequange, Cocquerelle. *Winter-Cherrys.* Vremde Crieeken / Alkekengi.

Creſcit in vineis inter vites, lociſque opacis, floret Iunio, fructus fert ante autumnum.

### OFFICIN. NAT.

*Baccæ*, quæ colore ac figura ceraſa rubra repræſentant, colligendæ circiter finem Auguſti.

Vires. *Refrig. & ſicc. 2. Nephriticæ, diureticæ ac lithontripticæ inſignes ſunt. Uſus præcipui in calculo renum & veſicæ, in ictero (baccæ & folia) in ſanguine coagulato.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex baccis.
(Habetur in Officinis noſtris liquor Alkekengi extratus ex D. Horſtii præſcriptione.)
2. *Tinctura.* Ex baccis cum ▽ propria.
3. *Trochiſci de Alkekengi.* (Diaphyſſalidon ſive de Veſicaria.) Vide Diſpenſat.

Hofman. *Alkekengi.*) ἀλικάκαβον. *Solanum veſicarium.* Germ. Jüden-Kirſchen Creſcit in vineis & hortis, & locis opacis, floret junio. & ante autumnum fert fructus.

N. *Mexicani* meminit *Franciſcus Hernandez in theſaur. Rerum medicar. Novæ Hiſpaniæ.* Cujus caulis ultrà cubitalem altitudinem exurgit viridis, rotundus lignoſus. Folia non longè à radice per totum caulem longo pediculo adnaſcuntur, Peto minori ſimilia, viridia, craſſa & ex quâvis alâ nova foliorum ſoboles enaſcitur. Longitudo internodii eſt duorum digitorum, ex aliis ſuperioribus floſculi multi, exigui, pallidi, prodeunt pediculo brevi, ſimo, ut adnati videantur. Inde veſiculæ ſequuntur ſimiles noſtræ veſicariæ quoad figuram & colorem, ſed longè minores, nec avellanæ magnitudinem aſſequuntur. Hæ caulem totum quaſi circumſiſtunt, ſicuti flores clinopodii. Baccæ veſiculis incluſæ, piſum cordatum æquant magnitudine, ſed rubent. Noſtræ veſicariæ ſimilis ſapor non ita gratus, ſed longè amarior. Semina alba, plana, renibus ſimilia, ut in Noſtrate Alkekengi. In

Nova

Novâ Hiſpaniâ vocant hanc plantam *Coyopatli, Coyotomatl, Chichiel, Quahielt, Heſaomipatli.*

*Radix* hujus *Mexicani* eſt amariſſima, & quo amarior, eò citius vires prodit. Uſus ejus eſt, ut drachma una pulveris injiciatur ℥iv. vel v. aquæ frigidæ potius, quàm tepidæ, & ſumatur jejuno ventriculo vel ſub noctem ſine cœnâ. Hauſto pharmaco vitandus aër frigidus per unum diem, nam movet corpus, prout invenit diſpoſitum per inferiora & quandoque etiam per ſuperiora, duratque aliquando 4. vel 5. dies, donec videlicet malum tollatur. Sic tollit obſtructiones, morbos ventriculi, ejuſque dolores, auxiliatur morbis matricis, calculum veſicæ rumpit, doloribus colicis & iſchiaticis ſubvenit, juvat partum. Poteſt infantibus unius anni exhiberi, nam pharmacum eſt ſecuriſſimum. Pulvis intus ſumptus tollit quemvis dolorem.

*Vires.*) Refrigerat & ſiccat. Nephriticæ, diureticæ ac lithontripticæ ſunt. Undè fructus ritè ſiccati & in ſp. vini infuſi, item illorum extractum liquidum ſine ſaccharo juxtà vim ſuam anodynam calculum renum & veſicæ expellunt. Ictetum curant, & ſanguinem coagulatum reſolvunt.

¶ Alkermes *vide* Chermes.

## XIX. *Allium.*

Σκόροδον Dioſcoridi, *Arab.* Cham. Allium, *Brunf. Trag. Matth. Cord. in Dioſc. Lon. Lob. Caſt.* hortenſe *Fuchſ.* vulgare *Cam.* ſativum, *Dod.* C. B. 1. Knoblauch. Ail. *Garlick.* Loock. Knobloock. Ital. Aglio & Ajo, Schioppe Madonette.

### OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Calf. & ſicc. 4. incid. aperit, diſcutit, alexipharmacum eſt. Uſus præcipuus internus & externus in colica flatulenta, lumbricis, peſte (cum ✠) tuſſi, calculo. Extrinſecus in ſcabie, urinæ obſtructione, apoplexia uterina, (umbilico inungitur ſuccus) tuſſi (inungitur plantis pedum cum axungia porcina.)*

*(Pone aures ponitur, & ad pulſus, in odontalgia.)*

N. *Dulcius ſapit ſi plantetur ☾ exiſtente ſub Horizonte, eodemque tempore rurſum effodiatur.*

*(Graveolentiam tollit Ruta, Zedoaria.)*

### PRÆPARATA.

*Electuar. de allio.* Vid. l. 2.

Aloës lignum, *vide* Agallochum.

HOFMAN. *Allium.*) *Allium* non ut alimentum medicamentoſum, ſed tanquam purum medicamentum tutò uſurpari poteſt, hâc tamen cautelâ, ne illis, qui ſanguinis dyſcraſiâ ſulphureo-ſalinâ laborant, nimium ejus uſus indulgeatur ob ſalis volatilis vehementiam. Aliàs, quibus ſanguinis dyſcraſia ſalino-ſulphurea, meliori cum ſanitatis emolumento adhibere poſſunt: In lumbricis, ſi lacti miſceatur, ex bulbo unius contuſo ſuccus hauſtu unico mane & veſperi Lunâ decreſcente multum afferet levaminis. Tutus etiam Allii uſus illis eſt, quibus ſtellio vel lacerta per œſophagum in ventriculum irrepſit. Bulbuli Allii tres aut quatuor feliciter ab iis, qui calculo laborant, devorantur, ſingulis ſeptimanis ſemel, eo die, qui proximè quatuor quadras Lunæ præcedit, alii eoſdem in vino macerant, ejuſque hauſtum jejuni bibunt & ita à calculo præſervantur. Tandem & Peſtis tempore Allii uſus ſalubris eſt, unde & à Galeno ruſticorum Theriaca vocatur.

Alliaria de qua in Appendice ad Pharmac.

SCHROEDER.

*Alliaria*, Alliaire *ita dicitur quòd ejus folia digitis comminuta allium ſeu porrum ſectinum cum naſturtio redoleant.* Bauhin. Pin. 110. *Quidam* Thlaſpidium ſecund. *Crateva, alii* alectorolophon. *Plinii, lib.* 25. *cap.* 5. *putant. Olim à quibuſdam pro* Scordio *habita alliaria, ut proinde Theriacæ immiſcuerint pro Scordio ipſo, quod tamen refutat & improbat* Gregor. Horſtius, *de Confect. & diſpenſ. Theriaca, Tomo 2. oper. medic.* *Eleganter de hac Alliaria ſcribit,* Clariſſ. Simon Pauli. *p.* 189. *quadrip. Botan. excitatus à* Fabricio Hildano, *Centuria 2. Obſ. 94. p. 171. habere alliariam ſingularem vim & proprietatem qua putredini adverſatur, ideoque ait, ulcera putrida abſtergit ac mundificat, minori tamen cum efficacia quàm verum ſcordium, &c. Sed pergit; quæris forſan cur ita ſim ſollicitus de alliaria, cum ſcordium multò ſit præſtantius? Cauſa eſt quòd ſcordium in multis regionibus minimè creſcat neque niſi ſiccum & ut plurimum obſoletum haberi poſſit, cum alliaria ubique locorum prodeat. Sed quia in exſiccata herba parum facultatis & virium remanere expertus ſum, idcirco ipſam in fine Aprilis & ineunte Majo colligere ſoleo, & poſtquam per diem unum in umbra exſiccata fuerit, minutim incido contundoque in mortario, & prælo ſuccum exprimo, &c. quem ſive ſimplicem, ſive inſpiſſatum unguentis & cataplaſmatis indo, ad gangrænam aliaque ulcera putrida, ſordida ac maligna.*

Alliaria *autem ſecundum* Matthiolum *p.* 559. *calefacit & exſiccat, craſſos humores attenuat & incidit.* Semen *uteri ſtrangulatum tollit, exterius admotum.*

## ¶ XX. *Alſine.*

Alſines varia à Botanicis exhibentur genera, è quibus potiſſimum uſualis eſt Alſine media, C. B. 11. Alſine, *Matth. Lob. Caſt.* Alſ. major, *Fuchſ.* media *Tabern. Ger.* minor, *Cord. hiſt.* Morſus Gallinæ, 1. *Trag.* Germ. Hüner darm / Hüner biß / Vogelkraut. Morgeline of Mouron, Centonice, Arroche. *Henbit* or *Chick-weed.* Muer of Vogelkruyt.

Creſcit in omnibus hortis & vinetis. Provenit hyeme, floretque ad mediam uſque æſtatem.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* vel integra *herba*, ſed raro.

Vires. *Refrig. & humect. 2. eaſdem vires obtinet quas parietaria, præterquam quod non adſtringat: inſigniter nutrire creditur, unde atrophia, phthiſique laborantibus eſca ſalutaris æſtimatur.*

*(Ad ſcabiem decoctam adhibetur.)*

HOFMAN. *Alſine*) *Media* ſcilicet Hüner-Därm / Vogelkraut uſualis eſt. Colligitur in Majo. ☉ in ♊ exiſtente antè ☉ ortum. Ejus ſuccus à noſtratibus mulierculis in *lacte* exhibetur infantibus ventris torminibus vexatis. Atrophiâ laborantibus cum aliis ſpecificis in pulmentum redactis eſca ſalutaris eſt.

## ¶ XXI. *Althea.*

Althæa Dioſcoridis & Plinii, C. B. 1. Althæa *Brunf. Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Cord.* Vulgaris, *Cam. Cluſ. hiſt.* Malva paluſtris, *Lon. Lob.* Ibiſcus, *Caſt. Tab.* Malvaviſcus, Biſmalva, *Ger.* German. Eibiſchwurtz / Heilwurtz / Hülffwurtz. Guimauve, Ail. *Marsh Mallows, Althæa.* Althæa of witte Maluwe. Ital. Malvaviſco.

N. *Quatuor faciunt Althææ genera: althæam ſimpliciter ſic dictam, althæam arboreſcentem, althæam paluſtrem, & althæam Theophraſti ſeu Abutilon Avicennæ. Ex his primum officinis in uſu eſt.*

Creſcit locis humidis, floret Iulio & Auguſt.

### OFFICIN. NAT.

*Folia*, *Radix*, (collecta Vere vel Autumno) *Semen.*

Vires. *Herba calida eſt & ſicca ( aliis humid.) gr. 1. [ Radix calfac. in princ. 2. ] emollit, laxat, diſcutit, dolores lenit, tumores maturat, acrimoniam mitigat & corrigit. Uſus præcipuus in affectibus veſicæ, pectoris, v. g. pleuritide, &c. Vide Malvam, cumqua in qualitatibus omnibus convenit: Externus creberrimus ejus uſus eſt in Cataplaſm. Clyſteribus, &c.*

## PRÆPARATA.

1. ▽. Ex foliis & floribus.
2. *Mucilago.* Ex radice extrahitur cocta cum aqua.

N. 1. *Utiliter hæc adhiberi poterit trochiſcis ſublingualibus incorporandis.*

N. 2. *Ex mucilagine hac inſigne Extractum cum Spir. Vin. parari poterit in lenienda faucium aſperitate utiliſſimum.*

[Ex hac mucilagine Foreſtus linctum in tuſſi ferinahabet, paraturque Loch ad tuſſim contumacem puerulorum, D. Witzelii.]

3. *Syrupus Althææ Fernel.* V. D.
4. *Unguentum Dialthææ ſimpl.* Ex ſolis emollientibus. Vide Diſp.
5. *Unguentum Dialthææ Compoſ.* Ex emollientibus & diſcutientibus, Galbano ſcilicet & Gummi hederæ. Vide itidem Diſpenſatoria.

(Sal quidam etiam exinde parant.)

Hofman. *Althæa.*) *Malvabiſcus.* Biſmalva, quia, quæ de Malvâ dicuntur, dupliciter *de althæâ* intelligi debent. *Ibiſcus. Althæa* ἀπὸ τοῦ ἀλθαίνειν mederi dicitur, ita ut *Althæa* κατ' ἐξοχὴν herba ſit medica, cum ἄλθος remedium denotet, eò quod hæc herba ad varios corporis humani affectus admodum ſit utilis.

*Vires.*) Ejus radix in lacte vel ▽â cocta, vel vino aut ▽â mulsâ quibuſvis internis pectoris ac pulmonis vitiis, eroſionibus inteſtinorum, dyſenteriæ &c. medetur. Cum brodio carnis cocta calculum renum expellit propinata; Externè etiam radix ad dyſentericorum enemata inſtar ſpecifici commendatur; ob vim ejus anodynam, leniter abſterſivam, conſolidativam, & exſiccantem. Herba ejus etiam moderatè digerit & laxat, unde prodeſt in formâ fermenti ad colicam & nephritidem additis carminativis & lithontripticis, ex quibus etiam unà Clyſteres præparari poſſunt. Ejus folia cum floribus chamomill. in lacte cocta veſicæ bubulæ indita & calidè thoraci appoſita in pleuritide conducunt. Ex ſemine cum aq. roſar. mucilago extrahi poteſt ad mitigandos uſtulatarum partium dolores à radiis ſolaribus inductarum in tenerrimâ virginum cuticulâ.

Vide Aquam Nephriticam in Theſaur. Noſtro Pharmaceutic. annexo ſect. 1. n. LII.

*Præparata.* 1. ▽ *ex foliis deſtillatur & floribus.* 2. *Mucilago*, quæ cum aq. per coctionem ex ſemine & radice extrahitur, ex quâ extractum cum ſp. vini conficitur in leniendâ faucium aſperitate utile. 3. *Syrupus de Althæâ Fernel.* de quo vid. *Cl. Zwelferum in animadverſ. ad P. A. & Cl. Lucam Schræckium in Pharmacop. Auguſtan. reſtitut.* pag. 19. 4. *Unguentum Dialthææ.* ſ. &c. De his etiam vid. *Zwelf. l. c. & Schræckium* p. 330.

## ¶ XXII. *Amaranthus.*

Amaranthus, *Matth.* Am. parvus, *Cam.* purpureus, *Fuchſ. Dod. Lon. Cord. in D.* Auguſtifolia ſimplici ſpicata pannicula, *Lob.* Amar. vulgaris, *Tab.* Amar. ſimplici pannicula, C. B. 4. Circæa, *Trag.* aliis, Flos Amoris. German. Flor Amor / Tauſentſchön / Sammetblum. Amaranthe. *Amaranthus, Flovver of love.* Fluweel bloemen. (Ital. Fior di velluto, Fior d'amore.)

Floret Auguſto, colitur in hortis.

## OFFICIN. NAT.

*Flores.*

Vires. *Refrig. & ſiccat, modicè adſtring. Hinc uſus in fluxionibus cunctis. E. g. expuitione ſanguinis, diarrhœa, dyſenteria, fluxu uterino, &c.*

N. *Sunt qui propinant ad lactis generationem juvandam.*

Hofman. *Amaranthus.*) *Purpureus, Amaranthus Plinii, Flos amoris, Geloſia Gallorum, Phlox Theophraſti.* Germ. Tauſendſchönichen. Sammetbluhme.

Floret ab Autumno in Octobrem: colitur in hortis & in fictilibus aſſervatur.

*Vires.*) Commendatur *ab Autore* ad fluxiones quaſcunque, hæmoptoën, diarrhœam, dyſenteriam &c. forſan ob ſignaturam; ſed perperam.

## ¶ XXIII. *Ammi verum.*

Ἄμμι, ἄμι, ἄμιον, Ameos, Amios, Ammeos, cuminum Æthiopicum, Ammi, *Brunf. Trag. Cord. in D. Lon.* commune ſeu vulgare, *Dod. Cam. Ger.* vulgarius. *Lob.* Ammioſelinum, *Tab.* German. Ammey. Laberle. *Bishops vved* or *true Ammi.* Oprechte Ameos.

Adfertur Alexandriâ Ægypti Venetias & in Germaniam.

## OFFICIN.

*Semen.* Eligendum hoc eſt purum. (Theriacam ingreditur.)

Vires. *Calf. & ſicc. g. 1. tenuium partium eſt, incidit, aperit, diſc. Hinc convenit dolore colico & uterino, in menſibus & urinæ obſtructis, in inflatione ventriculi, uſuſque præcipuè interni eſt, hinc & externi.*

(Sterilibus cum fluore albo D. S. Pauli commendat Clyſterem uterinum, & pulverem ex Sem. Ammi.)

Hofman. *Ammi Verum.*) Quaſi *Arena*, cùm admodum parvum ſit ejus ſemen, hoc nomen inditum, & quaſi arenaceum ſemen ſignificat. Hujus ſeminis herba eſt pedalis, nonnunquam bipedalis, caule tenui, fragili, fœniculaceo, medulla alba pleno. Folia primum longa, profundè undique inciſa & ſuperiora fœniculaceis ſimilia, paulò tenuiora extremis ramulorum hærent umbellæ parvæ, inæquales, floſculis albis contextæ. Semen hujus uti dictum perpuſillum. Radix parva, gracilis & lignoſa.

Aliud eſt *Æthiopicum, Creticum,* ſive *Candiacum*; Aliud *ſativum*, aliud *ſpontaneum.* Aliud *majus* ob folia, aliud *minus* & tenuifolium, quod non adeò frequens. *Semen Ammi* ex Alexandriâ Venetias defertur magna in copia, & inde in Germaniam. Hoc eſt ex quatuor ſeminum calidorum minorum, ita dictorum, ſecundum (ſcil. ammeos, amomi, apii, dauci.)

*Vires. Calefac. & ſicc.*) Vis ejus alexipharmaca eſt, unde & theriacam ingreditur, item incidit, aperit, unde ventris inflationes diſcutit, menſes ſuppreſſos reſerat. Commendatur etiam contrà ſterilitatem. In hunc finem *Excell. Dn. D. Simon Pauli l. c.* p. 195. adverſus fluorem album mulierum præmiſſo uterino clyſtere ſequentem pulverem multis ſterilibus novis nuptis commendavit, quæ ingravidatæ & à fluore albo fuêre liberatæ. Clyſteris uterini hæc eſt deſcriptio.

Recip. Radic. ariſtoloch. utr. ana ℨij. gentian. zedoar. ana ℥j. herb. heder. terr. centaur. min. ariſtol. roriſm. ana M. j. meliſſ. artemiſ. rubr. ana M. ß. cardamom. min. ℥ß. inciſ. contunde pro decoct. ad Clyſter. uterin. Pulveris hæc eſt deſcriptio: Recip. herb. veronic. opt. pulveris ſem. ammeos ver. ana ℥ß. cardamomi min. Cinamom. el. ana ℨ ij. Sacchari candi quartam partem ad pondus omnium. M. f. Pulvis, adde ol. d. Cinamom. gutt. aliquot. Doſ. à ℈ß. ad ℨ j.

## ¶ XXIV. *Amomum.*

Ἄμωμον, Amomum veterum quodnam ſit, adhuc ſub judice lis eſt. Sunt enim qui Roſam Hierochontis eſſe velint, ut Cordus: alii aliud quid eſſe contendunt. Cluſius eas eo nomine deſcribit herbas, quas tamen cum Dioſcoridis amomo minimè reſpondere conſitetur.

Officinæ duplex ſemen ſub Amomi nomine monſtrant.

ſtant, quorum alterum majus nigrum rotundumque eſt inſtar granor. piperis rotundi vel cubebarum, guſtu minime acre, quod videtur Veterum eſſe ſiſon, ſinon, &c. Alterum minutum ſemen & pallidum, utrumque raro in uſum venit, locoque amomi veterum recipitur Acorus.

HOFMAN. *Amomum.* ) Ex his, quæ *Dioſcorides* & cæteri antiqui obſcurè tradiderunt, non ultimum etiam habet locum *Amomum*, ut de vero ac legitimo *Amomo* longa contentionis ſerra inter philobotanos adhuc trahatur, quod pro genuino habendum ſit, cum hujus nec effigiem nec accuratam deſcriptionem quiſquam dederit, præter *Cluſium*, qui triplicem illius Iconem exhibuit, *in Exotic. & Dominicum Chabræum in ſtirpium Icon. & Sciagraph.* p. 127. Attamen vix probabili conjecturâ ſcire poſſumus, quænam illarum *Amomo* vero reſpondeat. Græci *Amomon* appellant. Arabibus dicitur *Hemama. Conſtantinopolitanis Hamama*, quod pedem columbinum ſignificat. Cùm autem viribus à *Dioſcoride* deſcriptis optimè reſpondeat ſemen quoddam minutulum, quod etiam ſemina quatuor calida minora in officinis ingreditur, oblongum, aromaticum, guſtu ſuave, hoc retinemus. An *Amomi* ſurculo, vel racemo in Antidotis aliiſve medicamentis veteres uſi ſint, inter Autores controvertitur; Placet autem *D. Chabræo Andromachi* ſententia, qui *Amomum* racemoſum in ſuam Theriacam recepit. vid l. c. *Amomo Dujus Autor* cum *Galeno* ſubſtituit *Acorum*, licet illius nomenclatura magis *Cardamomo* cognatum indicet.

## ¶ *XXV. Amygdalæ*, ſeu *Amygdala.*

Amygdalæ fructus ſunt, amygdali arboris, iique vel dulces vel amari. De Amygdalo videatur, *Brunf. Trag. Ded. Cord. in D. Lon. Lob.* [illegible] *Matth. Caſt.* German. 𝔐𝔞𝔫𝔡𝔢𝔩𝔫. Amandes, douces, & ameres *Almonds.* 𝔄𝔪𝔞𝔫𝔡𝔢𝔩𝔢𝔫 𝔰𝔬𝔢𝔱 𝔢𝔫 𝔟𝔦𝔱𝔱𝔢𝔯.

### OFFICIN. NAT.

Utriuſque nuclei amygdala vel amygdalæ dicti.

Vires. *Dulces nutritivæ ſunt, temperatè calidæ & humidæ, humorum acrimoniam lenientes, & hinc dolorem & Vigilias ab acrimonia oriundas demulcentes, adhibenturque præcipuè in Emulſionibus.*

*Amaræ ſunt calidæ & ſiccæ 2. atten. aper. exterg. diureticæ ſunt, obſtructiones jecoris, lienis, meſenterii, uterique conferunt. Extrinſecus lentigines tollunt, ſi maſticatæ illinantur, capitis dolori ſubveniunt (in frontalibus.)*

[*Gummi amygdali ad calculum proficuum, pannos ſericos hoc obliniunt.*]

### PRÆPARATA.

*Confect. amygd. dulc.*
*amarar.*
*Ol. Expreſſum amygd. dulc.*
*amarar.*

Vires. *Oleum dulce lenit, maturat, anodinum eſt, uſuſque præcipui in colico ac nephritico dolore mitigando (propinatum doſi Unc. j. vel ij. cum manna, vel & clyſmati infuſum) infantulis recens natis creberrimo ad tormina Ventris compeſcenda cum ſaccharo penidiato exhibetur ad Drach. ij. quinetiam ad mitiganda tormina puerperarum uſus ejus creberrimus eſt. Olei amari vires ex ſuperioribus colligendæ ſunt.*

N. *Uſui interno recens expreſſum adhibendum eſt, non rancidum: Exprimitur autem tum ſine igne, id eſt, non calfaciendo ad ignem, vel cum igne.*

HOFMAN. *Amygdalæ ſeu Amygdala.* ) Fructus eſt nomen; *Amygdalus* autem *Arboris. Fructus* duorum ſunt generum, vel enim *dulces*, vel *amari* ſunt. *Dulces* nutritivæ ſunt, analepticis cibus convenientiſſimus, ut & dyſentericis in formâ emulſionum, *Amaræ* autem aperiendi, attenuandi, & extergendi vi præditæ ſunt, hinc diureticæ, & viſcerum non ſolùm obſtructiones, ſed & aſperæ arteriæ infarctus in pulmonibus reſerant. Ob eandem vim diureticam etiam contra ebrietatem adhibentur. Extrinſecus lentigines tollunt, ſi maſticatæ illinantur, cephalalgiæ in frontalibus medentur.

*Præparata.* ) Confectio amygdal. dulc. amar. & oleum expreſſ. amygd. dulc. & amar.

*Vires* ] Ol. dulc. cum cereviſia calida tempore matutino hauſtum ad alvum emolliendam & humectandam conducit, niſi tonus ventriculi ſit læſus. Unde & *Platerus Tom. 1. Prax. Cap. 1.* inquit: Hoc affatim bibitum non tantùm emollit alvum, ſed & ſingulare convulſionum eſt remedium. Hoc in calculo cum alvi obſtructione conjuncto additâ tincturâ aperitivâ *Dn. D. Moll.* ad aliquot guttas in brodio calido manè hauſtum notabilis eſt efficaciæ. In colicâ cum fecibus alvinis induratis, ſi unciæ una vel circiter cum mannæ ℥j. vel ℥jß miſceatur, medentem ſcſe facilè deferit. Item Clyſteres ex hoc contra colicos dolores & paſſim parati, quantum valeant, omnem fidem ſuperat, dum oblectamento ac ſolamini eſt in repcimenda ſymptomatum ſævitate.

*Olei amari vires.* ) Communiter in ſurditate & tinnitu aurium commendant, ſed ſæpiſſimè hujus uſu ſurditatem ac graviorem auditum auctam fuiſſe expertus fui, eò quod nimium tympani membranam laxaverit. In Tympanitide ſequens oleum pro arcano habetur.

Recip. Amygdal. amar. ℔ j. Semin. cymin, abſynth. ana ℔ß contunde in mortario & miſce, poſteà in lagenâ ſtannea per 4 hor. in aheno aqua ferventiſſima pleno coque, deindè fortiter exprime. f. Oleum viride. Doſ. ʒij. vel ℥ß. manè & veſperi in jusculo, & ſæpius etiam venter cum hoc oleo inungatur.

## ¶ *XXVI. Anacardium.*

Anacardium *Matth. Cord. h. Lon. Caſt. Trag. Tab. Ger. Arab.* Balado Anacardum. 𝔈𝔩𝔢𝔭𝔥𝔞𝔫𝔱𝔢𝔫-𝔏𝔞𝔲𝔰. Anacardes. *Anacards, Fruits of an Indian Tree, like a Birds heart, with juice like blood.* 𝔄𝔫𝔞𝔠𝔞𝔯𝔡𝔦𝔢𝔫. 𝔙𝔞𝔫 𝔢𝔢𝔫 𝔍𝔲𝔡𝔦𝔞𝔢𝔫𝔰𝔠𝔥𝔢 𝔟𝔬𝔬𝔪.

Fructus eſt arboris exoticæ, colore ac figura cor repræſentans, præcipuè ſi ſiccatus ſit.

Creſcit in India Orientali.

### OFFICIN. NAT.

*Fructus* ſed raro.

Vires. *Calf. & ſiccat.* (*non 4. nec 3. gradu*) *ut nonnulli volunt, ſed remiſſius, Cephalicus eſt, memoriam ac ſenſus acuens ac confortans.*

### PRÆPAR.

1. *Elect. ſeu Confectio Anacardina.* Vide Diſpenſ.

2. *Mel Anacardinum.* Ex fructu recenti in ▽ cocto ſupernatat. V. Diſp.

3. *Oleum* vel ex fructibus exprimitur, vel in corticis coctione ſupernatat, ſed rariſſimum hoc eſt.

HOFMAN. *Anacardium.* ) Dicitur à forma aviculæ cordis æmula, ſive à ſimilitudine, quam cum corde habet, nomen Græci impoſuerunt. *Arboris fructus* eſt veteribus Græcis incognitus, & perperam à vulgo *Pediculus Elephantis* 𝔈𝔩𝔢𝔭𝔥𝔞𝔫𝔱𝔢𝔫 𝔏𝔞𝔲𝔰 appellatur. Naſcitur in Siciliæ montibus & in Indiarum provinciis Cambaja, Decan, Calicut, Cananor &c.

*Vires.* ) Cal. & ſicc. Cephalicus eſt, memoriam confortat à cauſa frigida debilem & reliquos acuit ſenſus.

*Præparata.* ) *Confectio* hujus & *Mel* in uſu ſunt, de quibus vid. *Zwelfer animadv. in P. A. p. 258. Et Ejuſdem Nov. Diſpenſat.*

XXVII. Ana-

¶ *XXVII. Anagallis.*

- Anag.
  - Aquatica. *Vide infra.*
  - Terreſtris
    - Mas flore phœniceo, C. B. 2.
    - Fœmina fl. cæruleo, C. B. 2.
    - (*hæ officin. & hujus loci.*)
    - Lutea *inuſitata.*

Mas *inſignitur* Anagallis, *Cord. in D. Brunſ. Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Caſt. Ger.* Anag. phœnicea mas, *Lob. Tab. Cam.* mas, *Cluſ. hiſt.*

Fœmina dicitur Anagallis fœmina, *Brunſ. Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Caſt. Ger.* Anag. cœrulea, *釋Tabernæm. Cam.*

Dicuntur Gauchheil / Colmarkraut / Vogelkraut. du Mouſon Morgeline. *Pimpernel.* Guychelheyl.

Creſcunt in vinetis, hortis ac arvis; lutea tamen non niſi in ſylveſtribus ac umbroſis locis provenit.

Floret Majo & hinc per totam æſtatem.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus ſed raro.

Vires. *Utraque calf. & ſicc. amara eſt, exterg. & ſubaſtr. Unde & pro vulneraria habetur, morſui canis rabidi ſubvenire à nonnullis commendatur: adhibeturque uſu interno ac externo.*

[Maniacis & Podagricis.]

## PRÆPAR.

1. ▽ Ex integra planta.
2. *Succus.* Raro extat, cum tamen maximè commendetur in Errhinis.

[Oleum etiam parant.

HOFMAN. *Anagallis.*) *Mas & fœmina: Illa* fl. phœniceo, *hæc* fl. cœruleo gaudet. *Serpillifoliam aquaticam luteam* depingit *D. Chabræus l. a. p. 452.* ſed hæc inuſitata eſt.

*Mas* fl. phœnic. ſeu purpureo amara eſt, & vulnerariis annumeratur plantis. Contrà Melancholicum & Maniacum delirium ſunt remedium ſpecificum, in quo ejus *decoctum* & *Eſſentia* vel maximè uſu probata inveniuntur; undè & ex hac conficitur *Eſſentia Anagallidis Compoſita Dn. D. Iohann. Michaelis*, quæ paratur ex ſucco Anagallidis inſpiſſato, cui ſuperinfunditur eſſentia fl. hyperici. Externè cum Vrin. decocta, dolores podagricos demulcet, vel in cataplaſmatis forma, ſeu in forma pediluvii. Trahere etiam ſpicula corporis infixa perhibetur.

Colligitur antè ☉ ortum, in ultima ☽ næ quadratura ☉ & ☽ exiſtente in ♊.

¶ *XXVIII. Anagallis aquatica.*

- Anag. aquat.
  - Latifolia
    - folio ſubrotundo.
      - major, C.B. 1.
      - minor, C.B. 2.
      - (*Hæ uſuales & præcipuè minor.*)
    - folio oblongo.
      - major.
      - minor.
  - Anguſtifolia.

Dicuntur Beccabunga, Berula, Sium aquaticum, Laver, German. Bachbungen / Waſſerbungen. Creſſon aquatique, La berle. *Bekabung* or *Broocklime.* Waterpongen / Becabung.

Creſcunt in rivulis. Florent Majo & Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Folia*, vel integra planta.

Vires. *Calfac. moderatè humectat. Uſui præcip. in ſcorbuto, urinam, calculum renum & veſicæ inſigniter expellit, menſes ciet, fœtum mortuum ejicit. Extrinſecus opitulatur phlegmonis & Eryſipelati* [*hæmorrhoidibus cæcis doloroſis, & condylomatibus,*] *maculas faciei abſtergit (cum furfure) Vulneribus medetur (cum Sal. com. & tela aranearum impoſ.)* [*& ulceribus tibiarum ſcorbuticis.*]

## PRÆPARATA.

1. ▽ Ex planta integra, vel ſucco ejus expreſſo.
2. *Succus.* Expreſſus & inſpiſſatus: qui raro extat.

(Syrupus antiſcorbuticus locis maritimis proſtat.)

HOFMAN. *Anagallis Aquatica.*) Dicitur *Beccabunga, ſium aquaticum.* Hujus plurimæ obſervantur in magnitudine, floribus & foliis differentiæ. Vel enim *major* eſt, vel *minor*, vel *fl. cærul. vel purpuraſc. fol. rot. oblong. lat. anguſt. &c.*

Colligitur in Iunio, novilunio, ☉ le in ♊ exiſtente manè antè ☉ ortum.

*Vires.*) Eſt herba vulneraria, calefac. moderatè & humectat, antiſcorbutica & anodyna. Internè uſus ejus eſt inſignis in ſcorbuto cum cochlearia vel Naſturtio aquatico in ſero lactis caprilli infuſi iis, qui dyſcraſia maſſæ ſanguineæ ſulphureo-ſalina laborant. Externè etiam medetur vulneribus, ſi ei modicum ſalis & telæ àranearum miſceatur, & ita duplicato linteo inſtar cataplaſmatis vulneribus applicetur. In fomenti forma mirè juvat in condylomatum & hæmorrhoidarum cœcarum doloribus in aqua cocta vel cataplaſmatis forma hæmorrhoidibus applicata. Ulcera etiam curat ſcorbutica tibiarum in cerevisia cocta & appoſita. Tumores pedum œdematoſos diſcutit & reſolvit in hydrope cum Nitr. vel Sale.

¶ *XXIX. Anethum.*

Ἄνηθον, ἄννηθον, Dill / Dillenkraut. Aneth. *Dill.* Dille.

- Aneth.
  - Hortenſe, *hoc uſuale.*
  - Sylveſtre.

*Inſignitur* Anethum. *Brunſ. Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lob. Caſt. Tab. Cam. Ger.*

Creſcit loco arenoſo & aprico. Flor. Iun. Iul. Auguſt.

## OFFICIN. NAT.

*Folia, Flores & Semen.*

Vires. *Calefac. in princ. 3. ſicc. in princ. 2. (radix calf. 3. ſicc. 2. completè) diger. diſc. maturat, lenit dolores, auget lac, conciliat ſomnum, venereos appetitus minuit, ſingultui vomituique medetur: Et hæc omnia præſtat uſu interno & externo. Inprimis tamen extrinſecus Clyſteribus anodynis immiſcetur, capitiſque cataplaſmatis, anodynis & ſomniferis (ſummitates cum oleo olivarum cocta.)*

## PRÆPARAT.

1. ▽ Ex integr. planta (rari uſus eſt.)
2. *Oleum inſolatum.* Ex fol. & flor.
3. *Ol. ſtillat.* Fit ex ſemine.

HOFMAN. *Anethum, ejus Vires. Calefacit, ſiccat, digerit, diſcutit &c.*) Diſcutiens & anodynum eſt, undè archéum ſedat furioſum in colica, ſingultu, nephritide &c. In colica internè poſt Clyſterum uſum oleum ejus deſtillatum conducit; In Clyſteribus hujus tam decoctum quàm oleum coctum flatus diſcutit. Decoctum anethi odoretenus ſaltem ſoporiferum eſt. In ſingultu Recip. aq. anethi, cymini ana ℥ iij. ol. aniſi, anethi, carui, cymini ana gutt. iij. M. doſ. cochl. j. vel ij. manè ac veſperi. In viſus ac veneris impotentia ab hujus uſu abſtinendum eſt.

¶ *XXX. Angelica.*

Hortenſis ſeu ſativa, Coſtus niger. C. B. 1.



Sylve-

Sylveſtris { Major, *C. B. 2.*
Minor montana.
*C. B. 5.* }

Ex his in uſu eſt prima; Nec contemnenda tamen & ſecunda.

Prima dicitur Angelica, *Brunſ. Lob. Caſt. Tab.* Angelica major, *Dod.* Angelica ſativa. *Trag. Matth. Dod. Lon. Ger.* Angel. odorata, *Cam.* Smyrnium, *Cord. in D.*

Secunda deſcribitur ſylveſtris major, C. B. 2. Angelica ſylv. *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Lob. Cam. Ger.* German. Angelickwurtz/ Heiligen Geiſtwurtz/ Bruſtwurtz/ Engelwurtz. Angelu, ou Angelique. *Angelica tame & Wild* en Tam. Wildt Angelica.

Creſcit ſativa locis cultis, humidis ac pinguibus; Sylveſtris major humidiora amat prata. Minor locis montanis opacis & nemoroſis gaudet.

Floret Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Radix* colligenda initio Veris.

Vires. *Bezoardica & cordialis nobiliſſima eſt, Calf. 3. (ſylv. maj. 3.) ſicc. 2. aper. atten. ſudorifica & vulneraria eſt: menſes movet, fœtum expellit, ſuffocationi uteri maximè conducit, malignis morbis, Venenis, ipſique peſti medetur: Venena omnis generis per ſudorem pellit, adeoque uſu interno præcipuè, tum & externo adhiberi apta eſt. Verbi gratia, ad arcendam peſtem (in amuleto, in ſublingualibus) ad morſum canis rabidi, in cataplaſm. &c.*

Doſis Drach. j.

[Semen inter Apophlegmatizonta recenſetur.]

## PRÆPARATA.

1. ▽. Ex integra planta.
2. *Succus.* Ex radic. recent.

N. *Poteſt & ex ſiccis radic. mediante coctione elici.*

3. *Extract.* Fit cum Spir. Vin.

Doſis à Scrup. ß. ad Drach. ß.

N. *Quercetanus extrahit cum Spir. Iuniperi hydromelite Vinoſo, &c.* Vide Pharmacop. reſt.

*Condita radix.* l. a.

5. *Oleum ſtillat.* Aſcendit cum ▽.

6. *Balſamus.* l. a. cum oleo nuciſtæ præparato fit.

7. *Sal com.* Ex incinerata vel integra planta vel *Capit. mor.* in deſtillatione remanente.

N. *His adjungi poteſt rad. præparata quam dicunt, id eſt, in aceto macerata. Verum enim vero quis dubitat, infuſione hac magnam virium partem, menſtruo communicari, adeoque radici decedere.*

HOFMAN. *Angelica.)* Hæc vel *hortenſis* ſeu *ſativa*, vel *ſylveſtris eſt. Sativa* Nobis in uſu eſt, licet nec *ſylveſtris* contemnenda ſit.

Floret Iulio. Radix Veris initio colligitur, ☉ in ♊ exiſtente & ☽ in ♒.

*Vires. Calefacit, ſiccat, aperit, attenuat, &c.)* Bezoardica & alexipharmaca eſt, uterina etiam cum zedoaria in vino calido exhibita. Commendatur itidem ad ebrietatem arcendam, ſi particula hujus radicis inſtar fabæ comedatur.

## ¶ XXXI. *Aniſum.*

Ἄνισον. Aniß. *Anis, Annis.* Aniis.

[Dicunt Abſynthium dulce, Cuminum dulce, Anicetum.]

Gaudet locó optimo & ſtercorato; ſeritur menſe Martio, floret Iulio, ſemen matureſcit Autumno.

## OFFICIN. NAT.

*Semen*, raro *Herba.*

Vires. *Calf. ſicc. 3. recens mitius eſt, atten. diſcutit, diureticum eſt, lac auget, pulmonicum ac Stomachicum inprimis audit: Hinc uſus præcipui, in inflatione ventriculi, tuſſi, &c. Infantibus Scrup. j. exhibitum blandè per inferiora ac ſuperiora ſaburram ventriculi inteſtinorumque ejicit.*

## PRÆPARAT.

1. *Confectio* ex ſemine fit.
2. *Confectio Aniſi laxativa ſimplex:* Fit ſcammonii cum ſaccharo mixtione, vel maceratione aniſi in ▽, in qua ſcammonium fuerit diſſolutum.

N. *Alii in infuſione ℥ ij aniſum conficiendum macerant.*

3. *Confect. aniſ. laxat. compoſit.* Vide Auguſt.
4. ▽. *deſtill.* Ex herb. & ſemine.
5. ▽. *Vitæ Aniſata.* Ex ſemine cum Vino deſtillatur. Vide lib. 2. de ſpiritibus.

Fieri itidem poteſt ſpiritus, ſi remanentia ex deſtillatione aqua reſidua cum fœcibus cerviſiæ fermentetur vel ſimili.

6. *Oleum ſtillat.* cum ▽ aſcendit.

N. 1. *Ex aniſo ſtillat aqua lactea, quæ caleri ſoli expoſita copioſius oleum ad ſuperficiem mittit.*

N. 2. *Aniſum diu macerare oportet. Sic dat ℔ j. olei Unc. ß.*

N. 3. *Aniſi deſtillatio lento igne peragenda eſt, quia nimirum volatilior illa pars facilis eſt accenſu.*

7. *Sal.* Ex incinerata planta vel remanentia deſtillationis.
8. *Species Dianiſ.* Vide Diſp.

HOFMAN. *Aniſum.)* Ἄνισον. Aniß. Inde dictum, quod ἀνίησι τὰς ἐμφυσήσεις, quod leniat inflationes; inſignes enim vires flatus diſcutiendi obtinet, quæ cauſa etiam eſt, quod omnibus carminativis præferatur. Hoc in ſubſtantiâ pulveriſatum ad ʒ j. facilius flatus diſcutit, quàm ejus oleum deſtillatum. Infantibus ℈ j. cum croco, radic. ireos, pæon. &c. mixtus carmina lenit vitioſorum humorum ſaburram ſubducendo.

*Præparata.)* Sunt *Confectio Scamm. aniſi, ſ. & laxans.* ▽ *deſtill. ſ. & compoſ. c. vino. ol. deſtillat.* Hoc ritè rectificatum & à ſuâ mucilagine craſsâ liberatum, ut inſtar limpidæ appareat, corallia rubra per digeſtionem in mucilaginem reducit, ut hujus beneficio cum ſp. vini Tartariſato in tincturam ſeu eſſentiam elegantiſſimam transferri queant. vid. ſuprà Lib. 3. de corallis.

N. Hoc ol. ſali volatili junctum admirandæ eſt virtutis in pectoris affectibus & flatulentâ inteſtinorum intemperie.

## ¶ XXXII. *Anſerina.*

Argentaria, Argentina, *Dod.* Potentillia, *Brunſ. Matth. Lon.* Agrimonia ſylveſt. Anſerina, *Trag. Tab.* German. Grenſich/ Genſerich/ Grünſich/ Silberkraut/ Argentine, Anſetine. *Goos-graſſ*, or *Cleevers, ſilverweed, wild Tanſie.* Ganſerich en Argentine.

N. *Eſt ſine ſapore & odore.*

Creſcit paſſim herboſis locis, pratis, juxta ſepes & vias. Floret appetente Æſtate, quo tempore & colligi apta eſt.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* vel integra planta.

Vires

Vires. *Refrig. moderatè, ſicc. fortius, adſtring. conſtipat. Hinc ſanguinis expuitioni medetur, diarrhœam ac reliquos alvi tum & uteri fluxus compeſcit: hæmoptoicis & hæmorrhoicis ſubvenit: renum calculum inſigniter atterit: vulneribus inſuper admodum conducit. Externè famoſa eſt in doloribus dentium mitigandis, putredine gingivarum arcenda, æſtu febrili ſopiendo, quam potenter compeſcit, ſi cum ſale & aceto contuſa plantis pedum ſupponatur, vel & carpis applicetur.*

PRÆPARATA.

1. ▽. Ex planta integra.
2. ▽. Ex floribus.
3. *Conſerva.* Ex floribus.

HOFMAN. *Argentina. Ejus Vires. Refriger. moderatè ſiccat, adſtringit, conſtipan.*) Hinc vulneraria eſt, cocta cum radice hæmoptoicis, ac nimio menſium fluxui medetur, quoſvis alvi fluxus & uteri compeſcit. Renum calculum expellit, unde ſequens ad præſervationem calculi à quibuſdam commendatur, tribus annis continuandum: Recip. anſerinæ viridis M. iv. Secalis viridis M. ij. exprimatur ſuccus, adde vini rubri ad pondus omnium, mixta filtrentur pro unâ doſi. Sume in aurorâ primo die Maij. Herbæ colligendæ ſunt antè ☉ ortum primo die Maij externè cum Sal. comm. & Acet. ſubacta & carpis febricitantium impoſita eam mitigat. Dyſenteriam ſiſtit cum Sal. comm. & Acet. contuſa plantis pedum ſuppoſita.

¶ *XXXIII. Anthora.*

Anthora, *Matth. Lon. Caſt. Cam.* Anthora, *Lob. Dod. Tab. Ger.* vulgaris, *Cluſ. hiſt.* Aconitum ſalutiferum ſeu Anthora, C. B. 17. Napellus Moyſis, Avicennæ, aliis Antithora (quod Thoræ pharmacum ſit,) Heilgifft/ Gifftheil Anthore. *Anthora, An Antidot againſt poyſon like Contrayerva.* Anthora. Vergifftheelwortel. [Ital. Zedoaria d'Avicenna.]

N. *Sunt qui radicem Contrayervam faciunt Germanicam: alii Zedoariam Arabum, Avicennæ ſcilicet & Serapionis, vide Tabern. Herbar. lib. 1. qui poſterius mordicus aſſerere nititur.*

Creſcit in Alpibus Helveticis, in Sabaudia, &c.

OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Saporis amari eſt, calfac. & ſicc. cardiaca eſt: atten. aperit. abſterg. Uſus præcipui in morbis, ac ictibus venenatis, peſti ſpecificè adverſatur & peculiariter Radici Thora.*

Doſis à Drach. ß. ad Drach. j.

N. *Educit inſuper mucilaginem Tartaream ac aquoſam per alvum.*

HOFMAN. *Anthora.*) Seu *Aconitum ſalutiferum, Antithora,* quod *Thoræ pharmacum ſit.* Gifftheyl. Hujus folia *Napelli* ſunt æmula, tenuius diſſecta, & ſplendoris illius expertia, aversâ parte albicantia, ſapore amaro prædita. Flores grato odore prædити, cucullati, & rictu hiante Napelli penitus, excepto colore, qui huic ex flavo palleſcens. Corniculata ſeminis vaſcula itidem ſimilia. Caule eſt cubitali, rigido, ſubhirſuto, anguloſo. Radix ex bulbis olivaribus conſtat, foris fuſcis, intus albis, guſtu amaris, fibroſis.

Duplicem communiter faciunt *Thoram majorem & minorem. Marem & fœminam*, huic quatuor folia, illi duo magna aſſignant.

In Rhæticis, Sabaudicis & Helveticis alpibus plurima provenit; Item in Galliæ Ciſalpinæ, & Liguriæ montibus. Floret Iulio & ſemina in Septembri matureſcunt.

N. Sunt qui radicem Contrayervam Germanicam faciunt; alii Zedoariam Arabum &c.

*Vires. Calefac. & ſicc. Saporis amari eſt &c.*) Conferunt radices anthoræ non ſolùm ad epotum napellum, ſed & alia venena hauſta nec non ad viperarum morſum. In febribus petechialibus & aliis malignis febribus ſummo cum effectu adhibentur.

¶ *XXXIV. Antirrhinum.*

Ἀντίρρινον, ἀνάρρινον. Antirrhinum, *Matth. Dod. Lob. Tab.* Antirrhinum majus alterum folio longiore, C. B. 2. (os Leonis aliis) German. Orant/ Dorant/ Brackenhaupt/ Kalbsnaſen/ Hundskopff. Antirrhinon. Mufle de Veau ou mouſon violet. *Antirrhinum,* or *Snapdragon.* Orant of Calf Neuſe.

Creſcit locis ſabuloſis. Floret Maio, & Iunio.

OFFICIN. NAT.

*Herba Integra*, id eſt folia cum floribus ac gemmis ramuſculorum, quæ repræſentant caput vituli.

Vires. *Rari uſus eſt in Medicina, nec adhibetur niſi à mulierculis contra ſpectra, incantationes, veneficia, &c. idque tam præſervandi quam curandi intentione utrique ſatisfacit appenſione, fumigatione, ſuppoſitione, appoſitione, balneatione, Vide Carrichter. in Herbario. (Scorpionibus contrarium dicitur.)*

HOFMAN. *Antirrhinum.*) Sive *Anarrhinum*, quod alii etiam *Lychnida ſylveſtrem* vocarunt, à floribus leonini potius quam vitulini oris rictum æmulantibus, ſunt qui os Leonis appellant Eſt vel majus vel minus, flore albo, luteo & incarnato. Creſcit in hortis noſtris. Minus nullam ferè humum ſpernit, copioſè in agris noſtris provenit.

*Vires.*) Licet rariſſimi ſit uſus in Medicinâ, tamen cum ad præſervationem, tum curationem contra ſpectra, incantationes, veneficia, appenſione, fumigatione, ſuppoſitione, appoſitione & balneatione facit. Carrichter. in herbar. Colligitur ☉ in ♌ exiſtente in ♎.

*Antophylli vid. Caryophylli.*

¶ *XXXV.* Apium.

Apium Σέλινον, Eppich.
- Macedonicum. *Vide Petroſelinum Macedonicum.*
- Verum ſeu hortenſe. *Vide Petroſelinum officinarum.*
- Paluſtre. Apium officinarum: *de quo hîc.*
- Montanum. *Vide Petroſelinum montanum.*

Dicitur Apium, *Fuchſ. Lon.* Paludapium; *Tab.* Eleoſelinum, *Dod. Lob.* Apium vulgare, *Trag.* Braunes Peterlein/ Waſſerpeterlein/ Waſſermorellen/ Waſſereppich/ Waſſermarck. Appe ou Ache ou Perſil d'eau. *Common ſmallage.* Joffrow Merck gemeyn of peterſely.

Creſcit inter Beccabungam: floret Iulio.

OFFICIN. NAT.

*Radix & ſemen.*

Vires. *Calef. & ſicc. ferè g. 3. incid. aperit, unde & inter 5. radices aperientes recenſetur. Uſus præcipuus internus, Urinam & menſes movet, calculum pellit, (Hiſpani radicem manè diu mandunt.) regium morbum ſolvit. (maſticatur ad odontalgiam.) Semen efficacius eſt quam radix, annumeraturque ſeminibus calidis minoribus. Utraque præcipuè internè uſurpantur.*

PRÆPARATA.

▽. Ex caule, fol. & floribus Iunio collectis.

(Unguentum ex apio paratur, mundificativum, in mammillarum tumoribus ſuppuratis egregium compertum.)

HOFMAN. *Apium.*) æquivocum eſt Apium, & res denotat diverſas; Aliud eſt ἄπιον pyrum, arboris ſcilicet ἀπίου dictæ fructus, & aliud ἄπιον herba.

Eſt autem *Aliud hortenſe & ſativum, aliud paluſtre*, de quo hic agimus, *aliud ſylveſtre, aliud montanum, aliud Petræum, aliud Macedonicum &c. vid. Dominic. Chabræum l. c. p.* 396.

Dicitur & *Paludapium, Eleoſelinum, apium vulgare.* Germanicè Eppich.

Creſcit inter beccabungam in locis paluſtribus, floret Iulio.

Colligitur ☉le in ♌one exiſtente.

*Semen & Radix ſunt in uſu.*

*Vires. Calef. & ſicc. incid. aperit &c.*) Unde & inter 5. radices aperientes numeratur, quæ ſunt apii, fœniculi, petroſel. aſparagi,ruſci. Menſes movet, calculum pellit, ictèrum ſolvit, ut & epatis ac Lienis obſtructiones reſerat. Radix eadem mandata odontalgiam ſolvit, viſum acuit, torminibus ventris medetur.

## ¶ XXXVI. *Aquilegia.*

Aquilegia, Ageley/ Ageleyen. Ancolie, *Columbin.* Akeleye.

N. *Diverſæ reperiuntur ſpecies florum colore, vel plenitudine diſtinctæ: Officinaria ſimplex illa flore cæruleo, C. B. 2. vel 8. intelligitur.*

Dicitur Aquilegia, *Trag. Fuchſ. Lon. Dod. Cam.* Aquileia. *Matth. Lob. Caſt. Tab.*

Creſcit ſata in hortis, ac fundo pingui, nonnunquam in locis ſylveſtribus incultis. Floret Iunio, & Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Semen*, tùm *Flores* & *Herba.*

Vires. *Calf. moder. ſicc. 1. aperit Epar & Lienem, ac inprimis meatum bilarium, unde regio medetur morbo; Ciet urinam & menſes, vulnera conſolidat, ventris tormina ſedat.* NB. *Semen in expellendis morbillis ac variolis uſus mulierculis eſt creberrimi.* [*advertigi-nem commendatur.*] *Extrinſecus frequens ejus uſus eſt ad putredinem gingivarum ſcorbuticam emendandam, ulceraque oris fauciumque ſolidanda.*

### PRÆPAR.

1. ▽ *ſtillat.* Fit ex fol. flor. ac radice, Auguſto collectis.

2. *Conſerva.* Ex floribus quæ rari uſus eſt.

[Mel aquilegiæ utiliter paratur.]

3. *Acetum.* Ex infuſione florum.

(Unguentum.)

HOFMAN. *Aquilegia.*) Nomen accepit à florum mucronibus aduncis inſtar unguium aquilinorum. Germ. Aglep. Diverſæ dantur ſpecies florum colore diſtinctæ, de quibus conſule botanicos.

Creſcit in hortis flore pleno & ſimplici varii coloris punicei, cœrulei, albi, rubri, herbacei. Flore ſimplici in montium pratis luxuriat.

Floret Iunio & Iulio, ſemen in Septembri colligitur.

☉le in ♋ aut ♌one exiſtente decerpitur.

*Herba, flores & ſemen in uſu ſunt*

*Vires. Calef. moderatè, ſiccat, aperit &c.*) Herba vulneraria eſt juxtà vim ſuam aperitivam, diaphoreticam. Unde ſuccus inſtillatus vulnera mundat & ſanat, naribus etiam inditur adverſus fiſtulas, & ulcera narium ac faucium. Decoctum ex vino & aquâ addito diamoron inſtar gargariſmatis ad faucium, laryngis & tracheæ incendium & ulcuſcula valet. Si ſemen ejus ad ℥j. contuſum in decocto aperiente ſumatur: Item in partus difficultate tenuiſſimè ſemen ejus contuſum & ex vino propinatum maximè commendatur. In variolis & morbillis expellendis cum emulſionibus ex aq. fumariæ, Card. b. fl. ſambuc. veronic. aut CC. deſtillat. non poſtremum obtinet locum. Semen aquilegiæ ad ʒj. in quâvis vertigine cum appropriato vehiculo ſumptum magni æſtimatur.

## ¶ XXXVII. *Ariſtolochia.*

Ariſtolochia, Oſterluzey/ Hollwurtz. Ariſtoloche du Mouſon, *Birthwort.* Oſterluzey/ of Holwortel.

Eſt {
Longa, lange Hollwurtz/ de l'Ariſtoloche ou Fotene, ou ſaraſine longue. *Long. Birtwort.* Lange Holwortel.
Rotunda, (à radice rotunda,) runde Hollwurtz/ ronde. *Round Birthwort.* Ronde Holwortel.
Clematitis.
Piſtolochia.
}

Ex his officinales ſunt longa & rotunda. Verum de (rotunda) notandum, quod officinis fumaria bulboſa illius loco uſualis ſit, quam vide ſuo loco.

Indigitatur Ariſtolochia longa. *Dod. Cord. in D. Lib. Cluſ. hiſt.* Ariſtolochia longa vera. *Cam.* C. B. 3.

Rotunda vocatur Ariſtol. rot. vera. *Trag. Lon. Cam.* Ariſt. rotunda, *Matth. Dod. Cord. in D. Lob. Caſt.* 1. Ariſtolochia rotunda, flore ex purpura nigro, C. B. 1.

Utraque colitur in hortis: floretque potiſſimum Majo, & Iunio.

### OFFICIN. NATIVA.

*Rotunda radix* ſola. *Longa radix & Folia.*

Vires. *Utraque Cephalica, Epatica & Pulmonica imprimis eſt: calf. & ſicc. 2. completè: atten. aperit. Hinc prodeſt ad Tartaream mucilaginem reſolvendam expectorandamque; ad menſes ciendos, tumores internos rumpendos, venena diſcutienda. Inſuper* Longæ *infuſio ad ſcabiem exiccandam vel vulgo hic uſitatiſſima eſt. Extrinſecus adhibetur uſu creberrimo ad exiccanda & mundificanda vulnera.*

Rotunda *tenuiorum eſt partium quam Longa, adeoque efficacior, & imprimis menſibus ac ſecundinis ciendis celeberrima: Calf. & ſicc. 3. aper. attenuat.*

### PRÆPAR.

▽. Ex integra Ariſtol. longa, id eſt foliis ac radice.

(Extractum rotundæ etiam utile.)

(Tinctura Balſamum Vulneratium ingreditur.)

HOFMAN. *Ariſtolochia.*) Ita appellatur, quod ſit ἀρίστη τοῖς λοχείοις, quod puerperis opituletur. German. Oſterluzey/ Hollwurtz.

Eſt autem vel *longa, rotunda, clematitis, piſtolochia polyrrhiza*, de quibus vid. *philobotanos.* Ex his in uſu ſunt *longa & rotunda. Hujus ſola radix, illius folia & radix.*

Naſcitur pingui ſolo in pratis, agris, hortis; *Floret Majo &* Iulio.

Colligitur ☉ exiſtente in ♊ manè antè ☉ ortum.

*Vires.*) Utraque cephalica, thoracica, vulneraria, uterina eſt. Rotunda vehementius attenuat, quàm longa. Contrà longa validius, quàm rotunda abſtergit, ideoque ſi lochia ſubſiſtunt, rotunda uſurpanda, quæ vehementer pellit, ubi ſcabies corpus infeſtat in lotionibus longa eſt præferenda, quæ etiam fiſtulis abſtergendis commodè inſeritur. In aſthmate ſcorbutico ad tartaream mucilaginem reſolvendam decoctum radic. ariſtoloch. rotund. tutò uſurpari poteſt loco radic. enulæ. Ad impediendam phthiſin ſeu pulmonum exulcerationem poſt hæmoptoën cum tuſſi inſequi conſuetam, ſequens uſu expertum mirificè prædicatur, & Medicus quidam prius hæmoptoicus per duodecim annorum ſpatium hoc ipſo ſeſe à phthiſi tutum præſtitit, quotidiè in uſu habens Recip. ariſtolochiæ longæ in aq. fl. tuſſilagin. infuſ. ℥ij. per noctem primo die fol. 1.

2 - 2
3 5
4 4
5 5
6 6
7 7

| | |
|---|---|
| 8 | 6 |
| 9 | 5 |
| 10 | 4 |
| 11 | 3 |
| 12 | 2 |
| 13 | 1 folium, ſingulo manè infuſum |

bibitur.

Externè in tibiarum ulceribus folus ariſtolochiæ longæ radicis pulvis in aquâ veronicæ coctus petiâ exceptus & applicatus miræ ad ſanandum eſt virtutis. Conficitur etiam inde oleum antepilepticum præſtantiſſimum, vid. in theſaur. pharmaceutic. annexo ſect. x.x. n.1.

*Ariſtolochia fabacea, vid. Fumaria bulboſa minor radice non cavâ.*

¶ *XXXVIII. Armoracia.*

Raphanus ſylveſtris, Sinapi agreſte 3. *Trag.* Rapiſtrum albo fl. crucæ foliis, *Lob.* album, *Tab.* Rapiſtrum fl. albo ſeu ſiliqua articulata, C. B. 2. Heydenreich/ Wildmerrettich. Refort ſauvage. Racine de Paſſerage, *Wild Radish, horſe Radish.* Wildt Radys/ (van ſommige) Peperceruydt/ en Merrich wortel.

N. *Sunt qui Lampſanam Dioſcoridis putant.*

Creſcit in locis multis juxta rivulos ac in vallibus.

OFFICIN. NATIVA.

*Radix* ſola.

Vires. *Calfac & ſicc. mucilaginem tartaream incidit, attenuat, reſolvit, viſcera aperit, diuretica, lithontriptica & antiſcorbutica eſt.*

N. *Lac imminuere dicitur.*

Hofman. *Armoracia.)* *Raphanus ſylveſtris* Wilder Merrettich. *Cardia eſt Thlaſpi majus, Thlaſpi alterum,* & *Naſturtium album,* Aliis *Thlaſpi Cratevæ, Raphanus major, Molybdena Plinii,* raphanus obſoniorum, medicamentarius &c.

Creſcit in locis multis juxtà rivulos.

*Radix ſola in uſu eſt. Cujus vires calefac. ſicc. &c.)* Reſolvit, aperit, diuretica, lithontriptica & anti-ſcorbutica. Eſt egregium ſcilicet Medicamentum contrà calculum, & principaliter ſcorbutum ob ſal ſingulare volatile quod continet, cujus ob nimiam coctionem radix jacturam patitur. Prodeſt etiam in hydrope cum ſcorbuto complicata, item in menſium ſuppreſſione ejus ſuccus cum vino hauſtus; Ejus ſpiritus externè contrà ariduram utilis eſt, valdè etiam attrahit.

¶ *XXXIX. Arnica.*

Chryſanthemum latifol. nardus. Chalta 2. vel plantago alpina, *Lob.* Chalta alpina vel Damaſonium, *Tab.* Alyſma Dioſc. *Matth.* aliis Lagea Lupi. Germanicè Mutterwurtz/ Wolverley/ Saxonibus Arnica, *Arnick, or. Lagobus, Nard, or vvolfs herb.* Arnick/ wolvenkruydt/ en Wolſteynkruydt.

Creſcit in montibus ac pratis, floretque per totam ferè æſtatem.

OFFICIN. NAT.

*Planta* cum floribus.

Vires. *Calfac. & ſicc. partium tenuium, ſudorifica eſt & diuretica, nonnunquam & vomitoria. Proin Holſatos ruſticos contra grumoſum ac coagulatum ſanguinem vel & contra febrem in cerevisia coxiſſe ac cum ſucceſſu propinaſſe, obſervavi.*

Hofman. *Arnica.)* Aliis *Lagea Lupi*; hæc planè barbara ſunt vocabula. Eſt autem hæc Arnica *Chryſanthemum* Latifolium, *aut Buphthalmos* nonnullis, quia florem fert veluti oculum in orbem circumactum, levem profert caulem, folia multifida. Dicitur etiam *Nardus Celtica altera,* vel *plantago alpina, Matthiolo. Aliſma. Dioſcorid. Damaſonium primum Tabernæmontano.* Germ. Wolverley/ quia innumeris malis tollendis inſervit. *vid. D. Simon Pauli in Quadrip. botanic. Claſſ. tert.* p. 258.

Creſcit in montibus & pratis, floretque per integram æſtatem.

Planta cum floribus non ſolùm ſed & radix magnarum eſt virium.

*Vires. Calefac. & ſicc. partium tenuium &c.)* Herba cum fl. ſudorifica eſt, diuretica & interdum vomitoria. Contra grumoſum & coagulatum ſanguinem cum cerevisiâ cocta exhibetur. Radix ſapore eſt amara, acri & penetrante aromatico, diuretica etiam eſt ac menſes ciet ex vino decocta, demorſis à bufonibus potu prodeſt.

Flores lixivio incoquuntur ad capitis dolorem & ad capillis flavum conciliandum colorem.

(*Arnogloſſum Plantago putatur.*)

¶ *XL. Artemiſia.*

Ἀρτεμισία Dioſc. Artemiſia vulgaris major, C. B. 1. Artemiſ. major. *Trag. Matth. Cord. in D. Cam.* Artemiſ. vulgaris, *Cluſ. h.* Artem. Latifolia, *Fuchſ. Lon. Dod.* Artem. mater herbar. *Lob. Ger.* Artem. vulgaris & Arthemiſia, altera polyclonos dicta, *Dioſcor.* Artemiſia rubra & alba, *Tab.* aliis olus regium, herba regia, Germanicè Beyfuß/ S. Johannis Gürtel. Armoiſe Herbe de S. Iean, *Mugvvort.* Byvoet.

N. 1. *Variat colore tum caulis tum floris: una caule & flore rubro purpuraſcente, ſeu ſubpurpuraſcente: altera ex viridi albicante, vel ſubpallente (ſpadiceove.) Hinc duæ figuræ Tab.*

N. 2. *Utraque etſi interdum inveniatur major, interdum minor, attamen viribus conveniunt.*

OFFICIN. NAT.

*Summitates* cum ſemine incluſo: quin & *tota herba,* eaque tum rubra, tum alba.

Vires. *Uterina eſt, calf. 1. ſicc. 2. aperit, diſcutit; menſes, fœtum, ſecundinas pellit, ſordes abſtergit, adeoque uſus creberrimi eſt mulierculis, quæ eam adhibent internè & externè, adeo ut vix balnea ſeu lotiones parent, in quibus artemiſia non contineatur.*

N. *Rubra efficacior habetur alba, proin & communior.*

N. *Sunt qui carbonem ſacro Ioh. Baptiſtæ die ſub radice foſſam, ad Epilepſiam commendant. Exhibent autem tum in pulvere, tum ſuſpendunt de collo.*

PRÆPARATA.

1. ▽. Ex ſummitatibus & foliis.
2. *Ol. ſtillat.* rarò extat.
3. *Syrup. Compoſ.* Vide Diſpenſ. Auguſt. & Norib.
4. *Sal.* Ex planta incinerata.

Hofman. *Artemiſia.)* German. Beyfuß. *Artemiſiæ vulgaris rubræ & albæ* uſus ſaltem eſt receptiſſimus. Uterina herba eſt, & inter illas, quæ utero gratæ & acceptæ ſunt, primas tenet, ad menſes, fœtum, ſecundinas, lochia expellenda &c. Ex hac cum ſideritide, ſalviâ, ſerpillo, origano &c. inſeſſus ægris paratus, in quibus nervoſum afficitur genus, aut qui de laſſitudine conqueruntur poſt chronicos morbos non ſine fœlici ſucceſſu inſervit. Sub hâc reperti & effoſſi carbones ſtultorum ſunt lapides.

¶ *XLI. Arum.*

Ἄρον Pfaffenpint/ Teutſche Ingber. Zehrwurtz. Vit de Prétre, verge d'Aron, Pied de veau. *Cuckovvpint, Aron, Wake-Robin.* Calff Voet/ Papecul-ſkens.

Eſt vel { foliis maculatis, / non maculatis. } *utrumque ſine diſcrimine officinale eſt.*

Prius dicitur Arum maculatum, maculis candidis vel nigris, C. B. 2. Ari 3. genus, *Trag.* Arum nigricantibus lituris ſignatum, *Dod.* Arum, *Matth.* majus foliis aliis maculis notatis, *Caſt.* Arum offic. *Lob.* A. maculatum, *Tab.*

Poſterius vocatur Arum vulgare non maculatum, C. B. 3. Arum *Brunf.* Ari genus, *Trag.* Arum, *Fuchſ. Cord. Lon. Tab.* vulgare, *Cam. majus, Ger.*

Creſcit locis pinguibus & campeſtribus. Folia erumpunt menſe Martio, flores Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Radix*, quæ recens rari uſus eſt ob acrimoniam ſummam, exiccata autem crebrioris. Colligenda radix eſt cum germinare arum incipit, menſe ſcilicet Martio.

Vires. *Calfac. & ſicc.* 3. *Galeno gr.* ij. (*quod de Aro noſtrati quippe quod acrimonia maxima & exulcerante ſale piperino præditum, intelligi nequit,*) *Tartarum præcipue primæ regionis, tum quoque pectoris & pulmonum peculiariter incidit, reſolvit & diſcutit. Proin uſus ejus creber eſt in cachexia, aſthmate, &c. hernias curat, ciet urinam, obſtructiones viſcerum reſolvit.*

## PRÆPARATA.

1. *Radix præparata.* Præparatur vulgò maceratione in Acet. ſtillat. atque exiccatione.
2. *Fæcula.* Fit l. a. Vide lib. 2. Vide Diſp. Auguſt.
3. *Pulvis Stomachicus Quercet.* Cujus baſis eſt radix Vino præparata. Vide lib. 1.

HOFMAN. *Arum.*) Hujus radix in Martio collecta & exſiccata in uſu eſt frequentiſſimo, quæ ſubtiliſſimè pulveriſata majoris & melioris etiam eſt virtutis & efficaciæ, quàm fecula ſucco ſuo nativo orbata. Aceto bullita miteſcit, magnorumque caſuum eſt medela. Tartarum in prima regione, ut & lentam ac viſcidam pituitam in pulmonibus incidit, ac reſolvit, unde in inveteratâ tuſſi, cachexiâ, quæ aſthma ſecum trahit, inſignes obtinet dotes. In Pulvere ſtomachali Quercet. hæc radix baſis eſt, in quo pulvere nimia ſacchari quantitas ſuſpecta eſt. Ex hâc radice deſtillatur etiam aqua alexipharmaca contrà peſtem, cujus doſis mane cochlear i. & veſperi.

¶ [Arundo ſive canna, Schilff/ pro lotionibus pedum in vigiliis puerperarum adhibetur.]

Aſpalathus, De quo ſic in Appendice ad Pharmacop. SCHROEDER.

Aſpalathum *lignum Græcis dicitur* ἀσπάλαθος, *aliis, manuducente* Bauhino incomparabili *Eryſi ſceptrum,* Pin. p. 329. *Varia tradunt de hoc ligno* Dioſcorides *lib.* 1. *c.* 19. *atque* Plin. *l.* 12. *c.* 24. & *l.* 24. *c.* 13. Proſper. Alpin. *Ægyptiis vocari ſcribit Aſpalathum* Darſiſahan *p.* 127. De Medic. Ægypt. *illudque vidit & eruit copioſiſſimum prope* Fraſchya *portum, p.* 57. *De* plant. Ægypt. *Bois d'Aſpalathe.*

*Florum Aſpalathi magna eſt ſuavitas, ipſa planta frutex eſt denſis ramis, ſpinis albis, duris, horridis, cortice caudicis albo, ad trium cubitorum & plus altitudinem in altum aſſurgens. Ipſi flores, ut dixi, ſuaviſſimi ſunt odoris, parvique & multi, Teſte* Alpin. p. 57. de Plant. Ægypt.

*Uſus hujus ligni eſt in* Trochiſcis Hedichrois, *ad confectionem Theriacæ adornandam, non tantùm apud nos ad* Andromachi *intentionem, ſed & ad mentem & mores* Ægyptiorum.

*Ægyptiis enim* Trochiſci Hedychroi *Halindaracorum dicti, parantur ex* Darſiſahan, *cortice radicum Aſpalathi, non minus ut* Andromachi *quoque illo ingrediente tument. Ingrediuntur, inquam, ligna Aſpalat.* Trochiſcos Hedychroos *& in Ægypto, & in his oris, quanquam quoad cætera diſcrimen quoddam ſit, ut ex ſequ. videre eſt. Trochiſci Hedichroi Ægyptior. componuntur ex* Darſiſahan *Aſpalatho,* Caſſabelderita *calamo aromatico,* Idum balaſſam *xylobalſamo,* Cheſt mur coſto, aſſaro, *Aſaro,* Mu *Mei radice,* Achaovan *Maro,* Maſtich. Fecaliarcher *flor. Squinant.* Ravendi *Rhabarbaro,* Selica *Caſſia,* Darſini *Cinnamomo,* Sambulendi *Spica Indica,* Sadegendi *fol. Ind.* Mur *Myrrhæ,* Zaffaran *Croci, M. cum vino gran. & opobalſamo. Galenus Trochiſcos Hedychroos componit ex* Maro, Aſaro, Amaraco, Aſpalatho, Schœnantho, Calamo aromatico, Phu pontic. Xylobalſamo, Opobalſamo, Cinnamomo, Coſto, Myrrha, Folio, Nard. Indic. Croco, Caſſia, Amomo, Maſtich. *vin. q. ſ. & Ol. caryophyll.*

*In defectu autem* ligni Aſpalathi *hic* Auguſtani *ſubſtituunt non* Myrepſi *Meum, ſed* ſantalum citrinum *p.* 398. Diſpenſat. *aut ipſum* lignum aloës, *uti* Ægyptios *Aſpalatho carentes herbam quandam ſubſtituere ſcribit* Alpinus *p.* 137. *quæ ſit hyperici ſpecies, ſeminis nigri ſubrubeſcentis, picem redolentis.* Renodæus *in confectione Trochiſcorum Hedychroorum, deficiente* ligno Aſpalatho *ſumpſit cum Auguſtanis Santal. citrin. quod diverſi diverſa ſentiant & ſcribant de Aſpalatho, teſte* Laurent. Catelan. *Maiſtre Apotiquaire de Montpellier, in diſcurſu Gallico, Des Ingrediens de la Theriaque,* p. 133. Olaus Wormius Lignum Aſpalathum *exponit in* Muſæo *diverſum ab enumerato Ligno Aſpalatho Bauhini, qui legatur.*

## ¶ *XLII. Aſparagus.*

ἀσπάραγος, ἀσφάραγος, Spargen/ Sparſchen. Aſperges, *Aſparagus, Sparagus.* Speragus/ Spargis Aſparagus/ of Coraelkruyt.

Triplicis generis eſt, hortenſis ſativa, 2. Sylveſtris, 3. paluſtris. Ex his prior officinis in uſu eſt. Cui ſubſtitui in defectu poteſt ſecunda, utpote quæ à prima non niſi ſola cultura differt.

Dicitur Aſparagus, *Brunfelſ. Trag. Matth. Fuchſ. Cord. hiſt. Lon.* Aſparagus altilis, *Fuchſ. Tab.* Domeſtica, *Bellon.* Aſparagus, *Dioſc.* Aſp. ſativus, *Caſt. Ger.* Aſpar. hortenſis. *Dod. Cam.* Aſp. domeſtique, *Lob.* Aſparagus ſativa, C. B. 1.

## OFFICIN. NAT.

*Radix & Semen.*

Vires. *Radix eſt diuretica lithontriptica & ex aperitivis* 5. *illis famoſis non poſtrema. Calfac. & ſicc. moderate, diſcutit. Epar, Lienem præcipuè & Renes infarctu liberat, ideoque in decoctis eò reſpicientibus frequentiſſima eſt. Externè adhibetur* (*in gargariſmis*) *pro lenienda odontalgia & laxitate gingivarum.*

*Semen eaſdem vires obtinet, ſed uſus eſt rarior.*

[N. *Frequentior Aſparagi turionum eſus urinæ mutat odorem.*]

## PRÆPARATA.

▽. Fit ex integra planta cum baccis rubris Septembri menſe collecta, quæ ſupra recenti herba rectificari

ficari poteſt, ſed rari eſt uſus. Aſplenum ſive Ceterach, vide ſcolopendrium verum.

Hofm. *Aſparagus. Ejus Vires.*) Radix eſt diuretica, lithontriptica &c. Licet *Cl. Helmontius in tr. de Lithiaſi* Cap. 7. hoc neget, ſed potius putrilaginem urinæ generare, & inde potius ad generationem calculi facere juxtà principia lithiaſeos generandæ ab ipſo adſignata. Verùm, quid ſi de ſuperſtructæ fabricæ veritate dubitaretur? Minimè etiam ratum eſt, quicquid urinam corrumpit, ac malo odore renum archêo ſummè infeſto conturbat, calculo ſimul primordia ſtruere poſſe; qualis enim inductio, Aſparagi conturbant lotium. E. dant ortum Lithiaſi; cùm iſta lotii mutatio potius ad humores vi diureticâ fuſos & urinæ admiſtos referri poſſit, quàm ad archei quendam furorem, adverſus iſtum odorem conceptum. Deindè exemplum Iuriſperiti, quod allegat, nihil etiam concludit; Inepta enim eſt argumentandi ratio. Aſparagus nocuit Iuriſperito. E. & omnibus nocebit; Seni E. & Iuveni, hypochondriaco & oppilationibus tartareis obnoxio. E. etiam ſano & εὐσπλάγχνῳ. Quare per accidens tantùm calculo anſam dedit. Non enim in omnibus eſt ejuſdem cauſæ ſimilis effectus, dum actiones & paſſiones ſunt inter determinata, & hinc eſt, ut varietas interdum eveniat in experimentis. Sæpè etiam uſu venit, varios effectus conſequi, ex iiſdem licet cauſis, ob varium tamen coincidentium & concurrentium conſortium mutatis & à primitivâ intentione ad effectus æquivoci Productionem per accidens diſtortis.

## ¶ XLIII. *Atriplex.*

Melte/Melte/Molte/Scheißmilte. Atroche *Atriplex, Orach*, or *Arach*. Melde. Atriplex.

Eſt
- 1. Hortenſis fol. ac caule.
  - rubris.
  - viridi albeſcentibus. *Hæc præſtantior reliquis eſt, licet nec reliquæ contemnendæ fuerint.*
  - viridi nigris.
- 2. Sylveſtris.
- 3. Maritima.

*Alba* nominatur Atriplex ſativa, *Trag.* Att. ſativa alba, *Lob.* Atriplex, *Matth.* Hortenſis *Fuchſ. Caſt.* Atriplex ſativa viridis, *Cord. in D. A.* alba viridis, *Lon.* Atriplex hortenſis alba ſeu pallidè virens, C. B. 1.

*Rubra* dicitur Atriplex rufo folio, *Cord. in D.* Atriplex hortenſis, *Dod.* hortenſis rub. *Lon.* Atripl. ſativa, *Lob.* Att. rub. *Tab.* ſubſativa, *Ger.* Att. purpurea grandis, *Cam.* Atripl. hortenſis rubra, C. B. 2.

Locis gaudent arenoſis, creſcitque ſylveſtris paſſim juxta vias. Florent Iunio, Iulio & Auguſto.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* ſylveſtris præcipuè: hinc hortenſis pallidè virentis. *Semen* rarioris uſus eſt.

Vires. *Refrigerant* 1. *humect.* 2. *leniunt dolorem: Hortenſis inſuper culinaris ac alimentoſa eſt, ſylveſtris autem in ſolvenda alvo celebris.*

*Uſus officinalis præcipuè externus eſt, in clyſteribus ac Epithematibus paregoricis, v. g. antipodagricis, tum quoque in lotionibus pedum ſomni cauſa paratis.*

Hofman. *Atriplex.*) Germ. Melte. Hæc communiter in *Sativam* & *ſylveſtrem diſtinguitur. Illa eſt vel alba, vel rubra.* Non rarò hominis ſtaturam ſativa adæquat. *Maritima* ad ſylveſtrem reduci poteſt.

*Sylveſtris ſemitas*, agrorum margines, urbium mœnia & fimeta ubique occupat, cum ſativâ floret Iulio & Auguſto, in Septembri ſemen maturatur. Foliis farina quaſi adſperſa videtur, per microſcopia tamen nihil aliud quàm ingens numerus folliculorum limpidorum apparet, quos ejus exſudationi deberi conjicimus.

N. Præter Noſtratem & *odoratæ Mexicanæ* meminit, *Epazoth* vocatæ, *Franciſcus Hernandez in theſauro Rerum Medicarum Novæ Hiſpaniæ Libr. V. Cap.* 32. quæ eſt planta odorata, folia ferens oblonga, crenata, & rubeſcentia botry admodum ſimilia, caules cubitales ſpicatum ſemen ac radices ſurculoſas. Naſcitur in calidis & temperatis regionibus, coliturque in hortis nonnullarum commoditatum gratiâ. Acris eſt, odora, & tertio gradu calida. Edulis etiam cruda aut cocta, & adjecta condimentis corroborat. Pectori, aſthmaticis, & obſtructis confert, & gratam alimoniam præbet. Decoctum radicum dyſenterias coërcet, tollit inflammationes, & noxia venenis pellit animalia.

*Vires. Refriger. humect. leniunt dolorem &c.*) Unde inter quatuor herbas emollientes refertur, in clyſteribus uſurpatur; item in pediluviis adhibetur, cum ægris ſomnum conciliare volumus.

*Avellana vid. Corylus.*

## ¶ XLIV. *Avena.*

Βρῶμος vel βρομὸς, Avena, *Brunſ. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Caſt. Lob.* Avena ſativa & prima *Trag.* Avena vulgaris ſeu alba, C. B. 1. frumentum, *Cord. in D.* Germ. Habern. Avoine *Oates*, *Haver.* Haver. Ital. Vena.

Avenæ ſemen culinare potius eſt quam officinale, nihilominus tamen non exul prorſus eſt, ſed adhibetur tum crudum, tum quoque in farinam redactum. Crudum ſacculo inditur, qui ventri optimè calefactus imponitur ad dolores colicos & uterinos leniendos. Farina avenacea cum butyro cocta, conducibilis eſt in ſcabie capitis exiccanda, &c.

[N. *Avena excorticata coq. in aqua quæ convenit in inflammatione, faucium raucedine, tuſſi contumaci.*]

[*Farinæ decoctum quidam infantibus bibendum parant pro potu ordinario.*]

[*Stramen in balneis vel lotionibus convenit in tinea, ſcabie fœda, ulceribus manantibus, lepra.*]

Hofman. *Avena.*) Licet hujus ſemen culinare potius quàm Medicinale, tamen ad plures etiam conducit affectus. Avena cum pugillis aliquot ſalis toſti in ſartagine ſacculo tenuioris telæ incluſa tepidè abdomini applicata in dolore colico affert levamen. Nephriticis inſeſſus ex polentâ, lupulo, & avenæ ſtramine ſacculo incluſis commendatur. Idem inſeſſus etiam ſenibus ac analepticis cum artemiſiâ contrà laſſitudinem ſpontaneam admodum conducibilis eſt. In culmis Avenæ convolvitur herba, hedera dicta avenacea, ex hâc aqua deſtillata utilis eſt in hydrope.

## ¶ XLV. *Malus Aurantia.*

Malus Nerantia, Pomerantzenbaum. Oranger, oranges aigres douces, *Orange-Tree, & its fruit ſour, ſweet.* Oranie-Appel-boom/ met zyn Appelen. Suer end ſoet. Viret per integrum annum. Videatur pomum Arantium, *Trag.* Aurantia mala, *Matth. Lon. Caſt. Tab. Cam.* Aureum malum. *Cluſ. hiſt.* Arangia, *Cord. in D.* Arantia, *Lob.* Malus anarantia, *Dod.* Arantia major, C. B. 1.

### OFFICIN.

1. *Poma* quæ ſimpliciter arantia, aurantia, vel mala aurea, poma nerantia & anerantia, poma arangiæ dicuntur, ſunt quæ tùm acida, tùm dulcia, tùm vinoſa ſeu media.

2. *Cortices.*

Vires. Poma *acida & vinoſa præferuntur reliquis, eaſdemque virtutes habere putantur, quas citria mala, imbecillius tamen:* Cortices *calidiores ſunt uſuſque vulgaris in torminibus ventris coliciſque* (*à flatu ſubortis*) *inque dyſuria corrigenda. Quinimo & febrifugi comperti ſunt ſubſequente ſudore.*

Doſis Scrup. ß. ad Drach. 1.

PRÆPARATA.

1. ▽. Ex floribus. Dicitur peculiariore nomine Nampha, Napha, Lauſam vel Angelica.

Vires. *Promovet ſudorem, adhibeturque in odoriferis, (& Epithemat. Cordialibus.)*

2. ▽ E corticibus.

3. *Succus expreſſus.* Ex pomis acidis, qui tamen rari uſus eſt.

4. *Syrupus.* Ex ſucco acido & ſacchar. rari itidem eſt uſus.

5. *Condit. cortices.* Ex corticibus recentibus (purgatis amaroreque aliquantulum liberatis) & ſaccharo.

6. *Conſerv.* Ex floribus apportatur ad nos ex Gallia, Hiſpania, Italia.

7. *Electuar. ſeu Gelatina arantior.* Ex corticibus exterioribus recent. (l. a. amarore ſuo exutis) coctis vel & contuſis, & cum malvatico ſaccharoque mixtis.

8. *Oleum ſtillatit.* è corticibus.

9. *Balſamus.* Ex oleo: ut alii Balſami.

[Extractum corticum etiam paratur.]

10. *Unguentum aurantior.* ♃. Pomum arantium acid. facto foramine, exprime ſuccum, cum quo miſce tantillum Theriacæ, croci & aceti, inde iterum pomo ac coque ſub cineribus: tandem exprime.

Vires. *Fugat lumbricos infantum umbilico impoſitum, compeſcit æſtum cardia inunctum, ſomnum blande conciliat temporibus illitum.*

HOFMAN. *Malus Aurantia.*) Pomerantʒenbaum. Maximus eſt hujus in regni Neapolitani, Hiſpaniæ, & Gallo Provinciæ quibuſdam tractibus maritimis proventus. Sylveſtrem in Africæ & Gallo-Provinciæ oris maritimis reperiri ſcribit Lobelius.

Floret Aprili & Majo, tardius aut citius pro temporis & loci conditione.

Fructus varia ſunt nomina, *Mala Arantia, Aurantia, Aurangia, Arangia, Amarantia, Mala Heſperidum.* De his & *Malis Citriis*, Limoniis &c. Opus magni Laboris & pretii ſcripſit *Joh. Baptiſta Ferrarius Senenſis Pater ex Societ. Jeſu in folio Romæ* 1646. *editum.* Et ſunt vel *acidi*, vel *dulces*, tum *vinoſi*, ſeu *medii. Acidi* & *vinoſi* reliquis præferuntur, & eaſdem habent vires cum malis Citriis, ſed imbecillius.

*Vires.*) Hujus cortices ſunt ſpecificum ad abdominis inflationes. Item in dyſuriâ cortices pulveriſati ad ℥ß. in aq. petroſelini. Ex his Elixir Meum ſtomachale conficitur cum aliis ſtomachicis in formâ extracti & non extracti notabilis effectus in ſtomachi imbecillitate à cruditate acidâ ortâ; item in nimiis poſt partum doloribus. Ex floribus Aqua & Eſſentia paratur fragrantiſſimi odoris, cardiaca eſt & cephalica. *De reliquis præparatis vid. in Pharmac. Auguſtan. & animadverſ. P. A. Cl. Zwelferi.*

## ¶ XLVI. *Auricula muris.*

Piloſella, piloſella lutea, Mauſzöhrlein / gelb Mäuöhrlein / Nagelkraut. Oreille de ſouris, piloſelle jaune. *Mous-Ear.* Muys-ore.

Eſt
- Repens major
  - hirſuta,
  - non hirſuta.
- Erecta.
- Montana, hiſpida, ſeu hiſpidula, *vide ſuo loco.*

Præfertur autem reliquis piloſella major repens hirſuta, C. B. 1. Auricula muris, *Brunf. Cord. in Dioſc.* Auricula muris minor, *Trag. Lon.* Piloſella. *Matth. Lob. Caſt. Tab.* Piloſella major, *Fuchſ. Dod.* Piloſella repens, *Ger.* Piloſella major repens hirſuta, C. B.

OFFICIN.

Integra *planta*, ſeu *folia.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. aſtring. abſterg. conſtip. ſternutatoria eſt & vulneraria (intus & extus adhibita) dyſenteriam, alvi uterique fluxus ſiſtit, bilem æſtuantem ſedat, & incraſſat, hernias (infantum præcipuè) curat. Extrinſecus medetur ulceribus oris (in collutionibus) hæmorrhagiam narium ſedat (pulvis nari inditus.)*

PRÆPARATA.

▽. Deſtillatur in MB. ex integra planta collecta fine Maij vel circiter.

HOFMAN. *Auricula Muris.*) Hic notandum, *Dioſcoridem* quidem *Lib. 2. Cap. 79.* mentionem facere *Auriculæ Muris*, ſed reperiri codices *Dioſcoridis*, qui eo loco *Alſinem* habent, quæ *Lib. 4. poſt Helxinem* deſcribitur. Et deſcriptio *Auriculæ Muris* primo dictorum loco tradita, *Piloſellæ*, minimè convenit, ut nec Figuræ. Unde rectè dixit *Hieron. Brunſchwveig. Auriculam Muris à Dioſc.* deſcriptam non eſſe Latinorum *Piloſellam. vid. Dominic. Chabræus l. c. in appendic. p.* 629. Nos hoc loco examinabimus *Piloſellam Majorem hirſutam*, reliquas qui deſiderat ſpecies, *conſulat Botanographos.* Hæc *Auricula Muris*, ſeu *Piloſella Major* repens hirſuta, ita appellatur, eò quod humi decumbat, & repentibus ſurculis hirſutis novam ſobolem per demiſſas fibras ſubindè propaget. Folia pilis ſunt obſita, muris auribus ſimilia, ſuprà virentia, infrà incana. Flores lutei, dentis leonis minores, cauliculo hirſuto fuſco, ac in pappos evolantes. Radices numeroſæ, tenues, humi pertinaciter adhærentes.

Naſcitur in collibus, arido ſolo, ac paſſim ad ſemitas.

Majo & Iunio floret.

*Vires. Calefac. exſicc. adſtring. abſterg. conſtip. &c.*) Undè vulneraria adſtrictoria eſt, ejus decoctum commendatur in dyſenteriâ, herniâ, alvi & uteri fluxu. Externè odontalgiæ medetur certiſſimo experimento in cereviſiâ ſecundaria cocta in collutionibus.

N. Præter hanc dantur & aliæ ſpecies, ſcilicet *Piloſella Hiſpanica* ſeu *Hieracium Pannonicum*, item *Piloſella Major* ſeu *Pulmonaria* fl. luteo *vid. Dominic. Chabræus l. a.* p. 324.

## ¶ [*Auricula urſi.*]

[Sanicula alpina, Lunaria arthritica Geſneri, Beer Sanickel / Berg Sanickel.

Inter coronarias colore, magnitudine, numeroque florum varians.

Floret primo vere.

Vires. *Herba eſt vulneraria nec parum adverſus vertiginem illi tribuitur.*]

B.

## ¶ XLVII. *Balanus Myrepſica.*

Βάλανος μυρεψική *Dioſcoridi.* Balan. myrepſica, *Cord. in hiſt. Tab. Ger. Bell.* Glans Unguentaria *Matth. Cord. in D. Lob.* C. B. Granum Ben. Lon. Ben. parvum, *Monard.* Arab. Habel. Ben. Fructus eſt arboris myricæ ſimilis, magnitudine avellanæ nucis, intus nucleum continens pinguem & oleoſum, veluti amygdalæ. Grajus de Been. *Ben an oly Nut.* Been of Behen.

Vires. *Nucleus calf. 3. ſicc. 2. terget, purgat ſupra ac infra educitque bilem ac pituitam. Curat ſcabiem impetigineſque ſanat.*

N. *Meſues Ben duplex facit, magnum ſcilicet ut avellana, quod Monardes avellanas purgatrices eſſe vult: & parvum ciceris magnitudine, ex quo oleum Itali conficiunt.*

PRÆ-

PRÆPAR.

⁊ *Oleum* ex nucleis exprimitur & ad nos transfertur, titulo olei Balanini vel de Been. Vide Auguſt.

Vires. *Emollit, diſcutit, nutritícium eſt, ſcabritiem, lentigines aliaque cutis vitia ſanat, qualicunque tinnitui aurium ſubvenit.* (*inditum auri:*)

N. *Oleum hoc quia ranceſcere neſcit, commiſcetur rebus fragrantibus. Exempli gratia, moſcho Zibettæ, coriiſque illinitur ad fragrantiam impertiendam. Alii tamen ejus loco adhibent oleum expreſſ.è nucleis ceraſorum, in quo ſolutum Beniovinum. Heurn. in meth. prax.*

HOFMAN. *Balanus Myrepſia.*) Sive *Glans Unguentaria*, quam Arabes *Granum Ben* nominant. Quo vocabulo ipſa etiam Arbor inſignitur, fructus eſt inſtar avellanæ nucis nucleum oleoſum in ſe habens, qui naſcitur in ſiliqua, quam depictam vide in *Dominico Chabræo* l. c. p. 24.

Sunt qui duas faciunt ſpecies, inquit *Chabræus*, *Majorem* avellanæ magnitudine; & *minorem* ciceris magnitudine. Hæc perniciosa habetur, & major ſola in uſu eſt.

Ex nucleo *majoris* prævià toſtione *Oleum* exprimitur, cujus virtutes vide in *Autore & Cl. Zwelferi animadv. ad P. A.* p. 318.

## ¶ *XLVIII. Balſamum.*

Balſami planta frutex, ſeu arbuſcula eſt, tres cubitos ad ſummum alta, folia alens, rutæ foliis ſimilia.

Dicitur Balſamum Syriacum rutæ folio, C. B. 1. Balſamum lentiſci folio Ægyptiacum, *Bellon. obſ.* Carpobalſamum Veterum flavum. Carpobalſamum & Caſſamum verum *Cord.* Germ. Balſambaum. l'arbre du Baume. *Balſam Tree.* Balſem-Boom.

Naſcitur ſponte in Arabia Felici, unde olim in Iudæam, & hodie in Ægyptum tranſlata, loco quodam occluſo (Caryo vicino) quem Matercam vocant, colitur.

### OFFICIN. NAT.

Fructus (*Carpobalſamum.*) Ramuſculi (*Xylobalſamum.*) Liquor Balſameus (*Opobalſamum,*) de quo vide Balſamum, claſſ. 2.

Fructus eligatur recens, plenus, ponderoſus, guſtu mordax. Ramuſculi probantur recentes, tenues, odorati.

N. 1. *Carpobalſamum atque Xylobalſamum quia non niſi in compoſitionibus quibuſdam veterum adhibentur, proſtant raro atque non niſi vetuſtate obſoleta, unde loco Carpobalſami Cubebas adhibere receptum eſt, loco Xylobalſami Lentiſcum recentem: Xylobalſamum autem noſtrate, quod Mechâ Arabiæ Felicis aſportatur, eſſe idem cum veterum probat Petrus Bellonius in ſuis obſervation. lib. 2. c. 29.*

N. 2. *Eſt & arbor quædam malo punica major, ſponte in Nova Hiſpania naſcens, ex qua elicitur Balſamum Indicum, ſeu Peruvianum. Vide infra cl. 2.*

N. 3. *Sunt & arbores in Tolu Provincia inter Carthaginem & nomen Dei ſita, pumilis pinis ſimiles, ex quibus elicitur Balſamum de Tolu.* Monardes. *Vide infra cl. 2.*

HOFMAN. *Balſamum.*) Mirum, quàm in hujus deſcriptione *Autores* ſe torqueant. Alii enim *Arborem*, ut *Theophraſtus*, *Libr. 9. hiſtor. Cap.* 6. & *Plinius*; Alii *Plantam fruticoſam*; Arbor Nobis probabilior videtur, hujus magnitudo, quæ malo Punicæ, foliis rutæ ſimilibus, ramis multis; fructus magnitudine figura & colore Terebinthi fructui eſt æqualis, & valdè odoratus.

Hujus tria genera facit *Plinius*, *Eutheriſton*, *Trachy & Eumeces*.

Natale ſolum eſt Arabia dives, ubi in locis creſcit ſylveſtribus. *Proſper Alpinus* Arabiam Fœlicem balſamiferam *Libr. de Plant. Ægypt. & Libro proprio de Balſamo vocat*, ſimulque Mechæ & Medinæ *Balſami Arborem* numeroſè ſponte in cultis & incultis locis creſcere addit. Subjungit Arabes lucri ſpe ex hiſce transferre in ſua fœcunda viridaria. In *Iudæam* ex Arabiâ detulit Regina Sabæ hanc ſucci Balſamici plantam. *Ioſeph. in archidox. Iudaic. Libr.* 8. *Cap. 2. Ex Judæâ* tranſportata in Syriam & Ægyptum, ubi jam integris excolitur balſametis, licet in locis ſylveſtribus nuſpiam reperiatur.

*Fructus Carpobalſamum*, Ramuſculi *Xylobalſamum*. Liquor reſina potius eſt, quàm ſuccus gummoſus ob oleaginoſitatem & inflammabilitatem. De quo infrà pluribus Claſſe. 2.

## ¶ *XLIX. Bardana.*

Major, *hujus loci.*
Minor, *loci ſequentis.*

Kletten. Gluteron. *Burdock.* Cliſſen.

Dicitur Bardana ſive Lappa major. *Dod. Brunſ. Trag.* Perſonata, *Lon. Lob.* Perſonata Major, *Matth. Caſt.* Perſonaria, *Fuchſ.* Arcium, *Cord. in D.*

Lappa major, Arcium. *Dioſc.* C. B. 1. German. groſſe Kletten. Gluteron Bucaron. *Great Dock, Banok.* Groote Kliſſen.

Creſcit paſſim juxta vias, & in Cœmeteriis. Floret Iunio & Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Radices*, raro *Folia*, rarius *Semen*.

Vires. *Siccat, eſt pulmonica* (NB.) *diuretica, diaphoretica, extergens, ſubaſtringens. Hinc convenit in aſthmate, calculo, expuitione ſanguinis, in vulneribus inveteratis, tumore lienis, aliarumque partium, in arthriticis morbis,* (*quibus peculiari proprietate conferre ſtatuitur.*)

*Semen inſigne cenſetur Lithontripticum.*

*Extrinſecus imponuntur folia vulneribus inveteratis, articulis luxatis, ambuſtis, &c.*

### PRÆPAR.

▽ in peſte uſualis.

HOFMAN. *Bardana.*) *Major*, ſcilicet ſeu *Lappa Major*, dicitur & *Perſonata*, quia hujus foliis olim perſonæ illuſtres faciem ſuam in theatris, ne à populo cognoſcerentur, obtexerunt.

Creſcit paſſim juxtà vias. Floret Iunio & Iulio.

*Vires.*) Hujus radices ſunt uſus frequentiſſimi in arthritide, calculo renum; commendantur & tanquam ſpecificum contrà venenatorum animalium morſus, *unde aqua Bardanæ compoſita* proſtat in *Officinis Auguſtan.* Item ſequens maximè deprædicatur contrà morbos malignos. Recip. radic. Lappæ major. raſur. CC. ana ℥ j. fœnicul. Scordii. ana ℥ ß. Paſſul. minor. exacinat. ℥ ij. coq. in ſ. q. decoct. hord. Rec., Colatur. Colaturæ adde Syrup. rub. Idæi ſ. q. Harum decoctum in lue venereâ etiam cum vino albo factum admodum utile etiam eſt in emaciatis & raræ texturæ ægris. Radices commiſtæ faciunt ex Quinto Curtio bonum Longolium. vid. *Ferdinand. Epiphanius in obſervat.* Radix bardanæ majoris plantis pedum alligata dicitur hydropicos purgare ac illos ſanare, ſed fides ſtet penes Autorem. Alias extrinſecus confractis etiam medetur impoſita contuſa, & articulis luxatis.

## ¶ *L. Bardana minor.*

Ξάνθιον, *Dioſc.* φατυάνιον, *Galen.* Xanthium, *Fuchſ. Matth. Dod. Cord. in D. & hiſt. Lon. Caſt. Tab.* Xanth. ſeu Strumaria, *Lob.* Bardana minor, *Ger.* Lappa minor, C. B. 6. German. klein Kletten/ Bletterklauſe. petit Gluteron. *Burdock the leſs*, kleyne Kliſſen.

Gaudet ſolo læto & pingui juxta mœnia & ſcrobes arefactas. Viget Iulio & Auguſto.

OFFI.

### OFFICIN. NAT.

*Radix, fructus* (lappulæ) & herba.

Vires. *Calf. & ſicc. dig. guſtu eſt amaro & ſubacri. Uſus pracip. (ſecund. Matthiol.) in minerâ lepra educenda (cum Rhab. exhib. radix) in lypothymia Extrinſec. in ſtrumis & tumoribus diſcutiendis (epithem.) in capillis luteo colore tingendis. Herba cancrorum ardori efficax eſt extinguendo.*

Hofman: *Bardana Minor.*) Græcè ξάνθιον *Lappa minor.* Klein Kletten. Hæc folia habet alternatim pediculis nixa uncias tres longis, ſinuata, crenata, colore xantho, utrinque hirſuta, ſapore aromatico pauliſper; quo foliorum pediculis eſt exortus, plura capitula ſe promunt bulboſa, floſculos ſtamineos emittentia: iiſque delapſis Echini ſuccreſcunt lappacei, veſtibus adhærentes. Caulis eſt cubitalis hirſutus, ramoſus, punctis rubris guttatus. Radix parva, multas habens fibras.

Læto ac pingui gaudet ſolo, in lacubus & ſcrobibus, Iunio & Iulio viget, prout & major.

*Vires.*) Calef. & ſicc. digerit. Uſus ejus eſt in ſcabie & omnibus cutis impuritatibus. Externè ſtrumas & tumores diſcutit pro epithemate. Capillos pro lixivio luteo tingit colore in capitiluvio.

### § LI. *Baſilicum.*

ὤκιμον, ὤκιμον. Baſilicum ſive Ocimum, *Brunf.* Baſilica minor & baccharis Germanica, *Trag.* Ocimum medium *Matth. Caſt. Cam.* Ocimum mediocre, *Fuchſ.* Ocimum ſeu baſilicum medium vulgatius, *Lob.* Ocimum magnum. *Tab. Ger.* Ocimum vulgatius, C.B. 6. Germ. Baſilien. Bazii, Baſilique, *Baſilicum.* Baſilicon.

Creſcit in hortis. Floret Iunio, & Iulio.

### OFFICIN.

*Folia ac Semen.*

Vires. *Calf. 2. humect. diger. reſolv. expurgat pulmones, menſes movet, ideoque uſurpari poterit uſu interno & externo, ſed rarius adhibitum deprehenditur.*

### PRÆPARAT.

1. ▽ Ex integra fit planta collecta.
[2. ♁ deſtillatum ad ſingultum utile.]

Hofman. *Baſilicum.*) *Ocymum*, non deſunt, qui ſignificantius per z ſcribendum putent, ab ὄζω, quod redolere denotat, quia ſuaviſſimum ſpirat odorem. A quo odore etiam *baſilicum* dicitur, quaſi baſilica ſive regia domo dignum ſit. Iſti autem qui per c ſcribunt, derivant ab ὠκέως citò, quod celeriter proveniat.

Hujus varia ſunt genera, de quibus Botanici conſulendi ſunt.

Creſcit in hortis, floret Iunio & Iulio.

*Vires. Calef. humectat, diger. reſolv.*) in menſium ſuppreſſione ac uteri impuritate ejus infuſum in vino ſemper utile expertus fui; Rarius tamen adhiberi dicit *Dnus Autor.* Cujus hæc forſan ratio eſt, quod ſi duplicato tempore ſub terrâ defodiatur, Scorpiones generare dicant. *Dominic. Chabræus l. a. in appendice.* Imò ex crebro ejus olfactu in cerebro Scorpiones fieri, teſtatur *Hollerius Libr. I. de Morb. intern. cap.* 1. & quidem in cerebro Itali Scorpio genitus, quem depinxit *Paræus lib. 19. chirurg. cap.* 3. Et ex veteribus *Florentinus Græcus* Ocymum manſum & in ſole poſitum Scorpiones generare refert, cui ex recentioribus *Nierenbergius Lib. V. hiſtor. natural. cap.* 5. ſubſcribit, *Avicennam* vidiſſe tales Scorpiones artificioſis natalitiis factos, ocymo in terrâ aut loco tepido putrefacto, qui poſteà alios generarint. *Wolfgang. Haferus in Hercule Medico Tom. I. Libr. II. cap.* 1. *p.* 57. teſtatur noſtrâ hâc ætate Pharmacopœjum Seitenſtetenſem in Auſtriâ Monaſterii Scorpiones hoc modo Italicis ſimiles produxiſſe. Menſe, inquit, Julio & Auguſto herbam baſilici contuſam tegulæ calefactæ, ut tactum non admitteret, illinebat craſſitudine trium digitorum, ſuperaddebat ſimilem tegulam, & ambas circumcirca luto muniebat, quod ex equino ſtercore & argillâ confectum. Tegulas per menſem in cellâ cuſtodiebat, deindè tegulas aperiebat & Scorpiones proſilientes uſui adhibebat. *Excell. D. D. Iohan. Michaelis p. m. Anno* 1665. *d.* 7. *Decembr. in litteris ad me datis uſu & ſenſu confirmat*, ex baſilico contuſo & intrà duos lapides demto & incluſo Scorpionem generatum fuiſſe in medio Iulii tertia non doloſâ ſibi conſtare Experientiâ confirmat, & ſcribit *Lipſiæ in D.* Deperlings horto contigiſſe. Conſentit pariter *Athanaſ. Kircherus de Arte Magneticâ Libr. III. p.* 3. *cap.* 1. *conſ.* 2. *p.* 561. Ocymum producere Scorpiones. *Et Cl. Helmontius tr. imag. Ferment. impregn. Maſſ. Semin.* § 13. 14. Non figmentum eſſe ſcribit, ſed reverà herbam ocymi contuſam & inter lateres depreſſam ſoli expoſitam poſt aliquot dies in Aquitaniâ Scorpiones edidiſſe, forinſecus enim advenientibus Scorpionibus via impedita, quod lateres bini invicem contriti adæquatè ſeſe tetigerint, adeò ut ingreſſum Scorpionis tam planitie contiguâ, quàm pondere impedivèrint, foſſulâ in medio herbam continente.

### *Beccabunga vid. Anagallis aquatica.*

### ¶ LII. *Behen album, Behen rubrum.*

Binas officinæ noſtrates radices monſtrant nomine Behen: unam Behen rubrum appellant, alteram album. De utraque controvertitur cujus ſint ſpeciei. Arabibus (ut Serapioni) ſunt Behen radices, paſtinacæ radicibus ſimiles. Hinc ſcribit Haly Abbas, Behen & Paſtinacæ ſylveſtris radices nullum inter ſe diſcrimen habere. E modernis Behen album aliqui Polimonii, ſivè Lychnidis ſylveſtris ſpeciem eſſe autumant, quam Tabern. vocat herbam articularem: Behen rubrum, alii Limonii maritimi, alii Valerianæ rubræ, alii Biſtortæ ſpeciem eſſe autumant: aliqui verò, Garziâ & monente & reprehendente, zerumbeth eſſe ſtatuunt. Hinc eſt, quod aliqui in deſcriptionibus Arabum ſubſtituunt Eryngium, Alii Tormentillam, alii paſtinacam ſylveſtrem, alii Angelicam, alii denique Caryophyllatam. Auctuarius & Myrepſus Behen hermodactylos eſſe volunt, forſan avellanas purgatrices, de quibus vide ſupra: Balanus Myrepſica.

[Utrumque ingreditur Species cordiales Alex. Benedict. cordiales temperatas, El. de Gemmis calidi & frigidi, lætificant. Rhaſis, liberant: diamarg. caldia moſchu dulcis, pleris archontic, diaxyloal.]

Hofman. *Been Album, Been Rubrum.*) Licet magna adhuc contentio ſit inter botanicos ſuper dignotione Been officinarum, quorum Arabes mentionem faciunt. Nihilominus tamen *Dominicus Chabræus in Icon. ſtirp. p.* 448. deſcribit *Been album Officinarum*, quod folia habeat *Lychnidis* formâ, ſed glabra, ſubacria & obſcurè amara. Flores ex calicibus prominentes, albos, vel ex albo purpuraſcentes, ex quinque bifidis foliolis compoſitos. Caules cubitales & ſeſquicubitales, tenues, teretes, læves, geniculatos; Calices pericarpia continentes Lychnidis ſeminibus plena.

Ad radices Montis Libani hoc *Been album* provenire ſtatuit *Rauwolfius*, & dicit, eſſe verum *Been Arabum*.

N. In Appendice depingit ſimilem plantam *D. Chabræus* p. 650. Been albo officinarum ſemper virentem.

N. Quamvis *Been Albi* facultates incompertas *Dodonæus* ſtatuerit: Hoc tamen *Tragus* commendat ad fomenta ſudatoria, ad nervos induratos emolliendos. Succus ophthalmiam calidam tollit, & dolores oculorum demulcet. Semen pituitam purgat & Epilepticis datur; Atque ægris neſcientibus ſuppoſitum Coïtum moliri creditur.

### § LIII. *Bellis.*

Primula veris, Marienblümlein / Gansblümlein / Maßlieben / Zeitloſen / Oſterblumen / Baumbällichen. Marguerites ou paſquettes. *Daſies.* Madelieven en Kerſouwen. Ital. fior di primavera, primo fior,

Eſt
- ſylveſtris
  - Major, *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Caſt. Cam. Ger. Lob. Tab.*
  - Media, *Matth. Lob. Tab. Cluſ. Dod.* minor *Caſt.*
  - Minor, *Matth. Fuchſ. Tab. Ger. Lob.* C. B. 7.
- hortenſis
  - ſimplex
  - prolifera.

Etſi ſingulæ officinales eſſe non nequeant, prævalet tamen ſylveſtris, eaque minor.

Sylveſtr. creſcit paſſim in pratis & paſcuis: hortenſis colitur in hortis. Floret per integram Æſtatem, præcipuè verò verno tempore.

## OFFICIN. NAT.

Integra *Herba* cum floribus, ſed raro.

Vires. *Vulneraria eſt*, [*in vulneribus capitis & pectoris laudatur.*] *calf. & ſicc. moderatè, partium eſt tenuium: mulierculis noſtris uſitatum eſt, herbam cum floribus infantibus ad alvum laxandam exhibere.*

[*Meſſoribus in acetario comeſta à potu frigida periclitantibus ſalutaris. Minder.*]

N. *Bellis major & minor* 5. 6. 7. *Aprilis mane ante ortum Solis collecta validè emolliunt, attenuantque: eadem collecta menſe Iunio, ſecundo die à plenilunio ſub crepuſculo noctis, plurimum valent ad hæmorrhœam ſiſtendam*, Carrycht. [& dyſenteriam.]

## PRÆPARATA.

1. ▽. Fit ex integra planta florente, menſe Majo collecta.

HOFMAN. *Bellis.*) à Noſtratibus Baumbällichen dicitur. Aliàs Gänſeblümlein Maßlieben. Hujus vocabulum derivari poteſt vel à bellulis ob floris pulchritudinem, vel à bellio, quaſi bellico à bello, eò quod tempore belli maximè hujus virtutem experiamur.

Et eſt vel *ſylveſtris* vel *hortenſis*. Illa *Major, media, Minor*; Hæc vel *ſimplex* vel *prolifera*. *Sylveſtris* creſcit paſſim in pratis & paſcuis. *Hortenſis* colitur in hortis.

Floret Vere & Æſtate: atque herba cum floribus venit in uſum.

*Vires. Calefac. ſicc. moderatè, partium eſt tenuium &c.*) Unde vulneraria eſt & innatâ quâdam vi ſpecificâ cruorem reſolvit, & per inſenſibilem tranſpirationem educit. Hydropem ſanat in nimio ſyrii æſtu ex potu contractam pro acetario. In hæmorrhagiâ & dyſenteriâ ſiſtendâ plurimum valet, collecta in Iunio ſecundo die à plenilunio ſub noctis crepuſculo. Ex fl. rubr. hortenſ. ſiccatis Tinctura paratur vulneraria & Epatica cum aq. acetoſ. & ſp. ♂tii.

Ben, *vide* Balanus Myrepſica.

## ¶ *LIV. Berberis.*

Berberis, *Brunſ. Lon. Lob. Caſt. Cam.* Spina acida, *Brunſ. Dod.* Oxyacantha, *Trag.* Oxyacantha Galeni, *Cord. in D. Tab.* Creſpinus *Matth.* Oxyacanthus Galeni, *Cam.* Berberis dumetorum, C. B. 1. German. Saurrauch/ Verſich/ Reiſſelbeern/ Saurdorn/ Erbſel. *Barberyes.* Sauſeboom.

Gaudet locis incultis, dumetis, &c.

## OFFICIN. NAT.

*Fructus* (nomine *Berberis*) collecti Autumno.

(Cortex luteus ad aphthas & impetigines, utilis.)

(Semina etiam ſive acini aſſervantur; ingrediuntur Species Diarrhodon. Abbat.)

Vires. *Refrigerant & humectant.* 2. *partium tenuium, aſtringunt, appetitum excitant, roborant ventriculum ac Epar. Proin uſus ſunt frequentiſſimi in morbis, ubi refrigeratione & adſtrictione opus, quales Diarrhœa, Dyſenteria.*

## PRÆPARATA.

1. *Conditi fructus.*
2. *Succus liquidus.* Ex recentibus baccis expreſſus.

(Tartari berberum ſeu ſalis Eſſentialis in febribus utiliſſimi, meminit D. Simon Pauli quadrip. Bot. cl. 2.

3. *Syrupus de ſucco berberum.*
4. *Rotulæ.* Ex ſucco & ſaccharo.

N. *Fit ſolâ miſturâ ſine coctione.* Vid. lib. 2.

5. *Trochiſci.* Vid. Diſpenſ.
6. *Roob. de berberibus compoſ.* Vide Diſpenſat.

HOFMAN. *Berberis.*) *Spina acida, oxyacantha.* Hujus fructus in uſum venit pharmaceuticum, ex quo *ſuccus, Syrupus, Roob, rotulæ, condituum* &c. conficiuntur. Habet vim refrigerandi, adſtringendi, & nonnihil incidendi. Unde ad calorem febrilem reſtinguendum, hæmoptoſin, & dyſenteriam compeſcendam præmiſſis præmittendis maximè commendatur. Ex ſucco Berberum Tartarus ſeu Sal Eſſentiale præparari poteſt ſeq. modo: Rec. Succi Berberum ℔ ij. Succi citri ℥ ij. Miſce, digere per biduum, deindè filtra, poſtea exhalet aliqualis humiditas, beneficio arenæ calidæ, reconde hunc ſuccum ſpiſſum per aliquot dies in cellam ſubterraneam, & videbis tartaro ſuo vaſis fundum & latera incruſtaſſe, ſepara ſuccum per inclinationem & iterum ad dimidias exhalet, ut reliquias tartari etiam acquiras. Hic inſtar cremoris vel cryſtalli Tartari pulveriſatus juſculis, decoctis aut julapiis adverſus febres ardentes nuptus gratiam non ſolùm Saporis conciliat, ſed & calori febrili reſiſtit. *vid. D. D. Simon Pauli l. c. p. m.* 105.

N. Aliàs dicunt, corticem medianum, qui inter extimum & ligno adhæret, in vino albo infuſum purgare mirificè.

## ¶ *LV. Beta.*

Τεῦτλον, *Dioſcor.* Mangolt/ Römiſch Kohl. Bete. *Beets.* Beete.

Beta
- alba
- rubra
  - vulgaris
  - radice rapæ, rapum rubrum.

(alba, rubra:) *Hæ ſunt officinales, præferturque rubra.*

Alba dicitur Beta, *Brunſ. Tab. Ger.* Candida, *Trag. Fuchſ. Cord. in D. Dod.* Beta alba, *Matth. Lob. Lon. Caſt. Cam.*

Beta alba vel palleſcens, quæ Cicia officin. C. B. 2.

Rubra vocatur. Beta rubra, *Brunſ. Trag. Lon. Dod.* B. nigra, *Matt. Fuchſ.* & rubra, *Caſt.* rubra vulgatior, *Lob.*

## OFFICIN. NAT.

*Radices, Folia* & *Semina.*

Vires. *Calf. & ſiccat, in princip. g. 3. laxat alvum, ob nitroſitatem, errhinum eſt. Uſus ejus internus potiſſimus culinaris eſt, in acetariis, &c. Externus in errhinis.*

## PRÆPARATA.

*Succus.* Ex tota herba & præcipuè ex radice.

HOFMAN. *Beta.*) *Rubra* præfertur. Hujus uſus internus potiſſimum culinaris eſt. Externè commendatur in clyſteribus emollientibus & abſtergentibus, & ad errhina, dum ſuccus ex radicibus

dicibus

dicibus recentibus rubris cum aquâ majoranæ mixtus & cava manu exceptus naribus attrahitur in catarrhis, hemicrania &c.

## ¶ LVI. *Betonica.*

1. Betonica alba vel primula veris. *Hæc inuſitata.*
2. Betonica vel Vetonica coronaria. *Vide Caryophyllus hortenſis.*
3. Betonica officinarum. *De quâ hic.*

Dicitur Betonica, *Brunſ. Trag. Matth. Fuchſ.* Purpurea, *Fuchſ. Dod. Lob. Lon. Caſt. Tab. Ger.* Betonica vulgaris, *Cluſ. hiſt.* Vetonica, *Cord. in D.* Betonica purpurea, *C. B.* 1. Germ. Betonien/ braun Betonien. de la Betoine. Pourpre. *Bettony.* Betoony.

Creſcit in hortis ac pratis, lociſque umbroſis: Floret Iunio & Iulio.

### OFFICIN. NATIVA.

*Folia* (Majo legenda) & *Flores.*

Vires. *Calfac. & ſicc.* 2. *acris eſt & amara: diſcutit, atten. aper. extergit, imprimis Cephalica eſt & Epatica, Splenetica, Thoracica, Uterina, nec non & vulneraria, & demum diuretica: hinc uſu interno & externo creberrima venit, maximè in morbis capitis.*

### PRÆPAR.

1. ▽. Fit ex fol. antequam floreſcat, vel ex flor. in MB.
2. *Conſerva.* Ex floribus.
3. *Syr. Simplex.* Ex ſucco & ſaccharo. ;.
4. *Compoſitus.* Vid. in Diſpenſat. Auguſt.
5. *Emplaſtr. ex Betonic.* Vid. Auguſt.
6. *Sal. com.* Ex incinerata planta.

*(Extractum etiam paratur.)*

HOFMAN. *Betonica.*) ſeu *Vetonica.* Germ. Bethenien. Herba eſt notiſſima, vulgaris ſcilicet, præter hanc datur quædam flore albo *Cluſii*, & folio Alopecuros quorundam montana à fructus villoſi quadam cum vulpina cauda ſimilitudine, quæ rarior eſt; Dicitur autem *Vetonica*, ab inventoribus ſcilicet *Vetonibus Hiſpaniæ populis.*

Creſcit in hortis & pratis, lociſque umbroſis. Floret Iunio & Iulio.

Colligitur ☉le in ♊ exiſtente ante ejus ortum.

*Vires. Calefac. & ſiccat. diſcut. atten. aper. exterg.*) In hac herba obſervandum potiſſimùm, radicum facultates longè diſpares foliorum & florum eſſe viribus. Illæ enim ſtomacho ſunt ingratæ & vomitum movent, folia autem cum floribus tantæ ſunt energiæ, ut *Antonius Muſa* Auguſti Cæſaris Medicus de Ejus facultatibus totum Librum ſcripſerit; & inde proverbium natum, hoc betonica eſt utilius. Maximæ virtutis eſt ad capitis, hepatis, Lienis, renum, pulmonum & uteri affectus. Vulneraria præterea & ob vim ſuam inciſivam, diſcutivam & aperitivam etiam diuretica exiſtit. Ex herba parantur decocta, infuſa ac epithemata. Ex floribus conſerva, & ex ſucco Syrupus. Aliàs notiſſimum eſt ex hac præparatum Emplaſtrum de betonica, quod vel *Felicem* Würtz vel *Andernacum*, vel denique *Wilhelmum Fabricium Hildanum* Autorem agnoſcit, quod Capitis & aliis Corporis partium vulneribus & doloribus admodum ſalutare eſt. De cætero hæc Planta tabidis etiam & hæmoptoicis conveniens eſt remedium, icterum ſanat, faſtidia tollit, & ſtomachicos recreat. Uteri ſtrangulatui medetur, ruptis ab alto ſuccurrit ex vino. Adverſatur venenis & rabidorum animalium morſibus. *vid. D. D. Simon Pauli in Quadrip. Botanic. Claſſ.* tert. p. 229.

## ¶ LVII. *Betula* ſeu *Betulla.*

Betula, *Trag. Monard. Dod. Lon. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* German. Birckenbaum. Bouleau. *Birch-tree.* Berckenboom.

Creſcit in ſylvis, locis gaudens aſperis. Iulos prodit Martio, quibus Aprili folia ſuccedunt.

### OFFICIN. NAT.

*Folia, Cortex, Fungus*, ſed raro.

Vires. *Folia calf. ſicc. reſolvunt, atten. abſterg. aperiunt, amara ſunt. Serum proliciunt. Hinc uſus non minim. in hydrope; ſcabie (balneum paratur ex foliis vel etiam ramulis conciſis.) & ſim. intus & extus adhibita. (Ad ſciſſuras mammillarum, digitorumque inunctus liquor exudans ex virgulis crematis commendatur.)*

*Cortex item quia bituminoſus calfac. & emollit. Adhibeturque in ſuffitibus aëri corrigendo dicatis.*

*Fungus vi pollet adſtrictoria; unde ramenta ejus hæmorrhoidibus inſperſa ad miraculum fluxum cohibent.*

*Succus.* Ex perforato caudice verno tempore prolectus.

Vires. *Commendatur ad comminuendos calculos Renum & Veſicæ, maculaſque cutis abſtergendas. (Succus hic in tanta copia profluit, ut exinde cerevisiam conficiant. Imò audet aſſervare Hofmann. intra 12. vel 14. dies extillare tantum, quod arbori cum ramis & radicibus præponderet.)*

### PRÆPAR.

▽. *ſtill.* è ſucco.

HOFMAN. *Betula ſeu Betulla.*] Germ. Birckenbaum. Creſcit in ſylvis, locis aſperis. Iulos profert Martio, quibus Aprili folia ſuccedunt.

Hujus folia, Cortex & fungus, item Synovia ejus in uſu ſunt.

*Vires folia calef. Sicc. reſolv. atten. abſterg. aper.* &c.) Hujus folia inſigni abſtergendi facultate ſunt prædita, cocta pro epithemate cum aqua impoſita hydropicis & ſcabioſis medentur. Cortex calefac. emoll. adhibetur pro ſuffumigio ad aërem corrigendum. Fungus vi ſua adſtrictiva hæmorrhoidum fluxui medetur pro topico.

*Synovia* ejus ſeu ſuccus ex cortice vel ramis menſe Martio aut Aprili vulneratis ſponte defluens unius aut alterius cyathi proportione poculo cerevisiæ benè lupulatæ aſſociatus & in hauſtum manè ſumptus, certò ſpondet effectus ad calculi præſervationem optabiles, adeò generoſos, ut vix ulli anti-nephriticorum palmam cedat. Et dyſuriis etiam & ſtranguriis ſenilibus medetur. Calorem item jecoris veluti ex adacta ſpina oriundum mitigat primum ac deinde tollit. Ligationis incantationem etiam ſolvit potus cerevisiæ betulinæ. Mirum eſt, morbos ab incantatione per lignum quernum inductos ſolvi per uſum betulæ vid. Carrichter, Cl. Helmontius. Thom. Bartholinus in Centur. &c.

## ¶ LVIII. *Biſtorta.*

Natterwurtz/ Krebßwurtz. Biſtorte. *Biſtort, Snakeweed.* Slangekruydt. Groote wilde Oſſetonge. Eſt, C.B.

- Major radice.
  - minus intortâ
  - magis intortâ
  - *hæ ſine diſcrimine officinales.*
- Alpina.
  - Maxima
  - Media
  - Minima
  - *minus officinales.*

1. Dicitur Biſtorta, *Cord. in D. Matth. Dod. Caſt.* Biſtorta fœmina, *Brunſ.* Biſtorta Britannica, *Lob.* Serpentaria fœmina & colubrina, *Fuchſ.* Colubrina, *Lon.* Colubrina & Dracunculus major, *Brunſ.* Biſtorta major radice minus intortâ, C. B. 1.
2. Colubrina & Dracunculus minor, *Brunſ. Trag.* Serpen-

Serpentaria mas ſeu Biſtorta, *Fuchſ.* Biſtorta, *Cam.* minor, *Tab.* latifolia, *Ger.*

OFFICIN. NAT.

*Radix* & interdum *Fungus.*

Vires. *Refrig. ſicc. ad g. 3. adſtringit validè, eſt auſteriuſcula, alexipharmaca, ſudorifera. Uſus præcipui in vomitu compeſcendo, in abortu præcavendo, &c. Extern. in catarrhis exiccandis, fluxu uteri ſanguineque vulnerum ſiſtendo (Ad gingivas laxas & ulceroſas.)*

Fungus *ſanguinem in vulneribus ac hæmorrhagia narium mirè ſiſtit.*

PRÆPARATA.

▽. Ex herba.

Hofman. *Biſtorta.*) *Serpentaria Colubrina.* Natterwurtzel. Krebßwurtzel à Noſtratibus ob formam. *Biſtorta* inde appellatur, quod radice conſtet in ſe contorta & convoluta. Et eſt vel *major*, vel *media*, vel *minima*. *Major* radice minus intortâ, & *minor* radice magis intortâ nobis ſolum in uſu ſunt.

Radix colligenda eſt ☉ exiſtente in ♎.

*Vires. Refrig. ſicc. adſtring. &c.*) Terreſtris & adſtringentis eſt virtutis, alexipharmaca & ſudorifera. Unde in dyſenteriâ, nimio hæmorrhoidum fluxu, vomitu ſiſtendo, abortu; præcavendo admirandæ eſt efficaciæ. Hujus radices magnam cum tormentillæ affinitatem habent. Obſervandum tamen eſt, ut cum tormentilla radices magis tenuium ſint partium, quàm biſtortæ, ſemper ubi minore adſtrictione eſt opus, ut in principio dyſenteriæ malignæ, tormentillam biſtortæ præferamus. Prætereà contrà febres malignas, ut variolas, morbillos, petechias, imo Peſtem & dyſenteriam epidemiam ſummo cum emolumento adhibetur, non ut ſudores moveat, ſed ut ebullitionem maſſæ ſanguineæ compeſcat, quæ cauſa etiam, quod radices tormentillæ compoſitionem Pulveris Rubri Panonici ingrediantur.

¶ *LIX. Bombax.*

Arbuſcula eſt exotica ferens fructus inſtar nucis crinitæ, in qua ſemen latitat lanugine molliſſimâ involutum.

Dicitur bombax officin. Cottus ſeu Cotta & bombax *Serapioni.* Xylon ſeu Goſſypium, *Matth.* Xylon, *Fuchſ. Lon.* Goſſypium, *Dod. Lob. Coſt. Cam. Tab.* Goſſypium fruteſcens ſemine albo, C. B. 1. German. Baumwolbaum. L'arbre qui porte le Cotton. *Cotton Tree.* Cotoen of Boomwolle.

Copiam ejus plurimam producit Syria ac Cyprus.

OFFICIN. NAT.

*Semen* & Lanugo quæ *Goſſypium* officinarum, baumwoll Cotton. *The ſeed & ſoft vvool of the Cotton Tree.* 't Saet en fijn wolle van de Cattoen-boom.

Vires. *Lanugo calf. & ſicc. ſemen pulmonarium eſt, tuſſientibus & aſthmaticis maximè proficuum, auget ſemen.*

N. *Uſus tùm ſeminis, tùm lanuginis rarus eſt modernis.*

PRÆPAR.

(Oleum ex ſemine expreſſum ad ulcera capitis manantia & tineam, lentigines & puſtulas faciei, adhiberi poteſt. Notandum autem, ubi ſemina ſicciora, beneficio olei ovorum, vel carbonum Petræ Angliæ, digeſtione & rectificatione acquiri.)

Hofman. *Bombax.*) Arbor exotica eſt, fructum ferens inſtar Nucis crinitæ, in qua ſemen latitat lanugine involutum molliſſimâ; dicitur & *Goſſipium*; Quod *duorum eſt generum, unum annuum, alterum perenne.* Ex priori *Fruticeſcens Goſſipium* ſemine albo *Bauhini, Officinis Bombax*, dicto; Lana & ſemen, quibus fructûs refertus eſt, in officinas inferuntur, hoc, ut eo ad tuſſes & aſthma curanda, itemque renum calculos: illâ, ut eâ ad cucuphas & alios ſacculos medicinales conſuendos, utamur. *Joannes Nienhoff* in legationis ad Imperatorem Chinenſem deſcriptione p. 125. *Goſſipii* herbæ meminit, ex quâ præſtantior lanugo colligatur. Cujus herbæ figura cum noſtro Europæo rubro convenire videtur. *vid. Theoph. Hiſtor. Plantar. lib. 4. cap 9. Th. Bellon. libr. 2. obſ. c. 60. Sim. Pauli l. a. p. 528.*

¶ *LX. Borrago.*

Borrago, *Brunf. Trag. Fuchſ. (icon.) Dod. Lon. Cam.* Bugloſſum, *Matth. Fuchſ. Caſt.* Bugloſſum verum, *Cord. in D.* Bugloſſum latifolium, *Lob.* vulgare, *Cluſ.* Bugloſſa urbana, *Cluſ. hiſt.* Borrago floribus albis, *Tab.* hortenſis, *Ger.* Bugloſſum latifolium, Borrago. C. B. 1. Borretſch. Bouronche ou Bourrache. *Borrage.* Bernagie.

Creſcit ut plurimum in hortis, tum quoque locis incultis, officinaliſque eſt ſine diſcrimine ſive cæruleos ferat flores, ſive albos, quæ hîc æquè vulgaris, ac prior.

Floret menſe Iunio, Iulio, Auguſto, uſque in Septemb.

OFFICIN. NAT.

*Radix, Folia, Flores,* (qui inter 4. cordiales famoſos recenſentur.)

N. *Radix aſſervatur excorticata.*

Vires. *Cordialis eſt è præcipuis, calf. & humect. 1. atram & aduſtam bilem corrigit, ſpiritus vitales ac animales fuligine atrâ biliariâ inquinatos mundificat, unde & omnibus affectibus ex atra bile oriundis convenit, v. gr. hypochondriacis.*

*(In menſium obſtructione naturis calidioribus, quâ à calidis Emmenagogis magis læduntur, quàm juvantur, conveniens.)*

PRÆPAR.

1. ▽. *duplex.* 1. ex toto, 2. ex floribus.
2. *Conſerv.* Ex floribus.
3. *Syrup.* Ex infuſione triplici florum & ſacch. Diſp. Auguſt.

N. *Alii* ℞. *ſucci ex fol. expreſſ. Unc.* 8. *flor. Recent. unc.* 1. *vel unc.* 1 ß. *cum ſacchar. unc.* 4. *coquunt in ſyrupum.*

4. *Succus inſpiſſatus*, ſive eſſentia. Vide l. 2. de ſuccis.

Hofman. *Borrago.*) Quaſi *Cor ago*, gaudia Cordis ago. *Veteres Bugloſſam* nominarunt. Hæc tamen differentia intercedit, quod *Borrago* humidioris & ſuccoſioris; *Bugloſſa* autem ſiccioris Naturæ ſit. Flores *Borraginis* etiam ex quatuor florum cordialium ſunt numero (borraginis ſcilicet, bugloſſæ, violarum, roſarum) efficaciſſimi ad humores terreſtres aduſtos maſſæ ſanguineæ temperandos. Vino injecti animum exhilarare dicuntur; Ex his *Aqua* ex Alemb. deſtillata cardiaca aſt; item ex his *conſerva & Syrupus* conficitur, quæ in cordis affectibus, palpitatione, melancholiâ &c. ſummè commendantur. *Tinctura* etiam exindè conficitur cum aq. aceroſ. ſ. q. & ſp. Vitrioli ♂tis in febribus ardentibus & melancholicis affectibus. Doſ. à coch. j. ad ij. vel iij. in convenienti vehiculo.

Colligitur ☉ in ♊ & ♎ exiſtente.

Botrys. Hujus in Appendice Pharmac. Schroder. hæc fit mentio.

Botrys *ſeu* Ambroſia *referente Clariſſ. D.D. Simone* Pauli. *Botrys ſeu botrys ambroſioides Bauhini. Sunt ex recentiorib. nonnulli veſtigia Dioſcor. &* Pauli Æginetæ

*ſequuti qui ad thoracis mala & in ſpecie orthopnæam valde botrym commendant, inter quos Matthiolus, Lobelius, Camerarius primi ſunt: quorum ille propria experientia uſum botryos, Comm. in Dioſcor. l. 3. c. 113. p. 620. hic verò in obſerv. Stirpium p. 113. authoritate Zigeri Colbergiers, apud Antverpienſes olim experientiſſimi Medici fretus, miris laudibus effert. Tertius verò in horto ſuo p. 29. teſtatur, in Miſnia, conficeri ex ea cum melle electuarium ad pulmonis vitia. Herbam botrym inter alias olentes in condiendis Magnatum cadaveribus locum habuiſſe, etiamnum recordor. Grato enim eſt odore, calidaque & ſicca ſecundo exceſſu, ut facilè à putredine præſervet; quare non incaſſum Dioſcor. ſuaſu veſtibus interſpergitur aut implicatur ne tineis exedantur. Agerius in Tragum obſervavit, aquam illius deſtillatam lenire dolores poſt partum, qui valde exercere, ceu in quæſtionem datas puerperas ſolet, qua deficiente commendandus eſt uſus Zedoariæ radic. ʒß. pondere in vino propinandæ.*

Addo hîc, quod in gurgulionis affectibus, & vulva elongata, conveniat decoctum pro gargariſmo, quòd in Diarrhæis Clyſteribus incoquatur; fumus fluori muliebri conducat, ad uteri etiam dolores Cataplaſma utile ex ea paretur, ſuccus ad defluxiones oculorum utilis ſit.

(Parari poteſt Conſerva ex herba pro Phtiſicis.)

(Parant etiam Syrupum Botryos hunc in modum. ℞. Herb. Botryos M iij. Eryſim. urtic. ana M ij. Caulium rubrorum, Tuſſilagin. ana M iß. Coq. in ſ. q. Aqu. Colaturæ adde ſacchar. alb. ℔ ij ß. clarifica & coque in Syrupum.

HOFMAN. *Botrys*) Sic dicitur, quia floſculi numeroſiſſimi vitium botros æmulantur; Eam etiam *Galenus* præteriit, minimè autem *Dioſcorides*. Folia habet inſtar ſenecionis lanuginoſa, ſubhirſuta, coloris viridis in luteum languentis, odoris grati, ex geniculis ramorum orta. Caulis dodrante altior, hirſutus. Radix ex albo ſubrubra eſt, lignoſa.

Alia *ſativa* eſt, alia *ſpontanea*. Hæc in vineis, calviſque apricis & editis locis provenire ſolet, item in aruis inter ſegetes reperiri ſolet.

*Vires.* Calefacit & ſiccat, grati eſt odoris, attenuat, reſolvit, unde ad orthopnœam commendatur ex pituitâ viſcidâ ortam, item ad Pulmonum vomicas utilis eſt; Poſſunt exinde præparari conſervæ, electuaria cum melle, Syrupi; item Aqua ejus deſtillata medetur doloribus poſt partum. *Externè* ſuffitus inde fiunt vaporetenus Mulieribus ad menſes ciendos & fœtum mortuum expellendum.

## ¶ *LXI. Branca Urſina.*

Σπονδύλιον, σφονδύλιον. Spondylium vulgare hirſutum, C. B. 1. Spondylium *Lob. Matth. Lon. Caſt. Tab.* Vulgare, *Dod.* Branca urſina, *Brunf. Trag. Cord. in D.* Acanthus vulgaris ſeu Germanica, *Fuchſ.* Bärenklau/ Bärwurtz. Branche-urſine. *Branckurſin, Bearsclavv.* Beerenklauw.

Creſcit paſſim in locis humidioribus: floret Majo.

*Folia* ſola.

Vires. *Eſt è 5. herbis emollientibus, calf. & ſicc. aperit. Uſus potiſſimùm externus eſt in clyſteribus aliiſque paregoricis, quarumcunque formularum, & ut plurimum in cataplaſmatis.*

## *LXII. Braſſica.*

Κράμβη, Caulis, Köl/ Kölkraut/ Choux. *Cabbage.* Coole.

Varia Braſſicæ ſunt genera, quæ his claſſibus comprehendi poſſunt.

- Sativa
  - capitata.
  - non capitata.
  - criſpa.
  - Apiana, id eſt, apii flore.
- Sylveſtris.
- Marina, id eſt, *Soldanella.*

Ex his magis medicamentoſa eſt, teſte Matthiolo, non capitata, minutis caulibus, tenerioribus foliis, lævis, tenera, C. B. 1. Braſſica alba vel viridis: huic ſuccedit non capitata rubra.

Dicitur Braſſica, *Brunf.* Lævis, *Matth. Caſt.* Braſſica candida, *Ger.* hortenſ. lata alba, *Lon.* Braſſica vulgaris ſativa, *Lob. Dod. Ger.* Braſſica prima *Tab.* Braſſicæ ſativæ majoris ſpecies altera, *Trag.*

### OFFICIN. NAT.

*Folia*, jus foliorum, *Semen.*

Vires. *Folia calf. & ſicc. citra acrimoniam, vulneraria ſunt, ebrietatem arcent, aſtringunt & laxant, adeoque qualitatis mixtæ: Nimir. ut aiunt Salernitani.*

Ius caulis ſolvit, cujus ſubſtantia ſtringit.

*Extrinſecus uſitatum eſt ruſticis, Vulneribus folia imponere, ut conſolidentur, quin imo & pleuriticis doloribus impoſita, eos mitigant.*

*Semen eàdem pollet qualitate cum foliis.*

### PRÆPARATA.

*Loch. de caule.* Vide Diſp.

(Muria braſſicæ conditæ ambuſtis convenit.)

HOFMAN. *Braſſica.*) Hîc non capitatam minutis caulibus tenerioribus foliis &c. intelligimus, quæ ut herba medicamentoſa & alimentoſa vulneraria eſt, tam internè quam externè hujus juſculum ſeu brodium alvum proritat. Ebrietatem arcere dicunt, ſi tempora ejus foliis ſint redimita. Item ſuccus braſſicæ rubræ illitus contrà verrucas commendatur ſpatio 14. dierum citrà deterſionem ullam reſiccatus. Foliorum decoctum abſtergendo & ſiccando conſolidat vulnera, ulcera & fiſtulas ob vim balſamicam, nitroſam & abſterſivam.

N. *Braſſicæ capitatæ* Muria acida in principio inflammationis faucium, ubi refrigerare & repellere volumus, pro gargariſmo magno cum emolumento applicatur. Item internè ad reſtinguendum calorem ſucco Citri alterata pro potu hæc aqua acida miræ eſt efficaciæ. In cruſtâ lacteâ puerorum repulſa folia braſſicæ capitatæ tepida impoſita ad fluorem reducunt certiſſimo experimento.

## ¶ *LXIII. Bugloſſa.*

βούγλωσσον, Bugloſſum, C. B.

- Sativum
  - Latifolium
    - vulgatum. *Vide Borrago.*
    - Peregrinum.
    - Hiſp. *inuſit.*
  - Anguſti folium.
    - Majus, *Hujus loci.*
    - Minus. (*Inuſitata.*)
- Sylveſtr.
  - Majus nigrum. (*Inuſitata.*)
  - Minus 1. 2. 3. (*Inuſitata.*)

Dicitur Bugloſſa, *Brunf.* Bugloſſ. Italica, *Trag. Lon.* Bugloſſ. longifolia, *Cord. hiſt.* Bugloſſum vulgare, *Matth. Caſt. Tab. Ger.* Bugloſſum anguſtifolium, *Lob.* Bugl. Italicum, Hiſpanicum grande. *Cam.* Circium Italicum, *Fuchſ. Cord. in D.* Echium Italicum, Italicum Spinoſum, *Fuchſ. ico.* Anchuſa, Alcibiadion. *Dod.* German. Ochſenzung. Bugloſſe, *Bugloſſ,* or *Oxetongue.* Oſſetonge.

Creſcit nobis in locis campeſtribus & arvis, floret Majo, & Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Flores, Radices, & Folia.*

N. *Radix*

N. *Radix aſſervatur excorticata.*
Vires. *Eaſdem obtinet quas Borrago.*

PRÆPAR.

Eadem quæ Borraginis.

N. *Succus bugloſſæ mucilaginoſus, eoque difficilis eſt expreſſu: eapropter ſi nihilominus eundem deſideraris, colloca in loco humido per noctem, hinc exprime.*

Hofman. *Bugloſſa.*) cùm eaſdem, quas *Borrago*, obtineat virtutes, de hâc ſeorſim non commentabimur, Lectorem eò remittentes.

¶ *LXIV. Burſa paſtoris.*

Pera Paſtoris, (Capſella Sanguinaria) Teſchelkraut/ Hirtenſeckel/ Seckelkraut/ Blutkraut. Bourſe de Paſteur, ou bourſe de Berger. *Shepherds purſe.* Teskens Cruyt/ Borſekens Cruyt.

C.B eſt { foliis ſinuatis { Major, C.B. 2. / Media, C.B. 3. / Minima, C.B. 4. }; foliis integris, loculis oblongis } major ac minor, &c.

Ex his uſitatior eſt major, cui ſuccedunt media & minor.

Major dicitur Burſa paſtoris major, *Brunf. Trag.* Burſa paſtoris, *Matth. Cord.* in *D. Lon. Lob. Caſt.* (herba cancri,) *Ger.* Paſtoria burſa, *Fuchſ. Dod.* major, *Tabern.* Burſa paſtoris major folio ſinuato; C. B. 2.

Media deſcribitur Burſa Paſt. minor, *Tab.* minima, *Ger.* C. B. 2.

Minor eſt Paſtoria burſa minor, *Dod.* minima, *Lob.*

Creſcit B. paſt. paſſim in locis incultis, Floret Aprili.

OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Refrig. & ſicc. adſtringit & conſtipat, hinc valet in hæmorrhagia narium, expuitione ſanguinis, diarrhæa, dyſenteria, mixtione cruenta,* [*gonorrhæa*] *fluxu nimio mulierum. Externè vulneribus ſolidandis à plebeiis adhiberi ſolet, nec ſine ſucceſſu: uti & hæmorrhagiis narium, (ſub alis & in nucha plantis pedum,) Quinimo adhibetur ſæpius in cataplaſmatis febrifugis, quæ carpis imponuntur; (item ad pudendorum tumores.)*

PRÆPAR.

▽. Ex foliis.

Hofman. *Burſa Paſtoris.*) multi *Burſam Paſtoris & Thlaſpi* pro unâ eâdemque plantâ habent, ut *Cæſalpinus & Matthiolus* obſervarunt, ſed fallunt hi & falluntur. Differunt enim foliis, formâ & viribus. *vid. Domin. Chabræus* l. 2. p. 295. Hujus Differentias vid. l. c. & apud *Dnum Noſtrum Autorem.* Nos de ejus viribus maximam partem ſumus ſolliciti.

*Vires.*) Refriger. ſicc adſtringit & conſtipat. &c. abſque ullo acri ſapore, ſucco potius glutinoſo abundans. Undè ad ſiſtendas hæmorrhagias, ex quacunquè parte ſanguis fluat, narium, pulmonum, uteri, hæmorrhoidum &c. tam intus quam extus adhibita valdè commendatur, aqua, ſuccus & decoctum. Multi ſibi perſuaſum habent, herbam ſaltem geſtatam aut manibus arctè compreſſam, ut incaleſcat, eandem nudis plantis pedum ſoccis inditam, è naribus aliiſque partibus emanantem ſanguinem cohibere. Nonnulli paroxyſmum tertianæ eadem compeſcunt cum aceto carpis manuum impoſita. Ad faucium & pudendorum tumores ejus decoctum etiam (pro cataplaſmate) commendatur.

¶ *LXV. Buxus* ſeu *Buxum.*

Πύξος, Buchsbaum du bouis, *Box-Tree.* Bucxboom. { Arboreſcens. *Hujus loci.* / Fruticoſa. / Foliis rotundioribus. Chamæpyxos, *Trag. Hab. Hac utuntur ad areolas hortorum.* }

Inſignitur Buxus, *Brunf. Matth. Dod. Fuchſ. Lon. Lob. Caſt. Cam. Tab.* Buxus vulgaris, *Trag.* Buxus arboreſcens, C. B. 1.

Viret perpetuò, Aprili tamen germina novella profert: locis gaudet aſperis, ſaxoſis.

Vires. *Rari uſus eſt in Medicina: ſunt tamen qui oleum ex ligno deſtillant, ſummè narcoticum: idque non ſolum ſummopere commendant in Epilepſia, odontalgia, (ſi dentiſcalpium ipſi intinctum in radicem dentis dolentis immittatur) dentibuſque corroſis, verminatione, &c. ſed & pro oleo Ligni Heraclei Rulantino venditant. Videatur Quercet. Tetrad. p. 214. 215. 216. ubi buxum lignum efficaciſſimo ſulphure narcotico ſcatere docet.*

*Extractum* Ligni. Vid. l. 2.

Vires. *Inſigne eſt ſudoriferum & ſpecificum ad Epilepſias, vermes, putredines.*

Doſis: *Exigua pilula. Quercet. in Pharm. Reſt. cap. 46.*

(N. *Succus Buxi rec. expreſſus beneficio liquoris appropriati, exhibitus cum ſucceſſu pleuriticis in Belgio, quod pro ſecreto communicatum retribuo.*)

(*Solo decocto ligni Buxi Icterica ſanata, For. obſ.*)

(*Spiritus acidiuſculus, quo Tinctura corallorum parata Epilepticis adhibetur.*)

[*Acetum dicitur antiepilepticum.*]

Hofman. *Buxus ſeu Buxum.*) Rari uſus eſt in Medicina; interim tamen *Ioſ. Quercetanus in tetrad. Cap.* 16. p. 211. & 215. miris laudibus ejus oleum ob vim ſuam narcoticam extollit. Fides ſtet penes Autorem. Non deſunt, qui *Oleum deſtill. Buxi pro Oleo Ligni Heraclei Rulandi* venditant, ſed malè: *Illud enim Oleum ex ligno viſci corylini* deſtillatur, de quo infrà. Aliàs ſciendum eſt, ex *Buxo* diverſos unâ vice deſtillari poſſe ſpiritus. Deſtilla ſcilicet bonam quantitatem *Buxi*, & prodibit ſubacidus ſpiritus, in hunc convenientem Corallorum rubrorum quantitatem injice, iis acidus Spiritus ſociatus tam arctè cohærebit, ut alter Spiritus Naturæ non acidæ ſolus adſcendat, ſpiritus gravi odore & ſapore admodum penetranti abſque omni tamen aciditate, à priori acido longè diverſus. Solutio Corall. r. cum priori acido facta tincturam rubram præſentat. Alter non acidus peculiare Salinorum corporum genus conſtituit, dum nullam efferveſcentiam in acidis relinquit, nec in alkalibus producit.

C.

¶ *Cacao.*

De eo ſic habet *Chabræus* in ſua *Stirpium Sciagraphia.* Cacao arbor eſt modicæ magnitudinis, quæ ſimul ac ſole tacta eſt, contabeſcit: nec niſi in ſylvis umbroſo & humido loco ſeritur. Fructus amygdali ſpeciem refert, & rubicundo eſt tum cortice tùm nucleo: per univerſam Americam celebris. Ex nucleo enim *Cacao* fiunt Sorbitiunculæ refrigerantes adeò expetitæ, ut cum iis nihil non commutare poſſint quæ illarum regionum merx præcipua. Hactenus *Chabræus.* Fiunt autem ſorbitiunculæ de quibus ille è compoſitione quadam cujus baſis eſt *Cacao* quæque *Chocolada* vel *Chocolata* dicitur. In curioſorum gratiam addere lubet rationem ejus compoſitionis conficiendæ quæ è multis eſt præcipua, quamque è tractatu ſuper hac re emiſſo, excerpſimus. ℞. *gr. Cacao No. C, gr. Chili ſive piper, mexicani major. ſcil. Chil-*

*paſlague dictor. aut iis deficientibus gran. piper. indici latior. minúſque calidorum, N. ij. ſem. aniſi man. j. flor. auricularum nomine aut Vinacaxtlides inſignitorum M. ij. quibus ſi alvus fuerit durior adde totidem manip. eorum florum qui Mec'aſuchil dicuntur. (Illis in regionibus in quibus deficiunt flores ultimò notati poterunt adhiberi, roſar. Alexandrinar. vulgo pallidar. dictar. N. vj. ) Cinnamomi ℥ ij. amygdal. & avellan. N. xij. ſacchari albiſſ. ℔ ß. Achiote q. ſ. pro coloranda tota maſſa.* Plura ſanè addenda forent pro deſcribendis omnibus ſimplicibus quæ compoſitionem enarratam ingrediuntur, ſed ab iis ſuperſedemus quoniam commodè poſſunt videri in tractatu de *Chocolada* ab Hiſpano quopiam Medico confecto & Gallica civitate donato à Celeberr. Renato Moreau p. m.

## § *LXVI. Calamus Aromaticus Indus.*

Calamus Aromaticus officinarum. *Vide Acorus.*

Calamus Aromaticus Indus, eſt planta Indica & diverſa ab Acoro. Super quo legi poteſt Garzias ab horto, lib. 1. Aromat. cap. 23. & annotationes Cluſii in eundem.

Inſcribitur κάλαμος ſimpliciter & κάλαμος μυρεψικὸς, *Hippocr. & Galen.* καλ᾽ ἀρωματικὸς, *Dioſc. Oribaſ. Ægin. Aetio.* Calamus Alexandrinus, *Celſo.* Calam. aromaticus, *Cord. in D. Fuchſ. Garz. Lob. Acoſt.* Calamus aromaticus Indicus, C. B. 1. inter arundines odoratas, German. wolrieechend Calmus. Roſeau Aromatique. *Calamus Aromaticus,* or *Sweet Cane.* Welrieckende Calmus.

N. *Rara planta eſt officinis noſtratibus & non niſi* Foliis *ſolummodo arundinaceis (iiſque raris) nota.*

Subſtituunt itaque Acorum ſeu Calamum Aromaticum officin.

Vires. *Calfac. ſicc. 2. acris eſt. Uſuſque præcipui in Uteri affectibus & nervorum doloribus. Garzias ab Horto.*

HOFMAN. *Calamus Aromaticus Indus.* ) Quidam Doctorum Acorum *Noſtrum verum & genuinum* pro legitimo Calamo Aromatico venditant; Nam præter *Fuchſium, Braſſavolam,* & Alios, Valerius Cordus *in Dioſcorid. Cap. 2. Libr. 1. & Ianus Cornarius etiam in comment. in Dioſc. l. 1. c. 17.* affirmativam tuentur. Nec audiendos illos eſſe dicunt, qui Calamum odoratum ſe nunquam vidiſſe aiunt, & non Calamum, ſed radicem, eamque magis albicantem pro Calamo vulgò venditant. Nam Radicis, inquiunt, Calami uſus eſt, non verò Calami ipſius. Verùm hæc omnia incerto nituntur fundamento. Nam *primò* Calamus *Dioſcoridis* propriè dictus eſt Calamus ſeu Iuncus aut *Arundo,* non verò *Radix,* ſed *Noſter* ſub *Radicis* forma viſitur. *Deindè* Calamus Aromaticus planta eſt exotica in Arabia, India, Syria proveniens, noſter verò non peregrinus, ſed inquilinus eſt. *Tertiò, Noſter* non Arundinis, ſed Iridis in modum creſcit. *Quartò verus* Calamus aromaticus odore ſtatim è longinquo invitat, ruſuſque vel ſubalbidus, tactu mollis, minus fragilis, atque aſſulosè potius quàm raphani modo frangitur: eſtque commanducando glutinoſus & linguam cum guſtu acri adſtringit. *Quintò* in *veri* Calami cavitate ſeu cannâ araneum quiddam albicans conſpicitur, ut in omni arundinum genere, in noſtro aliquid ſolidi obſervatur.

*Guillandinus* cum *Vegetio* facit duplicem Calamum aromaticum, *Unum Syriacum, Alterum Indicum; ille* ad ripas creſcit lacus Genezaretici, ſeu mare Galilææ, & mare Tyberiadis, non multum à vulgari differens. *Hic* à Syriaco diverſiſſimus olim à *Dioſcoride* deſcriptus eſt. Hunc & Cluſius *Lib. 1. Aromat. hiſtor. c. 32.* forma à *Dioſcoride* depicta exhibet, quo & Lugduni in diſpenſatione theriacæ uſi ſunt. Smetius eundem vidit *Anno* 1607. *Tidiceus Medicus Thorunenſis* Eundem ſe vidiſſe refert, *Lib. de Theriac.* p. 181. Exactiſſimè Eundem etiam depictum vide *in Dominic. Chabræi ſtirpium Iconibus & Sciagraph. p.* 199.

N. In Hujus defectu Noſter *Calamus aromaticus* ſive potius *Acorus verus* ſubſtituitur, ob virtutes aromaticas, quibus ei reſpondet.

## § *LXVII. Calamintha.*

Καλαμίνθη, C. B.:

- Incana, ocymi foliis.
- Pulegii odore ſeu Nepeta.
- Vulgaris, vel officinarum. *Hæc uſualis.*
- Magno flore.
- Exiguo flore.
- Arvenſis verticillata.

Dicitur Calamintha, *Matth. Fuchſ.* vulgaris, *Cam.* Cal. montana, *Dod. Caſt.* Calam. montana vulg. *Lob. Tab.* Nepeta montana, *Cord. in D.* Mentha ſativa rubra, *Ger.* Calamintha vulgaris vel officinarum Germaniæ, C. B. 3. aliis Calamenthum. Germ. Ackermüntz/ Calament/ Wilder Poley. Calamenthe ou Pouliot ſauvage. *Mountain Calaminth.* Calament/ Cattecrunt.

Floret Iunio & Iulio, creſcit in arvis.

### OFFICIN. NATIVA.

*Folia.*

Vires. *Calfac. ſicc. & aperit, attenuat, diſcutit, exterget, partium tenuium eſt, ſtomachica ac uterina inprimis, hinc & pectoralis atque Epatica: menſes ciet, fœtum ejicit, urinam movet, tuſſi medetur, Epar reſerat.*

### PRÆPARATA.

1. ▽. Ex planta integra Iunio vel Iulio collecta.
2. *Sal.* Ex cinere.
3. *Syrup. compoſ. de calamintha.* Vid. Diſpenſ. Auguſt.
4. *Spec. Diacalaminth.* Vid. Diſp.

HOFMAN. *Calamintha* ) *Cal. Montana vulgaris. Nepeta montana. Mentha ſativa rubra.* Germ. Calaminth. Ackermüntz. Hæc folia habet ex adverſo ſita, unciam aut ſemunciam longa ſerrata, piloſa, odoris grati; A medio ad ſummum uſque ramorum ex foliorum alis pediculi duo in plures minores diſſecantur, quibus flores inſident, è calyculis barbatis & ſtriatis hiantes, colore purpuraſcente. Caules & rami ſunt quadrati.

Montes amat & umbroſos, ſaxoſoſque clivos. Unde & in hortos transfertur. Floret Iunio & Iulio.

Hujus Differentias facit natale ſolum, florum & foliorum magnitudo. Alia enim *Calamintha* eſt, uti dictum vel *Montana,* fl. magno, vel fl. minore, folio & fl. parvo incano, alia *Arvenſis* &c.

*Vires. Calefac. ſiccat. aper. attenuat. diſcutit.* &c. ) Undè facit ad Hepatis obſtructiones, flatus diſcutiendos, & Menſium fluxum promovet vel in vino infuſa, vel in forma pulveris cum vino, Item externè fomenta & cataplaſmata ex ea fieri poſſunt.

## § *LXVIII. Calcatrippa.*

Videatur Conſolida Regalis. *Matth. Caſt. Cam. Tab. Ger.* Conſolida Regia, *Lob.* Flos Regius, *Dod.* Delphinium. *Cluſ.* Germ. Ritterſporn/ Lerchenklau/ S. Ottilienkraut. Conſolide Royale. *Comfrey Royal, Larsks-heels.* Ridderſporn.

Varia extant genera quoad colores, florum multiplicitatem, modumve naſcendi differentia, adeoque alia eſt flore ſimplici, alia pleno, quædam hortenſis, alia aruenſis. Hortenſis colitur in hortis, aruenſis paſſim in aruis reperitur, præſtantiorque habetur hortenſi, Floret Majo, & Iunio.

N. *Sunt qui calcatrippam pro Delphico Dioſcoridis repuiant*

*reputant, alii Cyminum ſylveſtre Dioſcoridis eſſe volunt. Sufficit nobis ſcire vires & uſum.*

## OFFICIN. NATIVA.

*Herba & Flores.*

Vires. *Omnes calcatrippæ ſpecies ſiccant, calore & frigore temperatæ ſunt, ſubaſtringunt, vulnera conſolidant, partum facilitant intrinſecus & extrinſecus adhibita.*

## PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba cum floribus collecta initio Iunii.

Vires. *Commendatur ad oculorum rubedinem & ophthalmias. Præſertim quæ è cœrulei coloris floribus prolecta eſt.*

2. *Conſerva.* Ex floribus.

Vires. *Commendatur ad tormina ventris infantum, ut & ad ardorem ſtomachi.*

Hofman. *Calcatrippa.*) ſeu *Conſolida regalis.* Ritterſporn. De variis hujus generibus vide Botanographos. Nos virtutis curam agimus.

*Vires, ſiccat, temperat, ſubaſtring.* unde Crato in vino exhibitam ad partum promovendum commendat. Hujus Aqua in ophthalmiâ utilis eſt, prout & hujus flores in aquâ roſarum alb. macerati optimo cum ſucceſſu palpebris inſtar cataplaſmatis applicari poſſunt.

## ¶ *LXIX. Caltha.*

Calendula, Chryſanthemon, Ringelblum. Soucie ou ſouci. *Marygold.* Goutbloem.

Eſt præcipuè { vulgaris. *Hæc officinalis.* / paluſtris. *Hæc officinis ignota.*

Indigitatur Calendula, *Brunf. Trag. Dod. Cam.* Caltha ſativa, *Tab.* Caltha, *Matth. Fuchſ. Lon. Caſt.* Chryſanthemum, *Lob.* Calendula ſimplici flore, *Ger.* Caltha vulgaris, C.B.1. (Verrucaria.)

Creſcit in hortis, florere incipit Majo, floretque per integram Æſtatem.

## OFFICIN. NAT.

*Flores.*

Vires. *Flores Cardiaci cenſentur, hinc Epatici, calf. & ſicc. 2. (præcipuè ſi ſicci ſint) aper. diſcut. ſubaſtring. menſes cient, partum promovent (fumus ſubditus parturienti,) ſudores movent, alexipharmaci cenſentur, ictero medentur.*

(N. *Semen in Quartana exhibetur.*)

(N. *Capitula globoſa florum antequam aperiantur, muriâ & aceto condiri, locoque Capparum edi poſſunt.*)

## PRÆPARATA.

1. ▽. Ex fol. & flor. cum incipit floreſcere. (menſes movet.)

2. *Acetum.*

3. *Conſerva.* Ex floribus.

Hofman. *Caltha.*) *Calendula, Chryſanthemum.* Ringelblumen. Hanc aureus florum commendat ſplendor, ex calice multifido hirſuto, prodeuntium, diſco luteo vel fuſco. Caulibus tenuibus, anguloſis, hirſutis; & tactu viſcidis. Folia hujus ſunt linguæ formâ ſine pediculis, oblonga, pinguia, hirſuta, incana, guſtu herbaceo. Radix lignoſa.

Hujus variæ ſunt differentiæ, ſcilicet flore pleno, prolifero, fl. ſimplici, Calendula minima, Major, folio lato ſerrato, Cretica &c.

Creſcit in agris & hortis. Floret per integram Æſtatem.

Flores in uſu ſint.

*Vires, calef. & ſicc. aper. diſcut. ſubaſtring. &c.*) Unde Cardiaci ſunt, & Epatici; Ob vim ſpecificam Peſtis ſunt antidotus. Acetum ex floribus tempore febrium malignarum pulſibus manuum plantis pedum, temporibus & naribus cum linteis applicari poteſt. Ictero prætereà medentur, Menſes aperiunt & partum promovent decoctis aperientibus admiſti. Flores calendulæ verrucis affricti, ut humeſcant, poſtmodum urinâ equinâ (maſculi pro maſculo, & fœminæ pro fœminâ) ablue, & per ſe exſiccari ſinas; ter vel quater repete, verrucas exſtirpant.

N. Caltha paluſtris ad flores ſeſe jam præparans & capitula globoſa producens aptiſſimè muriâ & aceto condiri & pro capparibus apponi poteſt.

## ¶ *LXX. Cannabis.*

Eſt { ſativa ſylveſtris. { fœminina, maſculina. { *Hæ uſuales promiſcuè.*

Dicitur Κάνναβις, *Dioſc.* Cannabis, *Brunf. Matth. Dod. Lon. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* major, *Trag.* ſativa, *Fuchſ. Cord. in D.* C.B.1. *vulgo*, Canapus, German. Hanff/ zahmer Hanff. Chanure. *Hemp.* Kemp/ of Hennip.

Colitur in agris: Floret Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Semen* raro *Herba.*

Vires. *Semen calf.* (*aliis refrig.*) *ſiccatque, ſemen genitale imminuit,* (*uſu continuato*) *tuſſi opitulatur. Ictero ſubvenit: at caput vaporibus replet.*

*Herba refrigerat & ſiccat, ambuſtis convenit aurium dolores* (*ab obſtructione natos & à vermibus,*) *ſanat* (*ſuccus inſtillatus.*)

## PRÆPAR.

(*Oleum Cannabinum.*)

(Vires. *Emollit, inflammationes arcet, ad extractionem alienorum corporum Emplaſtris additur.*)

Hofman. *Cannabis.*) Hanff. Hæc eſt vel *Sativa*, vel *Sylveſtris.* Illa fœminina, & maſculina.

Colligitur in agris; Floret Iulio.

Hujus Semen tantùm in uſu eſt.

*Vires. Calef. ſicc. &c.*) Ex hoc emulſio paratur contrà icterum; & juſcula cum cereviſiâ confecta & butyro tempore matutino epota ad præſeruationem variolarum faciunt in pueris.

*Capillus Veneris.*
*vid.*
*Adianthum.*

## ¶ *LXXI. Capparis.*

Frutex eſt exoticus, ex quo flores antequam è gemmis erumpant, decerpuntur, conditique ad nos tranſportantur.

Nominatur Capparis, *Trag. Matth. Cord. in D. Lon. Caſt.* Cappar. 2. *Tab.* Capparis ſpinoſa. *Bellonii.* Capparis retuſo folio, *Lob.* Capp. rotundiore folio, *Ger.* Capparis ſpinoſa fructu minore, folio rotundo, C.B.1. German. Cappern. cappres. *Capers.* Kappers.

## OFFICIN. NATIVA.

*Cortex,* radices imprimis.

Vires. *Calf. & ſicc. eſt ſpleneticus, acris, amarus, auſteriuſculus, ideoque incidens, aperiens, extergens, ſubaſtringens. Prodeſt in affectibus Arthriticis, hypochondriacis, & ſimil.*

## PRÆPARATA.

*Conditi flores.*

1. *Condiuntur* ✢ affundendô *& Sal* aſpergendo.

N. *Nocere creduntur ſtomacho imbecilliori, Epati è contra & Lieni conferunt obſtructiones eorum reſerando.*

(*Languentem appetitum excitant, nimiâ aciditate ne obſint, pectori cumprimis, vel vino eluenda vel ſaccharo, paſſulisve miſcenda.*)

1. *Oleum Compoſ.* Vide Diſp.
2. *Trochiſ. de Cappar.* Vide Diſp.
3. *Extract. è corticibus Rad.* Fit ſecundum Quercetan. cum ▽ flor. Geniſtæ vel ſimili P.R. cap.26.

HOFMAN. *Capparis.*) Germ. Cappern. Foliis conſtat hiſpidis, circinatis, rotundis, ſaporis amari, alternatim poſitis, ex quibus pediculi erumpunt oblongi, capitula rotunda proferentes, viridantia, quibus dehiſcentibus flores panduntur, roſæ parvulæ æmuli, medium obtinentibus infinitis fibrarum cirris. Frutex ſenticoſus eſt, humilis, ſpinis aduncis hamatos, deorſum ſpectantibus, cujus ramuli aculeis horrentes orbiculariter per terram ſternuntur. Semen pericarpio oblongo clauditur parvum, multum. Cortices ex radicibus delibrantur & cinamomi modo in tubulos exſiccati contorquentur, ſed minores ſunt longitudine, colore cinereo, lineis quibuſdam & rugis tranſverſis dotati, amari, acres, acerbi.

In multis regionibus calidioribus ſponte naſcitur, ut in Alexandria Ægypti, Hiſpania vel Galliæ Provinciâ. Ex quibus etiam flores aceto & ſale conditi quotannis magnâ in copiâ ad nos deferuntur. Horum ſapor ſtomacho eſt pergratus, invitant ad epulas & languentem revocant appetitum.

Cortices radicum in uſum ſaltem veniunt Medicum.

*Vires. Calefac. & ſicc. &c.*) Si quid aliud Liene induratos juvare ſolent, unde hepati & Lieni obſtructis ob vim ſuam abſterſivam, inciſivam ac reſolutivam valdè ſunt conducibiles.

N. *Nocere creduntur ſtomacho imbecilliori &c.*) Unde *D. Dominicus Chabræus*, Palati ſtudium, inquit, fallit ingenium, valetudinis diſpendio. Nam qui ſapor in illis percipitur, aſcititius eſt à muriâ, vel ab aceto. Sunt paucæ carnis & pauci ſucci, &c. Verùm ipſa ſubſtantia capparum muriâ & aceto conditarum difficilis quidem eſt coctionis, decoctum autem illarum minimè, & hoc præſtat effectum, qui capparibus vulgò attribuitur.

*Oleum de Cappar. compoſit. Diſpenſ.* tam internè, quàm externè adhibitum in viſcerum obſtructionibus miræ etiam eſt efficaciæ.

## § LXXII. *Caprifolium.*

Περικλύμενον, Matriſylva, Volucrum majus, Lilium inter ſpinas, Waldwinde/ Speckgilg/ Geisblat/ Zaungilg/ Waldlilien/ Alfrancke. Chevrefueilles. *Woodbind.* Caprifolium/ Seytenbladt.

Eſt { non perfoliatum / perfoliatum } *utrumque promiſcuè officinale eſt.*

1. Non perfoliatum vocatur Caprifolium, *Brunf. Lon.* Germanicum. *Dod.* Periclymenum, *Trag. Fuchſ. Cord. in D. Cam.*

Periclymenum non perfoliatum ſeptentrionale, *Lob.* Periclymenum vulgare ſeptentrionalium. *Cluſ. hiſt.* Periclymenum non perfoliatum Germanicum, C. B. 1.

2. Perfoliatum dicitur Periclymenum *Matth. Caſt.* Periclymenum perfoliatum, *Lob. Tab. Ger.* Periclymenum vulgare alterum, *Cluſ. hiſt.* Periclymenum perfoliatum, C. B. 1.

Creſcit in dumetis, fruticibuſque inſtar convolvuli adhæreſcit. Floret Majo, ac Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Flores.*

*Vires. Calef. & ſicc. diureticum validum ac ſplineticum eſt. Uſus præcip. in aſthmate & tuſſi. Externè extergit ulcera ſordida, ſanat impetigines, aliaſque cutis maculas abſtergit.*

## PRÆPARATA.

▽ *ſtillat.* Ex floribus.

Vires. *Confortat nervoſum genus, auxiliatur aſthmati, tuſſi, palpitationi cordis: facilitat ac accelerat partum, oris ſiccitatem emendat (in gargariſmis.)*

Succus *ex foliis raro extat, inſignis tamen efficaciæ eſt in vulneribus capitis ac cranii curandis.*

(*Oleum ex floribus inſtar ol. Iaſmini parare nonnulli ſatagunt.*)

HOFMAN. *Caprifolium.*) ſeu *Periclymenum.* German. Waltwinde/ Geißblat ꝛc.

Creſcit in dumetis & fruticibus ac inſtar convolvuli adhæreſcit.

Floret Majo & Iunio.

Flores, folia & Semen in uſum trahi poſſunt.

*Vires.*) Ex floribus aqua deſtillata nervoſum confortat genus, aſthmati auxiliatur, tuſſi, cordis palpitationi, accelerat partum.

Ex foliis ſuccus expreſſus ad vulnera capitis confert & cranii, ſanat impetigines & alia cutis vitia. Semen ejus drachmæ unius pondere ſumptum in vino Lienis abſumit flatulentiam & per urinam tartaream educit mucilaginem, unde & aſthmati ac tuſſi inde ortis medetur.

## ¶ LXXIII. *Cardamomum & grana Paradyſi.*

Cardamomum. C. B. {
1. Granum Paradyſi.
2. Majus officinarum.
3. Medium.
4. Minus in officinis ſimpliciter Cardamomum dicitur,
5. Minimum. }

Ex his officinis uſualiora ſunt Grana Paradyſi, quæ officinis Cardamomi majoris nomine veniunt: tum cardamomum ſimpliciter ita dictum, quod officinarum Cardamomum minus audit.

Grana Paradyſi inſcribuntur Cardamomum majus, *Matth. Lon. Caſt.* Gran. Parad. *Cordo. in D.* Milleguetta, *Lob.* Malaguetta. *Garz.* Cardam. Arabum majus *Tab.* Germ. Paradieſkörner. *Grains of Paradiſe or Greater cardamom.* Paradyſche Greynen/ Grooter Cardamom.

Cardamomum ſimpliciter dictum videatur, Cardamom. minus, *Matth. Lon. Tab. Cord. in D. & hiſt.* minus vulgare, *Lob. Cluſ. in Garz.* Germ. Cardomömlein. *Cardamom the leſs.* Kleynder Cardamom.

(*N. Cardamomum utrumque Capſici nomine comprehenditur, ut in Spec. Diamargarit. calid.*)

N. *De Cardamomo Veterum diſputatur, utrum generibus his 5. contineatur. Sunt qui Cardamomum majus, veterum Cardamomum eſſe contendunt: alii contradicunt, objicientes amaritudinem ac odorem gravem, quibus veterum Cardamomum celebre fuit, noſtrum non iterum.*

*Eligitur utrumque quod eſt frangenti contumax, plenum, occluſum & caput odore tentans, guſtu acre & ſubamarum.*

*Affertur utrumque in Europam Alexandriâ Ægypti ac etiam ex India Orientalis Provinciis Malavar, Iava & ſimil.*

OFFI-

## OFFICIN. NAT.

Fructus uterque, *Cardamomum* ſcilicet *& grana Paradyſi.*

Vires. *Utrumque calfac. & ſicc.(majus gr. 2. minus 3.) partes principes recreat, attenuat, flatus diſcutit, coctionem juvat, proin conducibilis corum uſus eſt in affectibus capitis, ventriculi & inprimis uteri.*

### PRÆPARATA.

1. *Ol.* Cardamomi.
2. *Confectio.*

HOFMAN. *Cardamomum & grana Paradyſi.*) Præter *Dnum noſtrum Autorem* vide etiam *De Cardamomo D. Dominicum Chabraum l. c. & in appendice,* Cardamomi Iconem & ſciagraphiam. *Hujus duo traduntur genera, Majus Unum,* quod Arabes Cacolea, quebir, & cacula quebir. *Minus Alterum,* quod hayl ſeu kakolahil appellant. *Utrumque* affertur ex Indiæ Orientalis provinciis, Malavar, Iava &c. *Garzias ab Orta Cardamomum* piſorum inſtar ſeri dicit, ac ſiliquas dependere è ſarmentis. *Cap. 24. p. m. 49.* § 6. Verùm huic contradicit *Jacobus Bontius de Medicin. Indorum innotis ad dictum Autorem,* qui autoptis millies vidit *Cardamomum* in magnâ copiâ creſcens inſtar arundinis, dum & caulem habet huic ſimilem internodiis etiam diſtinctum, ſed intus ſpongioſum non concavum. Folia quoque arundinis foliis ſimilia, niſi quod non tam faſtigiata, neque in pyramidis acumen deſinunt, verùm coni inſtar teretia. Siliquæ autem hoc modo creſcunt, exit circà radicem ſpica primum viridis, qualis eſt ſpica Nardi, quæ ſeſe aperiens emittit in faſtigio floſculos inſtar anagallidis, niſi quod albi ſint, luteo diſtincti colore, odoris planè aromatici ac ſuaviſſimi. Matureſcens porrò ſpica cerealem tritici colorem induit, & hâc continentur ſiliquæ iſtæ, quæ ſemen continent, quod vireſcens colore eſt albo, purpureis maculis probè intermixto, areſcens porro puniceum iſtum induit colorem, quem in officinis oſtendit.

*Vires, calfac. & ſicc. attenuat, &c.*) Utrumque partes principales roborat, in primis cerebrum & ſpiritus animales confortat, item genitales, uterum &c. carminativum eſt.

## ¶ LXXIV. *Cardiaca.*

Cardiaca, *Matth. Lob. Lon. Caſt. Tab. Ger. Fuchſ.* Meliſſa ſylv. *Trag.* Marrubium mas, *Brunſ.* Marrubium Cardiaca dictum, forte primum Theophraſti, C. B. 1. German. Hertzgeſpan. Agripaume. *Cardiaca.* Hertſgeſpan.

[Dicitur Agripalma, ob foliorum ſciſſuras in digitos.]

Creſcit juxta ſepes & vias, lociſque gaudet frigidis: floret Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Calf. 2. ſicc. 3. attenuat, diſcutit, peculiariter medetur diſtenſioni hypochondriorum & cardiæ infantum (quem affectum cardiacum ſeu cardialgiam appellant,) ciet urinam & menſes, pectus à pituita deterget, difficulter parientibus opitulatur.*

### PRÆPARATA.

1. ▽. Ex herba quæ præcipuè in uſu eſt.
2. *Unguentum Cardiacum.* Vide lib. 2.

HOFMAN. *Cardiaca.*) Germ. Hertzgeſpann. Hæc creſcit ad ſepes & ſemitas, lociſque gaudet frigidis. Floret Iulio. A quo uſque in Autumnum durat, ac ſemen profert.

*Vires. Calef. ſicc. atten. diſcut. &c.*) Hujus uſus internus, licet à nemine Veterum commendetur, ejus tamen ſuccus cum lacte infantibus propinatus medetur diſtenſioni hypochondriorum infantum, vulgò das Hertzgeſpan/ & pectus à viſcidis humoribus detergit. Externè hanc vulgus etiam in hoc affectu in formâ epithematis commendat.

## ¶ LXXV. *Carduus Benedictus.*

Dicitur Carduus Benedictus, *Brunſ. Trag.* (qui & Acanthus Germanicus.) *Matth. Lob. Caſt. Tab. Cam. Ger.* Attractilis hirſutior, *Fuchſ.* Acanthium. *Cord. in D. Lon.* Cnicus ſylv. alter Theophraſti, *Cord. in D. Cam.* Cnicus ſupinus, *Cord. hiſt.* Carduus benedictus & attractilis altera ſpecies, *Dod.* Cnicus ſylveſtris hirſutior, ſive Carduus benedictus. C. B. (4. Cnici.) Germ. Cardobenedicten/ geſegnete Diſtel. Chardon benit. *Carduus Benedictus, i. e. Bleſſed Thiſtle.* Gezegende Diſtelle/ ofte Carduus benedictus.

Creſcit in hortis, floret Iunio & Iulio.

N. 1. *Tempus ſationi aptius eſt ☾ creſcente.*

N. 2. *Carduus benedictus ſi ſub initium Iunii collectus fuerit, vulnera recentia mirabiliter curat, ſin alio tempore, nunquam id præſtabit.*

### OFFICIN. NAT.

*Folia & Semen.*

Vires. *Herba Cardiaca, alexipharmaca, ac ſudorifera eſt ex uſitatiſſimis, Calf. & ſicc. 2. atten. aperit, diſc. veneno ac putredini reſiſtit, febres etiam inveteratas & quartanas curat. Laudatur à nonnullis peculiariter in Cephalæa clavo dicta, ut & in ſurditate. Extrinſecus rarioris eſt uſus, adhibetur tamen nonnunquam ad gangrænam arcendam (in Epithem. vel cataplaſ.)*

Semen *vires eaſdem obtinet, ſed uſu non æquè crebro adhibetur, commendatur inprimis ad Epar obſtructum.*

### PRÆPAR.

1. *Pulvis.* Datur ad Drach. j.
2. ▽. Ex herb. integr.
3. *Spir.* Ex herb. fermentata.
4. *Succus,* Ex herba expreſſus.
5. *Sal. ex* Cinere.
6. *Oleum ſtillatit.*
7. *Conſerv.* Ex foliis ſeu ſummit.
8. *Syrup.* Ex ſucco.
9. *Extract.* Ex foliis c. Acet. deſtill.

HOFMAN. *Carduus Benedictus.*) German. Cardbenedicten. Herba eſt notiſſima; Creſcit in hortis, floret Iunio & Iulio.

Colligitur ☉le in ♎ & ♌ne exiſtente.

Folia Ejus & Semen ſunt in uſu.

N. 1. Tempus ſationi aptiſſimum eſt ☽ creſcente.

N. 2. *Carduus benedictus ſi ſub initio Iunii collectus fuerit &c.*) Eò quòd tunc temporis ſummitates Ejus reciſæ, antequam flores pandantur, ſanguineum licet paucum fundant ſuccum, id quod alio non præſtant tempore.

*Vires. Calef. ſicc. atten. aperit, diſc. &c.*) Cardiaca, alexipharmaca ac ſudorifera eſt, anti-pleuritica &c. Ob vim ejus attenuativam, & aperitivam vel maximè ad viſcerum obſtructiones ſanguinis depurationi dicatorum tollendas cum aliis ſymbolizantibus juncta in infuſo commendatur. Veneno etiam & putredini reſiſtit, ac omne febrium malignarum genus exſtirpat.

Rec. h. Card. b. comar. abſinth. centaur. min. ana ℥ j. infunde in ſp. vini Rhenan. Menſur. ij. ſp. Vitrioli ʒ ij. ſtent in l. c. per triduum, demum cola. Colaturæ doſ. eſt cochl. j. vel ij. pro præſervatione omnium morborum circà lecti introitum.

Semen eaſdem obtinet vires.

*Præparata* ſunt *Pulvis,* ▽ *ex integrâ* herbâ, *ſpiritus* per fermentat. *Succus clarificatus* in formâ Rohob. *ſal ex cinere, ol. deſtill.* parum elicitur. *Syrupus cum Extracto* &c.

## ¶ LXXVI. *Carduus Mariæ.*

Carduus Mariæ, *Trag. Fuchſ. ico. Lon. Caſt. Ger.* Vulgaris, *Cam.* Carduus Lacteus, *Matth.* Spina alba hortenſis, *Fuchſ.* Carduus albus & Chamælеon, *Brunſ.*

Carduus Marianus, *Cord. in D. Tab.* Carduus Leucographus. *Dod.* Carduus albis maculis notatus vulgaris, C. B. 1. Sylibum, *Lob.* German. Mariendiſtel/ Frauendiſtel/ Vehedistel/ Stechkraut. Chardon de noſtre Dame. *Carduus Mariæ*, *Ladys* or *Mary-thiſtle.* Carduus Mariæ. Onſe Vrouwen Diſtel.

## OFFICIN. NAT.

*Semen* inprimis, hinc *Folia* & nonnunquam *Radix.*

Vires. *Pectoralis inprimis Carduus Mariæ cenſetur. Calf. & ſicc. 2. ſubaſtring. incidit, aperit: in cæteris æmulatur carduum benedictum. Uſus præcipuè in pleuritide, Ictero ac hydrope.*

Doſis ſeminis ad Drach. j.

N. *Semen in emulſionibus crebri eſt uſus.*

## PRÆPAR.

▽. Ex herba tenella.
[ Sal etiam utile. ]

HOFMAN *Carduus Mariæ.*) Germ. Marien-Diſtel. Hujus herbæ contuſæ ſuccus ſæpius admotus cancrum narium & mammarum curare dicitur, ſi fuerit incipiens. In viribus cæteris æmulatur Carduum benedictum, niſi quòd hujus ſeminis uſus magis frequens ſit in Pleuritide, vel pulveriſati vel in emulſionis formam redacti. Undè à noſtratibus nomen impoſitum Stech-Körner.

N. Onopondi contuſi (weiſſe Wage-Diſtel.) ſuccus ſæpius admotus cancrum narium & mammarum curat. P. Borellus c. 2. obſerv. 51.

## ¶ LXXVII. *Carlina.*

Χαμαιλέων λευκὸς, Apri radix, ſeu Eberwurtz. Carline, Block. *Carlin Thiſtles.* Everwortelen/ Diſtelen. *Brunf.* Carduus panis ſeu pacis, *Erico Cord.* Chamæleon albus, *Matth. Cord. in D. Caſt.* Carlina herbarior. *Lob.* Chamæleon albus Dioſc. *Lob. ico. Cluſ. hiſt.* Carlina humilis (vel altera,) *Dod.* Carlina ſeſſili flore, *Cam.* Carlina acaulos magno flore, C. B. 1. aliis Carolina, Cardopatium, German. weiß Eberwurtz. carline. *White Carlin. Thiſtles.* Witte Everwortelen.

Creſcit in locis montoſis, v. g. in Alpibus Helvetiæ & alibi.

## OFFICIN. NAT.

*Radix* collecta tempore verno.

(In Apulia Gummi Chamæleoni inhærens colligitur à paſtoribus, & cera di cardo dicitur.)

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. eſt alexipharmaca, ſudoriſera, diuretica, emmenagoga, tineas ventris necat.*

## PRÆPARATA.

Extracti mentio fit apud Practicos, convulſis utilis.

HOFMAN. *Carlina.*) aliis *Carolina*, à *Carolo Magno* dicta, primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus à Peſte Angeli monitu olim præſervatus & liberatus hujus radice fertur. *Carlinam* quaſi *Cardinam* aut *Carduinam* dici volunt Alii. *Chamæleon albus Dioſc. Lobel.* Sed minimè inter Artis botanicæ Scriptores de *Carlina* & *Chamæleonibus* convenit. *Carlinam* enim ad *chamæleonem nigrum* referunt *Cordus, Eucharius.* Ad album *Harchius, Caſtor, Schwenckfeldius, Lobelius* &c. Aliter contrà ſentiunt *Bellonius, Dodonæus* & alii, quibus *Carlina*, nec eſt *Chamæleon niger*, nec etiam *chamæleon albus.* vid. *Dominic. Chabræus* l. c. *in appendice.* Nobis *Carlina* genus eſt *Cardui*, dicitur etiam *Cardopatium*, German. Eberwurtzel.

Hujus differentiæ ſumuntur vel à magnitudine, & floris colore, in aliis albo, aliis purpureo, & à caule, dum alia *caulifera*, alia non. *Caulifera* apud nos Germanos frequentior eſt. Alia etiam eſt *hortenſis*, alia *ſylveſtris*, &c.

Naſcitur in montibus altis, v. g. in alpibus Helvetiæ.

Floret Iulio & Auguſto.

*Radix* tempore balſamico collecta ſaltem in uſu eſt.

*Vires.*) Calefac. ſiccat, diaphoretica eſt, & ob virtutem alexipharmacam ſeſe commendat, unde ad morbos malignos & venenatos valde commendatur, peſtis contagia arcet, venenis reſiſtit, lumbricos expellit, menſes promovet, jecoris & lienis obſtructiones aperit, datur & ex alto lapſis, hydropicis confert, dyſenteriæ epidemicæ & inteſtinorum torminibus medetur ejus decoctum. Vulgo perſuaſum eſt, eam geſtantibus vires augere, comitibus verò adimere. Mures necat cum polentâ ſubacta. Ejus decoctum quibuſdam etiam vomitum movet in brodio carnis factum, ut non rarò obſervavi in praxi.

## ¶ LXXVIII. *Carum.*

Κάρος, κάρον, καρεῖον, Caros, *Brunf. Trag.* Careum, *Fuchſ.* Carum, *Cord. in D. Matth. Lob. Dod.* *aſt. Tab. Ger.* Carvi, *Lon.* Cuminum pratenſe, Carvi officinarum, C. B. 1. German. Weiß Kümmel/ Feldkümmel/ Mattkümmel. carui ou carotes. *Caravvay.* Carewey.

## OFFICIN. NATIVA.

*Semen.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. diſcut. atten. Stomachicum eſt ac diureticum, lactis abundantiam præbet. Hinc uſus ejus inſignis in colica, vertigine, &c. cum internè, tum externè applicatum.*

## PRÆPAR.

1. *Confectum Semen.*
2. *Condita Radix, ſed raro.*
3. ▽. *ſtillat.* Ex planta integr.
4. *Ol.* Ex ſemine ſicco l. a. deſtillatum.

HOFMAN *Carum.*) ſive *Caros, Cuminum pratenſe.* Germ. Wieſen Kümmel. Hujus ſemen vulgo notiſſimum eſt.

*Vires, calefac. ſicc. diſcut. atten. &c.*) Semen eſt unum ex quatuor ſeminibus calidis majoribus effectu carminativo non poſtremum, quæ ſunt aniſi, fœniculi, carui, cumini. Stomachicum eſt & præſtans diureticum, unde in colicâ, melancholiâ, vertigine mira præſtat, in primis Aqua Ejus cum vino Rhen. deſtillata, item oleum Ejus, &c. tam internè quàm externè adhibitum.

## ¶ LXXIX. *Cariophyllus hortenſis.*

Videatur Cariophyllus, *Lob. Tab. Ger. Caſt. Matth. Cam. Lon.* Cariophylla, *Tab.* Vetonica. *Dod.* Betonica altilis coronaria, Tunica *Fuchſ.* Nägelblümlein/ Graßblümlein. Oëillet de jardin, ou gyrofflée. *Clove-Gilly-flowers.* Anieliers.

Eſt { Hortenſis, colitur in hortis varior. color. & diſcrepantis plenitudinis.
Sylveſtris, *qui rari uſus.* }

Floreſcit Iunio atque in multam æſtatem.

## OFFICIN. NAT.

*Flores* potiſſimùm rubri.

Vires. *Moderatè calf. & ſicc. Cephalici ſunt ac cordiales. Uſus præcip. in vertigine, Apoplexia, Epilepſia, aliiſque capitis & nervorum affectibus. In ſyncope ac palpitatione cordis: fugant lumbricos, allevant partium: Extrinſecus adhibentur in vulneribus capitis: extrahunt oſſa cranii fiſſa; leniunt Cephalalgiam & odontalgiam.*

PRÆ-

## PRÆPAR.

1. *Succus inſpiſſatus, eſſentia dictus.* ℞. Flor. rubr. (cum primum gemmæ explicari incipiunt) reſectiſque albidis illis partibus conquaſſa irrorando exprime, clarifica ac coagula lentiſſimè.

N. *Calore nimio perdit vires, nimia agitatione cum ſpatula amittit colorem.*

Doſis à Scrup. ß. ad Drach. ß.

2. *Conſerva* ex floribus.

3. ▽. *ſtillat.* ex flor. cum herba leniſſimo NB. calore.

N. *Ophthalmica inſignis eſt, &c.*

4. *Syrupus.* Ex infuſione florum.

5. ✠ Ex infuſione florum. Vide lib. 2.

Hofman. *Cariophyllus Hortenſis.*) communiter *Flores tunicæ hortenſes, vel vetonicæ.* Eſt vel *hortenſis* vel *ſylveſtris.* Ille colitur in hortis. Floret Iunio & in multam æſtatem. De hujus ſpeciebus vid. *Botanographos.*

*Vires, moderatè calefac. & ſicc.* &c.) Cephalicus & Cordialis eſt, gratiſſimo ſeſe commendans odore, quo tum ad præſervationem, tum ad curationem utimur in apoplexiâ, paralyſi, convulſionibus, tremore & palpitatione cordis. Confici inde poteſt *Conſerva, Syrupus, tinctura, acetum* tempore febrium malignarum in uſum trahendum.

## ¶ LXXX. *Caryophylli Aromatici.*

Charunfel *Arabibus* Caryophylli, *Matth. Tab.* Caryophyllus, *Cord. hiſt. Caſt.* Calafur *Arabibus* & pleriſque Indis Cariophylli, *Lob.* Caryophyllus florens & Caryophylli veri, *Ger.* Cariophyllus aromaticus fructu oblongo, C. B. 1. Antophylli dicuntur reliqui majores, *Lon. Lob. Tab. Ger.* Cariophylli maturi ſeu majores, *Cord. hiſt.* Cariophylli mares. *Avicenna.*

Fructus ſeu ſi mavis, flos eſt aromaticus exoticus, Solis radiis induratus & nigrefactus.

Duplicis ſortis proſtant: Nimirum,

1. Caryophylli dicti, qui diſcuſſi ſunt antequam maturuerint, unde & minores eſſe ſolent. German. Nelcken. Oeillets ſauvages. *Little Cloves.* Kleyne Nagelen.

2. Antophylli, Mutternelcken / Antophyl. *Great,* or *full-grovvn Cloves.* Groote Nagelen. qui maturitatem aſſecuti ſunt: unde & majores exiſtunt.

Delectus: Eligendi ſunt ſuave fragrantes, oleoſam quandam humiditatem premendo exhibentes.

Vires. *Cardiacum, Cephalicum ac Stomachicum inſigne exhibent, calf. & ſicc. 3. diſcutit. Hinc proſunt in Lipothymia, odontalgia, cruditate ventriculi, vertigine; arcent quoque morbos malignos, uterinos, &c.*

[*Gummi Caryophyllorum habetur.*]

## PRÆPAR.

1. *Confect.* Fit l. 2.

[conditi etiam habentur.]

2. ▽. } ut ex aromatibus reliquis eliciuntur,
3. *Oleum* } vide l. 2. vel l. 4. in Cinamomo.

N. 1. *Caryophylli multum olei fundunt.*

Vires. *Oleum hoc denti cavo inditum odontalgiam mirificè lenit.*

4. *Extractum.* Fit ex caryophyllis cum aq. ſtillat. & Spir. vin. l. 2.

5. *Sal. com.* Ex remanentii s incineratis elixiviatur.

6. *Balſamus.* Fit l. 2. ex ol. Nuciſtæ depurato ac ol. caryophyll. tingiturque pulvere caryophyllor.

7. *Species diacaryophyllor.* Vide Diſpenſator.

Hofman. *Cariophylli Aromatici.*) German. Würtznäglein. Turcæ, Arabes, Perſæ & Indi *Calafur* vocant. Moluccenſes *Changue.* Perperam Alii *Anthophyllon* à *caryophyllo* diſtinguunt, non enim res ſunt diverſæ, ſed perfectionis tantùm gradu differunt. Horum Arbor eſt ramoſa in Lauri formâ, magnitudine, & foliis, ſed anguſtioribus & copioſis, floribus oblongis, & clavorum inſtar, undè & nos Nägelein appellamus, ſed capitulis trifidis, primò candidis, mox viridibus, deindè rubeſcentibus, & tandem in nigrum inclinantibus colorem & in caryophyllos ipſos evadentibus. Hujus Arboris fructus ſunt hi *Caryophylli Aromatici.* Decuſſi caryophylli biduum ſiccantur, deinde aſſervantur, & in varias provincias mittuntur. Qui in Arbore hærent, craſſiores fiunt, nec ab aliis niſi vetuſtate differunt. Tantâ odoris ſuavitate fragrant folia, ut caryophyllos ipſos æquent. Unde peregrinantes caryophyllorum odorem per longa ſpatia in mari præſentiunt.

Naſcitur *Arbor* in Orientalibus plagis, in quibuſdam Indici Pelagi Inſulis, Zeilan, Bantan &c. Sed non eſt fructifera niſi in Moluccis inſulis, quarum quinque ſub lineâ æquinoctiali ſitæ ſunt, ubi fructum ferunt, cum reliquis in lucis ſint ſteriles.

Caryophyllorum collectio fit à 15. Septemb. uſque ad Ianuarium & Februarium, non manu, ſed Leguleii arundinibus decutiunt, mundato prius circà arborem ſolo. vid. *Franciſc. Hernandez. l. c. Libr. 2. c. 10. Dominic. Chabræus* l. 2. p. 32.

*Vires, calef. ſicc. diſcut. &c.*) Tam calidæ & ſiccæ naturæ ſunt, ut hiſtoricis rerum naturalium referentibus jam recentes à ſordibus liberati in camerâ clauſâ appoſito vaſculo aquâ vel vino pleno, omnem aquam vel vinum biduo ſpatio imbibant & exhauriant ob nimiam eorum caliditatem & ſiccitatem longius etiam ab iſtis remota. De cætero tamen cephalici, cardiaci & ſtomachici ſunt, unde commodè adhibentur contrà omnes cerebri frigidos affectus, vertiginem, viſus debilitatem, cephalalgiam, lipothymiam, cordis palpitationem, apepſiam ventriculi, impotentiam veneream.

Præparata ex his ſunt, *Confectio, Aqua, oleum deſtill. Extractum, Syrupus, Balſamus, ſpecies diacaryophyllorum* &c.

N. Caryophylli Regii mentionem etiam facit *Cl. Olaus Wormius in Muſæo* p. 103. qui fructus à Nomine hactenus eſt deſcriptus, florem potius quàm fructum figurâ referens, longitudine grani hordei, ejuſdemque fermè longitudinis, oblongus, anguloſus, ſex vel octo cuſpidibus alternatim ex lateribus erumpentibus & in ſummitate quaſi coronulam conſtituentibus colore ferrugineo, odore caryophyllorum aromaticorum, ſapore acri & planè caryophyllaceo.

Provenit in Inſulâ Maccian Indiæ Orientalis, ab incolis vocatur *Thinca Radoi,* quod exponunt *Caryophyllus Regius.*

Magno in pretio ſunt hi Caryophylli apud Indos, & ad Nos rarò deferuntur; Unicam ſaltem ferunt eſſe hujus fructus Arborem in totâ Indiâ in medio dictæ inſulæ ſitam. Flores ubi producit hæc Arbor, decidunt flores reliquarum Arborum, quæ communes ferunt caryophyllos. Arbores etiam reliquæ verſus hanc ſe incurvant, honorem quaſi deferentes, ut aiunt, qui viderunt, *Rex Inſulæ* ſatellitibus hanc Arborem ſtipat, quamdiu fructum fert, ne quis præter ipſum eo gaudere poſſit. Fructus filo per longitudinem trajicere ſolent, ut armillarum loco ob odoris gratiam in brachiis geſtentur. Hæc ex ore Ejus habet *Wormius,* qui in inſulâ fuit & Arborem ſe vidiſſe teſtatur; quæ ſi vera, Mira ſunt.

## ¶ LXXXI. *Caryophyllata.*

Caryophyllata, *Brunf. Trag. Lon. Matth. Caſt. Tab. Ger.* Vulgaris *Lob. Cam. Cluſ. hiſt.* Caryophyllata hortenſis, *Fuchſ.* Herba benedicta, *Brunf.* 4. Caryophyllata vulgaris, C. B. 1. *alias* Sanamunda. Herba benedicta. German. Benedictwurtz / Benedicta kraut. Baliot, Refize, Benoate, Salmonde. *Avent.* Garyophyllate.

Creſcit locis incultis pinguibus juxta ſepes.

## OFFICIN.

*Radix* collecta menſe Martio, quæ odoris fragrantis eſt (23. Martii circiter,) raro *Folia.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. ſubaſtring. robor. diſcut. cepha-*

*cephalica ac cardiaca eſt. Uſus præcipui internè in catarrhis exiccandis, ſanguine coagulato reſolvendo.*

HOFMAN. *Caryophyllata. Ejus Vires, caleſac. ſicc. ſubaſtring. robor. diſc. &c.*) Alexipharmaca eſt, unde nonnulli *Contrayervam Caryophyllatæ* alicujus radicem eſſe ſtatuunt. Aliàs hujus radix in ſanguine coagulato reſolvendo in iis commendatur, qui ex alto deciderunt pulveriſata à ʒß. ad ℥j. in vino calido.

## ¶ *LXXXII. Caſtanea.*

Κάςανον, Caſtanea, *Brunf. Trag. Fuchſ. Dod. Lac. Lon. Lob. Tab. Ger.* Caſtaneæ minores. *Matth.* Caſtaneæ ſylveſtres, *Cord. in D. Caſt.* Caſtanea ſylveſtris, quæ peculiariter caſtanea, C. B. 1. German. Kaſtanien. Chatagne. *Cheſnut.* Kaſtanien.

Caſtaneæ etſi omnium glandium ſint præſtantiſſimæ, teſte Galen. attamen præter *membranam rubram*, cortici ac carni intercedentem, nihil officinis exhibent.

Vires. *Membrana ſiſtit valenter immodicos alvi flores & ſanguinis rejectiones (in vino auſtero ſumpta.) Quin etiam cum pari pondere ramentor. eboris, alba fæminar. profluvia cohibet.*

Doſis Drach. ij. Matthiol.

[Ex caſtaneis Emulſiones parantur ad hæmoptyſin.]

### PRÆPAR.

1. ▽. ad fluorem muliebrem.
2. *Conſerva* è Iulis, Vomitoria.
3. Unguentum, Prævot. in alvi profluviis.

HOFMAN. *Caſtanea.*) Eſt mali ſucci cibus, crudam ſub arbore lectam & devoratam pediculorum proventum cauſare dicunt. Hujus membranæ interiores rubentes ex vino auſtero potæ pondere ʒ ij. albo mulierum fluxui medentur.

N. *Virginiæ Americæ Provincia Caſtanearum* etiam gaudet fertilitate. *vid. Johann. de Laet in deſcript. Indiæ Occidentel. Libr. 3. c. 2. p. 91.*

## ¶ *LXXXIII. Centaurium minus.*

Centaur. { Minus. De quo hìc.
Majus. Eſt Rhaponticum vulgare. Vide ſuo loco. }

Dicitur Centaurium, *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lac. Lon. Lob. Cam. Caſt. Tab.* Centaurium parvum, *Lob. Ger.* Centaurea, *Brunf. Caſt.* minor, *Brunf.* Centaurium minus, C. B. 1. alias febrifuga, fel terræ. Germanicè Tauſentguldenkraut / Erdgall / Fieberkraut. Centaure. *Centaurie, theleſs,* Kleyn Centorie. Ital. Biondella.

Naſcitur ſolo arido, & pratis ſabuloſis: Floret Iulio & Auguſto.

### OFFICIN. NAT.

*Planta* foliis ac floribus referta, vel *ſummitates* ſolæ.

Vires. *Spleneticum eſt & Epaticum, calf. & ſiccat, amarum eſt citra mordacitatem, unde & leniter aſtringens, extergens, aperiens, vulnerarium: bilioſos & pituitoſos humores quàm leniſſimè per alvum educit, ſerum per poros diſcutit. Hinc utile in febribus (unde & nomen habet,) Ictero [Aſcite pulvis ad* ℥j. *cum ſem. aniſi tertio quoque die ſumtus.] menſtruis ſuppreſſis, Scorbuto, Arthritide, lumbricis, & ſpecificè in morſu canis rabidi.*

[*Externè decocto utuntur ad furfures capitis & tineam.*]

N. *Tanta æſtimationis eſt, ut vix vinum medicatum ſeu abſynthites vulgus paret, cujus partem non conſtituat.*

### PRÆPARATA.

1. ▽. Ex integra planta.
2. *Spiritus.*
3. *Extract.* id eſt, ſuccus inſpiſſatus ex herbis ac floribus conquaſſatis atque cum aqua maceratis.
*Doſis ad Drach.* j.
4. *Sal. com.* Ex Cinere.

*Centumnodia.*
*vid.*
*Polygonum.*

[Mel Centaurii proſtat in officinis nonnullis.]
[item Conſerva.]

HOFMAN. *Centaurium minus.*) *Lemneum* Græci appellant, quod circa paluſtria naſcatur, unde & *Libadion* à Plinio dicitur. *Fel terræ* ob amaritiem. *Febrifuga*, ob quod ad febres tertianas fœlici ſucceſſu adhibeatur. Nonnulli hoc cum *Centaurio Majori* confundunt, ſed differunt ſpecie, figurâ & virtutibus. *Centaurium Minus* herba eſt, hyperico ſimilis, caulem habens palmum excedentem, anguloſum, florem ad lychnidis florum ſimilitudinem accedentem, puniceí coloris, ad purpuram inclinantem. Folia prælonga minuta veluti rutæ. Semen tritico ſimile, Radix parva, lævis, ſupervacua & amara, veluti fl. & folia.

Loca amat herboſa rigua, Iulio & Auguſto floret. Circà viciniam Geben in copia provenit, ut & ad Querfurdum & Lucham.

N. Datur & *centaurium minus perfoliatum fl. luteo* Tiguri in collibus, Genevæ, Monſpelii & Bononiæ in pratis riguis. Iiſdemque cum vulgari gaudet virtutibus.

*Planta foliis ac floribus referta, vel ſolæ ſummitates in uſu ſunt.*

*Vires, calef. & ſicc. adſtring. exterg. aper. &c.*) Summa Polychreſta eſt hæc herba, & adeò ob ejus admirandos effectus decantata, ut inter *Galeni* opera integer Liber de Virtute *Centaurii Minoris* ſcriptus reperiatur. Specificum uti dictum anti-febrile eſt, fermentum fellis corrigens, unde balſamum & condimentum audit totius maſſæ ſanguineæ, à corruptione eam præſervans & vaſa excretioni deſtinata ad recrementorum expulſionem invitans, quâ de cauſâ ſpleneticum eſt, item Epaticum & vulnerarium, medetur ictero, Scorbuto, Menſium ſuppreſſioni, expellit lumbricos, curat canum rabioſorum & aliorum venenatorum animalium morſus. Externè contrà furfures, & tineam capitis hujus decoctum ex piſorum brodio paratum utile eſt, & Caput illo ablutum magnum ſentit levamen, imò pediculi etiam unà enecantur.

## ¶ *LXXXIV. Cepa, Cepe.*

Κρόμμυον, Arab. Baſſal. Cepe, *Trag. Fuchſ. Matth. Cord. in D. Caſt.* Capitata, *Matth.* Cepa rotunda, *Dod.* Cepa ſativa, *Matth.* Cepa alba & rubra, *Lon. Tab.* Cepa vulgaris, C. B. 1. Germ. Zwibel / Zwiffel. Oignon. *Onion.* Vyien of Auun.

Ceparum etſi variæ dentur ſpecies, differentes pro diverſo colore florum & radicum, tùm pro diverſa radicum figura, rotunda, oblonga, ſeſſili, &c. attamen conveniunt facultatibus, adeoque promiſcuè uſurpantur, acriores tamen ſunt oblongæ.

Coluntur in hortis, ſoloque gaudent opimo: Florent Iunio & Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* ſola.

Vires. *Calf. & ſicc. ad gr. 4. aper. incidunt, abſtergunt, partium ſunt craſſarum adeoque flatulentæ. Uſus præcipui in tartaro pulmonum incidendo & expellendo (cum melle cocta & uſitata) in urina & menſtruis ciendis, in lumbricis fugandis (in infuſione.) Extrinſecus maturant & rumpunt apoſtemata (cocta & impoſita) etiam maligna in peſte (impleta Theriacâ vel Mithridatio*

*thridatio & cocta.) Urinam proritant (toſtæ in axungia & impoſitæ. N. idem facit membranula cuilibet carneæ particulæ intercedens, glandi ſcilicet impoſita.) Pernioni conferunt (cum adipe cocta & impoſitæ) menſes & hæmorrhoides proliciunt (ſubditæ) ambuſtis medentur (cruda cum ſale ſubacta ac ſtatim impoſita.)*

N. *Sunt qui contagioſo aëre in conclavibus ſuſpendunt, iiſque contagium colligi, adeoque conclave purgatum iri autumant.*

HOFMAN. *Cepa, Cepe.*) De hujus ſpeciebus vide in *Botanographis.* Nos de viribus ſumus ſolliciti.

Radix ſola in uſu eſt. Colitur in hortis, & ſolo gaudet opimo. Floret Iunio & Iulio.

*Vires, Calefac. & ſicc. aper. incid. abſterg. &c.*) indè in pulmonum affectibus convenit ex tartaro oriundis, cum melle cocta & agitata, incidit, abſtergit; In allii defectu contuſa maceratur in cereviſiâ vel lacte, cujus colatura pueris laborantibus lumbricis propinatur. Externè utimur eâ ad capillos proliciendos, dum diſſectâ in mel intingitur, & deinde raſo prius capite cum novaculo Caput univerſum eo inungitur. Ambuſtis etiam medetur, ſi dictum factum cepâ parti ambuſtæ, antequam pus excitetur, ſale optime ſubacta applicetur. Cocta ſub cineribus cum Theriacâ vel Mithridatio ficubus toſta bubonibus rumpendis apponitur ad virus extrahendum. Reliquas Ejus virtutes vid. in *Noſtro Autore.*

## ¶ *LXXXV. Ceraſa.*

Ceraſorum varia producuntur genera, tàm ſecundùm colorem, quàm ſecundùm ſaporem differentia. Veruntamen in uſum pharmaceuticum duo potiſſimum accenſentur, ſubacida rubra ſcilicet (Amarenæ) dulcia nigra.

Ceraſa apud omnes ferè authores nomen ſuum retinent & dicuntur ceraſa. German. Kirſchen. Ceriſes. *Cherries.* Kerſſen.

### OFFICIN. NAT.

*Ceraſa* utriuſque generis ſiccata. *Nuclei & Gummi.*

[Folia in lacte cocta ſcorias educunt bilioſas curantque Icterum.]

Vires. *Acida refrigerant, ſiccant, aſtring. Cor ac Stomachum roborant, hinc utilia in febrili ſiti ac æſtu mitigando, &c. Fernel. decoctum ceraſorum in hypochondriaco affectu ſummè commendat. Dulcia temperata ſunt ad humiditatem inclinantia, cephalica, unde & in morbis capitis, Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi, &c. peculiariter proficua cenſentur.*

Nuclei *calculum comminuunt, adhibenturque contuſi in frontalibus, unguentove refrigeranti commixti, ad dolores febriles capitis demulcendos faciunt.*

Gummi *celebratur vi lithontriptica.*

### PRÆPARAT.

1. *Condita.* Condiuntur acida cum ſaccharo. Vide ſupra.
2. *Succus ſive Rob.* Ex acidulis fit, expreſſione ſcilicet & inſpiſſatione.
3. *Syrup.* Ex ſucco acido & ſaccharo ⁑.
4. ▽. *ſtillat.* Ex dulcibus nigricantibus.
5. *Spir.* Ex dulcibus nigris fermentatis dicitur & QE. Vide de Spirit.
6. ▽. *diuretica.* Ex nucleis utrorumque. Vid. lib. 2.
7. *Tinctura ac Extractum.* Ex nigris fit cum Spir. vin. vel ▽ propria l. a. *Querc. Pharm. Reſt.*

8. *Diamarenatum*, { *ſimplex.* ♃. pulp. ceraſ. vinoſ. (per cribrum) ℔ iij. ſacch. ℔ ij. / *compoſ.* fit ex ſimplici ac aromatibus.

9. *Oleum.* Ex nucleis exprimi poteſt, ſed minus uſuale.

HOFMAN. *Ceraſa.*) *Duplicia* ſunt, *ſubacida* ſcilicet & *dulcia ſylveſtria. Illa* æſtum febrilem & καῦμα viſcerum mitigant, cor & ſtomachum confortant. *Hæc* cephalica ſunt, unde ex his ſylveſtribus dulcibus nigris & nucleis contuſis per fermentationem ſpiritus conficitur, qui ſuffragante experientiâ valde commendatur in paralyſi linguæ, epilepſiâ, apoplexiâ & omnibus Capitis affectibus ſuper Cap. mort. Vitrioli rectificatus ex MB, uſu & experientiâ probatiſſimæ virtutis.

N. ineunte vere cortices de *ceraſo* ſume, incide minutim, ♌ la per deſcenſum △ne forti, tunc prodibit liquor Moſchi odore. Item *Ceraſi folia* ad M. j. in lacte cocta ſcorias bilioſas educunt & fœliciter curant icterum. Itemque pediculi *ceraſorum* exſiccati cum nodulo in vino infuſi Menſium curant ſuppreſſionem.

## ¶ *LXXXVI. Cerefolium.*

Χαιρέφυλλον. Chærefolium, *Brunf. Dod.* ſativum; *Trag.* Cærefolium, *Matth. Caſt.* vulgare, *Ger. Lon. Lob. Cam. Tab.* Gingidium, *Fuchſ.* Chærophyllum ſativum, C.B. 1. *aliàs*, Cerifolium, German. Kerbel. Cerfueil. *Chervil.* Kervel.

Eſt { ſativum. *Hoc officinale, & jam nominatum.* / ſylveſtre. *Hoc minus uſuale.*

Creſcit in hortis, floret Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Folia & Semen.*

Vires. *Calfac. & ſicc. diſcutit, eſt partium tenuium, diureticum, emmenagogon ac lithontripticon, ſanguinem coagulatum reſolvit, ſomnum ſuaviter inducit. Extrinſecus uſus inſignis eſt in dolore colico, in urina retenta (impoſ. in cataplaſm.)*

### PRÆPARATA.

1. ▽. *ſtillat.* Ex integra planta.
2. *Sal. Com.* Ex cinere.
3. *Oleum.*

HOFMAN: *Chærefolium.*) Germ. Kerbel. Variè inſigniuntur, *chærefolium*, ſic dictum vel quod pluribus gaudeat foliis, vel potius quod hilaritatem inducat. *Chærefolium Brunfelſius & Dodonæus* Lat. ſcribunt; *Chærefolium Tragus. Cerofolium Matthiolus. Cerefolium Dodonæus Gall. Cæſalpin. Camerar. Cerifolium Geſnerus; Gingidium dicitur Fuchſ. Ruellio.*

Folia habet apii hortenſis foliis ſimilia, ſed argutius diviſa, nec ita longa, averſâ parte hirſuta, flores in umbellâ rara parvi albi, quinque foliis cordatis, totidemque ſtaminibus albidis conſtantes; Caules ramoſi ſtriati, concavi, à radice plures exſurgunt, quæ eſt nitens, alba minimi digiti craſſitudine. Semen oblongum, tenue, ſapore dulci & aromatico.

Eſt autem vel *ſativum*, vel *ſylveſtre. Illud* in hortis excolitur, & vere ſatum celeriter aſſurgit in caulem. Floret Majo, in quo & colligitur, vel in initio Iunii, ☉le in ♊ exiſtente ante ſolis ortû.

*Folia & Semen* in uſu ſunt.

*Vires; calefac. & ſicc. diſcutit, attenuat &c.*) Unde eſt diureticum, vulnerarium, emmenagogon, lithontripticum, Archéi ſedativum. Cruorem reſolvit, calculos renum ſine dolore expellit, menſium fluxum promovet; Et præterea ſi hujus ſucci ℥ ij. exhibeas per plures dies manè cum vino albo, in hydrope non adſpernendum erit remedium. Communis fama eſt, ſi æger ſuccum hujus aſſumat, & illum aſſumptum non ſtatim evomat, ſignum eſſe, ægrotum reconvaleſcere, ſi ſecus fuerit, illum mori. Externè Colicam compeſcit in formâ cataplaſmatis cum Lacte impoſitum & pro clyſtere cum aliis carminantibus parato. Item *chærefolium* in butyro frixum ac hypochondriis applicatum in infantium hypochondriorum inflationibus ex ἀδηφαγία contractis mira præſtat; item in urinâ retenta pro cataplaſmate pectini calidè applicato.

De Chærophyllo hæc habet D.D. ELSHOLTIUS in ſua Deſtillatoria Curioſa.

Chærophyllum ſatiuum *dum floret atque in ſemen abit,*

*abit, ſi recens eum toto conciſum ſolito more deſtillatur, aquæ per Alembicum traductæ innatare ſolent guttæ vireſcentis olei.*

*Id quod de* Apii hortenſis *ſive Petroſelini planta pari modo deſtillata, etiam verum eſſe, ſi rectè operatus fueris, deprehendes. Durabilis tamen minimè fuerit is viror, ſed temporaneus. Quæ verò olea cerefolii atque petroſelini in officinis oſtendunt, per fermentationem diuturniorem parari ſolent, atque ſaturatè aureo colore, eoque conſtanti nitent.*

Ceterach.
*vid.*
Scolopendrium verum.

## ¶ *LXXXVII. Chamedrys.*

Trixago, Triſſago, Quercula Calamandrina, **Gamanderlein/ klein Bathengel/ Vergißmein nicht.** de la Germandrée. *Germander.* **Chamedryos/ Gamanderlyn.**

Species dantur variæ, ex quibus officinales præ reliquis chamædrys minor repens, C.B. 3. Chamæpitys, *Brunf.* chamædrys, *Cord. hiſt. Tab.* chamædrys vera, *Trag. Cord. in D.* vera mas, *Fuchſ.* cham. vulgaris mas, *Lon.* chamædrys major, *Lob. ico*, minor, *Ger.* chamædr. minor repens, *Dod.* chamæd. major vel 2. *Cluſ.*

Colitur in hortis, ſolo gaudens aſpero, floret Iunio, ac Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia ac Flores.*

Vires. *Calf. & ſicc. ad g. 2. Eſt ſplenetica ac Epatica, ſaporis amari, incid. atten. aperit, potenter urinam ac ſudorem movet. Hinc confert in febribus, Scorbuto, ſanguine coagulato, Hydrope incipiente, menſibus obſtructis ac imprimis in arthritide. Extrinſecus in ulceribus ſerpentibus, in ſcabie ac pruritu; in catarrhis exiccandis.*

### PRÆPARAT.

1. ▽. Ex integra planta, foliis ſcilicet & floribus.

2. *Conſerva.* Ex floribus.

N. *Eſt & chamædrys fruticeſcens, quam Teucrium vocant, hæc iiſdem pollet viribus. Et præter hanc eſt chamædrys vulgaris, juxta ſepes naſcens, quæ veræ ſubſtitui poteſt.*

( *Sal etiam habetur, item extractum.* ]

HOFMAN. *Chamædris.*) *chamærops* & *chamæropen* Græci vocarunt, *Triſſaginem* verò & *Trixaginem* Latini, & Nonnulli *Teucrium* ob ſimilitudinem. Veteres Nullas huic adſignarunt ſpecies; At multas Neoterici. *Dodonæo* duæ ſunt repentes & totidem erectæ, *Fuchſio* duæ dicuntur Mares & totidem Fœminæ. Alii in veram, alii in ſpuriam diſtinguunt.

De *Vulgari* hìc agimus. Ad Querfurdum in copia reperimus creſcentem, ſolis gaudentem montoſis aſperis, collibus; Colitur etiam in hortis. Et floret Iunio & Iulio.

N. Facit & *Alterius Speciei* mentionem *Franciſcus Hernandez in theſauro Rerum Medicarum Nov. Hiſpan. Libr. V.* p. 133. & quidem herbæ fruticantis nomine *Athnapaslis*, folia *Quercus* ferentis, multoſque fundentis caules purpureos & in eorum ſummitate luteos flores parvos ac minimè ſeneſcentes. Radicem longam, craſſam & fibratam. Sapor eſt acris guſtu & gratus odor. Ejuſdem eſt virtutis cum Noſtrate.

*Folia ac flores ſunt in uſu.*

*Vires. Calefac. & ſicc. incid. atten. aperit &c.* ] Diaphoretica & Diuretica eſt, hepatica ac ſplenetica. Unde confert in febribus, hydrope, ſcorbuto, malo hypochondriaco, menſium ſuppreſſione, cachexiâ, acidos humores demulcendo, ac in primis in arthritide ſpecificum eſt medicamentum. Unde ſequens contra arthritidem per 60. dies continuatum ad præſervationem extra paroxyſmum ſummo ſemper cum effectu probatum expertus ſui. Rec. h. chamædr. chamæpyt. centaur. min. ana q. v. coq. in ſ. q. aq. dimid. part. in diplomate. Rec. colatur. cochl. ij. mane, & in prandio ac cœnâ cum cereviſiâ. Nec minoris energiæ illud eſt, quod ſequitur. Rec. radic. Scorzoner. glycyrrhiz. ana ℥j. h. chamædr. M. ij. fl. violar. anthos an. p. ij. Ligni ſanct. ℥ij. Paſſul. min. ℥ j ß. dactyl. no. VI. Inciſ. coq. cum Aq. fontan. Menſur. IV. ad part. dimid. Doſ. eſt cyathus unus, mane, à meridie & veſperi.

## ¶ *LXXXVIII. Chamæpytis.*

Ajuga, abiga, Arthetica, Arthritica, iva arthetica, **Schlafftrâutlein/ ie lânger ie lieber/ Erd Pin, nedrig.** Pin, Ive Artetique. *Groundpine.* **Jva Artetica/ Velt-Cypreſſ.**

Ex generibus variis chamæpytios officinalis præ reliquis eſt lutea vulgaris, C.B. 3.

Quæ dicitur chamæpytis 3. *Trag. Fuchſ.* 2. *Lon.* chamæpytis 1. *Matth. Dod. Cord. hyſt. vera, Cord. in D.* chamæpytis major, *Tab.* mas, *Ger.* Ajuga ſive chamæpytis mas *Dioſcoridis*, *Lob.* Ajuga, *Caſt.* Ajuga luteo flore, *Cluſ. hiſt.*

Creſcit in agris ſabuloſis, floret Iulio & Auguſto, præcipuè autem in hortis colitur.

### OFFICIN. NATIVA.

*Folia* cum floribus, ſeu herba tota.

Vires. *Nervoſum genus roborat, calf. 2. ſicc. 3. incid. aper. diuretica eſt, & emmenagoga, confert in arthriticis doloribus.*

### PRÆPARAT.

1. ▽. Ex herba integra.

2. *Pilulæ de iva arthritica.*

[ Salis, Extracti Conſervæ & Syrupi Practici mentionem faciunt. ]

HOFMAN. *Chamæpytis*) *Abiga* propter abortus, & à Nonnullis *Thus* terræ. *Iva arthetica* ſive *arthritica.* Herbula eſt palmaris, folia habet hirſuta, nodoſa, aviculæ digitatos pedes imitantia, ſaporis & odoris reſinoſi: ex quorum alis flores emergunt lutei. Caulis teres, hirſutus, propè terram rubeſcens; radix ſatis eſt longa, ſimplex ac dura. Ex variis generibus hæc in uſu eſt.

Creſcit in locis ſabuloſis, præcipuè autem in hortis colitur.

*Herba tota in uſu recepta eſt, floret Iulio & Auguſto.*

*Vires. Calefac. ſicc. incid aperit &c.*) In vino infuſa & pota menſes & urinam ciet, commendatur & ad icterum & iſchiadicum dolorem. Cruentam etiam ſanat mixtionem. Et in ſpecie omnibus frigidis Cerebri & nervoſi generis affectibus, quales paralyſis, hemiplexia &c. conducit.

## ¶ *LXXXIX. Chamomilla.*

Χαμαίμηλον, ἄνθεμις, Leucanthemum Dioſcor. camomilla, chamomilla. **Chamillen/ Hörnichen.** Chamomille. *Chamomil.* **Camille.** Vulgaire.

Eſt
- vulgaris. *Hæc uſitatiſſima.* Romana ſeu nobilis odorata.
- *Hæc itidem uſualis.*
- fœtida. *Hæc minus officinalis.*
- Inodorata. *Itidem minus uſualis.*

Vulgaris inſignitur chamomilla 3. & vulgaris, *Trag. Lon.* chamæmelum (parthenii 3. ſpecies,) *Brunf. Caſt. Tab. Ger.* chamæmelum. Leucanthemum, *Fuchſ.* chamæm. ſylv. *Dod.* arvenſe, *Cam.* Anthemis, *Cord. in D. Matth.* Anthemis vulgatior, ſive chamæmilla,

milla, *Lob.* chamæmelum vulgare, Leucanthemum Dioſcoridis, C. B. 1.

Romana dicitur, Parthenium & nobilis chamomilla, *Trag. Lon.* Leucanthemum odoratum, *Dod.* Anthemis ſeu Leucanthemis odorata, *Lob.* chamæm. odorat. *Cam.* Romanum, *Tab. Ger.* chamæmel. nobile ſeu odoratius, C. B. 2. Kömiſch Camillen. Camomille, Romaine, Roman, Chamomill. Roomſe Camille.

Vulgaris naſcitur paſſim, in arvis aliiſque locis arenoſis. Romana colitur in viridariis. Fœtida invenitur itidem paſſim.

## OFFICIN. NAT.

*Flores* ſeu tota herba, tàm vulgaris, quàm Romana.

Vires. *Calf. & ſicc.* 1. *diger. laxat, mollit, mitigat dolorem, menſes & urinam ciet. Eapropter uſus inſignis eſt in dolore colico, & hinc pediſſequa pareſi. Extrinſecus uſitatiſſimus ejus uſus eſt in paregoricis, emollientibus, maturantibus, cataplaſmatis, clyſteribus, &c.*

## PRÆPAR.

1. ▽ Ex vulgari.
2. ▽. Ex Romana.
3. ▽. carminativa ſeu de camomilla compoſita. Vid. l. 2.
4. *Ol. ſtillat.* Ex vulgari.

N. *Deſtillant alii cum Terebinthina, unde oleum ceruleum.*

5. *Ol. ſtillat.* ex Romana.
6. *Ol. infuſ.* Ex vulgari ſeu cum floribus ac oleo communi.
7. *Sal. com.* ex cinere.
8. *Syr.* de ſucco camomillæ.

HOFMAN. *Chamomilla, chamæmelum.*) German. Chamillen. Ruſticis Hörmichen appellatur. Eſt autem vel *vulgaris*, vel *Nobilis, ſeu Romana* odorata. Licet hoc vili æſtimetur pretio, nulli tamen herbarum cedit virtute, adeò ut primatum inter euporiſta obtineat. *Romana* fortior ac penetrantior, *hæc* temperatior & magis anodyna eſt. Nullus ad dolores ſedandos abdominis, renum, Uteri Coli &c. utilis paratur inſeſſus, quin chamomillæ aliquot non ingrediantur manipuli. Internè etiam in Colicâ, calculo, Scorbuto & aliis flatulentis affectibus cum vino decocta, item cum cereviſiâ addito butyro vel per, vel cum veronicæ M. j. Semin. carui ℥j. & ſalis parum mirandæ eſt virtutis anodynæ. In dyſenteriæ principio cum lacte cocta & calidè hauſta levamen affert notabile. Ex *hâc & Romanâ aqua* deſtillatur *ſ. &c.* Item *Oleum per Infuſionem & deſtillationem.* Ex vulgari noſtrate Sapphirino cœruleo colore Oleum deſtillatur per veſicam cupream ſtanno bene obductam, quod ex Romanâ ſubflavum elevatur. Hoc Sapphirinum ad ℈j. cum Ung. pomat. ℥j. mucronatæ cartilagini inunctum & umbilico calidè cum ſacculo ſummitat. Chamomillæ n. eſt ſpecificum externum in cardialgiâ. Hoc Ol. deſtill. cum Sacchari tantillo contrà calculum & Colicam paſſionem guttatim in cereviſiâ calidâ vel vino ſummo cum emolumento illis, qui decoctum faſtidiunt, offertur. *Eſſentia anodyna carminativa Mea* conſtans ex Ol. d. chamomill. ejus extracto & ſale volatili ſuam etiam meretur laudem, ut omnium mylochemicorum cenſuram ſubterfugiat, medicamenta chemica perſtringentium, refutante eos experientiâ, quâ conſtat, ritè præparatam tincturam vel Eſſentiam juxtà ſanioris Medici præſcriptum plus ſæpè prodeſſe, quàm ſqualidum, excrementitium adhuc & exoletum vulgare decoctum, quicquid alii abſque ratione & fundamento blaterent & in contrarium producant. *Oleum per infuſ.* præparatum in clyſteribus adhiberi ſolet ad omnes infimi ventris dolores ſedandos & leniendos; Item convulſis inunctum inſigniter confert. *Syrupus de ſucco chamomillæ* valdè etiam in torminibus ventris puerorum ad ʒj. vel ʒ ij. utilis eſt, item in Clyſteribus ℥j vel ij. cum decocto emolliente & carminante.

N. Capitula lutea in chamæmelis conſtare ex innumeris punctulis capitatis, quorum ſingula floſculos ſtellatos etiam ex parte lilii formas repræſentare, antè floſculos autem totidem minutulas clavas, ingenioſi & curioſi Naturæ myſtæ per microſcopia obſeruarunt. vid. Excell. Beckmanni curioſa phyſica mſſ. Simile quid obſervare etiam licet in Roſis, in quarum medio itidem craſſiuſcula punctula continentur, quæ figuram roſarum per microſcopia referunt.

## De Chamæmelo ſic D. D. ELSHOLTIUS in ſua Deſtillatoria curioſa.

Chamæmeli *ſolent Botanici decem numerare ſpecies, inter quas tamen eminent.*

Chamæmelum vulgare, *Cham. nobile flore ſimpl. & flore pleno, Cham. inodor. Cham. fœtid. Nobis verò de primo illo ſive vulgari, hoc loco præcipuè agendum erit.*

*Proſtat in Tabernis Pharmaceuticis Aqua ejus ſtillatitia, more reliquarum officinalium lympida & excolor: proſtat itidem oleum per infuſionem ex floribus flaveſcens: at verò ab his penitus diverſum eſt, quod per deſtillationem ex iiſdem floribus conficitur, ſaturo puta ſapphiri colore oculis jucundè blandiens.*

Experim. 1. *Flores Chamæmeli vulgaris recentes aqua ſimpl. affatim irriga & conquaſſa. Poſtquam ſteterint aliquot dies, in veſicam cupream ſtanno bene obductam conjice, & aptato capitello exſtilla. Aqua prolectæ videbis oleum, etſi in exigua quantitate, ſupernatare prorſus cæruleum.*

Experim. 2. *Cum floribus ſiccis idem tentavimus, pari ſucceſſu: infuſio tamen per quatuordecim dies, ad procurandam majorem extractionem ſteterat.*

Experim. 3. *Quòd ſi Manipul. unum vel alterum Sal. commun. aut tantundem Tartari admiſcueris, Oleum cæruleum in majori copia tranſibit.*

Experim. 4. *Subſtituimus etiam flores Chamameli Rom. ſed oleum accepimus flaveſcens, non ſapphirinum. Quid in cæteris Chamameli ſpeciebus futurum ſit, nobis nondum eſt exploratum.*

Experim. 5. *Cæruleſcentia illa Chamamelo ingenita tanti eſt contagii, ut inficere etiam res alias, & ſibi ſimiles reddere valeat. Exempli cauſa, cape ſummitates tenellas Pini aut Abietis, fruſtulatim ſectas in veſicam conjice, addendo bonam florum chamæmelinorum copiam. Propelle per ſe, & oleum tranſibit compoſitum, quod nominare* Oleum Pini cæruleum *liceret.*

Experim. 6. *Pari ratione poteris componere* Oleum Iuniperi ſapphirinum, *commiſcendo baccis juniperi debitam illorum florum portionem: non ſine communicatione virium medicarum, quibus alias juniperus pollet.*

Experim. 7. *Eodem modo ex Segmentis Arboris vitæ, cum floribus Chamameli remiſtis, conficies oleum cæruleſcens: quod quamvis per ſe bene ſit odoratum, adjecto tamen Oleo ligni rhodii adhuc odoratius reddi poteſt.*

Experim. 8. *Immo ejus indolis videntur eſſe iſti flores ut cuicunque propemodum materiæ reſinoſæ permiſti, Oleum reddant ſapphirinum: Argumentum ſpeculatione dignum, an hac methodo componi plura olea contra morbos ſpecifica ex ſimplicibus reſinoſ. itidem ſpecificis poſſint.*

Experim. 9. *Decompoſitum oleum eſt quod proponit Anſelmus Boëtius* lib. 2. de Gemm. & lapid. cap. 43. *Floribus, inquiens, Chamameli adjungunt impoſtores oleum album ſeu Spiritum terebinthinæ ac ſatis magnam portionem ſalis armoniaci factitii. Hanc miſturam veſicæ aneæ indunt, huicque aquam communem addunt; deinde exſtillant aquam & oleum prorſus*

*ſus vulgari & communi modo. Aqua exſtillata oleum in ſuperficie ſua ſapphiro ſimile colore continet: id oleum terebinthinæ eſt oleo chamæmelino junctum, nam herba ipſa aut flores herbæ aliquid olei præbent: ſed color à ſale armoniaco eſt, qui ex ære exſugens colorem illum oleo indidit. Ætate, ſi diu ſervetur oleum, color is perit, ac poſtea manifeſtè odor ipſius terebinthinæ deprehenditur. Quia multi hac ratione decipiuntur, & aliqui Chymici tam imperiti ſunt, ut putent colorem à* Chamæmelo *proficiſci: placuit hic impoſturam & fucum, vel errorem Chymicorum detegere.*

*Hactenus Boëtius, qui tamen fruſtrà hic fraudem ſubeſſe ſuſpicatur: ſiquidem, uti ſuprà* Experim. 1. ac 2. *oſtendimus, etiam abſque omni ſale, ſive communi, ſive armoniaco, oleum cæruleſcens ex floribus Chamæmeli vulgaris educi poteſt. Porro neque à cupro veſicæ color is reſultabit, cùm aliàs in aliis ſtirpibus per veſicam ſtillatis idem fieri oporteret: id quod tamen à vero quàm maximè abeſt. Manet igitur, in ejuſmodi operationibus cæruleſcentiam ab ipſis floribus omnino proficiſci. Quæ tamen de cæruleo colore per ſalem armoniacum ex cupro elicito Boëtius affert, non ibo inficias. Eſt enim artificium vel tonſoribus hodie notiſſimum.*

Experim. 10. *Ad durationem quod attinet adeſt nobis oleum ex floribus Chamæmeli abſque additione ſalis aut tartari, tertio ab hinc anno extractum, cujus color ſapphirinus adeò conſtans apparet, ut ſi non perpetuò, plures certè annos adhuc duraturus videatur. Interea non negaverim, quod de ſuo Oleo ſapphiri fucato Boëtius l. c. aſſerit, colorem* cæruleum ætate perire, & Olei terebinthinæ additi albeſcentiam emergere.

## ¶ *X C. Chelidonium majus.*

Χελιδόνιον μέγα, Chelidonia, *Brunf.* Chelidonium majus, *Trag. Matth. Fuchſ. Cord. hiſt. Dod. Lob. Caſt. Tab. Ger.* vulgare, C. B. 1. *alias* Hirundinaria German. Schwalbenwurtz / Schellwurtz / Goldwurtz / la grande Chelidoine, *Celondin the greater.* Chelidonia / Gouwortel / by ſommige ſchelkrunt.

Creſcit paſſim juxta ſepes, adhæreſcitque muris: Floret primo ſtatim Vere & per multam Æſtatem.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* c. floribus, *Radix.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. valide abſterg. atten. ſaporis eſt acris & amari, bilem per alvum & urinam educit, viſum acuit. Hinc conducit in Ictero, ob ſtructione Lienis, Epatis, & Ureterum. Radix alexipharmaca ſtatuitur [pro ſuppoſitorio uſurpatur.] Extrinſecus oculorum imbecillitati, ulceribus, cæteriſque affectibus medetur (cujus rei gratiâ ſunt, qui ſuccum luteum ex rupto caule manantem, oculis indunt.)*

N. *Sunt qui ad Icterum ſanandum plantis pedum ſupponunt.*

### PRÆPARATA.

1. *Succus inſpiſſatus.*
2. ▽. Ex herba cum floribus.
3. *Sal. com.* Ex cinere.

HOFMAN. *Chelidonium Majus.) Hirundinaria.* Schwalbenwurtzel. Schellkraut. Inde dictum, vel quod hirundinum adventum exoriatur, & diſceſſu marceſcat: vel quod illarum pullis excæcatis matres admotâ herbâ viſum illis reſtituant. Aliàs Herba eſt vulgaris notitiæ: Locis creſcit in incultis, inter rudera, in parietinis & maceriis, ac in ſcorbium ripis. Toto anno viret, & ab Aprili Menſe in totam Æſtatem floret.

*Folia cum fl. & Radix in uſu ſunt.*

*Vires. Calefac. & ſicc. abſterg. atten. &c.)* Unde ob vim ejus abſterſivam & inciſivam ad varia corporis mala exſtirpanda conducit, in primis autem ad icterum, cachexiam, Scorbutum, imò ipſam Peſtem valdè utile eſt, cujus ſuccus cum cerevisiâ calidâ hauſtus fœliciſſimo cum ſucceſſu nunquam non fuit adhibitus. In Peſte cum aceto. Imo ex Eo Panacea parari poteſt, ſi ſumatur hæc planta q. v. contundatur, & poſt aliquot dies in cellâ poſita exprimatur, ut ſuccus profluat, qui clarificatus ad mellaginem eſt abſtrahendus, addito proprio alkali pro uſu repone. Doſis eſt ad gutt. xxx. cum vehiculo in purificatione ſanguinis, à cujus uſu corrupti humores fœculenti, craſſi, tartarei, ſale acido fixo abundantes reſolvuntur, attenuantur & volatiles ſiunt. Ex hoc cum aceto deſtillatur Acetum alexipharmacum ſ. ad Peſtis præſervationem. Externè *Aqua ejus* verno tempore pluribus cohobiis ſuper herbam rec. deſtillata oculorum vulneribus & ulceribus medetur. Ad icterum ſanandum plantis pedum etiam ſupponitur.

N. Vide Aquam Ophthalmicam n°. IV. in theſaur. Pharmaceutic. annexo ſect. 2.

## ¶ *X C I. Chelidonium minus.*

Χελιδόνιον μικρόν, Ficaria & ſcrophularia minor vel 2. *Brunf.* Chelidonium minus, *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Caſt. Tab. Ger.* Chelidonia rotundifolia minor, C. B. 2. *Arabib.* memiten, Feigwartzenwurtz / klein Schellkraut / Schorbuckskraut. la petite Chelidoine. *Chelidony the leſs. Pilewort, Scrofularia the leſs.* Kleyn Speenwortel / het kleynder Scrophularia.

Creſcit locis humidis & paluſtribus. Floret Martio.

### OFFICIN. NAT.

*Radix & Folia.*

Vires. *Refrig. & humect. ſplenticum eſt. Uſus præcipui in Ictero, Scorbuto, hæmorrhoidum fluore. Extrinſecus ſpecifice mariſcas ſeu ficos ani curat, dentiumque putredini maximopere ſubvenit.*

### PRÆPAR.

▽. *ſtillat.* Ex herba tota.

HOFMAN. *Chelidonium minus.) Ficaria & Scrophularia minor.* Klein Schellkraut. Feigwartzen-Wurtzel.

Provenit in paluſtribus & uliginoſis locis. Floret Martio & Aprili.

*Folia & Radix in uſu ſunt.*

*Vires. Refriger. & humectat. &c.)* Utimur in Scorbuto & hæmorrhoidum fluxu, imo & ad mariſcas ani & hæmorrhoides cæcas, impoſito ejus ſucco, ſed tunc radix colligenda eſt die 2. Iunii Sole occiduo poſt plenilunium. Ejus folia in formâ conſervæ Scorbuto medentur &c.

## ¶ *X C I I. Chermes.*

Kermes, coccum infectorium, *Matth.* coccus infectoria, *Cord. in D. Caſt. Tab.* Granum & coccus baphica Dioſcor. granum tinctorium, *Lon.* alias Scarlatum. Fructus eſt famoſiſſimi fruticis; qui inſcribitur Ilex in quo coccus baphica, *Bellon.* Ilex coccigera, *Cluſ. hiſt. Ger.* minor coccigera, *Dod.* Ilex coccifera, *Cam.* Ilex aculeata cocci glandifera, C. B. 4. German. Schaarlachbeer / Kermesförner. du Vermillon graine d'Eſcarlate, Scherley. *Chermes Berries,* Chermesbeſſies.

Naſcitur in Creta, teſte Bellon. *l. 1. obſ. c.* 17. uti & multis Hiſpaniæ locis, in Narbonenſi etiam Gallia & Provincia, &c.

Delect. Eligenda ſunt grana rubicundo-nigra, integra vermiculum in ſe continentia.

Vires

Vires. *Cardiaca ſunt grana, calf. & ſicc. adſtring. vapores tetros diſcutiunt, ſpiritus vitales reficiunt, parturientibus ſubveniunt, vulneratis nervis medentur, morbillos erumpere faciunt.*

PRÆPAR.

1. *Confectio Alkermes.* Vide Diſp.

Fit cum & ſine moſcho, illa viris, hæc mulieribus convenientior eſt.

[Apportatur Syrupus Chermes pro conficienda confectione, qui exhibetur ubi confectio aromatica non expetitur.]

2. *Extractum ſeu Eſſentia.* Fit è fructibus contuſis cum ♀ vel ▽ Roſar. quæ acidula reddita fit guttulis aliquot Spir. Vitriol. aut Sulphuris. Quercet.

N. *Scarlatus pannus, granis hiſce (quibus tinctus eſt) admodum celebris eſt, adhibeturque non modo ad morbillos proliciendos, (Patientes in eum involvendo,) ſed & ad cor roborandum, (Epithemata eo ſuſcepta cordis regioni imponendo) ut & ad bubones venereos curandos (pannum iis imponendo.) Quin & filo ſerico hujus coloris, ad arcendum Eryſipelas, locum affectum circumligare vulgo uſitatiſſimum eſt.*

HOFMAN. *Chermes.) ſive Kermes, coccum infectorium. Granum infectorium;* Eſt vocabulum grani cujuſdam fruticis ex Ilicum genere adnaſcentis, quod *Coccus baphica* ſeu *Granum infectorium* communiter appellatur; *Ilex*, cui adnaſcitur *chermes*, eſt puſilla quædam planta, plures ſurculos duros proferens, foliis obtenebratos perpetuo virentibus, oblongis, in ambitu crenatis, denſis, ſinuoſis, anguloſis, ſpinoſis, aculeatis, horridis, quæ imâ ſui parte Vere primo granum quoddam tanquam ovum parvulum excludunt, & supernè reflexis ſpinis obvallant, quod poſteà augeſcens ex albido cinereum, tandem matureſcens purpureum & elegantem colorem acquirit. Totum granum purpureo liquore prægnans eſt, qui maturus tandem abit in vermiculos alatos & volatu abeuntes. Ante tamen ipſorum proventum liquor dictus diligenter colligitur ad ſericum tingendum & ad Syrupi de Kermes Confectionem: Impeditur dictorum vermiculorum generatio ſolâ aceti aſperſione, unde colliguntur illorum cadavera & in maſſam miniatam coguntur, ad Scarlatum inde conficiendum. Non eſt *granum illud Kermes, ut Dnus Autor vult, fructus ilicis*, ſed potius excrementum & tanquam ſaliva rubens in parva thecula concluſa, dum dicta ilex non tantum coccigera, ſed & glandigera eſt, in cujus vetuſtæ ſurculis glandes quernis longiores adnaſcuntur.

Naſcitur in Armenia, Aſia, Cicilia, Hiſpania, Narbonenſi Gallia, & Italiæ locis calidioribus, & his maximè, quæ ad Mediterraneum vergunt mare. vid. *Quinqueranus in Libello de laudibus Provinciæ. Carol. Cluſ. Libr. 1 Rar. Plantar. cap. 16. Bellonius Lib. 1. obſerv. cap 17. p. 24. Dominic. Chabræus in Appendic. l. c.*

*Vires. Calef. & ſicc. adſtring. &c.)* Cordis & Spirituum vitalium refectioni dicata ſunt hæc grana & cruor illorum, unde & Cordis affectibus, animi deliquiis, lipothymiis, palpitationibus &c. ſuccurrunt. Externè pannus ſcarlatus hiſce granis tinctus ad Morbillos proliciendos adhibetur, ægrotos in eum involvendo, cujus effectus cauſam non tam ipſi panno ſcarlato, quàm phantaſiæ ægroti facultatem expultricem moventi attribuo. Aliàs & vulgus ad eryſipelas arcendum fila ſericea Kermeſina ſyndoni imponit & loco affecto applicat, filis ſericeis rubris in cœruleum colorem converſis.

*Præparata ſunt Confectio Alkermes cum & ſine Moſcho & ambra) De hac conſule Cl. Zwelferum in animadverſ. ad P. A. p. 249. & in Pharmacop. Reg. p. 279. Ubi & Magiſterium ex dictis granis præparandum invenies cum additis cautelis. Hujus apologiam vide in D. Luc. Schrack. in P. A. R. Claſſ. 14. p. 246. item D. D. Simon Pauli in Quadrip. Botanic. Claſſ. 2. p. 69.*

¶ *XCIII. Cheyri, Keyri, Leucojum.*

| | | |
|---|---|---|
| Claſſes Leucojorum C. B. ſunt 4. exhibetque, | 1. Incanum, (folio incano) hortenſe,<br>2. Incanum marítimum,<br>3. Luteũ folio hirſuto,<br>4. Luteũ folio viridi, | *Singula ſunt diverſorum generum.* |

Ex his placet officinis luteum vulgare, C. B. 5. inter Leucoja folio viridi, quod eſt Leucojum, *Brunfelſ. Cord. in D.* Leucojum aureum, *Matth.* Leucojum Luteum, *Fuchſ. ico. Dod. Lob. Caſt. Cam.* Leuc. ſativum luteum, *Cluſ.* Keyri vel Cheyri, *Lon.* Viola lutea, *Trag. Fuchſ. Ger.* Viola petræa lutea, *Tab.* Germ. gelbe Violen/ Nägel-Violen. *Wall. Flowers, (with ſome, with ſome) yellow & Clove-violets.* Witte/ geele/ of Nagele-Viole.

Creſcit nobis in hortis, raroque ſponte provenit: Floret Aprili, Majo & ultra.

OFFICIN. NAT.

*Flores*, ſeu herba cum floribus, & raro *Semen.*

Vires. *Cordiales ſunt, Calf. & ſicc. 2. attenuant, diſcut. partium ſunt tenuium, extergent, cordiales ac nervini ſunt, dolores mitigant, menſes cient, ſecundinam proritant.*

PRÆPARATA.

1. *Conſerv.* Ex floribus.
2. ▽ Ex floribus vel integra planta.
3. *Ol.* Ex infuſis floribus in oleo veteri.

HOFMAN. *Cheyri, Keyri, Leucoium.)* De variis hujus ſpeciebus vid. Botanicos. Nobis luteum vulgare in uſu eſt.

Creſcit in hortis, & rarò ſpontè provenit, floret Aprili, & Majo.

*Vires. Calef. & ſiccant; atten. diſcut. &c.)* Cordiales ac nervini ſunt, unde menſium tollunt ſuppreſſionem, ſecundinas & fœtum mortuum expellunt. In *Officinis* proſtat *Conſerva*, *Aqua deſtill. & oleum ex floribus infuſis in oleo veteri paratum,* quod nervoſi generis, pectoris, rénum & veſicæ doloribus medetur.

¶ *XCIV. China.*

Chinæa radix, China radix, Chinenſibus Lampatan dicta, *Fragroſ.* C. B. 1. Cina alias China, *Matth.* China, *Garz. Acoſt.* Chinna ſeu Cinna, *Cæſalp.* Bockenwurtz/ Chine. *China-root.* De wortel van China.

Eſt { Orientalis. Ex regione Sinarum, China dicta.
Occidentalis. Ex Hiſpania nova & Peru. }

Præfertur Orientalis: quæ exterius eſt colore rubente aut ſubnigro, interius candicante aut ſubrubente: & hæc, quò nigrior eò melior. Occidentalis colore eſt interius magis ruffo.

Vires. *Calf. leniter ſiccat. 2. ſubaſtringit, eſt diaphoretica, diuretica, diſcutiens, aperiens, Epatica. Hinc convenit in cachexia, hydrope, paralyſi, arthritide, cephalæa, ictero, lue venerea, tumoribus ſcirrhoſis & œdematoſis.*

PRÆPARAT.

[Radix Chinæ condita antehac apportata fuit.]

*Extract.* cum Spir. vin. quod tamen rari uſus: adhibetur crebrius in decoctis, ſufficitque Unc. 1. vel Unc. ij. pro ℔ ix. ▽æ.

N. *Veſalius de China librum conſcripſit integrum.*

HOFMAN. *China.)* A Chinâ Orientalis Indiæ Provinciâ ampliſſimâ nomen ſortita, Scythiæ finitimâ. In patrio ſolo *Lampatam, Lampatan,* vel *Lampaton* vocant. Arbor hujus Radicis inſtar dumi creſcit in locis paluſtribus arundinum more juxtà Lybiæ fluvii littus, quatuor vel quinque ſpithamarum à terrâ longitudine, pauca folia habens ad formam pomorum aurantiorum. Radix craſſa eſt & nodoſa, dura & tuberoſa inſtar biſtortæ. Probatur exterius quodammodo nigriuſcula, parum

nodoſa, dura & tuberoſa inſtar biſtortæ. Probatur exterius quodammodo nigriſcula, parum nodoſa & interius alba. Anno 1535. primò innoteſcere cœpit & à *Carolo V. Imperatore* autoritatem habuit, qui primus ferè omnium ſummo cum fructu hâc radice uſus eſt, adferentibus Chinenſibus, Aſiaticis, Scythis.

*Duplicem faciunt Orientalem & Occidentalem* : De illâ hactenus. Hæc autem ex Novâ Hiſpaniâ & Peru defertur; Arabes, Turcæ & Perſæ *Cophchinem* vocant.

*Vires. Calefac. ſiccat, ſubaſtringit. &c.* ) Eſt Luis venereæ non ſolum ſpecificum, ſed & anti-arthriticum, dum arthriticos demulcet dolores, & in omnibus Morbis chronicis lymphâ corruptâ prodeſt, diaphoretica & diuretica, unde & in cachexiâ, hydrope, & tumoribus œdematoſis, item in atrophiâ & ariditate mira præſtat ad aliquot dies in decoctis vel infuſis adhibita.

## CHINA CHINÆ.

### De ea ſic in Appendice ad Pharmacop. SCHROEDER.

China Chinæ *febrifugum eſt medicamentum* Peruvianum *hac tempeſtate maximè uſuale ad drachmam unam & duas. Quidam* Caſſiam Caryophillatam *vendunt pro China Chinæ ſed fallunt & falluntur. Vera* China Chinæ *caryophyllos, nec olet, nec ſapit. Eſt nempe cortex non abſimilis cortici junioris quercus, ſaporis amari & paulum ingrati. Doſis communis, ut dictum, pulveris* China Chinæ *ad fugandas febres drachma una ad duas, inſtante paroxyſmo ſumenda, cum aq. cord. bened. fumar. aut alia febrifuga.*

*De* China Chinæ, *alias* pulvere Indico, Americano, Peruano, Ieſuitico, de Lugo, (*quòd 1650. ex Peruano regno primùm à Ieſuitis Romam fuerit delatus*) Kinkinna, China Canna, Antiquartio Peruviano, Palo de Calenturas, Cortice febrifugo *dicta, ſcripſerunt* Ioh. Iac. Chifletius, Dioniſ. Ionquet *in horto Pariſ.* Rolandus Sturmius, Melippus, Conigius, Gaudentius Brunacius, Wolffgangus Hœferus, Willis, Rolfinccius. Arbor hujus Chinæ Chinæ *teſte* Chifletio, *p. 7. &* Gaudentio Brunacio *Romano p. 14.* Gannana Peride *dicitur, multùmque differt à* Caſſia caryophillata, *ut videre eſt ex* Piſonis *deſcriptione, quâ profitetur corticem* Caſſiæ Caryophyllatæ *ſaporem reddere cinnamomi cum caryophill. prædominio, qui ſapor in* China Chinæ *ſincera non reperitur.*

*Ipſa* China Chinæ *calida eſt & ſicca, vim habens aperiendi, diſcutiendi, attenuandi, reſolvendi, putredinem arcendi, roborandi.*

*Uſus eſt in debellandis febribus intermittentibus, & hic quoque Francofurti ſatis frequens, quòd non careat optato ſucceſſu.* Corticis Chinæ Chinæ ʒ ij. *ſecundum* Gaudentium Brunacium *p. 17.* tunduntur ſubtiliter ac per ſetaceum trajiciuntur. Tribus inde horis ante paroxyſmum maceratur pulvis in vini albi meracioris cyatho, dumque frigus febrile ſeu rigor irrepere incipit, in eo levi, ac primo acceſſionis principio, vinum & pulvis præbetur, & æger ſe in lecto pannis coopertus componit. *Alii ſumunt pulverem* Chinæ Chinæ *in ſubſtantia, dilutum tamen præfert* Coningius. *Eſſentiam deſcribit* Rolfinccius, *aliamque* Sturmius. *Poteſt etiam parari inde* Spiritus, extractum & oleum. *Nos hic utimur plerumque pulvere ad ʒ j. cum felici ſucceſſu.*

*Quoad operandi modum,* China Chinæ *febres tollit nec ſenſibiliter, nec inſenſibiliter, ſed per vim præcipitantem febrile fermentum. Cauſa enim, volente* Sennerto *lib. 2. de febribus p. 255. febris eſt fermentum aliquod peculiare, quod quamdiu non præcipitatur medicamentis idoneis, tamdiu febris præſens manet in corpore.*

*Quoad* Chinam Chinæ *ſequentia notanda dat* Willis *p. 154. de febribus.* Primò, *quòd hoc pharmacum intus ſumtum, in ſanguinis maſſam vim ſuam & energiam præcipuè exerceat, quippe viſcera non omnino irritat, neque excretionem quamvis, aut moleſtiam ullam infert; inſuper dummodo virtus ejus ſanguini communicetur, ſuaviùs ſumitur, ſicut non omnino exeritur, quare non ſemper paroxyſmus proximè ſequuturus, at ſecundus aut tertius deinceps ab eodem aſſumpto prævenitur: atque ob hanc rationem quò citiùs cruorem afficiat, uſitatum eſt, ut unà cum pulvere, liquor eodem valde impregnatus propinetur, ſic enim in ſanguinis maſſam ejus particulæ faciliùs convehuntur.* Secundò, *corticis iſtius virtus ſanguini impreſſa aliquandiu in eodem manet, idque breviùs aut diutiùs juxta quòd major aut minor medicamenti portio intus ſumitur; etenim particulæ ejus cruori confuſæ, cum ipſo diu circulantur, & quò plures adſunt eò magis maſſam ejus afficiunt, & effectum diuturniorem producunt. Nam ſicut alimenta & alia quædam ingeſta, in quantum à calore nativo ſtatim ſubiguntur, quicquid habent virium intra paucas horas exerunt; hæc deinde aſſimilata, aut foras excreta, ceſſant; tamen pharmaca nonnulla, intus admiſſa quia non facilè perdomantur, nec irritatione citata illico foras eliminantur, per plures dies valde activa præſtant, atque ſanguinem & ſuccos, in hoc aut illo fermentationis ritu, diutiùs retinent, hoc obſervare licet de medicamentis quibuſdam, item de venenis & pleriſque alexiteriis, quorum unica exhibitio per plures dies, eademque iterata longiori tempore, ſolet corpora noſtra afficere, uſitatum enim eſt à medicamentis catharticis, ſi quando per vomitum aut ſedes minus operantur, poſt plures hebdomadas puſtulas aut exanthemata exterius erumpere: quin etiam ſi à toxico epoto mors evitetur, diu admodum in ſanguine & ſuccis virulentiam delitescere, nemo eſt qui neſciat: pariter etiam hic pulvis, & fortaſſis alia quamplurima intus aſſumpta, in ſpiritus & humores, quantumvis ſopita videantur, etiamnum agere perſeverant.* Tertiò, *licet medicamentum iſtud immediatè in ſanguinem & humores agat, tamen dyſcraſiam febrilem iis ſitam haud radicitus tollit: quam citò enim ejus vis abſumitur, & particulæ omnes à mixtione ſanguinis avolarunt, affectus pro tempore ſolum ſuppreſſus, denuò emergit, & ſolito more acceſſiones repetit: quatenus vero natura hoc ceſſationis ſpatio, fortior evaſerit, ideò poſt recidivam paroxyſmi, (uti priùs) ſed die tertio & quarto juxta primum morbi typum redire ſolent.* Quartò, *annotetur quòd hoc remedium non quemadmodum ordinaria febrifuga ſanguinem figendo, aut etiam fundendo acceſſiones febriles ſiſtit; tunc enim paroxyſmus ſemper ingruens, & non ſecundus aut tertius poſtea ſequuturus caveretur.*

*Quibus juxtà poſitis, ut corollarii vice, de ipſo operandi modo, quo hoc pharmacum agere videatur, quædam ſubnectamus: dicimus veriſimile eſſe, quòd cùm particulæ ab eodem ingeſto procedentes ſanguini permiſcentur ipſum in novam quandam fermentationem compellant, qua dum particulæ cruoris continuò agitantur, ut materiam excrementitiam congerant, aut turgeſcentias febribus ineant, omnino inhibentur, quemadmodum enim poſt morſum canis rabidi, aut ictus venenatorum animalium, ipſe ſanguis & ſucci nervoſi diu detinentur, ne tamen magnas anomalias ſtatim concipiunt, alexiteria propinata eorum liquores in alia fermentatione detinendo prohibent, quorum uſus ſi tamdiu continuetur donec corpuſcula virulenta penitus avolarunt, à labe iſta contracta nullum perrentandum ſympto-*

ma

ma timetur. Sin prius abſumantur remedii nimis parcè exhibiti vires, illico repullulat venenum, & virus priſtinum explodi viſum denuò in actum deducitur: non abſimili ritu quando ſanguis diatheſin vitioſam naftus ſuccum alibilem pervertit, cúmque ad plenitudinem congeſtum, quò rectiùs expellat turgeſcentias febriles concipit, cortex iſte peruvianus tritus & exhibitus, particularum commercio, ſanguinem licèt diſcraſia affectum, fermentatione nova concitata, adeò exagitat alteratque ut ſuccum alibilem aliquatenus coquat, ejuſque recrementa continuò evaporet, ut in paroxyſmi materiam, non uti prius congerantur: Cùm verò è ſanguinis conſortio, hujus remedii particulæ penitus exhalarunt totaque virtus abſumpta fuit, mala ſanguinis diatheſis prius contracta denuò emergit, ideoque paroxyſmi febriles ſolito more redeunt: forſan aliquando accidit, ut dum uſu iſtius pulveris, acceſſiones ſupprimuntur, propter mutatam anni tempeſtatem, aut alius remedii ope, aut naturæ ipſius niſu, iſta diſcraſia ſanguinis ſenſim emendetur, adeoque febris demum ſponte diſpareat, hoc tamen non niſi rarò contigiſſe novi quoniam æquali ferè certitudine, quâ ab iſto pulvere paroxyſmos febriles ſupprimi, eoſdem poſtea redire expectes.

Quod attinet ad qualitates ſenſibiles quibus hic cortex inſignitur, conſtat ipſum amaritudine cum ſtypticitate quadam pollere, ut guſtu indice ſimilem ferè ſaporem referat, qualis in pleriſque alexipharmacis, uti ſunt radix gentianæ, ſerpentariæ, contrahyervæ &c. reperiri ſolet: quæ enim ſunt actu amara in ſupprimendis fermentorum præternaturalium viribus maximâ virtute pollent; quinimo radix gentianæ (ad quam refert Chinam Chinæ D. Glans & Hœferus) quæ optimè hunc corticem ſimilat, olim pro curatione febrium quartanarum celeberrimi erat uſus. Nunc autem licet hic pulvis Peruvianus ſit unicum adhuc repertum febris quartanæ alexiterium: quod nimirum illius aliarumque febrium intermittentium paroxyſmos (licet ſolum pro tempore) inhibet: attamen dubitandum non eſt, quin alia in rerum natura extent medicamina, quæ ſunt aquè febrifuga, atque ſperandum erit, ut novi hujus inventi exemplo ducti, ad explorandas herbarum vires adhuc ignotas excitemur: ita dum ſingularum tentamini inſiſtimus, & Medicinæ rationali Empirica adjungitur, proculdubio quartanæ aliorumque Herculeorum morborum curatione feliciùs procedent quod eò libentiùs ſeculo huic, aut ſaltem poſteris ſpondeo; cùm manu ducente corticis iſtius analogia medicamentum ad profligandas febres non contemnendi uſus ipſe non ita pridem varia percurrens, adinvenerim, quod etiam pauperioribus quibuſque, ſuccedanei vice, bono cum ſucceſſu propinare ſoleo.

Excerpta quædam è Tractatu Gallico cui titulus, De Curatione Febrium per Chinam Chinæ perficienda, *De la guerison des fievres par le Quinquina.*

Obſervandum primò Chinam Chinæ poſſe præparari variis modis ſine ulla qualitatum ſuarum deperditione; ea propter quiſque in eo remedio exhibendo poteſt adhærere formulis magis probatis.

Obſervandum ſecundò quotcunque demum modo exhibeatur China Chinæ, ipſi præcipuè, imò unicè deberi febrium curationem, quæque ſuperaddentur, ad ſummum, ejus operationes tantùm facilitare.

Obſervandum tertiò quò ſecuriùs atque certiùs curentur febres per adhibitum hoc remedium, ejus unciam unam & dimidiam eſſe inſumendam in unoquoque ſubjecto. Variari tamen poteſt doſis pro occaſionum varietate.

Obſervandum quartò Chinæ Chinæ præparationibus nihil eſſe addendum quod operationem vel impedire vel retardare valeat; quapropter neceſſarium erit ejus qualitates noſſe.

Hiſce omnibus obſervatis poterit exhiberi China Chinæ, vel in forma ſolida, vel in forma liquida. Ut in forma ſolida exhibeatur debet in pulverem tenuiſſimum redigi & extracto cuipiam, ſyrupo, vel conſervæ admiſceri, hunc in finem extractum granorum juniperi, conſerva vetonicæ, vel calendulæ maximè conducent. Poterit præterea extrahi tinctura hujus corticis cum ſpiritu vini, ſimplici aut compoſito atque in mellis conſiſtentiam per evaporationem deduci. Ut in forma exhibeatur liquida ipſius parabitur tinctura vel infuſio; tincturam jam deſcripſimus, quam ſi fortiorem optes, è re erit ſi ejus aliquid ſuper igne lento evaporet, aut per organa vitrea ſpiritus vini portio extrahatur: hujus tincturæ convenientem doſim in liquore idoneo propinabis. Infuſio parabitur ex vino aut alio quopiam liquore, ſi paretur ex vino illud fiet, vel calidè, vel frigidè, vel adhibita China Chinæ ſola vel aliis ipſi ſuperadditis. Dabimus hic exemplum præparationis ſuper qua multa verſata ſunt experimenta.

℞. Vini albi aut rubri minimè acidi ſed bene maturi pintas iiij Corticis Peruviani in pulverem tenuiſſimum triti ℥ iß. flor. Centaurei min. m. ß. ſalis ejuſdem centaurei ʒ ij. vel iij. tartari albiſſimi ʒ ij. vel ſalium prædictorum vice, ſalis armoniaci depuratiſſimi ʒ ij. vel iij. ligni ſaſſafras in taleolas ſecti ʒ ij. vel totidem drachmas granor. juniperi, infundantur omnia ſuper cineribus calidis, horis viginti quatuor, in vaſe apprimè obturato; poſt coletur liquor ad uſum. Eadem præparatio commodiùs etiam perfici poterit ſi vindemiarum tempore ſpecies prædictæ, omiſſis ſalibus, in doliolo concludantur, muſtique quantitas proportioni deſcriptæ reſpondens ſuper affundatur, nam ſubſequens fermentatio muſto familiaris qualitates corticis optimè extrahet, ſicque habebitur remedium ad uſum. Poterit præterea Cereviſia febrifuga eadem ratione confici in gratiam eorum qui ipſius potui aſſueverunt; iiſdem dotabitur virtutibus quibus vinum deſcriptum, dummodo augeatur Chinæ Chinæ doſis, ipſique ſuperaddatur conveniens quantitas ligni ſaſſafras, vel granorum juniperi, unde ſapor conciliatur cereviſiæ gratus ejuſque acor avertitur.

Si placet infuſionem in alio liquore, quàm vino aut cereviſia parare, hic rurſus ejus habebis exemplum.

℞. Aquæ fœniculi, vel petroſelini, vel centaurei min. vel alius cujuſpiam ſpirituoſioris pintas ij. ſpir. vini cochlearia ij. corticis peruviani tenuiſſimè triti, ℥ iß. flor. centaurei min. p. ij. ſalis ejuſdem ʒ iij. infundantur omnia horis viginti quatuor ſuper arena, igne lento in vaſe probè obturato, vel circulatorio, ne ſpiritus exhalent. Poterit etiam infuſio parari ex ptiſana officinali, vel aqua fontana &c. dummodo Chinæ Chinæ major adhibeatur quantitas & aquæ adjungantur ſalia penetrantia, aut aliud quidpiam, unde faciliùs & abundantiùs remedii tinctura & vi impregnetur, & præterea infuſio ad plures horas quàm viginti quatuor protrahatur.

Sic habes Lector varias Corticis Peruviani præparandi methodos unicum addimus ſcil. illum commodiùs in liquore propinari quàm aliâ quapiam ratione, uſuque compertum eſſe ſic tutiùs & certiùs febres debellari; itaque liquoris ſic præparati ℥ viij. manè & veſperi febribus intermittentibus laborantibus exhibebis, iis intervallis quibus paroxyſmis non vexantur febrilibus, uſumque continuabis donec vini præparati aut liquoris alterius, eam quantitatem exhauſeris quæ continendis Chinæ Chinæ ℥ i ß. aut ℥ ij. ſufficit.

Qui plura voluerit circa curationem febrium per Chinam Chinæ, & de ipſius uſu, non tantum in febribus intermittentibus & continuis ſimplicibus, ſed etiam in febribus malignis quibuſcunque, ut & de cautionibus circa illum obſervandis, item de Laudani opiati in minima quantitate ipſi pro nata occaſione adjungendi, conſulat tractatum memoratum, è quo excerpta ſunt quæ huc uſque ſcripſimus.

## ¶ XCV. Cicer.

Ἐρέβινθος, Kücher/ Ziſer/ Erbſen. Pois, Red Cicers, Chichpeaſe, or Vetches. Cicerem/ een ſlach van Erweten.

- Sativum
  - album.
  - rubrum.
  - nigrum.
- Sylveſtre.

Ex his arridet officinis rubrum ſativum, cui tamen & album ſubſtitui poteſt.

Videatur Cicer, *Brunſ. Matth.* (cui & Domeſticum, *Cord. in D. Caſt. Tab.* Ciceris altera ſpecies, *Trag.* cicer nigrum, *Fuchſ.* ſeu arietinum, *Cord. hiſt.* cicer arietinum, *Dod.* cicer ſativum, *Ger.* Arietinum, *Lob.*

Vires. *Calf. & ſicc. 1. emoll. abſterg. diſcut. diuretica ſunt ac lenientia, proin conducibile eſt eorum de-*

*coctum nephriticis. Extrinſecus adhibetur farina in cataplaſmatis, &c.*

HOFMAN. *Cicer.*) *Rubrum & Album* in uſu recipi poteſt.

*Vires. Calefac. ſiccat, moll. abſterg. diſcutit &c.*) Ingreditur *Syrupum de althæâ Fernel.* proinde utile eſt ejus decoctum in nephritide uſurpatum. Externè cataplaſmata inde fiunt. Curioſum eſt & ſingulare, quod *Dioſcor. Libr. 2. cap. 126. p. 103.* tradidit, ſcilicet, quod nonnulli in verrucarum genere tradant, primâ Lunâ ſingulis granis ſingulas verrucas eſſe tangendas, eaque grana linteo deligata poſt ſe eſſe abjicienda, ita decidere eas illos arbitrari. Vulgus noſtrate, inquit *Simon Pauli in quadripartit. botanic. claſſ. tert.* piſis verrucis affrictis idem molitur, quæ poſtea verrucoſi jubentur à tergo in puteum dejicere ac taciturni ab eo celerrimè profugere, ne exaudiant, ut piſa fundum petant.

## ¶ XCVI. *Cichorium & Cichorea.*

" Κιχώειον, Σέϱις, ſolſequium, intybus, Ambubeia, Cicorea, Cichorem/ Wegwart/ Sonnenwendel/ Sonnenkraut. Cichorée, *Succory*, Cichoreye.

{ Sativum
{ Sylveſtre flore { cærul. vel albo.
{ luteo.

Ex his uſitatum ſativum, tum ſylveſtre cæruleum vel album.

Creſcit juxta vias, floret Iunio.

Sativum dicitur Cichorium domeſticum, *Matth. Caſt.* Cichorium ſativum cæruleum *Lob.* Cichorium latioris folii, *Dod.* Cichor. latifolium ſativum, *Lon.* Seris ſativa, *Lob.* Cichorium ſativum & album ſat. *Tab. Ger.* Cichorium ſativ. C. B. 1. Sylveſtre dicitur ſolſequium, *Brunſ.* Cichorea, *Trag.* Sylveſtris, *Matth.* Seris ſylveſt. *Lob.* Seris picris, *Lob. ico.* Cichorium ſylveſtre, *Dod. Caſt.* agreſte, *Lon.* Intybum agreſte, *Cord.* Sylveſtre. *Fuchſ. Cord. hiſt.* Cichorium, *Tab.* Hieracium latifolium, *Ger. ico.* Cichorium ſylveſt. ſive officinar. C. B. 1. Seris πικϱὶς *Dioſcoridi.* Wilde Cichoreye.

*Flores, Folia,* (ſylveſtris potiſſimum) *Radix* [ſativa.]

Vires. *Epaticum eſt nobiliſſimum frig. & ſicc. 2.* [*aliis calidum videtur ob amarorem*] *aperit, diureticum eſt, attenuat, extergit. Uſus præcipuè in Epatis obſtructione & febribus.*

N. *Collectum in ſua exaltatione* [*die feſto Nativitat. Mariæ,*] *hæmorrhagias ſiſtere creditur.*

### PRÆPARATA.

1. *Conſerva.* Ex floribus.
2. *Condit.* Radix cum ſaccharo & Confecta.
3. *Syrup. ſimpl.* Ex ſucco & ſacchar. Vide Diſpenſ.
4. *Compoſ.* (Coridi) Vide Diſpenſ. Norib.
5. *De cichor. cum Rhab.* Florent. Vide Diſp.
6. ▽ Ex foliis & floribus.

[Aq. florum cichorii albi oculis conducit.]

7. ▽ *ophthalmica.* ♃. Flores cæruleos (collectos ☉ in principio ♌ collocato,) q. v. inde vitro orificii anguſti, obtura optimè & maſſæ panis circumvolutum committe Clibano, ut pinſatur cum pane: hinc exprime ac deſtilla in MB.

Vires. *Convenit omnibus affectibus oculor. albugini, nubeculæ, ungui, ſuffuſioni, caligini, &c. Inungitur palpebræ mane & veſperi. Hartm. in Pract. Poppius in Herbar.*

8. *Sal. com.* Ex planta incinerata. Attenuat, diſcutit, febrifugum eſt.

[Extractum.]

HOFMAN. *Cichorium & Cichorea.*) *Solſequium, Intybus,* Germ. Sonnenwende. Wegwartt.

Et eſt vel *Sativum*, vel *Sylveſtre*, fl. *cæruleo vel albo.* Utrumque in uſu eſt.

Creſcit juxtà vias. Floret Iunio.

*Flores, folia & Radix in uſu ſunt.*

*Vires. Frig. ſicc. aperit &c.*) communiter ſpecificum Epaticum audit, unde fermenta viſcerum confortat, excrementa ſeparat, abſtergit, in Malo hypochondriaco, atrophiâ, cachexiâ & febribus inveteratis præcipui uſus exiſtit. Radix collecta de feſto nativitatis Mariæ hæmorrhagias ſiſtere creditur. In qua olim in Aula Altenburgenſi pro arcano habebatur, in ſputo ſanguinis radix ſub lingua detineatur.

*Præparata ex hoc ſunt Aqua ex foliis & floribus. Conſerva &c. Ex foliis etiam floribus aqua deſtillatur ophthalmica, de qua vide Autorem.*

Optima virtus in *decocto radicis* conſiſtit, melius autem faciunt, qui decoctum inſpiſſant inſtar ſapæ, quæ tempore hyemali cum brodio carnis miſta adſumi poteſt.

N. In Mulo Medicina confert. Cichorium cum toto ſi equi cachexia viſcerum laborant, (Haarſchlechtig ſeyn) pro alimento ſub ſpecie ſtraminis inciſi cum avena, exhibitum, (an ſtatt des Häckerlings.)

N. Cichorium fl. albo inter maxima arcana ægyttarum & zigeinorum habetur ſeſe contrà ictus quoſvis muniendi, ignem compeſcendi.

## ¶ XCVII. *Cicuta.*

Κώνειον, Wüterich / Schierling. Cigue. *Hemlock.* Scheerlinck of Dolle kervel.

Ex generibus cicutarum infertur in Officinas, cicuta major, C. B. 1. quæ Cicuta, *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lob. Lon. Caſt. Tab. Ger.* Cicuta major, *Cord. hiſt. Cam.* Vera *Geſn. hiſt.* Cicutaria vulgaris, *Cluſ. hiſt.*

Naſcitur paſſim in pratis, locis incultis & umbroſis: Floret Iunio & Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia & Radix*, ſed raro.

Vires. *Quamvis ſummè frigida cenſeatur, atque inter venenata referatur à Dioſcoride; Nihilominus tamen frequens ejus uſus modernis eſt in tumore ac inflammatione lienis, ſuccus Emplaſtro ſplenetico incoctus extrinſecus adhibetur: hinc in inflammationibus aliis, quinimo adhibetur quoque nonnunquam in collyriis.*

Sunt qui radicem fodere monent tempore ♂ ♄ & ☉.

### PRÆPARATA.

*Emplaſtr. de Cicuta ſplenetic.* Vide lib. 2.

HOFMAN. *Cicuta.*) *Cicutaria vulgaris.* Schierling. Wüterich. Hæc Myrrhidi admodum ſimilis eſt; at ab illa diſtat viroſo ſuo odore, quo perniciem indicat.

Creſcit paſſim in locis umbroſis pinguibus, pratorum ſepimentis, prope foſſas & aggeres agrorum. Floret Iulio & ſemine turget Auguſto.

*Vires.*) Hæc meritò inter venena refertur, à tota ſubſtantia agentia. Hujus famam auxerunt Athenienſes, Philoſophorum hoſtes, ejus ſucco in publicis judiciis ad mortem utentes, ut ſuo damno *Socrates* teſtari poteſt, quem ſua morte ad cicutam hauriendam compulerunt. Aliàs externus ejus uſus non rejiciendus eſt, in forma emplaſtri in Scirrho Lienis uſurpatæ, hoc uti ſummo cum emolumento ſæpè fui expertus, ita tamen non ſatis tutum ejus uſum eſſe arbitror cum *Dn. D. Simone Pauli l. c. p. 264.* ad coercendas ſororiantes & luxuriantes virginum & mulierum mammas & lac in puerperarum mammis ejus ſucco ſupprimendum. Cæteroquin *Cicutariæ* communiter radices ſive in cibis coctas ſive crudas comeſtas tanquam maximum arcanum in ſcorbuto commendant. Verùm & hiſce quoſdam etiam è medio fuiſſe ſublatos teſtatur experientia.

*XCVIII. Cina-*

## ¶ XCVIII. *Cinamomum.*

Cortices ſunt arboris cujuſdam exoticæ ejuſdem nominis. German. Zimmetrinde/Canel. Canelle. *Cinamon.* Canel.

N. *De Caſſia & Cinamomo officinar. quod & Canella dicitur, controverſæ occurrunt opiniones. Sunt enim qui inter ſe confundunt & pro uno & eodem utrumque habent Cortice, ſoliſque nominibus differre, non reipſa, alii ex ſola loci varietate ea diſtinguunt, non ex diverſa ſpecie arboris: alii ex una eademque arbore utrumque deſumi volunt, cujus corticem exteriorem & craſſiorem appellitant caſſiam ligneam ſeu odoratam, interiorem & tenuiorem Cinamomum. Alii diverſæ ſpeciei arborum corticis faciunt, inter quos tamen maxima ſimilitudo intercedat, adeout Caſſia arbor in Cinamomi arborem tranſplantari facile queat: Hæc opinio Galeni. Recentiores primæ ut plurimum ſubſcribunt opinioni, Cinamomumque officinarum vulgo canellam dictum, legitimum Antiquorum caſſiam dicunt. Et in compoſitionibus Græcorum Xylocaſſiam, id eſt, caſſiam ligneam ſeu odoratam poſtulantibus, canellam noſtram eſſe adhibendam. Si qua tamen diſtinguere libet, craſſiorem caſſiam appellare licet; tenuiorem Cinamomum differentia ſuborta à differente loco natali arborum.*

Videantur Garzias ab H. lib. 1. arom. hiſt. c. 15. Joh. Manard. lib. 8. Epiſt. 1. Matthiol. in Dioſcor. Caſpar. Bauhinus Theatr. Botan. lib. 11. ſ. 3. & ſim.

Frequentes ſunt hæ arbores in Zeilan, Cinamomumque præbent præſtantiſſimum, ignobilius è contra Cinam. præbent arbores in Provincia Malavar & Iaba ſeu Iava.

N. *Roſeum ſive ex cinereo vinoſum colorem contrahit Cinamomum, ex ſolis calore, cui cortex detractus exponitur: non probe idem paratus, candicans ſive cinerei coloris fit, nimis vero ardoribus ſolis combuſtus niger.*

Delectus. Probatur ſubrubrum, odoris fragrantiſſimi, ſaporis ſubaſtringentis, & acris.

(Ita ſelectum dicitur Darſenum.)

Vires. *Calf. & ſiccat, aperit, diſcutit, menſes & partum accelerat, omnia viſcera ſpirituſque ſingulos recreat, concoctiones juvat. Hinc uſus ejus frequentiſſimus eſt in virium imbecillitate, lypothimia, capitis, ventriculi & uteri affectibus frigidioribus.*

### PRÆPARATA.

1. *Confect. Cinamom.*

2. ▽. *Cinamom.* Fit l. a. ut ex aliis aromatibus. Vide l. 2. vel uti in deſtillatione olei.

(Habetur etiam Roſata; Bugloſſata, citrata, cydoniata, cum Malvatico parata.)

3. *Tinctura* ſeu *Extract.* ex Spir. Vin. Tartariſato.

4. *Elyxir. Cinam.* Fit ex Tinctura cinamomi, additis & croci & ſantali citrini Tincturis.

5. *Oleum.* Elicitur unà cum ▽ beneficio deſtillationis, l. 2. ℔ j. dat. Drach. ij. vel Drach. ij ß.

Nota *de menſtruo: Alii adhibent ſolum vinum, alii vinum cum ▽ miſtum: quibus quoque Tar. aut Sal. com. inſuper admiſcent.*

6. *Sal.* Ex fæcibus incineratis elixiviatur.

7. *Balſamus.* Ex ol. cinam. ol. Nuciſt. depurato. Tingitur bolo Orientali vel pulvere Cinamomi.

8. *Syrup.* Vide Diſpenſ. Notib.

9. *Magiſterium.* Extrahitur cum Spir. vin. opt. ac præcipitatur cum ▽ fontan. vel cum ▽ Cinam. primum ſtillanti, retinetque colorem Cinamomi.

10. *Spec. Diacinam.* Vide Diſpenſ.

Hof. *Cinamomum* dicitur quaſi *Chinæ Amomum*, vel *Amomum ex China* allatum. Vocatur *Cinamum, Cinnamum, Cinamomum & Cinnamomum. Cimmomum* etiam apud *Scaliger. A Galeno* dicitur *Cinnamomis*, ſed hanc nonnulli pſeudocinnamomum vocant. Dicitur etiam Caſſia, Canella, unde & *Caſp. Hoffmannus Libr. 2 Medicam. officinal. Cap. 68* de utroque ſimul agit. Quia non ex diverſis ſed ex eâdem proveniunt Arbore. Caſia ſive Caſſia dicitur, quod ſenſui fragrantiâ ſuâ recreet, [illegible] Canella, ob figuram, quâ cannam ſeu arundinem repræſentat.

Eſt autem cortex aromaticus Arboris cujusdam exoticæ ejusdem nominis colore ruſeſcente, odore aromatico & ſapore cum acrimonia grato.

*Arbor* ex quâ *Cortex Cinamomi* exſcinditur, haud abſimilis eſt lauro, magnitudine Oleæ, præterquam quod folia aliquantò majora ſint inſtar foliorum Citri, quæ anterius acuminata, poſterius lata ſunt, plena fibroſis filamentis inſtar noſtræ plantaginis acutæ. Fructus paululum minores & albicantiores ſunt baccis lauri. Cortex autem, uti dictum, Cinamomi ab hâc deſumptus eſt arbore, ita ut ſingulo triennio aliquot ramos ab hâc arbore incolæ abſcindant, corticem detrahentes & ipſam arborem inviolatam relinquentes. Et quod notatu dignum, corticem jam ab arbore ſeparatum vires non niſi intrà menſtruum ſpatium exſerere. Flores hujus arboris nive ſunt candidiores & admodum fragrantes. Lignum hujus Arboris omni ſapore & odore eſt deſtitutum, ut videatur, Naturam omnem theſaurum virium in corticis ſinum depoſuiſſe, ut hujus utilitas eò major ſit.

Qualis tamen Cortex *Cinamomum* ſit, utrum exterior, an verò interior, Autores inter ſe non conveniunt. Secundum & interiorem arboris corticem eſſe *cinamomum* ſive *canellam* teſtatur *Garzias ab Horto Libr. 1. Aromat. hiſtor. & Dominic. Chabræus l. c.* p. 33. Hiſce contrarius eſt Cluſius in *annotat. ad Garziæ Libr. Aromat.* Dum inquit: In noſtrâ canellâ interdum invenies fragmenta, quæ non videntur interior ille cortex, ſed omninò ſuperior. Cinereâ pelliculâ abductus. Plerique verò tubuli, delibrati & craſſiori ac inæquali cortice denudati videntur. Olaus Wormius *in Muſæo* aſſervare ſe ſcribit *Cinamomum* à ligno avulſum membranulâ cinereâ obductum, ſapore acri aromatico. Verum Nos utrumque corticem volumus intellectum, unum tamen altero efficaciorem. Hoc autem modo Cortex à ligno ſeparatur. Cortex eximitur & in laminulas quadrangulas ſecatur, humi abjicitur, & per ſe convolvitur, ut trunci unius rami integer cortex videatur, cùm tamen partes ſint duntaxat digiti craſſitie convolutæ, truncus interdum verò femoris craſſitudine reperiatur. A dempto cortice tribus poſtea annis ab eâ Arbore abſtinetur.

Naſcitur autem *Cinamomi Arbor* in Malavar, Iava, & Moluccis Inſulis, præſtantior autem in Zeilan reperitur.

N. 1. Hic non poſſumus non etiam mentionem facere hujus Corticis veluti Cinamomi Caryophyllati ſaporem Caryophillorum referentis acrem, ab Arbore provenientis, quę Caninga vocatur *Franciſc. Hernandez. l. c. Libr. 2. Cap.* 11. Et eſt Arbor magna craſſi caudicis, folia ferens Canellæ ſimilia, ſed tamen majora & pinguiora, ſtipitemque fuſcum, provenit in Inſulis Cubu, locis editis & montoſis. Cui hic cortex diripitur, qui non eſt ut Caſſia, ſi recens eſt glutinoſus, ſed arens & levigabilis Hujus pulveris in doſi ad ʒj cum convenienti liquore adſumptus magnopere cerebrum & ventriculum roborat, & inde ſpirituum defectum reſarcit, dolores ventris ſedat, flatus diſcutit, & partum accelerat. Ex eo *oleum & extractum* paratur inſignium facultatum. Hic levi maceratione aquæ fontanæ colorem rubicundum & odorem caryophyllatum ſuppeditat ad medicata & coſmetica utilem. Vina quoque medicata inſtar Hippocratici gratiſſima exinde parantur. *vid. & Guilhelmus Piſo in mantiſſ. aromatic.* p. 169.

N. 2. Præter hanc Alia adhuc Caſſia communiter dicta Caryophyllata, ſed falsò.

Aliàs China *de* China ſpecie differens à Cinnamomo Caryophyllato, nam ſicuti hæc Caſſiæ ſpeciem, ita illa Cinnamomi formam refert, vide de hâc *Chifletium*, *Sturmium* &c.

Hujus uſus contrà febres intermittentes quotidianas, tertianas, & quartanas noſtris jam temporibus admodum frequens eſt, cujus effectus ambiguus interdum fuit, nonnunquam etiam notabilis. A Romanis Medicis ejus virtus anti-pyretica prius Nobis innotuit, unde & Schedion Romæ Italicâ linguâ prodiit de modo præparandi & aſſumendi pulverem. Sumuntur

corticis hujus pulveriſ. drachmæ duæ, infunduntur in calice vini albi generoſiſſimi per trihorium ſpatium & imminente horrore febrili propinantur, & Æger lecto ad ſudorem eliciendum committitur. Sed, uti dictum, interdum paroxyſmum profligavit, interdum etiam magis exacerbatus fuit, unde & quibuſdam hoc medicamentum in febribus eſt ſuſpectum *Thom. Bartholin. Centur.* 2. *Epiſt. medicinal.* 42. Hujus præparationem quod attinet, quidam in formâ diluti forti expreſſione propinant, vel infundunt, vel *vina Medicata* inde conficiunt. Alii *Tincturam* inde parant, nonnulli *Eſſentiam* præferunt cum ſpiritu ejus proprio confectam, modò laudatus *Bartholinus Centur.* 5. *hiſtori* 50. *Iohann. Iacob. Chifletius, & Rulandus Sturmius de Chinâ Chinâ.*

*Vires. Calef. & ſiccat, aperit, diſcutit &c.* Summum eſt confortativum Cordis & Cerebri, ſpiritus vitales, animales & genitales mirificè reficit, coctionem promovet, menſes & partum accelerat. Ad alexipharmaca etiam refertur, *teſte Dioſcoride*, unde & theriacam, mithridatium, Confect. alkerm. ingreditur. Hujus uſus eſt in virium ſummâ diminutione, animi deliquiis, cerebri, cordis, ventriculi & uteri frigidis affectibus.

Præparata ex hoc ſunt *Confectio Cinamomi. Aqua Cinamomi*, quæ vel *ſimplex* vel *compoſita*, unde *Aqua Cinamomi borraginata, bugloſſata, cydoniata* cum ſucco cydoniorum. *Tinctura ſeu Extractum* ſcilicet Cinamomum cum ſp. vini Tartariſato vaſe clauſo maceratur. Exprimitur poſtmodum, clarificatur per digeſtionem, addi etiam poteſt Oleum deſtillatum. Conficitur etiam inde *Elixir Cinamomi* ex contuſis groſſo modo corticis fragmentis cucurbitæ inditis, affuſo ſp. vini ad trium vel quatuor digitorum eminentiam, poſtmodum in fine additur Eſſ. ambræ, & moſchi cum Syrupo de canellâ. *Oleum* optimum vel ex corticibus ejus elicitur, menſtruum vel vinum vel aqua eſt, his ſi tantillum tartari, vel ſal. comm. addatur, efficacius oleum acquires. Recip. Cinamomi opt. ℔j craſſè contuſo adde aq. Menſur. iij. (in quibus aliquid ſacchari ſit ſolutum) ſtent in digeſtione per aliquot dies, poſteà aquam ℞. la, hanc deſtillatam reaffunde novi Cinamomi lib. j. relinque cum brodio primæ deſtillationis relicto iterum in digeſtione, ℞. la & nanciſceris non ſolum aquam Cinamomi elegantiſſimam, ſed oleum etiam copioſiſſimum. Hic Labor continuandus eſt 10. vel 12. libris Cinamomi. Deſtilla per veſicam alembico cupreo ſtanno probè obducto. *Sal* ex fecibus incineratis elicitur. *Balſamus* fit ex oleo & Nucis Moſchatæ ol. expreſſo. *De ſyrupo* Cynnamomi *vid. Diſpenſ. Magiſterium* paratur extractione cum ſp. vini optimo, & præcipitatione cum aq. fontanâ. Huc accedit & *eleoſaccharum Cinamomi, &c*

## ¶ *XCIX. Citrus.*

Malus Citria, Medica, Aſſyria. Arbor eſt exotica per totum annum virens, fructum, tenellum cum matureſcente ſimul ferens.

Videatur Citrum, *Brunſ.* Citria, *Trag.* Citrus, *Tab. Cord. hiſt.* Malus Medica, *Matth. Cord. hiſt. Dod. Lob.* Malus citra, *Geſn. hort. Lon. Caſt. Cluſ. hiſt. Cam.* Citria & mala Medica *Bellon.* Malus Medica, C. B. 1. Citronenbaum. cif trouvies des Citrons. *Citron-Tree, and Pont-Citron.* Citroenboomen Appelen.

Dicitur Medica & Aſſyria, quia apud Medos & Aſſyrios & imprimis apud Perſas frequens eſt. Hinc in Italiam translata fuit, poſtea & in Hiſpania in uſum devenit, ut nemora & campos occuparit hodie. Colitur & apud nos in hortis

## OFFICIN. NAT.

Fructus ſeu *Poma Citria*, (citrea) *Cortices* & *Semen*, raro *Flores*. Fructus variant magnitudine: quædam ſunt majora inſtar melo-peponum; alia minora & vulgaria, alia Limonum magnitudine. Sic alia prælonga ſunt, alia rotundiora: in officinis uſitatiora ſunt minora, utpote quæ carnoſiora, tum quoque majora.

Vires. *Citrinum malum (cum cortice ac carne) alexipharmacum putatur cujuslibet veneni, reſiſtit putredini, morbiſque malignis, lumbricos fugat, diaphoreticum eſt. Cortex calf.* 1. *ſicc.* 2. *( aliis calef. & ſicc.* 3.)

*Caro*, ſeu pulpa refrig. & humect. & hinc ſuccus expreſſus.

*Semen*: Pepins de Citrons, citronſeed of kernels, calf. & ſicc. 2. attenuat, digerit, abſtergit, lumbricos fugat.

## PRÆPARATA.

1. *Condit.* 1. *Poma* maxima condiuntur nondum ſatis matura, cum cortice ac carne inciſa, nucleis exemptis: dicuntur noſtratibus Citonat.

N. *Eodem modo condiuntur & minora, integra vel in taleolas diſſecta.*

1. *Cortices.* Condiuntur poſt mitigationem amaroris, cum ſaccharo.

3. *Flores cond.*

1. *Conſerv.* 1. *ex floribus.*

*Ex medulla*, remotis ſcil. corticibus ac ſemine ſucco que expreſſo.

[Ex Italia apportata nomine agre di cedro, Acro do citri, egregia ad virium imbecillitatem, & æſtum febrilem.]

3. *Confect. cortic.*

N. *Majores cortices conditi dicuntur, Citrinat confect.*

4. ▽ Ex corticibus.

[5. *Spiritus*, cordialis interno & externo uſui aptus.]

6. *Oleum* itidem cum ▽ ex corticibus extillat. [Ex non fermentatis ſuavius.]

N. *Poteſt & exprimi oleum ex ſemine, ſed minus id uſitatum.*

7. *Succus.* Ex carne exprimitur & reſervatur pro uſu, diciturque nonnullis Vinum citri, præcipuè ſi cum tantillo ſacchari ſit fermentatus.

8. *Syr. acetoſitatis citri.* Ex ſucco & ſaccharo.

*Syr. citri ſimpl.* Ex cortic. Vide Diſp.
*compoſ.* Vide Diſp.

9. *Morſuli citri.* } Vide ſuis locis.
*Citri laxativ.*

10. *Balſamus.* Ex ol. ſtillat. & ol. Muſchato.

11. *Electuarium de Citro ſolutivum.*

[12. *Acetum citratum.*

HOFMAN. *Citrus*) *Malus Citria, Medica, Aſſyria & Perſica Malus*, à regionibus unde primum allata. *Fructus non malum medicum* ſed *citrium* dici debet, à colore corticis nomen adeptum.

Maximus eſt earum proventus in regni Neapolitani Hiſpaniæ & Gallo-Provinciæ tractibus maritimis.

Fructus ſeu Poma Citria magnitudine & loco natali potius variant, quàm genere, Ratione magnitudinis, quædam ſunt *majora* inſtar melopeponum, alia *minora*, alia *Limonum magnitudine* &c. *Alia Medica, Aſſyria, Alia ex Guinea &c.*

*Vires. Cortex calef. & ſiccat. Pulpa autem refrig. & humectat Semen calefac. & ſicc. atten. diger. abſterg. &c.* Integrum Pomum Citreum eſt alexipharmacum, ut patet ex hiſtoriâ ex *Athenæo* deſumptâ, ubi referunt, quendam facinoroſum ad beſtias damnatum integri pomi eſu ab internecione aſpidum fuiſſe vindicatum, quod prætereunti è cauponâ pſaltria quædam ipſi porrexerat. Hujus hiſtoriæ veritatem confirmat ſtudioſus Medicinæ Pariſiis Gallorum aliquot retrò annis à viperæ morſu lethaliter ferè decumbens & ſalutifero pomorum citrinorum eſu reſtitutus. Medicinæ ſcil. ſtudioſus dictis Pariſiis in frequentiâ quorundam Medicorum de naturâ, viribus ac veneno viperarum diſceptantium in ædibus pharmacopolæ cujuſdam, ubi haud exigua viperarum quantitas ex finitimis locis apportata diſcendi & curioſi ingenii gratiâ præſens fuerat, de præſenti materia ultrò citroque cum reliquis verba miſcens arripit manu, quod

quod anteà ſæpius illæſus fuerit, viperam tabulæ impoſitam,
& ipſo inſcio à pharmacopæo Gallo rudè inter forcipem com-
preſſam & hinc irâ ſuccenſam, hæc dum ille ſermoni intentus,
reflexo capite dente ſuo canino pollici dextræ vulnuſculum vix
acus magnitudinem æquans infligit, quo animadverſo illam
projicit, vulnere tamen ſpreto. Aſt vix quadrantis horulæ
ſpatium intercefferat, quin dira ſubſequuta ſymptomata, ſyn-
cope, convulſio, continui vomitus, alvi dejectiones, cum tor-
minibus & ilei paſſionibus, cum extremorum refrigeratione,
brachium croceo infectum colore intumeſcebat, facies cadave-
roſa, labia livida ac tumida, oculis deſidentibus, pollex cum
minimè intumeſcebat, niſi ſub fine, nec ex vulnere inflicto ne
guttula ſanguinis aut ullius humoris exſtillavit. Improviſus &
ſubitus hic tragicus caſus, in multas & diverſas præſentium Me-
dicorum conſilia diripuit partes, hic ad Theriacam, alter ad
Orvietanum, tertius ad cauterium potentiale, ſed nimis tardè,
confugerunt: Tandem miſer hic juvenis decumbens, vivacisſi-
mus licet, diſtortus doloribus, ſal viperarum volatile cum ▽â
theriacali exigebat, inani verò quaſi effectu, continuato enim
vomitu hauſtum rejiciebat, nec clyſteres ullum attulerunt leva-
men totâ namque Naturæ œconomia haud leviter turbatâ. Fortè
autem fortunâ accidit, ut Nobilis quidam exterus ex commi-
ſeratione ægri tactus decumbenti pomum citrium exhiberet,
quod vix odoratu, non dicam, guſtu, acido ſcilicet ſucco
delibatum, incredibile dictu eſt, quàm ſubitaneam & præſen-
tisſimam tulerit opem, omnia momento ceſſabant ſymptoma-
ta, & non aliter fuerat, ac ſi Iupiter ipſe opitulatricem porre-
xiſſet manum. Galli verò pro innata illorum levitate hoc mi-
nimè obſervabant. Patiens licet ex virium diminutione ante-
greſſâ haud parum debilis, muſæum tamen ſuum repetiit, &
ſumpto electuario quodam ex Confect. alkerm. & de hyacinth.
intermediato Pomorum Citriorum uſu non ſolum illa nocte
placidè dormivit, ſed & brevi iterum ex voto conva-
luit.

Ex hâc obſervatione notatu dignisſima plurima Naturæ phœ-
nomena adhuc non ita aperta dilucidanda veniunt; Facile eſt
exinde videre cujus naturæ ſit venenum viperarum, quomo-
do à viperâ in hominem traducatur, eâqui in maſſam ſangui
neam ſeu Archæum noſtrum agat, quales actiones Archei in
morbis cudendis & ſanandis, quomodo medicamenta hujus
beneficio operationes ſuas peragant, & in ſpecie quâ ratione
Citriorum acidus ſuccus in venenum à viperâ illatum operc-
tur, illud mortificando & figendo.

Pharmacopœus Gallus, in cujus ædibus hæc tragœdia ince-
pit, tractatum ſub proprio nomine Charras (at alieno ſanè
Marte) edidit titul. Les Experiences des Viperes à Paris in 8tav.
Vbi ait Venenum illud agere in maſſam ſanguineam, eam fi-
gendo, & circulationem impediendo: Et in ſequentibus,
venenum ceu acidum aliquod figere ſanguinem &c. Verùm
ſi hoc hâc ratione eveniret quomodo ſuccus ille citreus levamen
aliquod afferre poſſet, de quo ille ſtatuit gaudere virtute fixa-
tivâ, ſic enim venenum illud redderetur fixius & circulatione
magis magisque impeditâ mors tandem acceleraretur. Statui-
mus itaque, perniciem illam dependere ex viperarum ſalivali
humore in dentium veſiculis contento extrà notabilem quanti-
tatem, prout modernorum Italorum curioſorum experientia
patefecit qualis D. Redi Archiatri Florentini qui in quovis li-
quore hauſtus innoxius eſt, ſin verò imago iræ ſeu idea furioſa
beſtiæ illius ſuperveniat vulnere à dẽtibus lõgioribus tricuſpidibꝰ
in corporis peripheriâ inflicto, quæ in dicto liquore ceu vehiculo
ſigillata, ſeu ex viperâ vivâ ſeu ex mortuâ fuerit, Archeus dum ex-
pellere exoticum illum hoſpitem nititur, agitur in furorem, eo-
que niſu ſub veneni tyrannide omnes fũctiones interturbat, dum
totam ſpirituum & liquorum vitalium ſubſtantiam ſibi aſſimi-
lando evertit; uſque dum ex poteſtate dotali remedium, ex cu-
jus numero in hâc morborum ac ſymptomatum ſyndrome
etiam fuit ſuccus ille Citri, ſuperveniat, ſupereminentem &
non vulgarem obtinens bonitatem, quâ irati ac ſuccenſi Archei
errores ſopiuntur ac corriguntur; Ex his patet, omnem mor-
bum ab Archeo probe errat, vel furioſus eſt, fabricari ac regi,
eſtantemque ac iratum placari & demulceri poſſe remediis po-
teſtativis, in quibus denuò ſuas reperit delicias, ut à furore re-
mittat. Si enim juxtà allatam hiſtoriam morſus viperæ extrà
notabilem humoris quantitatem & quaſi ſolo attactu ſæpè occi-
dat; & ad liquoris cujuſdam mihi noti inunctionem in manu
factam, ſi mentum viri attigerit, paulò poſt barbæ pili ex-
cidant, ſuperciliorum ac totius capitis, quidni & remedia
dentur, quæ ſcil. ſolo guſtu non dicam contactu Archei erro-
res compeſcant citrà ullam perceptilem quantitatem Archeum
ſedantia & demulcentia. Quæ ratio, quod ægroti ſæpenumerò
gliſcente adhuc cauſi & aliorum morborum vigore à ſpecifico
quodam remedio in momento quaſi, priusquam à debili func
ventriculi digeſtivâ in actum potuit deduci, notabile levamen
& inſequentem inſanitatis plenam reſtitutionem ſentiant, id quod
vel millies in praxi meâ obſervavi.

Falſum eſt, & experientiæ contrariatur, quod de Capite
vel aliâ parte hujus animalis vulneri impoſitum referunt. Ve-
rum autem, caput frixum vel viperam coctam devora-
tam profuiſſe, ſaporoſam, nec ullius veneni partici-
pem.

Miranda eſt hiſtoria, quam habet Gaſp. à Reques in Cam-
po Elyſæo jucundarum quæſtion. de Ruſtico quodam à viperâ
morſo. Sed hæc in tranſitu, redeo jam ad noſtrum Pomum
Citrium, cujus Cortex aromaticus, antiloimicus & carmina-
tivus etiam concoctionem juvat, *pulpa acida* adhibetur ad febri-
citantium calorem reſtinguendum. *Semen in Emulſionibus* con-
fert verminantibus pueris & contra vomitus gravidarum adhi-
betur. Ex recentibus *Cortices condiuntur*, *ex ſucco ſyrupus Aceto*ſ.
*Citri* conficitur. Et ex *corticibus oleum* quoque deſtillatur, undè
*Eleoſaccharum Citri, Eſſentia Citri, &c.*

N. *Oleum Citri* ſi ex recentisſimis & non fermentatis Corticibus
Citri ſolâ aquâ affuſâ per V B. deſtillatum fuerit, præſtan-
tisſimum eſt, naturali gaudens odore, & multos per annos
manet incorruptum: ſecus fit in fermentatis Citri Corticibus,
ex quibus ingratum Therebinthinatum ſpirans odorem oleum
deſtillatur.

## SPIRITUS CITRI *valdè* CARDIACUS.

Recip. Pomorum Citri q. v. remota parte albâ efficacâ con-
ſcinde reliqua, ſacchari q. ſ. adde, miſce in vaſculo optimè
clauſo, ſtent in digeſtione per 7. [illegible] continuos poſtmodum
[illegible] la per Alemb. & tandem rectifica per Aren. Spiritus pro-
dibit limpidisſimus, cujus aliquot guttulæ in convenienti ve-
hiculo oblatæ collapſas reſtaurant vires.

## ESSENTIA CITRI *in formâ liquidâ*.

Recip. Malorum Citrinorum no. 100 dividantur primò cor-
tices à pulpâ ipſâ, poſteà remotâ parte ſpongioſâ albâ in par-
tes conſcinde minutisſimas, ex reliquâ pulpâ internâ acidâ
ſuccum exprime, quàm fortisſime, & ſuperaffunde probè
cum ſucco miſtis invicem corticibus, adde ſacchari ſ. q. & per
ſeſquimenſem digere in loco calido; poſteà per MB abſtrahe
ſpiritum fortisſimum quem ſeorſim aſſerva. Reſiduum exime &
cum expreſſione trajice primò per pãnum albũm, deindè verò fil-
tra debitè per chartam bibulam, factâ filtratione inde cucurbi-
tæ cõvenienti & abſtrahe indè ℥j cum ſuprà dicto ſpiritu fortisſimo
conjungendam, quod reſidui liquoris remanſerit, in cucurbi-
ta ſuprà dicto ſpiritui permiſce & in Pelicano tandiu circulen-
tur, donec liquor ille pellucidus & coloris Citrini evaſerit.
Tandem effundatur per lentam inclinationem, quod clarum eſt,
& uſui ſervetur, fæces verò in fundo reſidentes rejician-
tur.

## ESSENTIA CITRI SICCA.

Recip. Hæc conficitur ex Cortic. Citri recent. mediante ſac-
chari albiſſ. aſperſione, quod abraditur iterum cum parte in-
versâ cultelli in orbe ſtanneo, usque dum ſaccharum conſiſten-
tiam acquirat ſiccam.

N. Aquam meam bezoardicam temperatam ex pom. Ci-
tri paratam vid. in theſaur. noſtr. pharmaceutic. annexo ſect.
1. n. 35.

## ¶ C. *Citrullus.*

Citrullus. Anguria. Angurien. *Citrul, one of the
great cold ſeeds.* Citrullen/ [illegible]
commeren. Species Cucumeris eſt, fructu rotundo,
quo reliquas cucumeris ſpecies quoad magnitudi-
dinem exuperat.

Dicitur Citrullus, *Trag. Lon. Tab.* officinar. *Lob.
Ger.* Anguria, *Math. Caſt. Cam.* Cucumer vel cucu-
mis citrullus, *Fuchſ.* Anguria, citrulus dicta, C. B. 1.

N. *Variat corticis colore qui aliis viridis ſeu her-
baceus, aliis candidus maculis aſperſus: Caro aliis ru-
bens & dulcis, aliis candida: Semina colore nigro,
rubro, fulvo.*

## OFFICIN. NAT.

Officinis tantum *Semen* in uſu eſt, idque adhibe-
tur vel cum, vel ſine cortice.

Vires

Vires. *Eſt ex 4. ſem. frig. maj. Refrig. itaque & hum. ad gr. 2. eſt Diureticum, aperiens, acrimoniam obtundens. Inſervit præcipuè Renibus ac veſicæ abſtergendis, bilis ac ſanguinis æſtui compeſcendo.*

HOFMAN. *Clinopodium Majus & primum, Maſtichina*, ob jucundum maſtichis odorem. Groß Welgemuth. Wirbel-Doſt. *Alterum & minus ocymi facie* Klein Welgemuth. Nec hoc ſicco prætereundum eſt pede, licet hujus *Dnus Autor* nullibi faciat mentionem, tamen ſuum etiam reperit locum in Medicinâ; Calefacit & ſiccat, aperit, digerit, reſolvit, unde ejus decoctum cum vino convenit in menſium ſuppreſſione, & in primis ſpecificum etiam eſt in Melancholiâ & omnibus aliis deliriis ſi cum vino coquatur, & bibatur ſingulo mane, à meridie & veſperi cyathus unus. Præparari etiam exinde poteſt *aqua* ex herbâ, *Spiritus*, *Eſſentia*, *ſal fixum & eſſentiale, &c.*

## COCCVLÆ.

De iis hæc habet Appendix ad Pharmacopæam SCHROEDER.

*Cocculæ, Cocculi, Cocci Orientales, Grains des Indes Orientales, des coques de levant: racematim pediculis hærentes, hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Contra pediculos nullum præſtantius remedium pronunciat* Bauhinus *p.* 511. *Pinac.* Codronchius *peculiari libello uſum & virtutem Coccularum exponit. Quidam Solani maniaci, quidam Tithymali, quidam Clematidis fructum putant. Dicuntur aliàs:* baccæ Levanticæ, baccæ Orientales, baccæ cotulæ elephantinæ, cucculus Indicus. *Contra podagram has* cocculas *commendat* Riverius, *dum* ♃. *Baccar. harum Orientalium, quas Galli vocant,* coques de Levant, *& myrrhæ ana* ℔ ß. *Miſceturque eum aceto forti pro cataplaſmate p.* 342. Baccæ piſcatoriæ *dicuntur, quòd illarum ope piſcatio inſtituatur, de qua* Paulus Zachias *quæſt. Medic. leg. p.* 432. *ubi in genere* de piſcatione Medica *diſſerit doctè & eleganter ex* Plutarcho, Cælio Rhodigino, Avicenna, Brucrino, Plinio. Ruellius *hoc pulchrè confirmat p.* 474.

¶ *CI. Cochlearia.*

Cochlearia Löffelkraut.
Cochlearia *Scurvygraſſ.*
Lepelbradt.
{ folio ſubrotundo, cochlearia Batavica, *quæ uſualis*, folio ſinuato Britannica, *Lob. hac nobis inuſitata.*

Vocatur Cochlearia, *Dod. Cam. Ep. Matth. Tab.* Cochlearia Batava, *Lob.* Cochlearia fol. ſubrotundo. C. B. 1.

Creſcit apud nos in hortis loca amans paluſtria, rigua & umbroſa: floret April. & Majo. Videlicet anno ſecundo à ſatione.

## OFFICIN. NAT.

*Folia*, quæ recentiora adhibere præſtat, quam ſiccata, quippe Sal volatile, quo potiſſimum efficacia ſunt areſcendo evaneſcit.

Vires. *Calf. & ſicc. 2. ad 3. aper. eſt ſplenetica, ac diaphoretica, fixos ac crudos humores ſpirituales ac volatiles reddens, putredinique reſiſtens. Hinc utilis in hypochondriacis morbiſque Tartareis primæ regionis, ac præcipue in Scorbuto, in cujus medicatione celeberrima audit, adhibeturque intus & extus in gargariſmis, (ad putredinem gingivarum) balneis, ad artuum reſolutionem.*

## PRÆPARATA.

1. *Conſerv.* Ex fol.
2. ▽ *ſtillat.* Ex fol. recent.
3. *Syrup.* Ex ſucco & ſaccharo.
4. *Sal. com. volatile.* Ex ſucco.
5. *Spiritus* è foliis fermentatis.
6. *Succus* expreſſus.

N. Recens *maxima eſt efficaciæ ad arcendam tris ac gingivarum putredinem, etiam poſt morbillos.* Inſpiſſatus loco *Extracti aſſumi poterit.*

7. Oleum ſtillatitium.

HOFMAN. *Cochlearia.*) Inde nomen eſt adeptum, quia folia ejus cochlearii formæ reſpondent. Thlaſpis & Naſturtii ſapore acri affinis planta. *Lacunæ* dicitur *Telephium.* Nonnulli *Britannicam* vocant, ſed perperam. Hæc enim folio ſinuato frigida & ſicca vim adſtringendi obtinet, Noſtras autem *Cochlearia* calida eſt & ſicca, ſale acri volatili prædita, quem effectum *Britannica* non præſtat, licet & hæc dentium laxitatem ac vacillationem corrigat, tamen vi ſuâ adſtrictivâ, non reſolutiva hoc efficit.

Copioſa ſpontanea ad mare Batavum provenit. Creſcit ſua in noſtris hortis, loca amans rigua & umbroſa. Floret Aprili, & Majo.

*Folia recentia adhibentur.*

*Vires. Calef. ſicc. aperit. &c.*) Sale peculiari volatili abundat, quo ſcorbuto, malo hypochondriaco, & omnibus morbis, ſi à ſanguinis ſalino-ſulphurea & non ſulphureo ſalina *dyſcraſia* dependeant. Præparantur autem ex hac *Conſerva, Aqua, Spiritus*, & ſuccus majoris energiæ, quàm *ſyrupus* vel *Ejus Extractum* fuerit, in quorum præparatione *ſpiritus & ſal* volatile, in quibus anti ſcorbuticorum vis & efficacia conſiſtit, avolant. Unde cochlearia neque coctionem, neque fermentationem, nec exſiccationem ob ſal volatile, quod avolat, ſuſtinet. Et *ſpiritus* ex hac melius deſtillatur abſque prævia fermentatione ſeq. modo; Recip. Cochleariæ q. v. non conciſis ſed integris adhuc recentibus foliis affunde ſpiritum vini vulgarem, licet etiam non admodum fuerit rectificatus, & deſtilla per veſicam: Deſtillatum iterum affunde recenti cochleariæ, & denuò cum recenti cochlearia deſtillationem repete, tandem per MB rectifica; & acquires *ſpiritum cochleariæ* fortiſſ. quem vel per ſe uſui repone, uel poteris inde conficere *Eſſentiam addita ſucci recentis expreſſi* Cochleariæ ſ. q. & tantillum ſacchari candi: Vel poteſt etiam confici. *Eleoſaccharum Cochleariæ ex oleo deſtill. Cochleariæ & Sacchar.* cand. ſ. q. *Infuſum ſeri caprini*, in quo cochlearia fuerit inciſa, vulgare quidem medicamentum eſt, ſed reverà in ſcorbuto à ſalinis humoribus orto & tumoribus ab aduſtis humoribus in quibus metuimus affluxum materiæ atrabilariæ, multum prodeſt. Incidit enim, attenuat craſſiſſimum illum ſanguinem, ſicque expulſioni facit idoneum. Ex hac aquæ etiam deſtillantur anti-ſcorbuticæ, quas vid. in theſaur. pharmaceut annex. ſect. 1. n. 40. ſeq. & aquam ad gingivarum putredinem ſect. 2. n. VI. ex cochlearia præparatam.

Exterè Cochlearia cocta & artubus ſcorbuticorum dolentibus applicata felici cum ſucceſſu adhibetur. *De hac vid.* Dn. D. Valentini Andreæ Moellenbroccii curioſam diſſertationem.

## COFFI.

*De eo in Appendice ad Pharmacopæam* SCHROEDER *ſequentia enarrantur.*

Olim *Africa* fuit novitatis ſtudioſa, nunc *Germania*, non contenta uſu *tabaci* & aliorum exoticorum, ſorbitionem *potus Coffi* prolixè uſurpans. Ex fabis *Bon* torrefactis & aſſatis pulverem ſtruunt, & ex illo nigram tincturam per aquam ferventiſſimam extractam, pauxillo ſacchari edulcoratam calidam ſorbillando bibunt. Fuſius hanc rem expoſuit pronuper D. Laurentius Strauſſius in diſputatione, reſpondente Franciſco Peters, Giſſæ habita, quam hic inſerere commodum viſum eſt.

Laurentius

*Laurentius Strauſſius de Coffi.*

## CVM DEO.

QUanquam *Fabarum* uſus, & eſus prohibitus olim fuerit à Pythagora, quod flores lituris ſuis nigris ſignaturam referant lugubrem, & animas mortuorum, quæ in iis habitant : ab aliis autem etiamnum interdicatur, quod exiſtiment, ſenſus exinde hebetari, & inſomnia turbulenta excitari, quia tamen ipſæ fabæ & alimentum & medicamentum præbent ſecundum atque innoxium, nullam operam aut oleum me perditurum fido, ſi de *fabis* in publicam cathedram aliquid proferam.

II. Non autem in præſentiarum agere animus eſt de *Fabis* noſtratibus, ſativis aut ſylveſtribus: Nec de *Phaſeolis* noſtris aut *Lupinis*, quorum tamen omnium frequens uſus eſſe ſolet, partim in culina, partim in Pharmacopolio, cum ad externos & internos morbos eradicandos frequenter iis Clariſſimi *Medici* & *Chirurgi* uti ſoleant, in hydrope, v. gr. calculo, retentione urinæ, dyſenteria, lienteria, ſugillationibus, & aliis affectibus p. n. Nec etiam de *Faba Ægyptiaca* Dioſcoridis, p. 228. quam Crocodili oculis timentes fugiunt, teſte *Plinio* p. 324. Nec de *Phaſeolo Paludani Garcii* Cacao ( è quo Chocalate paratur) ſimili, *Coles* alias dicto apud *Cluſium* p. 64. aut *Fabis purgantibus Cartaginenſibus* Manard. pag. 335. aut *Ferdinandi* Lupezii de Caſtagneda l. 7. cap. 78. in Inſula D. Thomæ naſcentibus; hac vice exponetur Faba Arabica *Bon*, è qua potus reſultat, *Coava* dictus, quo olim jam *Ægyptii* & *Arabes*, atque nunc hac tempeſtate novitatis avidi *Angli*, *Galli*, *Germani*, ſpreto *Tabaco* & *Thee*, frequenter uti ſolent.

III. De hac faba *Bon*, ſeculo poſt natum Salvatorem noſtrum, nono, primus quod ego quidem ſciam, ſub nomine *Bunchi* memoriæ aliquid reliquit Abubetri Arazi filius Zacharia Mahometus, *Raſes*, communiter *Rafis*, dictus, Medicus Clariſſimus Arabs, qui multos libros ſcripſit elegantiſſimos, X. quidem ad Regem Manſorem, & alios doctiſſimos XV. Hic *inquam*, primus expoſuit, quid *Bunchum* ſit. Ait enim pag. 74. calidum eſſe & ſiccum, quod ſtomacho congruum exiſtens, mali ſudoris odorem atque pſilotri incidat & auferat. *vide* l. 3. ad Manſ. pag. alleg. 74.

IV. Poſt Rhaſin, *Abuhali*, *Alhaſen Ebenhali*, *Ebenſina*, communiter *Avicenna* dictus libr. 2. tract. 2. pag. 281. *Bon* ſub nomine *Bunchum* explicat, *Bunchum* quid eſt, (quærit?) Reſp. Eſt res delata de *Iamen*. Quidam autem dixerunt, quod eſt ex radicibus anigailen: quum movetur & cadit. *Electio*, melius eſt Citrinum & leve, boni odoris, Album verò & grave eſt malum. Naturâ eſt calidum & ſiccum in primo, ſecundum quoſdam eſt frigidum in primo. *Operationes* & *Proprietates.* Confortat membra. *Decoratio.* Mundificat cutem & exiccat humiditates, quæ ſunt ſub ea, & facit odorem corporis bonum, & abſcindit odorem pſilotri. *Membra Nutrimenti.* Eſt bonum ſtomacho. *Huc etiam aliis quadrare videntur*, quæ Avicenna tradit de *Meiſce*. pag. 359. loc. cit. & lib. 1. fen. 3. dict. 2. cap. p. 194. ſed differunt *Bon* & *Meiſce*.

V. Penitus autem fabam *Bon & potum* inde confectum deſcribit *Proſper. Alpin.* lib. de Med. Ægypt. & de Plant. Ægypt. Ægyptiis *inquit pag.* 118. in uſu frequentiſſimo eſt ſemen *Bon* ex quo decoctum parant. Huic omnes non ſecus ac noſtri in publicis tabernis vinorum potationibus operam dant. De eoque ſingulis diebus ſæpè admodum calenti interdiu, ſed maximè manè jejuno ſtomacho large bibere conſueverunt, ſiquidem ipſo ventriculum calefieri roborarique apud eos compertum ſit, non minuſque etiam viſcerum obſtructiones tolli, quotidie experiantur. Mulieribus ad evocandos menſes præſentaneum eſt remedium, apud eoſque in uſu eſt frequentiſſimo, quibus diminutè fluentibus ejus decocti probè calentis multum epotant, paulatim modicum ſorbillantes. Sic enim in uſu eſt apud omnes, ut paulatim ipſum deglutiant. *Capite verò quarto* inferiùs pag. nimirum 122. fuſius hanc rem perſequitur *Alpinus*. In frequentiſſimo uſu, *ait*, ibi eſt decoctum *Chaova* appellatum, quod ex quibuſdam ſeminibus nigris fabas imitantibus parare conſueverunt. Duobuſque modis ab ipſis parari ſolet, horum enim alii decoctum faciunt ex ſeminum nuper dictorum tunicis ſeu folliculis, & alii ex eorundem ſeminum ſubſtantia; quod ex folliculis paratur, efficacius, quam ex ſeminum ſubſtantia elaboratum : prædictum ſemen hoc *Bon* vocant, arboremque ipſum ferentem vidi in quodam Turcæ Bei Viridario ex Arabia delatum, quæ Evonomo maximè ſimilis erat.

Illius verò decocti facultas eſt frigida & ſicca, quod ad primas qualitates temperata, cui etiam miſta eſt caliditas quando illa ſemina duplici ſubſtantia conſtant, altera craſſa, & terrea, quæ coquunt & roborant, altera calida in tenui ſubſtantia fundata, frigidaque modice prævalent, qua calefaciunt, abſtergunt, obſtructaque aperiunt. Horum decoctum cichorei decocto guſtu proximum eſt, quod tamen ipſo valentius obſtructa liberat. Cum ego animadvertiſſem mulieres, quibus cœperint fluere menſes, ad eos adjuvandos, de eo calidiori ſemper paulatim multum ſorbillare, apud illaſque omnes ad juvandam eam vacuationem in uſu eſſe frequentiſſimo, cœpi, illâ perdoctus experientiâ, in omnibus illo uti, quibus aliquam ob cauſam eorum purgatio menſtrua deſiitiſſet; quod quidem feliciſſimè multis eveniſſe vidi, exindeque didici, hoc genus remedii pro evocandis menſtruis ab uteri obſtructis venis eſſe præſtantiſſimum poſt univerſalem tamen corporis vacuationem, mane jejuno ſtomacho iſtud decoctum aſſumptum efficaciſſimè menſes provocat, temporeque quo multis jam vehementibus doloribus minutæ difficulter exeunt, eis præſentaneo eſt auxilio. Parant autem illi hoc decoctum ſumentes nucleorum illorum ſeminum à folliculis mundatorum libram unam & mediam, eaque parum igne torrefaciunt, contoſtaque bulliunt, in aquæ lib. viginti, aliis ſumentibus nucleos prædictos torrefactos ac minutim confractos per diem infuſos in aquam manere atque alia nulla præcedente infuſione eos bulliunt ad conſumptionem medietatis, percolatumque decoctum ad uſum ſervant in fictilibus vaſis undique clauſis : Eodem itidem modo parant decoctum ex ſeminum folliculis, in minori tamen quantitate ſumptis, pro quo parando accipiunt alii prædictorum folliculorum ſex uncias atque alii novem, in libriſque viginti aquæ fontis ad conſumptionem medietatis ipſam coquentes. Hoc decoctum ſtomacho ſummopere conducit, idque valdè calidum & effervescens, jejuno ſtomacho paulatim ſorbentes potant ad ciathi menſuram, & eo amplius : ut autem vino in œnopoliis ſive tabernis noſtrorum multi ebrietati

dediti

deditiindulgere obſervantur, ſive illi *Ceava* decocto delectantur eique indulgent.

Ipſam fabam *Bon* deſcribit in Plant. Ægypt. hiſtoria pag. 26. ſeqq. Arborem vidi, *inquit*, in Viridario Halybei Turcæ, cujus Iconem nunc ſpectabis, ex qua ſemina illa ibi vulgatiſſima *Bon* & *Ban* appellata, producuntur: ex his omnes tum Ægyptii tum Arabes parant decoctum vulgatiſſimum, quod vini loco ipſi potant, venditurque in publicis œnopoliis, non ſecus quam apud nos vinum. Illique ipſum vocant *Ceava*. Hæc ſemina ex Felici Arabia aſportantur. Arbor quam me inſpexiſſe dixi, *Evonymo* ſimilis obſervata eſt, ſed tamen folia craſſiora durioraque habebat viridiora perpetuoque virentia; uſus eſt illorum ſeminum omnibus notiſſimus, ad parandum jam dictum decoctum, quod quo pacto ab iis paretur, alias à me dictum eſt.

Utuntur ejus decocto ad roborandum ventriculum frigidiorem, adjuvandamque concoctionem, & non minus ad auferendas à viſceribus obſtructiones, in tumoribuſque hepatis lieniſque frigidis & antiquis obſtructionibus, feliciori jam ſucceſſu decoctum multos dies experiuntur. Quod etiam uterum maximè reſpicere videtur, ipſum enim & calefacit, obſtructioneſque ab eo aufert, ſic enim in familiari uſu eſt, apud omnes Ægyptias Arabeſque mulieres, ut ſemper dum fluunt menſes, ipſorum vacuationem, hujus decocti ferventis multum paulatim ſorbillantes, adjuvent, ad promovendos etiam in quibus ſuppreſſi fuiſt; uſus hujus decocti purgato corpore multis diebus utiliſſimus eſt. Avicenna de his ſeminibus meminit, ſimileſque vel eoſdem uſus de ſeminibus memoriæ prodidit, ipſumque ſemen calidum in tertio & ſiccum in ſecundo gradu conſtituit, quod tamen verum non videtur, quando ſemen ſapore dulceſcat, cum pauco amarore, nullamque acrimoniam præ ſe ferat: Nihilominus ipſum obſtructionibus viſcerum, frigidiſque humoribus hepatis vel lienis multum conferre docuit.

VI. *Veſlingius* ulterius hæc proſequitur in Obſerv. pag. 22. ut & *Bauhin.* in Pinace pag. 248. *Olaus Wormius* in Muſæo pag. 183. *Olearius* itin. Perſic. pag. 422. & ante hos *Leonh. Rauwolff.* in Itin. pag. 102. Pronuper verò mentionem quoque facit *Mollenbroc.* p. 117. de Arthr. Vaga Scorbut.

VII. *Bon* itaque fructus eſt arboris, corporis perfectè mixti organici, anima vegetativa præditi. Arbores enim & reliquæ Plantæ, *frutices*, nempe, *ſuffrutices* & *herbæ* (tot ſunt earum differentiæ) *Corpora* dicuntur *perfectè mixta animata*, ad diſcrimen inanimatorum & imperfectè mixtorum corporum naturalium. Vivunt autem plantæ, ſed non ſunt *animalia*, nec *ſentiunt*, aut *dormiunt*. Sola anima vegetativa pollent, ſpecie tamen inter ſe differunt, ſed in tantum, in quantum metalla, ut unum ſæpè in aliud poſſit tranſire. Non enim plane negamus *Chryſopœiam*.

VIII. Dicuntur autem *vegetabilia* Corpora naturalia *mixta*, ad differentiam Corporum naturalium *ſimplicium*, ex quibus nempe mixta componuntur juxta *Ariſtotelem* & in quæ ultimo deſinunt, uti ante hunc expoſuit *Hippocrates* de nat. hum. *t.* 17. & 12. & 13. ex qua tamen deſcriptione numerus *Simplicium* quaternarius non tam facilè emergit, ut exinde Dn. D. *Ioh. Dan. Horſtius*, Philoſ. & Medic. Excellentiſſimus, hujus Academiæ Profeſſor Med. Prim. per multos annos, & nunc Collegii Medici Francofurtenſis Senior & Archiater Haſſiacus meritiſſimus, in elegantiſſima ſua *Phyſica Hippocrateâ* elementa *principalia* duo p. 25. aſſerat *Aquam* & *Terram*, & duo *minus principalia* aut potius ligamina *Ignem* æſtimet & *Aërem*. Et hinc in dubium vocant quidam *tria principia Chimica* Sal, Sulphur, Mercurium, tum quod non omnia corpora *mixta* in illa tria poſſint reduci: *tum* quod *plura* corpora mixta in *plura*, quam in illa tria reſolvantur. *Hoc* probare nituntur, quod in tria liquida *phlegma, ſpiritum, oleum*; & duo ſicca principia, *ſal fixum* & *volatile*, v. g. C. C. Tartarus, Succinum, Urina & multa alia reducantur: *Illud* verò, quod nullus Chimicorum etiam Adeptorum probaverit, ſe in *Sal*, *Sulphur* & *Mercurium*, tanquam prima principia, Aurum unquam v. gr. Talcumve redegiſſe. Quid nos ſtatuamus de numero *principiorum* corporum naturalium, in conflictu exponemus.

IX. Quomodo autem paretur *potus Coffi*, nunc exponendum penitius: Superius quidem mentio facta eſt, ſed non ita ſpecialis. Fabæ *Bona* fructus arboris depictæ A. aſſantur in depicto ferreo Inſtrumento lit. B. per quod, fabis illis excorticatis *b.* repletum, & operculo C. tectum, tranſire poſſit veru, quo illud ad ignem agitetur, donec aſſæ ſint contentæ fabæ. Pulvis ita toſtus in aquam ferventem projicitur, liquorque inde tinctus calidè jejuno ſtomacho cum pauxillo ſacchari ſorbillatur. Francofurti, ubi in uſum Medicum primus illum potum induxit, & aliquot ægris cum ſucceſſu propinavit Dn. D. *Horſtius*, ſupra laudatus, in libra una aquæ ferventiſſimæ infundunt duas drachmas aut tres pulveris toſti.

X. Virtutes hujus *Potus Coff.* ſuperius in genere expoſitæ ſunt, in ſpecie verò *Arabs* quidam Medicus *Oxonii* in Anglia edita *deſcriptione*, apud *Henricum Halle* 1656. ſequentia enarrat. Fructus *Bon* (ait) colligitur in menſe *Ab*, fructus eſt inſtar fabæ (*a*) quæ enucleata dividitur in duas partes. (*bb.*) Flores ejus ſunt albicantes. Calida eſt hæc faba in primo gradu, & ſicca in ſecundo, quoad corticem. Nucleus verò temperatus planè eſt & modicè ac amicè exiccans. Ipſe potus utilis eſt in catarrhis, deſtillationibus pectus occupantibus, ſuppreſſione menſium & urinæ, ebullitione ſanguinis, & debilitate virium. Et tale encomium hic potus nactus quoque eſt in *Dania* & *Suecia*, ibidem nunc Magnatibus etiam familiaris.

XI. *Lutetiæ Pariſiorum* jam modo in multis tabernis publicis potum *Coffe* vendunt, cum ſeq. elogio,

*Les tres-excellentes vertus de la Meure appellée Coffe.*

Quod Latinè redditum ſic ſonat.

Coffi morum eſt in Arabiæ deſertis locis tantum creſcens, unde in totam Magni Turcarum Imperatoris Dominationem transfertur: Ipſius potus exſiccat humores frigidos, flatus diſcutit, hepar corroborat, hydrope laborantibus opitulatur: ſingulare eſt remedium contra ſcabiem & ſanguinis corruptionem, cor refrigerat pulſumque ejuſdem vitalem temperat; iis auxilio eſt quibus afficitur ſtoma-

ſtomachus quibuſque ciborum appetentia deficit; præterea feliciter exhibetur in cerebri intemperiebus, frigidis, humidis & gravantibus; ipſius fumus, fluxionibus ad oculos auriumque ſuſurris medetur: Efficax inſuper exiſtit remedium in anhelatione, fluxionibus ad pulmones, lienis doloribus & verminoſa intemperie: Solatium ſingulare præbet iis qui cibos & potum copioſius ingeſſerunt fructuſque multos crudos vorarunt.

Uſus quotidianus in aliquod temporis ſpatium protractus, demonſtrabit quæ hactenus enarrata ſunt.

Prodeſſe nempe contra flatus, debilitatem hepatis, hydropem, bilis abundantiam, ſanguinis corruptionem, cordis debilitatem, ſtomachi dolorem, anorexiam, cerebri debilitatem, defluxiones ad pulmonem, oculorum & aurium, dolorem lienis, &c.

XII. Inter alios potus, ait *Rauvvolffius* ſuperiùs allegatus, Turcæ utuntur potu quem magni æſtimant, & *Chaube* dicunt, quique colore atramentum æmulatur, & admodum conveniens in affectibus præprimis ventriculi: ſolent liquorem hunc tempore matutino publicis etiam in locis ſine omni nauſea aſſumere, ex ſcutellis argillaceis, & porcellinis, ſæpius labra admovent, parcè tamen bibunt, ordinem ſedentes in circulo obſervantes; compoſitionem hujus liquoris ingrediuntur fructus quidam *Buncho* ab incolis dicti, exterius magnitudine & colore Baccas lauri æquantes, duabus tenuiſſimis tunicis induti, ſecundùm illorum relationem, ex *India* allati, quoniam hi exigui ſunt pretii, & intus duo grana flavi coloris, diverſis in duabus capſulis incluſa tenent, inſuper etiam viribus, nomine, colore *Bancha* Avicennæ & *Bunca* Raſis Almans, in totum ſimilis eſt; hos eſſe ſtatuo, tamdiu, donec à Viris doctiſſimis meliora perdoctus fuero, hic potus illis admodum familiaris eſt, quapropter etiam multi illorum in hoſpitiis publicis vendentium & mercatorum de fructibus mercaturam facientium in Batzar inveniuntur. Inſuper illum adeò ſalubrem eſſe probant: ut nos vinum abſynthites vel alia vina medicata.

XIII. Amſtelrodami *Iohann. Ains-vvorth* multis elogiis hoc anno hunc potum vendit, quod humidum radicale conſervet, ventriculum roboret, oculorum morbos tollat, doloribus capitis medeatur, catarrhos ſolvat, paralyſi, podagræ, hydropiſi, & ſcorbuto reſiſtat, calculum frangat, prægnantibus proſit, &c.

XIV. Excellentiſſ. verò *D. Simon Pauli* Potum *Coffi* planè damnat *in Comm. de abuſu Tabaci & Herba Thée* pag. 38. quod corpora & animos effœminet, non quidem quod hic potus adeo refrigeret, ſed quod ſulphure proprio inſtar *Tabaci* & *Agni caſti* clanculum & ſenſim exiccet, pag. 46. Aſt loquitur & ſcribit de *abuſu* Clariſſimus Vir, aliàs *Rhabarbarum*, *China*, *Saſſafras*, & *Santalum* quoque aliaque medicamenta extra *Europam* nata, in exilium forent ableganda. Abuſum potus *Coffi* & nos non minùs improbamus, quam abuſum *vini*, Uſum verò retinemus, cum compertum habeamus, multos à potu *Coffi* modicè & debitè, manè nempe jejuno ſtomacho cum paux llo ſacchari ſumpto, benè habere, & feliciter experiri, potum illum ſtomacho prodeſſe, catarrhos ſiſtere, totumque corpus roborare. Concludimus itaque cum *Veſlingii* Præſtantiſſimi effato, *Europæis* hoc medicamentum non eſſe inutile aut noxium, quo ipſo huic diſſertationi impoſitus eſto hac vice finis.

## ¶ *CII. Lignum Colubrinum.*

Lignum ſerpentarium, Clematitis Indica, C. B. 2. Ligni Colubrini alterum genus Garziæ, *Trag.* & *Claſ.* Lignum colubrinum, *Tab.* Germ. Grießholß. bois de Coluvrier ou couleuvre. *Serpentin-vvood.* Vergift-hout/ Slangen-hout. [Indis Comexi.]

Advehitur ex Inſula Zeilan. Eligendum amarum, non carioſum, grave.

Vires. *Calidum eſt & ſiccum (ut amaror arguit) abſtergit, morſibus ſerpentum, aliiſque venenis medetur: bilem ac mucilaginem per alvum (nonnunquam etiam per vomitum educit) unde uſus præcip. eſt in febribus intermittentibus, tertiana ac quartana: Lumbricos necat ac fugat. Extrinſecus maculas cutis abſtergit.*

### PRÆPARATA.

*Extractum*, cum ▽ Centaurei vel ſimili factum. *Doſis ad* Scrup. j.

HOFMAN. *Colubrinum Lignum.*] *Lignum Serpentarium.* Hujus nomine plures veniunt plantæ, eò quod mirificè ad colubrorum morſus virulentos & ictus faciat. *Tria ejus genera* in Inſula Zeilan reperiri teſtatur *Garcias ab Ortâ*, eadem deſcribens. *Secundum Ejus lignum colubrinum* depictum Cluſio *ſcandens* dicitur vid. *Dominic. Chabræus in ſtirp. iconibus Sciagraph. p.* 123. & 124.

N. Quæ *Garcias ab Ortâ*, inquit Olaus Wormius *in Muſæo* p. 168: *De ligno Colubrino* ſcripſit, dum confero cum fragmentis ex Inſulâ Zeilan mihi allatis, dubia ſuggerunt non pauca. Primò quod plantam duorum ſaltem aut trium palmorum altitudine aſſurgere ait, vix videtur probabile. Cùm mihi radicis fruſtum ſit quod in diametro unciam ſuperat, tam grandem radicem tam exilem præbere plantam vix veroſimile. Niſi *Garcias* plantam ſaltem viderit, primò emergentem, quæ ad juſtam magnitudinem non pervenerit. Nec ſolùm tenues, ut aſſerit, radices habet, ſed & craſſas, adeò ut brachium pueruli craſſitie æquet, quod docet fragmentum alterum, quod poſſideo. Quod unciæ pondere in febribus exhiberi, ait, tritum & aquâ maceratum, vix rationi conſonum videtur, cùm vix eâ doſi unâ vice aſſumi pulvis poſſit, pro uncia una forſan drachma ponenda, aut vicibus non unis tantum exhibendum, aut infuſum in aqua appropriata dandum.

Advehitur ex Inſula Zeilan; Eligitur amarum, grave, reſinoſum, non carioſum.

*Vires. Calidum eſt & ſiccum &c.*) Morſibus & ictibus ſerpentum aliiſque venenis reſiſtit ejus decoctum vel infuſum. Hoc *Dnus Autor* inter cætera etiam ad febrium intermittentium curationem commendat, & hoc verum eſſe confirmat *Jacobus Bontius in not. ad Garc.* præſertim in Tymorenſibus cum delirio conjunctis, pulveriſatum hoc lignum Aloës ſuperat: Unde etiam valet ad tineas, aſcarides, lumbricos, &c.

## ¶ *CIII. Contrayerva.*

Contrayerva, radix yerva, radix contrayerva, radix bezoartica, alexipharmaca, radix contra venena, Drakena, rad. venenis adverſa, *Monar.* Gifftwurtz. Racine de Xerva, ou venimeuſe. *Yerva* or *Contra-yerva, a counterpyoſon.* Yerva/ Contrayerva/ een Vergift-wortel.

Eſt radix Iridis vel Cyperi radicibus non abſimilis, quæ annis abhinc aliquot ex Provincia Peruana Charcas apportari cœpit.

N. *Bauhinus facit ſpeciem Cyperi, vocatque Cyperum longum, odorum Peruanum.*

Eligatur denſa non carioſa, quæ aromaticum quiddam ſapit, cum acrimonia conjunctum.

Vires. *Calida eſt 2. alexipharmaca & ſudorifera, præſtantiſſimumque remedium adverſus omne venenum, cujuſcunque ſit generis (excepto Merc. ſubli.)*

*vomitione id rejiciens, aut per ſudores evacuans. Sed & amatoria pocula ex pulvere hauſto educi ferunt. Veneris etiam animalia pellit. Quin & in peſte felix ejus uſus compertus eſt, ut & morbillis nigris.*

Doſis Drach. j.

HOFMAN. *Contrayerva.*) Hiſpanis dicta, quaſi Alexipharmaca, alexiteria, quod venenis reſiſtat. Dicitur etiam Drackena Cluſio, qui hoc nominis dedit, quia eques *Fr. Drake* ex peregrinatione, quâ totum orbem circumivit, ſecum attulit. Licet *Caſp. Bauhinus in Pinac. Lib. 1. ſect. 2.* diverſas radices conſtituat contrayervam & Drackenâ, dum illam ad cyperos longos odoros refert, hanc ad cyperos longos inodoros: attamê inquit Olaus Wormius in *Muſeo* ſi Drackenæ Iconem & deſcriptionê confero cum radice, quæ contrayervæ nomine ad Nos adfertur, non poſſum, quin ſtatuam eſſe eandem. Sic enim deſcribit Cluſius ſuam Drackenam *Exotic. Lib. 4. Cap. x.* ſemiunciali magna ex parte eſt craſſitudine, prælonga ſubinde in nodos & inæqualia capita extuberans, atque in ſummis capitibus veluti ex craſſis ſquamis contexta *Dentariæ* [illegible] ferè ad inſtar, interiore parte alba, tenues fibras hinc inde adnaſcentes habens, quaſdam craſſiuſculas & majuſculas, duras & lentas, ex quibus alii dependent nodi, nullo manifeſto odore, ſapore nonnihil adſtringente & linguam exiccante initio, diutius verò manducata tenuem ſuavemque acrimoniam in ore relinquit. *Nardus Antonius Recchus Libr. 8. hiſtor. Natur. Mexican. Cap. 58.* Plantam quandam depingit ſub titulo Coanenepilli, quam ejus commentator Terentius Contrayervam eſſe putat, folia ferre aſſerit lunæ creſcentis in modum, aut ſolearum, quibus calceantur jumenta ſignata quoque clavis, luteo colore, caules volubiles, teretes, exiles, ac ornatos per intervalla prænarratis foliis. Radicem verò prolixam & convolutam minimum digitum craſſam & fibratam: Verùm dubitare me facit hujus radicis deſcriptio, quæ prolixa & convoluta eſſe dicitur minimum digitum craſſa & fibrata, qualis illa non eſt, quæ ad Nos adfertur. Herba prætereà ipſa deſcripta Convolvulum refert, non Cyperum, ad quem *Bauhinus* refert Contrayervam. *Monardes* radicibus iridis ſimilem eſſe ait, niſi quod minor ſit. Et certè eò convenire videtur, inquit Olaus l. c. quòd grumoſa exiſtat, ſuprà terram repens, & fibras multas de ſe ſpargens, quæ à ſummo ad imum graciliores evadunt. Colore exterius purpureo, interius albicante, ſapore ſubdulci, adſtringente cum acrimonia aromatica. *Cl. Simon Pauli in Quadrip. botanic. Claſſ. Secund.* p. 40. Noſtratis Caryophyllatæ radicibus ſimillimam eſſe ſcribit, pro fundamento habens cum Cluſio, ut ſuprà diximus, cum Drackena radice nominata eſſentia convenire.

Aliquot abhinc annis ex Provincia Peruana *Charcas* apportari cepit. Eligenda denſa non carioſa aromatici ſaporis cum acrimonia conjuncti.

*Vires. Calida eſt, alexipharmaca &c.*) Teſtatur Cluſius ſe ab *Elioto* accepiſſe, folia Contrayervæ eſſe præſens venenum, ipſam verò radicem non modò illius veneni, ſed aliorum etiam eſſe antidotum, adeò ut pulvis ejus ex albo vino ſumptus contrà omne venenum, (uno ſublimato excepto) præſentiſſimum ſit remedium, vomitu illud rejiciens & per ſudores evacuans; Cor & vitalem facultatem roborat, ſi pollinis in modum trita manè ex pauxillo vino ſumatur. Aqua vel vinum, in quibus radix ſicca fuerit impoſita, ſi quotidiè ad prandium ſumatur, à peſte præſervabit, ſplenis affectibus, Melancholia, juvabit digeſtionem, ventriculum confortando & flatus diſſipando, anodyna eſt, diaphoretica & diuretica. Unde & inter alia etiam ingreditur *Tincturam bezoardicam Dn. D. Johannis Michaelis.* Præſervat etiam à philtris & nocuis cibariis. Hæc radix melior eſt, quàm bezoar, vel Theriaca vel unicornu in ſuo effectu vid. *Nard. Anton. Recchus l. c.*

N. Ex hac in febribus malignis cum raſur. CC. decoctum fieri poteſt, item Eſſentia alexipharmaca additis aliis bezoardicis.

## ¶ CIV. *Conſolida.*

1. Conſolida ſeu conſ. major. *Vid. ſymphytum.*
2. Conſolida media. *Hac hujus loci.*
3. Conſolida minor. *Vide bellis hortenſis.*
4. Conſolida Regalis. *Vide Calcatrippa.*
5. Conſolida aurea & Sarracenica, vide Virga aurea.

Eſt { flore cæruleo. *Hac uſualior.*
{ flore purpureo. *Hac rari uſus.*

Dicitur Conſolida media, *Brunſ. Matth. Fuchſ. Tab. Caſt.* media prima, *Tab.* prunella cærulea, *Trag.* Bugula, *Dod. Cluſ. hiſt. Ger.* Bugula & prunella quibuſdam *Lob.* Conſolida media pratenſis cærulea ſeu N. 1. C. B. Gülden Günſel.

Creſcit in locis campeſtribus: floret Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Herba.*

Vires. *Utraque vulneraria eſt, tàm intrinſecus quàm extrinſecus adhibita: confert & ulcero, Epatis obſtructioni, urinæ retentioni, herniis, &c. Bretibus ut ea cum Prunella & figura ferè convenit; ita & viribus.*

HOFMAN. *Conſolida.*) *Media* ſcilicet, quæ etiam Bugula dicitur. Germ. Güldengünſel.

Creſcit in locis campeſtribus, floret Majo. Colligitur in novilunio Junii, ☉le in ♊ exiſtente manè antè ☉lis ortum.

*Herbæ fl. cærulea & fl. purpurea in uſu eſt.*

*Vires.*) Utraque vulneraria eſt, tam internè quàm externè adhibita. Unde ingreditur decocta vulneraria Chirurgorum & viribus ac figura cum prunella convenit; Externè etiam ad ulcera pudendorum venerea commendatur.

## ¶ CV. *Corallina.*

Βρύον θαλάσσιον, *Dioſcor.* Muſcus marinus, *Matth. Cord. in D. Caſt. Tab.* Corallina, *Lob. Lon.* Muſcus Maritimus ſeu Corallina officinarum, C. B. German. Meermoos/ Corallenmoos. *Corallin*, *Seaſiſh.* Koralkrupt/ Zee Moſch.

Inhæret ſcopulis & piſcium teſtis coralliſque, eo ſane modo, quo muſcus arboribus innaſcitur, optimaque eſt quæ à corallis detrahitur.

Eligatur colore, cum ſicca eſt, ſubrubeſcente, ſalſo ſapore, odore concharum marinarum ſimili.

Vires. *Refrig. & ſicc. aſtringit, incraſſat, vi lumbricos necandi & expellendi celeberrima eſt, intus & extus adhibita.*

Doſis ad Drach. j.

### PRÆPAR.

*Magiſterium:* fit cum lixivio forti, Vid. l. 2.
*Doſis* ſcrup. j.

HOFMAN. *Corallina.*) *Bryon Thalaſſion* vocat *Dioſcorides. Phycon trichophyllon Theophraſtus. Algam crinito folio Geſn. Muſcus marinus Matthiolo* & recentioribus dicitur. Item *Corallina officinarum*, quia corallis præcipuè innaſcitur. Eſt autem Lanugo capilloſa, mollis ſub aqua, extracta autem & ſiccata ob ſiliginem rigens, quædam erecta, quædam humi repens. Colore nunc albo, nunc rubeo, nunc cinereo, nunc flavo, nunc herbaceo &c.

Non ſolum Corallis, ſed & ſaxis, teſtis & aliis concharum fragmentis adnaſcitur; Quæ Corallis inhæret præfertur, poſteà quæ ſaxis, & coloris eſt vel albi vel rubicundi, cinerea improbatur.

*Vires. Refrig. & ſicc. adſtringit, incraſſat, &c.*) Lumbricos enecandi & expellendi vim obtinet; ſed videndum, ne ſit inveterata & exoleta.

## ¶ CVI. *Coriandrum.*

Κόριον ἢ κορίαννον, *Dioſcor.* Coriandrum, German. Coriander. Coriandre. *Coriander.* Coriander.

Eſt C. B. { 1. Majus. *Hoc uſuale ſolum.*
{ 2. Minus teſticulatum. } *inuſitata.*
{ 3. Sylveſtre. }

Inſignitur Coriandrum, *Brunſ. Trag. Fuchſ. Matth. Cord. hiſt. Lon. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.*

Colitur nobis in hortis, ſolo gaudens pingui: floret Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Semen* granoſum, quod primum halitum gravem halat

halat, reſiccatum autem ſuavem acquirit odorem.

Vires. *Stomachicum inprimis eſt, calf. & ſicc. ad gr. 3. adſtring. Hinc celeberrimum in laxitate ſtomachi, ſi poſt cibum aſſumatur, claudit enim ventriculum, exhalationeſque ſupprimit, quo minus caput graventi ructuſque producant.*

## PRÆPARATA.

1. *Præparatum.* Præparatur ſem. Coriand. maceratione per noctem in ✢ dein exiccatur.

N. *Præparatio hæc fit ob caſtigationem qualitatis noxiæ (crudioris & excrementitiæ) quam tamen & areſcentia amittit.*

2. *Confectio.* Ex ſemine præparato.
3. ▽. *ſtillat.* Rari uſus eſt.
4. *Oleum.* cum ▽ aſcendit.

HOFMAN. *Coriandrum.)* κόριον, κορίαννον Græci vocant. Latini Corium, Corianum, Coriandrum &c. Huicque nomen fecerunt Cimices, quod inſectum *Corim* vocatur, quod eos oleant Coriandri caules & folia.

Eſt autem vel *vulgare ſativum* & abſolutè dictum, quod *majus* etiam vocant, vel *ſylveſtre*; Illud creſcit in hortis; Cujus folia primum aniſi aut petroſelini, poſt verò ad chamæmelina accedũt, cimicum fœdo odore. Umbellæ florum ex purpureo candicantium, petroſelini umbellis ſimiles. Semen exactè rotundum, odore & ſapore aromatico grato. Caulis bicubitalis & major, gracilis, ſtriatus, ſolidus. Radix rara eſt, tenuis, candida, ſimplex, ac paucis fibris donata. *Coriandri ſylveſtris* folia ſunt vulgaris ſativi foliis paria, ſed minora. Umbellæ etiam floribus ex purpureo candicantibus, quibus diſcuſſis ſemen oritur rotundum, hoc peculiare habens, quod duplex ſit in ſingulis pediculis; odoris aromatici grati. Radix hinc ſingularis eſt tenuis & non altius demiſſa. Caules multos edit, quinque angulis conſtantes, ſolidos, geniculatos, ramis incerto ordine ex geniculis prodeuntibus.

Colitur Nobis in hortis, ſolo gaudet quadantenus ſicco. Floret Iulio.

*Semen granoſum tantùm in uſum cedit.*

*Vires. Calef. & ſicc. adſtring.* &c.) Magna de hujus facultatibus inter Doctores agitatur controverſia, dum alii vim refrigerantem ei adſignant, ut *Dioſcor.* & *Avicenna*; Alii ut & *Autor noſter* cum *Galeno* calid. & ſicc. Nonnulli planè virulentam ac deleteriam ipſi attribuerunt. Verùm Nos à *Galeni* ſtamus partibus, calefacientem & ſiccantem ei adſcribentes virtutem; Licet enim crudum & recens halitum expiret gravem, dum multa ſcatet humiditate ſylveſtri exoticâ & excrementitiâ, inde tamen non ſequitur illud frigidum ac virulentum eſſe, ut veterum Nonnulli voluerunt; Exſiccatum enim ſemen inſigne eſt ſtomachicum, facultatem habens gratam carminativam, illiſque commendatur, qui ob ſympathiam ventriculi aut ignotam actionem Regiminis juxtà Helmontium Cephalalgiâ laborant.

Præparata. 1. *Præparatum.* Præparatur ſem. Coriandri maceratione per noctem in aceto, dein exiccatur. Hîc quæritur, an rectè? quia ſemen Coriandri aceto affuſo imbutum & iterum exſiccatum videtur ejus vim carminativam & balſamicam amittere, ut poſtmodum remaneat Coriandrum potioribus ſpoliatum virtutibus, *uti Cl. Zwelfer. judicat, in animadverſ. ad. P. A.* p. 410. Sed hîc excipit *Dnus Luc. Schrœckius in P. A. R. ſive E. A. Claſſ.* 20. p. 425. Certum quidem eſſe, Coriandrum à multis inter venena referri, ſed non venenorum propriè ſic dictorum numerum ingredi, verùm ejus noxam conſiſtere in cruda viriditate, & immodico uſu; Pro qua ſententia ſtabilienda allegat *Galen. Lib. 2. de antidot. Cap. 7. Roderic. à Fonſecâ de Sanitate tuendâ* Cap. 18. *Proſper. Alpin. de Plant. Ægypti* Cap. 24. Verùm nec ipſi *Zwelfero* unquam venit in mentem, ſtatuere viride ſemen coriandri propriè ſic dictum eſſe venenum, ſed refutando *Galenum, Dioſcoridem* & alios, qui pro veneno habent, ipſe conſentit noxiam ejus qualitatem, ſi qua ineſt, à crudâ ejus excrementitia qualitate, immodico uſu dependere; Utrum verò hæc rectius aceto affuſo, an verò nudâ exſiccatione corrigatur, in controverſiam venit. Nos cum *Cl. Dno Zwelfero* & *Autore Noſtro* ſtatuimus, hanc qualitatis noxiæ crudæ excrementitiæ correctionem melius areſcentiâ, quàm aceti maceratione & iterum exſiccatione ejus peragi, ratio, quia hâc vis ſeminis Coriandri carminativa & balſamica non deſtruitur, ſed conſervatur; illâ autem potiore ſuâ virtute carminativâ & ſpirituoſâ ſpoliatur, dum acetum partes oleoſas, volatiles ac ſpirituoſas figit, & in aliud ens traducit, uti experientia mechanica quemvis edocere poteſt.

## ¶ CVII. *Cornus.*

Cornus, German. Cornerbaum/ Welſche Kirſchen. Cornoille, *Dog-Tree*, or *wild-cherry-tree.* Cornoelieboom.

Eſt
- Mas
  - hortenſis, ſativa. *Hæc uſualis*
  - ſylveſtris.
- fœmina. *Lon.* ſylveſt.

Indigitatur Cornus. *Brunf. Trag. Matth. Lon. Dod. Lob.* Cornus mas, *Tab.* Cornus ſativa & mas. *Cord. in D.* Cornus vulgaris mas, *Cluſ. hiſt.* Cornus hortenſis mas, C.B. 1.

Florere incipit initio veris: colitur in hortis.

## OFFICIN. NAT.

*Fructus*, rariſſimè *Folia.*

Vires. *Utraque refrigerant, exiccant, aſtringunt, conſtipant. Hinc conveniunt præcipuè in diarrhæa & dyſenteria. Exhibentur fructus exiccati & pulveriſati ad Drach. 1.*

## PRÆPARATA.

1. *Condit. fructus*, cum ſaccharo l. a.
2. *Rob. de Cornis.* Vide Diſp. Auguſt. Ex ſucci pulpæ p. ij. & ſacch. p. 1.

HOFMAN. *Cornus.*) Germ. Cornelbaum. Eſt autem vel *mas*, vel *fœmina*. *Mas* vel *urbana* vel *ſylveſtris*. *Fœmina* eſt mollis & medulloſa. Hanc & virgam ſanguineam *Plinii* pro uno eodemque agnoſcunt *Geſnerus*, *Bellonius* & Alii. Sed non ſic omnibus videtur.

Cultum reſpuit & tam in humidis quàm ſiccis locis naſcitur.

Floret Februario & Martio, nonnunquam antequam folia erumpant.

Fructus verò in Autumno maturat, qui etiam in uſum venit.

## ¶ CVIII. *Corylus & Avellana.*

Corylus Haſelſtaude. *Noiſette. Hazel-Willows Hasle-Tree,* or *Hasle-Nout. A Filberd.* Wilgenboom/ Haſelarboom/ en Haſſelaernoot lang en ronde.
- Noſtras
  - ſativa
    - fructu albo minore *Corylus vulgaris.*
    - fructu majore
      - rotundo maximo.
      - oblongo rubente.
  - ſylveſtr. fructu eſt minore, albidiore & rotundiore, quam nativa.
- Peregrina
  - Humilis.
  - fructu purgatrice Monard.
  - fructu oſculi trifidi, &c.
  - *Noſtratibus non ſunt uſuales.*

Ex his officinis in uſu veniunt noſtrates coryli, quæ deſcribuntur ab authoribus vel coryli vel avellanæ titulo, &c. Præfertur autem fructus oblongus rubens in compoſitionibus.

Solo gaudet arenoſo & opaco.

## OFFICIN. NAT.

*Lignum, Fructus & Viſcum.*

Vires. *Lignum per ſe raro officinale eſt, nec aſſervatur, niſi pro parandis inde ſpiritu ac oleo. Adhibetur autem corylus ſylveſtris.*

N. 1. *Serpens virgâ corylinâ percuſſus torpeſcit, unde conjectare licet, facultate antiſerpentinâ corylum abundare.*

N. 2. *Faciunt ex ejuſdem coryli ſylveſtris bifido ſurculo virgulam quâ metalla ſcrutantur.*

(Viſcum. Haſelmiſtel. Du Viſc, glu, ou guy de Noiſettier. *Miſcdeo of Hazel* or *Haſelnutrée.* Lym van Haſelaerboomen. Inter antiepileptica refertur.)

Fructus avellanæ (λεπτοκάρυα) exhibent uſui medico, *nucleum, putamen & membranulas.*

*Nuclei*, teſte Gal. l. 7. ſimpl. med. plus habent eſſentiæ terreſtris ac frigidæ, quam juglandes. Veneris reſiſtunt venenoſorumque animalium ictibus, (cum ruta & ficubus impoſiti,) ex mulſo hauſti veteri tuſſi medentur, urinæ odorem mitigant.

*Putamen* crudum in pulverem contritum aſtringit, obſtruit ac proin ſiſtit diarrhæam, albaque fœminarum profluvia. Quercetanus ſpecificum antipleuriticum inde facit, cum corall. rub. & mandibul. lucii.

*Membranulæ* nucleum ambientes ejuſdem cum putamine ſunt facultatis, eidemque præferendæ.

(Iulorum farina vere colligi poteſt pro Epilepticis.)

## PRÆPARATA.

Ex ligno. 1. *Spiritus* fit per Retortam igne nudo ex ſarmentis exiccatis.

(Acetum deſtillatum ligni Coryli ad gonorrhæam in lue venerea utile.)

2. *Oleum* fit itidem per Retortam vel per deſcenſum.

Vires. *Vim habet utrumque calfacientem, incidentem, anodynam, antiepilepticam ac præcipuè odontalgicam.*

N. *Sunt qui oleum ligni Heraclei Rulando dictum autumant, nec ſine cauſa quidem. Etenim non modo viribus iiſdem celebre eſt, quas Rulandus oleo ſuo Heracleo adſcribit, ſed & nominis rationem habet. Corylus enim, quia primum ex Heraclea Ponti in Græciam tranſlata fuit, heracleotica ſeu pontica dicta eſt, adeoque & nuces heracleoticæ.*

## PRÆPAR.

Ex avellanis *Oleum expreſſum.*

Vires. *Articulorum dolores inunctum juvat.*

N. *Ingrediuntur etiam nonnullas compoſitiones alexipharmacas, ubi præferendæ ſativæ, rubeſcentes & præcipuè oblongæ, ut dictum ſupra.*

HOFMAN. *Corylus & Avellana.*) German. Haſel-Staude. De hujus differentiis vid. *Dnum Autorem.* Montes amat Corylus & in plana etiam deſcendit, gaudet humido ac argilloſo ſolo.

Lignum, Fructus & viſcum in uſu ſunt.

*Vires. Lignum per ſe &c.*) Ex hoc *ſpiritus* & *oleum* præparatur in inſultibus epilepticis magnarum vitium, etiam à veneficio ortis. Colligendum autem tunc lignum eſt ☉ in ♈ exiſtente duobus vel tribus diebus ante novilunium.

Recip. Ligni corylini (in quo viſcum ſtetit) inciſi in taleolas ſ. q. hiſce imple retortam ad dimidias, inde fornaci & aperto igne destilla primò liquorem acidulum & deinde oleum craſſum, ſepara oleum per filtrum à liquore & rectifica cum alc. viv. per Aren. Non deſunt, qui oleum hoc ligni Heraclei oleum Rulando dictum non ſine cauſâ ſtatuunt. Eſt enim egregium Medicamentum contrà morbum caducum, & contrà vermes, quos non ſolùm necat, ſed etiam per ſeceſſum educit. Vermes hoc oleo conſperſi ſtatim moriuntur: Item in partu difficili commendatur pro ſingulari arcano, ſed tamen non in nimiâ quantitate adſumendum eſt. Ejicit etiam fœtum mortuum & ſecundinas retentas, vermes dentium etiam eradicat & pediculos fugat.

N. 1. Serpens virgâ corylinâ percuſſa torpeſcit, unde patet, corylum vi anticolubrinâ abundare.

N. 2. *Faciunt ex ejuſdem coryli ſylveſtris bifido ſurculo virgulam, quâ metalla ſcrutantur.*) Vocatur hæc *virgula Divina* ſeu *Divinatoria*, cujus beneficio latentes metallorum venæ inveniuntur. Nonnulli bifidum, ut *Autor* ſcribit, Coryli ramuſculum adhibent, utrumvis ejuſdem cornu manu alterutrâ tenentes: Alii ſurculum corylinum (quem totum unico anno enatum quidam expetunt) cujuſvis alterius ligni baculo alligantes, cum eo vice ſcipionis, per locos quos metallorum feraces ſuſpicantur lento paſſu obambulant. Et ſi forte mineræ metallicæ inſtiterint, aiunt indubitato indicio baculum ſeſe verſus ipſam incurvaturum. Aliqui metallis familiariter adſueti quodnam metallum in vena præcellat hinc cognoſci poſſe aſſerunt, ſi variorum metallorum fruſtula in eâdem manu cum virgulâ ſucceſſivè teneantur: quippe ſimul ac illud quo vena potiſſimum abundat, manui imponatur, fortius virgulam flecti, quàm ſi alia metalli ſpecies unà cum ipſâ in manu teneantur. De hoc experimento quid ſtatuendum ſit vid. *Athanaſ. Kircherus Libr. 3. Magnetis Mundi part. 5. c. 3. p. 635. Nobiliſſ. Anglus Robertus à Boyle in tentamin. phyſiologic.* p. 129. Cum autem modò laudati *Kircheri* allegata admodum curioſa ſint, lubet totum contextum hic annectere. Hic quæri poſſet, utrum aliqua vis naturalis Corylo inſit, qua metalla petat ab eis attracta? Ut autem hæc difficultas, inquit, melius enodetur, ſciendum eſt, Mineras ſubterraneas continuò quoſdam halitus exſpirare, quibus pro metallorum diverſitate, diverſimodè quoque & terra & plantæ alterantur: Adeò ut metallognomones vel ex ſolâ plantarum conſtitutione, & qualitate in interioris montium qualitatis venarum cognitionem devenire poſſint. Halitibus enim ex ♁nio, auripigmento, &c. exſpirantib. omnes plantas aduri & conſumi neceſſe eſt, præter quaſdam, quæ hoc halitu veluti roborantur, unde montes glabri & ſteriles plerumq; metalli latentis alicujus indicium præbent. Indicium quoque latentis venæ erit, ſi arborum folia tempore verno liquida ſint, aut ſubcœrulea, ſi rami, præſertim ſuperiores infecti nigrore, aut alio colore minus naturali, ſi ſtipites bifidi, ſi rami nigri, aut diſcolores, ea namque opera faciunt, calidi & ſicci veterum halitus, qui ne radicibus quidem arborum parcunt, ſed eas adurentes prorſus infirmas reddunt. Dubium igitur nullum eſt, plantas metallicâ qualitate continuis montium exhalationibus imbutas aliquam ad ipſa metalla, ſuprà quorum venas creſcunt, ſimilitudinem fundare. Difficultas ſolum eſt, utrum hæc ſimilitudo attractum cauſetur. *Th. Paracelſus* primò in eâ opinione fuit, unde ſuadet diverſa metalla diverſis virgulis inquirenda, eò quod ſi nulla ſit planta, quæ non habeat metallum aut minerale quoddam ſibi appropriatum, in quod naturaliter feratur. Hinc ait; Corylum ſuper argenti venam creſcentem naturaliter venas argenti appetere: Ita virgam fraxineam æri virgulam ex piceaſtro plumbo reperiendo conferre, eò quod dictæ arbores dictis occulto quodam conſenſu reſpondeant. Addit, juniperum, hederam, Caprificum, *Pinaſtrum*, & omnia aculeata maximè metallorum ſocietate gaudere, atque ideò ut plurimum latentium venarum ſignum eſſe. Verùm hanc virgularum divinarum inclinationem ex vi quâdam magneticâ, quâ plantæ occulto veluti motu in ea ferantur provenire, non credit *Kircherus*, cum hujuſmodi virgulæ dictis metallis, cum quibus amicitiam habere dicuntur, applicatæ, quantumvis exactiſſimè & leviſſimè æquilibratas, nullum tamen inclinationis effectum præſtare experimento à ſe facto non ſemel compererit, quem tamen æquè præſtare deberent ac ſuprà venas expoſitæ. Sed hujus inclinationis, ſi quandoque contingat, hanc cauſam reddit. Vapor aut exhalatio metallica per radices arboris hauſta, ramorum foliorumque humori conjuncta conſtringitur, cum autem omnis vapor conſtrictus & ſolutus graviter, fit ut continuo augmento vaporis metallici prægravatum lignum & incurvatum ſe veluti inclinet; hac ratione Virgam Alcinam ad latentes aquas ſcrutandas præparatam, dum vaporem exeuntem è terrâ avidè imbibit, tandem eò prægravatam inclinare videmus. Cujus rei argumentum hoc ſatis præbet, quod non quovis tempore, ſed ante meridiem ut plurimum, dum vapor eſt copioſior, hæc effectum præſtet, meridiano utpote vapore conſumpto non item: tunc enim virgulam alcinam paulò antè inclinatam in

æquilibrio

æquilibrio conſiſtentem reperies. Id quod libra quoque experieris, ſi enim bilancis vacuæ æquiponderantis unam partem ollæ aqua calida refertæ, altera extrà vaporem conſiſtente imponas notabiliter lancem ollæ impoſitam rorido vapore infectam alteri præponderare cognoſces ? conſumpto verò vapore aut exſiccato ad æqualitatem redigi. Hinc quædam herbæ ſuper mineras creſcentes dicuntur glaciare mercurium, Crocus in ſulphureis montibus creſcens eorum vi imbutus ſtannum aureo colore tingit. Hinc patet quoque cur ſubinde inter cortices arborum copioſus mercurius reperiatur ? *Hæc Kircherus.*

N. *Viſcum corylinum* epilepticis aliiſque capitis affectibus ob noxiis querno longè utilius eſt. Hoc in *corylo* non naſci ſcribunt, niſi poſt annum centeſimum. *Henricus ab Heer. Libr. I. obſ. 8.* Ex hoc componitur etiam *Unguentum ad veneficiorum* infringendam vim mirabile, ejus hæc eſt deſcriptio. Recip. adipis canis benè liquatæ & mundæ ℥ iv. adipis Urſi ℥ viij. Caponis ℥ xxiv. tres truncos viſci corylini virentis fruſtatim ſectos & contuſos, dum humeſcant, contunde autem ſimul lignum, folia, baccas. Miſce in phiala, quam ſoli novem ſeptimanis cum expoſueris, vireſcentem balſamum extrahes, eoque veneficiatorum corpora, loca maximè dolentia & juncturas inungendo certo curabis experimento. *Karrichter.*

N. 2. *Corylum* in furno ſeu clibano benè expurgato in cineres recentem adhuc combure, & accuratè combuſtos per cribrum trajice. Et indè ægrum, de quo ſuſpicio eſt, nocte media ſuper cineres mingere jubeas, vaſque lotio plenum lento igni impone, ut vaporum ſpecie exhalet liquor, & ſi Morbus magicus, tunc in reſiduo cinere crines inveniuntur. *Thom. Bartholin. Centur. 5. hiſtor. 35*

*Fructus Avellanæ* ποντικάρια ſuppeditant uſui *Nucleum putamen & Membranulas.*) *Fructus* ingrediuntur *Confectionem Looh de Pino* ob bechicam qualitatem, venenis etiam reſiſtunt, & venenoſorum animalium ictibus medentur, urinæ ardorem mitigant, ſperma gignunt &c. Ejus oleum expreſſum furfuribus capitis delendis utile eſt. Putamina pulveriſata ob vim ſuam adſtringentem medentur omnibus alvi profluviis & albo mulierum fluori. Sunt etiam ſpecificum anti-pleuriticum. Membranulæ iiſdem gaudent viribus.

## ¶ *CIX. Coſtus.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Κόςος, Coſtwurtz. | verus | amarus / dulcis | *hic officinalis.* |
| *Coſtus.* Coſtus. | falſus | | Coſtus, *Matth.* & *Lon.* id eſt, Panax coſtinum, pſeudocoſtus. |
| | | | Coſtus Hortenſis minor, *Geſn.* id eſt, Ageratum. |
| | | | Coſtus Hortor. *Lob.* i. e. Mentha. |

N. *Officinæ in dulcem & amarum dividunt, quam diviſionem non diverſæ ſpeciei, ſed diverſæ ætatis Cluſius non ſine cauſa ſtatuit. Nimirum recentiores herbæ dulciores, cum vetuſtate tandem amareſcunt.*

Coſtus verus officinis noſtratibus uſitatus, eſt cortex extrinſecus cinereus, intrinſecus candicans, C. B. 6. & 7.

Eligatur coſtus recens, denſus, odoratus, ſubamarus, non carioſus.

Coſtus amarus dicitur, Helenii Comagenii radix, *Cord. in D.* Coſtus comagenius, adulterinus officinar. *Lob.* coſtus officinar. amarus, *Lon. Caſt. Tab.* coſtus amarus officinarum ſeu Helenium comagenium, *Dioſcor.* C. B. 6.

Coſtus dulcis dicitur, Coſtus dulcis officin. *Lon.* ſed adulterinus, *Tab.* coſti pharmacopolarum ſpecies major. *Cam. in Matth.* coſtus dulcis officinar. centaurio magno cognatus, C. B. 7.

Vires. *Stomachicus, Epaticus, Uterinus ac Nephriticus eſt, calf. ſicc. 3. atten. aper. diſc. Hinc convenit in colica, obſtructis menſibus & urina, hydrope, paralyſi.*

PRÆPARAT.

1. *Oleum coſtinum* Meſuæ. Vide Diſpenſ. ex coſt. p. ij. caſſ. lig. p. I. major, p. 8. cum vino ac oleo ſeſamino.

N. *Febrilem rigorem ſpinæ inunctum mitigat.*

2. *Pilulæ marcocoſtinæ.* Vid. l. 2.

3. *El. caryocoſtinum.* V. D. N.

HOFMAN. *Coſtus.*) *Dnus Autor* varias Coſti ſpecies in medium producit l. c. ſed Iacobus Bontius in notis ad *Garciam ab Ortâ* unicum tantum Coſti genus adſtruit, & dicit Vetuſtiores Medicos ſua Coſti genera magis à carie & vetuſtate corrupta diſtinxiſſe. Planta peregrina eſt, inquit *Dominicus Chabræus* l. c. p. 246. à Veteribus quidem celebrata, ſed ſuis lineamentis nuſquam accuratè deſcripta, unde vera illius dignotio nondum perfectè recentioribus patuit. Omnes quidem uno ore radicem eſſe ſtatuunt, ejuſque fruticem nullo eſſe quàm radice pretio; ſed ex quânam ſtirpe & an ex unâ tantum vel diverſis, nullus adhuc indubitanter aſſeruit.

Triplex *Coſti* genus facit antiquitas, *Arabicum, Indicum & Syriacum*, juxtà *Dioſcorid.* & Serapion. *Arabicum & Indicum Avicenna* quidem habet, ſed pro *Syriaco Tertium* amarum eſſe dicit & gravis odoris, qui *Caryophyllata* nominetur. Sic ille dulcem etiam agnoſcit cujus tamen alii non meminêre, nec in rerum naturâ datur, licet officinæ cum *Autore Amarum & dulcem* faciant. De *Hujus Synonymis vide Autorem* p 54.

N. Ante annos non ita multos, inquit *Olaus Wormius* in *Muſæo* p. 176. ad Nos adferri cortex cœpit aromaticus, qui notis & facultatibus proximè ad *Coſtum* Veterum accedit, quem quidam *Canellam* albam, quidam *Coſtum* Arabicum vocant; Ille eſſe videtur, quem *Monardes Cap.* 26. Ligni aromatici vocat, ex Inſulâ *D. Johannis de portu divite* allati, cujus odor & ſapor adeò aromaticus & excellens eſt, ut macim aut Nucem myriſticam longè ſuperet, imò canellam odoris ſuavitate, ſapore canellam, zedoariam & piper. Quocircà rectè in Notis monet *Cluſius* corticem potius aromaticum, quàm Lignum dici debere, atque ab Eo *Libr.* 4. *exotic. cap.* 3. ſub nomine canellæ albæ accuratius deſcribitur. Exterior cortex tenuior eſt, poroſior, ſed valde rugoſus, aſper ac multis rimis hians, multiſque ſinubus ſecundum longitudinem corporis, obliquè & inæqualiter diſpoſitis, planè cortici exteriori ſambuci colore & figura ſimilis. Sub eo interior, craſſior, ſolidior latet coloris cinerei albicantis, in quo acrimonia major. Interior hic præ exteriore commendatur, & planè eſt aromaticus, ſuavitatem cinamomi, acrimoniam piperis, caryophyllorum ex parte ſaporem obtinens, adeò, ut ex omnibus fermè aromatibus aliquid participare videatur.

Adfertur ex *Virginiâ, Moluccis, Iavâ Inſulâ, Barbados &c.* Sed ex quâ Arbore hic cortex petatur, non conſentiunt omnes. *Cluſius* eruí putat ex ligno non planè diſſimili Guajaco, gravi ſolidâ ac durâ materiâ conſtante, aliquot nigricantibus venis diſtincto. At *Nierenbergius hiſtor. natural. libr.* 14. c. 28 *Coſti* Arborem Sambuci facie eſſe ait, Arbuti ſeu Lenedonis magnitudine flores odoratos ferentem, intus candidam, extrà cineream & buxi modo palleſcentem, quæ in *Caguzaraite* naſcitur. *Cl. Vir D. Iohann. de Laent. Lib. 1. deſcript. Indiæ Occid cap* 17. In Inſulâ Barbados corticem hunc copioſè provenire ait, cujus arborem his deſcribit. Folia obſcurè virent anteriore parte rotundâ, flores fert minutos, ſambuci in umbellam collectos, qui foliolis conſtant quinis, exteriore parte purpureis, intus aureis. Cortex lævis & materia dura, intus ſubnigra, amat ripas & uliginoſa loca.

Aliud genus nuper adferri cœpit *Nigricans* non in tubulis, ſed minoribus fragmentis, tam exteriore, quàm interiore ſuperficie; tenuior quoque eſt priore & diviſus cultro, interius ad cinericium accedit colorem. Acrimonia in eo inſignis quoque eſt, ſed nec odoris ſuavitate, nec ſapore aut viribus priore reſpondet. Unde advehatur, aut ex quâ Arbore petatur, incertum adhuc eſt.

*Vires. Calefac. ſiccat, attenuat, aperit, diſcutit. &c.*) Stomachicus, Epaticus, Uterinus ac Nephriticus eſt; Unde in paſſione colica, menſium ſuppreſſione, hydrope, paralyſi &c. adhibetur. Ex hoc *præparantur oleum coſtinum Meſuæ, Pilulæ Macrocoſtinæ & Elect. caryocoſtin. vid. Cl. Zwelferus animadv. in P. A.*

## CRAP.

Sic deſcribitur in Appendice ad Pharmacop. SCHROEDER.

Crap *Maſſa rubea compacta duplex ad nos fertur, una ex* Sileſia, *altera ex* Batavia, *melior priori. U-*

*untur autem tinctores potiſſimum hac materia, in quorum gratiam magna copia advehitur. Præter hunc uſum vero vulgus cum ſucceſſu* pulverem *hujus* Crap *aſſumit ad ſanguinem ab ictu aut caſu coagulatum diſſolvendum, in hauſtu cerevisiæ calidæ ad* ℨj. *aut alteram. Dicunt hac maſſa* radicam rubiæ tinctorum *commiſtarum,* Hiſpanos Chocolatam *tingere.*

*Craſſula vid. Fabaria.*

## ¶ CX. *Crocus.*

Κρόκος, Planta eſt bulboſa, florem primo autumno ferens purpureum, cujus flammea ſtamina (inſtar antheræ) officinarum *crocus* eſt. Germ. Saffran. Saffran. *Saffron* of Soffraen. Saffraen.

Ex croci generibus plurimis officinal. eſt crocus ſativus C.B.1. Hujus differentiam officinæ faciunt à natali loco, unde Crocus Viennenſis, id eſt, qui ex Viennenſi agro ad nos tranſportatur, ubi optimus hodie naſcitur. Orientalis qui ex locis Orientalibus ac præcipuè ex Sicilia tranſmittitur, in cujus monte (Caryco nomine) omnium præſtantiſſimus provenire cenſetur. Vulgoque dicitur Crocus de Aquila. Germ. Saffran/ Zimet/ Saffran. *Oriental* or *Saffron of the Eagle.* Oosterſück of Saffraen van den Adelaer.

Videatur Crocus, *Brunf. Trag. Fuchſ. Dod. Cord. Lon. Tab.* Crocum, *Matth. Caſt.* hortenſe, *Cam.*

Eligatur crocus flexilis, tritu difficilis, albicantibus nonnunquam filamentis permiſtus. Reprobatur è contra ſaturato nimis colore rubro, odore fugaci, utpote qui vel cnici floribus, vel carnis bubulæ ſalitæ villis adulteratus.

N. *Adulteratio croci adeo impoſtoribus communis eſt, ut Emporiis nonnullis viſum ſit, certos deputaſſe inſpectores, quorum judicio ut bonus crocus venalis pronunciatur: ita adulteratus Neptuno, Vulcanove, non citra venditoris ignominiam conſecratur. Cujus rei exemplum hic Francofurti aliquot abhinc retro annis obſervare licuit.*

Vires. *Cordialis eſt ac pulmonicus, (ut quoque anima pulmonum audiat) uterinus, & hinc cæteris viſceribus familiaris, calf. 2. ſicc. 1. aper. dig. emoll. anodynus eſt, ſomnum conciliat, menſes ac fœtum pellit. Uſus frequens in ſyncope, Apoplexia, (guttâ 1. ac 2. tinctura aſpergitur lingua) in hyſtericis affectibus, in ictero, in peſte aliiſque venenoſis morbis, in aſthmate (cum ol. amygd. dulc.)*

Doſis ad Scrup. j.

Extrinſecus in collyriis, & ſim. adhibetur.

NB. Uſus ejus immodicus (ſcilic. ad Drach. ij. vel iij.) lethalis cenſetur.

### PRÆPAR.

1. *Species diacucurmæ.* Vide Diſpenſ.

2. *Tinctura ſeu eſſentia croci.* ♃. Croci Orient. q. v. extrahe cum Spir. vin. opt. abſtrahe lentiſſ. △. ad conſiſtentiam debitam. *Beguin.*

N. 1. *Alii extrahunt cum ▽is cordialibus, e.g. roſarum, iiſque guttulâ unâ ac alterâ ſpir. vitrioli vel ſulphuris roboratis: aliis fit extractio cum ▽ vitis vel ſero lactis.*

N. 2. *Spiritus vini abſtractus croci facultate eſt impregnatus, idcirco cum ſucceſſu in uſum Medicum venire poterit.*

N. 3. *Alii collocant crocum cum ſyndone in alembicum, deſtillantque Spir. vin. ex cucurbita tantiſper, donec colorem ex croco ſuſceperit. Tinctum Spir. vin. iterum deſtillant ad remanentiam Tincturæ in fundo. Tenzelius.*

3. *Extractum.*

4. *Oleum croci Meſue,* (compoſ.)

5. *Ol. ſtillat. paratur* ut olea reliqua ex floribus; ſed rariſſimum eſt, ob nimios ſcilicet ſumptus quos requirit. Nimirum ex croci ℔ j. vix Drach. j. elici poterit.

N. 1. *Alii* ♃. *croc. or.* ℔. ß. *Terebinth. unc.* iß. *Spir. vin. opt. q. ſ. deſtillant, ſæpiuſque à fecibus cohobant. Alii* ♃. *croci opt.* ℔. ß. *terunt groſſè. ac admiſcent Tartari, Sal. communis an. Unc.* ß. *circiter, cum albumine ovi. F. pulmentum, cui ſuperfundunt ▽m fontan. calidum (vel ▽m mellis) digeruntque dies* (3.4) *Hinc deſtillant per Alembicum ex cinere.* Medull. deſtillat.

N. 2. *Habet poteſtatem proſternendi appetitum.*

6. *Trochiſc. de croco.* Vide Diſpenſ.

7. *Elect. de ovo dictum.* Gulden-Ey. *Golden Egg.* Gouden Ey. Vide Diſp.

8. *Empl. Oxycroceum.* Vide Diſp.

[Elixiria varia crocata ſunt præcipue Uterinum.]

HOFMAN. *Crocus.*) Næniæ poeticæ finxerunt, hujus ſtirpis nomenclaturam à Croco puero fuiſſe derivatam, quod cùm Smilacem Puellam ardenter deperiret, amoris impatientiâ in ſui nominis florem tranſmutatus fuerit *Ovid. 4. Metamorphoſ.* Alii ſtatuunt Crocum puerum à Mercurio in diſci ludo, illapſo in caput ejus diſco interemptum, & ex ejus ſanguine Crocum pronatum eſſe. Nonnulli *Crocum* à Κρόκη filo deducunt, quia ſtamina ejusdem fila repræſentant. Alii ab *urbe Coritio*, quod ibi in copiâ creſcat. Græcè dicitur etiam κρόκος, κρόκον; Aliquibus *Heraclion, Xanarum, Cynomorphus, Creſta, Craſtus. &c.* Germ. Saffran.

Eſt bulboſa planta, vivax & carnoſa; folio anguſto & gramineo, flore colchici pratenſis, purpureo & aureo colore nitentibus filamentis, odoris intenſi acuti.

Hujus differentiæ ſumuntur vel à loco natali unde *Orientalis* eſt, vel *Occidentalis*; Ille in Coryco monte Siciliæ naſcitur, & provenit etiam in noſtris regionibus præſtantiſſimus, ut jam et Viennenſi agro magnâ in copiâ ad nos tranſportetur non minoris efficaciæ cum Orientali, ut invicem de præſtantiâ certent vid. *Dominic. Chabræum in Stirp. iconibus & ſciagraph. & Iohann. Ferdinan. Hertodt Crocologiam erudituſſimam cap. 1.*

Quoad Electionem, Crocus optimus eſt, recens, fragrantis odoris, coloris aurei, manus fricantis inficiens, in revolutione oblongus, in frangendo lentus. His dotibus ſi deſtituitus, adulteratus eſt.

*Vires. Calefac. ſicc. aperit, digerit, emollit &c.*) Ob vires, quas in omnibus ferè curandis morbis præſtat inſignes, à Nonnullis *Philoſophorum aroma* à quibusdam *Rex vegetabilium*, imò *Panacea vegetabilis* inſignitur. Cordialis eſt, thoracicus, unde & *anima pulmonum* dicitur, Cephalicus item, quare ad melancholiam, vertiginem, phrenitidem, catarrhos &c. notabilis eſt energiæ ac virtutis Hyſtericus eſt, ſtomachicus &c. & ſi quid anodynum, certè *Crocus* eſt. Hinc uſus Ejus frequens eſt in ſyncope, hyſtericis affectibus, ſtomachi debilitate, ictero, peſte, aſthmate cum moſchi grano uno vel altero in vino.

N. Nimius tamen Ejus uſus nocuus eſt, hebetudinem oculorum, pallorem, nauſeam infert, & hominem ridendo interimit, *vid. Schenck. in obſ. medic. de venen. ex plant. lib. 7. fol. 879 Zacut. Luſitan. Prax. admirand. lib. 3. obſ. 19.* Ex Croci nimio odore & uſu in morbos ac temulentiam quoſdam incidiſſe experientiâ quotidianâ conſtat.

*Præparata.* Præſtat hunc vel in Subſtantiâ ſuâ exhibere, vel cum aliis compoſitum inde facere. Unde *Species Diacurcuma* vel *potius Diacrocu*, *Deinde Tinctura ſeu Eſſentia Croci.* Ubi notandum ex floribus Croci ſine vel cum ſtaminibus *aquam* etiam deſtillari ad arcendas vigilias aptiſſimam, cujus doſis ℥iij ℥iv. Quicquid contrà *Cl. Zwelferus* regerat *in Pharmacop. Reg. p. m.* 231. Vim etiam habet anodynam unde non ſine ratione & *Ioſ. Quercet.* *Aquæ ſuæ Dyſentericæ* inſervit. vid. *Matthiolus lib. 1. cap. 16. fol. 18* Nec minus *ſpiritus* ex Croco deſtillatus non ut inutilis rejiciendus eſt, licet etiam modò allegatus *Zwelferus*

ſerus contradicat l. c. negans ullas *Croci* virtutes in deſtillatio-ne elevari, tamen ipſa Experientia refutat, quâ conſtat, non minoris efficaciæ *Spiritum Croci* eſſe, quàm *ipſum Crocum* in ſubſtantia exhibitum, eumque retinere Croci ſaporem, odorem & vires. Sumitur ſcil. Staminum Croci q. ſ. effunditur ſp. rectific. Macerantur aliquandiù, poſteà exprimuntur, expreſſio per digeſtionem & ſubſidentiam purificatur, & quod purum eſt decantatur, & decantatum deſtillatur. Quod in fundo remanet à deſtillatione liquidius, *Tinctura ſeu Eſſentia* vocatur. *Craſſius* autem *extractum* dicitur. Exindeetiam *Aroph. Paracelſi* præparatur, ſi ſcil. Crocus cum pane vino madefactus in vaſe clauſo ponatur per aliquot dies in fimum equinum, & tandem deſtilletur. N. Ego *Croci Eſſentiam* cum aqua vitis extraho & in melancholia notabili cum effectu in uſum traho. Alii cum ▽is cordial. extrahunt, v. g. roſar. naphæ &c. Alium Extractum conficiendi Modum vid. in *Cl. Zwelfero* l. c. p. 132.

*Vires.* ) In dyſenteria & aliis affectibus urgente humorum vitioſorum magno orgaſmo non eſt præſentius remedium *Eſſentiâ Croci vel Ejus Extracto*; Unde & *Iacobus Bontius teſtatur de Medicinâ Indorum* hoc remedio nullum humanam rationem ad dyſenteriam in India vehementius, quàm aliis in regionibus gliſcentem excogitare potuiſſe exquiſitius, & veriſſimum eſſe hujus Morbi ſæpe etiam venenati antidotum.

N. *Sal Croci volatile & fixum* cum *oleo deſtillato* conficiendi modum propoſitum vid. in ſuprà allegato doctiſſimo tractatu *De Croco, ſeu Crocologia Excellentiſſ. Dni D. Iohann. Ferdinandi Hertodt* p. m. 38. 39. & 47. Verum Nobis ſimpliciùs arridet *D. D. Zwelferi* l. c.

Multas præterea *Crocus* ingreditur compoſitiones *Elixir* ſcil. *proprietatis, Paracelſ. item Helmontii, Elixir uterinum* Crollii, *Elixir ſulphuris Mynſichti; Elixir Pectorale D. D. Iohann. Michaëlis, Oleum Croci coct. Meſuæ. Trochiſc. de Croco, Theriac. Mithridat. Electt. de Ovo, Oxycroceum vid. Diſp.*

## ¶ *CXI. Cubeba.*

Κουβῆβαι, Cubebe, Quabebe, Cubebæ vulgares. Germ. Cubeben. *Cubebs.* Cubeben.

Fructus ſunt aromatici exigui, forma & magnitudine piper rotundum referentes, niſi quod ferè paulum ſint minores. Advehuntur ex Iava, Ind. Or. Inſula, ubi decoquuntur antequam vendantur, ne apud exteros plantentur. Præſtant majores, recentes, ponderoſæ.

Dicuntur Cubebæ, *Garz. Acoſt. Fragoſ. Cord. h. Caſt. Tab. Matth.* (qui eas nec Arabum cubebas, nec Galeni carpeſium demonſtrat,) Cubeb. vulgares, C. B. officinarum, *Lob.* carpeſium Græcorum, *Lon.*

N. *Quid ſint cubebæ, ambigitur: alii ex genere piperis & nigro piperi congeneres eſſe, Theophraſtoque piper rotundum dici volunt: alii viticis fructum (at facultates ſunt diverſæ) exiſtimant: Sylvaticus, Ruſci fructum, alii carpeſium Galeni ſtatuunt: At Cæſalpinus, Amomi legitimi fructum pronuntiat. Eſt autem fructus racemoſus arbor cujuſdam, malo vulgari ſimilis, foliis vero piperis, ſed anguſtioribus.*

Vires. *Ca fac. 2. com, le e ſicc. 3. complet. atten. diſc. viſcera omnia roborant atque inprimis caput, adeoque plurimis inſerviunt compoſitionibus.* [*Indi ad ſtimulandam venerem utuntur.*]

### OFFICIN. NAT.

1. *Confectio c. ſaccharo.*
2. *Ol. Cubebar. ſtill.*
N. *Rari uſus eſt.*
3. *Spec. Diacub.*

HOFMAN. *Cubebæ.*) *Cubebe, Quabebe, & Quabebechi Arabicè. Avicenna Carpeſium, Serapio Myrtum ſylveſtrem;* Alii *piperis genus*, alii *viticis ſemen*, alii *Ruſci* fructum eſſe ſtatuunt. Verùm ſunt grana Piperi ſimilia nigro, tenui adnexa pediculo, intus inania, ſapore amaro, acri, odorata, colore cinereo, cortice ſcabro; Planta autem ex quâ colliguntur, ſylveſtris eſt & ſponte proveniens imbecillis hederæ modo, vel Smilaci fruticibus & arboribus adhæreſcens, foliis myrtiformibus, floribus odoratis, fructibus racemoſis, non uvæ modo in communi racemo, ſed ſingulis granis ſinguli dati pediculi.

Ex Iava & aliis Indiarum regionibus advehitur, ubi tanti æſtimatur, ut antequam inſtitoribus venalis exponatur, ab incolis decoquatur, metuentibus, ne in alieno ſolo ſatus, radices agat & luxuriet.

*Vires. Calefac. ſiccat, atten. diſc. &c.*) Specificum, Cephalicum & Stomachicum eſt, unde commendatur ad capitis ventriculi, ac nervoſi generis frigidos affectus, ex vino bibitus; Item in ore detentus fructus claram vocem facit concionatoribus, veneriſque auget voluptatem ſi in coitu ore detineatur, utero etiam confert & flatus ſylveſtres diſcutit.

## *CXII. Cucumis.*

Cucumis (σίκυος) in genere notat omnes fructus horarios, adeoque ſub eo comprehenduntur,
- Cucumis officinarum qui vel
  - Sativus, *h. loci.*
  - Sylveſtris Aſininus, *Vide in Claſſ 4. Elaterium.*
- Pepones,
- Melones,
- Anguriæ, &c.

Dicitur cucumis ſativus, *Brunfelſ. Matth. Fuchſ. Lon. Caſt.* cucumis vulgaris, *Dod. Ger.* cucumer ſativum, *Cord. in D.* cucumis ſativus & eſculentus, *Lob.* cucumis ſativus vulgaris. C. B. 1. German. Cucumer / Gurcken. Cocombre. *Cucumber.* Coucomber.

Suntque cucumeres virides, albi, longi, recurvi, læves, aſperi.

### OFFICIN. NAT.

Solum *Semen*, cui & ipſi *Fructus* addi poſſunt: hi enim etſi ſint culinares; attamen cibum præbent medicamentoſum.

Vires. *Semen, (ſeu nuclei) ex numero eſt famoſor. 4. ſem. frig. maj. refriger. (præcipuè ſi aridum ſit, alias humect.) in fine grad. 1. abſterg. aperit, urinam ducit, uſuſque creberrimi eſt in emulſionibus antipleuriticis, antiphreniticis, & ſim.*

*Ipſa cucumerum ſubſtantia refrigerat & humectat. Excrementitii eſt ſucci, adeoque non niſi robuſtioribus ventriculis edenda, idque non ſine corrigentibus condimentis, v. g. pipere, & ſimil.*

### PRÆPARATA.

*Condit fructus:* cum *Sal. com.*

## *CXIII. Cucurbita.*

Κολοκυνθὶς
- ſativa Kurbs. Courge. *Gourd. Cucurbit.* Cauwoerden. *Hujus loci.*
- ſylveſtris. *Vide Colocynth. Claſſ. 3.*

Nomen cucurbitæ omnibus familiare eſt Botanographis.

N. *Cucurbita ſativa etſi variant magnitudine, colore, figurâ; conveniunt tamen, natura & viribus.*

### OFFICIN. NAT.

Solum *Semen* & nonnunquam *Folia.*

N. *Semen recenſetur in numero ſeminum 4. frig. maj. venitque in uſum cum vel ſine cortice.*

Vires. *Cucurbita convenit viribus cum cucumere tam in qualitatibus carnis quàm in ſeminis facultatibus. Folia recentia puerperarum mammis adhibita, monente Matthiolo, lac imminuunt.*

PRÆPAR.

▽. *ſtillat.* Ex fructu immaturo.

Vires. *Fert opem omnibus inflammationibus externis, oculorum, aurium, podagricis, &c. Intrinſecus quoque mirabiliter æſtum corporis mitigat.*

N. *Succus expreſſus idem facit.*

Hofman. *Cucumis & Cucurbita.*) De horum differentiis vide *Dam. Autorem.* Horum Semen & fructus in uſum veniunt. Seminum uſus frequens eſt in Medicinâ ex numero Seminum quatuor frigidorum majorum, quæ tamen non rancida excorticata adhiberi debent, ex quibus emulſiones pro pleuriticis, peripneumonicis, phthiſicis, phreniticis, nephriticis, hecticis &c. conficiuntur. Cucurbitarum oblongarum albarum pulpa contuſa ac in aquâ cocta præſente calore hectico non incommodè ſpinæ dorſi imponitur ſæpius renovando, experientia *D. D. Benedicti Ohéimii* olim hujus loci Phyſici ordinarii, ac Medici incomparabilis. Ex Seminibus cum aquâ Cucurbitæ deſtill. Emulſionem paravit pro hecticis.

¶ *CXIV. Cuminum.*

Cuminum { ſativum: *quod hic.*
{ pratenſe: *quod carum.*

Κύμινον, Cuminum ſativum, *Brunfelſ. Trag. Matth. Cord. hiſt. Lob. Caſt.* Cuminum, *Lon.* Cuminum officin. cumini ſylv. 1. genus, *Dioſcor.* Cyminum, *Cord. in D. Tab.* ſativum. *Cam.* Cuminum ſemine longiore, C. B. 1. aliis cuminum domeſticum, Romanum. German. Kümmich / Kümmel / Römiſch Kümmel / Pfeffer Kümmel / Kram-Kümmel / Gartenkümmel. Cumin, Cumin cultivé, cumin ſauvage, cumin de Rome. *Cummin.* Commyn.

OFFICIN. NATIVA.

Solum *Semen.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. atten. diger. reſolvit, flatus diſcut. utile in Colica, Timpanit. vertigine.*

PRÆPARATA.

1. Semen Præparatum maceratione in ✠.
2. Confectio.
3. ▽. Ex ſem. l. a.
4. *Ol. ſtillat.* Ex ſem. l. a. cum ▽ elicitur. [Gonorrhææ pituitoſorum utile.]
5. *Spec. diacumin.*

[*Ex Speciebus Tabulæ.*]

*CXV. Cupreſſus arbor.*

Κυπάρισσος { Mas.
{ Fœmina.

Arbor eſt procera conifera, foliis pinum æmulans, iiſque ſemper viridibus.

Provenit copioſe in Inſula Creta.

Inſignitur Cypariſſus. *Caſt.* Cupreſſus altera ſive ſylveſt. *Ger.* Cupreſſus, *Matth. Dod. Cord. in D. Lon. Cam. Tab. C. B.* 1. German. Cypreßbaum. Cypres, arbre. *Cypreſſ-Tree, or femal Southernwood* Cypreſſenboom.

OFFICIN. NAT.

*Lignum*, *Fructus* & raro *Folia.*

Vires. *Lignum refrigerat, ſiccat, aſtringit.*

*Fructus & Folia calfaciunt parum, exiccant ad gr. 3. aſtringuntque valide, proin uſus ſunt præcip. in hæmoptyſi, diarrhæa, dyſenteria. Commendantur itidem in mictione involuntaria ut & in herniis curandis intus & extus adhibita.*

N. *Fructus ſive conos, nuces vel pilulas Cypreſſ. officinæ nominant: aliis Gabulæ dicuntur.*

Hofman. *Cupreſſus Arbor* Hujus Nuces ſive coni, galbuli dicti, ut *Varroni*, ſed minus rectè. melius, cum globulum ſi dixiſſet, ut noctè *Turnebus* [illegible], à Rhopopolis ex Cretâ & Italiâ ad Nos tranſportantur, quibus Semen innaſcitur non atomorum inſtar, ut *Matthiolus & Lacuna* ſtatuerunt, ſed quod ad acetoſæ ſeminis accedit magnitudinem. Itali hanc Arborem alunt in cœmeteriis, quod ſemper funebris habita fuerit. Cupreſſi ſylvæ non habentur, ſed hic una, ibi alia in [illegible] venit locis. Hujus Semine; non integro fructu [illegible] uſus ad ſuffitus muliebres. Foliis Nos non utimur, [illegible]bus, qui calefac. ſiccant, aſtringunt, conſolidant, radix in hæmoptyſi, diarrhoeâ, dyſenteria, enterocele intus & extus adhibentur.

¶ *CXVI. Cupreſſus herba.*

Chamæcypariſſus. *Trag. Fuchſ. Cord. Lon.* Santolina altera, *Dod.* Abrotanum fœmina, *Brunf. Matth. Lob. Caſt. Luſ. hiſt. Tab. Ger. Cam.* Cupreſſus herba, *Cord. in D.* Santonicum minus, *Cord. hiſt.* Polium. *Theophraſt. Dioſcor.* Abſinthium marinum, *Tab.* Abrotanum fœmina foliis teretibus, C. B. 1. Germ. Gartencypreſſ. Cypres, & Auronne. *Garden-Cypreſſ, Fæmale Southernwood.* Tuyn-Cypreſſe / Averoon wijfken.

Colitur in hortis noſtratibus.

OFFICIN. NAT.

*Herba*, ſeu folia, ſed raro.

Vires. *Convenit qualitatibus cum abrotano, uſuſque præcipuus eſt in obſtr. Epatis, Renum & Viſcerum, curat Icterum, lumbricos fugat. Extrinſecus ſubvenit morbis uteri, &c.*

*Cupreſſus* Herba) *Chamæcypariſſus, Santolina, Abrotanum fœmina, &c.* Non immeritò inter ſuffrutices hæc planta numerari poſſet. Radicem enim habet lignoſam, & virgulta cubito altiora emittit, lignoſa, tenera, lanugine incana, in quibus folia uncialis longitudinis circiter, cana, denticulata, odore aromatico, ſapore acri & amaro. Singulis ramulis ſinguli flores inſtar tanaceti inſident.

Colitur in hortis noſtratibus.

*Vires.*) convenit qualitatibus cum abrotano, uſuſque præterea notabilis eſt in albis fœminarum profluviis ſiſtendis, item in lumbricis enecandis, ſemine ejus bellariis immiſto, ut pueri ita decipiantur. Extrinſecus in hyſtericis paſſionibus levamen addit.

¶ *CXVII. Curcuma.*

Cyperus Indicus *Dioſcor.* & Curcuma officinar. *Cord. hiſt. Cluſ. coroll. Lon. Lob. Tab.* Curcuma longa & rotunda, *Cord. hiſt.* Cyperus alter, radice lutea, *Caſt.* Terra merita, *Ruel. Lob.* Cyperi genus ex India *Matth. Fuchſ* C. B. 1. [Crocus Indicus Io.]

Eſt radix officinalis exotica, non tantùm croceo colore apparens, ſed & eodem colore alia tingens. Germ. Gilbwurtz / Geelſuchtwurtz. Curcuma *Turmerick* Curcuma of Geelſuchtwortel.

Duplex communiter eſt, aliquando longa, aliquando radice rotundâ: Hæc multò acrior priori exiſtit, atque cum zinzibere ſæpe affertur.

Vires. *Dicata eſt veſicæ biliariæ, Stomacho & Epati, hinc & Lieni ac Utero. Calf. & ſicc. 2 amara eſt: abſterg. atten. aper. dig. diſc. menſes movet. Uſus in Ictero, Hydrope, cachexia.*

PRÆ-

### PRÆPAR.

*Species diacurcuma.*

N. *Rectius ſpec. diacrocu nominantur, quippe curcumam non admittunt.*

Hofman. *Curcuma.*) *Cyperus Indicus. Terra merita. Duplicem* Ejus agnoſcit *differentiam Cordus, longam & rotundam.* Eſt radix officinalis exotica, dicitur & *Crocus Indicus*, quòd ullam cum *Croco* habeat ſimilitudinem, ſed quòd radix Ejus non ſecus ac Crocus verus colore flavo tingat. Ejus folia ſunt oblonga, & longè latiora, quàm folia Cardamomi, quibus aliàs non ſunt abſimilia, caule variat, qui in Cardamomo eſt internodiis tanquam arundo diſtinctus, ſed in Curcuma lævis & æqualis. Flore ex flavo eſt purpureo, qui in ſummitate plantæ emergit, ſimilitudine referens florem gladioli cujuſdam, purpureos flores proferentis.

Naſcitur in Cananor, Calecut, & Goæ: & magna Ejus quantitas ad Arabes, Turcas ac Perſas defertur, qui omnes ex India advehi fatentur, in cujus ſylvis tam copioſè creſcit, ut inde vel integras naves onerare poſſis. Apud Indos nulla planta eſt in frequentiori uſu, quàm Curcuma, nec apud Eos ullum frequentius condimentum in coctis piſcibus & carnibus elixis. Præterea nobiliſſimus Ejus uſus eſt in Medicamentis tam topicis, quàm intrò exhibendis in omnibus viſcerum obſtructionibus ac meſenterii, tum in mulierum Morbis nullum æquè celebrant Malaicæ mulieres, quàm hoc, tam divinis laudibus efferunt in facilitando partu, urinæ difficultatibus ac renum affectibus. Tum ad Uteri morbos remedium eſt ſpecificum, Iacobus Bontius de Medicinâ Indorum in Notis ad Garciam ab Ortâ.

*Vires. Calefac. ſicc. atten. abſterg. aperit, diger. diſc. &c.*) Dicata eſt veſicæ biliariæ ejusque calculum per alvinam regionem excludit, uti per obſervationem novi; cum enim *Clariſſimus Dnus Chriſtianus Gueinzius meritiſſimus olim Gymnaſii Noſtri Rector* p. m. aliquando acutiſſimis dextri hypochondrii doloribus uſque etiam ad Medicorum deſperationem de reſtitutione in ſanitatis plenum torqueretur, Medicis reliquis conſultantibus ultrò citroque de remedio aliquo appropriato huic affectui adhibendo, tandem D. D. Benedictus Oheimius Medicus ſine pari συγχρονὸς p. m. ſemidrachmam radicis curcumæ in hauſtu cereviſiæ calidæ butyraceæ propinavit, cujus uſu elapſo bihorio dolores dicti non ſolùm remiſerunt, ſed & per ſeceſſum ipſo ſalvo lapilli aliquot ſubluteo colore ſplendentes in pelvim ſubſtratam excreti fuerunt, quos quidam Medicorum ex inteſtinis, Ego autem ex fellis folliculo ſeceſſiſſe judicavi. Elapſis duodecim & circiter annis pòſt eadem perpeſſus ſymptomata, ſed defuncto tum laudato D. Oheimio p. m. & nullis excretis lapillis, in quos cauſam mortis refero, hujus iter adiit. Hujus cadaver ſi pollincturæ ſubjectum fuiſſet, nullus dubito, quin veſiculam fellis calculis refertam invenerimus, quos dolor acutiſſimus in latere dextro ſub coſtis nothis alvi unà excretionem impediens certò certius prodidit. Præterea etiam hujus radicis Curcumæ uſus non poſtremus eſt in ictero, hydrope, cachexiâ, &c. Ex hâc præparari poteſt *Eſſentia & Extractum* ejusdem cum radice efficaciæ.

## ¶ CXVIII. *Cuſcuta.*

Eſt
- Major, colore ſcil. albo vel rubro: *Hæc hujus loci.*
- Minor. *Vid. Epithym. in purgantibus.*

Dicitur Androſaces vulgo cuſcuta. *Trag. Matth. Lon. Caſt. Cluſ. Ger.* caſſytha, *Lob. Tab.* caſſutha, *Fuchſ. Dod.* major, C. B. 3. [Lini Podagra.] Germ. Filtzkraut / Flachsſeyden / Todtern / Seyden-kraut. Goute de lin, augure de lin. *Cuſcuta, Dodder.* Cuſcuta / Scorfte / wrangtende Vilt-kruyt.

Floret Junio, Julio, & Auguſto: adnaſcitur paſſim herbis & fruticibus, potiſſimum urticæ, lino, lupulo.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* ſeu herba tota villoſa cum floribus, præcipuè lino adnata.

[Semen interdum accipitur ad compoſitiones ſpleneticas.]

Vires. *Splenetica imprimis eſt, hinc epatica, Calfac. 1. ſicc. 2. abſtergit, ſubaſtringit, aperit, melancolicum humorem corrigit, utilis in ſcabie, ictero nigro, obſtructionibus epatis ac lienis.*

### PRÆPAR.

▽. *ſtillat.* Ex tota planta.

[N. *Hæc apprimè convenit in rubedine faciei.*]

[Proſtare etiam deberet Syrupus, in febribus Chronicis efficax. à Langio expertus.

Hofman. *Cuſcuta.*) ſive *Caſſuta*, *Caſſytha*, Germ. Filtze Kraut. Hæc alienæ ſemper culinæ aſſecla non propriâ vivit quadrâ, ſed in herbis & arboribus paſſim naſcens inſtar alicujus viſci earum nutrimento vivit, ut ſæpè ad tabem etiam producat. Nullis, poſtquam in altum adſcendit, nititur radicibus, quibus tamen primum germinans non deſtituitur, Flores per capreolorum mæandros nullo ordine ſubnaſcuntur glomerati, rubeſcentes vel albicantes. Capitulis ſubſequentibus inſunt ſemina inſtar papaveris.

Eſt autem vel *Major*, vel *Minor*; *Major* eſt vel colore albo vel rubro. *Minor* tenuior eſt & ruffior, de quâ infrà de *Epithymo.*

Reperitur Iunio, Iulio & Auguſto, in vepribus, rubo, lupulo, lino, thymo, ebulo &c.

*Tota herba cum floribus uſui cedit.*

*Vires. Calefac. ſiccat, abſterg. ſubaſtring. aperit &c.*) juxtà quorundam opinionem ejus vires ſequuntur genium herbæ aut arboris quibus inſidet, ſi calidæ inſidet frutici, calidam ſortietur energiam, & vice verſâ. Viſcerum medetur obſtructionibus, unde in ictero, incipiente hydrope & c. valdè commendatur. Ejus *Aqua deſtillata & decoctum* in uſu ſunt, & ex hoc Syrupus parari poteſt.

## ¶ CXIX. *Cyanos.*

Baptiſecula, Blaptiſecula, flos frumenti; Korn-blum / blau Kornblum. Blaveola, bivet, blever, ou. *Aubſioin.* Koornbloem. *Blevvbottle or corn flovvr.* Blauw-Koornbloem.

Cyanos
- Sylveſtris
  - Montanus.
  - Segetum: *Hic officinal.*
  - Repens
    - Latifol.
    - Anguſtifol.
- Hortenſis.

Dicitur Cyanus, *Lon.* flos, *Dod.* Cyanus major; *Matth. Caſt. Cam.* Cyanus ſylv. *Fuchſ.* Cyanus vulgaris, *Lob. Ger.* Cyanus cæruleus, *Tab.* Baptiſecula, *Trag.* Lichnis agria & flos frumenti, *Brunfelſ.* Cyanus ſegetum, C. B. 2.

Creſcit paſſim inter ſegetes: Floret Majo.

### OFFICIN.

*Flores.*

Vires. *Frigef. & ſiccat. 2. aſtring. utilis in oculor. inflammationibus, rubedine, lippitudine, doloribus, in hydrope (propinant.)*

### PRÆPARAT.

▽. *ſtillat. ex flor.*

Hofman. *Cyanos.*) Hæc à colore floris cyaneo ità appellatur, flos frumenti Korn-Blumen etiam dicitur. *Battiſeculam, blaptiſeculam* Alii vocant, quia ſecantibus & metentibus impedimento eſt retuſâ in ejus occurſu falce.

*Vires. Frigef. & ſicc. adſtring. &c.*) Hujus aqua *deſtill.* externè mira præſtat in oculorum inflammationibus, lippitudine, doloribus. Internè autem *Ejus decoctum* in hydrope incipiente propinatum aquas per diureſin eduxiſſe Mihi compertum eſt.

CXX.

### ¶ CXX. *Cyclamen.*

Vocatur Cyclaminus, *Matthiol. Cord.* in *D. Lon. Tab.* Cyclaminus major, *Caſt.* cyclam. rotundus, *Fuchſ.* cyclaminus orbicularis rotundifolius, *Dod.* Cyclamen officinar. orbiculato folio, panis porcinus & Arthanita, *Lob.* Cyclaminus flore odorato, *Cluſ. hiſt.* Cyclaminus vulgaris & cyclam. prior. *Matth. & Lob.* Lugd. cyclam. æſtivus vulgaris, *Cam.* Cyclamen orbiculato fol. *Ger.* Cyclaminus minor & Umbilicus terræ, *Trag.* Cyclamen orbiculato folio infernè purpuraſcente, C. B. 1. German. Erdapffel / Saübrod. Pain de Pourceau *Sowbread* Verkens-broot Eerdtapel.

#### OFFICIN. NAT.

*Radix*, colligenda Autumno.

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. potenter incidit, aper. abſterg. Errhinum eſt. Uſus pracip. in* [*auditus gravitate ex Spir. Vini infuſa*] *obſtructis menſibus, in pellendo fœtu mortuo, in Ictero, in calculo expellendo, ſtrumis ac tuberculis diſcutiendis. Internè cauto opus habet; magisque externo uſui preſtat.*

#### PRÆPARATA.

*Succus.* Hic cum raro noſtratibus in promptu ſit, ejus locum ſubit decoctum.

*Unguentum de Arthanita majus* V. D. *minus* V. D.

HOFMAN. *Cyclamen*) *Cyclaminus. Panis porcinus ſive arthanita.* Germ. Schwein-Brot.

Naſcitur inediis montibus, ſolúmque amat lutoſum.

Floret Iunio & Iulio. Radix colligitur Autumno.

*Vires. Calefac. ſicc. incidit, aper. abſterg. &c.*) Draſticum medicamentum eſt, cujus uſus præcipuus in menſium obſtructione, in expellendo fœtu mortuo; & accurato opus eſt judicio, quibus ſit ejus uſus commendandus. Ab eâ gravidæ abſtinere debent. Hinc magis externò uſui proſtat, ut in errhinis, unguentis, emplaſtris, unde ung. de Arthanitâ Majus & Minus. vid. Diſp. Ex floribus cyclaminis conficitur etiam oleum ad Pleuritidem externum vid. in theſaur. annexo ſect. XIX. nº 3.

### ¶ CXXI. *Cydonia Malus.*

*Μηλέα κυδωνία*, Cotonea malus, Quittenbaum. Coignier, des Coins, *Quince-Apples.* Queeboom / en Quee-Appellen.

MalaCotonea { hortenſis / ferens / ſylveſtris } { Mala minora, *quæ præferuntur.* / Mala majora vulgo pyra ſeu ſtruthia. / Mala media, i. e. notha, *quæ proveniunt ex cotoneis*, quæ ſtruthiis inſita fuêre vel contra.

Videatur malus Cotonea, *Brunf. Trag. Matth. Fuchſ. Caſt.* Malus cydonia *Lon. Tab. Cam.* Cotoneus, *Cord. hiſtor.* Cotonea & Cydonea mala *Lob.* Mala rotunda minora, nonnullis χρυσόμηλα ab exteriore cutis colore, *Dod.* Mala cotonea minora C. B. 1.

#### OFFICIN. NAT.

*Mala* ipſa exiccata. *Semen* ſeu *grana.*

Vires. *Mala cotonea ſtomachica ſunt, refrig. 1. ſicc. 2. aſtringunt, nutriunt. Uſus præc. in vomitu, alvi fluxu, ſingultu, laxitate ſtomachi.*

N. *Ante cibum ſumpta alvum conſtipare creduntur, è contra à paſtu laxant.*

Semen. *Refrig. & hum. mucilagine ſua lenit, acrimoniam obtundit. Uſus præc. ad linguæ ariditatem leniendam,* [*gargariſ.*] *ad dolorem hæmorrhoidum ſedandum,* [*in clyſteribus*] *ad ophtalmiam ſanandam,* (*mucilago cum Aq. roſarum facta & impoſita*) *ad ſciſſuras mammarum ſolidandas ambuſtaque curanda, &c.*

#### PRÆPARATA.

1. *Condit.* Condiuntur Cydonia (ſive integra ſive in fruſta conciſa) ſeparato cortice ſemineque exempto: aromatizanturque cinamomo, caryophilliſque infixis.

2. *Vinum.* Eſt ſuccus liquidus, cui admixtum eſt tantillum ſacchari.

3. *Rob. Cydonior.* Eſt ſuccus inſpiſſatus ad mellis conſiſtentiam, dicitur aliàs ſyrupus Ferdin. Imperatoris.

4. *Diacydonium.* Ex ſucco acido & ſacch. *Vide Diſp.*

5. *Marmelata.* Eſt cidonior. dulcium decocto (per manicam Hippocratis) filtrata, cum ſaccharo inſpiſſata & in ſcatulas ut congeleſcant effuſa.

6. *Miva Cydonior. ſimplex.* Syrupus eſt ex ſucc. dulcior. p. xij. vini p. v. & ſacch. p. iij.

7. *Miva Cidonior. aromatizata.* Syrupus eſt ex ſuc. acidor. p. xij. vini p. v. mellis p. iij. & Cinam. V. Diſp.

8. *Diacydonites, vel Diacydonium ſimplex.* Ex carne Cydonior. ſcil. atque ſacch. ana V. D.

9. *Diacydonites, vel Diacydonium compoſitum,* diverſæ deſcriptiones extant. V. Diſp. A. & N.

10. *Diacydonites Laxativum.* Vid. Diſp. Aug. [*Eſt vel diagrydiatum, vel Ialapinum, vel cum Gummi Gutta.*]

11. *Eſſentia ſeu ſpiritus.* Ex ſucco dulci fermentato: *raro in uſu eſt.*

12. *Ol. per infuſionem.* Ex cydoniis non excorticatis ſucco Cydon. & 🜖 omphacino. V. D.

HOFMAN. *Cydonia Malus*) Germ. Quittenbaum. Hujus *MALA* ſeu *fructus & ſemen* cum *Lanugine* in uſum veniunt.

*Mala refrig. ſicc. aſtring. &c.*) Stomachica ſunt: condita & cinamomo ac caryophyllis aromatizata, coctionem juvant, in gravidis fœtum non ſolùm corroborant, ſed & ſi ſæpè iis gravidæ veſcantur, ſcitiſſimi in lucem eduntur liberi, venuſtâ facie ingenuoque vultu. Ante cibum ſumpta alvum conſtipant, contrà à paſtu laxant. his conficitur & *Vinum, rob, ſive ſuccus inſpiſſatus*, qui vel cum vel ſine Saccharo præparatur. Uterque lateribus vaſis affigit tartarum veluti cryſtalliſatum, qui ſtomachicum & diureticum eſt utiliſſimum. Quod ſi ante inſpiſſationem cum ſucco pomorum Borsdorffienſium vel ſucco uvarum incoquatur, elegantiſſimum naſcitur cordiale & Stomachicum, in vomitu, alvi fluxu ac ſudore diaphoretico perutile. Proſtant etiam ex *cydoniis Malis præparata marmellata, myva cydon. ſ. & aromatiſ. Aqua cinamomi cydoniata, ex ſucco cydoniorum cum cinamomo per fermentat. parata. Diacydon. ſ. & diacydon. laxativ. Spiritus per fermentat. ſimplex, & alius per infuſ.*

*Semen refrig. &c. humect. &c.*) aquâ roſaceâ ſemen infuſum mucilaginem præbet, quæ lenit & vitioſorum humorum acrimoniam demulcet. Ex hoc mucilago extracta cum aq. plantagin. Nymph. &c opthalmiæ utilis eſt, confert item ad ambuſta, ſciſſuras labiorum, linguæ ariditatem, hæmorrhoidum dolores &c.

*Lanugo Cydoniorum* hæmorrhagiæ narium & omni ſanguinis profluvio medetur externè applicata.

*Dactylus vid. Palma.*

### CXXII. *Cynogloſſum.*

Κυνόγλωσσον, Cynogloſſa, lingua canina, Hunds-zung. Langue de Chien. *Houndstongue.* Hondts tonge.

Diverſorum eſt generum è quibus magis officinale, quod indigitatur cynogloſſa major, *Brunſ.* cynogloſſum vulgare, *Matth. Lob. Caſt. Cord in D.* cynogloſſum *Dod. Tab. Ger.* officinarum, *Cluſ. hiſt.* cynogloſſum majus vulgare, C.B.2. *Lon.*

Creſcit paſſim locis aridis penes muros: Floret Iulio.

## OFFICIN.

*Flores, Folia* ac *Radix*, ſed raro.

Vires. *Refrig. & ſicc. 2. incraſſ. lenit, obſtruit. Uſus in ſiſtendo fluxu alvi, in gonorrhæa, ac catharris incraſſandis. Verùm quia in numero herbarum eſt, quæ pourreeau ob narcoſin virulentam ſuſpectæ ſunt, rariſſimè à practicis adhibetur.*

## PRÆPAR.

1. *Pilul. de Cynogloſſa.* Vide Diſp.

N. *Somnum conciliant, narcoticæ ſunt.*

2. *Unguentum.* Vide Diſp.

Hofman. *Cynogloſſum*) *& cynogloſſa, lingua canina.* Germ. Hunds-Zunge *Diverſorum eſt* generum. Eſt enim vel *vulgare majus, & minus, candidum*, vel *Creticum flore parvo dilutè purpuraſcente Cluſii. De quibus vid. Dominic. Chabraum l. c.* p. 520.

Vulgare creſcit juxta ſepes, locis incultis & ſabuloſis in parietinis & propè muros.

Floret Majo & Iunio.

Flores, folia & radix ſed rarò, in uſu ſunt.

*Vires. Refrig. ſicc. incraſſ. leniu.* &c.) Ex hoc conficiuntur *pilulæ de cynogloſſo*, quarum compoſit. vid. in *Cl. Zwelff. Pharmacop. Reg. p. 65. & ad Diſpens. animadverſ.* Eſt medicamentum præſtantiſſimum ad catharros tenues ſiſtendos, ſomnum conciliat & omnis generis dolores placat, dyſenteriam, diarrhœam & immoderatum menſium fluxum ſiſtit. In primis ſi opium fermentatum cum ſucco cydoniorum dictis accedat pilulis, majoris erunt efficaciæ. Aliàs autem ipſa folia cum floribus ſunt ad inveterata & maligna ulcera ſananda utiliſſima. Horum aqua, ſuccus & pulvis ad maſiſcas collutione & inſperſione efficaciſſima ſunt, item ad ambuſta, dolores, alopecias, &c. commendantur; Radix ſicca pulveriſata ac vino rubro pota dyſenteriam, gonorrhœam ſanat, & omnis generis ulcera & vulnera curat. Si hujus decocto gratè rubicundo aphthæ & maligna oris ulcera ex lue venerea contracta eluantur, & ejus pulvis inſpergatur, ſanantur, componitur etiam inde emplaſtrum inſignes in vulneribus virtutes emollientes & anodynas habens, licet rariſſimè à Practicis adhibeatur, attamen quæ rara, chara ſunt.

### § CXXIII. *Cynoſbatos.*

Κυνόσβατος, κυνόῤῥοδος, Roſa ſylveſt. arvenſis, canina, rubus caninus Wilde Roſen/Feld-Roſen Heckroſen/Heiderroſen/Hainheckе. *Wild Roſe*, or *Sweet-Bryar.* Wild of Veldt-Roſen/Soet-rujckende doorn.

Varia comprehendit genera. Eſt enim roſa ſylveſtris, vulgaris, flore odorato incarnato, flore majore & rubente, &c. Verùm in officinas non niſi roſa ſylveſtris, flore odorato incarnato infertur.

Inſignitur Cynoſbatos, *Dioſc. Lon.* cynoſbatos procerior & cynorrhodos *Cord. in D.* ſentis canis & cynoſbatos, *Brunſ.* Roſæ ſylveſt. 1. genus *Trag.* Roſa ſylv. *Matth. Dod. Tab.* odora *Ger.* Roſa ſylveſt. vulgaris, *Cam. epit.* Roſa canina odorata & ſylveſt. *Lob.* Roſa canina, *Cam.* Roſa ſylveſtris vulgaris flore odorato, C. B. 1.

N. *Matthiolus Cynoſbaton & cynorrhodon inter ſe differre ſtatuit. Verùm non malè faciunt qui pro uno & eodem frutice habent.*

Creſcit in dumetis, floret Majo.

## OFFICIN.

*Flores, Fructus, Spongia,* & interdum *Radix.*

Vires. Flores *conveniunt in qualitatibus cum roſis ſativis, ſed majorem vim aſtringendi habent, proinde in profluvio uteri rubro & albo ſummæ ſunt æſtimationis.*

Fructus, [Hagenbutten.] des Grattes culs épluchez. *The fruit or knobs with kernels.* De Vruchten van de witte Doorn met keernen. *vi Lithontripticâ maximopere commendantur, in qua tamen excellunt exempti arilli.*

Spongia [Bedeguar.] Schlafkunß/Schlafſäpffel. *The Spungyballs that grow on ſweet bryar.* Spunce unt wilde Roſe/of ſoetrujckende doorn. *Iisdem calculoſos efficaciſſimè juvare dicuntur & inprimis qui inibi continentur lapilli ac vermiculi, quorum hi quoque ad lumbricos fugandos commendantur.* Poteſt propinari ſpongia pulveriſata, vel aliter præparata.

Radix. *Spicula ex corpore extrahit (impoſita.)*

## PRÆPARATA.

1. ▽ fragrans.]

2. *Fructus Cynosb. conditi.*

Condiuntur abraſa lanugine & exemptis prius arillis.

3. *Rob. Cynosbati.* Fit leg. a.

4. *Spiritus ſ.* ▽ *ſpongiarum* quæ fit:

Glomi menſe Majo vel Iunio collecti inciduntur; remotiſque vermiculis aut aliis inſectis inibi reperibilibus, digeruntur que cum ▽ & fermento ut putreſcant, dein elicitur ▽ ſeu ſpiritus per veſicam.

5. *Spiritus alcaliſatus.* Ex capite mortuo (in deſtillatione præcedenti reſiduo) ulterius incinerato, elicitur *Sal com.* idque purificatum cum Spiritu conjunge & aliquamdiu macera. Tandem cum argilla miſce & propelle per Retortam ▽ nudo ut nempe totum *Sal com.* ſimul tranſeat. Poſtea rectifica ſi opus fit. *Hartm. in pract.*

Vires. *Spiritus hujus guttulæ aliquot (ad 20.) in liquore convenienti adhibitæ, calculum inſenſibiliter expellunt.*

6. Conſerva florum quæ interdum laxat.

7. *Syrupus*, regius ſeu aureus nonnullis dictus.

Hofman. *Cynosbatos.*) *Cynorrhodos, roſa ſylveſtris.* Germ. Wilde-Roſen. Creſcit in dumetis. Floret Majo.

*Hujus flores, fructus, Spongia & interdum Radix in uſu medico ſunt. Flores* viribus conveniunt cum roſis ſativis, & optima ſæpè inde deſtillatur *aqua*, & majorem adſtringendi vim habet, ut in profluvio uteri rubro & albo maximæ ſit efficaciæ.

*Fructus* ob lithontripticam facultatem commendabiles ſunt, prout & in illis contenti arilli excellunt. Item *Spongiæ* valdè etiam proſunt contrà calculum, unde & principale ſunt ingrediens *Eſſentiæ Nephriticæ D. D. Iohann. Michaelis.* Vinum ſi eis affundatur, egregium fit nephriticum, cujus tamen virtus non ſimpliciter diuretica, ſed moderatè adſtrictiva eſt, Renum archeum roborando & ſedando calculos expellit, unde etiam vim habet dolores demulcendi nephriticos. Spiritus etiam ex his deſtillari poteſt beneficio fermentationis, qui mirificè in calculo prodeſt. Sed *Spiritus alcaliſatus Hartmanni*, quem *Dnus Autor* etiam deſcribit, non artem ſapit, ſed inanibus proceſſibus annumeratur.

§ CXXIV.

¶ CXXIV. *Cyperus*

Κύπειρος wilder Galgan. Souchet. *Wild Cypreſ, long & round.* Wilde Cyper lang en ronde.

{ longus.
{ Rotundus.

Rotundus potiſſimi quidem uſus eſt, tamen judicio virorum etiam eruditorum parum vel nihil longum ſuperat; ſuntque partus diverſi ejuſdem radicis.

Creſcit ſponte in regionibus calidis, Italia, Syria, Alexandria, & ſimil. Noſtratibus colitur quandoque in horto, gaudetque ſolo humido ſed minus efficax eſt peregrino.

Dicitur Cyperus, *Dioſc. Alpin.* Cyperus rotundus Orient. maj. vel Babylonicus, *Rauwolf*, Cyperus major Syriacus, *Cam. in Matth.* Cyperus rotundus orientali major, C. B. 1.

OFFICIN. NAT.

Sola *Radix* quæ eligenda gravis, denſa, fractu contumax, plena, aſpera, odoris cum quadam acrimonia jucundi.

Vires. *Vtraque Stomachica eſt ac uterina, calf. & ſicc. 2. aper. Vſus præcipuus in urina ac menſibus ciendis, cruditate ventriculi conſumenda, hydrope inchoato præſervando, colica ac vertigine diſcutienda, ulceribus veſicæ ſolidandis: maſticata emendat oris fœtorem. Cocta in oleo contuſa & impoſita renibus ac pectini urinam provocat.*

Varias quidem ingreditur compoſitiones, ſed alieno titulo inſignitas.

HOFMAN.) *Cyperus* Græcis κύπειρος, vel κύπερος ita nominatus, quia radix pyxidulam puſillam figura imitatur.

*Duo ejus genera* in uſu ſunt, *Rotundum* & *Longum.*

Eſt autem radix junci triangularis aut quadrangularis, cubitalis aut majoris, quandoque folia habentis porracea, longa, anguſta, in ſummo caule minuta, ſemen complectentia. Radices inter ſe cohærent oleis oblongis ſimiles, quæ rotundæ ſunt, nigræ, odore ſuavi, guſtu amaro.

Naſcitur in lacunoſis, paluſtribus, imò etiam in cultis locis.

Optima ea cenſetur, quæ gravis, denſa, dura, aſpera, odorata cum quadam acrimonia.

*Sola Radix in uſu eſt.*

*Vires. Calefac. ſicc. aper. & c.*) Urinæ ſuppreſſioni medetur, menſes reſtitantes movet, ad calculum & hydropem utilis, oris ulcera depaſcentia curat. Eſtque ejus magnus etiam apud Ægyptios uſus. *Proſper Alpinus. Olaus Wormius in Muſæo. Domini. Chabræus l. c.*

D

¶ CXXV. *Daucus.*

Δαῦκος, Daucus, Daucum & Daucium, Moehrenkümmel. *A kind of Carrot or wild Parſnep.* Eenſlach van Geelwortel / Croonkenſcruyt / of wilde Pinſternakel.

N. *Dauci nomine plantæ binæ officinis veniunt. Daucus ſcil. Creticus*, de quo hic; *& Daucus vulgi ſeu officinarum.* Vide Paſtinaca ſylveſtris.

Dicitur Daucus 1. *Matth.* Daucus Cretenſis verus, *Dioſc. Lob. Germ.* Dauc. Creticus, *Caſt. Tab.* Dauc. foliis fœniculi tenuiſſimus, C. B. 1.

Naſcitur ſponte in Inſula Creta, unde nomen quoque habet, tum quoque in Italia. *Semen* ſolum noſtratibus officinale eſt.

Vires. *Vterinum imprimis eſt & diureticum, Calf. & ſicc. 2. aperit, incidit, flatus diſcutit. Uſus præcip. in menſibus obſtructis, ſuffocatione & dolore matrice, in colica flatulenta, in ſingultu, dyſuria, tuſſi chronica.*

N. *Ingreditur Compoſitionem Theriacæ.*

PRÆPARATA.

♂ ad calculum utile.

HOFMAN. *Daucus, Daucum, & Daucium.*) Wilde Mohren Saamen. Vel eſt *Creticum* vel *vulgare.* De *Cretico* hic agimus, hoc foliis eſt fœniculi ſimilitudine, ſed minoribus & tenuioribus, caule dodrantali, umbellâ Coriandri ſimilibus, ac inter hos ſemine acri, albo hirſuto ac ſuavis odoris. Radix eſt digitali craſſitudine & dodrantalis altitudine.

Naſcitur ſponte in Inſulâ Cretâ, unde & nomen accepit, & in Italiâ in præruptis altiſſimorum montium rupibus. Colitur tamen etiam in hortis noſtratibus, ubi Martio viret, & floret Majo, ſemine turget Junio. Quod ſolum in uſu eſt.

*Vires. Calefac. ſicc. aperit, incid. diſcutit, &c.*) Unde carminativum, diureticum & uterinum eſt in colica, dyſuriâ, hyſtericâ paſſione, menſium oppreſſione &c. ſummo cum ſucceſſu adhibetur. Refertur ad ſemina quatuor minora calida.

N. Theriacæ compoſitionem ingreditur, quia à Phalangiis demorſis ſubvenire creditur.

N. Dauci ſylveſtris ſucco Angli cerevìſiam ſuam imbuere ſolent, illamque medicatis cerevìſiis reliquis, quæ verno tempore adhibentur, longè anteferunt.

¶ CXXVI. *Dictamnus Creticus.*

Dictamni officinales ſunt. { Dictamnus Creticus, Cretiſcher Diptam. Dictame de Crete. *Dittany of Crete.* Cretiſche Diptamum of Dictamus. *De quo hic.*
Dictamnus vulgaris ſeu albus officinar. *Vide Fraxinell.*

Dicitur Dictamnus, *Brunf.* Dictamnum. *Matth. Lob. Caſt.* Dictamnum Creticum, *Matth.* verum, *Dod.* Dictamnus verus, *Cord. in D.* Dictamnus Creticus, *Trag. icon. Cam.* Dictamnus Creticus C. B. 1.

Naſcitur in Creta foliis craſſioribus villoſioribus, in hortis Italiæ Majoribus, minusque incanis.

OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Vterina in primis eſt herba ac alexipharmaca. calf. & ſicc. atten. abſter. aper. Vſus præc. in obſtructis menſibus, in partu accelerando (intrinſecus & extrinſecus) in Ictibus venenatis, in ſpiculis extrahendis*

HOFMAN. *Dictamnus Creticus.*) Vel *Creticus* eſt vel *Vulgaris*; Ille in Cretâ naſcitur foliis craſſioribus & villoſioribus, colitur tamen jam etiam in hortis noſtris. Derivatur Nomen à Monte Cretæ Δίκτης, & voce θάμνος. Vulgaris dicitur *Fraxinella*, de quâ infrà.

*Hujus folia tantùm in uſu ſunt.*

*Vires. Calefac. ſicc. atten. abſterg. aperit, &c.*) Hujus folia alexipharmaca & uterina ſunt, unde in menſibus retardantibus, partus difficultate etiam commendantur internè & externè. Item ad venena corrigenda & ſpicula extrahenda cervorum exemplo didicimus conducibilia. Venenis non minus, ac Theriaca, cujus & compoſitionem ingrediuntur, reſiſtentia.

¶ CXXVII. *Dipſacus.*

Eſt { Sativus { Major. *Hic uſualior.*
{ Minor. *Et hic adhiberi poteſt.*
Sylveſtr.

Videatur Διψακος, *Fuchſ. Dod. Tab. Germ.* La-

veneris, *Matth. Cord. in D.* Carduus Veneris, Carduus fullonum, *Lob. Trag.* Dipſ. ſylv. aut Virga paſtoris, C.B. 3. & 4. German. Kartendiſtel. verge à berger, chardon à foullon, ou chardon à carder. *Teazles, Garden-Thiſtle, or Carduus Fullers Thiſtle.* Caerden/ Volders Caerden.

Creſcit locis aſperis arenoſis: Floret Iunio & Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Radix* ſed rariſſimè: hinc *Vermiculi* in echinis reperti.

Vires. *Radix teſte Matthiolo ſicc. abſtergit. Uſus præcip. in Rhagadibus ani ſolidandis (decocta cum Vino) commendatur in verrucis abigendis.*

*Vermiculi (vel radix) de collo ſuſpenſi quartanam arcere creduntur: eoſdem cum oleo roſac. vel ſimili contuſos paronychiam ſanare, author eſt Matthiolus.*

HOFMAN. *Dipſacus.*) *Labrum veneris. Dipſacus* vocabulum à ſiti, quæ Græcis *δίψα* appellatur, deſumptum eſt, quia contrà hanc ſemper paratum habeat humorem. *Labrum veneris* à foliorum poſitu pelvis ſpeciem conſtituente. *Carduus fullonum* vocatur ab uſu.

*Duplex communiter ſtatuitur. Sativus & Sylveſtris. Sativus* in quamplurimis Italiæ locis ſeritur, & præſertim in agro Bononienſi, ſingulari diligentiâ. *Sylveſtris* vel *eſt Major vel minor*, uterque uſitalis. Hic creſcit locis aſperis arenoſis: Floret Iunio & Iulio

*Aqua in foliorum concavis ad oculorum rubidinem, caligines & ad faciei maculas.* Sommerſpruſſen.

## ¶ CXXVIII. *Doronicum.*

Aconitum pardalianches Theophraſti, *Matth. Tab.* Doronicum Auſtriacum alterum, *Cluſ. Cam.* Doronicum 2. longifolium, *Tab.* minus, *Ger.* Doronicum radice repente; Eidem. Doronicum radice dulci, C.B. 1. Germ. Gämſewurtz/ Schwindelkraut. *Doronicum, a kind of vvolfsbane.* Doronicum.

Creſcit in Auſtria, Styria, Helvetia, &c.

## OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Accedit ad calfac. & ſicc. gr. 3. diſcut. alexipharmaca eſt. Uſus præcipuus in Vertigine, Uteri inflatione, palpitatione cordis, venenoſis morbis ac morſibus (nimirum ſignaturam Scorpionis habet.)*

N. *Sunt qui aconitum pardalianches eſſe volunt, adeoque noxium (ut Matthiol.) Cui tamen moderni minimè ſubſcribunt.*

HOFMAN. *Doronicum.*) Licet hujus varia dentur genera, de quibus conſule *Bauhini Pinac. & Dominic. Chabræum* l. c. tamen hic illud, quod longifolium hirſutum eſt, & provenit in Auſtriacarum & Stiriacarum alpium jugis inter *Saxa*, intellectum volumus, unde & Auſtriacum dicitur. Non deſunt, qui pro *Aconito Pardalianche*, & ſic pró veneno habent, eò quòd hujus uſus canibus, lupis, & pardalis funeſtus ſit, *teſte Matthiolo comment. in Dioſcor. lib. IV. cap. 73. Caſpar. Hoffmann. lib. 2. cap. 4. de Medicament. officinal.* Verùm licet concedatur, canibus, lupis &c. lethale fuiſſe venenum, tamen indè concludi nequit, homini etiam deleterium ac funeſtum eſſe. Differt Natura à Naturâ, alimentum ab alimento. Aloë interficitur vulpes, homini medela eſt. Mures decocto herbæ helenii necantur, homini remedio eſt. Nux vomica feles, canes, picas &c. necat, & tamen ingreditur *Elect. de Ovo Maximil. I. Imperat.* Unde *Lobelius, Pena in adverſar. Stirp. Conrad. Geſn. in epiſtol. Matthioli* præcipitantiam miris modis exagitant. Concedimus hanc radicem in nimiâ doſi exhibitam etiam nocuiſſe, ſicenim & alia, vinum, crocus, ambra, Moſchus &c. in nimiâ copiâ adſumpta eſſent venena. Et contingere poteſt, radicem Doronici recentem eſſe flatulentam, & ſic alicujus noxæ inſimulari poſſe: exſiccata ſanè minorem creabit molestiam. Ut patet ex ſemine Coriandri humido & ſicco. *vid Excell. Georg. Hieronym. Velſchii erudiſſ. diſſertat. Medico-philoſ. de Ægagropilis.*

*Vires. Calefac. ſicc. diſcut. &c.*) Hujus radicis virtus ſpecifica directa eſt contrà vertiginem, cordis palpitationem, & uteri inflationem. Adverſatur etiam venenis, lumbricos necat & expellit.

N. Nonnulli ab hac juſto tempore collecta & collo alligata ſibi à telorum vel globulorum impetu incolumitatem promittunt.

*Dracunculus ſeu Dracontium*; Quamvis hujus nullam fecerit mentionem *Dnus Autor*, forſan cum *Plinio* pro una eademque planta cum *Aro* habens, tamen nec hæc ſtirps omittenda eſt, cum & hanc *Dioſcorides* non neglexerit, in *Majorem* & *Minorem* diſtinguens, & utrumque fusè deſcribens, diverſis ſaltem vocibus unum & idem: quo fit ut *Galenus, Paulus, Ætius, Serapio, Oribaſius, Matthiolus*, &c. Unum tantum *Dracunculum* agnoſcant. Eſt autem *herba* & *radix* Medicamentoſa. Germ. Dragendel.

*Vires*, calefacit, ſiccat, reſolvit, attenuat, incidit, aperit. Unde hujus herba & radix decocta inſervit contra Scorbutum, in quo ſummè commendatur, licet ratione ſaporis cum aliis anti-Scorbuticis non conveniat; tamen *juxta Cl. Helmontium* in herbis etiam inſipidis magna ſæpenumerò latet virtus. Hujus decocti doſis manè & veſperi eſt cyathus unus, per menſtruum ſpatium continuandus.

N. *De Dracunculo Hortenſi vid. Dominic. Chabræus* l. c. p. 368. ejuſdem virtutis cum Noſtro jam deſcripto.

## E.

## ¶ CXXIX. *Ebenus.*

Lignum exoticum eſt in medicina nullius uſus, præterquam quod Paracelſus oleum ac ſal ejus maximè commendet. Ol. ſtillat. collaudat in doloribus arthriticis, Podagra, Paralyſi, morbis venereis & puſtulis (extrinſecus ſcilicet loco affecto inunctum) Sal celebrat vi purgandi (forte facultatem purgatricem ſtimulandi) in podagricis, paralyticis, item virtute mundificandi vulnera. Vide Paracelſ. de Xylo Hebeno. German. Ebenholtz. De l'Ebene. *Ebony.* Ebenhout.

HOFMAN. *Ebenus.*) *Et Ebenum, ſive Hebenus & Hebenum.* Eſt Æthiopiæ ac Indiæ arbor, palmæ folio. Eſtque vel *genuina* vel *ſylveſtris.* Hujus iconem habet ſæpè laudatus *Dominicus Chabræus* l. a. p. 30. Hujus figura eſt palmæ facie *Hairi*, quod à quibuſdam *Ebenus* cenſetur, & cui cum Ebeno maxima eſt convenientia, in eo tamen differunt, quod *Hairi* arbor tota ſpinoſa ſit. *Ebeni* verò non. Ex India ad Nos defertur, ut & Æthiopia, licet *Virgilius* ſolam Indiam ferre *Hebenum* ſcribat, tamen *Lucanus* etiam meminit *Hebeni Mareoticæ* hoc eſt *Æthiopicæ.* Nullum eſt dubium, quin cum *Guajaco*, cujus contra luem veneream magna eſt efficacia, in hoc magnam habeat affinitatem. Unde *Th. Paracelſus Ejus oleum & ſal* fixum maximè in morbis venereis, podagricis, paralyticis, tam internè quàm externè commendat. *De xylo* Hebeno. Germ. Ebenholtz.

## ¶ CXXX. *Ebulus.*

Χαμαιάκτη Dioſcoridis, hoc eſt, Sambucus humilis. Ebulus. *Trag. Matth. Fuchſ. Lob. Caſt. Tab.* Ebulus ſeu humilis ſambucus, *Dod.* Ebuli & Sambuci alterum genus, *Lon.* Sambucus humilis, ſeu Ebulus, C. B. 5. Germ. Niederholder/ Attich. Hyeble. *Dvvarf Elder Danevvort.* Hadich/ Wilden-Vlierwortel.

## OFFICIN. NAT.

*Flores, Folia, Cortex* interior, *Semen & bacca.*

Vires. Flores *calfac. & ſicc. diſcut. emol. reſol. ſudores movent ut ſambuci flores.*

*Eâdem vi pollent* folia *& imprimis ad podagricos dolores ſopiendos, tumoreſque aquoſos diſcutiendos, adeoque & hernia aquoſæ conveniunt.*

Cortex *interior maximè radicis (præterquam quod aquoſos & ſeroſos humores totius corporis per alvum educit,) calf. & ſicc. diſcutit, emollit. Uſus præcip. (ut ſcrum) in inflammationibus, Eryſipelate, & ſim.*

PRÆPAR.

1. ∇ *ſtillat.* Ex floribus.
2. *Spiritus.* Ex floribus fermentatis.
3. *Rob. Ebulin. ſeu pulpa baccar.*

Vires. *Aquas blandè detrahit, ſudoreſque movet.*

4. *Tinctura ſeu Eſſentia granorum Ebuli.* Fit & uſurpatur eodem modo quo tinctura Sambuci.

Vires. *Tinctura hæc ſpecificum eſt remedium contra hydropem, cachexiam, uteri ſtrangulatum, cujus paroxyſmum ſudore mediante fugat.*

[*Unguent. de Ebulo Lacun. ad dolores podagricos.*]

De Cortice & ſemine, *vide* in purgantibus.

HOFMAN. *Ebulus.*) χαμαιάκτη Dioſcor. ſive *ſambucus herbacea, humilis.* Germ. Attich Niderer Holder. Adeò ſambuco aſſinis, ut illius nomen pumilæ adjectione meruerit.

Naſcitur in opacis, udis & aquoſis locis, & ſæpiſſime ad arvorum margines. Floret Iunio & Iulio. Baccæ Auguſto & Septembri maturantur. In Noſtris regionibus frequens creſcit etiam in Italia, Gallia, Helvetia.

*Vires. Flores calefac. ſicc. diſcut. emoll. reſolv. &c.*) Diaphoretici ſunt, ut fl. ſambuci, ex quibus aqua deſtillatur, & ſpiritus per fermentationem.

Eadem vi pollent folia, hæc coſta ad cataplaſmatis formam ſopiendis podagricorum doloribus conferunt; item tumores aquoſos & herniam in ſpecie aquoſam diſcutiendo ac reſolvendo tollunt.

*Cortex interior radicis calefac. ſicc. diſſ. emoll. &c.*) aquas hydropicorum educit in vino infuſus, & externè in inflammationibus ut eryſipelate applicatur.

N. Radix Ebuli, non ejus cortex, tempore verno rubicunda collecta & pulveriſata nimio menſium fluxui medetur. Doſ. à ʒß. ad ℈ ij in vino rubro.

*Ex baccis Rob* conficitur etiam ad aquas hydropicorum in robuſtioribus ſubjectis educendas.

*Ex granis Tinctura ſeu Eſſentia* præparatur ad prædictos affectus utiliſſima.

¶ *CXXXI. Endivia.*

Σέρις, Intybus ſativa, Endivien. Endive. *Endive.* Endyve.

Eſt { Major latifolia, *quæ intelligitur ſimpliciter ſic dicta.* / Minor anguſtifolia (dicitur ſcariola) *quæ priori ſubſtitui poteſt.* }

Prior dicitur Intubus ſive Endivia, *Trag.* Intubus major, *Matth.* Intubum ſativum latifolium, *Fuchſ. Lob.* Intybum ſativum, *Cord. in D. Dod. Ger.* Intybus ſativa major, *Caſt.* Seris (ſive Endivia alba,) *Lob.* Endivia hortenſis, *Cam.* Intybus major ſativa ſive cichorium domeſticum, *Tab.* Scariola Arabum interpretibus, Seris domeſtica latifolia ſive Endivia vulgaris, C.B. 1.

Colitur in hortis, ſolo gaudens opimo. Floret Iulio & Auguſto.

OFFICIN. NAT.

*Folia, Semen,* rariſſimè, *Radix.*

Vires. *Epatica eſt nobiliſſima, refrig. & ſicc. 2. abſterg. aperit, diuretica eſt. Uſus frequentiſſimi in febribus bilioſis.*

PRÆPARATA.

1. ∇ *ſtillat.* Ex integra planta.
2. *Succus.* Ex foliis.
3. *Syrup. de Endiv. ſimpl.* ex ſucco & ſaccharo.
4. *De Endiv. compoſ.* Vid. D.
5. *Syr. Byzantinus.* V.D.
6. *Diaſer. Andernac.* V.D.
7. *Sal com.* Ex planta incinerata.

HOFMAN. *Endivia.*) Σέρις. *Intybus ſativa.* Germ. Endivien. Et eſt vel *Major latifolia, vel minor anguſtifolia ſcariola dicta.* Prior dicitur *Intubus ſive Endivia.*

Seritur in hortis & vere ſatum celeriter adoleſcit, ac æſtate ſequens ſemen profert & poſtmodum interiit. Iulio verò ſatum in hyemem incidit, Septembri aut Octobri terrâ obrutum, ſquillis prius foliis nivis inſtar candidum redditur, ac deinde hyeme aliarum acetariorum loco menſis apponitur.

*Vires, refriger. ſiccat, abſterg. aperit,* &c.) Hepatica herba eſt nobiliſſima, bilioſorum humorum orgaſmum compeſcens, ſtomacho grata ac utilis. Faucium inflammationibus etiamque aſperitatibus inſervit. Ex hâc *Aqua deſtillata, ſyrupus ſ. & c. Syrupus Diaſereos Andernaci* in febribus bilioſis frequentiſſimi ſunt uſus.

N. Sal autem, ut *Dominus Autor* tradit, nequaquam ex hac incinerata præparari poteſt.

¶ *CXXXII. Epatica Nobilis.*

Epatica alba, Trifolium nobile. Epatica, *Bruſ.* aurea, *Bruſ. Tab.* Trifolium magnum ſeu aureum, *Trag.* Trif. aureum, *Dod. Lon.* aureum magnum, *Caſt.* Trinitas, *Matth. Cord. b. Caſt.* Hepaticum trifolium, *Lob. Cam. Ger.* Hepatica trifolia, *Cluſ. hiſt.* Trifolium Epaticum flore ſimplici, C.B. 1. Germ. Harz oder Leberblümlein / gülden Leberkraut / Edel Leberkraut. Hepatique d'or, *yellow, Hepatick, Golden Liverwort.* Gulden en Edel-Leverkruyt.

Florere incipit veris initio, colitur in hortis.

OFFICIN. NAT.

*Folia ac Flores.*

Vires. *Calf. & ſicc. moderatè (al. refr.) ſubaſtring. ſanguinem mundificat, Epatis ac Lienis obſtructiones reſerat, urinas ciet, Renes & veſicam abſtergit, Herniam curat.*

PRÆPARATA.

∇ Ex planta integra.

HOFMAN. *Epatica Nobilis.*) ſeu Trifolium Nobile. Germ. Edel Leberkraut. eſt ſimplici & pleno cœruleo & albo.

*Vires. Calefac. ſicc. ſubaſtring.* &c.) Specificum hepaticum eſt, hepatis ac reliquorum viſcerum tonum confirmat, ſanguinem mundificat, & moderata ſua adſtrictione epatis etiam & lienis obſtructiones tollit, urinas ciet; Externè herniis glutinatoria ſua vi ſanat & faucium inflammationibus in gargariſmis medetur. Aqua ex hac deſtillata externè cutim glabram & nitidam reddit. vid. Theſaur. noſtrum Pharmaceuticum anteriorum ſeſſ. 2. num. 47.

N. Extractum etiam ſaccharatum ex foliis præparari poteſt.

*Epatica ſaxatilis vid. Lichen.*

¶ *CXXXIII. Epatica ſtellata.*

Hepatica ſtellaria, *Tab.* Matriſylva, *Trag. Cord. in D. Lon.* Aſperula, *Lob. Ger.* Aſperula odorata, *Dod. Caſt. Cluſ. hiſt.* Aperine ſylv. quædam, *Cord.* Aſperula ſeu Rubeola montana odorata, C.B. 1. Capifolium aliis, German, Stern-Leberkraut / Herzfreud /

freud/Waldmeiſter. l'Hepatique en forme d'étoile, *Starr-like or Stone Liverwort.* Walmeeſter/ Sterrenkruyt.

Gaudet ſolo nemoroſo; Floret Aprili & Majo.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus.

Vires. *Calfac. & ſicc. ſeu temperata potius eſt, Epati ac cordi familiaris. Uſus præcip. in obſtructo Epate, ac meatu biliario, & hinc in Ictero, in Epate calidiore refrigerando. Extrinſecus in temperie calida Epatis (cataplaſ.) in tumoribus calidis. Quin & pedibus alligata parturientium partum accelerare dicitur.*

N. *Plantula eſt noſtratibus familiariſſima, quippe vix quidam è Francofurtenſibus erit, cujus potum Majo menſe non ſubornet, ſaporem conciliando gratiſſimum.*

HOFMAN. *Epatica Stellata*) *Matriſylva Aſperula.* German. Steinleber-Kraut Waldmeiſter. Dicitur etiam *rubeola Montana odora* ſiccata ſcilicet, viridis autem non, *Bauhin.* Hujus folia radiatæ rubiæ poſitu ad cauliculorum tenuium, quadratorum ſingula genicula naſcuntur ſubhirſuta. Circà faſtigium dividitur caulis in binos aut ternos ramulos, ex quibus pediculi floſculos ſuſtinent ſuaviter olentes candidos, ex quatuor foliolis compoſitos. Radix ejus pluribus geniculis intercepta tenella ſumma tellure ſerpit, capillaribus fibris demiſſis, unde caulici ſurgunt.

In Nemore noſtro Sebenſi reperitur & monte S. Petri. Floret Iunio & Iulio.

*Herba cum floribus in uſu ſunt.*

*Vires. Calefac. ſic. temperatè.*) Vulneraria eſt, totius maſſæ ſanguineæ ſalia ſylveſtria corrigens, unde & in potionibus vulnerariis maximo cum ſanitatis emolumento aliis admiſcetur. Potionibus item Majalibus ſubornata ſaporem illi conciliat gratiſſimum. *Crato in conſil.* 40. *Libr.* V notat, perhiberi illam pedibus parturientium alligatam partum accelerare.

## ¶ CXXXIV. Equiſetum.

ἵππουρις, Herba Equinalis, Cauda Equina, Roßſchwantz/ Pferdſchwantz/ Schaffteuhen. Queuë de cheval, Queuë-chat. *Horſe-tail.* Peertſteert.

Varii eſt generis. Eſt enim Equiſetum paluſtre varium, eſt ſylvaticum, eſt pratenſe, eſt denique arvenſe. Et hæc etſi viribus conveniant, attamen uſuale magis eſt pratenſe.

Dicitur Hippuris altera, *Trag.* Equiſetum alterum, *Math.* Equiſetum *Fuchſ. ico. Cord. in hiſt.* Hippuris major prima, *Lon.* Hippuris fontalis & Equiſetum 2. Dioſc. *Lob.* Hippuris minor *Lob.* Equiſetum paluſtre majus *Tab.* paluſtre. *Ger.* Equiſetum pratenſe longiſſimis ſetis, C. B. 8.

## OFFICIN. NAT.

*Caules* cum foliis ſuis.

Vires. *Vulnerarium eſt, frig. ſicc. 2. inſpiſſat, aſtring. Uſus precip. in hæmorrhagiis ſiſtendis, in exulceratione & vulneratione Renum & veſicæ, interaneorum tenuium, &c.*

## PRÆPARATA.

🜄 *ſtillat.*

🜔 ex cinere.

HOFMAN. *Equiſetum.*) *Hippuris. Cauda equina.* German. Roßſchwantz. Et eſt *Majus & Minus*, ac utriuſque plures rurſus ſunt differentiæ *vid. in Dominic. Chabræo l. c.* pag. 550. 551. Eſt enim paluſtre varium, eſt ſylvaticum, eſt pratenſe, eſt arvenſe &c.

*Vires, frigeſ. ſicc. inſpiſſ. adſtring.* Scilicet adſtringendi obtinet facultatem cum amaritudine, hæmorrhagias ſiſtit, exulcerationem inteſtinorum tenuium, renum & veſicæ curat, Unde ejus ſuccus vel decoctum varia corporis vulnera & ulcera conſolidat, ſanguinem etiam ex naribus, utero, hæmorrhoidibus manantem ſiſtit. Hujus energiæ adſtrictoriæ etiam debetur, quod calculoſis proſit, dum renum tonum roborando aliàs in calculo flaccidorum feliciſſimè calculos expellit. Unde, *Caſparus Hoffmannus libro* 2. *medic. officin. c.* 162. *In curatione*, inquit, calculi, ſi benè diſtingueremus remedia, pauciores haberemus calculoſos. Qui enim perpetuò utuntur propriis dictis diureticis, præcipuè non purgatis primis viis, addacta ad locum affectum materia calculoſa, malum faciunt pejus. Quantò melius illi, qui præſervationis quidem gratiâ ſinguli anni quadrantibus everrunt primas vias dictas alvinas, deindè utuntur lacte amygdalino per aliquot dies; Pro curatione ante omnia leviter purgant, poſteà utuntur diureticis impropriè dictis frigidis ſcilicet quæ tonum reddunt renibus, *ſyrupo de Limonibus, chamæmelino cum aq. fl. pruni ſylveſtr. fragariæ, equiſeti,* &c. quorum quædam adſtringunt. *vid. Simon Pauli in quadripart. botanic. claſſ. ſecund. p.* 39.

## ¶ CXXXV. Eruca.

Εὔζωμον, Arab. Legir. Raucken. Roquette, *Rocket.* Eruca.

Eruca.
- Paluſtris. Creſcit juxta rivulos.
- Sylveſtris, creſcit in locis arenoſis, floret Iunio, Iulio, &c.
- Hortenſis, Εὔζωμον, Legir, Weiſſer Senff. Mouſtarde ou ſeneve de jardin. *Garden Rocket*, or *white Muſtardſeed.* Witte Moſtaertſaet.

Ex his infertur in officinas potiſſimum hortenſis latifolia, C. B. 1. quâ tamen acrior eſt ſylveſtris.

Dicitur Eruca, *Brunſ. Match. Cord. in D. Caſt.* Eruca ſive Rucula marina major & Sinapi 8. *Trag.* Eruca ſylveſtris, *Fuchſ. ico. Lon.* Sinapis alterum genus, *Fuchſ.* Erucula major, *Cord. h.* Eruca ſativa, *Match. Lob. Dod.* Eruca major, *Cam.* Eruca latifolia alba ſativa Dioſcor. C. B. 1.

## OFFICIN. NAT.

*Semen.*

Vires. *Calfac. ſicc. intenſe.* (3.) *Uſus præcipuus in Venere ſtimulanda, apoplexia præſervanda. Extrinſ. (impoſita radix) extra oſſicula fiſſa, pituitam è cerebro prolicit (in apophlegmatiſm.)*

## PRÆPAR.

Confectio ſemin.

HOFMAN. *Eruca*) Hæc eſt vel *paluſtris*, quæ ad rivulos creſcit, vel *ſylveſtris* in locis ſabuloſis creſcens, vel *hortenſis* latifolia, atque hæc in officinas infertur. Germ. Weiſſer Senff.

*Ex hâc præter ſemen nihil eſt uſui.*

*Vires. calefac. ſiccat, &c.*) Venerem ſtimulandi vim habet; commeſtum & manſum ab apoplexiâ præſervat, ut & à Scorbuto. Externè in apophlegmatiſmis pituitam ex cerebro elicit, & cum pulveriſato maculæ Scorbuticæ & epaticæ tritæ in balneo exſtirpantur.

## ¶ CXXXVI. Eryngium.

Eringus, After Atticus, Centum capita, Inguinalis, Mannstreu/ Radendiſtel/ Brachendiſtel. Racine de Panicaut. *Long-Leaved. Thiſtle, Eringo, Sea holm* or *Sea-holly.* Cruyſwortel en Cruyſdiſtel/ oock Endeloos.

Gaudet locis herboſis, arenoſis, floret Iulio.

Ex Eryngiorum generibus officinale eſt Eryngium primum, *Trag. Lon.* Eryngium montanum ſive campeſtre, *Match. Caſt.* Eryngium, *Fuchſ. Cord. in D. Tab.* Eryngium mediterraneum. *Ger.* Eryngium campeſtre

peſtre mediterraneum, *Lob.* Eryng. vulgare, C.B. 2.

## OFFICIN. NAT.

*Radix* colligenda Sole exiſtente in Cancro.

Vires. *Epatica, nephritica & alexipharmaca eſt, temperatè calida, mediocriter ſicca, aper. diſcut. Uſus prac. in obſtructis menſibus, Urina, Epate, Veſica biliaria, Liene, &c. & hinc in ictero, ut & (teſte Galeno) in Colica.*

## PRÆPARATA.

*Condita radix.*

HOFMAN. *Eryngium.*) Ab eructando dicitur, ἠρύγγιον Græci eructatum appellant, quia ſi forſan capella caulem aut ſurculum Eryngii deglutierit, totus ſtatim grex, relicto paſcendi ſtudio, veluti attonitus ſubſiſtit, donec Eryngium ructu capra rejecerit. A capitulorum multiplici numero centum capita vocatur. Germ. Mannes-Treu.

Creſcit locis ſabuloſis, herboſis. Floret Iulio.

*Vires. Calefac. ſicc. aperit, diſcutit, &c.*) Hepatica eſt, & nephritica &c. in menſium obſtructione & in ictero decoctum Ejus commendatur. Eſt in numero radicum quinque minorum aperientium, quales radices graminis, rubiæ, eryngii, capparis, ononidis.

N. Hujus Radicis ſaccharo conditæ effectus in venere ſtimulanda non ſatis deprædicari poteſt, Spiritus genitales augendo, ſemen generando & ad venerem ſtimulando. Vid. Electuar. ad coitum ſect. 8. num. 19. in theſauro Pharmaceutic. annexo.

## ¶ CXXXVII. *Eryſimon.*

Variorum eſt generum, è quibus uſualius eſt, Ἐρύσιμον, 1. *Tab.* Eryſimon vulgare, C. B. Irio, *Matth. Cord. in D. Lon.* Verbena fæmina & Sinapi 7. *Trag.* Wegſenff / Hederich. *Hedgemuſtard.* Eryſimon / Irio.

Creſcit juxta vias: Floret Iulio, & Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Semen ac Herba.*

Vires. *Calfac. & ſicc.* 3. *attenuat, aperit, expectorat. Uſus pracip. in mucilagine contumaci pulmonum atque tuſſi chronica. Extrinſ. in Cancro non exulcerato, tumoribuſque renitentibus mammarum.*

## PRÆPAR.

*Syr. de Eryſimo Lobelii.* Vid. l. 2.

HOFMAN. *Eryſimon.*) German. Hederich. Variorum eſt generum, ex quibus vulgare *Bauhini* ſolum in uſu eſt, reliquæ omnes Ejus ſpecies negliguntur.

*Vires. Calefac. ſicc. attenuat, aperit, expectorat, &c.*) Tota recens herba à Lobelio commendatur ad raucedinem inveteratam ob ejus vim attenuantem, aperientem & expectorantem in mucilagine craſſâ ac pituitoſa pulmonum & tuſſi chronicâ.

## ¶ CXXXVIII. *Eupatorium.*

Eupatorium {
- Veterum ſeu Græcorum. *Vide Agrimonia.*
- Meſuæ. *Vide Ageratum.*
- Cannabinum: *Deſcribitur hoc loco.*

Dicitur Eupatorium Cannabinum, C. B. 1. Herba S. Künigundis, *Trag.* 1. *Tab.* Eupator. aquaticum, *Geſn.* Salvia. *Brunf.* 1. Eupatorium vulgare, *Matthiol. Dod. Caſt.* Eupatorium adulterinum, *Fuchſ.* Eupatorium Avicennæ creditum, *Lac. Lon. Cam.* Cannabina aquatica mas, *Lob.* German. Waſſerdoſt / Kunigkraut / Hirſgunſel / Alpkraut. Eupatoire ou aigremoine. *Maudlin, Common Eupatory, a ſort of Agrimony.* Eupatorium / Koninginnekruit / een ſlagh van Agrimonie.

N. *Pleriquè hanc herbam Eupatorium Avicennæ cenſent, Bauhinus verò Agrimoniam pro Eupatorio Græcor. & Avicennæ habendam eſſe monet.*

Creſcit locis uliginoſis: Floret Iulio & Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Flores & Folia*, ſed raro.

Vires. *Calfac. & ſicc. ſaporis eſt amariuſculi, atten. aper. ſubaſtr. Epatica eſt & vulneraria. Uſus pracip. in cachexia, catarrhis & tuſſi, menſibus retentis. Extrinſecus è nobiliſſimis eſt vulnerariis (uti & intrinſecus) menſes ciet balneatione, &c.*

## PRÆPAR.

1. ▽. Ex foliis & floribus.
2. *Trochiſci de Eupat. A.*

HOFMAN. *Eupatorium*) *Hepatorium, Eupatorium nostrum Avicennæ, aquaticum, cannabinum. Cannabina aquatica. Herba S. Kunigundis.* German. Waſſerdoſt Kunigunde. *Eupatorium* dicitur, quia hepati roborando & ſanando conveniat. Folia habet cannabina, ſerrata, oblonga, acuminata, flores in umbellis glomeratos, meris ſtaminulis conſtantes ex albo purpuraſcentes, caule recto, tereti, tomentoſo, gravi & aromatico odore. Radix fibroſa albo ſaporis amari.

*Vires. Calefac. ſiccat, atten. aper. ſubadſtring. &c.*) Vulnerarium eſt & Epaticum, unde uſus Ejus eſt in cachexiâ, menſibus retentis, Aſcite. Nonnulli vim vomitoriam ei etiam adſignant, *vid. Geſnerus in Epiſtol.*

## ¶ CXXXIX. *Eufragia.*

Εὐφροσύνη, Euphragia, Euſraſia, Augentroſt. Euphraſie. *Eyebright.* Oogentroost.

Eligatur Euphraſia vulgaris ſeu officinarum, C. B. 1. Euphragia alba, *Brunf.* Eufragia, *Matth. Caſt.* Euphraſia, *Fuchſ. Dod. Lob. Tab. Ger.* Vulgaris, *Lon.* Euphraſia Argentinenſium vel 2. & 6. *Trag.* Ophthalmica ſive Ocularia.

Creſcit locis apricis, ſabuloſis. Floret Iunio, Iulio, & Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus.

Vires. *Ophthalmica eſt & Cephalica, calf. & ſicc. 2. adſtring. diſc. ſaporis ſubacris: Uſus pracip. in ocul. ſuffuſionibus, caligine, memoria debilitata.*

## PRÆPAR.

1. *Conſerva.* Ex tota herba cum floribus.
2. ▽. Ex integra herba Iulio collecta.
[Eſſentia ▽ parata.]
3. *Vinum* nonnullis uſitatum eſt: fit infuſione ſummitatum pro potu ordinario.

HOFMAN. *Euphragia.*) *Eufraſia.* Græc. Εὐφροσύνη. Germ. Augen-Troſt.

*Vires. Calefac. ſicc. adſtring. diſcut. &c.*) Eſt herba ophthalmica ſaporis ſubacris adſtringentis in oculorum ſuffuſionibus, caligine &c. utilis; Aliàs etiam Euphragiam in primis flore albo decoctam in vino maximoperè contrà icterum flavum utilem deprehendi, caſu à me inventam, id quod nemo adhuc obſervavit.

F.

## ¶ CXL. *Faba.*

Faba eſt
- Vulgaris
  - ſativa
    - major } *de quibus hîc.*
    - minor }
  - ſylveſtris.
- Phaſeolus. Faſeln / welſche Bonen. Feves peintes ou phaſioles. *Phaſeols* or *Romich beans.* Roomſche Bonen.
- Lupinus. Feigbonen. *Lupins.* Lupinen.

Videatur Κυαμὸς, Faba, *Brunſ. Tab. Matth. Fuchſ. Cord. in D. Lon. Caſt. Cam.* Faba vulgaris, *Trag. Fuchſ. Cord. hiſt.* Boona ſive phaſeolus major, *Dod.* Faba major recentiorum, *Lob.* hortenſis, *Ger.* C. B. 1. Germ. Bonen / gemeine Bonen. Feves, Feves communes. *Common Beans.* Gemeyne Boonen.

N. 1. *Sunt qui inter fabas & Boonas diſtinguunt, fabiſque nos carere volunt, boonis è contra frui. Verum enim verò etſi conſtet, fabas noſtrates à veterum deſcriptione nonnihil differre: attamen veriſimile videtur, differentiam hanc, à diverſo loco natali potius dependere, quam ex diverſa plantarum ſpecie, adeoque ſecundum Botanicum hujus ſeculi ſagaciſſimum & peritiſſimum,* C. B. *fabas magnitudine, figura coloreque differre, & quo majores eò magis in longitudinem eas eſſe depreſſas, quo minores, eò rotundiores. Utut ſit, ſufficit nobis quod viribus conveniant.*

N. 2. *Fabarum uſus prohibitus eſt à Pythagora, quia flores lituris ſuis nigris ſignaturam referant lugubrem, & animas mortuorum, quæ in iis habitant: ab aliis interdicitur, quia exiſtiment ſenſus iiſdem hebetari inſomnia turbulenta excitari.*

N. 3. *Eſt & faba Indica purgatrix, cujus hiſtoriam ſi quis velit, ipſemet legere poterit 1. apud Cluſ. lib. 2. exot. c. 30. 2. in annotat. ad Monard. 3. apud Tabernæm. Nimirum quia noſtratibus in uſu non eſt, eam deſcribere ſuperſedeo.*

### OFFICIN. NAT.

*Farina* fabar. ſativar. & præcipuè majorum.

[N. *Faba freſſa dicitur molà leviter fracta.*]

Vires. *Emplaſtica eſt, refrig. & ſicc. 1. incraſſ. extergundefined. utilis intra corpus in diarrhœa, lienteria, &c. Extra, in maculis à ſole contractis, aliiſque cutis ſordibus extergendis (ſi illa fricentur) in ſuggillatis diſcutiendis.*

[*Decoctum ſiliquarum recentium fabarum injicitur peni in urina acrimonia.*]

### PRÆPAR.

1. ▽. Ex floribus.

Vires. *Diuretica eſt; maximique uſus in maculis faciei extergendis, eâque fucandâ.*

2. *Sal com.* Ex ſtramine incinerato.

Vires. *Summum diureticum eſt, uſitatiſſimumque in hydrope, calculo, in urina retenta.*

Hofman. *Faba.*) De hujus differentiis, ſynonymiâ &c. vid. *Dnum Autorem*; Nos de viribus maximè ſolliciti ad alia progredimur.

*Vires. refriger. ſicc. incraſſ. exterg.* &c.) Hujus non decorticatæ farina inde abſtergendi pollet facultate, ut videmus in tollendis lentiginibus. Si verò ex Ejus farinâ cataplaſmata fieri debent ad inflammationes mammarum, teſtium, farinâ ex fabis decorticatis uti debemus, quas vel diſcutit, vel ad ſuppurationem perducit. Aliâs etiam vapor â coctis fabis auribus exceptus in auditus difficultate præſentiſſimum dicitur remedium. Notiſſimum quoque præmanſis crudis fabis tolli poſſe faciei maculas, quæ ab exſiccatis variolis fœdè faciem decolorant, ſi iis veſperi ante lecti introitum facies illinatur, manè verò expergiſcentium iterum abluatur vel frigidâ vel fabarum aquâ. Internè in cruentâ alvi dejectione, abſentibus ſignis diagnoſticis hepatico fluxui & dyſenteriæ propriis uſus fabarum rubrarum contritarum pulmenti in modum ex lacte coctarum adhibitus convenit manè & veſperi. Ex *floribus Aqua* deſtillatur, cujus vires *Dnus Autor* deſcribit. Item *ex ſtramine incinerato alkali* præparatur, ſummum diureticum, unde in calculo, hydrope & urinæ ſuppreſſione maximi æſtimatur.

N. *De* Coffi, *ſeu* Coava, quod decoctum eſt ex *Fabis Arabicis* confectum, *Bon* dictis quomodo præparetur, & ad quos affectus uſurpetur *vid. quæ ſuprà ex Append.*

## ¶ CXLI. *Fabaria.*

Τηλέφιον, Craſſula, Craſſula major, faba inverſa, Knabenkraut / Wundkraut / Donnerkraut / Donnerbonen / fette Henne. Ioubarbe des Vignes. *Orpine.* Wondencruyt en Smeerwortel. Donderbaer.

Uſuale eſt Telephium vulgare, C. B. 1. quæ eſt Fabaria, *Matth.* Telephium, *Matth. Lob. Tab. Caſt. Cam.* Telephium album, *Fuchſ.* acetabulum alterum, *Cord. in D.* album, *Fuchſ. ico.* Faba inverſa, *Lob.* Telephium alterum ſive craſſula, *Dod.* vulgare ſive ſecundum, *Cluſ. hiſt.* Craſſula ſeu faba inverſa, *Ger.* Cotyledon, alterum Dioſcoridis, *Col.* ſcrophularia media vel 3. *Brunſ.*

Floret Iulio ac Auguſto. Creſcit circa muros, lociſque ſaxoſis.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* tantum.

Vires. *Matthiol. refrig. & humect.* (*Dodonæo refrig. & ſicc.*) *vulneraria eſt, aſtring. mundificat, præcipuique uſus eſt in conſolidanda inteſtinorum eroſione per dyſenteriam introducta,* (*ulceribus uteri,*) *in curanda hernia, in maculis cutis detergendis, in ambuſtis medendis.*

### PRÆPARAT.

▽. Ex fol. & floribus.

Hofman. *Fabaria.*) *Telephium, Craſſula* &c. German: Fette Henne. Vocabulum Telephium originem ſuam trahit à *Telepho* Herculis filio à cervâ in ſylvis nutrito, qui imperavit in Lyciâ & exul poſteà ex Rege medicus præſtantiſſimus factus eſt, & dictâ hâc herbâ ulcus ſuum curaſſe dicitur, quod ab Achille acceperat.

N. Hujus radix cum filo in dorſo inter ſcapulas appenditur in hæmorrhoidibus cœcis, mariſcis, condylomatibus vide Ephemer. Medico-phyſic. anno 2. obſervat. 195

*Vires, refriger. humect. adſtring.* &c.) Vulneraria eſt herba, & tam internè quàm externè adhibetur in conſolidandâ inteſtinorum eroſione per dyſenteriam introductâ; præter mucoſum ejus glutinum continet etiam ſubſtantiam nitroſam, quâ contemperat unâ acrimoniam in ulceribus uteri ejuſque excoriationibus & aliis telephiis curandis, ut fiant ſæpè ab ejus uſu effectus inſperati, unde & Wund-Kraut. dicitur.

Farfara, *vide* Tuſſilago.

## ¶ CXLII. *Ficus.*

Σύκη, Ficus, *Brunſ. Trag. Matth. Dod. Cord. hiſt.* Bellon, *Lon. Lob. Caſt. Tab. Ger.* Ficus ſativa, *Fuchſ.* communis, C. B. 1. German. Feigenbaum. Figuier. *Fig. & Fig-Tree.* Vygen en Vygenboom.

## OFFICIN. NAT.

*Fructus* (*σῦκα*.) Laubfeigen/ groſſe Korbfeigen. Figues d'Eſpagne. Körbleinfeigen / kleine Marſilienfeigen. Figues de Marſeille, petites figues, Vigen van Marſeilie.

N. *Primitiæ fructus dicuntur groſſi ficus; ſicca in furno aut ſole exiccata, caricæ: aliis paſſæ.*

Vires. *Caricæ calf.* 2. (*recentes moderatius*) *utraque humect. pulmonariæ ſunt, & bechicæ, arenulis Renum & veſicæ medentur, venenis reſiſtunt: præcipui uſus ſunt in variolis & morbillis ad cutem pellendis, maturant, molliunt, attrahunt, unde & bubonibus peſtilentialibus* (*innuente Scripturâ*) *conferunt, mulierculis noſtratibus, appropinquante partu, ficuum toſtarum eſus ad partum facilitandum eſt familiariſſimus. Quin & familiare eſt ſuper ficus Spirit. vin. accendere, brodiumque ad tuſſim ſedandam propinare.*

[In colica cataplaſma ex ficubus, ut & in hæmorrhoidibus cæcis.]

HOFMAN. *Ficus.*) Hujus fructus ſolùm in uſu ſunt, & hodiè magnâ in copiâ ex Hiſpania & Galliâ ad nos mittuntur. Siccarum ſive paſſarum triplex affertur differentia. *Prima* in ſparteis magniſque corbibus. *Secunda* in ciſtis & ſimilibus ſportis Lauri foliis immiſſi. *Tertia* in parvis & turbinatis corbibus è ſparto contextis, Maſſilienſium cognomine, cæteris magnitudine quidem inferiores, ſaporis verò elegantiâ ſuperiores. *Bauhinus Lib. 2. ſect. 1. Pinac. p. 447.* Siccæ meliores ſunt recentibus omnes tamen minus laudabilem producunt ſuccum. Ex ficuum eſu ſudorem fœtidum ſubalarem vel ſub utroque brachio & pediculorum proventum obſervavit *Henricus ab Heer Libr. 1. obſ. 23.* *Unde Galen. Libr. de euchym. & cacochym.* dicit, caricas diutius in corpore immorantes mali eſſe ſucci, & pediculorum copiam producere, cum nucibus autem & amygdalis ſumptas cibum eſſe præſtantiſſimum; qui obſtructiones aperiat. Aliàs ficus ſeorſim adhibitæ etiam vim habent alexipharmacam & venenis reſiſtunt, & in variolis & morbillis &c. adhibentur, vid. in Autore l. c. ſed mutuâ cum alkakengi mixtione in veneni naturam faceſſunt. *Cl. Hartmannus in Diſp. Medicochemic. 4. p. m. 41.* Aliàs ficuum decoctum in cerevisiâ factum ac calidè hauſtum in colicâ commendatur; reſiduis à decocto ficubus pro cataplaſmate ventri impoſitis. Hæmorrhoidibus cœcis impone ficus cum ſpiritu vini prius accenſo imbibitas.

## ¶ CXLIII. *Filipendula.*

φιλιπένδυλα, Filipendula œnanthe, ſaxifraga rubra, rother Steinbrech. Saxifrage rouge. Filipendula *Dropwort, Red Saſſifrage.* Root Steenbreeck.

N. *Dicitur Oenanthe veterum, quia viribus aliquantum conveniunt.*

Uſualis eſt filipendula vulgaris, C. B. 7. Filipendula, *Trag. Dod. Matth. Cord. hiſt. Lon. Caſt. Tab.* (cui & ſaxifraga rubra,) *Ger.* Oenanthe *Fuchſ. Cord. in D. Lob.*

Naſcitur ſolo herboſo. Floret Iunio & Iulio.

*Folia & Radix.*

## OFFICIN. NAT.

Vires. *Calf. & ſicc. 3. attenuat, abſtergit, ſubaſtring. diſcut. diuretica eſt: Uſus præcip. eſt in tartarea mucilagine pulmonum, Renum, veſicæ ac articulorum, in colica flatulenta, in albo mulierum profluvio. Extrinſecus in tumore hæmorrhoidum.*

Doſis Drach. j.

[Syrupum quidam ex filipendula parant in fluore muliebri proficuum, tempore ſomni pondere ℥j. ſumpt.]

[Extractum.]

HOFMAN. *Filipendula.*) *Saxifraga rubra.* German. Rot[illegible] Steinbrech.

*Vires. Calefac. ſiccat, attenuat, abſtergit, ſubaſtring. diſcutit &c.*) Diuretica eſt & lithontriptica. Præterea etiam pulvis radicis ad ʒ j. in decocto dauci ſeu paſtinacæ ſylveſtris per aliquot dies propinatus fluxum album mulierum curat. Extrinſecus, ſi inter unguenta miſceatur, in tumore hæmorrhoidum convenit.

## ¶ CXLIV. *Filix.*

Πτέρις, πτέριον, Fahrn/ Fahrnkraut / Waldfahren. Fougere ou feuchiere. *Fern, Fearn, Brake, Breckon.* Varen. Ital. Felce.

Mas non ramoſa (plurium pedicillorum.) } *utraque promiſcuè uſualis.*
Fœmina ramoſa, (unius pedicilli.) }

Mas dicitur Filix, *Brunf.* vulgaris, *Trag.* mas, *Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Lob. Caſt. Tab. Ger.* fœmina, *Geſn. Ceſalp.* Filix non ramoſa dentata, C. B. 3.

Fœmina inſcribitur, Filix ſylveſt. *Brunf.* Filicis majoris genus, *Trag.* Fil. fœmina, *Matth. Fuchſ. Dod. Lob. Caſt. Tab. Ger.* Thylypteris, Filix fœmina, *Cord. in D.* Filix mas major ſive fœmina credita vulgo, *Cluſ.* Filix ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis, C. B. 1.

Naſcitur locis opacis nemorum: viret toti æſtate, nocte D. Iohanni ſacrâ ſemen profert: novi qui dicto tempore id collegerunt, verum quâ utilitate, ignoro.

## OFFICIN. NAT.

*Radix* inprimis Filicis fœminæ.

Vires. *Splenetica eſt, calf. & ſicc. amara eſt, ſubaſtr. aperit. Uſus præcip. in obſtructionibus viſcerum & inprimis Lienis & Uteri. Extrinſecus commendatur ad ambuſta* (*extracta mucilago.*)

## PRÆPARATA.

[Extractum habetur]

*ex radicibus*

[Spiritus Spleneticis utilis.]

HOFMAN. *Filix.*) πτέρις. Germ. Waldfahra *vel eſt mas, vel fœmina*, de quibus conſule Botanographos. *Fœmina* ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis, ejuſque radix in primis in uſum venit.

N. Filicis ſemen uti ex Microſcopiis conſtat, in medio circelli alicujus fuſci coloris eminet non diſſimile fungo, fuſci coloris: Idem de Scolopendriâ, adianto nigro, ſeu rutâ murariâ, polypodio ſit dictum.

*Vires. Calef. ſicc. ſubaſtr. aperit. &c.*) unde uſus ejus præcipuus eſt in obſtructionibus viſcerum. Præterea etiam lumbricorum longorum ac latorum præſentiſſima eſt peſtis ad drachmam unam radice oblata. Non deſunt, qui etiam radices filicis in cerevisiâ coquunt, & certo experimento hoc decoctum contrà calculum uſurpant. Externè ad ambuſta ex contuſis filicis radicibus recentibus ſuccus exprimitur & affusâ aquâ roſaceâ mucilago expreſſa ad ambuſta adhibetur.

N. In Filicis fœminæ radice Aquilam bicipitem reperiri menſe Iunio, Auguſto & Septembri notum eſt, quam tamen etiam in immaturis cucumeribus & capitibus aſtacorum fluviatilium reperire eſt.

N. Aliàs Filicis etiam *cujuſdam* Americanæ *Septentrionalis* bacciferæ meminit Iacobus Cornutus, & præter illam Filicis Indicæ ex Virginiis Bodæus *à Stapelen in hiſtor. plantar. Theophraſti Libr. 4. Cap. 3.* Hæc humanum tactum ferre non poteſt, non tamen fugit, quâ parte ab homine tacta eſt, altero aut tertio nonnunquam etiam quarto die rubiginoſa quædam apparet macula, quæ non ſecus ac gangræna humanum depaſcit corpus, ſic totum folium percurrit & exſiccat. Hæc Filix Indica licet non ſit ipſiſſima Herba viva, ſeu Noli me tangere dicta, foliis polypodii, vel Herba mimoſa folii fœnugræci ſylveſtris, quarum illa ad tactum ſtatim folia ſua contrahit, hæc marceſcit tantùm attacta,

ctâ, magnam tamen habet cum poſteriori mimoſâ affinitatem vid. Cl. Simon Pauli *in Quadripartit. botanic. Claſſ. tert.*

## ¶ *CXLV. Fœniculum.*

Μάραθρον, Fœniculum, *Brunfelſ. Trag. Fuchſ. Cord. in D. Tab.* Vulgare, *Ger.* fœniculum noſtrum vulgare, quibuſdam Hippomarathrum putatum, C. B. 1. German. Fenchel. Fenouil. *Fennel.* Venckel. Ital. Finocchio.

Creſcit locis cultis, aridis; Floret Iulio, & Augusto.

### OFFICIN. NAT.

Herba ſeu *Summitates, Radix,* ( quæ una ex radicibus 5. aperientibus famoſis. ) *Semen.*

Vires. *Folia calfac. 2. ſicc. 1. aper. reſolv. diſcut. diuretica, carminativa & bechicha ſunt, ventriculum roborant, lac augent, viſum confortant, aſperam arteriam leniunt.*

Radix *& ſemen calf. 3. adeoque inſuper uſus creberrimi in humorum & flatuum diſcuſſione, & ad peripheriam expulſione.*

N. *Semen adhibetur ſæpiſſimè ad corrigenda purgantia, ut & ad flatus diſcutiendos.*

*( Majus ( reticum ſive Vene-Theriacale. )*

### PRÆPAR.

1. *Confectum Semen.*
2. ▽. Ex integra planta inciſa.
3. ▽. Ex ſemine.

N. *Ophthalmica eſt inter uſitatiſſimas.*

4. 🝫 *ſtillat.* Ex ſemine.
5. *Sal com.* Ex planta incinerata.

Hofman. *Fœniculum.* ) Græc. μάραθρον. German. Fenchel.

*Vires, folia calef. ſicc. aper. reſolv. diſcut.* &c. ) Folia cocta vel etiam cruda adſumpta ad lactis abundantiam flaccidas nutricum diſponunt mammas. Radix & ſemen calefac. diuretica carminativa, aperitiva & diaphoretica ſunt, unde & theriacam ingrediuntur. In variolis & morbillis laborantibus decocto radicum vel ſeminis fœniculi nihil eſt convenientius; idem commendatur etiam contrà mercurii fumum, à quo tremores artuum, ut & in lue venereâ. Viſum confortat ex ſemine fœniculi commanſo oculis oris ſuſceptus halitus. Aqua ex ſemine inter uſitatiſſimas ophthalmica eſt. Fit etiam Aqua vel liquor ad hunc affectum, ſi injicias Saccharum candum tritum in canaliculos fœniculi, dum terræ adhæret, qui per noctem cerâ obturentur, tunc enim liqueſcet Saccharum & fit Aqua, quæ guttatim oculis eſt infundenda.

## ¶ *CXLVI. Fœnumgræcum.*

Fœnogræcum, Fenugreck / Bockshorn. Fenugrec. *Fœnugreck.* Fenigrieck.

Eſt { Sativum: *Hoc uſuale.*
  { Sylveſt. *minus uſitatum.*

Dicitur fœnum Græcum; *Trag. Matthiol. Lob. Lon. Dod. Caſt. Cam.* Fœnogræcum, *Fuchſ. Cord. in D.* fænum græcum ſativum, C. B. 1.

### OFFICIN. NAT.

*Semen* ſolum ex ſativo ſcilicet deſumptum.

Vires. *Calf. 2. ſicc. 1. emollit, digerit, maturat, diſcutit, paregoricum eſt, uſuſque adeo famoſi, ut cataplaſma dictarum intentionum Chirurgis vix uſitatum ſit, quin fænugræcum vel hujus mucilaginem contineat. Crebrique uſus eſt in clyſteribus emollientibus, mucilaginoſâ quippe ſuâ ſubſtantiâ obtundit acrimoniam, inteſtinaque eroſa oblinit. Inſuper conducit ejus mucilago ad oculorum ſuggillationes diſcutiendas* [*impoſita.*] Vide Hartm. pract.

### PRÆPARAT.

*Mucilago.* Extrahitur beneficio coctionis in ▽.

Hofman. *Fænum Græcum.* ) *vel eſt Sativum, vel Sylveſtre.* Illud uſuale eſt, hoc minus uſitatum & quibuſdam pro glycyrrhizâ ſylveſtri habetur. Præter Sativi ſemen nihil ad medicinalem uſum recipitur; Nullum enim cataplaſma, enema, carminativum anodynum præſcribitur, quin hoc ipſum recipiatur. Calef. ſicc. emoll. digerit, diſcutit, &c. Et ob mucilaginoſam ſuam ſubſtantiam etiam inteſtina eroſa demulcet, & oculorum ſuggillationes diſcutit.

N. Hoc, *teſte Benzo,* adeò abundat regio Peruana, ut vinum indè conficiant, quod bibunt.

## § *CXLVII. Fragaria.*

Κόμαρον, Fragaria, *Brunſ. Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Lob. Caſt. Ger.* Fragaria vulgaris, C. B. 1. Fragula, *Cord. hiſt.* Fragula & Trifolium fragiferum, *Tab.* Erdbeerkraut. Herbe des fraiſes. *Strawberries.* Eertbeſien / Eruyt gemeynlijck Erbeyen.

Creſcit locis opacis: Floret Martio & Aprili.

### OFFICIN. NATIVA.

*Folia* ſeu herba & *Fructus* in præparatis.

Vires. *Herba refrig. & ſicc. moderatè ſubaſtring. diuretica eſt, uſuſque crebri in Ictero, ut & in gargariſmis & balneis, in cataplaſmatis, &c.*

Fructus, (fraga) *Refriger. & humect. Splenetica ſunt ac nephritica, Venenis reſiſtunt, quia autem facilè putreſcunt, non adeo commodè comeduntur.*

### PRÆPARATA.

1. ▽. Ex integra planta florida. Abſtergit lentigines & maculas.
2. ▽. Ex fructibus.

N. *Sitim & æſtum febrilem extinguit, urinam ciet.*

3. *Syrup.* Ex ſucco fragor.
4. *Spirit.* Ex ſucco fermentato, qui tamen uſus rarioris.
5. *Tinctur.* E baccis cum ▽ propria.

Hofman. *Fragaria.* ) κόμαρον. German. Erdbeer-Kraut. *Trifolium Fragiferum.* Tab.

Creſcit in convallibus, umbroſis ac montoſis locis. Viret toto anno herba, floret vere, etiam Iunio.

*Hujus folia & fructus inſignem in Medicina habent uſum.*

*Vires. Herba refriger. & ſicc. ſubaſtring.* &c. ) Unde ad maſſæ ſanguineæ κρᾶσιν temperandum admodum commoda eſt, ex hâc etiam decoctum additâ ejus radice contra icterum paratur, additis ad gratiam paſſulis majoribus contuſis & Syrup. ribium ſ. q. diuretica etiam eſt & ſordes ejicit meatibus inhærentes ex accidenti ſcilicet, robur aut τόνον viſceribus reſtituendo, quâ ratione etiam icterum, urinas & menſes ciendi vim obtinet. Externè materiam gargariſmis præbet; item in vino rubro cocta & aliquoties pubi ac pectini impoſita inſtar cataplaſmatis album fluxum mulierum ſiſtit, & in pollutione nocturnâ gonorrhœam non virulentam.

*Fructus ſive Fraga refrig. humectant.* &c. ) Unde & Aqua illorum deſtillata viſceribus calidis contemperandis apta eſt, ſplenetica juxta ac nephritica; idem præſtat Syrupus. Vim diaphoreticam etiam obtinent *teſte Thomâ Bartholino centur.* 3. *hiſtor.* 57. Et ad congelationes digitorum hybernas nullum æquè pollet remedium ac frictio frequens fragorum tempore æſtivo circâ manus & pedes. *P. Borellus centur.* 1. *obſerv.* 84. *& centur.* 3. *obſ.* 32. *Spiritus ex fragis per fermentationem paratus* ſummè lithontripticus ac diureticus eſt, in quem baccæ ſeu fraga ipſa poſſunt infundi. Vid. Aquam Nephriticam in Theſaur. Noſtro Pharmac. annexo ſect. 1. num. 2.

N. Semen fragorum in eminulis circà fraga colliculis hæret, & ſicuti ex Microſcopii obſervatione conſtat, oblongæ figuræ & ſpadicei coloris.

§ CXLVIII. *Fraxinus.*

Eſchbaum/Eſchern/ Freſne. *Aſh-Tree.* Eſchenboom. { Excelſior. *Hæc officinalis.* / Humilior. *Minus uſualis.*

Dicitur Fraxinus, *Brunfelſ. Trag. Matth. Lon. Lob. Tab. Caſt.* Fraxinus excelſior, C. B. 1.

Floret Aprili & Majo: Semen fert Autumno. Creſcit in ſylvis opacis.

OFFICIN. NAT.

*Folia, Cortex, Lignum, Semen.*

Vires. *Folia ſiccant validè curantque ictus ſerpentum, ſed uſus ſunt rarioris.*

Cortex & Lignum, *ſiccant, itidem attenuant: Splenis duritiem ſpecificè emolliunt, diuretica ſunt lithontriptica, eaque non è poſtremis.*

N. *Sunt qui lignum die Iohannis Baptiſtæ cæſum, vulneribus ac contuſionibus ſolo affricatu mederi credunt, cædunt autem id alii ante ſolis ortum, alii ipſo meridiano temporis puncto,* Wundholtz *dicitur vulgo.*

Semen (*foliis adhæreſcens*) *calfac. & ſicc. validè, conducit Epaticis, Pleureticis, Calculoſis.* (*Venereum eſt.*)

N. *Colligendum hoc eſt autumnali tempore.*

[ *Dicitur Lingua avis.* ]

PRÆPAR.

1. *Extract.* Ex corticibus per ▽. appropriatam, liquore aliquo acido acuatam, ubi excellit ▽ ex tenellis fraxini foliis deſtillata. *Quercetan. in Pharm. Reſt.*

2. *Oleum ex ligno*: Fit deſtillando modo communi.

3. *Sal com.* Ex cinere corticum.

N. *Sal ex ligno incinerato, vulneribus intus & extus cum felici ſucceſſu uſurpatum vidi.*

HOFMAN. *Fraxinus.*) Eſchenbaum. *Fraxinus* dicitur à fragoſis locis, in quibus naſcitur.

FRAXINUS *in ſylvis, pulcherrima* PINUS *in hortis.*

POPULUS *in fluviis*; ABIES *ex montibus altis. Virgil.*

Vel eſt *Major* vel *minor*; *Mas*, vel *fœmina*, *Montana*, vel *campeſtris.* Humidis gaudet locis in ſylvis opacis.

*Hujus folia, cortex, Lignum & Semen in uſum veniunt.*

*Vires. Folia ſiccant validè, curantque ictus ſerpentum &c.*) *Expertus*, inquit *Parens*, refero, ſi fronde fraxineâ gyro claudatur, in ignem potius, quàm in fraxinum fugere ſerpentem, huic ſuffragante etiam Plinio. Verùm Noſtros ſerpentes Germanicos fraxinum non fugere, ſe expertum eſſe ſcribit Camerarius. Quibus jam ſit credendum, experientia conſulenda eſt.

*Cortex & Lignum ſiccant, atten. &c.*) *Cortex* præter attenuantem facultatem etiam roborando partes ſimul incidit, aperit, & Lienis duritiem emollit in vino infuſus. Ex cineribus corticum radicum fraxini & extremorum ramulorum Cauterium potentiale nonnulli conficiunt, *vid.* D. D. Simon Pauli in *quadrip. botanic. Claſſ.* 3. *p.* 310. Ex fraxini ramulis unà cum corticibus Sal etiam conficitur in variolis & morbillis cum CC. f. △. mixtum in aq. Card. b. ob vim ſuam diaphoreticam non poſtremum. Lignum vice Ligni Guajaci pro decocto non inutiliter etiam uſurpatur in lue venereâ.

*N. Sunt, qui Lignum die Iohannis Baptiſtæ &c.*) Hoc mediâ nocte intrà horam undecimam & duodecimam cæſum tribus poſt Solis aſpectibus imprægnatum curat & ſanat omnia vulnera & ulcera, quàm profunda etiam ſint abſque ullo emplaſtro. In hoc latent etiam remedia ſympathetica contrà veneficia &c. Cum ☉ & ☽ in ♈ conjunguntur, fraxinum ab uno internodio ad aliud uno ictu ſecâ, & cera utrinque ſigilla, & ſolâ admotione utere in hæmorrhagiis. *P. Borellus c.* 1. *obſerv.* 78.

*Semen foliis adhærens calef. & ſiccat, &c.*) Hoc non ſolùm diureticum eſſe, ſed & venerem ſtimulare autumno collectum, vetus eſt traditio, ut & *Diaſatyrion Nicolai Myrepſi* ingreditur.

¶ CXLIX. *Fraxinella.*

Dictamnus albus (propter radicem albam) ſive fraxinella, C. B. 5. Polemonium, *Tab.* Dictamnus putatus, *Brunfelſ.* Dictamnus vulgaris, *Trag. Cam.* Officin. *Lon.* Dictamnum album, nonnulli pumila fraxinus, *Matthiol. Caſt.* Tragium primum, *Dioſcorid. Lob.* Dictamnus noſtra, *Cord. in D.* Fraxinella, *Cord. hiſt. Dod. Cluſ. Ger.* German. weiſſer gemeiner Diptam/ Eſcherwurtz. Du dictam blanc. *White Dittany.* Witte Diptamum.

Creſcit in rupibus: Floret Iunio.

OFFICIN. NATIVA.

*Radix* verno tempore colligenda.

Vires. *Eſt cordialis, alexipharmaca, uterina, cephalica, amara, calfac. & ſiccat, aperit, vermes necat: Uſus præcipui in morbis malignis, in Epilepſia, aliiſque affectibus capitis, in obſtructione uteri, (etiam prope ſſo,) &c. (ad ſecundinas pellendas.) Extrahere quoque dicitur ſpicula cuti infixa.*

PRÆPARAT.

(▽ Alexipharmaca & ophtalmica.)

Condita radix ad fluxum album.

Oleum ad faciem dealbandam & articulorum dolores.

HOFM. *Fraxinella.*) *Dictamnus albus* ob radicem albam, Germ. Weiſſer Diptam. Hæc intrà paucos demum annos inclareſcere cœpit. *Dictamnus* autem *Creticus* uſu fuit celebris à longâ hominum memoriâ.

*Vires. Calefac. ſiccat, aperit &c.*) Communiter commendatur in lumbricis expellendis, epilepſiâ curandâ, uteri obſtructione. Alexipharmaca & Uterina eſt. Noſtrates gravidæ circa tempus partus medium utuntur pulvere radicis fraxinellæ cum polentâ ac Nuce Moſchata ad partum facilitandum & faciliorem ſecundinarum ſolutionem.

§ CL. *Fumaria.*

Καπνός, Fumaria officinarum & Dioſc. C. B. 1. Fumus terræ *Brunfelſ. Cam.* Fumaria, *Trag. Matth. Fuchſ. Cord. in D. Dod. Lon.* 2. Flore albo, *Tab.* Capnos, *Lob.* Fumaria major, *Caſt.* Fumaria purpurea & alba, *Ger.* German. Daubenkropff/ Daubenkörbel/ Erdrauch/ wilde Rauten. Fumeterre ou pied de Geline. *Fumitory,* Duyve-kervel. Eerdtroock. Grysecom.

Creſcit paſſim in hortis, vineis, &c. Floret Majo & Iunio.

OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus.

Vires. *Splenetica eſt ac Epatica: attenuat, ſeroſos biliosos ac aduſtos humores ſenſim expurgat, viſcera reſerat, reſerata roborat, ſanguinem purificat. Hinc uſus præcipui ad expellendas variolas & morbillos, in ſcorbuto, aliiſque morbis meſenterii & Lienis, in Ictero, in ſcabie omnis generis & ſim.*

PRÆPARATA.

1. ▽. Ex herba cum floribus.
2. *Oleum ſtillat.* quod rarum.
3. *Succus inſpiſſatus.* Doſis ad ℥ j.
4. *Conſerv.* ſummit.
5. *Syr. ſimpl.* Ex ſucco.
   *Compoſ.* Vid. Diſp.
6. *Pilul. de fumaria.* Purgant bilem ſeroſoſque humores.

Diſp.

*Doſis Drach.* j. *ad Drach.* j ß.
7. *Sal fumariæ.* ex herba incinerata.
8. *Extractum.*

HOFMAN. *Fumaria.* ) Κάπνος. Erdrauch. Wilde-Rautte. Creſcit paſſim in vineis, agris, hortis. Floret Majo & Iunio, ubi etiam colligenda eſt antè ☉ ortum.

*Vires, attenuat,* &c. ) Optimum medicamentum ſanguinis purificativum in hâc abſconditum eſt, ut in Scorbuto, Scabie, Melancholiâ hypochondriacâ, ictero &c. In decocto vel infuſo in ſero caprino, item ſi Aqua cum Keutterlingio noſtro ex eâ deſtilletur, Syrupus ex ſucco, extractum item vel Eſſentia exinde conficiatur, admirandæ erit in diris affectibus efficaciæ, dum Salia ſylveſtria in maſſa ſanguinea & lympha contenta mirificè præcipitat.

Ex hâc aliàs præparantur præterea non oleum deſtillatum, quod non habetur, ( ut *Autor* vult ) ſed ſuccus inſpiſſatus, conſerva, Pilulæ, & Sal fixum ſeu alkali.

## ¶ CLI. *Fumaria bulboſa.*

Fumar. bulb. { radice cava 1. *Hæc uſitatior.*
radice non cava { major 2. *Hæc ſurrogari priori poteſt.* | minor. 3.

1. Dicitur, Ariſtolochia rotunda, *Brunfelſ.* Ariſt. rot. vulgaris, *Trag. Fuchſ.* ( cui & Piſtolochia,) *Cam.* Fumaria altera, *Matth. Caſt.* Capnos Chelidonia, *Lon.* Radix cava major, *Dod. Cluſ. hiſt.* Fum. cava herbariorum, *Lob.* German. Erdraut/ falſch Holwurtz. Fumeterre. *Thick & hollovv-rooted Fumitory, Falſe Birthvvort.* Holl. Aerd-Kruyt/ valſche Hollwortel.

2. Fum. bulb. radice non cavâ dicitur Ariſtolochia rotunda vulgaris radice ſolidâ, *Trag.*

Creſcunt in dumetis, locis frigidis & opacis, ut & in vineis. Florent Aprili.

[Fumaria bulboſa radice non cavâ minor ſive 3. Capnos altera, runde kleine Oſterlucey/ Bonaes Holwurt Mulierculis in frequenti uſu eſt ad ſcabiem & pectoris anguſtiam, imponitur cerevisiæ tam nutricibus quàm infantibus.]

## OFFICIN. NAT.

*Radix:* raro *Herba* cum floribus.

Vires. *Calf.* 2. *ſicc.* 3. *abſterg. ſubaſtr. aperit. Epatica eſt, Uterina, Alexipharmaca, ſudorifera, diuretica & vulneraria. Uſus præcip. in ciendis menſibus lochiis: fœtum mortuum expellit, Ictero medetur, ſanguinem mundificat, adeoque & ſcabiei ſuccurrit. Extrinſecus commendatur quam maximè ad vulnera etiam inveterata & fiſtuloſa, utpote quæ mundificat & conſolidat; ad ſcabiem, ad dolores podagricos ( à frigidis humoribus ) ad ſanguinem coagulatum in contuſionibus, ad putredinem oris.*

HOFMAN. *Fumaria Bulboſa.* ) Sive *Ariſtolochia rotunda.* Germ. Falſche Holwurtzel.

*Vires, calefac. ſicc. abſterg. ſubaſtring. aperit.* &c. ) Hinc Uterina eſt, alexipharmaca, diaphoretica, diuretica & vulneraria. Unde in lochiorum retentione doloribus ab humorum craſſitie natis tam internè quàm externè adhibita multum confert. Item ſummo cum ſanitatis emolumento iis, qui aſthmate Scorbutico laborant, in potionibus & infuſis cum aliis antiſcorbuticis immiſcetur. Theriacæ etiam ingrediens eſt.

### *Fungus.*

[Inter arborum fungos præcipuus eſt laricis, ſcilicet Agaricus. Inter terreſtres qui quidem majori ex parte culinarii ſunt, ſtomacho tamen graves ſæpe etiam choleræ cauſa, Orbicularis, ſive ovatus, Crepitus lupi, Wolffsfiſt/ Bubenfiſt/ vulgo Boſiſt/ variæ magnitudinis, cranium interdum æquans initio albicans, poſt pallens, ubi inaruit ſubflavus, pulverem emittens, ad ſanguinis profluvium ſiſtendum Chirurgis familiariſſimus.]

De Fungis hæc habet KIRKERUS Mund. Subterr. Tom. 2. p. 359.

*Inter ſpontaneos naturæ vegetabilis partus, primum imperfectum naturæ vegetabilis gradum obtinent* Tubera & Fungi, *quæ uti radice, ramis, foliis, fructibus carent, ita quoque inter plantas, quæ γεώφυτα, ſive plantoterrea appellamus, veluti in vitalis naturæ gradum conſtituuntur. Sunt autem* Tuberum *variæ ſpecies: alii enim in umbones, in pileos alii, in tubercones quidam; nonnulli in conos pinorum ad inſtar adoleſcunt, quidam in hepatis morem diffunduntur: non deſunt qui veluti in digitorum confuſam propaginem extenduntur: tandem nonnulli quoque in humani veretri figuram, aut pedis umbilicique figuram abeunt. Non minor colorum varietas in iis obſervatur; ſunt fuſci alii, alii ſubnigri, quidam crocei, aut viridis coloris; quæ ex coloribus terreæ ſubſtantiæ, quibus ſeminalis materia jungitur, oriuntur: & proxima quidem materia rerum differentiam efficit, quod remotæ non conceditur: naſcuntur autem omnes vel ex arboribus ligniſque putridis, vel ex muco terreſtri, vel etiam ex ſaxis. Et primò quidem fungos ex ſaxis naſci, quotidiana nos docet experientia. Habemus hic Romæ in domeſtico noſtro viridario ſaxum, quod prægrandes & optimæ notæ fungos producit, idque ex monte Tyburi vicino, quem vulgò* monte di Poli *aut* di Quadagnuolo *vocant adſportari curavimus; in eo ſiquidem monte, uti propriis oculis meis vidi, fungi tantæ granditatis, vel ex ſicciſſimis ſaxis excreſcunt, ut cucurbitas majores ſi non excedant, ſaltem adæquent, qui terræ fructus tanto in pretio habentur, ut excellentiſſimus* Iohannes Nicolaus Appius De Comitibus *Dux Poli, & pro tempore Romanæ urbis meritiſſimus Gubernator, legitimus horum montium poſſeſſor, certos homines ad id officii deſtinare ſoleat, qui ubi in ſaxo quodam erumpentis fructus veſtigia viderint, ſingulari cura ſtatim ſaxum ſpinis muniant, ne à caprarum oviumque gregibus, armentiſque, quæ in dictis montibus paſcuntur, cœptum fungi opus conculcatione ſua deſtruatur: fungos verò hoſce maturitatem ſuam jam conſequutos tum ſummo Pontifici, tum cæteris Romanæ curiæ proceribus, veluti mirum, rarum & innoxium guſtus irritamentum offert.* Ferrantes Imperatus *in ſua naturali hiſtoria, ſub nomine* Tuberis Fungarii, *jam recenſitos fungos vocat, atque viſos eſſe ultra pondus centum librarum. Naſcuntur autem,* Cardano *teſte, ſepultis lapidibus quibuſdam latis, menſarum modo, quos in Samnitico agro inveniunt quatuor Digitorum altitudine ſub terra, inde aqua inſperſa intra quatriduum abundant in nemoribus & celerem ortum habent; quibus ſubſcribit* Matthiolus. *Tanta hodie intercesſit* Fungis *cum menſis in Italia gratia, ut Neapoli potiſſimum ſint lapides, qui defoſſi & in cellas vinarias tranſlati, terrâ aliquantum cooperti, & inde tepida aqua inſperſi intra quatriduum fungos non ingratos producant.* Porta *ait, demeſſis veteribus fungis è ſaxis novos ſemper ſubnaſci, ſeptendio perfici, ſexies anno demeti terra denuo dodrante lapides operiente. Neapoli ex Veſuvio, Surenti ex Fageto altiſſimo ſui tractus monte, Abellani in monte Parthenio, in Apulia ex*

*Gargano*

*Gargano. Referunt, Neapoli in Divitum viridariis paſſim hoſce lapides fimo coopertos numeroſam fungorum ſobolem producere; quoſdam etiam dolii vinarii ſtillicidio ſuppoſitos lapides, fungos non guſtui ſolum gratos, ſed & innoxios vel una nocte producere.*

G.

## ¶ CLII. *Galanga.*

| | |
|---|---|
| Galgan. Souchet. *Galangal.* Galangia of Galanga. *C.B.* | Major radice craſſiore rubra minus odorata, &c. Minor, radice tenuiori, nodoſa intus & extra rubeſcente, ſapore acri inſtar piperis, odore ſuavi. |

N. *Hæc priori præfertur.*

Dicitur Galanga minor, *Matth. Cord. hiſt. Fuchſ. Lob. Lon. Tab. Acoſt. Ger.* Galanga minor officinar. C. B. 2. Galanga Indica, *Amat.*

Major vocatur Galanga major, *Matth. Cord. hiſt. Lon. Fuchſ. Lob. Tab. Cæſalp.* Gal. craſſa, *Amat.* Iridis genus, *Cluſ. in Acoſt.*

N. *Galanga (γαλάγγα) quibuſdam Acori, nonnullis iridis ſpecies videtur; minor à recentioribus Græcis Cyperus Babylonica nominatur. Arab. Galingia.*

### OFFICIN. NATIVA.

*Radix*, quæ eligenda ſaturato-rubra, ponderoſa, bene odorata, ſaporis acris.

Vires. *Stomachica eſt, Cephalica ac Uterina: calf. & ſicc. 3. ſaporis acris, incidit, aperit. Uſus in cruditate ac inflatione ventriculi, vertigine, uteri obſtructione, aliiſque totius corporis affectibus à frigiditate ac flatulentia oriundis. Extrinſecus commendatur ad roborandum caput (in Errhinis.)*

### PRÆPARATA.

[*Condita radix interdum apportatur.*]
*Spec. Diagalang.* Vid. Diſp.
[*Extractum.*]

HOFMAN. *Galanga.)* Vel eſt *Major*, vel *Minor*; *Major* binorum cubitorum altitudine attollitur, foliis orchidis, mucronatis, caulem amplectentibus: flore candido, ſemine puſillo & neglecto *Minor* palmos tantùm duos alta eſt, foliis myrteis, radice nodoſâ.

Quibuſdam *Acori*, nonnullis *Iridis* videtur ſpecies: ſed erroneè.

Peregrina eſt planta, quæ potius radice, quàm ſemine propagatur, licet ſemine etiam ſata proveniat. *Major* provenit in Iava & Malabar, ubi Lanruaz vocant. *Minor*, quæ odoratior & præſtantior eſt, fruticat in Chinarum regione, ex quâ in Indiam advehitur, Chinenſibus Lavendoa dicta. Apud Indos radicis galangæ uſus idem in acetariis eſt, qui virentis Zinziberis radicis, ac loco capparum ad orexin excitandam eâ cum piſcibus & carnibus utuntur, quam condituram Achar vocant. *Iacobus Bontius l. c. & Dominic. Chabræus* l. c. p. 245.

*Radix* eligenda ſaturato-rubra, ponderoſa, benè odorata, ſaporis acris.

*Vires. calef. ſicc. ſaporis acris incidit, aperit.)* Stomachica eſt, cephalica ac uterina. Undè in cruditate ventriculi acidâ, ex quâ Colica, vertigo, Uteri obſtructiones & alia ſymptomata, magni uſus eſt. Externè cum Sacculo vino calido imbibita & ventriculo impoſita illum calefacit & roborat.

## ¶ CLIII. *Galega.*

Galegia, ruta capraria, *Matth. Caſt. Cam.* Ruta Capraria, *Tab.* Galega, *Lob. Dod. Lon. Ger.* vulgaris, *Cluſ.* Galega vulgaris C. B. 1. German. Gänßkraut/ Fleckenkraut/ Geißkraut. Veſce ſauvage, Rue de chevres. *Goats Rue.* Geyten-kruyt.

N. *Quidam Onobrychin, alii Glaucum, nonnulli Polemonium, alii Polygalam veterum eſſe judicant: verum his omnibus Dioſcoridis deſcriptiones contradicunt.*

Colitur apud nos in hortis: Floret æſtate,

### OFFICIN. NAT.

*Herba* collecta Iunio & Iulio.

Vires. *Celeberrimum eſt Alexipharmacum ac ſudoriferum, venenum, inprimiſque peſtilentiale, inſigniter diſcutiens. Uſus ejus præcipuus eſt in petechiis expellendis, aliiſque morbis peſtilentialibus, ipſaque peſte curanda. In morbillis. In Epilepſia infantum (exhibeantur ſucchi cochlear. 1.) in ictibus ſerpentum, in Lumbricis, (quos etiam extrinſecus applicata fugat.)*

N. *Herba hæc ſecus ac aliæ citra ſaporem eſt, & inſuper qualitatibus primis temperata.*

### PRÆPAR.

1. ▽. Ex integra planta Iulio collecta.
2. *Conſerv.* ſummit. ſeu flor.
3. Syrupus.

HOFMAN. *Galega.) Ruta capraria.* German. Gänß Kraut. Fleckenkraut. Vel eſt *Montana* vel *N[illegible]enſis.* *Tracagivio* dicitur *Herba Gallica*, quibuſdam *fœnum græcum ſylveſtre*, Aliis *onobrychis*, aliis *Glaux*, aliis *Polemonium*, aliis *Polygalon*, aliis *Rutæ ſylveſtris* ſpeciebus annumeratur.

*Vires. Herba hæc ſecus ac aliæ inſipida eſt, ac proinde in qualitatibus primis temperata, &c.)* interim alexipharmaca eſt ac diaphoretica, unde in morbis malignis venenatis ac peſtilentialibus ſcilicet variolis, morbillis, petechiis &c. ejus ſuccus vel aqua deſtill. non ſatis deprædicari poteſt; Item ſucci cochlearia aliquot pueris propinari debent tùm contrà vermes, tùm contrà epilepſiam, valet etiam contrà ferarum, quæ dentibus aut aculeo venenum emittunt, tùm morſus, tùm ictus, ſi ejus ſuccus vel in potu offeratur, vel loco emplaſtri vulneribus imponatur. Hujus alexiteria virtus lacertæ ac viperæ pugna explorata & approbata fuit, *vid. Foreſtus Libr. 2. de falſo urinarum judicio cap. 5. p. 156.*

*Galla)* De iis ſic in Appendice ad Pharmacop. SCHROEDER.

Gallæ *ſecundum* Renodæum *p. 261. velut pilulæ quædam ſalebroſæ, ac ſpurii fructus, qui præter legitimos in glandiferis arboribus, noctu fere erumpunt, Sole de Geminis exeunte; quo fervidiore exiſtente, tabeſcunt, nec juſtam magnitudinem adipiſcuntur, in Bohemia & Hiſpania naſcuntur uberes, in quercubus multis, quarum truncis & ramis etiam tenuibus, abſque pediculis ut plurimùm adnatæ cohæreſcunt.*

*Gallarum genera multa traduntur, inter quas duæ potiſſimum & ad medicamenta quædam paranda & ad coria denſanda accommodantur, una omphacitis dicta, quæ parva eſt, rugoſa, nodoſa, ſolida, nullo foramine pervia; altera plana, levis, flaveſcens, interna parte laxior, & major, & perforata, ex cujus videlicet foramine quoddam exiit inſectum, ſeu muſca, vermiculus, ut contingere ſolet, aut aliud ſimile animalculum.*

*Ex Quercubus Hemeris & Robur præſtantiores ſemper gallas eructant:* Hemeris *autem ea eſſe quercus creditur, quam nonnulli Mydion nominant, cui caudex in orbem conatur, contorquetur, & multis ramorum alis conſurgens, glandes præter gallas gerit non inſuaves.*

*Robur Latinis Quercus*, Theophraſto δρῦς *dicta gallarum feraciſſima eſt, quarum ubertatem æſtate præter*

*ter glandes ſuppeditat, nec non alias pilulas exiguas foliis mediis ſine pediculo adhæreſcentes, ut in noſtratibus quercubus videmus. In ſumma, quercus non tantum glandes & ramos germanos promit, ſed adulterina multa, viſcum, gallas, poma, fungos, & multos alios pſeudo-fructus.*

*Gallæ refrigerant ad receſſum uſque ſecundum, reſiccant ad tertium & potenter aſtringunt, partes laxiores contrahunt, (adeoque utile, in uteri procidentia) imbecilles roborant, fluxiones cohibent, atque efficaciter ad aſtringenda aut ſiccanda, quæ opus ſunt, uſurpantur, inquit* Dioſcorides *c.* 147. *lib.* 1. *Confer* Ruellium *de natura ſtirp. lib.* 1. *c.* 83. *p.* 165.

## ¶ CLIV. *Gallium.*

γάλλιον, γάλιον, γαλάτιον, γάλερον, German. Wegerkraut/ Waldſtroh/ unſer Frauen Bettſtroh/ Wegſtroh/ Lebkraut. Petit muguet. Gallium, p. muquet. *Ladies Bedſtravv.* Walſtroo.

N. *Nomen habet, quod coaguli vice* γάλα, *id eſt, lac, coagulet.*

Luteum flor. luteo { vulgare. / paluſtre.
Album flore alb. { paluſtre. / minus.

Ex his præfertur primum C.B. ſeu Gallium luteum, quod Dioſcoridis Gallium putatur.

Dicitur Gallium *Fuchſ. Dod. Lon.* Gallium luteum primum, *Tab.* Gallii primum genus, *Trag.* Gallium. *Matth. Caſt.* Luteum, *Cord. in D. Lob. Cam. Ger.* Gallium luteum, C. B. 1.

Creſcit paſſim locis aridis & arenoſis, juxta vias, &c. Floret Majo, & hinc tota æſtate.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus.

Vires. *Calf. & ſicc. moderatè. Uſus ejus potiſſimum externus eſt in hæmorrhagia narium ſedanda, (pulvis inflatus) in ſcabie ſimplici & maligna, adeoque in cancro mammarum, &c.*

N. *Rari uſus eſt apud practicos, ſolumque aſſervatur pro compoſitionibus, quas ingreditur: ut unguentum Martiatum, &c.*

Hofman. *Gallium.*) Græcè γάλλιον, γαλάτιον. German. unſer Frauen Bettſtroh. Ducit nomen à γάλα, quod coaguli vice Lac coagulet.

Eſt autem flore luteo & albo, interdum rubro; Et propter foliorum tenuitatem in omnibus Aparinæ ſimillima eſt.

*Vires. Calefat. ſiccat moderatè &c.*) vim habet exſiccantem & ſubacrem. Flos ambuſtis illinitur, Sacro igni, cancro, ſanguinis profluvia ſiſtit.

N. Rari uſus eſt apud Practicos, ingreditur ſolum *Unguentum Martiatum.* Vetulæ noſtrates imponunt cunis infantium pro faſcinis.

N. Gallium ingruentes tempeſtates ſuaviſſimo odore prænunciare, & ſuavius apparente iride olere tradunt.

N. De hoc etiam communiter referunt, ſi fornaci imponatur in hypocauſto ubi compotores ſibi invicem pocula propinant, uſque dum incaleſcat, illos adigere, ut invicem inter ſe in oculos & capillos involent.

## ¶ CLV. *Geniſta.*

Geniſta, Genſt/ Genſter/ Pfrimmenkraut. Uſualis eſt è Geniſtis non ſpinoſis, C.B. 1. Geniſta, *Brunſ. Trag. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Cam. Tab. Ger.* Geniſta angulosa, *Cord. hiſt.* Geniſta minor ſeu non aculeata, *Lon.* Geniſta ſcoparia vulgi, *Lob. Broom.* Brem.

Solo gaudet arenoſo & aprico. Floret integra æſtate.

### OFFICIN. NAT.

*Flores* & *Semen.*

N. *Flos communiter luteus, rarius albus eſt.*

Vires. *Splenetica & nephritica cenſetur, hinc & epatica, calf. & ſicc.* 2. *aper. atten. abſterg. calculum pellit, aquoſos humores educit, tàm per vomitum, quàm per alvum & urinas. Hinc uſus ejus inſignis in obſtructione Epatis & Lienis, Meſenterii, adeoque in Hydrope, catharris, arthriticis affectibus.*

N. *Semen extrinſecus applicatum ſcrophulas conſumere dicitur.*

### PRÆPARAT.

1. ▽. Ex floribus & foliis.
2. *Conſerv.* Ex floribus.
3. *Sal.* Ex incinerata herba.
4. *Conditi flores.*

Condiuntur autem flores (ſeu potius gemmæ) collecti menſe Aprili, antequam aperti fuerint, cum aceto & ſale, adhibenturque loco capparum, unde & noſtratibus cappares. German. dicuntur, Teutſch Cappern. *Dutch Capers.* Duytſe Cappers.

N. *Citra vomitum aſſumi poterunt.*

[*De Rapo Geniſtæ Hypoſpartio vid. Adverſ. Pon. & Lobel.*]

Hofman. *Geniſta.*) *Angulosa* & *Scoparia.* German. Pfriemenkraut. Creſcit in locis arenoſis & apricis. Floret integrâ æſtate.

*Vires. Calefat. ſicc. aperit, attenuat, abſterg.*) Flores calculum pellunt & tartareos humores educunt, in vino infuſi vel cocti, item in hydropicis ſerum ἄνω καὶ κάτω ſubducunt. Lienis reſerant obſtructiones, & arthriticis affectibus medentur. Ex hâc præparantur *Aqua, conſerva ex floribus, ſal ex herba,* & flores cum Acet. diſt. & Sale conditi.

N. D. D. Balthaſar Brunnerus Avus Meus maternus dum comburi curaret herbam geniſtæ, cineres in ſtannum mutatos bis vidit. Et D. E litteris de Anno 1642. d. 24. Febr. idem litteris de dat. 21. Martii confirmat. Verùm hoc experimentum ad ea ſpectat, quæ interdum ſuccedunt interdum autem non.

## ¶ CLVI. *Gentiana.*

Gentiana (à Gentio inventore ſic dicta.) Entzian/ Creutzwurtz/ Bitterwurtz. *Gentian.* Gentiaen.

Gentiana { Alpina { major. / minor. Gentianella. / pratenſis. / paluſtris.

Uſualis eſt ex his alpina major lutea, C. B. 1. de quâ notandum, quod reperiatur quoq; floribus flavis, imò & albis, punctis carentibus.

Dicitur Gentiana, *Brunſ. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lon. Caſt.* Gentiana major, *Matth. Lob.* flore luteo, *Cam.* Gentiana Veterum, *Cluſ. hiſt.* Gentianæ 1. ſpecies, *Trag.*

### OFFICIN. NAT.

*Radix* collecta menſe Auguſto ac Septembri.

Vires. *Calf. & ſicc.* 2. *Alexipharmaca eſt, aperit, attenuat. Uſus præcipui in peſte, aliiſque venenatis affectibus, in obſtructione Epatis, Lienis, &c. Et hinc in hydrope, tum in ſuffocatione Uteri, in imbecillitate ventriculi, lumbricis, in febribus, in morſu canis rabidi, &c.*

*&c. Extrinſecus adhibetur creberrimè in vulneribus ac fonticulis mundificandis, renovandis, &c. in morſu canis rabidi veneno arcendo (cum Theriaca impoſita.)*

## PRÆPAR.

1. ▽. in Tertiana utilis.
2. *Succus* inſpiſſatus.

N. *Creberrimi uſus eſt in febribus intermittentibus, in quibus ante paroxyſmum à* ʒß. *ad* ʒj. *vel* ℈iiij. *exhibetur, felici cum ſucceſſu.*

3. *Extractum* cum S. V. factum.

Hofman. *Gentiana.*) Unius duntaxat mentionem fecerunt Antiqui, ſed plures cognoverunt recentiores. *Vulgaris ſcil.* Major foliis, hellebori albi foliis ſimilibus, caulibus cubitalibus, bicubitalibus & altioribus. Ex foliorum ſuperiorum ſinu flores erumpunt lutei ſingulares. Hanc *Gentianam majorem* ſequitur *Major* flore purpureo & albo, à vulgari formâ & magnitudine parum differens, niſi florum colore. Poſtea eſt *Gentiana Minor*, ſeu vulgi cruciata. & *Gentiana* folio *hirundinariæ*, item *Alpina flore magno cæruleo*, &c. *vid. Dominic. Chabræus* l. c. p. 503. ſeq.

*Vulgaris major lutea alpina* in montium pratis ac paſcuis variis locis provenit. *Purpurea* in Pannonicarum & Noricarum alpium jugis; *Alba* in Stiriæ alpibus creſcit. Floret Iulio & ſemen Auguſto maturat. *Radix Menſe Septembri colligitur, atque hac ſolùm in uſu eſt.*

*Vires. Radix calef. ſicc. aperit, attenuat. &c.*) Alexipharmaca eſt, anti-febrilis & anti-hypochondriaca; Unde in peſte, rabie, morſu venenatorum animalium & aliis venenatis affectibus ſalutari cum effectu adhibetur, operationem ſuam per diaphoreſin & diureſin expediens, hinc & Theriacam ingreditur. Hujus etiam radix pulveriſata cum Theriacâ inſtar cataplaſmatis vulneribus venenatis impoſita, omne virus extrahit. Item in Epatis ac Lienis obſtructionibus, in febribus tertianis ac quartanis, hydrope, ſuffocatione uteri, lumbricis &c. mirificè commendatur, in Ulceribus dilatandis à Chirurgis frequenter adhibetur.

## ¶ *CLVII. Geranium.*

Geranii multa recenſentur genera, officinis noſtris maxima ex parte inuſitata. Uſitatius tamen præ cæteris eſt, quod Geranium Robertianum dicitur, aliàs Gratia Dei, Ruprechtskraut/ Gichtkraut/ Gottes Gnad/ Rothlauffkraut/ (quia Eryſipelati mederi dicitur.) Geranion ou bec de grue, bec de Cygogne, *Cranesbill, Herb-Robert.* Ovevaersvet/ Robrechtskruyt.

Dicitur Geranium, 3. *Brunf. Matth. Fuchſ. Lon.* Geranium Robertianum, *Lob. Dod. Cam. Tab.* Gratia Dei vel geranium quibuſdam, *Trag.* Herba Ruperti & Geranium 2. *Dioſc.* Geranium Robertianum primum, C. B. 5. videlicet inter ſpecies Geranii folio cicutæ vel myrrhidis.

[Dicitur etiam Robriſiconia. Brov. p. 6. Reſol. p. 553.]

Gaudet locis opacis ac deſertis. Floret potiſſimùm Aprili & Majo.

## OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Temperatum eſt in calf. & frig. moderatè ſiccat, ſubaſtring. exterg. ſanguinem in corpore coagulatum reſolvit, vulneribus convenit, ſanguinem ſcilicet cohibendo, vulneraque mundificando. Uſus externus (omnium generum Geranii,) vulgaris eſt in cataplaſmatis, plantis pedum cum ſale & aceto applicandis, ad febrilem æſtum compeſcendum. Adhibetur itidem ad mammarum fiſſuras, lactiſque diſcuſſionem (Robertianum impoſitum.)*

## PRÆPARATA.

▽. *ſtillat.* Ex integra herba in fine April. collecta.

[*Gingidium vid. chærefolium.*]

*Glycypicron.*

[Solanum γλυκύπικρον, Thal. ſolanum ſcandens, Dulcis amara *Trag.* Dulcamara, *Dod.* Circæa Monſpelienſium *Lob.* Je länger je lieber / Hundſchkraut.]

## OFFICIN. NAT.

*Herba integra.* Cortex.

Vires. *Calida 2. gradu, Febrifuga eſt, putamina, vermes necat. Uſus externus eſt in Cataplaſmate ad mammarum tumores ex lacte coagulato, maculas faciei abſtergit. (ſuccus acinorum.)*

## GERANIUM MOSCHATUM.

De eo ſic in Appendice ad Pharmacop. Schroeder.

*Geranii multæ ſpecies enumerantur à Botanicis, ut videre eſt in Pinace* Bauhini, *ecteque ſunt circa hanc plantam variæ difficultates,* Ruellii, Hermolai, Braſſavoli, *quas exponit* Matthiolus *p. 566. Omnibus tamen, volente* Paulli, *eadem fere virtus indita creditur, illud quod Robertianum dicitur, numero quintum apud* Bauhinum *potiſſimum expetitur, ut eo ad mammarum ſciſſuras, pudendorumque ulcera extergenda utamur, quod tamen præter abſtergendi vim, etiam ſiccandi facultatem poſſidet, itaut mox ea conſolidare valeat.* Guilielmus Fabricius Hildanus *aquam ſtillatitiam geranii commendat ad cancrum tollendum* Iacobus Cornutus *in hiſtor. herbar. Canadenſ. deſcribit* Geranium triſte Canadenſe, *quod noctu ſolum odorem ſpargat, ut noſtra* heſperides violæ noctis. *Inſuaves illucente ſolis adeò aſpernari videntur, ut integro die odorem negent, cùm Luna acceſſu gratiſſimo odore moſchato, quaſi thure libent, qui odor intempeſta quoque nocte, ad auroram uſque perſeverat, ſtatimque ſolis præſentia evaneſcit. Noſtrum* Geranium Moſchatum, *quod ingreditur.* Unguentum Martiatum, Tabernæmontanus *p.* 121. *num.* 5. *exponit, refertque ad* 1. *Dioſcoridis, herba moſchata, acus moſchata aliàs dictum.*

Hofman. *Geranium.*) Hujus multa recenſentur genera, *Malvaceum* ſcilicet foliis malvæ, *columbinum*, foliis malvæ rotundis nunc magis, nunc minus inciſis, inſtar pedis columbini: *Argenteum* alpinum foliis argenteis. *Tuberoſum* ob radicem tuberoſam. *Batrachoides* proveniens in pratis; atque hoc rectum diverſum eſt. *Haematodes, Moſchatum, Robertianum,* &c. De his vide *Bauhinum & Dominic. Chabræum* l. c. Præ omnibus uſitatum eſt Geranium *Robertianum.* Germ. Ruprechts Kraut &c.

Gaudet locis opacis, ruderibus, veteribus muris, cæſis arboribus. Floret Aprili, Majo, Iunio & Iulio.

*Acus moſchata dicitur etiam geranium moſchatum.*) Nonnulli *Myrrhin* nuncupant, *Geranium tertium* Hiſtoriæ Historia Lugdunenſis. Monſpelii occurrit paſſim & Baſileæ in vià, qui eſt Muttenz, nec non etiam Genevæ, au plain palais.

## ¶ *CLVIII. Glycyrrhiza.*

Liquiritia, *Brunf.* dulcis radix, *Trag.* Glyzirthiza, *Fuchſ. Cord. in D. Cam.* Glyzirthiza altera, *Matth.* vulgaris, *Dod. Cam. Epit.* Glyzirrhiza ſiliquoſa, C. B. 2. German. Süßholtz. de la Regliſſe *Liquirs,* Soethout/ Galiſſienhout.

Creſcit

Creſcit locis ſylveſtribus & ſabuloſis. Floret Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Radix* ex Epiſcopatu Bambergenſi, ubi in copia creſcit, ad nos tranſmiſſa, quæ ſole exiccata biennium integra manet.

Vires, *in calidit. & frigid. temperata eſt (ſeu moderatè calefacit) in reliquis ad humiditatem inclinat, pulmonica ac nephritica eſt, acrimoniam mitigans, expectorationem promovens, aſperitatem leniens, alvum infantum leniter molliens. Uſus præcipui in tuſſi, raucedine, veſicæ eroſione, urinæ acrimonia.*

## PRÆPARATA.

1. *Succus inſpiſſatus.*
2. *Liquiritia cocta, ſive bacilli pectorales.*
3. *Syr. Compoſitus.* Vide Diſp.
4. *Extractum.*
5. *Unguentum.*

Hofman. *Glycirrhiza.*) Germ. Süſſeholtz, vel eſt *ſativa* vel *ſylveſtris*. Illa in viridariis plurimis Italiæ locis ſeritur, & in Galliâ Narbonenſi plurima ſponte provenit. In Hiſpaniis verò frequentiſſima eſt, unde Londinum, Antuerpiam, & Lugdunum tranſmittitur, viliqué diſtribuitur pretio. Nec minus de hâc radice Germania gloriari poteſt, ac in primis *Epiſcopatus Bambergenſis*, ubi in copiâ creſcens ad Nos transfertur. *Sylveſtrem vocat Tragus* fœnu-græcum ſylveſtre, *Lotum item ſylveſtrem. Cordus Polygam, & Cluſio eſt Glaux ſylveſtris.*

*Vires. in Calid. & frigid. temperata eſt &c.*) Humectat magis recens & ſucco plena radix, utilis ad raucedines, tuſſes, dyſpnœam, peripneumoniam pleuritidem, phthiſin & omnes pulmonum & pectoris affectu, inflammationes ſedat, ac acrimoniam humorum mitigat. Externè radix arida pulveriſata eryſipelati inſperſa ſummo cum fructu applicatur.

## ¶ CLIX. *Gramen.*

Gramen abſolutè ſic dictum. Officinis graminis ſpeciem denotat, quam *Dioſcorides*, ἀγρώστιν κατ' ἐξοχὴν, vocat; eſtque Gramen caninum, ſeu arvenſe, C. B. 1. Gramen *Dod. Cord. in D Caſt.* Gramen caninum medicatum, *Lob.* Gramen caninum, *Tab. Ger.* German. Kech oder Queckengras Du Chiedent. *Graſs, Dog-graſs,* or *Quich-graſs.* Gr. Queecken-gras/ Honts-gras.

Paſſim ſponte provenit, felicius autem terra arida & arenoſa.

## OFFICIN. NAT.

Potiſſimum *Radices* (collectæ menſe Majo vel Septemb.) rarò *Caulis* cum foliis, rarius *Semen.*

Vires. *Radix cujuſcunque graminis refrig. & ſicc. aper. ſubaſtring. ſubſtantiæ eſt tenuis ac penetrativæ.*

*Herba ſeu folia intra ſiccitatem & humiditatem moderata ſunt, frigida gr. 1. Uſus præcip. in obſtructionibus Epatis, Lienis, Ureterum, in expuitione ſanguinis (ubi ſuccus ex integra planta valet) in lumbricis necandis. Extrinſecus in dolore capitis leniendo (ſeligunt gramen ſeptem nodorum) in oculorum inflammationibus ac defluxionibus. (Has ſedare dicitur gramen trium nodorum, decreſcente Lunâ evulſum ac collo circumligatum,) in auribus purulentis, in odontalgia, in tumoribus podagricis diſcutiendis.*

## PRÆPARATA.

℣. *ſtillat.* Ex radice Majo menſe collecta,

N. *Diarrhæam ſedat infantum ſi abdomen eâ lavetur.*

Eſt & graminis ſpecies, Gramen mannæ dictum, inter gramina dactilodea C. B. 8. Cujus ſemen in cibum venit nomine Mannæ in German. ex Sileſiæ ac Poloniæ confinibus tranſportatum, ſemini milii ſolis non abſimile. De hoc vulgi opinio, quod ex aëre decidat, unde & Mannæ nomen impoſitum eſt Germ. Himmelthau/ Schwaden.

Hofman. *Gramen.*) Quamvis infinitæ exiſtant graminum ſpecies, de quibus Botanographi conſuli poſſunt; officinis tamen graminis ſpeciem denotat, quam *Gramen caninum ſeu arvenſe* vocant. Germ. Quicken-Graß.

*Vires. Radix refrig. ſicc. aper. &c.*) Hujus radix tenuis ac penetrantis virtutis eſt cum aliquali adſtrictione, unde ad viſcerum obſtructiones, tartarum hypochondriorum, calculum renum, & dyſcraſian ſanguinis calidam notabilis eſt energiæ. Ex hâc cum radice cichorii, petroſelini, aſparagi, urticæ minoris cum herbâ omnibus recentibus decoctum vernale hîc loci ſingulis annis à Me præſcribitur pro hypochondriacis & atrophiâ laborantibus ex venarum lactearum obſtructione, ex traditione D. D. Benedicti Ohemii, qui atrophiâ laborantem uſque ad deſperationem omnium aliorum medicorum harum radicum decocto unico in integrum ac ſanitatis plenum reſtituit divinâ benedictione, pro quâ curatione quingentos aureos Rhenanos loco ſoſtri accepit.

*Ex graminis radicibus Aqua etiam deſtillatur* pro vehiculo medicamentorum contrà Lumbricos facientium.

*De Herbæ viribus vid. in Autore* Noſtro.

*Eſt & Graminis ſpecies, gramen Mannæ dictum &c.*) Hæc culinaribus uſibus deſtinata potius ad alimentorum, quàm Medicamentorum claſſem ſpectat.

*N. De Gramine alio ſingulari Oſſifrago Norvvagico dicto vid.* D. D. Simon Pauli *c. l. p.* 531.

## ¶ CLX. *Granata.*

Malus punica. { Domeſtica, quæ pomifera eſt, Sylveſtris, quæ flores ſolùm fert.

Videatur Malus punica, *Trag. Matth. Dod. Cord. hiſt. Lon. Cam.* Mala punica, *Cord. in D. Bellon.* Malum punicum, *Lob. Caſt.* Malus granata, *Tab.* Malus punica, C. B. Germ. Granaten. Grenadier. *Pomgranats.* Granaet-Appelen.

Utraque arbor, quamvis exotica ſit, noſtratibus tamen in hortis colitur.

## OFFICIN. NAT.

1. *Poma*, eaque vel dulcia vel acida, vel acido-dulcia, id eſt, vinoſi ſaporis. 2. *Flores* collecti ex Granata ſylveſtri (*Balauſtia* dicuntur) tùm quoque interdum ex domeſtica (appellantur *Cytini.*) 3. *Cortex* pomorum (*malicorium, pſidium*) 4. *Nuclei.*

Vires. *Poma: in genere cenſentur boni ſucci, ventriculo convenientia, ſed pauci nutrimenti. Dulcia adhibentur in tuſſi chronica.*

N. *Quia ventriculo inflationes cauſantur, in febribus minus commodè adhibentur.*

*Acida, frigida ſunt ac aſtringentia, ſtomachica. Uſus præcipui in febribus biliosis, in Gonorrhœa, in picagra, ... compeſcenda, oriſque putredine corrigenda & ſim.*

Vinoſa, *acidodulcia, Granata Muza*) *media ſunt natura inter dulcia ac acida, ad frigiditatem tamen aliquatenus accedunt. Cardiaca ſunt ac Cephalica. Uſus præcipui in Syncope ac vertigine, &c.*

Flores, *tàm Balauſtia, quàm Cytini ejuſdem ſunt naturæ, terreſtris ſcilicet ... aſtringentis, inſpiſſantis, refrigerantis, ſiccantis unde & balauſtior. creberrimus uſus eſſe ſolet in omnibus ...ris fluxionibus.*

Exem-

*Exempli gratia, Diarrhœa, Dyſenteria, uteri fluore, & ſim. in ſanguine vulnerum cohibendo, in gingivarum laxitate emendanda, in Hernia curanda, &c.*

Cortex, [*malicorium, pſidion*] *ejuſdem cum floribus cenſetur naturæ, præcipuique uſus eſt in ſedando fluxu hæmorrhoidum, narium, uteri, &c.*

Nuclei *refrigerant itidem, aſtringuntque, inprimis qui ex pomis acidis collecti.*

## PRÆPARATA.

1. *Succus liquidus.* Ex pomis expreſſus, fermentatus & depuratus, qui nomine *vini granatorum* venit.

N. 1. *Præſtat vinum ex pomis acido-dulcibus.*

N. 2. *Ante præparationem hujus vini, extremam cutim granis detrahere ſolent.*

N. 3. *Ad conſervationem, nonnihil ſeminis Coriandri pulveriſati in Vino eodem ſuſpendunt.*

2. *Syrupus.* Ex ſucco granator. dulc. ac ſacchar. ℥. Vid. Diſp.

3. Ex ſucc. granat. acidor. & ſacchar. ℥. Vid. Diſp.

HOFMAN. *Granata.* ) à *Granis* dicta, quæ intus continentur. *Malus Punica Theophraſto ac Dioſcoridi* dicitur *ῥόα* vel *ῥοιά*, quibuſdam etiam *ῥοά*.

Hujus generaliſſimæ Differentiæ ſunt *ſativa* vel *agreſtis*, & *balauſtifera*, quæ itidem ſylveſtris.

Arbor gaudet ſolo cretoſo & macilento. Regio ei apta eſt calida, in Galliâ Narbonenſi & Provinciâ colitur in hortis & paſſim in ſepibus provenit; In Italia colitur in hortis, & in Germaniâ noſtrâ etiam non niſi Magnatum hortos nobilitat. Floret & fructum perficit maturatè pro loci naturâ.

*Vires. Poma* &c. ) *dulcia* adhibentur in tuſſi chronica, in febribus autem minus commoda, quia facilè fermentantur.

*Flores*, tam *Balauſtia* quam *Cytini* ejuſdem naturæ & virtutis ſunt cum cortice, adſtringunt, inſpiſſant, refrigerant & ſiccant, unde & in omnis generis fluxionibus adhibentur. Ex his floribus infuſis & ebullitis foliis prius illorum ſubrubentibus revulſis, ſi Spiritum Vitrioli correctum inſtilles, decoctum fieri poteſt intenſæ rubedinis in prædictis affectibus ſummè utile.

*Grana Paradyſi.*

**Paradißkörner**/ Vid. Cardamom.

## ¶ CLXI. *Guajacum.*

Lignum Indicum, Lign. Sanctum. Guaacan, Guajacan, Palus ſanctus, **Frantzoſenholtz**/ **heilig Holtz.** du Gujac, ou bois Sainct. *Guajacum*, *Lignum vitæ* or *Holyvvood.* **Guaiacum**/ **Pockhout.** Arbor eſt exotica, procera, quæ ex India Occidentali ad nos tranſportatur.

Eſtque Guajacum {
- magnâ matrice. Guajaci 1. gener. *Monard. & Matthiol.*
- propemodum ſine matrice, quod ... nus, ... ri præſtantius. Guajaci 2. *Monard. & Matth.*
}

N. 1. *Sunt qui ... Guajacum appella... poſterius lignum ſanctum: Verum quia apud Aut... es Synony... ſunt, præſtat matrice, uti dictum ea diſtinguere.*

N. 2. *Poſterius dividitur à nonnullis in plura genera, quæ tamen non re (eſſentiâ) ſed ſolo colore differre vult Matthiolus, idque p diverſitate maturitatis, quò enim maturius, eo ipſo ... & quantò minus adoleverit, tantò magis ...*

## OFFICIN. NAT.

*Lignum, Cortex & Gummi*, (ſed raro.)

Eligendum eſt lignum recens, ponderoſum, ſucculentum, (quod Carboni impoſitum fumigat.) Poſterius præſtat, quod colores ruffum, ſpadiceum, flavum, lividumque ſimul mixtos habet.

Vires. *Lignum calf. & ſicc. ſudorem ac urinam largiter promovet, adeoque ſanguinem mundificat, putredini reſiſtit. Uſus præcipuus in Arthritide, Hydrope, Catarrhis, aliiſque morbis à phlegmate tartareo, mucilagine aut flatibus oriundis: peculiariter ac ſpecificè curat luem Gallicam.*

*Cortex.* Minus calidus eſt quam Lignum.

Gummi (Reſina) Gummi hoc mecum communicavit Vir rerum novarum curioſus Adrianus Sonnemann, Materialiſta hujus civitatis, Affiniſque mihi dilectus, idque cum felici ſucceſſu aliquoties in curanda lue Venerea fuiſſe adhibitum affirmavit. Sapore eſt acri, colore ac figura Laccam fere repræſentante, pellucidum, friabile.

## PRÆPARATA.

1. *Decoctum.* ♃. Guajac. inciſi ℔ j. Aquæ fontan. ℔ xij. poſt infuſionem 24. horarum coq. ad ℔ vij. plus minuſve; coletur pro ſudorifero, reliquum coquatur cum ▽ tantundem pro potu ordinario.

N. *Poſſunt & addi Liquiritia paulle, ſem. aniſi, &c.*

2. *Extractum viſcoſum & gummoſum.* Vide l. 2.

3. 🜍 *Rectificatum.* Fit deſtillatione. Vid. l. 2.

Vires. *Exhiberi commodè poterit intrinſecus in lue Venerea, aliiſque morbis diaphoreſi opus habentibus.*

Doſis gr. iij. v.

N. *Sunt qui oleum hoc pro oleo Heraclino Rulandi habent, ejuſque vires admodum deprædicant in Epilepſia, expellendo fœtu ... ac mortuo, in dolore dentium mitigando.* Vide ...rendel. in Chymia.

4. *Spiritus.* Eſt liquor acidulus, unà cum oleo in deſtillatione collectus ac rectificatus. Vid. l. 2. de ſpiritibus.

N. *Spiritus ... ic acidus præter medicinales virtutes deſcriptas, ... a habet perlas, corallia, &c. ſolvendi. Intus exhiberi poterit: à ʒ ß. ad ʒj.*

5. S... Ex cinere elixiviatur, ſed paucum.

[F... Gummi Guajaci paratur Extractum per V. ...iſat. Doſ. gran. iv. in liquore conven. utile ad Tar... G...orrhæam.]

HOFMAN. *Guajacum* ) *Lignum indicum, Lignum Sanctum, Palus ſanctus.* Germ. frantzoſen Holtz.

Arbor eſt procera ad fraxini aut ilicis magnitudinem, ramoſa, meditullio nigricante, ac præduro, cortice reſinoſo craſſo & amplo pro ratione caudicis ligni, ex quo decerpitur, exterius cinereo ad ruffum tendente colore, interius albicante, ex pluribus quaſi lamellis coagmentato, ſapore amariuſculo & acri, foliis exiguis ac duris flore luteo.

Duo genera facit *Oviedus*, *Guajacum ſcilicet vulgare*, & aliud quod *Lignum ſanctum* vocat: Verùm unum & idem ſunt.

Ex inſulis Indiarum Occidentalibus Borquen, Creata, Nagrando & Nicaraguâ ad Nos defertur. Frequens eſt in inſulâ San-Dominici.

*Vires. Lignum calef. ſicc.* &c. ) Specificum medicamentum eſt luis venereæ, cujus uſus eâ primum ratione innotuit; Magnis doloribus hujus Luis Hiſpanus quidam torquebatur; ejus famulus Indus ex Hiſpaniolâ Medicum agens aquam deſtill. Guajaci illi propinavit, quâ non ſolum magnis illis cruciatibus liberavit, ſed priſtinæ etiam ſanitati reſtituit. Cujus exemplo plurimi alii Hiſpani ſimili malo infecti curati ſunt. Hinc per

totam

totam non ſolùm Hiſpaniam, ſed & per orbem univerſum hujus morbi cura per hoc Lignum Guajacum divulgata eſt. Secundariò etiam in catharris aut defluxionibus prodeſt, ob vim ſuam diaphoreticam & diureticam, quâ ſanguinem ab abundanti ſero liberat, indè contrà hydropem ejus decoctum bis aut ter ſumptum egregium eſt, æger autem tunc ab omni abſtineat potu, cibos aſſumere debet aſſatos & exſiccantes, quo Medicus quidam ſibi in Miſniâ maximam acquiſivit famam; Hujus decoctum prodeſt etiam in odontalgiâ, nam valdè extrahit materiam morbificam.

*Cortex* eoſdem habet effectus, imò efficaciorem etiam eſſe, uſus docuit. Permiſcetur Decoctis, ſcobi Ligni ſed doſi minori.

*Ex hiſce præparatur* j. *Decoctum.* ♃. Ligni Guajaci ℥iv. cortic. hujus ℥ß. paſſul. min. ℥ß. Ligni aloes ʒj. infunde in aquæ fontan. ℔vij. ferventiſſ. in ollâ vitreâ & ponantur per 24. horarum ſpatium ſuper cineres calidos; poſteà bene clauſa coquantur; & priuſquam ad medietatem coctio facta eſt, adde Ligni Saſſafras ℥ß. ſem. aniſi ʒiß. cinamom. el. ℈ij. coq. probè tecta ſine favillis, donec ad medietatem pervenerint: poſtmodum per ſe refrigerata colatura cautè defundatur. Hujus doſis ℥v. vel vj. in Lue venereâ. Huic poteſt & addi ejus *extractum reſinoſum*, *oleum deſtill.* & rect. fic. *Spiritus* &c. & quæ alia ex hoc ad dictos affectus longè præſtantiora elaborantur.

## H.

### § CLXII. *Hedera terreſtris.*

Χαμαίκισσος, hedera humilis vulgaris, corona terræ, Gundelreb/ Grundreb/ Grundmann/ Erdepheu/ noſtratibus Donnerreb. Du lierre trainant, ou terreſtre. *Ground-Ivy.* Onderhave.

Eſt { vulgaris. *Hac uſualis.*
  { montana. *Inuſitata.*

Nuncupatur Hedera terreſtris, *Brunf. Matth Dod. Tab. Ger.* Elatine *Brunf.* 4. Chamæciſſos, *Trag. Fuchſ. Cam.* Chamæclema, *Cord. hiſt.* Corona terræ, *Lob.* Hedera terreſtris vulgaris, C. B. 1.

Creſcit paſſim circa ſepes: floret Aprili potiſſimùm.

#### OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus.

Vires. *Saporis eſt amari & acris, calf. & ſicc. vulneraria eſt, aperit, abſtergit. Uſus creberrimi in tartaro, tam pulmonum, quàm renum, aliarumque partium, incidendo, reſolvendo, adeoque confert obſtructionibus inde natis & Ictero: conducit eroſionibus & ulceribus viſcerum abſtergendis, conſolidandis &c. Extrinſecus adhibetur creberrimè ad calculum renum reſolvendum, (in balneis) ad dolores colicos reſolvendos, (in clyſteribus.)*

#### PRÆPAR.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba Majo collecta.
2. *Conſerva* Ex floribus ſumm.

N. *Conſervam compoſitam habent Auguſt.*

3. *Syrup. ſimpl.* Ex ſucc.
4. *Compoſ.* Vide Diſp.
5. *Succus*, in morbis graviſſimis utilis.

HOFMAN. *Hedera Terreſtris.*) χαμαίκισσος. *Hedera humilis, vulgaris*, Germ. Gundermann.

*Vires. Calefac. & ſicc. &c.*) juxtà vim ſuam abſterſivam, aperitivam & diſcutivam etiam vulneraria eſt, unde in calculo renum ſimplex hujus pulvis cum tantillo Sacchari, cum aquâ hederæ terreſtris cum vino deſtillatâ adhibetur, & ad vulnera & ulcera interna commendatur. Nec minoris efficaciæ eſt ejus ſuccus ad hæmoptoën, ſi inde fiat Looch addito thure ac diapenidio. Folia ejus in ſp. V. infuſa per multiplicem infuſionem cum foliis recentibus liquorem præbent in ſuffocatione hypochondriacâ mirabilis effectus, ſi cochleatim propinetur. In potionibus vulnerariis & clyſteribus ad dyſenteriam frequentioris eſt uſus.

*Flores* itidem ejus in vino infuſi & propinati contra Nephritidem magnum & probatum ſunt remedium. Ex his conſervâ paratur in ictero & venarum Meſaraicarum obſtructionibus eximiæ energiæ.

### ¶ CLXIII. *Hedera arborea.*

Κισσὸς, κιττὸς, Hedera, *Brunf. Trag. Cord. in D. Dod.* Hedera arborea. *Matth.* Nigra, *Fuchſ. Lon.* Hedera corymboſa communis, *Lob. Tab. Ger.* Hedera major, *Caſt.* Hedera arborea. C. B. 1. Germ. Epheu. Eppich. Du lierre arborée. *Tree-Ivy.* Clim-op/ Boom-veyl/ &c.

Eſt { Arborea. *Hac uſualis & jam nominata.*
  { Major ſterilis.
  { Minor.

Adhæret muris, arboribus, aliiſque rebus in altum exurgentibus. Viret per totum annum: Floret Autumno, baccas fert hyeme.

#### OFFICIN.

*Folia, Baccæ, Lachryma* ſeu *Gummi.*

Vires. *Herba calf. & ſicc. (Galeno eſt mixtæ naturæ, calfac. ſcil. & frigidæ) ſubaſtringit. Internus ejus uſus, quia capiti nervoſoque generi adverſatur, rarus eſt. Externus crebrior in achoribus exiccandis & ſanandis, in fonticulis ab inflammatione tutandis (imponitur quotidie folium) in Ozænis curandis, in aurium purulentarum dolore ſedando (miſcetur ſuccus cum ol. e. g. liliaceo.)*

Baccæ. *Purgant per ſuperiora & inferiora, unde & contra febres à vulgo exhiberi ſolent.*

Gummi, *ſeu lachryma ex trunco hederæ majoris vulnerato & interdum ſponte exit, colore rubeſcens, odore grave, ſapore acre. Pſylothrum à majoribus habetur inſigne ac cauſticum, lenteſque interimere dicitur.*

N. *Noſtratibus in uſu non eſt, quippe gummi hederæ officinarum nec figura nec viribus deſcripto gummi convenit. Purpureo nigricans eſt (adeoque Mumiæ non abſimile) fragile nec ſaporis acris, ſed veluti aduſti, lignoſis ſegmentis ac ſordibus plerumque ſcatens.*

[ *Mentio fit gummi hujus in Unguento de althæa.* ]

#### PRÆPARAT.

*Ol. ſtillat.* Ex baccis cum ▽ fermentatis per Veſicam.

N. *Alii lignum, baccas ac gummi ſimul per Retortam deſtillando, oleum parant.*

HOFMAN. *Hedera Arborea.*) Germ. Epheu.

*Vires. Folia calef. ſicc. ſubaſtring. &c.*) ſed internè rarioris ſunt uſus externè tamen in achoribus ſanandis, ozœnâ curandâ, in fonticulis ab inflammatione præſervandis impoſita ſalutare ſunt topicum.

N. Ex ligno ſcyphi tornati commendantur phthiſicis pro vaſculo potario.

### ¶ CLXIV. *Helenium.*

N. *Dicitur Helenium, quod è lachrymis Helenæ natum dicatur.*

Ἑλένιον, Elenion. *Trag.* Helenium, *Brunfelſ. Matthiol. Dod. Cord. in D. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* Enula Campana, *Brunfelſ. Cam.* Helenium vulgare. Alantwurtz. Aunée, ou Enule campane. *Elecampane*

or *Alicampane.* Alantwortel.

N. *Creſcit plerumque locis humidis: Floret Iulio.*

## OFFICIN. NAT.

*Radix*, quæ collecta, antequam in ſtolones abierit, in taleolas ſecatur, inque umbra exiccatur.

Vires. *Nonnullis calfac. & ſicc. 2. ( Fernelio calf. 3. ſicc. 1. ) abſtergit, diſcutit, aperit, pulmonica eſt, ſtomachica, alexipharmaca, ſudorifera, &c. Uſus præcipui, in tartaro pulmonum renumque attenuando ac educendo, & hinc in tuſſi, aſthmate, in cruditatibus ventriculi emendandis, ureteribus reſerandis, in peſte, contagioſiſque morbis arcendis, in ſcabie, &c.*

## PRÆPAR.

1. *Radix condita.*
2. ▽. Ex radice deſtill.
3. *Conſerva* Radicis.
4. *Extract.* Ex Rad.
5. *Vinum Enulatum.* Ex Radice & muſto.

HOFMAN. *Helenium.* ) *Enule, Enula campana, Plinio, inula* dicitur. Græcè *Helenium*, ab Helenæ lachrymis, ex quibus natum fabulantur poëtæ: Alii, quod contrà ſerpentes ab Helenâ primùm inventum ſit & Menelao comiti ſuo in Ægyptum naviganti oſtenderit. Nonnulli ab Helenâ inſulâ derivant, ubi luxuriat. German. Alantwurtzel.

Creſcit plerumque in pinguibus & lætis pratis, ac reperitur etiam in montibus, locis umbroſis & humidis. Apud Nos ſatis frequens, Iunio & Iulio floret. Colitur etiam in hortis.

Radix collecta antè ſtolonum proventum ac in taleolas ſecta, inque umbrâ exſiccata in uſum venit, Flores etiam non poſthabendi ſunt.

*Vires. Calefac. ſicc. abſterg. diſcut. aper.* &c. ) Stomachica eſt, thoracica, alexipharmaca, ſudorifera &c. unde in cruditatibus ventriculi ſeq. Electuarium commendatur. ℞. radic. Enul. condit. incíſ. ℥ j. pimpinell. ʒ vj. Calam. arom. Nuc. Moſchat. ana ℥ ß. Majoran. menth. criſp. fl. roſ. rubr. ana ʒiij. Spec. diambr. ʒj. ſp. Vitriol. ℈ ß. cum Syrup. de Menth. ſ. q. f. Elect. cujus doſis eſt à ʒ ß. ad ʒ j. duabus horis ante cibum. Aſthmaticis ac tuſſientibus pulv. radic. helenii cum Sacchar. cando medetur. Item in peſte & omnibus morbis contagioſis, mercurii noxâ à poculorum inauratione, ſcabie &c. ejus uſus ſalutaris exiſtit. Conſerva etiam florum helenii gravidis contra abortum internè commendatur.

## ¶ CLXV. *Herniaria.*

Dicitur Herniaria, *Dod. Cam. Tab. Ger.* Herniaria multigrana ſerpillifolia, *Lob.* Herba Turca, *Lob.* Polygoni genus, Herniaria appellata, *Cluſ. hiſt.* Millegrana, *Cord. hiſt.* Herba cancri minor, *Cord.* Polygonum minus, *Caſt. Matthiol.* Empetrum, *Trag. Lon.* Polygonum minus ſeu millegrana major, C. B. 11. (videl. inter Polygoni minores ſpecies.) German. Harnkraut / Bruchkraut / Tauſend-Körner. Renouée & Corrigiole. *Rupture-woort, Burſtwort, Knot-graſſ.* Burſtkruyt / Duyſentknoop.

Creſcit locis aridis ac arenoſis, nonnunquam tamen & circa ripas: floret Junio, & Julio.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* ſeu planta integra.

Vires. *Refrig. & ſicc. Uſus præcipui eſt in Hernia curanda, urina cienda, renum ac veſicæ calculo atterendo, ventriculi ac aliarum partium mucilagine incidenda, educenda; bile ac aqua expellenda, adeoque in Ictero curando.*

## PRÆPARATA.

▽. *ſtillat.* Ex herba.

[ Conſervæ meminit Platerus. ]

HOFMAN. *Herniaria.* ) *Libonotribon* vocant nonnulli ab effectu. *Herba cancri minor Geſnero* dicitur, *Polygonon minus Cluſio, Millegrana & Herba Turca aliis.* Nominatur item *Holoſtium*, ab *Hollerio*, qui in frequentiori uſu habuit.

Eſt autem vel *glabra* vel *hirſuta.* Utraque ſpontè in arvis & ſabuloſis locis provenit.

*Vires. Refriger. ſicc.* &c. ) Hujus decoctum cum vino mirè in calculo renum commendatur. Contra herniam etiam ſpecificum eſt, ex quâ ſuccus expreſſus cum vino rubro per novem dies exhibendus eſt. ℞. radic. ſymphyt. ℥ ß. fol. herniar. perfoliat. ſænicul. millefol. an. ʒ ij. in pulverem redacta cum ſ. q. ſyrup. de ſymphyt. redig. in Electuarium. Succus potus aut herba eſitata, aut emplaſtri modo plagæ impoſita morſui à viperâ auxiliatur; Emplaſtrum ex eo herniam reſtituit, jecori prodeſt & ictero.

N. Pulvis equorum vulneribus inſperſus vermes in iis necat.

Hirundinaria
*vid.*
Vincetoxicum.

## ¶ CLXVI. *Hiſpidula.*

Æluropus, pes Cati, piloſella, montana hiſpida, C. B. 5. Katzenfuß. pied de chat, ou piloſelle (*Catfoot a kind of ſmall Mouſ-ear.* Katſel Voet / een Slagh van piloſenle en kleyn Nagelcruyt. Eſt ſpecies piloſellæ (aliis Gnaphalii) parva admodum, totaque ferè tomentoſa, maximè verò floſculi, quos profert rubentes, interdum albidos. *Videatur Renodeus.*

Naſcitur in collibus ac locis ſiccis & apricis: floret Maio, & Iunio.

## OFFICIN. NAT.

Tota *Herba* cum floribus.

Vires. *Eaſdem vires obtinet quas reliqua piloſellæ genera, unde auriculam muris: peculiari tamen proprietate pulmonum exulcerationi conferre ſtatuitur, & ſanguinis expuitioni.*

## PRÆPAR.

1. ▽. Ex integra planta cum floribus.
2. *Syrupus ſimpl.* Vide Renodæum.
3. *Compoſitus de pede Cati.* Vide lib. 2.

N. *Noſtratibus Syrupus hic compoſitus vulgatiſſimus eſt.*

HOFMAN. *Hiſpidula.* ) *Ælurapus, pes Cati.*
*Vires* &c. ) Planta eſt vulneraria & vi ſpecificâ pulmonum exulcerationi & hæmoptoi confert.

## ¶ CLXVII. *Hordeum.*

Gerſte. Orge. *Barley.* Gharſt. eſt { hyemale. *Hoc præſtantius.* / æſtivum. }

Videatur Hordeum. *Brunſ. Matth. Lob. Dod. Lon. Caſt. Ger.* hordeum majus *Trag.* hordeum polyſtichum, *Fuchſ. Tab.* Hordeum hyemale, *Cord. in D.* Hordeum polyſtichum hybernum, C. B. 1.

## OFFICIN. NAT.

*Semen & Farina.*

Vires. *Refrig. & ſicc.* 1. *abſterg. aperit, dig. emol. eſt diureticum, nutritivum.*

N. *Crudum ventriculo aliquatenus inimicum eſt, quippe flatulentum: tamen coctione corrigitur.*

## PRÆPARATA.

1. ▽. *Hordei graminis.* Fit Menſe Majo, colligiturque mane gramen rore adhuc madidum.

N. *Inſignis eſt efficaciæ in æſtu domando, extrinſecus in Cephalalgia mitiganda, oculorum defluxionibus calidis emendandis, &c.*

2. *Decoctum hordei, ſeu* ▽ *decoctionis hordei,* Gerſten-Waſſer. l'eau d'Orge. *Barley-Water.* Gepelde-Garſt water.

N. *Ad decoctum hordei ſumitur hordeum non excorticatum, ſi intentio ſit abſtergere, exiccare: Excorticatum ſin animus digerere, ſitimque extinguere, &c. Formulæ decoctionum uſitatiſſimæ, mulieribusque notiſſimæ ſunt.*

[ N. *Cerevisiæ hordeaceæ feces valent ad ambuſta.*]

HOFMAN. *Hordeum.*) Hujus uſum œconomicum relinquimus œconomis. Quod ad medicas Ejus vires, illis contenti ſumus, quæ ab *Autore* afferuntur. Saltem quædam euporiſta hic non ſunt prætereunda. Decoctum polentæ cum aceto factum, ſi tepidum teneatur in ore dentium dolores mitigat; ſimili ratione etiam cataplaſma ex probè percoctâ polentâ factum & ſtupulo ac aquâ, atque pectini & perinæo applicatum vehementiſſimis calculi doloribus & iſchuriæ ſuccurrit.

## ¶ CLXVIII. *Horminum.*

Sclarea. Scharleyen/ Scharleye. vale, ou orvalle. *Clary.*

{ hortenſe odoriferum, / ſylveſtre.

Ex his officinale, quod Gallitricum, *Cam. Ger.* Gallitrichum ſativum, *Trag.* Sclarea, *Matth. Caſt. Cam. Tab.* Scarlea, *Lob.* Horminum ſylv. 1. *Cluſ. hiſt.* Orminum ſativum, *Fuchſ. Cord. in D.* Orvala, *Dod. Caſt.* Horminum ſclarea dictum, C. B. 3.

Floret Iunio, & Iulio, ſolo gaudet opimo.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus, ſed rarò.

Vires. *Calf. & ſicc. abſtergit, attenuat: Uſus rari, niſi, quod in vino cum floribus ſambuci & vitis ſuſpendi ſoleat.*

[ Semen oculo horâ ſomni impoſitum, ſordes abſtergit & albugini conducit. ]

[ Hormini ſylveſtris decocto cum melle roſato ozænas curat Renealvi.]

HOFMAN. *Horminum.*) *Orminum, geminalis, ſclarea.* Germ. Scharlach. *Horminum* autem dicitur ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν ab impetu agi, vel in venerem cieri, ad quam ſtimulet.

*Vires. Calefac. ſicc. abſtergit, attenuat.*) Ego hujus ſummitatibus in vino infuſis contra gingivarum putredinem (ſtomacacen) pro oris collutione uti ſoleo; Et parari etiam inde poteſt conſerva pro hoc affectu cum ſaccharo internè exhibenda. Item Aqua ex foliis etiam cum vino deſtillatur magnæ efficaciæ ad fluxum album mulierum.

## ¶ CLXIX. *Hyoſciamus.*

Iuſquiamus, Faba ſuilla, Herba canicularis, Dens caballinus. Bilſenkraut/ Bilſen/ Dollkraut/ Schlaffkraut/ Säu-Bon / Rinds-Wurtz/ Ziegenrnerkraut. Iuſquiame, ou Hannebanne, *Henbane.* Bylſen-cruyt.

Eſt { vulgaris vel niger, C. B. 1. / albus { major, C. B. 2. / minor.

Ex his eligere monet Fernelius floribus albis, ſemineque albo, reliquis neglectis.

Inſignitur Hyoſcyamus albus, *Matth. Dod. Lob. Lon. Caſt. Cam. Ger. Tab.* Hyoſc. candidus, *Trag.* Apollinaris 3. *Cord. in D.* Hyoſcyamus albus major vel 3. Dioſcoridis, C. B. 2.

Creſcit incultus: floret Iunio & Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Radix, Semen, Folia.*

Vires. *Refrig.* 3. *ſicc.* 1. *emollit, mirè ſomnum inducit, ſtupefacit, acrimoniam mitigat, rationem perturbat. Unde internus ejus uſus rariſſimus eſt, exhibetur tamen ad hæmoptyſin curandam. Externus aliquatenus crebrior, ſcilicet in tumoribus calidis, in podagra, in odontalgia, (ſuſcipitur fumus ſeminis per infundibulum.)*

N. 1. *Trallianus amuletum antipodagricum ex radice facit; colligit eandem* ☾ *existente in* ♒ *&* ♓ *ante* ☉*lis occaſum, radicem non attingendo, ſed oſſe cujuſcunque animantis mortui effodiendo, peculiariaque inſuper adjurationis verba ſuperaddit, quæ cum ſuperſtitioſa videantur, adſcribere ſuperſedeo. Videatur Trallian. l.* 11. *in fine.*

N. 2. *Antidota Hyoſcyami ſunt, lac caprinum,* ▽ *mulſa, ſemen cucurbitæ, ſem. Urticæ, Sinapi, Raphanus, Cæpa, allium cum vino aſſumpta.*

## PRÆPARATA.

1. ▽. Ex fol. floribus ac ſemine immaturato deſtill.

2. 🜍 Expreſſum. Ex ſemine albo recente, ſicco, calida ▽a aſperſo, inſolato tritoque.

N. *Alii macerant Hyoſcyamum cum ſemine ſuo immaturo in Omphacino: hinc exprimunt & coquunt.*

3. *Extractum ſeu ſuccus Hyoſcyami.* Ex radice menſe Septembri vel Martio cum germinibus tenellis exprimitur ſuccus, depuratur ac digeritur, ut rubicundo colore tingatur.

N. *Ingreditur laudanum opiatum.* Quercetan.

HOFMAN. *Hyoſcyamus.*) Germ. Bilſenkraut

*Vires. Refriger. ſicc. emollit &c.* ] Quamvis ad hæmoptyſin curandam valdè commendetur, & ingrediatur etiam Laudanum opiatum *Quercetani*, tamen internus ejus uſus ob peſſima, quæ infert, ſymptomata à venenata ejus vi narcoticâ dependentia ſemper ſuſpectus eſt. Externus autem crebrior eſt, ſcilicet in doloribus ac tumoribus calidis, ſic herba cum lacte in formam cataplaſmatis redacta & impoſita mirificè dolores abdominis à ſcorbuto productos demulcet. Item oleum ex ſemine albo recente ſicco expreſſum inſigne eſt anodynum in omnibus doloribus partium à causâ calidâ ortis.

N. Ejus ſuccus affrictu cimices abigit ex ædificiis: Et glires ſuffitu necat.

N. Huc pertinet Datura, Nacazcul, ſeu *Tolvatzin*, quæ *Hyoſcyami* ſpecies eſt, apud Indos in Goa familiaris. Fructus refert pomum aculeatum & oblongum, nucis juglandis magnitudine ſeminibus exiguis refertum. Narcoticam habet vim, & varia inducit phantaſmata. Utuntur hoc ſemine Indicæ mulieres laſcivæ ad fallendos maritos, ut libidinem cum procis ſecurius explere & fallere etiam præſentes maritos poſſint. Varia ex

aſſumpto Semine patiuntur viri ſymptomata, vel enim ſomno obruuntur profundiſſimo, vel fatui redduntur & ſenſibus orbantur, ut videntes nihil videant, & cum ratione nihil intelligant. Ad viginti quatuor horas hic extenditur paroxyſmus. Intereà mulieres admittunt procos ſuos & in mariti præſentiâ omnem explent libidinem, ubi ſatis Veneri indultum, excitatur demum vir lotione pedum frigidâ, vel forti frictione, omniumque rerum etiam viſarum neſcius, quaſi ex ſomno meridiano expergiſcitur. Ita illuditur maritus & inſcius Cornutorum familiæ adſcribitur. *Garc. ab Ortâ, Chriſt. à Coſtâ, Lindſchottus, Mandeſlaus & alii.*

## ¶ *CLXX. Hypericum.*

Ὑπερικὸν, Hypericum, *Brunfelſ. Matthiol. Fuchſ. Lon. Dod. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* Herba perforata & Hypericum, *Trag.* Aſcyron. *Cord. in D.* Androſæmum minus, *Geneſn.* Hyperic. vulgare, C.B. 1. aliis fuga Dæmonum, Johannskraut. Du mille-pertuys. *St. Iohns Wort.* St. Jans-cruyt.

Creſcit paſſim in dumetis, aliiſque locis incultis: Floret Iulio.

*Folia ac Flores.*

Vires. *Calf. & ſicc. eſt partium tenuium, diureticum ac vulnerarium. Uſus præcipui in vulneribus mundificandis, conſolidandis, (intus & extus) in ſanguine coagulato reſolvendo, in calculo renum atterendo, in Lumbricis fugandis, (ſcilicet ſi tempore exaltationis collecta fuerit, aliàs hac facultate deſtituitur) Extrinſec. in contuſionibus (præcipuè nervorum) in tremore, in partu allevando (ſit ſuffitus.)*

N. *Paracelſus refert inter herbas veneficia ac ſpectra arcentes, colligereque jubet ſub influentia ♂, ♃ ac ♀ris (nullo modo ſub ☾) tempore auroræ, atque varium ejus uſum docet, loco amuleti adhibet, pileo includit, noctu pulvinari ſupponit, ſæpius naribus admovet, ſternit per domum, de parietibus ſuſpendit, &c.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex fol. ac flor. in fine Iunii collectis.
2. *Oleum.* Ex infuſione florum in oleo communi.

N. *Alii ſummitates cum flor. ad maturitatem ſemi is ferè accedentes macerant, cum vino exprimunt, atque cum Therebinthina & oleo coquunt.* Vide Diſp. Auguſt.

3. *Sal.* Ex planta integra incinerata.
4. *Tinctura.* Hanc habet Tentzel. in Exeg. Sala de Eſſentiis. Vide lib. 2.

N. *Doſ. gr.* vj. *ad* ℈ß.

HOFMAN. *Hypericum.*) Aſcyron. Androſæmum, plantarum congenerum nomina, & quarum notæ ac partes pleræque omnes ſunt ſimiles. Dicitur etiam *Herba perforata, Fuga Dæmonum.* Germ. S. Johannis kr.

De Hujus differentiis conſule Botanographos.

*Vires. Calef. ſicc. partium eſt tenuium &c.*) Diureticum, aperitivum & vulnerarium eſt. Unde hujus præcipuus uſus eſt in vulneribus conglutinandis tam internè quam externè adhibiti. Secundariò etiam confert in apoplexiâ, epilepſiâ, melancholiâ hypochondriacâ, Dæmonio morbo virgineo &c. in forma eſſentiæ vel decocti propinatum, quod magnæ etiam eſt efficaciæ in ſanguinis grumis diſſolvendis. *Theophr. Paracelſus* dæmoniacis ac ſpectris opponit, & tunc colligere jubet ſub ♂, ♃, ac ♀ eris influentia manè, & loco amuleti uſurpat. Ejus vim antidæmoniacam in obſeſſo aliquot ante annos ſic exploravi, duo vaſcula Keutterlingio plena porrexi, horum alterutrum, cui eſſentia ſi hyperici guttatim eſſet inſtillata, ita averſatus fuit, ut ne aſpicere quidem, nedum ut guſtare potuerit. Item mitram ſummitatibus hyperici interſutam ilico dilaceravit. Ex hoc etiam præparatur *Aqua deſtillata, Eſſentia, Sal, Oleum ex infuſione florum* &c. illud Venetianum rubrum, cujus vires non ſatis deprædicari poſſunt in omnibus non ſolùm vulneribus tàm internis quàm externis, verùm etiam aliis affectibus, ut torminibus ventris ex causâ frigidâ ortis, dolore iſchiadico, arthritide, tertianâ & quartana intermittente, ſi ſpina dorſi eo inungatur tepidè. Internè propinatum ad ʒ iij. vel iv. in vino expellit fœtum mortuum. Externè itidem in peſte bubones & ſpina dorſi hoc ipſo inungendi ſunt; interim autem hujus ʒ ij. cum vino ab initio ſtatim exhibenda ſunt infectis. Hujus compoſitio hæc eſt.

℞. h. hyperici collect. in Majo & Iunio, antequam flores prodeant, M. ij. vel q. v. contunde in mortario, poſteà inde cucurbitæ vitreæ ac affunde vini albi generoſi ad 4. digitorum transverſorum eminentiam & olei olivarum non rancidi ad duorum digitorum tranſverſorum ſuprà vinum, cucurbitâ optimè ſerlutatâ, pone in locum tepidum ad digeſtionem. Deinde 14. Iunii tempore matutino ante ☉ ortum partem unam herbæ & partes 4. florum hyperici contuſas repone etiam in dictam cucurbitam vitream, & affunde denuò tantundem vini & olei, ut ſuprà, uſque dum emineant, probè perluta cucurbitam, expone radiis ſolaribus, & elapſis binis ſeptimanis accipe ſeminis recentis hyperici M. iij. contuſi ac conjunge reliquis in cucurbitâ, prout & tantum olei, quantum ſex vel ſeptem digitos tranſverſos denuò emineat. His acquiſitis & peractis coque in MB. ad conſumptionem vini. Hujus olei percolati 5. vel 6. libris adde Sulphuris citrini, Salis ana ℔ß. lumbricor. terr. M iv. Mellis rot. ℥ iv. Terebinthin. ℥ x. adip. ſuill. ℔ß. ſucci dictamn. alb. expr. ſucci verbaſci ana ℥ iv. Croci Or. ℥ iij. radic. dictamn. alb. gentian. imperator. valerianæ. chelidon. major. ana ℥ ij. Myrrh. el. ℥ ij. Theriac. A. ℥ ij. Sem. Citri. ℥ j. bacc. lauri ℥ iv. Cinamomi. ℥ j. Ligni paradiſi ℥ ß. Pulveriſata adde oleo prædicto cum ſpiritus vini ℥ vj. in cucurbita vitrea probè obturata expone digeſtioni in MB. per 3 dies continuos, poſteà radiis ſolaribus per integram æſtatem, repone pro uſu vid. *Theſaurum novum Pharmaceuticum Medicorum Noſtri ſeculi Principum.*

## ¶ *CLXXI. Hyſſopus.*

Ὕσσωπος, Hyſſopum, Iſop/ Iſpen. de l'Hyſſope *Hyſſop.* Hyſope.

Eſt { Hortenſis. *Hæc officinarum.*
     Sylveſtris.

Vocatur Hyſſopus, *Brunfelſ. Trag. Cord. in D. Lon. Tab. Cam.* Hyſſopus hortenſis, *Fuchſ.* Hyſſop. vulgaris, *Dod. Cluſ.* ſativa, *Cord. hiſt.* Hyſſopus Arabum, *Lob. Ger.* Hyſſopus officinar. cærulea ſive ſpicata, C.B. 1.

Creſcit in hortis: floret Iul. & Auguſt.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus collecta Aug.

Vires. *Calf. & ſicc. 3. partium tenuium eſt etenim aperit, abſterg. Uſus præcipuus in affectibus pulmonum tartareis, tuſſi, aſthmate. Extrinſecus adhibetur cerebrò ad ſugillationes oculorum, ad uterum mundificandum, auriumque tinnitus tollendos (per triturium ſuffitus ſuſceptus) ad oris abſterſionem (in gargariſmis.)*

N. *Sunt qui Abſynthio in corroboratione ventriculi præferunt.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba & floribus in MB.
2. *Ol. ſtillat.*
3. *Conſerv.* Ex floribus.
4. *Spec. Diahyſſopus.* Nic. V. D.
5. *Syrup. ſimplex.* Ex ſucco.
6. *Compoſ.* Vid. Diſp.

I.

## *CLXXII. Iacea.*

Herba Trinitatis, *Brunf. Fuchſ. Lon.* ſativa, *Trag.*

jacea

jacea ſive flos Trinitatis; *Matth.* jacea major, ſive viola tricolor, *Caſt. Dod. Cluſ. Ger.* Viola flammea, Coloria, *Lob.* Viola Trinitatis 1. *Tab.* Viola tricolor hortenſis, C. B. 5. inter violas Martias; German. Freyſamkraut/ Dreyfaltigkeit-Blum/ Sieben-farben-Blum/ unnütze Sorge/ ie länger ie lieber. de l'Herbe à la Trinité. *Three-coloured Violets*, or *Panſies. Herb-Trinity.* Drievuldige bloemen. Penſeen.

Floret Aprili, Majo ac totâ ferè æſtate: creſcit locis arenoſis.

Colitur in hortis, creſcit & in agris. Illa licet præferatur: attamen non licet non recipere & ſylveſtrem.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* integra cum floribus.

Vires. *Calfac. & ſicc. ad gr. 3. uſque, (aliis remiſſius) ſubamara ac acris eſt: hinc abſtergit, penetrat, incidit, diſcutit, vulneraria eſt ac ſudorifica. Uſus præcip. in æſtu (maximè infantum) domando, in ſcabie ac pruritu, in mucilagine viſcoſa pulmonum, in uteri obſtructione. Extrinſecus itidem in pruritu, in abſtergendis vulneribus, in mucilagine pulmonum incidenda, in uteri obſtructione* (baln.)

## PRÆPAR.

▽. Ex integra herba.

Hofman. *Iacea.*) *Herba Trinitatis, Viola Tricolor.* Nonnullis à colorum ſeptenario numero *heptachrum* vocant. German. Dreyfaltigkeit blumen.

Diſtinguitur vulgò in *ſativam* & *ſylveſtrem*. Atque illa rurſus in *majorem*, & *minorem*, coliturque in hortis. *Sylveſtris* autem in arvis pluribus locis creſcit.

*Vires. Calfac. ſiccat, abſtergit, penetrat, incidit, diſcutit &c.*) Vulneraria eſt & diaphoretica, unde commendatur ad puris in thorace collectionem, ſcabiem, ulcera & omnia cutis vitia; *Flores* purgant per alvum inſtar ſl. violarum Martiarum teſte experientia.

N. Iaceam Nigram vulgarem loco lupuli quidam curioſi ex Anglis pro coquenda cerevifia adhibent, prout & ſine polenta ſuam perficiunt cereviſiam adhibito ſolo hordeô craſſiuſculè trito & in panes redacto, ſed infermentato, unde maſſæ poſtmodum fermentatio in aqua, quæ cereviſiam non quidem intenſi coloris, ſed grati ſaporis ſuggerit.

## ¶ CLXXIII. Iaſminum.

Ἰάζμον, Ioſmenum, Ieſeminum, Gelſeminum, Arab. Zambach, Ieſemin, Iaſme. Veilöl-Reben. Ioſme. *Iaſmine* or *Shrub-Trefoyl. Ieſemin.* Jaſmin en Jeſemin.

Uſuale eſt, Iaſminum vulgatius flore albo, C. B. 1. quod eſt, Iaſminum, *Dod.* (cui & Apiaria,) *Cord. in D.* album, *Tab. Ger.* Gelſeminum vel Iaſminum, *Matth. Caſt. Cam. Alpin.*

Gaudet locis calidis ac apricis. Noſtratibus colitur hortis: floret ferè per integram æſtatem.

## OFFICIN. NAT.

*Soli flores*, ſed raro. Nimirum noſtratibus non niſi *Oleum* in uſu eſt, quod fit ex reiteratâ infuſione vel coctione florum in oleo veteri.

(N. *Aliis in oleo amygd. dulc.*)

Vires. *Eaſdem ferè vires obtinet, quas chamæmelinum. Dig. calf. emoll. aper. Uſus præcipuus internus ad uterum calefaciendum & laxandum, ejus ſcirrhum ſanandum, ad partum facilitandum, ad tuſſin anhelituſque difficultatem, ad pleuritin, dolores ſtomachi, inteſtinorum, uteri. (oleum Iaſmino amygd.) Externus in catarrhis frigidis, in membris ac articulis reſolutis, in dolore pleuritico, colico ac uterino (in cliſmate vel unguentis.)*

N. *Sunt inter mulieres, quæ oleo Iaſmino amygdalino capillos pectunt, ut eò feliciùs creſcant. Verùm caveant ab eo bilioſæ, utpote quæ facilè capitis dolorem illo ſibi conciliare poſſunt.*

Hofman. *Jaſminum.*) ſive *Gelſeminum*, *album vulgare* eſt & ubivis in hortorum angulis apricis invenitur, luteum autem & cœruleum minimè frequens viſitur. Eſtque cœruleum quibuſdam *Liguſtrum Orientale*, aliis *Clematis cærulea*. Prætereà *jaſminum* datur Arabicum, *Hiſpanicum* &c. Vulgare floret poſt roſam & eâ diutius.

*Soli flores, ſed raro. Nimirum Noſtratibus non niſi oleum in uſu eſt, &c.*) Ex floribus per reiteratam infuſionem vel coctionem parari *Dn. Autor* ſtatuit. Sed alium præſtantiorem hoc oleum conficiendi modum vide in *Cl. Zwelf. animadverſ.* in P. A p. m. 331. Hoc uti poſſunt mulieres & virgines in balneis ad uterum calefaciendum, & calidum bibitur ad tuſſim, pleuritidem & diſpnœam. Nervos illitu calefacit ac emollit, & ad contractos artus ſalutare eſt remedium.

## ¶ CLXXIV. Imperatoria.

Oſtrutium, *Lon.* Oſtrucium, Aſtrutium, Aſtrentium, Aſtrantia, *Brunf. Dod. Cluſ. hiſt.* Magiſtrantia, *Cam.* Struthium, *Cord. hiſt.* Laſerpitium Germanicum, *Fuchſ.* Smyrnion hortenſe, *Trag.* Imperatoria, *Matth. Lob. Caſt. Tab. Ger.* Imperatoria major, C. B. 1. Meiſterwurtz/ Magiſtrantz/ Oſtritz. Imperatoire. *Maſter-woort.* Meeſter-wortel.

Floret Auguſto, colitur in hortis.

## OFFICIN. NAT.

*Sola radix.*

Vires. *Saporis eſt acerrimi: calf. & ſicc. 3. alexipharmaca ac ſudorifera eſt, atten. aperit. Uſus præcip. in venenatis morbis ac ictibus, in pulmonum tartaro reſolvendo, expectorando, in fœtore anhelitus corrigendo, in capitis affectibus phlegmaticis, paralyſi, Apoplexia, &c. in cruditate ventriculi, & colico dolore, in febri quartana. Extrinſec. in Odontalgia, (gargariſm.) in catarrhis exiccandis, (ſuffitu) in tumoribus ac arthritide frigida. In ſcabie capitis exiccanda, (lotione) in ſerpigine inveterata ſananda,* (cum adipe ſuillo illita) *in globulis ſagittiſve corpori extrahendis,* (impoſita.)

## PRÆPARATA.

1. ▽. *ſtillat.* Ex herba floreſcente collecta Iulio.
2. *Extractum.*
3. *Oleum.*

Hofman. *Imperatoria.*) Dicitur *Imperatoria* ob raras ac præſtantes virtutes, quibus quaſi aliis imperat. *Aſtrantiam*, Magiſtrantiam, item *Aſtrutium*; *Oſtrucium* &c. Nonnulli vocant. Germ. Meiſterwurtzel.

Radix pollicari craſſitudine eſt, colore albo, ſapore aromatico & acri.

Sponte variis montoſis Italiæ & Auſtriæ locis provenit; Nos colimus in hortis; floret Iunio.

*Vires. Calef. ſicc. atten. aper. &c.*) Præter vires ab *Autore* recenſitas medetur etiam ſpaſmo & omnibus nervoſi generis affectibus frigidis internè radice propinatâ. Semidrachma radicis pulveriſatæ propinata cum hauſtu vini ante paroxyſmum quartanæ hora una vel circiter, ſi identidem repetatur, evenit ut ſenſim miteſcat, & tandem deſinat. Item colicæ, aſthmati & hyſtericæ paſſioni medetur vel in forma pulveris aut decocti.

Externè fruſtulum hujus radicis circà aures impoſitum catarrhis

mederur, ex quibus viſus debilitas & aurium tinnitus oritur. Ophthalmiam etiam mitigat ejus vapor maſticatione & anhelitu oculis inſpiratus. Eadem in taleolas ſecta & cum filo circumdata collo anginam & quaſvis faucium inflammationes ſedat.

### ¶ CLXXV. *Iris Noſtras.*

*Lees*, Beyel-Wurtz/ Himmelſchwertel/ blau Gilgen. Glayeul ou Iris de Florence. *Glaitel Our countrey-Flovver de Luce*, or *Orris.* Acorus/ valſch welrieckende Liſch. Liſch van deſe Landen.

Iris in officinis uſitata eſt . { Noſtrates: { *Hæc hujus loci.*
Peregrina Illyrica ſcilicet & Florentina. *vid. infra.* }

E variis Iridis noſtratis ſpeciebus infertur ſolùm in officinas Iris vulgaris Germanica ſeu ſylveſtris, (latifolia.) C. B. 1. Quæ inſcribitur, Iris, *Brunf.* Sylveſtris, *Matth. Cord. hiſt. Caſt. Tab.* ſylveſt. 1. *Lob.* ſylv. major, *Matth. Epit.* Iris Germanica, *Fuchſ.* cærulea, *Dod.* gladiolus cœruleus major, *Trag.* Iris latifolia major vulgaris, *Cluſ. hiſt.*

Floret tempore verno, Aprili ſcilicet, & Majo.

## OFFICIN. NAT.

*Radix*, colligenda Vere antequam germinare cœperit.

Vires. *Calf. & ſicc. 3. valdè hydragoga eſt, ac errhina. Uſus precip. in hydropicor. aqua educenda. Extrinſecus in impetiginibus, aliiſque corporis maculis detergendis.*

N. *Ventriculo reliquiſque viſceribus infenſa eſt, proin corrigitur ſtomachicis.*

## PRÆPAR.

1. *Succus.* Exprimitur ex radice, depuratur (digeſtione) adhibeturque recens pro hydragogo.

Doſis ℥j. ad ℥iij.

N. *Inſpiſſatur nonnunquam, reſervaturque pro Errhinis.*

2. *Facula.* Fit ex ſucco l. a.

N. *Non æquè purgat ac ipſamet radix.*

3. *Oleum infuſum*, Vid. Diſp.

HOFMAN. *Iris noſtrat.*) Germ. Schwertel. *Gladiolus cæruleus major. Iris vulgaris cærulea*, &c. Iridis nomenclaturam inde accepit, quod colores arcus cœleſtis flore repræſentet.

De hujus differentiis in genere vide in Botanographis.

Noſtras creſcit in pratis & arvis; & colitur in hortis.

Radix colligitur tempore verno, antequam germinare inceperit.

*Vires. Calefac. ſiccat &c.*) valdè *hydragoga* eſt, unde hujus radicis ſuccus expreſſus ac depuratus per digeſtionem potentiſſimum eſt hydragogum. Cujus doſis eſt à ℥ß. ad ℥j. vel ℥jß. per ſe in cereviſia calida vel cum mannæ ℥ß. Externus ejus uſus eſt in impetiginibus & aliis corporis maculis abſtergendis.

### De Iride ſic habet ELZOTIUS in ſua deſtillator. curioſa.

Iris à *radicis forma commodiſſimè dividitur in claſſes, quarum prima* bulboſas *continet numero viginti: altera* tuberoſam, *& quidem unicam: tertia* geniculatas 64. *circiter. Geniculatæ ſubdividuntur in latifolias, anguſtifolias, & nanas. Ex* latifoliis prima, *quæ Iris vulgaris Germanica ſive ſylveſtris* Caſparo Bauhino *nuncupatur, tam eſt nota, ut propterea* Iris noſtras *in officinis audiat. Servant communiter ejus ſolam radicem, ad parandum inde ſuccum, oleum infuſum, atque faculam: Flores cæruleos contemplantur quidem ob elegantiam, at nentiquam cuſtodiunt.*

*Cæterum* Ioachimus Camerarius, *in notis ad* Petri Andr. Matthioli *Herbarium Germanicum, quod* 1590. *Francofurti prodiit, nimirum ad* lib. 1. cap. 1. fol. 2. *de floribus iſtis cæruleis notatu dignam profert obſervationem. Aqua, inquit, ex floribus Iridis deſtillata Hydropi confert, eſtque multò efficacior ſi ita deſtilletur, ut nativum florum colorem ipſa retineat, quemadmodum id* abſque additamento peregrino omni *fieri facilè poteſt.*

*Profectò niſi crimen falſi laudato* Camerario *imputare velimus, dabitur utique modus, quo aqua ex floribus illius plantæ deſtillari cærulea poteſt. Hunc autem modum* Camerarius *ipſemet pro liberanda fide exprimere juxta debuiſſet, ne legentibus oriretur ſuſpicio, per artificium quodpiam rem peragi. Num etenim vulgari methodo ſtillata iſta cæruleſcat aqua, experiri hactenus non vacavit.*

### ¶ CLXXVI. *Iris Illyrica, ac Florentina.*

Prævalet Illyrica, ſequitur Florentina: utriuſque itidem ſola radix in uſu eſt; German. Viol-Wurtz. Glayeul ou Iris de Florence. *Florentin. Orris. Flower de Luce.* Liſch van over Zee/ en witte Liſch.

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. incidit atten. expectorat, diger. abſterg. emollit. Uſus precip. in mucilagine ſeu tartaro pulmonum, tuſſi, aſthmate, obſtructione menſium, torminibus ventris infantum. Extrinſecus abſtergit cutis maculas & lentigines,* [*cum Elleboro & melle mixta*] *oris fœtorem emendat: celeberrimus uſus modernis eſt in pulveribus, qui capilis inſperguntur, Vulgus vocat pulveres de Cypro.*

## PRÆPAR.

1. *Extractum.*
2. *Spec. Diaireos ſimpl.* V. D.
3. *Salomon* V. D.

HOFMAN. *Iris Illyrica ac Florentina.*) Hæ non ſpecie differunt, & *Florentina* non malè pro *Illyrica* uſurpatur, & pluris fit à Mercatoribus, quàm Veneta, quia candidior & fragrantior, & omnia illa præſtat, quæ Illyrica. Attamen ex Illyria hodiè Sclavonia dictâ iris Venetias deferri ſolet, quare Veneta Illyrica legitima ab omnibus cenſetur.

*Vires. Calef. ſicc. incid. atten. expector. digerit, abſterg. emoll.* &c.) Unde uſus ejus eſt in incidendis viſcidis ac glutinoſis pulmonum humoribus, tuſſim, dyſpnœam, aſthma &c cauſantibus. Eadem etiam commendatur in ventris recens natorum torminibus, ſi cum pulvere radicis pœoniæ, irid. Fl. vel Illyricæ Croco, ſemine aniſi pulvis groſſus fiat, qui cum pulmento adhiberi debet. Externus ejus uſus jam eſt notiſſimus.

### ¶ CLXXVII. *Iuglans.*

E Iuglandum generibus uſualior eſt, quæ dicitur nux regia, *Brunfelſ. Cord. in D.* Nux juglans. *Trag. Matth. Lon. Dod. Lob. Caſt. Tab. Cam.* Iuglans, *Fuchſ.* Nux juglans ſeu regia vulgaris, C. B. 1. Nuß Baum/ welſche Nuß. Le Noyer. Nois. *Walnut.* Oockernoot.

Iuli & folia erumpunt Martio: nuces matureſcunt Autumno.

## OFFICIN. NAT.

*Nuces*, *Putamina* nucum externa, eaque viridia, *Cortex* internus ipſius arboris, *Cortex* interior nucleum ambiens, *Iuli* ante oculos apparentes & decidentes,

Vires

Vires. *Nuces recentes calf. 1. ſicc. 2. ſiccæ ſunt facultatis calidioris ac ſiccioris. Comeſtæ difficilis ſunt digeſtionis, pauci nutrimenti, ventriculo infenſæ, bilem augent, cephalalgiam excitant, pulmonum affectus ac præcipuè tuſſim exaſperant. Dicuntur tamen à peſte præſervare.*

Putamina externa *viridia, vi vomitum leniter movendi prædita ſunt.*

Cortex interior, *de arbore decerptus, dum adhuc ſucculentus eſt, ſiccatuſque ciet vomitum ſat validè.*

Doſis à ʒß. ad ʒ j.

Cortex *nucleum ambiens juvat colicos,* [*potus.*]

Iuli *itidem vomitum excitant, ſed lenius. Uſus præcipuus in colico nephriticoque dolore; ſiſtunt & diarrhœam exhibiti.*

## PRÆPAR.

1. *Nuces conditæ.* ♃. Nuces virides circa Feſtum Ioannis collectas, perfora aliquoties, ut penetrabilia putamina ſint, ac macera [♂ 7. vel 10.] in ▽ frigida, ▽ quotidie ſemel ac iterum permutando, ut aliquo modo dulceſcant. Hinc coqu. l. △ ut molleſcere incipiant. Poſtea ſicca & confige Cinam. Garyophyll. &c. atque cum ſaccharo vel melle coque ad conſiſtentiam. Vide l. 2. Confortant ſtomachum, juvantque digeſtionem, unde & bellariorum loco apponi ſolent. Specificè eas ciere menſes, teſtis eſt Matthiolus.

2. ▽ *Vomitoria ex nucibus.* Vide l. 2. cap. 38.

N. *Alii deſtillant* ▽*m ex nucibus immaturis contuſis,* [*in peſte, grumis ſanguinis, ulceribus tibiarum Meliceria utilem, ſecundum Camerarium*] *alii ex ſolis putaminibus viridibus.*

3. *Succus* menſe Februario è radicibus perforatis deſtillans.

Vires. *Podagricos dolores ad miraculum lenire dicitur illitus.*

4. *Rob nucum: Diacaryon.* Fit ex corticum viridium ſucco & mellis ⁏.

Vires. *Deſtillationi tenuium catarrhorum confert.* Vide Diſp.

5. *Oleum.* Fit expreſſione ex nucleis maturis.

Vires. *Flatus potenter diſſipat, adeoque in colico dolore multum fert auxilii.*

Doſis ℥ij. iij. ad iv. &c.

*Extrinſecus tumores diſcutit, contractos nervos emollit, ſcabiem antiquam ſanat.*

[ Oleum è corticibus deſtillatum Oleo Vitrioli affine, in peſte & venenis conveniens.]

6. *Electuarium* Vid. l. 2.

N. *Varia Electuarii nucum inveniuntur deſcriptiones, quæ tamen Baſin minimè à nucibus participant, unde nec hujus loci ſunt.*

[7. *Acetum Nucum.*]

Hofman. *Juglans.*) Nux Regia Germ. Welſche-Nüß. Nux Iuglans capitis habet ſignaturam. *Cortex ſcilicet exterior* pericranii. *Interior* ſive ligneum putamen Cranii, pellicula circumdans nucleum meningis & membranarum cerebri; Nucleus ipſius cerebri figuram. Nihilominus *Author Noſter* cum aliis ſtatuit ventriculum illarum uſu offendi, cephalalgiam excitare, difficilis eſſe digeſtionis &c. *vid. Dioſcorid. Libr. 1. cap. 179. Plinius Libr. 23. cap. 8.* Unde *Nuces* à nocendo dici probat *Andreas Sanſtleben in Tr. de Nucibus Saturnal. cap. 1. p. 8.* Verum diſtinguendus eſt uſus ab abuſu, & Natura à Natura. Dicuntur tamen à Peſte præſervare. Sed *Caſparus Hoffmannus Libr. 2. de Medicam. officin. Cap. 102.* omnem vim alexipharmacam juglandibus denegat. Verum, non tamen de nihilo ſunt, quæ & alii probati Doctores Medici de earum virtute alexipharmaca prodiderunt; & certum eſt, maximam eſſe differentiam & diverſitatem in recentibus & rancidis juglandibus *vid.* D. D. Simon Pauli *in quadripartit. botanic. Claſſ. 1. p. 97.*

*Putamina externa viridia* vi èmetica pollent ob Sal vitriolicum, quod in illis continetur & arte ex his extrahi poteſt.

*Cortex interior de arbore decerptus* in forma orbiculari, ac per horam in aceto infuſus, atque pulſibus in utriuſque manus carpo ac plantis pedum in febribus ardentibus loco veſicatorii applicatus mirificè prodeſt, & præſtantioris eſt energiæ illo, quod ex cantharidibus præparatur. vid. Cataplaſma revulſorium ſect. V. nom. X. in Theſaur. Pharmaceutic. annexo.

*Cortex nucleum ambiens ſeu luteola illa membranula aut tunica* proximè nucleum inveſtiens ſubamara inſigne arcanum eſt contrà Colicam, id quod verum eſſe ſanctè atteſtor: doſis eſt hujus pulveriſatæ & exſiccatæ, quantum pugillo apprehendi poteſt in vino vel alia aqua carminativa.

Iuli vomitum excitant, de quibus vide cautelam in modò laudatò D. D. Simone Pauli l. c. p. 97.

Communiter inſtante S. Iohannis Feſto noſtrates fructus adhuc immaturos molles ac virides paſſim colligere ſolent, ad condituram, cujus conficiendi modum vide in *inſtitutionibus* Cl. *Sennerti p.* 1398. confortant ſtomachum, juvando digeſtionem, roborant fœtum in utero, præſervant ab abortu, &c.

▽ *Vomitoriam ex Nucibus vide Libr. 2. c. 38.*

*Aqua deſtillata* ex Nucibus juglandibus viridibus non poſtremum eſt alexipharmacum confortans.

*Succus* menſe Februario vel Martio ex radicibus perforatis deſtillans ac depuratus non ſaltem podagricos lenit dolores, ſed & magno cum Succeſſu in febribus & dolore capitis exhibetur. *Thom. Bartholinus Centur. III. hiſt. 97.*

N. *Cardanus* demonſtraturus, quantum conſenſum habeant genitalia cum capite, aſſeverat, quod ſi quis canitie deformis unica tantum nocte illinat ſcrotum ſucco ex radice juglandis viridis expreſſo, canitie depoſita nigerrimo colore capitis pilos iri infectos, totum annum duraturos. *Henricus ab Heer Libr. 1. obſerv. 16.*

*Rob* Nucum, fit ex ſucco putaminum viridium cum Saccharo in catarrhis tenuibus ad fauces delabentibus, item in angina &c euporiſton eſt.

*Oleum* fit per expreſſionem ex nucleis maturis recentibus. Hoc ſummum emolliens & reſolvens eſt, unde in colica etiam ad flatus diſcutiendos & pituitam incidendam miræ eſt efficaciæ. Mamillarum itidem fiſſuras optimè ſanat recens expreſſum & inunctum inſperſo deſuper Saccharo.

*Electuarium ex Nucibus vid. Lib. 2.*

## ¶ CLXXVIII. *Iujubæ.*

*Ζίζυφα*, Iujubæ majores oblongæ, C.B. 1. Iujubæ; *Trag. Cord. hiſt. Lon. Tab.* Iujubæ Arabum; *Lob.* Ziziphа, *Matth. Caſt.* Ziziphus, *Dod. Cluſ. hiſt.* Ziziphus rubra, *Cam.* Bruſt-Beerlein. Iujubes *Iujubs.* Iuiuben. Fructus ſunt arboris Ziziphi, magnitudine Olivas, ſapore paſſulas majores æmulantes, unicum referentes lapideum nucleum.

Aſportantur ex Italia.

Vires. *Moderatè calf. & humect. Uſus præcip. in pulmonum aſperitate, tuſſi, pleuritide, urina acri, ferveſcentia ſanguinis, eroſione renum ac veſicæ.*

## PRÆPAR.

*Syr. de Iujubis.* Vid. Diſp.

Hofman. *Iujubæ.*) *Ziziphus.* German. Bruſtbeerlein. *Ziziphus* alia *ſativa* eſt & *domeſtica*, *alia ſylveſtris*, quæ frutex eſt paliuro foliis, ramis & ſpinis perquam ſimilis.

Hujus *fructus* vocatur in Canara *Bor*, in Decan *Ber*, in Malayo *Vidaras*, cùm aliis eſui aptis malis illarum inſularum & provinciarum careant populi, his utuntur. Vocantur etiam *mala Indica Acoſtæ.*

Aſportatur ex Italia, Hiſpania & Gallia Narbonenſi.

Sylveſtres ziziphi Monſpelii & in Italiæ quibuſdam campis occurrunt.

## ¶ CLXXIX. *Iuniperus.*

*Ἄρκευθις, ἄρκευθος*, Iuniperus, *Brunfelſ. Matth. Dod. Lon. Lob.* noſtras *Cam.* vulgaris: *Trag. Cluſ. hiſt.* Minor, *Fuchſ. Cord. in D. Sylveſt. Caſt.* Iuniperus & Iuniperus baccifera, *Tab.* Iuniperus vulgaris fruticoſa, C. B. 1.

C. B. 1. German. Weckholder / Wachulder / Wachholder-Baum / Krammet-Baum. Genévre. *Iuniper Tree* Geneverboom.

## OFFICIN. NAT.

*Lignum, Bacca, Gummi, Fungus.*

Vires. *Lignum calidum ac ſiccum eſt 3. ſuave olet (præcipuè ſi Martio menſe cædatur,) unde & raſura ejus non ſine cauſa in eucuphis adhibetur, quippe cephalicum eſt, nervoſumque genus inſigniter roborat.*

Baccæ, *Calf. 3. ſicc. 2. diſcut. incid. atten. Uſus præcipui, in cienda urina, ſudore, obſtructis menſibus, obſtructo liene, in affectibus capitis, nervorum, pectoris (tuſſi) in morbis à flatu (ut colica) in mucilagine renum & veſica, &c. Suffitus uſitatiſſimus eſt tempore peſtis, tum è baccis, tum è ramuſculis ſuſcitatus. Colliguntur baccæ Sole in Virgine exiſtente.*

Gummi, [*Arab. Sandaraca vernix*] truckener Firniß / *Vernish, the Gum of the Iuniper tree, of the red colour of Sandarach.* Vernis / de Gomme van Geneverboom / van Roo-ſandrach Coleur. *calf. & ſicc. 1. [alii 2.] condenſ. diſcut. Uſus præcipui in nervorum affectibus, reſolutione, frigiditate, contractura, &c. convenit & in capitis affectibus reliquis, à frigiditate ſubortis.*

N. 1. *Vernix liquidus, factitius eſt liquor, ex gummi, hoc, id eſt, Sandaracha in oleo lini ſoluta.* Valet ad ambuſta, lenit dolores, præcipuè hæmorrhoidum.

N. 1. *Sandaracha Græcorum eſt Auripigmentum.*

Fungus. *Majo menſe inſtar muſci adnaſcitur. Inſervit aqua ophthalmicæ.*

## PRÆPARATA.

1. ▽. Ex baccis ſine præmiſſa fermentatione rarò deſtillatur.

2. *Spiritus.* Fit ex baccis cum ▽. [♂ ♇ 4. 5.] fermentatis & per veſicam deſtillatis. Vide l. 2.

N. *Alii loco* ▽*æ ſumunt cerevisiam, ſpiritusque copiam ſibi perſuadent majorem: verum enimverò major illius pars cerevisiæ debetur.*

3. *Oleum ex baccis.* In deſtillatione ▽æ ſpiritus ſimul extillat.

4. *Oleum ex ligno.* Fit per deſcenſum vel retortam. Applicatur extrinſecus in morbis, ut ſuprà diximus, nervinis.

[Aqua primò extillans ulcera curat.]

N. *Melius elicitur per veſicam, extillatque clarum.*

5. *Sal.* Ex cineribus baccarum elicitur, tùm quoque ex ligno combuſto.

6. *Roo Iuniperinum. Mel Iuniperinum. Theriaca Germanorum.* Fit coctione cum ▽, hinc expreſſione ac inſpiſſatione.

N. *Quercetanus macerat ac coquit cum vino*, Ph. Reſt. c. 23.

7. *Extract. gummoſum.* Ex ligno & cortice fit l. 2. Quercetan. Ph. Reſt. cap. 23.

8. *Extract. è baccis ſiccis.* Fit l. 2. cum ▽ vel cum ▽, id eſt, Spiritu Iuniperi.

Doſis ℈j. ℈ij.

Vires. *Utrumque Extractum excellens eſt ſudoriſicum & Bezoardicum adverſus Epilepſias, peſtes & affectus alios contagioſos atque venenatos.*

9. *Elyxir Iuniperinum.* ♃. Baccar. Iuniper. maturat. ac electar. q. v. contundantur craſſe, digeranturque affusâ aliquâ ▽ diuretica. Hinc exprime, abſtrahendoque inſpiſſa ad conſiſtentiam mellis. Hujus mellis Iuniperi cochl. 10. 11. 12. &c. miſce optimè cum ▽a vitæ Iuniperina, digereque aliquamdiu, leniſſimo calore [☉lis, & ſim.] ſic confeciſti Elyxir Iuniperinum admirandarum virium in calculo, quod inſuper ſtomachicum inſigne eſt aliaſque facultates eximias obtinet, de quibus in baccis.

*Doſis cochl. j.*

N. *Vir Generoſus ac Nobiliſſimus Dn. Chan Quirinus* Schütz *ab* Holtzhauſen / *Illuſtriſſ. Aulæ Darmſtadinæ olim Mareſchallus, vir in omni ſcibili ſolertiſſimus, jam morte immaturâ, non ſine plurimorum querela, ereptus, creberrimo Elixyris hujus uſu annos plurimos à calculi injuriis, quibus aliàs obnoxius maximè fuit, liber vixit, eoque nemini id arcani communicavit.*

HOFMAN. *Iuniperus.*) *vulgaris, alia major eſt, alia minor*, & ſola differunt magnitudine. *Alia præterea baccas fert, alia flores tantum, & hæc fœmina communiter, illa mas dicitur.* Quæ autem fert fructum non floret. Germ. Bachholder.

Variis locis creſcit. Floret menſe Majo. Baccæ autumno maturantur.

*Vires. Lignum calidum & ſiccum eſt &c.*) Martio menſe ceſum in ſuffumigiis ad catarrhos exſiccandos adhibetur, et quo formantur pyxides cum foraminulis, in quibus recondantur ſpongiolæ cum Acet. diſt. peſtilentiali tempore geſtandæ.

N. Lixivium ex cineribus de extremitatibus frondium juniperi cum vino factum hydropicos per diureſin curat.

*Gummi juniperi* (*Arab. Sandaracha vernix*) *ſicut ſiccus* truckner Firniß. *calef. ſic. diſcut.* &c.) Uſus ejus de in partium ſymptomatibus, paralyſi, contracturæ &c.

N. 1. Vernix liquidus factitius eſt liquor ... ex hoc gummi & oleo lini ſolutus, valet ad hæmorrhoidum dolores & ambuſta.

N. 2. *Græcorum ſandaracha eſt Auripigmentum*, id quod probè notandum eſt Medicinæ tironibus.

Elyxir Iuniperinum Aliud.

℞. Roob juniperi per ſe ex baccis elaborati q. v. Spiritus juniperi ex baccis per fermentat. elaborati q. ſ. Vini Malvatici dimid. part. digere per aliquot dies leniſſimo calore, poſtmodum decanta. ſ. Elixyr. Admirandæ efficaciæ in calculo, & ſtomachi debilitate.

Fermentum ex Baccis.

℞. Baccar. juniperi ℔ j ß. Tartar. contuſ. ℥ j ß. Paſſul. min. ℔ v. ſuccuſſa inde in vaſculum, in quo nunquam vinum fuit infuſum, ſed decocto juniperi elutum, pone in digeſtionem ad fermentationem.

## L.

### ¶ CLXXX. *Lactuca.*

Lactuca, Lattich. Salade, Laictue, Laichie, *Lettice*, Lattouwe / of Cropſia of Salat eſt { Hortenſis { vulgaris / capitata / criſpa } *Uſuales ſunt promiſcuè.* ; Sylveſtris. }

N. *Nomen Lactucæ Botanicis omnibus uſuale eſt.*

Solo gaudet pingui & ſtercorato. Floret æſtivo tempore.

## OFFICIN. NAT.

*Folia ac Semen.*

Vires. *Refrig. ad gradum uſque 3. ſiccat mitius, conciliat ſomnum, bilis ferveſcentiam ac æſtum compeſcit*

*peſcit, lac auget, alvum leniter movet, ventriculo convenit, multi ac laudabilis nutrimenti eſt, unde & in acetariis uſurpari crebrius ſolet. Extrinſecus ſedat dolorem capitis, medetur ambuſtis, ſomnum conciliat (in lotionibus pedum) &c.*

Semen. *Eſt ex ſeminibus frigidis famoſis illis, quæ minora dicuntur. Vide ad Gonorrhæam virulentam, ad urinæ ardorem ut & ad reliqua quibus folia convenire diximus.*

### PRÆPARATA.

1. ▽. Ex foliis.
2. *Succus inſpiſſatus.*
3. *Caules conditi.* Fiunt è ſtolonibus noſtratis lactuc. dum cauleſcunt.

[N. *Olei Lactucæ ad Gonorrhæam, ſumendi per aliquot dies, fit mentio à Camerar. & in Diſp. Noremb.*]

Hofman. *Lactuca.*) German. Lattich. Hæc *hortenſis* vel *ſylveſtris* eſt. *Hortenſis* vel eſt *vulgaris, capitata & criſpa*, & hæ omnes uſuales ſunt.

*Vires. Refriger.* &c.) humectare etiam ego dixerim. Unde ſomnium conciliat, ſanguinem efferveſcentem ſedat, &c. Extrinſecus ſedat dolorem capitis & in phrenitide ac delirio pedum lotiones ex lactucæ foliorum decocto commendantur & carpis manuum linteum duplicatum & madefactum aqua Lactucæ, in qua Sal Nitri cryſtalliſatum diſſolutum, applicandum eſt ad compeſcendum maſſæ ſanguineæ fervorem & orgaſmum. Ex foliis aqua deſtillatur ad ſanguinis æſtum compeſcendum.

*Ex ſemine fiunt emulſiones* cum aq. lactuc. endiv. &c. ad urinæ ardorem, gonorrhœam &c.

## ¶ CLXXXI. *Lagopus.*

E generibus Lagopi uſitatius eſt quod inſcribitur λαγώπους, *Dioſcorid. Plin.* λαγόπυρον, *Hippocr.* Lagopus ſeu leporinus, *Matth. Fuchſ. Dod. Lob.* (cui & lagopyron.) Lag. major, *Cæſ.* minor, *Cam.* Lagopodium, *Tab. Ger.* Lepor. pes, *Cord. in D.* aliis trifolium leporinum, German. Haſen-Klee/ Haſenpfötlein/ Katzen-Klee. Pied de Lievre. *Lagobus, Harefoot, or Hare-Cummin.* Haſenpootkens/ Haſenvoetkens.

Creſcit inter ſegetes. Viget Iulio potiſſimum.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* cum Spicis.

Vires. *Sicc. & adſtring. uſus præcip. in profluvio alvi, uteri (fluore albo) in dyſenteria, hæmoptyſi, ſtranguria, ulceratione veſicæ, &c. Extrinſec. in hæmorrhagia hæmorrhoidum, vulnerum, in tumoribus inguinum & herniis, &c. Quin & ad cutim Solis ardore induratam leniendum adhibeatur (lotione.)*

Hofman. *Lagopus.*) Haſenpfötlein. Nomen habet à ſignaturâ, quæ molli, cinereo & purpuraſcente villo pedes leporinos imitatur, accepit.

Sponte provenit in arvis; floret & viget Iunio & Iulio.

*Vires. Siccat, adſtringit* &c.) Unde hujus uſus in alvi profluvio, gonorrhœâ, &c.

## ¶ CLXXXII. *Lapathum.*

Eſt vel
- Acetoſum. *Vide Acetoſam.*
- Hortenſe. *Vide Spinachiam.*
- Sylveſtre
  - Anguſtifol. *De quo hîc.*
  - Latifol. *Vid. Rhabarb. Monachorum.*
- Aquaticum.

Dicitur Rumex acutus, *Cord. in D.* Oxylapathum, *Fuchſ. Matth. Caſt.* Oxylapathum, *Dioſcor.* Lapathum acutum, *Trag. Lob. Dod.* Lapathum ſativum, *Cam.* Lapathum, ſeu Rumex, *Lon. Caſt.* Lapathum folio acuto plano, C. B. 1. [Papillaris in Pruſſia, quia papillas exulceratas ſanat.] German. Mengel-Wurtz/ Grind-Wurtz/ Streiff-Wurtz/ Buben-Kraut/ wilder Mangolt/ wilder Ampffer/ Lenden-Kraut. Oſeille, Racine de Patience. *Scharppointed Dock.* Patich of Peerdick.

Provenit in locis incultis: floret Majo ac Iulio.

*Radix* ac *Semen*, ſed rarò.

Vires. *Lapathum temperatæ cenſetur naturæ in activis, aliàs ad ſiccitatem inclinat. Semen alvum obſtruit: Folia ſubducunt: Radix uſus crebri & præcipui eſt in ſcabie extergenda ac ſiccanda, idque extrinſecus, potiſſimum in lotionibus, [in aceto cocta & tritalieni tumenti imponitur.]*

### PRÆPARATA.

▽. *ſtillat.* Ex radice.

Vires. *Commendatur maximoperè ad cutis maculas & puſtulas, alphos, junthos, vitiligines & lichenas.*

[ *Extractum ſeminis ad dyſenteriam utile.*]

Hofman. *Lapathum.*) *ſylveſtre & acutum* ſcilicet hic appetitur. Germ. wilder Ampfer. Palbpferd. Dicitur & *oxylapathum*. Provenit in locis incultis, deſertis. Floret Majo & Iunio.

*Vires, temperatæ cenſetur naturæ* &c.) Hujus *radices* exſiccatæ uſus creberrimi ſunt in cutis vitiis corrigendis, ſcabie, pruritu &c. externè in locionibus manuum ac pedum. Commendantur & ad ſerpigines pulveriſatæ cum aceto miſtæ. Ejus *ſemen contuſum* & ad cochlear unum in brodio calido hauſtum in dyſenteriâ admirandæ eſt efficaciæ. *Ex radice aqua deſtillatur*, ut & ex Semine. vid. Aquam Anti dyſentericam D. G. R. in Theſaur. Pharmaceutic. annex. ſect. 1. n. XLVIII. XLIX. L.

## ¶ CLXXXIII. *Larix* ſeu *Larex.*

Λάριξ, Larix, *Brunf. Matth. Dod. Fuchſ. Lon. Lob. Caſt. Cluſ. hiſt. Tab. Ger. Cam.* German. Lerchen-Baum/ Lerchen-Dannen. Des Eſpinardes. *Larix* or *Larix-Tree, with leavs like the pinetree.* Lorken boom.

Gaudet montanis, unde & in Helvetia ac territorio Tridentino vulgaris eſt, viget ac floret Vere.

### OFFICIN. NAT.

Folia & cortices adſtringunt.

Lignum ad Elephantiaſin & lepram magni æſtimatur.

*Reſina* & *Fungus* trunco adnatus Agaricum dictus. Vide infra.

Reſina *fluit ex arbore ad medullam uſque perforata, venditurque titulo Terebinthina vulgaris. De hac vide infrà Terebinthina.*

Muſcus errhinum præbet.

Hofman. *Larix* ſeu *Larex*) Germ. Lerchenbaum. Hæc incognita fuit toti Græciæ, nec uſquam ejus meminerunt Græci ſcriptores. Nec etiam veteribus Latinis probè nota fuit.

Gaudet locis montanis, unde non ſolùm in Ambrunenſi tractu, ſed & in Auſtriæ montibus, alpibus Rhæticis & aliis locis provenit.

*Vires. Folia & cortices adſtringunt.*) In vetuſtiſſimarum Laricum caudicibus album quiddam corio ſimile reperitur, quod pro conſtringendis ac agglutinandis vulneribus & ſanguine compeſcendo mirè commendatur.

*Reſina Laricis liquida* conſiſtentiâ mellis, colore flava tranſparens

rens, acris, tenuis, amareſcens, odorata, hodiè pro Terebinthina in uſum recepta eſt.

N. Larix etiam habet Muſcum ab aliarum arborum Muſco non multum differens, ſed odoris vehementis & cerebrum facilè vacillantis, ex quo erhinum præparari poteſt.

*Lavandula vide Spica.*

¶ *CLXXXIV. Laurus.*

Δάφνη, Lorber-Baum/ Laurier. *Bay-Tree, and Laurel-Tree.* Laurier en Laurus-boom.

Eſt { Hortenſis { Latifolia. *Hæc uſualis.* / Anguſtifolia vulgaris. } / Sylveſtris. { *Hæc priori ſubſtitui poteſt.* }

Dicitur (latifolia) Laurus latiore folio, *Matth. Caſt. L.* Latifolia, *Cord. in D. L.* Latifolia mas, *Tab.* Laurus latifolia, πλατυφύλλη, Dioſcor. C. B. 1. Anguſtifolia dicitur Laurus, *Brunf. Trag. Lon. Lob.* Laurus tenuifol. *Matth. Cord. in D. C. ſt. Cam.* Lauri altera ſpecies, *Dod.* Laurus mas, *Tab. & Ger.* vulgaris, C. B. 2.

Creſcit ſat copioſè in Italia; apud nos non niſi in hortis colitur.

OFFICIN. NAT.

*Folia & Baccæ.*

Vires. *Calf. & ſicc. 3. (baccæ paulò calidiores ſunt) emolliunt, reſolvunt. Uſus præcip. (baccarum) in menſibus & urinis ciendis, affectibus nervorum, paralyſi, in colica, in dolore poſt partum, in cruditatibus ventriculi. Extrinſecus conferunt folia ad illus veſparum, molliunt tumores, promovent menſes (in ſuffitu ac balneo) leniunt dolores, odontalgiamque mitigant (gargar.)*

PRÆPARATA.

1. *Electuar. de baccis lauri.* V. D.

2. *Emplaſtr. de baccis.* V. D.

3. *Oleum laurinum.* Vel ex baccis recentibus exprimitur, vel coquendo elicitur. Auguſt.

4. *Oleum ſtillat.* ♃. Bacc. ℔ ij. contuſis ſuperfunde ▽æ tepidæ ℔ iij. vel IV. Poſtquam aliquamdiu ſteterint, deſtilla per ⨳ vel veſicam. Sic prodibit oleum ac ▽ per tritorium ſeparanda.

Vires. *Oleum hoc ſtillat. diſcutit inſigniter flatus ac ventoſitates, præcipuè in ſpaſmo gravidarum, ut & in colica, ſiderata membra illitu reſtituit, auribus inditum dolores compeſcit, auditumque confortat, delet impetigines, lentigines & quaſcunque faciei maculas. Denique ichoroſis capitis ulceribus medetur, phthiriaſin & tineas curat.*

Doſis gr. ij. iij. iiij. *Videatur Tentzel. in Exeg.*

5. *Spiritus.* Fit ex baccis cum ▽ fermentatis.

6. *Eſſentia.* Fit ex baccis quæ in ſpiritu infuſæ, vires ſuas eidem communicant.

HOFMAN. *Laurus.*) Græc. Δάφνη dicitur, perpetui viroris Arbor; Fuit autem Daphne Ladonis Arcadiæ fluvii & Terræ filia pulcherrima; cujus amore irretitus Apollo eam diu ſectatus eſt, ut illa, ceu amaſia uteretur. At ipſa fugæ devicta & ab Eo capta Peleium ac Tellurem parentes deprecata eſt, ut ſe in ſuum reciperent gremium. Re conſpectâ deterritus Apollo, ſuoque fraudatus amore arborem nihilominus amplexus, vulſo ex eâ ramo coronam capiti ſuo aptavit, quæ cauſa forſan, quòd non ſolùm Laurus Muſis ſacra ſit, ſed & duces eâ in triumphis utantur.

*Hujus variæ recenſentur Differentiæ.* Duas habet *Dioſcorides Latifoliam, & anguſtifoliam. Theophraſtus in Marem ac fœminam diſ*peſcit. Sed de his conſulendi ſunt Botanici, Nos de vicinam maximam partem ſumus ſolliciti.

Hujus Italia, Hiſpania, ac Luſitania admodum ferax eſt. Nos non niſi in hortis colimus. Perpetuò viret, floret Martio & Aprili in dictis regionibus. Baccæ ſub finem Autumni maturantur, & niſi decerpantur totâ hyeme in arbore hærent.

*Vires. Folia calefac. ſicc. emoll. reſolv. &c.*) Baccæ paulò calidiores ſunt, unde in nervoſi generis affectibus, paralyſi, colica, ventriculi cruditatibus acidis, dolore poſt partum, mentium & urinæ ſuppreſſione notabiles ſunt effectus. &c.

¶ *Lens arvenſis.*

Φακὸς, Dioſc. φακὸς Theophr. Lens vulgaris, agreſtis, Lenticulæ 1. genus *Trag.* Lens minor. *Lob. Dod. Cam.* Germ. Linſen.

[Non quæritur Unguentum in lenticula, & τῷ φακῷ, ſed tantum monetur, quia decoctum plurimi faciunt in expellendis morbillis, & variolis, quoniam nitroſus cortex, & alvus ejus uſu ſubducitur, gravibus inprimis, neque ab initio, neque in progreſſu, uſum eſſe ſatis tutum.]

*CLXXXV. Lens paluſtris.*

Lenticula lacuſtris, aquatica, *Brunf.* Paluſtris, *Matth. Cord. in D. Lob. Ger. Dod.* Lenticula paluſtris vulgaris C. B. 2. German. Waſſer-Linſen. Lentille d'eau. *Duckmeat, Lentils.* Water Linſen.

OFFICIN. NAT.

*Folia* aquis ſupernatantia.

Vires. *Refrig. humect. 2. Uſus præcipui ad extinguendas inflammationes æſtuſque ſanguinis. Extrinſecus ad ſcabiem etiam malignam.*

PRÆPARATA.

[▽. In febribus continuis non malignis conveniens.]

HOFMAN. *Lens paluſtris.*) German. Waſſerlinſen Stagnantium aquarum incola vulgaris ſcilicet in lacubus & ſtagnis aliiſque non fluentibus aquis innatans reperitur.

*Vires. refriger. humect. &c.*) Unde præcipui uſus eſt ad defluxiones ſanguinis calidas, inflammationes, podagram ex cauſâ calidâ &c.

N. Præter hanc *paluſtris Lentis Patavinæ*, item *quadrifoliæ*, & *Triſulcæ aquaticæ* meminit Dominicus Chabræus l. c. p. 561.

¶ *CLXXXVI. Lentiſcus.*

Σχῖνος, *Dioſcor.* Lentiſcus *Matth. Dod. Lon. Cluſ. Lob. Cæſ. Caſt.* German. Maſtir-baum. Arbor eſt baccifera, in Italia, Gallia Narbonenſi & præcipuè in Inſula Chio copioſè naſcens.

N. *Bellon.* lib. 2. obſerv. cap. 8. *Solus Lentiſcos in Chio Inſula Maſtichen proferre aſſerit, cui experientia reclamat: Nimirum ex donatione Affinis mei dilecti D. Ioh. Glaſeri, Pharmacopæi hujus Reipub. ſolertiſſimi, fruſtulum obtineo maſtiche ditiſſimum, quod ſibi ex Helvetiis alpibus tranſmiſſum fuiſſe aſſerit.*

Exhibet officinis *Gummi reſinam Maſtiches* dictam, quam vide infra. Ex ligno fiunt vulgariter dentiſcalpia, quæ reliquis laudem præripiunt.

N. *Hippocrates adhibet & baccas, quas* σχῖνας *appellat.*

N. 2. *Exprimitur & oleum ex baccis,* Cluſ. in hiſt. *Verum nobis vulgare non eſt.*

HOFMAN.

HOFMAN. *Lentiſcus.* ) Σχῖνος. Germ. Maſtixbaum. *Lentiſcum* à foliorum Lentore dictam volunt quidam, alii autem quòd liquore quodam lenteſcat. Arbor eſt olivæ foliis baccifera.
Hujus feraciſſima Luſitania, Bœtica, regnum Valentianum, Gallia Narbonenſis, Chio inſula.
Floret Aprili, fructus Octobri matureſcit.
Exhibet officinis *Gummi reſinoſum Maſtichen dictam.*
N. *Bellonius l. 2. obſerv. cap. 8. Solas Lentiſcos in Chio inſulâ &c.*)
Veruntamen optima *Maſtix* eſt, quam inſula Chio ſuppeditat, & refert *allegatus Autor* copioſiſſimum in illâ inſulâ eſſe; *Lentiſci Maſtichen fundentis* proventum & primarias opes in ejuſdem collectione conſiſtere. Rarâ & exigua quantitate eſt, quæ in Luſitania & Gallia provenit, ita ut de ea colligenda homines vix curam aliquam ſuſcipiant, *teſte Amato Luſitano enarrat. 18. in Dioſcorid.*
N. *Lentiſcum* ter florere, ac ter fructum ferre *Ruellius* ſtatuit. At hanc arborem ter florere, aut ter fructum ferre falſum eſt, ſed fructum tribus diſtinctis temporibus perficit, hinc errori locus.
*De Maſtiche* vid. infra. vid. *Maſtichologiam D. Ioh. Stephani Strobelbergeri ſect. 1.*

## ¶ CLXXXVII. *Leviſticum.*

Liguſticum vulgare, C.B. 7. (inter Libanotides,) Laſerpitium Europæum Germanicum, Leviſticum, *Brunſ. Lob.* vulgare, *Matth. Dod.* Liguſticum, *Brunf. Cord. in D. Lon. Tab.* ſativum, *Trag. Cord. hiſt.* vulgare, *Cam.* Lybiſticum vulgare, *Fuchſ. Icon.* Laſerpitium, *Ger.* Smyrnium, *Fuchſ.* aliàs Hippoſelinum, Germ. Lieb-Stöckel/ Badkraut/ Leviſtic. Liguſtic; Panais, ou Liveſche, *Lovage.* Lavetſe of Lavas.

N. *Eſt & Liguſticum verum. Vid. Seſeli offic. Eſt itidem Laſerpitium aliud Dioſcoridis, ex quo Laſer. Gumm. modernis incognitum.*
Floret inprimis Iulio menſe, gaudet ſolo umbroſo.

### OFFICIN. NAT.

*Folia, Radix, Semen.*
Vires. *Calf. & ſicc. 3. incid. aper. alexipharmacum eſt ac diureticum, vulnerariumque, ventriculum roborat, aſthmati ſubvenit, menſes & lochia ciet, fœtum mortuum ejicit, (ſemen) tartarum lentum reſolvit, doloresque inde natos ſedat, Epatis, Lienisque obſtructiones reſerat, adeoque præcipuè Ictero convenit. Extrinſecus uſus ejus creberrimus eſt in balneis cataplaſmatis (utero & ureteribus dicatis) & emplaſtris vulnerariis & ſimil.*
N. 1. *Vulgus per caulem cavum potum haurire ſuevit, quo tuſſim ſedatam iri perſuadet.*
N. 2. *Radicem effoſſam, dum ☉ in ♈ intrat amuleti loco appendunt in atrophia.* Fel. Würtz.

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex integra herba cum rad. ac flor. menſe Iulio collectis.
2. *Oleum ſtillat.* Cum ▽ aſcendit.
3. *Sal.* Ex cinere.

HOFMAN. *Leviſticum* ) ſeu *Liguſticum vulgare. Laſerpitium Europæum Germanicum. Hippoſelinum* quibuſdam. German. Liebſtöckel / *Liguſticum* dicitur, quia plurimum in Liguria naſcitur, in monte ſcilicet Appennino alpibus contermino. Incolæ *Panaces* vocant.
Creſcit in altiſſimis & aſperis montibus ac umbroſis, maximè circa foveas & ſcrobes. Floret Iulio Menſe. Colitur etiam in hortis noſtris.
*Vires. Calefac ſiccat, incid. aperit. &c.* ) Alexipharmacum eſt, vulnerarium & diureticum. Radix uterina eſt, partum accelerat in balneis, item ad uteri impuritates everrendas confert. Semen Leviſtici urinam reddere nigram communiter ſtatuunt, ſi miſceatur medicamentis & ita offeratur.

## ¶ CLXXXVIII. *Lichen.*

Lichen petræus, Lichen ſaxatilis, Muſcus ſaxatilis, Hepatica, *Brunfelſ. Lob. Lon. Tab.* hepatica Saxatilis fontana. *Trag.* Lichen. *Matthiol. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Caſt.* Lichen. 1. petræa, *Ger.* German, Leber-Kraut/ Steinleber-Kraut/ Stein-Flechtem/ Moos-Kraut/ Brunnen-Kraut. Hepatique de Fontaine, Fontain. *Livervvort, Stony or of the Fountain.* Levercruyt van de Steenen of Fonteynen/ of Water Levercruyt.

N. *Huic ſurrogatur muſcus arboreus cruſtaceus. Vide Pulmonaria arborea.*
Floret Majo & Iunio, floreſque fert inſtar ſtellarum. Creſcit locis udis & umbroſis in puteis, juxta fontes, & ſimil.
Vires. *Refrig. & ſicc. abſterg. Epatica inſignis eſt. Uſus præcip. in Epatis obſtructione & veſica, quorum ſignaturam in foliis gerit. Hinc in Hectica, in Ictero, in ſcabie & Lichenibus, in gonorrhæa, in febri. Extrinſecus ſiſtit ſanguinem in vulneribus.*

### PRÆPARATA.

▽. *ſtillat.* Fit in fine Maij ac principio Iunii.

HOFMAN. *Lichen.* ) *Petræus, ſaxatilis, hepatica.* German. Steinleberkraut.
Hæc foliis conſtat multiformibus ſquammatis incumbentibus laciniis ſinuatis, craſſis & pinguibus, ſuperius hilari virore nitentibus, inferius dilutioribus fibrarum capillarium infinitis cincinnis ſubtus demiſſis. Vetuſtate caules erigit unciales tenues, glabros, quorum unuſquiſque florem ſtellatum herbacei ſuſtinet coloris, qui ſuis radiis deorſum nutantibus parvum galerum exprimit.
Floret Majo & Iunio. Creſcit locis udis & umbroſis, in fontibus ſcilicet profundis ac rorulentis petris, aliiſque ſemitis lapidoſis ad quas ſolis radii non pertingunt.
*Vires. Refrigerat & ſiccat, abſterg. &c.* ) Unde vulneraria eſt, & pulmonis ac Epatis affectibus mederi & contra reliquorum viſcerum obſtructiones facere illorum tonum roborando teſtatur experientia. Aduſtos etiam ſive tartareos expurgat humores, ita decocto cum ſero lactis exhibita, ex quibus atrophia oriri ſolet. Unde in hecticâ & atrophiâ infantium, ictero, ſcabie, gonorrhœâ &c ſummo cum fructu in uſum trahitur. Externè ſanguinem ſiſtit in vulneribus.

Lignum Aloes,
vid.
*Agallochum.*

*Lignum colubrinum*, vid. lit. C.
Colubrinum.

*Lignum Sanctum, vid. Guajacum.*

## ¶ CLXXXIX. *Liguſtrum.*

Κύπρος, Liguſtrum, *Brunſ. Matth. Fuchſ. Cord. in D. Lob. Caſt. Tab. Ger.* Liguſtrum Germanicum, C. B. 1. vulgare, *Trag.* majus, *Lon.* Phyllirea; *Dod.* Arab. Kenne. German. Hartriegel/ Beinholtz/ Rheinweiden/ Mundholtz. Freſillon de y valle. *Traëſne Privet.* Rynwilghen/ witte Vilt-kruyt.

Eſt {
- Vulgare, *quod officinarum & hujus loci.*
- Myrtifolium.
- Foliis lacinatis.
- Ægyptiacum latifolium.
- Anguſtifolium.

} *officinis inuſitata.* (Myrtifolium … Anguſtifolium)

Creſcit paſſim in ſepibus. Floret Majo, & Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Folia, Flores.*

Vires. *Refrig. & ſicc. adſtring. incid. (folia efficacius, flores imbecillius) proinde conducunt ad inflammationes, putredines, exulcerationes oris & faucium, ad procidentiam & tumorem uvæ, laxitatem gingivarum (in collution.) Quin & intrinſecus ad ſcorbuti curam folia maximè facere compertum eſt. Adhiberi quoque poſſunt in profluviis ſiſtendis, &c.*

## PRÆPARATA.

1. ∇. *ſtillat.* E floribus.

N. *Hæc commendatur præter dictas qualitates ad oculorum inflammationem & rubedinem.*

2. *Oleum infuſum*, ſed rarò.

HOFMAN. *Liguſtrum.*) *Phyllirea.* German. Reinweiden.

*Vires. refrig. ſicc. adſtring. incid. &c.*) Unde foliorum uſus præcipuus eſt in oris collutionibus & gargariſmis cum aliis adhibitorum, ut in anginâ, uvæ procidentiâ &c. Prætereà & in gingivarum laxitate dicta folia cum aquâ chalybeatâ cocta addito aluminis tantillo mirificè proſunt. *Aqua deſtillata* alumine temperata ulceribus ac excoriationibus pudendorum ſuccurrit, exterius cum linteo impoſita. Quia & intrinſecus ad ſcorbuti curam folia facere compertum eſt, ſcilicet in ſero lactis cocta & exhibita per aliquot dies.

## ¶ CXC. *Lilium.*

Κρίνον, Lilium, German. Lilien/ Gilgen. Lys. *Lilly.* Lilien.

Liliorum genera diverſa ſunt; album ſcilicet aureum & cruentum: Officinis tamen uſitatius eſt album, quod inſignitur lilium, *Brunf. Matth. Caſt.* Lilium album, *Trag. Fuchſ. Lon. Tab.* Lil. candidum, *Cord. in D. Lob. Dod.* Lilium album vulgare, *Cam.* Lilium album flore erecto & vulgare, C. B. 1.

Gaudet ſolo pingui ſtercorato ac umbroſo. Floret Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Flores, Radix, Stamina.*

Vires. Flores *moderatè calf. & humect. partium ut diverſarum, & anodyni, digerunt, maturant.*

Radix *abſterg. & ſicc.* 1. *digerit itidem, emollit, maturat. Uſus internus rarus eſt, externus crebrior, in tumoribus maturandis & leniendis, in clavis pedum, &c. ſanandis, in pudendis parturientium molliendis, in ambuſtis emendandis, &c.*

Stamina *exhibentur ad facilitandum partum cum* ∇ *verbenæ vel ſimili.*

## PRÆPARATA.

1. *Conſerv.* Flor. alb.

2. ∇. Ex florum foliis recentibus, iiſque tùm ſolis, tùm conciſis cum radice.

Vires. *Uſus eſt crebri in affectibus pulmonum, aſthmate, tuſſi, & ſimil. Extrinſ. in facie dealbanda (cum camphora & oleo Tartari.)*

3. 🜊 *Lilii ſimpl.* Ex florum foliis in ol. olivar. veteri infuſis. Vide D. dicitur Suſinum.

4. 🜊 *Lilior. compoſ.* Ex iiſdem floribus ac aromatibus. Vide Diſp.

HOFMAN. *Lilium.*) κρίνον. Germ. Lilien. Hujus genera diverſa ſunt, *album ſcilicet, aureum ac rubrum. Lilium album* ſolum tantum in uſum venit.

*Vires. Flores moderatè calefac. humect, &c.*) in his nihil notatu dignum occurrit, niſi quòd juxta vim ſuam digerentem & anodynam, etiam anti-hyſtericam obtineant, dum ex his in vino aliquot diebus infuſis & poſtmodum deſtillatis aqua elici poteſt ad ſuffocationem hypochondriacam ſeu hyſtericam præſtantiſſima, non omnibus nota, Cujus doſis eſt à cochl. j. ad ij vel iij. ad præſervationem & curationem.

*Radix abſterg. & ſicc. digerit, emoll. maturat &c.*) Unde externè in tumoribus maturandis, clavis pedum curandis, pudendis puerperarum emolliendis &c. commodè adhibetur.

## ¶ CXCI. *Lilium Convallium.*

Lilium convallium album, C. B. 1. Ephemerum non lethale, *Fuchſ.* Cacalia Lilium convallis vel ſylv. *Brunf.* Lilium convallium, *Trag. Matthiol. Dod. Caſt. Tab. Ger. Cluſ. hiſt.* Lilium convallium vel vernum Theophraſti, *Lob.* German. Mayenblümlein. Muguet. *Lilly Convall,* or *May-Lilly.* Meybloemken of Eenblat.

N. *Eſt & Lilium convallium flore rubente, ſed minus uſitatum.*

Gaudet ſolo humido, nemoroſo. Floret initio Maij.

## OFFICIN. NAT.

Soli *Flores*, rarò *Radix.*

Vires. *Calfac. & ſiccat, cephalici ſunt. Uſus præcipui in morbis capitis frigidis, ut Apoplexia, Paralyſi, Vertigine, Epilepſia. Hinc & in Lypothymia. Inſigne itidem errhinum exhibent pulveriſati.*

## PRÆPAR.

1. ∇. *ſimplex.* Ex floribus.

2. *Spiritus Vini liliatus.* Ex floribus cum Vino vel Malvatico deſtillatis.

3. *Spiritus Lilior.* Ex floribus fermentatis deſtill.

4. *Conſerva.* Ex floribus.

5. *Oleum.* Ex infuſion. florum recentium in oleo veteri.

6. *Pulvis ſternutatorius.* Ex floribus pulveriſatis.

N. *Sunt qui ſuccum inſtar olei præparant. Floribus implent vaſculum, occluduntque: hinc per menſem in formicarum acervo ſepeliunt, ut in ſuccum liqueſcant. Anodynum hoc cenſetur inſigne antipodagricum, curativumque ſerpiginis.*

[7. *Extractum etiam habetur.*]

[8. ⊖ *volatile.*]

HOFMAN. *Lilium Convallium*] German. Meyenblümlein.

*Vires. Calf. ſicc. &c.*) Hujus flores inter ſpecifica cephalica primum obtinent locum, unde in apoplexia, paralyſi, ſpaſmo, epilepſia, & congeneribus capitis affectibus ſalutariter in uſum trahuntur.

*Spiritus liliorum convallium* ex fl. fermentatis.

N. Floribus Liliorum convallium impleatur cucurbita vitrea, & ſepeliatur in cella, ut orificium benè occluſum ſaltem emineat, & in ſuccum reſolventur hi flores per internam fermentationem, aliquot menſibus durantem, inde ſuccus per VB. deſtilletur, & acquires Spiritum liliorum convallium admirandæ virtutis. Vid. Theſaur. noſtr. Pharmaceutic. ſect. 1. & ſect. 13. num. & num. 13.

*Ex floribus etiam conficitur conſerva, oleum per infuſionem, item Eſſentia egregia;* Et *Sal volatile* etiam ex his ſingulari artificio digeſtionis elici poteſt.

### ¶ CXCII. *Limonia mala.*

*Λιμώνια μῆλα*, German. Limonien/ Des limons. *Lemons.* Limoenen. Poma ſunt mali limoniæ, C. B. 1. Videatur malus Limonia, *Matthiol. Dod. Lon. Caſt. Tab.* Limones, *Cord. in D. Bellon. Lob. Cluſ. hiſt.* Limon. arbor ex Citri genere, *Cord. hiſt.* Malus Limonia acida, C. B. 1.

Vires. *Citrii mali virtutes æmulantur, niſi quod ut magis acidiuſcula ſint, ita & magis refrigerantia ac ſiccantia. Uſus præcip. in febribus aliiſque morbis calidis, in calculo, & ſim.*

#### PRÆPAR.

1. *Succus expreſſus.*
2. Syr. de ſucc. expreſſ. & ſacchari ∴. Vide Diſp.
3. ∇ Ex floribus qui rarò extant.

N. *Sunt qui cortices cum ſucco clauſo vaſe macerant & poſtea deſtillant.*

Hofman. *Limonia mala.*) Limonien. Poma ſunt Mali Limoniæ; quam ad Veterum *Malum Medicam* multi referunt.

Attamen multæ ſunt differentiæ in pomi forma, cortice, carne ac ſucco. *Majora & Minora* ſunt juxtà *Matthiolum*, & ſucci ſuavitate & corticis craſſitudine differentia. Unde diſtinguuntur in *dulcia, acida* & *acido-dulcia.*

Eodem cultu ac cœlo gaudet hæc *Malus* quo *Medica*, & virtutes non abſimiles, niſi quòd *Limonia* magis ſunt acidiuſcula, & proinde magis refrigerantia.

### ¶ CXCIII. *Linaria.*

Linariæ genera plurima occurrunt, ex his ſolummodo inſervit officinis Linaria vulgaris lutea flore majore, C. B. 1. Oſyris, *Matth. Cord. in D. Lob. Caſt.* major Tabinaria, (& pſeudolinum,) *Brunfelſ. Ger. 1. Dod. Lon.* Linaria vulgaris. *Trag. Cam.* Germ. Lanfraut/ wilder Flachs/ Hanffkraut/ Harnkraut/ Linaire, Lin ſauuage, *Flaxvvedor Toadflax.* Wilde Vlas.

Creſcit locis incultis & cultis juxta ſepes. Floret Iunio, Iulio ac Auguſto.

#### OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. Calf. *& ſicc. eſt diuretica, amari ſaporis. Uſu præcip. in Ictero & obſtructo Epate. In urinæ difficultate, in hydrope. Extrinſecus imponitur abdomini in ſtranguria; ano, in hæmorrhoidum dolore.*

#### PRÆPAR.

1. ∇. *ſtillat.* Ex integra planta in fine Maij collecta.
2. Unguentum pro ſopiendo hæmorrhoidum dolore.

Hofman. *Linaria.*) Hujus ſpecies ſunt plurimæ, ex his tamen ſolùm in uſum venit pharmaceuticum vulgatiſſima illa exiguæ eſulæ forma, unde verſus. Eſula lacteſcit, ſine lacte linaria creſcit.

*Vires. Calef. & ſicc.* &c.) In hac juxta vim ſuam diureticam inſignis etiam latet virtus anodyna, ut in hæmorrhoidum cœcarum doloribus mitigandis pro ſpecifico habeatur cum floribus. *Aqua ejus deſtillata* ob diureſin, quæ indè promovetur, hydropicis confert, ejuſque decoctum illis, qui ex alto deciderunt, ad diſſolvendum grumeſcentem ſanguinem. Ex hac etiam *Unguentum* confici ſolet ad hæmorrhoidum dolores. ℞. herb. Linariæ cum fl. M. q. v. quibus contuſis cum adipe porcina coctis & expreſſis fiat Unguentum, cui vitellum ovi permiſceatur & poſteà cum lana parti dolenti applicandum eſt.

Lingua Cervina *vide* Scolopendria.

### ¶ CXCIV. *Linum.*

Linum. Flachs du Lin. *Lin.* Vlas. { Sativum. *Hoc uſuale.* / Sylveſtre. *Minus uſuale.* }

Dicitur Linum, *Brunf. Matthiol. Fuchſ. Tab. Cord. in D. Lon. Caſt.* Linum ſativum, *Trag. Dod.* Linum vulgare cœruleum, *Lob.* Linum ſativum, C. B. 1.

#### OFFICIN. NAT.

*Semen.*

Vires. *Calf. 1. in reliquis temperatum eſt, digerit, emollit, maturat. Uſus præcip. in tuſſi, pleuriſi, phthiſi. Extrinſecus maturat tumores, lenit dolores, fœtum expellit.*

#### PRÆPARAT.

1. *Mucilago.* Fit coctione vel infuſione ſeminis in ∇.
2. *Farina.*
3. *Oleum expreſſum.*

*Eaſdem vires retinet, quas ſemen. Prodeſt etiam ad pterigia oculorum, (inſtillatum) inprimis cum ſucceſſu exhibetur pleuriticis atque dolore colico vexatis, in quibus & intrinſecus prodeſt, ut & in Liene duro.*

Doſis ad ℥ ij.

[Acidum hujus Olei aquâ vel Spir. Vini aufertur.]

N. 1. *Stupa & tela inſerviunt non rarò aliorum medicamentorum ſuſceptioni & applicationi. Verbi gratia, Tela recens anodynis nephriticis ſuſcipiendis familiaris eſt.*

N. 2. *Hoc oleum dictum è chartis combuſtis, videlicet charta accenditur, imponiturque laminæ ſtanneæ ut comburatur. Sic adhæreſcit ſtanno liquor craſſus colligendus.*

Vires. *Anodynum eſt conſolidativum. Hinc utile in odontalgia, lichenibus, &c.*

Hofman. *Linum.* Germ. Flachs. Vel *ſativum* eſt, vel *ſylveſtre. Illud uſuale, hoc minus. Hujus ſemen in uſu eſt.*

*Vires. Calef. humectat, digerit, emollit, maturat.* &c.) Unde hujus præcipuus uſus eſt in tuſſi, phthiſi, pleuriſi. *Externè* maturat tumores, lenit dolores, &c. Ex hoc *Mucilago* vel infuſione vel coctione in aqua elicitur. *Item farina, oleum expreſſum*, quod eaſdem vires, quas ſemen, retinet. Prodeſt hauſtum calidè cum cereviſia pleuriticis & dolore colico, & iliaco vexatis, ubi & externè adhiberi debet. Doſ. ad ℥ ij.

N. Hujus oleum antequam in uſum veniat, ſequenti modo purificari debet. ℞. Olei Lini expr. aquam tepidam ana p. æq. concutiantur bene invicem, & quantum poſſibile confundantur, poſtea pone in ſolem, relinquendo, & ſemper cum in fundo impurum eſt, ſeparando, hoc fac toties, donec oleum Lini purificetur. Sicque acidum ejus etiam corrigitur. Optimus tamen modus hoc præparandi eſt, ſi v. g. oleum Lini miſceatur cum Sp. V. & ad △nem continuò agitatum coquatur, ad ſpiritus vini conſumptionem, ſic enim ſpir. Vin. olei Lini acidum ſecum rapit.

N. Stupa & tela inſervit non rarò aliorum Medicamentorum applicationi, & poteſt etiam inde fieri fomentum cum aqua in prolapſu uteri.

### ¶ CXCV. *Lotus.*

Lotus hortenſis, *Tab.* hortorum odora, *Lob.* ſylveſtris, *Matth. Caſt.* ſativa, *Cord. in D. & hiſt. Cam.* Trifolium Dioſcoridis, *Trag.* Trifolium odoratum, *Fuchſ. Lon.* Trifol. odor. alterum ſeu Lotus ſativa,

*Dod.* Germanicè Siebengezeit. Treffle odorat. *Sweet Trefoyl*. Sevengetydencruyt. (quod ſepties in die odorem mutare dicitur,) zahmer Steinklee/ Gartenklee. de la Mauve. *Garden-Cleaver.* Tuyn-Cleverbladt.

Seritur in pratis. Floret Iunio, Iulio, Auguſto, ejuſdem anni quo ſata eſt.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus & *Semen*, ſed rarò.

Vires. *Calf. temperatè ſicc. digerit, abſterg. alexipharmaca, anodyna, diuretica ac vulneraria eſt. Uſus pracip. in pleureſi, dyſuria, Epilepſia uterina, Hydrope incipiente, &c.*

*Extrinſec. in vulneribus ab inflamm. defendendis & conſolidandis eorum veneno corrigendo, (fotu) hæmorrhoidibus leniendis, (balneo vel fotu) in oculorum nubeculis, (ſuccus inſtillatus.)*

## PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba cum floribus.
2. *Ol. infuſ.* Fit ex fol. & floribus in ol. comm. maceratis.

Vires. *Ad vulnera glutinanda, Herniaſque puerorum ſanandas, tumoreſque molliendos & maturandos plurimum commendatur.*

N. *Herbam aridam interponunt veſtimentis ne à tineis rodantur.*

## CXCVI. *Lupulus.*

Βρύον, Lupulus ſalictarius, Hopffen. du Hobblon. *Hops.* Hoppecruyt.

{ Domeſticus. *Hic præfertur.*
{ Sylveſtris.

Dicitur Lupulus, *Brunſ. Matth. Dod. Cluſ. hiſt. Tab.* Lupulus ſativus, *Trag. Lon. Caſt.* (mas) *Cam. in Matth.* Lupus ſalictarius, *Fuchſ. Lob.* Lupulus mas, C. B. 1.

Floret Auguſto: Solo gaudet pingui.

## OFFICIN. NAT.

*Flores* & *Iuli* Martio menſe prorumpentes.

Vires. Flores *calfac. & ſicc. 2. amari ſaporis anodynique ſunt, diſcutiunt. Uſus pracip. in obſtructione Lienis ac Epatis & inde in Ictero. in hypochondriacis affectibus, &c. ciet menſes & urinam. Extrinſecus ſedat dolores, auxiliatur contuſionibus, luxationibus, tumoribus.*

Iuli (*turiones, ſ. prima germina, aſparagi*) *mundificant ſanguinem, adeoque à ſcabie præſervant (in acetariis aſſumpti.)*

N. *Nimius ejus uſus gravat caput.*

## PRÆPARATA.

1. ▽. è flor.
2. *Syrupus de lupulo.* Ex ſucco turionum ante enata folia expreſſo, ℔ iiij. ſucc. fumar. ℔ ij. cum ſaccharo.

## M.

Macis & macer, *vide* Moſchata.

## CXCVII. *Majorana.*

Ἀμάρακος, Σάμψυχον, Maioran/ Maſeran/ Maſoran/ Meyeran. de la Marjolaine. *Marjoram.* Mariolcyn of Magelcyn.

Majorana { peregrina. *Vide Marum.*
{ ſativa { latifolia vulgaris.
{ tenuifolia minor.
{ ſylveſtris.

Ex his uſualis eſt ſativa utraque, è quibus tamen latifolia præfertur, C. B. 5. quam noſtrates rubram vocant eò quod caulis nonnihil ad rubedinem inclinet.

Vocatur Majorana, *Brunfelſ. Dod.* Amaracus, *Matthiol. Fuchſ.* Sampſuchus ſive Amaracus, Latinis Majorana, *Cord. in D. hiſt.* Amaracus vulgatior, *Lob. ico.* major, *Caſt.* Sampſuchus, *Lob.* Majorana vulgo, Maron, *Dioſc.* Majorana ſive amaracus major, *Tab. Ger.* Amaracus ſylveſtris annua, *Cam.* Majorana vulgaris, C. B. 5.

Gaudet ſolo umbroſo, ſtercorato, humido. Floret Iulio & Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Folia, Semen.*

Vires. *Calf. & ſicc. initio 3. eſt partium tenuium, digerit, attenuat. Uſus pracip. in affectibus capitis ac nervorum hinc & uteri & ventriculi: ciet menſes (in peſſario) (confortat cerebrum ejuſque flatus diſcutit: errhina eſt & apophlegmatiſans.*

## PRÆPARAT.

1. ▽. Ex foliis recentibus in MB.

N. *Præſtat gemmas cum vino à ſtillare.*

2. *Conſerva.* Ex foliis ſeu ſummit.
3. *Confect. Sem.*
4. *Ol. ſtillat.* Ex foliis.
5. *Balſamus.* Fit ex oleo deſtill.

HOFMAN. *Majorana.*) Ἀμάρακος. German. Maiera. Vel eſt *peregrina*, de quâ vide *Marum*, vel *domeſtica*, atque hæc vel *ſativa latifolia et tenuifolia*, vel *ſylveſtris*.

*Vocatur Sampſuchus*, ſive *Amaracus* Græcis, *Majorana* autem Latinis.

Hic quæritur, An *Sampſucus* & *Amaracus* unum & idem ſint? *Dioſcor. Plin. Matthiolus* & alii affirmant. Negant autem *Galenus, Aetius, Paulus*, &c. dum de iis in diverſis tractatu[illegible]. Verùm nos cum *Dominus Cochræo Amaracum* eandem cum *Sampſucho* eſſe ſtatuimus *vid. Ejus Appendic. l. [illegible]*.

Gaudet ſolo umbroſo, humido, ſtercorato, creſcit in hortis & floret Iulio ac Auguſto.

*Vires. Calf. ſiccat, attenuat, digerit &c.*) Hujus uſus præcipuus eſt in Capitis affectibus nervoſi generis, ventriculi, uteri ac [illegible] ſymptomatibus. Confortat cerebrum &c. Hinc Ejus Aqua cum vino deſtillata catarrhis confert, ſi [illegible] volæ manus infuſa naribus attrahatur & vertice capitis [illegible]. Ex hâc etiam *pulvis ſternutatorius* conficitur [illegible] cum ſ. ſl. conval. lavendul. Moſcho & ambrâ &c. item camphora. Contra ictus etiam ſerpentum & aranearum, ſi cum ſale ac atro [illegible]tur & imponatur, auxilio eſt. Nonnulli *Aquam Ejus deſtillatam* tempore peſtis hauriunt ad ſanguinem corrigendum & venenum expellendum. *Tidicæus de Theriac. p. 175.* Ex hâc præparatur etiam *Conſerva*, *ol. deſtillat. ex foliis & Balſamus*. Ac ingreditur etiam *Trochiſcos Hedychroi*.

## ¶ CXCVIII. *Malabatrum.*

Μαλάβαθρον, Malabathrum. *Matth.* (cui & Folium) *Lob. Tab.* Folium Indi ſeplaſiariorum, *Trag.* Caſſiæ folium *Cord. in D.* Tamalapatra, *Garz. Cluſ.* Cadegi Indi, id eſt, folium Indum. Arabibus, C. B. 1. German. Indianiſch Blat. Feuille d'Inde. *Indian leaf.* Indiaenſche Bladt.

Dioſco-

Dioſcorides folia hæc in aquoſis creſcere locis aquiſque innatare ſcribit, uti lens paluſtris. Garcias ab horto autem eſſe folia arboris ait, inveniriquе copioſè in India ac maximè in Cambaja, procul ab aquis. Utrum ergò folium modernum cum veterum idem ſit, eſt, de quo ambigitur.

Eligenda ſunt recentia, viridiuſcula (non nigra.)

Vires. *Iiſdem facultatibus pollent, quibus ſpica nardi, ſed fortioribus: urinam potenter movent.*

Hofman. *Malabatrum.*) Folium Indum. Indianiſchblat. Hoc interdum ramis ſuis adhuc inhærens, & ſæpè ſolum ex Indiâ advehitur. Non autem eſt Nardi folium, nec innatat aquis, ut quidam volunt, nec eſt Caryophyllorum folium, nec in Syriâ aut Ægypto naſcitur; ſed eſt ſui generis folium in Indiâ ex Arbore decerptum. *Cujus iconem vid. in Dominic. Chabræo l. c. p. 33.*

### ¶ CXCIX. *Malva.*

Malva { Sylveſtris { folio rotundo / folio ſinuato } *hujus loci.* / Hortenſis ſeu arborea, *loci ſequentis.* }

Appellatur Malva, *Brunf. Matth. Caſt.* Malva vulgatiſſima, *Trag.* Malva ſylveſt. pumila, *Fuchſ. Dod.* Malva ſylveſt. recens pumila, *Lob. Ger.* Malva ſylv. ſupina, *Cord. hiſt.* Malva minor, *Lon.* ſylv. minor, *Tab.* vulgaris minor, *Cam.* Malva ſylveſt. folio rotundo, C.B. 1. Græc. μαλάχη, German. Pappeln/ Käß-Pappeln/ Haß-Pappeln. Mauve. *Common Mallows.* Gemeyne Maluwe/ of Keeskenskruyt.

Creſcit paſſim inculta, gaudet ſolo pingui ac humido: floret Majo ac ſequentibus.

#### OFFICIN. NAT.

*Folia, Flores, Semen, Radix.*

Vires. Herba (*folia & flores*) *moderatè calf.* (*aliis refrig.*) *humect. emollit, lenit dolores, laxat alvum, urinæ acrimoniam mitigat. Uſus præcip. in affectibus pulmonum, Veſicæ, inteſtinor. Uteri exempli gratia, phthiſi, tuſſi, raucedine, calculo, eroſione veſicæ ac inteſtinor. in duritie uteri, febribus; &c. Extrinſecus in tinea capitis* (*cum urina in lixivium cocta in tumoribus maturandis, doloribuſque ſedandis* (*catapl.*) *in alvo lenienda, dolore nephritico mitigando* (*Clyſter.*)

N. *Semen & radix iiſdem pollent viribus, ſed uſus rarioris ſunt. Præferuntur nihilominus in medicamentis internis.*

Radix *cocta furfures capitis cadere facit* (*lotione.*)

#### PRÆPAR.

1. ▽ *ſtillat.* Ex fol. & flor. Majo collectis.
2. *Conſerv. flor.* Verùm rari uſus eſt.

### CC. *Malva arborea.*

Malva roſea folio ſubrotundo, Malva hortulana, *Brunfelſ.* hortenſis, *Trag. Fuchſ. Dod. Lon. Ger.* Malv. major, *Matthiol.* Malv. arborea, *Tab.* Malva Romana, *Geſn.* Malv. major unicaulis. *Matth. Caſt.* Malv. roſea fruticoſa, *Lob.* German. Herbſt-Roſen/ Winter-Roſen/ Erndt-Roſen/ Garten-Pappeln/ Bau-Roſen. Mauve Romaine Arborée, &c. *Tree-Mallows*, or *Garden-Mallows*, or *Winter-Roſes.* Boom maluwe/ Tamme-maluwe/ Winter-Roſen.

Ex flore ſimplici vel pleno, eoque coloris albi, purpurei, incarnati.

Creſcit in hortis: Floret in fine æſtatis initioque autumni.

#### OFFICIN. NAT.

*Flores* ſoli.

Vires. *Calfac. & hum. minus tamen quàm vulgaris malva, ſubaſtr. Uſus præcip. in tonſillarum morbis, oris putredine* (*gargar.*) *in fluxu menſtruor.* [*Eryſipelate*] *in reliquis malvæ vulgaris ſimilis eſt.*

[*Tingitur his floribus* ▽. *Vinum Hippocraticum.*]

### CCI. *Mandragora.*

Μανδραγόρας, Arab. Iabora, Hebr. Dudaim. Germ. Allraun/ Mandragore, *Mandrake*, Mandragora of Alruyn/ Dudaim herba eſt baccifera, radicem habens, quæ hominis partes inferiores aliquatenus repræſentat.

Eſtque mas vel fœmina, illa uſualior. Inſigniturque Mandragora mas. *Trag. Fuchſ. Matth. Cord. in D. Lob. Cam.* Mandragoras albus ſeu maſculus, *Cord. hiſt.* Mandrag. mas vel alba, *Cam.* Mandragora fructu rotundo, C. B. 1.

#### OFFICIN. NAT.

*Cortex* radicis, qui ad nos aliundè potiſſimùm ex Italia aſportatur.

Vires. *Refrig. 3. ſicc. 1. emollit mirè, Narcoticus eſt ac ſoporiferus, rari uſus intrinſecus. Extrinſecus uſus ejus eſt in oculorum rubore ac dolore, in Eryſipelate, in tumoribus duris, ſtrumâ, &c.*

#### PRÆPARATA.

*Ol.* Fit ex decoct. cortic. aliorumque narcoticor. ſuccis, atque oleo. Vid. Diſp.

Hofman. *Mandragora.*) Circæam vocarunt Nonnulli, à *Circe* Veneficâ illâ & procurandi amoris artifice, quòd radix credatur ad amatoria facere. *Anthropomorphin* vocavit *Pythagoras*; *Semihominem Columella.*

*Eſtque Mas, vel Fœmina. Marem* in Hiſpaniæ, Italiæ, & Galliæ Narbonenſis hortis, ſemine aut radicibus ex Candiâ advectis, haberi ſcribit *Lobelius*, in aliis autem Regionibus haud facilè. *Fœminam* copioſè in Gargano & aliis Apuliæ montibus provenire ſtatuit *Matthiolus.*

N. Dantur & apud Chinenſes fructus, quos *poma amoris* vocant. Italis *Bella Dona*, Luſitanis *d'Oro* appellantur, *Mandragoræ* ſpecies. Hanc Chinenſes inter acetaria in hortis colunt, & toſtam ſub cineribus cum aceto & pipere edunt. Hæc planta licèt tertio gradu ſit frigida, tamen in climate hoc calido ac bile acerrimâ dominante maximum hepati & reliquis viſceribus præſtat refrigerium. Condiuntur quoque muria ac aceto addito, pipere & aromatibus. Quod genus conditurae *Achar*, Indi vocant. Iacobus Bontius de Medicinâ Indorum.

Hujus *Cortex* ex Italia aſportatus in uſu eſt. Et depromitur ex radice ac trajecto lino ad exſiccandum exponitur. Exterius eſt ſcaber, inæqualis, coloris cinerei, interius albicat, craſſitie cortices capparum ſuperat duplo, ſapore penè nullo.

*Vires. Narcoticus eſt, &c.*) Unde vinum, cui cortex infunditur, valet in doloribus ac vigiliis, exhiberi etiam quandoque ſolet antè ſectiones & uſtiones, ne ſentiantur. Sed rari uſus eſt. Extrinſecus in oculorum dolore &c. ejus infuſum in aquâ appropriatâ adhiberi ſolet.

### ¶ CCII. *Marrubium.*

Marrubium { Nigrum Ballote. *Hoc minus uſuale.* / Album. *Hoc officinale eſt.* }

Dicitur Marrubium album vulgare. C. B. 1. Marrubium

rubium *Matthiol. Cord. in D. Fuchſ. Dod. Caſt.* vulgare, *Cluſ. hiſt. Lob. Tab. Ger.* Marrubium fœmina, *Brunſ.* Candidum, *Trag.* Praſſium. German. weiſſer Andorn. Marrube blanc. *Hor ehound white.* Witte Andoren of Malrove.

Creſcit incultum juxta vias. Floret Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* ſola.

Vires. (*Calf. 2. ſicc. 3. aper. abſterg. atten. ſaporis amari. Uſus precip. in obſtruct. pulmonum, Epatis, Lienis, Uteri, adeoque in phthiſi, in expuitione ſanguinolenta, in partu difficili, lochiiſque remoratis. Extrinſecus uſus ejus rarior eſt.*

N. *Veſicæ ac renibus cenſetur noxium, correctum tamen Glyzyrrhiza ac paſſulis nihil nocere dicitur.*

## PRÆPAR.

1. ▽. *ſtillat.* Ex integra planta, Iunio ac Iulio collecta.

2. *Syrup. de praſſio.* Fit ex herbis pectoralibus, radic. aperient. emoll. &c. Vide Diſp.

HOFMAN. *Marrubium.*) *Hoc vel Nigrum eſt*, ac minùs uſuale, *Ballote* dictum, *vel Album*, atque hoc officinale eſt. Germ. weiſſer Andorn.

*Vires. Calef. ſicc. aper. abſterg. atten. &c.*) Hujus ſummitates in vino albo infuſæ per noctem ac triduo epotæ mirè ad menſtrua provocanda, ſtomachum roborandum, cachexiam ac fœdos virginum colores arcendos & appetitum reſtituendum valent.

## ¶ CCIII. *Marum.*

Planta eſt exotica, Majoranæ in facultatibus ac figura ſimilis; adeo ut pro unâ eâdemque herbâ à nonnullis habeantur. Quamobrem cum maro hiſce in regionibus deſtituamur, Majoranam vel Dictamnum creticum ſubſtituere ſolemus.

## PRÆPARAT.

*Pilulæ Marocoſtinæ Mindereri.* Vide lib. 2.

HOFMAN. *Marum.*) Planta eſt exotica hinc ad varias refertur plantas, ad *Majoranam*, ad *Maſtichinam* dictam & ad *Origanum Heracleoticum*, imò *Meliſſam* eſſe *Hermolaus in Dioſcor. ſtatuit*

Plantæ hujus caules ſunt lignoſi, denſâ lanugine obſiti, in ramos oppoſitos diducti. Folia è geniculis bina, ex adverſo ſita Majoranæ ſativæ foliis ſimilia cinerei coloris, craſſiuſcula, odore fragranti, & ſapore acri ac aromatico.

N. Hâc ſummè delectari feles ſtatuunt, eâque comeſtâ ipſas ſemen genitale effundere.

N. Lobelius Mari *Syriaci* meminit, quod cum *Dioſcoridis* maximè vult conſpirare quoad externam formam & odorem, refertque per decennium plantam hanc odoris fragrantiam retinuiſſe *Vid. in adverſ. p.* 213. Et ſunt, qui Marum illud ex locis peregrinis allatum id ipſum eſſe contendunt. *Tabernæmontanus Libr. 2. herbar. cap.* 2. varias Mari enumerans ſpecies ex Aſiâ dicit & Ægypto in Italiam quoque deferri, num verò ibidem etiam proveniat, non meminit.

*Majoranam* vel *Dictamnum Creticum ſubſtituere ſolemus.*) Verùm licet *Marum* maximè ad Naturam Majoranæ accedat, & iiſdem cum hac polleat viribus, nihilominus tamen non confundendæ ſunt hæ plantæ, multò minus peregrinæ in hujus locum ſurrogandæ: ſed Marum, quod ad Nos defertur, & notis à Dioſcoride & Cortuſo deſcriptis gaudet, retinendum. Hujus iconem vid. in Dominico Chabræo. l. c. p. 418. Ex hac *Pilulæ Marocoſtinæ Mindereri* præparantur, quæ inter cephalica non poſtremum habent locum, ac unà ventriculo, jecori, lieni, pectori ac aliis partibus auxiliantur.

## MATALISTA.

De ea ſic in Appendice ad Pharmacop. SCHROEDER.

*Radix hæc à Batavis ad nos miſſa cum elogio, ut æquet virtute* Ialappam, *ſeu* Mechoacam nigram *ad drachmam unam exhibita. Sed nec periculum hic factum, nec in uſu eſt.*

*Quoad externam figuram* bryoniam *emulatur aut* mechoacam, *potiu tamen* albam *quàm* nigram, *magiſque villoſa eſt quàm utraque* Mechoaca.

## ¶ CCIV. *Matricaria.*

Arthemiſia tenuifolia, *Trag. Fuchſ.* & noſtras, *Lob.* Parthenium, *Matthiol. Dod. Cord. in D. Caſt.* Amaracus, *Galen.* Matricaria parthenii 1. ſpecies, *Brunſ.* Matricaria vulgaris, C. B. 1. German. Metram/ Methran/ Meter/ Meterkraut/ Mutterkraut/ Feberkraut/ Matricaire, *Motherwort, Featherfew.* Mater/ Moederkruyt.

Creſcit in hortis, floret Iunio, & Iulio.

## OFFICIN. NATIVA.

*Herba* cum floribus.

Vires. (*Calf. 3. ſicc. 2. attenuat, incid. Uſus præcip. in affectibus uteri frigidis ac flatulentis, in obſtruct. menſium, in impotentia Veneris, in Hydrope (purgat per urinam nonnunquam & per alvum.) &c. in febribus putridis; in calculo renum, in vertigine. Extrinſec. in ſuffocat. matricis (decoct. cum ✠ naribus applicatum) in menſibus ciendis (peſſar.) in duritie mammar. (catapl.) in æſtu febrili mitigando (fricando dorſum) in arthritico dolore ſedando, &c.*

## OFFICIN. NAT.

1. ▽. *ſtillat.* Fit ex integra herba menſ. Majo & Junio.
2. *Sal. com.* Ex cinere.
3. *Syr. de Matricaria.* V. D.
4. *Ol. ſtillat.* rarò extat.

HOFMAN. *Matricaria.*) Parthenium. German. Metter. Creſcit in hortis, ut herba notiſſima, floret Iunio ac Iulio.

*Vires. Calefac. ſicc. atten. incid. &c.*) Præter vires à *D. Authore* recenſitas addimus etiam hoc, quod lochiorum tardè erumpentium motum promoveat, ſi ex hac cum fl. chamæmel. & artemiſ. decoctum paretur.

N. Apes & culices non ferre poſſunt odorem Matricariæ, unde contrà illorum animantium ictus uſurpari poteſt.

## ¶ CCV. *Matriſylva.*

Matriſylvæ vocabulum diverſis plantis attribuitur, 1. Epaticæ ſtellatæ, 2. Caprifolio ac 3. Hormino. Vide ſuis locis.

## CCVI. *Melilotus.*

Melilotus vera, major vulgaris, *Trag.* Lotus Urbana, *Matth.* Sylveſtris, *Fuchſ. ico. Tab.* officinarum Germaniæ, C. B. 1. Melilotum majus, *Brunfelſ.* Melilotus: *Lon.* ſaxifraga lutea, *Fuchſ.* Loti ſive trifolii ſpecies, *Cord. in D.* Melilotus Germanica, *Lob. Cam. Ger.* Trifolium odoratum, 1. & 2. *Dod.* Honig Klee/ Stein-Klee/ edler Stein-Klee. Melilite, *Melilot.* Mellilote/ Geelen Steenbreeck.

Gaudet

Gaudet locis ſaxoſis. Floret integra æſtate.

## OFFICIN. NAT.

*Flores* ſeu integra *Herba*, *Semen*.

Vires. *Calf.* 1. *emoll. diſc. dolores mitigat. Uſus creberrimi præcipuè extrinſecus, in tumoribus, doloribus, oculis rubicundis, in clyſteribus, & ſim.*

N. *Quoties ſimpliciter Meliloti fit mentio, ſemen recipiendum.*

1. ▽. Ex herba cum flore ſtill.
2. *Emplaſtrum de Meliloto.* V. D.
3. *Oleum.*

Hofman. *Melilotus.*) Germ. Steinklee. *Eſtque vel fl. luteo, vel albo.* Gaudet locis ſaxoſis: Et floret integra æſtate.

*Vires. Calef. emoll. diſcutit.* &c. ); vim etiam habet paregoricam ac ſedativam, unde in tumoribus diſcutiendis ac emolliendis, doloribus partium &c. externè pro topicis vel clyſteribus & ſimilibus commodè adhibetur.

## ¶ CCVII. Meliſſa.

Μελισσόφυλλον; Meliſſophyllum, *Matthiol. Caſt. Tab.* Melyſſophyllum vulgare vel adulterinum, *Fuchſ.* Apiaſtrum, *Matth. Cord. in D. Lob.* Citrago *Geſn.* Meliſſa domeſtica, vel 1. *Trag.* noſtras, *Cam.* hortenſis, *Lon.* & 1. C.B. Germanicè Meliſſen/ Jvenblat/ Bienſaug/ Mutter-kraut. Meliſſe. *Balm* or *bawm.* Meliſſ[illegible] of Confiltede grenn.

N. *Eſt & Meliſſa peregrina, quæ à loco natali, unde aſportatur, Turcica, Italica, &c. dicitur, coliturque iidem nonnunquam apud nos in viridariis ſed minus ea eſt uſualis.*

Floret Iulio: creſcit in hortis.

## OFFICIN. NAT.

Vires. *Calf.* 2. *ſicc.* 1. *Uſus magni eſt in affectibus cephalicis, cardiacis, uterinis, hinc & in ſtomachicis, adeoque in Melancholia, in ſomnis turbulentis. Paralyſi, Apoplexia, Epilepſia, vertigine, Lypothymia, cruditate ventriculi, remoratis menſibus ac lochiis puerperarum, ſuffocationeque uteri emendat inſuper fœtorem anhelitus. Extrinſecus in uterinis balneis; cataplaſ. in ictibus venenatis apum, veſparum.*

N. *Recenſentur inter herbas cordiales.*

## PRÆPARATA.

1. ▽. *Stillat.* Ex herba integra in MB.
2. ▽ *c. Vino deſtillata.*
3. *Spiritus.*
4. *Ol.* Ex herba ſicca, rarò extat.
5. *Extractum* Ex foliis.
6. *Conſerv.* Ex floribus.
7. *Syrup. ſimplex.* Ex ſucc. & ſacchato.
8. *Compoſ.* Fernel. Vid. Diſp. Noriberg.
9. ⊖ *Fixum.*

Hofman. *Meliſſa.*) *Meliſſophyllum. Apiaſtrum.* Meliſſe. Eſt & *Meliſſa peregrina Turcica* ſive *Moldavica* dicta *fl. purpureo & albo,* quæ ſeritur in hortis, & ex Moldaviâ primùm ad Nos delata fuit.

De variis Meliſſæ differentiis conſule Botanicos.

Colitur paſſim in hortis, & floret æſtate.

*Vires. Calefac. ſiccat.* &c. ) Uſus hujus eſt admirabilis in capitis affectibus, inprimis Melancholiâ, affectibus hyſtericis, menſium ac Lochiorum ſuppreſſorum revocatione, ac totius maſſæ ſanguineæ depuratione, unde *Eſſentia Meliſſæ*, cujus *Robertus à Boyle in ſuis experimentis chemicis*, ut & Febvre *in ſuâ chemiâ de Eſſentiis vegetabilium* mentionem facit, ejuſque modum præparandi & operandi ex *Theoph. Paracelſi Libr.* 3. *de vitâ longâ c.* 2. & 5. item *Libr.* 4. *Archidox. de quintâ Eſſentiâ; Libr. de Renovatione, & Reſtauratione,* de primo Ente ex herbis deſumſit; internè adhibita, exutis unguibus manuum ac pedum, & deciduis pilis à capite hominem quaſi rejuveneſcere facit, ut denuò creſcant, vetulis item menſtrua reſtituere, atque ita quaſi rejuveneſcere tradunt. Ex hâc prætereà *Aqua cum vino & corticibus recent.* Citri præparatur, quæ per rectificationem tranſit in *ſpiritum*, & ſp: hic per infuſionem crebram foliorum Meliſſæ recentium inciſorum in *Eſſentiam degenerat.*

## ¶ CCVIII. Melo.

Σίκυος, Melo, *Brunſ. Tab. Trag. Ger.* Melo ſive melopepo vulgi. Cucumis, *Gal. Dod.* Melo vulgi ſeu cucumis antiquorum, Melopepo Dioſcoridis, *Lob.* Melopepo, *Lon.* Pepo, *Matth. ico. Fuchſ. Caſt.* Pepo, grandis Melo, *Cord. hiſt.* Melo vulgaris, C. B. 1. German. Melonen/ Pfeben. Melons. *Melons*, or *Pompions.* Meloenen.

N. *Matthiolus majores vocat Pepones, minores, melopepones.*

Gaudent ſolo aprico & verſus meridiem ſito, pingui, æſtateque ſerenâ. Colligendi ſunt ante ortum ſolis.

## OFFICIN. NAT.

*Semen* excorticatum & non excorticatum.

Vires. *Ipſe fructus ſeu pulpa refrig. & humect. nutrimenti eſt mali, putreſcibilis, febribus ac torminibus generandis apti [lumbricum tamen latum occultâ qualitate necare putatur.]*

N. *Minus nocet coctus, potuque vini & pipere correctus.*

Semen, *eſt è 4. ſeminibus frigidis majoribus, aperit, ac abſtergit, Epaticum eſt & nephriticum, ea propter confert tuſſi, phthiſi & febribus, medetur ſtranguriæ, ardorem urinæ, ſitimque ſedat, &c. Vide reliqua ſemina frigida majora, cum quibus in omnibus convenit.*

## PRÆPARATA.

*Melones conditi.* Inciduntur melones nondum maturi ſecundùm longitudinem, macerantur que in ✛o dies aliquot (10.) hinc effuſo ✛ recens affunditur, macerantur que denuò. Tandem exempti ac ſiccati in melle, vel ſaccharo ſyrupiſato ſenſim coquuntur admiſtis aromatibus pro libitu.

## CCIX. Mentha.

μίνθη, ἡδύοσμος; Müntz-Balſam. Mente. *Mint.* Munte.

Eſt
- ſativa
  - Acuta } *hujus loci.*
  - Criſpa } *hujus loci.*
  - Saracenica *Vide loco ſequenti.*
- Sylveſtris. Mentha caballina, mentaſtrum; *minus officinalis eſt.*
- Aquatica. *Vide ſiſymbrium.*
- Cattaria. *Vide Nepeta.*

Etſi mentha utraque tam acuta, quàm criſpa eatundem virium adeoque officinalis utraque ſit, præfertur tamen à nonnullis Criſpa ceu nobiliſſima, ſive verticillatam velis ſive ſpicatam & potiſſimùm cujus caulis ad rubedinem inclinat, rubra inde vulgo dicta.

Videatur Mentha ſativa ſeu criſpa, *Trag. Cord. in D.* Mentha ſativa altera, *Matth. Fuchſ. Dod.* Criſpa, *Lon. Cam.* ſive Balſamitha. Mentha rotundifolia

altera flore ſpicato, ſive cruciata Mentha, *Lob.* Mentha ſativa minor. *Caſt.* Mentha rotundifolia criſpa ſpicata, C.B. 5. German. Krauſemüntz. Mente crepue ou friſée de jardin. *Criſpe Mints.* Brunnheyligc of Cruysmunte.

Mentha anguſtifolia ſpicata, C. B. 7. Mentha, *Brunſ.* 1. *Matthiol. Caſt.* ſativa vel hortenſis, 3. *Dod. Fuchſ.* acuminata, *Lon.* acuta, *Tab.* Roman. *Lob.* cruciata, *Ger.* odorata anguſtifolia. *Cam.* German. Spitzmüntze. Mente feuilles eſtroites. *Spear-mint.* Scherpputte Munte.

N. *Hæc foliis eſt tum latioribus, tum anguſtiſſimis & longiſſimis.*

Colitur in hortis: gaudet locis apricis, non pinguibus quidem, ſed humidis. Floret Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* cum Floribus.

Vires. *Calfac. & ſicc. in princ. 3. partium eſt tenuium, ſubaſtring. Uſus præcip. in ventriculi imbecillitate, cruditate, ſingultu, vomitu, flat. ardore, Epatis obſtructione, inteſtinor. dolore, capitis vertigine, lactis coagulationem impedit. Extrinſecus corrigit ventriculi imbecillitatem, doloreſque colicos ſopit (cataplaſ.) duritiem mammarum lactiſque coagulationem, capitiſque achores ſanat, &c.*

N. *Mentha aquatica eaſdem cum ſativa vires habet, adeoque in defectu ſubſtitui poterit.*

## PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba.

N. *Mulierculis uſitatiſſima eſt, ad tormina ventris in infantibus compeſcenda.*

2. *Syrup. de mentha minor.* Ex ſuccis menthæ granatorumque ana. Vide diſpenſ.

3. *Syrup. de mentha major.* V. C.

[ Habetur & Mel Menthæ. ]

4. *Conſerv.* Ex foliis.

5. *Oleum ſtillat.*

6. *Oleum infuſ.* ex mentha criſpa.

7. *Balſamus.* Rarus eſt.

8. *Sal* Ex cinere.

HOFMAN. *Mentha.* ) Poſthabitis aliis ſpeciebus de *Menthâ acutâ & criſpâ* tantum hic loci agemus, & inprimis de *Criſpâ*, ceu nobiliſſimâ. Germ. Krauſemüntze.

*Vires. Calefac. ſicc &c.* ) Specificum eſt ſtomachicum, ſi ventriculus vomitu debilitetur, & vis ejus digeſtiva langueat, hæc tàm internè, quàm externè adhibita prodeſt.

N. *De Menthâ ſylveſtri*, ſeu *caballina* aut *Mentaſtro* dictâ, aliàs minus officinali *P. Borelli Centur.* 1. *obſerv.* 29. & 30. pro arcano revelatum fuit, mulieres concepturas, licet ſteriles exiſtimentur, ſi antequam virum accedant, placentulam ejus vulvæ imponant coronæ inſtar effigiatam, idque ſub fine menſtruarum purgationum fieri debere.

*Ex Menthâ criſpâ*, cujus caulis ad rubedinem inclinat, deſtillatur *aqua cum vino.*

## ¶ CCX. *Mentha Saracenica.*

Balſamita, *Brunſ.* Mentha Saracenica, *Cord. in D. Lon. Cam.* Mentha corymbifera major, *Cord. hiſt.* Coſtus hortorum, *Lob.* M. Græca, *Matthiol. Caſt.* Aliſma. *Trag.* M. hortenſis Corymbifera, C.B. 1. [ & 2. ] aliis mentha Romana, Mentha S. Mariæ, Germ. Frauen-Müntz/ Marien-Müntz/ Pfaffenrechen-Kraut. La Menthe ſarraſenique, Spear Mint. *Saracen Mints, Roman. Mint, Our Ladies Mint.* Roomſche Munte/ Onſe Brouwen Munte/ Balſem-Munte.

Colitur in hortis & cœmiteriis. Floret Iunio, & Julio.

Officinalis quidem eſt, ſed rariſſimè, non èretamen eſſet, aſſervare *Folia* grati odoris & ſaporis, ut & *Radices.*

Vires. *Calf. ſicc. aper. atten. diſcut. abſterg. auxiliatur uterinis affectibus, menſes ciet, jecur corroborat, peculiarique vi opii aliorumve venenorum malignitatem retundere ſtatuitur.*

Doſis ad ℨ ij. præcipuè radix.

*Extrinſecus adhibetur in balneis ad ciendos menſes, &c.*

HOFMAN. *Mentha Saracenica.* ) *Balſamita. Corymbifera, Mentha S. Mariæ.* German. Marienmüntze. Colitur in hortis. Floret Iunio & Iulio.

*Vires. Calef. ſicc. aperit, atten. diſcut. abſterg. &c.* ) Specificum uterinum eſt, Menſium ſuppreſſioni ſuccurrit, maſſam ſanguineam refocillat, venenis reſiſtit. Externè in inſeſſibus adhibetur.

## ¶ CCXI. *Mercurialis.*

Λινόζωστις, German. Bingel-Kraut/ la Mercuriale, *Mercury.* Mercuriael/ Bingelcruyt noſtratibus, Butergrün. Mercuriale [By ſome] *Winter-green.* [By ſommige] Wintergroen.

Mas teſticulata,
C. B. 1.
Fœmina ſpicata
C. B. 1.
} *uſurpantur promiſcuè.*

Mas inſignitur Mercurialis, *Trag. Brunſ.* M. mas, *Matthiol. Fuchſ. Dod. Lob. Caſt. Tab. Ger. Cam.* Mercurialis maſcula, *Cord.* Phyllon arrhenogonon Theophraſt. *Cord. in D.* Mercurialis teſticulata ſive mas, *Dioſc.* C. B. 1.

Fœmina dicitur: Mercurialis vulgaris, & 1. *Trag.* M. Fœmina, *Matth. Fuchſ. Dod. Lob. Caſt. Tab. Ger.* M. ſpicata ſeu fœmina, C. B. 2.

Naſcitur in campeſtribus cultis, vinetiſque. Floret per integram æſtatem.

N. *Eſt & Mercurialis ſylveſtris ſeu montana, ſed minus uſualis.*

## OFFICIN. NAT.

*Folia.* Semen [ menſes ciens. ]

Vires. *Mercurialis calf. & ſicc. 1. abſterg. alvum movet (bilem ac* ▽*as purgat.) Extrinſecus talis adhibita menſes & ſecundinas trahit, tumores emollit, frequentiſſimi uſus in clyſteribus.*

N. *Sunt è noſtratibus mulierculis, quæ Mercurialem infantulis cum pappa exhibent, ut alvum ſemper retineant, torminaque præcaveant.*

## PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba floreſcente.

2. *Syrup. de ſucco Mercurialis*, & ſaccharo ½, Vide Diſp.

3. *Mel Merceuriale.* Ex ſucc. & mell. ½. Vid. Diſp.

N. *Adhibentur potiſſimùm in clyſteribus.*

HOFMAN. *Mercurialis* ) Germ. Bingelkraut. Communiter in *Marem teſticulatam*, & *fœminam ſpicatam* diſtinguunt, quam ſexus differentiam in plantis Cl. Helmontius rejicit, vid ſupra Libr. 1. promiſcuè tamen in uſum veniunt, cum Dioſcorides utramque ad alvum ciendam commendet. Unde & *Caſpar.* *Hoffmannus*

*Hoffmannus* ex numero quatuor herbarum emollientium excludit & in claſſem perfunctoriè purgantium transfert, bilem enim ac ſeroſos purgat humores. Extrinſecus vulvæ impoſita menſes & ſecundinas ducit, creberrimi uſus in clyſteribus.

### ¶ CCXII. *Meſpilus.*

Μέσπιλος, Meſpilus, *Brunfelſ. Trag. Lon. Lob. Dod.* meſpilus altera, *Matth.* meſpili altera ſpecies ſpontè proveniens, *Cord. in D.* meſpilus vulgaris, *Cluſ. hiſt. Cam. Epit.* meſpilus vulgaris Germanica folio laurino non ſerrato, C. B. I. ſive meſpilus ſylveſt. Germ. Neſpel-Baum/ Meſpel-Baum. Neſles *Medlars*, Miſpelen.

Creſcit in hortis. Floret Iunio, Fructus fert Octobri.

#### OFFICIN. NAT.

*Fructus* (μέσπιλον) *Oſſicula, Folia.*

Vires. *Fructus (meſpila) refrig. ſicc. ſaporis ſunt auſteri, aſtringunt, conſtipant validè, ventriculo noxia ſunt præcipuè dum duriuſcula adhuc extiterint, emollita enim aſtringunt levius, nocentque minus, ac facilè putreſcunt. Uſus eſſe poſſunt in diarrhœa, dyſenteria. Extrinſecus in vomitu, fluxuque alvi ſiſtendo (cataplaſ.) impoſiti.*

Oſſicula. *(lapilli acini) commendantur ſummoperè ad calculum atterendum & expellendum.*

Folia *ſimilem vim cum fructibus obtinent adeoque iiſdem indurationibus inſerviunt. Et præcipuè in gargariſmis, balneis uterinis.*

#### PRÆPARATA.

*Conditi fructus:* cum melle.

HOFMAN. *Meſpilus.*) Germ. Meſpelbaum. Creſcit in hortis. Floret Iunio. Fructus fert Octobri.

N. Iohannes de Laet *in deſcript. Indiæ Occid.* Lib. 3. c. 22. alterius fructus mentionem facit in Virginiâ reperti *Meſpilis Noſtratibus* ſimilitudine reſpondentis, minimè edulis, antequam emolleſcat, colore ad ceraſa accedentis, ſapore ſuavis & ferè inſipidi.

### ¶ CCXIII. *Meum.*

Μῆον, Officin. Meu indeclinabiliter. Meum, *Matthiol. Tab. Ger. Caſt. Dod.* Daucus *Caſt.* Tordylium, *Cord. in D.* Meum vulgare tenuifolium, *Cluſ. hiſt.* Daucus Creticus *Trag. Fuchſ.* Seſeli Creticum, *Fuchſ.* Meum foliis anethi, C. B. I. Beer-Wurtz/ Bär-Wurtz/ wilder Dill/ Bärn-Dill/ Bären-Fenchel/ Mutter-Wurtz/ Hertz-Wurtz. *Spignel, Men (Feaverfevv.) Wild. Dil.* Meu/ Beerwortel/ Valſchelick *Eppe* genoemt.

Creſcit copioſè in ſylva Hercinia, aliiſque locis montanis, ut & in montibus campeſtribus & apricis; apud nos non niſi in hortis cultum invenitur. Floret Iunio ac Iulio.

#### OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Calf. 3. ſicc. 2. atten. aper. flatus diſcutit. Uſus præcip. in inflatione, ac ructu ventriculi, in menſibus ac urina ciendis, in uteri ſuffocat. In torminibus ventris, in catarrhis tartaroque Pulmonum expectorando. Extrinſecus in balneis, cataplaſmatis, &c.*

#### PRÆPARATA.

*Multas ingreditur compoſitiones ut & ipſam Theriacam.*

HOFMAN. *Meum.*) vel *Men*, caule & foliis anetho ſimile, craſſius tamen Anetho, ad cubitos duos inſurgens, ſparſis radicibus tenuibus, obliquis & rectis, longis odoratis.

*Duo genera ſunt Athamanticum ab Athamante inventore nobilius, at alterum minus ruffum ignobilius.*

*Utrum Noſtrum Meum*, quod poſſidemus, verum ſit ac Legitimum *Dioſcoridis*, dubitat *Matthiolus*; Verùm Nos nulli dubitamus, ita ut non opus habeamus aliunde importari illud, Germ. Bärwurtzel, quod uteri torminibus in ore detenta & maſticata radix medeatur.

*Vires. Radix calefac. ſicc. atten. aper.* &c.) Hujus uſus eſt in omni flatulentâ affectione ventriculi, inteſtinorum, uteri, & in catarrhis à causâ frigidâ ortis, ac tartaro pulmonum.

Multas veterum ingreditur compoſitiones, veluti *Lithontribon Nicol. Auream Alexandrinam, Diatrocum Meſ.* & *Theriacam Androm.* &c.

### ¶ CCXIV. *Milium.*

Κέγχρος, Milium, *Brunfelſ. Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Caſt. Tab.* Milium aureum & album, *Cam.* Milium ſemine luteo vel albo. C. B. I. Hirs/ Hirſchen. Du Miliet, *Milium, Millet, Hirſe.* Milie of Hirs.

Gaudet ſolo arenoſo humido. Floret Auguſto.

#### OFFICIN. NAT.

*Semen* ac *Farina* ſeminis.

Vires. *Refrig. & ſicc. 3. alvum conſtipat, eſt difficilis digeſtionis, plurimi tamen ac laudabilis nutrimenti. Decoctum ſudorem ac urinam potenter movet. Extrinſecus exiccat catarrhos, dolores capitis & ventris ſedat, (toſtum cum Sal. com. calid. vertici vel ventri impoſitum) conſumit lac, pellit calculum, renum (in baln.) Diarrhœam infantum ſiſtit, (cataplaſ.) cum decocto ſumach.*

#### PRÆPARATA.

▽ *ſtillat.* Ex herba floreſcente. Inſigne præſervativum cenſetur in calculo.

2. *Decoctum D. Ambroſii*, ℞. Milii ℔ j. coq. in ▽ ℔ iij. ad crepaturam, coletur.

Vires. *Magnarum virium cenſetur in febribus, inprimis tertiana, ſi in declinatione paroxyſmi exhibetur ad ſudorem eliciendum.*

N. *Aliis vinum adhibuiſſe placet.*

HOFMAN. *Milium.*) Germ. Hirſchen. Creſcit ſolo arenoſo humido. Floret Auguſto.

*Semen atque ejus farina in uſu ſunt Medico, Vires. Refrig. ſicc.* &c.) Diaphoreticum ac Diureticum eſt. Unde in hydrope, calculo renum ejus decoctum commendatur; Externè toſtum cum ſale plantis pedum impoſitum tumores pedum diſcutit, exſiccat, catarrhos, dolores capitis & ventris demulcet &c. *Ex herbâ Milii Aqua* deſtillatur, in calculo medicamentum prophylacticum. *Decoctum ſeminis* cum ▽ vel vino ad crepaturam magnarum eſt virium tertianis intermittentibus imminente paroxyſmo ad ſudoris eruptionem propinatum.

### ¶ CCXV. *Milium ſolis.*

Λιθόσπερμον, Lithoſpermum. *Brunſ. Fuchſ. Cord. in D. Lon.* Lithoſpermum minus, *Matth. Dod. Lob. Caſt. Ger.* Vulgare minus, *Cam.* Lithoſpermum legitimum, *Cluſ.* ſaxifraga tertia, *Brunſ.* Milium ſolis ſativum, *Trag. Fuchſ.* Lithoſper. arvenſe, *Tab.* majus erectum, C. B. 3. minus, *Matth.* German. Meerhirſche

ſche Steinſaaten. Saxifrage. Du Milium ſolis. Gremovel, a third ſort of Saxifrage. Peerlencruyt. Steenſaet.

Creſcit in hortis, inter fruges incultum. Floret Majo.

## OFFICIN. NAT.

Vires. *Calf. & ſicc. 2. calculum inſigniter comminuit ac expellit, Renes abſtergit, urinas ciet, partum pellit.*

Doſis ſem. ℨj. ad ℨij.

N. *Sunt qui pro certo experimento jactitant, in febri quotidiana ante invaſionem ſemen exhibere, idque vicibus iteratis.*

## PRÆPARATA.

▽ *ſtillat.* è foliis.

HOFMAN. *Milium Solis.*) *Lithoſpermum* German. Meerhirſen Steinſamen. Lithoſpermum à ſeminis duritie. Pro Milio Solis rectius Milium Soler dicitur, quia admodum frequens eſt in montibus Soler. *Lachryma Mariæ* vocant nonnulli.

Creſcit in aſperis & editis locis, etiam in hortis, & inter fruges incultum. Floret Iunio. Semen Autumno perficitur.

*Semen in uſu eſt, rarò folia.*

*Vires. Calef. ſiccat. &c.*) Specificum lithontripticum eſt, calculos expellit, urinas movet, obſtructiones aperit, ſecundariò parturientes juvat.

*N. Sunt, qui pro certo experimento jactitant, in febri quotidiana ante invaſionem ſemen exhibere &c.*) Verum hoc experimentum refero inter illa quæ interdum ſuccedunt, ſæpè autem non, quia nullam excogitare poſſum rationem, fermentum quâ febrile extinguatur.

## ¶ CCXVI. *Millefolium.*

Στρατιώτης, ὁ χιλιόφυλλος, Stratiotes, millefolia, *Fuchſ. Caſt.* millefolium terreſtre majus *Tab. Cord.* millefolium album, *Brunf.* millefol. vulgare, *Trag.* Achillea, *Lon. Dod.* millefolium, *Cam.* millefol. ſtratiotes. *Cord. in D.* millefol. album, C. B. 2. ſupercilium Veneris. German. Garbe/ Tauſend-Blat/ Garben-Kraut/ Schaaf-Garbe/ Schaap/ Ripp/ Jungfern Augen-Braun. Millefeuille. *Tarrow. Thouſand Leaf.* Gerwe/ Duyſent-bladt.

Creſcit paſſim locis aridis juxta vias in cœmiteriis, &c. floret Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus.

Vires. *Exiccat, aſtringit cum temperato calore ac amarore: hinc medetur vulneribus, tumoribus ac inflammationibus ſine repulſione. Uſu itaque interno convenit, in hæmorrhagiis ac fluxionibus omnis generis, narium uteri, alvi, vulnerum, ſcreatu ſanguinolento, vomitu, urina reteuta, calculo, mictione ſanguinolenta, gonorrhæa, hæmorrhoidibus, fluore uterino, mariſcis, cruore, vulneribus. Extrinſecus adhibetur feliciter cephalalgia, pterygio oculorum, hæmorrhagia narium, vulnerum odontalgia (maſticando vel emplaſtrando) menſibus ſuperfl. fluori albo, diarrhœæ, vulneribus conſolidandis, tumoribus hæmorrhoid. Herniæ, Iſtibus venenatis, contracturis, tumori penis.*

N. 1. *Sunt qui herbam cum floribus in peſte præſervanda & curanda, pro ſecreto peculiari vendicant.*

N. 2. *Herba recens naribus indita hæmorrhagiam cauſatur*

## PRÆPARAT.

▽. Ex herba cum floribus.

N. *Medetur putredini gingivarum quàm optimè.*

HOFMAN. *Millefolium.* Στρατιώτης ὁ χιλιόφυλλος. Millefolium à foliorum multiplici copiâ nomen ſortitum, licet & aliæ plantæ hoc aſſumant nomen, ut Achyllæa, Sideritis. *Stratiotes* autem ſeu *militaris* dicitur, quod inflictâ curet vulnera militibus.

Dividitur autem communiter in *Aquaticam*, de quâ alibi, & *terreſtrem*, quæ hujus loci eſt.

N. Præter vulgarem dictam ſpeciem datur etiam *Alpinum Incanum flore ſpecioſo tomentoſum* flore luteo, *Narbonenſe*, item *Alpinum & Creticum. vide Dominic. Chabr. l. c. p. 546*

*Vires. Exiccat, aſtringit, cum temperato calore &c.*) inter vulneraria facilè princeps eſt; dum vi ſuâ leniter abſterſivâ omne acidum in ſanguine & latice præter naturam contentum imbibit, unde vulnera conglutinat, hæmorrhagias ſiſtit; prout & in aquâ calidâ infuſum & aſſumptum ad aliquod tempus, qui ſuccus eò melius in hæmorrhoidum doloribus & fluxu earum immodico valde confert. Communiter etiam ejus decoctum contra abortum mirè commendatur. Et mireur quiſpiam, quomodò extrinſecus, prout & D. *Anshro* atteſtatur, hæmorrhagiæ narium medeatur, recens autem naribus herba indita hæmorrhagiam cauſetur diverſos quaſi edendo effectus? Verùm *Millefolii* herba naribus recens indita leniter pungendo reſerat venas & arterias capillares, ac ita ſanguinem elicit, ut hæmorrhagiæ narium inde oriantur. Aliter autem cum ejus ſucco eſt comparatum, qui glutinandi obtinet facultatem.

## ¶ CCXVII. *Momordica.*

Balſamina, *Matth. Fuchſ.* Balſamina cucumerina punicea, *Lob. Tab.* mas. *Cam. Ger.* Pomum Hieroſolymitanum, Balſamina rotundifolia repens ſeu mas, C.B. 1. German. Balſamapffel. Merveille. *Balſam Apple of Ieruſalem.* Balſem-Appel.

Colitur apud nos in hortis.

## OFFICIN. NATIVA.

*Folia* & *Fructus* (*Poma* dicti.)

Vires. *Refrig. parumque ſiccat, vulneraria eſt, dolores ac præſertim hæmorrhoidum mitigat. Extrinſecus ſanciatis confert nervis, herniæ, ambuſtis, &c.*

## PRÆPARAT.

*Oleum.* Fit ex infuſione & decoctione fructus (exempto ſemine) in oleo amygd. dulcium.

HOFMAN. *Momordica.*) *Balſamina*, aliis *balſaminum*; *pomum mirabile*, & *pomum Hieroſolymitanum*. Germ. Balſamapffel. Folia habet bryoniæ vel vitis, ſed minora, crenata & fiſſa, glabra virore nitentia. Flores ex albo lutei, quinque foliis conſtantes, caulis unciam longus. Radix eſt fibroſa parva, fructus rubri, carne puniceâ ſemine citrulli. Dicitur *Balſamina* ob vim ſanandi vulnera mirabilem.

Non niſi ſata provenit in hortis, etiam noſtris, licet in Italiâ & aliis calidis provinciis felicius creſcat. Apud Nos floret in Auguſto, & rarò ad maturitatem fructus pervenit.

*Vires. Refrigerant & parum ſiccant, &c.*) ſcilicet cum moderatâ frigiditate reſiccant; Vulneraria ſunt recentibus impoſita vulneribus cum vino infuſa & cocta coli & hæmorrhoidum dolores ſopiunt, rupta ac convulſis utiliter adhibentur. *Oleum* fit ex infuſione ac coctione fructus exempto ſemine in oleo amygdal. dulc. hoc vulnerum inflammationibus medetur, acta cito glutinat, mammillarum etiam ſiſſuris auxiliatur, & toti nervoſo generi læſo prodeſt.

N. In Java teſte Iacobo Bontio, ſpecies *Balſaminæ* oritur *Daun-ſouwer* incolis dicta, & eſt frutex in humanam aſſurgens altitudinem folio ad marginem diſſecto *Balſaminæ*, cujus odorem etiam proximè refert.

*Morſus Diaboli*
*vid.*
*Succiſæ.*

## ¶ CCXVII. *Morus.*

Μορέα, Maulbeer-Baum. Meurier. *Mulberry-Tree.* Moerbeſieboom.
{ alba, album ferens fructum.
{ nigra, celſa, nigrum ferens fructum. *Hæc præfertur.*

Dicitur Morus, *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Tab. Ger.* vulgaris, *Cam.* Morus nigra, *Cord. in D. Caſt.* Morus celſa officinis, *Lob.* Morus fructu nigro, C. B. 1.

Maturèſcit fructus Auguſto.

### OFFICIN. NAT.

*Cortex* (præcipuè radicis,) *Folia & fructus*, exiccatus, ſed raro.

Vires. Co tex *Radicis calf. & ſicc. amari ſaporis eſt, abſt rg. adſtring. Epar ac lienem aperit, alvum laxat, tineas latas enecat.*

Fructus *nigri immaturi* (*mora immatura*) *refrig. & ſicc. 3. valide aſtring. Uſus præcip. in omnibus fluxibus. Exemp. gr. diarrhœa, dyſenteria, fluxu menſtruo, expuitione ſanguinis. Extrinſecus in faucium ac oris inflammationibus, ulceribuſque.*

Mora *matura, refrig. & ſicc. parum* (*aliis humect.*) *ſolvunt alvum,* (*initio paſtus*) *ſitim ſedant, appetitum excitant.*

N. *Nutrimenti ſunt pauci & putreſcibilis.*

Folia *vel ſola vel cum cortice cocta odontalgiam ſedant* (*gargar.*)

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex moris immaturis.

N. *Raro proſtat.*

2. *Rob. Diamoron ſimpl.* Ex ſucc. & mell. ⁝. Vide Diſp.

3. *Diamoron Compoſ.* Fit ut ſimpl. addendo myrrh. croc. omphac. Vide Diſpenſ.

4. *Diamoron Nicolai.* Ex ſucco moror. Celſi ℔ß. Mororum rubi ℔ j. mell. ℔ j. ſapæ ℥ iij. V. D.

N. *Hoc uſitatiſſimum eſt.*

5. *Diamoron Cordi.* Ex ſucco moror. Rubi, Rubi Idæi, Celſi, fragor & melle. V. D.

N. *Mororum ſucci ex immaturis moris exprimendi ſunt.*

Hofman *Morus.*) Eſt autem vel *Alba*, album ferens fructum, vel *Nigra*, nigrum ferens, atque hæc appetitur.

N. Ad hanc etiam ſpectat *Chamæmorus Norvvagica*, cujus fructu grati eſt ſaporis & ſpecificam vim anti-ſcorbuticam obtinet, ex hoc *ſpiritus* & *Roob* confici poteſt. *vid. D. D. Simon Pauli l. c. p.* 404.

Noſtratis Mori fructus maturèſcit Auguſto.

*Radicis cortex, folia & fructus veniunt in uſum.*

*Vires. Cortex radicis calefac. & ſicc. abſterg. adſtring. &c.*) unde in epatis ac lienis obſtructionibus aperiendis maximè ſalutaris exiſtit.

*Fructus Nigri immaturi refriger. & ſicc. valdè adſtring. &c.*) Unde in hæmoptyſi, nimio menſium fluxu, alvi profluvio, & externè in faucium inflammationibus commendantur. *Fructus Maturi* ſeu *Mora Matura* refrigerant quidem, ſed non ſiccant, verùm humectant potiùs, alvum ſolvunt, & ſitim ſedant, pauci nutrimenti & noxii putreſcibilis.

*Folia* etiam refrigerant & ſiccant, ac adſtringunt, hinc in dentium dolore vel per ſe, vel cum cortice cocta in vino pro oris collutione non ſine ſalutari effectu ſunt. *Ex Moris immaturis* nonnulli *aquam deſtillant*, ſed rari uſus, utuntur eâ ad prædictos affectus. *Roob Diamoron ſ. &c. &c.* in uſu ſunt. Horum virtus in faucium & oris inflammationibus à Principio cum aq. prunellæ & aliis eſt egregia.

N. Ex cymis ſeu tenerioribus cauliculis *Mori Noſtratis nigræ* tempore verno, antequam erumpant, ſynovia in vitro radiis ſolaribus expoſito colligitur in epiphorâ & ophthalmiâ eximiæ energiæ.

## ¶ CCXIX. *Moſchata, Macis.*

Nux moſchata & muſcata, *Lon. Lob. Fragoſ. Cord. Tab. Acoſt.* Nux Aromatica, moſchocaryon, moſchocarydion, Nux myriſta ſeu unguentaria. *Matth. Caſt.* N. myriſtica, *Cluſ. exot.* Nuciſta, Nux moſchata fructu rotundo, C. B. 1. German. Muſcat-Nuß. Noix muſcade. *Nutmeg.* Noote muſchaet.

N. *Cluſius duplices ſtatuit, minores* (*fœminas*) *& majores, ſeu oblongas* (*mares.*)]

Creſcit in Inſula Banda Indiæ Occidentalis.

Duplici cortice veſtita eſt: altero exteriori & craſſiſſimo, per maturitatem dehiſcente, ut in juglandibus; altero tenuiore, nucleum proximè inſtar reticuli ambiente, eoque primum coloris rubeſcentis, poſtmodum flaveſcentis, & hæc officinarum Macis eſt: Germ. Muſcatblüth. Muguette *alias* feuilles de muſcat. *Mace* Foely.

N. 1. *Macer veterum eſt ligni cujuſdam cortex lignoſus, craſſus, rubeſcens, ex Barbaria afferri ſolitus, guſtu valde amarus & aſtringens, adeoque differt à maci, quanquam interdum modernis confundantur.*

N. 2. *Eſt & genus maceris Inſul. Oriental. quod forſan idem cum veterum.* Vid. Chriſt. Acoſt. c. 12.

### OFFICIN. NAT.

*Nux* ac *Macis.*

Eligenda Nux recens, gravis, pinguis & quæ acu puncta, ſuccum oleoſum remittit.

Macis probatur odore ſuavi, ſapore ſubacri, colore flavo.

Vires. Nux *calf. & ſicc. ſubaſtr. eſt ſtomachica, cephalica, uterina, diſcutit flatus, coctionem juvat, halitum fœtidum oris emendat, fœtum recreat, lipothymiæ ac palpitationi cordis ſuccurrit, lienem minuit, alvi flores compeſcit, vomitum ſiſtit.*

Maci *eædem vires adſcribuntur, quia tamen partium tenuiorum exiſtit, ideo & operando efficacior & magis penetrans habetur.*

### PRÆPARATA.

1. *Condit. Nuciſt.* Condiuntur nuciſtæ virides, integræ ut juglandes, conditæque ad nos tranſportantur.

2. Condiuntur ſine involucris.

N. *Poſſunt & apud nos condiri: videlicet.* ♃. *Nuciſtas quoad fieri poteſt recentiſſimas, macera in lixivio forti, dies* (9. & 10.) *ut molleſcant: dein abrade extremam cuticulam lavaque donec lixivio penitus exutæ ſint: hinc ſicca ac cum ſaccharo ſyrupiſato condito.*

[Syrupi de Nuce Moſchata fit mentio à M. Baſ: utilis concinnari poteſt ad diarrhæas & dyſenteriam puerulorum, meditullium nucis conditæ cum vino generoſo coquendo.]

2. *Confectio Macis.*

N. *Conficiuntur ut Nuciſtæ, ſed rariſſimè.*

3. ▽ *Nuciſtæ* parari poteſt ut Cinamomi. *Vide lib.* 2.

4. *Oleum*

4. *Oleum Nuciſtæ ſtill.* extillat unà cum ▽. prodeſt in cardialgia & ſim.

*Doſis gr. iij. iv.*

5. *Ol. Nuciſtæ expreſſum.* Exprimitur ex nucibus recentibus contuſis & in ſartagine fervefactis l. communi.

Vires. *Prodeſt in torminibus ventris ac nephriticis, (in liquore calido exhibitum.) Extrinſecus conciliat blandè ſomnum, (temporibus illitum) tormina infantum ſedat, (umbilico inunctum.)*

N. *Ex oleo expreſſo paratur corpus balſamorum.*

6. *Sal Nuciſtæ.* Ex remanentia incinerata elixiviatur.

7. *Ol. Macis ſtillat.* Eodem paratur modo.

Doſis gr. iij. iv.

8. *Ol. Macis expreſſum.* Exprimitur itidem ut dixi.

9. *Extract.* ℞. Ol. Nuciſt. expreſſ. q. v. extrahe ſecundùm artem digerendo, cum 🜅 rectificatiſſimo: decanta, filtra & abſtrahe ad conſiſtentiam olei.

Vires. *Præter utilitates alias, Balſamo nuciſtæ conficiendo inſervit.*

N. *Album corpus poſt extractionem reſiduum aliquoties ▽ calidâ abluatur, ſerveturque pro corpore Balſamorum, quod præſtat tamen, ſi extractio cum 🜅 tartariſato peracta fuerit.*

10. *Balſamus Macis.* Fit ex oleo expreſſo additis guttulis aliquot deſtillati olei.

11. *Balſamus Nuciſtæ.* Fit ſimiliter.

HOFMAN. *Moſchata, Macis. Nux aromatica, Nux Myriſtica* &c. German. Muſcaten Nuß. Arbor eſt indica, & maris folia habet fœminæ Arbori majora & craſſiori pediculo prædita, juglandis folio ſimilia, interdum pedis Romani longitudine, trium unciarum latitudine, color parte pronâ caneſcens, ſupinâ viridis & ſplendens nervoſa. Summo rami faſtigio adhærent fructus pyri fructui affines craſſo brevique pediculo nexi, qui quandoque bini, terni, quaterni, & plures ſimul conſpiciuntur, ut in Nuce juglande, ſimiles ſuperioribus quoad integumenta, niſi quod majores & longiores ſint; ac obtuſiores.

Ideoque *Nux Moſchata* Trium eſt generum juxtà Cl. Olaum Wormium *in Muſæo* p. 210. Mas, Fœmina, & Regia.

*Mas* rarus & eſt, fœminâ pretioſior, oblongus duarum circiter unciarum. *Fæmina* verò illa eſt, quâ vulgò utimur, figuræ ovalis, ut plurimum. *Tertium genus, quod Regium* vocant, minutum eſt & rarum, hoc licet minutum, colore tamen, ſucculentia & odoris fragrantia majores ſuperat. Ovalis eſt figuræ & reliquis ſimilis, niſi quod magnitudine vix grandius piſo.

Fructus. Nux Moſchata eſt vera Medulla Nucis Indicæ incluſæ prius cortici duro, qui cortex iterum obductus eſt tenuiori involucro eoque flaveſcente rubeo, ſeu floribus macis dictis, quæ contenta omnia exterius putamine ſeu carne ſatis craſsâ aut pulpâ rurſus teguntur, quæ per maturitatem deficiſcit, ut in juglandibus.

In Inſulâ maris indici, Bandâ dictâ creſcit abundanter in ſylvis ſpontanea. In Moluccis & aliis locis etiam habetur, ſed non eſt fructifera. Noſtro cœlo aſſueſcere nequit.

N. 1. *Cortice tenuiore nucleum proximè inſtar reticuli ambiente &c. hic officinarum Macis eſt.* German. Muſcatenblüthe.) Hic Autores ſæpè confundunt *Macim Arabum*, & *Macerem* Græcorum, quaſi unum ac idem eſſent. Verùm *Macis* dicta membrana eſt externa Nucem moſchatam propè totam veſtiens. *Macer* autem Græcorum cortex eſt ex Barbariâ advectus, lignoſus, ſubflavus, craſſus, ſolidus, adſtringens, radicis arboris cujuſdam, vaſtæ magnitudinis juxtà *Acoſtam*, multis ramis præditæ inſtar ulmæ majoribus.

*Vires. Nux calef. ſicc. ſubaſtring.* &c.) Stomachica eſt, cephalica, uterina, unde ventriculi coctionem juvat, flatus diſcutit, hepar ac lienem confortat, fœtum recreat, oris ſuavitatem commendat, viſum acuit, urinam movet, alvi profluvium ac vomitus compeſcit. Frigidis uteri prodeſt affectibus, lypothymiæ ſuccurrit.

N. *Nux Moſcata*, ut & ejus *cortices* narcoticæ ſunt, ſomnolentiam enim & ſtuporem quaſi univerſis membris inferre ſolent. Unde hac Nuce & Maci conditis in Iava cæteriſque regionibus Indicis calidioribus parcius utuntur. Nam ventriculum ſuâ oleoſitate ac balſamicâ ſubſtantiâ potius gravant, dum vaporibus ad cerebrum elatis ſomnolentiam inducunt, prout & *D. Autor de Ol. hujus Nuciſtæ* expreſſo etiam teſtatur, quod temporibus etiam illitum blandè ſomnum conciliet. Imò Iacobus Bontius *de Medicinâ Indorum in Notis ad Garc. ab Ort.* vidit, ex *Nucis Moſchatæ* nimio uſu aliquot non parum periclitatos eſſe, qui per diem unum atque alterum non ſecus ac Caro correpti, immobiles ac muti jacuêre certiſſimo indicio, cerebrum ac nervos non parum malè affectos. Verùm de nimio abuſu hæc dicta ſunto. Ex corticibus viridibus hujus Nucis incolæ in Bandâ inſulâ pultem coquunt, & ſaccharo condiunt, non inſuavem acidorum pomorum coctorum cum ſaccharo ſaporem æmulantem non tamen ſine effectu narcotico. *Idem* Bontius l. c. p. 83.

Macis iiſdem gaudet viribus, tenuiorum tamen partium, ideò effectu præſtantior mirè ventriculum roborat, flatus reſolvit, diuretica ac lithontriptica.

### Præparata.

1. *Condit. Nuciſt.* ſcilicet virides adhuc condiuntur, & ſic conditæ, ad Nos transferuntur. Mane & veſperi ante cibum ſumpta fœtum confortat, flatus diſcutit, & frigidis uteri & ventriculi affectibus medetur.

Ex *Nuce Moſchatâ* & medullâ panis cum vino generoſo *Aqua Nuciſtæ* paratur maximæ virtutis in ſtomachi ac uteri debilitate per Alembicum deſtillata ex MS. Cujus doſ. cochl. j. mane & veſperi. It. *Oleum Nuciſtæ deſtillatum* unà cum ▽, & ex nucibus contuſis calefactis prælo expreſſum prodeſt etiam in ventris torminibus, nephritide, ventriculi debilitate, cum vehiculo calido propinatum. Externè umbilico infantum inunctum diarrhœas ac tormina compeſcit eorum. Item temporibus illitum contra agrypniam facit. Magiſterium etiam ex Nuce Moſchata præparatur h. m. ℞. Nuc. moſch. ſelect. ℔ vj. contunde groſſo modo & immittantur Alembico magno, ſuper affunde ▽am fontanam puriſſimam q. ſ. deinde deſtilla per alembicum ex arena prodibit oleum volatile. Oleum verò fixum innatabit aquæ, hanc ▽am unà cum ſupernatante oleo fixo, filtra per linteamina vas aliquod terreum, ut inibi refrigeſcat, unà cum oleo fixo adhærente, id quod collige & in chartâ emporetica exſicca. Dein ceps cum ſp. 🜅. colorem omnem extrahe, ita ut magiſterium (ſeu potius oleum fixum coagulatum) nivis inſtar albicans reſtet.

Non nimio calore eſt exſiccandum, aliàs color ad rubedinem potius vergens magiſterio ſuperveniet. Vires, Summum eſt Arcanum in colicâ cum alvi fluxu, diarrhœâ, dyſenteriâ, ventris torminibus, menſium fluxu nimio, & omnibus aliis corporis profluviis, doſ. à ʒß ad ℈ ij. in vino vel cereviſiæ frigidæ hauſtu, ſuperbibendo hauſtum tepidum. Sic & *Oleum Macis deſtillatum ac expreſſum* eodem conficitur modo & ratione qualitatum roborantium & adſtringentium ſedativarum Archæi eaſdem imò præſtantiores edit operationes.

N. *Ex Oleo Nuciſtæ expreſſo* corpus Balſamorum præparatur, cujus elaborandi modum vide in *D. Autore*.

N. *Sal Nuciſtæ* ex remanentiâ incineratâ Nucum elixiviatum non accipies, quod quis non habet, alteri dare nequit, quia nihil agit ultra ſui inhærentiam.

## ¶ CCXX. *Muſcus.*

Βρύον, Arab. Uſnea, Moos. Mouſſe d'arbre terreſtre, de caillous, marine. *Tree-moſs.* Boom-moſch.

Muſcus:
- Arboreus. *De quo hîc.*
- Terreſtris. *De hoc ſequenti loco.*
- Saxatilis. *Vide Lichen.*
- Marinus. *Vide corallina.*

Muſcus, qui arboribus accreſcit, figuræ ratione potiſſimùm triplicis eſt ſortis, 1. capillaceus, id eſt, habens formam capillorum, adnaſciturque caudici, (C. B. 1. ſeu uſitatius officinarum.) 2. Fœniculeus, id eſt, fœniculi folia æmulans, (C. B. 3. ſeu muſcus arboreus cum orbiculis,) *Tab.* Muſcus ramoſus, floridus & non floridus. Adnaſcitur ramis. 3. Cruſtaceus, habens formam cruſtarum, (C. B. 7. ſeu muſcus pulmonarius, *Tab.* pulmonaria.) Vide pulmonariam arboream.

Ex his hujus loci ſunt priores, quorum uſualior primus, adeoque uſnea officinar. dictus. Hic tum

tenuior

tenuior eſt, tùm craſſior: aliàs brevior aut prolixior: omnes candeſcentes, pauci rutilantes, quandoq; nigri. Primæ nobilitatis ſunt muſcus lariceus, piceus, pineus & abietinus. Hinc populeus, ſed candidus (nigricans enim improbatur) utiliſſimus omnium eſt quernus.

Videatur Muſcus arboreus, *Trag. Matth. Dod. Caſt.* Muſcus, *Cord. in D.* Muſc. arborum, *Lob. Tab.* Muſc. quernus, *Lob. Ger.* Muſcus arboreus: Uſnea officinar. C.B. 1. inter ſpecies muſci arborei.

Colligendus eſt in initio veris.

Vires. *Muſcus omnis aſtring. Uſus præcip. in Ictero, vomitu, diarrhæa, dyſenteria, abortu præcavendo. Extrinſecus in laxitate gingivar. in ſanguinis fluxu compeſcendo,* [*cum thure in vino & modico aceto in nervis punctis & dolentibus.*]

N. *Quia ſignaturam capillor. habet, ideò & capillis muſcum dicatum eſſe volunt.*

Hofman. *Muſcus.*) βρύον. *Uſnea.* German. Mooß. Licet variæ hujus ſint ſpecies, de quibus Botanici ſunt conſulendi, de *Arboreo* tamen *Muſco* hîc loci acturi ſumus, qui etiam figuræ ratione diverſus eſt, dum ſcilicet vel capillaceus, fœniculeus, cruſtaceus, &c. vel variat ratione ſubjecti, cui inhæret, ſic alius lariceus, quercinus, populeus, pineus & abietinus &c.

Nos de *Capillaceo* ceu uſitato officinarum hîc agimus.

*Vires. Omnis Muſcus adſtringit &c.*] Unde internè convenit in omnibus alvi profluviis, diarrhœâ, dyſenteriâ, vomitu, hæmorrhagiis &c. Externè etiam in gingivarum laxitate, ſanguinis fluxu &c.

N. 1. *Hujus loci eſt Muſcus Cranio adnatus*, &c.) Scilicet cranium hominis ſtrangulati laqueo in patibulo, (quod melius eſt) aliquandiu humido exponitur cœlo, unde tandem reſultat Muſcus Uſnea dicta cranii humani, quem ad uſum reſervant. Hic ſpecificum habetur in omnibus hæmorrhagiis à quacunque cauſâ ortis, vnde & unguentum Magneticum ingreditur.

## ¶ CCXXI. *Muſcus terreſtris.*

Muſci terreſtris variæ itidem dantur ſpecies, è quibus in officinas ſolùm venit quæ repens vocatur, C.B. 10. ſeu muſcus terreſtris clavatus, muſcus terreſt. *Trag. Matth. Dod. Caſt.* Lycopodium, pes lupi, *Tab.* Pes Leoninus, *Lob. Ger.* Cui tamen affinis eſt muſcus ramoſus, C.B. 2. muſcus terreſtris, *Tab.* German. Bärlapp / S. Johanns Gürtel / Gürtel-Kraut / Neunheil / Teuffels-Klau / Löwen-Fuß. l'Arbre terreſtre de caillous marins. *Ground-moſſ.* Aert-mos.

Creſcit in ſylvis deſertis ac myricetis. Floret Junio.

### OFFICIN. NAT.

*Muſcus, flos citrinus & Farina.*

Vires. *Refrig. & ſicc. Uſus præcip. in calculo atterendo ac expellendo (laudatur ſummoperè flos ejus citrinus) in fluxu alvi. (pro Epileptico puerili habetur.) Extrinſecus in laxitate dentium; in conſolidatione & ſiccatione vulnerum (farinâ excuſſâ, inſperſâ.)*

Hofman. *Muſcus terreſtris.*) Hujus variæ etiam dantur ſpecies, *repens* tamen ſeu *Muſcus terreſtris clavatus* in noſtrum uſum cedit.

N. In Iulio pulvis farinaceus ſubluteus, quem nonnulli pro ſemine habent in muſco, terr. clavato ſeu repente reperitur, balſamicus ſulphureus flāmmæ ignis ſi effletur, ignem copioſum excitat, ſulphuris vegetabilis nomine inſigniendus. Hic multorum affectuum eſt medela, ſcilicet epilepſiæ, dyſenteriæ, febris ardentis, calculi &c. cujus doſis eſt à ℈ß. ad ʒß. in vehiculo appropriato. *D. D. Chriſtophorus Keilingius* ſenior & Archiater Ducalis magni ſemper æſtimavit.

## ¶ CCXXII. *Myrtillus.*

Myrtillus, *Matthiol. Lon. Caſt.* Myrtill. vulgaris baccis nigris, *Cluſ. hiſt.* vitis idæa. *Tab.* vitis idæa nigra. *Cam.* Myrtillus Germanica, vaccinia nigra C.B. 1. ſeu vitis idæa foliis oblongis crenatis fructu nigricante. Germ. Heydel-Beer. Myrtille. *Myrtil, A shrub, like the Myrtle-tree,* alſo *the fruit of the Myrtle.* Myrtil / een boomken of ſtruyck Myrtus gelijck / ock de Vrucht van Myrtus. Bagel.

### OFFICIN. NAT.

*Baccæ.* Vaccinia ſeu Myrtilli Germanici.

Vires. *Refrig. 2. ſicc. & ſubaſtring. ſedant ſitim. Uſus rari ſunt; adhiberi tamen poſſunt in febribus, vomitu ac diarrhæa. Alii exiccant inque dyſenteria utiliter propinant.*

### PRÆPARAT.

1. *V. Myrtillorum.*
2. *Syrupus.*
3. *Vinum.*

Hofman. *Myrtillus.*) *vitis idæa. Vaccinia nigra.* German. Heidelbeer.

*Hujus baccæ* tantùm in uſu ſunt. N. ſed *Myrtilli ſeu vitis idææ* fructu rubro folia etiam pro decocto cum cereviſiâ in phthiſi ſeu Pulmonum exulceratione ſummâ cum euphoria uſurpantur.

*Vires. Refrig. ſicc. ſubaſtring. &c.*) Hinc recentes ac ſiccæ baccæ nigræ & rubræ dyſentericis & cœliacis utiliter exhibentur.

N. Iis etiam infectores ad linteamina inficienda utuntur.

## ¶ CCXXIII. *Myrtus.*

Μυρσίνη ἢ μυῤῥίνη, Myrtus & murtus. German. Myrten-Baum. Meurte. *Myrtle Tree.* Myrtus of Meurteboom.

E variis myrtorum generibus uſualior eſt Myrtus *Tab.* M. Minor, *Lob.* & Tarentina, *Cluſ. hiſt.* M. Tarentina, *Matthiol. Caſt. Cam.* M. minor vulgaris, C. B. 9.

Huic ſubſtitui poterit Myrtus foliis minimis & mucronatis, C. B. 8. M. prior, *Dod.* anguſtifolia 9. *Lob.* M. domeſtica fructu albo, *Cluſ. hiſt.*

Creſcit in regionibus calidis, Italia ac Gallia Narbonenſi juxta ripas maris.

### OFFICIN. NATIVA.

*Folia, Baccæ* (Myrtilli officinarum myrta.)

Vires. *Utraque refrigerant temperatè, ſicc. validè, aſtringuntque. Uſus internus rarior eſt, nihilominus tamen adhibentur in fluxu alvi ac expuitione ſanguinis. Extrinſecus uſus utriuſque crebrior.*

Folia *emendant fœtorem* (*ſub axillis ac inguinibus pulvis aſperſus:*) *ſudorem corporis immodicum ſiſtunt* (*frictione:*) *membris catarrhoſis opitulantur, alvi fluxui ſuccurrunt, defenſivum exhibent in herpetibus, putredinem oris ſanant, hæmorrhagiam narium ſiſtunt, polypo medentur* (*cum melle ac vino.*)

Baccæ *mitigant oculorum inflammationes, juvant luxatos articulos ac oſſa fracta, ſubveniunt procidentiæ uteri ac ani, capitis tineas, furfuraceaque excrementa abigunt.*

### PRÆPARATA.

1. *Syr. myrtillor. ſeu myrtinus.* Vide Diſp.

2. *Ol. myrtillor.* Ex fol. myrti & ol. communi infuſis.

3. *Ol. myrtinum.* Ex fol. myrti & ol. communi.

HOFMAN. *Myrtus* ) μυρσίνη. German. Myrtenbaum. Eſt autem alia *Sylveſtris*, alia *Sativa*: Et utraque alba vel nigra. Latifolia vel anguſtifolia.

Colitur in Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ & noſtris hortis in fictilibus.

N.

¶ *CCXXIV. Napus.*

Βουνιὰς { ſativa uſualis. / ſylveſtris.

Vid. Napus *Brunfelſ. Matthiol, Dod. Cord. in D. Caſt. Cam. Lon.* Rapum ſativum alterum, & Napus veterum, *Trag.* Napus Bunias ſativus, *Fuchſ.* Bunias ſeu napus, *Lob.* Napus ſativa, C. B. 1. German. Steckrüben. Naveau & navettes. *Navevv, long Rapes,* or *Turneps.* Steck-Rapen/ en Pariſche Rapen.

N. *Recenſentur Napi in genere raporum, quod caule, floribus, ſemineque Rapa æmulentur, quanquam fætu & radice Raphanos magis referant. Eſt autem genus plan. ar. ſativ. ar. notiſſimum quod colunt non modò ob radicum uſum eſculentum, ſed & ob ſeminis oleum expreſſum, quo tum fercula impinguant, tum lampades inſtaurant.*

Floret à Vere in æſtatem.

OFFICIN. NAT.

*Semen.*

Vires. *Calf. ſicc. abſterg. aper. digerit, atten. & incidit, venenis potenter reſiſtit (unde & Theriacam Androm. ingreditur) morbillos ac variolas peculiari facultate à centro ad circumferentiam corporis pellit, ideoque in febribus malignis & petechialibus crebri uſus eſt, (in emulſionibus) Confert & in Ictero, urina remorata, &c.*

Doſis ʒj.

PRÆPARAT.

*Oleum* expreſſum ad omnia utile ad quæ ſemen. Uſitatum eſt plebeis, ad compeſcenda tormina ventris infantibus exhibere.

HOFMAN. *Napus.* ) Græc. βουνιὰς German. Steckrüben. *Vel eſt ſativa, uſualis, vel ſylveſtris.*

N. Foliis quidem & radicibus Raphanorum generi accedunt, caule verò, floribus & ſemine Rapum æmulantur: unde Cordus Rapis ſtatuit eſſe affines; Et inde factum quod Galenus inter Napum & Rapum nullam faciat differentiam.

Seritur in agris Autumno, ac floret à vere in æſtatem, prout in agris Martiburgenſibus, & potiſſimum ad pagum Peine copioſiſſimum videas.

Radices ad cibos ſolent adſumi. *Semen autem in uſum venit pharmaceuticum.*

*Vires Seminis. Calefac. ſicc. abſterg. aper. digerit, atten. & incidit &c.*) Alexiterium eſt, unde in variolarum ac morbillorum expulſione utramque paginam adimplet, dum à centro ad circumferentiam pellit, & in petechiis frequentiſſimi etiam eſt uſus, item in Ictero pro Emulſione &c.

N. Oleum expreſſum ad ea, ad quæ ſemen in ſubſtantia, eſt utile. Ac præſtat infantibus adhibere in ventris torminibus.

¶ *CCXXV. Naſturtium Aquaticum.*

Καρδαμίνη, Naſturtium aquaticum [& 2.] *Trag. Lon. Dod.* Creſſo, Laver odoratum, *Cord.* Syſimbrium cardamine. *Fuchſ.* Syſimbrium aquaticum primum, *Tab.* Syſimbrium alterum, *Cord. in D.* Sion Cratevæ, ſyſimbr. 2. *Dioſcor.* Sion Cratevæ Erucæ folium, *Lob.* Sium majus, *Ger.* Syſimbrium aquaticum, *Matth. Caſt.* Naſturtium aquaticum ſupinum, C. B. 1. Germ. Brunnen Kreß. Siſimbre Large feuille, Crepin Aquatic. du Creſſon d'eau *Water-Creſſes.* Water-Kerſſen.

Creſcit in rivulis vel paludibus: floret Julio & Auguſto. Viret perpetuò, adeoque hyemali tempore acetaria exhibet non vituperanda.

OFFICIN. NAT.

*Folia* ſeu herba cum floribus.

Vires. *Calfac. & ſicc. 2.* [*exiccatum 3.*] *atten. aper. Uſus præcip. in calculo ac ſabulo, obſtructione Lienis ac Epatis menſiumque; ſpecificè in ſcorbuto commendatur.*

N. *Præſtat recens adhibuiſſe quam exiccatum, ubi Sal volatile paulatim evaneſcens.*

PRÆPARATA.

1. *Succus inſpiſſatus.*

N. *Cum aceto naribus illitus, arcet immoderatas vigilias: Polypum extirpat, ſuccus naribus inditus.*

2. ▽. *ſtillat.* Ex planta integra collecta Auguſto.

3. *Spiritus.* Ex herba contuſa addito tantillo fermento, fermentata.

HOFMAN. *Naſturtium Aquaticum.*) Καρδαμίνη. *Syſimbrium aquaticum.* Germ. Brunnkreß.

*Vires. Calef. ſicc. atten. aper.*) Specificum hoc eſt in ſcorbuto, & ſecundariò etiam in viſcerum obſtructionibus & calculo renum confert, ob ſal ſuum volatile. Externè naſturtium aquaticum coctum pro cataplaſmate impoſitum tumores pudendorum muliebrium curat.

N. Præſtat ſuccum Ejus recenter expreſſum & non inſpiſſatum adhibere, nec ad ſpiritus elaborationem opus eſt fermenti additione, cùm ex recentis Naſturtii magna copia addito ſpiritu vini Aqua deſtillari poſſit, quæ per rect. ſeparationem ex BM in ſpiritum tranſit.

N. Huc referri debet *Naſturtium boraſſe*, item *Naſturtium Indicum Naſturtii* ob ſaporis cognationem admodum ſimile, quod vires, omnia illa præſtat, quæ Noſtras. Secundum ſanè loquens. De Laet *Americ. utriuſque deſcript. Libr. 1. cap. 2.* Planta eſt calida & ſicca, inquiens in quarto gradu & tam ſimilis Naſturtii ſapore & facultatibus, ut vix ulla differentia percipiatur; licet itaque forma differant, non incommodè tamen ad unum genus referri poſſunt, & hæc ad eadem omnia, quæ illa adhiberi. Viret, floretque omnibus anni menſibus, (ſubintellige Peruviani, nam hic in Europa ſolùm æſtate floret) niſi quòd interdum à frigore aduratur.

Utuntur floribus in lacte cinitis, acuunt enim ciborum appetitum, conducunt ventriculo frigido, aut ob flatuum copiam diſtento; folia contuſa & applicata medentur tuſſi, cum alumine contuſa dentium mitigant dolores. *Flores* ac folia ſimul macerata & deſtillata ex alem. ſingulare ſunt Lavatorium contra plagas oris & reliquorum membrorum, licet nonnihil caleat, ſanat tamen humores ex calore natos, reſolvendo humores craſſiores ſinchoticos, cum frigida medicamenta non poſſunt, curat vulnera inflammata, quæ effecta omnia ob ſuum ſal volatile præſtat ac perficit. *vid. & Nardi Anton. Rechi deſcrip. rerum Medicar. Hiſpan. Nov. Libr. 5. cap. 38.*

¶ *CCXXVI. Naſturtium hortenſe.*

Κάρδαμον, eſt { Latifolium. / Criſpum vulgatum. / *Uſitatius.*

Naſturtium, *Brunf. Matthiol. Caſt. Tab.* Naſturtium hortenſe, *Trag. Fuchſ. Lob. Dod. Ger.* Naſturtium

tium hortenſe vulgatum, C. B. 2. Garten-Kreß. Large feuille crepu. Creſſon domeſtique. *Garden-Creſſes.* Thann-Kerſſe. [Agretto Italis.]

Colitur in hortis.

Seritur vere, floret æſtate.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* ac Semen.

Vires. *Semen & herba ſicca calf. & ſicc.* 4. *Herba viridis mitior eſt utrumque attenuat, aperit, abſterg. Uſu pracip. in tumido liene, menſibus obſtructis fœtuque mortuo expellendo, tartaream mucilaginem Pulmonum incidit; Scorbuto confert. Vulgò itidem ad expellendos morbillos inſervit ſemen. Extrinſecus uſuvenit in apophlegmatiſ. errhinis, phœnigmis: furfures ac ſcabiem fœdam capitis aliarumque partium ſanat (tritum aut fixum, cumque porci axungia illitum.)*

N. *Naſturtium pratenſe (quem florem cuculi appellant, alibi, Iberim, Lepidiumve minus,) ut & Naſturtium montanum, ſeu alpinum, nec non & naſturtium hybernum (eruca lutea vel Barbarea dicta) officinis incognita ſunt.*

[Naſturtium Indicum ſ. Peruanum viribus æquale eſt aliis: Floribus in acetariis appetitum excitant. ▽ ad plagas oris adhibetur, & ulcera ſcorbutica.]

## CCXXVII. *Nepeta.*

Mentha felina, *Tab. Ger.* Cattaria *Dod. Lob.* Mentha non odorifera, Nepeta vulgaris, *Trag.* Nepeta fruticoſa, *Cord. in D.* herba gattaria, *Matth. Caſt.* Calaminthæ 1. genus *Fuchſ.* Nepeta Germanica, *Cam.* Calamintha montana, *Lon.* Mentha cattaria vulgaris & major, C. B. 1. German. Katzen-Kraut/ Katzen-Nept. Herbe au Menthe au chat. *Nip* or *Nep. Catmint.* Katte-kruyt/ Nepte.

Creſcit ut plurimùm in hortis, tùm quoque juxta vias: floret Iunio, Iulio, & Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Herba.*

Vires. *Calfac. & ſicc.* 3. *partium eſt tenuium, attenuat, aper. (Uſus pracip. in morbis uterinis ſcilicet obſtruct.) ſterilitate, fœtu pellendo, tùm quoque in tartaro pulmonum incidendo, &c. Extrinſecus in balneis pro utero.*

N. *Ob gravem odorem raro intrinſecus exhibetur.*

HOFMAN. *Nepeta.*) *Mentha felina, cattaria,* German. Katzenmüntze.

N. *Radix Nepetæ* hujus ſeu *Cattariæ* maſticata homines mites facit iracundos & truculentos. *vid. Turneiſerus Libr. 6. cap. 44. part. 1. pag.* 255. qui obſervationem proponit de carnifice aliâs miti & puſillanimo, qui neminem decollare potuit, niſi prius radice herbæ Cattariæ maſticatâ.

## ¶ CCXXVIII. *Lignum Nephriticum.*

Eſt ligni genus craſſum & enode, aquam infuſione cæruleam reddens. Germ. dici poteſt. Grießholtz. Bois nephretique. *Nephritick-wood for the Reins.* Nephritick of Nieren-zucht haut.

Videatur lignum nephriticum ſeu lignum ad renum affectiones & urinæ incommoda, *Monard.* Lignum ex novo mundo pyro ſimile, *Fragoſ.* Lignum peregrinum aquam cæruleam reddens C. B. 4. Inter genera Fraxini.

Affertur ex nova Hiſpaniâ.

Vires. *(alf. & ſicc. gr.* 1. *Uſus ejus receptus eſt ad renum vitia, urinæque difficultates & incommoda. Hinc in Epate & Lienis obſtructionibus.*

## PRÆPARATA.

*Infuſio*, quæ in ▽ fontan. facta nonnullis potus eſt ſat expetitus, tùm ratione ſaporis, quem ferè nullum exhibet, tum quoque coloris cærulei, adeoque amicabilis. Poteſt illâ dilui vinum.

N. *Adulteratur alio ligno ſimili, quod ▽m croceo colore inficit.* Monard.

HOFMAN. *Lignum Nephriticum.*) Ex Novâ Hiſpaniâ hoc Lignum mittitur, quod *Bauhinus* ac *Cæſalpinus* ex Fraxini genere eſſe ſtatuunt. In dictâ Hiſpaniâ & Mexico COATL & *Tlapalezpatli* vocatur.

Frutex eſt grandis, quandoque in molem arboris excreſcens, trunco craſſo, enodi inſtar pyri arboris, foliis ciceris, ſed minoribus, non planè diſſimilibus rutæ, floribus exiguis, oblongis, ſpicatim digeſtis. Ligni materia, licet albicet, aquæ tamen immiſſa eam cœruleo tingit colore. Recipe Hujus Ligni ſ. q. groſſo modo inciſi, hujus manipulum unicum in duas, tres aut quatuor libras aquæ fontanæ limpidiſſimæ injice & per noctem unam infunde aut aliquot horarum ſpatium: infuſam hanc aquam infunde in phiolam vitream, hanc ſi directè inter Lucem & oculum tuum poſueris, totam videbis colore aureo tinctam, niſi ex nimiâ Ligni quantitate infuſionem reddideris nimis intenſam; hoc ſcilicet modo luci obverſa nonnihil obſcura & rubens apparebit ac dilui poſtulat convenientis aquæ limpidæ quantitatis additione: ſed ſi hanc phiolam à luce averteris, ita ut oculus tuus ſit intrà feneſtram & phiolam, liquor apparebit ſaturo colore cœruleo, id quod etiam ad candelarum grandiorum Lumen ſuccedit. Si ita phiolam oculo tuo obverteris, ut feneſtram uno ſuo latere, obſcuram verò cubiculi partem ante ſe & altero latere reſpiciat, colore partim ſubcœruleo, partim aureo liquorem videbis, ſi dorſum feneſtræ obvertens liquoris aliquid effuderis verſus lucem & verſus oculos tuos, planè, dum è vitro primum profluit, cœruleus videbitur, At poſt aliquod à primo lapſu intervallum diverſicolores guttæ apparebunt, prout radii lucis magis aut minus plenè ipſas penetraverint ac illuſtraverint. Si hujus tincturæ paululum folio chartæ albæ infuderis, ita, ut liquor aliquantò ſpiſſior ei inſidat, approximantes invicem guttas partim uno, partim altero præditas colore videbis, juxtà oculi tui reſpectu lucis ad ipſas converſæ poſitionem. At ſi omnem ex chartâ liquorem effuderis, colore propemodum flavo tincta ea videbitur. Et ſi chartæ folium, affuſo ei hoc liquore ad feneſtram collocaveris, ubi radii ſolares ferire eam liberè queant, tum, ſi dorſum ſoli obvertas, calamumque vel hujuſcemodi corpus tenue inter ſolem & liquorem tranſverſim teneas, percipies, umbram à calamo in liquorem projectam non fore umbram vulgarem & tenebricoſam totam, ſed ex parte eleganter coloratam, cujus margo colore eſt propemodum vividè aureo, pars autem diſtantior cœruleo. Si aquam per Alembicum deſtilles, limpida & planè excolor elevabitur, reſiduo autem liquore ſaturato cœruleo colore tincto, ex quo patet, hunc colorem ex ſale eſſentiali dicto, diverſâ texturâ partium prædito, reſultare. Huic liquori ſi acidum infundas, cæruleus ejus color deſtruitur, ſin autem alkaliſatum ſuperaddas, cœruleum reſtitues colorem. *vid. Nobiliſſ. Robertus* à *Boyle in tr. de coloribus.* p. 203. uti *& Athanaſius Kircherus in Art. Magnetic. Luc. & umbr. l.* 1. *part.* 3. *notatur.*

N. *Lignum Nephriticum* ex novâ Hiſpaniâ advectum non eſt album, prout *Athan. Kircherus* l. a. ſtatuit, niſi ſit adulteratum, ſed error inde ortus, quod in ligno uno aut altero pars ligni externa alba ſit, interior verò fuſca. Deinde aliud lignum Nephriticum ex Braſiliâ adfertur, quod externâ figurâ & colore diverſiſſimum eſt *à dicto ligno Nephritico,* licet viribus conveniat. Oblongum enim eſt, & quadratum, colore ex fuſco nigricante, & planè quoad externam partem non albicante, ſaporis fermè nullius, niſi quòd ad dulcem partim inclinet. Olaus Wormius *in Muſæo* p. 171.

*Vires. Calefac. & ſiccat &c.*) De hujus qualitatibus non conveniunt Doctores, quidam frigidum ac humidum eſſe putant, ad temperatum accedens, *Manardes* calidum & ſiccum in primo gradu cum *D. Authore* ſtatuit. Eſt egregium ſpecificum contrà Renum calculum & veſicæ, ſecundariò ad jecoris & lienis obſtructiones ex tartaro ortas etiam commendatur. Unde Ejus

 infuſum

infuſum in aquâ & potum renes ac veſicas mundat & refrigerat, urinæ acrimoniam temperat & calculos pellit. Lignum aſſulatim & minutim conciſum in limpidiſſima aqua fontana maceratur ac in ea relinquitur, donec aqua à bibentibus abſumpta ſit. Dimidia poſt injectum lignum hora aqua cœruleum contrahit colorem. Hac aqua aſſiduè utuntur, ea vinum diluunt, & mirabiles experiuntur effectus ſine ulla humorum commotione. *Cl. Libavius in ciſtâ Medicâ Cl. Virorum* Epiſt. 38. cùm 18. d. Auguſt. manè bibiſſet, vinum dilutum aqua infuſionis Ligni Nephritici, quamvis vix ſemiſcrupulus ligni fuerit, tamen poſt nonam turbavit ventrem & per renes alvumque purgavit. Unde colligit infuſum in vino electivè purgare, in aqua tantùm renes permeare.

De Ligno Nephritico hæc habet D. D. Elshotius in ſua Deſtillatoria Curioſa.

*Ad Fraxini ſpecies illud retulit* Caſp. Bauhinus *in* Pinace Botanico, *appellando* Lignum peregrinum ſive Mexicanum aquam cæruleam reddens. Franciſcus Hernandes *in Theſauro rerum medicarum novæ Hiſpaniæ, quem poſtmodum* Nardus Antonius Rauhus *edidit lib. 4. cap. 25. Coatlis*, inquit, *quem alii Tlapalezpatl, ſeu Medicinam ſanguinis coccineam vocant, ſuffrutex eſt magnus & arboreſcens, ſtipite craſſo & enode, materia pyri, foliis ciceris vel rutæ, flore luteo in ſpicas compoſito. Optimè etiam deſcripſit* Nicolaus Monades Hiſtor. ſimplic. *c. 27. his verbis: Mittit Nova Hiſpania ligni quoddam genus craſſum & enode, materie pyri, cujus uſus jam diu receptus fuit in hiſce regionibus, ad renum vitia, urinæque difficultates & incommoda. Poſtea experimento comprobatum eſt, ejus aquam in jecoris & lienis obſtructionibus utilem eſſe. Illa autem hac ratione paratur. Lignum aſſulatim & minutim conciſum in optima & limpidiſſima aqua fontana maceratur, atque in ea relinquitur donec aqua à bibentibus abſumpta ſit. Dimidia hora poſt injectum lignum, aqua cæruleum dilutiorem colorem contrahit, qui ſenſim intenditur pro temporis diuturnitate, tametſi lignum candidum (potius rufum) ſit: cæruleum ideo dico quoniam adulteratur alio ligno ſimili, quod aquam croceo colore inficit, ne quis fallatur.*

*Illa* ἐγχείρησις *hodierno tempore eſt oppido vulgaris, & omnino, niſi adeò innotuiſſet, pluris æſtimaretur. Exemplo* Ignis, *cujus indole cùm nihil ſit mirandum magis, ipſum tamen tanquam rem obviam vilipendimus: quod ſi ex remotis Indiarum regionibus apportaretur; & nobis inſciis ex improviſo oſtentaretur, quin cum ſtupore ipſum contemplaturi eſſemus, nullus ambigo.*

Experim. 1. *Inveſtigaturus igitur, an color iſte aureo-cæruleus per alembicum etiam conſtans migraret, infuſum unà cum ſegmentis ſive raſpatura Ligni nephritici in cucurbitam conjeci vitream, atque abſtraxi. Aqua extillans quamvis utrumque colorem perdidiſſet, & limpida evaſiſſet: adverti nihilominus odorem reſinoſum atque gratum illam ſpirare: multò verò gratior deprehendebatur odor in ipſis ſegmentis, licet lignum crudum ex ſe pene inodorum ſit.*

Experim. 2. *Loco aquæ fontanæ ſpir. vini ſubſtituimus, qui ſegmentis ſuperfuſus pari ratione bicolor evadebat: ſed traductus per alembicum, non ſecus atque aqua ſimplex, albeſcebat. Cæterum quoniam facilè prævidebam, fore ut deſtillatione per alembicum circa hoc lignum nihil amplius efficerem: deſtiti quidem ab ipſa, nihilo tamen minus alia via rem aggredi, & quæ ſequuntur, experimenta facere viſum eſt.*

Experim. 3. *Infuſo aureo cæruleo cum aqua fontis parato inſtillavimus aliquot olei tartari per deliquium factî guttas: & deprehendimus utrumque colorem conſtanter perſiſtere.*

Experim. 4. *Eidem infudimus vitrioli ſpiritum guttatim, atque evaneſcebat actutum color cæruleus, ſola remanente flavedine.*

Experim. 5. *Idem cum ſpir. ſalis, ſulphuris, nitri tentavimus, & perſeveravit color aureus, diſparente cæruleo, veluti in* Exper. 4. *etiam contigerat. Haud obſcuro indicio, alia acida, vi penetrante infringere & aliter diſponere particulas illas poſſe, quas ſal tartari urinoſum & quaſi obtuſum infringere atque aliter diſponere nequit.*

Experim. 6. *Circa hoc Lignum nephriticum plurimas alias egregias adducit conſiderationes ſedulus ille & perſpicaciſſimus naturæ indagator* Robertus Boyle lib. de Coloribus, Exper. 10. & ſeqq. *quæ ibidem legi merentur. At unicam nobis, liceat hic repetere, quæ concernit redintegrationem perditi ſemel coloris cærulei. Eam equidem paulò prolixius Auctor recenſuit, nos verò ſuccinctè tantummodo repetemus. Infuſo ſcilicet Ligni bicolori paucas ſpir. aceti vini guttulas immitte: Sic peribit color cæruleus, reſtante croceo. Inſuper affunde tantillum olei tartari per deliquium confecti, & mox redibit color cæruleus apparebitque infuſum ut antea bicolor: fracta forte ſalis aciditate, & ad priſtinum poſitum reductis particulis per hebes quaſi Tartari oleum.*

## ¶ *CCXXIX. Nicotiana.*

Tabacum, Tobacum, Tabacca, Tubac, Petum, Herba ſanctæ Crucis, ſana ſancta, toma bonna. Jndianiſch Bein-Welle / Jndianiſch Wund-Kraut / heilig Wund-Kraut / Toback. Nicotiane, Herbe Reine, du Tabac. *Tobacco.* Taback.

N. *Ante annos aliquot ex America primùm adferri cœpit, unde poſtmodum in noſtris hortis colitur, & copioſè ab Hanovienſibus, qui officinas noſtrates ſuo Tabaco ſufficienter inſtruunt: Huic tamen Indicum præferendum cenſemus ex India Occid. Inſula virginea Florida ceu patria genuina ad nos allatum.*

Eſt:
- Major:
  - latifolia ſeu fœmina, C. B.
  - anguſtifolia mas, C. B. 2.
- Minor, C. B. 3.
- Minima, C. B. 4.

1. Videatur Nicotiana, *Lon.* Major, *Tab.* Tabacum (ab ejus nominis Inſula,) *Monard. Frageſ.* Tabac. latifol. *Cam.* Petum, *Cluſ. ad Monard.* Hyoſcyamus Peruvianus, *Dod. Cam. Epit.* Sana ſancta Indorum, *Lob. Ger.*

2. Tabacum ſeu herba ſancta minor, *Lob Tab.* anguſtifol. *Cam.* Petum anguſtifol. *Cluſ. ad Monard.* Hyoſcyamus Peruvianus alter, *Dod.*

3. Petum 4. *Cluſ. ad Monard.* Hyoſcyamus niger vel 3. *Matthiol. Caſt.* Hyoſcyamus luteus, *Dod. Lon. Cam. Ger.* Hyoſc. Peruvianus, *Tab.*

4. Tabacum minimum, *Cam.* Tabac. ſeu ſana ſancta minima, *Lob.* Petum 3. *Cluſ. ad Monard.*

N. *Nicotiana dicitur à Nicotio, Regis Galliæ Legato, qui herbam eam Ulyſſiponæ Zelandiæ accepit è Florida allatam, poſtmodumque Gallis innoteſcere fecit.*

Gaudet ſolo pingui ac læto, area plana, opaca, aqua mirè delectatur, frigoris impatientiſſima eſt. Seritur feliciſſimè tempore verno, in principio April. ☾ creſcente, colligitur herba ☉ in ♌ 15. gr. 18. 19. 20. ☾

20. ☾ decreſcente. Semen ♒io & ♂ eſt dicatum.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* ſeu herba & *Semen*.

Vires. *Herba recens calf. & ſicc. 2. ſiccata 3. aliis calf. 1. ſicc. 2. aliis refrig. abſtergit, incid. 1. reſolvit, aliquantulum aſtringit, reſiſtit putredini. Sternutatoria eſt, apophlegmatizans, anodyna, vulneraria, vomitoria, &c. Uſus præcipuè externi ad catarrhos cerebri exiccandos, ſomnum inducendum, laſſitudinem ex labore diſcutiendam, uteri ſtrangulatum compeſcendum: à peſte præſervat (in ſuffitu) ſedat dentium dolores, diſcutit tumorem uvulæ (in gargar.) medetur lichenibus, phthiriaſi, porrigini, achoribus ac favo, mundificat ac conſolidat vulnera ac ulcera inveterata, ſanat ambuſta quoquo modo adhibita (balneatione ſcilicet) vel ſolâ impoſitione foliorum recentium noſtratis Nicotianæ, &c.) Nec tamen prorſus uſum quoque ſubterfugit internum, dum pro vomitorio exhibetur (ſat violento) qua ratione curat febres, ſimileſque morbos, ſed cautione hîc opus eſt.*

N. 1. *Non adeo proficuus Tabaci uſus eſt juvenibus ac bilioſis.*

N. 2. *Novi qui mictionem nocturnam veſpertino Tabaci ſuffitu præcavebat.*

## PRÆPARATA.

1. ∇. Ex foliis.
2. *Syrupus de Nicotiana.*

Vires. *Et aquam & ſyrupum cum ſucceſſu exhibent in aſthmate pulmonumque tartaro, quin & in febribus.*

3. *Ol. peti ſtillat.*
4. *Ol. per infuſionem.*

[N. *Oleum Zvvingeri ex ſemine per 3. dies in ∇. propria vel fontis loco calido macerato, expreſſum, proficuum ulceribus & vulneribus cum ☍ Therebinth.*]

5. *Sal.* ex cinere.
6. *Unguentum de Nicotiana.* Vide Diſp. Auguſt.

N. *Parari itidem poteſt ex ſolis foliis recenter contuſis, ſeu ſi mavis ex ſucco ac pinguedine.*

[N. *Unguentum Iouberti ex Peto vid. diſp. Norib. ad Scrophulas mirabile &c.*]

7. *Balſamum.* Vide lib. 2.

N. *Sunt qui folia minutiſſimè inciſa* (zerhackt) *in vitro optimè clauſo dies* (40.) *tepori, (exempli gratia, fimi vel acervi formicarum) exponunt, atque hac ratione Balſamum acquirunt.* Wittich.

Peculiarem Tabacologiam conſcripſit Ioannes Neander, Medicus olim Bremanus, & inde Alſtedius in ſua Encycloped. Satis itidem prolixus in deſcriptione Tabaci eſt Nicol. Monard. in ſimplic. medic. hiſt. c. 14.

HOFMAN. *Nicotiana.*) *Tabacum, Petum*, German. Tabac. *Nicotiana* dicitur à *Luſitano* quodam nomine Nikot Regio aliquando in Luſitano Oratore, qui primus ejus ſemen ad Reginam, Regis Galliæ Matrem detulit. *Tabaci* nomen accepit à provinciâ in Indiis Tabaco dictâ, ubi primùm reperta fuit & etiamnum abundat. *Tornabonam* Itali vocant, quia à Tornabona miſſa fuit, & ea ratione etiam *Herba ſanctæ crucis* appellatur, quia à Cardinale de S. Cruce Romanæ Eccleſiæ nuncio adſportata fuit. *Hyoſcyamum Peruvianum* nonnulli; alii Sanam ſanctam ob admirandas ejus virtutes appellant. *Petum* verò plurimi, ſed minus rectè, quia cum vero Braſilianorum peto nihil habet commercii, referente Lerio.

D. Author cum aliis diſpeſcit *Nicotianam in Majorem, Minorem & Minimam. Majorem* autem in *latifoliam ſeu fœminam; & anguſtifoliam Marem.* Verùm hæc differentia admodum puſilla videtur. Unde non immeritò *Franciſci Hernandez in Rerum Medic. Novæ Hiſpaniæ theſaur. Libr. V. cap.* 51. duas tantum adducit ſpecies, quæ in hac Nova Hiſpania obſervantur. Quarum *Unam Pycielt, Alteram verò Quauhyelt* appellant. *Pycielt* hreba Reginæ eſt, folia ferens lata, oblonga, caules quinque pluresve dodrantes longos ac hirſutos inconditos, ſtriatos ac leves, flores hyoſcyami lutei ſimiles, eiſque decidentibus vaſcula prædicti hyoſcyami æmula referta ſemine puſillo, papaveris minore ac ex ruffo nigricante, radicem brevem, non admodum tenuem, ſed fibratam.

*Quauhyelt* verò in magnam aſſurgens altitudinem Aſſyriam Malum Limonem æquat. Caule recto multos emittente ramos; & in eis folia Mali Aſſyrii longiora, hirſuta colore virid dilutiore, ubi tota planta diffuſa. Flores campanulæ inſtar fert concavos, ac per extremum ſex ſeptemve angulis diſtinctos candicantes, medio autem purpuraſcentes, quibus ſuccedunt capitula ocymoidi ſimilia majora tamen, plena ſemine puſillo ex cinereo nigricante. Radices multifidæ ſunt, lignoſæ & fibratæ.

Naſcitur in pleriſque Indiæ locis, & ante aliquot annos ex India ad Europæos adferri cœpit, ubi in noſtris hortis colitur & copioſè ab Hanovienſibus. Floret Iunio ac Iulio. Radix eſt alba ac fibroſa.

*Vires. Folia recentia calefac. & ſicc. mitius, ſiccata fortius* &c.) Horum exſiccatorum fumus per fiſtulam hauſtus pituitæ exputitionem mirè promovet, aſthmati auxiliatur & inde ortam lenit anguſtiam. Inſpiratus ille fumus uteri etiam confert affectibus & inprimis ſuffocationibus. Caput roborat, ſomnum inducit, ſedat dolorem, curat gravedinem, & omnium laborum ſenſum hebetat & otium facultatis animalis inducit.

Quin folia ipſa virentia manibus oleo perunctis emollita ac veluti marcida concalefacta igne & ori ventriculi dorſoque è regione applicata coctionem juvant & appetitum excitant, Eadem etiam tumorem lienis diſcutiunt, appoſita dolores ex frigore ortos ſedant, vulnera extorquent, ſi ſuccum foliorum mediocriter contuſorum vulneribus inſtilles, & mox arentium pulverem inſpergas, ac demùm folia, ex quibus ſuccum expreſſeris, ſuperponas. Eorum vim vulnerariam famulus Nikoti primus expertus fuit, qui accepto in digito vulnere, cùm curam ejus negligeret, tantam ſibi inflammationem ac dolorem accerſivit, ut coactus fuerit neceſſitate urgente folia Tabaci imponere (prout aliàs folia betæ rubræ ſolent) à quibus inſigne non ſolùm ſenſit levamen, ſed & vulnus inde ſanatum fuit, ut cauſam habuerit aliis recommendare. Dolorem dentium ſedant, ſcorbuto auxiliantur. Paratur ex Ejus foliis arefactis contritis decem partium menſura & unâ calcis Medicamentum adeò ab Indis omnibus expetitum & venale, ut illo ferveant emporia. Venditur involutum foliis Maizii Spicæ & geſtatum inter buccas & maxillas ſuavem ſomnum oculos claros, aliorumque ſenſuum & mentis tranquillam inducit quietem, laborum omnium hebetat ſenſum, redditque homines ad quævis corporis exercitia promptos ac agiles. Ex foliis Emplaſtrum contrà Quartanam & omnes abdominis inflationes componitur. Nec deſunt, qui Ejus folia ſingulis diebus manè jejuno mandi jubent, ut podagrâ liberentur, dum multam pituitam in os attrahit & ita in artus confluere prohibeatur. *Hæc Franciſc. Hernandez* l. c. Verùm, prout aſſolet, nil uſu legitimo tam commendabile, quin abuſu fiat abominabile. Nimius enim & præpoſterus uſus calorem diſſipat, fermenta viſcerum infringit, cerebrum calefacit, & humores fundit, ut ſæpè Carus, vel apoplexia indè oriatur, & ob vim narcoticam ſpirituum animalium vigorem peſſundat, de quibus vid. *Tabacolog. Iohann Neandri p. 47. & D. D. Simonis Pauli Commentar. de abuſu* Tabaci & *herbæ Theè*.

Ex foliis Aqua deſtillatur & præparatur Syrupus de Peto ſ. & c. joſ. Quercetan. Item Ol. deſtill. & infuſ. Unguentum de Nicotianâ vid. Diſpenſator. Sal ex cinere &c.) Hoc ſi præparare animus eſt, in ejus lixivio non eſt neceſſe, ut fieri conſuevit, humiditatem omnem evaporare, nam in hoc exhibendum dabitur ſub minutorum corpuſculorum promiſcuas figuras, obtinentium congerie delitescens Sal fixum in cryſtallorum figuratorum ſpecie inſtar Nitri vel ſalis ammoniaci.

## ¶ CCXXX. *Nigella.*

Μελάνθιον, Gith. melaſpermum, Cuminum nigrum, German. ſchwartzer Coriander/ ſchwartzer Kümmich/ Römiſcher Coriander/ Nardenkraut. Nielle. *Gith, Nigella, Roman-Coriander* or *black Cumminſeed.* Nigelle/ ende Nardus-ſaet/ of Swarte Cumyn-ſaet.

Eſt
- Arvēnſis cornuta, Raden.
- Hortenſis ſativa.
  - flore cærul.
    - majore
      - ſimplici
      - pleno.
    - minore
      - ſimplici
      - pleno.
  - flore candidō
    - ſimplici
    - pleno.
- Cretica.

Ex his Nigella arvenſis officinas ſubit, & ex his præcipuè flore candido minore ſimplici, C. B. 5. Melanthium ſativum, *Matthiol. Dod. Caſt. Tab.* 1. Melanth. 1. *Fuchſ. ico.* Mel ſeu Nigella Romana odora, *Lob.* Melanthium, *Ger.* Melanth. Damaſcenum, *Cam.* Huic tamen & reliquæ ſurrogari non nequeunt.

Non niſi ſtudioſè culta nobis creſcit, gaudetque ſolo pingui. Floret Iunio ac Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Semen* ſolùm.

Vires. *Calf. & ſicc. in princ. g. 3. atten. aper. Uſus præcip. in mucilagine pulmonum reſolvenda & expectoranda, lacte augendo, urina ac menſibus ciendis, morſibus venenatis corrigendis. Specificè in febribus quartanis ac quotidianis. Extrinſecus crebri uſus eſt in cephalalgia ſedanda, catarrhis exiccandis (ſternutando, ſuffiendo,) in cucuphis, Epithemat. &c. applicatum.*

*Radix ſiſtit proprietate ſuâ hæmorrhagiam, ſi dentibus maſticetur, naribuſque imponatur.*

## PRÆPAR.

1. *Semen præparatum.* Maceratur in ✠ atque exiccatur.
2. ∇ *ſtillat.* Ex ſemine.
3. % *ſtillat.* Ex ſemine.

[ 4. Oleum expreſſum & ad cludendum fœtum juvat. ]

HOFMAN. *Nigella.)* μελάνθιον. De hujus differentiis vide D. Autorem; Nos cum Eo Nigellam arvenſem flore candido minore ſimplici Caſparis Bauhini quintam ſub limam revocabimus ubi obſervandum eſſe ſtatuimus, non ex unâ eademque Nigellâ & ſemen colligi debere & Radicem. Semen enim ex Nigellâ hortenſi; Radix autem ſola ex ſylveſtri uſui deſtinatur medico. De Seminis viribus ac uſu vide D. Autorem. De Radice autem admonemus, hanc in hæmorrhagiâ ſiſtendâ non dentibus maſticandam ut Autor vult, ſed linguæ ſaltem abſque maſticatione eſſe ſubdendam, dum per maſticationem accelerato ſanguinis circulari motu hæmorrhagia potius augetur, quàm inhibetur. Hæc Radix Nigellaſtri eſt, ſeu pſeudomelanthii.

## ¶ CCXXXI. *Nummularia.*

Centummorbia, Hirundinaria, Serpentaria, Egel-Kraut / Schlangen-Kraut / klein Natter-Kraut / Pfennig-Kraut / Herbe monnoyere. *Money-wort, Pennywort, Herb Two-pence.* Penninckcruyt / Egelcruyt.

Eſt C. B. 1.
- Major lutea. *Hæc uſualis.*
- Minor purpureo flore. *Hæc incognita.*

Dicitur Serpentaria 3. & centummorbia, *Brunfelſ.* Nummularia, *Trag. Matthiol. Fuchſ. Dod. Lob. Lon. Caſt. Cam. Tab. Ger.* Hirundinaria minor, *Tab.* Nummularia major lutea. C. B. 1.

Creſcit in campeſtribus ac locis herboſis, humidiſque. Floret Majo.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* ſeu folia.

Vires. *Refrig. ſicc. ſubaſtring. vulneraria eſt. Uſus præcip. in pulmonum exulceratione, venis ruptis, tuſſi ſicca infantum: in fluxu cujuſcunque generis, diarrhæa, dyſenteria, hæmoptyſi; commendatur in Scorbuto, herniiſque omnis generis.*

## PRÆPARATA.

1. ∇ *ſtillat.* Ex herba collecta cum floribus, menſe Majo.

HOFMAN. *Nummularia.)* ſeu *Centimorbia*; *Nummularia* appellatur à foliorum forma, qua nummos æmulatur. *Centimorbia* autem, à viribus admirandis, quibus contrà varios pollet affectus.

*Vires, refriger. ſicc. ſubadſtringit &c.)* Vulneraria eſt antiScorbutica; Unde in Pulmonum exulceratione, venarum ruptura, hæmoptyſi, dyſenteria, diarrhœa, ſcorbuto & herniis profluvio muliebri, ac omnibus interaneorum vulneribus & ulceribus valde prodeſt, in vino infuſa. Externè folia cum floribus trita ac impoſita vulnera quævis & ulcera glutinare ſolent, item vinum, in quo folia decocta fuerint, ulceribus ſummè confert, ſi eo lauentur & abſtergantur.

Nux vomica; Licet hujus nulla in *Dn. Autore* fiat mentio, tamen nec ſicco pede hìc loci prætereunda eſt, cùm in *Electuarium de Ovo* non ſolùm ingreditur, ſed & alias depromit virtutes medicas. Communiter dicitur Nux vomica, *Metella eſt Arabum,* & hujus loco etiam *Nux vomica* uſurpari ſolet; At minus rectè, ſiquidem *Rhazis* teſtimonio *Metella* ſummè narcotica ſit, inebriet, nauſeam & vomitum faciat, ut perniciosa, hæc iſti ſubſtitui nequit. *Fungum* etiam *Orientalem* dici tradit *Cæſalpinus. Tithymalum Myrſinitem Fuchſius & Ryffius* vocant. Eſt autem fructus cujuſdam arboris Indicæ humo repentis juxta *Dalechampium* orbicularis & inſtar paſtilli compreſſus tenuiſſimè lanuginosâ pelliculâ contectus, quâ abraſâ ſubalbidus eſt & inſtar cornu durus.

Ejus arbor ignota eſt adhuc Græcis & Latinis. Fructus autem per Arabes in officinas introducti ſunt.

*Nux vomica* alexipharmaca eſt, unde *Nux* Metella quæ vomitum concitat, ut modo audivimus, eſſe nequit. Illa ingreditur *Electuarium de Ovo & Kegleri* &c. id quod ob vim ejus narcoticam, qua ſingulariter brutis cœcis natis præſentaneum eſt venenum, Nobis autem alexipharmacum. Unde ad Peſtis præſervationem ſolent Nucem vomicam linguæ ſubdere & Medicamentis alexipharmacis immiſcere.

N. Nec oblivioni tradendi Cocci Orientales, quibuſdam Coculæ Elephantinæ, Aliis *coculæ de Levante*, eò quòd elephantum pergratus habeatur cibus. Germ. Kockels Körner. Baccæ ſunt piſorum majorum magnitudine, rotundæ, niſi quod parte ea, qua pediculis adhærent, ſinuatæ aliquantum, aſperæ, colore cinereo nigricante, ubi per medium ſecantur, Renis figuram æmulantur.

Cujus ſtirpis aut plantæ fructus ſit, æquè certò nondum conſtat. *Amatus Tithymali* ſemen, *Ruellius* ariſtolochiæ cujuſdam fructum ſuſpicatur; *Clematis* eſſe fructum, ſunt qui opinentur. Alii pro *Solano Maniaco* habent.

Ex Alexandriâ Ægypti adferuntur, racematim cohærentes ſuis pediculis hederæ corymborum modo.

Commendantur ad necandos pediculos contuſi & cum oleo aut pinguedine miſti. Ad piſces capiendos etiam in uſum trahuntur, unde & piſcatoriæ baccæ dicuntur. Ex iis hoc pharmacum paratur, quod in tali caſu valdè commendatur.

℞. Cocculorum adipis agni ana ℥ ß. caſei antiqui ℥ i ß. ſemin. cannabin. ℥ j. anethi. hyoſcyam. ana ʒ iij. farin. tritic. ℈ ij. mellis ʒ vj. camphor. ʒ j. m. & f. pilulæ inſtar piſorum, quæ flumini placido injectæ & à piſcibus devoratæ pauca injecta mora eos infatuant, donec in ſummo ſemianimes natantes reticulo extrahuntur. Ejecta ex eorum ore pilula in recentem aquam ſi conjiciatur reviviſcunt. Olaus Wormius *p.* 197. *De his cocculis vide & alia, quæ enarrata fuêre ex appendice ſuo loco.*

## ¶ CCXXXII. *Nymphæa.*

Νυμφαία, Nenuphar. Arab. Nenufar. See-Blum / Hertz-Wurtz / Haarwurtz / Mümmelken / Waſſer-Lilgen. Blanc d'eau & Lis d'eſtang. Nenuphar,

Nenuphar, *Water-Lillies.* Plompen/ Nymphea/ Nenuphar.

Eſt
- Alba floribus albis.
  - major.
  - minor.
  - minima.
- Lutea, floribus luteis.
  - major.
  - minor.

Ex his præfertur quidem alba, eaque major, quæ intelligenda quoties Nymphææ ſimpliciter mentio fit. Veruntamen nec negligenda eſt lutea.

Alba dicitur Nenuphar album, *Brunfelſ.* Nymphæa alba, *Brunſ. Matth. Dod. Lob. Lon. Tab. Ger. Cluſ. hiſt.* Nymphæa candida, *Trag. Fuchſ.* Nymphæa maj. alba, *Caſt.* C. B. 1.

Lutea uſitatior eſt quæ inſcribitur Nenuphar luteum, *Brunfelſ.* Nymphæa lutea, *Trag. Matthiol. Fuchſ. Dod. Lon. Lob. Caſt. Tab. Ger. Cluſ. hiſt.* Nymphæa lutea major, C. B. 1.

Creſcit in lacubus. Floret Majo & Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Radix, Folia, Semen, flores.*

Vires. *Radix & ſemen refrig. & ſicc. gr. 3. aſtring. Flores & folia refrig. & humect. Singula ſunt uſus præcip. ad fluxum alvi, ad pollutionem nocturnam, ſeminis acrimoniam, ſanguinis æſtum & tenuitatem. Extrinſecus crebro adhibentur folia & flores ad febriles æſtus & vigilias ſopiendas, (in lotionibus pedum, in impoſitione foliorum ſcilicet lumbis, temporibus, plantis pedum.)*

## PRÆPARAT.

1. ▽. *ſtillat.* Ex floribus albis.
2. ▽. *ſtillat.* Ex floribus luteis.
3. *Syrupus Nimpheæ ſimpl.* Ex infuſione florum.
4. *Syrupus de Nymphæa compoſ. ſive de Nenuphare.* Vide Diſp.
5. *Conſerva.* Ex floribus albis.
[*Extractum radicum.*]
6. *Ol.* Ex infuſione florum.
7. *Unguentum de Nymphæa.* Vid. lib. 2.

HOFMAN. *Nymphæa.*) *Nenuphar.* German. Seeblumen. Eſt autem *vel alba fl. albis, vel lutea fl. luteis.* Ex his præfertur alba major; attamen nec lutea, quæ uſitatior eſt negligenda. Creſcit in Lacubus. Floret Majo & Iunio.

*Vires. Radix & ſemen refriger. & ſiccant, adſtring. Flores & folia refriger. ac humectant &c.)* Sanguinis ac lymphæ orgaſmum compeſcit. Et *Karrichterus* in herbar. ſub 4 gradu cancri de Nymphæa flavis & albis floribus in umbra ſeptentrionali exſiccata ſcribit, ſi quis eam Lecto ſolùm vel parieti appendat, convulſione laborans eum in momento ſanari. Prout nec minus *radicis decoctum* à quibuſdam contrà maniam commendatur, vel ejus *extractum.*

## O.

### ¶ CCXXXIII. Olea.

Ἐλαία, Olea, Oliven-Baum/ Oel-Baum/ Olivier. *Olives, Olive-Tree.* Olyve-Boom.
- Sativa.
- Sylveſtris, oleaſter.

Prior inſignitur olea, *Brunfelſ. Trag. Cord. hiſt. Lon. Dod. Lob. Cam. Bellon.* Olea ſativa, *Matthiol. Cord. in D. Caſt. Tab. Ger.* Olea ſativa, C.B. 1.

Poſterior, Olea ſylv. *Matth. Tab. Ger.* Olea ſylv. ſeu Oleaſter, *Lob. Caſt.* Oleaſter. *Lon. Cluſ. hiſt.* C. B. 2.

Creſcit utraque in regionibus calidis, Italia, Hiſpania, &c. Gaudet locis ſiccis argilloſis. Floret Iulio. Fructus decerpuntur menſe Novembri & Decembri.

## OFFICIN. NAT.

*Folia. Fructus* (ſed conditi.)

Vires. *Folia refriger. & exiccant, aſtring. Uſus externus & præcip. [in cephalalgia,] in fluxu alvi, menſium, in herpetibus, & ſimil. Fructus immaturi ſiccant & aſtring. imprimis ſylveſtres.*

N. *Exhibet itidem (tum olea, tum oleaſter) lachrymam reſinoſam, reſinæ Elemi non abſimilem, ſed hæc in uſu non eſt.*

## PRÆPARATA.

1. *Condit. Olivæ.* Condiuntur muria antequam planè maturuerint, in Hiſpania & Gallia Narbonenſi: interdum etiam maturæ & nigræ.

Vires. *Comeſtæ initio paſtus excitant appetitum, movent alvum, humentem ventriculum exiccant ac confortant.*

N. *Rancidæ ſubvertunt ventriculum.*

2. *Oleum,* (ſimpliciter ita dictum,) Exprimitur ex olivis maturis, diciturque oleum (ſimpliciter,) oleum commune olivarum, Baum-Oel. Olivier ſauvage, *Oyl-Olive,* and *Sallet-Oyl.* Boom-Oly.

Vires. *Calfac. & humectat moderatè.* [N. *Vetus calidius eſt recenti*] *emollit, digerit, vulnerarium eſt, alvum laxat cum cereviſia calida aſſumptum ℥ j. ariditatem pectoris corrigit, tormina ventris mitigat, urinarios meatus laxat, eroſos abſtergit & conſolidat. Extrinſecus creberrimi uſus eſt in clyſteribus, tumoribus calidis, &c.*

N. 1. *Cum ▽ tepida aſſumptum movet vomitum.*

N. 2. *In patria mea Weſtphalia uſitatiſſimum eſt vulneratis quotidie exhibere oleum olivarum cum cereviſia calida, quo adeò largè utuntur, ut quoque ſudor oleum redoleat.*

4. *Oleum omphacinum.* Exprimitur ex olivis immaturis.

Vires. *Refrigerat, ſiccat, aſtringit, adeoque multis compoſitionibus inſervit.*

5. *Oleum Philoſophorum.* Fit deſtillando oleum olivarum, cum lateribus ignitis mixtum ex retorta. *Aug.*

Vires. *Diſcutit, maturat, emollit. Prodeſt tumoribus frigidis, duris, &c.*

HOFMAN. *Olea.*) Ἐλαία. Germ. Olivenbaum. Vel eſt *Sativa,* vel *Sylveſtris.* *Sativæ* plures rurſus ſunt Differentiæ, ſed illæ non ab arbore ipſa, ſed à fructu potius deſumuntur: ab ejus ſcilicet forma, colore, ſucco, magnitudine, ſapore & bonitate. *Sylveſtris oleaſter* dicitur, hæc ſativæ non cedit magnitudine caudicis & ramorum, horum tamen frequentia ſuperatur. Spinas per ramos poſſidet, folia minora, flores etiam racematim compacti fructum præcedunt, olivæ ſimilem, ſed minorem, ſucco purpureo mordaci præditum.

Aërem amat Olea calidum, ſolum campeſtre Meridiem ſpectans, unde in Italia, Hiſpania, Gallo Provincia, & Gallia Narbonenſi olea nihil frequentius. Apud Nos in hortis colitur ſed hyeme reponenda. Floret Iunio, fructus decerpuntur Novembri aut Decembri.

Oleaſter provenit in agro Narbonenſi, & in plurimis Dalmatiæ, Italiæ ac Hiſpaniæ Provinciis.

*Vires. Folia refriger ſicc. adſtring.* &c ) Horum uſus præcipuus eſt externus in alvi fluxu, menſium profluviis &c.

*Fructus oliva ſcilicet dicta,* vel ſunt grandiſſimæ ex Hiſpania advectæ, Superbæ vocatæ. Vel ſunt mediæ magnitudinis Narbonenſes; Minimæ omnium Italicæ Inter quas reperiuntur capparum magnitudine, guſtu ſuaviſſimæ.

Condiuntur *olivæ* muria antequam plenariè maturuerint; interdum etiam maturæ & nigræ. Recentes muria conditæ gratæ ſunt ventriculo, excitant appetitum, humidum ventriculum exſiccant ac confortant, rancidæ autem eundem ſubvertunt.

*Oleum olivarum ex olivis maturis exprimitur* &c.) *Hujus tres ſunt differentiæ; Primum* omnium eſt præſtantiſſimum, ... dictum, primus præli liquor quaſi ſpontaneus, Olei flos. Noſtratibus vocatur Tarteröhl. Gallis Huile vierge. *Secundum Iterativum, ſecundæ* preſſuræ *Tertium Tertiativum*, quod eſt tertiæ, hocque peſſimum; Iterativum autem medio ſe habet modo. Quod ex immaturis olivis exprimitur oleum nec minus ſuccus ex immaturis uvis expreſſus promiſcuè Omphacinum vocari conſuevit, unde obſervandum, ne, ſi ſuccus uvæ immaturæ præſcribatur à Medico juniore pro febricitantium cibis condiendis oleum omphacinum ſubſtituatur: vel vice verſâ ſi olei omphacini uſus, pro hypochondrii inunctione deſideretur ſuccus uvæ immaturæ ſeu de agreſta ne præbeatur.

*Vires Calefacit, & humectat moderatè ſcilicet recens oleum olivarum, vetus enim calidius eſt; emollit, digerit &c )* Vulnerarium eſt cum cerevifia calida ſumptum, alvum laxat, tormina ventris mitigat &c. Hoc cum aliquot guttis lixivii ex ſarmentis vitium vel cineribus fabarum propinatum enecat lumbricos.

## CCXXXIV. *Ononis.*

*Ἄνωνις, Dioſcorid. Ὄνωνις, Theophr.* Hauhechel / Stallkraut Ochſenkraut. Arreſte beuf. *Reſt-harrow.* Prangwortel/Stalcruyt.

Eſt
- Spinoſa
  - purpur. (flor.) *Hæc uſualior.*
  - lutea. (flor.)
- non ſpinoſa
  - purpur.
  - lutea
    - major.
    - minor.
  - luteo variegata

Videatur Reſta bovis *Trag. Lon.* Anonis ſeu Ononis. *Matth. Tab.* Anonis *Fuchſ. Dod. Caſt.* Ononis *Cord. in D. Lob.* Anonis *Ger.* Anonis ſpinoſa flore purpureo, C. B. I.

Creſcit in Campeſtribus, dumetis, arvis, juxta vias. Floret Iunio & Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* ac potiſſimùm hujus *Cortex*

Vires. *Calf. & ſicc. in princ. 3. abſterg. atten. diſcut. Uſus præcip. in diureſi, lithiaſi, ictero, obſtructione epatis, in carnoſo ramice abſumendo. Hæmorrhoidibus caſis, mariſcisve diſcutiendis (in infuſum aliquandiu bibitum.) Extrinſecus in putredine oris ac dolore dentium (gargariſ.)*

N. *Antequam ſpinas protrudit, conditur cum ſale pro cibario.*

### PRÆPARATA.

1. ▽. *ſtillat.* Ex integra planta cum radicibus novellis eruta.

[2. Syrupi in diſpenſatoriis quibusdam fit mentio.]

[3. Sal diureticum.]

Ononis *Ἄνωνις* Germ. Hauhechel / Eſt *vel ſpinoſa*, vel *non ſpinoſa. Spinoſa vel fl. purpureo*, quæ uſualior, *vel fl. luteo. Non ſpinoſa lutea major & minor luteo-variegata.* N. Hæc non ſpinoſa Sulph. abundare videtur, cùm tamen odorem ſpiret qualem ſtannum edere ſolet frictum inſtar halitus ſulphuris. vid. Excell. Beckmanni phyſic. curioſ. mſſ.

Creſcit in Campeſtribus locis, dumetis, arvis, juxtà vias. Floret Iunio & Iulio.

*Hujus radix, nec minus cortex uſui Medico cedit.*

*Vires, calefac. ſicc. abſterg. atten. diſcut &c.)* Unde in veſicæ ac renum calculo non ſuppar habetur remedium; in hâc contra carnoſum ramicem ſingulare latet arcanum, ſi pulveretenus ſaltem ad aliquot ſumatur menſes. *Aqua ex integrâ plantâ* cum radicibus novellis contrà calculum deſtillatur.

## CCXXXV. *Origanum.*

Origanum. *Brunf.* Orig. vulgare, *Trag. Matth. Lon.* Origanum ſylveſt. *Dod. Cord. in D. Fuchſ. Tab. Cam.* Agriorigaanum ſeu Onitis major, *Lob.* Origanum Anglicum, *Ger.* Origanum ſylv. Cunila Bubula Plinii, C. B. I. Germ. Cunicula Doſten / Wolgemuth. Origan, *Origany, a kind of wild Marjoram.* Origanum/Grove Marjoleyn.

Creſcit in locis Campeſtribus opacis. Floret Junio, ac Julio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus ſeu *Summitatibus.*

Vires. *Calf. & ſicc. 3. abſterg. aſtring. Uſus præcip. in obſtructione Pulmonum, Epatis ac uteri & hinc tuſſi, aſthmate, Ictero, auget lac, ichoroſa excrementa per ſudorem expellit, (ante balneum aſſumptum.] Extrinſecus uſu venit crebriori, eoque in balneis uterinis, cephalicis, totius corporis (contra ſcabiem.)*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex integra planta cum floribus.
2. *Oleum ſtillat.* rarò proſtat.

[Odontalgiæ conveniens.]

3. *Sal. ex cinere.* Raròitidem paratus.

[Oſtrutium vid. Imperatoria.]

HOFMAN. *Origanum.)* ſive *Origanus* utrumque dicitur. *Origanum Onites* Germ. Doſten Wohlgemuth

*Dioſcorides* tria genera facit; *Origanum Onites, Origanum Heracleoticum, & Origanum ſylveſtre.* Nomenclaturam *Origani* apud Græcos deſumptam putant, ab ... quod montibus gaudeat. *Heracleoticum Creticum* quibuſdam dicitur.

Creſcit vulgare in incultis locis ad itinera, in collibus opacis. Floret menſibus æſtivis.

*Vires Calef. ſicc. aper. abſtergit.* &c. Uſus ejus eſt in apoplexiâ, caro, &c pulmonum, uteri ac reliquorum viſcerum obſtructionibus, unde in tuſſi, aſthmate, ictero prodeſt, lac auget, diaphoreticum eſt; Externè utimur in inſeſſibus.

N Perdices, ciconiæ & palumbi vulnere accepto *origanum* imponunt, & ſic reſtituuntur in ſanitatem; inſperſum hoc piſcibus, carnib. &c. abigit muſcas.

## P.

## CCXXXVI. *Palma.*

Φοίνιξ Palma, *Trag. Matth. Dod. Alpin. Cord. in D. Lob. Caſt. Cam* Palma major, *Tab.* Dactyliſcum palma elate, *Matth.* Palma elate, *Cord. in D. Dod.* Caryotæ, Caritides fructus palmæ dactyli. *Caſt.* Palmarum fructus ſive dactyli, *Lob. Dod.* Palma major, C. B. I. Dattelbaum/oder Dactelbaum. Palmier. *Date-tree.* Dadel-Boom.

Creſcit in Judæa, Syria, Ægypto, Africa, & ſimil. locis calidis.

N. *Palmas fœminas non ſine aſperſione pulveris vel florum è palmis maribus parere aſſerit Alpinus.*

OFFICIN.

## OFFICIN. NAT.

*Fructus* (officinis.) dactyli, palmulæ, Datteln. Palmier de Dattes. *Dates.* Dactelen/Dadelen/ of Dalen.

Eligendi magni flavi, parum rugoſi, molles, pleni, carnoſi carne ſubdura ad nucleum candicante, ad corticem rubeſcente, & qui concuſſi minus ſonant, ſapore vinoſo. Deteriores ſunt flaccidi, duri & excarnes.

Vires. *Dactylorum maturorum pulpa calf. ſubaſtring. immaturi aſtringunt fortiter) aſperitatem faucium leniunt, fœtum in utero roborant, fluxus ventris ſiſtunt, vitiis renum ac veſicæ ſuccurrunt. Extrinſecus conveniunt in cataplaſmatis aſtringentibus, & ſimil.*

N. *Concoctu ſunt difficiles, capiti dolorem inferunt, (inprimis exiccati) craſſum ac melancholicum humorem generant.*

[Oſſa, Dattelkern/Noyeaux de Dattes. *Date ſtones.* Uſurpantur ad dyſtokiam.]

### PRÆPARATA.

| | |
|---|---|
| *Species ſeu Electuarium Diaphœnicon Meſuæ &* Fernelii. 1. *Diaphœnicum in ſolido*, i. e. tabellæ El. diaphænic. | Horum baſis eſt Turbith. ac diagrid. Vid. D. & Turbith. infrà de purgant. |

P.

Hofm. *Palma.*) Germ. Dattelbaum. Vulgò in *Marem & Fœminam* diſtinguunt; Aliis notatu digna ſunt, quæ *Proſper Alpinus de plantis Ægypt. de Palmâ fœminâ* commentatus eſt quòd non ſine aſperſione pulveris vel florum ex palmis maribus pariant.

Cœlo gaudet calido, & frigidum odit, unde in Ægypto & Syriâ Iudæâ & Africâ plurima. Licet etiam in Siciliâ, Hiſpaniâ, Galliâ Narbonenſi naſcatur, tamen vel ſterilis, vel immites fert fructus. *Hujus Fructus Dactyli,* Datteln in uſu ſunt.

Eligendi magni, flavi, molles parùm rugoſi, pleni, carnoſi ſubdurâ carne ad nucleum candicante, ad corticem rubeſcente, ſapore vinoſo. Deteriores ſunt graciles, flaccidi, duri & excarnes.

*Vires. Dactylorum maturorum pulpa Calef. ſubaſtring.* (immaturi *aſtring.*) &c. Faucium aſperitatem leniunt, fœtum in utero confortant, alvum non ſiſtunt maturi, ſed laxant, &c. Ex his præparatur *Electuarium Diaphœnicon Fernel.* Et ex oleo de Palmâ Indicâ flaveſcente. Emplaſtrum vulnerarium conficitur, quod vide in theſaur. pharmac. annexo ſect. X. no. XXVI.

## ¶CCXXXVII. *Papaver ſativum.*

Μήκων, Papaver (ſimpliciter) Arab. Thaxthax, Magſamen/ Oel-Magen/ Oel-Samen Mön. Du pavot. *Set* or *Garden-Poppies,* Tuyn-Huel/ Mankop.

{Album, *quod tutius intra corpus adhibetur.*
{Nigrum, *quod non æquè tutum eſt.*

Videatur prius Papaver, *Brunf. Lon.* papaver ſativum, *Matth. Tab.* papa. album, *Trag. Dod.* papaver album ſativum, *Lob. Caſt. Ger.* papaver ſativum ſemine candido, *Fuchſ.* papaver hortenſe ſemine albo, C.B.1.

Nigrum uſitatius inſcribitur Papaver nigrum, *Brunf. Caſt.* Pap. ſativum 2. vulgò nigrum, *Cord. in D.* pap. ſativ. ſemine atro. *Fuchſ.* papaver hortenſe nigro ſemine, ſylveſt. Dioſcoridi, nigrum Plinio C. B. 2.

Colitur in hortis. Floret media æſtate.

## OFFICIN. NAT.

*Flores, Semen* albi & nigri. *Capita* cum & ſine ſemine.

Vires. *Refrig. & hum.* 3. (*aliis* 4.) *Uſus præcip. in ſomno conciliando, in affectibus pectoris ac pulmonum & inprimis in tuſſi, raucedine, phthiſi. Hinc & in fluxu alvi. Extrinſecus in dolore leniendo, ſomno introducendo [capiti pedibusve adhibitum.]*

### PRÆPARATA.

1. *Succus inſpiſſatus.* Ex foliis.

N. *De Opio ac Meconio, quæ ſucci ſunt papaverum exoticor. Vide ſis infra.*

2. *Extractum.* Ex floribus ſiccis cum ▽ papaver.

N. *Quercetanus in Pharm. R. ſt. c. 25. parat hoc modo:* ℞. *Capit. papav. q. v. (cum flores expandere incipit, præſtatque papaver, quod flores fert rubicundos,) contunde ac digere in* MB *cum Hydromelite vinoſo, vel vino Canariæ dies (12. 15.) ut liquor intenſiſſimè rubeſcat. Exprime fortiter, ut omnis virtus gummoſa & reſinoſa eliciatur. Abſtrahe l.* △ (VB) *ad remanentiam gummoſæ & reſinoſæ ſubſtantiæ, quam adhuc calentem ſi voles effunde in frigidam & ſubitò coagulabitur. Et hoc, ait, eſt verum probatumque opium ac nullo modo ſophiſticum (intellige Germanicum quod loco opii exotici adhiberi poteſt, de quo claſſe ſequenti.*

3. *Aqua.* Ex floribus vel capitibus florentibus.

4. *Syrup. ſimpl.* Ex decoct. capit. papav. utr. c. ſem. an. & penidio. Vide Diſpenſ.

5. *Compoſ.* Fit cum aliis pectoralibus. Vide Diſp.

6. *Electuar.* 1. *Diacodium ſimpl.* Ex Decoct. capit. papav. albi & melle (vel ſaccharo, vel ſapa cum Glyzyrrhiza.)

7. 2. *Diacodium Montani, ſeu Syrupus de Siliquis.* Ex decoct. capit. papav. alb. ſiliquis. Rad. Althe. & Glyzyrrhiza, cum ſaccharo cando & penidio.

8. 3. *Diacodium Actuarii.* Hoc ex aſtringentibus.

9. 4. *Diacodium in ſolido* i. e. Rotulæ ex emulſione & ſaccharo. Vide Diſp.

[Trochiſci de papavere, ad intercipiendos Catarrhos.]

10. *Lohoch.* Vid. Diſp.

11. *Oleum.* Ex ſemine exprimitur.

Hofman. *Papaver Sativum.* Μήκων. Germ. Mön. Vel eſt *Album, vel Nigrum.* Vel *Hortenſe vel ſylveſtre.* De reliquis differentiis vide Authores Botanicos.

Colitur hortenſe in hortis, ſylveſtre autem in ſylvis; Floret mediâ æſtate.

N. *Album* tutiùs intrà corpus adhiberi quàm *nigrum* cum aliis ſtatuit *D. Author.* Verùm experimento facto hic metus de nihilo eſt, nec ulla etiam dari poteſt ratio, quæ contrarium ſuadeat. Sic quilibet cuculi cantum canens adſentiri, quàm indagare mavult.

*Vires. Refr. humect. &c.*] Hujus præcipuus eſt in ſomno conciliando tàm internè quàm externè, item in affectibus pulmonum, ut in tuſſi, phthiſi &c. notabilis eſt virtutis. Externè in doloribus leniendis, ſomno inducendo non poſtremum eſt. Deſtillatur inde etiam Aqua hypnotica vid. Theſaur. Pharmaceutic. annexum ſect. I. no. XVIII. XIX.

*Ex foliis ſuccus inſpiſſatus* & extractum ex floribus ſiccis omnes præſtat virtutes, quæ ipſum *Opium* de quo vide infrà. Et *Quercetani Opium* præparatum, cujus deſcriptionem hic tradit; ſuâ etiam laude non eſt defraudandum. Ex *papavere hoc ſativo* præparatur etiam *Syrupus ſ. vid. Diſp. & compoſ.* qui in ebullitionibus ſanguinis à difficili dentitione ortis in infantibus cum aq. cichor. nuptus mira præſtat, ne inſultus epileptici oriantur. His ſuccedunt *Diacodium ſ. Montani, Actuarii, Lohoch* &c. vid. Diſp. *Oleum ex ſemine* exprimitur, quod externè ad dolores demulcendos & ſomnum inducendum miræ eſt efficaciæ.

N. Semen papaveris renibus cavernulis compluribus externè interſtinctis ſimile eſt, uti ex Microſcopiorum obſervatione habemus.

¶CCXXXVIII.

¶ *CCXXXVIII. Papaver Erraticum.*

Μήκων ῥοιάς, Ῥοιάς, Papaver fluidum, Papaver rubrum, Klapper-Roſe / Korn-Roſe / Feldmag-Saamen / Grind-Magen. Pavot ſauvage. *Erratick. Wild. Redpoppies.* Wilde/Kooren-Rooſen.

Eſt { majus. *Hoc officinarum eſt.*
{ minus. *Inuſitatum.*

Dicitur Papaver erraticum *Matth. Cord. in D. Lon. Dod. Caſt. Tab.* Papaver erraticum primum, *Fuchſ.* Papaver Rhæas *Lob. Ger.* papaver Rhæas ſive flore caduco puniceo, *Lob. ico* papaver erraticum majus, C. B. 10. inter ſpec. papaveris.

Creſcit in arvis juxta vias ac inter ſegetes. Floret Majo, & Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Flores.*

Vires. *Refrigerat validè, ſomnum conciliat, dolorem ſedat. Uſus præcip. in febribus, pleureſi, (cui ſpecificè prodeſt,) anginâ aliisque morbis, (inprimis pectoris refrigeratione opus habentibus. In inordinato menſium fluore (infuſ. flor. in ∇,) Extrinſecus ſunt, qui herbâ Hepati impoſitâ, hæmorrhagiam narium ſiſtere conantur, quam vim & radici adſcribunt.*

N. *Galenus ſemen multò frigidius eſſe ait; quàm ſem. papaveris ſativi, unde & internum ejus uſum interdicit.*

## PRÆPARAT.

1. ∇ *ſtillat.* Ex floribus.
[*Tinctura ex floribus.*]
2. *Syrup.* Ex infuſione florum triplici.
3. *Conſerv.* Ex floribus.
4. *Extractum.* Cum propriâ aquâ acuatâ. Spir. Sulphuris. *Quercet. Ph. Reſt. cap.* 26.
5. *Acetum.* Ex floribus.

HOFMAN. *Papaver Erraticum.*) *μήκων ῥοιάς* Germ. Klapperroſen. Reperitur *Majus & Minus. Illud uſitatum* eſt, *hoc non.*

*Vires. Refrig.* &c.) ſpecificum antipleuriticum eſt, & archei ſedativum præſtantiſſimum, unde hujus uſus in febribus ardentibus, internis inflammationibus, angina, pleuritide &c. non ſatis deprædicari poteſt; Ubi notandum eſt in pleuritide ſublato ab ejus uſu dolore acutiſſimo, poſtmodum ab hoc abſtinendum eſſe ne ſputi excretio inde impediatur, ſed tunc expectorantia ſubſtituenda eſſe, infuſum florum in Sp. V. vel decoctum fl. in vino factum in menſium ſuppreſſione aut inordinato eorum fluxu ſalutari cum effectu adhibetur.

*Ex floribus deſtill. Aqua*, & *ex eorum triplici infuſione ſyrupus, conſerva, Tinctura & extractum ſpiſſum paratur* ſeq. modo: ℞ Fl. papav. rhœad. ſ. coq. cum ∇ æ ſ. q. ad tincturæ extractionem, quam poſtmodum inſpiſſa, & cum Sp. V. denuò extrahe, abſtracto Sp. V. reſiduum uſui reſerva.

¶ *CCXXXIX. Parietaria.*

Ἑλξίνη, Parietaria, Urceolaris, vitraria, herba muralis. Tag und Nacht / S. Peters-Kraut / Glaß-Kraut. Parietaire *Pellitory of the Wall.* Glaſcruyt/ Pari tarie. *Ital. Vetriola.*

{ Major vulgaris. *Hæc officinar.*
{ Minor. *Tragi.*

Dicitur Parietaria, *Brunſ. Cord. hiſt. Dod. Tab. Ger.* Parietaria vulgaris & major, *Trag.* Helxine. *Matth. Fuchſ. Lon. Caſt. Cam.* Helxine altera, *Cord. in D.* Perdicium, *Lob.* Pariet. officinarum & Dioſcoridis, C. B. 1.

Creſcit juxta ſepes, muros ac parietes. Floret Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Refrig. & humect. parum, emollit, maturat, exterg. ſubaſtring. Uſus ejus internus licèt rarus ſit, tamen prodeſt in pectoris mucilagine & hinc in tuſſi, in renibus extergendis, & hinc in ſtranguria & calculo. Extrinſecus crebrior ejus eſt uſus, uque in tumoribus, eryſipelate, ambuſtis, vulneribus, & ut plurimùm adhibetur in clyſteribus & cataplaſm.*

## PRÆPARAT.

∇ *ſtillat.* Ex integra herba menſe Julio collecta.

[Syrupum Varign. laudat ad calculum.]

HOFMAN. *Parietaria.*) *Duplicem* hodiè habemus, *Vam Lipſienſium* ſeu *Melampyrum* comâ cœruleâ; & *Dioſcor. Alteram*, Germ. Tag und Nacht.

*Hæc* in uſu eſt pharmaceutico, & inter herbas refertur emollientes *althæa, malva, violaria, mercurialis, branca urſina, beta, atriplex*; *Illa* non emollit, ſcil. *Lipſienſium*, ſed ventrem potiùs conſtipat. *Iſta* autem *Dioſcoridis* præ omnibus aliis emollientibus ad clyſteres in calculoſis commendatur, Præterea & abſtergendi vim poſſidet, unde externè in ſcabie balnea & inunctiones ex hâc componi poſſunt.

¶ *CCXL. Herba Paris.*

Herba Paris. *Matth. Dod. Caſt. Ger.* Paris herba. *Lon. Cam.* Aconitum pardalianches monococcon, *Cord. in D.* Solanum tetraphyllon, *Lon.* Solanum quadrifolium bacciferum ſeu 10. C. B. Aconitum ſalutiferum, *Tab.* Uva verſa, Uva vulpina, Ein-Beer/ Wolffs Beer/ Augekraut Sternkraut Säuaug. Raiſins de Renard. *Herb-Paris*, or *True-Love*, or *Oneberry* [*Wolfſberry*] Wolfs-beſie / Spinnekoppen.

Creſcit in ſylvis opacis. Floret Aprili & Majo.

## OFFICIN. NAT.

*Baccæ*, rarò *Folia*.

Vires. *Baccæ ac folia refrig. & ſicc. Uſus baccarum internus eſt alexipharmacus in peſte, venenatis morbis veneniſque aſſumptis. (E. gr. Arſenico.) Extrinſecus foliorum uſus eſt in bubonibus peſtilentialibus, aliisque calidis tumoribus, in paronychia, in inveteratis ulceribus.*

## PRÆPARATA.

*Pulvis Saxonicus*, Vid. A. D.

[N. *Oleum ex granis herbæ Paridis expreſſum, vel deſtillatum, quibusdam Oculorum anim. dicitur.*]

*Paſſulæ, Uva Paſſa, vid. Vitis.*

HOFMAN. *Herba Paris.*) *Aconitum pardalianches. Solanum tetraphyllon. Uva verſa. Uva vulpina.* Germ. Ein-Beer. Wolffsbeer.
Creſcit in ſylvis ac nemoribus Floret Aprili & Majo.

*Vires. Refriger. & ſicc. &c.*) Miror cur alia, quæ refrigerant & ſiccant, etiam non ſint alexipharmaca, ut uſus baccarum iſtarum alexipharmacus eſt; *Baccæ* colligendæ ſunt ☉le in Gemin. exiſtente ante ejus ortum. *Baccæ iſtæ* nu. v. vel IX. pulveriſatæ cum aq. fl. tiliæ in epilepſiâ commendantur, & ℈ß. pondere epilepticos juvare creduntur, & alios, qui ex morbi diuturnitate aut veneficiis amentiâ tenentur. *Ex his tinctura rubicundiſſima extrahitur*

*trahitur tàm cum Sp. V. quàm cum Sp. Sal.* ingreditur etiam *Tincturam meam Bezoardicam.*

## ¶ *CCXLI. Paſtinaca domeſtica.*

Paſtinaca eſt tùm
- Latifolia [Elaphoboſcum — Sylveſtris / Sativa — *minus uſuales.*
- Tenuifol. — Sativa ſeu domeſtica. *Hujus loci.* / Sylveſtris. *Hæc loci ſequentis.*

Eſtque Paſt. ſativa.
- lutea. Carota lutea, gelbe Mohren / gelbe Paſtenach / gelbe Rubē. Paſtenades jaulnes. *Yellovv Carots.* Geele-Wortelen of Peenen.
- alba. Carota alba, weiſſe Paſtenach / weiſſe Ruben. Paſtenades blanches. *Parſneps*, or *vvhite Carots* Pinſternakelen of Witte Wortelen.
- rubra. Carota [ſimpliciter,] rothe Ruben. Paſtenades rouges carotes. *RedCarots.* Roo Caroten / Wortelen / of Peenen.

Videatur Paſtinaca ſativa, 1. & 2. *Fuchſ.* 1. [& Elaphoboſcum, ] *Tabern. Lon.* Sativa Dioſc. *Lob. Cord. in D.* tenuifolia (& latifol. ſativa) *Dod. Ger.* Paſtin. 3. Daucus ſtaphilynus altilis & hortenſis vulgò Carota, *Cam. hort.* Carota ex albo flaveſcens, [& paſtinaca domeſt. ] *Caſt.* noſtra lutea, *Cam.* Staphylinus 1. & 2. *Trag.* Staphyl. ſativus & Daucus domeſticus, *Galeno.* Siſer alterum, *Matth. Tab.* Paſtin. tenuifolia ſativa radice lutea vel alba, C. B. 5.

De rubra vid. Paſtinaca ſativ. 2. *Fuchſ.* ſat rubens, *Dod. Tab.* atro-rubens, *Lob.* Carota, *Matth.* radice rubra, *Caſt.* vulgaris, *Lob.* Staphylinus 3. *Trag.*

### OFFICIN. NAT.

*Semen*, ratò *Herba* (Radices culinariæ ſunt.)

Vires. *Semen & herba calf. 3. ſicc. 3. Uſus præcip. in vulneribus, ſingultu, pleuriſi, torminibus ventris, calculo ac menſibus pellendis. Specificum habetur ad uteri ſuffocationem.*

Doſis ſeminis ℥j.

N. *Rara planta hæc in officinas infertur.*

## ¶ *CCXLII. Paſtinaca ſylveſtris.*

Paſtinaca tenuifolia ſylv. Dioſcoridis, vel Daucus officinarum, C. B. 1. Daucus agreſtis. Galen. Dauc. vulgaris, *Cluſ. hiſt.* Paſtinaca erratica Plinio *Fuchſ. Cord. in D. Tab.* Staphylinus ſylveſt. *Trag.* Paſtinaca ſylv. *Matth. Lon. Caſt.* ſylv. tenuifolia, *Dod. Ger.* ſylv. genuina Dioſcor. *Lob.* Paſtinaca 4. *Cam.* Germ. Vogels-Neſt. Racine de Pannais Carote ou Paſtinet ſauvage. *VVild.* or *Covv-parſnep.* Vogelsneſt / Croonkensкruyt / [by ſommige] Moren Wilde Peenwort. Creſcit paſſim locis Campeſtribus ſiccis & arenoſis. Floret Julio & Auguſt.

*Semen*, ratò *Radix & Herba.*

Vires. *Eiſdem prædita eſt viribus, quibus Daucus Creticus, cujus quoque loco, in compoſitionibus adhiberi commodè poteſt. Semen calefacit & ſicc. 3. radix paulò imbecillius, herba adhuc minus; atten. aperit. Uſus præcipui in tuſſi, pleuriſi ſtranguria, reſerat Epar, Lienem, Ureteres, ciet menſes & molas, ſedat matricis ſuffocationes, ſtimulat venerem. Extrinſecus convenit radix peſſariis exiccat herba catharros (in lotionibus capitis) parturientium promovet (in ſuffitu.)*

### PRÆPARAT.

1. *Confect. ſem.*

2. ▽ *ſtillat.* Ex tota herba cum floribus ac radicibus Julio collecta.

3. *Ol. ſtillat.* Ex ſemine.

Vires. *Coercet ſeroſitatum affluxum ad articulos vulneratos.*]

HOFMAN. *Paſtinaca ſylveſtris* ſive *Daucus vulgaris.* Creſcit in locis campeſtribus, floret Iulio, colligitur manè in rore, Sole in Libr. & Lunâ in Cancr. exiſtentibus.

*Vires. Calef. ſicc. atten. aper. &c.*) *Seminis* hujus virtus etiam ſuo odore anti-ſaxatili domare impetum coagulatoris in *Duelech*, & ita venienti ſaburræ coagulandi adimere conciliabulum.

Quas eximias & admirandas Dauci ſeminis dotes priſcis etiam olim cognitas, ut patet ex *Dioſcorid. in Libr.* 3. c. 69. cum immortali Nominis ſui honore noviter etiam detexit *Cl. Helmontius in tr. de Lithiaſi cap.* 1. & 7. item *Gualterus Charleton in diatrib. de Lithiaſi. cap.* 3. cum cereviſiâ leptomerâ, cui ſemen *Dauci* infuſum.

## ¶ *CCLXIII. Perfoliata.*

Perfoliata vulgariſſima ſeu arvenſis, C. B. 1. Perfoliata, *Brunf. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lon. Tab.* major *Trag.* perfoliatum vulgare flor. luteo, folio umbilicato, *Lob.* perfoliata vulgaris *Ger.* Germ. Durch-Wachs / Bruch-Wurtz. Perfoliate, Perſefeuille. *Through-Vax*, or *Thorough-Leaf.* Duer-vas.

Creſcit in locis ſabuloſis. Floret Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia & Semen.*

Vires. *Calf. & ſicc. (amari ſaporis) vulneraria eſt Uſus præcipui in vulneribus recentibus, Enterocelis (imprimis umbilici) tumidis artubus [exoſtoſi Uberbein.] ſtrumis ſive intrinſecus, ſive extrinſecus adhibere volupe ſit.*

### OFFICIN. NAT.

▽ *ſtillat.* Ex integra herba florente.

## ¶ *CCXLIV. Malus Perſica.*

Perſicus, *Brunf.* Perſica *Fuchſ. Cam.* perſica malus, *Lob. Tab. Ger.* malus perſica *Dod.* perſica arbor & ejus 1. genus, *Trag.* perſica molli carne & vulgaris, viridis & alba, C. B. 1. perſicus alba, & popularis. *Lon.* perſica viridis & alba. *Matthiol. Caſt.* Germanicè Perſich-Baum. Peſchier. *Peach-Tree, and Fruit.* Pferſick-boom / en Perſick-appel.

### OFFICIN. NAT.

*Folia, Flores, Nuclei, Fructus*, ſed ratò, quippe hi facilè putreſcunt.

Vires. Fructus [*mala perſica, Arab. Sanch.*] *refrig. & humect. 2. nutrimenti ſunt pauci, facileque putreſcunt. Verum initio paſtus laxant alvum. Exiccata conſtipant, laudanturque in fluxu alvi &c.*

Flores, Folia *ac* Nuclei, *calfac. & ſicc. abſterg. Uſus præcip. (florum) in lumbricis infantum, in alvi laxatione, meſenterii obſtructione, ſeri purgatione, & ſim. [Nucleorum] in diureticis ac lithontripticis, in obſtructione Epatis, ardore ſtomachi. Extrinſecus adhibentur crebrò in emulſionibus dolori capitis dicatis, &c.*

PRÆ-

PRÆPARATA.

1. *Condit. Fructi.* 5. ſubtrahitur ſc. exterior cuticula, hinc condiuntur, l. 2.

N. *Aptiora ad condituram cenſentur mala minora quàm præcocia.*

2. ▽ Ex floribus.

N. *Alvum infantum lubricam reddit, lumbricosque educit.*

3. ▽ *diuretica.* Vide l. 2. c. 38. ▽ diuretica ex nucleis.

4. *Syrup. de floribus perſicæ.* Fit ex iteratis infuſionibus, ut ſyr. ex infuſione violarum.

Vires. *Bilem ac ſeroſos humores educit, meſentterium reſerat, vermes enecat.*

Doſis ad ℥ij.

5. *Conſerva florum Perſicæ.*

6. *Oleum.* Fit expreſſione.

Vires. *Sedat aurium, hæmorrhoidumque dolores ac tumores, colicos juvat (aſſumptum.)*

HOFMAN. *Malus Perſica.*) Germ. Pferſichbaum. Hujus folia, flores & nuclei tantùm in uſu ſunt. Rarò fructus, quia facilè putreſcunt.

*Vires. Flores, folia ac nuclei, calef. ſicc. abſterg. &c.*) *Flores* alvum laxant & feroſos humores ſubducunt. Ex *oleo nucleorum Perſicorum* expreſſo & cum flor. Perſicis infuſo & l. a. clarificato fit oleum, cujus guttæ iij. vel 4 auribus in doloribus vel etiam in tinnitu ac ſtrepitu aurium, nec non in difficultate audiendi inſigni cum auxilio inſtillantur. Sedat etiam hæmorrhoidum dolores, & colicâ paſſione affectos juvat adſumptum. Ex *Floribus aqua* deſtillatur, & ſyrupus conficitur. *Folia* externè in capitis dolore fronti imponuntur. Et ex nucleis etiam Emulſiones præparari ſolent cum aq. ſolani in dolore capitis fronti applicandæ cum linteo.

[Malus Perſica Armeniaca.
Eſt { Major. Baracocca, Cæſ.
Minor. Præcocia *Brunf.* Perſicus Armenia præcox. Geſ. Germ. Marellen / Mammeläucken / Sommer-Pferſich. *Abricots*, Armeniſche Perſen.]

Vires. *Mala melioris ſunt nutrimenti quàm mala Perſica, cordialia putantur & inter bellaria confecta paſta apponitur. Oleum è nucleis Perſicis expreſſo æquale.*]

¶ *CCXLV. Perſicaria.*

Perſicaria eſt C. B. {
1. mitis maculoſa & non maculoſa.
2. urens hydropiper. *Hæc officinale.*
3. anguſtifolia.
4. minor, pulicaria pumila.

Dicitur ὑδροπίπερι Hydropiper, *Fuchſ. Dod. Matth. Cord. in D. Cam. Caſt. Ger.* perſicaria 1. *Trag. Tab.* Mas *Lon.* maſcula, *Brunf.* perſ. urens *Lob.* aliis pulicaria. Germ. Flöh-Kraut / Waſſer-Pfeffer / Mucken-Kraut. Perſicaire, poivre Aquatic. Herbe aux puces. *Fleabane, Arſmart.* Vloocruyt / Perſickcruyt.

Creſcit locis udis ac paluſtribus. Floret Julio & Auguſto.

OFFICIN. NAT.

Hydropiperis *Folia.*

Vires. *Calfac. & ſicc. Uſu præcipuus extrinſecus in vulneribus, tumoribus induratis, ulceribus inveteratis* [*in cataplaſm.*]

N. 1. *Perſicaria mitis habetur frigida, ſed efficacia inuſitata eſt, ut ſpecies reliqua.*

N. 2. *Paracelſus in Hydropiperis deſcriptione admodum prolixus eſt.*

N. 3. *Sunt qui hâc herbâ, ad tranſplantationem morborum, præſertim incantatione introductorum utuntur.*

PRÆPAR.

1. ⊖. ſatis acre antiſcorbuticum.

2. Eſſentia in laſſitudine ulceroſa.

3. Unguentum doloribus podagricis demulcendis proficuum.

HOFMAN. *Perſicaria.*) Hæc vel *eſt mitis maculoſa* & non *maculoſa*, vel *Urens hydropiper*; *illa fœmina, hæc mas.*

Miti nomen impoſuit foliorum cum *Perſicæ* mali foliis ſimilitudo; quam *Th. Paracelſus Tom. 7. Paradox. Libr. 1. cap. 3. p. 96* quoad ſingulares Ejus virtutes ſummis cumulat laudibus; et quo *CL. Helmontius* iſtud peculiare habere prædicat, ut ſi frigida ſaltem demergatur in aquam & ſuper vulnus, aut ulcus aliquantiſper intepeſcat, mox cœnoſo defodiatur loco, ubi putrere incipiat, etiam attrahere ex ægro, quicquid nocuum erit. *intr. de Magnetic. vulner. curat. Et in tr. Butler. Perſicariam* hanc ſolo attactu dolores atroces confeſtim tollere vel ſaltem ſublevare docet. *Iohann. Hartmannus* in ſuâ Praxi chemiatricâ Perſicariam in fine Septembris & Octobr. collectam ad Morbum Gallicum commendat, ſi ex eâ aqua per Alembicum deſtilletur.

*Urentis & Acris ſeu Hydropiperis folia calef. & ſicc.* &c.) Huic D. *Autor* adſcribit tantas virtutes, quas jam Miti maculoſæ adſignavimus; ſed minus rectè *vid. Th. Paracelſ. l. c.*

¶ *CCXLVI. Petaſites.*

Πεταςίτης, Peſtilentz-Wurtz / Regen-Krafft. Le petaſites, ou Glouteron. *Butterbur.* Docke-bladeren en peſtilentiale wortel.

{ Major, mas, flore luteo. *Hæc uſualis.*
Minor, fœmina, flore albo.

Dicitur Petaſites. *Trag. Fuchſ. Dod. Cord. Lob. Lon. Tab. Ger.* mas, *Cam.* major, *Matthiol. Caſt.* major & vulgaris, C. B. 1.

Creſcit in locis humidis. Floret initio veris.

OFFICIN. NAT.

*Radix*, quæ gummoſa eſt.

Vires. *Calf. & ſicc. 2. part. eſt tenuium, amari ſaporis, atten. aper. ſudorifica eſt ac alexipharmaca in peſte, in hypothymia uterina, morbis peſtiferis, à mucilagine tartarea oriundis, Exempli gratia ſuff. aſthmate. Extrinſecus commendatur ad bubones & ulcera maligna.*

N. *Subſtitui poteſt coſto, quippe viribus eidem æquipollere compertum eſt.*

PRÆPARAT.

1. ▽. Ex radicibus vel ex tota h.

2. *Oleum ſtillat.* ſed rarum eſt.

3. *Extractum.*

HOFMAN. *Petaſites.*) Germ. Peſtilentz-Wurtz.

*Radix reſiccata in uſu eſt, quæ ab initio veris colligitur.*

*Vires. Calefac. ſicc. attenuat, aperit.* &c.) diaphoretica & alexipharmaca eſt, item uterina &c. ingreditur *Tincturam* mam bezoardicam, & commendatur etiam in pectoris ac pulmonum affectibus à materiâ tartareâ ortis, ut tuſſi, aſthmate &c. *Eſſentia & extractum reſina*, jam exinde parari poteſt.

### ¶ CCXLVII. *Petroſelinum.*

Apium hortenſe, ſeu petroſelinum vulgare, C. B. 1. Petroſel. *Trag. Brunf. Cord.* vulgare ſeu nativ. *Lob.* hortenſe, *Matth. Lob. Dod. Caſt. Ger.* ſativum, *Tab.* Apium ſelinum Dioſcor. Petroſelinum, perſilium, oreoſelinum, *Fuchſ.* Arab. Karphi, Peterlin / Peterſilg / Garten-Eppich. Perſil. *Common Parsley.* Gemeyne Peterſelie / Perſelie.

N. *Petroſelinum verum ſeu veterum eſt petroſel. Macedonicum (quod ſequitur.)*

Gaudet ſolo humido, colitur in hortis. Floret Iunio, Julio & Aug.

#### OFFICIN. NAT.

*Radix*, (colligitur vere.) *Semen*, (colligitur Auguſt.) & *Folia*.

Vires. *Calf. & ſicc. in princ. 2. atten. aper. exterg. diuretica ſunt, Epatica, &c. Uſus præcip. in obſtructione Pulmonum, Epatis, Lienis, Renum, ac Veſicæ, & hinc in tuſſi, Ictero, Cachexia, calculo, ſabulo, menſibus obſtructis, aſthmate, &c. Extrinſecus reſolvunt humores calidos (inprimis oculorum ſuggillationes) impediunt capillorum caſum (cum Abrotan.) imminuunt lac (mammis impoſita) adeoque mulierculis noſtratibus uſui ſunt in ablactatione infantum.*

N. *Foreſt. l. 16. 6. commendat ad tuſſim puerorum* ℞. *Succ. Petr.* ℥ß. *Lact. muliebr.* ℥j. *Cumin.* ℈j. *M. da tepidè.*

#### PRÆPARATA.

▽ *ſtillat.* Ex integra planta cum radice, coll. initio veris.

HOFMAN. *Petroſelinum.) Apium hortenſe* Germ. Petroſillen Herba eſt notiſſima, cujus radices, ſemen & folia ſunt in creberrimo uſu, *Vide de hujus viribus D. Authorem.* Et Aquam Nephriticam in Theſaur. Pharmaceutic. annexo ſect. 1. num. 32.

### ¶ CCXLVIII. *Petroſelinum Montanum.*

Ὀρεοσέλινον, *Dod. Lob. Cluſ.* in ſ. 1. *Tab.* Apium montanum, *Caſt.* folio ampliore, C. B. 6. Elaphoſelinum, polychreſton. *Cord.* Berg-Peterlein / Berg-Eppich / Hirſch-Peterlein / wilde Peterſilien. Perſil de montagne. Ache. *Mountain-Parſley*, or *Mountain ſmallage*, or *vvild Parſley.* Wilde Peterſelie / Berg-peterſelie / of Eppich.

Creſcit in locis montanis; ſabuloſis, ut & in hortis.

#### OFFICIN. NAT.

*Radix* atque *Semen*.

Vires. *Calf. & ſicc. 3. eſt alexipharmacum, ſudoriferum, diureticum, diſcutiens. Uſus præcip. in calculo Renum & Veſicæ, in peſte (ſudorem eliciendo) in morbis & flatibus, in ſtranguria.*

HOFMAN. *Petroſelinum Montanum.) Apium Montanum.* German. Berg-Eppich. Vel eſt *Nigrum*, ob folia nigriora; vel *album*.

In montoſis & arenoſis tractibus reperitur, ut & in hortis noſtris colitur.

*Vires. Calefac. ſicc. &c.*) attenuat, aperit, incidit; diuretica eſt, ac lithontriptica, emenagoga, viſcerum obſtructiones reſerat, ictero medetur & Peſti, unde & alexipharmacum eſt.

### ¶ CCXLIX. *Petroſelinum Macedonicum.*

Πετροσέλινον Macedonicum, *Matthiol. Lob. Caſt. Dod. Tab.* aliàs Apium ſaxatile, Peterlein / Stein-Eppich / Stein-Peterlein. Perſil Macedonic. *Stone parſley of Macedonia.* Macedoniſche of Steenpeterſelie.

Colitur apud nos in hortis. Gaudet ſolo ſabuloſo ac ſaxoſo.

#### OFFICIN. NAT.

Vires. *Calf. ſicc.* (3.) *abſterg. atten. aper. alexipharmacum eſt, unde & Theriacæ compoſitionem ingreditur. Uſus præcip. in urinâ ac menſibus ciendis; in reliquis cum viribus petroſelinorum ſpeciebus adſcriptis convenit. Adhibetur & morbis veneficio inductis.*

HOFMAN. *Petroſelinum Macedonicum.) Apium Macedonicum.* Germ. Peterlein. Stein-Eppich.

Gaudet aſperis, lapidoſis, ſaxoſis & apricis locis, imò interdum ex ipſis ſaxorum rimis emicat.

Hujus ſemen in uſu eſt; alexipharmacum, unde & *Theriacam* & *Tincturam meam Bezoardicam ingreditur.*

### ¶ CCL. *Peucedanum.*

Πευκέδανος, Peucedanum, *Trag. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lob. Lon. Ger. Tab. 1. Cam. Matth. Caſt.* Peucedanum, C. B. 1. & 2. aliis fœniculum porcinum, German. Haar-Strang / Sau-Fenchel / Schwebel-Wurtz / Hinnen-Gall. Peucedane, ou Queuë de Pourceau. *Hogs-Fennel*, or *Sulphur-vvort.* Solfer-wortel / Verckens Venckel.

Creſcit in montibus opacis. Colitur & in hortis; floret Iulio.

N. 1. *C. B. duplex facit Peucedanum, alterum Italicum, alterum Germanicum: Verum enimverò promiſcuè in uſum accerſiri poterunt.*

N. 2. *Radicem Peucedani officinis uſualem, non eſſe legitimam. Vid. ap. Matthiol. & Caſtor.*

#### OFFICIN. NATIVA.

*Radix* colligenda, Vere Autumnove.

N. *Radix impregnata eſt ſucco reſinoſo, qui tamen in uſum medicum nondum venit, licet alias magni fiat.*

Vires. *Calf. & ſicc. 3. aper. atten. expectorat, mucilaginem tartaream bilemque educit. Uſus præcip. in affectibus pectoris, tuſſi, inflationibus* (ſo die Lung in den Hals ſteiget /) *ſim. in obſtruct. Epatis, Lienis, Renum, ciet urinam, calculum atterit & expellit. Extrinſecus in Hemicrania, aliiſque generibus cephalalgia à catarrhis ortum ducentibus, in tumoribus renitentibus, inveteratis mundificandis, promovet capillorum proventum, &c.*

#### PRÆPAR.

1. *Sal.*
2. *Oleum ſtillat.*

{ quæ raro proſtant officinalia.

HOFMAN. *Peucedanum.)* Germ. Haarſtrang.

Dividitur vulgo *Peucedanum* in *Minus ſive Germanicum*, & *Majus ſive Italicum.* De *Germanico* hoc loco tractamus; *Italicum*, à nonnullis *Libanotis Nigra* inſcribitur.

*Herba & radix in uſu ſunt.*

*Vires. Calefac. ſicc. aper. atten. expectorat &c*) Hujus præcipuus uſus eſt in affectibus pulmonum à materia tartareâ ortis in viſcerum obſtructionibus, urinam pellit, lithontripticum eſt. Externè præter vires ab *Autore recenſitas* valet etiam in ſcabie ſenum ſiccâ pro balneo.

¶ *CCLI. Pimpinellæ, Bipenellæ.*

Τραγοσέλινον Bibinella, Bimpinella, Bibernell. Bibinell / Stein-Peterlein / Bocks-Peterlein. Pimpinelle. Pimpernelle d'Almagge. German. *Burnet (with ſome) Stone parſley, and Saxifrage.* Duytſche Pimpinelle.

Bibinella { ſaxifraga { major / minor } *promiſcuè uſuales.*
ſanguiſorba Italica. *Vide ſanguiſorba.* }

Major eſt Pimpinella ſaxifraga, major candida, C.B. 1. Pimpinella, *Cord. Lon. Trag. Fuchſ. Lob. Caſt.* Pimpinella ſaxifraga major, *Dod.* Tragoſelinum majus, *Tab.*

N. 1. *Hujus radici adnaſcitur quibuſdam in locis granum rubeum, quo utuntur Tinctores ad colorem Carmeſinum, unde ſunt qui pro cocco habent.*

Minor, eſt pimpin. minor. C. B. 4. minor *Fuchſ.* pimp. ſaxifrag. minor, *Cam.* Tragoſelinum petræum, *Tab.* ſaxifrag. parva, *Dod.*

N. 2. *Hæc præſtantiſſima eſt, petroſelini Macedonici loco compoſitione ingredi poteſt, ſi id deficiat.*

Gaudent ſolo pingui, ſed inculto: Florent Iulio, & Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Radix, Folia, Semen.*

Vires. *Calf. & ſicc. (major. in princ. 2. minor. compl. g. 3.) atten. aper. abſterg. ſudorifica eſt, lithontriptica, vulneraria, &c. ſaporis acris. Uſus præcip. in præcavendis ac curandis venenis ac contagioſis morbis, inveterandis obſtructionibus hepatis, Renum, Pulmonum, menſium. In arena, calculo ac ſtranguria, in colicis doloribus, tuſſi, aſthmate, peripneumonia: in cruditate ac imbecillitate ventriculi: in lue venerea: Antidotus item eſt argenti vivi. Extrinſecus valet: in maculis faciei abſtergendis: In odontalgia: auget lac, maturat bubones, cancroſoſque tumores, mundificat ac conſolidat vulnera, tam recentia, quàm inveterata.*

## PRÆPARATA.

1. *Condit.* Ex radice.
2. *Confect.* Ex radice vel ex ſemine.
3. *Conſerv.* Ex ſemine.
4. *Aqua ſtillat.* Ex radice ac integra herba florente Iunio menſe collecta.
5. *Oleum ſtillat.* Ex tota planta cum radice.

N. *Sunt qui in vino rubello ſemen macerant rurſum, exiccant, atque ſic oleum exprimere conantur.*

6. *Sal.* Ex cinere.

HOFMAN. *Pimpinella.*) Germ. Bibinell. Vel eſt *ſaxifraga*, vel *Sanguiſorba, Italica. Saxifraga* eſt vel *major* vel *minor*. Alii etiam *Mediam* addunt. *Minor* dicitur *Tragoſelinum petræum*, quia hirci odorem redolet. De *Sanguiſorba* vide ſuo loco.

Aquaticis & Saxoſis locis delectatur; Floret Iulio, Auguſto.

*Vires. Calefac. ſic. atten. aper. abſterg.* &c.) Antidotus eſt Mercurii vivi. Ingrediens eſt *pulveris ſimmachelis* Quercet. Et pulveres hujus radicis puerperæ etiam uſurpant in doloribus poſt partum. Hæc cocta cum aquâ & butyro in dyſenteria commendatur, cujus ſcutella ſumuntur mane & veſperi, aliis plurimum valet ad ſanguinem depurandum. *Lazar. Rivur.* Cent. 3. *obſerv.* 84.

Folia Ejus incîſa & in vino infuſa cpora vini acidum corrigent.

De Pimpinella hæc habet D. D. ELSHOLTIUS in ſua Deſtillatoria Curioſa.

*Pimpinellarum familia commodè diſpeſcitur in binas claſſes. Priore comprehenduntur Pimpinellæ Sanguiſorbæ dictæ, numero 4. nimirum Major, Minor, hirſuta, Minor, lævis, & Inodora. Poſteriorem occupant Pimpinellæ* Saxifragæ *cognominatæ, quarum quinæ recenſentur à* Caſparo Bauhino *in Pinace: Scilicet Major umbella candida, Major altera, Major umbella rubente, Minor, Tenuifolia. Quibus addi poſſunt eidem Bauhino adhuc incognitæ: quales ſunt Pimpinella maxima Canadenſis Iac. Cornuti, Pimpinella maxima Canad. ſpica rubra longa, & ſpica rubra conglomerata Rob. Moriſoni, itemque Pimpinella agrimonoides horti Patavini.*

*At verò præter enumeratas has omnes, alia quædam ſpecies ſpontanea creſcit apud nos ad pagos urbi proximos, quam ob certas rationes* Pimpinellam cæruleam *appellabimus. Eam ipſam autem reperi inſuper tum prope* Steinfurt, *loco ſex milliaribus hinc diſtante, ubi in uſum officinæ Aulicæ Hortus Medicinalis excolitur: tum circa* Francofurtum *ad Viadrum.*

*Faciem ſi ſpectes, ad* Sanguiſorbas *planta haud pertinet, verùm ad* Saxifragas: *atque inter Saxifragas illi quæ* Major umbella candida *nuncupatur, quam proximè accedit. Ab eadem contrà differt. 1. Solo natali. Pimpinella namque cærulea in terra nigricante, altera in arenoſis provenit. 2. Pimpinellæ cæruleæ radix, extrà pulli eſt coloris, intus albidi: alterius radix, tam foris, quàm intus albicat. 3. Præterea radices illius ſucco interius turgent cæruleſcente, qui in vulgari miſſionem apparet: unde etiam nomen* Pimpinellæ ſaxifragæ cæruleæ *ipſi indere, mihi viſum fuit haud inopportunum.*

Experim. 1. *Mirum autem eſt, latuiſſe hactenus tam elegans ſpectaculum, quod ex Stirpe hac oculis ſubjicere valet Deſtillatoria. Etenim ſi radicibus conciſis, tam recentibus, quam exſiccatis Spir. vini ſuperfuderis, tingitur is flavo colore: quod ſi ipſum porro per Alembicum deſtilles, liquor cæruleus ſit ſummè ſapphirinus. Obſtupeſcunt ſpectatores rerum ignari, & factum ſubeſſe penè non jurabunt.*

Experim. 2. *Quòd ſi verò radices ſiccas, aut inſuper contuſas, in oleum terebinthi juxta cum aqua tripla infundas, ſubinde agitando vitrum, tunc oleum innatans ſtando cæruleſcit: ſin poſtmodum omnia per arenam ſuſi calore pellas, evaneſcit color cæruleus, & oleum aquæ ſupernatans colorem præ ſe fert aureum.*

Experim. 3. *Porro verò ſi ad Medicos ſimul uſum transferre operationem hanc libuerit, & ſpeciatim parare* Aquam phylagogam cæruleam, *infundantur juxta cum radicibus illius Pimpinellæ* Semen aniſi, *feniculi, & cætera carminativa.*

Experim. 4. *Si animus eſt conficiendi* Aquam contra Calculum cæruleam, *injiciantur una* Semen *Alkekengi, petroſelini, & id genus alia. Plus tamen quartam eſſe radicum Pimpinellæ, quam cæterarum, ſi color prævalere cæruleus debet.*

Experim. 5. *Si mediam partem radicum Pimpinellæ cæruleæ cum media parte herbæ Rorisſolis commiſceas, & in vini ſpiritu infundas, proſtaniat per alembicum colore maxime per quam elegans: ſimilis mirum cæruleſcentia per rubedinem Rori ſolis congerentam.*

Cautelæ 1. *Colorem hunc ſapphirinum ex radicibus iſtis, liquor aqueus generabit nullus: ſed quantus iſte liquoris*

*liquorem ſpirituoſum. Præſtant tamen adhuc oleaginoſi liquores ob majorem cognationem, quæ ipſis cum ſucco radicum reſinoſo intercedit. Addiſcere id etiam licet, ſi ipſis oleum citri affuderis, quippe in illud poſt brevem moram colorem ſuum cæruleum deponunt.*

2. *Deſtillatio in his operationibus non lentè nimis inſtituenda, aliàs albicat liquor tranſiens: verùm paulò incitatiùs, ita primus quidem liquor ex cyaneo albeſcit, ſed poſterior perfectè ſapphirinus apparet.*

3. *Color iſte cæruleus, ſaltem ut in duobus prioribus experimentis animadverti, non eſt uſquequaque durabilis: ſed poſt tres aut quatuor menſes in flavedinem degenerat. Diutius tamen durabit, ſi extra Solis radios & in loco frigido ſervetur.*

4. *Radices iſtæ colligi poſſunt vere, æſtate aut autumno, & per hyemem ſervari: tam enim recentes, quàm ſiccæ ad hæc phænomena aptæ ſunt: quamvis per vetuſtatem diſſipato ſucco cæruleo, aliarum more radicum fiant inutiles.*

5. *Recentiſſimas aliquando radices Oleo terebinthi ſolo imbuimus, obſervando ſequenti die, marinum colorem, non verò cæruleum emerſiſſe: & quamvis poſtea aquâ triplum adderemus, fortiter per vices movendo, manſit tamen color marinus ſupernatanti oleo.*

## § CCLII. *Pinaſter ſeu pinus ſylveſtris.*

Pinus
- Sativa. *Vide loco ſequenti.*
- Sylveſt.
  - montana
    - 1. Fructifera
    - 2.3. Sterilis
  - maritima major & minor, &c.
  - *promiſcuè uſuales.*

Videatur Pinus ſylv. *Brunfelſ. Trag. Lob. Matthiol. Caſt. Dod. Tab. &c.*

### OFFICIN. NATIVA.

*Cortex, Folia, Nuces, Reſina.*

Vires. *Cortex & folia refrig. & ſicc. adſtringunt. Uſus præcip. (externi) in dyſenteria, fluore menſium (ſuffiendo.)*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex conis viridibus.

Vires. *Rugas faciei delet & mammas admodum in virginibus exuberantes cohibet (impoſitum cum linteolis.)*

2. *Oleum.* Fit ex ligno per deſcenſum igne leni, ut oleum ex abiete.

N. *Forſan hoc oleum eſt officinis Templinum dictum, ſive tedæ, quod ab impoſtoribus Agyrtis vulgo venditur pro Balſamo ſulphuris.*

Vires. *Impetigines ſanat inunctum: Verrucas conſumit vulneratis verrucis inditum.*

HOFMAN. *Pinaſter ſeu Pinus ſylveſtris.*) *Pinus* vel *ſativa aut domeſtica eſt*, vel *ſylveſtris*. De *ſativa* in ſequentibus. De *ſylveſtri* autem hoc loco, quæ variis in locis ſpontè provenit, Germ. wilder Fichten-Baum.

Hujus in montibus ſaxoſis vaſtior ac procerior proventus. Proprium ei eſt, ut ſalſo ſolo latiſſimè fruticet. Prout & in nemore noſtro Hallenſi Dannenwäldgen ſatis luxuriat.

## ¶ CCLIII. *Pinus & Pinea.*

Πίτυς, Pinus, *Brunf. Trag. Dod. Cord. in D. Lon. Caſt.* pinus domeſtica, *Matth. Tab.* pinus ſativa, *Ger.* pinus vulgatiſſima, *Lob.* pinus Italica, *Cam.* pinus ſativa, C.B. 1. Arab. Sonabar. Fichtenbaum/ Hertz-Baum / Kinn-Holtz / Foren-Holtz Le pin & pignet. *Pine-Tree.* Pyn-boom.

### OFFICIN. NAT.

*Nuces* pineæ, *Cortex & Folia.*

Vires. Nuces *pineæ* (*ſtrobili, coni, coccali & conaria veteribus*) *caliditate temperatæ ſunt & humidæ, maturant, leniunt, agglutinant, reſolvunt, impinguant, adeoque nucleorum Uſus præcipuus eſt in phthiſi, (quia nutriunt bene) tuſſi, ſtrangaria ac acrimonia urinæ mitigandæ: ſegnem excitant Venerem, ulcera Renum mundificant, &c.*

Cortices & folia *viribus conveniunt cum cort. & fol. pini ſylveſt.*

### PRÆPARAT.

1. *Oleum.* Exprimitur ex nucleis.
2. *Confect.* nucleorum.
3. Loch de pino.

HOFMAN. *Pinus & Pineæ.*) Hîc intelligitur *Pinus ſativa*, cujus fructus ſunt *pineæ ſeu ſtrobili, coni, coccali & conaria veteribus*, German. Pinien oder Zirbelnüſſe dictæ.

*Vires. Nuces Pineæ, calidæ & humidæ ſunt temperatæ &c.*) Harum uſus potiſſimus eſt in atrophiâ, phthiſi, tuſſi, &c. ſegnem excitant venerem, dum uberiorem citrà vim ſtimulantem ſeminis ſuppeditant copiam. Duplici enim modo agunt, quæ ad Venerem ſtimulandam adhibentur, medicamina; Quædam ſeminis augent materiam, qualia ſunt amygdalæ, Pineæ dictæ, piſtaciæ, chocolate, ex Cacao amygdalinis fructibus compoſita; Quædam ſtimulum genitalium partium titillationi addunt, ut ſunt aromata & his affinia, ut Cardamom. Cubeb. caryophyll. Ambra, Zibethum &c. Hiſce accedunt, quæ ſingulari vi ſpecificâ agunt, qualia ſperma cervi, transfoſſo cervo ſtatim ex vaſis ſpermaticis cum vino hauſtum, raſura cornu tauri in coitu abraſa, &c.

## § CCLIV. *Piper.*

Πέπερι, Arab. Fulfel, Filfel, Pfeffer. du poivre; *Pepper.* Peper.

- Rotundum
  - Album: *hoc omnium præſtantiſſimum.*
  - Nigrum: *ſuccedit albo.*
- Longum Macropiper.
  - Orient. minus, *Tab. hoc uſuale.*
  - Occidentale majus, *Tab.*

Album, dicitur piper album *Matth. Lob. Fragoſ. Cluſ. Caſt. Tab.* Piper rotundum album, *Cord. hiſt.* Piper rotundum album, C. B. 2.

Creſcit rotundum in Malvar ac finitimis Inſulis Iavæ, Sunda, &c. fructuſque eſt plantæ cujuſdam, quæ arboribus inſtar convolvuli circumducitur.

Eligendum recens, ponderoſum, plenum, acre, non carioſum.

Vires. *Calf. & ſicc. 3. incid. atten. aper. reſol. Uſus præcip. in frigiditate ac cruditate ventriculi, colicis doloribus (præſtat album) in viſus imbecillitate (quià flatus diſcutit.) Extrinſecus in apophlegmatiſmis, gargariſmis, ſternutatoriis, ſedat odontalgiam, columellam tumidam imminuit, nervorum affectus frigidos juvat.*

N. 1. *Vis piperis volatilis valde eſt. Vitentur ergò præparationes in quibus volatile evaneſcit, e.g. Extractorum præparationes.*

N. 2. *Vulgus piper longum in paroxyſmis febrium exhibe-*

*exhibere ſolet, id quod non niſi in principio locum habere poteſt.*

### PRÆPAR.

[Piper in racemis conditum antehac fuit apportatum.]

1. *Spec. diatrion. piperem.* V. D.
2. *Tragea ſeu ſpecies fortes.* V. l. 2.
3. *Oleum piperinum ſtillat.* Fit ex nigro, ad modum, quo ex reliquis aromatibus.

N. *Piper parciſſimè oleum dat (ſcilicet* ℔ j. *dat* ℈j. *circiter) ideoque* ▽ *deſtillata aliquoties ſuper remanentiam ſeu caput mortuum refundenda erit.*

Vires. *Admodum penetrabile eſt, flatus diſcutit; paroxyſmum tertianæ præcavet, ſi hor. 2. ante paroxyſmum exhibeatur, purgato tamen corpore. Extrinſecus admiſcetur inunctionibus dorſi in febribus.*

Doſis gr. ij. iij. iv. &c.

4. *Ol.* de piperibus.

HOFMAN. *Piper.*) vel eſt *rotundum*, vel *oblongum*. *Rotundum vel album eſt*, quod omnium præſtantiſſimum, *vel Nigrum*, quod albo ſuccedit. *Longum vel Orientale minus*, quod uſuale, vel *Occidentale majus*. Planta, in quâ creſcit, eſt convolvuli ſpecies, ſi modum creſcendi inſpiciamus, nam arbores ac bacillos eodem modo, quo convolvuli, ſcandit. Caulis hujus eſt inſtar vitis, vel lupi ſalictarii, qui ad perticas ſervatur, abſque cujus adminiculo adſurgere & creſcere nequit, multas admittens frondes, altitudine interdum ſalices ſuperat perticales, in quâvis fronde quinque vel ſex, vel ſeptem ramuſculi creſcunt, digiti longitudine, ex quibus piper inſtar racemorum propullulat, virideſcens inſtar immaturarum uvarum.

Cæterùm *piper* provenit non ſolùm in Malavar, ſed maximâ quantitate naſcitur in regno Iava in Bantamenſi Provinciâ, Iambenſi Sumatræ tractu. Matureſcit Septembri, & Octobri, colligitur Novembri, Decembri & Ianuario. *Jacobus Bontius de Medicinâ Indorum p. m. 27. in Not. ad Garc. ab Ort.*

*Longum* in Bengalâ potiſſimum creſcit, quæ Regio 50. leucarum ſpatio à Malavar. diſtat.

*Vires Calefac. ſiccat, incid. atten. aper. reſol. &c.*) Unde hujus uſus eſt in acidâ cruditate ventriculi, ſi ſcilicet ante cibum quatuor vel quinque grana leviuſculè inciſa deglutiantur; medetur etiam colicæ paſſioni; & frigidam cerebri intemperiem emendat, ex quâ dolores capitis emergunt, ℞. piperis longi. Succini albi, fac inde ſacculum, ac calidum ſuturæ coronali impone. Item, ℞. pulver. piper. q. v. ſubige cum albumine ovi & temporibus applica in contumaci capitis dolore & ſæpius repete, aut nuchæ impone. Alvum etiam ſubducit in prunis. Grana piperis cum Sp. V. inſtante acceſſione febrili, vulgus exhibere ſolet, ſæpè cum Zingib. interdum etiam *Autocoq. Franciſcus Iod Sect. 11. de febribus.* Novem Piperis integra grana plures dies deglutita à quartanâ liberare aſſerit. *Ejus etiam oleum* ad gutt. v. vel vj. imminente horrore cum Sp. V. nonnulli propinant, purgatione abſterſivâ prius præmiſſâ. Piperis nigri foliis utuntur Indi ad colicam paſſionem, aliosque frigidos affectus.

N. Piperis racemi virentes adhuc & immaturi condiuntur etiam aceto ac Muriâ, quod conditura genus Indi generali vocabulo Achar vocant. Ac tali modo condiuntur etiam Zinziber viridis radices galangæ, caryophillorum racemi. Ac in locis ad orexin excitandam & ciborum concoctionem nihil ſanius repetiri poteſt.

## ¶ CCLV. *Piſtacia.*

Πιςάκια, piſtacia, *Matth. Cord. Lon. Dod. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* Terebinthus Indica Theophraſti, *Lob.* C. B. 1. Arbor eſt Indicæ Terebintho ſimilis.

Naſcitur in Perſia, Arabia, Syria, India. Quin & Italiæ indigena facta eſt.

### OFFICIN. NAT.

Fructus (*Piſtacia*, phiſticia, βιςάκια, Fiſtici Pimper-Nüßlein.) Piſtaches. *Piſtackes*, or *Fiſtick-Nuts.* Piſtacien/Fiſtice-Noten. Sunt Nuclei duplici veſtiti putamine, primò exteriore coriaceo, hinc lapideo, quod nucleum proximè continet, membranula rubella circumdatum.

Eligendi nuclei recentes, ponderoſi, extrinſecus albidi, intrinſecus virides, non rancidi, in apice aliquantulum patentes.

Vires. *Calf. 2. humect. 1. atten. aper. Uſus præcip. in mucilagine pulmon. obſtruct. Epatis, roborant ſtomachum, arcent nauſeam ac vomitum, excitant appetitum, bonum ſuppeditant nutrimentum.*

### PRÆPAR.

*Oleum exprimitur ex nucleis.*

HOFMAN. *Piſtacia.*) *Terebinthus Indica Theophraſti. Lobel.* ſic communiter ſtatuitur *Piſtaciorum* Arborem *Terebinthum Theophraſti* eſſe, ſed aliter ſentit *Dominicus Chabræus l. c. in append.* p. 597. dum inquit, fuimus aliquando & Nos in ea opinione, ſed *diligentior inquiſitio* vicêre. Unde in *Stirpium ſciagraphiâ p. 19. de Terebintho Indica ſic loquitur.* Hujus fructus *Piſtaciis* bonitate minimè cedere, iiſque eſſe ſimiles, atque ex racemis pendere ut illæ ſed breviores eſſe & rotundiores. Sic effecit affinitas, ut pro *Piſtaciis* à nonnullis habeantur.

Arbor copioſè provenit non ſolùm in Indiâ, ſed etiam in Perſiâ, Americâ & Meſopotamiâ.

*Fructus, Piſtacia,* avellanam referunt oblongam cortice albo cruſtoſo magis, quàm oſſeo, externâ tunicâ aridâ [illegible], deciduâ, medulla internâ viridi, dulci, ſubacri.

*Vires. Calefac. humect. atten. aperit. &c.*) Impinguant, roborant, obſtructiones hepatis reſerant, ventriculum confirmant, Ad Venerem excitandam commendantur, macie & marasmo affectis proſunt. *Vid. & Ol. Worm. in Muſæo. p. 181.*

## § CCLVI. *Plantago.*

Ἀρνόγλωσσον, Wegerich. Plantain. *Plantain,* Wegbree.

Species plantag. uſualiores ſunt tres.

1. Dicitur plantago latifol. ſinuata. C. B. 1. rubra, *Trag. Brunfelſ.* major & 1. *Lon.* major, *Matth. Fuchſ. Dod. Caſt. Tab. Cam.* latifolia, *Cord.* latifol. lævis, *Lob.*
2. Plantago latifolia incana, C. B. 3. Plant. major, *Matthiol. Lon. Cam.* latifol. minor Dioſcoridis, *Tab.* major incana, *Lob.* Plantago media *Fuchſ. Dod.*
3. Plantago anguſtifolia major, C. B. 1. plant. minor, *Fuchſ. Dod. Lon.* media, *Caſt.* plantago lanceolata, *Trag. Tab.* plantago longa, *Matthiol.* plantago quinquenervia, *Lob.* Ribvvort. [illegible]

Creſcunt locis herboſis, florent Majo & Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Semen, Folia, Radix.*

Vires. *Refrigerant & ſicc. 2. abſterg. incraſſ. ſpiſſa ſunt ac vulneraria. Uſus præcip. in fluxionibus cujuſcunque generis. Exempli gratia, alvi, expuitione ſanguinolenta, gonorrhæa, mictione involuntaria, in menſium profluvio, in febribus, & ſim. Extrinſecus in mundificandis conſolidandiſque vulneribus ac ulceribus inveteratis.*

### PRÆPARATA.

1. *Succus inſpiſſatus*, extractus ex foliis.
2. ▽. *ſtillat.* Ex herb. integr.
3. *Syrupus de ſucco.*
4. *Extractum.*
5. *Species diaplantaginis Mynſichti.*

HOFMAN.

HOFMAN. *Plantago.* ) *Veterum Arnogloſſum.* German. Wegerich.

*Vires. r frig. & ſicc. abſterg. incraſſ.* &c. ) adſtringit etiam, undè ad omnis generis inflammationes, febres ardentès ſymptomaticas, ex vulneribus, item ad vulnera ac ulcera uſus ejus eſt ineffabilis, vel in formâ decocti, vel Eſſentiæ. Radix lota recens ex terrâ extracta cultro raſa & auris meatui indita dolores dentium mitigare dicitur.

## ¶ *CCLVII. Pæonia.*

Παιωνία, Arab. Feonia, Poeonien/ Benig-Roſen/ Pfingſt-Roſen/ Gicht-Roſen/ Königs-Blum. De la pivoine, *Pæony*, or *Piony*. Mâle & Femelle. Pioene Manneken en Wiifken.

- Mas, C. B. 1. *Hæc præpollet.*
- Fœmina
  - flor. ſimpl. C. B. 2. *&c.*
  - flore pleno, C. B. 12. *&c.*

Mas dicitur: Pœonia nobilior vel 2. *Trag.* pœonia mas. *Matth. Cord. in D. Lob. Tab. Ger.* Pœonia folio nigricante ſplendido, C. B. 1. Fœmina nuncupatur pæonia, *Trag. Lon.* pœon. fœmina, *Brunfelſ. Fuchſ. Cord. in D. Lob. Cam.* pœonia fœmina altera, *Dod.* pœonia vulgaris fœmina, *Cluſ. hiſt.* pœonia communis vel fœmina, C. B. 2.

N. *Diſcernuntur invicem Mas & Fœmina foliis & radice. Mas eſt foliis nigricantibus ſplendidis, juglandis folia æmulantibus, radice digitali craſſa, alba, ſeu mas non unâ radice nixus eſt, ſed plures habet, Fœmina variat colore foliorum. Eſt folio utrinque virente & glabro, caule hirſuto, flore vel ſimplici, vel pleno, foliis helleborum æmulatur, radicibus ſeu balani longiores circiter octo aut ſex adhærent. Mas plures habet, &c.*

Coluntur in hortis. Florent Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Radix*, *Semen* ſeu grana: *Flores.*

*Radix* effodienda eſt Vere, ☾ decreſcente (3. ☿ ante novilunium.) Alii effodiunt ☉ exiſtente in ♌ dieque ac hora ſolaribus, ☾ decreſcente. Flores colligendi ſunt Majo, Semen Auguſto.

N. *Pæonia flore multiplici, rarò ſemen producit.*

Vires. *Calf. & ſicc. 2. ſaporis eſt ſubdulcis ac ſubacris, ſeu amari, ſubaſtringit. Uſus præcip. in affectibus* Cephalicis, *Epilepſia, incubo, &c.* Uterinis, *menſibus obſtructis, lochiis purgandis, doloreque poſt partum mitigando, Epatis obſtructione. Extrinſecus ſuſpenduntur grana ac radix de collo pro arcenda Epilepſia.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ Ex floribus, additâque ſi placet radice.
2. *Syr.* Ex infuſione florum.

[Proſtat alibi Mel pœoniatum pro puerulis Epilepticis lambile.]

3. *Extract.* Ex floribus exiccatis.

[Extractum diapœon. Mind.]

4. *Conſerv.* Ex floribus.
5. *Sal.* Ex incinerata integra planta.
6. *Fecula.* Ex radice, l. a.
7. *Oleum ſtillat.* Ex granis elicitur cum ▽ fermentat. l. comm.

HOFMAN. *Pæonia.* ) *Datur Mas & Fœmina*, quæ foliis & radice diſcernuntur, ut D. *Autor* deſcribit.

*Radix effodienda eſt vere* &c. )

*Radix* mirificâ quâdam poteſtate ſpecificâ morbi caduci ſeminaria elidit, hominémque ab ejus inſultibus tutum reddit, ſed tempeſtivè colligenda eſt, aliàs ſine ſucceſſu uſurpatur. Sed optandum foret, ut, antequàm Aſtrologorum placitis tantum tribuamus, ſiderum in ſimplicia influxûs ſeveris ac idoneis experimentis manifeſtius quàm hactenus factum eſt, evincatur. Nonnulli *Radicem pæoniæ* effodiunt Lunâ decreſcente, Sole exiſtente in ♌, die ac horâ ſolaribus. Sed alii rectius colligunt in Martio tribus ultimis diebus Lunæ decreſcentis antè novilunium poſt mediam noctem manè antè Solis ortum, Sole exiſtente in Ariete (♈) & Lunâ in ♈. Flores colligendi ſunt in Majo, & ſemen in Auguſto.

## ¶ Polium Creticum.

Polium Montanum aliis præfertur, inprimis Creticum, Cretiſcher Polen. Polium de Crete cretick, *Poley* or *Polium.* Cretiſche Polium.

Vires. *Calef. & ſicc. 2. viſcera aperit, ciet menſes & urinam, ad ſerpentum ictus utile*, [*Theriacam ingreditur.*] *Externè fronti imponitur vireſcens ad ſuffuſionem, vulnerarium audit.*

## *CCLVIII. Polygonum.*

Πολύγονον,
- Majus, varii generis eſt, *è quibus uſuale latifolium, C. B.* 1.
- Minus variorum itidem generum, *quæ cuncta minus uſualia ſunt.*

Dicitur centumnodia, *Lob. Brunf.* Polyg. mas, *Matthiol. Fuchſ. Dod. Cord. Caſt. Trag.* vulgare, *Cam.* majus, *Lon. Tab.* German. Weg-Graß/ Wegdritt/ Denn-Graß/ Blut-Kraut. Centinodia, la Renouée. *Knotgraſſ.* Duyſentknoop.

Creſcit locis incultis, aridis ac juxta vias. Floret integrâ ferè æſtate.

### OFFICIN. NAT.

*Herba.*

Vires. *Refrig. 2.* (*al. in princ.* 3.) *ſicc. aſtring. vulneraria eſt. Uſus præcip. in ſiſtendis fluxibus quibuſcunque, diarrhæa, dyſenter. Fluxu uter. vomitu. Hæmorrhagia narium. Extrinſec. prodeſt vulneribus, ulceribus; inflammationibus oculorum, mammæ tumoribus, febri tertianæ* (*carpis impoſita.*)

### PRÆPARAT.

▽ *ſtillat.* Ex herba collecta in principio Auguſti.

## *CCLIX. Polygonatum.*

Eſt
- Latifolium, varii generis, *è quibus uſuale vulgare*, C. B. 1.
- Anguſtifolium, varii generis, *quæ minus uſualia.*

Dicitur Sigillum Salomonis, latifolium, *Trag.* polygonatum. *Matth. Caſt.* vulgare, *Cam.* latifolium, *Fuchſ. Dod. Tab.* majus, *Lon.* German. Weiß-Wurtz. *Seaus de Salomon. Solomons Seal.* Salomons Segel.

Creſcit in ſylvis & collibus, Floret Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Radix*, rarò *Folia*, rarò *Baccæ.*

Vires. *Temperamenti eſt mixti, ſubaſtring. exterg. ſaporis eſt ſubamari ac ſubacris. Uſus internus eſt in fluore albo mulier. Baccæ pituitam mucilaginoſam*

*ginoſam per vomitum ac ſeceſſum educunt.* (*Doſ. n.* 14. 15.) *Idem dicitur & de radice* (℥j.) *ac de foliis. Extrinſecus faciei maculas abſtergit; cutim dealbat, reſolvit ſugillationes ac tumores renitentes, lotione fugat lenticulos capitis, ſcabiemque infantum exiccat, cicatrices, maculaſque morbillor. emendat, &c.*

## PRÆPARATA.

▽. Ex radice cum foliis ac floribus.

HOFMAN. *Polygonatum.*) *Sigillum Salomonis.* German. Weiß-wurzel. Eſt vel *latifolium*, quod uſuale eſt, vel *anguſtifolium*, quod minus uſuale. Sigillum dicitur, quod ejus radix, quaſi ſignaculum impreſſiva gerat.

*Vires. Temperamenti eſt mixti* &c.) Internè in albo mulierum fluore adhibetur. Ab Anglis commendatur etiam ad Venerem confortandam ſaccharo incruſtata. Externè ejus aqua cum lacte caprino & fol. petroſelini deſtillata cutim faciei dealbat &c. Vid. Aquam delentem omnes faciei maculas in Theſauro Meo Pharmaceutic. annexo ſect. 12. num. 1.

## ¶ CCLX. *Pomus.*

Μηλέα, Malus, Apffel-Baum. Pommes, pommier. *Apple, Apple-Tree,* Appel/ Appel-boom.

Poma ſunt:
- Domeſtica:
  - acida.
  - dulcia.
  - ſubacida.
- Sylveſtria.

Vires. Acida *ſunt naturæ frigidioris ac aſtringentis. Verùm cum butyro cocta cibum febricitantibus præbent commodum.*

Dulcia *ſunt naturæ calidioris ac laxantis.*

Subacida *ſeu vinoſa, naturæ ſunt mixtæ, conveniuntque ventriculo & cordi.*

Sylveſtria. *Aſtringunt.*

*Extrinſecus* (*dulcia ſub cinere cocta*) *ſedant dolorem oculorum, pleuritidis* (*cum myrrha impoſita.*)

[N. *Poma Borſtorffiana ſapore & odore aliis præponuntur.*]

## PRÆPAR.

[Quandoque Aqua imprimis pomorum Borſtorfenſium, hinc acidorum, & ſylveſtrium proſtat.]

[Item Spiritus.]

1. *Succus fermentatus, ſeu vinum pomorum, pomaceum.*

N. *Vulgatiſſimum eſt in Normannia Galliæ Provincia, adeò ut non modò potus loco habeant, ſed & ex eodem* ▽*m vitæ deſtillent, & aceta conficiant, quæ vel cum ſpiritu ac acetis ex vino, certare videntur.*

2. *Syrupus de pomis ſimpl.* Ex ſuccis pomor. dulcium ac vinoſorum.

Vires. *Succurrit affectibus cordis, ſyncopæ, palpitat. ac aliis ab atra bile ortis: Ventriculo gratus eſt, ſedat ſitim, febribus auxiliatur.*

3. *Syrup. de pomis Regis Saborum.* V. D. & infra de Sena.

4. *Extract.* ſeu ſuccus inſpiſſatus pomorum dulcium fragrant.

5. *Extract.* è radice arboris fructus acidos ferentis, fit l. a. cum ▽ ex pomis propriis deſtillata.

Vires. *Summum eſt medicamentum contra vim ventris, profluvia, dyſenteriam, lienteriam, diarrhœam, fluxum epaticum. Quercet. P. R. c.* 26.

6. Unguentum pomatum.

HOFMAN. *Pomus.*) Apffelbaum. Hujus fructus Poma ſunt, quæ vel *Domeſtica*, vel *Sylveſtria. Domeſtica ſunt vel acida, vel dulcia, vel ſubacida.*

*Ex pomis præparantur ſuccus fermentatus, ſeu vinum pomorum* vel non fermentatus in primis Borsdorffienſium pomorum, cujus adminiculo *Eſſentia Martis aperitiva conficitur.* Item *Syrupus de Pomis* ſ. Item, Aqua cordialis confortans. vid. Theſaur. noſtr. Pharmaceutic. annex. ſect. 1. num. 26.

## ¶ CCLXI. *Populus.*

Eſt:
- Alba latifolia, weiß Pappel-Baum/ Aſpen. Peuplier. *White poplar-Tree.* Witte Populier-boom/ Abeel-boom.
- Nigra, ſchwartze Pappel-Baum. *Black poplar-Tree.* Swarte Populier-Boom. Popelaere.
- *Hæc uſualis.*

Alba dicitur, pop. alba, *Matthiol. Cord. in D. Lob. Caſt. Tab. Ger.* populi albæ alia ſpecies, *Trag.* C. B. 1.

Nigra dicitur: populus alba, *Trag. Lon.* populus nigra, *Matth. Dod. Cord. in D. Lob. Caſt. Tab. Ger.* C. B. 3.

## OFFICIN. NATIVA.

*Cortex* pop. albæ, ſed rarò. *Oculi*, pop. nigræ.

Vires. *Utraque naturæ eſt mixtæ,* (*ſed humide ſiccæ*) *cæterum ad frigiditatem inclinantis abſtergitque. Cortex pop. albæ præcipuè adhibetur in dolore iſchiatico intus & extra, in ſtranguria, in ambuſtis. Oculi ſeu gemmæ* (αἴγειρος) *pop. nigr. adhiberi ſolent à ſexu muliebri ad capillos adornandos & promovendos, preſunt itidem ad dolores ſedandos.* [*v. g. dentium, decoctum ex* ▽. *vel* 🜍. *ore detentum.*]

N. 1. *Eſt & gummi pop. nigræ, quod calfac.* 2. *ſed minus id uſuale eſt.*

N. 2. *Succus in foraminibus populi collectus, verrucas ac impetigines curare creditur.*

## PRÆPARATA.

1. *Oleum populinum.* Ex oculis pop. nigr. (primo Vere collectis) & oleo veteri. Vide Diſp.

N. *Alii addunt quoque vinum & coquunt ad hujus conſumptionem.*

2. *Unguentum populeon.* V. D.

Vires. *Refrigerat, ſomnum conciliat.*

## ¶ CCLXII. *Porrum.*

Πράσον, Lauch/ porreau, *Leeks, Scallions.* Parreye.
- Domeſticum.
  - Capitatum. Kopff lauch *Headed leek.* Parreye met hoofden.
  - ſectile, Schnitt-Lauch. *Unſet Leecks* - Geſnede Parreye.
- Uſuale Sylveſtre.

Dicitur porrum, *Brunf. Cord. in D. Lob. Dod. Caſt. Tab.* porrum commune, *Matth.* vulgare, *Lob.* porrum capitatum. *Fuchſ.* porrum capitatum vulgare, *Cam.* porrum commune capitatum. C. B. 1.

N. *Capi-*

N. *Capitatum & ſectile non differunt genere, ſolùm culturâ. Sectile enim dicitur, quod detondetur ad culinares uſus: capitatum, quod ſine detenſione linquitur & autumno tranſplantatur, ut capitatum fiat.*

Gaudet ſolo pingui. Seritur Martio & Aprili.

OFFICIN. NAT.

*Radix, Herba, Semen.*

Vires. *Porrum calfacit inſigniter ſiccatque, atten. aper. incidit, reſolvit. Uſus præcip. in ſerpentum morſibus & uſtionibus, mucilagine pulmonum. Extrinſecus in aurium tinnitu ac ſuppurationibus, in venis hæmorrhoidum tumidis ac dolentibus, &c. Semen urinam ciet.*

N. *Frequens ejus uſus ſomnos turbulentos inducit, viſuique officit.*

### CCLXIII. Portulaca.

Ἀνδράχνη, Arab. Backaleancha, Porcelaine, Pourpier. *Purslain.* Porceleine.

{Latifolia ſativa. *Hæc præfertur.*
{Anguſtifolia ſylveſtris.

Inſcribitur Portulaca, *Lon. Cord.* hortenſis, *Trag. Fuchſ. Dod.* domeſtica, *Matth. Lob. Caſt. Tab. Ger.* major, *Cam.* Portulaca latifolia ſeu ſativa, C. B. 1.

Floret Junio: Creſcit locis arenoſis & ſabuloſis.

OFFICIN. NAT.

*Folia, Semen.*

Vires. *R. frig. 3. ſicc. 2. aſtring. pauci nutrimenti eſt, lumbricos fugat & expellit. Uſus præcip. in mitigando fervore bilis, & hinc in febribus putridis malignis, ardore urinæ, ut & in ſcorbuto, apprimè ſuccurrit febricitantium æſtui (folia recentia applicata jecori, Renibus, &c.)*

N. *In tabe prodeſſe, ſucculentia & craſſities foliorum arguunt.*

PRÆPARAT.

1. *Succus inſpiſſatus.*
2. ▽ *ſtillat.* Ex herba.
3. *Syrupus ſimpl.* Ex ſucco.
4. *Compoſ.* Vide Diſp.

N. *Solet & condiri ad modum quo Cappares condiuntur.*

5. *Conſerv.* Ex foliis.
6. *Loch.*

Hofman. *Portulaca.*) Vel *latifolia eſt ſativa hortenſis*, quæ uſualis, *vel anguſtifolia ſylveſtris.* German. Burtzelkraut.

*Vires. Refrig. ſicc. adſtring. &c.*) incraſſant etiam, unde ebullitionem ſanguinis compeſcunt in febribus ardentibus, hæmorrhagiis medentur, ſcorbuto.

*Potentilla.*
*vid.*
*Anſerina.*

[*Praſſium. vid. Marrubium album.*]

### ¶ CCLXIV. Primula veris.

Φλομὶς, Herba Paralyſis, *Caſt. Brunf.* vulgaris, *Trag.* primula veris, *Matth. Tab.* Major, fl. luteis odoratis, *Dod.* Primula pratenſis, *Lob.* verbaſculum odoratum, *Fuchſ.* Arthriticum, *Geſn.* ſimplex luteo flore, *Cam.* verbaſculum pratenſe odoratum, C. B. 1. German. Schlüſſel-Blumen / Himmel-Schlüſſel / S. Peters Schlüſſel / weiß Betonien. Primevere, Bavillon. *Covvſlips, Primroſes.* Welrieckende Sleutelbloem / enckel en dobbel.

Creſcit in campeſtribus ac ſylvis. Floret Aprili.

OFFICIN. NAT.

[*Radix nonnunquam cujus pulvis ad vermes datur.*]

*Flores* ac *Folia.*

Vires. *Calfac. leniter, ſiccat fortius, ſaporis eſt ſubacris ac ſubamari, ſubaſtring, Anodyna eſt. Uſus præcip. in affect. capitis, Apoplexia, Paralyſi. In articulorum doloribus. Extrinſecus in Arthritide [ſuccus foliorum contuſorum impoſitus.] ac tumoribus, qui ictus venenatorum animalium ſubſequuntur.*

N. *Acetum radicibus imprægnatum ac loco errhini in nares attractus, odontalgiam mirabiliter ſedat.*

PRÆPAR.

1. ▽. Ex integra herba [caule, foliis ac floribus.]
2. *Spiritus.*
3. *Conſerv.* Ex floribus.

Hofman. *Primula Veris.*) *herba paralyſis.* German. Himmelſchlüſſel.

*Vires. Calefac. ſicc. ſubadſtring. &c.*) Cephalica anodyna & antapoplectica eſt, unde uſus ejus eſt in paralyſi, apoplexiâ arthritide &c. *Ex fl. paratur aqua, ſpiritus, conſerva, &c.* Unde & ingreditur aquam apoplecticam D. H. & Spiritum apoplecticum D. G. M. in infrà annexo Theſaur. Pharmaceutic. ſect. 11 ſect. 13.

### ¶ CCLXV. Prunella.

Brunella, *Dod. Brunf. Lob.* Brunella vulgaris & 6. *Trag.* conſolida minor, *Matthiol.* minima, *Cam.* Prunella, *Fuchſ. Cam. Tab. Ger.* ſymphytum petræum, *Lob. ico. Cord. in D.* German. Brunellen / Gottheil / S. Anthoni Kraut. Herbe au charpentier. *Self-heal.* Brunelle.

Nomen ducit ab Angina, quam Brunellam alii vocant.

Creſcit in campeſtribus ac locis herboſis. Floret Junio, & hinc ferè integrâ æſtate.

OFFICIN. NAT.

*Folia, Flores.*

Vires. *Calf. & ſicc. (ſubamara eſt) abſtergit, conſolidat, vulneraria eſt. Uſus præcip. in vulneribus inprimis Pulmonum, in ſanguine coagulato. Extrinſecus in vulneribus & creberrimè in gingiva, aliiſque affectibus oris ac faucium (gargariſ.)*

N. *Author eſt Crollius, radicem aridam denti dolenti affrictam, ut ſanguinem ſuſceperit, magneticâ vi dolorem ſopire, ſi ſalici indatur perforatæ, foramenque mox tubulo ex ſalice obturetur.*

PRÆPARATA.

1. ▽. Ex integra planta Auguſto collecta.
2. *Conſerv.* Ex floribus.

Hofman. *Prunella.*) *Conſolida minor.* German. Brunellen Nomenclaturâ ab anginâ ductâ.

*Vires. Calefac. & ſicc. abſterg. conſolidat, &c.*) vulneraria eſt. Unde uſus ejus eſt in vulneribus, ſanguine coagulato pro decocto. Externè aqua ejus deſtillata in anginâ, & aliis oris ac faucium affectibus creberrimi uſus eſt pro gargariſmate.

## ¶ CCLXVI. *Prunus.*

Prunus { Domeſtica ſativa, *hujus loci.* / Sylveſtris, *Vide Acacia.* }

### OFFICIN. NAT.

Κοκκύμηλα, Pruna, Pflaumen/ Zwetſchen. Prunes. *Plums, Prunes.* Pruymen. [ fructus pruni.]

Varii ſunt generis colore, ſapore, figurâ & magnitudine differentia, ſunt enim dulcia, ſubacida, acida. Sunt purpureo-nigra, rubra, lutea, (cerea, Spilling. Des prunes jaunes. *Wheaten yellow Plums.* Geelen Pruymen.) alba: ſunt oblonga, rotunda: ſunt denique majora, minora &c. In officinis autem uſitatiora ſunt pruna Damaſcena (Zwetſchen/ prunes de Damaſq. *Damask-prunes.* Damaſch-Pruymen.) cujus vicem ſubeunt pruna Ungarica, tùm quoque noſtratia dulciora in clibano exiccata. Præterea ſunt & Pruneola, (pruna de Brignioles, è loco natali in Galliis) quæ enucleata & exiccata afferuntur, C. B. 15. pruna ex flavo ruſeſcentia, mixti ſaporis, gratiſſima, German. Pflaumen/ Prunellen. prunier, *prunells-plums.* Spaenſche Pruymen.

Pruna dantur Damaſcenis, quæ ex Syria Venetias ſicca afferuntur, nucleoque ſunt longo & plano potius quàm rotundo. Secundo loco ſunt, quæ ex Pannonia, prunes d Hongrie, (unde Ungarica dicta ſunt, aliis etiam Damaſcena,) *Cord. in D.* & Tranſylvania adferuntur, at *Dod.* Moravica magis ad alvum leniendam probantur. His 3. ſubjungi poterunt & noſtratia, ſed viribus ea minora ſunt.

N. *Eſt & gummi pruner. ad calculum atterendum utile, ſed rari uſus.*

Vires. *Pruna naturâ refrig. & humect. Recentia cruda, emolliunt alvum quidem, verum facilè putreſcunt & proin minus commodè (inprimis poſt cibum) eſitantur, maximè ſi immoderatior uſus ſit. Pruna Damaſcena eſui aptiora ſunt, laxant, acrimoniam humorum obtundunt, linguam (macerata ac frigida in ore retenta) humectant, ſitim mitigant.*

*Pruneola (ſeu prunella dicta)* Wein-Pflâumlein/ Brunellen/ Des Brugnoles, *Self-Heal.* Brunnelle/ *refrigerant magis quàm reliqua, humectantque ſed citra alvi commotionem, adeoque eſui aptiora cenſentur, gratumque refrigerium in febribus exhibent.*

### PRÆPARAT.

1. *Condita pruna* [cerea] cum mell. p. ij. & vini p. j.

2. *Pulpa pruner.* Ex magnis acidis & vinoſis fit, coctis ſcilicet perque ſetaceum trajectis & cum ſaccharo ½. circiter inſpiſſatis.

3. *Electuarium Diaprunis ſimpl.* Eodem modo paratur, ex pulpa & ſacchat. ½.

4. *Diaprunum compoſitum* lenitivum Diadamaſcenon. *Vid. Diſpenſat.*

5. *Diaprunum non laxativum, ſine ſaccharo.* V. D. Norib.

6. *Diapruniis ſolutivum Nicolai diagrydiatum.*

7. *Pruna laxativa.*

HOFMAN. *Prunus*) vel *ſativa ſeu domeſtica*, vel *ſylveſtris* eſt. Illa hujus loci, hæc autem ad Acaciam Germanicam pertinet, de quâ ſuprà. *Domeſtica* adeò nota eſt, ut non opus ſit multis verborum ambagibus de eâ agere. Nulla Regio eſt, quæ ſibi propriâ hujus aſſignet ſpecies. Huius. Fructus pruna dicuntur, de quorum generibus vid. *D. Amber* & alii Botanographi.

*Præterea ſunt & Prunella &c.*) Germ. Prunellen. Hæc, ex quâ arbore decerpta & unde veniant, nondum ſatis conſtat. Sunt autem nihil aliud, quàm *Pruna de Brignoles* à ſolo natali, unde ex Galliâ enucleata & exſiccata, in ſcatulis ad nos tranſportantur. Ex Cauſo & hecticâ febri emaciatis conveniunt, ſi probè cocta in aquâ fontanâ ſucco citri magis compreſſi irrorentur, admodum palato grata ſunt, refrigerant & humectant citrà alvi ſolutionem.

*Vires. Pruna naturâ refr. & humect. &c.*) plus minùs, prout plus minusve habent dulcis aut acidi. Præterea laxant, lædunt ſtomachum, lædunt, dum facilè putreſcunt, in primis ſi eorum uſus fuerit immoderatus, pauci ſunt alimenti.

## CCLXVII. *Ptarmica.*

Ptarmica, *Matth. 1. Fuchſ. Lon. Caſt. Lob.* folio Taraxaconis, *Lob.* pratenſis, *Cam. Ger.* Draco ſylveſtris ſeu ptarmica *Dod.* Tanacetum album ſeu acutum, *Trag.* (& millefolium 3. *Tab.* Pyrethrum *Brunfelſ. ico.* aliis Pſeudopyrethrum. Dracunculus pratenſis ſerrato folio, C. B. 2.

Creſcit in pratis, ut & arvis etiam incultis, aliisque locis ſaxoſis. Floret Majo, Iunio ac Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Radix & Folia.*

Vires. *Calfac. & ſicc. ſternutatoria ſunt [ob acrimoniam,] ſed rarioris uſus.*

HOFMAN. *Ptarmica.*) *Ptarmica* in genere dicuntur ſternutatoria, quia hæc etiam pulveriſata naribus inſufflata ſternutationem excitat. Sunt &, qui *Tanacetum album* vocant, ſunt, qui *millefolii 3. genus*; & qui *Draconem ſylveſtrem*, & quia inſtar *Pyrethri* guſtum vellicat *Pyrethrum ſylveſtre* vulgo inſcribunt. *Ptarmica* dicitur *Roberto Stephano*, *Bathamelle*, *Cordo*, *Apuleio*, *Celſoi*, *Schwenckfeldio*, &c.

Naſcitur ad agrorum & pratorum margines locis umbroſis, etiam montoſis & Saxoſis locis. Transfertur etiam in hortos floret Majo, Iunio ac Iulio.

*Vires. Calefac. & ſicc. &c.*) incidit etiam attenuat, diſcutit, acris eſt guſtus, manſu radix dentium demulcet dolores.

*Folia cum floribus* valent ad delenda ſub oculis ſugilata.

## CCLXVIII. *Pulegium.*

Πλήχων, Βλήχων pulegium { Latifolium { fœmina. *Hoc uſuale.* / mas. *Hoc ſubjungitur.* } / Anguſtifolium Cervinum, cui ſubjungitur Creticum & Maſſilioticum, quæ *minus uſualia.* }

Inſignitur pulegium *Brunfelſ. Trag. Matth. Fuchſ. Cord. Dod. Lon. Caſt. Cam.* pulegium Regium, *Lob.* pulegium latifolium, C. B. 1. Germ. Polen/ Flöhkraut/ Pouliot. *Pennyroyal.* Poley.

Creſcit locis cultis & incultis, humidis ac campeſtribus. Floret Iulio & Auguſto.

### OFFICIN. NAT.

*Folia*, quæ eligenda caulibus ad rubedinem inclinantibus.

Vires. *Calf & ſicc. 3. ſaporis ſubacris & ſubamari partium tenuium, attn. incid. aper. reſolv. Uſus præcip. in menſibus ciendis, ſœtu alvo, ſœtum ejiciendo, confert Epaticis ac pulmoniacis: nauſeam ac tormina ventris diſcutit, calculum ac urinam pellit. Ictero ac Hydropi medetur. Extrinſecus, prodeſt capiti, ſomnum arcet, vertiginem diſcutit, doloribus arthriticis convenit, dentes abſtergit, pruritum cutis curat, &c.*

### PRÆPARATA.

1. Conſerv.

1. *Conſerv.* è ſummit.
2. ▽ *ſtillat.* Ex herba.
3. ▽ *bis deſtillata* Ex herba.
4. *Ol. ſtillatitium.*

HOFMAN. *Pulegium.* ) Græc Γλήχων. *pulegium* à pulicibus priſci derivarunt, eò quòd ejus flores recentes incenſi eos fumo ſuo abigant ac interficiant. Βλήχων dicitur, quaſi balans herba, quod à pecore cum floret guſtatum, ei balatum moveat. Cæterum vel *latifol.* eſt, vel *anguſtifolium, Illud fœmina & mas*; quod etiam in uſum venit. *Anguſtifolium* autem vel *cervinum Monſpelienſium, ſeu Regale* dictum, minus eſt uſuale.

Creſcit locis cultis & incultis, paluſtribus, & quæ hybernis menſibus rigantur, incultis tamen. Floret Iulio, & Auguſto, & tunc colligendum eſt.

*Vires. Calef. ſicc. partium tenuium atten. incid. aper. reſolv. &c.* ) Unde in menſium ſuppreſſione, ſecundinarum retentione, & partu difficili exſiccatum frequentiſſimi uſus eſt vel *in vino infuſum* vel *in aquam aut eſſentiam vel oleum redactum.*

*Pulmonaria arborea.*

Muſcus pulmonarius. *Lob.* C. B. 7. pulmonaria, *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Tab.* prima, *Caſt.* Germ. Lungen-Kraut pulmonaire ſe levant aux arbres. *Moſſy Lungvvort.* Moos-Longen-kruyt.

Adnaſcitur arboribus præſertim, v.g. Quercui & aliis tum & petris; ſed hic candidior eſt. Vide Lichen petræus.

Vires. *Refrig. & ſicc. moderatè (aliis Calefacit.)* *Uſus præcip. in affectibus pulmonum ſcil. eroſione, tuſſi, aſthmate, in profluviis alui ac uteri. Extrinſecus in vulnerum ſanguine compeſcendo. Vide & lichenem cum quo ut figurâ, ita & viribus ferè convenit.*

*CCLXIX. Pulmonaria.*

Lungen-Kraut/ pulmonaria. *Pulmonaire. Lũgvvort.* Longen-kruyt.
- Latifolia.
  - vulgaris, Schmal-Blatterich Lungenkraut. *Common Lung-vvort.* Gemeyne Longe-kruyt.
- Anguſtifolia.
  - Plinii, Schmal-blatterich Hirſch mangolt/ Hirſch-köhl. *Spotted Lung-vvort* Gevleckte Longe-kruyt.

Creſcunt in dumetis opacis ac umbroſis. Florent Aprili.

Eligitur præ cæteris latifolia. Hæc inſignitur ſymphytum maculoſum ſeu pulmonaria latifolia, C. B. 1. Pulmonaria altera, *Matt. Caſt.* maculoſa, *Lob. Cam. Tab.*

N. *Foliis variat quæ aliquando albis punctis notantur, aliquando carent: floribus eſt communiter cœruleo rubentibus, rarius albis. Sunt qui in marem & fœminam diſtinguunt.*

OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Refr. & ſicc. conſolidant, conglutinant (al. calf.) Uſus præcipuus in affectibus pulmonum, phthiſi, expuitione ſanguinis. Extrinſecus in vulneribus.*

PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillatit.*
2. *Conſerva ex florib.*

HOFMAN. *Pulmonaria.* Germ. Lungenkraut. Vel *Latifolia* eſt, quæ præ cæteris eligitur. Dicitur & *Symphytum maculoſum. Pulmonaria maculoſa. Vel Anguſtifolia eſt Plinii.* Hæc minùs uſualis.

Creſcunt in dumetis opacis ac umbroſis. Coluntur etiam in hortis. Sine maculis pulmonaria maculoſa provenit Lugduni, Genuæ, ac Baſileæ. Maculoſa autem creſcit frequenter in Italia Bononiâ ſcil. Patavio, Ferrariâ. Floret vere.

*Vires. Refrig. & ſicc. conſol. conglut. &c.* ) Unde in pulmonum ulceribus & vulnerib. egregii uſus eſt. Item in hæmoptyſi &c. Ex hâc parari poteſt *Eſſentia & Syrupus*, qui cum aquâ fl. plantagin. burſ. paſtor. aut pulmonariæ iis, qui pulmonum ulceribus laborant commodè offerri poteſt.

*Pulſatilla.*

Herba Venti *Trag.* Sardoa *Dod.* Anemone Spec. Geſ. limonia & ſamolus Plin. Dalech. Germ. Küchens-Schell / Schlotter-Blumen / Mutter-Blumen. Coquelourde, Paſſe-fleur. *Paſſe flovver.* Keuckens-Schell.

OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Calef. & ſicc. Alexipharmaca eſt, præſervativè & curativè in peſte utilis, ut & in febribus tertianis: uterina etiam eſt, & errhina.*

[*Folia vi cauſticâ prædita, verrucas, lentigines, unguium vitia tollunt, ulceribuſque mundificandis inſervire poſſunt.*]

PRÆPAR.

▽. ex herba, obſtructioni narium conveniens.

*CCLXX. Pyrethrum.*

Πύρεθρον, Pyrethrum flore bellidis, C. B. 1. pyrethrum *Brunf. Trag. Fuchſ. Dod. 2. Matth. Cam. Tab.* majus, *Lon.* verum, *Caſt.* officin. *Lob.* Germ. Bertram/ Zahn-Wurtz Speichelwurtz. Geifer-Wurtz. Pyrethre. *Pellitory of Spain.* Pyrethrum/ Bertram-kruyt.

Creſcit in Italia, aliiſque locis calidis ac orientalibus, ut & in Helvetia, apud nos non niſi in hortis colitur.

N. *Pyrethrum Germanicum ſeu pſeudopyrethrum; V. ptarmica.*

OFFICIN. NAT.

*Radix* ſola.

Vires. *Calf. & ſicc. ultra 3. atten. incid. ſudorem validè movet. Uſus præcip. ſed rari in viſcoſo phlegmate corporis, ac præcipuè pulmonum, quod attenuat atque per expuitionem ac urinam expellit, Venerem ſtimulat, quartanam curat. Extrinſecus in Odontalgia frigida, in Batracho apophlegmatizans inſigne eſt: juvat & in Hemicrania: paralyſin ac ſtupida membra ſanat, rigores febris præcavet [inunctum dorſo ac plantis pedum.]*

HOFMAN. *Pyrethrum. fl. bellidis* C. *Bauhini.* Nomen accepit ab igneæ qualitatis impreſſione, quam radix morſa in ore relinquit. Dicitur etiam *Herba ſalivaris.*

*Hujus ſola radix in uſu eſt. De cuius viribus conſule Dn. Authorem,* Vide Aquam odontalgicam ex hâc paratam P. H. D. no. V. in theſaur. annexo ſect. 2.

*CCLXXI. Pyrola.*

Pyrola rotundifolia major, C. B. 1. Pyrola, *Matth. Brunf. Dod. Lob. Caſt. Tab.* Limonium *Fuchſ.* ſylveſtre *Trag.* Limonium & Pyrola, *Lon.* Germ. Winter-Grün / Wald-Mangolt. Pyrole. *Pyrola. VVinter-green.* Wintergroen.

Creſcit in ſylvis humidis. Floret Iunio.

OFFICIN.

### OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Refrig. & ſicc. aſtring. conſolidant, vulneraria ſunt. Uſu interno & externo celeberrima.*

HOFMAN. *Pyrola.*) *rotundifolia major* Bauhini Germ. Wintergrün.

*Vires. Refrig. & ſicc. adſtring. conſolid.* &c.) Herba vulneraria eſt, conſolidandis vulnerib. ac ulcerib. dicata, *vid. Tragus Libr. 2. cap. 53. p. 262* qui refert, contuſam viridem *Pyrolam* vulneribus & ulceribus appoſitam ea ſanare. *D. D. Sebizius in Auctario in Tragum* triplices modos conficiendi ex Pyrolâ Unguentum proponit, & primò viride conficit; deinde album, tertiò rubrum. Viride ob æruginem admiſtam magis extergit vulnera ſive ulcera; Secundum magis reſiſtit inflammationibus. Tertium magis ſiccat & conſolidat, quàm utraque priora ob bolum Armenam & Sanguinem Draconis ei admiſta. *Vid. D. D. Simon. Pauli in Quadrip. Botanic. Claſſ.* 3.

### CCLXXII. *Pyrus.*

*Κατὲς, ἄπιος*, Birn-Baum poirier. *Pear-Tree.* Peereboom.

1. Py- ra { Domeſtica, Sylveſtria. } 2. { Dulcia. Acida. Acerba.

Vires. *Refrig. aſtring. ſtomach. ſunt. Cocta verò melioris notæ cenſentur, & ut ſchola Salernitana habet.*

*Cruda gravant ſtomachum, relevant pyra cocta gravatum.*

*Differre tamen viribus, prout ſapore differunt, non difficile eſt colligere, dulcia laxant, acida & acerba aſtringunt &c.*

N. *Arefacta* cocta & comeſta *commendantur in fluxu alvi.*

### PRÆPARATA.

Ex pyris vulgaribus fit, 1. Pyraceum vinum, German. Birn-Wein. Poiré. *Pear-Wine, Perry.* Peer-wyn/ quod ruſticis noſtratibus loco vini inſervit, paraturque ad modum quo vinum.

2. Ex eodem pyraceo fit acetum ruſticis noſtratibus vulgatiſſimum.

3. Condita pyra muſcatellina cum decocto proprio.

HOFMAN. *Pyrus.*] Germ. Birnbaum Hujus fructus *Pyra* dicuntur, quæ *domeſtica* vel *ſylveſtria* ſunt. *Dulcia, acida, acerba.* Quælibet Regio ſua etiam jactat Pyra.

N. Omnibus aliis *Pyris Moſchatellina dicta* præfero ob aromaticum ſaporem unde etiam condita in officinis proſtant, & pro confortante ingrediuntur ſæpe *confectiones & Electuaria.*

*Vires, refriger. adſtring.* ... ſunt &c.) Cruda ſcil. ventriculum inflant, ac colicis & nephriticis doloribus obnoxiis fugienda.

### Q.

### CCLXXIII. *Quercus.*

*δρῦς*, Quercus, C. B. 4. Quercus, *Matth. Fuchſ. Dod. Trag. Lon. Tab.* Vulgaris *Lob. Cord.* Germ. Eichbaum. Un Chesne. *Oak-Tree.* Eickenboom.

### OFFICIN. NAT.

*Folia, Glandes, earumque Cupula, cortex, Viſcum, Fungus.*

Vires. Folia, Glandes, Cortex, cupulæ glandium *refrigerant, ſicc. aſtring. Uſus in fluxu alvi, uteri, ſeminis. Extrinſecus in Odontalgia, profluvio uterino, &c.*

Viſcum, (*quod præ reliquis viſci generibus probatur.*) Eichenmiſtel. Du Viſc ou guy de chêne *Miſtelto or miſſeldin of Oak.* Lym uyt Eyckenhout. *calfac. moderatè, ſeu paulatim emollit, diſcut. Uſu præcip. ac ſpecificè in Epilepſia. Extrinſecus maturat tubercula, parotides, cæteroſque abſceſſus (cum reſina ac cera mixtum.)*

[Dicitur Lignum Crucis. Bravo reſol. Med. p. 6. p. 553.]

Fungus *quercinus hæmorrhagiam narium ac ſanguinem vulnerum, non minus ac betulinus coërcere dicitur.*

### PRÆPARAT.

1. ▽ *ſtillat.* Ex foliis quercuum novellar. Majo collectis.

2. *Gluten*, i. e. Extractum viſcoſum è viſco (Vogelleim) quod ingreditur nonnulla Emplaſtra.

3. *Spiritus* per retortam aperto igne prolectus & rectificatus, fœtidus & Empyreumaticus eſt, ſed in Epilepticis utilis & clyſtericis.

### Q.

HOFMAN. *Quercus.*) Germ. Eichbaum.

*Hujus Folia, Glandes earumque cupula, Cortex, viſcum, fungus* in uſu ſunt. De quorum uſu & viribus *vid. D. Autorem.*

N. 1. Huc pertinent & *Gallæ* de quarum generibus in *Quercu* creſcentibus vide quæ ſuprà ex *Appendice D. Autoris annexa.*

N. 2. Nec *Uva quercina* Veteribus incognita ſicco prætereunda eſt pede. Quæ eſt concretitium quid in formâ Uvæ ad radices quercuum ſub terrâ temporis veris ex humore radicum forſan ſuperfluo, ſaporis ſtyptici, colore forâs purpureo, intus candido & quaſi lactifero. In Æſtate perit & quaſi lignea fit. Tempore ergò veris colligi debet & ſiccari umbrâ ac pulveriſari. Illo pulvere nihil eſt præſtantius in dyſenteriâ & in omni ſanguinis fluxu.

N. 3. Mirum quod Morbi, qui per incantationem ligni quercini adminiculo inducuntur, contrà à betulâ curantur, quæ arbores ſibi etiam Naturâ ſunt adverſæ & contrariæ.

N. Equi ſcutellati ſubalbidi ... nigricant, & veteres pilos jaciunt, aut nigriores pili veterum albicorum loco ipſis renaſcuntur, ſi verno tempore unum & alterum pugillum aut manipulum gemmarum quercus arboris recentium in modium avenæ conjeceris, illiquæ aliquandiu his paſcantur, ob Sal vitriolicum, quod in illis delitеſcit. Ex *foliis quercinis* collectis Majo *aqua* deſtillatur, refrigerans & aſtringens.

### CCLXXIV. *Quinquefolium.*

*Πενταφυλλον*, Quinquefolium majus repens flore luteo, C. B. 1. pentaphyllon minus. *Brunf.* vulgare, *Trag.* Dioſcor. *Tab.* luteum majus, *Dod.* 1. & 2. *Lon.* repens, *Cam.* Quinquefolium, *Matth. Lob.* Germ. Fünff finger-kraut / Fünff Blat. Quintefeuille, Five leavedgraſs. *Cink foyl.* Vyf vinger-cruyt.

Creſcit paſſim locis arenoſis, campeſtribus. Floret Majo & Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* colligenda cum floribus; colligenda Vere.

Vires. *Temperatum eſt caliditate & frigiditate, ſicc.* 3. *aſtring.*

3. aſtring. vulneraria eſt. Uſus præcip. in affectibus à catarrhis oriundis, paralyſi, phthiſi, arthritide, in uteri humiditate corrigenda, in ſanguinis expuitione ac tuſſi, in Ictero, in obſtructione Epatis & lienis, obtundit acrimoniam bilis aduſtæ, ſiſtit fluxus alvi, hæmorrhoidum, hæmorrhagiam narium. Prodeſt in calculo ac eroſione Renum, in Hernia, in febribus. Extrinſecus prodeſt in oculis inflammatis [ſuccus inſtillatus] in oris putredine, laxitate dentium, abſtergit ulcera etiam maligna.

N. 1. In febribus tertianis exhibent folia trina, in quartana quaterna, &c.

N. 2. Sunt qui radicem pugno detentam ad hæmorrhagiam narium ſedandam commendant.

## PRÆPARATA.

1. ▽. ſtillat. Fit ex herba collecta Majo.
2. Extractum.

Hofman. Quinquefolium.) πεντάφυλλον. Quinquefolium Majus repens ſeu primum quinquefoliorum flore lúteo Bauhini, quod inter omnia maximè in uſu eſt. Germ. fünffinger Kraut.

Vires. Temperatum eſt caliditate & frigiditate, ſicc. aſtring. &c.) Unde ad odontalgiam radicis decoctum commendatur, ſi os eo eluatur, eademque radix manu detenta, uſque dum incaleſcat, hæmorrhagiam narium ſedat. Nonnulli ad febrium paroxyſmos inhibendos, in quartanâ quaternorum ramulorum folia, in tertianâ ternorum, in quotidianâ unius cum hydromelite vel piperis exiguo, vel vino diluto ægris, propinant. Quidam etiam hujus folia ſaltem radicitus collecta arteriis brachii dextri cum ſale imponunt pro antifebrili externo topico. P. Borello Centur. 1. obſerv. 32.

## R.

### ¶ CCLXXV. Raphanus.

Raphanus
- major orbicularis vel Raph. rotundus domeſticus. Hujus loci.
- niger. Idem hic cum priori.
- minor oblongus. Eſt eſculentus & minus officinalis.
- ruſticanus ſeu marinus. Vide in ſequenti.
- aquaticus. Non eſt in uſu.
- ſylveſtris V. Armoracia.

Ῥαφανὶς ῥαφανὸς, Arab. Fugell. Raphanus magnus, Lob. ſativus Raphanus, Fuchſ. Caſt. Raphanus rotundus, Lon. Tab. orbiculatus, Tab. & Ger. Radicula ſativa, Dod. Raphanus major orbicularis vel rotundus, C. B. 1. Rettich Refort. Radiſch. Radiſen.

Creſcit in hortis, gaudet ſolo humido.

## OFFICIN. NAT.

Semen, Radix, ſed rarò, quia culinaris potiſſimùm eſt. [Liquor tamen ex taleolis ſaccharo cando conſperſis, puerulis convenit in pectoris mucilagine.]

Vires. Calf. 3. ſicc. 2. aper. abſterg. atten. Uſus præcip. in calculo atterendo ac expellendo, urina ac menſibus ciendis, in obſtructionibus Epatis ac Lienis, attenuat mucilaginem viſcoſam in ventriculo, confertque ad diſtributionem chyli, chymique. Extrinſecus apponitur plantis pedum in febribus, ſicuti & cervicium capitis dolore febrium malignarum comite.

N. De uſu interno notandum quod nauſeam & ructum ciere ſoleat.

## PRÆPAR.

▽ ſtillat. Ex radicibus [Ictericis utilis.]

## R.

Hofman. Raphanus.) De Orbiculari ſcilicet & rotundo hîc loci agemus. Germ. Rettich.

De Hujus uſu interno D. Author ſufficienter tractavit. De uſu externo ſaltem addimus, quòd nec poſt habendus ſit Raphani uſus contra pedum clavos, ſi illis decreſcente lunâ poſt pedum lotionem eo uſque raſis, ut doleant, pulpæ raphani ſuccus acrior inſtilletur, futurum ut evaneſcant. Spinas etiam extrahit raphanus cum pinguedine anſerinâ miſtus & impoſitus.

### ¶ CCLXXVI. Raphanus marinus ſeu ruſticanus.

Raphanus Ruſticanus, C. B. 5. ſylveſtris, Dioſcor. Fuchſ. Armoracia aut Raphan. majus, Brunfelſ. Raphan. major, Trag. marinus Tab. vulgaris & ruſticanus, Matthiol. Radicula magna, Dod. ruſtican. Lob. Cam. German. Meer-Rettich. Grand refort, Hors Radiſh. Mierich-Wortel / Peper-Wortel.

Gaudet ſolo humido.

## OFFICIN. NAT.

Radix, effodienda Martio.

Vires. Calf. & ſicc. ad gr. 3. incidit, atten. eaſdemque cum priori qualitates habet, ſed fortiores: tartaream mucilaginem incidit, ciet vomitum (ſi ſuccus vel infuſio in aceto cum melle tepidè aſſumatur & aqua ſuperbibatur) ſpecificè ſcorbuticis prodeſt. Calculum pellit, menſes ciet. Extrinſecus prodeſt in febribus (tertiana & quartana) ſuccus cum ol. piperino dorſo inunctus, pulſibuſve cum Sal. com. impoſitus, vel umbilicò applicatus, donec ſentiatur; [ſugillata tuſus è veſtigio tollit, aut ſuccus expreſſus, auferendus ubi mordere incipit. Seb.]

## PRÆPAR.

▽ ſtillat. è radicibus.

Hofman. Raphanus marinus ſeu Ruſticanus.) Germ. Meerrettich.

Vires. Calefac. ſicc. incid. atten. &c.] Specificum antiſcorbuticum eſt, & juxtà tartarum reſolvit, menſium ſuppreſſionem curat. Ex hoc cum aliis ingredientibus anti-ſcorbuticis elegantiſſima Miſtura anti-Scorbutica ſeq. modo conficitur, licet calida adſit ſanguinis & viſcerum intemperies. ℞ Raphani marini aut Armoraciæ in taleolas inciſi ℥ii. ℞. cochleariæ M. ij. Naſturt. aquatic. M. j. Sem. Cochlear. Naſturt. hortenſ. ā ā ℥j. Decoct. hordei lib. j. Vini Rhena. ℥vj inciſ. & contuſ. ſtent in infuſ. per 12. hor. in loco tepido vaſe optimè clauſo, colaturæ adde Spiritus Mororum Norvvagic. ℥iv. Elæoſacchar. Citri non rancid. q. ſ. M. cujus doſis mane & veſperi ℥ij. propinandæ quibus interdum Miſtur. ſ. aliquot guttulæ addi poſſunt, vel Tincturæ bezoardicæ.

### ¶ CCLXXVII. Rapum & Rapa.

Γογγύλη, Ruben / Navaux, Rave. Turneps. Rapen / Knollen. Arab. Seliom, Selgem, Selgrem, Dioſcor.

Eſt
- longum, fœmina.
- rotundum, mas.
- ſylveſtre, quod minus uſitatum.

N. Nomen Rapi omnibus uſuale eſt.

Vires. Calf. 2. ſicc. 1. Seminis uſus præcip. in febribus malignis, Venerem ciet, morbillos expellit, Doſis ʒß. Radix magis culinaria eſt, ſed ventriculo flatulenta. Succus & decoctum leniunt acrimoniam bilis ac aſperitatem bronchiorum, aſperaque arteria &c. Extrinſecus

*cus imponitur Pernioni (cocta) adhibeturque in gargariſ. Vide & Napum.*

## ¶ CCLXXVIII. *Rhaponticum vulgare.*

Rhaponticum ſeu Centaurium majus.
- folio in lacinas plures diviſo, C. B. 1.
- folio non diſſecto, C. B. 2.
- Alpinum luteum, C. B. 3.

Ex his uſualius eſt primum, quod inſignitur Rhapontica, quæ hodie centauria major, *Trag. Cord.* Centaurium majus, *Lon. Lob.* magnum, *Matthiol. Dod. Caſt.* Centaur. majus ſeu Rhaponticum pharmaceuticum, *Cord. in D. Cam. Tab.* German. groß tauſendgülden-Kraut/ Rhapontic. Rhapontic vulgaire. *Great common Rhapontick, Rhubarb.* Gemeyne Rhapontick/ Rhabarbar/ Groote Guldeworttel.

Creſcit in alpibus & vallibus pinguibus, apricis, Apuliæ, Sabaudiæ.

### OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Natura eſt temperata, ſicc. aſtring. vulneraria eſt, ſaporis ſubdulcis ac ſubacris. Uſus in fluxibus alvi, Dyſenteria: ciet menſes, profluviumque è contrario ſiſtit: prodeſt in hernia, ſanguine coagulato, expuitione ſanguinis in febribus ſtomachicis: Epar aperit ac roborat, ſummopere laudatur à nonnullis in obſtructione venarum meſaraicarum, & in morbis hinc ortis.*

HOFMAN. *Rhaponticum vulgare.*) ſeu centaurium Majus Germ. Groß tauſend-gülden Kraut. *Vel latifolium* eſt, *vel tenuifolium. Rhaponticum* dicitur, non quod unum & idem ſit cum *Centaurio* majori, ſed quod iſti admodum ſimile ſit.

Creſcit in alpibus Apuliæ, Sabaudiæ: Et, ſeritur in hortis.

*Vires. Naturæ eſt temperatæ, ſicc. adſtring. &c.*) Vulneraria eſt; Et in hâc acris ſimul & adſtringens cum levi dulcedine ſapor percipitur: Unde illius uſus ad rupturas & pectoris inveterata mala commendatur, hæmoptyſin ſcil. &c.

## ¶ CCLXXIX. *Rhaponticum verum.*

Rheum, Rhâ. Dioſcoridis, C. B. 3. Ponticum Rha antiquorum, *Lob.* Rhapontic. verum officin. German. Rhapontic. Rhapontic vray. *True Rhapontick, alſo Rhubarb.* Oprechte Rhapontick/ oock Rhabarbar.

### OFFICIN. NAT.

*Radix,* quæ ad nos ex Aſia advehitur.

Eligenda quæ non carioſa, rubeſcens, in ore lentorem referens.

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. ſeu mixtura temperata eſt, terreſtris & ignea, ſaporis ſubacris. Stomachica, ſplenica ac hepatica. Uſus præcipui in doloribus arthriticis, febribus, venenatorum animalium ictibus, &c.*

### PRÆPARATA.

*Extract.* f. l. c.

Vires. *Summum eſt cardiacum Quercetan. Pharmacop. Reſt.*

HOFMAN. *Rhaponticum Verum.*) German. Rhapontic. Nomen accepit à loco natali à *Rha* flumine, in cujus ripis ſuprà *pontum & Boſphorum Cimmerium* naſcitur. Toto igitur cœlo errant, qui *Centaurium Majus* eodem inſigniunt nomine, quamvis magna huic cum illo ſit affinitas. Hoc à *Rhabarbaro* etiam eſt diverſum, de quo infrà.

Noſtro ſeculo, quid verum ſit *Rhaponticum* & qualis planta, edito de hoc eleganti tractatu oſtendit *Proſper Alpinus*, verâ ejus plantâ ex Thraciæ Monte Rhodope in Italiam allatâ; Radicibus prædita eſt hæc Planta multis, ab uno germine proficiſcentibus, longis, rotundis, centaurii majoris ſimilibus. Ut primum è terrâ eruuntur, ex ruffo nigreſcunt; ſubſtantiâ rarâ, laxâ, levi, quæ commanducata croceo tingit colore, & ſi pluſculum dentibus agitetur, glutinis modo lenteſcit, levi amaritudine prædita. Folia fert multa, longis pediculis ſurſum acta, ampla ad magnæ lappæ figuram inclinantia, majora tamen & latiora, in circumferentiâ miris quibuſdam circumvolutionibus agitata, colore viridi in nigrum inclinante, pediculis longis, craſſis, latis, intus cavis, exteriùs convexis, ſtriatiſque in orbem expanduntur; inodora, ſapore ſubacido; caulis ex medio foliorum exſurgit, unicus, cubitalis, ad rubrum inclinans, rotundus, cavus, craſſus, ſtriatus, geniculatus, ex cujus geniculis ſurculi rectè exeunt duo vel tres, utrinque ex oppoſito floſculis albis muſcoſis ſambuci floribus ſimillimis, racematim undique congeſtis, benè olentibus, ſapore ſubacido, quibus ſuccedunt ſemina triangula parvis folliculis, membranaceis tecta, nigra, hypolapathi ſeminibus ſimillima.

Noſtrâ jam ætate non amplius adeò rarum eſt *Rhaponticum*, Belgæ colunt jam etiam in hortis ſuis, ex *Thraciâ* allatum.

Duplex autem eſt *Rha ſive Rheum*, ſcilicet *Rha barbarum*, de quo infrà *de purgantibus*, & *Rha ſive Rheum Ponticum*, de quo hoc loco.

Radix Ejus eligenda, quæ non carioſa, ſed rubeſcens, in ore lentorem referens.

*Vires. Calefac. & ſicc. ſeu mixtura temperata eſt, terreſtris & ignea &c.*) Unde vires obtinet ſingulares, nam ratione terreſtreitatis adſtringit cum modicâ caliditate, laxitas ejus & levitas aerei etiam multum participare oſtendit, prout naturalis partium textura depoſcit. Hinc convulſis, ruptis & orthopnœicis prodeſt, lichenas ex aceto ſanat, hæmoptoicos, cœliacos, dyſentericos, &c. Dolores & inflationes diſſipat, Lienoſis, hepaticis, febricitantibus, ſingultientibus medetur. Ictus venenatorum animalium curat, levi purgatoriâ facultate prædita.

N. *Rhapontici radix Seplaſiarum Raphani* craſſitudinem ferè æquat. *Rhabarbaro* gravior ac compactior, rugoſo & fuſco cortice prædita, ſecta, tranſverſim ſpiras oſtendit, colore vario minuſque rubro, quam *Rhabarbarum*. Sapor illi ſubamarus & adſtringens, odor nullus. Neque tamen *Rhabarbarum*, nec *Ponticum* eſt, ſed planè alterius generis planta.

## ¶ CCLXXX. *Rhodia Radix.*

Ῥόδια ῥίζα, Radix Roſea, *Trag. Matthiol. Dod. Cord. Cam. Fuchſ. Lon. & Tab.* Germ. Roſenwurtz. Racine ſentant les Roſes. *Roſe-Root.* Roſe-worttel.

Creſcit ſponte in alpibus, ſolo gaudet umbroſo.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* ſola.

Vires. *Natura cenſetur temperata (Fuchſ. calf. & ſicc. 2.) cephalica eſt. Uſus præcip. in dolore capitis (cum roſ. contuſa.)*

HOFMAN. *Rhodia Radix.*) German. Roſenwurtz. Tuberoſa eſt radix *Rhodia dicta* ob odorem & ſaporem, quibus æmulatur flores roſarum, ab unâ radice multæ oriuntur virgæ, tenues, numeroſâ foliorum congerie ſtipatæ. Flores in umbellâ gerit ex pallido rubeſcentis coloris, quibus ſuccedunt ſiliquæ, ſemen continentes. Hiſce Rhodiam carere ſtatuunt *Gesnerus & Fuchſius*, ſed contrà rei veritatem.

*Vires. Natura cenſetur temperata &c.*) Cephalica eſt. Utimur cum *aqua roſar.* in dolore capitis, ex apricatione contracto.

¶ CCLXXXI.

## ¶ *CCLXXXI. Rhodium Lignum.*

Aſphalatus, Rodiſer-Holß. Bois ſentant les Roſes. *Rhodium*, or *Roſewood*. *Aſphalathus*. Roſenhout/ of Rhodium.

Aſphalatorum 4. quidem modernis innotuerunt genera, Cortice cinereo, ligno purpureo ſeu Dioſcoridis. 2. Aſp. colore buxi. 3. Aſp. albicans torulo citreo. 4. Aſpalat. rubens. Verum officinis noſtratibus non niſi ſecundum & tertium ſuppetunt. Prius eſt Aſpalathi 1. genus. *Lob.* Poſterius dicitur Rhodium Lignum, quibuſdam Agallochum, oleaque Æthiopica, *Cord. in D.* Agallochum forte, id eſt, xyloaloë ſolida, quibuſdam lignum Rhodium, Rhodiſium & aſpalathum, aliis oleaſtrum lignum, *Cord. hiſt.* Aſphalathus roſeus ſeu 3. *Lob.*

Vires. *Dioſcoridi & Galeno calfac. ſicc. & aſtringit, unde commendabile ad ulcera oris, ad nomas genitalium & ſordida ulcera, ad alvi fluxus. Verum enim verò an hæc noſtrati conveniant, cuivis licet experiri. Vix enim modernis practicis in uſu eſt: niſi quod interdum ad renum calculos decoctis incoquatur.*

### PRÆPARATA.

*Oleum ſtill.* quod communiter pro oleo roſarum habent.

HOFMAN. *Rhodium Lignum.* ) *Aſpalathus.* German. Roſider Holtz. Varia de *hoc Ligno* reliquerunt in ſcriptis ſuis *Dioſcorides*, Libr. 1. cap. 19. *Plinius* Libr. 21. c. 24 *Proſper. Alpin.* de Plant. Ægypt. p. 57. *Dioſcoridi* frutex lignoſus, ſpinis crebris aculeatus, in Iſtro, Syria, Nyſino, & Rhodiorum inſulâ proveniens; Arabibus autem non frutex eſt ſed arbor craſſa. Cum quibus & Nos facimus.

*Vires. Calefac. ſicc. & adſtring* &c ) Unde ad tetra oris ulcera col uenda commendatur, ejus decoctum alvum ſiſtit, & ſanguinis rejectiones cohibet. Cum ejus *oleo deſtillato* adulteratur *oleum roſarum. Plura vide in D. Authore & iis quæ ſuprà ſub nomine Aſpalathi ex Appendice ejus Pharmacopœiæ annexâ p. 1. & 2.*

Hoc *Lignum* ingreditur *trochiſcos Hedychroi*, ad confectionem Theriacæ adornandam.

## ¶ *CCLXXXII. Rhus.*

Rhus folio ulmi, C.B. 1. Rhus, *Matthiol. Tab.* Rhus coriaria, *Dod.* Rhus obſonior. *Lob. Cam.* Sumach. Arabum *Lon. Caſt.* Rhu, Rhoë, Rhus culinarium, German. Ferber-Baum/ Schling-Baum. Rhon. *Sumach.* Sumach/ en Smacke.

[Rhus cum Thée idem putatur nonnullis.]

### OFFICIN. NAT.

*Semen, Folia.*

Vires. *Refrig.* 3. *ſicc.* 2. *aſtring. Uſus præcip. in fluxu alvi, uteri ſeu menſium: hæmorrhoides compeſcit, bilem obtundit. Extrinſecus reſiſtit putrefactioni ac Gangrenæ in paronychio.*

N. *Gummi dentibus inditum odontalgiam ſedat.*

### PRÆPARATA.

*Succus Sumach.* id eſt, Pulpa ſine oſſeis ſeminibus.

N. *Alii ℞. Decoct. Rhois ex ramuſculis & Tamarind. conquaſſatis macerant ac coquunt ad conſiſtentiam.* Tabern. in Herbario.

HOFMAN. *Rhus.*) *Sumach Arabum, Rhus coriariorum, obſoniorum, culinarium* &c. Hic notandum, hæc genere vel ſpecie non inter ſe differre, ut nonnulli volunt. *Rhus enim obſoniorum* nihil aliud eſt, quàm fructus vel ſemen, quo utebantur olim coqui obſoniis pro ſale adſpergentes. *Coriariorum* autem nihil aliud, quàm folia & fruticis ramuſculi, quibus exiccatis Coriarii utuntur. Germ. Ferberbaum.

Gaudet ſolo petroſo, creſcit etiam in hortis noſtris. Floret Iulio, Fructus fert autumno.

*Vires. Refriger. ſicc adſtring.* &c.) Undè internè commodè adhibetur in dyſenteriâ, fluxu hæmorrhoidum, nimio menſium fluxu; externè in uteri & ani procidentiâ, ſi cum maſtiche decoquatur & applicetur; item ad oculos præſervandos à variolis, antequam erumpant, Semin. Sumach cum ſem. fœnicul. in aq. roſarum infuſum commodè applicatur cum linteo.

## ¶ *CCLXXXIII. Ribes.*

Groſſularia multiplici acino ſeu non ſpinoſa, hortenſis rubra ſeu ribes officin. C. B. 1. Ribes hortenſis, *Trag.* vulgaris domeſtica, *Matthiol. Caſt.* Ribes, *Fuchſ. Lon. Tab.* Uva Urſi, Ribeſium fructu rubro, *Dod.* Ribes Arabum, *Lob.* German. Johannis-Beerlein. Des groſeilles. *English Corence*, of *Corents*. Ribes/ Aelbeſien.

- Rubra. *Hujus Baccæ officinales.*
- Nigra. *Uſualis non eſt.*
- Alba. *Et hujus baccæ in officinas inferuntur gratioreſque ſunt guſtu ipſis rubris.*

Coluntur in hortis, matureſcunt circà feſtum S. Ioannis.

Vires. *Refrig. & ſicc.* 1. *partium tenuium: ſubaſtring. ventriculo conveniunt. Uſus præcip. in profluviis alvi, dyſent. choleram ſedant, in febribus bilioſis proſunt, putredini reſiſtunt, ſitim reſtringunt.*

N. *Albæ ut minus acidæ, ita minus frigidæ cenſendæ ſunt.*

### PRÆPARATA.

1. *Conditæ baccæ*, cum decocto proprio & ſacch.

2. *Rob. de Ribib. ſimpl.* Eſt ſuccus inſpiſſatus ad mellis conſiſtentiam.

3. *Rob. de Ribib. compoſ.* Eſt ſyrupus è ſucco & ſaccharo ½.

4. *Vinum*, id eſt, ſuccus liquidus.

HOFMAN. *Ribes.*) Hunc fruticem veteres ſilentio prætereunt. Quidam tamen hunc eſſe contendunt, quem Arabes *Ribes* vocant. At *Ribes* Arabum à Noſtro diverſus eſt. Licet *Dodonæus & Amatus* unum & idem eſſe aſſerant, quibus & Nos adſtipulamur. *Hujus duæ obſervantur differentiæ, unus fructu ſeu baccis rubris, alter baccis* albis. *Qui baccas nigras* profert non eſt in uſu Medico.

Uterque frutex paſſim colitur in hortis. Florent Aprili, & Majo. Iunio autem & Iulio baccas maturant.

*Vires, refriger. & ſicc. partium tenuium, ſubadſtring* &c. ) Unde καῦμα viſcerum & ſanguinis extinguunt, febrium calorem contemperant, ſitim ſedant, alvi profluviis medentur ex bile ortis, choleram compeſcunt, ventriculi ſubverſionem levant, Ex his *baccis conditum præparatur, Rob ſ. & c. item ſuccus, gelreda* &c.

## ¶ *CCLXXXIV. Roſa.*

- Domeſtica, ῥόδον, Roſen. Roſier. *Roſes*, Roſen/ *hujus loci.*
- Sylveſtris, κυνόῤῥοδος, κυνόσβατος, *Vide Cynoſbatos.*

Roſarum varia ſunt genera, coloribus ac foliorum multiplicitate differentia. Sic eſt Roſa (milleſia) rubra, rubrapallidior, ſaturatius rubens, purpurea (hæc

 colorem

colorem carnis referens, Zebethina dicitur.) Verſicolor alba, moſcata ſeu Damaſcena, ſpinis carens, ſubviridis, &c. In officinis autem tria præcipuè genera uſualia ſunt. Roſæ ſcilicet rubræ (quæ præſtantiſſimæ) pallidæ quæ rubris ſuccedunt, & albæ quæ infimæ ſortis. Omnibus tamen laudem præripiunt Roſæ moſcatæ ſ. Damaſcenæ.

Florent Majo & Iunio. Coluntur ubivis in hortis.

## OFFICIN. NAT.

*Flores* (rubri & pallidi aſſervantur exiccati) *Anthera, id eſt, capillamenta.*

Vires. *Roſa ut variant generibus, ita & qualitatibus. Sunt enim qui non ſine cauſa roſas partim calidas & acres, partim frigidas volunt, caloremque reſidere in ſuperficie à frigore ſcilicet eo expulſum, qui inmarceſcentibus evaneſcit, in genere tamen omnes refrig. 1. ac aſtring. Spiritus vitales animaleſque recreant, ac roborant,* pallidæ ſeu incarnatæ *laxant.* Rubræ ac albæ *aſtringunt (alba levius, rubra fortius.) Uſus præcip. in fluxionibus, febribus, ſiti, appetitu proſtrato, &c. Extrinſecus in vomitu, cephalalgia, vigiliis, dolore aurium, gingivar. ſedandis, recti inteſtini (cum vino cocta & impoſita:) in ulceribus & inflammationibus oris, faucium, oculorum.*

Floſculi lutei capillamentis in medio florum adhæreſcentes, (Anthera offic.) exiccati *immiſcentur dentifriciis ad gingivarum aſtrictionem fluxionumque exiccationem.*

## PRÆPARAT.

1. *Acetum*, è flor. rubris.

2. ▽ *ſtillat.* è floribus pallidis (præferunt ad ocul. morbos.)

3. è floribus rubris.

4. albis.

5. *Balſamus.* Ex ol. ſtillat. & cera depurata.

6. *Conſerva*, 1. *roſ. rub. recens.*

7. 2. *antiqua.*

8. 3. *roſ. rub.* 🜖*ta.*

N. *Præſtat ex tempore* 🜖*tam hanc conſervam conficere, affuſione ſcilicet guttularum aliquot, quippe quæ ad tempus aſſervatur, & amittit colorem & ſaporem mutat.*

9. 4. *Conſerv. roſ. pallid.*

10. *Elect. I. Roſatum Meſuæ.* V. D.

11. 2. *de ſucc. Roſ. ſolid.* } Aug.

12. 3. *liquidum.* }

13. *Morſelli, id eſt, ſaccharum roſar.* Ex ſucco & ſaccharo.

N. *Morſuli de ſpec. è ſucco roſar. ſunt idem quod Elect. ſolidius.*

14. *Rotula Manus Chriſti*, officinis dictæ ſimplices & perlatæ.

15. *Ol. ſtillat.* aſcend. cum ſpirit.

16. *Ol. infuſum* 1. *vulgare.*

17. 2. *omphacin.*

18. 3. *Compoſ.* Aug.

19. *Pilul. Roſat. id eſt, de aloe roſat.*

20. *Spec. Elect. de ſucc. roſ.* Aug.

21. *Aromatic. roſ.* Aug.

22. *Diarrhod. Abb.* Aug.

23. *Roſat. novell.* Aug.

24. *Spiritus*, è roſis rubris fermentatis.

25. *Syrupi*, 1. *roſatus ſimplex, ſeu laxativus ſimplex.* Ex infuſ. 3. roſ. rub.

26. 2. *roſat. ſolutivus Mucharum*, (è Damaſcen.) Aug.

27. 3. *Laxativ. compoſ. ſeu elleboratus.* Aug.

[*Syrup. Roſarum ſolutivum compoſitum cum Anbubeja dictum.* Vid. D.]

28. 4. *ſine ellebore.* Aug.

29. 5. *de roſis ſiccis.*

30. 6. *roſatus regius ſeu Julep. Roſatum.*

31. *Mel roſatum Meſuæ.*

32. *ſimplex.*

33. *Citratum.*

34. *Laxativum* : ferè idem eſt cum ſyr. ſimplici.

35. *Tinctura.* Fit ex roſ. rub. ſicc. ℥j. infuſis in ▽ roſar. (vel fontanæ) tepefact. ℔ iv. additis ſpir. 🜍 vel Sulphuris ʒ ij. factâ digeſtione F. Expreſſio & ſi opus ſit filtratio.

36. *Trochiſc. Diarrhod.* Aug.

37. *Unguentum roſarum.*

HOFMAN. *Roſa.*) *Hujus varia genera vide in phytographis.* Uti autem variant generibus, ita & qualitatibus, quæ ex diverſ. partium ſuperficialium texturâ promanant. *Dominus Autor* omnes in genere refrigerare ac adſtringere ſcribit. Verùm hunc effectum per ſe non præſtant, ſed per accidens calidiorum ſævviorum figuras invertendo & ex corpore per poros eas evacuando. *Rubræ recentes* laxant, *veteres* adſtringunt, qui diverſi effectus pro diverſitate ætatis & partium variâ diſpoſitione in roſarum particulis in noſtro eduntur corpore, id quod probè obſervandum eſt. *Ex his præparatur acetum, ex floribus rubris ſemper,* item *aqua deſtillata ex albis & rubris, Conſerva, Electuarium, Morſuli, Rotula Manus Chriſti ſimplices & perlatæ, oleum deſtillatum ac infuſum, Balſamum* &c. *Spiritus roſis rubris fermentatis,* ſcilicet optimus fit ex roſis rubr. & albis [illegible] tam ſimplicibus quàm centifoliis, Miſtis contuſis & inſtratis f. s. s. s. cum ſaccharo Thomæ in dolio querno adſpersâ aquâ tepidâ ac prævia digeſtione octiduana. Poſtmodum deſtillatio per veſicam inſtituatur, & demum Spiritus per MB evocetur. Ex his etiam Aqua Damaſcena Hamburgenſium conficitur vid. Theſaur. Noſtr. Pharmaceutic. annex. ſect. 1. Num. 17.

De Roſa quapiam Chinenſi hæc habet ATHAN. KIRCHERVS in ſua China Illuſtrata.

*Datur Roſa Sinica arboribus innata, quæ diebus ſingulis bis colorem mutat, purpureaque modò tota, modò rurſus omnino candida evadit, omnis tamen odoris expers. Cujus ſi cauſam quæras, ego quantum conjecturare auſim, aliam eſſe non reperio, niſi temperamentum floris ejuſque nutrimentum, atque aliam aliamque ambientis conſtitutionem; cum itaque Roſa humidum temperamentum ſortita ſit, hinc fit ut noctu in naturali ſuo ſtatu candeſcat, interdiu verò planta ardentiſſimo ſolis æſtu perculſa ſubtiliſſimi ſalis armoniaci ſpiritum in extremas floris partes [illegible], cujus [illegible] & halitu tincta protinus purpuraſcit; Verum prævalenti Solis calore, Spirituque paulatim exhalante, planta ad priſtini ſplendoris candorem reduci neſcia, flaveſcit, donec novo attracto dicti ſalis ſpiritu, denuò purpureo imbuatur colore, & tandem deficiente calore ſolis, uti Spiritus non elicitur ampliùs, ita quoque candori ſuo reſtituitur; Cujus quidem rei experimentum ſi quiſpiam facere deſideras, is accipiat violam aut roſam, quam Damaſcenam vocant, eamque ſale armoniaco ſuffumiget, & cum admiratione videbit, roſam candidam in purpuream transmutari, & tandem in flavam & candidam: contra ſulphure ut viola & roſa rubra ſuffumigata, in candidum colorem transmutatur; quod experimentum uti ſæpius à nobis exhibitum fuit, ita quoque cauſam detexit hujus quam ſcribimus,*

*roſa*

*roſæ ſinicæ χρωματομεταβολων. Neque in China ſolùm hujuſmodi naturæ prodigia reperiri putes; habet hic Romæ Nobilis Botanicus Franciſcus Corvinus in ſuo horto, omni quæ deſiderari poſſunt, plantarum genere inſtructiſſimo plantam, quam violam nocturnam vocat, quæ diverſos pro Solis aſcenſu & deſcenſu colores ad ſenſum mutat, & quæ interdiu nullo odore pollet, illa noctu nobiliſſimum gratiſſimumque odorem expirat, de quibus vide fuſius actum in* noſtra Philoſophia *lib. xij.* Mundi Subterranei *inſerta.*

## ¶ *CCLXXXV. Ros Solis.*

Rorella, Salvara, Sonnen-Thau/ Sonthau. Roſée de Soleil. *Sundevv. A kind of Moſſ bedevved by the Sun. Roſa Solis.* Ros Solis/ Sondauw/ Lopich-kruyt.

Eſt { folio rotundo. / folio oblongo.

Ex his uſualis quidem, veruntamen non niſi rariſſimè major, qui inſcribitur Ros ſolis, *Dod. Lon. Caſt.* Rorida ſive Ros ſolis major, *Lob.* Rorella minor, 1. *Tab.*

Creſcit locis campeſtribus & paluſtribus, inter muſcum albicantem & rubentem. Floret Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* colligenda quando ☉ in ♌ (medio ♌ is) ☾ creſcente, die ſereno ac calido: aſſervaturque ſine lotione. Item *ſuccus* foliis inſtar ſudoris adhæreſcens.

Vires. *Dodonæus facit calid. & ſicc.* 4. *unde internum ejus uſum vetat: verùm enim vero, ſunt qui è contra magni faciunt, maximopereque commendant ad Phthiſin a (quia calidiſſimo etiam tempore ſudat) ad peſtem, ad vulnera (in potu, &c.) ad Epilepſiam arcendam & præcavendam. Extrinſecùs promovere dicitur partum in puerperio (abdomini impoſita) odontalgiam ſedare (in ore retenta) affectum mitigare maniacum (collo appenſa) curare quartanam pulſibus 6. horis applicata ac dein hor. 6. aquæ impoſita: viciſſim pulſibus applicata; idque multoties (10. 12ies.)* a Foreſt. *lib.* 16.58.

N. *Novi qui infuſionem Rorellæ in aqua vitæ factam, pro cordiali uſitato habet.*

Succus dicitur humiditas, quæ inſtar ſudoris diebus quoque calidiſſimis, imò in majori copia, quàm aliàs herbæ adhæret, atque concutiendo in patellam ſuppoſitam colligitur.

Vires. *Confortat cor, Epar ac ventriculum: capitis dolorem à cauſa calida ſedat, peſtem præcavet ac curat. Extrinſecus adhibetur in affectibus oculorum, dolore, ſcilicet inflammatione, &c.*

### PRÆPARATA.

∇ *ſtillat.* ex tota herba.

Quoniam Aquæ (Roris Solis titulo) variæ aliunde apportantur, & bibuntur à multis, placet huc apponere formulam, ut qui Ros Solis, Roſæ Solis vel Roſſoglio, aquâ vitæ delectantur, ſciant quod bibunt. Habet eam Antonio de Sgobbis nel nuovo & univerſale Theatro Farmaceutico ex Ph. Lond.

℞. Aq. vitæ optimæ ℔ xij.
Succi Rorellæ ſive Liquoris ex foliis calidiſſimis diebus collecti ℔ ij ß.
Aqu. totius Citri ℔ ij.
adde Rorellæ M vj.
Roſar. rubr. M j.
Rad. Angelic. ℥ ij.
Nuc. Moſchat. ℥ i ß.
Sem. Anis.
Coriandr. ana ℥ j.
Galang.
Zingib.
Caryophyll. a. ℥ ß.
Cardamom. maj.
min.
Zedoar.
Calam. aromat. ana ʒ j.
Cinamom. ℥ j ß.

Stent in infuſione per dies octo in vaſe vitreo benè clauſo, hinc deſtill. per MB liquori deſtillato adde Lig. Sant. rub. & citrin. minut. conciſ. ana ℥ i ß. macer. per dies XX. poſtea filtr. & adde ſacchari ∇ Roſar. & flor. citri q. s. ſoluti & in conſiſtentiam Iulepi cocti ℔ i ß. M. optimè & ſerva pro uſu.

Vires. *Corroborat cerebrum, cor & ſtomachum, præſervat ab epilepſia, & apoplexia, animo languentes reſocillat, peſti reſiſtit, & mitigat rigores quartanæ, bonum habitum corpori conciliat, in cachexia & chloroſi utile, ut & in calculo.*

*Doſis cochl.* j. *vel* ij.

N. *Omittuntur interdum Roſa, ut & aromata, excepto cinamomo, & Iulepus roſatus ambratus additur.*]

HOFMAN. *Ros Solis.) Rorella. Roſa Solis. Sponſa Solis.* Nomen inde accepit, quod, quamvis ardentiſſimus Solis æſtus eam illuſtret, ejus tamen folia ſemper rore & humiditate quadam viſcidâ madeant, eorumque lanugo guttulis aſperſa videatur. Has concutiendo in patellam ſuppoſitam colligi *Dominus Author* ſtatuit, verùm hoc experientiæ non reſpondet; putatitiæ enim illæ guttulæ, ubi extremis digitis leviter ſaltem attinguntur, mox veluti in exigua ſericea alba filamenta tenacia ac gummoſa diducuntur, quæ concutiendo nunquam in vas ſuppoſitum colligi poterunt.

Veteribus non fuit cognita, nec Italiæ ac Galliæ populis, Borealium ſaltem vernacula eſt, cum herbis capillaribus magnam habens familiaritatem.

*Diſtinguitur autem in Majorem & Minorem; Marem ac fæminam.* Folia habens vel oblonga vel rotunda.

*Vires. Dodonæus facit calid & ſicc.)* Sunt qui magni faciant, maximopereque commendent ad phthiſin. Non deſunt etiam qui huic vim quandam ſpecificam contrà aſthma tribuunt. Verùm curioſitatis hoc eſt nimiæ. Nec enim omne aſthma tollit neque phthiſin curat. Planta, quæ calida & ſicca 4. grad. validiſſimè exſiccat, urit & calefacit, ita ut periculi ſit eâ uti in hecticâ. Cæterum ſi reſpicio ſecundas qualitates, calculum comminuit & aquas ſubducendo hydropen auffert. Quem effectum, quantum Mihi conſtat, nemo adhuc litteris conſignavit. Cùm fontes Hornhuſani orirentur, Rorellam quiſque crepabat. Noſti cauſam? Planta paluſtris ad paludes & ſtagna noviter emergentia ſimul judicabatur. Accedebat chemicaſtrorum malitia & mendacium, quæ ſubtus latentem Auri mineram Rorellæ vires inſpirare ſolares profitebatur. Unde & non pauci *Tincturam hanc pro Solis* venditant, quæ paratur per ſimplicem S. V. infuſionem & extractionem ſæpius repetitam contrà calculum egregiæ efficaciæ, cujus cochl. i. vel ij. Hæc per alembicum non evehitur, ut vulgò ſibi perſuaſum habent, licet negari non poſſit aquam ejus deſtillatam ſubflavum aliquem referre colorem.

De Rore Solis hæc habet D. D. ELSHOTIUS in ſua Deſtillatoria Curioſa.

*Stirpium quædam plurimas, ſub ſe comprehendunt ſpecies: veluti Tulipa, Hieracium, Geranium, Orchis, Thlaſpi, Gramen. Aliæ nullas prorſus, quantum quidem nobis hactenus conſtat: quemadmodum Aniſum, Cymbalaria, Ruta muraria, Cepa. Nonnulla medio modo ſe habent, pauciores ſcilicet*

*complexæ ſpecies: ſicut Galega, Glycyrrhyza, Chelidonium. Et harum quidem ultimarum tribus eſt ampliſſima, continens inter alia etiam contiſſima ſtructura plantam, quæ ob liquorem roridum, foliis vel per æſtivos ſolis calores innatantem*, Ros Solis *vulgò nuncupatur. Neque enim duabus plures ſpecies iſtius, Botanicis noſtris innotuerunt: quarum altera vocatur* Ros ſolis folio rotundo,*eſtque officinis uſitata: altera, ſed apud nos tantiſper rarior*, Ros Solis folio oblongo *dici conſuevit.*

Experim. 1. *Accipe ſtirpem utriuſvis ſpeciei recentem, & quidem integram, media æſtate, caloque ſudo collectam: poſteaquam mundaveris omnia, incideris, atque aſperſo aqua momento conquaſſaveris, Cucurbitæ immittito vitreæ, & abſque additione per alembicum ſtillato. Tranſibit non ſine delectatione intuentium liquor aureus, ad rubedinem vergens.*

Experim. 2. *In exſiccata quoque ſtirpe nos experiri idem voluimus, ipſi ſpiritum vini ſuperfundendo. Poſt moram aliquot horarum ex vaſis vitreis ope Balnei pepulimus, jucundo obſervantes ſpectaculo per alembicum, liquorem inde duci aureum.*

*De cauſis hujus effectus ſi quid conjicere licet, crediderim Rorem Solis ita eſſe compoſitum, ut in eo abundet* Sal volatilis, *qui inter deſtillandum ſecum rapit reſinoſas particulas per totam ſtirpem diſperſas: ſiquidem quotus quiſque ipſius faciem externam contemplatur, ex auro eam rubeſcere advertet. Accedat autem præterea oportet peculiaris proportio illarum particularum ad ſalem: quoniam non deſunt aliæ herbæ rubentes & reſinoſæ, quarum tamen aqua deſtillata neutiquam rubent aut flaveſcunt.*

*Poſtquam noſtra iſta experimenta jamdum feceramus, incidimus in Medullam Deſtillatoriam Conradi Kunrath, qui tractatu* xv. *de Rore ſolis inſcripto, operoſiſſimam pro more proponit methodum, conficiendi medicamenta ex iſtac ſtirpe: nec non inter cætera aquam ipſius ſtillatitiam flavere aſſerit, paraturus inde porro Quintam quandam Eſſentiam, in morbis univerſi panaceam: quam ſuo equidem relicturi ſumus auctori, aut potius Iſaaco Hollando, ex cujus* Opere Vegetabili *omnia pene Kunrathus ille mutuatus eſſe videtur.*

## ¶ CCLXXXVI. *Roſmarinus.*

Λιβανωτὶς, στεφανωματικὴ, Roſmarinus, *Brunfelſ. Trag. Frag. Lon.* Roſmarinum coronarium, *Matthiol. Lob.* Roſmarinus coronarius, *Cam.* Roſmar. coronaria, *Dod.* Hortenſis anguſtiore folio, C. B. 1. Libanotis coronaria, *Cord. in D.* German. Roßmarin. Roſmarin. *Roſemary.* Roſmarin.

Creſcit in locis apricis. Floret Majo & Iunio.

### OFFICIN. NATIVA.

*Folia, Flores* (ſpecialiter Anthos offic.) *Semen.*

Vires. *Calf. & ſicc. 2. lenta incidunt, ſaporis ſunt mixti, acris, amari: ſubaſtring. cephalica ſunt è præcipuis, ut & uterina. Uſus pracip. in affectibus capitis ac nervorum, Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi, Vertigine, Caro, &c. Viſum acuunt, fœtorem anhelitus emendant. Epatis, Lienis ac Uteri obſtructiones reſolvunt, Ictero ac fluori albo mulierum medentur, corque confortant.* Extrinſecus *proſunt, in catarrhis (ſuffitu) & exinde natis affectibus. In utero corroborando, &c.*

N. *Flores aſſervari poſſunt per biennium.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ E planta integra.
2. Spiritus.
3. Mel anthoſatum.
4. *Ol. ſtillat.* Unà cum ▽ extiliii.
5. *Balſamus.* Fit ex oleo l. c.
6. *Conſerva.* Ex floribus Anthos.
7. *Species Dianthos.*

HOFMAN. *Roſmarinus.*) *A*ἀ*ανωτὶς. Roſmarinus coronarius* German. Roßmarin, quia jucundiſſimi odoris frutex eſt, ipſi libanotidis nomen eſt inditum, & quia Corollis expetitus Coronarii appellationem adeptus eſt.

Colitur in hortis, & ſponte provenit in Galliâ Narbonenſ. Floret Majo & Iunio.

*Vires. Calefac. & ſicc. &c.*) Hic inter plantas cephalicas præſtantiſſimus eſt, ob vim ſuam abſterſivam & attenuativam, craſſos & pituitoſos dictos humores incidit & meatus obſtructos reſerat, unde in epilepſiâ, apoplexiâ, paralyſi, catarrho, ſurditate, aſthmate, ictero, ventriculi inflatione, colicâ, calculo, fluxu albo mulierum, ſterilitate, chloroſi, arthritide cum S. V. rectificato deſtillatus mira præſtat. Flores ejus vel folia ſi coquantur cum vino & melle ad dimidiæ partis conſumptionem & capiantur ante ſomnum, aſthmati mirè conferunt, vocemque clarificant optimè. P. Borellus Centur. 4. obſ. 46.

## ¶ CCLXXXVII. *Rubia.*

Ἐρυθρόδανον, Rubia tinctor. ſativa, C. B. 1. Rubia, *Cord. in D. Dod. Lob. Cluſ.* Rub. ſativa, *Brunf. Math. Fuchſ. Lon. (aſt.* German. Rothe / Ferber / Rothe Ferber-Wurg. De la garance. *Madder.* Rotte Mee / Meecrappe.

Adfertur ad nos ex Sileſia, ubi copioſè ſeri colique ſolet. Gaudet ſolo pingui, floret, ſemenque fert æſtate.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* ſola, collecta Majo ac Junio.

Vires. *Calf. 2. ſicc. 3. (al. refrig.) aperit, diſc. diſſolv. ſubaſtr. Vulneraria eſt. Uſus pracip. in obſtruct. Epat. Lienis & inprimis uteri. Proin in Ictero, Hydrope, urina obſtructa, obſtructione menſium, in pleuritide, &c.*)

N. *Adhibetur & à tinctoribus ad coloris rubri præparationem.*

N. *Olea, verbi gratia, Terebinthinæ ſuaviorem colorem ex rubia extrahunt, quam Aqua & Spir. Vin.*

HOFMAN. *Rubia.*) *Rubia tinctorum, vel ſpontanea vel ſativa eſt* German. Ferberröthe. *Vel eſt Rubia quadrifolia, vel glabra quadrifolia, anguſtifolia, item quadrifolia Italica hirſuta, Rubia parva flore caruleo, Rubia ſpicata* &c.

Vulgaris ſativa non ſolum in Sileſia copioſè colitur & inde ad nos transfertur, verùm etiam in plurimis ſeritur Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ & Belgii locis. Floret æſtate & ſemen facit. Radices colliguntur Majo ac Iun.

*Vires. calefac. ſicc. aper. diſcut. diſſolv. ſubaſtring. &c.*) Vulneraria eſt. Unde earum decoctum commendatur vulneratis, cæſis, ex alto præcipitatis, in cruore coagulato, inde mitigat &c. potiſſimum ingrediens in *Potionem Vulnerariam*. N. hæc radix in ▽ cocta vel S. V. infuſa debiliſſimum prodit colorem incarnatum, & ſi oleo infundatur Terebinthinæ vel ſimili è veſtigio ſuaviſſimum colorem emittit.

## ¶ CCLXXXVIII. *Rubus.*

Rubus officinalis eſt. { vulgaris. *Hujus loci.* / idæus. *Loco ſequenti.* }

Inſignitur: Rubus vulgaris ſeu rubus fructu nigro, C. B. 1. βάτος, Græc. Sentis Latin. Rubus, *Dioſcor. &*

*Plinii*

*Plinio.* Rubus *Brunfelſ. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lon. Lob. Caſt.* Rubus grandis & ſecundus, *Trag.* Rubus arvenſis. *Tab.* German. Brombeer / Bromen. Ronces. *Brambles.* Braeme.

Creſcit inter dumeta. Floreſcit initio æſtatis, matureſcit in fine ejuſdem.

## OFFICIN. NAT.

Folia, Fructus (*Mora* rubi, *morabati*, bati, *βάτινα*,) *Radix*, ſed raro.

[Quidam pulverem vermium rubi habent pro Antiepileptico.]

Vires. Folia ac Fructus *immaturus refrig. ſicc. aſtring. potenter. Fructus verò maturus caliditate eſt temperatus ac ſubaſtringens. Uſus precip. in quibuſcunque profluviis, vomitu, fluxu alvi, uteri, narium. Extrinſecus in aphthis, aliiſque oris affectibus abſtergendis, in vulneribus adſtringendis, capillos nigrat, ſcabiem curat.*

Radix *lithontriptica cenſetur, ſed rari uſus eſt.*

## PRÆPARATA.

1. *Rob. Diamoron ſimpl.* Ex ſucco fructuum immaturior.
2. *Diamoron compoſ.* V. Diſp.
3. *Diamoron Nicolai uſitatum.* Vide Diſp.

HOFMAN. *Rubus vulgaris.*) N. Ne quem offendat, quod D. *Author* ſcribat, ex hoc ſucco fructuum immaturorum Rubi vulgaris Diamoron ſ. &c. præparari, & etiam ex fructu Mori elaborati, ſciendum eſt, Mora celſa ſeu domeſtica noſtris Maulbeeren dici. Mora verò ſylveſtria eſſe Mora Rubi Bati, quæ Brombeeren vulgò appellantur, & unum pro altero in defectu alterius ſubſtitui.

## ¶ CCLXXXIX. *Rubus idæus.*

Rubus idæus { ſpinoſus. *Hæc uſualis.* / lævis. / fructu albo. }

Inſcribitur rubus idæus ſpinoſus C. B. 3. *βάτος ἰδαία*, rubus idæus, *Trag. Matth. Dod. Lob. Lon. Caſt. Tab.* Rubus idæus exilibus ſpinis *Cord. in D.* Rubus idæ. vulgaris *Cluſ.* Germanicè Hindtbeer. Des framboiſes, Bayes de Ronce. *Rasberrys.* Reſpe / Hinnebeſſen / Frambeſten.

Creſcit itidem inter dumeta. Floret initio æſtatis, matureſcit Auguſto, &c.

## OFFICIN. NAT.

*Fructus.*

Vires. *Eaſdem vires obtinent, quas præcedentia mora, cordiales tamen præ iis peculiariter cenſentur.*

## PRÆPARATA.

1. ▽ ex baccis.
2. *Spiritus.*
3. *Syrup.* Ex ſucco fructus & ſacchato.
4. *Vinum.*
5. *Fructus conditi.*
6. *Acetum.* Ex fructibus infuſis.

HOFMAN. *Rubus Idæus.*) *vel eſt ſpinoſus*, qui uſualis eſt, *vel levis, vel fructu albo.* Germ. Hindbeer.

Creſcit etiam inter dumeta in roſulentis & arenoſis ſaxis. Floret initio æſtatis, & matureſcit Auguſto.

*Vires &c.*] facultatem roborant vitalem, cordiales ſunt, unde ex his *præparatur Aqua, Spiritus per fermentationem, Syrupus, acetum, tinctura, vina ſuaviſſima.*

## ¶ CCXC. *Ruſcus.*

Ὀξυμυρσίνη, Ruſcus, *Matth. Trag. Cord. in D. Lob. Caſt. Cam. Tab.* Ruſcum *Dod.* Myrtacantha, *Lob.* (*icon.*) aliis Bruſcus & Bruſcum Germanicè Mäuß-Dorn. Du Ruſc. petit Hou. *Butchersbroom*, *Bruſcus*, *Kneeholly.* Stekende Palm / Muyſedoren.

Creſcit copioſè in Italia, ut & quibuſdam locis Germaniæ. Locis gaudet aſperis. Primo Vere turiones promit, autumno ſemen.

## OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Calf. & ſicc. temperatè, ſaporis eſt auſteri & ſubamari, incid. atten. aperit. Uſus precip. in obſtructione Epatis, urinæ, [ſtranguria] Menſium, &c.*

N. *Recenſetur inter* 5. *Radices aperientes.*

HOFMAN. *Ruſcus.*) Hæc planta à veteribus in ſimplicium cenſu fuit præterita; *Myrti ſylveſtris* nomine deſcribit *Dioſcorides*, ſed minus appoſitè. Hujus fructum cum cubebis confundunt *Arabes.* In Italiæ ſepibus & ſaxoſis, atque inter Lugdunum & Viennam Allobrogum paſſim provenit. Nos ſerimus in hortis.

*Vires. Calefac. ſicc. incid. atten. aper. &c.*) Hujus decoctum per menſem integrum adhibitum in hydrope maximè proficuum eſt, item in calculo, urinæ ſtillicidio, ictero ac menſium ſuppreſſione.

## ¶ CCXCI. *Ruta.*

Πήγανον, Ruta hortenſis, Rauten / Wein-Raut / De la rue. *Rue, herb of grace.* Wynruyte.

Ruta eſt C. B. {
Hortenſis { 1. latifolia / 2. tenuifolia. } *hujus loci.*
Sylveſtris { 3. major. / 4. minor. / 5. flore magno albo. } *inuſitata.*
}

Ornat officinas hortenſis utraque, è quibus vulgatior quidem eſt latifolia, eaque major, cœſiique coloris: præſtantior verò tenuifolia minor & nigricantior.

Latifolia inſcribitur Ruta, *Brunfelſ. Matth. Caſt.* Domeſtica, *Trag.* Hortenſis *Fuchſ. Lob. Cam.* ſativa, *Cord. in D.* graveolens hortenſis, *Dod.* latifolia, *Tab.* Ruta hortenſis latifolia, C. B. I.

*Hæc diligenti culturâ arboreſcere ſolet cujus exemplum nobis præbuit hujus civitatis civis è primariis Phil.* Leut. wein.

Anguſtifolia inſignitur Ruta hortenſis altera, C. B. 2. Ruta hort. minor. *Trag.* Ruta ſativa tenuifolia, *Cord. in D.* Ruta tenuifol. *Tab.*

Gaudet ſolo arido ac calido. Floret Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* ac *Summitates* cum ſeminibus.

Vires. *Calf. & ſicc.* 3. *incid. atten. diger. diſcut. eſt alexipharmaca, cephalica ac nervina. Uſus præcip. in variis morbis, peſte, aliiſque affectibus malignis præſervandis ac curandis, veneno arcendo, viſu acuendo, laſcivia reprimenda, pleuritide curanda, imbecillitate ventriculi corrigenda, colica diſcutienda,*



*da,*

*da, morſu canis rabidi debellando, &c. Extrinſecus in ictibus ſerpentum, carbunculis, in febrium paroxyſmis arcendis (inunct. dorſ.) Cephalalgia ex crapula, hemicrania, in febribus malignis (pro Epithemate pulſum cum Sal. com. & ✠) in dolore capitis, febrium ardentium & malignarum (ſimiliter pedum plantis adhibita.)*

N. *Nimius uſus internus officit gravidis.*

## PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex planta cum cauliculis Majo collectis.
2. *Oleum ſtillat.*
3. *Oleum infuſum.* Ex infuſa herba in oleo com.
4. *Sal.* Ex herba incinerata.
5. *Acetum.* Ex infuſione.
6. *Balſam.* Ex ol. ſtillat.

HOFMAN. *Ruta.* ] *Hortenſis* ſcil. *latifolia & tenuifolia.* Germ. Rautte.

*Vires. Calefac. ſicc. incid. atten. diger. diſcut. &c.*) alexipharmaca, antiſcorbutica, cephalica & nervina planta eſt. Ruta in vino coquatur, hoc decocto calido os eluatur, contrà dentium cariem & gingivas ſcorbuticas. Adſumit etiam humores crudos in ventriculo exiſtentes.

*Laſciviâ reprimendâ* &c. ] contrà rutam ad libidinem ſtimulare ſexum muliebrem docet *Tabernæmontanus Lib. 1. herbar. ſect. 4. cap. 32.*

## ¶ CCXCII. *Ruta muraria.*

Ruta muraria C. B. *Dod. Ger.* Capillus ♀ is, *Brunf. Trag.* Adiantum candid. *Cord. in D. & hiſt.* Adi. album, *Lon. Cam. Tab.* Adian. nigrum, *Cæſalp. Geſn.* Saxifraga ſeu Empetron. *Fuchſ.* Paronychia *Matth. Caſt.* Salvia vitæ. *Lob.* German. Maur-Rauten/ Stein-Rauten/ Venus Haar. Rue de muraille. *Wall-Rue*, or *white Maidenhayr.* Steenruyte.

Naſcitur in parietibus ac muris juxta aquas, locis videlicet irriguis & non apricis. Vivax eſt toto anno, æſtate tamen amplius viret, flore & ſemine caret.

## OFFICIN. NAT.

*Folia* ſeu herba cum caule.

Vires. *Calid. & frigid. temperata eſt, ſiccat, digerit, diſcutit, tartaream & viſcoſam mucilaginem in Pulmonibus, &c. incidit. Uſus præcip. in tuſſi, aſthmate, pleureſi, ictero, obſtruct. ſplenis. Valet ad Renum & veſicæ dolores, urinam clementer ciet, calculoſque expellit. Peculiariter præſtare eam perhibet Matth. ad Enterocelæ puerorum (♂ 40. pulvis exhibitus, & ſim.)*

*Extrinſecus capillos creſcere facit, ulceraque manantia capitis abſtergit, ſtrumas & abſceſſus digerit.*

N. 1. *Ubi Adianthum verum & Trichomanes deſunt, aut vetuſta ſunt, hâc uti licet. Hæc ſumenda quoque ubi Medici recentiores Adiantum præſcribunt à capillo ♀ diverſum. C. B.*

N. 2. *Matthiolus hanc Paronychiam Dioſcoridis eſſe diſputat contra Dodonæum, qui id negat.*

S.

## ¶ CCXCIII. *Sabina.*

βράθυς Savina, Seven-Baum/ Sieben-Baum. Sabine, Savinier. *Savin.* Savelboom.

Sabina folia { Tamariſci. *Hæc uſualis.* Cupreſſi. 1. & 2.

Dicitur Sabina, *Brunf. Trag. Fuchſ. Dod. Lob.* vulgaris, *Cam.* Myrti folio, *Cord. in D.* Savina, *Lon.* Savina mas, *Tab.* Sabina folio Tamariſci Dioſcorid. C. B. 1.

Colitur in hortis: viret perpetuò.

## OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Calf. & ſicc. 3. partium tenuium, incid. atten. diſcut. Uſus præcip. in menſibus fortiter ciendis, fœtu ejiciendo, urina pellenda, adſthmate medendo. Extrinſecus in affectib. arteriis, ulceribus, ſerpentibus arcendis, ſcabie præcipuè capitis, infantum exiccanda ac curanda [cum cremore lactis,] in maculis faciei abſtergendis, ad defluxiones (in fumo.)*

## PRÆPAR.

1. Ex foliis.
2. *Spiritus.*
3. *Extractum.*
4. *Oleum.*

S.

HOFMAN. *Sabinæ.* ] Germ. Sabebaum. Nec herba nec frutex eſt, ſed juſtæ magnitudinis arbor. Hujus ſpecies duæ ſunt, una *foliis Tamariſci*, quæ uſualis eſt, *alia cupreſſi foliis.* [illegible] *alteram Marem, aliam fœminam ſtatuunt: Quidam* [illegible] *dicunt, aliam ſterilem.* A Sabinorum regione, in qua olim abundavit, illi nomen impoſitum fuit.

*Vires. Folia calf. & ſicc. partium tenuium, incid. atten. diſcut. &c.*) Unde menſes provocant, fœtum expellunt, ubi tamen cautè procedendum eſt, præſertim ubi fœtus naturaliter adhuc eſt conſtitutus, ne ei hoc validiori pharmaco noceamus, ubi autem fœtus mortui eſt ſuſpicio, vel aliàs malè diſpoſiti, tutò exhiberi poſſunt. Aliàs hæc, teſte Galeno, partum vivum enecat, mortuum autem expellit. Externè foliorum cinere etiam eryſipelati imponuntur ex foliis infeſſus & fomentationes ſiunt in menſium ſuppreſſione, ulceribus ſerpentibus applicata medentur, & in ſcabie capitis infantum exiccandâ cum flore lactis commendantur. *Ex foliis aqua diſtillatur & oleum.*

N. Non datur præſtantius remedium ad extrahendos globulos aut res alienas ex vulneribus ſabinâ & oxide unct.

## ¶ CCXCIV. *Salix.*

Ἰτέα Weide/ Weiden-Baum. Saule ou ſaus. *Willow, Ozier*, or *Sallow-Tree.* Wilgheboom.

Salix multorum eſt generum, quæ ſine diſcrimine in uſum medicum accerſiri poterunt.

Creſcunt in locis udis: florent Majo & Aprili.

## OFFICIN. NAT.

*Folia, Iuli, Cortex & Viſcum.*

Vires. Folia *refrig. & ſicc. ſubaſtring. citra moleſtiam. Uſus præcip. in libidine arcenda. (Decoctum potum.) Extrinſecus in lotionibus pedum pro vigiliis arcendis, aſtu febricitantium arcendo, in hæmorrhagia vulnerum, narium, & ſim. adſtringenda. In æſtu refrigerando (ſtrata in pavimento.)*

Iuli *ſiſtunt hæmorrhagiam quamcunque (in ſuffitu.)*

Cortex *ſimilem facultatem habet, inſuper* [illegible]

cu & clavos pedum corticum cinere ( cum impoſito) extrahi tradit Dioſcor.

Viſcum commendatur præ aliis ad partum facilitandum.

PRÆPARATA.

▽ ſtillat. E foliis.

HOFMAN. *Salix.*] Germ. Weiden. Multorum eſt generum, quæ ſine diſcrimine in uſum veniunt medicum. *Alia nigra eſt, alia candida. Alia maxima & arborea, alia pumila anguſtifolia; alia humilis repens anguſtifolia, alia rubra, alia internè hirſuta latifolia, &c.*

*Vires. Folia refriger. & ſicc. ſubadſtring. &c.)* Horum decoctum vel latex tempore verno ex ſtipite elicita in libidine arcenda commendatur & externè ex foliis pediluvia fiunt ad agrypniam & calorem febrilem coërcendum. *Iuli* hæmorrhagiam ſiſtunt impoſiti. *Cortex* iiſdem gaudet viribus, *Viſcum* facilitat partum. Cortices mediæ in vino infuſæ menſium ſuppreſſioni medentur.

¶ *CCXCV. Salvia.*

Ἐλελίσφακον, Arab. Æliſſacos, Salbey. Sauge. *Sage.* Salie / of Savie.

Eſt { Major, Breit-Salbey. *Broad Sage.* Groot en Grove Savie.
Minor acuta, nobilis, Spitz-Salbey / Creutz-Salbey / Edel-Salbey. *Narrow Leaved, Noble Sage Gardenſage,* Kleyner / Edel-Savie.
Sylveſtris, *Hæc officinis ignota, aliàs convenit viribus cum Hormino.*

Major inſcribitur, Salvia latifolia, *Trag. Lon. Cluſ. Cam.* Salvia major, *Matthiol. Fuchſ. Dod. Caſt. Tab.* Salvia, *Cord. in D.* major ſcabrior. Dioſcorid. *Lob.* C. B. 1.

Hæc variat in foliis & floribus: foliis eſt viridibus, iiſque criſpis & non criſpis, purpuraſcentibus, verſicoloribus: ſic vel totis vel partim albidis, floribus communiter cœruleis, rarius candidis.

Minor vocatur, Salvia minor aurita & non aurita C. B. 2. Salvia nobilis, *Brunfelſ.* Anguſtifolia & minor, *Trag.* Salv. minor, *Matth. Fuchſ. Cord. in D. Lob. Tab.* pinnata *Fenæ*, Salvia acuta, *Lon.* Anguſtifol. *Cluſ.* Salv. tenuifolia auriculata. *Cam.*

Variat foliis auritis vel pinnatis & non auritis: foliis aliquando Lavendulæ concoloribus, ſed latioribus & gravioris odoris, rariùs luteolis; flore cæruleo, rarius albo.

Gaudet ſolo fœcundato argilla, &c. Floret Julio ac Auguſto. Tranſplantatur Martio, cum rutâ intermixtâ, quâ ſerpentes & bufones ſalviæ viciniam amantes arcentur.

OFFICIN. NATIVA.

*Folia, Flores.*

Vires. *Calf. & ſicc. ſubaſtring. abſterg. Uſu præcip. eſt diureticus: menſes ob craſſitiem remoratos ciet, nimios emendat. Prodeſt in paralyſi, vertigine, tremore, catarrhis. Extrinſecus aphtas oris abſtergit ( in gargariſ. &c.)*

PRÆPARATA.

1. ▽ Ex herba cum floribus.
2. *Oleum ſtillat.*
3. *Sal.* Ex herba incinerata.
4. *Conſerv.* Ex floribus.

HOFMAN. *Salvia.*) *Eſt vel Major vel Minor. Hæc acuta* præſtantior eſt. Sed utraque uſualis. Hujus folia undiquaque cavernoſa ſunt, ut ex microſcopiorum obſervationibus patet, hinc quodvis extrinſecum facile recipiunt.

*Tranſplantatur Martio, cum rutâ intermixta, quâ ſerpentes & bufones ſalviæ viciniam amantes arceantur.*] *Salvia* virtutes ad permultos affectus corporis humani commendari infrà videbimus; nihilominus tamen & illa ſuas habet qualitates noxias & virulenta cenſetur eſſe ea, quæ foliorum pinnas quaſi carbunculatas habet, & penitus retorrida eſt, emaciata & ſicca, ad cujus radices ut plurimum bufones & alia viroſa inſecta nidulantur. *Paræus de venenis cap. 24. refert*, ſe à fide digno accepiſſe, duos mercatores, non longè ab urbe Toloſanâ illotis ſalviæ foliis in vinum conjectis illicò atque illud bibiſſent, neci fuiſſe datos; ſub cujus radicibus ingens buforum acervus ſtabulari deinde repertus eſt, quos ſpurcitie ſuâ ſalviam ſpurcaſſe Medicus iſtius loci confirmavit. *Athanaſius Kircherus in Peſtis ſcrutinio* putredini animatæ acceptum refert *cap. 7.* Verùm non ſemper experientiæ & autopſiæ correſpondet.

*Vires. Calfac. ſicc. ſubadſtring. abſterg. &c.)* Cephalica & hyſterica eſt; Membranoſas & nervoſas roborans partes, Unde in paralyſi, tremore &c. commendatur ejus decoctum in vino. Præter jam nota præparata Spiritus etiam inde conficitur elegantiſſimus. Externè etiam odontalgiæ medetur ejus decoctum ex aceto cereviſiæ cum manipulo nicotianæ Virginianæ & pugillo uno polentæ tritæ, ſi os eo proluatur.

¶ *Salvia baccifera.*

Sic dicitur à baccis, ſive pomis inſtar gallarum excreſcentibus. Creſcit in Inſulis Creta & Cypro. Baccæ hæ ſaccharo vel melle conditæ ad nos apportantur, ſtomacho gratæ.

¶ *CCXCVI. Sambucus.*

Ἀκτῆ, Sambucus, Holder-Baum / Hollunder, Sureau, Suier. *Elder-Tree.* Vlier-boom.

{ Vulgaris. *Hujus loci.*
Humilis. *Vide Ebulus.*

Inſignitur Sambucus fructu in umbella nigro, C. B. 1. Sambucus, *Brunf. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Lob. Tab.* Sambucus vulgaris *Trag.* domeſtica. *Caſt.* Sambucus campeſtris ſeu vulgaris, *Cam.*

Gaudet locis opacis, ſepibus, pomeriis & aſperis vallibus. Floret Majo, Iunio, Iulio, Baccæ matureſcunt Auguſto.

OFFICIN. NAT.

*Flores, Baccæ, Liber, Spongia, Turiones.*

Vires. *Sambucus integra calfacit & ſiccat; reſolvit, hydropicos juvat.*

Flores *diſcutiunt inſuper, emolliunt, reſolvunt, ſudoriferi ac anodyni ſunt. Uſus præcip. intrinſecus in Eryſipelate præcavendo & abigendo, quartana curanda. Extrinſecus in colico dolore, in Eryſipelate, combuſti, &c. ( impoſiti.)*

Baccæ *ſudoriferæ itidem ſunt ac alexipharmacæ.*

Liber [*cortex interior*] *educit ſeroſos humores. Extrinſecus eaſdem vires habet, quas flores.*

N. *Eligendi cortices radicis.*

[*Ex medio cortice ſambuci in oleo macerato, fit Oleum, ambuſtis utile.*]

Turiones & Gemmæ, ſive cymæ, Holderkeimein / ſommitez de ſureau, *Tops of Elder opperſte,* Schoten van Vlier / *adhibentur in acetariis, alvumque movent & nonnunquam etiam vomitum, præcipuè ſi ſurſum decerpantur: idem facit & pulvis.*

Spongiâ [*Auricula Judæ*] *oculorum affectibus medetur* [*macerata in* ▽ *appropriata impoſita.*]

[*Decoctum bibitum ſpecificum in angina.*]

N. 1. *Sunt qui infuſum ſpongiæ bibunt ad hydropis curam.*

N. 2. *Sambucum, viſci inſtar, in ſalice naſcentem pro peculiari commendant antepileptico.*

## PRÆPARAT.

### *I. E FLORIBUS.*

1. ▽ *ſtillat.* Ex flor. l. a.

2. *Spiritus.* Fit rectificatione ▽ ſtillat. vel ex floribus in dolio querno fermentatis.

3. *Vinum.* ℞. flor. in umbra exiccat. ℔j. circiter, infundantur muſti menſuris 8.

4. *Acetum.*

5. *Oleum infuſum.* In ol. cydon.

6. *Oleum ſtillat.* Cum ▽ extillat, ſed rarò proſtat.

N. *Poteſt idem elici hoc modo* ℞. *Flor. q. v. macera cum vino Malvatico vel Hiſpanico vitro bene occluſo calore ſolis per tempus* [*ſeptim. 6.*] *bine exprime fortiter, ac moderatè calfacito: ſic ſupernatabit oleum.* Blochvvitz.

### *II. E BACCIS.*

1. *Rob Sambuci.* Eſt pulpa baccar. maturarum.

*Uſus eſt frequentiſſimus ad ſudorem ciendum. Prodeſt & peculiariter in affectibus uterinis, aſſumptum. Extrinſecus imponitur ad refrigerandum: quin & plantis pedum in febribus inungitur.*

2. *Tinctura ac Extractum.* Fiunt ex Rob. Sambuci [Quercetanus ℞ baccas umbra exiccatas] beneficio 🜋 (qui acidulus redditus ſit cum liquore acido aut ⊖-i, aut Sulph.)

N. *Dicitur Tinctura antequam* 🜋 *fuerit ſeparatus. Extractum ſi idem* 🜋 *abſtractus ſit.*

Vires. *Suffocationi uterinæ ſuccurrit. Doſis tincturæ, cochlear* ß. *Extracti* ℈j.

3. *Spiritus.* Fit è ſucco ex baccis maturis expreſſo, vel ex baccis ipſis ſaltem contuſis & fermentatis, l. a.

N. *Sunt qui è baccis exiccatis craſſeque contuſis farinæ hordeac.* ʒ. *addunt, affusâque* ▽ *fervente digerunt.*

4. *Oleum.* Ex arillis baccar. poſt ſucci tranſcolationem in filtro relictis: videlicet hæ benè elotæ & in aëre exiccatæ, vino albo irrigantur ac fortiter exprimuntur.

Vires. *Eſt vomitivum egregium.*

*Doſis* ʒj. *vel* ʒiß. *in cerevìſia tepida, &c.*

N. *Non eſt officinale.*

His 5. addi poteſt *Tragea granorum Actes.* Quercetani: ℞. ſuccum baccar. maturar. expreſſar. q. v. adde farinam ſecalinam, fac paſtam & exinde panes exiguos, in furno ad duritiem bis cocti coquendos. Hos pulveriſa, cum eodem ſucco iterum impaſta, atque ut prius in furno coque, idque tertiò repetatur. Tandem pulveriſ. ac ſerua.

Vires. *Specificum eſt arcanum adverſus dyſenteriam.*

*Doſis* ʒj. *cum Nuciſta* ʒj.

N. *Anatomicam Sambuci conſcripſit Martinus Blochvvitzius, M. D. in qua & præparationes & uſus ſambuci in plurimis affectibus curandis exhibet.*

HOFMAN. *Sambucus.*) Græc. Ἀκτῆ. Germ. Hollunderbaum.

*Vel eſt vulgaris*, qui hujus loci, *vel humilis*, *qui Ebulus dicitur.* Præter hanc differentiam, alia eſt *herbacea*, *vel arborea* quam rurſus in *vulgarem*, *laciniatam*, *roſeam* & *aquaticam* diſtinguunt. *Dicitur Sambucus à Sambuca Muſico inſtrumento*, *vel ab Arabe*, cui nomen Sambin.

*Vires. Sambucus integra calefacit, & ſiccat, reſolvit, hydropicos juvat &c.*] *Flores* reſolvunt, diſcutiunt, emolliunt ac juxta vim ſuam diaphoreticam, etiam anodyni ſunt, unde in eryſipelate tàm internè quàm externè ut ſpecificum commendantur, ſi ſcil. in ſero lactis infuſi & modicè cocti ac expreſſi manè & veſperi per triduum bibantur, vide ex his compoſitam Aquam Hydropicam P. H. D. in Theſaur. annex. ſect. 1. no. XLIV. Conveniunt etiam in variolis, febribus petechialibus &c. & ex *his aqua deſtillatur* & *Spiritus prævia fermentatione. Vinum* etiam inde præparari poteſt floribus exſiccatis in muſto infuſis & fermentatis. *Horum oleum infuſum ac deſtillatum non eſt in uſu.* *Baccæ* diaphoreticæ etiam ſunt & alexiteriæ, ex quibus per fermentationem *Spiritus* elegantiſſimus elaboratur, ingrediens etiam *Tincturam Bezoardicam*, & *Rob Sambuci* notiſſimum ex quo *Sp. V.* adminiculo *Tinctura ſ. Extractum fit*, ad ſudorem eliciendum accommodatum, in affectibus uterinis ſpecificum.

N. *Ex arillis baccarum* poteſt ſucci tranſcolationem in filtro relictis *oleum per expreſſionem* elaboratur movens vomitum & alvum in hydrope egregium: Cujus doſ. eſt à ℥ſ. ad ℥ij. in cerevìſiâ butyraceâ. Hoc licet non ſit officinale, tamen inter arcana medica curioſa eſt referendum ut ſingulare ſpecificum. Quò ſpectat & *Tragææ granorum Actes Quercetani, quam D. Autor deſcribit.*

*Liber, ſive Cortex interior* ſeroſos excludit ex corpore humores contuſus & cum vino coctus ac epotus hydropicorum aquas educit; Externè calidè impoſitus podagricorum dolores mitigat, ſi illius ramenta pedibus circumligentur; hiſce exſiccatis novis ſemper ſubſtitutis.

*Spongiâ*, [*Auricula Judæ*] *&c.* ] *Sambuci veteris radicibus* Spongiæ quædam incanæ, quas *Gazæus Dodonæus* vocat, adnaſcuntur, *Lobelius* autem & *Penæ* excrementum corticoſum, ego abſceſſum dixerim, quod quia hominis auriculam repræſentat, *Auricula Judæ* nuncupatur. Habet vim adſtringendi & exſiccandi, anginæ medetur, ſynanchæ, &c. uvæ, tonſillarum & columellæ affectibus, ſi in aquâ coquatur & os eâ colluatur, vel oculis imponatur.

*Turiones & gemmæ in acetariis adhibentur*, alvum movent & interdum etiam vomitum, de his ut & aſari foliis teſtatur *Cl. Helmontius*, ſi ſurſum vellicentur, per vomitum purgant, ſi verò deorſum carpendo torquentur, ſolam dejicere alvum, adeoque hæc auſcultare imperanti phantaſiæ decerpentis quâ imprimit in plantam. Verùm hæc phantaſiæ ſavia ſomnia, ſed vana ludibria ſunt; ſuccedit interdum, ſæpè autem non.

N. *De Sambuco in ſalice creſcente* tanquam peculiari amuleto antepileptico *vid. Harmannus in ſua Chemiatrica p. 67. & Thom. Bartholin. Centur. 4. hiſtor. 63.*

## § *CCXCVII. Sanguiſorba.*

Pimpinella ſanguiſorba, Sorbaria, Welſch Bibinell. Racine ſentant les Roſes. Pimpinelle d'Italie. *Italian Burnet Sanguiſorb, Pimpernel.* Italianiſche Pimpinelle.

- Major.
- Minor.
  - Hirſuta. *Hæc ſola officinis cognita.*
  - Lævis.

Dicitur Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta, C. B. 7. Pimpinella *Lob.* Italica, *Trag. Lon.* minor Pimpinel. ſanguiſorb. *Dod.* minor, *Matth. Caſ. Cam.* ſanguiſorba minor, *Fuchſ. Cord. hiſt. Tab.*

Colitur nobis in hortis. Floret Majo & Junio.

## OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus. *Radix.*

Vires. *Refrig. moderatè, ſicc. aſtring. Vulneraria ac pulmonica eſt, ſaporis grati. Uſus præcip. in catharr. affectibus pulmonum, phthiſi ex eroſione, in morbis malignis, in profluviis alvi hæmorrhoidum: præcaves abortum.*

*abortum. Extrinſecus in hæmorrhagia quacunque utiliter adhibetur.*

PRÆPARAT.

1. ▽ *ſtillat.* Ex integrâ planta cum radice ac floribus collectis Iunio.
2. *Syrupus.* Ex ſucco & ſacchato.
3. *Conſerva* ex floribus.

HOFMAN. *Sanguiſorba.*] ſeu *Pimpinella Sanguiſorba Minor hirſuta*, quæ hujus loci eſt. Germ. Welſche Bibenelle. *Pimpinella minor Italorum & Gallorum, & Sanguiſorba Germanorum.*

Creſcit in agris aridis & aſperis, campis apricis, nec non in petroſis locis. Colitur etiam in hortis noſtris. Floret Majo & Iunio.

*Vires. Refriger. moderatè ſicc. adſtring. &c.*] Vulneraria eſt; Unde ad hæmorrhagiam, dyſenteriam & alia alvi profluvia, fluxum menſium nimium, hæmorrhoidum &c. commendatur, tam internè quàm externè. Vino recentem immerſam in ſympoſiis capitis dolorem inferre ſtatuit. *D. Simon Pauli in quadripart. botanic. Claſſ. 2. p. 115.* Verùm non perpetuæ veritatis eſt.

¶ *CCXCXVIII. Sanicula.*

Sannicula officinar. C. B. Sannicula, *Trag. Brunſ. Cam. Tab. Dod. Lon.* Diapenſia, *Brunſ. Matth. Caſt.* San. mas, *Fuchſ.* Sanic. & diapenſia, *Lob. Ger.* Germ. Sannickel / Sanickel. Bois ſentant les Roſes. *Sanicle.* Sanickel.

Creſcit in montibus ac vallibus, ſolo gaudet pingui ac opaco: colligitur Iunio menſe cum floribus.

OFFICIN. NAT.

*Folia*, rarò *Radix*.

Vires. *Calf. & ſicc. aſtring. ſaporis eſt amari, vulnerariaque, una ex præcipuis, utilis in conſolidandis ulceribus, fiſtulis, rupturis, eroſionibuſque, tàm internè quàm externè adhibita.*

PRÆPARATA.

▽. Ex herba florente.
[Syrupus proficuus parari poteſt.]

HOFMAN. *Sanicula.*) Germ. Sanickel.

*Vires. Calefac. & ſicc. aſtring. &c.*] vulneraria egregia eſt tam internè quàm externè adhibita; In dyſenteria etiam malignâ nihil præſtantius eſt ſaniculæ alpinæ hujus radicibus addito pulvere cordis & epatis ſerpentum.

¶ *CCXCIX. Lignum Santalum.*

| | |
|---|---|
| Σάνταλον, Santal / Du Saindal blanc, citrin, rouge. *Sanders VVhite yellovv.* Sandelhout wit Root-Geel. | Album. *Matt. Lon. Cord. hiſt. Caſt. Garz. Tab.*<br>Rubrum *Matth. Lon. Caſt. Garz. Tab.*<br>Citrinum. *Cord. hiſt. Lon.* Flavum, *Tab.* Pallidum, *Matth. Garz.* |

Ligna ſunt exotica ex Indiis ad nos tranſportata.

Præſtantiſſimum eſt citrinum, ſuccedit album, infimas tenet rubrum, planè inodorum. Eligendum autem citrinum ſuaviter fragrans, magnam habens medullam, grave, nodoſum. Hujus in defectu recipi poteſt album.

Vires. *Refr.* 3. *(al. 2.) ſicc. 2. aperiunt, Epatica ſunt ac cardiac. Uſus præcip. in lipothymia, palpitatione cordis, obſtructione Epatis, &c. Extrinſecus in catarrhis, Cephalalgia, Vomitu, Epatis intemperie calida (in Epithemat. &c.)*

N. *Santalum rubrum magis refrigerat ac aſtringit quàm reliqua.*

PRÆPARAT.

1. *Extractum Gummoſum.* Fit ut aliorum lignorum extracta cum ▽.

N. *Quercetanus parat cum ▽ aliqua Epatica. E. g. Agrimoniæ.*

2. *Spec. Diatrion ſantal.* V. D.
3. *Unguentum ſantalinum,* V. D.
4. *Cerotum ſeu Emplaſtrum,* Vide Diſp.
5. *Trochiſci de ſantalis* V. Diſp.

HOFMAN. *Lignum Santalum.*] Græci nullam hujus faciunt mentionem; ſoli Arabes hoc Nobis manifeſtarunt, & tria fecerunt, *album* ſcil. *rubrum & Citrinum*; ac tribus diſtinctis arborum generibus provenire ſcribunt, in Indiæ utriuſque denſiſſimis & ingentiſſimis ſylvis.

*Præſtantiſſimum eſt citrinum aut flavum* cui ſuccedit *album* parum tamen à *Citrino* differens, magis tantum palleſcit, aliàs ejuſdem eſt ſubſtantiæ, ejuſdem texturæ, ſed odore inferius eſt, uti & ſapore. *Citrino* ſapor eſt aromaticus amaricans & odor Moſchi æmulus. *Rubrum* planè inodorum tenet infimas.

N. *Pallidum & Citrinum Santalum* plurimum in Tymor Inſulâ naſcitur, de quo teſte *Iacobo Bontio* referunt, febris continuæ & ardentis quandam ſpeciem cum delirio & mentis alienatione conciliari ex horum recens cæſarum arborum cortice viridi, dum viroſi quid cerebro infeſti exſpirat in corporibus cacochymicis tales edit effectus. *Santalini fructus* ceraſi ſunt magnitudine & baccas lauri referunt, maſticati purpureo inficiunt colore. Hi fructus avidè comeduntur à turdorum quâdam ſpecie, quos denuò per alvum excernentes arva & montes novis arboribus conſerunt; ita ut quamvis tanto tempore tot millia arborum ab Indis ac Luſitanis ſint cæſa, tamen ſylvæ nunquam deficiant. *Hæc Bontius de Medicinâ Indorum in notis ad Garc. ab Ortâ.*

*Vires. Refriger. ſicc. aper.*) Maſſæ ſanguineæ contemperant fervorem tria ſantalorum genera; communiter inde epatica & cardiaca ſtatuuntur.

¶ *CCC. Santonicum.*

| | |
|---|---|
| Abſynthiacum ſantonicum Wurmkraut / eſt C. B. | Iudaicum.<br>Alexandrinum. *Hujus ſemen officinale ſolum.*<br>Ægyptiacum.<br>Gallicum. |

Inſignitur ſemen ſanctum ſeu ſementina, *Matth.* & ſemen Zedoariæ, *Lob. Caſt.* Abſynthium Seriphium, Alexandrinum ſemen Cinæ, *Cord.* Sementina *Dod. Tab.* [cui & ſantonicum] Santonicum & ſemen ſanctum. *Lon.* Germ. Zitwenſamen / Wurmſamen. Semenoe à vers, *VVorm-ſeed* Wormcruyt.

OFFICIN. NAT.

*Semen* quod affertur ex Alexandria Ægypti.

N. *Sunt qui & ex abſynthio [ſanton.] Ægyptio, ſemen Zinæ colligi volunt. Hoc videatur apud* Matth. Dod. Lob. Tab.

Vires. *Calfac. & ſicc. ſaporis amari eſt. Uſus in lumbricis cujuſcunque generis, enecandis, fugandis & expellendis.*

PRÆPAR.

1. *Semen ſantonicum præparatum,* i. e. in ✳ ♂ ℞, (4.5.) maceratum atque exiccatum.
2. *Confectio ſeminis Cinæ*, überzogen Wurmſamen.

HOFMAN. *Santonicum.*) Eſt planta Semen lumbricorum ferens

ſecens, ſive *ſemen Zedoariæ* communiter dictum, *Semen Cinæ*, *Sementina*, & *Semen Sanctum*, ſed corruptè cum *Xantonicum* à Xantonum tractu, ubi plurimum provenit, potius dicendum foret. *Hoc ſemen* quidam ab abſynthio Seriphio, ſive marino, alii ab Abſynthio Santonico vel potius Xantonico &c. derivant, ſed, *Pena* nullum horum videtur; tota planta, ex quâ emergit iſtud ſemen, abſynthio quidem vulgari ſimilis eſt, ſed aliquantò minor, ſeminibus exiguis, & floribus paucis. Provenit circà Bethlehem & abundat in Terra Sancta, & Alexandriâ Ægypti.

*Vires. Calefac. & ſicc. ſaporis amari eſt &c.*] Hujus ſeminis Uſus eſt in cujuſcunque generis lumbricis enecandis. Præſtantius autem & efficacius eſt non in Acet. diſt. maceratum, ſed ita ſimpliciter exhibitum vel pro confectione, überzogen Zittwer Saamen.

## CCCI. *Saponaria.*

Στρούθιον, *Dioſc. Fuchſ. Lon.* Saponaria, *Trag. Dod. Lob. Tab. Cam. Ger.* viola agreſtis, *Trag.* Saponaria major lævis, C. B. 1. Germ. Seiffenkraut/ Speichelwurtz. Saponaire, Herbe à foulon. *Soapwort.* Seepcruyt.

Creſcit paſſim juxta rivulos & vias: Floret Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Folia*, ſed rarò & Radix.

Vires. *Calf. & ſicc. ſtrenuè attenuat, aperit, ſudorifera eſt. Uſus in aſthmate, utero, menſibus ciendis, lue Venerea. Extrinſecus ptarmica eſt, tumores ac præcipuè panos diſcutit.*

HOFMAN. *Saponaria.*) Germ. Seiffenkraut.

Sponte proveni: ad fluvios, ſtagna & torrentes, locis apricis & arenoſis, Floret totâ æſtate.

*Folia & Semen in uſum recipi poſſunt.*

*Vires. Calefac. & ſicc. attenuant, aperiunt.* &c.) Habet etiam facultatem abſterſivam, preſſu nitroſum emittit ſuccum, qui ſcabiem, luem veneream & omnes cutis fœditates abſtergit; Externè tumores ac præcipuè panos diſcutit.

N. *Pulvis Seminis Saponariæ* ad drachmam unam antè paroxyſmum ſumptus epilepſiam minuit, ſemel in menſe per tria novilunia. P. *Borellus* centur. 1. *obſerv.* 18.

## CCCII. *Sarſaparilla.*

Salſa parilla, ſmilax aſpera Peruviana, C. B. 4. *Tab. Ger.* Zarzaparilla, *Matth. Mon. Garz.* Zarzaparilla Peruviana, *Dod.* Zarza ſeu ſarſaparilla, *Caſt.* ſarſa parilla, *Lon. Trag. Lob.* Sarmentum Indicum, Sarſaparill/ Salſepareille. *ſaſſaparille.* Steckende Winde.

Nomen accepit à ſimilitudine quam cum ſmilace aſpera (Hiſp. Zarzaparilla) habet.

Triplex eſt ea, (Nicol. Monardo monente) adfertur ſcil. 1. Ex Hiſpania Nova, quæ candidior ad pallorem tendens & gracilior. 2. Ex Provincia Honduras, quæ cinerea nigrior & craſſior, priorique melior eſt. 3. Ex Provincia Quitto, locis Urbi Guajaquil vicinis (unde Zarzaparill. Guajacillana dicitur,) quæ ex cinereo nigricans, major & craſſior adhuc eſt cæteris.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* lignoſa, prælonga, fibroſa, uniformis.

Eligenda quæ coloris aliquantulum nigri, recens, (non carioſa,) gravis, flexilis, nec frangibilis.

Vires. *Calfac. moderatè ſicc. par. ium tenuium ſudoriferaque. Uſus præcip. in lue venerea, quam ſpecificè curat, in Catarrhis atque inde natis affectibus, E. g. Arthritide, &c.*

[*Utuntur quidam Extracto.*]

HOFMAN. *Sarſa Parilla.*) *Salſa parilla, Smilax aſpera Peruviana* ob ſimilitudinem, quam cum *Smilace aſperâ habet*; His nominibus ab Hiſpanis & Luſitanis inſignita eſt, iis enim *Sarſa* vel *Zarza* eſt *dumus*, *Parra verò vitis*, & *Parilla viticula*; Unde & *Dodonæus* & *Matthiolus* putant *Sarſam parillam* eſſe eandem cum *Smilace Europæâ aſperâ* Noſtrati. Verùm multum inter ſe differunt. Nam *Smilacis aſperæ* radix nodoſa eſt & geniculata graminis modo, multoque brevior ac mollior. *Brodis* verò eſt *Sarſæ parillæ* radix, nullis geniculis aſperata, dura, fibroſa, rugoſa, medulloſa, & viminis inſtar facilè finditur. Folia etiam ſunt diverſa, & fructus, quorum alter eſt ruber, alter niger.

Naſcitur in Peru; & aliis Indiæ regionibus.

*Craſſior* alia eſt, alia *gracilior*; Alia *nigrior* & alia *candidior.*

*Radix Hujus ſolùm in uſu eſt: Et eligenda nigrior, recens, gravis, flexilis.*

*Vires. Calefac. moderatè ſicc. &c.*) Diaphoretica eſt, aperitiva, carminativa, virus venereum extinguit, & flatus diſcutit, adhibetur etiam in catarrhis, arthritide &c. *Dominicus Chabræus in ſtirp. Icon. p.* 115. & *Simon. Pauli in Quadrip. p.* 151.

## ¶ CCCIII. *Saſſafras.*

Arbor eſt prægrandis, naſcens in Florida, folio ficulneo, cortice ex fulvo nigricante, aliquantulum acri ſapore, ſed aromatico, odore fœniculum redolente.

Dicitur pavame ſeu ſaſſafras, *Mon. Frag.* Fenchelholtz. Du bois ſaſſafras.

### OFFICIN. NAT.

*Lignum* & *Cortex*, qui præfertur ligno, maximè ſi ex radice ſit, quippe radix reliquis partibus prævalet, adeoque & ejus cortex.

Vires. *Cortex calf. & ſicc. ad gr.* 3. *Lignum calf. & ſicc.* 2. *atten. aperit. diſcut. ſudores movet. Uſus præcip. in omni morbor. genere, præſertim obſtructionibus tollendis, partibus internis roborandis, in ſterilitate emendanda, & venerea lue curanda.*

N. *Inſtar Panaceæ in catarrhis habetur.*

### PRÆPAR.

1. *Extract.* Fit l. a. Vid. l. 2.
2. ⊖ *habetur.*
3. *Ol. ſtillat.* Vid. l. 2.

HOFMAN. *Saſſafras.*] Gallis in Floridâ degentibus ita vocatum, *Pavame* Indis dicitur, in Virginiâ *Winauk*, *Bauhino* Arbor ex Floridâ ficulneo folio. A *Monardo* deſcribitur, quod ſit Arbor magna, Pini mediocris magnitudine & formâ, unico trunco nudo ramis in cacumine expanſis, ut pinus repurgata, cortice craſſo fulvi coloris, quem integit tenuis quædam cinerea pellis ex gilvo nigricans, aromatici acris ſaporis ad fœniculi odorem accedentis, fragrantior & efficacior ipſo ligno. Materia trunci & ramorum eſt alba, quibus folia adhærent viridia, ficulneorum æmula, odorata. An flores aut fructus ferat, ignoravit *Monardes*. Sed *Bauhinus* in Pinace fructum vidit oblongum, rugoſum, longiſſimis pediculis donatum. Radicibus nunc craſſis, nunc tenuibus, pro arborum magnitudine.

Naſcitur in *Floridâ* novi orbis provinciâ non quidem totâ, ſed, in portu S. Helenæ tantùm & portu S. Matthæi; In maritimis temperatis locis. Scatent hâc arbore montes, & ſuaviſſimum prætērnavigantibus præbent odorem.

Hoc lignum Saſſafras non verè lignum, ſed radicem eſſe D. Georg. Velſchius teſtatur in litter. ad D. *Sachs* Vid. ephemerid. Medico Phyſic. anno 1. obſ. 122. p. 332.

*Vires. Cortex calfac. ſicc. ut & Lignum, hoc remiſſius, ille excellentius. atten. aper. diſcut.* &c.) Hujus uſus eſt in omni morborum genere, in primis obſtructionibus tollendis partibus internis roborandis, lue venereâ curandâ, hydrope &c. Eſt optimum prætereà catarrhorum alexipharmacum, in formâ

miEſſentiæ aut infuſi commendatur etiam contrà ſterilitatem, dum abſumit ſterilitatis cauſam, ſi addantur antophylli. *Ex hoc cum Serpillo & Vino aqua contrà catarrhos deſtillatur egregia.*

## ¶ *CCCIV. Satureia.*

Θύμβρα, Θύμβρον, Saturey / Sengen-Kraut. Couillon. Sarriete, Savorée. *Savory.* Saturene / Ceule.

Satureja eſt C. B.
1. Hortenſis ſeu culinaria ſativa. *Hæc uſualis.*
2. Montana.
3. Spicata.
4. Cretica.
5. Thymi folio.

Inſignitur Hyſſopus agreſtis, *Brunf.* Satureja, *Trag. Lon. Dod. Lob. Tab. Cam.* Sat. altera, *Matth.* ſativa, *Fuchſ. Cord.* ſylveſtris, 2. *Caſt.*

Colitur in hortis. Floret integrâ ferè æſtate.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* cum *floribus.*

Vires. *Saporis ac odoris eſt acris ac calidi, unde & calida ac ſicca cenſetur g. 3. atten. aperit, diſc. Uſus in affectibus* ventriculi, *cruditate, anorexia, &c.* Pectoris: *aſthmate,* uteri, *menſibus obſtructis, viſum acuit. Extrinſecus diſcutit tumores, doloreſque aurium ſedat.*

N. *Pulices necare dicitur ſtrata in cubili.*

### PRÆPAR.

1. ▽. Ex herba florente.
2. *Oleum ſtillat.* cum ▽.

## ¶ *CCCV. Satyrium ſeu Orchis.*

Satyrium ſeu Orchis, Germ. Knabenkraut / Stendel-Wurtz. Couillon de chien, Satyrion, roots Handeckens-truyt.

N. *Dioſcor. diſtinguit inter Orchides & Satyria, orchideſque vocat, quæ radicem bulboſam habent eamque geminam: Satyrium, quod unicam. Plinius verò utraque confundit.*

Genera Orchidum ſeu Satyriorum paſſim quàm plurima naſcuntur, quæ etſi promiſcuè in uſum accerſi queant: attamen eligunt officinæ præ reliquis cynoſorchim.

Creſcunt in Campeſtribus, Sylvis ac Vineis: Floret Aprili & Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Radix*, cujus bulga diſtentior eligenda, rejecta flaccidiore. Colligitur ineunte Vere vel exeunte Autumno.

Vires. *Calf. & hum. ſaporis dulcis. Uſus præcip.* (*ex ſignatura laſciva*) *ad virilem fortitudinem reſtaurandam. Sic & uterum confortare creditur & ad conceptionem diſponere.*

### PRÆPARATA.

1. *Condita Radix.* ℞. Orbiculum diſtentiorem purga bene ac coque: hinc exicca ac confice ſaccharo.
2. *Electuar. Diaſatyrion* V. D.
3. *Extractum ſeu ſanguis:* Fit ex radice conquaſſata & cum pane atque vino (V̄) digeſta Vide l. 2. & Quercet. in Pharm. Reſt. c. 26. Ab Heer. obſerv. 8. qui ita parat: ℞. Rad. Satyr. aquæ injice, duobus quibus conſtant orbiculis divulſis, quæ fundum petierint (abjectis quæ ſupernatant,) contunde ac adde ſenſim micas panis alb. propter lentoris dilutionem V̄ è malvatico, ut irroretur, Dein digere in MB vaſe clauſo ſeptim. (6.) Tùm exprime, expreſſum iterum per menſem digere. Innatabit liquor rubicundus, hunc inclinando collige abjectis fæcibus. Hinc paratur Extractum compoſitum. *Vid. l. 2.*

Hofman. *Satyrium ſeu Orchis.*] De variis *Satyrii ſeu Orchidis ſpeciebus* vide *Botanographos.* Nos præ omnibus eligimus Cynoſorchim.

*Hujus Radix bulboſa diſtentior eligenda*, rejectâ flaccidiore, non quòd flaccidior veneri obſit, eamque inhibeat, ſed quòd minoris ſit energiæ. *Aliàs ſolidior & ſucculentior* mirum in modum ad rem pellet veneream. Unde & ex hâc *Diaſatyrion* componitur. Apud *Meſuem* etiam geminæ occurrunt deſcriptiones, quarum prior analepticis & à Morbo imbecillis, altera autem neagomis ad arma invalidis commendatur. *Sequens Electuarium à Cl. Simone Pauli* l. c. maximè commendatur.

℞ Conſerv. fl. tunic. Citri āā ℥ij. radic. eryngii condit. roſat. novell. ana ℥i. Dyaſatyr. Meſ. prior. deſcript. Nuc. Moſchat. cond. Cortic. Citri condit. ana ℥ß. Sem. erucæ ℥ij Eſſent. Satyrii ℥i. ambræ gryſ gr. V. ☉ fol. no. IV. cum brodio Nuc. Moſchat. ſ. q. Elect.

*Præterea ex radice Satyrii præparantur Eſſ. Extracta; prout & Heinric. ab Heer Libr. 1. obſerv. Medic. 9. Mumiam Satyrionis pretioſam deſcribit.*

*Ex ſignaturâ laſcivâ &c.*] de ſignaturis quid judicandum ſit, *vide ſuprà Libr. 1. animadverſ. noſtrar.*

## ¶ *CCCVI. Saxifraga.*

Saxifraga, *Lon.* alba, *Trag. Dod. Fuchſ. (icon) Cam. Tab.* Saxifraga, *Brunfelſ.* major, *Fuchſ.* Saxifraga, alba chelidonides, *Lob.* Saxifr. alba tuberoſâ radice. *Cluſ. hiſt.* German. Steinbrech. De la ſaxifrage blanche. *Saxifrage.* Steenbreeck.

Creſcit in locis aſperis ac ſabuloſis: Floret Majo.

N. *Sunt & alia ſaxifragarum genera, verùm officinis vel alio nomine veniunt, vel inuſitata ſunt. Sic eſt ſaxifraga lutea. 1. Melilotus rubra 2. Filipendula ſaxifraga, Pimpinella. Vide ſuo loco.*

### OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus, *Radix* quam *Semen* vocant.

Vires. *Calfac. & ſicc. evidentiſſimè (3.) diuretica eſt, aperit. Uſus præcip. in ſabulo ac calculo Renum ac Veſica atterendo, & expellendo, tum & in mucilagine eorundem attenuanda: in menſibus obſtructis, Extrinſecus in balneis diureticis.*

### PRÆPARATA.

▽. Ex plantâ integra, Majo collecta.

Hofman. *Saxifraga.*) Germ. Steinbrech.

N. *Sunt & alia Saxifragarum genera &c.*) Plures plantæ ſaxifragæ dicuntur, quædam quod in petris exoriantur, ut criſta marina, empetrum &c. quædam verò quia facultate pollent lithontriptica, ut betonica, pimpinella, quò etiam referenda eſt præſens *Saxifraga.*

*Duplex* communiter ſtatuitur *flore albo & luteo; utraque autem vel Major vel Minor.*

¶ CCCVII.

¶ *CCCVII. Scabioſa.*

Scabioſa C. B. eſt.
- Pratenſis & arvenſis, variarum ſpecierum, ex quibus *uſitata eſt*, C. B. I.
- Montana. Variarum ſpecierum.
- Capitulo globoſo. Variarum ſpecierum.
- Stellata Variar. ſpec.

Dicitur ſcabioſa pratenſis hirſuta, C. B. Scabioſa, *Lon.* vulgaris *Fuchſ.* major, *Caſt.* arvenſis, *Tab.* (cui & major flore cœruleo purpureo.) Scabioſæ I. genus, *Trag.* Scab. ſegetum, *Ger.* German. Scabioſen/ Apoſtem-Kraut/ Grind-Kraut. Stebede de la ſcabieuſe. *Scabious.* Scabioſe.

Creſcit in arvis. Floret Junio.

OFFICIN. NAT.

*Radix* (colligenda Vere.) *Folia, Flores.*

Vires. *Calf. & ſicc. uſque ad 2. abſterg. atten. diſcut. ſudorifera, alexipharmaca ac pulmonica eſt. Uſus præcip. in apoſtemat ibus (unde & nomen habet) pleureſi, angina, tuſſi, aſthmate, peſte, fiſtuloſis ſeu manantibus ulceribus (mammarum, crurum, &c.) Extrinſecus in ſcabie, pruritu, impetigine ac præcipuè in achoribus ac tinca capitis* (Erbgrind) *in furfuribus ac lendibus capitis, in ſuggillatis, maculis faciei, dolore hæmorrhoidum (in ſuffitu nervoſo.)*

N. *Radix ſcabioſæ majoris flore purpureo, ſpecificè curare dicitur L. veneream adeo, ut ſalſa parilla vel parum, vel nihil cedere cenſeatur.*

PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex integra planta cum radice ac floribus.
2. *Syrupus.* Ex ſucco & ſaccharo.
3. *Conſerv.* Ex floribus.
4. *Sal.* Ex planta incinerata.

HOFMAN. *Scabioſa.*) Derivatur hujus nomenclatura vel à ſcabro herbæ habitu vel à ſcabie, quia huic medetur. Hujus nuſpiam mentionem faciunt veteres; Et quamvis *plures dentur ſcabioſæ differentiæ, Pratenſis tamen & arvenſis hirſuta C. B. uſu recepta eſt.* Germ. Scabioſen.

Creſcit in arvis, etiam dumetis & humidis montium pratis provenit. Floret Junio.

*Vires. Calefac. & ſicc. abſterg. atten. diſcut. &c.*) omnia *Scabioſæ* genera calidam & ſiccam obtinent temperiem, ac toti maſſæ ſanguineæ peramica ſunt, eam repurgando ac defæcando, unde in ſcabie, apoſtematibus internis & externis, fiſtuloſis ulceribus mammarum, crurum, ani, &c. ſummo cum fructu adhibentur. Hujus ſucco ℥iij. pondere cum Theriacæ ʒij. poto, vel ejus extracto febres malignæ abiguntur. Externè etiam ſuccus illitus omnes cutis fœditates abſtergit.

N. *Radix Scabioſæ majoris fl. purpur.* ſpecificè Luem curat veneream, *ex hac præparatur extractum.*

¶ *CCCVIII. Schœnanthum.*

Σχοῖνος, Σχοίνανθον, *Lon.* Juncus odoratus, *Matth. Lob. Cluſ. Caſt.* Squinanthum officin. fœnum Camelorum. Stramen Camel. Camels-Heu/ Camel-Stroh. Paſture de chameau. *Schœnanth, Squinanth, Camels-Hay.* Schœnanth/ Camelshoy/ of ſtroo.

Affertur ex Arabia.

OFFICIN. NAT.

Culmi ſeu ſurculi (ſtramen) *Flores, Radix.*

Vires. *Calfac. ſubaſtring. tenuium eſt partium, diſcutit. Uſus præcip. in obſtructis menſibus, Epate, Liene, in ventriculi inflatione, vomitu ac ſingultu: in urinæ difficultate, Renum, Veſicæ ac uteri dolore. Extrinſecus corrigit fœtorem oris, roborat caput (lotione) diſcutit uvulæ tumorem, roborat ventriculum.*

HOFMAN. *Schœnanthum*) ſive *Juncus odoratus Fœnum camelorum.* Germ. Camel Stroh. Dicitu *Juncus à jungendo; Schœnanthum à Schœni anthos* quaſi junci flos, *Schœnos* Græcis à loris & funibus.

Planta juncea eſt & graminea, quæ ex parvâ radice, ſiccâ, durâ, nodoſâ, multos calamos prænduros, ſparſos, rotundos, planos, nitidos pedem altos & in ſummo graciles profert. Folia rigida, ſeſquipalmum longa, mucronata, pallida ſurculos gramineos amplexantur & ſæpè inter ſe convoluta conſtituunt quaſi caulem. Eorum faſtigia ornat ſeries floſculorum ex pallido rubentium.

*Laudatiſſimum* ex Nabathæâ haberi ſcribit *Dioſcorides* cui proximum eſſe *Arabicum* vel *Babylonicum.* In Apuliâ etiam & Campaniâ naſci tradit *Braſſavolus. Matthiolus* ex *Alexandriâ* afferri putat.

N. *Garcias ab Ortâ* dicit, hujus nullum alium eſſe uſum apud Indos, quàm ſubſternendis equorum cubilibus; Sed fallitur, cum eo etiam in culinâ ad cibos condiendos, ut calamo aromatico Indi, utantur, quare quamvis in ſylvis copiosè creſcat, ſtudiosè à Mulieribus Malaicis in hortis colitur, & ad lavacra, fomenta, inſeſſiones ejus uſus utiliſſimus eſt, ut & ad omnes mulıebres affectus. Ecum ſit graminis ſpecies, ac ſimplicis & vulgaris graminis uſus in multis tantopere commendetur, quis neget, gramen hoc planè aromaticum vires longè excellentiores poſſidere? *Jacobus Bontius in not. ad Garc. ab Ort.* p. 33.

¶ *CCCLIX. Scolopendrium verum.*

Ἀσπλήνιον, σκολοπένδριον, Arab. Scolofendrion, Cetrach Officinis, Scolopendrium, *Cord.* Scolopendria vera, *Trag. Lon.* Aſplenum & nion, *Matth. Lob. Caſt. Cam. Dod. Cord. in D.* German. Milt-Kraut. Scolopendre. *True Scolopendria*, or *Spleenwort.* Oprecht Scolopendrium/ Miltkruyt/ Cetrach.

{ Scolopendria vera. *Hic deſcribitur.*
{ Vulgaris. *Loco ſequenti.*

Creſcit in rupium fiſſuris, locíſque aſperis ſine floribus.

OFFICIN. NAT.

*Folia* collecta Septembri.

Vires. *Calfac. & ſicc. ſaporis acerbi, abſterg. ſpleneticum eſt. Uſus præcip. in duritie Lienis, Ictero, febri quartana: urinam movet, calculum comminuit, menſes ciet, ſemen imminuere creditur (illum nolle eſſe ſum.)*

N. *Dioſcorides folia in* ♁ *ferveſacta ac per dies 40. pota, Lienem abſumere ſcribit.*

PRÆPAR.

*Syrupus de Scolopendria.* Ex meris ſplenicis fit. Vide Diſp.

HOFMAN. *Scolopendrium Verum.*) Græc. ἀσπλήνιον, quia contrà ſplenis morbos efficax eſt. *Scolopendrium* autem à ſimilitudine cum *Scolopendrâ*, hirſuto ac multipede verme. Arabicè *Ceterach.* Germ. Miltkraut.

Naſcitur in parietibus, Saxorum fiſſuris. Nec caulem, nec florem, nec ſemen habet. Folia polypodii modo dividuntur.

*Vires. Calefac. & ſicc. ſaporis acerbi, abſterg. ſpleneticu n eſt &c.)* Unde fabula orta eſt, hujus foliis non ſolùm ſplenis durities ac tumores reſolvi, verùm etiam alicujus animalis excoctum lienem crudo ſimilem reddi, & priſtinæ conſtitutioni reſtitui. Unde & *Dioſcorides* folia in Aceto fervefacta & per dies 40. pota Lienem abſumere ſcribit. Aniles nugæ ſunt. Urinam aliàs, menſes & calculum expellit.

## ¶ *CCCX. Scolopendria vulgaris.*

Φυλλῖτις, Lingua cervina officin. C. B. Scolopendrium, *Brunf.* Scolop. vulgare, *Matth. Dod. Cord. Lob.* Hæmonitis, *Fuchſ.* phyllitis ſeu lingua cervina, *Tab.* German. Hirſch-Zung. Langue de Cerf. *Common Scolopendria, Harts-tongue.* Gemeyn Scolopendrium / Hertstonge.

N. *Scolopendria vulgaris vel lingua cervina dici poteſt, ad differentiam ceterach.*

Creſcit in ſylvis, locisque umbroſis ac opacis, in puteis. Viret per totum ferè annum.

### OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Refrig. ac ſicc. ſubaſtring. atten. Splenica itidem ac Epatica ſunt. Uſus præcip. in Liene tumido, fluxu alvi, expuitione ſanguinis extrinſecus mundificant vulnera ac ulcera.*

### PRÆPARATA.

▽. Ex foliis.
Acetum.

HOFMAN. *Scolopendria vulgaris.) Lingua cervina* Officin. *Tiin* German. Hirſchzunge. Hic notandum, cum Botanicorum nonnulli tum *aſplenium ſeu ceterach* Officin. quam *Linguam Cervinam* communi vocabulo *Scolopendrii* comprehendant, & magna inter hæc ſit differentia, ne autem confundantur, ex re erit, *Aſplenium ſemper Scolopendrium, Linguam verò cervinam phyllitidem* appellare, vel *Hemionitin.* Hæc folia habet oblonga, ſena, octona, vel dena, dodrantalia, duarum unciarum latitudine, imâ parte falcatæ lunæ modo corniculata, læto virore supernè ſplendentia, infernè verò obliquis pulverulentis areolis, ceu lumbricis, flavis, rubentibus aut ſubluteis, virgata. Nec caulem, nec florem, nec ſemen fert; ſed ex vermiculis foliorum in pulverem reſolutis & ſparſis renaſci.

Creſcit in nemoroſis ac opacis locis. Colitur etiam in hortis. & viret per totum ferè annum.

*Vires, refriger. & ſicc. ſubadſtring. atten. &c.)* Unde ad fluxus hepaticos, alvinos, hæmoptyſin cum lienis ac epatis obſtructionibus complicatos commendatur. Externè vulnera & ulcera mundificat. Hujus folia cum h. Meliſſ. & Cortic. fermentat. infuſa accommodatum præbent remedium hypochondriacis pro potu ordinario.

## ¶ *CCCXI. Scordium.*

Σκόρδιον, Scordium, C. B. 1. *Trag. Matth. Dod. Lon. Lob. Caſt. Cam. Tab.* minus, *Ger.* German. Waſſer-Bathenig/ Lacken-Knoblauch. Chamaraz *Scordium, Wild Germander.* Scordium / Waterlook.

{ Majus, *quod uſitatius.*
{ Minus.

Creſcunt in locis humidis. Florent Iunio ac Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. abſterg. atten. incid. putredini reſiſtit, alexipharmacum ac ſudoriferum eſt. Uſus præcip. in peſte, peſtilentialibusque morbis, febribus malignis (tam præſervando, quàm curando) in obſtruct. Epatis ac Lienis, in Pulmonibus purulentis ac mucilagine refertis. Extrinſecus mundificat vulnera ac ulcera: lenit dolores podagricos.*

N. *Sunt qui in menſium profluvio cum ſucceſſu exhiberi velint.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.*
2. *Succus inſpiſſatus.*
3. *Syr. de ſcordio ſimpl.* Ex ſucco & ſaccharo.
4. *Compoſ.* Hier. Mercurialis. Vide Diſp.
5. *Conſerv.* ex fol.
6. *Elect. Diaſcordium, Fracaſtorii.* Vide Diſp. *Doſis à* ℈ j. *ad* ℈ij.
7. *Sal.* Ex cinere.

HOFMAN. *Scordium.)* Græc. Σκόρδιον. *Scorodotis. Diſtinguitur in Majus,* quod uſitatius eſt, *Medium & Minus.* Nomen inde accepit, quod ejus folia affricta allii, quod Græcis σκόροδον vocatur, odorem æmulentur. Datur & *Ponticum* ac *Creticum*, quod efficaciſſimum eſt.

Creſcit in locis humidis, pratis. Apud Nos in prato ad molam, ubi pulvis pyrius conficitur, bey der Pulvermühle. Olim magnis ſumptibus ex aliis regionibus ad Nos deferebatur.

*Vires. Calefac. & ſicc. abſterg. atten. incid. putredini reſiſtit.)* Diaphoreticum & alexiterium eſt, unde ejus uſus eſt in peſte & febribus malignis, venenatorum animalium morſu, fermentum bilis corrigens, confert in viſcerum infarctu & in pulmonibus pure refertis. Externè putrida mundificat ut cera. In *Galeno* ſcriptum reperimus, cum in prœlio quodam interemptorum cadavera multos dies inſepulta jacuiſſent, quæcunque ſuper Scordium fortè fortunâ ceciderant, multò minus aliis computruiſſe, unde factum, ſcordium putridis partibus adverſari, & pro medicamine iis applicari.

## ¶ *CCCXII. Scorzonera.*

Scorzonera {
- Latifolia {
  - 1. Hiſpanica. *Hæc uſualis.*
  - 2. Germanica, *Tab.* Boemica, *Matthiol. Lob.*
  - 3. Foliis nervoſis, Germanica anguſtifol.
  - 4. Humilis nervoſa, Pannonica, *Tab.*
- Anguſtifolia.

Dicitur Scorzonera, *Dod. Lon. Lob. Cam.* Hiſpanica, *Matth. Caſt. Tab.* (cui & Germanica 1.) Scorz. latifolia ſinuata, C. B. 1. aliàs Viperaria, Schlangen-Mord. De la Scorzonnere. *Scorzonnera, Vipers graſſ.* Scorzonera / Vergiſt-kruyt / en Slange-wortel.

### OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Calfac. humect. 1. alexipharmaca eſt. Uſus præcip. in morſibus ſerpentum, peſte, melancholia, epilepſia, vertigine, &c. Quin etiam commendatur maximopere ad uteri ſuffocationem.*

### PRÆPARAT.

1. ▽ è radice.
2. *Extractum.*
3. *Condita radix.*

HOFMAN. *Scorzonera.) Hiſpanica* ſcilicet, quæ uſualis eſt, ita dicta, quod à vipera læſis, quæ Hiſpanis *Scurzo* dicitur; præſentaneo fit remedio. *Tragopogon* congener eſt planta. Dicta primò fuit *Hiſpanica.*

*Differentias* pro foliorum & florum ratione notabiles habet, unde *alia anguſtifolia Germanica*, *Bohemica*, *latifolia humilis Hiſpanica*, &c. Germ. Schlangenmerd.

N. *Noſtram Scorzoneram* flore ſimplici & foliis anguſtis ſolâ ſoli & climatis ratione ab Hiſpanica differre, teſtatur *Camerarius*. Hanc verò cum decantatâ illâ Hiſpanicâ viribus convenire dubito.

Creſcit Hiſpanica in Tarraconenſi Hiſpaniâ, & Mauri cujuſdam induſtriâ primum inventa fuit. Sic & *Cluſius* in nonnullis ſylvoſis uliginoſis Pannoniæ montibus ſponte naſci ſcribit. Apud Nos in quorundam curioſorum hortis etiam colitur.

*Vires. Calefac. humect. alexipharmaca eſt.*) Magni eſt præſidii ad plures affectus, ad viperarum & aliorum animalium virulentos ictus ac peſtiferos morbos, *ac* ex radice & foliis extractus confert, datur etiam *aqua deſtillata* ad febres malignas, diaphoretica eſt utilis etiam ad cephalalgiam, epilepſiam, vertiginem, & cardialgiam, quin & ad uteri ſuffocationem. *Ex hac etiam extractum & conſerva præparatur. Vide de hac eruditiſſimum tractatum Excel. D. D. Joh. Mich. Fehr, Medici Sweinfurdenſis, Ephori Collegii German. Curioſor.*

## ¶ CCCXIII. *Scrophularia.*

Scrophularia, *Matth. Dod. Caſt.* major, *Brunfelſ. Lon. Lob. Cam. Tab. Ger.* nodoſa fœtida, C. B. 1. Ocymaſtrum, *Trag.* Galeopſis, *Fuchſ.* Aliis Ferraria, millemorbia, Caſtrangula, Braun-Wurtz / groß Feigenwartzen-Kraut / Knodenkraut / Sau-Wurtz. Scrophilaire. *Scrofulary Figwort.* Groot Speenkruyt.

Creſcit in locis umbroſis, juxta ſepes ac in cœmiteriis. Floret Iunio ac Iulio.

N. *Eſt & fœmina dicta, quæ non niſi in locis paluſtribus naſcitur, ſed priori bonitate cedit.*

### OFFICIN. NAT.

*Radix* nodoſa.

Vires. *Calf. & ſicc. digerit, incidit, ſaporis amari. Uſus præcip. in ſtrumis ſeu ſcrophulis, ficis & mariſcis ani (unde & nomen accepit,) in cancroſis ac ſimilibus ſerpentinis ulceribus malignaque ſcabie. Extrinſecus in tumoribus renitentibus, malignisque molliendis. E. g. ſcrophulis & ſimil.*

### PRÆPARATA.

▽ *ſtillat.* Ex herba cum radice.

HOFMAN. *Scrophulariæ*) *Ocymaſtrum Tragi* ſed minus rectè; Nec appoſitè *Galeopſis à Fuchſio* nuncupatur vid. *Dominic. Chabræum in append. ad ſtirp. ſciagraph.* p. 644. *Varias* autem aliàs habet *ſpecies*, eſt enim vel *Major*, vel *Minor tenuifolia*, vel *Maxima ſtrumoſa*, de quibus vide *Exanegraphos*. Nos de *Majore* hoc loco agimus; quæ non ſolùm juxtà ſepes, ſed & ad ripas & profluentes aquas creſcit. Floret Iunio & Iulio.

*Vires. Calefac. & ſicc. digerit, incidit, &c.*) Unde in ſtrumis ſeu ſcrophulis abſumendis, ficis & mariſcis ani tanquam ſpecificum commendatur, collo etiam ſuſpenſa: Et *unguentum* ex ſucco radic. Scrophulariæ cum toto paratum ad ulcera ſerpentia & ſcabiem malignam ſummè extollitur, ſed tunc radix colligenda eſt in Iunio die ſecundâ poſt plenilunium occidente Sole. Præterea etiam maximoperè deprædicatur ejus virtus ad hæmorrhoidas cæcas juxtà *Heinricum ab Heer in obſerv. Medic. Libr. 1. obſervat. 20. p. 185.* Si quis hæmorrhoidum cæcarum inſano torqueatur dolore, minimum quid Scrophulariæ vel radicis vel foliorum cum cibo aut potu capiendo, ſtatim dolore liberatur, ſive ipſam plantæ ſubſtantiam ſiccam aut viridem, ſive ejus decoctum adſumat. *Vid. & Craton. conſilia à Scholtz edita p. m. 389. Conſil. 207.*

## ¶ CCCXIV. *Scylla.*

Squilla, *Brunf.* Scilla, *Trag. Matthiol. Fuchſ. Cord. hiſt. Lon. Cam.* major Pancratium, *Dod. Tab.* rubentibus tunicis, *Lob.* Arab. Haſpel. German. Meer-Zwibel. Scylle. *Squills.* Zee-Aiuyn.

Creſcit copioſè in Apulia, Sicilia, Portugallia.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* bulboſa, quæ eligatur recens ſucci pleni, collecta Iulio.

Vires. *Calfac. ſicc. 2. ſaporis acris & amari, atten. incid. abſterg. diſcut. putredini reſiſtit, diuretica eſt. Uſus præcip. in obſtruct. Epatis, Lienis, meatus biliarii, menſium, urinæ, in mucilagine Pulmonum, tuſſi, &c. Extrinſecus in achoribus capitis (infuſ. in ol.) in perniones.*

N. *Veneficia ac incantationes arcere dicitur.*

### PRÆPARATA.

1. *Præparata radix.* Involvitur maſſæ panis atque cum eadem in clibano coquitur: hinc eximitur atque exiccatur, Vid. Diſp.

N. *Præparatio hæc inſtituitur ad obtundendam acrimoniam.*

[Ex hac parantur Trochiſci.]

2. *Syr. Oxymel. ſcylliticum ſimpl.* Ex ✢ ſcyllitico & melle.

3. *Oxymel compoſitum.* Vid. Diſp.

[Paratur etiam Oxyſaccharum ſcylliticum.]

4. *Loch. de ſcylla, Loch. ad aſthma.* Ex ſucco ac melle.

5. *Acetum ſcylliticum.* Ex infuſione radicis in ære exiccatæ (♂ ℘ 40.)

6. *Fecula.* ♃. Scyllæ cor incide minutim, vel conquaſſa, digereque aliquod temporis ſpatium in MB. Hinc tranſcola & inſpiſſa. Quercet. Pharm. Reſt. c. 24.

7. *Extractum.* Vide Quercet. Ph. Reſt. c. 24. ubi & Saccharum ſeu conſervam Scyllæ parare docet.

HOFMAN. *Scylla.*) *Duo Scillæ genera ſtatuit Ruellius, Marem ſcilicet albis foliis, & fœminam nigris, utriusque addit genus cibis* gratum & uſu tenerum. *Dodonæo Scillæ duæ ſunt ſpecies; Una* foliis anguſtis, quæ vera Scilla, *altera* foliis latis, quâ vulgò pro *Scillâ* utuntur. *Pena & Lobelius Scillas duas rubram & albam* magnitudine pares faciunt. Eaſdem differentias & *Iaſ. Bauhinus* proponit, ac tertiam addit *Hiſpanicam*, quæ *ipſa Marina* appellatur, quia generi cæpaceo congener & in locis maritimis creſcit.

Non deſunt qui *albam Pancratium* eſſe dicunt, & à *rubra* plurimum differre *Carol. Cluſius rarior. plantar. hiſtor. Libr. 1 cap. 12.* Verùm *Excell. Dominic. Chabræus l. c.* non niſi in colore diſcrimen animadvertit, & magnitudinem & alia eſſe eadem ſcribit. Eligenda autem eſt optimè alba & magna, meliorque quæ alteri connexa eruitur, ſola enim & ſingularis eſt venenata.

Sponte proveniunt *Scillæ* in Balearibus inſulis ac per Hiſpanias, ut & in Apulia, Sicilia, maximè ad loca maritima.

*Vires. Calfac. ſicc. ſaporis acris & amari, atten. incid. abſterg. diſcut. &c.*) varios habet in Medicina uſus ad cerebri ac nervoſi generis frigidos conducit affectus craſſam ac pituitoſam reſolvens mucilaginem, unde in viſcerum obſtructionibus, pulmonum, epatis, uteri &c. Miræ eſt energiæ. Unde & ingreditur Theriacam &c. & *Radix præparata* in uſum adſciſcitur, de quâ quid ſentiendum ſit *vid. Cl. Zwelfferum in animadverſ. ad Pharmac. Auguſt.* p. 219 *& D. Luc. Schroeckium in P. A. R. Claſſ. 20.* p. 449. in quo tamen ſententiarum diſtrictu primas *Cl. Zwelffero* ſemper deferimus, quia hîc in clibano cum maſſa panis facta coctione non poteſt non *Scilla* nativâ ſuâ humiditate, hoc eſt, ſale volatili ſpecifico innato privari, reſiduis partibus terreſtribus amaris; quicquid contrà regerat D. *Schroeckius*, non tamen ſatisfacit, præterea *oxymel* præſtat *Scilliticum* ſeu ex aceto ſcillitico & melle, *oxymel compoſ. Looch de ſcyllâ, acetum ſcilliticum* vid. *Cl. Zwelfferi pharmacop. Reg. & animadverſ. in P. A. l. c.*

¶ CCCXV.

¶ *CCCXV. Sebeſten.*

Sebeſten, *Trag.* Prunus Sebeſten, *Matthiol.* Sebeſtena, Myxæ, Myxaria, *Tab. Alpina.*

OFFICIN. NAT.

Μυξάρια, μύξα, myxæ, myxaria, Sebeſten Bruſtbeerlein/ *Sebeſten.* Sebeſten of Sebaſtæ. Sunt fructus arboris pruno ſimilis, aſſimilati parvis prunis, referentes nucleum cortice triquetro lapideo incluſum.

Aſportatur ex Syria ac Ægypto.

Vires. *Sebeſten inter caliditatem ac frigiditatem temperata ſunt, humectant, emolliunt, acrimoniam humorum obtundunt. Uſus præcip. in catarrhis acribus, urina acri, febribus bilioſis, alvi obſtructione: ſummatim ut figura ita & viribus pruna Damaſcena æmulantur.*

PRÆPARATA.

*Electuar. de Sebeſten.* V. D.

Vires. *Purgat leniter, obtunditque acrimoniam humorum.*

Doſis à ℥ ß. ad ℥ ij.

HOFMAN. *Sebeſten.*) *Myxæ, Myxaria*; Germanı Bruſtbeerlein.

*Myxæ* dicuntur ἀπὸ τῆς μύξης à muco lento è naribus ſtillante, quia ſimili mucoſâ materia ſeu ſucco hic fructus eſt refertus. Inter *prunorum* genera referuntur, quæ fructus in Ægypto & Syria naſcentes, ex Arbore ejuſdem nominis, ramis viret, qui foliis induuntur ſubrotundis, ac firmis & ampliſ. *Cortex* albicat, *flores* etiam albidi, aut potius in umbellis laxioribus cohærent: quibus deciduis ſuboriuntur *fructus parvis* prunis ſimiles, qui maturitatem adepti ex atro vireſcunt, intuſque nucleum durum, & quaſi oſſeum ac triangularem continent. Figurâ & viribus *pruna Damaſcena* æmulantur.

De his Græci nihil conſignarunt litteris; ſed recentiores tantùm *Aëtius, Paulus. Actuarius. Sebeſten* vocarunt *Arabes*, qui hæc nobilitarunt & Arabicam appellationem officinæ retinuerunt in Cæſaris honorem, qui *Sebaſtos*, hoc eſt, honorabilis fuit dictus.

In Italia olim rariſſima fuerunt, jam verò in ejus hortis ubertimè coluntur.

*Vires. Sebeſten inter calidit. ac frigid. temperata ſunt, humectant, emolliunt, &c.*) Unde in pulmonum & pleuræ inflammationibus ac aſperæ arteriæ aſperitatibus, ex acrimonia ſalſæ & tenuis pituitæ ortis utimur. Ex his conficitur *Syrupus, Electuarium* & *decocta vel eclegmata* inde etiam præparari poſſunt.

¶ *CCCXVI. Secale.*

Farrago, Rogga, Siligo, Briza, German. Roggen/ Korn (noſtratibus.) du ſeigle. *The corn Rie.* Rogge-korn.

Eſt { Hybernum vel majus, C. B. 1.
Vernum vel minus, C. B. 3.

1. Dicitur Rogga ſive ſecale, *Dod.* Siligo, *Brunf. Lon.* Veterum & Secale, *Trag.* Secale, (Secla,) *Matth. Fuchſ. Lob. Tab. Ger.* Secale & Farrago Plinii. *Caſ.* Olyra, *Cord. in D.* Tipha Cerealis Portæ, C. B.

2. Appellatur Rogga ſeu ſecale æſtivum, *Dod.* Siligo æſtiva, *Trag.*

N. *Veterum ſiliginem à ſecali noſtro eſſe differentem, videſis apud Tabern. l. 1. ſ. 7. c. 1.*

Floret Iunio.

OFFICIN. NAT.

1. *Farina.* 2. *Furfures.*

*Vires. Secale calefacit moderatè, minus tamen quàm triticum, magis verò præ hordeo. Uſus ejus potiſſimus culinaris eſt, adhibetur tamen non raro farina extrinſecus ad tumores & dolores diſcutiendos, adeoque imponitur Eryſipelati, podagricis doloribus, & ſim.*

Furfures *abſtergunt, emolliunt, diſcutiunt, (calidi impoſiti in ſacculo.)* [*decoctum furfurum cum ficubus in tonſillarum affectibus utile.*]

PRÆPAR.

1. *Panis.* Adhibetur in doloribus capitis & aliarum partium (impoſitus) in ventriculi imbecillitate; in cordis palpitatione, in fœtu roborando (toſtus & vino aliove liquore convenienti imbutus, vel in micas redactus, & cum aliis impoſitus,) in tumoribus maturandis (maſticatus cum butyro & impoſitus) in dentifriciis cruſta toſta & trita.

2. ▽ *ſtill. è pane.* Fit è micis panis vi MB.

N. *Commendatur in Diarrhœa & Dyſenteria.*

3. ▽ *Siliginis officinarum.* Fit e gramine MB.

[Hæc ▽ ad Epilepſiam puerulorum valet.]

[N. *Succus germinum ſecalis ſudoriferus eſt ad* ℥iij. *vel iv.*]

4. *Emplaſt.* de cruſta panis. V. D.

HOFMAN. *Secale.*) *Siligo, Farrago,* German. Rocken korn. *Hujus Farina & Furfures ſunt frequentiſſimi*, culinaris tamen ut plurimùm; *Furfures* abſtergunt, emolliunt, diſcutiunt.

*Panis.* Naſcitur in Provincia Chinenſi *Quamſi Arbor quam Quanglanus* vocant, quæ loco medullæ pulpam obtinet molliſſimam; unde & *Arbor farinacea* vocatur, hanc farinaceam pulpam exemptam indigenæ in uſum panum conficiendorum convertunt. Dicitur enim farina ſaporis haud ingrati, & ad omnes eſculentorum uſus peridonea. Harum arborum mentionem facit *Marcus Paulus Venetus* Lib. 3. cap. 19. *China illuſtrata* p. 177.

N. *Vires & uſus Medicus Noſtri panis* præcipuus eſt in capitis dolore cum ſemine carui & ſale impoſitus, item in ventriculi debilitate fœtu roborando cum vino malvatico cinamom. Nuce Moſchatâ, caryophyll. Unde & *Empl. de cruſtâ panis in Diſpenſ.*

1. ▽*a deſtill. ex pane &c.*) ex hoc per deſtillationem nihil elevatur virtutis tam refectivæ, quàm nutritivæ; unde uncia una panis in ſubſtantia exhibita plus virium obtinet, quàm omnis aqua ſimul & ſemel exhibita. Ubi tamen notandum, licet panis per ſe deſtillatus nullarum ſit virium, tamen Micæ panis cum Nucis Moſchatæ ſ. q. & Vino generoſo ad tempus in digeſtionem poſitæ ac demum per MB. deſtillatæ egregiam præbent aquam ſtomachalem in ventriculi debilitate, diarrhœâ, dyſenteriâ, & vomitu maximè conducibilem. Item ex mica panis cum croco vino inſperſo poſitis in digeſtion. & deſtill. fit Aroma Philoſophorum.

¶ *CCCXVII. Sedum.*

Sedum { Majus { majus arboreſcens, *inuſitat.*
vulgare, *hoc uſuale.*
Minus Hæmatoides, &c. *Officinis incognitum.*
Minimum, *Vide vermicularis.*

Inſignitur ſemper vivum majus, *Brunfelſ. Matth. Ger. Lob.* Sedum majus, *Fuchſ. Cord. in D. Tab.* Sempervivum, 1. *Lon.* Semperviv. majus 2. ſeu Iovis barba, *Dod.* Aizon majus, *Cam.* Sedum majus vulgare, *Cluſ.* German. Hauß-Wurtz / Donner-Bart/ Maur-Pfeffer. Ioubarbe. *Housleeck, Sengreen the greater.* Groot Donderbaert/ Huys-loock.

OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Refrig. 3. aſtring. incraſſat. Uſus præcip. intrinſecus in febribus bilioſis, ſedat ſcilicet ſitim, compeſcit*

*peſcit ardorem. Extrinſecus in Angina, &c.*

N. *Vulgare eſt plebi noſtrati, expreſſum ſuccum cum ſaccharo in febribus morbiſque calidis propinare.*

PRÆPAR.

1. ▽. Ex foliis ſtillat.
2. *Succus ex foliis* expreſſus.

N. *Adhiberi ſolet recens in febribus malignis & bilioſis.*

3. *Syrupus.*

Hofman. *Sedum.*) vel *Majus eſt*, vel *Minus* vel *Minimum*. *Majus* vel eſt *arboreſcens*, quod inuſitatum, vel *vulgare* de quo hoc loco agemus; *Minus hæmatoïdes* officinis eſt incognitum; vel *Minimum*, quod *Vermicularis* eſt, de quò infrà. *Noſtrum*, vocatur *Sempervivum Majus*. German. Hauſwurtzel.

*Vires. Folia refriger. adſtring. incraſſans &c.*) Unde in febribus ardentibus, bilioſis, angina &c. ejus aqua deſtillata & Syrupus ex ſucco præparatus commodè adhibetur. Externè accipe fol. semperviv. rec. ℔ IV. Sal. ✱ ℥ j ß. conquaſſata ponantur in cucurbita vitrea in cella ſubterranea, donec ſalia liqueſcant, deſtillata in Alemb. ad ſiccitatem, poſteà iterari debet deſtillatio, vel ſaltem ad cineres infuſio, fiat gargariſmus in angina deſperata, item *hoc ſedum Majus ſeu ſempervivum* contuſum & cum lacte muliebri mixtum ſincipiti admotum mirè ſedat phrenitidem & ſomnum conciliat, ſed ſtatim atque dormire cœpit æger, detrahendum, ne in coma æger præcipitetur.

¶ *CCCXVIII. Senecio.*

Senecium, ἠριγέρων, Erygerum, herba pappa, German. Creutz-Wurtz / Grind-Kraut. Du ſeneçon. *Groundſel.* Kruys-kruyt.

C.B. Eſt { 1. Senecio minor vulgaris. 2. Senecio minor montana. } *indifferenter uſuales.*

1. Appellatur Senecio, *Matthiol. Fuchſ. Cord. in D. Lon. Lob.* minor, *Caſt.* vulgaris, & 1. *Trag. Tab.* Erigerum minus, *Dod.* Verbena fœmina *Brunfelſ.*

2. Senecio 2. *Tab.* Erigerum, *Ger.* majus, *Dod.*

Naſcitur paſſim in hortis, in agris ſecus vias, &c. majus ſylvoſis gaudet & arenoſis. Vere florere incipit, floreſque per totam æſtatem producit, aliàs hyberno quoque tempore viret.

OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus & caule.

Vires. *Mixtas vires habet, refr. ac ſimul modicè diſcut. conſolidat. Uſus pracip. in* [*Epilepſia infantum pulticulis incocta Sebiz.*] *cholera, Ictero, in temperie calida Epatis, lumbricis, vomitu & expuitione ſanguinis, Iſchiatico dolore, fluore muliebri. Extrinſecus in mammis inflammatis, ſcabie* [*capitis*] *ſtruma, dolore ventriculi, urina remorata, arthritide, vulneribus* (*fiſtulis.*)

PRÆPARATA.

▽ *ſtill.* Fit è fol. flor. ac caule, tota æſtate.

N. *In febribus utilis.*

Hofman. *Senecio*) *Senecium.* German. Kreutzkraut. Vel eſt *Major* vel *Minor*. Non deſunt qui ad *Iacobææ* ſpeciem referre velint; Et ſi iconem ſpectes, non erit abſonum. At ſi qualitates & vires, iis non ſubſcribimus: *Senecionis* vires deſcribit *D. Author* valde differentes à *Iacobææ* facultatibus. Vbi igitur ſiccare & abſtergere, ac ulcera conſolidare citrà noxam volumus, *Iacobæa* præſtat. Aliàs decoctum *Jacobææ* in dyſenteria epidemia ut euporiſton maximè commendatur. Quia & in forma cataplaſmatis ad ventris tormina applicata abdomini notabilis eſt virtutis. Admiſceri etiam clyſteribus poteſt.

¶ *CCCXIX. Serpillum.*

Ἕρπυλλος, *Dioſc.* Serpillum, *Brunſ. Trag. Fuchſ. Lon. Lob.* vulgare, *Dod. Ger.* Serpillum ſylveſt. *Matt. Cord. in D.* ſylveſtre alterum, *Caſt.* Serpillum minus fl. albo & fl. purpur. *Tab.* Serp. vulgare repens, *Cluſ. hiſt.* Serp. vulgare minus, C.B. 6. German. Quendel / Künlein / Hüner-Kol / wild Poley. Du ſerpolet. *Mother of Time, or Wild Time.* Quendel / Thymus / Wilde Polen.

N. *Sunt ſpecies plures, ſed hæc officinis uſitatior.*

Creſcit locis ſabuloſis, apricis. Flores Majo menſe protrudit, integráque æſtate fovet.

OFFICIN. NAT.

Vires. *Calfac. & ſicc. princ. 3. ſaporis acris, atten. aperit. Cephalica, uterina ac ſtomachica. Uſus pracip. in menſibus ac urina cienda* (*balneo*) *expuitione ſanguinis, ſpaſmo, extrinſecus arcet vigilias, cephalalgias, vertiginem. Ciet menſes* (*balneo.*)

PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex plantâ cum floribus Iunio collecta.
2. *Oleum ſtillatit.*

Hofman. *Serpillum.*) *vulgare repens, minus.* German. Quendel. Feldkümmel.

*Vires. Calefac. & ſicc. ſaporis acris, atten. aperit. &c.*) Cephalica eſt, ſtomachica & hyſterica. Unde in catarrhis, apoplexiâ, paralyſi, vertigine, epilepſiâ, ſpaſmo, &c. admirandæ eſt virtutis. Externè medetur doloribus capitis, vertigini, catarrhis &c. Ex hoc *Aqua deſtill. cum vino vel ſ. vel cum Ligno Saſſafras vide ſuprà de Saſſafras.* Vid. Theſaur. noſt. Pharmaceuticum annexum ſect. I. nu. XII.

¶ *CCCXX. Seſamum.*

Σήσαμον, Veterum, C.B. Seſanum, *Alpin. Matth. Lob. Dod. Caſt. Tab.* verum *Cord. in D. Cam.* Germ. Lein-Dotter / Flachs-Dotter. Du ſeſame. *Vulgar Seſamy, an Indian gram,* Some callit. Seſami Blaſdotter.

N. *Eſt & Seſamum, Myagrum dictum ac officinis innuſuatum.*

OFFICIN. NAT.

*Semen* quod affertur ex Alexandria; Creta & Sicilia.

Vires. *Calfac. medicè humect. emollit, paregoricum, viſcoſum pingue adeoque & Emplaſticum eſt: nervorum duritiem illitu diſcutit, colicis doloribus medetur.*

PRÆPARATA.

*Ol. Expreſſum*: Hoc eligatur candidum, ſyncerum: adulteratur enim oleo nucum & Papaveris, qui dolus tamen odore & ſapore facilè dignoſcitur.

N. *Olim ſolum ex Alexandria Ægypti Venetias atque inde ad nos comportabatur. Hodie & apud nos ex ſeſamo paratur.*

Vires. *Moderatè calf. itidem emollit, maturat, pulmonicum eſt. Uſus pracip. in tuſſi ac aſperitate Pulmonum* (*linctum*) *in pleuritide: impinguat, ſemen genitale*

*genitale auget. Extrinſecus in duritie nervorum, aurium doloribus, in ulceribus ſerpentinis ac malignis.*

N. *Quia nauſeam excitare ſolet, rarò internum uſum ſubit.*

Hofman: *Seſamum.*) German. Leindotter. Flachsdotter. Hujus plantæ iconem vide in *D. Dominico Chabræo* l. c. p. 284. quam Venetiis & Baſileæ vidit in hortis. At ſi quis, inquit l. a. loca expendat de *Seſamo* apud *Theophraſtum*, *Dioſcoridem*, & *Plinium*, facile colliget, nullam earum plantarum, quæ pro *Seſamo* paſſim ab *Authoribus* accipiuntur, verum eſſe *Seſamum*.

Moderatè calidum ſtatuit *Galenus*. *Plantæ decoctum* ad ophthalmias utile eſt, tuſſim, pleuritidem, tumores ſcyrrhoſos.

## ¶ CCCXXI. *Seſeli Officinarum.*

Λιγυςικὸν, *Dioſc.* Λιβυςικὸν, *Gal.* Liguſticum quod ſeſeli officinar. C. B. 1. Siler montanum, *Trag. Dod. Lob. Cluſ. hiſt.* Liguſticum, *Matth. Caſt.* verum, *Tab.* Seſeli Maſſilioticum, *Cord. in D.* Seſeli Italicum, *Caſt.*

Creſcit copioſè in Liguria Italiæ.

### OFFICIN. NATIVA.

*Semen.*

Vires. *Calf. ſicc. menſes & urinas ciet, flatus diſcutit.*

Hofman. *Seſeli Officinarum.*) *Seſeli* nomine plures iconibus differentes inſigniuntur plantæ, unde *Seſeli Æthiopicum frutex, Creticum, Tordylium, Peloponnenſe, Pratenſe & Herbaceum.* Cùm autem *Maſſilienſe* utrumque ferulæ & fœniculi folio promiſcuè uſualia, & inprimis ejus ſemen reliquis præferatur, ac omnium *Seſeleωs* ſemina ejuſdem ſint effectus, ut calefaciant, ſiccent, diſcutiant, digerant, diuretica ſint & emmenagoga, teſte *Galeno*; in hoc etiam ſolo acquieſcimus, quoad reliqua *Lectorem ad D. Anthorem* remittentes.

## ¶ CCCXXII. *Seſeli Maſſilioticum.*

Σέσελι, σεσελὶς, *Hippocr.* σίλι, σῖλι, Siſelios indeclinabiliter, German. Seſel. Seſel-Kraut / Marſiliſcher Seſel / Roß-Kümmel / Zirmet / Siler-montan. Du ſeſeli de Marſeille. *Marſilian Seſeli*, or *Siler Mountany*. *Broad Finckel* or *Cumminſeed*. Siler Montanum / Seſeli van Maſſilien. Breede Cumyn / of Fenckel.

Eſt { ferulæ folio / fœniculi folio } *promiſcuè uſualia.*

1. Dicitur Seſeli Maſſilienſe, *Matth. Lon. Caſt. Tab.* nuperorum, *Lob.* Seſeli Maſſ. ferulæ aut Dauci Cretici facie, *Lob.* Siler montanum, *Ger.* C. B. 8.

2. Seſeli Maſſil. fœniculi folio, quod Dioſcor. cenſetur, C. B. 9. *Lob.* Seſ. Maſſil. *Dod. Dioſc. Cluſ. hiſt.* nonnullorum, *Cam.* Fœniculum petræum, *Tab.*

Creſcit ſponte in Gallia ac Italia apud nos non niſi in hortis colitur; ſolo gaudet ſabuloſo.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* atque *Semen*, quod verum in modernis officinis proſtat, ſecus ac antea, ubi ſemen brancæ urſinæ, monente Tabernæmontano, ejus loco venum ivit.

Vires. *Calfac. & ſicc. ad gr. uſque 3. incid. aperit, diſcut. Uſus præcip. in morbis capitis, Epilepſiâ* [*cui totâ ſuâ ſubſtantiâ reſiſtit,*] *in imbecillitate viſus, ſpaſmo, &c. in Pulmonum ac pectoris affectibus, tuſſi, catarrhis; in Epatis obſtructione, Hydrope, ventriculi cruditate ac inflatione, in calculo Renum ac Veſicæ: in menſibus obſtructis. Specifica antidotus eſt cicutæ. Extrinſecus in ſpaſmo, contractis, in lacte mammarum coagulato, in uteri impuritate, ac obſtructione.*

## ¶ CCCXXIII. *Seſeli Creticum.*

Τορδύλιον, *Dioſcor.* Seſeli Creticum minus, C. B. 4. *Cam.* Seſeli Creticum, *Lob. Dod. Caſt. Tab. Ger.* Pimpinella Romana, *vulgò Arab.* Arturtilon, Cretiſcher Seſeli, Candiſcher Seſel / du ſeſeli de Crete, ſemence du Siſe de Crete. *Hartwort* or *Seſeli of Crete*. Cretiſche of Candiaenſche Seſeli.

### OFFICIN. NAT.

*Semen.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. nephriticum, uterinum, pulmonicum. Uſus præcip. in ſtranguria, & urina remota: dolores diſcut. menſes ciet, catarrhorum expectorationem promovet.*

## ¶ CCCXXIV. *Sideritis.*

Σιδηρῖτις, Sideris 1. *Fuchſ. Cord. in D.* vulgaris, *Cam. in Matth.* 2. *Cluſ. hiſt.* 4. *Lon.* Sid. Heraclea, *Cord. hiſt. Tab.* Sideritis ſeu ferruminatrix, *Lob.* Sid. vulgaris hirſuta erecta, C. B. 4. Arab. Tetrahit. Sidrichis. German. Glied-Kraut. De la Sidente. *Wall Sage*, or *Stone-Sage* [by ſommige] Herb Robrecht / [by anderen] Groote Varen.

N. *Matthiolus Marrubiaſtrum pro Sideritide Dioſcoridis habet, cui contrariatur Tabern.*

Creſcit locis apricis montanis ſabuloſis: floret Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Herba ſed rarò.*

Vires. *Abſterg. aſtring. vulneraria eſt intus & extra adhiberi apta. Uſus præcip. in herniis.*

N. *Adhibetur itidem in morbis incantatione introductis.*

Hofman. *Sideritis*) ſeu *Ferruminatrix. Heraclea.* Dicitur autem *ſideritis* ἀπὸ τοῦ σιδήρου id eſt à *ferro*, eò quòd vulnera ferro inflicta conglutinet. Germ. Gliedkraut.

Creſcit in ſiccioribus agrorum & montium ſabuloſorum marginibus, in apricis & meridiano ſoli oppoſitis collibus. Floret Iunio & Iulio.

*Vires. Abſterg. adſtring. vulneraria eſt &c.*) Odoris & ſaporis non ingrati eſt cum aliquali adſtrictione; Hâc enterocelas & album fluxum mulierum curare ſolent agyrtæ, alii in capitis dolore ejus decocto frontem lavant; alii pedes & artus defatigatos eodem decocto fovent. Adhibetur etiam in Morbis ab incantatione inductis.

*Sigillum Salomonis*
*vid.*
*Polygonatum.*

## ¶ CCCXXV. *Siliqua.*

Κεράτια, Siliqua edulis, C. B. 1. Siliqua, *Matthiol. Cord. in D. Lon. Caſt. Cam.* Ceratonia, *Dod.* Cerata vel Siliqua, *Lob. Tab. Ger. Cluſ. hiſt.* Sil. dulcis Carub & Carnub vocata, *Alpin.* Xylocerata quaſi cornua lignea, German. Johannes-Brodt. Carrougier, Carrouge, *St. Iohns-Bread.* St. Jans-Broot.

Creſcunt in Regno Neapolitano, tùm in Inſula Creta & Syria.

### OFFICIN. NAT.

*Fructus* (ſcilicet ſiliquæ, cujus ſuccus melligineus in uſum ſolùm venit.

Vires. *Siccat & aſtringit. Uſus præcip. in ardore ſtomachi, tuſſi, &c. aliàs concoctu eſt difficilis.*

### PRÆPAR.

[*Syrupus de ſiliquis, Diacodion aliàs.*]

HOFMAN. *Siliqua.*) Græc. Κεράτια. German. Johannes-brodt.

Naſcitur non in Ægypto, ſed in Syria & Ionia circà Cnidum & Rhodum. Hodie etiam in variis Hiſpaniæ & regni Neapolitani locis reperitur. Floret ſtatim ſolutâ hyeme & fructum autumno maturat.

N. *Siliquæ recentes* adhuc ingrati ſunt ſaporis, ſed temporis progreſſu in cratibus expanſæ & ſiccatæ ita increſcunt, ut dulces evadant & guſtu ſuaves. Succus melligineus ex ipſis extrahitur, quo Arabes loco Sacchari *Myrobalanos, Tamarindos, Zinziber* & alios fructus condiunt. Harum uſus eſt in ardore ſtomachi, tuſſi &c.

## ¶ CCCXXVI. *Sinapi.*

Σίναπι, νάπυ, Arab. Cardel. Senff. De la mouſtarde. *Muſtard.* Moſtaert.

Sinapi {
- Hortenſe {
  - rapi folio: *Hujus ſemen purpureum & uſuale potiſſimum.*
  - apii folio: *Hujus ſemen rubeſcens & minus uſuale.*
- Sylveſtre, &c.

Dicitur Sinapi, *Caſt. Matth.* Sinapi hortenſe, *Cord. in D. Lon.* ſativum prius, *Dod.* Sin. ſat. Erucæ aut rapi folio, *Lob. Tab.* ſeu album, *Cam.* C. B. I.

### OFFICIN. NAT.

*Semen.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 4. incidit, atten. attrah. rubificat. Uſus præcip. in appetitu excitando, chylificatione promovenda: in affectibus hypochondriacis ac quartana ex mucilagine tartarea, item in quotidiana* [*ante paroxyſmum Doſ.* ℨj. *exhibita*] *in calculo: caput purgat. Extrinſecus in ſinapiſmis, in arcendo caro,* [*naribus inditum vel in ſinapiſmo adhibitum*] *tumores maturos aperit, ſternutationem movet.*

### PRÆPAR.

*Oleum.* Ex ſemine expreſſum.

Vires. *Nervorum affectibus frigidis confert.*

HOFMAN. *Sinapi.*) Hoc vel *hortenſe* eſt, vel *ſylveſtre.* *Illud* vel rapi folio, quod uſuale, vel apii folio, quod minus uſuale. Germ. Senff.

*Vires. Calefac. ſicc. incidit, atten. attrahit, rubificat &c.*] Unde hujus uſus potiſſimus eſt in appetitu proſtrato, fermentum ventriculi digeſtivum reſtituendo, in febri quotidiana & quartana ante acceſſionem doſ. ℨj. Externè naribus inditum, vel linguæ ſubditum in caro, apoplexiâ &c. confert.

## ¶ CCCXXVII. *Siſarum.*

Σίσαρον, Siſar, ſiſer, *Brunf. Matth. Cord. in D. Lon. Cam.* ſativum, *Fuchſ.* Siſarum, *Trag.* (& Rapunculus hortenſis,) *Dod. Lob. Tab. Ger.* Siſarum Germanorum, C. B. I. Germ. Gierlin / Görlin / Klingel-Rübelein / Zuckerwürtz. du chervy, Siſer, Skirrets, Scrillen / en Suycker-wortelen.

Colitur in hortis, ſolo gaudet pingui.

### OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Calf. 2. ſaporis ſubamari, ſubaſtring. ventriculo convenit, appetitum excitat, diuretica ac lithontriptica eſt, bene nutrit, facile concoquitur, ſpecifica antidotus cenſetur ☿ vivi.*

N. *Eſt uſus potius culinaris, quàm officinalis.*

[*Conditur tamen interdum radix ſecaculi ſeu ſiſari.*]

## ¶ CCCXXVIII. *Solanum.*

Στρύχνος, Solatrum, Nachtſchatten / Saw Kraut. de la Morelle. *Nightſhade.* Naſcaye en Dolfruyt.

Solani varia occurrunt genera, quorum alia baccifera ſunt, alia pomifera. Verùm officinis quod uſitatius Solani titulo, eſt ſolanum officinarum, C. B. I. Solatrum, *Brunfelſ.* vulgare, *Trag.* Solanum, *Lon.* hortenſe, *Matth. Fuchſ. Dod. Lob. Cam. Ger.* ſativum, *Tab.* Solanum nigrum, *Cord. in D.*

Creſcit juxta ſepes ac vias: floret æſtate integra.

### OFFICIN. NAT.

*Herba, bacca.*

Vires. *Refrig. 2. reliquis temperata ſunt, aſtring. repellunt. Uſus præcip. externè in Eryſipel. in dolore capitis, in æſtu febrili mitigando (capiti ac pedibus applicatæ) in paroditibus.*

### PRÆPARATA.

▽ *ſtillat.* Ex herba cum floribus.

N. *Sunt qui ante Biennium exhibere vetant.*

HOFMAN. *Solanum.*] Græc. Στρύχνος. Germ. Nachtſchatten. Hujus varia quidem dantur genera, ſed *D. Author* ſaltem de *Solano officinarum,* ſive *Solatro vulgari* hoc loco agit.

*Hujus herba & baccæ uſuales refriger. aſtring. repellunt &c.*) Unde aqua ex herba deſtillata commodè adhibetur ab initio in dolore capitis ab æſtu febrili &c. fronti appoſita vel per ſe vel in [illegible]

## ¶ CCCXXIX. *Sorbus.*

Ὄη, ὔη, Sorbus, Sperber-Baum. Cormier. *Service-Tree.* Sorbenboom.

Sorbus { ſativa. *Hæc officinalis.*
C. B. { ſylveſtris.

Inſignitur ſorbus. *Brunf. Trag. Dod. Cord. in D. Lon. Tab. Ger.* Sorb. Domeſtica, *Matth. Lob. Caſt.* Sorbum ovatum, *Fuchſ.* Sorbus legitima, *Cluſ. hiſt.* eſculenta, *Cam.*

Creſcit in hortis: maturos fert fructus Autumno.

### OFFICIN. NAT.

*Fructus, (Sorbum,* Sperberlina.)

Vires. *Refrig. & ſicc. aſtring. Uſus præcip. in fluxionibus alvi, uteri, &c. Extrinſecus adſtringit vulnera* [*fructus pulveriſatus.*]

N. *Sorba colliguntur potiſſimùm immatura, exiccanturque tam in aëre, tam in clibano: ſiccata pulveriſantur pro uſu Medico, pauci enim ſuccis nutrimenti.*

PRÆ-

## PRÆPARAT.

1. *Condit. Fructus* cum melle.
[2. *Diaſorbii ad diarrhœas.*]

### ¶ CCCXXIX. *Spica.*

{ Spica mas.
{ Spica fœmina. Lavandula.

Non diſcrepant niſi magnitudine, quæ tàm flor. quàm foliorum in ſpica major eſt, in Lavandula minor: odor itidem ſpicæ gravior eſt, Lavandulæ gratior, ideoque promiſcuè uſurpari poſſunt.

*Mas* inſignitur Lavandula latifolia, C. B. 1. Spica-nardi Germanica, *Trag.* Nardus Italica, *Matth. Lob.* Germanica, *Lon.* Lavandula, *Dod.* major, *Cord.* Pſeudonardus, *Matth. Caſt.* mas, *Fuchſ.* at in ico. fœmina, Lavandula latioribus foliis 1. *Cam.* 2. longiore folio. *Cluſ.* Lavendel. Lavande grande. *Lavender.* Lavendul/ of Lavender.

*Fœmina* dicitur Lavandula anguſtifolia, C. B. 2. Lavandula, *Trag. Matth.* vulgaris, *Cord. in D.* minor, *Cord. hiſt.* Pſeudonardus fœmina, *Matthiol. Fuchſ.* (at in icon. mas) Lavandula, *Lob.* ſpica nardi, *Cam.* breviore folio & ſpica, *Cluſ.* Spicanard. *Spikenard, Common ſpike.* Spykenaerd/ gemeyne ſpyke.

Colitur utraque in hortis, nobiſque vulgatior eſt ſpicà fœmina: Floret Iunio ac Iulio.

## OFFICIN. NAT.

*Flores* utriuſque.

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. (prævalet tamen ſpica) ſaporis ſubacris ac ſubamari, partium tenuium, cephalica eſt ac nervina. Uſus præcip. in catarrhis, paralyſi, ſpaſmo, vertigine, lethargo, tremore artuum. In urina, menſibus ac fœtu pellendo (unde & parturientibus exhiberi ſolet) in torminibus ventris flatulentis. Extrinſecus in lixiviis, capitis ac artuum affectibus, in Maſticatoriis (pro catarrho exiccando ac revellendo ad palatum) ne ad pulmones defluat.*

N. *Odore ſuo fugat pediculos.*

## PRÆPARATA.

1. *Conſerv.* Flor. Lavendulæ.
2. *Confect.* Flores.
3. ▽ *ſtillat.* Ex floribus irrigatis ſcilicet vel vino vel aquâ.
4. *Spiritus in paralyſi linguæ maximæ virtutis.*
5. *Ol. ſpicæ ſtillat.* cum ▽ aſcendit.

N. *Aſportatur ad nos ſat copioſè ex Provincia Galliæ regione, ubi copioſè creſcit, uteri motus ac dolores compeſcit umbilico illitum.*

Hofman. *Spica.*) *Pſeudonardus*, quia non eſt vera Nardus, non formâ ſed odore ſaltem veram referens.

*Duorum eſt generum, Mas & Fœmina, Mas* vulgò *Spica. Fœmina* autem *Lavendula* dicitur. *Spica* fortiorem emittit odorem, nec tamen ſuavius arridet quàm *Nardus*, *Lavendula* quæ minor eſt *Spicâ* cujus & odor gratior. Dicitur autem inde *Lavendula* vel *Lavandula*, quod balneis & hominum lavacris expetatur.

Apud Nos utraque colitur in hortis. In Hiſpaniâ autem & Galliâ Narbonenſi Spica creſcit in campis & locis montanis. *Lavendulam Cluſius* reperit circà Malacam Bæticæ urbem & circà Murciam. Iulio ac Iunio ſpicantur & flores ferunt.

*Herba cum floribus in uſu eſt.*

*Vires, calefac. & ſicc. (prævalet tamen ſpica)* &c.) Unde & odor *Spicæ* major eſt, quàm *Lavendulæ*, cujus ſuavior & gratior; *Spicæ* uſus præcipuus eſt in catarrhis; externus eſt in lixiviis capitis & artuum. *Lavendula* etiam calefacit & ſiccat, aperit, attenuat, & reſolvit, ſed moderatius Spica. Unde in omnibus capitis affectibus ex frigida cauſa ortis confert, apoplexiâ ſcilicet paralyſi, ſpaſmo, vertigine, lethargo, tremore artuum. Ventriculum roborat, lienoſos juvat, menſes ciet, & epar ab obſtructionibus liberat. *Ex fl. Lavendulæ conſerva* præparatur, *aqua deſtillata cum vino*, item *Spiritus* qui in paralyſi linguæ maximæ eſt virtutis. *Oleum deſtillatum*, quod uteri motus ac dolores compeſcit umbilico illitum, vid. Theſaur. Noſtrum Pharmac. ſect. 1. 4. & 23.

### ¶ CCCXXX. *Spica Celtica.*

Nardum Celticum *Matth. Cord. hiſt. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* Nardum Celticum Dioſcorid. C. B. 4. Nardus alpina ſeu celtica, *Cluſ.* aliis, Romana Galatica, Saliunca, German. Celtiſcher Narden. Du Nard celtic. aſpic. &c. *Celtick Spikenard.* Celtiſche Spykenard.

Creſcit in Liguria: in Carinthia, Styria, in alpibus Tyrolis, &c.

## OFFICIN. NAT.

*Radicula*, cum adnatis; colligenda Iulio & Auguſto.

Eligenda recens jucundi odoris, radiculis numeroſis, cohærens, non fragilis, & plena.

Vires. *Calfac. & ſicc. viriumque earundem eſt ſpica Indica, ſed imbecilliorum, majore tamen cum utilitate adhibetur in urina cienda, ventriculo corroborando, flatibus diſcutiendis. Extrinſecus additur malagmatis, unguentiſque calfacientibus.*

Hofman. *Spica celtica.*) *Nardus celtica, Spica Romana*, Germ. Römiſche Spicke.

Copioſe provenit in Alpibus Germaniam ab Italia diſpeſcentibus; & montoſis gaudet Genuenſibus & Liguriæ Alpibus.

### ¶ CCCXXXI. *Spica Indica.*

Nardus *Cord. in D. Lob.* Nardus Indica, *Matth. Cord. hiſt. Lon. Caſt. Ger.* Nardus ſeu Spica Indica, ſpica nardi officin. C. B. 1. Arab. ſtumel, Indianiſch Spicanarden. Du Nard indique. *Indian Spikenard.* Indiaenſche. Spykenard.

Radix eſt officinalis ex India Alexandriam, atque inde Venetias & in Germaniam tranſportata. Dicitur autem ſpica, quòd ſpicæ ſimilitudinem habeat.

N. *Eſt & Nardus ſpuria Narbonenſis; ut & Nardus montana, valerianæ non abſimilis; verùm officinis noſtratibus peregrina.*

Eligenda recens, levis, longam comam habens, ſpicam verò brevem, colore flavo, aliquantulum redolens Cyperum, ſapore amaro ac linguam attrahente, quæ diu in ſuâ odoris gratiâ permanet.

N. *Madefacta doloſè vendi ſolet, quæ fraus deprehenditur, quod ſpica ſit candida, ſqualida, nulloque pulvere obſita, ſiliſve lanæ inſtar crinita.*

Vires. *Calefac. 1. ſicc. 2. atten. aſtring. nephritica & ſtomachica eſt. Uſus præcip. in urina ac menſibus ciendis, in ventriculi roſione, inflatione, in Ictero, &c. Extrinſecus in lixiviis cephalicis, balneis uterinis, &c.*

## PRÆPAR.

1. *Oleum Nardinum ſimplex.* Fit ex coctione in ol. communi, vino ac aquâ.
2. *Oleum Nardinum compoſ.* Fit ut ſimplex additis nonnullis aromatibus.

Hofman. *Spica Indica.*) *Nardus indica*, hujus nomen pars tantùm plantæ hodie obtinet, quæ & *Spica* ob figuram dici meretur. Eſt autem nihil aliud, quàm comatum radicis

 caput;

caput, ex marcidorum foliorum nervoſis filamentis convolutis congeſtum colore ſubrubro, ſapore amaro, & aromatico odore.

Ex India Alexandriam, atque inde Venetias & ad Nos tranſportatur, *Nardi*, inquit *Dioſcorides*, *Duo ſunt genera. Unum Indicum, alterum verò Syriacum*: non quòd in Syria naſcatur, ſed quòd montis Indiæ in quo reperitur, pars una Syriam, altera Indiam ſpectet. Et *Indici* ruſus *duæ ſpecies*, quarum *una* in monte, altera ad radicem montis provenit, non procul à Gange, quæ & inde Gangitica appellatur.

In Iava creſcit in ſumma etiam copiâ & ejuſdem in culinâ apud Iavanos uſus eſt, qui calami aromatici & junci odorati in condiendis juſculis piſcium & carnium elixarum, *Iacobus Bontius* l. 2.

*Vires. Calefac. ſicc. atten. aſtring. &c.)* alexiteria, ſtomachica & nephritica eſt; Unde uſus ejus eſt in ventriculi debilitate, Morbis malignis, urinâ ciendâ, & menſibus promovendis &c. *Nardus Indica exſiccata, inquit Bontius*, infunditur in aceto & addito ſaccharo adverſus frigidos viſcerum affectus adhibetur, hepatis ſcil. Lienis, & meſenterii obſtructiones, ex quibus atrophia, maraſmos &c. Idem acetum porrò valet ad morſus venenatorum animalium, ut ſerpentum, ſcorpionum & ſimilium intus ſumptum vel exterius impoſitum.

## ¶ CCCXXXII. *Spinachia.*

Spinachia, (Spinacia,) *Brunſ. Fuchſ. Dod. Tab. Lon. Caſt. Matthiol. Lob. Ger.* mas, *Cam.* vulgaris. *Trag.* Lapathum hortenſe ſeu Spinachia ſemine ſpinoſo, C. B. 2. German. Binetſch/ Spinat. Des Eſpinardes. *Spinach*, or *Spinage*. Spinagie.

Colitur in hortis: floret ut plurimùm Iulio & Auguſto.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* ſeu Herba. *Potiſſimùm culinaris eſt.*

Vires. *Refrig. & hum.* 1. *utilis cibus in omnibus morbis, laxat alvum, lenit aſperitatem pulmonum. Extrinſecus refrigerat ventriculum ac Epar (impoſita.)*

N. *Continuus uſus melancholicum generat ſanguinem.*

HOFMAN. *Spinachia.)* Germ. Binetſch oder Spinat. Colitur in hortis. Floret Iulio & Auguſto.

*Foliorum* uſus culinaris eſt potiſſimùm ingrediens pulticulæ viridis herbaceæ cum ſale & butyro confectæ, humectat, alvum lenit, & in omnibus morbis utilis exiſtit cibus.

*Squamaria ſive Dentaria* non omittenda eſt, quia etiam ejus uſus in Medicinâ eſt præſtantiſſimus, obtinuit autem nomen à ſignaturâ radicis, quod quaſi ex dentibus aut ſquamis compoſita videatur. *Septima Orobanche* radice dentata *major Bauhini. Violam albam* ob florum cum Leucoiis ſimilitudinem *Dodonaus* vocat. Alii *Saniculam quinquefoliam. Cluſio Pentaphyllæa* dicitur.

In umbroſis creſcit locis, & primo ſtatim Vere emergit.

N. *Hujus plures* dantur *ſpecies*, *Dentariæ* ſcil. *heptaphyllos, flore albo*, & nonnunquam purpuraſcente. Hæc creſcit Baſileæ in monte Mutets. Genevæ in monte Salevæ, & Montbelgardi in monte Bar. Datur & *Dentaria triphyllos*, hæc provenit in umbroſis Styriæ, Auſtriæ, Carinthiæ & Pannochiæ ſylvis.

*Hujus Radix in uſum accerſitur*, licet hic non omnibus adhuc ſit cognitus.

*Vires.* Epileptica eſt, unde ex hâc aqua deſtillatur & eſſentia præparatur in puerorum convulſionibus epilepticis valdè utilis. vid. *Dn. D. Simon Pauli l. c. p. 59. & D. Dominic. Chabræus l. c.*

## ¶ CCCXXXIII. *Staphiſagria.*

Staphiſagria *Trag. Matthiol. Fuchſ. Dod. Lob. Caſt. Cam.* Herba pedicularis, *Cord. in D.* Arab. Albetas, Läuß-Kraut / Speichel-Kraut / Bißmüntz/ Mäuß und Ratten-Pfeffer. herbe aux poux, aux pouilleux. *Staves-ager.* Luyſcruyt.

Creſcit in Apulia, Calabria, Dalmatia, Iſtria.

N. *Creſcit & apud nos ſpecies quedam, verùm minus illa uſitata eſt.*

### OFFICIN. NATIVA.

*Semen* triquetrum & aſperum.

Vires. *Internus uſus purgatorius eſt, ſed rarus. Extrinſecus ejus uſus eſt apophlegmatiſans in maſticatoriis, gargariſ. odontalgicis (cum ✠) ac abſtergentibus in ulceribus ac papulis &c. Adhibetur & in pthiriaſi.*

HOFMAN. *Staphiſagria.)* *Herba pedicularis.* Germ. Läuſe Kraut.

*Hujus Semen tantùm in Officinis notum eſt.* Et ejus uſus internus rarus eſt, ingreditur *unguentum pedicularis.*

## ¶ CCCXXXIV. *Stœchas.*

Στοιχὰς, Stœchas *Trag. Matth. Lob. Lon. Caſt.* (Stichas) *Fuchſ. Dod.* Stich. Arabica. *Cord. in hiſt. Cam.* St. brevioribus ligulis, *Cluſ. hiſt.* St. purpurea, C. B. 1. Arab. aſtochoadas Römiſcher/ Welſcher/ frembder Kümmel oder Thymian / Stechas-Kraut. Du ſtechados. *Arabian Stœchas* or *cotton-weed.* Arabiſche Stoechas/ of Stichas.

Creſcit copioſè in Inſulis Galliæ quæ Stœchades dicuntur, optima tamen cenſetur Arabica (unde ad compoſitiones recipere monent Arabicam.) Huic ſuccedit Cretica.

### OFFICIN. NAT.

*Flores* ſeu potius ſpicæ compreſſæ, inter florum ac ſeminum proventum collectæ.

Eligendæ ſpicæ recentes odoratæ, ſubamaræ, ſi haberi poſſint Arabicæ.

Vires. *Calfac. 2. & ſicc. 2. abſterg. atten. aperit. Uſus precip. in affectibus capitis & nervorum, ſcil. vertigine, Apoplexia, Paralyſi, Lethargo: in morbis pectoris itidem præſtat quod Hyſſopus: inſuper urinam & menſes ciet, venenis reſiſtit, affectibus hypochondriacis ſuccurrit. Extrinſecus in lotionibus capitis, ſuffitu, &c.*

### PRÆPARATA.

1. *Syr. de Stœchade ſimplex.* V. D.
2. *Syr. de Stœchad. compoſ.* V. D.
3. *Syr. de Stœchad. Fernelij.* V. D.

HOFMAN. *Stœchas.)* *Sive ſtichas.* Arabica. Nomen habet ab Inſulis Stœchadibus in Iberico mari ſitis, ubi in copiâ creſcit. Dictæ autem Inſulæ non è regione Maſſiliæ, ut vult *Dioſcorides*, ſed è regione *Olbiæ* ſitæ ſunt, & bidui itinere ac littore à *Maſſiliâ* diſtant. Præterea etiam Narbonæ colles & Gallo-Provinciæ aſperi tractus *Stœchade* gaudent, & ita ſcatent, ut fornacibus calefaciendis inſerviant. Provenit etiam in quibuſdam Italiæ montibus. Nos in hortis colimus.

*Stœchas* optima cenſetur *Arabica, purpurea*; Cujus flores ſeu potius ſpicæ uſu receptæ ſunt, quæ eligendæ recentes odoratæ, & ſubamaræ, camphoræ ſpirantes odorem.

*Vires. Calefac. & ſicc. abſterg. atten. aper. &c.)* Unde [stain] primarius eſt in vertigine, epilepſiâ, paralyſi, apoplexia [stain] imò omnibus capitis affectibus; Licet & *Dioſcorides* ad pulmonum imò omnium viſcerum vitia commendet hyſſopi modo, & menſes movet, venenis adverſatur & hypochondriacis ſuccurrit.

## ¶ CCCXXXV. *Stœchas Citrina.*

Ἑλίχρυσος, Elichryſum ſeu Stœchas citrina, citrina anguſtifolia, C. B. 4. Stœch. citrina, *Matth. Fuchſ. Geſn. Dod. Caſt. Tab.* Amaranthus luteus, *Lon.*

*Lon.* Coma aurea, *Lob.* aliis Tinearia (quod tineas abigat,) Germ. Rhein-Blumen/ Motten-Kraut. Herbe aux hartes. *Yellovv* or *Citrin Stœchas*. Geel ofte Citryn Stoechas.

Creſcit locis aridis & ſabuloſis, & convallibus frequens juxta Rhenum, floret Iunio.

## OFFICIN. NAT.

*Flores.*

Vires. *Calfac. & ſicc. incid. aperiunt, diaphoretici ac vulnerarij ſunt. Vſus præcip. in obſtructione urinæ, Epatis, Lienis, menſium: coagulatum ſanguinem reſolvunt, catarrhos exiccant, menſes nimis fluentes ſiccando ſiſtunt, lumbricos fugant: commendantur & inprimis ad exiccandas defluxiones acres Pulmonum, &c. Extrinſecus faciunt ad emolliendam uteri duritiem, (in balneo) lendes abigunt (in lixivio capitis) defluxiones ſiccant & diſcutiunt, (ſuffitu,) &c.*

N. *Sunt qui amuleti loco de collo ſuſpendunt, lumbricoſque ventris eo fugari volunt. Dn. D. Arnoldi VVeichard. in theſauro pharmaceutico.*

Hofman. *Stœchas Citrina.*) *Elichryſum. Amaranthus luteus, Hujus* adhuc *variæ dantur ſpecies. Elichryſon quintum Orientale Bauhini* flore flavo & ſplendente, *Cretenſe*, item tenuifolium *Narbonenſe* fl. luteo, aut palleſcente. Item *Italicum Citrinum* tenuifolium &c.

## ¶ CCCXXXVI. *Succiſa.*

Succiſa, *Matth. Fuchſ. Dod. Caſt.* glabra, C. B. 1. Iacæa nigra *Brunf.* Morſus Diaboli, *Trag. Lob. Lon. Tab.* Abbiß/ Teuffels-Abbiß. Mort Diabolus, ou Mors de Diable. *Devilsbit.* Duyv ls-beet.

Creſcit paſſim in campeſtribus, pratis ac juxta arva: floret Iulio, Auguſto, Septemb.

## OFFICIN. NAT.

*Radix: Flores:* nonnunquam & *Folia.*

Vires. *Calf. & ſicc. 2. amara, alexipharmaca ac vulneraria eſt, ut ſcabioſa, cum qua & reliquis facultatibus convenit. Inprimis celebratur in Epilepſia, Peſte, uteri dolore, ſanguine coagulato, abſceſſibus occultis, lue venerea, ejuſque ulceribus, in vulneribus recentibus, &c. Extrinſecus in angina, tumoribus tonſillar. diuturnioribus, qui ad ſuppurationem ægrè perveniunt (gargariſ.) in ſugillationibus, bubonibus, &c.*

## PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex integra planta (cum rad. & flor.) collecta in fine Iulii.

Hofman. *Succiſa.*) *Morſus Diaboli* Germ. Abbiß. Iacæa nigra. Nomen à Latinis inde accepit, quod præmorſa radix evulſa videatur, unde ſuperſtitioſa orta opinio, quâ ſtatuitur, Diabolum, hanc plantam ob inſignem efficaciam hominibus invidentem, ne accreſcat ejus radicem circumrodere. Nonnulli cauſam in radicum teneritudine quærunt. Sed cùm in Plantagine idem eveniat, aliud diverticulum quærunt nonnulli, & deducunt nomenclaturam ab ejus mordicante qualitate, quâ bubones & carbunculos peſtilentiales mordicat, quibus ſummo applicatur juvamine.

*Vires. Calf. & ſicc. &c.*) vulneraria & alexipharmaca eſt, ut ſcabioſa, cum qua & reliquis convenit facultatibus. Unde radicis decoctum cum vino propinatur fœlici ſucceſſu in lue venereâ, bubonibus & carbunculis peſtilentialibus, abſceſſibus internis, ſanguinis grumis, vulneribus internis, venenis aſſumptis, cordis angoribus, vulvæ cruciatibus. *Ex totâ plantâ aqua etiam deſtillatur, ejuſdem virtutis.* Externè pro gargariſmis hujus herba ad diuturnos tonſillarum & faucium tumores, qui ad ſuppurationem ægrè perveniunt, valdè commendatur, & in primis venereos & alia ulcera, fauces & gingivas obſidentia.

*Sumach. vid. Rhus.*

## ¶ CCCXXXVII. *Symphytum.*

Symphytum:
- Officin. *Hujus loci.*
- Majus tuberosâ radice.
- Minus tuberosâ radice.
- Minus borraginis ſpecie. — *Minus uſualia.*
- Maculoſum, *vide pulmonaria.* — *Minus uſualia.*
- Petræum, *minus uſuale.*

Inſignitur conſolida major, *Brunfel. Trag. Cam. Ger.* ſymphytum, *Lon.* majus *Matthiol. Cord. hiſt. Cam. Caſt. Tab.* magnum, *Fuchſ. Dod.* alterum *Cord. in D.* Symphytum Alum & Alus, *Lob.* Conſolida vulgo, Solidago, Germ. Wall-Wurtz/ Schwartz-Wurtz/ Schmeer-Wurtz/ Beinwell. Conſite d'Aſne. *Comfrey.* Waelwortel.

Creſcit in pratis, & hortis, gaudet loco humido: Floret Majo ac Iunio, floreſque fert purpureos vel albos: illud marem vocant, hoc fœminam, quæ hoc tractu vulgatior creſcit.

## OFFICIN. NAT.

*Radix, Folia, Flores.*

Vires. *Caliditate temperatum eſt, ſicc. 2. vulnerarium eſt è præcipuis celeberrimum, mucilaginoſum, incraſſans, acrimoniamque humorum obtundens, imò & incidens, adeoque partium mixtarum. Vſus præcipuè in fluxionibus quibuſcunque, in primis alvi; in Eroſione Pulmonum ac phthiſi, in herniis, ruptis venis, fractis oſſibus, &c.* [*Succus Lethargicis convenire dicitur; ad ℥ij exhibitus.*] *Extrinſecus vulnerum ſanguinem ſiſtit, fracturas oſſium ac vulnera conſolidat.* [*bubonibus & carbunculis appoſita conquaſſata profuit in peſte H.*]

## PRÆPARATA.

1. ▽ Ex herba cum radice.
2. *Conſerv.* Ex floribus.
3. *Condita Radix.* V. Renodæum.
4. *Syrup. de Symphyto.* V. D.
5. *Extract. Symphyti.* ℞. mucilaginem radicis coctæ inſpiſſatam. Extrahe cum 🜅 ac abſtrahe.
6. *Extractum ſanguineum. Sanguis.* ℞. Rad. recent. ſymph. maj. & min. conquaſſa in formam pultis. Hinc adde panis $\frac{1}{4}$. (ſcil. ſecalini vel triticei.) M. ac irriga cum vino generoſo, inde Phialæ vitreæ occluſæ cerâ Hiſpanicâ, digere aliquamdiu in fimo vel B. Hinc exprime, digere, fæceſque ſubſidentes ſepara, reliquum inſpiſſa. Vide Quercetan. Pharmac. Reſt. cap. 26.

Vires. *Præſtat ad hernias & ulcera omnia.*

*Doſis* ℈j. *ad dies pluſculos.*

7. *Oleum ſtillat.* Ex radice ſicca per Retortam elicitur.

N. *Oleum hoc ut perpaucum elicitur, ita viribus pretioſum eſt, in herniis curandis intus & extra adhibitum.*

Hofman. *Symphytum*) Hujus licet plura ſint genera, Nos tamen hoc loco cum D. Autore de *Officinali* ſeu *Conſolidâ dictâ majore* acturi ſumus. Germ. Wallwurtz. Schwartzwurtz.

Copioſè creſcit in prato noſtro Salano, invenitur etiam in hortis ſponte proveniens, locis gaudens humidis. Floret Majo & Iunio.

& Iunio, floribus purpureis & albis, *illud Mas, hoc fœmina vocatur.*

*Vires. Caliditate temperatum eſt, ſicc. vulnerarium & ex præcipuis celeberrimum &c.*) Quia conſolidativum eſt præſtantiſſimum, omnis odoris expers tam herba, quàm radix, perpauco etiam ſapore prædita eſt. *In aquâ radix decocta facit decoctum mucilaginoſum, & viſcidum*, unde nonnulli ſuſpicantur, radices has tantâ vi glutinante & conſolidante pollere, ut ſi carnibus fruſtillatim ſectis in lebete coquendis injiciantur, novam inter eas unionem producere queant. Hæc vulnerariis potionibus & decoctis principaliter dicatur. Recip. radic. ſymphyt. ℥iv. probè exſiccat. & inciſ. coque in cerevisiæ Torgavienſis menſur. iij. uſque ad dimid. Hoc decoctum ſ. in ſputo ſanguinis à pulmonum eroſione ſemper conducibile expertus fui, cujus mane, à meridie ac veſperi cyath. j. calidè. Si magis compoſitum velis; Recip. radic. ariſtoloch. rot. ſymphyt. ãã ℥ß. conſolid. utriuſque ã ℥j ß. plantag. ſcabioſ. ã M. j. h. ſanicul. hyperic. ã M. ij. coq. in ſ. q. ſanicul. Rec. Col. ℥ix. adde ſucci perſicariæ. Sanicul. ãã ℥iß. edulcor. ſ. q. Sacchar. cand. Quod ſi radicem diutius coquere contingat ad mucilaginem uſque, non ſolùm inde cum ſaccharo Electuarium conficies, ſed & extrinſecus curandis herniis & glutinandis lege artis cum reliquis adhibita aut in formâ cataplaſmatis extenſa inſerviet. Uſus ejus talis eſt. Iaceat æger cruribus non elevatus, ut inteſtina naturalem ſuum capere poſſint locum, quod ut melius fiat, inungatur locus rupturæ butyro recenti, ac manu intrudatur inteſtinum, donec ingrediatur, id quod omne ſupplet Emplaſtrum meum magneticum. Quo facto.

Recip. radic. ſymphyt. rec. purgatam in orbiculos ſciſſam, quantitas hujus radicis pro unâ vice ſit duorum digitorum, addatur adipis porcini quarta pars, contunde ſimul in mortario lapideo vel ligneo cum piſtillo lapideo vel ligneo ad unguenti conſiſtentiam. Hoc Unguento fac formam orbicularem & applica proceſſui peritonæi laxato vel rupto, deſuper ponendo durum nodum lineum ad modum globuli comprimendo faſciâ lineâ quadruplici. Primis diebus octo maneat patiens ſupinus in lecto, renovetur unguentum ſingulis diebus. Reliquis diebus poterit paululum deambulare, & ſufficiet ſi ſingulis renovetur ſeptimanis. Si ruptura fuerit recens intra ſex ſeptimanas, ſi vetus intrà dimidium annum tota complebitur Cura.

PRÆPARATA. *ex herbâ cum radice aqua deſtillatur; ex floribus conſerva, ex radice ſyrupus, extractum, conditum &c.* vide in Theſaur. Pharmaceutic. annexo aquam vulnerariam D. N. S. ſect. 1. n. LIX.

## T.

### ¶ CCCXXXVIII. *Tamariſcus.*

Tamariſcus C. B. eſt.
- 1. Germanic. *Hæc uſualis.*
- 2. Gallica.
- 3. Ægyptica.

Dicitur Tamariſcus, *Brunf. Lon.* fœmina, *Cord. hiſt.* Myrica, *Trag. Cluſ.* ſylveſtris ſeu Tamarix, *Matth. Caſt. Dod. Tab.* Tamaryx ſylveſt. fœmina, *Fuchſ.* Tam. humilis, *Cord. in D.* Myr. ſylv. altera, *Cluſ. hiſt.* Myr. altera in Germania, *Cam.* Tam. fruticoſa folio craſſiore, C. B. al. mutica, Arab. Tarſa, Tamariſcen-Holtz. le Tamariſc. *Tamaris, Tamarisk-vvod* Tamariſch-boom.

Frutex eſt arboreſcens ſimilis Sabinæ, in tantam excreſcens magnitudinem, ut doliola inde fiant menſur. 1. capientia, quæ vulgaria ſunt noſtratibus.

Naſcitur juxta Rhenum & Danubium, tum quoque ſecus paludes, ſolo gaudet ſaxoſo.

#### OFFICIN. NAT.

*Lignum, Radix, Cortex,* (qui maximè uſualis eſt, imprimis radici detractus.)

Vires. *Cortex calfac. & ſicc. 2.* (*lignum ad frigiditat. inclinat.*) *atten. aper. abſterg. ſubaſtring. diureticus eſt ac ſplenicus. Uſus præcip. in obſtructione ac tumore Lienis (quem abſumere ſcribit Dioſcorid.) in morbis ab atra bile ac ſero oriundis, ut ſcabie, pruritu, in Ictero nigro, profluvio albo mulierum, &c. Extrinſecus inprimis in tinea capitis, & obſtruct. menſium (inſeſſu.)*

#### PRÆPARAT.

1. *Extract.* è corticibus fit l. a. cum Spir. Vin. vel ▽ v. gr. flor. geniſtæ, ſcolopendriæ, & ſim. Quercetan. Pharm. Reſt.

2. *Sal.* Ex incinerato ligno, l. a.

HOFMAN. *Tamariſcus*) *Myrica, ſive Tamarix.* Germ. Tamariſken-Holtz. Germanica uſualis eſt; Et *Duplicis etiam generis; Unum* datur ligno ſolidiore, & foliis tenuioribus; *Aliud minus* ſolido ligno & foliis latiuſculis. *Illud* copioſè ad Rhenum, hoc in Danubii ripis provenit. Paludoſos & ſaxoſos amat locos, & culturam hortenſem non facilè ſuſtinet, niſi ad aquas collocata, quemadmodum & Fraxinus.

*Vires. Cortex calefac. ſicc. atten. aper. abſterg. ſubaſtring. &c.*) Unde viſcera ab obſtructionibus liberat, & hypochondriacis ſalutaria inde conficiuntur remedia; Specificum ſpleniticum eſt. Externè tineæ capitis (*lotione*) medetur.

*Ex hoc præparantur noduli, potiones, Extractum, Sal &c.* Recip. Cortic. Tamariſc. ℥vj. ▽ commun. menſur. vj. coq. ad med. conſumpt. add. Sacchar. cand. rubr. q. ſ. Hæc potio vel per ſe, vel vino nupta ad fluxiones deſiccandas in arthritide mirabilis effectus, etiam in hydrope.

### ¶ CCCXXXIX. *Tanacetum.*

Tanacetum C. B.
- Odoratum
  - 1. vulgare luteum. *Hoc uſuale.*
  - 2. foliis criſpis.
  - 3. minus, album.
  - 4. alpinum.
- Inodorum Flore
  - minore.
  - majore.

Dicitur Tanacetum, Matricariæ 2. ſpecies & parthenium, *Brunfelſ.* Tanacetum vulgare, *Trag.* Tanacetum *Matth. Lon. Dod.* Artemiſia tenuifolia, *Fuchſ.* Ambroſia quibuſdam, *Cord. in D.* Tanacetum millefolii foliis, *Lon.* Athanaſia ſeu Tanacetum, *Ceſ.* Artemiſia *Dioſcor. Tab.* Græcè Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος, Athanaſia, Tanaſia, Germanicè Reinfarn/ Wurm-Kraut. Athanaſie ou Tanaiſie. *Tanſey, or Tanſie;* Reynvaer/ Tante/ of Worm-kruyt/ (by ſommige.)

Naſcitur locis arenoſis incultis: floret Iunio & Iulio.

#### OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus, *Semen.*

Vires. *Calfac. & ſicc. incid. diſcut. vulnerarium, uterinum & nephriticum eſt. Uſus præcip. in lumbricis, torminibus ventris, calculo impuritateque Renum ac Veſicæ, menſibus obſtructis, flatibus, hydrope, &c. Extrinſecus iiſdem affectibus adhiberi poteſt, lavando, cataplaſſando, &c.*

#### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex tota planta florente.
2. *Conſerva florum.*
3. *Oleum ſtillat.* quod raro proſtat.
4. *Sal.*

HOFMAN. *Tanacetum.*) *Artemiſia tenuifolia. Athanaſia, Herba Mariæ.* Germ. Reinfarn/ Wurm-Kraut.

*Eſt autem vel odorum vel inodorum. Odorum* vel *Majus* vel *Minus.* Et *Majus* iterum foliis vel planis vel criſpis, ac flore vel luteo vel albo. *Minus* verò vel eſt *campeſtre* vel *alpinum*. *Inodorum* flore eſt vel majore vel minore *C. Bauhino.*

Varijs in locis ſpontè provenit & in primis arenoſis & in ſi-
ſis

ſis etiam hortis. Floret Iunio & Iulio.

N. Datur etiam *Tanacetum criſpum*, ſive *criſtatum fl. luteo Anglicum* in hortis noſtris. Germ. à noſtratibus appellatur Biſam-kraut.

*Vires. Herba cum fl. & ſemine calefac. & ſicc. incid. diſcut.* &c.) Specificum contrà lumbricos eſt, ventris dolores ſedat, Diaphoreticum eſt & diureticum. Prætereà vulnerarium etiam eſt & hyſtericum; Externè ejus ſuccus cum oleo roſac. ſpinæ dorſi ante paroxiſmum illitus, febrium rigores tollit, rimas & fiſſuras pedum ac manuum curat.

### *CCCXL. Taraxacum.*

Dens Leonis *Brunf. Matth. Dod. Lob.* (& corona, caput Monachi,) *Tab. Ger.* Hieracium majus, *Trag.* parvum, *Cord. in D.* Hedipnos major, *Fuchſ.* Taraxacon minus, *Lon.* Dens Leonis latiori folio, C. B. 1. German. Pfaffen Blat/ Münchs Kopff. Chicorée ſauvage. Dent de Lion ou piſſenlit. *Dan-de Lion, Dent de Lion*, or *VVild Succory*. Groote Condrilla / of Wilder Cichoreye.

Habetur & major & media, quæ vulgatior eſt folio acutiore, aliquando obtuſo.

Creſcit in herboſis locis: Floret Aprili, & Majo,

### OFFICIN. NAT.

*Radix, Folia.*

Vires. *Refrig. & ſicc. 2. ſaporis amari, abſterg. ac aperit, Epaticum eſt, cum Endivia conveniens, quâ tamen potentiùs operatur. Uſus præcip. in febri putrid. inveteratis, &c. Extrinſecus maculas abigit oculorum (lac ex diſrupto caule, ter quotidie oculis inditum,) vulnera ac ulcera abſtergit, &c.*

*Radix amuleticè curare dicitur affectus oculorum, peculiari tamen modo, ut volunt collecta. Nimirum ſunt qui introrſum per foſſam ſubtus factam evellunt. Sunt qui quoquo modo foſſam in novem ſecant fruſta, novemque diebus de collo ſuſpendunt. Alii integram radicem adhibent. Idem amuletum & tertianam fugare dicitur.*

### PRÆPAR.

▽ *ſtillat.* Ex planta cum radice foliis ac floribus collecta initio Maij.

HOFMAN. *Taraxacum.*) Sive *Dens Leonis. Hieracium Majus* Germ. Pfaffen Blat. Münchs-kopff. De hujus variis differentiis vide *Dominicum Chabræum in ſtirpium Iconibus.* p. 319.

*Vires. Refriger. & ſicc. ſaporis eſt amari, abſterg. aperit.* &c.) Epaticum ſpecificum eſt, ac unà diureticum, confert hydropicis, ac febre putridâ laborantibus tertianâ pro ſpecifico.

N. *Radix amuleticè curare dicitur affectus oculorum &c.*) Unde *Tragus* dicit huic herbæ commodè imponi poſſe nomen ocularia, eò quòd maculas in oculis tollat, ſi hujus radix æſtate, Sole exiſtente in virgine effoſſa, circa diem Bartholomæi collo ſuſpendatur. Dicitur & ab effectu *urinaria herba* ſive *Lectiminge*, quia puerulis etiam confert inter dormiendum ſtragula permingentibus ipſis invitis, ſi hujus radicis decoctum ipſis manè non veſperi propinetur.

N. Quibuſdam hæc inſidet perſuaſio, ſi *ſucco taraxaci* delibuti incedant, ſibi conciliari magnatum ac Principum clementiam, & pro lubitu, quid velint, efficere poſſe. Sed hæc fabulis annumeranda. Hujus & marrubii aquatici ſucco, deinde lardo rancido & pinguedine anſerinâ Ungari faciem tingere & ſoli expoſitam ad fuſcum ejuſmodi, quo pollent, colorem reducere ſolent. Si quid optandum foret, hoc unicum Princeps ſibi in aulâ habere deberet commendatiſſimum, quod *R. P. Ieſuitar. Martinus Martinii* non de *Taraxaco* ſed aliâ herbâ refert anonymâ, *Libr. 1. Hiſtor.* Sinicæ in hiſtoriâ Imperatoris tertii nominis *Hoanti* p. 18. de quo refert, illi herbam creviſſe, cujus ea vis & ingenium, ut ſi quis malus Regiam ingrederetur, confeſtim in venientem prona inſtar heliotropii ſe obverteret. Quod germen ſi paſſim in hortis aut atriis Magnatum creſceret, quanta plures aulis abſtinerent, qui nunc latentium ſcelerum ſecuri hujuſmodi Nebulones & proditores non timent.

### *Thée.*

### De Eo ſic in Appendice ad Pharmacop. SCHROEDER.

*Herba Thée Iaponis dicitur T'chia, Chinenſibus Thée, cujus notitiam (verba ſunt Tulpij p. 400. obſerv. medic. libr. 4.) ab illis qui cum ſummo Imperio illic præfuêre, mihi communicatam equidem lubens poſteritati tradam. Sunt itaque huic herbæ ut folio oblonga acuminata, & in ambitu crenata; ſic radice fibroſæ ac in minimas particulas diſperſæ: creſcitque non tantùm in China ac Iapponia verùm etiam in Chiam, at eo diſcrimine quòd Chinenſis folia ſint ex nigro viridia, Iaponenſis verò colore dilutiore, ac ſapore gratiore, unde quoque fit quod Iaponenſium T'chia longè pluris æſtimetur, quàm Chinenſium Thée; veniatque non rarò una ipſius libra centum argenti libris.*

*Quippe creditur hîc paſſim nihil hac herba ſalubrius, cùm ad vitam in extremam ſenectutem prorogandam, tum ad impedienda quæcunque ſanitatis incommoda, neque ipſam ſolùm corpora reddere vegeta, atque arcere calculi dolores, quibus hîc neminem dicunt obnoxium, verùm etiam tollere dolorem capitis, gravedinem, lippitudinem, deſtillationem, ſpiritus difficultatem; ventriculi imbecillitatem, inteſtinorum tormina, laſſitudinem ac ſomnum, quem tam evidenter compeſcit, ut ſorbitionem hujus decocti aſſumentes, videas interdum integras noctes lucubrando conſumere, ac ſine ulla moleſtia evincere inexpugnabilem cæteroquin dormiendi neceſſitatem, calefacit enim modicè & aſtringendo ventriculi oſculum, refrenat coërcetque uſque eò vaporum ad ſomnum conciliandum neceſſariorum aſcenſum, ut nihil impedimenti offeratur illis, qui ſcribendo aut meditando ſatagunt noctes tranſigere.*

*Videtur autem hæc planta non longè cognita fuiſſe Chinenſibus, neque admodum diu in uſu, deſunt enim ipſis avita, quibus eam deſignent nomina ſive hyeroglyphici illi caracteres (quales fermè ſunt omnes Chinenſium literæ) quibus exprimant ipſius naturam. Differuntque etiam inter ſe haud parum diſcrepantes hæ nationes circa utendi rationem: permiſcentibus Iaponiis pulverem hujus plantæ, in lapide Ophitide contritum, aquæ calidæ; Chinenſibus verò ipſam plantam cum paucis ſalis, ſaccharive granis ex liquore aliquo decoquentibus. Quod decoctum deinde calefactum officioſiſſimè propinant cùm convivis invitatis, tum quibuſcunque honoris cauſſa ipſos ſalutatum venientibus: idque ex animorum inclinatione ut Principes etiam viri, non detrectent, quin potiùs honori ducant, ſuis manibus hanc herbam vel amicis decoquere, vel alioquin ei miſcendæ, temperandæve operam ſuam impendere. Extructis propterea in palatiorum ſuorum interioribus, conclavibus ac foculis ex pretioſiſſimis lapidibus ligniſve iſti operi ſpeciatim dicatis: in quibus etiam curioſè obſervantur ollæ, tripodes, infundibula, calices, cochlearia, aliaque perpolita hujus culinæ inſtrumenta, quæ aliquot aureorum millibus redempta, ac ſericis integumentis involuta intimis ſolummodò amicis oſtendunt, neque minori habent loco, quàm apud nos adamantes, gemmas ac baccata ſummi pretij monilia. Uti videre eſt apud* Ioh. Maffæum. *Rerum Indicar. lib. 6. &* 12. Ludovicum Almeydam *Selectar. Epiſtol. lib.* 4. Petrum Iarricum *Tom.* 2. *lib.* 2. *Cap.* 17. Matthæum Ricium *De Chriſtian. expedit. apud*

*Sinas*

*Sinas lib.* 1. *Cap.* 7. Aloiſium Frois *in Relatione Iaponica.* Iocobum Bontium *Dialog.* 7. *Medic. Indicæ,* Iohann. Linſcottum *Cap.* 26. *Quibus addendus Tulpio ignotus adhuc,* Nicolaus Trigancius *Tractatu de Regno Chin. cap* 3. *pag.* 34. Alexander de Rhodes *in Gallico Tractatu de China pag.* 25. Olearius *in Perſic. Itiner. pag.* 599. Mandeſloh *cap.* 11. *pag.* 42. Bernhard. Varenius *cap.* 23. *pag.* 161. Neuhof. *pag.* 37. 438.

*Vires infuſi herbæ Thée tres potiſſimùm enumerantur, quòd caput levet & ſervet à ſomno immune, vaporeſque reprimat, ventriculum roboret & renes calculo & arenis purget. Clariſſimus* Simon Pauli *hanc herbam* Thée *putat eſſe Myrtum Brabanticam. Dodonei Chamæleagnum, Germ.* Porſt *dictum. Quoad uſum verò herba Theé in Schroederi p. m. M. ſcriptis ſequens Conſilium in gratiam Magnatis cujuſdam olim exaratum repertum eſt, quod* Lector *æqui bonique conſulat. Illud Latinè redditum ſic ſonat.*

Uſus herbæ Indiæ Orientalis quæ *Thée* ſive *Chia* dicitur.

*De herba Thee in Medicis plura nota ſunt, verùm priora hæc non ſatis habentur: ſc. quòd diſcutiat, attenuet atque incidat tumores viſcoſiores, & propterea qui ipſis vivunt obnoxij, commodè ea utantur, tam ad præſervationem, quàm curationem. Uſus præterea ſit ſingularis in catharris, unde cephalalgiæ, defluxiones in pulmones, oculorum humiditas capitis gravitas, hemicrania, aſthma; cordis palpitatio &c. unde inſuper creantur ventriculi debilitas ut & alij partium inferiorum affectus. Quòd inſerviat eadem herba membris debilibus roborandis, in podagra & calculo, uno verbo quòd Chinenſes qui ea frequentius utuntur tota vita artuum renumque dolores nullatenus experiantur. Quòd inſerviat etiam pro impediendâ inebriatione. Si ante potationem aſſumatur; ut & pro arcendo malo quod crapulam ſubſequitur ſi eo tempore eius infuſum doſi conveniente hauriatur. Quòd laudetur ab iis qui noctes inſomnes tranſigere volentes ea in hunc finem uſi ſunt. Quòd hominem roboret fugetque mala quæ ab impuro aëre procrearentur.*

*In India ſic ea vulgò utuntur, lentè ſc. exſiccatam, in aqua leniter ebulliunt atque decoctum ſaccharo edulcoratum calidè hauriunt, Dos. herbæ pro una vice eſt* ʒß. Dos. *aquæ quantum uno hauſtu bibi poteſt, ſacchari quantum libuerit. Verum ſi quiſpiam herba Theé contra crapulam aliaque malà iam efformata utatur integram eius drachmam in aqua ebulliet.*

*Iaponenſes hanc herbam pulveratam aqua calidæ vel aliis potionibus admiſcent ad gr.* 25. *pro præſervatione &* ʒj *pro curatione.*

*Commodè exhibetur cum aliis deſtillata: ſic* ℞ *herba Thée* ℥ij. *affunde vini optimi & anneſi, vel aquæ meliſſæ ſtillatitiæ vel pro calculo, aquæ petroſelini, pro capite, aquæ ceraſor. nigrior. vel majoranæ,* ℔iij, *cinnamomi acuti ſi libuerit* ℥j. *Relinquantur diem unum aut alterum, poſt deſtillentur in* MB. *ad dimidias, dos. cochleare j. vel ij. manè jejuno ſtomacho.*

*Poterit etiam infuſum ex herba Thee hac ratione parari.* ℞. *herbæ Thee* ℥ß. *affunde liquorum prænominatorum vel vini malvatici* ℔j. *Dos. hujus infuſi eſt à cochlearibus duobus ad cochlearia quatuor, matutinis horis. Sique aliquid cinnamomi, vel ſacchari, pro guſtu demulcendo, admiſcere animus ſit, id omnino liberum erit.*

*Si adhibeatur herba Thee in artuum doloribus eticendis, calculo expellendo, vel Chiloſi promovenda & facilitanda, hæc eſto ejus præparatio.* ℞. *Aquæ cujuslibet appropriatæ vel fontanæ ſimpl. q. v. cremoris tartari ad ejuſdem ſaturationem: utere hac impraegnatione pro infuſo. Advertendum autem ſi ipſa vel infuſa, vel deſtillata ſuperiùs enarrata, pro chyloſi promovenda aſſumantur, illud fieri debere ante paſtum, vel in ipſo paſtu.*

*Si placeat Conſervam parare.* ℞. *herbæ Thee craſſo modo contritæ q. l. Sacchari in aqua appropriata diſſoluti tantundem, vel etiam duplum. Decoquatur ſacchari diſſolutio ad ſyrupi conſiſtentiam, tuncque admiſta herba Thée, ut dictum pulverata, parata erit conſerva. Dos. ad quantitatem nucis moſchatæ. Poſſunt etiam ex ea parari rotulæ vel morſuli ſ. a. ex ſaccharo in aqua appropriata diſſoluto.*

*Extractum præterea parabitur cum Spiritu vini, vel aqua tartaro impraegnata: ſed quoniam in extracti inſpiſſatione partes tenuiores atque volatiores, in quibus tota medicamenti virtus poſita eſt, in auras abeunt, neceſſarium erit eas mediante deſtillatione excipere, ſeorſim aſſervare atque cum opus fuerit extracto admiſcere. Dos Extracti eſt à gr. viij. ad gr. x. Menſtrui herbæ. Dos. aquæ in extracti paratione exceptæ, erit à cochleari j ad cochlear ij. Obſervandum autem ut partes tenuiores avolent, non tantum in prædicta herbæ Thée extractione, ſed etiam in ejuſdem decoctione ut eti admodum lentè propterea procedendum vaſiſque bene obturatis.*

*Tempus uſus commodius, ni alia urgeat neceſſitas erit manè ieiuno ſtomacho, quo faciliùs in omnes corporis partes ſe diffundat. Atque etiamſi quotidie ſine noxa adhiberi poſſit hæc herba, advertendum tamen ut illi nimium aſſueſcat natura atque in alimentum convertat quod præſtans fuiſſet medicamentum. Propterea magis è re erit, bis tantum, vel ter in ſeptimana eam ſumi: ni adſit impurus aër, vel aliud quidpiam quod urgeat.*

*Tandem obſervandum ſomnum admodum eſſe neceſſarium pro reparandis ſpiritibus, vitæque & virium conſervatione: eapropter videndum ut illi moderati hac herba aſſumta fuerit impedimentum.*

*Hæc pauca de uſu herbæ Thée ſufficiant. Videat tamen Medicus præſens varia illius præparata ſæpius, pro re nata, aliis admiſcere medicamentis ſimplicibus aut compoſitis, iiſque convenienter uti.*

T.

HOFMAN. *Thee, ſive Tchia Iaponis dicta, vel Cha, aut noſtro* pronunciandi modo Cia. Cùm non deſint tam Medici, quàm alii Nobiles & ignobiles, quibus hæc planta exotica aliquot retrò annis ob ſingulares, quas in variis curandis affectibus præſtitit virtutes, cognita in uſu eſt, nec *D. Autor* ejus mentionem fecerit, eò quòd tum temporis forſan nondum ſatis perſpecta fuerit, neceſſarium etiam duxi, licet & in *D. Autoris appendice* ab aliis id ipſum factum ſit, hujus hiſtoriam hoc loco pertexere.

Inter Dumos refertur, & valdè cognata eſt *Rhus americana*, folia habet oblonga, acuminata, & in ambitu crenata, inſtar bellidis vel veronicæ noſtratis. Et quamvis folia totius plantæ unius ejuſdemque formæ & ſubſtantiæ ſint; magnitudine tamen variat, ita ut in uno dumeto diverſæ magnitudinis folia obſerventur, majora in infimis, minora in ſupremis frondibus, gradatim propullulantia. Horum parvitate & magnitudine pretio metiuntur. Foliorum enim exſiccatorum primæ magnitudinis libra unico conſtat belgico floreno; ſecundæ magnitudinis tribus, tertiæ magnitudinis quinque, quartæ

magnitu-

magnitudinis quindecim, quintæ quinquaginta, & ultrà. Sed minoris jam pretii ſunt.

Hujus radices ſunt fibroſæ in minimas diſperſæ particulas.

Creſcit in Iaponia & Chinâ Indiæ Orientalis. *Chinenſis* folia ſunt ex nigro viridantia; *Iaponenſis* verò colore dilutiore ac ſapore gratiore. Illa amari ſaporis & adſtringentis, hæc ſaporis ſuavioris, ut propterea longè pluris æſtimetur, veniatque non rarò una hujus libra centum argenti libris.

Folia verno colligunt tempore, inque umbrâ exſiccant & ad quotidianum uſum reponunt.

*Chinenſes* in aquæ ferventis vaſculum folia ejus aliquot dejiciunt, inde decoctum ſeu infuſum calidum, poſtquam horum vim imbibit, epotatur, ipſa verò folia relinquuntur. *Iapones* folia hæc pulveriſata aquæ ferventis cyatho miſcent, quantum duobus vel tribus cochlearibus continetur & ita permixtam potionem ebibunt. Miſcent etiam hanc Plantam cum pauco ſalis vel ſacchari, & cum liquore aliquo decoquunt, decoctum hoc calidum continuo in potu adhibent, non in menſâ ſolùm, ſed etiam venientes & abeuntes hoſpites & amicos hoc excipiunt, & non putant jus hoſpitalitatis ſe impleviſſe, niſi hanc potionem, quam etiam Chiam vocant, propinaverint, idque eâ animi inclinatione, ut Magnates & Principes ipſi in Sinâ ac regionibus vicinis hâc herbâ valde delectentur, adeò ut non detrectent, ſed potius honori ducant, ſuis manibus eam vel amicis decoquere, vel alioquin ei miſcendæ aut temperandæ operam ſuam impendere, exſtructis proptereà in palatiorum ſuorum interioribus conclavibus ac foculis ex pretioſiſſimis lapidibus aut lignis iſti operi ſpeciatim dicatis: in quibus etiam curioſè aſſervantur ollæ, tripodes, infundibula, calices, cochlearia, aliaque perpolita hujus culinæ inſtrumenta, quæ aureorum millibus redempta ac ſericis integumentis involuta intimis ſolùm amicis oſtendunt, nec minori loco habent, quàm apud Nos adamantas, gemmas ac ſummi pretii monilia.

*Vires.* Calefacit moderatè & ſiccat, aperit, reſolvit, attenuat, diuretica & anodyna eſt; Unde meatus urinarios aperit, capitis tollit dolorem, gravedinem, lippitudinem, dyſpnœam, ventriculi imbecillitatem, ac inteſtinorum tormina demulcet, ſplenem purgat, ſanguinem & humores contemperat, ebrietatem avertit, novaſque vires ad potandum affert, memoriam reddit felicem, laſſitudinem ac ſomnum evidenter compeſcit, vapores vel reprimendo vel reſolvendo, vel vias, per quas mediante ſanguinis circulatione in cerebrum adſcendunt, coarctando & cerebrum ipſum corroborando, ita ut ſorbitionem hujus decocti aſſumentes videas interdum integras noctes lucubrando conſumere, ac ſine ullâ moleſtiâ inexpugnabilem dormiendi neceſſitatem evincere; Folia ad nos afferuntur exſiccata & contorta, horum drachma una vel altera in aquæ ferventis ſextario ebulliat, donec amareſcens quodammodo aſtringens percipiatur decoctio & ſubrubrum acquirat colorem, quæ colata, Saccharo edulcorata & inſtar juſculi calida propinata jejuno ſtomacho vel poſt paſtum, corpus & animam reficit, vitam in longam ſenectutem prolongare & à morbis corpus præſervare dicitur.

Notandum tamen apud Belgas & illorum in primis ſexum muliebrem magnum eſſe hujus *herbæ Thee* abuſum, quòd non ſolùm ejus decoctum in magnâ copiâ bibant, ventriculi digeſtionem perturbans, ſed & poſt prandium ſtatim & cœnam hauriant, cum tutior ejus ſit uſus, exantlatâ coctione. Eo non obſtante, *Patrem Martinum Martini* judicare, poſt cibum etiam aſſumptum ejus uſum non eſſe rejiciendum, quaſi cruditates ventriculi ſit conſumendo & ventriculi digeſtionem juvando. *vid. Olai VVormii Musæum. Iohann. Maffæum Rer. Indic. Libr. 6. & 11. Ludovic. Almeydam.* ſelect. epiſtol. Libr. 4.

De herba *The* rurſus quæpiam ex *R. P.* Athanaſio Kirchero in ſua China Illuſtrata, addidiſſe non incongruum fuerit quò magis innoteſcat planta toto orbe jam celeberrima. Sic autem ille lib. c.

*Planta dicitur* Chà, *vel noſtro pronunciandi modo* Cià, *cujus uſus in China clauſtris contineri neſcius, Europæ quoque paulatim ſe inſinuare attentat. Hæc planta etſi in variis* Chinæ *regionibus, uti & in* Tartaria, *copioſo proventu lucroque naſcatur, in una tamen, quàm in altera Provincia melioris præſtantioriſque nota eſt, potiſſimùm in Provincia* Kiangnan *in territorio civitatis* Hocicheu; *paſſim notus eſt potus ex ea confectus, qui calidus ſumitur, quod non ſolum universum* Chinæ *Imperium, ſed &* India, Tartaria, Tebeth, Morgor, *ac omnes orientalis Oceani incolæ utuntur, non ſemel in die, ſed quoties ipſis libuerit; virtute ſanè præſtantiſſima pollet, quam niſi ſæpius patrum noſtrorum inuitatione didiciſſem, vix ad id credendum induci potuiſſem, cùm enim diureticæ facultatis ſit, omnes meatus nephriticos ſeu renum mirificè aperit, caput ab omni vaporum fuligine liberat, adeò ut viris literatis, nec non magna negotiorum mole diſtentis ad vigilias continuandas nobilius aptiuſque remedium à natura non conceſſum videatur, & quamvis prima vice nonnihil inſipidum amarulentumque ſit, uſu tamen ejuſmodi potus non ſolum non ſit inamœnus, ſed in tantùm gulæ irritamentum exurgit, ut eo aſſuefacti ſemel, vix amplius eo abſtinere queant; Et quamvis* Turcarum Cave, & Mexicanorum Cocolata *eundem præſtent effectum,* Cià *tamen, quam nonnulli quoque* Té *vocant, ea multùm ſuperat, tum quia temperatioris naturæ eſt, tum quia* Cocolata *temporibus calidis plus æquo inflammat,* Cave *verò bilem quoque accendat;* Cià *verò ſemper nullo ad tempus reſpectu habito & innoxia eſt, & mirificè proficua, non ut dixi, ſemel ſumta, ſed centies etiam in die.* Verùm *cùm plantam hujus quàm exactiſſimè* Atlas Sinicus *deſcribat, ejus verba hic addam. Foliculum eſt illi omnino ſimile, quod* Rhus Coriaria, *quam &* Sumach *vocant profert, imò illius quandam eſſe ſpeciem tantùm non mihi perſuadeo, non tamen ſylveſtre illud, ſed cultum eſt, non arbor, ſed virgultum eſt, quod in ramulos varios aut virgulas potius ſe ſe diffundit, nec flore admodum differt, niſi quòd hujus albedo, nonnihil magis in flavedinem declinet: æſtatè primum florem emittit levi odore fragrantem, ſequitur bacca viridior, mox nigricans. Pro potu Chà coquenda expetitur folium primum vernum ac mollius, quod ſtudioſè ac ſigillatim unum poſt alterum manu carpunt, mox in ferreo cacabo, tenui ac lento igne aliquantulum calefaciunt, deinde ſupra ſtoream ſubtilem ac levem manibus propellendo involvunt, atque involutum iterum igni exponunt, ac denuò confricant donec intortum rurſus & conglomeratum planè ſiccum ſit; quod ſervant in vaſis plerumque ſtanneis ab omni humiditate diligentiſſimè & evaporatione cuſtoditum. Hoc cùm in ebullientem aquam conjicitur, etiam poſt diuturnam aſſervationem ad priſtinum virorem redit, ſeſeque expandit, aquam odore ſuavi, ſi optimum eſt, ſaporeque non ingrato, præſertim ubi adſueveris, ac colore ſubviridi inficit. Multis hujus calidi potus vires ac virtutem deprædicant* Sinæ, *qui eo noctu & interdiu frequentiſſimè utuntur, hoſpiteſque excipiunt: tanta autem ejus varietas ac præſtantiæ diſcrimen eſt, ut libræ pretium apud ipſos* Sinas *ab obolo aſcendat ad duos plureſque aureos. Illi potiſſimùm adſcribitur, quòd* Sinæ *podagram ac calculum neſciant. Poſt cibos ſumtum omnem indigeſtionem ac cruditatem ſtomachi tollit: maximè enim concoctionem iuvat, quin & ab ebriis adhibitum, levamen iis, novaſque ad potitandum omnes moleſtias levat, ſiquidem exſiccat & abſtergit ſuperfluos humores, ac vigilare cupientibus ſomniferos vapores expellit, oppreſſionemque ſomni ſtudiis vacare volentibus arcet. Varia apud* Sinas *habet nomina, juxta varia loca, eamque quam obtinet præſtantiam hujus urbis præclariſſimum* Sunglocha *vocari ſolet.*

Thapſus barbatus
vide
Verbaſcum.

## ¶ CCCLXI. *Thlaſpi.*

Bauren-Senff. Senevé ſauvage. *Thlaſpum, Countrey-Muſtard-ſeed, Wild Sena.* Thlaſpi/ Biſſel-kruyt/ Boere-kerſſe/en Senna/ Wilde-Moſtaert. Genera varia ſunt eaque promiſcuè uſualia. Præferuntur tamen arvenſia.

Nomen Thlaſpi Botanicis ferè omnibus vulgare eſt.

Naſcitur in locis incultis, ſaxoſis, apricis, parietibus ac tectis. Floret Majo, maturelcit Junio.

### OFFICIN. NAT.

*Semen & Herba.*

Vires. *Calf. & ſicc. 4. abſtergit. Uſus præcip. in internis abſceſſibus rumpendis, menſibus ciendis, Iſchiaticis affectibus curandis. Extrinſecus abſtergit ulcera quæcunque manantia, inſuperque ptarmicum eſt, ſed minus vulgare.*

N. *Gravidis, quia fœtum necat, infenſum cenſetur.*

HOFMAN. *Thlaſpi.*) *Hujus variæ ſunt genera.* Nobis tamen *arvenſe*, vel quod in locis incultis, ſaxoſis, apricis, parietibus ac tectis naſcitur, in uſu eſt. Floret Majo, maturelcit Junio. Germ. Bauren-Senff.

*Vires. Calefac. & ſicc. abſterg. &c.*) Internos rumpit abſceſſus, prodeſt Iſchiaticis, menſes promovet, fœtum enecat. Hujus Semen hydropicis etiam & dyſentericis ob vim ſuam diureticam admodum eſt utile.

## ¶ CCCXLII. *Teucrium.*

Teucrium, *Fuchſ. Cord. in D. Lon. Lob. Caſt.* Teucrium. 1. *Tab.* & C.B. 2. *Matth.* chamædrys 2. ſeu aſſurgens, *Dod.* Teucrium vulgare fruticans ſeu 1. *Cluſ. hiſt.* Teucr. latifolium, *Ger.* German. Groß Bathengel/ Germandrée, cheſuette. *Teucrium A greater ſort of Germander.* Teucrium / Een Slagh van groot Gamanderliin.

Creſcit locis herboſis aſperis, aridis, apricis: Floret Aprili, & Majo.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus, vel & herba antequam flores eruperint collecta.

Vires. *Calefac. & ſicc. 2. Epatica eſt, ſaporis amari, viribus omnino convenit cum chamædri.*

HOFMAN. *Teucrium* admodum rarò eſt uſus, & quia viribus convenit cum chamædri prætermittimus h. l. & chamædrim ſubſtituimus.

## ¶ CCCXLIII. *Thymus.*

Thymus C. B.
- 1. Vulgaris, folio tenuiore. *Hæc uſualis.*
- 2. Vulgaris folio latiore.
- 3. Capitatus.
- 4. Inodorus.

Dicitur Thymus, *Brunfelſ. Trag. Matthiol. Fuchſ. Cord. hiſt. Lon.* Thymus durior, *Cam.* noſtras, *Cord. in D.* Serpillum hortenſe, *Dod.* aliàs Thymum. Arab. Haſce. German. Römiſcher/ Welſcher Quendel/ Thymian. Du Thym. *Time, garden Thyme.* Thymus.

Creſcit noſtratibus in hortis: floret Julio.

### OFFICIN. NAT.

*Herba ſeu Folia & Semen.*

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. ſaporis ſubacris, atten. incidit, diſcutit. Uſus præcip. in affectibus Tartareis 1. Pulmonum, ut aſthmate, tuſſi, 2. Artuum, ut podagra; omnia viſcera reſerat, appetitum excitat. Extrinſecus in tumoribus frigidis, ſugillationibus, inflationibus ventris, doloribus arthriticis.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ Ex herba cum floribus.
2. *Spiritus.*
3. *Oleum ſtillat.*

## ¶ CCCXLIV. *Thymiama.*

Thymiama (*officinis* corruptè Thymiama vel Thuris cortex, vel Thus Judæorum, quòd Judæi in ſuffimigiis frequenter eo utantur) corticoſum quid eſt ex India allatum. Videatur Styrax rubra, *Belon.* Naſcaphtum, *Cord. hiſt.* Storax rubra officinarum, C. B. 3.

Vires. *Conſtrictionibus vulvæ ex ſuffitu prodeſt. Odoris jucundi gratiâ & ſuffimentis immiſcetur. Vide thuris cortex. Claſſ. 2.*

N. *Sunt qui & Ammoniacum electum, thymiama appellitant.*

HOFMAN. *Thymiama.*) *Thymiamatis nomine muſſa quædam* ad Nos defertur ex variis conſtans corticum fragmentis, ſiſibilis, atro-purpurea, odoris grati, quam Narcaphtum dici volunt alii. Hæc ſola vel per ſe, vel cum aliis quibuſdam ad ſuffimenta adhibetur. Defertur autem ex Indiâ. vid. *Dioſcorid. de ſolaum, Bauhin. in Dendrolog. Lib. 4. Cap. 30.*

## ¶ CCCXLV. *Tilia.*

Tilia, Linden-Baum. Tillet. *Line or Lyme-Tree.* Lindeboom.
- Mas eſt ſterilis. *Hæc nobis inuſitata.*
- Fœmina, flores ac ſemen proferens.

Dicitur Tilia fœmina, *Brunfelſ. Matth. Fuchſ. Lob. Tab.* Tilia *Lon. Dod.* ſativa, *Trag.* Phyllirea, *Caſ.* Tilia fœmina fol. majori, C. B. 5.

N. *Eſt & folio minore Tilia ſylveſtris, Trago. quæ priori per omnia ſimilis, niſi quòd ſit minor & nigrior.*

### OFFICIN. NAT.

*Flores, Folia, Cortex, Semen, Lignum, Viſcum.*

Vires. Flores *calf. & ſicc. parùm anodini, diſcut. cephalici ſunt. Uſus præcip. in Epilepſia, Apoplexia, Vertigine.*

Folia ac Cortex *ſiccant, repellunt, urinam ac menſes cient* [*decocti Corticis in Vino Carbunculum feliciter uſum recordor.*] *Extrinſecus ambuſtis ſuveniunt* (*mucilago ſcilicet extracta ac immiſſa.*)

Semen *dyſenteria & fluxionibus quibuſcunque medetur, etiam hæmorrhagiæ narium, (naribus ſcilicet inditum.)*

Lignum *in ritiones* ✝*i aſperſum redactum, ſanguinem coagulatum fortiter reſolvit.*

*Extrinſecus adhibentur folia in apoſtematis ac tumoribus pedum diſcutiendis: corticis mucilago in ambuſtis ac vulneribus magni eſt ſolaminis.*

N. *Humor defluens è medulla diſſectæ tiliæ capillorum defluvio occurrit.*

Viſcum tiliaceum Lindenmiſtel, du Viſc, glu ou

guy de Tilleul. *Miſcelto of lyme tree or Lindentree of Teylcke.* Lym vyt den Lindeboom/ ad motus convulſivos epilepticos utile cenſetur.

PRÆPAR.

1. ▽ *ſtillat.* Ex floribus.
2. *Spiritus.*
3. *Conſerv.* Ex floribus.

Hofman. *Tiliæ.*) *Philyra, non Phillyrea*, licet *philyram* cum *phillyreâ* multi confundant. Communiter cum *Autore aliam marem* ſtatuunt, *aliam fœminam.* Quænam autem *Mas* ſit *Tilia*, non ita conſtat. *Fœmina* uſitatior ac frequentior eſt. Germ. Linden-Baum. Vallibus & aquoſis gaudet montibus. In confinibus Lipſiæ admodum frequens delitias ob opacitatem deambulantibus & recubantibus tempore æſtivo præbet.

Paulò antè æquinoctium germinat; Floret Majo & Iunio.

*Vires. Flores calefac. & ſicc. partium tenuium &c.*] Ex his aqua & *ſpiritus deſtillat.* perutilis eſt ad motus convulſivos epilepticos, cordis palpitationes, ſuffocationes hypochondriacas, apoplexiam, vertiginem &c.

*Folia & Cortex ſiccant, repellunt &c.*) Non repellunt, ſed diſcutiunt, unde & foliorum decoctum tumores pedum diſcutit, & in aphthis, & ambuſtis convenit.

## ¶ CCCXLVI. *Tormentilla.*

Tormentilla C.B. { 1. Sylveſtris. *Hæc uſualis.*
2. Alpina { major folio ſericeo.

Appellatur Tormentilla, *Brunſ. Matthiol. Dod. Cord. Lon. Lob. Caſt. Tab.* (cui conſolida rubra,) *Ger.* Heptaphyllum, *Fuchſ.* German. Tormentill/ Heil Wurtz/ Blat-Wurtz/ roth Guntzel/ roth Heil-Wurtz/ Ruhr-Wurtz. Tormentille. *Tormentil.* Tormentille.

N. *Sunt qui* χρυσόγονον, Dioſcor. *eſſe velint.*

Creſcit paſſim in herboſis ac arenoſis locis: florere incipit Majo.

OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Siccat.* 3. *ſine inſigni caliditate, aſtringit, vulneraria, diaphoretica ac alexipharmaca eſt. Uſus præcip. in peſte, morbiſque cæteris malignis, inprimis ſi cum fluxu alvi conjuncti ſint, in catarrhis exiccandis, in lue venerea, in veneno hauſto, in vulneribus. Summatim non eſt vegetabile, quod influxionibus quibuſcunque (alvi, uteri,) uſitatius ſit, quàm hæc tormentilla radix. Extrinſecus iiſdem adhibetur variis in affectibus, in vomitu, vulneribus, & ſim.*

PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba tota cum floribus collectis Majo.
2. Extractum radicum.

Hofman. *Tormentilla.*) Scilicet *Sylveſtris Bauhini*, ſive *heptaphyllum*, Germ. Tormentill. Hertz-Wurtzel.

Earundem eſt virium cum *quinquefolio*, de quo vide ſuprà; vel *de Biſtorta ejus ſuccedaneâ.*

N. Radices tormentillæ in ſe coloris expertes videntur; ſi autem ſp. vini affundas, grato rubore tingunt, idem obſervatur in Pimpinellâ ſanguiſorbâ.

Tribulus Aquaticus.

*De eo ſic in Appendice Authori annexa.*

Tribulus Aquaticus: Waſſernuß/ Stachelnuß/ Spitznuß/ Macres. *Noix ou Tribule d'eau Water-nuts, ſalegots,* or *water-caltrops.* Waternoten/ τρίβολος ἔνυδρος, ad differentiam Tribuli Terreſtris appellatur, quà de re vid. *Dioſcorides* l. 4. c. 14. & *Theophraſtus* l. 6. c. 5. de hiſtoria Plantarum: *Ruellius* putat Tribulum aculeatum Theophraſti eam eſſe plantam, quam Hetruſci vulgò vocant Cacatrippola, ſed hunc hanc ad rem refutat *Matthiol.* Quoad vires *Galenus* lib. 7. de med. ſimpl. ſtatuit Tribulos aquaticos conſtitui ex humida eſſentia modicè frigida, ſiccaque adſtringente, & hinc uſum eorum eſſe contra phlegmonatum generationes & influxus. Ingrediuntur Tribuli Aquatici *Ungnentum Ægrippæ* cujus compoſitionem pulchrè exponit *Antonius de Sgobbis* in Theatro Pharmac. pag. 492. Venetiis nuper excuſo. Tribulus autem Aquaticus foliis provenit notante *Matthiolo* p. 627. latis, ſubrotundis, craſſis, & averſa parte maculoſis, nervoſiſque & per ambitum ſerratis, prælongis & craſſis pediculis nitentibus; caulem edit craſſum pinguemque, ſed in ſummitate longè vegetiorem, quàm ab radice. Radix illi longa, comantibus ſpicaceis capillamentis. Fructum profert nigrum caſtaneæ magnitudine, triplici armatum mucrone, unde illi nomen, cortice membranoſo, & albâ intus medulla, guſtu caſtaneis haud abſimili, vulgus aquaticas caſtaneas vocat, ac non ſecus ac caſtaneis eo in cibo utitur. Quin etiam quibuſdam in locis è ſiccis tribulis in farinam redactis, per annonæ inopiam agreſtis plebecula panem parare ſolet, perinde ac ex caſtaneis parantur ab aliis. Sunt etiam qui eoſdem tribulos ſub cineribus aſſatos pro gratis bellariis edant. Ex his porro qui peregrè proficiſcuntur, verticillos faciunt, quibus ſuas preces enumerent, colloque geſtent, ut majorem præ ſe ferant religionem, ne dicam hypocriſin. *Confirmat* hoc *Amatus Luſitanus* Comment. in Dioſcor. Cl. *Simon Pauli* mitris Ieſuiticis tribulos aquaticos comparat p. 507. quadrip. Botan.

Hofman. *Tribulus Aquaticus.* Hujus etiam mentio facienda fuit, unde & *Appendici D. Autoris demum fuit inſertus. Fructus* ejus aculeati ſunt, tribus robuſtis aculeis, ubi induruêre, prædìti, quo tempore etiam nucleus fit durus. *Foliis* prædìtus eſt amplis inſtar ulmi, pediculis longis, caule in ſupremâ parte craſſiore, unde folia & fructus dependent, qui nigri & duri.

Naſcitur in ſtagnantibus fluviorum locis, lutoſis lacubus; & eſt frequens in Wittebergæ confinibus, item non procul à Lipſiâ ad pagum Rothe/ Et in pleriſque Italiæ ac Mantuani & Ferrarienſis agri fluminibus & lacubus frequens. Floret Iunio, & fructus matureſcit Autumno.

*Vires.* Exſiccantis, adſtringentis & refrigerantis eſt naturæ; Unde folia cocta in aqua f.' addito melle gingivarum & faucium inflammationibus, aphthis medentur; item eorum ſuccus collyriis additur. Fructus Lapides in renibus comminuit eſitatus *Gal. Libr. 8.* de ſimplic. medic. facult. Dyſenteriæ confert, &c. reliqua *vid.* in *Nobiliſſ. D. Balthaſar. Timæi à Guldenklee Libr. 6. Epiſt. V.*

## ¶ CCCXLVII. *Trichomanes.*

τριχόμανες, ſeu Polytrichum officinarum, C. B. Trichom. *Trag. Matthiol. Fuchſ. Dod. Cord. hiſt. Lob. Caſt. Cam.* Trichom. mas, *Tab. Ger.* Adiantum rubrum, *Lon.* Polytrichium vulgò *Caeſalp.* aliàs capillaris Filicula. German. Widertodt. Du Trichomanes: *Golden* or *red Maiderhayr. Venus Goldenlocks.* Geel/ Goude/ of roo Vrouwen-hayr.

N. C. B. *Ex Tabern. diverſa genera refert, verùm promiſcuè ſingula in uſum accerſi poſſunt.*

Provenit locis humidis juxta aquas in vetuſtis pa-

 rietibus

rietibus ac muris. Vireſcit perpetuò, ſterileque eſt.

### OFFICIN. NATIVA.

*Flores* ſeu herba integra.

Vires. *Adianthe* [*capillo* ♀*is ut & Rutæ murariæ*] *facultatibus omnibus reſpondet, ideoque eò recurrendum. Peculiariter tamen monet Tabern. quod* ▽ *ſtillat. inprimis proficua ſit iis, quibus jecur putreſcere incipit.*

### ¶ *CCCXLVIII. Trifolium.*

Trifolii quàm plurima paſſim occurrunt genera, nimirum plantæ quæcunque foliis ternis germinantes hoc ſibimet nominis jure nativo vendicant. Ex omnibus tamen, non niſi ſpecies paucas officinis inſervire comperimus: hæ ſunt,

Trifol. { Acetoſum. *Vide Acetoſella.*
Aureum. *Vide Epatica Nobilis.*
Odoratum. *Vide Lotus & melilotus.* }

[Trifolium Paluſtre, fibrinum. Biberklee/ Lungenklee/ commendatur expertum ad ſcorbutum & hydropem parari poteſt eſſentia.]

### ¶ *CCCXLIX. Triticum.*

Triticum nobis uſitatius eſt duplex, hybernum & æſtivum.

1. Dicitur hybernum ariſtis carens, C. B. 1. *Matth.* Triticum, *Brunf. Cord. h. Dod. Tab.* Trit. 1. genus, *Trag. Fuchſ. Lon.* Siligo ſpica mutica, *Lob.* Trit. ſpica mutica, *Ger.* Τυρὸς, Robus, *Arab.* Henta, Henca, Hantha, Germ. Weiß/ Winter-Weiße. Patte de cheval. *Winter-Wheat.* Winter-Terwe.

2. Appellatur Triticum æſtivum, trimeſtre Setanium, *Gal.* German. Sommer-Weiße. *Summer-Wheat.* Somer-terwe.

Eſt & triticum terreſtre, *Cord.* aliàs Zea amylea, vel Zoopyrum amyleum, C. B. 3. Trit. 2. *Trag.* Tritic. amyleum, *Tab.*

### OFFICIN. NAT.

*Semen* ejuſque *Farina & Furfures.*

Vires. *Moderatè calfac. emollit, maturat, diſcutit, internus ejus uſus cibarius eſt, multum enim ac bonum nutrimentum ſuppeditat, incraſſat & obſtruit. Extrinſecus adhibetur (farina in tumoribus molliendis, leniendis, &c.) in oculorum inflammationibus ac fluxionibus (cataplaſmatis formâ impoſita) in Eryſipelate, podagriciſque doloribus leniendis (ſicca farina impoſita.)*

Furfures *abſtergunt ſquamulas capitis, leniunt dolores, (in cataplaſ. vel ſacculis.)*

Triticum trimeſtre inſervit amylo conficiendo.

### PRÆPARAT.

1. ▽ *ſtillat.* Ex pane in MB.
Vires. *Siſtit fluxus alvi in infantibus, &c.*

2. *Oleum tritic.* Parari poteſt deſtillando per deſcenſum, ex tritico contuſo, ſed inuſitatum eſt.
[Ad abſtergendas maculas uſurpatur.]

N. *Alii extendunt triticum contuſum ſuper laminam ignitam, vel torrent in ſartagine ac exprimunt.*

### ¶ *CCCL. Tuſſilago.*

Tuſſilago. { Vulgaris. *Hecuſtalis.*
Alpina { rotundifolia glabra.
rotundifolia caneſcens.
folio oblongo. } }

Dicitur Βήχιον, *Dioſc. Cord. hiſt.* Ungula Caballina, *Brunf. Trag.* Tuſſilago, (Bechium, *Matthiol. Fuchſ. Cord. in D. Lon. Dod. Lob. Caſ.* vulgaris, (*am.* aliis Farfara, Farfarella, German. Huff-Lattich/ Brand-Lattich/ Roß-hub. Touſſilage ou pas d'Ane. Du Froment. *Coltsfoot* Hoefblaederen/ Paarts-klauw.

Naſcitur in amœnis ac riguis locis, crepidineſque fluminum amat: Floret Martio.

N. *Dicitur & Filius ante patrem, quia Februario & Martio foliis nondum egreſſis, repente florit, floreſque fugaciſſimos ultra biduum ferè cum caule non perſtantes profert.*

### OFFICIN. NAT.

*Folia, Radix.*

Vires. Radices & Folia *virentia temperatis proxima ſunt, (al. refrig.) ſiccata verò modicè acria & calida evadunt. Planta eſt thoracica. Uſus præcip. internè in tuſſi (unde & nomen habet) orthopnœa, vomiciſque pectoris, quibus ſingulis & fumus ejus ore hiante attractus mederi creditur [dicitur etiam quartanam arcere ſuccus 9. diebus potus.] Extrinſecus proſunt ulceribus calidis & inflammationibus (folia recentia impoſita;) (item fol. & flor. in vino cocta cum Maſtiche, Myrrha, lithargyrio, arcent gangrænam, Aſciticorum cruribus exulceratis.)*

### PRÆPARAT.

1. *Syrup. de farfara,* è ſucco foliorum.
2. *Conſerv.* è flor.
3. ▽ *ſtillat.* è foliis.
4. Loch de farfara.

HOFMAN. *Tuſſilago.*) *Ungula caballina ob foliorum ſimilitudinem;* Aliis *Farfara, Farfarella* ab ejuſdem floris *Farfara,* Alii *filium ante patrem* ob præpoſterum floris & caulis ortum. Caulibus enim & floribus adeò citiſſimis erit, ut quidam arbitrati fuerint, *Tuſſilaginem* flore & caule non præditam eſſe. Ab effectu autem, quem præſtat in tuſſi compeſcendâ, *Tuſſilago* dicitur.

Creſcit ad fontes & rivulorum ac fluviorum ripas ac foſſarum margines ſpontaneo ortu. Flores, uti diximus, cum Caule fugaciſſimi ſunt ſtatim ſub finem Martii, poſteà ſuccedentibus foliis, totâ æſtate perdurantibus.

N. Decoctum flor. tuſſilaginis in vino factum, in quo Maſtich. Myrrh. lithargyr. ſ. q. diſſolut. Valet contra gangrænam hydropicorum in exulceratis cruribus.

## V.

### ¶ *CCCLI. Valeriana.*

Valerianæ uſuales ſunt { Hortenſis.
Sylveſtris { Major.
Minor. } }

*Hortenſis* inſignitur. Phu magnum. *Fuchſ. Matth. Lon.* majus, *Matth. Cord. hiſt.* verum, *Cord. in D.* Ponticum, *Tab.* Valeriana vera, nardus agreſtis, *Trag.* Valer. major, *Lob.* (*am.* Valer. hortenſis, *Dod. Ger.* C. B. 1. (cui & Phu folio oluſatri Dioſcoridis) Carpeſium, *Caſ.* Terdina *Paracelſo*, groß Baldrian/

drian/ groß Garten-Baldrian. Valeriane. *Garden-Valerian.* thuyn-Valeriane.

*Sylveſtris* major, C.B. 4. dicitur Phu ſimilitudine Elaphoboſci Dioſcoridi. Valeriana, *Brunf.* vulgaris, *Trag. Cord. in D.* Sylveſtris, *Lob. Dod. Cam. Cluſ. hiſt.* major, *Tab.* Phu parvum, *Matth. Caſt.* Phu Dioſcorid. *Brunfelſ.* vulgare, *Fuchſ. Tab.* Phu Germanicum, *Fuchſ.* groſſe wilde Baldrian. Bouillon. *Great vvild Valerian.* Groote wilde Valeriane/ byſommige Speer-kraut.

*Minor* appellatur Valeriana paluſtris (ſylveſtris) minor, C.B. Valeriana exigua vel 4. *Trag.* Valer. minor, ſylveſtr. *Lob.* minima, *Dod.* ſylveſtr. ſeu paluſtris minor, *Cam.* Phu minus, *Lon. Tab.* minimum, *Matthiol. Caſt. Cam.* (Epit.) klein Baldrian. petite Valeriane. *Small Fenny Valerian the leſſ.* kleyne Valeriane.

Phu verum colitur nobis in hortis, in Ponto & Creta ſpontè provenit, naſciturque in pratis, aliiſque locis humidis: minus, in Campeſtribus udis: florent Majo, Iunio ac Iulio.

Optima cenſetur hortenſis, cui ſuccedit minor, ac demum major.

## OFFICIN. NAT.

*Radix* præcipuè, tùm & *Herba* Phu veri.

Vires. *Calfac. & ſicc. atten. aperiunt; alexipharmaca, ſudorifera ac diuretica ſunt. Uſus præcip. in imbecillitate viſus, peſte, aſthmate, pleuritide, obſtruct. Epatis, Lienis, Ureterum, Hernia, Utero, & ſimil. Extrinſecus confortant viſum, maculas oculorum abſtergunt, cephalalgiam ſedant, menſes cient, ſudorem promovent (in balneis) exiccant catarrhos (ſuffitu) bubonum ac anthracum malignitatem corrigunt, globulos ſagittaſve infixas extrahunt, ulcera inveterata mundificant.*

N. *Sunt qui radicem pro amuleto febris quotidianæ habent, eamque de collo ſuſpendunt.*

## PRÆPARATA.

1. ▽. Ex integra planta (radice, caule ac foliis) in fine Maij.

2. *Extract.* Itidem ex integra planta vel radice ſola paratur.

HOFMAN. *Valeriana*) *Hortenſis* ſcilicet *ſeu Phu Magnum.* German. Groſſer Baldrian. Quæ uſu reliquis præfertur, cui ſuccedit *Sylveſtris Minor, ac demum Major.* German. Groſſer und kleiner wilder Baldrian.

*Phu verum ſeu Magnum* reperitur in altis ſylvoſis montibus, & colitur in hortis. *Sylveſtre* naſcitur in pratis & aliis locis humidis. Floret Majo & Iunio.

*Vires. Calefac. & ſicc. atten. aper. &c.*) Alexipharmaca, diaphoretica & diuretica eſt. Unde uſus ejus eſt in peſte, quæ cauſa etiam quod *Tincturam bezoardicam* ingrediatur, febribus malignis. Hujus decoctum flatus expellit, interna curat vulnera, aſthmati, & pleuritidi medetur, & viſcerum obſtructionibus confert. Utimur eâ etiam in menſium obſtructione, & lochiorum retentione. Externè viſum confortat.

*Ex integrâ herbâ in fine Maij collectâ aqua deſtillatur & ex radice extractum ſ. a. conficitur.* vid. Theſaur. noſtr. Pharmaceutic. ſ. 1. no. xv.

N. *Cl. Riverius radicis valerianæ ſylveſtris* cochl. ß. cum vino, aquâ, lacte aut alio liquore ſpecifico divinum eſſe remedium ant-epilepticum docet.

## ¶ CCCLII. *Verbaſcum.*

Φλόμος, Candelaria, Candela regis, Lanaria, Wull-Kraut/ Kertzen-Kraut. Brenn-Kraut/ Himmel-Brand/ Unholden-Kertzen/ Königs-Kertzen. Bouillon. *Higtaper, Wolvvort, Mullen,* Wol-kruyt.

Verbaſcum C.B.
- Album
  - mas
    - latifoliũ luteum, C.B. 1.
    - anguſtifolium pallidum 2.
  - fœmina
    - flore luteo magno, 3.
    - flore albo, 4.
    - lychnitis flore albo parvo.
- Nigrum
  - fol. papav. corniculati.
  - flore ex luteo purpuraſcente.
- Salvi folium, Hoc ſingulare & rarum ſpeciebus, 4.

Ex his uſualiora ſunt, Verbaſc. mas latifolium luteum, cujus Vicarium eſt, Verbaſc. fœmina flore luteo.

Prius inſignitur Verbaſcum, *Matth. Cord. in D,* Verbaſcum mas, *Lob. Caſt. Tab.* Verbaſcum candidum mas, *Lon.* Verbaſcum latius, *Dod.* Tapſus barbarus, *Ger.*

Poſterius, Verbaſcum ſeu candela regia, *Trag.* Verbaſc. nigrum. *Fuchſ. Lon.* Verbaſcum maximum album fœmina flore ſubpallido, *Lob.* Verbaſc. luteum, *Tab.* Verbaſc. lichnite minus, *Ger.*

Creſcunt locis arenoſis: Florent Julio.

## OFFICIN. NAT.

*Folia, Flores, Radix*, ſed rarò.

Vires. *Calf. moderatè ac ſicc. emoll. diſcut. dolores lenit. Uſus præcip. in morbis pectoris, tuſſi, expuitione ſanguinolenta, torminibus ventris.*

N. *Radix hæmorrhoidum fluxum & dolorem ſiſtere dicitur (diebus 9. vel 10. continuis aſſumta.)*

*Extrinſecus ſunt flores ac folia præcipuæ æſtimationis, in ſopiendis doloribus quibuſcunque & inprimis in affectibus ac tumoribus ani (hæmorrhoidibus:) in capillis luteo colore tingendis.*

## PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex floribus.

2. *Oleum.* Ex infuſione iterata flor. in ol. oliv.

N. *Matthiolus oleum parat ex floribus ſolis, quibus vitrum repletum beneque obturatum exponit ſoli, qua ratione flores aliquatenus liqueſcunt.*

HOFMAN. *Verbaſcum.*) Græc. φλόμος à φλέγω uro, quod ejus caulibus in laternis pro ellychniis olim uterentur; German. Wull-Kraut à foliorum ſimilitudine cum Lana, unde & *Lanaria* dicitur. *Candela Regis.* Königs-Kertzen. *De variis hujus ſpeciebus partim vid. D. Autorem, partim alios Botanographos.* Ex quibus *Mas latifolium luteum*, cujus vicarium eſt *fœmina fl. luteo* in uſum accerſitur.

Creſcit ad agrorum & arvorum margines, aggeres & alia loca inculta. Floret à Iulio uſque ad Octobrem.

*Hujus folia, flores & radix in uſu ſunt, licet D. Autor* radicem rarioris uſus eſſe dicat, tamen nec hæc viribus effœta eſt.

*Vires. Calefac. moderatè ac ſicc. emoll. diſcut. dolores len. &c.*) Unde fl. decoctum ruptis contuſis, convulſis ac veteri tuſſi, *teſte Dioſcoride*, opem præſtat, dentium dolores collutione ſedat, oculorum ardores ac hæmorrhoidum dolores mitigat, ſi eo foveantur, flores lutei lixivio infuſi capillos tingunt.

N. *Radix hæmorrhoidum fluxum &c.*) Imò in omnibus catarrhis convenit tanquam præſentiſſimum amuletum, præſertim *radix verbaſci fœminæ*, hoc eſt, quod per eam æſtatem non floruit, quando colligendum eſt. Colligitur autem die veneris (in ultimâ veneris die lunâ decreſcente) ante Solis ortum à 15. Auguſti uſque ad 8. Septembr. Lunâ decreſcente: poſteà radix purificata exſiccatur in loco umbroſo. Ejus particula in auro ligata

& collo poſteà appenſa mirificè contrà omnes catarrhos qualeſcunque corporis præſervat. Fœminis non prodeſt, conceptum impedit, quamdiu geſtatur, qui eâ remotâ reſtituitur. vid. *Dodonæum & Johann. Hartman. in Praxi chymiatricâ* p. m. 92. 93. *Ex floribus aqua deſtillatur, oleum per infuſ. præparatur cum ol. olivar.*

## ¶ CCCLIII. Verbena.

Periſtereum, Verbenaca, Verbena. Arab. Beneran, Albea, &c. Eiſenkraut / Eiſenreich / Eiſenhart / Dauben kraut. De la verveine. *Vervain, Frenzies* Vervene / Yſer-kruyt.

Verbena.
- 1. Communis. *Hæc uſualis.*
- 2. Tenuifolia Verbenaca ſupina, *Tab.*
- 3. Fœmina. *V. Eryſimon.*

Dicitur Verbena, *Lon.* recta. *Trag.* maſcula, *Brunf.* communis & ſacra recta, *Lob.* Verbenaca, *Matthiol. Caſt.* ſupina (& fœmina,) *Fuchſ. Cord. in D.* recta, *Dod. Tab.* fœmina, *Cam.* vulgaris, *Cluſ. hiſt.* al. Columbaris. Verbenaca communis cœruleo flore, C.B. 1.

Creſcit paſſim juxta muros & vias: Floret Julio ac Auguſto.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* ſeu *Folia.*

Vires. *Calfac. & ſicc. ſaporis amari, aſtring. Cephalica ac vulneraria eſt. Uſus præcip. in dolore, aliiſque affectibus capitis (à frigidis humoribus) in affectibus oculorum & pectoris, in tuſſi inveterata, in obſtruct. Epatis ac Lienis, Ictero, torminibus ventris, dyſenteria, inprimis atterit ac expellit calculum, libidinem coërcet, febrim tertianam fugat, arthritidem mitigat, vulnera ſanat, partum facilitat. Extrinſecus in cephalalgia, odontalgia, alopecia, melancholia; in oculorum lippitudine, imbecillitate, rubore in Angina, in raucedine (collo circumplaſmatizata) in tumore glandularum, in faucibus [gargariſ.] in dolore Lienis [cum axung. porci.] ac podagrico mitigando, in vulneribus aſtringendis ac putridis abſtergendis, in procidentia ani, in mariſcis &c.*

N. 1. *Sunt qui febrim tertianam ac quartanam ſucco, & peculiari modo eâ curant. Nimirum in tertiana recipiunt geniculum tertium [à terra] idque ſurſum decerptum propinant: in quartana quartum.*

N. 2. *Amuleticè ſtrumam verbenâ curari, ſunt qui ſtatuunt. Modum Marcellus Empyricus edocet. Radicem tranſverſim in partes duas jubet dividere, inferiorem ſuſpendere de collo, ſuper orem in fumo. Sic areſcente parte ſuperiore & ſtrumam areſcere ait.* N. *Quod ſi utraque pars poſtmodum in fluentem conjiciatur, malum recrudeſcere idem aſſerit.*

N. 3. *In dolore capitis ſedando quantum valeat ſi de collo ſuſpendatur, videre licet apud Foreſt. lib. 9. obſerv.* 52.

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex herba cum floribus æſtate collectis.

2. Eſt & *unguentum de verbena,* aliàs unguentum Jovis dictum. Vide Auguſt.

HOFMAN *Verbena.*) *ſive verbenaca.* Germ. Eiſen-Kraut. Eiſenhart. Vel *eſt communis,* quæ uſualis, *vel tenuifolia verbenaca Supina,* vel *fœmina.* V. *Eryſimon.*

Provenit ubique ad agrorum & viarum margines, ac ſæpè etiam in locis deſertis. Floret æſtate & autumno.

*Vires. Calefac. & ſicc. ſaporis amari, adſtring. &c.*) Specifica in dolore capitis eſt, tam internè, quàm externè ſi applicetur, ſive recens vel arida fuerit. vid. *Foreſt. Libr.* 9. *obſerv.* 52. *Ex herbæ aqua deſtillatæ* ad ℥ iv. cum aliquot gutt. ſp. vitrioli ſtrian [illegible] in dolore capitis mira præſtat. Externè fol. verben. rec. M. j con-tunde in mortario cum fermenti ℥ ij. & ol. rolac. ſ. q. [illegible] applica in hemicraniâ.

Cætera empirica de *verbenæ* viribus amuleticis ad aniles ineptias meritò referimus, quia nullum fundamentum neque in Naturâ nec in Arte habent.

## ¶ CCCLIV. Vermicularis.

Sedum minimum, *Tab.* 3. *Fuchſ.* Sedum minus 3. & Vermicularis, *Trag. Lob.* 3. *Matth. Caſt.* Sempervivum minimum, illecebra ſ. ſempervivum, 3. *Dod.* ἀίζωον, 3. *Dioſcor.* ἀίζ. acre. *Cord. hiſt.* Portulaca 3. *Brunſ.* Vermicularis ſive illecebra, *Ger.* German. Maur-pfeffer / klein Hauß-Wurtz. Joubarbe petite. *Small Sengreen, or ſmall eſt Houſleck, Wormgraſs, Prickmadam.* Klein-ſte Donderbaert en Huys-loock / of Bladeloſe en Papecullekens / of Muerpeper.

Creſcit in muris, lociſque arenoſis. Floret maximè æſtate integrâ.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* cum Floribus.

Vires. *Calfac. & ſicc. validè, ſaporis acerr. bilem per vomitum inſigniter educit. Unde Uſus precip. in febribus. Extrinſecus in laxitate dentium (quorum ſignaturam refert) ac putredine gingivarum ſcorbuticâ (gargariſm.) rubificat, veſicatoria eſt, ſtrumas diſcutit.*

N. *Sunt qui pro amuleto febrili 9.* ♂ ♀ *de collo ſuſpendunt.*

HOFMAN. *Vermicularis.*] *Sedum minimum. Sempervivum minimum.* Appellationem *vermicularis* dederunt folia vermibus caſeorum putridorum ſimilia. Germ. Mauer-Pfeffer ob acrem ſaporem.

Creſcit paſſim in veteribus muris, circa aggeres & locis arenoſis. Floret integrâ æſtate.

*Hujus folia cum floribus in uſu ſunt.*

*Vires. Calefac. & ſicc. validè, ſaporis acerrimi &c.*) Hujus uſus præcipuus eſt in febribus, ſcilicet ſi ſumas M. j. contundat, & addito Crucib. exprimas ſuccum, qui horâ unâ & circiter ante paroxyſmum febris tertianæ intermittentis exporrectus eſt injuncto ſudore. Aliàs & in Scorbuto mira præſtat.

## ¶ CCCLV. Veronica.

Ehren-Preiß / Grundheil. De la Veronique. *Pauls Betony, Luellin.* Eerenprys / Betonica Pauli.

Veronica C.B.
- mas
  - 1. Erecta.
  - 2. Supina & vulgatiſſima. *Hæc uſualis.*
- Spicata
  - latifolia.
  - anguſtifolia.
  - minor.
- Fœmina ſeu pratenſis ſerpyllifolia.

Inſignitur Teucrium, *Trag.* Veronica *Tab.* Veronica mas. *Fuchſ. Lon.* Veronica mas ſerpens, *Dod.* Veronica vera & major, *Lob.* [cui & major, ſeptentrionalium,) *Cam. Ger.* Veronica vulgaris ſupina *Cluſ. hiſt.*

Creſcit in dumetis. Floret Junio, floribuſque eſt ſubcæruleis, rariùs candidis.

Eligenda quæ circa quercuum radices naſcitur.

OFFICIN.

OFFICIN. NAT.

*Folia*, *Flores*.

Vires. *Calfac. & ſicc. ſaporis amari & aſtringen-tis, incidit, vulneraria inſignis ac ſudorifera eſt. Uſus præcip. in eroſione ac obſtructione Pulmonum, Lienis, hinc & imprimis in colica, Phthiſi, ſcabie, pruritu, peſte, vulneribus, &c. Extrinſecus famoſiſſima eſt in vulneribus abſtergendis, adſtringendis, in duritie Lienis, in colica (clyſmat.)*

1. *Conſerv.* ex ſummit.
2. ▽ *ſtillat.* Ex herba cùm incipit florere.
3. *Aqua* cum vino deſtillata.
4. *Syr.* Ex ſucco & ſaccharo.
5. *Sal.* Ex cinere.
6. *Rob.* pro hæmoptoicis. V. D. Aug.

Hofman. *Veronica.*) German. Ehrenpreiß. Plurimæ hujus ut ex *D. Autore* videre licet, dantur *ſpecies & differentiæ*, *Vulgaris tamen*, *ſupina dicta* eſt uſitatiſſima. Inſignitur *Teucrium à Trago*.

Naſcitur in incultis & ſylveſtribus locis, apricis, ſabuloſis, ſaxoſis. Floret Iunio & Iulio.

*Vires. Calefac. & ſicc. ſaporis eſt amari & adſtring. incidit* &c.) Vulneraria eſt conſolidandis pulmonum & aliarum partium ulceribus dicata, quin & contra peſtem, colicam & calculum commendatur. In clyſteribus ſaltem cum lacte vaccino & Saccharo contra dictam colicam vel calculum addito butyro vel ol. expr. rec. amygdal. dulc. vel adipe capi mirandæ eſt virtutis. Ad ſterilitatem etiam nudus veronicæ pulvis in ejuſdem aquâ propinatus à *D. D. Simone Paulli in quadripartit. botanic. magni æſtimatur.*

De Veronica hæc habet D. D. Elsholtius in ſua Deſtillatoria Curioſa.

*Veronicæ plantam Officinæ omnes norunt, & vires ipſius, quibus tum pectori ac lieni, tum ulceribus, vulneribuſque ſanandis confert, ægroti plurimùm deprædicant. An veteribus tam Græcis, quàm Latinis ſcriptoribus cognita fuerit incertum: Licet Cæſalpinus ad Myoſotida Dioſcoridis lib. 2. cap. 214. alii aliorſum referendam eſſe cenſeant. Species communiter octo numerantur ab Herbariis, inter quas uſualis eſt quæ apud Caſp. Bauhin. appellatur* Veronica mas ſupina & vulgatiſſima. *Parantur inde ſyrupus, conſerva, ſal, vinum atque aqua ſtillatitia: de prioribus nihil, de vino verò & aqua binas accipe obſervationes.*

Experim. 1. *Recentem Veronicam dum florere incipit, conſcindito, & pauca aqua aſperſam in cucurbitam vitream conjicito, ac aptato ſimili alembico per maris balneum pellito: Sic aqua exſtillans non erit more cæterarum lympida ſive albicans, ſed viridiuſcula. Ea viriditas quamvis non ſit conſtans, tres tamen menſes minimum durabit, & poſtmodum paulatim evaneſcere incipiet.*

Experim. 2. *Quòd ſi loco aquæ fontanæ vinum affuderis, & pari ratione per Balneum pepuleris, liquor inde prodibit itidem viridis, aſt in quo viriditas longè magis ſatura apparebit: quin etiam ad annum ipſa & ulterius futura eſt durabilis.*

*Profectò elegans hæc tinctura, quam ſecum per alembicum traducit Veronica, videtur eſſe nota ac character ſingularis efficaciæ, quam ſtirpi illi præ mille aliis gratiosa Creatoris manus indulſit.*

*Abſit autem quiſquam hic Cuprum accuſet: ſive enim per veſicam* cupream, *ſive per vaſa* vitrea *inſtituatur deſtillatio, aqua ex veronica æquè prodibit viridis. Præſtat tamen modus poſterior, quippe quo clariſſimè evincitur, virorem hunc non cupro, ſed ſoli ſtirpis* indoli *deberi.*

*De Aquis verò vegetabilium per cuprea vaſa, ſtanno minus exquiſitè obducta, ſtillatis, id obſervavimus: ſi ipſæ de cupro participent, immiſſa una aut altera gutta* ſpir. armoniaci ſalſi *læteſcunt: ſin minus, limpidæ permanent. Quorſum ſpectare videtur obſervatio alia Ottonis Tachenii Medici Veneti clariſſimi, quam de* Aqua Roſarum *per cuprea vaſa ſtillata* cap. 19. Hippocr. Chym. *ſequent. verbis proponit.* Abradit ea de cupro quaſdam atomos, quæ inviſibiliter Aquæ commiſcentur. Vis videre cuprum? Stilla in ipſam alkali urinæ guttulas aliquot, & illico tota aqua virideſcet: quoniam ſcilicet aciditas Aquæ roſaceæ avidiùs arripit leve, ſibique magis ſimile alkali, quàm metallum; quod ideo paulatim in viridem fundum cadit.

*Hæc ipſa dum commentamur, aſſerit non nemo Deſtillatoriæ artis haud imperitus, Aquam tum* Salviæ, *tum* Roriſmarini *perinde, ut veronicæ jam dictæ vireſcere, ſi cum dexteritate quadam & moderata celeritate inter deſtillandum procedatur. Cujus rei veritatem experientia determinabit.*

## ¶ CCCLVI. *Victorialis.*

{ Mas longa. *Hæc uſualis.*
{ Fœmina; *Eſt ſpecies gladioli, C. B. 3.*

Appellatur Allium montanum, latifolium maculatum, C. B. 9. [ inter Allia. ] Allium Alpinum, *Tab.* [cui & Victorialis mas.] Allium anguinum, *Matth. Cam. Portæ*, Serpentinum, *Cuſt.* Ophioſcoridon, *Lob.* Victorialis longa, *Cluſ.* [cui & major.] German. Sieg-Wurtz. Du glais, & glayeul. *Victory-Root, vvild* and *broad Garlick.* Victoory wortel/ Das Loock/ Wild/ Veldt/ breet Loock.

Creſcit in alpibus: Floret cum aliis ſpeciebus allii.

OFFICIN. NAT.

*Radix* crinita.

Vires. *Calf. & ſicc. perinde ac allium agreſte, cui & in facultatibus aliis per omnia ſimilis exiſtit.*

N. *Plebi noſtrati, Iudæiſque amuletum eſt familiariſſimum, quo à ſpectris aëreque infecto ſe tutos fore perſuaſi ſunt.*

[ Appenſa radix contracturam arcere dicitur. Podagricis amuletum ex victoriali ſerico incluſâ, venale circumtulit Agyrta. ]

Hofman. *Victorialis*) *Mas* ſcilicet ſive *Allium alpinum* German. Sieg-Wurtzel. Inde ita appellatur, quod metallarii magnas & certas illius vires hoc habere dicant contrà impurorum ſpirituum metallicorum, à quibus ſæpiſſimè deluduntur, inſultus.

Creſcit in montibus, & colitur etiam in hortis. Flores cæparum floribus ſunt ſimiles, quos Iunio profert.

*Vires. Calefac. & ſicc. perinde ac allium agreſte &c.*] Radix appenſa contracturam arcere dicitur, & ſpaſmum demulcere dicitur.

## ¶ CCCLVII. *Vinca.*

Κληματὶς δαφνοειδὴς, Sinngrün/ Ingrün. Pervenche, du Lifferon. *Pervvinkle.* Vincoorde/ Maeghden-Palm.

Clematis Daphnoides C.B. { 1. Minor. *Hæc uſualis.*
{ 2. Major.
{ 3. Flore pleno.

Nominatur Vinca pervinca, *Brunſ. Lob. Tab.* pervinca

vinca, *Trag.* clematis *Matthiol. Cord. in D.* Clem. Daphnoides, *Dod. Fuchſ. Lob. Cam. Tab. Cluſ. hiſt.*

Solo gaudet fœcundo: Floret Aprili, Majo, viret ſemper. Flores cœrulei ſunt, quandoque candidi, rarius rubentes vel ſubpurpuraſcentes.

## OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Refrig. ſicc. & aſtringit (Dodonæo calfacit 1.) ſicc. amplius. Vulneraria inſignis eſt. Uſus præcip. in fluxionibus alvi, dyſenteria, hæmorrhoidibus, expuitione ſanguinis, vulneribus ſeroſo liquore manantibus Extrinſecus in profluvio menſium, narium, in laxitate & dolore dentium: lac extinctum revocat.*

N. *Adhibetur quoque ad profligandos morbos incantatione introductos (in lotionibus,) &c.*

## PRÆPAR.

▽ *ſtillat.* Ex radice foliis ac floribus principio Veris collectis.

HOFMAN. *Vinca.*) Græc. κληματὶς δαφνοειδής German. Singgrün. *Vinca pervinca. Et duplex ſtatuitur, major & minor, minor* autem uſualis eſt.

Gaudet nemoroſis & umbroſis tractibus & ſenticetis. Colitur etiam in hortis: ſemper viret. Et Martio ac Aprili floret.

*Vires. Refriger. ſicc. & adſtring. (Dodonæo calefac.)* &c.) Quoad hujus temperiem *Autores* longè diverſa ſentiunt; *Apollinaris & Dodonæus* calidam & ſiccam eſſe 3. gr. *Matthiolus* verò cum *D. Autore noſtro* refrigerare, ſiccare & adſtringere ſtatuit; unde hujus uſum commendant in fluxu alvi, dyſenteriâ, hæmorrhoidibus &c. Verùm hæc omnia ſublеſtæ ſunt fidei, neque enim refrigerat, nec adſtringit, quare nec in fluxionibus alvi, dyſenteriâ &c. tutus eſt ejus uſus, dum potius attenuandi, reſolvendi & aperiendi pollet virtute. Quare & in menſium obſtructione in vino vel infuſâ vel decoctâ eâ non datur teſte experientiâ præſentius remedium conſueto fluxus tempore imminente. In Lactis defectu uberibus nutricis pro epithemate impoſita multam ſuppeditat Lactis copiam; at dorſo contrà in formâ cataplaſmatis impoſita ubera lacte prorſus privat. Externè etiam menſibus ſuppreſſis in formâ peſſi applicata ſanguinem ex utero menſtruum elicit. Præter dictas vires vulneraria etiam herba eſt egregia. *Ex hâc aqua deſtillatur & decoctum vel infuſum præparari poteſt.*

N. Huic aliàs non minori laudi ducitur, quod quidam arbitrantur, turbidum vinum reſtitui, ſi in debitâ doſi huic imponatur, & in illo occluſo per 12. vel 15. dies relinquatur.

## ¶ CCCLVIII. *Vincetoxicum.*

Ἀσκληπιὰς *Dioſcor.* Hirundinaria, Schwalben-Wurtz. l'Aſclepias ou vincetoxicum, vinq poiſon. *Swalow-wort.* Swaluwe-wortel.

Aſclepias C. B.
- 1. Albo flore & Gerard. *Hæc uſualis.*
- 2. Nigro flore } *minus uſualis.*
- 3. Cretica
- 4. Virginea

Inſignitur Hirundinaria, *Brunfelſ. Trag. Lon.* Vincetoxicum, *Matthiol. Dod. Caſt.* Aſclepias, *Fuchſ. Cord. hiſt. Lob. Tab. Cam.*

Creſcit in ſylvis, lociſque petroſis atque arenoſis: Floret Iulio ac Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Radix, rarò Semen.*

Vires. *Calfacit atque ſicc. moderatè, atten. alexipharmaca ac ſudorifera eſt inſignis. Uſus præcip. in peſte, aliiſque venenoſis affectibus, in obſtructionibus menſium, in palpitatione cordis, ac lipothymia, in Hydrope.* Semen *commendatur ad calculum.* Extrinſecus *uſus tàm florum, quàm radicum ac ſeminis eſt in ulceribus ſordidis ac malignis purificandis, ad illos infector. venenator, in ulceribus mammarum &c.*

Doſis rad. ʒj.

## PRÆPAR.

1. ▽. Ex integra planta.
2. *Extract.* cum S. V.

HOFMAN. *Vincetoxicum.*) Græc. ἀσκληπιάς. Hirundinaria, Germ. Schwalbenwurgel.

*Vincetoxicum* dicitur, quod maximè venenis adverſetur. *Aſclepias* autem ab Æſculapio, Medicinæ inventore, qui & hanc herbam prius in ſcenam produxit. *Hirundinaria* nuncupatur, quod apertæ ejus ſiliquæ cum albâ lanugine hirundini volanti ſint ſimiles.

Hujus licet variæ ſint differentiæ, albo tamen flore magis uſualis eſt.

Vincetoxici herbæ decoctum medetur ſtrofuloſis, vid. ephemerid. Medico-phyſic. Anno 1. obſervat. 57. p. 153.

## ¶ CCCLIX. *Viola purpurea.*

Ex variis violarum claſſibus, quæ apud Botanicos occurrunt, tres officinis potiſſimùm conſiderandæ veniunt. Viola purpurea Martia, de qua hîc. Viola lutea, de quâ in Cheiri, ac Viola tricolor, de qua in laсea.

E violis purpureis Martiis inferuntur in officinas odoratæ, neglectis inodoris.

Inſignitur Viola, *Lon.* Viola ſativa, *Brunfelſ.* Viola Martia odorata nigra ſeu purpurea, *Trag.* Viola purpurea, *Fuchſ. Matth. Caſt.* Viola nigra, *Dod. Cord. in D. Ger. Cluſ. hiſt.* Viola Martia purpurea, *Tab.* Viola præcox, *Lob.* Viola Martia purpurea flore ſimplici odoro, C. B. 1. aliis violaria, Germ. Violen-Kraut/ Veil-Kraut/ Braune. Violen/ Mertz-Violen. Viole purpurée, la Violiere. *Violetblue, & purple. March-Violets.* Viole/ en Violette blauw en Purper.

Eligatur odora.

Solo gaudet umbroſo ac aſpero, juxta vias, ſepes & muros, &c. Floret circiter finem Martii ac initium Aprilis.

## OFFICIN. NAT.

*Flores, Folia, Semen.*

Vires. *Violaria (præcipuè ſui) refrig. 1. hum. 2. flores exiccati refrigerant imbecillius ſiccantque, emollit, laxat, cordialis eſt ac pectoralis, expectorationem promovet. Uſus præcipui ac creberrimi, in bile, præcipuè atra mitiganda, in fervore febrium compeſcendo, doloreque capitis inde nato, in tuſſi, aſperitate gutturis, catharris acribus, pleuritide, &c.*

N. 1. *Flores alvum leniter ſubducunt. Extrinſecus adhibetur herba crebrò in lotionibus, cataplaſmatibus, clyſteribus, & ſimil.*

Seminis *uſus rarus eſt, iſque in obſtructione renum, ubi emulſioni potiſſimum inſeritur, de qua nota, quod plerumque vomitum ac ſeceſſum moveat.*

Doſis ʒß. ad ʒj.

N. *Flores locum ſibi vendicant inter flores illos cordiales famoſos.*

PRÆ-

## PRÆPARATA.

1. *Syrupus violar. ſolutivus.* Ex multip. infuſione florum recentium in ▽.

Vires. *Ex viribus ſupra enumeratis, maximè lenit alvum.*

Doſis ℥ ij. ad ℥ iij.

2. *Syrupus ex ſucco violar.* (*Syrupus violar. ſimpliciter dictus.*)

3. *Syrupus violarum compoſitus Meſuæ.* Ex decoct. flor. ℥ j. ſem. Cidon. Malvæ, jujub. j. ſebeſt. an. N. xx. in ▽ cucurb. ℔ v. vj.

4. *Syrupus violatus regius,* id eſt, Iulep. violar. ex ▽ flor. & ſacchar.

5. *Conſerv.* Ex floribus ſelectis à parte herbacea (alabaſtris.)

6. *Acetum.* Ex infuſione florum.

7. *Oleum.* Ex floribus infuſis in oleo omphacino.

8. ▽ *ſtillat.* Ex floribus.

9. E tota herba.

10. *Tinctura.* ℞. flores, macera in propria ▽, leviter exprime & cola.

N. *Addi hic poteſt ſpir.* ⊖-*i ut in Tinctura Roſar. ait* Glückradt: *verum vereor, ne color inde mutetur, quod tamen viribus nihil derogat.*

N. 2. *Eleganter quoque violarum Tinctura conficitur, ſi flores phlegmate* ⊖-*i.* (*N. pluries, 8. vel 9. ſuper* 🜔 *cohobato) irrorantur, digeruntur ac exprimuntur.*

11. *Extractum.* Ex ſucco lentiſſimo igne inſpiſſato.

℞. Flores violar. ℔ ß. inde cucurbitæ etiam ſine conquaſſatione, affuſæque ▽æ ℔ j. pone in MB. tepidum, ut coloretur: exprime ac procede ut moris: nimirum expreſſum ſuccum nouis floribus affunde, macera, exprime, inſpiſſa.

*Doſis* ʒ j. *Sala.*

N. 1. *Gemmas integras non rejectis alabaſtris (foliis exterioribus) adhibere licet.* 2. *Etſi color ultra ſemeſtre ſpatium non durat, nihil tamen inde viribus decedit.* 3. *Si ex floribus exiccatis idem conficere volueris, ad eundem illum modum id præſtare poteris, præterquam quod major aquæ copia requiratur.*

12. *Trochiſc.* Vide Diſp.

Hofman. *Viola Purpurea.*) *Martia* ſcilicet benè odorata. Germ. Mertzen-Violen.

Creſcit locis opacis ad dumeta, muros, hortorum margines & ſepes, pingui ſolo. Floret in fine Martii & initio Aprilis.

*Vires. Flores refriger. humect. emoll. laxant. &c.*) Cordiales ſunt & pectorales. Unde horum uſus eſt frequentiſſimus in bile atrâ compeſcendâ, caloro febrili ſedando, in tuſſi, catarrhis ſalſis, pleuritide, dolore capitis, alvo obſtructa &c. *Semen* ejus adhibetur in emulſionibus ad calculum expellendum, & urinam promovendam; Herba in lotionibus, cataplaſm. & Clyſt. adhibetur.

[*Viſcum* Miſtel/ du Viſc, glu, ou guy, *Miſcelto,* Lym.

Hujus variæ Species, præ reliquis probatur quercinum, de quo ſupra, in uſum tamen etiam veniunt, Corylinum, Pomorum, tiliæ, Salicis; rarum acaciæ innatum, circà Naſſoviam Viſura, pondus filiæ matri id ferenti inæquale: abietini mentio facta cap. 1. hujus lib.]

## ¶ CCCLX. *Virga aurea.*

Virga aurea C. B. eſt:
1. V. A. major ſeu Doria.
2. V. A. latifolia ſerrata. *Hujus loci.*
3. V. A. anguſtifolia ſerrata. *Hæc & Sarracenica dicitur.*
4. V. A. anguſtifol. minus Serrata, *Hæc Serratæ ſurrogari apta eſt.*

Secunda dicitur Virga aurea, *Cam. Epit. Ger.* V. A. ſerratis foliis, *Tab.* V. A. altera *ſerrato folio, Lob.* V. A. minor lacinatis foliis, *Cam.* German. gülden Wundkraut/ ein ander Heidniſch Wundkraut. Verge d'or. *Golden Rod. Golden Woundvvort, another ſort of Clovvns Woundvvort.* Gulden Roede.

Quarta dicitur V. A. *Matthiol. Dod. Lon. Caſt.* Villanovani, *Lob.* V. A. foliis non ſerratis, *Cam. Epit.* V. A. major, anguſtifolia, *Cam.* Symphytum petræum, 3. *Tab.*

Creſcit anguſtifolia ut plurimùm in ſylvis: latifolia in collibus, agrorumque marginibus & vineis. Floret Iulio & Auguſto.

### OFFICIN. NAT.

*Folia & Flores.*

Vires. *Utraque calf. & ſicc. 2. adſtringit, vulneraria eſt celeberrima, intrinſecus & extrinſecus adhibita, nec non & lithontriptica diureticaque non è poſtremis. Confert itidem diarrhææ & dyſenteriæ, ſanguinis expuitioni medetur, mucilaginem renum & ureterum efficaciter abſtergit, putredinem gingivarum, dentiumque vacillationem curat.*

### PRÆPARATA.

▽ *ſtillat.* Ex herba cum flor. Iulio & Auguſto collecta.

Hofman. *Virga Aurea*) German. gülden Wund-Kraut. Indè dicta, quod ramuli floribus gravidi auricolorem virgam referant. Quamvis variæ etiam hujus ſint ſpecies, vulgaris tamen *latifolia* hîc intelligitur *ſerrata, anguſtifolia, Solidago Sarracenica* dicitur, de quâ in ſequentibus.

Hæc *Latifolia* variis locis ſponte provenit in aggeribus juxta vias, locis lapidoſis, collibus, agrorum marginibus & vineis. Floret Iunio & Auguſto.

## ¶ CCCLXI. *Virga aurea, aliàs Conſolida Sarracenica.*

Solidago Sarracenica, *Trag. Fuchſ. Dod. Lon. Lob.* Conſolida aurea, *Tab.* Herba Doria, *Ger. icon.* Virga aurea anguſtifolia ſerrata C.B. 3. Heidniſch Wundkraut. Conſolide ſaraſine. *Golden Rod, Saracens Conſound, A ſort of Red Comfrey.* Heydenſche wondtcruyt/ of Gulden-Roede.

Creſcit in locis montanis, ſed magis udis & depreſſis.

### OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Aſtringit, amara eſt ſiccatque evidentiſſimè, vulneraria eſt inſignis uſu interno & externo adhiberi apta, medetur & fiſtulis, ulcera maligna mundificat ac ſanat.*

Hofman. *Virga Aurea, aliàs Conſolida Sarracenica.*) ſive *Conſolida aurea* Germ. Heydniſch Wund-Kraut.

Huic triplò latiora folia, quàm vulgari, & longiora etiam, ſed ſimilia, ſicut & caules ac rami.

Variis etiam reperitur in tractibus montanis, ſed magis humidis & depreſſis. Floret Septembri & Octobri.

*Hujus folia ſunt in uſu & ejuſdem cum antecedente virtutis vulnerariæ.*

## ¶ CCCLXII. *Vitis.*

Ἄμπελος οἰνοφόρος, Vitis Vinifera. Arab. Harin. Wein Stock / Wein-Reb. Une vigne. *The vvine or grapebearing. Vine-Tree.* Wyngaert : of Druyveboom.

Loca amat aprica: Floret Iunio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia*, quibus adjungi poterit *Succus* ( lacryma ) ex amputatis palmitibus extillans, ſic & *Vinum*, *Omphacium*, *Tartarus*, *Uva*, *Acini* uvarum, *Uvæ paſſæ*, *Vinacea*, quippe hæc omnia abſque operatione officinali ſuppetunt.

Vires. Folia (*pampini*) capreolique *refrigerant*, *aſtringunt validè. Uſu præcip. in dyſenteria, vomitu, pica, expuitione ſanguinis aliiſque hæmorrhagiis ſiſtendis, (ſuccus expreſſus aſſumitur,) Extrinſecus refrigerant ac leniunt capitis dolores ac æſtum, conciliant ſomnum in lotionibus pedum, ut & ipſi capiti adhibita.*

Succus *ex amputatis palmitibus extillans.* ( *Aqua Vitis, Lachryma Vitis.*) *Intrinſecus vim habere creditur atterendi & expellendi calculum; oculorum caligini medetur ac rubedini, (oculis inſtillata) impetigines ſanat, ſi locus affectus nitro antea fricatus, eo lavetur.*

N. *De Vino Omphacio, aceto ac tartaro, vide ſuis locis infra.*

Uvæ immaturæ (Agreſtæ.) *Refrigerant & ſiccant, aſtringunt. Proin poterit eſſe uſus earum in febribus ardentibus, excitant ſcilicet appetitum, fluxum ventris ſedant, aſt ſanguinem indigeſtum procreant Vide etiam Omphacium.*

Uvæ maturæ *calfac. & humect. 1. recenter deglutitæ generant inflationes & cruditates ventriculi, diarrhæam & ſimil. magis tamen id faciunt adoleſcentes, minus rufeſcentes. Exiccatæ uvæ ventriculo commodiores ſunt, appetitumque excitant, alvum laxant.*

*Uvæ paſſæ*, ſunt uvæ maturæ vi caloris exiccatæ, ſive calore Solis exiccatio illa peracta ſit, unde paſſulæ dulciores reſultant: ſive calore clibani, unde dulco-acidæ. Proſtant uvarum paſſularum potiſſimùm genera tria. Paſſulæ ſcilicet maximæ, ſeu Damaſcenæ Zibebæ dictæ, Zibeben / des Zibebes ou Raiſins de Damas, Ziebeben. 2. Paſſulæ majores, Germanicè Roſinlein. Une vigne. *Great Rayſons*, alſo *Grapes.* Druyven / oock groote Roſijnen / è quibus ſunt, quas uvas Maſſilioticas vocant. Germanicè blau Roſinen. Rayſins de Marſeille, Greater Rayſons. *Blevv Rayſons.* Blauwe Roſijnen. 3. Paſſulæ minores ſeu Corinthiacæ, kleine Roſinlein / Corinthen. des Petits Raiſins, Raiſins de Corinthe. *Small Raiſons*, id eſt, *Currans* or *Corents.* Kleyne Roſijnen / dat is, Corenten.

Vires. *Omnes calidæ ſunt, ſeu temperatæ, leniunt, alvum laxant, acrimoniam hebetant, ventriculo, pulmonibus ac Epati grata ſunt, tuſſim mitigant. Zibeb. dictæ exemptis acinis, (gigartis) in ▽ fontan. vel ſtillat. convenienti infuſæ, potum ægrotis exhibent ſat gratum ſitique convenientem. Acini vim habent aſtrictoriam, conveniuntque in vomitu, alvique fluxu, ſive intrinſecus, ſive extrinſecus adhibeantur (torrentur ſcilicet ac teruntur.)*

Vinacea, *id eſt, exuviæ cum acinis in expreſſione muſti reſiduæ, magnarum virium perhibentur in arthriticis doloribus ſedandis. Si membrum affectum vinaceis per ſe caleſcentibus imponitur.*

### PRÆPARATA.

1. *Aqua* ex foliis vitis tenellis deſtillata Majo ad Picam gravidarum utilis.
2. *Cinis ſarmentor.*

Vires. *Adhibetur ad cauteria, & furfures capitis extergendos.*

3. *Loch paſſulatum.* Vid. l. 2.
4. *Mel paſſulatum* Vid. l. 2.
5. *Condit. paſſulæ laxativ.* V. D.
6. *Acetum Agreſtinum ſolutivum D. Cloſſæi.* Vid. lib. 2. c. 37.

[Item Acetum Paſſulatum paratur.]

7. Oleum ex acinis, dicitur etiam Lætitiæ, podagricis utile.

HOFMAN. *Vitis.*) Græc. ἄμπελος οἰνοφόρος *Vinifera.* Germ. Weinſtock.

Ab hâc in uſum Medicum accerſuntur *folia*, *lacryma*, ex amputatis palmitibus deſtillans, *Vinum*, *Omphacium*, *Tartarus*, *fæces vini*, *Uvæ*, *acini uvarum*, *uvæ paſſæ*, *vinacea* &c. de quibus partim *D. Autorem*, partim *D. Dominicum* (*habemus in biſoria ejus magnâ & peculiarem tractatum de vite & ejus fructu*; partim *D. D. Sachſeus à Lewenheim ampelographiam conſulere potis.*

## ¶ CCCLXIII. *Ulmaria.*

Barba Caprina, 1. *Lon.* Barba Capræ, *Lob.* Barbula Caprina 1. *Trag.* Medeſuſium, *Cord. hiſt.* Regina prati, *Dod. Ger.* Ulmaria, *Cluſ. Tab.* Barba capræ floribus compactis, C. B. 2. Germanicè. Geiß-Bart. Barbe de chevre, Reine des prés. *Meadſweet, The Queen of the Meadovvs.* Reynette / groote Geyten-baert.

Creſcit locis udis juxta flumina, & ſim. Floret Iunio, & Iulio.

### OFFICIN. NAT.

*Folia* cum floribus & nonnunquam radix.

Vires. *Refrig. ſiccat, aſtringit, ſudorifera & alexipharmaca eſt, proin convenit in fluxibus omnis generis, in diarrhæa, dyſenteria, fluxu menſtruo, nec non in expuitione ſanguinis, reſiſtit peſti. Extrinſecus ſunt, qui radicem recentem contuſam vulneribus imponunt, tum ad ſiſtendum ſanguinem, tum ad conſolidanda vulnera.*

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* Ex foliis cum floribus.
2. *Extract.* Quod admodum Quercetano probatur in peſte. *Pharm. Reſt. cap. 26.*

HOFMAN. *Ulmaria, ſive Regina prati.* German. Geiß-Bart. Dicta fuit *ulmaria ab ulmi foliis.*

Creſcit ad torrentium & rivulorum ripas & uliginoſis pratis. Floret Iunio & Iulio.

*Vires.*) Calidam eſſe & ſiccam vult *Tragus* & alii; Sed nos cum *D. Autore* refrigerare, ſiccare & adſtringere ſtatuimus, unde diaphoretica & alexiteria eſt, & contrà peſtem commendatur, diarrhœam, dyſenteriam, hæmoptoën &c. Hujus flores

gratam

gratam vino conciliant ſuavitatem, ita ut æmuletur Malvaticum. *Ex foliis cum fl. aqua deſtillatur & extractum à Joſ. Quercetano* in peſte maximè commendabile præparatur.

### *Umbilicus Veneris.*

De eo ſic in Appendice Authori annexa.

*Cymbalium, Acetabulum, Umbilicus Veneris*, κοτυληδών, *Nombril de Venus.* Venus Navel, Hipwort/ Pennywort/ Pennygraß/ Navelcrunt/ Venus Navel/ Penincteruyt. *Secundùm Galenum humidæ naturæ eſt & frigidæ, ſaporis acerbi & amari, unde refrigerat, adſtringit & mundificat. Dioſcorides commendat radices & folia contra calculum, quòd illum frangant & expellant. Hydropicis quoque folia proſunt. Externè ſiſtunt fluxiones eryſipelatodes, tumoreſque calidos & bilioſos, ſtrumas item & membra refrigerata ſanant. Conjungatur* Dodonæus, Tabernæmontanus, Bauhinus. *Quoad uſum* cotyledonis, *ſeu* umbilici veneris, *cautelas notâ Clariſſimi* Paulli *pag.* 278. *Quadrip. Botan.*

### ¶ *CCCLXIV. Urtica.*

Ἀκαλήφη Urtica C. B.
- Urens
  - Maxima
  - Minor
  - Romana
  - } *Hæ uſuales.*
- Fatua eſt Cannabis ſylveſtris.
- Mortua, *vide infra.*

Maxima dicitur Urtica major *Brunfelſ. Fuchſ. Lon. Tab.* Urtica vulgaris Urens, 1. *Trag.* Urtic. 2. *Matth: Caſt.* Urtica, *Cord. in D.* Urt. urens altera *Dod.* Urtic. ſylveſtris aſperior, *Lob.* Urt. communis ſeu major & fœmina, *Lob.* Urtica urens maxima, C. B. 1. Germanicè groſſe haiſſe Brenneſſel. Ortie vive, grande Romaine. *Great Nettles.* Groote Netelen.

Minor inſignitur Urtica minor, *Brunfelſ. Fuchſ. Cord. hiſt. Lon. Tab. Ger.* Urtic. 3. *Trag. Matthiol. Caſt.* Urtica urens minima, *Dod.* Urtica minor acrior, *Lob.* Urtica urens minor, C. B. 3. heiter Neſſel. *Little Nettles more ſtinging.* Kleynder en brandende Netelen.

Romana dicitur: Urtica legitima, *Cluſ. hiſt.* Urt. Rom. *Trag. Fuchſ. Matthiol.* Romana vel maſcula, *Lob. Cam. Tab. Ger.* Urtic. 1. *Matthiol. Caſt.* Urtica urens 1. *Dod.* German. Römiſche Welſche Neſſel. *Roman. Nettles.* Roomſche Netelen.

1. & 2. Creſcunt paſſim locis arenoſis juxta ſepes ac muros, &c. Prior potiſſimùm ſylvas amat. 3. Colitur in hortis. Omnes vigent æſtate.

### OFFICIN. NAT.

Urticæ maximæ *Radix, Semen,* (Iulio & Auguſto colligendum,) *Folia,* minor. *Herba,* Romanæ, *Semen.*

Vires. *Urtica omnis calf. moderatè & ſicc.* 2. *partium tenuium eſt, aperit, incidit, abſterg. emollit, diuretica eſt, & lithontriptica, peculiariterque cicutæ adverſatur, ut & Hyoſcyamo. Radix* ( *urticæ maximæ*) *commendatur maximoperè ad Icterum. Herbæ uſus in gangræna* ( *decocta & propinata.*) *Eadem in olere ſumpta* [ *prima videlicet germina* ] *ſolvit alvum, abſtergit Renes, calculos expellit, expectorationem, morbillorumque eruptionem promovet,* Semen ( *Romanæ*) *Uſus crebri eſt in Pulmonum affectibus, aſthmate, tuſſi contumaci, pleuritide, peripneumonia. Extrinſecus reprimit urtica uvam inflammatam* ( *in gargariſ.*) *ſedat hæmorrhagiam narium* ( *urtica minor ſcilicet contuſa vel & ſuccus ejus expreſſus naribus inditus,*) *gangrænam mundificat.*

N. 1. *Noverunt & Chirurgi urentis urticæ fricatu ſanguinem allicere adeoque atrophiæ ſubvenire.*

N. 2. *Prurigini ab urtica introductæ medetur oleum olivarum.*

### PRÆPARATA.

Oleum ex ſemine expreſſum.

Vires. *Fiſſuris labiorum & mammarum convenit.* (*ſebiz.*)

HOFMAN. *Urtica.*) Vel eſt *innoxia, mortua*, quæ ſine moleſtia contrectatur, *Lamium* dicta ſeu *Galeopſis*, de qua infrà. Vel eſt *urens maxima, minor, Romana*, quæ uſuales ſunt *Maxima* dicitur German. Groſſe Brenneſſel / *Minor* Heiter-Neſſel. *Romana* Römiſche-Welſche Neſſel.

De hâc obſervandum, omnes ferè Autores ſtatuere, hanc obtinere vim quandam cauſticam à Sale cauſtico urente provenientem, quod *Cl. Helmontius* Sal urticale appellat. Et ipſa antiquitas etiam ei nomen ab urendo impoſuit, unde Macri Poëtæ verſus:

Fervida non modicè vis illi dicitur eſſe,
Unde nec immeritò nomen ſumpſiſſe videtur,
Tacta quòd exurat digitos Urtica tenentis.

Verùm hi ita ſimpliciter non ſunt intelligendi; ſi enim urticæ ſubſtantiam exactius examinare & ex qualitatibus judicare velimus, in ſubſidium vocatâ autopſiâ, longè aliter cum eâ comparatum eſſe videbimus. Ipſe *D. Autor noſter* cum aliis etiam hanc moderatè calidam & ſiccam pronunciat, & inde in pulmonum affectibus, pleuritide, peripneumoniâ &c. ubi acria & urentia potius nocent, commendat. Deinde admoto microſcopio apparet, in universâ hâc plantâ acuformes tricuſpides obſervari ſpinas, ſeu ſpiculas, quæ contactæ in cutem irruentes tanti pruritus creant moleſtiam. Unde & *D. Dominicus Chabræus l. c. in appendice* p. 649. quòd urtica mordicet, inquit, cauſa eſt rigens ac duriuſcula lanugo, quæ aculeorum inſtar pungit & cutem vellicat; unde patet hanc herbam non urere, ſed aculeis ſuis pungere & ex hâc punctione poſteà aliqualem ſuboriri inflammationem. Et ſi urtica contundatur, vel flaccida facta vel decocta haudquaquam urit, lanuginis ſcilicet illius rigore remiſſo. Non deſunt, qui ſpiculis iſtis vim pungendi aut urendi non attribuunt, ſed liquori cuidam pellucido, quo aculei iſti ſunt oppleti adſcribunt, & per microſcopia dignoſcitur, quia & flores urticæ urunt, quibus ſimilis liquor incumbere deprehenditur. Et ſi liquor iſte exprimatur, ſine metu urendi urtica tangi poteſt.

*Prima & ſecunda* creſcunt paſſim locis arenoſis ad ſepes & margines hortorum ac muros. *Prima* potiſſimùm amat ſylvas. *Tertia* ſcilicet *Romana* colitur in hortis.

*In uſu ſunt Urticæ maximæ* radix, *Semen*, Iulio & Auguſto colligendum, folia; *Minoris herba cum radice, & Romanæ ſemen.*

*Vires. Urtica omnis calefac. moderatè & ſicc. partium tenuium eſt, aperit, incidit, abſtergit, emollit &c.*) Undè tumores tam in internis, quàm in externis corporis partibus ſanant, diureticæ ſunt & lithontripticæ. Die Mariæ Magdalenæ, cum ☉ ♌ ονem ingreditur, matutino tempore collige ſemina urticæ rore adhuc madida & in umbrâ exſicca: Rec. horum. ℥ iij. folior. tener. quercus magnitudine nummi ad inſtar exſiccat. ℥ ij. liquiriz. ℥ ij. omnibus pulveriſ. adde Sacchari ſ. q. ad gratiam. De hoc ſingulis ſeptimanis & quidem novilunio & plenilunio ſume ʒ ß. vel ʒ j. & calculum inſtar ſabuli expellit. *Radix Urticæ majoris* exſicc. & pulveriſ. ad ʒ j. vel ʒ ij. ad calculi præſervationem ſummarum etiam eſt virium. Ad fluxum etiam Menſium immodicum nihil utilius eſt ſucco urticæ Majoris ad 5. vel 6 uncias circà horam 6. veſpertinam hauſto & extrà etiam parti hypogaſtriæ cum farinâ tritici ſubacto, admoto. Circà mediam noctem utrumque reiterandum eſt. Vel contundatur ſaltem Urtica communis vel plantis pedum ac volis manuum applica, nec 24. horarum ſpatio amove. *P. Borellus Centur.* 1. obſ. 95. *Maximæ Urticæ radix* cum vino & Saccharo cocta præſtans eſt

modica-

medicamen ad tuſſes, dyſpnœas, uvæ affectus, & alios Morbos, qui ex craſſo ac viſcido oriuntur humore. Externè ſuccus urticæ minoris expreſſus & naribus inditus hæmorrhagiam narium ſiſtit. In Paralyſi & atrophiâ convenit partes affectas pungere cum urticâ. Item ex ſemin. urtic. minor. Aqua deſtillatur ad ariduras. vid. Theſaur. Noſtr. Pharmaceutic. Sect. 1. Num. VIII.

N *Urtica recens* pungit, ſicca adſtringit, & ſanguinem ſiſtit; Succus ejuſdem coagulatur in plumbo ſoluto in offam nigram, quæ rurſus in alkali fixo ſtatim diluitur in obſcurum colorem. Inde dicitur, quòd urtica arefacta cocta in lixivio alkaliſato canitiem impediat; Cum vitriolo demum in grumos concreſcit flaveſcentes, qui cum ſp. vitrioli iterum diſſolvuntur in pellucidum liquorem. *Tachen. in Hippocr. Chemic.*

N. Radices urticæ majoris ſi coquantur copioſius, rei immiſſæ luteum colorem conciliant, quas & vulgus in ovis colore imbuendis adhibet, veluti eadem purpureo tingit colore per radices ſalicis rotundifoliæ.

## ¶ CCCLXV. *Urtica mortua ſeu Galiopſis.*

Varia genera & urticæ mortuæ paſſim obſervantur, colore, odore, figurâ, & ſimil. differentiâ. Datur fœtida & non fœtida: maculata & non maculata: flore purpureo, albo, luteo. Primas autem præ cæteris dant fœtidæ ac præcipuè maculatæ, quam geminam ſuſpicantur. Galiopſis Dioſcoridis, ex lacteo ſcilicet ductu, qui folia media in longum interſecat. Hinc ſurrogari tamen non nequit & fœtida non maculata.

Maculata inſignitur Lamium albâ lineâ notatum, C. B. 5. Urtica lactea, *Matthiol.* Galiopſis Dioſcoridis, *Cam.* Milzadella *vulgò* ſeu Lienaria [quod lieni conveniat.]

Non maculata eſt, quæ inſcribitur Laminum purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſeu Galeopſis Dioſcoridis, C. B. 1. Urtica labeo mas, *Brunfelſ.* Lamium, *Trag.* [vel urtica 8. 9. 10.] *Fuchſ.* Galeopſis, *Cord. hiſt. Lon.* 2. *Tab.* purpurea, *Caſt.* Urtica iners altera, *Dod.* non mordax, *Lob.* Ortie morte. De ad *Netles.* Doube Netelen.

Creſcunt juxta ſepes, parietes, vias, in ruderibus, &c. magna ex parte totâ æſtate florent.

### OFFICIN. NAT.

*Herba* cum floribus.

Vires. *Calfac. & ſiccat, præcipuè commendatur Galliopſis flor. purpureo ad dyſenteriam (decoctum propinatum) flores albi ad fluorem album ſpecificè celebrantur. Extrinſecus medetur urtica pano, hæmorrhoidum, tumori, &c.*

### PRÆPAR.

*Conſerv.* Ex floribus albis.

### *Uva Spina.*

Uva ſpina ſeu criſpa. Groſſula, *Matth.* Cloſterbeeren / Kräuſſelbeeren / Stichelbeeren. Ital. Vva Macina.

Eſt { Hortenſis, baccis interdum hirſutis.
 { Sylveſtris.

Baccæ immaturæ appetitum excitant, Cholericis loco agreſtæ coctæ in brodiis, conducunt gravidis, in alvi fluxu, fluore albo, gonorrhæa.

## Z.

## ¶ CCCLXVI. *Zedoaria.*

Zedoaria.
Zitwer.
Du Zedoar.
*Zedoary, Setvval, a kind of Zurumbet.*
Zedoaria. C. B.

{ 1. Longa
{ 2. Rotunda.
{ 3. Tuberoſa nigricans.
{ 4. Geiduar.

} *Hæ primiſcuæ ſuales.*
} *uſitatæ.*

1. Inſignitur Zedoaria, *Lon. Matth. Lob.* Zed radice longâ, *Cluſ. in Coroll.* Zedoaria & veterum Arnabi, 2. ſpecies radice longâ, *Cord. hiſt.* C. B. Zadura, Zaduar, Zudar. &c. *Fuchſ. in comp. med.*

2. Dicitur Zerumbet Serapionis, *Lob.* Zurumbethum, *Cord. hiſt.* Zerumbeth & Zedoaria rotunda, *Fuchſ. comp.* [Radix Bezoartica Sinenſis.]

N. 1. *Datas has Zedoarias non differre inter ſe, niſi ſolâ formâ, adeoque ejuſdem radicis partes eſſe, videre licet apud Lobelium in adverſ. & obſerv.*

N. 2. *Tabernæmontanus & Matthiolus Zedoariam Avicennæ nihil aliud eſſe, quàm Antoram modernorum, probare nituntur, Dodonæus Zedoariam officinarum pro Zerumbeth Avicennæ & Serapionis, habet.*

Advehitur è Sinarum regione & ab extremis Indiæ finibus.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* ſola.

Eligitur odorata, albida, amara, ponderoſa, non carioſa.

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. incid. flatus diſcutit, amariſſimi eſt ſaporis ac alexipharmaca. Uſus præcip. in doloribus colicis atque ventriculi: animalium venenatorum morſibus opitulatur, lienteriam ſiſtit, vomitiones reprimit, menſes ciet, ſuffocationi uteri efficaciter ſuccurrit, alvi tineas quaſcunque enecat, antidotis permiſcetur.*

### PRÆPARATA.

1. *Condit. Zedoaria.* Conditur ut Zinziber.
2. *Confect. Zedoariæ.* Fit l. comm.
3. *Extract.* Fit cum 🜄.
N. *Subſtitui poterit decoctum inſpiſſatum.*
4. *Oleum ſtillat.* cum ▽ aſcendit.
5. ▽ *ſtillat. ſimpl. & cum Vino.*
6. *Balſamus.* Ex oleo & corpore olei nuciſtæ.
[Morſuli de Zedoaria Prophylactici parantur.]

HOFMAN. *Zedoaria* ] *Zeduar, Zadar, Geiduar*, & *Zadura* dicitur, radix rotunda eſt *Zinziberis* faciem referens, ſed melioris & ſuavioris odoris inſtar camphoræ minuſque acris.

Tres *Zedoarias* facit *Caſp. Bauhinus*, ex quo & *D. Autor* deſumpſit, *Longam* ſcilicet, *rotundam* & *tuberoſam*, addit & *Autor nigricantem &c.* ſed erroneè. *Unica* enim tantùm eſt. *vid. D. Dominic. Chabr. l. c. in appendice* p. 624.

2. *Dicitur Zerumbet Serapionis &c.*) Eſt *Zerumbet* graminea ſtirps, quæ partim ſeritur in Malavar, partim ſponte provenit in quibuſdam nemoroſis illius provinciæ locis, ubi *Zinziber ſylveſtre* vocatur. *Zedoariæ* quidem ſimilis eſt, ſed non eſt ipſa Zedoaria, & in ejus defectu Zedoaria ſumi poteſt.

Advehitur *Zedoaria* è Sinarum regione & ab extremis Indiæ finibus.

*Hujus ſola Radix in uſu eſt; eligenda odorata, alba, amara, ponderoſa, non carioſa.*

*Vires. Calefac. & ſicc. incid. diſcut. &c*) Alexipharmaca eſt, hyſterica & carminativa; unde ingreditur *Tincturam bezoardi-*

cam

*cam & aquam meam carminativam ac hyſtericam*; Animalium venenatorum morſibus medetur, ſuffocationi hypochondriacæ à flatibus ortæ reſiſtit, Menſium obſtructionem reſerat, & colicis paſſionibus opitulatur.

## ¶ CCCLXVII. *Zinziber. Zingiber.*

Ζιγγίβερ, Ζιγγίβερεως, Γιγγίβερεως, Zingiber *Lob.* *Monard.* Zingiber & ejus ſiliqua *Matth.* Zinziber, *Lon.* Gingiber, *Garz. ab H.* Arab. Zingibel ſeu Lengibel. [Mas dicitur Anchoa, Fœmina Chilli Mexicanis.] German. Imber/ Ingber. du Zingembre. *Ginger.* Gengber/ Zinziber.

N. *Reperiuntur apud Aromatarios radices albæ & rubentes: hæ rubricâ, illæ ſæpè cretâ infectæ, quo à teredinibus, quibus candidiores & molliores magis obnoxiæ, præſerventur.*

Advehitur copioſum ex Calecut Indiæ Emporio, atque ex Troglodytica Arabica.

Vires. *Calfac. potenter, ſed non primo ſtatim occurſu, adeoque partium eſt craſſiorum, earumque non terreſtrium, ſed aquearum, & conſequenter humectantium: aperit, incidit, attenuat. Confert ventriculo, thoraci, aliiſque viſceribus, appetitum proſtratum excitat, putredini ac malignitati humorum reſiſtit.*

### PRÆPAR.

1. *Zingiber in India ſeu China conditum.* Convehitur ad nos ex India conditum ſcil. recenter ſaccharo, vel quodam mellis genere, quod quibuſdam è ſiliquis exprimunt.
2. *Conditum noſtrate.* Fit lege communi. Vide l. 2.
3. *Confectio Zingiberis.* Macera radices aliquandiu in ▽, vel lixivio, poſtea ſcinde in tenues & oblongas particulas, exiccaque: hinc confice l. c.
4. *Zingiber laxativum.* V. Auguſt.
5. *Spec. DiaZingiber.* V. Diſp.
6. ☍ *ſtillat.* Fit lege commun. Vid. l. 2.

HOFMAN. *Zinziber. Zingiber.*) Græc. Ζιγγίβερ. Ζιγγίβερις ζιγγίβερις. Quod Mexicanis *Chilli Orientale*, hoc Arabibus, Perſis, & Turcis, *Gingibel.*

*Hujus duo ſunt genera, Mas & Fœmina.*

*Mas Anchoæ*, nomine venit, *Fœmina verò Chilli Orientale* ſeu *vulgare Zinziber*, prout à D. Autore deſcribitur.

Herba eſt duas trés-ve ſpithamas longa, radicibus tuberoſis, tranſverſis, unde profert caules arundini ſimiles, & in eis folia longa & anguſta Iridi aut gladiolo paria.

Naſcitur in omnibus Indiæ provinciis excultum & ſatum ſemine aut radice. Provenit etiam in Philippicis Inſulis & tranſlatum jam eſt ad Haitinos & Mexicanos, ubi pingui ſeritur ſolo & ſtercorato & pulchrè exculto & humilibus quibusdam arboribus adumbrato, regionum calidarum Menſe Martio radice in fruſta pollicis magnitudine diſſectâ, quinque digitorum intervallo ac totidem penè profunditate, tegitur terrâ & rigatur ſtatim à ſatu ac deinde bis per ſingulas quaſque ſeptimanas, aut ſemel tantùm, ſi udus ſit naturâ locus, ſarriendum etiam eſt, ſed ita, ut plantæ novellæ non convellantur aut ullâ afficiantur injuriâ. Eſt autem terra ter quatérve repaſtinanda ſingulos annos. Vindemia fit areſcentibus foliis, quod juxtà Ianuarii initium accidit. Ut autem commodè recondi poſſit corrodendus eſt exterior cortex, & conjiciatur in labellum muriâ plenum & permittatur inibi horam unam aut dimidiam manere, mox Soli exponatur æquali temporis intervallo, ac demum ſtragulis ſub tecto inſternendum, donec omnis humor exhalet, quod ſi adhuc madens perſeveret, Soli rurſus exponi oportebit. Si verò transferri conveniat, terrâ opertas radices ſervari eſt neceſſarium thecis incluſas, dulcique aquâ aut imbribus, quoties dictum eſt irrigatas noctu operiri, atque interdiu patere cœlo. *Franciſcus Hernandez in Rer. Medicar. nov. Hiſpan. Theſaur. Libr. V. cap. 45. 46.*

*Vires. Calfac. potenter &c.*) unde magnæ eſt efficaciæ in ventris torminibus, colicâ, diarrhœâ &c. ex intemperie ventriculi frigidâ, unde melancholicis & cholericis rarus ejus eſſe debet uſus.

Præparata 1. *Zingiber in Indiâ ſeu Chinâ conditum &c.*) Modus condiendi apud Sinenſes talis eſt, *Zingiber excorticatum* in aceto infundunt per aliquot horas poſtmodum bihorio ſpatio exponunt Soli ad exſiccandum, & demum cum ſaccharo conditum inde faciunt.

# CLASSIS II.

## *De Alterantibus ſecundariis, quæ ſunt Succi, Olea, Lachrymæ, Reſinæ, Gummi Reſinæ. Gummata.*

### ¶ CCCLXVIII. *Acetum.*

Acetum eſt liquor aciditate terreſtriori ac fixiori (⊕-licam vocant) imprægnata.

*Delectus:* Acetorum maxima diverſitas eſt, variantque naturâ, viribus ac præſtantia, pro varietate rerum ex quibus ea confecta ſunt. Sunt enim aceta ex vino, cereviſia, ex ſuccis fructuum (pomaceis, pyraceis) ex melle, &c.

Uſitatiora autem ſunt vinacea, quæ recipienda quoties aceti ſimpliciter fit mentio.

Hæc itidem variantia occurrunt. (Etenim ut vinum differt præſtantia, ita & Aceta exinde confecta.) Eliguntur igitur quæ ex meliori ac generoſiore vino, utpote omnium vegetabilium principe & maximè omnium vitriolata, confecta ſunt.

N. *Ad menſtrua metallis ſolvendis deſtinanda. Eligenda ſunt inprimis aceta Hydromelitum vinoſorum, utpote quæ cum manna cœleſti (melle) naturam animalem præter vegetabilem ex floribus induerunt, atque ita alia menſtrua ſolvendi potentia ſuperant. Et hæc ſunt aceta illa Philoſophis uſitata, unde & Philoſophica dici ſolent, de quibus amplius in menſtruorum deſcriptione, l. 2. c. 57.* Vide etiam Quercet. in Tetrad.

N. *De reliquis Acetis cereviſiarum, ſucc. pomaceorum aut pyraceorum immaturorum, viliorumve vinoſorum, notetur, quod rerum metallicarum ſolutionibus minus ſufficiant.*

Vires. *Subſtantiæ acetum eſt mixtæ, frigidæ ac calidæ [ſuperat tamen frigiditas caliditatem] in reliquis ſiccat. partium eſt tenuium, atten. penetr. aſtring. putredini reſiſtit, ſudorem ciet.*

N. *Acetum accedit proximè ad naturam ⊕-i primaſque tenet præ cæteris correctivis, quorum opera gummi calfacientia ſuccive venenati corriguntur. Per ſe quoque ſingulare eſt remedium adverſus ictus ſerpentum etiam venenatiſſimorum, quales ſunt aſpides.* Quercet. in Pharm. reſt. c. 24.

HOFMAN. *Acetum.*) Græc. ὄξος. *Acetum* dicitur Latinis ab acido ſapore. Germ. Wein-Eßig. *Vinum acidum.* Eſt liquor aciditate terreſtriori ac fixiori (vitriolicam vocant) imprægnatus. *Ioſ. Quercetan. Libr. 1. defenſ. cap. 20 tr. . de Signatur. intern. in tetrad. cap. 7.* In *Aceto* Sal acidum Vitriolatum ſtatuit & in *Ph. Phyiog. cap. 3. p. 763.* rejicit in Sal quoddam, quod antea vini ſpiritu, cœleſtique Eſſentiâ arcto quaſi vinculo occultatum fuerat, verùm *Acetum* nec de Vitriolo, nec de ✱co quicquam participat, ſed propria & ſpecifica ſua habet ſalia, quæ pro diverſitate texturæ & mutatione figuræ partium vinum vel acetū conſtituunt. In Vino aliam habet figuram ſal volatile vini cum partibus Sulphureis, aliam induit, dum acetum inde excluditur, id quod motu fit ſucceſſivo, *unde Thom. VVillis de Fermentat. cap. 7. p. 42.* ſtatuit in *aceto* non tam deſtructas eſſe partes Sulphureas (addimus cum ſalibus volatilibus) quàm ſaltem depreſſas, ſalinis in fluorem collocatis, probatque exemplo *aceti deſtillati*

cum Saturnô vel ſale Tartari in præparatione Arcani Tartari; ubi Salinæ acet. particulæ cum Saturno vel Sale Tartari uniuntur, & ſpiritus vinoſi adhuc ſuperſtites denuò liberantur & ſui juris facti exhibent ſpiritum vini ardentem. Si enim vinum in acetum degenerat, avolantibus quibuſdam Sulphureis ſpiritibus, & quibuſdam depreſſis, partes reſiduæ fixæ quoad figuram, texturam ac ſitum immutatæ novis ſocietatibus initis acidum præbent liquorem, aliis qualitatibus præditum, ac erat vinum. Nam in vino ſpiritus Sulphurei aciditatem particularum ſalinarum mitigant, ut ſaporem blandè pungentem creent; at ubi exhalaverint & depreſſi fuerint ſpiritus illi Sulphurei, invaleſcunt particulæ ſalinæ acidæ & in poteſtatem ſuam redigunt reliquias Sulphureas, & ex unione hâc fixitatem quandam ſibi acquirunt & vim corroſivam.

*Delectus acetorum maxima eſt diverſitas.*) *Aliud eſt ſimplex, aliud compoſitum; Simplex* aliud acre, aliud acerrimum, aliud dulcificatum ex muſto protropo & aceto ana miſto in dolio obturato per 30. dies ſervato. Alii uvis paſſis hoc præparant cum aceto in diplomate coctis. Aliud præparatur ex vino, aliud ex cereviſiæ & aliis ſuccis fructuum (pomaceis, pyraceis,) melle &c. Illud tamen, quod ex vino conficitur, ſemper præſtantius ac ſalubrius eſt. Quod ex cereviſiâ paratur, ut minus gratum, ab uſu medico exulet, & contrà illud, quod ex optimo vino conſtat, eligendum eſt, ex vino rubro vel albo fuerit, perinde eſt.

*Vires. Subſtantia Acetum eſt miſtæ, frigidæ et calidæ (ſuperat tamen frigiditas caliditatem &c.*) Verùm, ſi hæ qualitates *Aceto* formaliter competunt, quomodo duæ contrariæ qualitates poſſunt eſſe in gradu excellenti in uno eodemque ſubjecto? ſi autem virtualiter & effectivè, demonſtres quæſo diverſa ſubjecta, ex quibus tam diverſi fluunt effectus. Nos ex ſaniore didicimus philoſophiâ, ut ſuprà etiam monuimus, in *Aceto* ſcil. eſſe partes tam ſulphureas, quàm Salia volatilia & fixa. Nam vini in acetum mutatio non diacriſis, ſed metaſyncriſis eſt, partes ſulphureæ cum Salibus volatilibus in *Aceto* non tam deſtructæ, quemadmodum fit in vappâ, ubi diacriſis accidit, quàm ſaltem depreſſæ ſunt & repercuſſæ à volatilioribus acidis Tartari partibus ſolutis & in fluorem collocatis, ut ſuprà probavimus exemplo Saturni & Salis Tartari deſtillati. Unde error veterum ſuam traxit originem ſtatuentium, *Acetum* eſſe calidum & frigidum, quem effectum non per ſe & formaliter, ſed effectivè aut affectivè præſtat pro ſubjecti diverſitate & diſpoſitione, in quod agit ex ſui adaptatione.

*Putredini reſiſtit.*) Sed, quomodo illud reſiſtat putredini, quod ipſum abundanter ſcatet vermibus? *Dominicus Panarolus pempt. 4. obſerv.* 36. in omni *aceto* etiam roſaceo obſervavit figurâ tenues, parvo capite prominentes. *Athanaſ. Kircherus in Scrutin. Peſtil. p. 66. Thom. Bartholinus hiſtor. C. 4. h. 13. Iohann. Nardius in Noct. genial. 1. p. 75.* in aliquibus acetis eoſdem obſervavit, in aliquibus autem non, in iis ſcil. quæ ex vappâ & debilibus vinis confecta, quæ verò ex generoſis vinis, ea vermibus carere. *Cl. Rolfinck in Chemiâ in Art. Form. redactâ Libr. 3. Sect. 1. articul. 18. negat.* (Egoque cum ipſo facio) vermes eſſe ſed volatiles aceti partes ſalinas inſtar exilium argenteorum filamentorum, pugnantium ſubinde cum partibus aceti ſulphureis, ut ſub clientelam ſuam ſubigant, annitentes ſcil. ut in ſuam naturam convertant, qualis motus ſine dubio in maſſa ſanguineâ in partibus ſalinis cum ſulphureis etiam reperitur, fermentalis & naturalis, unde calor oritur; hic ſi excedat, febrilis fit & præternaturalis. Atque hic motus partium ſalinarum etiam ſine microſcopio in debilibus non ſolùm, verùm etiam generoſis, imo etiam Acet. diſt. nonnunquam apparentes tam in vitreis vaſis, quàm ſtanneis circà circumferentiam tamen magis, quàm centrum. Prætereà apparent etiam in aceto colato, licet in minori copiâ, & ſi ad aliquot dies acetum reſervetur, in majori adſunt copiâ. Hæc exilia filamenta argentea in terrâ foliatâ Tartari ſe manifeſtius præbent conſpicienda. Interim tamen nemo in dubium vocabit, in aceto in vappam degenerato etiam veros generari vermes.

N. *Acetum primas tenet; præ cæteris correctivis &c.*) Unde tam internè, quàm externè in ſpecie adhibetur ad omnis generis venena, dum malignitati ob vim ſuam figendi reſiſtit, quare & Aceti uſus in Peſte & Morbis contagioſis admodum utilis eſt. Obſervavit *Athanaſ. Kircherus in Scrutin. Peſtil. ſ. 3. p.* 376 in eâ Peſte, quæ Romam Anno 1656. invaſerat, *Acetum* intrò ſumptum, omnes qui eo uſi fuerunt, à Peſte præſervaſſe. In aſpidum morſu commendatur *à Cornel. Celſ. Libr. 5. c. 27. §. 4. Plinio Libr. 1. c. 23. Zacut. Luſitan. Princip. Hiſtor. libr. 5. hiſtor. 6.* Externè etiam contrà plurima valet venena; Ad viperæ morſum in formâ emplaſtri cum ſtercore caprillo. *Zacut. Luſit. Medic. princip. hiſtor. 2.* & ad canis rabidi morſum *Æginet. ſ. 3.* Prætereà hydropicorum tumores etiam diſcutit *acetum* fervens inſtar fomenti applicitum, additis fl. chamæmel, cum lixivio & ſale.

PRÆPARATA.

## I. ACETA DESTILLATA.

### 1. *Acetum deſtillatum commune.*

℞. 🜊 fortiſſimum, deſtilletur ex cucurbita vitrea in B. M. vel cineribus leniſſ. calore: primò aſcendit phlegma inſipidum (fermè quarta pars liquoris,) quod phlegma ubi extillaverit, (acido odore & ſapore id deprehenderis) muta recipiens, colligeque acet. deſtill. (ſpir. 🜊) ſeorſim, continuando deſtillationem, donec ſpiritus omnis aſcenderit.

N. 1. *Si ad extracta uſuſque medicos acet. deſtill. deſtinetur; tanto opus eſt, ne nimium urgendo empyreuma concilietur: ſin verò ad metallicos labores; urgendum erit donec rubri ſpiritus aſcendant, nihilque amplius ſpirituum exeat: id felicius fiet in arena.*

N. 2. *Alij rectificant aliquoties cohibando, tandemque partem aliquam phlegmatis lento MB calore abſtrahunt.* Sen. inſtit.

Vires. *Phlegmatis uſus eſſe poteſt in Extractionibus quibuſdam. E. g. viridis æris pro conficiendo* [illegible] *♀is & aliarum Tincturarum.*

2. *Acetum ex fæcibus.*

℞. Fæces 🜊 (die Mutter von Wein-Eſſig) du Vinaigre. *The Dregs of wine-Vinegar.* Di[illegible] of grontſop van wyn-Edick / of [illegible]. deſtilla per veſicam cum refrigeratorio ac prodibit acet. deſtill. igneum.

Vires. *Solvit metalla, &c.* Keſler 4. c. 65.

3. *Acetum Radicatum*, ſeu alkaliſatum.

℞. Fæcum ex acet. deſtill. deſtillatione relictarum ℔. 3. vel 4. calcina ad ſiccitatem, dein affunde acet. deſtill. idque iterum abſtrahe in arena, toties cohobando, donec omnis ſal cum acet. deſtill. aſcenderit. *Sennert. Inſtit.*

Aliter. ℞. Sal. com. 🜊i volatilis (vide infra) p. 1. acet. deſtill. p. 4. confunde & deſtilla per arenam in retorta, dando in fine ignem ſatis fortem. Deſtillatum deſtilla iterum ſuprà Sal. com. fixum cohobiis toties repetitis, donec omne cum acet. deſtill. aſcenderit. *Beg. l. 2. c. 5.*

℞. 🜊i menſ. 1. affunde ſupra tart. calcin. ℔ß. Sal. com. ℥iv. deſtilla, cohobaque aliquoties, tandemque ſupra recentem tart. calcin. & Sal. funde, deſtillationemque reitera, *Vide Keſler 4. cap.* 78.

4. *Acetum mellitum.*

℞. Mell ℔4. 🜊 ad emin. 4. digitor. deſtilla ex arena. Exit aqua acerba, quam rectifica.

Vires. *Solvit Corallia, Margaritas, & reliquos lapides pretioſos.*

5. *Acetum Terebinthinatum.*

Fit ex aceto & Terebinthina per 🝭 ſimul deſtillatis, hinc oleo & ſpiritu ab ▽ ſeparatis. *Hartman.*

6. *Spiritus aceti S. Cl. ff.*

Deſtillentur ℔vi. in MB paulo ultra tepidum igne caleſcente, donec ſexta tantùm pars reſtet. ℔j. vix exceedens, quæ unà cum cucurbita & XX in cineres transportetur, & deſtilletur ad ſiccitatem uſque cum cohobio ter & quater ſuper fæces repetito. Quod ſi adhuc fortiorem exoptes, tunc ex cryſtallis fæcum 🜊 acti cum boli ſ. q. globulos concinna, qui per 🝭 acti △ nudo in Recip. quod prædictum 🜊 ſpiritum contineat, rectificatique igneum, atque corroſivum 🜊-um dabunt, metallorum ſolutionibus aptiſſimum.

N. *Sal. com. evaneſcit ab Extractis & Tincturis quibuſli-*

*quibuſlibet per putrefactionem cum ▽ & abſtractionem fortem in cineribus. Sic enim Sal fit volatile & ℥ß illius qualibet vice aſcendit.*

*7. Syrupus acetoſus ſimplex Meſ.*

*8. Syrup. acetoſus comp. Meſ.*

*9. Syrup. acetoſus diarhodon. Meſ.*

HOFMAN. *Præparata* 1. *Aceta Deſtillata.*) Primò per ſe deſtillatur vel ex cucurbitâ vitreâ in M B. vel etiam ex cucurbitâ fictili igne aperto; ubi primò phlegma elevatur, in quo ſubtiliſſimus etiam aceti deliteſcit ſpiritus, cui poſtea acidi ſuccedunt ſpiritus, qui vegetabilium inſerviunt extractionibus, ubi autem ad metallicos labores & alias medico-chemicas operationes, Magiſteria ſcil. & extractiones opus habemus, ſpiritus rubei ſunt propellendi, aq. reg. naturam æmulantes; Unde conſtat duplicem Aceto ineſſe ſubſtantiam ſalinam, unam actu volatilem, quæ ſtatim cum phlegmate & ſubſequentibus ſpiritibus acidis albiſſimis ac limpidiſſimis elevatur, alteram fixam, quæ vehementiori ignis gradu deſtillata rubea eſt, & in reſiduo etiam manens facilè in cryſtallos arte redigitur.

*Vires. Phlegmatis* &c.) Hujus uſus eſt in quibusdam extractionibus v. g. viridis æris pro conficiendis exinde cryſtallis, & aliis.

2. *Acetum ex fæcibus &c.*) ex matrice ſcil. aceti etiam ex cucurbitâ vitrea in MB. vel cucurbitâ fictili vel ex cineribus aut igne aperto; Ubi etiam primò phlegma egreditur, poſtmodum acres acidi ſpiritus, & denique rubei; Ex reſiduis ſalinis partibus oleum fœtidum tartareum præparare & cryſtalli etiam confici poſſunt.

3. *Acetum Radicatum ſeu alkaliſatum &c.*) Varii huius ſunt elaborandi modi. Alii ex calcinatis fæcibus in Acet. diſt. reſiduis, quæ cum Acet. diſt. per Aren. deſtillantur uſque dum Sal. comm. cum aceto deſtilletur, prout & D. Autor ex D. Sennert. deſcribit. Quidam Acet. cum Tartaro & Sal. comm. acuunt, vel ✳, Sal. gemm. & Tartaro calcinato. Nonnulli Acet. diſt. cum ſp. vitrioli, item nitri acuunt ad extractionem ſacchari ſaturni &c. Sed optimum elaboratur, ſi acet. ſuperfundatur vinaceis & fermentationi exponatur ac poſtmodum deſtilletur.

4. *Acetum Mellitum &c.*) Hoc ex Mell. ſ. q. & Acet. conficitur, & ſi digeſtio præcedat, melius ſuccedet elaboratio. Hoc corallia, Margaritæ & gemmæ ſolvuntur.

5. *Acetum Terebinthinatum &c.*) Hoc ex Terebinthina & aceto deſtil anuo paratur, Tartarus etiam vel ſpiritus vini alkaliſatus addi poteſt ad majorem energiam. Oleum ſupernatans Terebinth. ſeparari debet.

6. *Spiritus Aceti S. Cloſſai.*) Hic ſpiritus empyreumatis non effugit notam; ideoque hic magis arridet; ſi acetum vinaceis affundatur & prævîâ fermentatione deſtilletur ac deſtillatum cohobetur. *Deodatus Panth. libr.* 2. *c.* 1. *p.* 13 Spiritum aceti non probat, eò quod per deſtillationem proprio Tartaro, in quo omnis aciditas, ſpolietur acetum, ejus loco vinum præfert quercino dolio incluſum, rad iis ſolaribus expoſitum, addito fermento, tartaro, ut in acetum tranſeat acerrimum.

N. *Excell D G. Morhoff. in Epiſtol. de Metallor. tranſmutat.* Nobilis cujuſdam viri facit mentionem, qui ſingulare aliquod fermentum excogitavit, quo dolia lignea imbuit, quibus infuſa aqua in acerrimum acetum, quale unquam ex vino parari poteſt, commutatur. Quæ vis in vaſis illis non tantum perdurat, ſed & continuo uſu in infinitum augetur. Aliàs notum eſt; Aquam etiam in acetum commutari, ſi panis toſtus ſæpè aceto vini imbutus & exſiccatus in eam injiciatur; teſte Matthiolo, ſed hoc cum illo artificio non eſt comparandum.

### *II. CRYSTALLI EX ACETO.*

℞. ✢ ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatum, repone ad cryſtalliſandum ſ. artem. Cryſtallos purifica ſolvendo (e. g. in phlegmate ✢ abſtracto,) & cryſtalliſando. *Libavius.*

[Vide Unzerus, qui calculos validè pellere prodit.

HOFMAN. *Cryſtalli ex Aceto.*) *D. Autor ex Libavio Acet.* ad mellis conſiſtentiam inſpiſſat & poſteà ad cryſtalliſ. reponit, ſed ſatius eſt ſubtiles aceti partes per MB. abſtrahere, & demum ad cryſtall. exponere. *Deodat. Panth.* l. 2. c. 1. p. 13. ex fæcibus Acet. poſt deſtillationem in locum frigidum repoſitis cryſtallos parat, qui ▽ abluendi & exſiccandi. Ex quibus oleum & ſpiritus rubicundus acidus deſtillari poteſt.

N. Pertinent huc etiam Syrup. acetoſ. ſ. & c. Meſ. *quos D. Autor omiſit;* Et injuſta in *hunc videtur Cl. Zwelfferi animadverſio,* qui acetum deſtillatum præfert in hujus compoſitione ſimplici aceto; Saccharum prius cum aquâ coqui poteſt ad ejus conſumptionem & demum acetum ſimplex potius, quàm deſtillatum, addi poteſt, quia Aceti fixior pars ſic retinetur, majores humorum craſſitiem incidendi & attenuandi, obſtructiones aperiendi vires obtinens, partibus aceti volatilibus minus operantibus acetum deſtillatum ſi adhiberetur.

## ¶ *CCCLXIX. Gummi Ammoniacum.*

*Ἀρμωνιακὸν, ἀρμονιακὸν,* vel *ἀμμονιακὸν* Dioſcoridi Hammoniacum, Ammoniacum, Thymiama, Gutta ammoniaca, *Cord. hiſt.* Ferulæ lachryma, *Galeno.* Ammoniaci lachryma, *Matthiol. vulgò* Armoniacum. Arab. Altharut, Raxach. Aaſſach. &c. *Ger.* Gummi Armoniac. Du Gomme Ammoniac. *Gum Armoniack* or *Ammoniack.* Gomme Armoniac, of Ammoniac.

Gummi eſt ſtillans ex ferula quadam, quam ad differentiam aliarum Ammoniaciferam vocant, alii Metòpion. Dicitur autem Hammoniacum ab Hammonis oraculo, juxta cujus delubrum colligitur.

Eligendum eſt ſyncerum, inſtar Thuris in grumos condenſatum, odore Caſtoreum utcunque æmulans, ſapore amarum, digitis tractatum molleſcens, bene coloratum. (exterius flavum, interius candidum.) Et hoc *θραῦσμα*, (thrauſton Plinio, i. e. fragmentum) appellatur: ſicut id quod terræ, calculorumve particeps, eſt, *φύραμα*, (Phyma Plinio, i. e. mixtura) dicitur.

Vires. *Calefac.* 2. *ſicc.* 1. *emollit, attenuat, reſolvit, digerit, maturat, attrahit validè, ut quoque ſpinas carni infixas eliciat, Alvum movet, ſplenicum eſt. Uſus præcipuus eſt in doloribus arthritidis, in reſolvenda mucilagine tartarea viſcoſa craſſa ac contumaci Pulmonum, Meſenterii, & hinc in obſtructionibus contumacibus Lienis, Epatis, Uteri, in calculo. Extrinſecus in ſcirrhis, panis, tophiſque juncturarum, in ſcrophulis, aliiſque tumoribus durioribus reſolvendis &c.*

Doſis à ℈j. ad ʒj.

### PRÆPAR.

1. *G. Ammon. depuratum* ℞. Gummi, q. v. ſolve, cola ac exprime, hinc inſpiſſa.

N. *Solvitur in quocunque liquore aqueo,* ✢, *Vino, ſucco, &c. Uſitatius tamen per* ✢ *depuratur.*

2. *Ol. ſtillat.* Fit per XX, veſicam vel Retortam. *Vide ſupra.*

Vires. *Omnibus confert affectibus, quibus Gummi Ammoniacum.*

3. *Oleum Cæruleum S. Cloſſ.*

Feliciter eliciuntur hujuſmodi olea per ♉ tribus fulcris è luto ſicco ſtatuminatam in capella ſabulo & cineribus vacua, cooperta tamen, dando △ lentum rectificentur.

N. *Simili modo eliciuntur olea ex Galbano & Sagapeno.*

4. *Pilul. de Ammoniaco.* Vid. l. 2.

N. *Ibidem deſcribuntur Pilulæ tartareæ diverſæ, quarum non minima portio Ammoniacum exiſtit.*

5. *Extract. Reſinoſum ſeu Reſina* V. l. 2.

N. *Convenit viribus cum ipſo G. Ammoniaco.*

6. *Extractum viſcoſum.* Vid. l. 2.

Vires. *Lenit aſperitatem aſperæ arteriæ, incraſſat acres ac tenues Catharros, unde & utiliter linctibus commiſcetur.*

HOFMAN. *Gummi Ammoniacum.*) *Dioſcoridi Hammoniacum*, ab *Hammonis* oraculo, ad cujus delubrum olim fuit collectum. Eſt ferulæ gummi ſeu lacryma ex ea deſtillans, quam ad aliarum differentiam Ammoniaciferam vocant, Alii Metopion.

*Vires. Calefac. & ſicc. emollit, atten. reſolv. digerit, maturat, attrahit, &c.*) Specificum ſpleneticum eſt, & aperitivum ſingulare in eo eſt abſconditum; unde mucilaginem tartaream & viſcoſam in pulmonibus ac hypochondriis reſolvit &c. Ex hoc cum Vir. ær. præparatur *ſpiritus aſthmaticus D. D. Johannis Michaelis*, qui ad aliquot guttas in convenienti vehiculo adhibitus expectorationem juvat, aſthmati medetur, & omnes, quas D. *Autor* recenſet, vires explicat, reſolvendo, atten. aper. & expultricem ſtimulando. Ex hoc elaboratur etiam *ol. deſtill. per retortam*, item *Extractum reſinoſum, pilulæ*; & *Elixir*, cujus uſus in Scorbuto & aliis malignitatibus pro præſervatione admodum laudabilis exiſtit. Rec. gumm. ammoniac. cum ſp. vini ſolut. Aloës purificat. Myrrh. elect. āā ℥iij. Croci Or. ℥iſs. fl. Sulphuris ℥xij. pulveris adde ſp. vini rectificatiſſ. ſpirit. Meliſſ. āā ad palmæ eminent. ſtent. in digeſtione. Doſ. cochl. j. cum aq. Scorbutic. Mynſicht.

¶ *CCCLXX. Gummi* ſeu *Reſina* Animæ.

G. Animæ.
- 1. fulveſcens & pellucidum.
- 2. nigricans taurino glutini vel colophoniæ ſimile.
- 3. pallidum & retorridum.

1. Animæ eſt Reſina pellucida ex albo citrineſcens, in nova Hiſpaniola ſeu America ex arboribus quibuſdam proceris inciſis extillans, Thuri ſimillima, quo tamen majora grana refert. Et hæc nobis uſualis eſt.

N. *Veteribus incognita ſtatuitur. Amatus tamen pro cancamo veterum habet, cui conſentit Garzias.*

Eligenda eſt albida ſeu flaveſcens, granulata, oleoſa, ſi frangatur Citrina, fragrantiſſima ac gratiſſimi ſaporis, carboni impoſita facilè liqueſcens.

2. Myrrhæ quodammodo aſſimilatur.

Hanc eſſe Minæam Galeni vel Amminæam Dioſcoridis & Serapionis, idem vult Amatus adeoque Animum Luſitanis dici. *Vide Myrrha.*

3. Eſt ea ſpecies, quam ex India Orientali afferunt, granis minoribus granulatam. Hæc ut colore ac pelluciditate priori cedit: ita & viribus minor eſt

Vires. *Calf. 2. hum. 1. atten. reſolv. aſtring. diſcutit, cephalica eſt. Uſus præcipuus eſt externus in capitis ac nervorum affectibus frigidis dolorificis, catarrhoſis, flatulentis, in affectibus articulorum, paralyſi, contractura, luxationibus, contuſionibus, &c.*

N. *Solvitur ut aliæ Reſinæ in oleo, tum quoque in* 🜄 *rectificatiſſimo.*

PRÆPARATA.

*Ol. ſtill.* Fit ut ex aliis Reſinis, per Retortam ex arena *Vid. l. 2.*

N. *Colligi poſſunt ſigillatim oleum tenuius ac craſſius.* Sala in Hydrolog.

HOFMAN. *Gummi ſeu Reſina Animæ.*) 1. *Fulveſcens & pallidum. 2. nigricans 3. pallidum* &c. Hoc ex Arbore tractus Paraybe provenit, quæ Jetaiba dicitur. Ligno eſt duro, albo, cortice lento, punctulis ex albo flaveſcentibus. In ramis continet folia directe oppoſita, figurâ parvâ, ſed oblongâ, viridia, ad tactum levia, nervo ſecundùm longitudinem & venulis tranſverſis, eleganter inferius conſpicuis, prædita. Fractæ ſiliquæ ſeu malleo contuſæ continent in ſe ſubſtantiam farinaceam, filamentoſam, pallidè ſubincarnatam, tactu molliſſimam, referentem farinam ſiligineam, leviter humectatam, quæ pulreſcere incipit, ſaporis alloquin farinacei & ſubdulcis. Huic autem ſubſtantiæ tres aut quatuor lapides magnitudine dactylorum ſunt involuti, figuræ ovalis, ſed in duobus lateribus compreſſi, duri, glabri, coloris caſtanei. Pulpa comeſta cruda, eſtque ſaporis haud contemnendi, quâ animalia & homines in peregrinatione ſæpè ſe ſuſtentant.

Ex hâc Arbore gummi hoc reſinoſum ſeu balſamum Animæ deſtillat pellucidum, nunc albicans, nunc flavens, quod eadem Succino fit maximè ſimile colore ac duritie. Jetaiba Braſilianis, Animæ Luſitanis dicta.

Hoc Balſamum, quia per meatus corticis inferioris decidere ſolet, effoſſâ tellure ſub arboris trunco & radice extrahitur ſub finem æſtatis, Menſe Februario. *Monardes* ex vulneratâ arbore in Novâ Hiſpaniâ colligi teſtatur, haud aliter quàm Maſtiche aut Thus.

Eligenda eſt albicans ſeu flaveſcens granulata reſinoſa, ſi frangatur Citrina, prunis impoſita fragrantem reddens odorem & facilè liqueſcens.

*Vires. Calefac. humect. (ego potius diceram, reſiccat) atten. reſolv. aſtring. diſcut. &c.* Cephalica eſt, unde utimur ea in cephalæa & hemicraniâ, catarrhis, paralyſi, arthritide, & omnibus affectibus nervoſi generis vi ſuâ balſamicâ & aromaticâ prodeſt ſitum aut emplaſtri formâ applicatum, vulnera citò conglutinat Solus etiam ſuffitus ad caput roborandum & reliquas partes frigore affectas ſufficit. *Ol. Wormii Muſeum p. m.* 224.

N. Solvitur ut aliæ reſinæ in ſp. vini rectificatiſſimo & oleo.

¶ *CCCLXXI. Gummi Arabicum.*

Gummi ſimpliciter, Gummi Thebaicum, Gum. Babylon. Gum. Saracen. Gum. Acanthin. ex arbuſcula quadam manat, quam Dioſcorides Acaciam vocat. Eſtque Gummi naturæ prorſus aqueæ.

Eligendum vitri modo pellucidum, ſyncerum, in vermiculorum ſpeciem contractum, candidum vel ad flavedinem inclinans. Reprobandum ſordidum, reſinoſum, adulteratum. Adulteratur enim admixtione gummi ceraſor. prunor. & ſimil. vel ex Reſinarum quarundam, id quod cognoſcitur ſolutione in ▽, qua ſyncerum liquidiſſimè ac limpidiſſimè ſolvitur, adulteratum non item,

Vires. *Calf. & hum. 1. inſpiſſat poros cutis obſtruit, acrimoniam medicamentorum obtundit, aſperitati aſperæ, arteriæ ac tuſſi confert, ocularibus medicamentis & arteriacis commodiſſime adhibetur. Et contra Dyſent.*

[*Plura vid. appen.*]

PRÆPAR.

1. *Pulvis.*

N. *Ut benè pulveretur, calfiant mortarium ac pila.*

2. *Depuratum.* Solvitur in ▽, colatur ac inſpiſſatur.

De hoc gummi plura vide in claſſe prima Phytologiæ ex appendice enarrata.

¶ *CCCLXXII. Aſa fœtida.*

Ὀπὸς μηδικὸς, Συριακὸς, (olim κυρηναϊκὸς,) Laſer medicum, fœtidum. Arab. Altit, vulgò Aſſa fœtida [Indis Hin, quibus odore grata, & cibis condiendis inſervit] [Dicitur etiam ſuccus cyrenaicus.] Germ. Teuffels-Dreck. Du. Aſa fœtida. *Stinking Aſa*, or *Aſſa fœtida.* Duyvels-Dreck. Succus eſt ſive Lachryma Laſeris ſive Sylphii in Mediâ, Lybia ac Syria creſcentis, [non Laſerpitii Dioſcoridis, cujus ſuccus modernis incognitus eſt.] Et ex illius radice ac caulibus inciſis colligitur.

Eligenda eſt ſyncera allii odorem ferè æmulans viſcida: reprobanda adulterata. Adulteratur enim permixtione farinæ, furfuris, ſagapeni.

Vires. *Calf. 3. incidit, &c. Uſus internus præcipuus, in ſuffocatione uteri, peripneumonia ac calcu-* ribus

*ribus, aliàs rarò adhibetur. Extrinſecus in tumido Liene, uteri ſuffocatione, panaritio (cum allio ovi alb. ſuſcepto.)*

[ Doſis ℈ß. ad ℥j.

N. 1. *Solvitur ſuper prunis coquendo in ▽, aceto aut vino.*

N. 2. *Si quis Epilepſiæ obnoxius ſenſerit ſuffitum ex Aſa fœtida ac cornu caprino, paroxiſmo actutum corripitur.*

## PRÆPARATA.

1. *Pilula de Aſa fœtida.* ℞. Aſæ fœtid. q. v. humecta vel ſolve cum Acet. deſtill. ac redige in maſſam.

2. *Pilulæ fœtidæ.* Vid. Diſp.

[ Oleum uterinum. ]

Hofman. *Aſa fœtida.*) Planta illa ex cujus radice, foliis ac ſtolonibus inciſis *Aſa* ſeu *Aſſa fœtida* per torcular exprimitur, duorum eſt generum. *Prima ſarmentoſa* eſt, fermè ut Salix aquatica. *Secunda Aſæ ſpecies* longè fœcundior eſt, eſtque ſuccus expreſſus ex radicibus hujus plantæ, quæ craſſiſſimos raphanos referunt.

Magnâ quantitate creſcit in Imperio Perſico inter Laram ac Gamaron civitates.

*Vires. Calefac. incidit, &c.*) Specificum hyſtericum eſt in uteri ſuffocatione, ubi internè & externè adhiberi conſuevit. Unde proſtant *Pilulæ de Aſâ fœtidâ in Auguſtan. Diſpenſ.*

N. Hic ſuccus tam fortis ac fœtidi eſt odoris, ut totas ædes repleat, ac inſuetis vix tolerandus: quem tamen *Iavani ac Malaii* ac cæteri Indiarum Incolæ negabunt, ſe quicquam odoratius naribus unquam percepiſſe. Apud hos *Hin* nominatur, eſtque in tam frequenti uſu in cibis condiendis, ut propter hanc cauſam una ſit cum Opio ex præcipuis Mercibus, quæ per Indiam diſtrahuntur. *Iacobus Bontius de Medicinâ Indorum in not. Garc. ab Ort. cap. 3.*

## ¶ CCCLXXIII. *Balſamum Verum.*

Balſamum Syriacum, Ægyptiacum, Balſamelæum, Opobalſamum, Balſam. de Mecha; eſt liquor Balſamæus, flavus inſtar Terebinthinæ, odoris fragrantiſſimi, ſaporis ſubamari & acris, ſudans ex balſami tum fruticibus, quoad corticem vulneratis, tum ex ramuſculis amputatis.

N. 1. *Si guttula aquæ tepidæ immittatur, per totam ſuperficiem ſeſe extendit, ac rurſum aqua refrigerata ſeſe contrahit, lacti inſtillatum idipſum coagulat, in veſtem laneam effuſum non linquit maculam, ſecus ac alia. [Quibus ſignis diſcernitur ab Oleo Zacconis pruni Hierichuntici, & oleo ex Mauritania.]*

N. *Tantæ æſtimationis eſt, ut Princeps Arabiæ felicis, cui etiam Mecha paret, ſingulis annis inter alia munera tres quatuorve ejus libras Turcarum Imperatori honorarii loco tranſmittat. Cayri itidem Præfecto unam. Quin & Ducibus peregrinis idem ceu maximum honorarium præſentat.*

Vires. *Inter olea quævis & balſama omnium eſt laudatiſſimum, præſtantiſſimum ac toto orbe maximè celebratum, utpote quod vires habeat abigendis morbis tam internis, quàm externis, nulli medicamento ſecundas. Confert febricitantibus, aſthmaticis, jecoris obſtructiones ſolvit, menſes movet, ſtomachi dolores ſedat, phthiſicos juvat, appetitum excitat.* Vide prolixius Balſamum de Tolu, *& Cluſium in Monard. ut & Petrum Bellonium in obſervationibus ſuis. Alpinum de plantis Ægypti, ut & in Dialogo de Balſamo peculiariter conſcripto.*

Hofman. *Balſamum Verum.*) *Balſamum Syriacum, Ægyptiacum, Opobalſamum &c.* Hujus Planta ab antiquis Arabiæ Medicis *Balſſam* vel *Balan*, à Græcis *Balſamum* appellatur; Et eſt arbuſcula ad magnitudinem Cytiſi creſcens, folia gerens pauciſſima inſtar rutæ, iis tamen candidiora ſeu colore viridi ſubalbido, perpetuòque virentia. Ejus lignum gummoſum ac lene apparet, colore exterius ſubrubro, ramulis longis, rectis, gracilibus, paucis foliis inordinatim donatis. Folia ſimul terna, quina aut ſeptena alæ adnata. Ramuli ipſi odorati, gummoſi digitis tenaciter adhærentes. Flores fert parvos, albos, acaciæ proximos, ternos in ſingulis alis in umbellæ formam, ſummè odoratos, à quibus ſemina promanant flava, folliculis nigris ſubrubentibus contenta, valdè odorata, intus humorem flavum Melli ſimilem habentia, ſapore ſubamaro, parumque acri, linguam ferientia, Opobalſamum redolentia, terebinthi fructuum figuræ & magnitudini æmula, extrema aculeata, & medium craſſum obtinentia. Ex fiſſuris ramorum hujus fruticis egreditur quidam liquor in diebus canicularibus ſicuti Lac ex tithymalo.

Provenit hæc Arbor olim non ſolùm in Arabiâ, Iudæâ, Palæſtinâ, ſed & hodiè in Arabiæ Felicis civitate primaria Mecchâ dicta, hæ Arbores coluntur, unde Arabiæ Princeps *Seriph* dictus ſingulis annis Turcarum Imperatori gratitudinis ergò propter munera oblata inter alia aliquot libras Opobalſami remittit.

Plantam hanc vivam aluit etiam Profper Alpinus & pluribus eandem viſendam & opobalſamum ex foliis diſſectis ſtillans exhibuit.

Opobalſamum menſe Iunio, Iulio, Auguſto, partim ſponte, partim ſtipite, ferro ſcarificato deſtillat, & in vitrea vaſcula recipitur. Quod ſtatim eductum, colore eſt albo; quod poſteà in viridem, tertiò in aureum & demum in melleum mutatur. Ejus ſucci ſubſtantia primò turbida eſt & craſſa, (uti Oleum ſtatim ex Olivis expreſſum,) poſteà tenuiſſima & clariſſima, demum Terebinthinæ modo craſſeſcit, odore eximio atque acutiſſimo, Terebinthum redolens cum ſuaviori odoris fragrantiâ, ſapore amaro, acri adſtringenti.

Primis diebus leviſſimum eſt, adeò acuti & validi odoris, ut aliquibus inter odorandum ſanguinem è naribus elicuerit. In aquam ſtillatum præ levitate non deſidet, ſed ex alto in eam projectum parumper in eâ mergitur, fereque continuò aſſurgens ſuprà totam aquæ ſuperficiem totum expanditur, eique miſcetur, & citiſſimè ita in eâ diſſolvitur, ut ab aquâ maximâ difficultate ſeparatum ſecernatur, in quâ paulo poſt concreſcit & coagulatur, coagulatumque totum ſtylo ab aquâ eximitur; quod tunc colore lacteſcit, ſive album ut lac viſitur. *Ol. Wormius* in Muſæo p. 223.

*Vires.*) Pro ratione ætatis vires variant in Opobalſamo; cùm enim recens eſt, igneis & aëreis abundat partibus & ſuaviſſimo halitu. Per os exhibitum viſcerum putredinem & corruptiones tollere, abſceſſibus pulmonum, hepatis & renum conducere fama eſt. Verùm vide ſuprà quæ de abuſu balſami Sulphuris ſui commentatus Libr. 3. Cap. de Sulphure. Cap. 27. Externè vulnera citiſſimè conſolidat, condiendis & à putredine conſervandis corporibus olim etiam inſerviebat. Alexipharmacam etiam vim obtinet, unde & Theriacæ compoſitionem ingreditur. Plura vide in *Cl. Rolfinkii* Tractat. in Ordin. Method. Medendi ſpecial. Libr. xi. ſect. 1. Cap. x vide & Balſamum vitæ A. deſcriptum in Theſaur. pharmaceutic. ſect. 3. n. 1.

N. *Ovum D. Iacobi* Non Nemo moderno tempore in ſcenam producit; venditans pro maſsâ Balſamicâ ex hoc Balſamo & cognatis compoſitâ Auro incluſâ, ut vulgus confidentiæ poculis magis magiſque inebrietur. Hujus beneficio *Regem Hiſpaniæ* ætatis viribus penè jam defectum noſtro ſeculo & alios etiam ex periculoſiſſimis morbis ſervatos fuiſſe prætendit. Quin imò confirmat, Generalem Tyllium habuiſſe ejuſmodi Ovum quod poſt prælium prope Lipſiam Anno 1631. ceſſerit militi, ex cujus manu ad alios pervenerit Medicos. Sed miror tantam vim huic Ovo ineſſe multiplicativam, ut adhuc temporis tam millenis ſufficerit ægrotis. Fides ſit penes Autorem. Sed vide ne fermentum aliquod ſubſit Narcoticum.

## ¶ CCCLXXIV. *Balſamum de Tolu* ſeu *Tolutanum.*

Balſamum de Tolu eſt liquor Balſamæus, coloris rubei ad aureum tendentis, mediæ inter liquidum & denſum conſiſtentiæ, valdè glutinoſus, & ubicunque reponatur firmiter inhærens, ſaporis dulcis & grati, non nauſeabundi (ſecus ac reliqua balſama) odoris excellentiſſimi Limoniorumque fragrantiam vel Iaſmini quodammodo referentis, præſertim ſi pauxillum in vola manus fuerit fricatum.

Advehitur ex continentis quadam Provincia, inter

Carthaginem & nomen Dei ſita, Tolu ab Indis appellata: ubi colligitur ex arboribus Pino pumilæ ſimilibus, iiſque tùm domeſticis, tùm ſylveſtribus, quæ vulnerato cortice præſtantiſſimum hunc liquorem fundunt.

Vires. *Antecellere videtur facultatib. ei quod à Nova Hiſpania adducitur (Peruviani nomine) efficaxque eſt ad omnia, ad quæ Balſamum illud Ægyptiacum. Calfac. & ſicc. atten. reſolvit, vulnerarium eſt, pectus expurgat, &c. Uſus præcip. in aſthmate, phtiſi, in ventriculi cruditate & dolore. Extrinſecus doloribus à cauſa frigida quibuſcunque, & inprimis capitis, arthritico & nephritico: in defluxionibus ad oculos cohibendis, in paralyſi, in ventriculi imbecillitate, dolore, inflatione (inunctum cum oleo nardino) in Hydrope (illitum cum Unguento aperitivo,) in Lienis imbecillitate, in tumoribus quibuſcumque ac œdematibus, in contractura: parotides inſuper ſeu ſcrophulas cæcas curat. Inprimis autem celebratur in vulneribus conſolidandis, defendendis, præſertim ſi oſſa quoque ſint confracta, (quippe fragmenta expellit) in vulneribus articulorum, ſectionibus nervorum, puncturis, contuſionibus, &c.*

Doſis gr. 3. 4. &c. *Nicol. Montan.*

N. *Balſamum hoc illud eſſe arbitror, quod noſtratibus Balſamum de Honduras dicitur.*

## ¶ CCCLXXV. *Balſamum Indicum.*

Balſamum Indicum novum, *Matt.* Balſami genus novum, *Frageſ.* Balſ. Peruvianum, Indianiſch Balſam. Baume d'Indie. *Indian Balſam.* Indiaenſche Balſam. Eſt liquor fragrans arboribus cujuſdam Indicæ Balſami dictæ (Indis Xylo) coloris ex albo ac nigro rubentis, odoris ſuaviſſimi, ſaporis acriuſculi & aliquantulum amari. Affertur ex America ſeu Nova Hiſpania Indiæ Orientalis. *Monard.*

Eſt
- Limpidum ſubalbidum: Ex cortice arboris ſauciato ſtillans: Opobalſamum vocant, noſtratibus officinis dicitur Balſam, Indicum verum, Der weiſſe Indianiſche Balſam. *VVhitish Indian Balſam.* Witachtige Indiaenſche Balſam.
- Craſſius. Ex ſegmentis trunci ramiſque cum ▽ coctis ſupernatans: dicunt Xylobalſamum: noſtratibus appellatur Balſamum Indicum ſeu Balſamum Indicum vulgare, nigrum.

Prius præſtat limpidius, poſterius eligatur purpureum, ſuaveolens (ut vel optimo Styraci calamitæ nihil cedat) cujus guttula, carboni inſtillata ſuavem ſuffitum præbeat. Rejiciatur nigrum, craſſum, odoris gravis.

Vires. *Calſ. & ſicc. 2. diſcut. emol. ſubaſtring. Uſus præcip. in aſthmate, phtiſi, nephritico dolore, menſibus obſtructis, ventriculi debilitate ac dolore, Epate obſtructo, utero ſqualido atque inde ad concipiendum inepto, ſuffocatione ex utero, &c. Extrinſecus lenit dolores ex humoribus frigidis ortos, diſcutit humores aqueos, roborat caput ac nervoſas partes contractioneſque ſanat, ventriculi flatus diſcutit, cruditates tollit, lienem durum emollit, nephriticum dolorem mitigat, urinam remoratam promovet, arthriticis doloribus ſummè confert: in Chirurgia proficuum eſt vulneribus recentibus (tùm conſolidando, tùm noxia diſcutiendo:) inveteratiſque, nec non & nervorum precedeſt contuſionibus: febricitantibus confert, ſi ante paroxyſmum inungendo atque cum Vino guttulas aliquot exhibendo, idq; iteratis vicibus.*

Doſis gr. 4. 5. 6.

N. *Tanta cenſetur efficacia, ut ſint qui Opobalſamo ſeu Balſamo Syriaco ſubſtituere non verentur.* Nicol. Monard.

### PRÆPARAT.

*Spiritus ac ol. ſtillat.* Fit per arenam ex retorta 1. △. Sic extillat poſt roridam ▽ oleum clarum inſtar ſacchari candi coagulabile (ſpiritus.) 2. Poſt flaveſcere incipit igne fortiori, (oleum) 3. In retorta manet materia inſtar Colophoniæ.

HOFMAN. *Balſamum Indicum.*) Eſt eti[illegible] liquor fragrans Arboris cujuſdam Novæ Hiſpaniæ. Hanc Arborem Pancratii Chuſte vocant. Mexicenſes Hoitziloxitl ſeu affluentem [illegible]. Nos vocamus *Balſami Indici Arborem*, inquit *Franciſc. Hernandez in Rer. Medicar. Nov. Hiſpan. theſaur. Libr.* 3. *Cap.* 11. & *OL. VVormius in Muſæo* p. 125. Liquorem effundit Syriaco Balſamo ſimillimum, neque odore aut viribus inferiorem ([illegible] dubitatur.)

Arbor eſt mali Medicæ magnitudine, foliis amygdali majoribus, tamen rotundioribus & magis acuminatis, floribus in extremis ramorum flagellis luteis, initio loculorum oblongorum formâ, ſed procedente temporè quorundam veluti foliorum, cæteris longiorum ac latiorum, in quorum extremitatis cavitate Semina incluſa continentur candicantia, oblonga & paulliſper contorta, ſeminibus mali Medicæ ſimilia.

Inciſo quovis Anni temporè hujus Arboris cortice aut ſtipite deſinentibus imbribus, liquor ille nobilis toto orbe celeber ſtillat, quem balſamum appellant ex albo ac nigro rubens, ſapore acri, paulisper amaro, odore vehementi, ſed tamen gratiſſimo.

*Craſſius. Ex ſegmentis trunci ramiſque &c.*) Extrahitur idem Balſamum decoctis etiam ſurculis minutim inciſis ex aquâ vitro excepto & innatante liquore, ſed viribus inferius.

*Ex hoc, vel potius Tolutano balſamum meum pectorale compono:* Cujus frequentiſſimus uſus eſt in aſthmate, nephritico dolore, & omnibus affectibus, in quibus *Balſamum à D. Autore commendatur.* Hoc Balſamum eximias etiam vires obtinet ad gutt. iij cum ſaccharo ſubactas ad pilulæ formam in menſium obſtructionibus & ventriculi debilitate, ſingulis diebus manè per integrum menſem, cui tantillum vini generoſi ſuperbibendum eſt.

## ¶ CCCLXXVI. *Bdellium.*

Βδέλλιον, Belchon, malathram, Maldacon ſeu Madelcon, Lachryma eſt arboris cujuſdam ſpinoſæ naſcentis in Arabia, India, Media, *Videatur Matthiol. Cord. hiſt. Cæſalp. Frageſ.*

Probatur guſtu amarum, tranſlucidum cùm frangitur, pingue cùm fricatur, odoratum, ſubamarum, facilè molleſcens, ſyncerum (Parthicum nominant.) Reprobatur ſordidum, in offas convolutum, quod adrobalon nuncupatur.

N. *Sunt qui G. Animæ legitimum Bdellium eſſe putent.*

Vires. *Calſ. & ſicc.* (N. *Aliis calſ.* 3. *ſicc.* 2. *aliis calſ. 2. humect. 1.*) *digerit, diſcut. ſudorem movet. Uſus præcip. intern. in tuſſi ac Pulmonum apoſtemate, calculo atterendo, urina cienda, menſibus immodicè fluentibus, ut & in fluore uterino ſiſtendo, fœtu expellendo. Extrinſecus diſcutit hernias, mollit duritiez ac nervorum nodos, adeoque creberrimi uſus eſt in Emplaſtris ſtipticis.*

N. *Contuſum ſolvitur affuſo vino, aqua ſalida aut aceto.*

### PRÆPARATA.

*Pilula de Bdellio.* Ex Bdellio & Mirobalanis.

N. *Sylvius*

N. *Siſtunt fluxum hæmorrhoidum ac menſium.*

HOFMAN. *Bdellium.*) Alii *Brochon, Belchon*, nonnulli *Malathram*, alii *Maldacon*, ſeu *Madelcon* &c. appellant.

Eſt etiam gummi reſinoſum, promanans ex Arbore, quam in Bactris fovent, ſpinoſâ, nigrâ, oleæ proceritate, folio robuſto, fructu caprifici, nec minus ſuavi.

Probatur guſtu amarum, tranſlucidum, pingue, facilè liqueſcens, odoratum, ceræ ſimile, vel taurino glutini, molle, putum. Scythicum à *Galeno* commendatur, Bactryanum à Plinio, Sarracenicum à *Dioſcoride*.

Eſt & aliud *Indicum* ſordidum nigrum, quod *Adrobolon* vocant, quod rejicitur.

*Vires. Calef. & ſicc. digerit, diſcutit &c.*) Emollit etiam & reſolvit, durities & tumores diſcutit, hernias curat. Calculos expellit, menſes & fœtum promovet, in tuſſi ac pulmonum abſceſſu commendatur. Externè utiliter emplaſtris inſeritur, quæ contra nervorum nodos ac durities adhibentur.

## ¶ *CCCLXXVII. Benzoin.*

Beniui, *Garz.* Benivinum, Belzoinum, Benzoinum, *Matthiol.* vulgò Aſa dulcis, *Cord. hiſt.* [ſuccus Cyrenaicus, quo nomine tamen Aſam fœtidam indigitant.] Wolriechend Aſand. Du Benzoin. *Benzoin, Benjamin*, or *Wel-ſented Aſa*. Welruyckende Aſa/ Benzoin. Reſina eſt citrineſcens vel flava, ceu variis ex fruſtulis diverſorum colorum in maſſam redacta, bene odorata, facilis liquatu ac fractu. Stillat ex arboribus certis, magnitudinis proceræ, quoad corticem ſauciatis.

Amygdaloides, quod maculas candidas refert inſtar amygdalar. delibratar. colligitur in Sion & Samaria.

N. *Hanc myrrham Trogloditicam Dioſcoridis, Amatus cenſet.*

Nigrum odorem ſuaviſſimum ſpirans. Exudat ex novellis arboribus. Dicitur beniui de Bonias, q. de floribus.

Nigrius parum fragrans, quòd vilius.

N. *Commiſceri ſolent, ut unà commodius vendantur.*

Optimum cenſetur pellucidum, globulis candidis refertum, Thuris æmulum, ſuaviſſimè ſpirans, nec heterogeneis inquinatum.

Vires. *Calfac. & ſicc. 2. incid. atten. pulmonicum eſt. Uſus præcip. intrinſecus in affectibus pulmonum, catarrhoſis, tuſſi, aſthmate. Extrinſecus in cerebro per ſternutationem expurgando, in odontalgia, (maſticando) in tuberculis ac rubore faciei abſtergendo: ob ſuavem inſuper halitum creberrimè ſuffumigiis commiſcetur.*

N. 1. *Si ſuffitus ex ſolo Benzoine paretur, tuſſis excitatur.*

N. 2. *Solvitur in oleaginoſis ac ſpiritu vini rectificatiſſimo, ut & in ovi albumine, aëri humido ad liqueſcendum expoſito.*

### PRÆPARATA.

1. *Magiſterium.* ℞. Benzoin. ſolve in V rectificatiſſimo. (NB. niſi V fuerit omnis phlegmatis expers, nihil effeceris) ſolutioni affunde ▽ & præcipitabitur lacteſcens Benzoin. lava ▽ roſar. ac exicca.

N. 1. *Unius horæ ſpatio ſolutio hæc abſolvi poteſt, calore* MB *ſaltem adhibito.*

N. 2. *Poteris itidem V abſtrahere ſine affuſione ▽æ.*

N. 3. *Magiſterium hoc non eſt niſi depuratum Benzoin.*

N. 4. *Solutio, quam Tincturam nonnulli vocant, manus abſtergit, candidaſque reddit.*

2. *Flores.* ℞. Benzoin. trit. q. v. inde ollæ vitreatæ deſuper ponendo pyramidem ex charta duplici formatam, admoveque paulatim ignem lenem carbonum vel cinerum: ſic ſublimabuntur flores, chartæque adhæreſcent, quos ſæpius exime, ne rurſum decidant.

Doſis à gr. iij. ad ℈ß.

N. *Sunt qui flores in V rectificatiſſ. ſolvunt, ſolutionemque pro Tinctura venditant.*

[Tinctura florum Benzoini pro mundificando ſanguine adhibetur, & potionibus vulnerariis miſcetur.]

*Florum Benzoin perfectior modus.*

℞. Benzoin pulv. ℔ j.
Spir. vini. opt. ℥ ix.
☉la per ☽ in arena.
V ſeorſim primò exprime.

Butyri partem primam & albidiorem ſolve in ▽ fervente & citiſſimè per chartam cola, & mox ſub ipſis manibus flores coagulari videbis, cum nigriori butyri parte eodem modo procedes, ſed flores non adeo elegantes habebis. Aquam reſiduam aquæ frigidæ in ſuo vaſe impone, & ſenſim deſcendet lac album, ejuſdem cum floribus virtutis.

Poſt butyrum ſuperius pelle ulterius & habebis oleum Benzoin cum cineribus vel calce viva rectificandum.

*Ex communicatione Cl. Dn. D. Ioh. Caſpari Fauſti, Archiatr. Palatin. Amici mei colendi.*

3. *Liquor.* Fit in albumine ovi cocti ut ſupra. Abſtergit maculas, ſtigmataque è lue venerea contracta.

4. *Oleum.* ℞. Benzoin pulv. ℔ j. ſpir. Vini ℔iij. (vel iiij.) digere ♂ (4.5.6.) dein adde ſabulum purum vel ſcoriarum ♂ ℥ iiij. deſtilla per Retortam ex arena vel cinere igne gradativo: hinc ſepara oleum à ſpiritu. *Panth. hygiaſt. Deodat.*

N. *Spir. Vini leniter abſtracto, aſcendit materia gummea, candida, ſolida, quam vocant Mannam Benzoin. Hæc albificat cuprum.*

*Alii.*

℞. Benzoin pulv. ℔ ij. affundunt ✠ roſ. in olla bene clauſa, committuntque igni ut fluant (odore id cognoſces.) Hinc affundunt novum ✠ fluereque ſinunt continuò agitando; tandem inſpiſſari paulatim permittunt, immiſcendo pro libitu flores Roriſmar. Lavend. Roſ. Spic. Ind. ut & ſant. citr. in fine ſuperfundunt V rectif. ac deſtillant ex arena vel cinere. *Med. deſtill.*

*Alius modus optimus.*

℞. Benzoin pulv. q. v. miſce cum ſabulo ac imple Retortam ad medietatem: deſtilla gradatim ex arena & nanciſceris liquorem ac oleum craſſum inſtar butyri. ℞. hujus (à liquore ſeparati) p. j. ▽ pluv. p. xij. deſtilla in cinere per XX, & extillabit oleum clarum & flavum ad fundum ſubinde ſecedens. Poſtquam pars media ▽ extillarit, extinguatur △, effunditurque materia in cucurbita relicta, in lebetem æneum, calefiatque optimè ſuper △, affuſo ſubinde ▽æ calidæ quadruplo: hinc filtretur per pannum, reponaturque filtratura ad cryſtalliſandum. Cryſtallos collectos exicca lento △ calore.

N. 1. *Oleum illud rectificari poterit ſemel ac iterum ex ✕ cum 🜄 Tartariſato & evadit odore, ſaporeque gratius.*

N. 2. ℔ j. *Benz. præbet ol.* (℥ i ß.) *cryſtall. ſeu florum.* (℥ j.)

Modum hunc cum aliis non paucis acceptum refero viro ſolertiſſimo Ioh. Caſp. Sparre, Pharmacopæo hujus Reip. Seniori, Affini meo colendo.

N. *Sunt qui Beniuinum ſolvunt in ol. nuci. ceraſor. expreſſ. ſolutionique admiſcent ambram, muſcum & Zibettum, & exprimunt ad perfumandas, ut aiunt, chirothecas.*

*Oleum Sam. Cloſſ.*

Ego (*Sam. Cloſſ.*) Oleum Benzoin. paro ad modum Deodat. in Pantheo materia gummea, quæ poſt deſtillationem 🜄 aſcendit, eſt flos ſive cryſtalli Benzoini, qui collum ♉ opplent, ac proinde bacillo removendi veniunt, ne ♉ frangatur, poſt flores exit materia butyracea, inde acetum & phlegma Benzoini, ſequitur oleum hyacinthinum boni odoris, ſed paucum, tandem Balſamum ſpiſſum igne adducto. Ex floribus ſive cryſtallis & materia gummoſa cum 🜄 tincturam citrinam elicies, remanente gummate albo in fundo cucurb.

Vires. *Cryſtalli ſudores movent ſumma cum utilitate in lue ♀ea, ſi decocto Guajacino permiſceantur. Oleum vulnerarium eſt, balſamus vice Peruviani falsò divenditur.*

5. *Trochiſci de Benzoini.* Vide Diſpenſat.

HOFMAN. *Benzoin.*) Hoc ſtillare ex arboribus certis proceræ magnitudinis *D. Autor* cum aliis ſcribit.

Verùm huic *Iacobus Bontius de Medicin. Indor. in Not. ad Garc. ab Ortâ p. m.* 11. contradicit, & potius plantam dicit, ſeu ſi Arborem malis ex pluribus ſarmentis coalitam, qualis eſt ſmilax aſpera, ſeu ſalſa parilla, niſi quod ſarmenta brachii æquent craſſitudinem, vel etiam ſuperent, ita ut in medio ſæpè truncus arboris continuus ſatis craſſus appareat, ſubtus verò ac ſuprà cœlum per ſarmenta à ſe invicem diſſita liceat contemplari. Sæpè etiam alia virgulta à Benzoiferâ Arbore ſpecie planè diverſâ hâc coalitione includuntur, ut ſi quis ignarus diverſitatem foliorum in hujus arboris farragine videat, miretur.

Ex hujus ſtirpis cortice inciſo *gummi Benzoin* colligitur. Sive *Benzoe*, *Benium*, *Aſa dulcis &c.* Optimum colligitur de novellâ Arbore, hoc aliquatenus nigriuſculum, ſuavis odoris, vocant *Beniuin de Beninas*, hoc eſt, ex floribus propter fragrantiam. *Alterum nomine Beniuin amendoado* id eſt *amygdaloides*, eò quod intermiſtum ſit *album Beniuin* inſtar amygdalorum tranſverſim ſectarum. Hoc virtute cedit priori, cum de vetuſtioribus ſit arboribus, non tantæ fragrantiæ, atque nigrum eſt. Utrumque autem mercatores invicem miſcent ad majus pretium venalitium acquirendum.

Nobiliſſimum creſcit in *Syon* & Malaccis. Ignobilius in Inſulâ Sumatrâ & Iavâ.

Præpar. 1. *Magiſterium.*) Hoc ſi conficere velis, ſp. vini habeas neceſſe eſt rectificatiſſimum ab omni phlegmate liberatum, aliàs Benzoi non ſolvetur, multò minus aquâ affuſâ præcipitabitur. Deinde calorem MB. ad ſolutionem adhibeas. Potes etiam ſp. vini abſtrahere per dictum MB. abſque 🜄æ affuſione. v. g. Rec. reſin. benzoin. q. v. affunde ſp. vini rectificatiſſ. & in MB. & alio leni calore extrahe tincturam, huic affunde 🜄æ roſar. ſ. q. & fiet liquor lacteus & albicans, applica faciei & manibus, abſtergit, & elegantiſſimum coſmeticum eſt.

2. *Flores &c.*) Horum deſcriptio rectè ſeſe habet; prout & ea, quam *D. Autor* ſubjungit, mihi arridet, ſcilicet deſtillando per retortam ejus butyrum, ex quo aquæ ferventis beneficio majores & præſtantiores eliciuntur flores.

4. *Oleum.*) Hoc vel cum ſp. vini vel abſque eo deſtillatur per retortam additâ arenâ, cinere vel calc. viv. &c. ignis ope per gradus aucti: Et acquires oleum cum liquore inſtar butyri, quod per alembicum cum 🜄â rectificandum eſt. Ex floribus in collum retortæ elevatis cum ſp. vini Tinctura elicitur, cujus uſus cum decoctis vulnerariis in maſſæ ſanguineæ impuritate eſt admirandæ energiæ.

N. Ad perfumandas Chirothecas confert oleum benzoin. rectificatiſſ. cum ambrâ, moſcho & Zibettâ ſ. q. ſolutum & miſtum.

C.

## ¶ CCCLXXVIII. *Camphora.*

Κάφυρα, Camphora ſive Caphura, *Matth. Caſt.* Arab. Capur & Cafur. Lachryma eſt reſinoſa proceræ cujuſdam ac peregrinæ arboris, (non bituminis genus.) German. Kampffer. Du camfre. *Camphire.* Camfer.

*Differentiæ duæ*, 1. Caphura de Burneo, (Inſulæ Oriental.) Borneina dicta, quæ raro adfertur, & omnium nobiliſſima eſt. 2. Ex China ſeu Cnicheu, quæ communiter in Europam adfertur, in panes orbiculares coacta, *Garz. Acoſt. Linſcot. Fragoſ.* (dicitur Chinea Chinichis, &c.) Sic alia rudis eſt ignem non experta: alia elaborata, quæ ſolis aut ignis calore cocta atque purgata, album colorem contraxit, *Matthiol.*

Seligenda eſt alba pellucida inſtar Cryſtalli, ſincera (non maculata) odora, digitis friabilis, quæ accenſa vix extinguibilis.

Diſtinguitur à ſuppoſita, quòd hæc calido pani triticeo (uti ex clibano extrahitur) diſſecto impoſita torreatur, vera autem liqueſcat.

N. *In tritura, mortarium ac piſtillum oleo aliquo, e. g. amygdal. &c. eſt inungendum.*

Vires. *Reſiſtit putredini ac venenis, unde frequens ejus uſus in peſte maligniſque morbis, febribus, &c. Veneris quoque ſtimulum arcere conceptumque impedire creditum eſt, verum ſi experientia ac obſervatio Scaligeriana fidem meretur, citra veritatem, (niſi uſu continuato id experiri quis velit) ſuffocationi uterinæ ſubvenit (ſcilicet 🜄 meliſſ. in qua Camphora extincta fuerit propinata.) Uſus externus crebrior eſt, iſque potiſſimum in Epithematibus ſcilicet Frontalibus refrigerantibus & paregoricis, quibus ut commiſceatur, ſolvi ſolet in 🜄 vel conteri cum nucleis ſ. ſemine aliquo oleaginoſo, e. g. pineis, ſem. citrull. & ſim.*

*De qualitatibus primis diverſitas haud levis eſt. Majores ad gradum uſque 3. frigidam ſtatuunt. Recentiores è contra calidam: utriſque ſua ſunt rationes. His inſervit 1. inflammabilitas, utpote quæ aëreis non aqueis, ac terreſtribus propria eſt. 2. Odor aromaticus ac ſapor acer. 3. Facilis evaneſcentia, qua vel ſponte aërem ceu chaos ſuum repetit. Illis: vis venerem ac libidinem compeſcendi, inflammationeſque extinguendi. Verùm triumphare videntur Recentiores. Etenim quantum ad prius, poſito quòd venerem arceat, non tamen propterea neceſſario frigiditatem concludi poſſe, argumento ſunt Ruta, Vitex & ſim. Nec firmior ratio poſterior, utpote ab operatione quæ per accidens fit, deſumpta. Quippe inflammatio eo in caſu non à qualitate frigida introducitur, ſed à ſubtili penetrativa, exhalationibus calidis exitum reſerante, atque per ſudorem, inſenſilemque tranſpirationem diſcutiente.*

PRÆPARATA.

1. *Oleum Camphoræ.* ℞. Camphor. ℥ iv. Terræ argillaceæ vel boli armen. M. ij. (alii ℞. Camphor. part. 1. Argill. p. 3.) Miſce diligenter, & ex Maſſa mixta forma globulos, quos in ſole vel umbra exiccatos, deſtilla in arena ex Cucurbita vel Retorta vitrea (in excipulum, quod contineat, ſi libet, aliquid aquæ pluv. deſtillat.) Sic prodit primum quiddam

albam,

album, mox aquâ perſpicua, tandem igne fortiori oleum fragrantiſſimum. Ol. hoc cum 🜈 bis rectificatum, aureum colorem acquirit.

N. 1. *Eodem modo deſtillari poteſt cum terra communi.*

N. 2. *Album illud ſublimatum liqueſcet in Alembico & defluet in Excipulum.*

N. 3. *Non opus eſt formare globulos, ſufficit enim materias ſolùm miſcuiſſe.*

Vires. *Vires ex ſuperioribus collige. Optimum inſuper remedium eſt in gangrænis, ac odontalgia. Hoc oleum affuſum ſuper Talcum ſubtiliſſ. pulverij. (melius calcinatum) biduana in MB maceratione albeſcit, virginibus ad nitorem faciei egregiè inſervit.* Sennert. in Inſtit. Hartman. in pract. Tentz. Sala.

*Ol. Camph.* Paulo aliter.

℞. Camph. p. 1. Boli. p. 2. Pulveriſata miſce & deſtilla ex Retorta vitrea loricata, l. △ arenæ, & prodibit Camphora inſtar butyri. Hujus ℞. part. 1. Tart. optimè calcinati part. 2. 🜈 ad eminent. digit. 3. Deſt. per MB. donec Camphora incipiat aſcendere, quo dato ſigno, ſubtrahe △m, & effunde 🜈 qui extillavit, in vitrum anguſti orificii, affundeque ▽ fontanæ quantitatem, ſic lacteſcet 🜈 oleumque Camphoræ ſupernatabit, quod ſepara. Materiæ in Cucurbita relictæ affunde denuo 🜈 & deſtilla, ſeparaque ut antea, idque toties reiterando, donec nihil Camphoræ ulterius aſcendere conſpiciatur, ſic habes oleum Camphoræ, quantitate quidem paucum (¼) viribus verò efficaciſſimum.

N. 🜈 *Rectificari poterit ad uſus alios.*

Ex communicatione Johann. Caſp. Spar. Pharmacop. hujus Reip. primarii.

*Aliter.*

Solve Camphoram in Spirit. ⊖-li Antepileptico Hartmanni, (vel & in 🜈,) & Camphora elevabitur in forma ⚭i ad ſuperficiem. Hoc ſeorſim collige, atque cum terra ſigillata & pauco ✢ forma globulos. Deſtilla per 🝭m & prodibit ⌂ ſeu ⚭ valde fugax. *Hartman. in pract.*

*Aliter.*

℞. Camphor. el. ℥ ij. Sal. com. ʒ ij. Sal. Tart. ʒ iij. terantur ſubtiliſſ. cum lacte in formam pultis. Hanc macera in Arena ♂ 3. dein affunde vini Malvat. ℥ iij. deſtilla per XX humilem recipienti firmiter annexum, idque l. △, prodibit aquoſa & oleoſa ſubſtantia, quam utramque rectificare poteris.

*1. Oleum Camph. Succinatum.*

Solvatur Camph. in ſpiritu ⊖-i aut Nitri in oleum ſupernatans, quod cochleari vitreo ſeparetur, & cum Olei ſuccini rectif. pari pondere aliquoties per 🝭 -etur, donec uniantur optimè, poſtea ſuper colchotar ⊖-li ſæpius rectificetur, dum omnino purum evadat, & Camphora corporaliter non amplius appareat. *Eſt Diaphoreticum eximium in maligna febri. Doſ. gutt. 6. vel 8. in liq. appropr. Ex communicatione Greg. Horſt. p. m. habuit S. Claſſ.*

*2. Liquor.*

℞. Camphoræ q. v. inde urinali, ac impone deſuper aliud urinale inverſum juncturis bene clauſis ſublima ex cinere, toties urinalia illa invertendo, donec Camphora in ⚭ abeat. *Keſler. 4. c. 66.*

N. *Sunt qui in 🜈 camphoram diſſolutam pro oleo vendunt, cujus equidem uſum internum nemini ſuadeo. Extrinſecus autem adhiberi ſolet in dolore dentium. Hoc ⚭ tandem rurſus in camphoram coaleſcet.* Med. deſtill.

*Nonnulli in peſte hoc deprædicant.*

℞. Camphoræ el. ℥ i ß. Sal. abſynth. ℥ iij ß. Ol. amygd. ℥ iij. M. diligenter & macera per diem unum ac alterum, vaſe cl. Hinc deſtilla per 🝭m, interim Sal. abſynth. ℥ i ß. admiſce, ⚭ rurſum affunde per ♂ 3. digere atque hinc denuo per 🝭m deſtilla.

Doſis gut. iiij. v. vj.

*Alii.*

℞. Camph. p. 1. Spir. Terebinth. p. ij. deſtillantque bis cohobando.

*3. Eſſentia Camphoræ alexiteria.*

℞. Camphoræ q. ſ. ſolve, cum amygd. dulc. ſcilicet digerendo, colaturam cum 🜈 aliquandiu circulatam deſtilla denuo ut abſtrahatur Spir. Vini, reſiduo adde tincturam croci ad aureum colorem uſque inducendum.

Vires. *Mirabilis eſt ad præcavendam & curandam peſtem, item in ſuffocatione Matricis & Febribus.*

Doſis gut. 1. ac altera. *Tentzel.*

N. 1. *Spiritus ille abſtractus haud minori cum ſucceſſu in uſum accerſiri poterit.*

N. 2. *Quercetanus elicit ex camphora eſſentiam cum ▽ vitæ tartariſata.* Pharm. reſt. c. 26.

*4. Trochiſci de Camph. A.*

HOFMAN *Camphora.*) Græc. κάφουρα. Eſt lachryma reſinoſa, vel potius gummi reſinoſum, quod ex medullio ligni per rimas exſudat, primò admodum candidum ſine ullis rubentibus aut nigricantibus maculis, non autem organis el citur, neque ad candorem conciliandum decoquitur, ut *D. Autor* cum aliis ſtatuit, ſed ex ſua matrice, Arbore ſcilicet extrahitur, vel à Natura ipſâ expellitur. Atque hæc camphora dicitur granulata, ſeu in granis; illa autem, quæ in panes cogitur orbiculares, ſingulari fit artificio, beneficio organorum peculiarium.

*Seligenda eſt albæ pellucida &c.*) Camphora electa facilè ab aëre conſumitur, & evaneſcit inſtar ſalis cujuſdam volatilis Præſtantiſſima etiam ea, quæ ſole albeſcit. Cùm autem facilè conſumatur & in auras avolet, ſervanda eſt in marmoreis thecis adjecta lini ſemine, vel granis piperis.

*Vires. Reſiſtit putredini ac venenis &c.*) Ob ſal volatile balſamicum & reſinoſum, quo acidis contrariatur, & ſic etiam putredini, quæ ſubinde acidum habet concomitans. Unde & ingreditur *Tincturam meam Bezoardicam.*

*Veneris quoque ſtimulum arcere &c.*] *Jul. Cæſar. Scalig. exercitat.* 104. huic expreſsè contradicit, & adducit inter alia de catone experimentum. Verùm hoc nihil probat, plurima homini noxia, quæ canibus ſunt proficua. Sturnus cicutam, coturnix veratrum, ciconia bufones, cervus vivos ſerpentes indemnes comedunt, ſed non item homo: Et vice verſa, quas vires habent quædam medicamenta in homine, eaſdem non ſimili modo habent in hoc vel illo bruto. Experimentum de juvene etiam inſufficiens eſt. Interim tamen certum eſt, & experientiâ habeo probatum, camphoram vel exterius appenſam vel interius in magnâ copiâ & crebrius ſumptam appetitum tollere venereum. v. d. *Rhaſes Libr. continent. tr. 3. Cap. 11. Zacut. Luſit. Libr. 3 de Medic. Princip. hiſtor. 20.*

*Conceptumque impedire &c.*) Imo & abortum excitare *P. Borellus Centur. 2. obſerv. 58.*

*Suffocationi uterinæ ſubvenit, &c.*)

Non in omnibus ſubjectis, quæ ferre nequeunt.

*Uſus externus crebrior eſt &c.*) In epithematis ſcilicet ſeu frontalibus, emulſionibus ex nucl. perſic. & aq. roſar. parat. Additas etiam camphora cum ſale tartari coſmeticum eſt externum Item ex camphora in aq. fort. ſoluta & cum aqua ſ. præcipitata fit

ſapo

ſapo, cum quo ſi mulierum perunguntur manus & aqua poſtmodum abluantur, manus redduntur molliculæ & lacteæ. N. Ex hac mechanica patet, quomodo ſalia volatilia etiam aq. fort. ſummè corroſivam edomare poſſint, quidni in corpore humano gliſcentibus ſalibus corroſivis acidis vel eorum apoſthœis in lympha vel liquore nervoſo itidem præſtare poſſint?

*De qualitatibus primis diverſitas haud levis eſt &c.)* Licet veteres omnes ferè frigidorum Claſſi inferant, recentiorum tamen rationes, quibus calidam eſſe evincunt, illis prævalent.

Præparata. 1. *Oleum Camphoræ* &c.) Camphora vel per ſe in oleum deſtillatione redigitur, de quo vide *Keſlerum Centur.* 4. 65. vel additione terr. ſigill. vel boli Armen. vel pumicis aut aliorum, ut *D. Autor* proponit. Si qua pars camphoræ in prima deſtillatione integra adſcendat, iſta denuò cum nova argilla vel alia materia miſcenda & tam diu deſtillanda, donec quoquè in oleum abeat. Proceſſus, quos *D. Autor* deſcribit, nulla indigent animadverſione.

N. Quidam Camphoram in ol. deſtillaturi recipiunt Camphoræ ℥iij. Salis comm. ʒij. Tartari calc. ʒiij. add. Lactis ſ. q. & diger. △ne leniſſimo ad 3. ☍. ad d. vini opt. ℥iij. fæcum vini Cochl. j. deſtillant per Aren. cohobant aliquoties. Nonnulli ſolvunt camphoram in raphano excavato in cellâ per deliquium, quam ſolutam poſteà cum bolo miſcent & per retortam ex Aren. pellunt.

N. *Sunt, qui in aq. fort. camphoram diſſolutam pro oleo vendunt &c.)* Hoc ol. cum aq. fort. præparatum digerendum eſt vaſe clauſo per 8. ☍ & poſteà cum ſp. vini deſtillandum. Hoc ol. cum aquâ f. præcipitatum Saponem conſtituit, quo, ut ſuprà dictum mulierum cutis fit tenellula ac mollicula lactea.

N. Ex camphora ol. etiam conficitur in arthritide utiliſſimum, ſi ſumatur Saponis Veneti & camphoræ ana, miſceantur probè & ex retorta vitrea forti igne ſuprà & infrà adhibito pellantur, quod prodit, ſponte ſolvitur in ol. perquàm utile in doloribus brachiorum & colica paſſione, ſi umbilico inungatur. Quidam ſumunt Saponis Veneti part. ij. camphoræ part. j. contundunt in mortario & faciunt globulos ac per retortam vitream deſtillant ex Aren. tunc ol. cum multis ſpiritibus prodit; craſſa quædam materia ad collum coagulatur, quæ cum ol. deſtillato miſcenda, addendo ſp. juniperi aut vini part. ij. vel ana, digere iterum per 8. ☍, circula & tandem per gradus ſimul deſtilla, prodibit liquor antiarthriticus, doloribus arthriticis quibuſcunque inungendis aptus.

Eſſentia *Camphoræ alexiteria.)* Quamvis *D. Autoris* deſcriptio non ſit rejicienda, ſequenti tamen modo elegantior ac præſtantior paratur. Recip. ol. d. bacc. juniperi ℥j. deſtill. ſuccini alb. ʒj. d. Citri. ʒij. d. angelic. ʒß. camphor. ʒjß. f. Solutio in MB, adde in fine extract. Zedoar. liquid. angelic. ana ʒj. Croci Auſtr. ℈ß. M. ac ſerva pro uſu.

N. Eundem etiam in modum Eſſentia camphoræ anti-colica elaboratur. Recip. ol. d. cortic. aurant. ʒiß. d. Zedoar. ʒß. camphor. ʒj. fiat in MB. ſolutio, adde Extract. liquid. Zedoar. abſinth. ana ʒij. digere ac ſerva pro uſu. Hæc vera balſamica ſunt remedia admirandæ virtutis.

## ¶ CCCLXXIX. *Cancamum.*

Κάγκαμον, Dioſcoridi eſt Arabicæ arboris lachryma, Myrrhæ quodammodo ſimilis, viroſi guſtus: ad ſuffimenta uſurpant.

*Quoad vires, eadem ſplenetica, emmenagoga & ophthalmica habetur.*

N. *De hoc Dioſcoridis Cancamo diverſæ hoc tempore Opiniones. Laccam dicunt alii, alii Reſinam Animæ faciunt, alii Benzoinum, nonnulli prorſus incognitum putant.* Videatur Matth. Garz. Cluſius in Garz. Amatus in D. & ſim.

HOFMAN. *Cancamum.*] Gummi etiam reſinoſum eſt, Arabicæ cujuſdam Arboris lacryma, ſaporem habens viroſum, Myrrhæ quodammodo ſimile, odore gratum. Planè diverſum à Lacca & Reſina animæ gummi eſt.

*Quoad vires &c.*] Præterquam quòd ut plurimum ad ſuffimigia adhibeatur, etiam ſpleneticum, ophthalmicum & emmenagogum exiſtit egregium.

## ¶ CCCLXXX. *Caranna.*

Caragna, Caranna eſt Reſina duriuſcula, tenax, ſine multa agglutinatione, Tacamahacæ ſimilis niſi quod ſit paulo odoratior, ſplendidior, liquidior & denſior. Affertur ex Carthagine Indiæ Occidentalis ſeu Novæ Hiſpaniæ Provincia, ubi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc foliis latis ac nervoſis inſtar arundinaceorum foliorum involuta ad nos pervenit.

Vires. *Calfac. & ſicc. 3. viribuſque pollet iiſdem quibus Tacamahaca, qua tamen operando citior & efficacior eſt, præcipuè in tumoribus, omniſque generis doloribus, maximè juncturarum, tumores incurratos diſſolvit, defluxiones frigidas aut mixtas ſiſtit, nervorum ac cerebri dolores ſedat, vulnera recentia, præſertim nervorum & juncturarum ſola ſanat, defluxiones in oculos & alias partes reprimit, (post aures vel temporibus impoſita.) Manard.*

*Solvitur in Oleo.*

*Præparatur inde Emplaſtr. antipodagricum inſigne.*

♃. Carannæ ℥j. ceræ flav. ℥ß. cum Ol. verbaſc. F. Emplaſtr.

HOFMAN. *Caranna.*) Ex Arbore vulnerata elicitur, quæ Tlahvelſiloca: *Quahuit ſive Arbor Inſaniæ* appellatur. Caragna ab Hiſpanis vocata eſt Arbor magna ſulvos fundens ſtipites, leves, nitidos, & odoros, folia oleaginea in crucis formam compoſita orbicularia. Odora Arbor eſt, guſtu acris & non nihil aſtringens. Naſcitur apud Michuacanenſes & Mexicanis inferiores. Ab hâc defluit Caranna.

*Vires. Calefac. & ſicc. viribus pollet iiſdem, quibus Tacamahaca, quâ tamen operando citior & efficacior eſt &c.*) Ita, ut affectus quos *Tacamahaca* non curat, Caranna pellat.

N. Fama eſt apud indigenas cacodæmones hanc Arborem pertimeſcere ac fugere, adeoque faſcino adverſari.

## ¶ CCCLXXXI. *Colophonia.*

Colophonia Officinarum, C.B. Pix Græca *Matth. Cord.* eſt ſubſtantia naturæ oleaginoſæ, flaveſcens, arida ac friabilis, reſidua ex reſinis abietina, ſtrobilinaque coctione dum purgantur, inſpiſſatis ac frigore induratis.

Eligenda eſt pellucida, odorata, quæ Thuris fumum accenſa æmulatur.

N. 1. *Dicitur Colophonia, quòd ex Colophone olim advehebatur.*

N. 2. *Friabilem illam flavamque ſubſtantiam in Reſinarum ſingularum deſtillatione reſiduam, alii Reſinam frictam appellant: alii eidem colophoniæ nomen imponunt.*

Vires. *Siquidem Colophonia portio eſt Reſinarum, Reſinarum quoque vires retinet, ſed minus penetrabiles, calfacit itaque & ſiccat, mollit, glutinat, uſuſque ejus, quia pinguibus ſolvitur, communiſſimus eſt in Emplaſtris.*

HOFMAN. *Colophonia.*) Cum Terebinthina deſtillatur, primùm ſpiritus, deinde oleum ſubtile & craſſum elevantur, demum friabilis & flava quædam in reſiduo manet ſubſtantia, quæ colophoniæ nomine venit.

*Vires.* Hujus uſus ob vim glutinandi in emplaſtris communiſſimus eſt, internum tamen in uſum etiam revocari poteſt, ſi ex calcinata in retorta igne forti affuſo ſp. vini tartariſ. inſtar rubini elicitur pellucida, quæ in ſcorbutis tartareis per urinam educendis ſingularis eſt efficaciæ.

¶ CCCLXXXII.

## ¶ CCCLXXXII. Reſina Copal.

Pancopal. Copal. Reſina eſt duriuſcula, admodum candida, vel ex albo flaveſcens, pellucida, bene odorata, in maſſam redacta. Aſportatur ex India Occidentali, ſive nova Hiſpania, ubi ex vulnerata arbore guttatim ſtillat. *Monard. Fragoſ. Cæſalp.*

Vires. *Calfac. 2. hum. 1. emollit, reſolvit. Uſus præcipuè in affectibus cephalicis.*

### PRÆPARATA.

*Oleum tenuius & craſſius.* Eodem modò elici poteſt utrumque, quo ex Reſina animæ.

N. *Cœpit ab annis aliquot ex eadem India Occidentali, liquor quidam adferri olei de Copalyra appellatione, quod an ex Reſina jam deſcripta ſit, in dubio relinquit Cluſius in Monard. commendari id ait ad vulnera recentia curanda: noſtratibus ignotum eſt.*

## ¶ CCCLXXXIII. Elemi.

Gummi Elemi, Elemii, Helenii, Reſina eſt, ſive lachryma pellucida albicans, cum flavis particulis intermixta, in maſſam redacta, ſuavem accenſa halans ſuffitum. Aſportantur ex Æthiopia, ubi ſtillat ex arbore, quam oleam nonnulli volunt (quod negat Matth.] alii cedrum.

N. *Dioſcoridi flavum eſt ac ſcammonio utcunque ſimile mordaxque, noſtrate non item, quare an verum habeamus, dubium. Damnatur Ammoniaco vel Gummi Arabico ſimile, colore nigricans.*

Vires. *Calf. temperatè, emollit, digerit, reſolvit, maturat, dolorem ſedat, capitis ac nervorum affectibus eorundemque vulneribus, ac inprimis calvariæ vulneratæ ſpecificè confert, contuſionibus articulorum prodeſt, menſes ac urinam ciet.*

*Solvitur in oleaginoſis, ut reliquæ reſinæ.*

### PRÆPARATA.

1. *Oleum ſtillat. Elemi* Fit ex retortâ per arenam vel veſicam ut ol. Animæ. *vide ſupra.*

Vires. *Specificum præ aliis (ut & ipſa Reſina) cenſetur in affectibus nephriticis, paralyſi, contracturæ.*

Hofman. *Elemi.*) Eſt gummi reſinoſum pellucidum, albicans, cum flavis particulis intermixtum, &c. Aſportatur ex Æthiopia, ubi ſtillat ex arbore, quam oleam nonnulli volunt, alii cedrum &c. Oleæ Æthiopicæ lachrymam reſinoſam ſcilicet ejus nonnulli ſtatuunt, alii ejus Arborem, ex quâ exſudat, Molle ſtatuunt, quæ eſt Arbor procera & patula. Lentiſci foliis, floribus puſillis, numeroſiſſimis ſtellatis: baccis aſparagi pinguibus, amarum, rugoſum & nucleatum oſſiculum continentibus. Quibuſdam appellatur *Lentiſcus Peruvianus vid. D. Dominic. Chabræus in Stirp. Sciagraph.* p. 41.

*Vires. Calef. temperatè, emollit, digerit, reſolvit. &c.*) Unde in n[...]ſi generis prodeſt affectibus, ac ejuſdem vulneribus, contuſionibus articulorum, & eorundem doloribus, ſic in dolore humeri & brachii ſequens emplaſtrum admodum proficuum ſemper expertus fui: Recip. Tacamahac. ʒiij. Carannæ elect. ʒvj gumm. elemi ammoniac. an. ℥ß. Succini citrini ʒiij. Maſtich. Olibani ana ʒij. Terebinth. & Ceræ ſ. q. f. ſ. a. Emplaſtrum. Ex hoc oleum per retortam deſtill. in contracturis utile.

F.

## ¶ CCCLXXXIV. Fuligo.

Fuligo eſt pars rerum combuſtibilium levior, à partibus craſſioribus ſub ſpecie fumi elevata, inque ſubſtantiam craſſam nigricantem, vi frigoris compacta, German. Ruſt. de la Suye. *Soot* of the Chimney. Roet/ Swertſel uyt de ſchouvven of Ovens.

*Delectus.* Fuligo eligatur ſplendens inſtar ſuccini nigri; quæque fumarii parietibus proximè adhæreat (quò fornaci propior, eò melior) imò nec abs re foret, delectum quoque inſtituere, ratione materiæ combuſtæ, quæ quantò Medicæ intentioni convenientior; tantò quoque fuligo præſtantior cenſenda eſt.

Vires. *Acris eſt, extergit, rariquè uſu per ſe; nec adhiberi eam memini, niſi quòd intelligam, in ſuffocatione matricis à mulierculis plebeiis cum ſucceſſu eſſe propinatam. Quin & cum aliis mixta carpis imponitur ad arcendam febrim. (cum albumine ovi, ſale & aceto ad hæmorrhagiam uteri.)*

### PRÆPARATA.

1. *Spiritus.* 2. *Oleum, &* 3. *Sal.*

℞. Fulig. el. q. v. imple ad collum uſque retortam vitream lutatam & deſtilla, ignis aperti gradibus ſucceſſivè adhibitis, in Receptacul. capaciſſ. ut prodeant cum phlegmate ſpiritus albicantes, ac oleum flavum, ultimoque rubeum. Spiritum cum oleo aliquamdiu digere, poſtea affunde medietatem V̄ & deſtilla ſæpius: prodit cum V̄, Spir. fuliginis & ſimul ol. rectificatiſſ. Caput mortuum incinera & extrahe ſal more ſolito cum ✠.

Vires. *Spiritus ac oleum confortativa ſunt inſignia, mirabiliter agonizantes exhibita refocillant.*

Doſis Spiritus pr. vj. ad ℈ß.

*Olei gr. 2. 3. in vino vel alio vehiculo convenienti.*

Vires Salis. *Præſtantiſſimum curativum eſt in cancro exulcerato, ſi in cella ſolutum cancroſis ulceribus ſemel ac iterum inungatur, venenoſitas inſtar vaporis viſibiliter extrahitur. Tandem oleum (craſſius) leni aſpergine ſæpius illitum, cruſtam inſtar cuticulæ ſuperinducit, quæ ſponte, ſpatio 5. vel 6. dierum decidens, ulcus conſolidatum eſſe indicat,* Hartman. in Pract.

Hofman. *Fuligo.*) Omnis Fuligo conſtat ex phlegmate, oleo ſubtili & craſſo fœtido, ſale volatili & fixo, ac terrâ effœtâ; quemadmodum pyrotechnia manifeſtat.

Eligenda eſt ſplendens inſtar ſuccini nigri ex ligno quercino.

*Vires. Acris eſt, extergit, &c.*) Apud vulgus ſanè non rari uſus eſt, quod in contuſionibus, caſu ab alto lypothymiâ, febribus cum aceto offert. Externè in gangræna conducit. Non deſunt, qui fuliginem ſolvunt in Acet. diſt. ſeparant per reſidentiam, ſolutionem tandem repetunt, donec in ſalem candidiſſimum convertatur, qui in humido ſolvitur, & omnia ulcera cacoëthea inſanabilia fœtida, fiſtulam, cancrum, lupum & ſimilia phagædenica parvò tempore ſanet.

*Præparata.* 1. *Spiritus.* 2. *oleum* (*ſcilicet ſubtile & craſſius.*) & 3. *Sal,* (*ſcilicet volatile & fixum.*) Recip. fuligin. el. q. v. imple retortam non vitream, ſed fictilem, non lutatam, & deſtilla igne aperto gradibus ſucceſſivis, primò elevatur phlegma cum ſpiritu albicante, poſteà oleum flavum & ultimò rubeum cum

ſale

ſale volatili, quod interdum etiam in primâ ejus deſtillatione impetratur, ſed non ſemper, licet plerumque etiam illud non ſeparetur à primâ aut ſecundâ rectificatione, atque interdum non niſi in tertiâ, hujus D. Autor planè non meminit: atque hoc ſal unum videtur ex maximè volatilibus corporibus in totâ rerum univerſitate, excepto eo, quod ex Tartaro elicitur; Sique rectè paratum fuerit, leni calore ad ſummam phiolam promptè adſcendet. Additio ſp. vini non eſt neceſſaria pro ſpiritu fuliginis parando.

*Caput mortuum incinera & extrahe ſal &c.*) Ex Cap. mort. extrahitur ſal fixum, in cancro remedium polychreſtum, id quod præſtat etiam ejus oleum per deliquium.

*Vires. Spiritus ac oleum confortativa ſunt egregia &c.*) Pro oleo ego ſubſtituo ſal fuliginis volatile à ſcoriis Sulphureis depuratum albiſſimum (quæ encheiriſis in omni ſalium volatilium rectificatione obſervanda, aliàs in horum uſu oleum & operam perdes) inſtar camphoræ granulatæ, de quo *Cl. Hartmannus* docet, ſi æger adſumpto hoc animam agens non convaleſcat, eum certò eſſe moriturum, ſi autem hujus uſum euphoria inſequatur, ad valetudinem rediturum. Atque hoc eſſe veriſſimum à me non ſemel probatum ſcias.

N. Recip. Salis volatilis fuliginis part. vij. calcis ⁖laris part. j. vel ij. miſce exactiſſimè, donec ⊙ evaneſcat, nec amplius conſpiciatur, pone in digeſtionem per 10. ♂ ℘, denique ♎ma, tunc ⊙ ♎matur, & calx alba remanet in fundo, in ſuperficie apparet ⊙ Sulphur. rubicundum, quod ſp. vini extrahi poteſt.

N. *Oleum mirabile ex fuligine.* Recip. fuliginis ſplendentis. Succini albi ana, dL la lento ignis gradu ex Aren. per retortam primò phlegma, deinde ſpiritum album, & ultimò oleum album & rubrum cum ſale volatili prodibunt, poſteà oleis ſeparatis liquorem per MB. rectifica, & acquires Sal. com. volatile, oleis demum affunde ſp. vini, digere aliquantiſper, poſteà dL la & nanciſceris ol. camphoræ odorem æmulans. Hujus doſ. gutt. iij. ſunt in omnibus ferè affectibus, in primis in pleuritide. Imò agonizantibus exhibitum edit miracula, & ſi ſudor poſt ejus uſum ſubſequatur, erit ſignum infallibile reconvaleſcentiæ.

## G.

### ¶ CCCLXXXV. *Galbanum.*

Γάλβανον, χάλβανον, Galbanum. (*Matthiol. Cord. hiſt. Caſ.*) eſt gummi (ſeu ſuccus) ferulæ Syriacæ, quam Metopium vocant (quo nomine aliis gummi idem venit,) intensè flavum vel albidum inflammabile; odore Opopanacem referens, colore Tacamahacam.

Optimum cenſetur cartilaginoſum (alii granulatum volunt, ſed rariſſimè, ob molleſcentem naturam in granis invenitur,) flavum, ſyncerum, pingue non lignoſum, quod in ſe retineat nonnihil ex ſuis ſeminibus, & ipſis ferulæ ſarmentis, gravis & ingrati odoris, nec minus humidum, nec minus aridum, cùm accenditur flammam nutriens.

Vires. *Calfac. ſicc. 2. com. emollit, reſolvit, extrahit.*

*Uſus præcipuè intrinſecus in menſibus ac partu pellendis, in tuſſi inveterata ac Aſthmate: Adverſatur toxicis.*

*Extrinſecus prodeſt in partu ac menſibus, ſuffocatione uteri, vertigine, in furunculis ac lentiginibus: quin & glandi impoſitum Empiaſtri vice Urinam provocare dicitur.*

#### PRÆPARAT.

3. *Galbanum depuratum:* ſolve in liquore, exprime ac inſpiſſa.

N. 1. *Solvitur ut alia gummata ferulacea, in quolibet liquore aqueo, 🜍o, ſucco vino.*

N. 2. *Galenus ſuſpendit in linteo ſuper* ℬ *atque puram extillare facit.*

N. 3. *Dioſcorides dimittit in* ▽*m ferventem, impuritateſque ſupernatantes ejicit.*

2. *Oleum ſtillat.* Fit l. a. per 🝭m ex Arena, addito ſabulo, vel ſilicibus contuſis.

𝔑. *Sunt qui Galbanum cum 🜍o in formam mellis miſcent atque deſtillant. At exit primò liquor, dein ♂o, adeoque opus protrahitur citra neceſſitatem.*

Vires. *Maximarum eſt virium in paſſione hyſterica intrinſecus exhibitum, vel extrinſecus umbilico illitum. Maturat bubones & anthraces.*

*Oleum aliud Sam. Cloſſ.*

Solutio Galb. in 🜍 non eſt de nihilo, præſertim ubi ſpiritus Galb. expetitur, omnium optimè fit oleum cæruleum ex catino ferreo ad latus inclinato, cum 🝭 ſuper tripodem terreum imponitur, deinde pertuſo operculo obturatur, ita ſervantur gradus △, exitque primò ſpiritus, mox oleum, & balſamus empyreuma redolens.

3. *Galbanetum i. e. Balſamum Galbanetum, ſeu ſpiritus Terebinth. Galbanetus.*

℞. Galban. trit. ℔ ß. Spirit. Terebinth. ℔ 1. Digere ♂ aliquot, dein deſtilla ex cucurbita humili, vel 🝭.

Vires. *Summarum virium cenſetur in contractura ex colica, extrinſecus illitum.*

N. *Eſt & aliud Galbanum Theophraſti dictum.*

℞. Galb. ℔ ß. Gumm. Hederæ ℥ iij. trita ſeorſim, miſce ac deſtilla per 🝭m in Arena, ſtato adde Terebinthin. ℔ 1. Ol. laur. ac ſpic. ana ℥ j. deſtilla denuò.

Vires. *Cephalicum eſt ac neuriticum inſigne, contracturas ac morbos ſimiles curans.* Med. deſtill. part. 1.

4. *Ceratum de Galbano, ſ. Ceratum Matricale,* Vid. Auguſt.

Hofman. *Galbanum.*) Eſt etiam Gummi reſinoſum ex ferulâ Syriacâ galbaniferâ, quæ jam noſtris etiam colitur in hortis, in Amano monte luxuriante, defluens, quod nonnulli Metopium appellitant.

Optimum eſt cartilaginoſum, ſyncerum, ad ſimilitudinem Gummi Ammoniaci, in quo nonnihil ex ipſis ferulis adhuc admiſtum gravis odoris.

N. Ex hoc Balſamum matricale P. H. D. conficitur in Theſaur. Pharmaceutico n. vi. ſect. iv.

*Gummi Hederæ.*

Vide Hedera, Claſſ. 1.

## H.

### ¶ CCCLXXXVI. *Hypociſtis.*

Hypociſtis, germen ſeu plantula eſt, è radice ciſti fruticoſi dum floreſcit, ceu viſcum ex quercu proſiliens: Dicitur & Limodorum, aliis Robethron. Ex hac itaque plantula, cum floribus ſucculenta ſit, exprimitur ſuccus, qui in ſole exiccatus Glycyrrhizæ ſucco non abſimilis evadit; atque ad nos, ſed raro aſportatur. Diciturque Hypociſthis vel ſuccus Hypociſtidis. *Videatur Matthiol. Dod. Cord. in D. Caſt. Cluſ. hiſt. Lon. Lob. Tab. Ger.*

Vires. *Refrig. (3.) ſiccat, potentiſſimè aſtringit, condenſat. Uſus præcip. in quibuſcunque fluxionibus ſiſtendis,*

*ſiſtendis, Diarrh. Lienter. Dyſent. profluvio [ hæmorrhoidum,] uteri, vomitu, &c. Uti & in excretione Sanguinis ex lapſu caſuve orta. Extrinſecus roborat viſcera humidiora, ventriculum, epar, &c.*

N. *Quia rara eſt, ejus loco ſuccus Acaciæ recipi poteſt, quippe quæ analogas vires habet, quamvis imbecilliores.*

PRÆPAR.

*Hypoc. depurata.*
℞. Solve in ▽, aut ſucco appropriato, cola & inſpiſſa.

Hofman. *Hypociſtis.*) Nomen ſuum accepit à frutice Ciſto, ex qua exprimitur, & inſolatus fruticis nomen retinet. Cùm autem hæc planta admodum fit rara, hujus loco ſubſtituitur *ſuccus Acaciæ*, qui earundem eſt virium, quarum *hypociſtis*, unde & Theriacam loco *hypociſtidis* ingreditur.

L.

¶ *CCCLXXXVII. Lacca.*

De Lacca diverſæ Opiniones 1. Fit Laccæ cujuſdam mentio apud Arabes, quam Cancamum Dioſcoridis eſſe volunt, quod inodorum planè & nobis incognitum eſt. 2. Lacca eſt vulgaris ſeu officinar. quam Garzias ab Horto fieri ſcribit ex ſucco arboris cujuſdam proceræ familiaris in Pegu, Bengata ſeu Balagvvate & Martaba, Malavar Provinciis ſcil. Indiæ Orient. Nimirum à formicis alatis ſuccum quendam exugi ait, eumque in Laccam, non (ſecus ac mel ab apibus) redigi, ramiſque arborum induci, unde poſtmodum cum ramis ad nos tranſportetur. Alii ſponte exudare volunt, atque circa ramos concreſcere. Eſt autem reſina ſicca, Myrrhæ rubræ ſimilis: maſticata ſalivam rubro colore tingens, accenſa vel tuſa, ſuave-olens. Dicitur Lacca Sumetri, à loco natali ſcil. Inſula Sumetra, ſicut ea quæ in glebis ſine ſurculis affertur Lacca Comberti vocatur.

N. *Eſt & genus Laccæ factitiæ terreſtris, pictoribus familiare, quibus ad conficiendos inde colores inſervit. Laccam vocant globulatam ſeu rotulatam, quippe globorum plerumque venit formulis, colore minij, &c. Duplicis id generis eſt, alterumque vulgarem Laccam inſectoriam appellant: alterum Florentinam, quæ carior & coloris ſaturatiùs rubri.*

Vires. *Calfac. (aliis temperatè, aliis 2.) atten. aperit, ſanguinem purificat, ſudorem ciet, diuretica eſt. Uſus præcip. in obſtruct. Lienis, Veſicæ, fellis, Epatis ac pulmonum, & hinc in hydrope, Ictero, Aſthmate, apoſtemate pulmonum: in expellendis variolis, morbillis atque peſtilent. contagio. in ciendis menſibus, &c.*

PRÆPARATA.

1. *Lacca lota ſeu præparata.* Tota lacca lavetur in Decocto Ariſtoloch. & Schœnanti, quoad clareſcat: hinc collige quod reſederit.
2. *Spec. dialaccæ.*
3. *Trochiſci de Lacca.* V. D.

* Hofman. *Lacca.*) *Vulgaris ſcilicet, ſeu Officinarum*; Perſis, Turcis & Arabibus dicitur *Lac*, *Luc*, vel *Lac Sumatri* ex Sumatrâ, quam *Garcias* fieri ſcribit ex ſucco Arboris cujuſdam proceræ, *Lacca* dictæ, ex quâ à formicis alatis ſuccus exſugitur, qui Laccam conſtituit rubram, tranſlucidam.

N. *Garcias ab Ortâ* formicarum non alatarum tantùm mentionem facit, quæ coloris punicei ac ſuper flores, frutices, arbores, ac herbas circumvolitant, ex quibus non ſecus ac apes Laccæ conficiendæ materiam colligunt, ac in communes operas conferunt, non alatæ autem formicæ eam non elaborant. *Iacob. Bontius* l. c. p. m. 14. & *Dominic. Chabræus in Sciagraph. ſtirp.* p 12. & *in hiſtor. ejus univerſal.*

*Vires. Calef. moderatè; atten. aperit. &c.*) Diaphoretica & diuretica eſt. Unde uſus ejus præcipuus eſt in viſcerum obſtructionibus, in hydrope, ictero, aſthmate; expellendis variolis & morbillis &c. Externè in ſtomacace & ſceletirbe ſingularis eſt efficaciæ, gingivarum laxitatem, putredinem ac fœtorem oris ſanat, carnem amiſſam reparat; ex hac *Tinctura cum alumine uſto* elaboratur vid. *Hadriani à Minſicht armamentar. ſect. 2. de Tincturis liquidis* p. 46.

N. Eſt & genus Laccæ factitiæ.) Pictoribus hoc familiare eſt; Cujus præparandi modum vid. in Nobiliſſ. Roberti à Boyle tractat. de Coloribus Experim. 49. pag. 386 & ſeq.

¶ *CCCLXXXVIII. Ladanum.*

Labdanum, Ladanum eſt liquor ex Ciſti (Ledon appellati) foliis exudans, ſeu eſt maſſa non abſimilis maſſæ pilularum, [in pilulas vel ſolâ manu formabilis:] friabilis, colore opaca cinerea, inflammabilis, accenſaque gratum ſaporem habens, in ſuffitibus uſitatiſſima.

Ciſtus illa familiaris eſt in Cypro, Lybia, Arabia; Λῆδον Ledum, *Matth. epiſt. Caſt. Tab.* Lada & Ladon, *Cord. in D. & hiſt.* Ladanum, *Lon.* Ciſtus Ledon latifolium, *Lob.* Ledum latiore folio Italicum, *Cam.* Ciſtus Ledum Matthioli, *Ger.* Ciſtus ladanifera, C. B. 1.

De origine Ladani ſcribit Dioſcorides, quod hirci, frondes Ciſti depaſcentes, ſuccum illum barbis ſuis colligant, unde poſtea pectione decerpatur.

Laudatur odoratum, ſubviride, leve, facilè molleſcens, pingue, reſinoſum, arenularum aliarumque ſordium expers, quale in Cypro gignitur, quod plerumque ceu ex gyris coagmentatum, aſportatur. Arabicum vilius habetur, afferturque in maſſa uniformi.

Vires. *Calf. ſicc. emollit, digerit, maturat, attenuat, aperit, orificia venarum reſerat, inſpiſſat. Uſus præcip. in capite humido ac catarrhoſo, in dyſenteria &c. Extrinſecus ejus uſus eſt in emplaſtris emollientibus, anodynis, tuſſim ſedantibus, in Alopecia (inunge vel coque in vino & lava) in odontalgia, in cardialgia, doloreque ventriculi, (cum modico Bdellij faciunt pilulas dandas, Num 1. & 2. hora 1. ante paſtum Crato) in ſuffocatione uteri [introrſum adhibitum:] cicatrices curat.*

PRÆPAR.

1. *Ol. ſtillat.* Vide Medull. deſtillat. lib. 1.
2. *Pilulæ de Ladano* V. l. 2.

N. 1. *Sala purificare edocet in* ▽ *id ſolvendo atque colaturam inſpiſſando. Verùm me hercle minus commodè. Etſi enim coctione nonnihil in aqua ſolvatur, id tamen non niſi portiuncula minima eſt, relinquitur pars major intacta, quæ non minus quàm illa commoda eſt.*

N. 2. *Etſi imflammabile ladanum ſit non tamen pinguibus ſolvi poteſt.*

Hofman. *Ladanum.*) *Labdanum*, *Ladon*, *Ledon*, & corruptè *Laudanum*, ob vires forſan, quas præſtat in quibuſdam affectibus, eximias.

Eſt autem gummi ſeu liquor reſinoſus ex Ciſti, Ledon appellati, fructu ſeu foliis exſudans, qui à calore Solis iis in locis ubi naſcitur, exſiccatur, poſtmodum ad Nos defertur.

*Vires. Calefac. & ſicc. diger. matur. atten. aperit, &c.*) Unde uſus ejus præcipuus in capite humido ac catarrhoſo &c. in forma pilularum, quas ſeq. modo præparatas in catarrhis à cauſa frigidâ ortis maximæ virtutis ſemper expertus fui; Recip. Ladani depurat. ʒj. Nuc. Moſchat ʒß. cardamom. ℈j. Maſtich. gr. viij. oliban. gr. vj. reſin. gialapp. ℈j. Moſch. op. gr Ambr. gr. viij. ol. d. Cinamom. gutt. vj. d. Citri rec. gutt. v. f. ex his pilul. cum aq. lil. convall. ad magnitud. lentium Doſis harum eſt 7. 9. ad noctem ſub horam ſomni, vid. Theſaur. annexum

ſect. xx. n. 1. 2. 3. Externè in emplaſtris adhibetur anodynis emollientibus ac reſolventibus, unde ex ejus parte unâ & ceræ duabus Ioh. Crato commendat ceratum, quod ſuaviſſimè calorem fovet innatum & ad flatus diſſolvendos & digeſtionem promovendam plurimum facit. Flatulentiâ Melancholicâ laborantibus nihil eſt utilius.

N. Hoc gummi etſi inflammabile ſit & oleum ex eo per retortam poſſit deſtillari, non ſolvitur tamen pinguibus ſp. vini tamen totaliter reſerari poteſt: etſi etiam aquâ ſolvatur coctione, pars tamen ejus major manet intacta, quæ non minus, quàm illa quæ aquâ ſolvitur, utilis eſt.

## ¶ CCCLXXXIX. *Liquidambra.*

Liquidambar, Liquidambra. (q. liquida ambra, ob odoris ſuavitatem.) Reſina eſt oleaginoſa ſuaviſſimi ac fortiſſimi odoris, effluens ex arbore quadam procera ac venuſta, Ococol ſive Ocoſolt Indis dicta. Eſtque partim ſiccior, partim liquidior. Liquidior pars vel ſeorſim collecta, vel expreſſione, à ſicciore ſeparata, ſigillatim venditur, dicta eodem nomine Liquidambar, oleumve de Ambra. *Videatur Monard. Caſalp. Lugdunenſ. in hiſt. Mexic.*

N. 1. *Effluxio hac inciſione corticis promovetur.*

N. 2. *Arbor Ococol familiaris eſt in India Occidentali, ſeu Nova Hiſpania, unde paucos ante annos in Europam transferri cœpit.*

Vires. *Calf. 2. (oleum 3) hum. 1. reſolvit, obſtructiones expedit, emollit, maturat. Uſus pracip. in utero obſtructo ac indurato, tumoribus, duris, &c. in ſuffitibus & ſim.*

N. *Adhibetur mechanicè in perfumandis (ut ajunt) coriis ac chirotecis.*

### PRÆPARATA.

*Oleum*, (ut dictum) vel ſeorſim collectum, vel expreſſione à ſicciore parte Reſinæ ſeparatum.

2. *Coctione ex ramis elicitum.* Coquunt enim Indi ramulos in ▽, ſupernatantemque pinguedinem nomine olei colligunt. Et hoc eſſe oleum illud officinarum noſtratium, color arguit, rubro-purpureus, quippe nativa albicantiora eſſe ſolent.

N. *Reſina noſtratibus in uſu non eſt.*

HOFMAN. *Liquidambra.*) Quaſi *Liquida Ambra*, ſeu *Liquidambarum* ita vocatum ab Indigenis Hiſpanis, à Mexicenſibus Xochiocotzol, ſuavitate odoris ſtyracis perſimile. Reſina eſt oleaginoſa, effluens ex Arbore quâdam procerâ &c. Quæ Arbor vocatur in Mexicâ Xochiocotzo Quahuitl magna, aceris ferè foliis in tres cuſpides, duoſque ſinus diviſis, alterâ parte verò obſcurioribus & ſerratis.

Provenit campeſtribus & calidis locis, & interdum etiam temperatis. Calida & ſicca natura conſtat, ac odore jucundo.

Ex hujus inciſo cortice hoc *Indicum* fluit *Liquidambarum*: Et ſtillat ab hac Arbore vel ſponte ſua aut ea inciſa. Coctione etiam ex ramis eliciunt; ſcilicet coquunt Indi ramulos in aqua, & ſupernatantem pinguedinem nomine olei colligunt. Hoc oleum non cedit illi liquori, qui ſponte profluit, vel odoris jucunditate aut viribus. Etſi aliqui dicant, oleum ſtillare ex primo liquore loco congruo poſito aut expreſſo, ut tenuior ejus pars ſtillare poſſit, & dicant, eſſe calidum & humidum, minus tamen rectè.

*Vires.* Utrumque diſcutit flatus & tumores p. n. reſolvit, coctionem juvat, ventriculum roborat, uterinis opitulatur affectibus, vel per ſe, vel cum aliis permixtum. *Franciſ. Hernandez. l. c. Ex hoc Oleum* etiam per retortam deſtillatur.

N. Liquidambrum tabaco admixtum, caput, ventriculum & cor confortat, ſomnum inducit & capitis dolorem à cauſa frigida ortum lenit.

## ¶ CCCXC. *Lycium.*

Λύκιον, Lycium Dioſcoridi eſt ſuccus extractus (coctione ſcil. & inſpiſſatione) ex ramis ac caudice arboris ejuſdem nominis. Hanc deſcribit titulo Lycii, *Matth. Tab. Ger.* Lyc. Alpini, *Lugd.* Pyxiacanthæ, *Dod. Lon.* Verùm cùm modernis incognitum ſit, factum eſt, ut diverſæ inde ſubortæ ſint opiniones, *Lob.* ſubſtituit ſuum ex Lycio Narbonnenſi extractum, *Garz.* ſuum Cate dictum; habet & ſuum proprium *Rauvvolfius* in Itinerario. *Officinæ* ſuum Lycium communiter ex Periclymeni baccis graviſſimo errore conficiunt: alii ex Liguſtri fructu: alii ex prunis ſylveſtribus. Præſtaret tamen, monente id etiam C. B. in *Matthiol.* ſuccedaneum ex Oxyacantha aut Rhamno, aut Rhois ſucco compilare.

HOFMAN. *Lycium.*) *Hoc Garz. & Monard. Cate, ſeu Gummi Categu* eſſe exiſtimant, quod naſcitur in Cambaja, Bacan, Manora & in continente *Goæ*.

Succus eſt coloris ruffi, arboris magnitudine fraxini, folio minuto Ericæ vel Tamariſci ſimillimo, multis ſpinis horrens, materies ligni robuſta, dura, denſa, ponderoſa, putredini non obnoxia. Incolæ Arborem Hacchic vocant.

Succum h. m. extrahunt; Ramos hujus arboris minutim inciſos in aquâ coquunt, deinde contundunt, cum farinâ Nachivi (ſemen id eſt nigrum, & minutum conficiendis panibus aptum) & cujuſdam ligni nigri, quod ibi naſcitur, ſcobe, paſtilli aut tabellæ formantur, quas in umbrâ ſiccant, ne ſolis ardore vires pereant.

*Quoad vires*, ad firmandas gingivas optimum eſt medicamentum, ut & ad alvi profluvia curanda, oculorum dolores tollendos, in ſummâ, ubi adſtrictione & roboratione opus eſt, adhibetur *D. Dominic. Chabræus in ſciagraph. ſtirp. p. 53.*

### M.

## ¶ CCCXCI. *Maſtiche.*

Maſtiche eſt Gummi Reſina ex albo, citrina, pellucida, granulata, bene odorata, ex Lentiſco arbore exudans.

N. *De Lentiſco.* Vide Claſſ. 1.

*Delectus.*

Optima cenſetur quæ in Inſula Chio provenit, odorata, candida, inſtar ceræ albæ, ſplendens, adulta, retorrida, friabilis, ſyncera, ſtridens. Reprobatur nigra bitumini ſimilis, viridis, livida, impura. Adulteratur Thure & Reſina pini, ſed odore fraus ſtatim deprehenditur.

N. *Quantò vetuſtior, tantò intenſius citrina agit.*

Vires. *Calf. & ſicc. 2 ſubaſtr. emollit, ventriculum roborat. Uſus pracip. in vomitu, nauſea ac fluxu alvi compeſcendo. Obtundit ac corrigit purgantium acrimoniam, reprimit exhalationes ventriculi, quæ caput aliàs ferire ſolent, [grana aliquot poſt paſtum deglutita,] roborat caput nervoſumque genus, expuitioni ſanguinis ac tuſſi medetur, emendat oris halitum, pituitam è cerebro elicit (maſticando) Extrinſecus uſus ejus creberrimus eſt in dentifriciis, emplaſtris ac cataplaſmatis ſtomachicis.*

N. *Coquitur* ℥ß. ▽ ℔iij. *vel* iiij. *datur que pro potu ordinario in Diarrhæa*

### PRÆPARATA.

1. *Oleum ſtillat. ſ. flavum.* 2. *Oleum rubrum ſeu Balſamus.*

℞. Maſtich. q.v. ſalis parũ,(⅓.) ſilic. contuſ.ana,deſtilla per 🝭m, primò extillat liquor albus cum ℅ flavo, tandem △e fortiori, ℅ rubrum, rectifica per 🝭m parvam: flavum ℅ ſerva ſeorſim, rubrum deinde & Balſamum nigricantem, itidem ſeorſim.

*Aliter.*

℞. Maſtich. ℔. ſj. Boli pulv. M. ij. 🜅 q. ſ. impaſta, digere ♂ (14.) dein deſtilla per 🝭m △e nudo, & prodibit ℅ leve ſupernatans, tum quoque grave & ad fundum ſecedens, utrumque rectifica cum bolo ac ſale.

N. 1. *Habes egregium modum Olei albi flavi & rubri prima parte Glauber. p, 36.*

N. 2. *Et aliud ſub titulo Quintæ Eſſentiæ cum Spiritu Thereb. Myroth. Fabri. Per ſe autem factum Oleum prabet in copia, quod ſi ſuper ⊖-m rectificaveris, acredinis alicujus erit particeps, additâ verò ▽ font. per B. habebitur Oleum flavum S. Cloſſ.*

2. *Oleum per deliq.*

Fit in albumine ovi cocti, aëri humido expoſito.

3. *Oleum Maſtichinum coctum.*

Fit coctione maſtich. in Ol. Roſar. omphac. *Vide Diſp.*

4. *Spiritus Maſtichis.*

Eſt liquor albus, [qui in ♎ratione olei prodit] rectificatus.

5. 🜅 *Maſtichatus.*

℞. Maſtich. el. ℔. 1. 🜅 rectif. ℔ß. digere ♂ (14.) poſtea affunde ▽ anat. & deſtilla in MB, 1. prodit ♎ dein ▽, quæ nullius uſus, ♎m in MB rectifica & ſerva.

N. *Quod remanſit ♎ari poteſt per 🝭m, ut profundat* ℅.

Vires. *Maximè prodeſt in ventriculi imbecillitate ac cruditate, in colico dolore &c.*

6. *Aqua Maſtichina F. F.*

℞. Maſtich. ℔. ß Caryophyll. ℥ß. Macis ℥j. vini albi generoſi ℔iij. deſtilla per XX.

7. *Pilulæ Maſtichinæ.* Vid D.

8. *Emplaſtrum Maſtichinum.*

Stomachicum, nervinum, Fierrus arteriæ ſectæ imponit.

HOFMAN. *Maſtiche.*) Græc. ῥητίνη σχινίνη. *Reſina Lentiſcina.* Aliis μαςίχη forſan ἀπὸ τῦ μαςίχας ῥητίνης, *Reſina Maſtichina.* Germ. Maſtich. Officinæ Maſtix. Eſt gummi reſinoſum ex Citrino albuin, pellucidum, granulatum, balſamicum ſpirans odorem ex *Lentiſco* exſtillans, qui eſt Arbor procera, ex cujus radice multi ſtolones coryli modo concreſcunt, ramis lentis & flexilibus bracchiati. Folia ab uno pediculo ferè octona cohærent, foliis glycyrrhiza non multum diſſimilia, ſed duriora; Flores muſcoſi plurimi pediculis longis adhærent, quibus baccæ ſuccedunt Ervi magnitudine, initio virides, & ubi maturuerint, nigræ, ſubſtantiâ quâdam pingui & nucleo intus nigro & duro turgidæ, Ex hâc arbore *Maſtiche* colligitur & quidem præſtantior, quæ in Chio provenit, candida, ſplendens, odorata, friabilis. Sola enim Inſula Chios, *inquit Bellonius*, inter reliquas *Maſtichen*, generat, etſi *Galenus* Ægyptiam commendet, hoc ſiquidem tempore ſcimus in ſolâ Chio repetiri. *Libr. 2. obſervat. cap. 8.*

N. In Italiæ Senenſibus maritimis toto maris Tyrheni tractu Cajetam uſque & circà Neapolim *Lentiſcos Maſtichen* producere, ſed non eâ abundantiâ, quâ in Chio & Cretâ Ægei Inſulis, *teſte Melichio comment in El. Arom. Amat. Luſitan. Enarr.* 18. *in Dioſcorid.*

*Delectus. Optima cenſetur &c.*) Probatiſſima eſt, quæ nitedulæ modo reſplendens pellucet & Tyrrhenicæ aut Hetrpricæ ceræ candore ſimilis eſt, craſſâ, friabilis & odorata.

N. Ita feliciter in Chio naſcitur, ut non mediocre vectigal quotannis ex eâ cives habeant. Et refert *Bellonius* primarias Inſularum opes & fortunas ibi conſiſtere, in *Maſtiche*, quam ſola hæc Inſula tam copiosè & largè ſubminiſtrat, collectione, nec minore impenſa & diligentiâ *Lentiſcos* iſthic excoli, quàm in Galliâ vites, nec differre Arborem ab eâ, quæ in Galliâ Narbonenſi, tum in Italiâ provenit: majorem tamen in *Lentiſcâ* arboribus curandis diligentiam ibidem adhiberi *vid. Bellon. Libr. 2. c. 8. obſervat.*

*Adulteratur thure & reſinâ pini*) Admiſtis reſinâ pineâ, aut thure; ſed ſolâ reſinâ pineâ adulterari poteſt, ut quæ colore albo in concolore *Maſtiche* facilius fallat.

*Vires. Calefac. & ſicc. ſubaſtring. emollit, &c.*) Unde uſus ejus præcipuus eſt in vomitu, diarrhœa &c. dum ventriculum roborat & debilitatum ac laxatum in appetendo & digerendo reſtaurat. Unde dicit Prævotius in euporiſtis valdè prodeſſe, ſi quotidiè ſumatur ex ovo ſorbili ʒj. Maſticata catarrhos ſiſtit, & deglutita cum conſervâ roſar. l. veteri in pectus ruentes catarrhos incraſſat, Vomitum, uti dictum, compeſcit etiam cum roſ. ſicc. & caryophyllis Indis in vino rubro cocta Et præterea balſamica ejus virtus in ſanandis ulceribus, ventriculi & inteſtinorum non ſatis deprædicari poteſt. Injiciatur parum maſtichis ſuper carbones ignitos & fumus excipiatur ollâ novâ, imple ollam aquâ vel cruda vel decocta ſecundùm intentionem Medici & operiatur optimè, Suſcipit aqua ſaporem & vires Maſtichis, hoc medicamentum eſt præſtans pro ventriculi debilitate & omnibus alvi fluxibus.

*Præparata. Ex Maſtiche præparatur Oleum, Spiritus, Aqua, Pilulæ &c.* de quibus vid. *D. Authorem & Iohann. Stephani Stolbergeri Maſtichologiam*

N. Aquam Maſtichinam vid. in Theſaur. Pharmaceutic. annexo ſect. 2. n. XLV.

## ¶ CCCXCII. *Myrrha.*

Σμύρνα *Dioſc.* Bola Indis, Myrrha, *Matth. Cord. in D. Garz. Frag. Cæſ. Lob.* Eſt reſina gummea (concretus gummi reſinoſus ſuccus, cujuſdam arboris exoticæ, quæ cortice vulnerato, Myrrham profundit, partim in ſubſtratas tegetes deſtillantem, partim citra caudicem concreſcentem. Plurima affertur ex Arabia, tum etiam ex Regione Alexim, quæ Æthiopia eſt.

*Delectus.*

Laudatur friabilis, levis, undiquaque concolor, minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ confracta, uenas unguium modo candidas & leves oſtendit. Omnibus autem antefertur, quæ à loco unde convehitur, Troglodytica nuncupatur, colore palleſcens, ſubviridis, ſplendens ac mordax. Inutilis eſt ponderoſa & coloris picei ſeu nigra, hæc (myrrha) animinea. Amati.

N. *Stactem nihil aliud eſſe quàm myrrham liquidam, teſtatur Dioſcorides. Ejus autem colligendi diuerſos deprehendimus modos.* 1. *Sponte ex arbore non uulneraria exudat.* 2. *Exprimitur ex myrrha, ut oleum Liquidambar ex Reſina ejuſdem nominis.*

Vires. *Myrrha calf. & ſicc. 2. (al. 3.) aperit, ſubaſtr. atten. maturat, diſcutit, putredini reſiſtit. Uſus præcip. in uteri obſtructione, fœtu expellendo, in pulmonum & inteſtinorum mucilagine, ac inde nata raucedine, tuſſi & angina, pleuritide, colica, lumbricis: compeſcit diarrhœam ac dyſenteriam, febrium rigorem, præcipuè quartanæ arcet. Extrinſecus prodeſt in igne ſacro, gangræna, tumoribus, vulneribus inveteratis ac recentibus, inprimis capitis, unde in Emplaſtris ſticticis, ut vocant, uſus ejus creberrimus eſſe ſolet. Maſticata ac ſubinde deglutita halitus fœtorem emendat, coryzamque curat, &c.*

Doſis à ℈ß. ad ℈ij vel ʒj.

## PRÆPARATA.

### 1. *Myrrha Depurata.*

Depuratur more ſolito: Myrrhæ ſubtiliſſ. tritæ affunde expreſſum ſuccum, decoctum, vel infuſum (intentioni tuæ appropriatum,) vel vinum ad eminent. digit. 2. digere in MB, ut molleſcat, dein calida exprime & inſpiſſa lentè. *Vide Querc. Pharm. Reſt.* c. 15.

### 2. *Myrrha Extracta.*

Extrahitur cum ▽ rectificatiſſ. ſ. a. abſtrahitur ▽, inſpiſſaturque extractum ulterius in vitro, vel vitreo vaſe ad conſiſtentiam olei.

### 3. *Oleum Myrrhæ.*

Deſtilla per ⊂m ex Arena.

N. 1. *Sunt qui myrrham cum ſerratura abietina macerant, ac poſtmodum per Veſicam oleum eliciunt. Verum id aliqua ex parte abietinum eſt.*

N. 2. *Alii liquori myrrhæ ▽ affundunt, digerunt, ac per* ⅩⅩ *Sant.* Med. deſtill.

N. 3. *Alii digerunt myrrham pulveriſat. cum ✠ atque hinc Sant.*

N. 4. *Neque per ſe, neque cum ſilicibus, arenâ, bolo aut farina laterum, Ol. profundit, ſed ſolum ⊸um gravem & acidum aq. fœtentem. Fiat igitur utroque modo, ut dixi de Maſtiche S. Cloſſ.*

### 4. *Liquor Myrrhæ.*

Impone Myrrham pulveriſ. albumini ovi cocti adhuc calido, ac repone in cellam ad liqueſcendum, vel mixtam cum eodem albumine repone ſupra tabulam vitream ut liqueſcat, deſtillet in vitrum ſuppoſitum.

Vires. *Abſtergit maculas cutis, ſtigmataque ex lue Venerea.*

[Oleum Myrrhæ per deliquium dicitur.]

### 5. *Trochiſci de Myrrha.*

HOFMAN. *Myrrha.*) Græc. Σμύρνα. Bola Indis. Eſt gummi reſinoſum Arboris naſcentis in Arabia, Ægyptiacæ ſpinæ ſimilis, quæ inciſâ in ſubſtratas tegetes deſtillat, pars verò citrà caudicem concreſcit. *Theophraſtus 9. hiſtor. Plantar. cap. 4.* Arborem dicit minorem eſſe & fruticoſiorem arbore thuris caudice duro, contorto, cortice lævi, folio aculeato, criſpo, ſpina horridulo.

*Myrrha alia* ϛακτή *ſeu* [illegible] *quæ expreſſa deſtillat & excipitur* [illegible]. Quamvis quidam *Stacten* putent eſſe rorem, qui ante corticem ferro ſolutum ſponte & ſine plaga quaſi ſaliva quædam exſudat. Alia γαβιρέα. Inter ejus verò ſpecies primas tenet τρωγλοδυτική, à loco natali denominata, quæ ſubviridis, pellucida & mordax. *Deinde* [illegible] *ſubviridis, pellucida & mordax.* [illegible] *Tertiò,* [illegible]*, nigra & retorrida. Quartò* [illegible]*, quæ aſpectu gummi refert.*

*Delectus.*) Eligenda eſt friabilis, lævis undiquaque concolor, quæ confracta intrinſecus lineas candidas intercurrentes habet, Unguium ſpeciem præ ſe ferentes; minutis glebis, amara, odorata, acris, ponderoſa & picei coloris inutilis. Non hic poſthabenda utiliſſima *Galeni obſervatio Libro 1. de Antidot. cap.* 11. ubi ait: Myrrham tranſmutari in Opocarpatum, ſuſcipiendo non ſolùm ejus figuram, ſed venenatam etiam qualitatem. Si igitur in Myrrha animadverterimus multas eſſe glebas diverſas, quoad odorem & ſaporem differentes à vera, non abſque ratione judicabimus eam mutatam in opocarpatum. Ita etiam obſervatum Galbanum mutari in Sagapenum & caſſiam in cinamomum.

*Vires. Calefac. & ſic. aperit, ſubaſtring. attenu. maturat, diſcu-*

*tit, putredini reſiſtit &c.*) Unde hujus præcipuus eſt uſus in uteri obſtructionibus, menſium ſcil. ſuppreſſione, partus difficultate, aſthmate, tuſſi, febribus malignis &c. quæ cauſa, quod ingrediatur *Elixir Proprietatis & Tincturam bezoardicam* &c. Externè prodeſt in eryſipelate, vulneribus &c.

*Præpar. 1 Myrrha depurata &c.*) Quamvis vinum Myrrhæ genuinum ſolvens non ſit, ſed ſp. vini, ſufficit tamen hoc loco, quod ita in vino ſoluta & calidè colata per linteum à ſordibus deputetur, & cum reliquis ſpeciebus neceſſitate exigente intimius permiſceri poſſit.

2. *Myrrha Extracta &c.*) ſcil. cum ſp. vini extrahitur rectificatiſſimo, & inſpiſſatum redigitur in extractum beneficio MB. Ex hac deſtillatur etiam oleum per retortam ex Aren. poteſt autem ei ante ♌ationem addi arena, bolus vel calx viva &c.

## O.

### ¶ CCCXCII. *Omphacium.*

Agreſta, **Agreſt.** *Gall.* du verius. *Iuice* or *Veriuice of unripe Grapes.* **Vt ciuns van onrijp Druyve.** Eſt ſuccus ex uvis immaturis expreſſus colatus, inque doliis repoſitus, & vaſe clauſo aſſervatus.

N. 1. *Praſtat uvas adhibere dies aliquot* (45.) *ſoli expoſitas.*

N. 2. *Tempore Dioſcoridis inſpiſſabatur calore Solis ad conſiſtentiam Rob.*

N. 3. *Oleum acidulam ex olivis immaturis expreſſum, ob ſaporis affinitatem itidem* Oleum Omphacinum *appellari ſolet,* de quo vide ſupra Olea, claſſ. 1.

Vires. *Inſervit tam Eſculentis, quàm Medicamentis. Refrig. 2. ſicc. 1. ſubſtantia eſt craſſioris, ſaporis acido-acerbi. Uſus præcipui ad hypochondriorum ardentia, ſtomachi ardorem, (orificio impoſitum) imo calidis morbis omnibus feliciori juvamento eſt, quàm acetum quod præter refrigerandi vim & caliditate acri pollet ſecus, ac omphacium.*

## PRÆPARATA.

*Syrupus de Agreſta*, vide Diſp.

*Rob agreſta.*

HOFMAN. *Omphacium.*) Eſt ſuccus ex uvis immaturis expreſſus depuratus, & pro uſu in doliis reſervatus.

N. Oleum, quod ex olivis immaturis exprimitur, etiam *Omphacinum* vocari conſuevit, ob ſaporis affinitatem, idcirque videndum eſt, ne confundantur, ſi præſcribantur, vid. *ſuprà de Olea.*

*Vires. Inſervit tam Medicamentis, quàm cibis, refriger. ſic. &c.*) Adſtringit ſaporis acido-acerbi. Unde hujus præcipuus uſus eſt in καύσωσι hypochondriorum, omnibus calidis affectibus. Ex hoc paratur ſyrupus de agreſtâ, hic adſtringit, refrigerat & ſiccat; ventriculum roborat, prægnantium [illegible] demulcet, ſitim reſtinguit, choleræ & febribus biliosis medetur.

### ¶ CCCXCIV. *Opium.*

Sunt, qui Opii ac Meconii, nomine confundunt & duo uno eodemque habent, ſed malè.

Opium enim lachryma eſt, quæ ſtillavit ex capitibus papaveris, dum matureſcebant, leviter inciſis.

Meconium è contra ſuccus eſt ex iiſdem expreſſus. *Videatur Matth. Cord. Garz. Frag. Bellon. Cord. in hiſt.*

Opium triplex eſt.
- 1. Album, affertur ex Cairo, fortè eſt Thebaicum.
- 2. nigrum & durum, ex Aden.
- 3. Flaveſcens magis & mollius, ex Cambaja & Decan.

Colligitur Plinio & Avicennæ ex pap. nigro, à Turcæ

Turcæ ex albo (docente Bellonio, *lib. 3. obſ. cap. 15.*) leviter inciſo eliciunt, quotidianoque uſu ad ʒ ß. vel ℥ j. nomine Maſlac, aſſumunt ad conciliandam ſcilicet animoſitatem. Verùm quia hoc opio caremus (flaveſcens enim id eſſe, leoninorum pilorum modo, ait Bellonius) de opio agemus nobis uſitato, quod vel adulteratum, vel meconium, potiùs, quàm opium.

Præſtantiſſimum habetur nobis uſitatum opium Cabaiſanum, quod ponderoſum, denſum, inflammabile & ardens (non atra tamen flamma) odore ſoporiferum (inſtar papaveris,) ac graveolens, ſapore amarum & acre, colore ad aloën accedens, cùm frangitur, ſplendore quodam nitens, facile ſolutu.

N. 1. *Dignoſcitur ab adulterato, quòd hoc ſi diluatur, liquorem croceo colore tingat, ob Glaucium admiſtum.*

N. 2. *Opium ſeu Meconium noſtrate, ſecundùm Quercetanum, ex papav. noſtrati Extractum.* Vide ſupra in papav.

Vires Opii. *Vim poſſidet ſpiritus commotos, inquietos, ſeditioſoſque compeſcendi, facultatique animali peculiari quadam proprietate torporem inducendi. Unde ſomnus, ſenſibilitatis imminutio, &c. media ſanè maximi ſolaminis, in vigiliis, doloribuſque intenſis. Verum enimverò, nec & ſuis incommodis opium caret, nimirum, præterquam quòd excretiones urinæ & fæcum ſupprimat, malignitatem quoque exercere aptum eſt. Hac videlicet livorem artuum, frigidoſque ſudores, reſpirationem parvam, ac difficilem, mentis alienationem, & inducit.* Scribonius. [pruritum crebro uſu inducere obſervatum eſt.]

N. *De caliditate & frigiditate maximè controvertitur. Plurimi tamen cum Recentioribus calidum id probant, inducti amarore, inflammabilitate, acredine, vi exulcerandi, &c. Alii cum majoribus frigidum id demonſtrant, virtuti ſcilicet inſiſtentes narcoticæ, quam obtinet. Diſputatio, me hercle, citra neceſſitatem. Etenim ſtatuatur calidum, reputetur frigidum, quid inde? nec enim in copia adhibetur tanta, ut metuenda, inde inferre poſſit incommoda. Veruntamen calidum potius dicendum eſſe quàm frigidum, potiores evincunt rationes: nec obſtat vis narcotica, utpote quæ non à frigiditate, ſed occulta qualitate procedit. Similem enim* ἀϕροσύνην *obſervare licet in nonnullis correptis peſte, febribuſve malignis & ardentibus. In quibus ſanè quicunque narcoſin ad frigiditatem referre voluerit, igni frigiditatem attribueret.*

HOFMAN. *Opium.*] κατ᾽ ἐξοχὴν ὄπος ſive ὄπιον vocatum, liquorem denotat ex capitibus deſtillantem papaveris ad dolores placandos & demulcendos egregii valoris. *Luſitanis eſt Amfia; Turcis Maſlach, Indis Ofium*

*Sunt qui Opii ac Meconii nomina confundunt &c.*) Verùm minus rectè, differunt enim diverſo conficiendi modo. *Meconium enim*, teſte *Dioſcoride Lib. 4. cap. 65.* Ita præparatur. Papaverum vaſcula cum foliis tundentes torculari exprimunt, mox in mortario teretes paſtillos formant, vocaturque illud meconium. *Quod Ioſ. Quercetanus in Pharmacop. Reſtitut. Cap. 25.* ita conficit. Recip. Capit. papav. fl. rubr. q. v. contunde in mortario marmoreo, affunde vinum generoſum ad duorum digitorum eminentiam, digere in MB. per aliquot dies, ut incipiat rubeſcere. Exime & inſpiſſa. Opium verò juxtà *Dioſcoridem Libr. citat. & ex eo Plinius Libr. XX. Cap. XXIII.* hunc in modum præparant, quem adhuc in omnibus etiam regionibus, ubi Opium colligitur, obſervari *teſtatur Bellonius Libr. 3. obſerv. 15. Iacobus Bontius in Notis ad Garciam &c.* Scilicet Capita Papaveris recentia grandia, quæ intrà ſuam cavitatem ſextarium cum dimidio aquæ capere poſſint, immatura tamen & ſucco turgida manè poſt rorem ſolis diſperſum cultello in aſteriſci formâ leviter incidunt, unde liquor lacteus continuò emanans & identidem concreſcens digito in conchulam ſubjectam abſtergitur. Idque tamdiu continuatur, dum vulnus liquorem plorat & ex noſtræ inciſis recentes lacrymæ coaleſcunt. Pauperes, atteſtante *Jacobo Bontio*, l. a. in Indiâ ex foliis ac ſtolonibus papaveris Opii ſpeciem viliorem excoquunt, quam Soli porrò indurandam exponunt. Hoc Pouſt vocant, quique eo utuntur, contumeliæ ergo Pouſti à ditioribus vocantur, tanquam ſummœnianos ac proletarios dicas. Pauperiores verò in divites convitium regerunt, eos *Affionios* vocantes, tanquam ſi luxuriam ac delicias vellent exprobrare. *Affion* enim vel *Amphian* Arabibus ac Indis *Opium Græcorum* eſt.

*Nomine Maſlach aſſumunt* &c.) Hoc nihil aliud eſt, quàm ſuccus exſudans ex capitibus papaveris albi inciſis in vigore conſtituti ſuo balſamico & creſcente Lunâ collectus. Formantur inde pilulæ à ʒß. ad ℥ j. Effectus hujus eſt pro temperamentorum diverſitate. Quibuſdam ſomnia jucunda ex ejus uſu objiciuntur, & choreas pulcherrimarum virginum ſibi imaginantur. Falſum eſt prælium inituros tale quid, quo animoſiores ſe morti opponant, devorare. Imò graviſſimè prohibetur, ne quis prælium ingreſſurus tale quid vel deguſtet, quod mentem perturbet, unde & illis vino interdicitur. Quod autem præliaturis ſtimulum ſubdit, & animum addit, prædeſtinatio eſt, quam de vita & morte hominis ab æterno factam eſſe à Deo ſibi perſuadent. Non deſunt, qui illud Opium eſſe negant, ſed ex cervicariæ ſucco Maſlach parari dicunt. Verùm fallunt hi & falluntur. Nulla enim cervicariæ ſpecies, quæcunque ſit, talem narcoticum præſtat effectum.

*Præſtantiſſimum habetur Nobis uſitatum Opium Cambaiſanum.*) Pro regionum diverſitate ex quibus Opium ad Nos transfertur triplex colore diſtinctum invenitur, Album ſcilicet ex Cairo; Nigrum & durum ex Adem, flaveſcens magis & mollius ex Cambaja & Decan. Olim præſtans *Opium* miſit regio Thebaica Ægypto contermina, unde Thebaicum dicitur. Hodie ex Cairo Ægypti & Adenâ tractu Arabiæ ad mare rubrum ſito ex Syriâ ac Alexandriâ advehitur. Plurimum ex Indiæ Orientalis Cambaja & Decan in vicinas regiones & exinde in cæteras terræ partes exportatur. Cairus, Syria & Alexandria hodie Mahumetano parent imperio. Sunt, qui Cairi hodie quoque opii collectionem ſinceram fieri volunt. Maximam ejus partem Alexandria adulterat. Illud albicat, hoc autem nigricat, longè igitur vilius eſt Cairiano. Cambaja, ut & Decan, ſunt regiones Indiæ Orientalis fertiliſſimæ & perpetuis commerciis omnium populorum celeberrimæ. In his magna *Opii* ubertas provenit. Hoc mollius eſt & inſtar ſucci roſacei flaveſcit, atque hoc eſt, quod noſtro ſeculo ob frequentiores negotiationes Europæorum in Indiam univerſæ Europæ ſubminiſtratur & in uſum venit.

N. 1. *Dignoſcitur ab adulterato &c.*) *Dioſcor. Libr. 4. cap. 63.* *Opium* adulterari dicit vel glaucio, vel gummi, vel agreſtis lactucæ ſucco. Quidam cum ſucco chelidonii temperant. Sed hæc adulteratio facilè cognoſcitur. *D. Amor* ſcribit, ab adulterato ob glaucium admiſtum dignoſci, quod ſi hoc diluatur, liquorem croceo tingat colore. Verùm hic color non certum parit judicium. *Opium* enim *Cambajanum* tincturam ferè croceam oſtendit, ſed glaucium in Cambaja creſcere, nullus ſcriptorum hactenus aſſeruit. Lactucâ agreſti vitiatum ſpirat evanidum, & majorem præ ſe fert aſperitatem, quæ tamen etiam evenire poteſt cuicunque opio. Cui gummi eſt admiſtum, elanguidum & tranſparens eſt. Quod *Opium* à nonnullis ſucco chelidonii interpoletur ex depravata *Serapionis Lectione cap. de Curcumâ* venit, glaucium falsò pro Chelidonio majore habentis.

*Vires Opii.*) Hoc crudum, nec legitimè præparatum & correctum non caret ſpiritibus animalibus inimicâ & infeſtâ qualitate, ſive intrà corpus adſumptum, ſive externè applicatum, dum dictos animales ſpiritus quaſi ligat, torpidos reddit, & cerebro ac toti nervoſo generi narcoſin infert, id quod vel maximè tam in ſano, quàm morboſo corporis humani ſtatu eluceſcit. Ne tamen ei omnem ſubtrahamus laudem, & notum ſit, illud, quando aliquando nocet, interdum etiam prodeſſe, ſciendum hoc benè præparatum & correctum ſi tempore debito, modo, certis affectibus à perito Medico in uſum vocetur, multijugas obtinere dotes, ut in doloribus, ubi ſuſpicio vel malignitatis vel ſoporoſi affectus non adeſt, in diarrhœis, dyſenteriâ, hæmorrhagiâ &c. coërcendis, & aliis affectibus ſopiendis ut infrà audiemus, magnâ cum euphoria adhibeatur, *ut Cl. Iacobus Bontius de Medic. Ind. in not. ad Garc. ab Oriâ* in has ejus laudes erumpere cogatur, inquiens: Si Nobis hîc locorum *de opio ac opiatis* non eſſet proſpectum, fruſtrà in calidiſſimis hiſce regionibus (in quibus homines ſunt fervidiſſimis ac ſubtiliſſimis ſpiritibus omnium actionum autoribus præditi) Medicinam faceremus, choleræ, dyſenteriæ, ac reliquis bilioſis affectibus or-

gaſmo turgentibus, ſed non ſine correctione cum aceto factâ a-certimo, quod opio affunditur ad trium digitorum tranſverſorum eminentiam & in Sole digeritur.

N. *De caliditate & frigiditate maximè controvertitur &c.)* Veterum nota eſt ſententia, *Opium* eſſe frigidum ſtatuentium, ab effectu ejus & operationibus. Unde *Dioſcor. Libr. 4. Cap. 65. Opii* virtutes refert ad refrigerationem, incraſſationem & exſiccationem. Idem agnoſcit *Galenus 12. Meth. Med. Cap. 8. Fernelius Libr. 6. Meth. Med. Cap. 5. Iul. Cæſ. Scalig. contrà Cardanum de ſubtilit. Exerc.* 140. Hi omnes *Opium* eſſe frigidæ temperiei ex effectu judicant, eò quod calorem vitalem opprimat, ſomnum profundum inducat, & totum cerebrum omneſque ſenſus ſtupidos reddat. Eidem opinioni etiam ſubſcribit *Scribonius Largus Libr. de compoſ. Medicam. Cap. 48. Et Johann. Freitag. libr. de Opio cap. 3.* Recentiores contrà calidum eſſe in univerſum ferè omnes pronunciant, vid. *Matthiol. in Dioſcor. Lib. 4. cap. 60. Cl. Sennert. Libr. 6. Prax. Medic. part. 7. cap. 1. D. Autor Noſter. l. c. Leonhardus Iachinus in 9. Rhaſis Cap. 4. Excell. Rolfinck. Libr. 4. ſect. 3. chem. in Art. form. redact. Cap. 7. p. 249.* Quorum rationes vid. l. c. Verùm Ego ſtatuo, Opii qualitatem non ex primis, calido, frigido, nec ſecundis amaro & ſulphureo principio metiendam eſſe, ſed virtutem ejus ex ſeminali poteſtate dependere, qua agit, quod à Patre Luminum agere juſſum eſt, *prout Cl. Helmontius loquitur.* Et quidem juxtà Ejus ſingularem partium texturam, figuram, motum, quietem & ſitum, à quibus ſuprà dictæ proveniunt qualitates, pro iſtius adaptatione.

## PRÆPARATA.

1. *Extractum* Opii *Quercetani.*

℞. Opii tenacis (non emarcidi.) q. v. ſcinde in bracteolas tenues & exiguas ac in patina vitreata moderato calore (arenæ) exicca (cavendo fumum) donec in pulverem digitis comminui poſſit & fœtorem amittat. Sic Sulphur fœtidum diſcuſſum, in quo omnis vis narcotica.

℞. Opium hoc Sulphure ſuo narcotico exutum, extrahe ſ. a. Tincturam cum acet. deſtill. fortiſſimo, (vel ſucco Limoniorum) abſtrahe dein menſtruum in MB ad mellaginem ſeu extracti formam. *Hartman. in Croll.*

N. *Fæces, quæ poſt Tincturam extractam remanent, inſervire poſſunt anodynis externis inde concinnandis, v. g. in Podagra, &c.*

2. *Aliud Quercetani Extractum Opii & Hyoſcyami,* quod placet appellare:

2. *Extractum Opii ſuccati.*

℞. Succi ſeu Extracti Hyoſcyami ℥x. (vide Hyoſcyam.) opii præpar. id eſt, ad ignem exiccati, ut dictum ℥x. vel xj. Digerantur lento calore cinerum. Sic attrahit opium tantum ſucci, quantum ſufficit, quod reſiduum erit ab attractione, ſeorſim ſeparabitur per inclinationem & exhalationem. Ex eo autem, quod coagulatum eſt, extrahe Tincturam cum ſucco Limoniorum ſ. a. donec animadverteris ſuccum non amplius colorari. Tinctos liquores decantatos digere denuò, ut craſſiores fæces ſubſideant, quas ſecerne.

N. *Laudanum opiatum majus Quercetani ingreditur.*

3. *Extractum Opii Angeli de Sala.*

℞. Opii in fruſtula conciſi ℔ß. humectetur aceto roſ. ℥ij. vel iij. atque exponatur igni in ſartagine ferreâ, continuò agitando ut liqueſcat, vaporque opii Sulphureus ac noxius unà cum 🜊 in auram abeat, opiumque refrigeratum friari ac pulveriſari queat.

N. *Ignis cautè adminiſtrandus, ne ἐμπύρευμα contrahat.*

Hinc ℞. opium illud pulveriſatum 🜊 roſ. ℔ iij. ſtent in calore arenæ (ſaltem aliquot horis) ut ſolvatur, dein cola per colum linteum cum expreſſione ac coagula. Hinc ſolve denuò in Q. E. Sambuci rectificatiſſima: clarifica cum albo ovi, ac inſpiſſa ad conſiſtentiam pilulis aptam.

N. *Sal 🜊 roſ. operationem opii (cum quo jungitur) non modò mitiorem reddit, ſed & vim ejus diaphoreticam confortat, ut vel ſudor haud ſine levamine ſubſequatur.*

4. *Extractum Opii Crollianum.*

℞. Opii (purgati prius in liquore hyſſopi, vel aqua ☉lata,) q. v. extrahe ſ. a. cum 🜅 decanta & abſtrahe.

N. *Crollianæ hac extractio non ſine ratione reprehenſionem incurrit, quia 1. Sulphur illud, in quo vis narcotica latitat, humanæ naturæ inimica, per 🜅 tenuius ſubtilius, adeoque ferocius redditum. Laudani compoſitionem deteriorem facit. 2. Spiritus vini ſuâ naturâ nihil præter Sulphur extrahit, ſale intacto, quod potiſſimùm tamen requirimus. Præſtat itaque cum aceto extrahere, quàm cum 🜅.* Hartman. in Croll. Brendel.

5. *Laudanum Opiatum.*

Laudanum opiatum, nihil aliud eſt quàm Extractum Opii admixtione alexipharmacorum, cordialiumve, & ſim. correctum. Dicitur autem Laudanum, quaſi laudatum medicamentum, ob inſignes operationes, quas vel in graviſſimis morbis præſtat, quales ſunt 1. dolores ſedare. 2. ſomnum inducere, 3. omnes fluxiones ſiſtere. 4. ardorem mitigare. 5. Naturam confortare, inquietos ſpiritus in Phrenitide, Arthritide, Epilepſia, & ſim. compeſcere. Variæ porro laudani hujus deſcriptiones circumferuntur, quarum tamen præcipuæ ſunt ſequentes.

6. *Laudanum Opiatum.*

℞. Extract. Opii (Quercet. vel Salæ) liquidi adhuc inſtar mellis ℥ j. Magiſter. vel ſal. corallor. perlar. ana ʒß. Extract. croci (cum 🜅 facti) ʒij. M. omnia diligenter & ſerva. In fine addi poſſunt aliquot guttulæ ol. caryophyllorum.

N. *Alii ſpir. 🜍 admiſcent.*

Hoc Laudanum eſt pene inculpabile & ſecurè ſine omni alicujus peregrinæ affectionis metu poteſt adminiſtrari.

Doſis à gr. ij. ad iij. *Hartman. in Croll.*

7. *Laudanum Opiatum Querc.*

℞. Extr. ſeu Eſſent. Opii, ℥ ij.
Extr. Croc. (cum aq. Limon. fact.) ℥ j.

*His contuſis adde*

Pulv. Hyacinthor.
Corallor. ana ʒ iß.
Terræ ſigill. ver. ʒ j.
Bezoard. ver. (ſ. Extracti Bezoardici.) *V. lib. 2. cap. 57.*
Unicornu.
Ambr. gryſ. ana ℈ ij.

M. exactè, continuò agitando ad △ lentum, donec ex materia frigefacta pilulæ formari poſſunt.

Vires. *Inſignes ac ſuſpiciendas percipies hujus anodyni affectum, quod te ſpe nunquam fruſtrabit. Nam*

confert

*confert citra moleſtiam & cerebri ullam perturbatio-nem, adverſus omnis generis dolores, à quacunque cauſa ſubortos contra omnes hæmorrhagias, in quacunque corporis parte fuerint, contra omnes defluxiones & fluores ventris, dyſentericos, hepaticos, lientericos, & ſim. ad inducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentibus, in quibus ipſe rationis ſenſus læditur, & in phreneſin æger plerumque delabitur.*

*Doſis* pilula una ac altera magnitudine grani piperis. *Querc. in Pharm. Reſt. c. 25.*

8. *Aliud laudanum Opiatum Quercetani*, quod libet appellare.

8. *Laudanum Opiatum majus Querc.*

℞. Extract. Bezoard. Quercetan. (nondum inſpiſſat.) *Doſi ut l. 2. c. 57.*

Extract. Croci ex croc. ℥ iv. cum ▽ ♀at ex ſucco Limon. vel pomor. redolent. acuata cum ⌒u ⊕, vel ⚯ Sulphur.

Extr. Myrrhæ ac mumiæ, (ut ſequitur.)

Extr. Opii ſuccati (quale & quantum ſupra paratum,) ſc. ʒ vj.

Miſce & lento △e redigantur ad conſiſtentiam mellis.

*Dein adde*

Succin. Citrin. præparat. (id eſt, ſuper quo 🜅 opt. aliquoties (4.) deflagrarit.) ℈ iv.
Sal. Perlarum.
Corallorum. ana ʒ ij.
Terræ ſigill. opt. ʒ i ß.
Pulv. Bezoard. ver.
Oſſ. de C. C.
Unicorn. ver. ana ʒ j.
Ambr. gryſ. ʒ ß.
Miſ. opt. in fine addendo,
⚯ Aniſ.
Fœnic. anagr. xij. vel xv.
ſerva pro uſu.

*Doſis*, eſt magnitudo piperis, vel gr. *ij. iij.*

*Extractum Myrrhæ ac Mumiæ fit.*

℞. Utriuſque ana ℥ ß. diſſolve in hydromelite vinoſo ad △m, trajiceque calidè per chartam, quia viſcoſa eſt ſolutio.

9. *Aliud Laudanum Opiatum, Anodynum ſpecificum Paracelſi.*

℞. Opii Thebaic. ℥ j.
Succ. aurant. acid.
Cydon. ana ʒ vj. (alii addunt & ▽ ſpermat. Ranar. tantundem.
Cinamom.
Caryophyll.
Croci or. ana ℥ ß.

F. digeſtio leni calore Solis vel fornacis per ⊠m, dein exprimantur & imponantur iterum:
Moſchi ℈ ß.
Ambræ ℈ iv.
Magiſt. Corall.
Perlar. ana ʒ ß.
Miſce digereque iterum per ⊠m.
poſtea adde
Quint. Eſſent. auri ʒ ß.
Miſce exactè.

N. *Hartmannus omiſſa Q. E. auri remanentiam incinerare, atque Sal inde extractum priori mixturæ admiſcere jubet.*

Vires. *Anodynum ſpecificum eſt Paracelſi ad auferendum quoſcunque dolores internos & externos.* Hartman. in Croll. Sala in Opiolog.

10. *Aliud.*

*Nepenthes Aureum Angeli Salæ.*

℞. Extr. Opii (Salæ) ʒ ß.
Croci (ut in laudan. opiat. major.) ℥ ij.
Lap. Bezoard. ſeu Tinctur. auri. ℈ ij.
Reſin. ligni aloës.
Ambr. gryſ. opt. ana ℈ j.

Miſce & incorporentur ſimul in vaſe vitreo, eoque bene clauſo ſerventur. *Sala in Opiologia.*

11. *Laudanum Opiatum Crollii.*

℞. Opii Thebaic. ℥ iij. purgetur in ▽ hyſſop, dein extrahatur cum Spir. Vin.

℞. Succ. Hyoſcyam. debito tempore collecti, & in ☉ inſpiſſ. ℥ i ß. F. Extractio cum 🜅.

℞. Spec. Diambræ.
Diamoſch. ana ℥ ij ß.
F. Extract.

Hiſce extractis per ⊠ſes 2. digeſtis admiſce.
Mumiæ tranſmar. ʒ ß.
Sal. Perlar.
Corall. ana ʒ iij.
Liquor. ſuccin. per alcohol vini extract.
Oſſ. de Corde Cervi.
Lap. Bezoard.
Unicor. animal. vel mineral. ana ʒ j.
Moſchi.
Ambræ, ana ℈ j.

Et in defectu genuini auri potabilis, nullis corroſivis inquinati, addantur in fine.
⚯ Aniſi.
Carui.
Arantior.
Citrior.
Nuciſt.
Caryophyll.
Cinamom.
Succin. ana gr. xij.
F. Maſſa pilularis.

N. 1. *Radices & Cortices Hyoſcyami juniores recentes, (abjecto interno trunco lignoſo,) colligantur ☉ & ☾ exiſtentibus vel in ♈, vel in ♎ ante plenilunium. Alii colligunt, ſi fieri poſſit, in ipſa hora, quando ☾ in dictis ſignis renovatur. Expreſſus ſuccus depuratus inſpiſſatur ad conſiſt. mellis, dein extrahitur cum Spir. Vini inſpiſſaturque l. △.*

N. 2. *Succus Hyoſcyami & Opium (antequam reliquis miſceantur,) prius rejiciant ſua Sulphura, & venena noxia, (quæ ſpumæ inſtar ſuperficiem petunt.)*

N. 3. *Pro mulieribus propter ſuffocationem matricis omittantur Moſchus & Ambra, vel corrigitur adjectione granorum aliquot Caſtorei.*

N. 4. *Ex remanentia incinerata Sal extractum mixturæ miſceatur.*

N. 5. *Extractiones illæ digerantur per menſes 2. dein abſtrahatur 🜅, addanturque pulveres.*

N. 6. *Oleis, quia difficulter extracto miſcentur, prius invicem mixtis, aliquot guttæ 🜅 affundi ſolent, & diligenter commiſceri, ita facilè compoſitioni miſcentur.*

N. 7. *Compoſitio leniſſimo calore per menſem fermentari poterit.*

Doſis à gr. ij. ad iiij.

### 12. *Laudanum Opiatum Clar. Sennerti.*

℞. Opii purific. ℥ j. F. Extr. cum 🜈.

℞. Spec. Diambr. ℥ j. F. Extr. itidem cum 🜈.

Hinc affundantur Extracto Opii, (ad ſyr. conſiſt. inſpiſſato,) Tincturæ Diambræ pars dimidia & ſucc. extr. rec. purific. ʒ vj. ſtent in digeſtione ♂ 20. ſæpius agitentur, ubi 🜈 maxima pars exhalaverit.

*Adde*

Extr. Caſtor.
Solut. Corall.
Perlar. ana ʒ ß.
Eſſent. Croci ℈ j.

Affund. Tincturæ Diambræ reliquum, lentoque △, 🜈 exhalet.

*Sub finem adde*

☍ Citri.
Cinamom.
Caryophyll. ana gr. iij.
F. Maſſa inſtar Extracti.

*Dimidiæ parti adde*

Moſchi,
Ambræ ana gr. vj.
Reliquum reſervetur pro fœminis.

### 13. *Laudanum ſimplex Plateri.*

Laudanum ſimplex habetur in obſerv. Plateri p. 455. ex ʒj. bdell. in ſucco plantag. emolliti & ℈j. opii in 🜈 ſoluti. F. maſſula, cujus doſis gr. vj.

℞. Opii ſuper lamina ferrea exiccat. ʒ ij.
Styrac. calamit.
Labdan. an. ʒß.
Ol. caryoph. gutt. iiij.

Malaxentur in mortario calido & formentur pilulæ magnitudinis piſi pondere gr. 4. aut 5. detur unica.

### 14. *Laudanum liquidum.*

Fit ex opii deſiccat. ſuper lamina ferrea ℥ ß.
🜈 opt. rectif. ℥ vj.
⊖ opt. ʒß.
Croci Angelic.
Specierum diambr.
Diaromat. roſ. ana ℈ iiij.
Ambr. gryſ. ʒ ß.

Infundantur ſimul matracio clauſo, digerantur calore lento per 20. ♂ continuos, coletur per chartam & colatura ſervetur. Eſt iis accommodatum, qui pilulas ſumere nequeunt.

*Doſis à gr. 4. ad 8. &c.*

[Laudani Cydoniati liquidi meminit celeberrimus Willis in Pharmac. Rational. exhibitis g. xxiv. in dyſent.]

### 15. *Laudanum ſolidum S. Cleſſ.*

Totum Laudanorum artificium conſiſtit in correctione opii, quæ fit per diutinam digeſtionem in Acet. deſtill. (ſp. 8. dictum) quæ ter cum novo Acet. deſtill. repetenda venit, abſtrahatur poſtea Acet. deſtill. à tincto liquore ad conſiſtent. Extracti.

℞ Extracti Opiatici ℥ ij.
Croci (in p. 8. aq. roſ. & ſpir. vin. parte unâ facti) ℥ ß.
Caſtor. eodem modo parati ℥ j.
Extr. ſpec. Diambr.
Diamarg. frig. &
Diamoſc. dulc. in Acet. deſtill. mixtim parat. ℥ iij.
Magiſterii corallini ⊖-lati ʒ vj. M. ut artis eſt. Servetur in vitro ad dimidias ſolùm pleno quæ poſt paucas horas fermentari incipit, quod dum fit, agitetur ſæpè ſpatulâ ligneâ.

*Doſ. gr. iij.*

N. *Eſſentiæ & cariora omnia quæ vulgariter Laudanis adduntur, pretium potius, quàm virtutes augent.*

### 16. *Laudanum pectorale valde excellens Ang. Salæ attributum.*

℞. Extract. Opii liquidi in part. iij. 🜈, & part. 1. aq. roſ. per digeſtionem 3. ♂ in B. parati ℥ j.
Croci.
Florum Sulphur. Benzoinat.
Aloës lucid.

Myrrh. el. ana ʒ ij. pulveriſentur & M. calidè, addendo ſpiritus Sal. com. ʒ j. (ad promovendam fermentationem.)

Hoc Laudanum tutiſſimè exhibetur phthiſicis à Catarrho, Aſthmaticis tuſſientibus, cum extracto ſucci glyzyrrh. in Epilepſia aërea cum ſanguinis efferveſcentiâ, hæmorrhagiâ, capitis dolore. In dentium dolore diſſolvitur in ✠ & applicatur denti. *Doſ. eadem cum ſuperiori.*

N. *Plures inſuper Laudanorum deſcriptiones paſſim reperiuntur, ut in Alchymia Libavii, l. 2. c. 1. in Opiolog. Cl. Dn. D. Winckleri, Freytagii, & ſua, quò curioſum Lectorem remittimus.*

12. *Pilulæ Narcoticæ Plateri.* Vid. l. 2. c. 74.

HOFMAN. *Præparata 1. Extractum Opii Quercet. 2. Extractum Opii Angeli de Sala, 3. Laudanum Opiatum Quercet. Crollii. Cl. Sennerti. S. Cloſſæi &c.*) Poſthabitis omnibus Opium corrigendi & extrahendi communibus proceſſibus, qui in toſtione & extractione cum aceto, ſucco Citri vel Limonum, ſpiritu vitrioli, ſp. vini &c. Conſiſtunt, prout & *D. Autor* deſcriptiones tradunt, convenientior ſanè non habetur eo, atque qui ab Excell. *D. Ioele Langelotto* communicatur in Epiſtolâ ad præcellentiſſimos Naturæ Curioſos de quibuſdam in chem â prætermiſſis, cujus etiam aliquot ante annos abhinc mentionem fecit *Thomas Bartholinus Centur. 3. in Epiſtol. Medicin* 45. & peragitur adminiculo fermentationis cum ſucco cydoniorum. Ubi, ſi quis corpori humano noxiam qualitatem Opii ex Sulphure ejus volatili ac fœtido emanantem forſan in dubium vocare velit elaborando hunc proceſſum proprio expertus damno, cautior in poſterum in contradicendo & refutando *Cl. Zwelferus fiet.* Sequenti autem modo elaboratur. Rec. Opii Theb. in particulas conſciſſi ℔ j. affunde ei in cucurbitâ humili ſucci cydoniorum benè maturorum recentiſſimi ℔ x. adde Salis Tartari puri albiſſ. & ſicci ℥ j. expone leni calori per diem unum aut alterum, uſque dum bullæ quædam appareant, tunc adde iſtius promovendæ cauſâ Sacchari pulveriſati ℥ iv. porrò eum caloris gradum obſerva, quem fermentatio requirit, ſic ſatis benè etiam procedet, videbis opium vehementer attolli & reſolvi per minima; Cave verò à ſulphure narcotico graveolenti, quod tunc ſolet exſpirare, quod Mihi cum prius conficerem, obtuſum capitis dolorem cum ſomnolentiâ induxit, quod cautior poſtmodum factus, cùm ſecundâ vice præpararem, devitavi. Videbis quoque partem impuri volatilis ſpumoſi ſuperiora petere, partem verò magis terreſtrem in fundo cucurbitæ ſubſidere, tandem in medio conſiſtet purior pars liquor rubini inſtar pellucidus, quem cautè ſeparabis & debitâ deſtillatione ad mellaginem inſpiſſabis. Hanc denuò ſp. vini alkoholiſato diſſolvas & filtres ac per menſem digeras, ut, quicquid adhuc crudi ineſt, cœleſti illo igne maturetur. Spiritus ad juſtam conſiſtentiam abſtrahatur. Hæc *Eſſentia* eſt Medicamentum tutum ac immune à vulgi dicteriis, imo polychreſtum

threſtum *Hæc de Langelott.l.a.* Nec juſta eſt quorundam de hoc medicamine cenſura, primò, ſi opium cum ſucco cydoniorum extrahitur, hujus extractum proprium majoris cum extracto opii ponderis fieri, quod vires iſtius imminuat; præterea fieri roob cydoniorum opiatum. Deinde ab additione ſalis tartari verendam eſſe fermentationis annihilationem, & facilè poſtea ob Sal tartari diffluere opium, ſi ad pilularum redigatur conſiſtentiam. Verùm Sal tartari in hâc operatione inhibere fermentationem experientiæ repugnat, & facilè hanc cenſuram ſubterfugiemus, ſi fermentatum jam cum ſucco cydoniorum opium denuò cum ſp. vini rectificato ſolvamus, filtremus, ac poſt novam circulationem inſtitutam demum ad juſtam conſiſtentiam extracti redigamus.

N. Qui ſimplici diſſolutione ac digeſtione cum ſp. vini factâ ſunt contenti in Opii correctione, videant, quomodo ſymptomatibus ab ejus uſu provenientibus ex aſſe ſatisfacere queant non minus rationem de his reddendo, quàm ea mitigando, ut circumſpectum ac longâ experientiâ peritum Medicum praxis docuit.

Hujus vires ferè ſunt incomparabiles & ſe extendunt ad omne Morborum genus (exceptis ſoporoſis, febrium ardentium & malignarum vigore, item aſthmate, hydrope & omnibus affectibus, ubi ſpiritus oppreſſionem patiuntur) dum Archéum inordinato motu peccantem ſedat, viribus defectam Naturam reficit, doloribus & vigiliis conſumptam placidâ quiete refocillat, vel lympham, liquorem nervoſum & maſſam ſanguineam nimium effervescentes compeſcit, vel ſpiritus paulò concitatiores ad temperiem reducit. vid. *Baconum de Verulamio in tr. de vitâ & morte*

Datur vel per ſe in appropriato vehiculo à gr. *ß.* j. ij. iij. iv. &c. vel cum alio admixto, & tunc doſis extenditur ad plures guttas. In hemicraniâ, colicâ, calculo, arthritide vagâ & fixâ, febrium ardentium initio, &c. Cum ſale volatili tartari, C C. ✱ &c. Item in calculo cum Terrâ foliatâ ſolutâ, tincturâ Salis tartari &c.

## ¶ *CCCXCV. Opopanax.*

ὀποπάναξ, *Dioſcorid.* Opopanax. Gummeus eſt ſuccus ex panacis heraclei ſauciata radice effluens ac concreſcens.

Dicitur Opopanax & Opopanacum, *Cord. hiſt. Ceſ.* Planta autem inſignitur, πάνακες ἡράκλειον, *Dioſcorid.* Panaces Heracleum, *Matthiol. Caſt.* Panax Heracleum, *Lob. Dod. Ger. Pan.* Herculeum, *Cæſalp.* primum, *Tab.* Panax Sphondylii folii, C.B. 1.

Vires. *Calf. 3. ſicc. 2. emollit, digerit, flatus diſcutit, purgat pituitam, craſſam & lentam, à partibus remotis, cerebro, nervis, ſenſoriis, juncturis, Thorace, (de quo Claſſ. 4.) uvulæ delapſæ opitulatur (ſuffitu in os immiſſo.)*

N. *Signa bonitatis, color extus flavus, intus albus, aut ſubflavus, ſapor valde amarus, odor gravis conſiſtentia pinguis, facilè in aqua ſolubilis, levis, tenera, friabilis, galbani inſtar lacteſcens, dum ſolvitur ad lacteum liquorem propius accedens. Improbatur Opopanax niger ac mollis.*

### PRÆPARATA.

[Pilulæ de Opopanace rari uſus.]

Opopanax, ſtyrax calam. bdell. labdan. oleum ſed paucum profundunt.

Hofman. *Opopanax.*) Eſt ſuccus gummoſus ex radice panacis heraclei vulneratâ emanans potiſſimùm æſtate, ad uſus plurimos commendabilis, ut vocabulum plantæ, ex quâ deſtillat, innuit. Panax enim, unde & Panacea, omnem curat Morbum vel omnibus Medelam ſubminiſtrat.

N. Plus de aqueâ, quàm reſinosâ ſubſtantiâ poſſidet.

### P.

## ¶ *CCCXCVI. Piſſaſphaltos.*

Πισσάσφαλτος, Πισσασφαλτὸν, { Nativum Erdwachs. Aſphaltos. *Aſphaltus, Earthwax,* or *Iewus Bitumen.* Aſphaltus / of Aertwas of Jodepick.
Factitium.

Nativum deſcribitur à Dioſcoride, quod naſcatur in Apollonia Epirotar. Item quod ex Cerauniis montibus devolvatur, & impetu fluminis raptum rurſus æſtu in littus expuatur, ibique concreſcat. Hac ratione nihil aliud eſſe videtur quàm ἄσφαλτος, de qua l. 3.

Factitium, eſt compoſitum quid ſeu mixtura ex pice ac bitumine (unde & nomen accepit) videturque id eſſe, quod noſtrates ἀσφαλτὸν, vocitant, ſeu bitumen Iudaicum.

N. *Sunt qui Piſſaſphalton mumiam Arabum dicunt, de quo lib. 5. in homine.*

Vires. *Calf. 3. & ſicc. 2. dolores capitis aliiſque ejus morbis à frigiditate obortis medetur.*

## ¶ *CCCXCVII. Pix.*

Πίσσα, Pix, Pech. *Pitch* or *Pick.* Pick. Eſt pars Reſinoſa ex accenſis tædis, id eſt, arboribus reſinoſis per ſenectutem nimiâ pinguedine q. ſtrangulatis, colliquata.

Modus fiendi ruſticis committitur, qui in nonnullis locis, ubi arbores reſinoſæ abundant, inde victum lucrantur: fitque ad modum quo deſtillatio per deſcenſum fieri ſolet. Rogus ſcilicet tædarum reſinoſarum contegitur undique termitibus terræ, ne qua exhalatio fieri queat: hinc ſubdunt ignem per foramen relictum, quo fit ut reſinoſa pars colliquata in canales affabrè ſubditos effluat, initio liquidior, hinc craſſior, ultimò craſſiſſima. Affertur autem copioſè ex Finlandia, ubi rogos ejuſmodi plures non citra oblectationem vice unâ & eâdem conſpexi, abietem enim ac Pinum copioſè illa alit.

Dicitur Pix liquida Piſſelæon, *Dioſcor.*

N. *Arbores reſinoſæ ſunt inprimis Pinus, Abies, Terebinthus, Cedrus.*

Pix illa ubi denuò coctione purgatur, ſeu ſi mavis dephlegmatur, craſſeſcit magis ac magis, diciturque Pix ſicca, Palimpiſſa, Pix navalis (quòd navibus picandis, adhibeatur,) non quòd à navibus maritimis deraſa ſit, quippe hæc appellatur Zopiſſa.

Vires. *Ut reſinam ſapit, ita & reſinarum Vires obtinet, idque eo magis, quo liquidior pix fuerit, ſicca enim exiccat fortius: facultatis itaque pix liquida eſt calfacientis, diſcutientis, mollientis, digerentis, anodynæ, &c.*

### PRÆPARATA.

*Ol. ſtillat.* Fit l.c. per Ret. per ſe, vel addito ſabulo.

Vires. *Maximè prodeſt ad vulnera capitis, ad punctura ex cauſâ frigida egregiè facit.*

N. *Multum olei fundit.*

[*Aqua picis arthriticis doloribus utilis dicitur.*]

### R.

## ¶ *CCCXCVIII. Reſina Terebinthi ſ. Terebinthina Cypria.*

Terebinthina in officinis Reſina eſt liquidiuſcula, referens balſamum ſive oleum craſſiuſculum, colore ex albo flaveſcens, ſapore acris, lenta, cutique tenaciter adhærens. Eſtque duplicis generis. Reſina ſcilicet Terebinthi & Reſina Laricis. Reſina Terebinthi ῥητίνη τερμινθίνη. Reſina Terebinthina (Avicennæ gluten Albotin) eſt ea quam officinæ Terebinthinam Cypriam, Venetam, Paracelſus Lorchet appellat. Terebinthina Reſina, *Matth.* Ter. vera, C.B. 1.

Optima cenſetur clara, pellucida alba. vitrei coloris in cæruleum vergentis, acris & odorata. Præfertur item quæ ex Chio Inſula affertur, poſt hanc Lybica, tùm Pontica; tandem Cypria, Syriaca, Judaica, Arabica. Terebinthus arbor eſt mediocris magnitudinis,

in

in plurimis regionibus ſponte familiaris, v. g. in Hiſpania, Syria, Sicilia, &c.

N. *Terebinthinam veram officinis eſſe ignotam autumat Cluſius, officinalemque eſſe reſinam abiegnam è novellis abietibus collectam.* Vide ſis claſſ. 1. in abiete.

Vires. *Facultates Terebinthinæ ex lib. 2. ſub titulo de Reſinis huc referre licet. Excellit enim Terebinthina præ reliquis Reſinis, unde & facultatibus præpollet. Confert intrinſecus, præcipuè in tuſſi aliiſque pulmonum affectibus (cum melle,) in urina ac alvo cienda: convenit Epati, Lieni, Renibus, Veſicæ, expectorationi purulentæ ac phthiſi incipienti ſuccurrit, calculum pellit, arthriticos affectus juvat, uterum à ſaburra liberat. Extrinſecus uſitatior eſt terebinthina laricea quæ hujus vicaria in defectu eſſe poteſt, viribus iiſdem pollens, ſed imbecillioribus.*

N. 1. *Lavari ſolet in aqua appropriata & hinc exhiberi.*

N. 2. *Exhiberi poteſt 1. per ſe, placentulis, quas oblatas vocant, involuta. 2. In aqueo liquore, adjecto tantillo Vitelli ovi, ſic aqueum ſcilicet exhibet liquorem. 3. Inſpiſſat aliquantulum & in pilulas redacta. Verùm ob evaneſcentiam ſpiritus præſtant modi priores, vel ſi placet, formentur modo ſequenti.*

*Pilulæ de Terebinthina cum Rhab.*

*Pilulæ Podagricæ.*

℞. Terebinth. Cypr. ℥j. coq. in ∇ chamæpyt. dum albeſcat, hinc adde Rhab. opt. pulv. ʒvj.

Iv. arthetic.

Succin. alb. ana ʒij.

Glycyrrhiz. ʒj.

M. & F. Maſſa.

Vires. *Faciunt ad removendam materiam calculi & podagræ.*

Doſis ʒß. ad ʒj. &c. *Cl. Greg. Horſt. part. 2. lib. obſerv.*

N. *Crato eaſdem habet, ſed paulo ſecus, conſ.* 143.

HOFMAN. *Reſina Terebinthi ſeu Terebinthina Cypria.*) Vera *Terebinthina* ex Terebintho Arbore habetur & ex Chio inſulâ defertur, chiâ inde appellata. Poſt hanc *Lybica* probatur, deinde *Pontica. Veneta Terebinthina* non *Terebinthi Arboris*, ſed *veræ Abiegnæ* reſina eſt, licet vulgari ſit elegantior.

*Terebinthus* eſt arbor contorta, fruticoſa & mediocris magnitudinis, caudice craſſo, ramis multis, oblongis, foliis fraxini modo longis, ſed craſſioribus & pinguioribus, flores admodum parvi ſunt, muſcoſi & purpuraſcentes, fructus exigui baccarum ritu racematim cohærentes, rotundi, oblongi, pingues ac reſinoſi, odore grati.

Naſcitur copioſa in Chio, Cypro, *Syria*, circà Idam ac Macedoniam.

*Vires.*) Hæc *Terebinthina Cypria* reliquis præfertur reſinis ob facultates & vires, quas præſtat egregias in tuſſi & aliis pulmonum affectibus diuretica, juxtà ac alviduca eſt, Unde in internis exulcerationibus ventriculi, inteſtinorum, Epatis ac lienis &c. notabilis eſt energiæ, exhibita cum vitello ovi ſoluta in brodio calido, item in formâ pilulari. Vid. ex hac deſtillatam Aquam Nephriticam D. R. in Theſaur. noſtro Pharmaceutico annexo ſect. 1. Num. 52.

## ¶ CCCXCIX. *Reſina Laricis, ſ. Terebinthina vulgaris.*

Reſina Laricis eſt, quam Terebinthinam vulgarem ſeu Terebinthinam ſimpliciter ita dictam, vocant. Hæc quantò Terebinthinæ priori ſimilior, tantò quoque præſtantior æſtimatur, adeoque optima, quæ puriſſima, odoratiſſima, aliquantum tranſlucida, & quæ in tincto digito contumaciter & æqualiter diffluit.

Vires. *Calfac. emollit, abſtergit. Uſus præcipuus intrinſecus in pulmonibus expurgandis, in Gonorrhæa ſiſtenda (cum ∇ plantag. ac ſuccino,) urinam ac alvum ciet. Extrinſecus Chirurgis uſitatiſſima eſt, ferèque in Emplaſtris omnibus adhibetur, movet etiam pus, maturat, ſcabiei cutis medetur.*

N. *Sunt qui Terebinthinam, in cereviſia infundunt atque ſimul deferuere ſinunt, pro potu ordinario in præſervatione calculi, viſcerumque obſtructionibus.*

## PRÆPARATA.

Ex Terebinthina ſola vulgari fieri ſolent, ad quem modum tamen & reliqua tractari poterunt.

Suntque 1. *Spiritus Terebinthinæ.*
2. *Oleum Terebinthinæ.*
3. *Balſamus Terebinthinæ.*
} *Horum præparationes* Vide l. 2. de oleis.

N. *Oleum ac Balſamus rarò ſeorſim, crebrè conjunctim extant.*

4. *Colophonia.*

Vires. *Spiritus calfacit, ſiccat, attenuat, urinam ciet, tartaream mucilaginem reſolvit. Hinc confert in tuſſi, aliiſque Pulmonum affectibus tartareis, in Lienis & uteri obſtructione, in calculo Renum & Veſicæ, in ſtranguria, gonorrhæa virulenta, ulceribus penæ ex lue venerea.*

Doſis à gr. iij. ad vj. & ultra.

N. *Urinæ odorem Violaceum conciliat.*

*Balſamus calfacit, attenuat, mundificat, conſolidat. Hinc adhibetur feliciter membris frigore rigidis, tumoribus ſcirrhoſis, vulneribus inveteratis ac putridis, gangrænæ, fiſſuris pedum à frigore oriundis (perniombus) quas efficaciter curare creditur.*

N. *Cunrad.* Kunrath *commendat ſummè ſpiritum Terebinth. mellitum, cujus guttulas 4. 5. 6. in liquore convenienti quotidie ad calculum Renum & Veſicæ atterendum. Parat ex mellis puri part. 2. & Terebinth. p. 1. mixtis exactè & per Ret. vel* ♒ *deſtillatis.*

### 5. *Oleum cæruleum Terebinth.*

Fit S. S. S. in Veſica cupreâ ex ſcobe radicum pinguium abietinarum cum flore chamom. affuſâ aq. q. ſ. fermententur per dies aliquot, donec Tereb. abieti inhærens tincturam ♀is ad ſe attraxerit, quam in olei ejus prolectatione ſecum in ♒ rapit, ſibique per omnia miſcet. *Eſt vulnerarium incomparabile, ſi Thurnheuſero creditur.*

### 6. *Tinctura Terebinth.*

Evaporet ol. flavum illius leniter in ſcutella, dum reſtet Colophonia rubentiſſima, è qua tinctura cum V^r trahitur, eoque remoto balſamus relinquitur, quo renes inunguntur in doloribus.

### 7. *Sal volatile Tereb. purgans.*

Deſcrib. in Myroth. Fabri.

### 8. *Pilula de Terebinthina cum Rhabarb.*

℞. Therebinth. cypr. ℥j.

Coq. in aq. chamæpytis dum albeſcat.

Hinc adde Rhabarb. opt. pulv. ʒvj.

Ivæ arthetic.

Succin. alb. ana ʒij.

Extr. Glycyrrhiz. ʒj.

M. F. Maſſa.

N. *Crato aliquot hujuſmodi deſcriptiones exhibet, atque Rhabarbarum in minori quantitate immiſcet.*

Vires. *Commendantur in præſervatione arthritidis, calculi, &c. Aſſumuntur ſingulis trimeſtribus, &c.*

Doſis ad ʒj.

Greg. Horſt, *lib.* 1. *obſerv.*

HOFMAN.

HOFMAN. *Reſina laricis ſeu Terebinthina vulgaris.*) Hæc ex Larice ſponte ſua deſtillat, & magna ſæpè copia, Terebinthinæ priori viribus nihil cedens.

*Vires. Calefac. emollit, abſtergit, &c.*) Unde uſus Ejus præcipuus internus eſt in pulmonibus expurgandis, gonorrhœa ſiſtenda, in præſervatione calculi &c. Hæc teſte *Foreſto libr. 24. obſ. 28.* potius facit ad calculi præſervationem, quam ad ejus curationem. Cujus egregium habetur exemplum apud *Amatum Luſitanum Centur. 2. Curat. 68.* de Monacho quodam, qui hanc ſingulis diebus magnitudine nucis caſtaneæ cum Saccharo deglutiebat, & intra ſex menſium ſpatium ab hoc malo liber evaſit. Quare autem hæc frequenter uſurpata, ut Reliqua diuretica, non nocent, hanc cauſam reddit Gregorius Horſtius decad. *8.* quæſt. 1. de calculo Renum & veſicæ affect. quia caliditas hujus temperata, membris coctioni dicatis amica. Aliam reddit. *cl. Riverius Tom. 1. Prax. Libr. 8 cap. 1.* quia *Terebinthina* urinas movendo ſimul alvum laxat, ita ut craſſiores humores per alvum deturbentur, qui ab aliis diureticis ad renes deducerentur.

*Ex hac præparantur 1. Aqua. 2. Spiritus. 3. Oleum. 4. Balſamus. 5. Tinctura &c.*) *Horum præparationes vid. ſuprà libr. de Oleis & in Theſaur. Pharmaceutic. annexo ſect. 1. n. 53. & 54. Aquam contra Gonorrhæam D. F. H.*

*Vires. Spiritus calefacit, ſiccat, attenuat, &c.*) diureticus eſt & lithontripticus, confert etiam in tuſſi, aſthmate & aliis pulmonum affectibus, in gonorrhœâ, ſtranguriâ, item in dyſenteriâ non poſtremas obtinet laudes *teſte Petrao in Noſolog. p.* 104. inſignem enim vim Balſamicam, prout & *Oleum* obtinet anodynam, reſolutivam & emollientem. Ex *oleo* agyrtæ balſamum ſuum Sulphuris conficiunt, pretio quidem inferiorem vero balſamo Sulphuris, ſed non virtute. Ingreditur etiam *Elixir vitæ meum balſamicum*, & Balſamum Hiſpanicum ſect. IV. n. XI. Theſauri Pharmaceutici annexi.

N. Oleum Terebinthinæ commune cum oleo Vitrioli mixtum cum æquali vel dupla quantitate, & ex parva retorta vitrea deſtillatum, notabilem Sulphuris ſuppeditat copiam.

N. Acetum etiam ex Terebinthina per deſtillationem elicitur, poſtquàm oleum acceperis, colophonia ſubſidente, quæ etiam per retortam deſtillata in acidum abit liquorem. Ex reſiduo Tinctura cum ſp. vini elici poteſt.

## S.

### ¶ CCCC. *Saccharum.*

*Σάκχαρ, σάκχαρον, μέλι καλάμινον, ἅλς Ἰνδικὸς*, Sacchar, Saccharum, Zuccharum, Zacchar, Zaccharum, Succharum, mel Harundinaceum, mel Cannæ. *Arabib.* Zazar, Sudur. Sutter, Germ. Zucker. Du Sucre. *Sugar.* Suycker. *Vid. Matthiol.*

Succus eſt plantæ cujuſdam arundinaceæ, non ſolùm in India, ſed in multis Aſiæ & Africæ locis, quin imo & in Europæ quibuſdam Regionibus vernaculæ.

Exhibet autem Saccharum, partim inciſione Trunci, unde Saccharum inſtar Lachrymæ extillat, quod rarum eſt, partim elixatione potiſſimùm medullæ ac radicis, donec ſ. ſaccharum in fundo inſtar ſalis concreverit.

Planta illa ſaccharifera inſcribitur Arundo ſaccharifera, C. B. 2. ſcil. inter arundines Indicas. Arundo ſaccharata, *Dalech in D.* Arundo ſaccharina Indica, *Lob.* Ar. & Calamus Saccharinus, *Lob.*

N. *Sunt qui ſaccharum Veteribus incognitum fuiſſe ſtatuunt, ſed falſo. Mentionem enim ſacchari faciunt, ſed nomine mellis in cannis concreti, mellis arundinacei,* Galen. 8. Meth. & 7. ſimpl. Dioſcor. l. 2. c. 75. *Hinc* Paulus Ægineta, l. 7. c. 3. *Salem Indicum vocare videtur, quod interdiu ſuperveniente Solis calore induretur & concretum Salis effigiem referat. His 3 adſtipulatur Plinius* l. 14. c. 18. *Sic & Avicenna* Fen. 1. Can. 4. tetr. 2. c. 23. *ſalem ſcil. appellat, qui ex India advectus, colore ſal, dulcedine mel repræſentat.*

Denominationes ſacchari ſumuntur tam à locis, unde plerumque aſportatur, tum ab elaboratione, qua depuratur, Officiniſque communicatur.

A loco natali dicitur 1. Saccharum Madarienſe, vel Mederienſe, à Medera Inſula. 2. Saccharum Canarienſe, Canarium: à Canariis Inſulis 3. S. Thomaſinum ſeu Thomæum, ab Inſula S. Thomæ 4. Saccharum Maltanum, Meliſium, ſive Melitheum, Cibale, à Maltha, ſeu Melitha Inſula. Sic dicitur & 5. Valentinum à loco reſinationis, quâ Valentia Hiſpaniæ celebris eſt.

N. *Madera, Canariæ S. Thomæ Inſulæ; ſunt Inſulæ in Athlantico mari ſitæ, Africæque vicinæ.*

Ratione elaborationis, ſaccharum, vel eſt non finum, vel refinatum, ſeu finum, vel Candiſatum, vulgò ſaccharum Candi ſeu Candum. Non finum quod ſolâ coctione in ▽ depuratum eſt, adfertur ad nos partim in Pyramidales metas fuſum partim in formam pulveris ac grumorum craſſiorum redactum. Non finũ in pulvere Materialiſtis Caſſonada vel Caſtonada vocari ſolet, forſan à Ciſtis, quibus incluſum ad nos advehitur, Ciſta enim Germanis inferioribus [illegible] appellatur. Aliis ſaccharum miſcellaneum, quod ex diverſis ſaccharis commiſceatur. Eſtque hoc ſaccharum tum minus excoctum, tum quoque minus purgatum, unde & minus candidum, quippe quo magis depuratur, eo magis albeſcit. Hinc diverſi coloris exhibetur, album, gryſeum, pallido citrinum, citrinum purpureo-nigricans, &c.

Non finum in metis, eſt pulveratum illud ſaccharum ulteriori coctione in ▽ excoctum, deſpumatione (citra refinationem) clarificatum, in formulas pyramidales uſitatas effuſum, qua ratione à ſordibus fæculentis per foraminula formularum illarum deſtillantibus ſequeſtratur.

Refinatum ſeu finum eſt, quod lixivio (ex calce viva cum ▽ facta) ſolutum, excoctum, deſpumatum & poſtmodum inſpiſſatum, inque formulas effuſum eſt, inferiori parte perforatas, ut fæculentus glutinoſus ſuccus defluat.

Saccharum candiſatum, vulgò Saccharum candi ſ. candum, ſaccharum candium, ſaccharum cryſtallinum, ſaccharum lucidum, Germ. Zucker-Candit. Du Sucre de Candie. *Sugar-Candy.* Suycker Candi / Stock-Suycker. Eſt ſaccharum depuratum, candiſando in cryſtallinam formam ſ. a. redactum, ad modum quo ſalia cryſtalliſari diximus. Atque album vel rubrum: album fit ex Canarienſi; rubrum ex Tomaſio.

*Delectus* 1. Ex loco natali optimum habetur Mederienſe, hinc Canarienſe, tertium locum ſibi Meliſium vendicat, ultimum, Tomaſium. 2. Ex colore, purius æſtimatur album, hinc gryſeum & denique rubrum.

N. *De Saccharo reſinato utrum non reſinato præſtet, dubium movetur. Negativâ habet Tabernæmontanus, Herbar.* l. 1. c. 41. *Affirmativam tuetur Angelus Sala in ſua Saccharologia* l. 1. c. 4. *Verum mallem ex ſcopo rem decidere: quod reſinatum, quia aliquantulum acrius eſt, præſtat in attenuatione, inciſione, abſterſione; non reſinatum in lenitione, lævigatione, adeoque in pulmonum vitiis, &c.*

## PRÆPARATA.

1. *Saccharum Penidium.* Hoc fit, ℞ ſaccharum q. v. diſſolve & clarifica per alb. ovi. Hinc cola ac inſpiſſa lentè, donec bullæ magnæ apparuerint. Hinc

retrahe ad △, ut bullæ reſideant, effundeque in tabulam oleo amygd. [vel Butyr. inſulſ.] illitam, atque ubi nonnihil induruerit, de unco ſuſpende, manibus celeribus [amylo conſperſis] diſtrahe in formam debitam ac repone.

2. *Saccharum roſatum.* Fit ex ſacchar. in ſucc. roſ. ſoluto.

3. *Saccharum Violatum.* Fit eodem modo cum ſucco violar.

4. *Aqua ſeu ſpiritus acidulus* ℞. Sacchari (℔ij.) deſtilla ex cucurbita vitrea ſat alta & ampla [quippe facilè in altum attollitur,] △ arenæ per gradus [NB. vel Retortam adhibere poteris,] ſic extillat aqua acidula, cum oleo ſupernatante: Rectifica 🝫 ſi placet, oleumque à ſpiritu ſeparato.

Vires. *Spiritum hunc in diſſolutione lapidum aliorumque cruſtaceorum adhibere licet, & eſt inſtar ſpiritus Guajaci.*

5. *Oleum.* Ex prioribus patet.

6. *Sal.* Ex relicto capite mortuo, ulterius incinerato elixiviatur.

7. *Liquor ſeu Syrupus.* ℞. Sacchar. cand. q. v. affunde ▽ ad eminen. digit. 1. accendatur, efflagretque ad conſiſtentiam ſyrupi.

Vires. *Prodeſt in tuſſi, aliiſque affectibus pulmonum, inciſione, ac lævigatione opus habentibus.*

N. *Liquor hic apud vulgum uſitatiſſimus eſt, magnæque æſtimationis.*

8. *Liquor* alius. Inde Saccharum candidum albumini ovi cocti ad duritiem, repone ad liqueſcendum.

Vires. *Exhibetur ad tuſſim & aſperitatem gutturis infantum. Extrinſecus confert oculorum rubedini.*

9. *Eſſentia & cryſtalli Sacchari.*

Eſſentiam & cryſtallos Sacchari paravi, ut reperies publicatum centur. 3. attic. 20. Keſleri. Addo autem paſtæ ex ſacch. & Acet. deſtill. factæ cochleare unum ac alterum ol. Tartari, materiam relinquo in digeſtione cinerum per 24. horas, poſtea pro ℔j. ſacch. affundo ▽ non rectif. menſ. ß. digeratur denuò, habebis Tincturam corroborantem.

*Doſ. cohl. ij. Sam. Cloſſ.*

## S.

HOFMAN. *Saccharum.*) Σάκχαρ, σάκχαρον, *Mel arundinaceum, Mel cannæ* Germ. Zucker.

*Succus eſt plantæ cujuſdam arundinaceæ &c.* ibid.) Hæc planta eſt ſeptem octove pedes longa, craſſiſſima, geniculata, foliis utrinque multis longis, anguſtis, ſtriatis obvallata, fungoſa, medulloſa, & intus dulciſſimi ſucci ubertate referta. Radices promit cannæ noſtratis æmulas, ſed minus lignoſas, magis ſucculentas & dulciores, à quibus germina quædam erumpunt, quæ avulſa & legitimo tempore tranſplantata virent & adoleſcunt. Comoſos flores gerit, ut arundines, inter quas rectè numeratur.

*Non ſolùm in Indiâ &c.*) In Siciliâ uber eſt cannarum iſtarum proventus à Meſſanâ Cataniam verſus Urbs Tahormina eſt, ubi eſt Mola Saccharina, in quâ magnus eſt apparatus inſtrumentorum, torcularium & furnorum. Menſe ſcil. Iunio & Iulio. Succum exprimunt ex cannis ſelectis. Modus talis eſt. Cannas primùm minutim incidunt, huic operi deſtinati homines, deinde forti torculari ſupponunt & ſuccum exprimunt, qui per latera torcularis in ſubjecta vaſa deſtillat, lapis molaris interea à præterlabente aquâ movetur. Secundâ expreſſione ſupponunt reliquias ſacco incluſas pervio, communemque ſuccum injiciunt ampliſſimis furnis foco largiſſimo & quater coquunt. Deinde in formis ſuis inſtillant, quas campanas vocant, in modum campanarum confectas, quibus parte inferiori foramen inſculptum, ubi reſervatur per quatuor menſes in cubiculo vel alio loco clauſo, ut ſenſim indureſcat & per foramen exſtillet humor craſſior, quem Melatza vocant, qui decidit in vas circumpoſitum & Saccharum ex indè fit pauci valoris, reliquum verò depuratur longioris temporis morâ. In Molâ hâc plures, quàm centeni occupati ſunt magnis impenſis. Saccharum ipſum nigrius eſt & ignobilius propter cannarum & terræ vitium, & præſtat illud, quod conficitur in Urbe laqueduce inter Meſſanam & Panormum; At quod Panormo apportatur præſtantiſſimum eſt, & Meſſanæ in cupedìis adhibetur.

N. *Sunt, qui Saccharum Veteribus incognitum fuiſſe ſtatuunt, ſed falſò.*) Inter Litterarios Heroas gliſcit controverſia de Saccharo, an ſcilicet Noſtrum idem ſit, quod Antiquorum Salmaſius in exercitationibus Plinianis *Saccharum Priſcis celebratum ex arundine credit fuiſſe*, arboreæ magnitudinis & *Mambu* ab Indis vocati. Differre deinde viribus, quia Antiquorum Saccharum fuit ἀκοίλιον h: e. ventris ſegnis incitamentum, renum & veſicæ abſterſivum. Saccharum præterea illorum non fuiſſe ſiticuloſum, *teſte Galeno*, ſed ſitim ſedaſſe, adeòque pro potu inſerviiſſe. Unde dictus *Salmaſius* Mannam noſtram potius pro *Saccharo* veterum accipit. Verùm cannæ variare poſſunt magnitudine pro terræ & cœli varietate. Malva noſtra humilis eſt, Indica verò hortenſis major & arboreæ proceritatis, non tamen viribus propterea differunt. Deinde noſtrum etiam Saccharum ad alvum proritandam clyſteribus miſcetur, & pro ſiti vinum Saccharatum ſtrenui potatores hauriunt. vid. Epiſtol. medicinal. *Thom. Bartholin. centur. 1. Epiſt. 54.*

*Denominationes Sacchari*, ſumuntur tùm à *Locis*, ex quibus adportatur, unde aliud eſt *Maderienſe à Maderâ* Inſula, aliud *Canarienſe à Canariis* Inſulis. Aliud *Thomæum ab Inſula S. Thomæ.* Aliud *Melitheum à Maltha* Inſulâ &c. tum ab elaboratione, quâ depuratur, ſic aliud eſt *finum* vel *conditum* vulgò *Saccharum candum*, quod eſt *Saccharum candiſando* in formam cryſtallinam redactum; Hoc eſt vel *album ex Canarienſi*, vel *rubrum ex Thomæo* elaboratum. Aliud *non finum*, quod partim in pyramidalibus metis fuſum, partim in formâ granorum craſſorum ad nos adportatur. *vid. D. Autorem.*

*Præparata 1. Saccharum Penidium.*) Hoc quodammodo à Saccharo communi albo differt non ſolùm modo ſubſtantiæ, & ratione coctionis & ſingularis modi efformandi in manuali operatione conſiſtentis, unde ſingularem acquirit texturam, ſed & ratione puritatis, & quod partes alienas, quales oleum amygdalarum dulcium & amylum, habeat admiſtas.

*Aqua ſeu Spiritus acidulus.*) Rec. Sacchari ſoluti ſ. q. candefac lateres & ſuperfunde illis uſque dum nihil amplius attrahant, tunc pelle per retortam ſpiritum, qui gemmas ſolvit & ſummum eſt arcanum in calculo.

N. Omne Saccharum acidum in ſe continet, ob quod Scorbuticis & febricitantibus nocet, quo varias vitioſas efferveſcentias ſuſcitat & ventriculi vitale fermentum corrumpit.

N. Nonnulli præparant ex Saccharo & ☉ calcinato menſtruum, ad ſolutionem perlarum, corall. &c. incomparabile.

*Præterea conficitur etiam ex ſaccharo Syrupus: Eſſentia & cryſtalli ſacchari* ad tuſſim & aſperitatem gutturis egregiæ virtutis. Sed *Sal. ex relicto Cap. mort. nullius momenti eſt, quod D. Autor allegat.*

HOFMAN. *Sagapenum.*) communiter *Serapinum*; eſt etiam gummi reſinoſum balſamicum, Arboris cujuſdam ferulaceæ *Sagapeni* dictæ, ex cujus radice ſauciatâ deſtillat.

*Vires. Calefac. ſiccat, aperit, attenuat, &c.*) Hoc præter alias à *D. Autore* allegatas vires vim etiam obtinet peculiarem quaſi magneticam, quâ inteſtina diſlocata in Iliacâ paſſione ex herniâ in priſtinum reducit locum, unde primarium eſt ingrediens Emplaſtri mei magnetici, quod in dictis utor affectibus.

## ¶ CCCCI. *Sagapenum.*

Σαγαπηνόν, *Dioſc.* Sagapenum, Sacoponium, *Offic.* Serapinum, *Matth. Cord. hiſt. Caſ.* Sirapinſafft. Sagabene. *Sagapen, a Gum, or Iuice of Serapin.* Gomme Sagapen/ Sap van Serapin. Eſt lachryma ſeu Gummi arboris cujuſdam ferulaceæ, ejuſdem cum ſucco nominis, ex qua ſauciata educitur.

Naſcitur in Media Regione, unde Alexandriam, ac hinc Venetias atque in alia Europæa loca tranſportatur.

Optimum cenſetur ſyncerum tranſlucidum, foris colore fulvo vel ruffo, intus albo, guſtu acre, odore gravis, porrumque æmulans.

Vires. *Calf. 3. ſicc. 2. attenuat, aperit, ſubſtantia eſt*

*eſt tenuis: tanta extrahendi vi pollere dicitur ut quoque ſpicula ex carne eliciat: purgat lentos & craſſos, imò & ſeroſos humores ex ventriculo, inteſtinis, utero, renibus, cerebro, nervis, juncturis, pectore. Hinc prodeſt in hydrope, tuſſi inveterata, aſthmate, cephalalgia, ſpaſmo, epilepſia, paralyſi, tremore artuum, in obſtructione & tumore ſplenis, febribus intermittent. dolore colico, menſes ciet, (ſed fœtum enecat) urinam movet. Extrinſecus convenit pleuriſi, aliiſque tumoribus ac doloribus, mitigatione ac reſolutione opus habentibus. Fumus excitat Epilepticos, hordeola Ciliorum ſanat.*

Doſis à ʒß. ad ʒj.

N. 1. *Ventriculo ac Epati quia non adeo familiare eſt, corrigitur tertia parte Maſtiches Cinamom. Zinzibere, &c.*

PRÆPAR.

1. *Sagapenum depuratum.* Fit ut depuratum ammoniacum.
2. *Pilulæ de Sagapeno.* Vide Diſpenſ. Auguſt. & Cord.
3. *De Sagapeno Camilli.* Videſis apud Quercet. & ſupra l. 2.
4. *fœtidæ.* Vide Diſp. Aug. &c.
5. *Oleum ſtillat.* Fieri poterit ol. Gum. Ammoniac. per XX in Arena.

HOFMAN. *Sagapenum.*) communiter *Serapinum*; eſt etiam gummi reſinoſum balſamicum, Arboris cujuſdam ferulaceæ *Sagapeni* dictæ, ex cujus radice ſauciatâ deſtillat.

*Vires. Calefac. ſiccat, aperit, attenuat &c.*) Hoc præter alias à *D. Autore* allegatas vires vim etiam obtinet peculiarem quaſi magneticam, quâ inteſtina diſlocata in iliacâ paſſione ex herniâ in priſtinum reducit locum, unde primarium eſt ingrediens Emplaſtri mei magnetici, quod in dictis utor affectibus.

¶ *CCCCII. Sanguis Draconis.*

*Κιμα δρακόντιον, Dioſcor.* Sanguis Draconis eſt Lachryma arboris cujuſdam, inſtar ſanguinis exiccati, concreta. Solvitur quidem in ▽, quam lacteam quaſi reddit, ſed ſine mixtione, quippe refrigerata ▽ ſubſidet iterum, parietibuſque vaſis adhæreſcit, *Videatur Cord. hiſt. Matth. Cluſ. Acoſta*, (inter Gummi) Drachenblut. Sang de Dragon en Larmes. *Dragons Blood.* Draecke Dragoensbloedt.

Advehitur ex novi Orbis Inſula cui nomen Portus ſanctus, ubi partim ſponte, partim vulnere caudici illato, profluit, arboris illius fructus ceraſis ſimiles ſunt, detractâque pelle dracunculum exactiſſimè repræſentant, unde & nomen lachrymæ ſucco huic impoſitum eſt.

N. *Sunt qui Dioſcoridis cinnabarim eſſe velint.*

Vires. *Refrigerat (aliis caliditate & frigiditate temperatus eſt,) exiccat ſtrenuè, aſtringit, repellit. Uſus ejus eſt præcipuus intrinſecus in exiccandis catarrhis, (impoſitus capiti) in hæmorrhagia ſiſtenda, (dyſenteria & aliis alvi fluxibus) vulneribus glutinandis, dentibus laxis ſtabiliendis.*

N. *Umbilico impoſitus quoque dyſenteriæ prodeſſe dicitur.*

PRÆPARAT.

Nulla inde proſtant, depurari tamen poteſt, ſi in aqua decoquatur, à fæcibus decantetur, & denuò inſpiſſetur.

HOFMAN. *Sanguis Draconis.*) Eſt lachryma Arboris cujuſdam magnæ, & vocatur Ezquahuitl in Mexicanâ folia ferens verbaſci, ampla & anguloſa, ſanguine ſtillans, quem vocant Draconis, unde evenit ei Nomen. Hujus fructum perhibent admirandum, nam ſublatâ, quâ integitur, pelle, illicò Dracunculus apparet tanto artificio à Naturâ factus, ut à peritiſſimo aliquo artifice ex marmore ſculptus videatur, collo oblongo, ore hiante, ſpinâ aculeis horridâ, cauda oblonga & pedibus conſpicuus.

N. Venalis hodiè etiam exponitur à Materialiſtis incluſus parvis faſcilulis, colore ipſam cinnabarim æmulans, quem depuratum à fæcibus & iterum inſpiſſatum judico, cum ſpiritu vini prius ejus lacryma extracta; Nam ſanguis Draconis ſp. vini infuſus ſanguineum colorem emittit elegantiſſimum, cum ▽â autem, oleo, vel alio liquore vix aliquem.

¶ *CCCCIII. Sarcocolla.*

Σαρκοκόλλα, eſt lachryma gummea in granulis mannæ ſeu pollini Thuris ſimilis, colore ſubruffa, (vel flava) ſapore amara, dulcedinemque (Glyzyrrhizæ æmulam,) poſt ſe relinquente. Profluit ex arbore quadam exotica, ſpinoſa ac nodoſa, ejuſdem cum lachryma nominis, quæ tùm ſponte tùm ſauciata lachrymam illam profundit. *Videatur Matth. Cord. in D. & hiſt. Cæſ.*

Eligenda recens, coloris ad pallorem vergentis [vetuſta enim rubeſcit,] ſaporis amari, ſubſtantiæ poroſæ, viſcoſæ, glutinoſæ, & quaſi ſpumoſæ, faciliſque in ▽ ſolutionis, &c.

Vires. *Calfac. & ſicc. 1. aſtringit, conſolidat, glutinat, coquit, maturat. Uſus præcipui in vulneribus extergendis, conſolidandis, cicatrice obducendis, unde & nomen adepta eſt, &c. Mirificè prodeſt, & in oculorum fluxionibus, albugine, nubeculis, [maceratur in lacte aſinino vel humano & (5) poſtea cum ▽ roſar. mixta, ciliis imponitur, addito ſi libet, tantillo ſacchari,] in hæmorrhagia narium [anacollematis immiſcetur.]*

N. *Sunt qui propinant purgandi gratia, craſſoſque & viſcoſos humores, ex partibus diſſitis, e.g. articulis, pulmonibus illa retrahi ſcriptitant.*

*Doſis* ℥j. corrigenda eſt, ut ſagapenum.

PRÆPAR.

*Pilulæ de Sarcocolla compoſ.* Vide Diſpenſ. Auguſt.

¶ *CCCCIV. Succolata.*

Succolata eſt maſſa in placentas ſat craſſas formata, rubra ſaturatò, friabilis, ſine odore, non abſimilis ſanguini Draconis, præterquam quòd ſit coloris lucidioris.

Dicitur Chucalate, Chocolate *Linſcottus part. 9. lib. 4. c. 22. Ind. Occid.* Cacavate, *Benzon part. 5. l. 2. c. 16. & 17. Ind. Occ. Cluſ. exot. l. 2. c. 28.*

Fructus ex quibus Chocolate conficitur, dicitur Cacao, *Cluſ. Tab.* Amygdalis ſimilis fructus Guatimalenſis ſ. Avellana Mexiocana, C. B. 6. Iacao, *Bertio, Mercatoria in Hiſpaniola.*

Fructus hic arboreus ſiliquis incluſus, amygdalarum ſpeciem refert colore fuſcus. Adfertur copioſus ex Guatimala, adhibeturque loco monetæ, pauperibuſque eleemoſyna datur. Parant ex hoc tum potum Indis vulgarem, tum maſſam hanc chocolaten dictam, (& potius hoc nomine venit) quæ fit ex dictis granis contuſis, & aromatibus mixtis.

N. *Primus honor debetur ei, quæ in America paratur, poſterior, quæ in Hiſpania ex granis advectis conficitur, vetuſtate paulatim vileſcit.*

Vires. *Conferre dicitur ventriculo frigido, pectori adeoque tuſſi, purulenteque inprimis ſcreatui, vertigini. Quin & commendatur ſummè ad roborandum vitæ Balſamum, Veneremque proritandam.*

*Uſus eſt, ut manè cum ſaccharo in vino vel cerevisia calida diluta abſorbeatur, vel cum lacte.*

Doſis ʒij. ad ℥ß. & ultra.

N. *Fructus hujus participem me fecit Ioh. Petrans Materialiſta hujus Reip. celeberrimus.*

HOFMAN. *Succolata.*) Minus rectè ita dicitur, ſed potius *Chocolate* dicenda. Fructus ex quo conficitur dicitur *Cacao*, quod nomen etiam Arbor retinet, quæ etiam *Cacaoate*, *quahuitl* vocatur, eſt amplitudine & foliis mali Medicæ, longè tamen majoribus & amplioribus, fructu oblongo, peponi magno ſimili, ſed ſtriato & ruffo, cacahoacenthi nuncupato, ſemine cacahoatl pleno, quod ſemen Mexicanis pro nummo eſt, & materiam potionis eidem genti gratiſſimæ præbet. Subſtantiâ idem conſtat pulla in diſpares diviſa particulas, ſed probè inter ſe compoſitas, tenera, multi nutrimenti, ſubamara & ſubdulci & temperata natura & aliquantulum frigida ac humida. Sunt autem quatuor hujus Arboris differentiæ. Prima *Quauhcacahoatl* dicitur, omnium maxima & ampliorem ferens fructum. Altera *Mecacahoatl*, quæ mediocri conſtat magnitudine ac fructum fert magnitudine à prædicto ſecundum. Tertia *Xochicacahoatl* vocata minor eſt, ac minorem profert fructum, ſemenque extrà rubeſcens, intrà verò cæterorum colore. *Quarta omnium minima* & ideo vocata *Halcacahoate*, ſeu humilis, pomum fert minimum, haud alterius, quàm cætera genera coloris. Quæ differentiæ omnes eadem pollent facultate, atque eoſdem uſus præſtant, licet poſtrema potionibus magis inſerviat, cæteræ verò nummis aptiores & commodiores ſint. Ægris itaque & laborantibus exhiberi ſolet ex eo ſemine parata potio, cui nihil prætereà admiſtum ſit, contemperando æſtui & ſervari, placando, & his, quos calida hepatis aut alterius partis vexat intemperies. Quatuor genera potionum ex his conficiuntur, inter quæ *Chocolata* dicta maximè celebris eſt, quæ tamen variis etiam componitur modis pro cujuſvis appetitu. *vid. D. Ioh. de Laet. deſcript. Ind. Occid. Libr. 6. cap. 2. Antonium Recchum Libr. 3. rerum Medic. Nov. Hiſpan. p.* 80.

*Vires.* &c.) Hujus jam paſſim eſt receptus inprimis apud Magnates, qui pro ſummo confortante mane cum Saccharo vel ſine Saccharo in vino generoſo uſurpant & ſummè commendant ad venerem proritandam. Doſis hujus eſt à ʒij. ad ℥ß. & ultrà. vid. in theſaur. pharmaceu. annexo Electuarium ex hac paratum ad coitum ſect. VIII n. XX.

*Plura de Succolate, ſub nomine Chocolata & Chocolada, vide ſuprà in Claſſe prima Phytologiæ.*

## ¶ CCCCV. *Styrax ſeu Storax calamita.*

Στύραξ, Styrax, duplicis generis in Officinis proſtat, ſiccus & liquidus.

Siccus Officinis Storax calamita, (à Cannarum calamis ſic dicta, in quibus olim ex Pamphilia apportabatur,) eſt arboris cujuſdam gummeus, reſinoſusque ſuccus concretus, aridus, odoris ſuaviſſimi, *videatur Matth. Cord. hiſt.*

Creſcit arbor illa Storaciflua in Syria, Silicia, Pamphilia.

Præfertur Styrax pinguis, lentus, fragmentis albicantibus ruffeſcens, vel flavus odore perſeveranti, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit. Improbatur furfuroſus, niger, cano ſitu obductus, inodorus.

Vires. *Calfacit, exiccat, emollit, concoquit, Cephalicus inprimis eſt & nervinus: medetur tuſſi, catarrhis, raucedini, gravedini, vulvæ præcluſæ, duritieve laboranti, extra & intra datus convenit: immiſcetur cardiacis & lætificantibus, alvum leniter mollit, ſi cum Terebinthina in forma catapotii aſſumatur.*

*Extrinſecus ſuffitu capiti adhibetur.*

### PRÆPARATA.

1. *Oleum ſtillat.* Fit ſi Styrax cum ▽ Roſarum digeratur, poſtmodum in ⊥re ex ✕✕ ſtur, primùm △e leni, dein, quando ℅ ſtillare incipit, fortiori.

Vires. *Iiſdem confert, quibus Styrax, ſed majori efficaciæ, gutta auribus inſtillata ſibilum diſcutit.*

2. *Oleum coctum.* Vide Auguſt.

N. *Occurrunt deſcriptiones medicamentorum, in quibus Storax calamita & rubea diſtinctim præſcribuntur, uti ſunt Diacaſtoreum Nicolai, Trochiſci Alipta moſcatæ. In his igitur quid per Styracem calamitam è rubea diſtinctam intellectum velit Nicolaus, diverſæ ſunt opiniones: Sunt qui Thymiama per Styracem rubeam innui volunt, ut Fuchſ. in compoſit. Medic. & Bauhinus in Pinac. Alii Styracem optimam, quæ in grana confluxit, ut Auguſtani & Cordus. Alii Styracem vetuſtate rubefactam. Verumenim verò cum in præſcriptionibus optima quæque eligenda ſint, adeoque & Styrax in granis recipiendus, ubi calamitæ ſtyracis fit mentio, per rubram aliud quid intelligere utique oportet.*

HOFMAN. *Styrax ſeu Storax Calamita.*) *Calamita* dicitur quod olim in cannarum calamis ex Pamphilia aſportaretur; *Styrax* verò, quia ſtriatim ex arbore deſtillat, et hic ubi eminet, ſtatim concreſcit in glebam denſam, reſinoſam, aliquot granis albicantem, ſuaviſſimè fragrantem.

Ex Arbore Malo Cotoneæ ſimili manat, cujus tamen folia minora ſunt, minusque rigida & averſa parte cana: flos albicans arantiæ magnitudine non odore; baccæ parvæ ternis angulis exceptæ & pediculis longis hærentes ſurculis adnaſcuntur.

Laudatur pinguis, ſiccidus, reſinoſus, flavus, fragmentis albicantibus ruffeſcens, qui liqueſcens melleum reddit liquorem, atque nihil aliud eſt quàm *Styrax liquidus. De quo vid. D. Aucorem.*

*Vires Calefac., exſiccat, emollit, &c.*) Capitis & nervoſi generis opitulatur affectibus, tuſſi ſcilicet, gravedini, catarrhis, &c.

## ¶ CCCCVI. *Styrax liquidus.*

Eſt Liquor pinguis, inſtar Balſami craſſus, graveolens.

N. *De Styrace liquido, magna inter Auctores diſſenſio. Aliis videlicet nihil aliud eſt, quàm Stacte, i. e. myrrhæ colamen.* (a) *Aliis factitium quid ex ſtyrace calamita in oleo ac vino ſoluta admiſtaque reſina laricea, excocta,* (b) *quâ decoctio ubi refrixerit, ſtyrax liquidus ad fundum ſecedere dicitur, ad ſuperficiem mittens oleoſam ſubſtantiâ liquidiorē, alii expreſſa idē moliuntur.*) *Serapioni ſtyrax liquidus, eſt oleum ex nucleis arboris ſtoraciſluæ expreſſum, at cortex fructus, ex quo oleum expreſſum eſt, ſtyrax ſicca videtur dicitur. Avicennæ ſtyrax humidus fit per decoctionem corticis, eſtque colore nigro. Fæx remanens eidem ſtyrax ſicca dicitur*, lib. 6. cap. 32. *Dioſcorides oleum ſtyracinum appellat, quod ait componi in Syria ex Styrace. De hoc refert quod calfaciat vehementer & emolliat, verum caput dolore afficiat gravetque & ſoporem adferat. Quæ facultates in ſtyrace liquido deprehenduntur.*

a) *Matth. in Dioſc. lib.* 1. *c.* 26. *Bauhin. Pinac. lib.* 12. *ſect.* 6.

b) *Fuchſ. de comp. med. l.* 1. *c.* 11.

# T.

## ¶ CCCCVII. *Tacamahaca.*

Reſina eſt, ex iis, quæ ex Nova Hiſpania non ita pridem

pridem adferri cœperunt. Colligitur ex vulnerata ar-
bore inſtar populi procera, admodum odorata, cu-
jus fructus ruber eſt, Pœoniæ ſemen æmulans. Reſi
na autem colore accedit ad Galbanum, unguibus eſt
albis, uti ammoniacum, odorem ac ſaporem gravem
refert, cuique tenaciter adhæreſcit. *Vide Frag. Mo-
nard.* & Indiæ Occid. *part. 9. l. 4. c. 9.*

Vires. *Calfac. in princip. 3. ſicc. 2. validæ aſtrictio-
nis particeps, digerit, reſolvit, maturat, tumores emol-
lit, dolores ac flatus diſcutit: uterina inprimis eſt, ner-
vina ac cephalica. Uſus præcipuè externus eſt. Prunis
injecta naribusque admota, mulieres uteri ſuffocatione
laborantes illico liberat. Umbilico Emplaſtri modo im-
poſita uterum ſuo loco retinet (uſu familiariſſimo.) ven-
triculum roborat, defluxiones quaſcunque è capite de-
fluentes reprimit, (linteo excepta, & poſt aurem alte-
ram ſaltem vel utramque applicata, ſuffituve attracta)
Temporibus adhibita (ceræ modo) defluxiones in ocu-
los aut alias faciei partes revellit, dolorem dentium
ſedat, (dentibus etiam corruptis indita:) abdomini Em-
plaſtri inſtar impoſita uteri fluxum cohibet: magna eſt
efficacia in doloribus articulorum (coxendicis) junctu-
rarum ac nervorum vulneribus impoſita eadem curat,
nimirum ſtatim ſuppurare facit & ſpaſmum prohibet.*
Monardes.

N. 1. *Adeo celebris eſt apud Indos ut ad qualemcun-
que dolorem adhibeatur, nec aliud remedium norint,
modò non adſint inflammationes admodum calidæ.*

N. 2. *Inveteratos cruris dolores Tacamahacâ Em-
plaſtri loco impoſitâ curatos vidi.*

## PRÆPARATA.

*Empl. Stomachicum.* Vide l. 2.

Hofman. *Tacamahaca.*) Eſt etiam gummi reſinoſum ex iis, quæ ex Nova Hiſpania afferuntur. Et colligitur ex vulnerata Arbore, quæ vocatur *Tecomahaca* magna, folia ferens obrotunda, mediocriter ſerrata, ac fructum in poſtremis ramorum flagellis parvum, obrotundum, fulvum ac refertum ſemine, nucleo Perſici haud abſimili. Fluit ab hac Arbore ſcarificata ac macilâ & interdum etiam ſponte ſua gummi *Tacamahaca* eadem temperie prædita, qua Arbor & viribus.

Naſcitur apud Miſtecas, nec non Tangiteri regionis Michuacanenſis.

*Vires. Calefac. ſiccat, digerit, reſolvit, maturat &c.*) Unde in capitis, uteri ac nervoſi generis affectibus uſus ejus præcipuus eſt externus; Ex hac *Oleum* etiam deſtillatur ſequenti modo: Recip. Tacamahac. ſ. q. miſce ſilicibus calcinatis & pulveriſatis ſtilla ex retorta per Aren. donec ſtillare deſinat, primò phlegma prodibit, ſpiritus & oleum albi coloris, deinde lutei, poſt coloris hyacinthini, tandem ol. denſum. Hæc omnia ſeparatim reſerventur. Omne dolorum & tumorum genus tollit, in quacunque corporis parte illitum loco dolenti ut Capiti, tibiis, brachiis & ſpinæ dorſi, defluxiones in oculos & nares ſiſtit, cranii dolores mitigat, temporibus illitum. Omnes ventris dolores pellit umbilico impoſitum, vomitus phlegmaticos reprimit, ventriculum roborat, podagricis doloribus mirificè medetur, dum ſalia acida & acria præcipitat, concretosque humores diſſipat. Et quòd infinitorum hactenus experientiâ eſt comprobatum ad hyſtericos affectus, umbilico illitum omnes uteri morbos evellit radicitus, ut nullus doloris ſenſus ſit reſiduus.

## ¶ CCCCVIII. *De Tartaro.*

Tartarus in Medicina pathologica eſt res naturæ lapideſcentis, i. e. in lapides coagulari apta, vel jam demum coagulata: potiſſimùm tamen viſcoſam ac lentam mucilaginem denotat, quæ nondum in duritiem lapidis converſa eſt. Hinc deducitur quoque ad officinam, denotatque ſal terreſtre ex vegetabilibus certis, vel per ſe, vel artificio ſeparatum.

N. *De Tartari origine non poſſum quin animi ſenſa communicem: Rerum principia primitùs indigeſta ſunt, ac veluti, in chaotica ſua diſpoſitione ſimplicia: hinc ſubinde cum maturitate in partes ſecernuntur craſſiores & ſubtiliores. Craſſiores ad elementalem vergunt ſtatum, ſcil. aqueo-terrenum: Subtiliores & potiores exaltantur ſubinde ſeu (uti dicitur,) ſpiritualiſantur, i. e. in ſtatum ſpiritus evehuntur. Hæ ergo ubi ad ſtatum deductæ fuerint ſummum, quem natura intendit, exhibent ſpiritualem partem, ſin minus eædem ſint digeſtæ, vel cum tempore retrogreſſæ ad ſtatum crudiorem exhibent Tartarum conſtantem ſcil. ex partibus potioribus, aqua, terra & ſale, adeoque Tartarus pollet viribus inſignibus, ſpiritus vires æmulantibus.*

Hofman. *De Tartaro.*) Hic non eſt Naturæ lapideſcentis, ut D. *Autor* cum aliis docet, licet coaguletur, nullus enim lapis prout Tartarus in aqua calida reſolvitur in liquorem, qui communiter cremor Tartari vocatur, ſed eſt concretum acidum à muſto, cui formaliter ineſt, ſeparatum, dum acidum in vino agens mediante fermentatione in fæcem vini tanquam in alkalicum ſaturatur, & ſua activitate jam exutum tranſit in coagulatum, quod *Tartarus* vocatur. *Unde CL. Helmontius in tr. Tartarus non in potu* § 4. Tartarus vini, *inquit*, non eſt inter lapides reponendus, ſed eſt liquor concretus. Interim neque vinum, nec fæces ejus, ſed ex ambobus conſtitutum Neutrum, ex ſuccis vinoſis ſpiritu vini actualiter conſtantibus & leviter aceſcentibus. Quæ aliàs D. *Autor* de *Tartari* Origine adfert ex Principio chaotico, cùm lubrico nitantur fundamento, & ſuprà *Libr. 1. Cap. 4.* jamdum ſint à me refutata, prætermitto & ad alia tranſgredior.

Notandum autem hoc loco, Nos non tractare de ſubtiliſſimâ vini parte, quæ ſpecialiſſimè *Tartarus* dicitur & cum vino conjuncta eſt puriſſimo, quæ vino colorem tribuit & in deſtillatione vini ſæpè in fundo remanet. Nec agimus etiam de fæcilibus vini, ſed de Tartaro ejus genuino, qui à ſuccis vinoſis leviter aceſcentibus, ut ſuprà dictum, beneficio fermentationis ſecernitur.

Præſtantior ille eſt, qui coagulatus continuè dolii lateribus in longitudinem protenſus adhæret, ponderoſus, durus, non poroſus aut ſiccis fæcibus refertus, ſed qui ab illa parte, qua vinum tangit plurimis apicibus inſtar adamantis acuminatus ſplendet. Has notas ut plurimum *Rhenanus* obtinet & *Monſpelienſis.* Vinum rubrum rubicundum, albicans & niteſcens *album* exhibet *Tartarum.*

## PRÆPAR.

Præparationes Tartar. ſunt 1. *Depuratio*, 2. *Deſtillatio*, 3. *Salificatio.*

### *I. DEPURATIO.*

*Depuratio* vel fit à ſordibus externis, vel parte magis arenoſa ac minus ſolubili: illa lotione peragitur, hæc ſolutione ac coagulationibus.

*Lotio ſeu ablutio: unde Tartar. lotus.*

♃. Tart. triti ac cribrati, q. v. affunde ▽ fontanam, calidam (vel lixivium forte, e. g. ex cineribus clavellat.) agitaque optimè, hinc ſine reſidere ac refrigeſcere, poſtea decanta aquam unà cum impuritatibus, idque repete aliquoties, donec Tart. ſit inſtar arenæ.

N. *Si lixivium adhibueris, edulcorare Tart. oportet.*

*Solutio & coagulatio, unde.*

1. *Tartarus depuratus, Acidum Tart. Cremor & Cryſtalli Tart.*

♃ Tartari optimè loti, q. v. affunde ▽æ ferventis bonam quantitatem, agita ſpatulâ ligneâ, & ſolvetur particula Tartari, cola per manicam Hippocrat. dum adhuc calet, aliàs coagulatur rurſus, quod ſolutum erat: reſtanti Tartaro affunde aliam ▽m ferventem,

agita & cola, idque reitera tantiſper, donec nil niſi arena irreſolubilis reſtet. ▽s has Tartaro impraegnatas repone ut refrigeſcant, & videbis Tartar. purum, partim ſupernatare inſtar cuticulæ, partim inſtar cryſtallorum vel ad fundum reſidere, vel parietibus ac bacillis immiſſis adhærere, utrumque cuticulam ſcil. & cryſtallos collige, exicca atque ſerva.

N. 1. *Si nimia ▽æ quantitas coagulationem impedierit, evaporare aliquantulum ſine.*

N. 2. *Sunt qui cuticulam ſupernatantem ſeorſim colligunt (nomine cremoris Tart.) & cryſtallos itidem ſeorſim (titulo cryſtallorum Tart.) verùm cùm utrumque ejuſdem ſit naturæ & efficaciæ, diſtinctionem hanc parvi momenti autumo.*

N. 3. *Felicius adhæreſcent cryſtalli vaſi ligneo.*

N. 4. *Si depuratum hoc Tart. haud ſatis candidum ſit, ſolve iterum in ▽ fervente, filtra & repone ut antè ad coagulandum.*

Vires. *Uſus hujus Tartar. depurati eſt craſſos Tartareoſque humores, præcipuè autem in prima ventris regione ſtabulantes incidere ac attenuare: commodè itaque adhibetur in obſtructione Epatis, Lienis, Meſenterii, Renum, in affectu Hypochondriaco, &c. Hinc quoque ſibi primas vendicat inter Digeſtiva univerſalia, cujus rei gratiâ & catarcticis præmitti plerumque ſolet. Quinimo ad laxandam alvum commodiſſimum medicamentum eſt, ſi ſaltem grano uno ac altero Diagridii vel Gummi de Gamandra acuatur.*

Doſis à ʒß. ad ʒj vel ʒij.

2. *Cryſtalli Tart. chalybeati Acidum Tart. chalybeatum Salæ.*

♃. Acid. Tart. ℥iiij. Magiſter. chalyb. i. e. cryſtall. ♂ per ſpir. ⊕ (Vide in ♂) ʒij.

Cryſtallos ♂ ſolve in ▽ fumar. ſolutionem incorpora cum acido Tartari in mortario lapideo. Exicca iterum ac pulveriſa: aromatiſetur aliquot guttis ol. Cinamomi.

Vires. *Utiliſſimum medicamentum eſt in morbis chronicis, ut ſunt obſtructio Lienis, quartana, icterus uterque, cachexia virginum, Hypochondriaca paſſio.*

Doſis à ℈j. ad ℈ij.

3. *Cremor Tartari chalybeatus compendioſior. S. Cloſſ.*

Ubi ▽ impraegnata Tartari pulveriſat. ℔j. ſolvitur in ℔. xv. aq. fluvial. per ebullitionem fuerit reſoluta, & ad decidentiam unius quartæ evaporata, injice in vas ℥iiij. limat. ♂tis moxque ab △ remove ac cola calidè. Habebis cremorem pretioſum & ſummè deoppilativum.

N. *Injiciatur limatura dum ▽ fervet nec diu relinquatur, ne cremor reddatur vomitorius.*

[Tartarus Tartariſatus Tartarus eſt ſui ipſius beneficio præcipitatus. Videatur apud Bartoletum; Tartarus ſolutus etiam dicitur, in frequenti apud noſtrates uſu.]

HOFMAN. *Præparationes Tartari ſunt 1. Depuratio) Quoad Depurationem*, Henricus ab Heer *Libr. 1. obſerv.* 1. plus tribuit *Tartaro crudo* per lotionem à partibus impurioribus liberato & pulveriſato, quàm cremori aut cryſtallis inde præparatis. In *Tartaro crudo*, inquit, plus ineſt alviducæ virtutis, quàm in ejus cremore vel granulis anxiis Chemicorum manibus & animis eductis, cum coctione, quæ in terrea ejus & ſalina parte maximè conſedit, & tot ablutionibus vis ejus purgativa plurimum tenuis vaneſcat in auras. *Depuratio* peragitur, vel quando à ſordibus externis lotione liberatur, vel quando ſolutione & inſequente coagulatione impuritates deponit. *Optimus* ſo*lutionis* modus eſt, ſi *Tartarus* groſſo modo contuſus aquâ frigidâ, ſæpius affuſâ lavetur, manibus fruſta fricando, impuram aquam decantando, uſque dum nulla impuritas amplius ſentiatur.

*Solutio & coagulatio*, unde 1. *Tartarus depuratus. Acidum Tartari, Cremor & Cryſtalli Tartari.*) Quomodo cremor & cryſtalli Tartari ſint præparandi, ſatis ſufficienter D. *Autor* cum annotationibus tradidit. De his plura qui deſiderat, conſulere poteſt *Cl. Zwelferum in A. ad P. A. & D. Schrö Levvenhaimb in ſuâ ampelograph.* ſect. 9. Cap. 3.

2. *Cryſtalli Tartari chalybeati, Acidum Tartari chalybeatum Sale*) Scil. cryſtallorum tartari ſumuntur part. iij. Vitrioli Martis pars j. coq. cum aquâ in aheno ferreo, evaporatâ aquæ parte alia affunditur, donec optimè miſta invicem ſint, tandem fit filtratio & coagulatio. Ex quo etiam *Eſſentia Martis aperiens cum ſpiritu vini* parari poteſt.

3. *Cremor Tartari chalibeatus compendioſior. S. Cloſſ*) Recip. Cremoris Tartari ℥iv limatur. Martis ℥ij. ebulliant cum aquâ in tigillo ferreo, abſumptâ aliquâ aquæ parte, nova affundatur, uſque dum aqua probè Martis ſubſtantiâ impraegnata fuerit, tandem filtra, abſtrahe & coagula. Habebis Tartarum ſummè deoppilativum.

N. Si Tartaro Tartariſato, qui conſtat ex duabus ſalis & purioris Tartari tribus partibus in ſ. q. aquæ ſ. diſſoluto ſpiritus Vitrioli inſtilletur & debitè coaguletur, atore vitriolico exſuperante, elegantiorem habebis effectu Tartarum cryſtalliſatum.

## II. DESTILLATIO unde
### 1. *Spiritus ac Oleum.*

♃. Tartari albi crudi loti (vel quod melius depurati,) q. v. deſtilla ex Retort. vitrea in arena (vel igne nudo) △e gradatim adhibito: primò exillat phlegma, dein ſpiritus in forma nebulæ & tertiò oleum pingue. Separa oleum à ſpiritu, vel beneficio chartæ ac filtrationis, vel tritorii goſſypiive auxilio.

N. *Sunt qui ſpiritum Tartari ternâ vice ſupra colchotar rectificant.*

*Rectificatio ſpiritus Tartari.* Deſtilla ex MB. tertiâ vel quartâ vice ſemper vaſa deſtillationi inſervientia optimè lixivio forti eluendo.

*Rectificatio ol. Tartari.* Affunde quantitatem magnam ▽ (vel Acet. deſtill. ac deſtilla per MB.) ſepara oleum ab ▽ ut moris, idque rectifica ▽in ſal. fragrantem aliquam addendo ac denuò deſtillando.

N. *Ex reſiduo capite mortuo extrahi poteſt ſal. Vide ſuo loco.*

Vires. Spiritus *vim habet incidendi, attenuandi, reſolvendi, diſcutiendi. Hinc reſerat obſtructiones viſcerum, purgatque per ſudorem ac urinam, ideoque utiliter adhibetur in Hydrope, Tympanitide, Arthritide, Paralyſi, Scorbuto, lue venerea, impetiginibus, ſcabie, contractura artuum (ex materia flatulenta & humorali fluida, non Tartarea coagulata & fixa.)*

Doſis à ℈j. ad ℈ij.

*Oleum intrinſecus* adhibitum prodeſſe creditur adverſus dolorem colicum, ſuffocationem uterinam, &c.

Doſis gr. iij. iiij.

*Extrinſecus*, admiſceri poteſt unguentis contra ſcabiem communem vel luis venereæ, &c. *Vide Crollium, Sennert. in Inſtit. Salam. in Tartarologia.*

N. *Spiritum Tartari ex muſto parat Forſterus p.* 1000. *de morb. Tartar. collectis ſcil. cryſtallis evaporatione lentâ, in quibus ſpiritum Tartari primaterialem remanere credit.*

2. *Spiritus Tartari compoſitus.*

♃. Tartar. purum, deſtilla ut moris, prodeatque phlegma ſpiritus ac oleum. Ex capite mortuo extrahe Sal com. quod ſolutionibus ac coagulationibus purifi-

purificatum, conjunge cum phlegmate ſpiritu ac oleo: Hinc digere in MB vaſe clauſo, donec Sal com. totus ſolutus ſit, cum hoc liquore impaſta argillam ſiccam, formaque globulos & deſtilla ex Retorta, igne nudo, (ut deſtillatur ſpiritus Sal. nitri,) prodibit cum ſpiritu & oleo, Sal totus ſpiritualiter in poſterum à ſpiritu Tartari inſeparabilis: Oleum fœtens ſepara à ſpiritu, ut moris.

Vires. *Penetrantior & efficacior eſt priori.*

*3. Spiritus Tartari Vitriolatus, ſeu ſpiritus Tartari aperitivus compoſitus.*

℞. Spir. Tartari (ſimplicis) ℔j. 🜈℥iij. Miſce & affunde colchotari: digere in MB. (♂ ♀8.) ac deſtilla per Retort. adhibitis ignis gradibus omnibus. Totum deinceps quod prodit, funde ſuper caput mortuum nigrum Tartari, ex quo nimirum ſpiritus ille ſimplex eſt prolectus. Digere hor. 24. Tincturam decanta, reſiduum calcina ad albedinem, atque ex eodem extrahe Sal cum Tinctura illa decantata, in calido S. (hor. 24.) relinquendo: ∇m hanc per filtrum purifica.

Vires. *Exhibetur magno cum ſucceſſu ad contumaces obſtructiones viſcerum, ad fœdos colores, febres diuturnas Hydropem.*

Doſis à ℈j. ad ℈ij. in aquis appropriatis.

*Spiritus Tartari Philoſophicus ad aurum potabile, S. Cloſſ.*

Reverberetur Sal Tartari ſuper teſtâ probatoriâ (in einer flachen Scherben) abſque fuſione tamen: per horas 24. ita cœruleum evadet ſal, affunde acet. deſtill. quouſque tumultuet amplius & Acet. deſtill. 3. digitos ſuper materiam emineat, digere, tingetur Acet. deſtill. ſaturato rubore, filtra & coagula. Hoc quater cum novo Acet. deſtill. repete. Permixtis his 4. ſalibus 🜈 rectific. ſuffunde & tincturam extrahe toties, dum colorari deſinat, ſal reſtans ſolve iterum in Acet. deſtill. iterumque cum 🜈 extrahe tincturam. Iam omnes 🜈 tinctos, & in unum collectos ♀a per MB in cucur. cui XX infundibulo inſtructus imponatur, extillatum 🜈 reaffunde per infund. ſali tincto & cohoba toties (14. vicibus ad minimum) donec videas guttas rubentes decidere, tùm ceſſa, & liquorem ex Arena per 🝭 leniter deſtilla, ita tranſibit ſpiritus ſalis Tartari, nebuloſis cum guttis rubris, ſuperſtite in fundo 🝭 pulv. rubro. Illo utere ad extractionem ☉is.

Vires. *In obſtructione meſenterii, & arthritide, danturgutt. 4. 6. in vino, in retentione menſium, ſi doſis ter aut quater iteretur, certò fluent menſes.*

Hofman. *Deſtillatio unde* 1. *Spiritus ac oleum* ) *Spiritus ad D. Autoris* præſcriptum, & ut communiter elaborare ſolent, ne momentum quidem ſalis Tartari volatilis in ſe continet, ſi enim ita elaborato ſpiritum quendam acidum affundas, non incaleſcit, id quod aliàs contingit, adeò, ut, ſi rectè deſtillatus fuerit & ſale volatili turgeat, vitrum, in quo continetur, ita incaleſcat, ut vix manibus contineri queat, eo quod acidum ſal Tartari volatile ſalſum abſorbeat, unde minus rectè faciunt, qui ſpiritum Tartari cum acido quoque miſcent, (ſi ſale conſtet Tartari volatili,) moritur enim & degenerat. *Tachenius in Hippocrat. chemic.*

*Recip. Tartari albi crudi lot. (vel quod melius depurati)* &c ) Si ſp. vini pauxillo imprægnabis melius deſtillatio ſuccedet non ex retorta vitreâ in Aren. ut *D. Autor* deſcribit, ſed ex retortâ fictili igni aperto expoſitâ, adaptato capaciſſimo recipiente. Poſt deſtillationem ſepara ſpiritum ab oleo goſſypii auxilio, & ſpiritum rectifica per phiolam oblongam. Ego ſequenti modo optimum ſpiritum Tartari conficio. Recip. Tartari crudi albiſſ. depurat. q. v. imprægna ſp. vin. rectificat. q. ſ. deſtilla ex retortâ fictili igne nudo gradatim adhibito, primò extillat phlegma, deinde ſpiritus & tertiò oleum. Si ignis regimen per gradus probè obſervaveris, obtinebis etiam ſal volatile. Separa poſt deſtillationem per goſſypium oleum fœtidum à ſpiritu, & ſpiritum ex phiolâ oblongâ per Aren. vel MB rectifica. Poſtmodum recipe ſal Tartari ex Cap. mort. etiam ulterius calcinato extractum & O crudi anaticam partem, deſtilla ex retortâ igne aperto, & acquires in receptaculo probè munito ſal Tartari volatile elegantiſſimum, quod poſteà cum ſuprà elaborato ſp. Tartari rectificato nuptum denuò per MB. rectificandum eſt, adſcendens cum ſpiritu in formâ liquidâ.

N. Componitur etiam ſal Tartari volatile ex oleo Tartari fœtido cum ſale tartari aliquandiu digeſto & demum deſtillato. Fœtidum quidem hoc oleum, ſed proprium eſt ſalis tartari fermentum, quo ſal tartari fermentatum ipſum Urin & CC. ſal volatiliſatione ſuperat, fœtorem autem magnum in fermentatione acquirit, fœtoris ſalis urinæ ferè æmulum. Et ſequenti modo præparatur. Si olei tartari fœtid. part. j. cum ſalis tartari ex Cap. mort. poſt ſpiritus deſtillationem extracti part. ij. ritè mixtæ in retortâ optimè munitâ lentè per aliquot menſes ſuprà fornacem tempore hyemis continuo digeſta fint, inſtitutâ poſtmodum per Aren. deſtillatione, ſal volatile ſat copioſè prodit, recipientis lateribus undique adhærens.

N. Sp. vini tartariſatus unâ vel altera vice à ſale tartari abſtractus pro majori phlegmatis ſeparatione ſecum etiam aliqualem ſalis volatilis partem abripit, acidum enim inſtillatum non ſolùm ſubtilem ebullitionem, verùm etiam poſt lentam exhalationem ſalis oppido exiguum quid oſtendit, & ſenſibilius poſt ſeparatum phlegma demum prodit. *vid. CL. D. Daniel. Ludovic. diſſert. de ſal. tartari volatilitate.*

*Excell. D. Ioël Langelot Archiater Sereniſſ. Holſat. Ducis Regentis ſeq. modo elaborat.* Recip. tartari crudi ad nigred. calcin. lib. ij. vel iij. Huic ollæ capaciſſimæ immiſſo affunde tantum aquæ, ut ad digiti tranſverſi latitudinem emineat, ignem primò lentum admove, ut tantùm intepeſcat, poſteà dimidium manipulum Tartari crudi pulveriſati inſperge, & brevi videbis bullulas quaſdam ſurgere. Hoc viſo perge, veluti cœpiſti, partitis nempe vicibus Tartari pulverem inſpergendo, & ſic major fermentatio excitabitur, bullis concinnè ſurgentibus, ac ſi ipſas uvas naturales excepto colore conſpiceres, ſed accurato hîc ignis regimine opus eſt, moderato ſcilicet, qualis omnis fermentatio requirit. Cavendum etiam, ne copioſiori inſperſione nimia ebullitio excitetur & fermentatum ollâ elabatur. Ceſſante fermentatione mitte omne, quod ineſt ollæ, in cucurbitam ferream, ne rumpatur, cui ſæpè linteum frigidâ madefactum applicare oportet quo nimia tartari fermentati ebullitio prohibeatur, unde & ignis cautè regendus, lento gradu augendus, in fine autem ſat forti, ut ſal omne ſurſum pellatur. Egreſſum liquorem rectifica, uſque dum ſubalbido colore appareat. *Hæc CL. D. Langelot.* Hîc quæſtio oritur, Utrum in hâc tartari fermentatione primariò Tartarus crudus additus ſolùm volatiliſetur, non ipſum alkali Tartari fixum? an verò præter Tartarum crudum etiam in ipſo alkali Tartari quid ſit quod ad volatiliſandum ſit diſpoſitum? *Excell. Dominus David* van der Becke *Phil. & Med. Mindanus in epiſtol. ad præcellentiſſimum D. D. Joël Langelot.* ſtatuit hâc tartari fermentatione primariò non ipſum alkali Tartari fixum denuò volatiliſari, ſed potius fermentum additum, Tartarum ſcilicet crudum. Et hanc rationem reddit, quia in hoc Tartaro crudo, licet ſalia fixata non dentur, nihilominus tamen alkalicæ Tartari partes volatiles ab acidis ejuſdem volatilibus ad punctum ſaturationis uſque admixtis detinentur, unde figuntur, hæc enim duo conjuncta ſe mutuò figunt, ſeparata verò volatilia denuò ſunt. Verùm hæc ut lubens quidem omnia concedo pro parte Tartari crudi, tamen non video quid obſtet, quo minus etiam ſtatuam, in alkali Tartari ſub partibus terreſtribus huic admixtis adhuc ſalia eſſe volatilia abſcondita, quæ tartari crudi admixtione ſui juris fiant & æthera petant, licet & ex ipſo Tartaro crudo addito ad maximam etiam elevetur partem, unde enim illud ſal tartari volatile, quod ex O admiſtione cum Cap. mort. tartari factâ? Unde illud oritur, quod ex ſale Tartar. & ſp. vini? Unde illud quod ex ſale tartari & Nitro? &c. niſi quod dicta ſalia acida ſal tartari volatile in alkali Tartari latens à compedibus terreſtribus liberent, adeoque ſui juris faciant.

N. *Spiritum tartari ex muſto parat Forſterus* p. 1000. *de morbis tartari.* ) Nec dubito ſuccedere, ſi ritè operatus fueris. Ex fæcibus exſiccatis in furno poſt ſp. vini deſtillationem reſiduis egregium etiam ſal tartari volatile acquiritur beneficio deſtillationis ex retortâ igne aperto per gradus adhibito, quod per Sublimationem ex cucurbitâ rectificandum eſt. Ex Cap. mort. fæcum ſal fixum confici poteſt, magni etiam in Medicinâ uſus.

2. *Spiritus tartari compoſitus.* ) Hic modus expectationi minimè ſatisfacit, dum non opus eſt additione phlegmatis, ſpiritus & olei, nec globulis ex argillâ formatis, ſed ſuffi it, ſi tantummodò oleum cum ſale Tartari digeſtionem ſuſtineat, ut ſal volati-

volatile exindè conficiatur, quemadmodum ſuprà oſtendimus.

3. *Spiritus tartari Vitriolatus ſeu ſpiritus tartari aperitivus compoſitus.*] Hic nihil aliud eſt, quàm Tinctura ſalis tartari ex Cap. mort. ejus extracta cum ſp. vini tartariſato ſuprà Colchothar rectificato. Ejuſdem ferè virtutis cum *ſp. aperitivo Penotii, de quo Libr. 3. de Vitriolo.* Huic perſimilis valdè eſt ſequens liquor tartari ex vitriolo compoſitus.

Recip. tartari albi crudi, vitrioli ana q. v. ꝺla per retortam, cohobetur ſuper Cap. mort. quouſque liquor appareat clarus Hunc recipe & adde ſp. vini rectificati partem dimidiam & denuò deſtilla ſuper vitriol. & tartar. calcinat. ſ. q quouſque omnis ſpiritus purus & ſubtiliſſimus fuerit deſtillatus. Hic vel per ſe vel cum eſſentia Theriacali per ſex ſeptimanas circulatus in leni calore uſurpatur in omni corporis obſtructione, Lue ♀ nerea, Iſchiatico dolore, podagra, Chiragra, colica, iliaca, febribus &c. Doſis eſt à gutt. xx. ad xxx. & ultrà manè cum brodio calido.

Vel Recip. Spirit. Vitriol. non rectificat. parum tamen dephlegmat. ℔ j. tartari albi crudi ℥vj. vel ℥viij. miſce & ꝺla ad ſiccitatem △ne forti, aſcendit ſpiritus acidus & penetrantiſſimus. Cap. mort. extrahe ▽â & fac inde tartarum Vitriolatum præſtantiorem vulgari.

N. Si etiam cryſtallis tartari affundas ol. vitrioli, ut fiat paſta, & digeras per 3. ☌ ☍ ac denique affundas ▽am pluvialem deſtillat. quam ad medietatem uſque in MB. abſtrahas remanentiam filtres & ſic habebis cryſtallos ad extinguendum febrilem calorem.

*Spiritus tartari philoſophicus ad Aurum potabile S. Cloſſ.*) Huic non diſſimilis eſt *Spiritus Kefleri in Proceſſ. Cap. 3. §. 11. vide ſuprà Libr. 3. Cap. 11. de ☉ potabil. per ſpirit. Sal. tartari parando.*

## ¶ III. SALIFICATIO unde
### 1. Sal Tartari.

Sal Tartari elixiviatur ex Tartaro ad albedinem calcinato, (id eſt, combuſto,) non ſecus ac ex aliis cineribus Sal extrahi ſolet.

N. 1. *Ex capite mortuo in deſtillatione ſpiritus reſiduo, itidem Sal elixiviari poteſt, ſi ulterius comburatur. Promptè enim ignem concipit, atque etiam extra ignem comburi poteſt.*

N. 2. *Communiter calcinatur Tart. in fornace figulina.*

### 2. Ol. Tart. p. d.

Pone Tart. calcinatum in cella liqueſcendum, vel diſſolve Tartar. calcinatum in ▽ communi, filtra & coagula.

Vires. *Optimum eſt remedium in ſerpiginibus, ulceribus, tinea, ſcabie, &c.*

N. *Eſt porro hujus olei elegans uſus in Extractis vegetabilium purgantium conficiendis. Ejus enim guttæ aliquot cum menſtruo mixtæ, tum extractionem facilitant, tum catharſin ipſam promovent.*

### 3. Magiſterium Tart. ſeu Sal. nit. Tart. alcoholiſatus.

Imprægna Sal Tart. Sale volatili Vini, v. g. ♃. Salis Tart. puriſſimi, q. v. affunde V̇ ad eminent. digit. 1. digere ac deſtilla leniſſimo calore, iterumque V̇ affunde, idque repete toties, donec Sal Tart. totam ſpirituoſam Vini ſubſtantiam, ſeu omne Sal volatile Vini imbiberit, quod ubi factum, ſublima, habebiſque ſal vini ſublimatione ab omni phlegmate & aquoſitate ſeparatum. *Sennert. in Inſtitut.*

### 4. Magiſterium Tartari purgans.

♃. Sal Tart. q. v. imprægna aceto optimo, donec Tart. nihil amplius aciditatis retinere velit (vide correctionem flor. ♁ ij. Crollianam l. 3.) dein affunde V̇, eumque abſtrahe aliquoties cohobando: tandem repone Tart. ad liqueſcendum & habebis oleum rubrum.

Viros. *Purgat per inferiora, utile in omnibus morbis deploratis.*

Doſis à gr. v. ad ℈ß.

N. *Sal illud Tart. Acet. deſtill. ſufficienter imprægnatum ſi in ▽ deſtill. (e.g. Borraginis) ſolutum atque ſ. a. cryſtalliſatum ſit, conveniens medicamentum evadit in morbis Tartareis.*

### 5. Tinctura ſeu Sulph. Tartari.

♃. Sal Tart. optimè purificatum, calcina igne violentiſſ. ad cærulitatem: dein affunde V̇, extrahe rubedinem ſ. a. decanta, abſtrahe ad conſiſtentiam olei. Sic habes Tincturam Tart. quam ſi placet exaltare, digere aliquamdiu cum V̇ recenti ad emin. dig. i. affuſo.

N. 1. *Sunt qui ex Tart. cum Sal. com. an. calcinato Tincturam hanc extrahunt, ſed prævalet modus prior.*

N. 2. *Maxima pars Tartar. decedit.*

Vires. *Urinam largiter ciet, confertque in Melancholia hypochondriaca, Scorbuto, Hydrope, aliiſque Meſenterii ac Lienis morbis & obſtructionibus.*

Doſis gutt. aliquot 4. 5. 6. 7. 8.

### 6. Tart. ⊕-latus.

♃. Ol. Tart. puriſſimi per deliq. ℥iiij. affunde guttatim Spir. ⊕-i ʒij. vel q. ſ. donec ſtrepitus ceſſet, idque in vitro capaci: ſic fiet coagulum: ſedata ebullitione evaporare ſine humiditatem lento calore ad ſiccitatem.

Vires. *Digeſtivum eſt præſtantiſſimum, Tart. in corpore humano efficaciſſimè reſolvens. Hinc utiliſſimè exhibetur in obſtructionibus viſcerum, venarum meſaraicarum, in omnibus febribus, præcipuè in quartana, in obſtructionibus menſium.*

Doſis à ℈ß. ad ℈j. in convenienti liquore, convenientiſſimè autem propter ſaporis emendationem offertur in Hydromelite.

N. *Eodem modo fieri quoque poterunt ſalia vegetabilium ⊕-lata. Sic ſal (e.g. abſynthii) depuratum ſolve in ▽ abſynthii, inſtilla ſpiritum ⊕-li, procedeque ut cum Tart. ⊕-lato.*

### Tartarus ⊕-lat. alius.

♃. Magiſterium Tart. purgans ad ſiccitatem evaporatum, affunde guttatim ⌒um ⊕-li, donec ſtrepitus omnino ceſſet, abſtrahe phlegma in Arena, coagulum ſuperſtes reverbera per triduum, ita tamen ut ſal non confundatur, ſed in continuo iſto calore velut fixetur. Vocatur à Parac. *lib. 7. Archidox.* ſpecificum purgativum.

Vires. *Purgat benignè per inferiora, & ſudores movet in peſte, ſcorbuto, hydrope.*

Doſ. ℈ß. in ſyr. de roſ. de rhamno, &c. Ex communicatione S. Cloſſ.

### 7. Tart. ⊕-latus cryſtalliſatus.

♃. Crem. Tart. ℥ iiij. ſpir. ⊕ ℥ij. digerendo ſolvantur. Hinc affunde ▽ calid. ut penitus ſolutio fiat, abſtrahe aliquantulum, & repone ad cryſtalliſandum.

(Tart.

[Tartarus nitratus Grülingii ad Anginam, febres epatis infarctus utilis.]
*Doſ.* ℈j. *ad* ʒß.]

### 8. *Sal Tart. volatiliſatum.*

℞. Sal Tart. purificat. q. v. affunde 🜈 rectificatiſſ. 🝞a ex Arena per 🝬 cohobando aliquoties (3.) & adhæreſcet Sal Tart. lateribus 🝬bici.

N. *Si per* MB 🝞*averis, non ſublimabitur, ſed exhibebit Menſtruum corallis ſolvendis idoneum.*

Vires. *Inſigne eſt lithontripticum.*

Doſis gr. v. vj.

### 9. *Liquor Tartari ſpleneticus.*

℞. Tart. ℔ j. Sal. com. ℔ß. (al. ℔j.) Miſc. exactè, imponeque mortario, ſartagini vel laminæ ferreæ ignitæ ut calcinentur: Hinc pulveriſa ac affunde aquæ ferventis ℔ iiij. digere in loco calido ☌℘ (6) quotidie agitando, poſtea colentur, ut omnis ſalſedo inſit aquæ. Huic aquæ imprægnatæ tandem adde Tart. el. ℔j. digerantur ☌℘ (8) filtrenturque pro uſu.

Vires. *Inſigne eſt deoppilativum Lienis, aliarumque tartarearum obſtructionum, meſenterium maximè infeſtantium adeoque utile in hypochondriaca, ſcorbuticaque affectione ac menſium obſtructione.*

Doſis cochl. ſ. ad 1. cum aliis appropriatis vehiculis.

HOFMAN. 3. *Salificatio unde* 1. *Sal tartari.*) Hoc vilibus hactenus veſtibus ſuam Scenam luſit, *teſte Tachenio* in *Hipp. Chemico*, cùm verò Philoſophi manu ſpoliatur, ut compareat in formâ nudâ, lucidâ & reſplendenti, tunc res, quæ illi committuntur, reducit in eandem & ſimilem ſui materiam. Sic v. g. Sal tartari calc. viv. nuptum extrahit aliud & ſimile alkali, multoque potentius efficit, ut ferè in igneam naturam convertatur, ſi fiat cum ſp. vini extractio, oritur inde Tinctura ad calculum. Item oculi ♋ cum ſale tartari ſoluti in longâ quotidianâ febri conferunt. Sal tartari informe accipit formam ejus, cum quo unitur. *Vide plura De Sale Ammoniaco.* Cap. 25.

N. *Ex Cap. mort. in* 🝞*latione ſpiritus reſiduo &c.*) Ex hoc ad albedinem combuſto lixivium cum aquâ conficitur, & exinde ſ. a. ſal elaboratur. Quomodo ex hoc ſal ejus volatile conficiendum ſit, ſuprà jamdum monitum; Alium tamen hujus elaborandi habet proceſſum *Cl. Zwelferus in Pharmacop. Reg.* p. 247. ex Sale tartari crebrius aëri humido expoſito, & ſoluto ac iterum coagulato, uſque dum à ſale aëris ita imprægnatum ſit, ut ſublimari poſſit. De hoc vid. David van der Becke in experiment. & meditation. De Princip. Rerum Natural.

2. *Ol. Tartar. p. d.*) Hoc fit ex ſale tartari albiſſimo aëreæ humiditati commiſſo. Adhibetur in ſerpiginibus, tineâ, cutis ſorditie, &c. Ex hoc & Nitr. egregius conficitur liquor per deliquium, quod vinum rubicundo tingit colore. Eſt porrò hujus olei elegans uſus in extractis vegetabilium purgantium conficiendis, ſi enim purgantibus addatur eorum compagem facilius ſolvit & efficaciora reddit, dum etiam acidum ventriculi potiſſimam illorum remoram infringit ac imbibit, unde communiſſimè purgantibus nodulis addi ſolet.

N. Impropriè dicitur *Oleum*, quia flammam non concipit, ſed eſt liquor tantùm ſalis reſoluti.

3. *Magiſterium Tartar. ſeu Sal tartari alcoholiſatus &c.*) Verum hoc eſt Sal Tartari affuſione ſp. vini & ſæpius repetitâ ejus abſtractione ſale vini volatili imprægnati. An autem inde iterum ſublimari poſſit; non poſſum conſtanter affirmare. Aliàs conſtat, *Balſamum Samech Paracelſi* nihil aliud eſſe, quàm ſal tartari factâ ſp. vini ab eo deſtillatione edulcatum, donec ſal ſit ſufficienter ipſius ſale volatili ſaturatum, ac liquorem deſtillari adeò efficacem ſinat, atque erat affuſus.

4. *Magiſterium tartari purgans.*) Hoc nihil aliud eſt, quàm *Terra foliata tartari ex ſale tartari & acet. diſt. elaborata. Cl. Zwelfer. in Mantiſſ. Spagyric. Sal vini eſſentiale vocat*, ut & *in apolog. adverſus Tachenium* p. 33. cujus etiam elaborationem communicat, in dictæ Apologiæ p. 73. Hujus etiam Arcani ſalis tartari ſeu Terræ foliatæ mentionem facit *Philippus Müllerus in miracul. Chemic. & Myſter. Medic. Lib. 3. Cap. 4. Cl. Sennertus in inſtitut. Medic. Libr. 5. part. 3. ſect. 3. Cap. 6. Excell. Rolfinckius in ſuâ Chemiâ in Art. form. redact. Libr. 4. ſect. 1. art. 3. Cap. 13.* Sequenti autem modo optimè elaboratur. Recip. Salis tartari albiſſ. ℔ j. Acet. diſt. fortiſſ. q. ſ. abſtrahe Acet. diſt. quod inſipidum elevatur deſtillando per cucurbitam fictilem, poſt novum Acet. diſt. affunde & deſtilla, id quod ſæpius repetendum eſt, uſque dum ſpiritus iterum exſtillare incipiat acidus, qualis fuit affuſus. Tunc Tartarus eſt animatus, & ceſſandum ab iterata affuſione Acet. diſt. Nigra in fundo remanebit materia, quæ ſp. vini ſolvenda, deſtillatione per chartam bibulam filtranda & leniſſimo Aren. calore in vaſis terreis exſiccanda. Exſiccata materia iterum ſp. vini ſolvenda, filtranda & exſiccanda toties, donec materia alba appareat & foliorum longè à ſe invicem diſſitorum inſtar concreſcat. Hanc terr. foliatam tartari nonnulli ſalis tartari volatilis nomine inſigniunt, & rectè, eò quòd particulæ terreſtres alkali tartari figentes additione Acet. diſt. præcipitatæ ſint. Hæc in aëre humido ſolvitur p. d. & per ſe uſurpata doſis eſt à gutt. v. ad ℈ß. vel cum aq. aliqua deſtill. mixta ad plures extendi poteſt guttas.

N. Poteſt etiam cum nudo Aceto elaborari, licet poſtmodum non adeo album & purum ſit, & reſiduum ſp. vini ſolvatur.

N. Vel compendioſius: Recip. Sal tartari ℔ j. tartari crudi ℥ xiv. Acet. diſt. ℥xxvj. Sumatur olla ferrea alta Acet. diſt. impleta, pone ſuper carbones, dum Acet. diſt. caleſit & ebullire incipit, tunc immitte mixturæ ſuprà dictum Sal tartari & tartarum crudum per vices, donec omnia ſint reſoluta, quod ſpatio 2. horar. fieri poteſt. Hoc partim coagulari, partim cryſtalliſari ſinas.

N. Vel adhuc compendioſius: Recip. Sal tartar. albiſſ. q. v. affunde in lebete ferreo Acet. diſt. evaporet, & tamdiu Acet. diſt. affunde, dum ſpirat acidum, poſtmodum coagula, & cum ſp. vini edulcora ſæpius cohobando.

*Vires. Purgat per inferiora &c.*) Eſt ſummum ſanguinis depurativum, hoc ſali volatili CC viperar. ✱ &c. aſſociatum egregium eſt anti-hypochondriacum, par non habet in arthritide, calculo & in omnibus morbis Tartareis. Doſis eſt à gr. v. ad ℈j. in brodio calido tempore matutino.

N. Hæc terra foliata tartari cum cryſtallis ♂tis ſi miſceatur in mortario lapideo ex aëre ſal attrahens fit rubicundi coloris, quæ p. d. ſoluta in aëre humido demum cum ſp. vini tranſit in tincturam ♂tis hæmatinam aperitivam.

N. Hæc terra foliata tartari vel in ▽ quadam deſtillat. vel Elixir Propr. ſ. acidis ſoluta efficax eſt ſub tincturæ nomine ſpleneticum, nephriticum, arthriticum &c. ſive per ſe detur, ſive aliis alkalinum conſortium ferentibus combinetur.

5. *Tinctura ſeu ſulphur tartari.*] Hic neceſſe eſt, ut ſp. vini ſit optimè dephlegmatus, aliàs Sal tartari aqueas ſp. vini imbibit partes, & inſtar olei tartari p. d. facti ad vaſis fundum ſe 🜄tat. Loco ſp. vini ſumi etiam poteſt ſpiritus tartari. Hæc tinctura nihil aliud eſt, quàm ſp. vini ab alkali tartari volatiliſato tinctus. Hæc merè diuretica eſt, ex eorum cenſu, quæ urinam reddunt abſterſivam, adnataſque ſordes incidunt, excretricemque ſtimulant. Unde in renum impuritatibus, obſtructionibus viſcerum aliiſque morbis, qui præmiſſis præmittendis tandem diureticis expediuntur, apprimè conducit.

N. Ex tartaro rubro affuſa ſpiritu ſalis ſ. q. ut fiat maſſa, quam blandè digere, tribus ☌℘ elapſis ſi ſp. vini affundatur, egregiam etiam præbet Tincturam aperitivam.

6. *Tartarus vitriolatus.*) Hic *Cl. Zwelferus* animadvertit commodius tartarum vitriolatum ex ſale tartari ſicco, quàm p. d. ſoluto parari, &, ſi lubet, cryſtalliſari debere. Hujus aſſerti rationem reddit in *Mantiſſ. ſpagyric. part. 2. cap. 11.* p. 416. dum tartarum vitriolatum ex ſale tartari ſoluto paratum facilè in aëre iterum liqueſcere dicit. Verùm nihil refert, utrum Sal tartari ſiccum, an verò p. d. ſolutum ad compoſitionem tartari vitriolati ſumas, utrumque enim eâdem ratione cum ſpir. vitrioli in unum congredi & coagulari poteſt, abſtractâ humiditate. Et quod rationem *Cl. Zwelferi* concernit; ego potius ſtatuerem, Sal tartari reſolutum p. d. jam ſaturatum eſſe, & ſic non ita liqueſcere cum ſp. vitrioli unitum, atque ſiccum Sal tartari, quod adhuc vacuum ſaturari cupit, unde & humido aëri expoſitum liqueſcit. Tartarus igitur vitriolatus tam ex ſale tartari ſicco, quàm p. d. reſoluto confici poteſt, nec facilè in aëre liqueſcit ullum alkali ejus acido jam ſaturato exiſtente.

N. Cùm certum ſalis tartari & ſp. vitrioli pondus determinari nequeat, ſp. vitrioli magis vel minus dephlegmato, ſale tartari etiam in tenuitate aut ſiccitate diſcrepante uſque inſtillatio ſpiritus vitrioli in Sal tartari continuanda dum ſtrepitus aut efferveſcentia ceſſet. Tunc à præcipitato pulvere liquor ſupernatans, ut inutilis non removendus, ſed potius lento calore uſque ad Salis vitriolati tartari ſiccitatem abſtrahendus eſt.

*Vires. Digeſtivum eſt præſtantiſſimum.*) Tartarus vitriolatus, & cryſtalli tartari, hodiè adeò ſunt vulgaria medicamenta, ut

à non paucis vix ulla Medicamenta præſcribantur, quibus hæc non admiſceantur. Et fateor, *inquit Cl. Sennert. in Medicin. Pract. Lib. 3. p. 3. cap. 4.* Sanè ex tartaro parata in humoribus melancholicis craſſiſque incidendis & attenuandis, ideoque obſtructionibus aperiendis magnam vim habere. Cùm verò ſæpe accidat, ut in Affectione hypochondriacâ bilis atra, humoreſque ſalſi & acerbi atque omninò acres, & qui ignis quaſi ſeminaria in ſe continent, reperiantur: talibus certè humoribus tartarum vitriolatum & hujuſmodi acria medicamenta non conveniunt, cùm eorum acrimoniam non retundent, ſed ea potius uſurpanda, quæ pravas qualitates talium humorum temperant, & omninò contrariæ qualitates contrariis ſunt opponendæ.

N. Quod ex uſu tartari vitriolati tam dira quandoque oriantur ſymptomata, ut vomitus, cardialgia &c. non Sali tartari acceptum eſt referendum, ſed ſpiritui vitrioli ſæpius impuro.

*Tartarus Vitriolatus aliter.*) Hic eſt ex communicatione S. Cloſſæi, Et præparatur ex terrâ foliatâ tartari cum ſp. vitrioli in coagulum redactâ, prout *D. Autor* deſcribit, ſuas meretur laudes. Huic affinis.

7. *Tartarus vitriolatus cryſtalliſatus.*) Hic ſequenti modo rectius elaboratur: Rec. tartari crudi albiſſ. ℔ j adde ſp. vitrioli ℔ ij. ℞ la per Alemb. donec nihil humidi amplius exſtillet, frigefactum exime, ſuperfunde aquam calidam, extrahe, filtra, evapora in MB. ad medietatem, quod in fundo remanet, pone in locum frigidum ad cryſtalliſandum. Ex his cryſtalli tartari etiam fieri poſſunt rubicundi ſeq. modo. Rec. tartarum alb. groſſo modo fractum q. ſ. lava, & ab impuritatibus ſeparatum exſicca: Deinde Rec. Santal. r. ſ. q. affunde ſp. vini impregnatum ſp. vitrioli & extrahe tincturam, quam decanta. Tartarum coque cum aqua pluviali & infunde tincturam rubicundam, urge coctionem tamdiu donec cruſtam acceperit, expone loco frigido & cryſtallos acquires rubicundos.

N. Tartarus Vitriolatus Solaris.

Rec. ∴ fulminant. part. j tartari vitriolat. part. iij. vel iv. contere optimè & pone in Crucib. in furnum anemium per quadrantem horæ, ut optimè liqueſcat, effunde & nihil reguli de ſole reperies, ſed hunc à tartaro vitriolato ita exaltatum videbis, ut totum colore violaceo tinxerit, quem aliàs per ſe fuſus nunquam acquiret.

Vires: juxtà vim ſuam abſterſivam habet unà diaphoreticam & felici cum ſucceſſu in omnibus cerebri & cordis affectibus uſurpatur.

N. Tartarus Vitriolatus Lunaris.

Luna optimè calcinatur per ſp. Nitr. vel aq. fort. & ⊖tatur per ol. tartari p. d. vel Rec. laminas Lunæ & tartarum vitriolatum f. S. S. S cementa in tigillo clauſo per 3. horas, tunc maxima pars laminarum in Sal. com. viride abibit, hic labor tamdiu repetitur uſque dum laminæ totaliter conſumptæ & pulveriſatæ.

Vires. Summo cum effectu in morbis capitis & hydrope adhibetur.

N. Sic & tartarus vitriolatus ♁nialis fit ex Cap. mort. clyſſi ♁nii extracto Sale & cum ſp. vitrioli ⊖tato.

8. *Sal tartari volatiliſatum.*) Hic modus reſpondet 3. Magiſterio ſcilicet tartari ſeu ſali tartari alcoholiſato. Sed licet cum ſpir. vini aliquid Salis volatilis ex ſale tartari in forma liquida elevetur, tamen in forma ſicca ſublimari inſtar vix comparebit. *De Salis tartari volatiliſatione vide ſuprà alios modos Sal tartari eliciendi, qui huic ſurrogandi ſunt.*

N. Quomodo alkalia à ſalibus volatilibus ſublimentur, vid. in D. David von der Becke in experim. & meditat. circa naturalium rerum principia.

9. *Liquor tartari ſpleneticus.*) Præſenti compoſitione non indigemus, ſi loco tartari cum ſp. ſalis copulatum, egregium obtinebimus etiam deoppilativum, ut ſuprà jamdum monuimus, liquori tartari ſplenetico *D. Autoris* præferendum.

*Hactenus Dominus Author de variis Tartari præparationibus pluribus quidem, ſed de ejuſdem Sale Volatili pauca admodum enarravit. Quoniam verò ſalem illum inter præcipua artis arcana repoſuêre Chymiatri, non incongruum fore arbitrati ſumus ſi de eo quædam ulterius legenda præberemus atque ea propter Tractatulum Celeberrimi D. D. Danielis Ludovici, De volatilitate Salis Tartari hic inſereremus. Sic enim conſtabit, quid in hac materia quærendum, quidque minimè quærendum ſit. Quædam præterea circa varias alias præparationes chymicas ut & circa earundem exhibitiones ad Tractatuli elaboratiſſimi calcem adjecta vidimus quæ ſupprimere ordo materiarum aliquatenus ſuadebat, ſed quoniam pauciſſimis pagellis complexa & accuratiſſima ſunt hæc omnia, conſtituimus Diſſertationem integram exhibere, perſuaſi Lectori minimè tædio futurum præclara hæc quamvis extra proprium ordinem legere.*

# PRÆFATIO.

## *Ad Benevolum Lectorem.*

*CUm ſuperioribus luſtris Alcaheſtinæ diſquiſitiones complures fatigarent, fieri non potuit, quin decollante paſſim ſpe, nihilominus in tanti Liquoris Vicarium parili diligentia inquireretur. Tentavimuſque hinc circa fixitatis Alcalinæ Volatiliſationem ſimiliter nonnulla; quæ poſtmodum Amicorum ductu, horis ſucciſivis è Memorialibus collecta, nunc ante ſeptennium edidimus: ſaltem quo adhuc verſatiorum aut feliciorum obſervationes & Encheiriſes circa hujuſcemodi materiam eliceremus. Nec ſanè concepta, curioſiſſimo hoc ſeculo, ſpes nos deſtituit; experimenta ſua liberaliter publico conferentibus Viris exercitatiſſimis. Ceu inter ea quidem, quæ ad manus noſtras huc uſque pervenerunt, iſta forſan primus eſt Spiritus, qui quaſi ſemideliquiis in cella, vel dum hujus pigrior ut plurimum, ac minus agitatus aër eſt, per Subaſtrationes, (ut ita loquamur,) poſt quamlibet deſtillationem repetitis, è Sale Tartari colligi præcipitur: conſenſu tamen hactenus in diverſa abeunte; dum quidam ſaturatiſſimum hinc dixerunt; Alii verò phlegmaticum ſolum, & Alcalium in Aquam tandem reſolvendorum Exemplum: ceu forſan circa Ignis genus atque gradum, Vaſa, Alcali ſolitarium, vel acceſſoriorum reliquiis adhuc diverſimodè infectum, ipſamque Patientiam haud exigua accedere potuit variatio. Nobis, (cum poſtliminio circa talia ſuſcepto aliquando tentamine, hunc quoque proceſſum perſequeremur,) ſingulis vicibus, poſt phlegmatis egreſſum, urinoſi volatilis liquoris quidpiam, (Arenæ quidem, at validiſſimo aſſumptique quantitati ſufficientiſſimo igne,) per Retortam, (Sale tamen perdiu prius, alios in uſus, moderato calori expoſito,) tantiſper in fine oblatum eſt; donec tot repetitionum ac confractionum pertæſi, abjecerimus (inter alios officii) productiorem hunc, & felicioribus, cum reliquis, relictum laborem; elutriato reſiduo equidem Terræ fixæ particulam, pro horum (tacitè tandem fatiſcentium) more, præbente: deſtillationis autem Modo cum (infra notatis) Tinctura, vel ſaltem Solutionis Salis Tartari (in Spiritu ardente factæ, & à ſubſidente ſaturatiſſimo hinc phlegmate ſeparatæ) Deſtillationibus quadantenus conveniente: Sique Aſcenſus aliqualis hic ratio perquirenda, ſolicitato forſan ſic, aut per toties repetitas ignearum & aquearum particularum alternationes, (ferè ceu quadam quaſi-cohobia,) vel intimiores quarundam complicationes, ſucceſſivè diſpoſito magis Subjecto, ad induendam ſufficientis ſibi vehiculi quantitatem, aut aliter reddendam attenuatiorem ſui portionem. Nam inter varias adhuc difficultates & perceptibiliora quædam experimenta, forſan arbitrari poſſet quiſpiam, ſingulariorem horum ac conſimilium, (adhuc copioſius prodeuntium) ſuſcitationem aut emerſionem, per univerſali: iſtius Salis attractionem vel inſinuationem, (ſimpliciori Radiorum vibratione vel permeatione longè ſublimiorem,) nec dum adeo eſſe planam: Præſertim dum penitius expenditur &*

& confertur exigua plerumque Proportio ſalinæ participationis tam in Rore, Pluvia, Nive &c. quàm in ipſa [ambiente nos] Atmoſphærâ, [utut in ſuo genere ſeu deſuper, ſeu ab inferioribus, quò vel copioſiſſima culinarii ignis effluvia ad Gas uſque, referre quis poſſet, ſatis aliàs impregnatâ,] cum ea (coagulorum quantitate, paſſim & brevi ſæpe, tam è fixis, ignem variè prius perpeſſis, quàm è Mineris, ſub dio uvido fatiſcentibus emergente: ſi porrò conſideratur Salis iſtius, [hactenus quidem notis, etiam operoſioribus modis collecti,] nec dum ea paſſim, ſeu in medendo, ſeu ſolvendo d'prehenſa univerſalitas: imo ipſius concentrati quorundam Spiritûs Mundi, [nî de Magneticis, collectioni communiter deſtinatis corporibus quidpiam ſimul evehat,] exigua aut nulla ſæpe à priore Roris deſtillato differentia: ex adverſo vero, [præter igneorum, ſive tranſeuntium ſive nonnullibi cohærentium effluviorum varietatem,] imprimis Aquæ [quaſi ſemi-Mercurialis cujuſdam elementi,] ſub acceſſu complexuque ſuo, [vel Vegetabilium exemplo,] planè variabilis & diverſimodè applicabilis, Mineralium autem, [præcipuè ſalini quid evidentius participantium,] haud adeò facile exhaurienda vel enervanda Natura; quin gliſcentes inibi: & ſemet ſenſim poſtmodum exolventes, aut [poſt aliqualem ſuppreſſionem vel alterationem ſuam,] denuò hinc induentes particulæ reſtent: & quod per lentam ſolùm humectationem, & repoſitionem [conceptaculis interea ſatis obturatis,] diuturniorem, è pleriſque hujus generis ſubjectis, [vel perfecti Colcotharis, Aluminis uſti, &c. exemplo,] nihilominus eadem producta habeantur, aut ſi quæ [guſtui odoratuive,] diverſi quid præ ſe ferant, id pariter fortaſſe non tam novæ extrinſecæque ſubſtantiæ acceſſu, quàm variata ſolùm particularum figuratione, poſitura, occultatione, &c. contingere queat; indeque hoc inſuper non raro ſaltem ſit temporaneum: [ceu Sal è Vitrioli conſummatiſſimæ deſtillationis capite mortuo, accuratè ſic collectum, nobis nunc poſt 12. demum annum vitrioleſcere incipit:] & ſi quæ amplius, v.g. è Calcis ſponte reſtinctæ ſimiliumque verè Calciformium obſervationibus; Nitri murarii natura; Pyridis atramentoſi concidentia; acido-ſalinarum particularum ſub inſipido vel quaſi-dulci coagulo latitatione; ſulphureo odore, Cephalici quorundam Spiritûs haud remiſſiore, etiam inter vulgaris inodorique Spiritus Vitrioli rectificationem repetitò prodeunte, &c. adduci, [ſed præter inſtitutum noſtrum] poſſent, ab animo ſublimioribus hujus generis præſuppoſitis, ad dimenſionum ferè penetrationem interdum deducentibus, minus adſueto. Potius ſequatur alius, ex Aceti deſtillati Saturninorumque magmate, ſolitariè vel cum Iovis calce ſimilibuſve, [ad modum Spiritus Coralliorum,] valido ſatis igne deſtillatus: in variationibus chymicis jam olim etiam ad fixiora commendatus, nec quibuſdam inconveniens: ceu conformes ferè, (poſt abſtractiones à Solutis ſuis tandem) prodeunt Guajaci quoque, Mellis, Mannæ, imò Tartari nonnunquam Spiritûs, Acetumque, vel ab ipſo Sale Tartari: acumine talium, à priſtino ſuo, haud parum differente. Verùm cùm noſtra nunc recenſio præcipuè circa vulgare Sal Tartari, [ut illic ſingularius aliquod prodeat,] occupetur, ſufficiet forſitan, mentionem tantum hujuſcemodi Liquoris feciſſe. Quemadmodum etiam Tertii, è ſiccatis vini fæcibus; ceu in ſubſequa Diſſertatione jam adducti; cum additione: quod commode prius Spiritus ardens abſtrahi, & reſiduum poſt refrigerationem & ſubſidentiam, exiccari demum queat. Forſitan autem ex hoc capite commercioque eſt, quod in crudi quoque Tartari deſtillationibus nonnunquam ſimilis Salis quidpiam apparuerit. Amplius retulimus ibi etiam Tartari Tartariſati, [uti quibuſdam vocatur,] Spiritum: cui quemadmodum affinis, ita laborioſior quidem, at poſt debitas rectificationes penetrantior aut ſaturatior, proceſſuique [cum Spiritu & Sale Tartari inſtituendo] tunc ferè compar eſt, qui poſt Tartari & crudi & ambuſti, [tanquam præ ſale fixo minus adhuc exhauſti,] debitam inter ſe ſolutionem deſtillatur. Quod autem caput mortuum elixiviatum, alcali quidpiam nobis exhibuerit, in cauſa forſitan fuit, nî ſalinarum particularum temporanea [ceu Tartari quoque, cum Alumine deſtillati capiti mortuo contingit,] latitatio, vel conſueta renitentia, ſaltem ferreæ cucurbitæ, intenſioriſque ſic propulſionis defectus. Quod quidem in medio nunc felicioribuſve repetitionibus relinquimus: quemadmodum etiam, ſi fortè quiſpiam horriformes hîc ſub diſſolutione, bullas, [cum non ſolùm in crudi quoque Tartari depurationibus, aut cum Vitriolo coctionibus, verùm etiam in aliis pulverulentis inſperſionibus, ſaponariiſque & albugineis mixturis concuſſis eveniant,] non tam ad Sal Tartari, [tanquam intimioris adhuc participationis] Vitis genimen, quàm ad ſimpliciorem [quadrantium congredientiumque] particularum poſituram, varia hujus generis phænomena in Mineralibus, ſalinis, aliiſve coagulis ſiccis aut conglaciatis &c. [citra omnem Eſſentialitatis primordialis acceſſum,] exhibentem referre voluerit. Reſiduas autem Formulas, v.g. Terreæ Alcalium partis ſubtractionem, quo volatiliores facilius prodeant: [niſi de primitus notato proceſſu, vel aliquorum per fuſiones depuratione, aut Acidorum acceſſoriorum arreptione, ceu infra hæc notavimus, int ll'gatur;] Item, Alcali hujus etiam abſq; igne, in aliqualem volatilitatem abitum, [nî urinoſum quidpiam, vel Aluminis miſcella, ſingularioreve enchiriſis ſubterfuerit; ceu madida quoque vegetabilia compacta, ſponte concepto calore, quædam inflammabile Sulphur, quædam ſal volatile copioſum eructare deprehenduntur:] & ſi quæ inſuper eſſe queunt, planior olim Alcali hoc perſequentium explicatio deteget, hucque tunc cum aliis facilè reducentur. De cætero in ipſa [ut publicata primitus fuit,] Diſſertatione, [ceu oppido nunc fieri potuiſſet,] nihil mutavimus, ne alia, ſed [ob exemplarium defectum,] recuſa ſaltem exiret. Præfari tamen hæc voluimus, ne manca in reſiduis videretur: addimuſque inſuper, tanquam pro complemento: 1. Quod rectificatio vel cohobia ſuper proportionalem Alcali quantitatem, complurium acumen aut ſaturationem notabiliter augeant. 2. Quod æquè ac Calcis Vivæ Spiritus, etiam liquore competenti diluti, nihilominus admodum, [præſertim in frigido] tranſpirent. Et 3. quoad effectum, uti præſens quidem eſt [in convenientibus affectibus & exhibitionibus] hæc volatilitas, ita per ſe inconſideratius diutiuſve tenerioribus data, haud parum tandem appetitum dejiciat; [æquè ac ex eodem ferè capite, largior Vini Spiritus, & ipſum, nonnullis in plethoricis, Sal eſſentiale Tartari:] Aliis verò per ſolutiones ſociata, bonum quidem ſub Prudentia medica remedium, non tamen protinus ſemi-univerſale vel ſine pari præſtet. Quæ incipientium, ſingularioribus ſæpe proceſſibus, formulis, aut [alia tunc ibi Praxis vulgaris facie,] præcipui Authoris commendationibus nimis inhærentium causâ, ſuperaddere viſum haud fuit inconveniens.

De

## *De Volatilitate Salis Tartari.*

QVantopere Tartari crudi Volatilitas etiam Verſatiſſimorum manus hodiè dum fatigarit, notorium eſt: uſque adeò, ut iſtorum haud pauci, poſtquam nihil non per Serpentinas quoque, Refrigeria, interpoſitum cum Spiritu Vini Globum, Furnos, Alembicoſque ſingulares & alia hujus generis Compendia, incaſſum ferè tentaſſent: tandem ad incoërcibile, ac Fermentantium Effluviis, aut Fulminantium Sylveſtreitatibus conſimile Gas retulerint Totum illud, quod naturæ (forſan maximam partem Salinæ,) incenſo præſertim poſt ſequeſtratam humiditatem Tartaro, communiter, (plus minus tamen, pro Artificis dexteritate) evolat: quodque Caput mortuum in bilance projecto Liquori conferentibus, paſſim deſideratur: etiam cum planè proportionale Tartari ad recipiens pondus adſumptum eſt: nec tot ejus libræ, Vulcano inconſideratius (licet adhuc perfrequenter,) unà vice ſubjectæ, potiſſimam ſui partem inter commiſſuras per relictum Epiſtomium, aut aliàs vi facti, nequicquam eructarunt: aut (quamvis ſpecioſiori Recentiorum invento) ſucceſſivæ Ingeſtiones nihilominus per Deſtillatorii deſuper Operculati contiguitates, (fruſtraneo etiam circumfluo Plumbo;) vel ſi inferius adapertum fuerit, inter Obturatorium ingratiis demiſerunt. Sed ejuſmodi deſiderio, ſervandoque ſubtiliori (à Laborantium venali certè nimium quantum differenti) Spiritui ſuæ, citra dubium, adhuc ſuperſunt Enchiriſes.

Majus autem negotium tædiumque curioſis faceſſit Volatilitas, quæ inter ampliſſima, Alcaheſtiniſque ferè proxima promiſſa, ex ipſo Alcali Tartareo hactenus (certo & aliquali copiâ) quæſita eſt. Vt inde nonnulli, dum fixitatem & retinentiam Salis illius, è præparandi modo cogitarent: herbaceorum Alcalium, cum Bolo vel Argillâ continuato igni ſubjectorum Spiritum ut plurimum tandem Acidulo-ſalinum guſtarent vel experirentur: in pleriſque hac de re Libellis modò Vota tantùm, aut Obſcurum ſuper æque obſcurum, modò tralatitios ſaltem aliquot, mutuoque (citra ſucceſsûs aſſeverationem) deſcriptos, vel aliàs Authoris, Ingredientium, Enchiriſis, Circumſtantiarumve nonnullarum cauſa (jure vel injuria) ſuſpectos Proceſſus invenirent; dubioque hinc eventui difficiles complicatoſque labores elocare nollent; aut experiendo tandem (ſeu propria, ſeu præſcribentis culpa) ſæpenumero nihilominus modò nil, parum, aut phlegmaticum, modò dubium, tertiumve quidpiam ægrè nanciſcerentur: totum hoc negotium inter vanas Chymicorum Aſſertiones, aut ipſa Non Entia retulerint.

Sed enim levari reverâ poſſe quandam inde, & genuinam quidem partem; manifeſta inibi verſatorum, nec ſubterfugiis temerè ſubvertenda docet Experientiâ. Imo ſimplex inſuper, at paulo validior continuataque Alcalium, (etiam prius ſufficienter depuratorum aut concentratorum) calcinatio, vel cum fixioribus nonnullis, nec adeò ſulphureis Subjectis inſtituta Fuſio; Salis Tartarei vel congeneris haud parum, (vel intra horam, & integro adhuc nec intimius undiquaque vitrificato Crucibulo,) una cum accidentaria Acceſſoriorum humiditate elidens: naribus effluvia ſalina ſat ſentientibus.

Nec tamen iſti proinde ſumus, qui Eleuſini Sacri, vel Alcaheſtini Vicarii revelationem hic profiteamur. Saltem iſtud Alcali (pro conquirenda hinc proficua quadam Volatilitate) adorientium, & ab initio (circa delectum aut ſucceſſum Proceſſus) hæſitantium; præterea Ægrotorum (ejuſcemodi Remediorum genere ſæpe perquam adjutorum) cauſa ſimpliciſſimè proſequamur, quæ manualis Experientia, ac longa nobis, (per aliorum præſcripta, privatoſque conceptus euntibus,) dedit obſervatio: quæque pariter Incipientibus quidem confirmationem, & ulterioris inquiſitionis, aut (Medicæ vel Chymicæ) adaptationis Fundamentum, Exercitatioribus verò anſam dabunt, auctiora, exactiora, clarioraque eodem candore ſuperaddendi; quo nos impræſentiarum, ſine cujuſquam Allegatione aut Vellicatione breviter ingenueque ſolùm Introductionem quaſi quandam, cum Experimentorum potiorum, (illuc forſitan compendiarie ducentium) Syllabo proponimus: Superpondii loco hinc inde interferentes, quæ licet ad ſingulos Paragraphos directè non pertineant, incidenter tamen, & data ſic occaſione haud inutiliter, in quam plurium operationum & expenſarum compendium annecti poſſe videbantur.

Qui itaque hoc in negotio operæ pretia facere voluerit: principio, quod Materiam Quæſiti noſtri concernit; equidem (ob inconvenientias cuivis hinc facile concipiendas,) majori difficultate, minorique fœnore occupabitur circa vulgare illud Alcali, per figulorum extremas uſtulationes, aut (licet communiſſimè præceptas;) uſque ad Virorem Cæruleumve Calcinationes exhauſtum, ac ſublimandis poſtliminio particulis tantùm non quaſi ſpoliatum. Æquè ac toties repetitas deprædatoriaſque Salium Officinalium Fuſiones, ea candidiora quidem, nihilo tamen hinc uſibus medicis præſentiora reddere; eoque laborum minus prodigos primis illorum coagulis, vel ipſis nonnunquam Lixiviis parili ſucceſſu ſecuritateque acquieſcere cernimus: ſiquidem defuerint, aut ſpecialem ſcopum interdum haud adeo attingere poſſe putentur Granulata; in Diſpenſationem aliàs commodiora: nec, (dum per Sulphur flagrantibus herbis moderatè interjectum conficiunt,) invertentem diaphoreticamque vim ſic admodum perdentia.

Porrò verò nec illud citra laborum fruſtrationem hîc aſſumetur, quod extemporanea anatici Tartari ac Nitri Detonatione, (de cætero compendiosè, ſique libet, perforatâ ſolum rejicula quadam Retortâ, cum Cliſſiformis Spiritûs promptâ collectione,) paratur. Siquidem in ſubitanea illa excandeſcentia Nitroſæ Aciditatis pars tacitè arripitur, & in Alcalium complexu, (quamvis guſtantibus inſenſibiliter,) occulatur tamen tantiſper, donec paulo violentiori igni, vel aſſociatis (Sali Tartareo) amicioribus ſubjectis denuo cedat; & penetrantem expectantibus, deſidem, ac inſtar exhauſtæ Aquæ Fortis acido-nitroſum relinquat. Vti nobis plus vice ſimplici, etiam cum Silicibus, ipſoque Saturni Vitro, (dum ſuperiorem annorum commendatione ducti, neſcio quæ ſecreta inibi cum prædicto Alcali quæreremus,) contigit. Atque hinc procul dubio etiam eſt, quod in iſtius Oleo deliquato (concentratiori,) Tincturâque, tandem ni-

triſor-

triformia quædam ſpicula inferius concreſcant.

Vt itaque Sal noſtrum non quidem extremè, & ad pugilli quaſi remanentiam calcinatum; ita nec perfunctoriè tantùm, fundum tenus, & inæqualiter combuſto Tartaro extractum ſit. Ne ex adverſo, reſiduæ ſemicrudæ hujus partes (quemadmodum in imperfecti Spiritûs deſtillatione, & in Tartari Tartariſati confectione fit,) abſorptæ, Liquorem poſtmodum prodant (ob Spiritûs oleique Tartari communis aliquantillum,) à quæſita noſtra Volatilitate haud parum differentem, atque curioſioribus in iſthoc genere meritò ſuſpectum.

Nec tamen hinc opus erit, ut Tartarum quiſpiam, (cum polychreſti Spiritûs jacturâ) ſeorſim calcinet. Quandoquidem ipſum Caput mortuum (v.g. è duabus tribuſve Crudi libris) poſt totalem & ultimam dicti Spiritus Oleique deſtillationem, adeoque intimam ſidentis Tartari combuſtionem reſtitans, (citra ulteriorem ſupervacueque vulgo repetitam uſtulationem,) gratis & quaſi pro ſuperpondio ſuppeditat Sal, ut aliis uſibus, ita huic quoque operationi ſufficientiſſimum: præſertim ſi ſine ſubitanea poſtmodum vehementiâ; imò penitus ſine quadam, (quamvis ſeverè operoſéque nonnullis hunc in uſum reiterata) Depuratione ſenſim ſaltem in ſeipſo totaliterque exiccetur. Nec enim (poſt partis coagulatu difficilioris in deliquium verò magis pronæ ſeparationem) Reſiduum ſubter-concretum, (ceu alii iſtud in ſpecie, vel etiam lixivii Sarmentorum cryſtalliforme coagulum requirunt,) ſeorſim huic negotio aptius invenimus. Quin potius, qui è Salis culinarii ſpontanea nonnullibi è Carrhis Salinarumve Metis ſtillante Muria, v.g. ad quartæ partis remanentiam exhalatâ, per arenam quoque Spiritum elegantiſſimum aperitivum deſtillari vidit; fortè priorem illam portionem ferè commodiorem crederet.

Cæterum, ſi porrò ſupradictum Alcali, à crudioris Tartari commercio, (ni quaſdam oleoſarum ſtriarum vel ſcoriarum particulas, interdum inter eluendum, innoxiè arripuerit,) aliàs ſufficienter ſic ſecretum: diuturniori medio crique Calori per Menſes aliquot, aut ſuper Fornacem una alterave hyeme, perfunctoriè tectum exponatur: lenta ignis actione pene poroſum, ac in ſe quaſi ſpongioſum, coquehujuſcemodi laboribus adhuc aptius deprehenditur. Atque hæc circa vulgare quoque [juſtæ calcinationis,] Sal Tartari ſimiliter maximam partem obſervari queunt. Nam illud hinc, dum operationem tantummodo compendia, per diverſas obſervationes & Enchiriſes venamur, neutiquam rejicimus.

Tandem verò ſiccæ Vini fæces, (Deſtillatoribus vulgò vel recentiorum aliis occupationibus haud inconvenienter cedentes,) ſi poſt vini reſidui expreſſiones, &c. aut conſuetas Spiritûs abſtractiones, in aheno parilive modo debitè deinceps exiccentur; uti per deſtillationem (tùm ſolitariè tùm alibi tradendis additamentis inſtitutam,) penetrantiſſimum & volatili ſpontaneo Sale refertiſſimum, (ſique per competentem ſuper Alcali rectificationem à graveolentia nimia liberetur) perquam in compluribus affectibus proficuum, ſane volatili Salis Tartari Spiritui hoc in paſſu ferè conſimilem Liquorem ſive Spiritum fundunt: ita poſt communem at planè mediocrem (in olla tecta) calcinationem, ſpecioſum, copioſè ſuperſtans, & quaſi ſponte deſuper ſublimatum albiſſimum Sal præbent, ejuſcemodi negotio præ reliquis convenientiſſimum.

Atque hæc de ipſius Alcali differentiis, (quatenus huc ſpectant,) & haud inutili Selectu: quo ſe in aliquali copiâ, ſed tamen genuina & in Vrinoſitate ſua, (quoad ejus fieri poterit,) intemerata Volatilitas inde ſequeſtrari queat. Nam licet nonnullorum aſſerta in Solutiones quaſdam aliaſque circumſtantias Acidum aliquid inferre videantur: nihilominus cum in (hactenus quidem notis) hujus fortis Spiritibus ſpeciale ferme nil, aut parabilioribus ejuſcemodi Menſtruis adeò ſuperiùs inventum fuerit; ipſique potius circa diſſolvenda Subjecta deſides, aut circa ſoluta jam, (quæ intimiùs ſecum deferre debebant,) inſtabiles, vel aliàs alienigeni deprehendantur: forſan haud immeritò (donec ſecretior præſentiorque, citra ſuſpicionem, modus ad Aciditatem obtigerit,) acquieſcemus purè ſalſæ, certè conſimili lixivioſæ Alcalium (ab iſta tranſlocatione ſeu immutatione haud penitùs alienorum) naturæ præ Acido (in hoc quidem genere) viciniori; competentiaque vel prædiſpoſita Subjecta, ſuo quodvis modo, ſatis adorienti & amplexanti Volatilitati. Sive de cætero Salis, ſive Spiritûs, (utpote parum hinc differentis, & ſalinas particulas ſaltem in liquamento ſuo vehentis) formâ prodeat.

Proindè conſequens nunc eſt, ut Modos videamus, quibus ejuſcemodi Volatilitas in rei veritate proliciatur, aut prolici putetur. Quemadmodum enim plures ſunt, qui (ut ab initio notavimus,) Phlegmaticum ſolùm, (Tartarei quid olentem,) aut levidenſem Liquorem, vel nomine tantùm, alienum, aut planè tertium quidpiam genuini loco præbeant: ita non unus ſaltem, verùm aliquot inveniuntur Proceſſus, qui revera quæſitum hîc Sal, aut ipſi congenerem (à communi tamen Tartareo admodum diſtantem) Spiritum ſuppeditent; & nihilominus invicem tùm in odore, ſapore, colore, ſalinarum partium formâ, &c. tùm in effectu viribuſque manifeſtè coincidunt. Æque ac permulta v.g. Mercurii, Antimonii &c. Præparata, quamvis ad concertationem uſque, diverſis viis mediiſque negotioſè conquirantur, eodem tamen utplurimum poſtmodum recidere; & quæ per operoſas ambages ferè ſecreto confecta fuerunt, cum vulgatiſſimis tandem compendiis penitùs convenire paſſim cernimus.

Ampliùs, quemadmodum Salinorum reliquorum pleraque (licet reſpectivè minus fixa,) faciliùs tamen atque copioſiùs elevantur, ſi dum annatum defuerit, extrinſecum ſolummodo, ſed competens atque continuationem deſtillationis in iſto genere ſuſtinens addatur Vehiculum; aut pro re nata Separatorium ſaltem corpus, quod aliquam Subjecti partem præſertim fixiorem aut alienam invadendo, &c. Subtilioris atque huc magis pronæ ſubſtantiæ aſcenſum ita facilitet. Ceu inter plurima, vel ſolùm Sal culinarium, (oppidò Spiritûs ſui facilis aut iniquus, pro additamentorum ratione, promus condus,) liberaliter innoxieque refundit dupli, (hunc in finem adjecti) Aluminis crudi ſuperpondium: iis qui naturam ejus & Capitis mortui (ſeu integri, ſeu in Sal tertii generis & albiſſimam Terram reſoluti) notabilem Aluminoſitatem norunt, in medendo neutiquam ſuſpectum. Sic pariter etiam Alcali Tartareum, (etſi longè forſan pigrius,) per vehiculi tamen complicati vel ſolicitantis, aut certæ Materiæ (ſulphureæ vel acidæ,

acidæ, ſalis portionem arripientis, & in eo ignis gradu carboniformiter aut Magiſterialis coaguli inſtar retinentis,) acceſſum, equidem facilius aſcendit ſecundum reliquam iſtam partem, quæ ſimplici ignis actioni aliàs vix, aut non ſine variis inconvenientiis paruiſſet.

Quibus ita præmiſſis, ut ſpecialius deinceps ac ordine quodam, diverſimode ſic quæſitæ vel promiſſæ Volatilitatis noſtræ rationes, quid valeant, quantique ſint, (ducto per remotionem quaſi, à languidioribus, ſuſpectis, minuſve talibus exordio,) perluſtremus: principio Tartariſatus Vini Spiritus, unà ſcilicet alterave vice ab Alcali Tartareo pro phlegmatis (ſulphureo ſalinis iſtius particulis adhuc dum ſat copioſè intermixti) majori quadam ſeparatione communiter abſtractus; quamvis ob evidentiorem hanc concentrationem, tùm per ſe, tùm in Eſſentiis Mixturiſque compluribus perquam in ſua deſtinatione præſtans ſit: & quaſi proprium ſibi volatile quoddam Sal (ex iſta proſapia) participet, imò vel ab ipſo Alcali inſuper aliquid abreptum, ſecum evexiſſe ponatur: indeque propter alterutrum horum, ſi paulò validior Vitrioli Spiritus inſtilletur, non ſolùm ſubtilem quandam Ebullitionem, verum etiam utplurimum poſt lentam exhalationem Salis ſubaciduli nec inelegantis quidpiam oſtendat: noſtro tamen apparatui, & per multum hinc diſtanti prægnantiorique Salis Tartari Spiritui protinus haud accenſeri poterit. Siquidem & Alcalinum illud, quod in ſuperficialiori hoc, æquè ac in ſpecioſiori incerationis (inferius attingendæ,) proceſſu forſitan aſcendiſſe conjicitur, oppidò nihilominùs erit exiguum: & ſenſibilius in ejuſcemodi operatione, poſt ſeparatum (quaſi ſemiſtiptici ſaporis.) Phlegma, demum prodire deprehenditur. Ceu ultimas ſolum guttas, dum dicta reſiduæ humiditatis abſtractio per Retortam inſtituitur, aut pariili modo Vini Spiritus (per Salis Tartari diſſolutionem, & ſubitò ſubſidentis aquoſitatis ſubtractionem compendioſè Dephlegmatus,) ad ſiccitatem uſque paulò fortiori igne deſtillatur, Acredinem alcalinam guſtantibus offerre tandem obſervamus. Quas ſi quis pro lubitu (nam & congeneribus Alcalium volatilitatibus addi poſſunt,) abſtracto illi Spiritui Vini Tartariſato (præſertim repetito dum per accidens obtingunt, permiſcuerit; haud minus inde ſic Alcaliſatum (alios fortaſſis in uſus) habebit; quam ſi Vini rectificatum Spiritum à globulis argillâ & ſale Tartari conſtantibus, validiori demùm igni abſtraxiſſet: aut in Eundem (prius à crudo Tartaro lentè deſtillatum,) intenſiori poſtmodum Vulcano Tartareæ Spirituoſitatis reliquias (ſed ingratiori hinc odore) protuliſſet. De cætero tamen nec hi Liquores, ob eandem Volatilitatis inibi diſperſæ paucitatem, deſideratorum numero convenienter aſſociari poterunt.

Quod autem Oleoſi quidpiam in prędicti Spiritûs Vini Tartariſati confectione, reſiduo Phlegmati, (æque ac venali generoſiorum fæcum Spiritui,) nonnunquam innatet verum quidem; ſed tantùm ideo Cordiale non eſt, aut inde meretur, ut guttatim ſic, aut operoſius adhuc (rectificatum vini, cum concentratiſſimo Salis Spiritu digerendo, eoque ſulphureas particulas, abreptis ſalinis, liberando,) colligatur. Cum ad Mœni Rhenique tractus, fæcum deſtillatores paſſim tolerabili pretio vendant Vini iſtud (pauciſſimis noſtratium, dum plerique Spiritum ardentem hoc nomine proponunt, notum) Oleum; è Rectificationis remanentia ſucceſſive, more tralatitio, deſuper collectum; atque hinc oppido feculentum quid olens; donec ſuper Alcali vel Salis Spiritum, aut potius per Veſicam rectificatum, acceptiorem & Spiritus e fæcibus prolecti ſimilem odorem induat. Verum hæc in tranſitu.

Sequitur præcedentibus quadantenus affinis, ac pridem hoc nomine traditus modus; è ſoluto in Vino Alcali, (poſt Spiritûs ardentis atque phlegmatis abſtractionem,) Sal volatile proponens. Experientię ſubjectus dedit quidem è reſiduâ Maſſâ (utpote Alcali & Tartaro vini conſtante,) modicum Liquoris, uti vulgari Tartari Spiritu longè graveolentioris, ita quoque actioris, & manifeſtas hinc particularum ſalinarum notas oſtendentis; concreti verò cujuſdam Salis veſtigia quædam potiùs, quam ſpectabilem compagem: cum Olei Tartarei circumcirca decidui aliquantillo. Ut evidentiori Volatilitate prægnantioribus, atque ſimul minus ingratis acquieſcentes, (præſertim cum ipſe vini Spiritus feculentiori odore ſic infectus prodeat,) totum hoc feliciori forſan (inter frequentiores adhuc repetitiones, vini variationes &c.) inquiſitioni reliquerimus.

De cætero aſſimilis iſti, ſed tamen acceptior eſt Spiritus, qui è Tartaro Tartariſato, (ſeu aperitivo illo coagulo, è tribus Tartari purioris aut depurati, & duabus Alcali partibus confecto,) haud difficulter, (profluа ſimul olei parte,) deſtillatur: de Volatilioribus Salis particulis procul dubio quidpiam (vel odoris ſaporiſque huc declinantis teſtimonio,) ſimiliter participans: atque (licet in exquiſitorum claſſem ob antedictam cauſam referri nequeat,) nihilominus in aperiendo & reſolvendo non contemnendus: ſive per ſe ac ſolitarius, ſive ſub competentium, nec volatilitatem ejus adeo infringentium Spirituum tincturarumve conſortio detur. Æquè ac Tartareus ille, (ſed ſubacidulus) qui cum Vitrioli ad crudum Tartarum ſubquadruplo vel ſubtriplo (alias in diverſos uſus,) haud inconvenienter prolicitur; vulgatiorique officinarum Aperitivo, (etiam debito ignis regimine, ne tandem planè Vitriolicus exiiſſe videatur, deſtillato,) in ejuſcemodi deſtinationes longè præſentior deprehenditur.

Porro verò nec tralatitius ille cum Bolo conſimilive Terrâ modus momentum adeo magnum huc conferre poterit, Quamvis enim ut plurimum quadantenus procedat; & Liquorem ſenſibiliter urinoſum, eoque inſtillato Vitrioli Spiritu ſubtiliter ebullientem præbeat: volatile tamen inibi perquam eſt exiguum; indeque (ceu alii quoque queſti ſunt,) effectus oppido remiſſior; ſive per ſe, ſive quæſitis hinc Solutionibus. Extractionibuſve fuerit adhibitus. Vt taceamus, acidulum ſolummodò, deſidique Terræ ſigillatæ, vel congenerum Argillaceorum Spiritui conſimilem nonnunquam (oro additamenti forſitan natura, copia, &c.) cum aliquali ſaltem Tartareo odore prodiiſſe.

Quod autem nonnullorum Ignem penitùs immediatum attinet; Faſtigiato illi (per directa Receptaculá) Furno, cum ſuperioribus annis multa commendatione proponeretur,) injecimus ſuper prunas pro more, carbones oleo Tartari rite ſaturatos, & circumcirca ſufficienter ſiccatos. Sed idem nobis (fortean infelicioribus) contigit, quod aliquibus nonnullibi Spiritum Salis parili ratione quærentibus. Ignis ſcilicet ſenſim ſuffocatus, &

phleg:

phlegmatici tantummodo quidpiam, pauciſſimis particulis revera urinoſis intermixtum, in inferiori Recipiente collectum eſt.

Nec ſaturatius quid (in exiguâ ſimul quantitate) nacti ſumus, cum alia vice ipſum Alcali (mediocriter ſaltem ſiccatum,) prunis inſpergeremus. Adhæreſcens ſiquidem hinc,inde, vel per contiguitates iſtarum ſecedens, illic in maſſulas ignitioni ſuſtinendæ minus deinceps aptas abeundo, hic Vulcani levatoriam violentiam ſubterfugiendo, utrinque tunc expectationem noſtram in tantum fefellit.

Cùm autem ipſum (à deſtillato Tartari Spiritu reſtitans) Caput mortuum, nondum elixiviatum, ſimiliter aliquando injiceremus, (uti ignem aliàs promptè concipit, ita) ſecedentis ſubtilioris partis manifeſtiores notas, in ſuperioribus præſertim Receptaculis (etiam odorantibus) oſtendit: eo ipſo tamen potiſſimam partem effugiens, infimo ſalinæ urinoſitatis modicum reliquit. Vt facilioribus ac eodem recidentibus modis deinde contenti, hactenus in hujus generis deſtillationibus repetendis curioſiores eſſe deſierimus: majori aliorum, inter otia, felicitati relicto ejuſcemodi (ſeu priſtini, ſeu propter difficultates quaſdam contractioris nunc) Furni proventu, ſive (Sarmentorum combuſtorum inſtar) per ſe, ſive per additamenta quoque, evidentius fortaſſe conquirendo.

Quò pariter remittimus ſingulare quoddam, nobis alicubi ſuperioribus annis depictum Inſtrumentum; proculdubio Authoris famigeratiſſimi verbis, huc perfrequenter,nec citra ſpeciem tractis: „(quod ſcilicet aër imprimis volatiliſet ſulphur con„creti, cum omnimoda ſeparatione ſui Salis, &c.) „inventionem debens: atque adeo circa Salis Tartari conceptaculum aërem quadantenus admittens, ut per cucurbitiformem Tubum ad Alembicum convehatur levatus à ſubter accenſo igne Spiritus; ferè Sulphurei campanarii inſtar. Nam diſſipationes volatilis hujuſmodi ſubſtantiæ hinc inde, præſertim repleto (per ſuppoſitionem) Receptaculo ſubverſi, tale quid experiri noluimus. Atque hæc de magis quidem conſentaneis, levioribus tamen remiſſioris Volatilitatis modis.

Sequuntur, (ne quid in iſthoc genere cenſuque ſit reliqui) remotiores adhuc, ob acceſſoria magis ſuſpecti, vel planè tertii penitúſvè alieni; quamvis (in ſua quivis deſtinatione) haud inefficaces, indeque nonnullam hujus ſortis ortuſque ſpeciem diverſimode præ ſe ferentes, aut rem ex alio aliove capite penſitantibus, præ ſe forſitan laturi. Quodque inter iſtos, principio, Spiritum ex Armoniaci, Salis Tartari, Calcis vivæ, (imò aliorum inſuper, indifferenter inibi ſemet habentium additamentorum) mixturâ, per notas paſſim enchiriſes deſtillatum concernit: equidem in penetrantia, ſua perquam præſtans, & nonnullis hinc pro quaſi Tartariſato habitus eſt. Verum; ut Acidæ Armoniaci partis, (Sal Tartari vel Calcem vivam pro more invadentis) intuitu, quædam Volatilitatum (inde ſecedentium) aſſociatio, mediocri conjecturâ concedi poſſet: collectus tamen (& inter ſufficientis humidi defectum Floribus nonnunquam intermixtus) Spiritus, (hactenus Armonicali titulo dicitus,) per iſtud quoque præſuppoſitum nihilominus maximam potiſſimamque partem adhuc Talis, ſeu Vrinoſus ac forſan fulgineus foret. Caput autem mortuum ulteriori experientiæ ſubjicientibus, (ut incidenter hæc perſequamur, ſiquidem è Calcis vivæ commercio fuerit, Tincturam vel Liquorem ſuppeditabit, (Nephritici nonnullibi nunc uſualis imitamento,) haud penitus rejiculum: ſin autem è ſimplici Salis Tartari atque Armoniaci mixturâ ſupererit, & ſpiritus Vitrioli parte perfundetur; promptè hinc deſtillabitur Aperitivus Spiritus, cuivis Armonicali Acido compar: Quando verò dictum caput mortuum rectificato Vini Spiritu ſimpliciter extrahetur, & quod extractum eſt, Spiritu Vitrioli præcipitabitur, elegans ſalinum, (& Sale Antihypochondriaco, quibuſdam è Florum Armoniacalium, à Sale Tartari perfectè ſublimatorum, capite mortuo extracto vix inferius) coagulum prodibit.

Sed ut ad inſtitutum noſtrum redeamus; num quoque vulgatior Calcis vivæ Spiritus (per prævias Alcohol vini abſtractiones & Alcali Tartarei additionem, &c. paratus,) pariter de acceſſorio hoc Sale quidpiam participet; è diverſis conjecturis diſquiri quidem poſſet: & in utramque partem facilè quis allegaverit tùm ipſam Calcis vivæ naturam; & pronum hinc (ut & ab Alcalibus) Volatilitatum quarundam ſucceſſum; quarundam verò totalem quaſi tranſmutationem: tùm porro Spiritum Calcis, etiam abſque Sale Tartari deſtillatum: Odorem ab hujus Spiritu quadantenus diſtantem, &c. Præterea & ex adverſo, conſimilem ferè Salis Tartari cum Silicibus, etiam calcinatis deſtillationem: Liquoris ſub olei Saponis confectione provenientis alcalinam Acrimoniam, corporali Sale volatili (ni quis ex Animali proſapia prodiiſſe dixerit) manifeſto perfuſam: diverſas circa Lapidem tonſorum corroſivum obſervationes; & ſi quæ inſuper, pro & contra, (uti loquuntur) huc proferri queunt. Verùm ejuſcemodi ſententias operoſius perſequi, noſtri nunc non eſt inſtituti: nec ſi vel maxime de Alcali Tartareo quidpiam participaret Spiritus ille (ſi ritè paratur,) præſtantiſſimus; ob acceſſorii tantillum, aut ſolam affinitatem, noſtræ protinus ſortis aut Sylloges genuina pars foret. De cætero comparem, penetrantiorem, & citra tædioſas Incerationes, Tubuli bindi, vel hamulatarum intus (per Retinacula quaſi, phlegmatis aſcenſum impedientia) Serpentinarum applicationes, longè parabiliorem Liquorem nanciſcetur; quiſquis ſaltem Salis (haud dephlegmatum, vel cum Alumine compendioſius deſtillatum) Spiritum antico Calcis vivæ recentis ponderi affundendo, per Alembicum exceperit id, quod (inter conſuetas efferveſcentias, & Acidi cum Terreo copulationes,) ſponte ſed copioſè, urinoſiſſimo ſapore & odore ſtillat. Reſiduo in ſupra notati Liquoris Nephritici, (è Spiritus Salis calceque coagulo communiter educti,) confectionem adhuc dum ſufficientiſſimo.

Porrò, cum Sal Tartari Aceto (tantùm ſimplici, eodem, quo pro Terra foliata conquirenda cum deſtillato ſolet, modo) ſaturatur: (fit autem iſtud utrobique commodiſſimè unica ſufficienti affuſione: & relictum poſt abſtractionem Magma ulterius validiori igni ſubjicitur: Spiritus provenit urinoſam quandam acrimoniam acetoſitati (quaſi Armoniacaliter,) inter mixtam præ ſe ferens: indeq; recenſitis quadantenus quidem affinis: parabilior ſane ſit, atque ſpecioſior præ iſto Liquore, qui ex Aceto deſtillato, (dum Alcali ſimiliter impręgnatur) Spiritui Mellis vel Guajacino primo ſimilis, tandem

autem apertè acetoſus redit; (& aliquibus ad inſpiſſatorum quorundam Succorum Marinorumque ſolubiliorum extractiones adhibetur: ) aut qui longè carius ex ipſa Terra foliata ( dum ultimæ Vulcani vehementiæ pro ſublimatione, de ſubito ſic nequicquam quæſitâ, ſubjicitur,) non ſine diſperditione polychreſtri medicamenti, acidulo ſapore ſtillat. Eo porrò, qui ex Eſſentiali Sale Tartari, cum Bolo ſubacto, nonnullis (Arcani Tartari nomine) propellitur, haud adeo hoc quidem in genere poſterior. Quod tamen proinde, cum ſociis hiſce ſuis, congeneribuſque (quamvis aliàs in uſu medico vel chymico haud inefficacibus) ad expetitam Volatiſitatis noſtræ Syllogen propriè referri nequeat, vel acetoſarum particularum aſſociatione (etiam qualicunque) liquet. Ideoque & ſingulariorem iſtum, qui è ſæpedicto Eſſentiali Sale poſt plurimas Spiritus Vini abſtractiones quaſi Tartareo velamento tandem prodit, iſti confidentius accenſere adhucdum diſtulimus. De cætero, quemadmodum Terræ foliatæ deliquium aut dilutum, tum per ſe, tum in aliarum (ſymbolizantium nec contenti ſui nimiam præcipitationem hinc patientium) Tincturarum conſortio perquam eſt efficax: ita nec ſupra notati Magmatis (Sal enim ſiccum ſic non provenit,) dilutum, inter ejuſcemodi aperientes & detergentes Liquores adeo deſes invenitur. Ceu aliàs Acetum ſimplex (in ſe nitroſæ potius, quàm Vitriolicæ vulgò naturæ,) in compluribus operationibus (v. g. Plumoſorum Magiſteriorum confectionibus, Mineralium Metallicorumque nonnullorum extractionibus, &c.) tædiosè Deſtillati locum ſufficienter complet: niſi compendioſius & in copia (per Veſicam cum Vitreo alembico, grandiorique Recipiente) deſtillatum, certis de cauſis impendere placeat.

De Spiritu, qui ſub Tartari Vitriolati communis præparatione per mediocrem (non verò violentam ultimamque, Vitriolicum poſtliminio reddentem) abſtractionem poteſt colligi, & aliquibus haud penitus rejiculus habetur; cum in Volatilitate illa, quæ hîc quidem requiritur, ſit leviuſculus, non eſt, cur in præſentiarum multa dicamus. Sic dum uſualis Salis Tartarei vice, iſtud quod Aceto deſtillato ſaturatum eſt, aut ipſa Terra foliata (aquæ ſ. aliquantillo diluta) recipitur, ſanè penetrantiſſimus, ſed ſimul (deſtructo per Spiritum Vitrioli priori coagulo) acetoſiſſimus adeoque à noſtra tunc intentione ſimiliter alienus hinc Liquor, ſub debita moderataque abſtractione prodit; relicto (ni validiore igne deſtruatur,) Tartaro quodam Vitriolato, in deſtinationibus ſuis haud adeo inepto. Verum adhuc ſpecioſior colligetur, ſi (quò obiter talia perſequamur,) Tartariſatus Tartarus, loco Salis Tartari, Spiritu vitrioli eodem modo impprægnetur. Gratuitus autem, & quaſi aliud agendo, in copiâ dummodo complures iſti (vulgò paſſim effuſi) Liquores qui poſt Vitriolicarum Solutionum per Alcalia, (& vice verſa) peractas præcipitationes, abundanter reſtant, (nec in rei veritate vomitoria vi, quod tamen è ſulphureis Antimonii Solutionibus verendum hîc non eſt, infecti deprehenduntur,) debitæ exhalationi ſecuriſſimoque coagulo exponerentur. Quod etiam circa Acetoſarum extractionum, (per Sal Tartari ac verſa vice præcipitatarum) ſupernatantem humiditatem parili compendio, (pro gratis acquirendo Terræ foliatæ fundamento,) obſervari poterit. Sed hæc pro remiſſiorum alienorumque modorum luſtro vel recenſione (feliciorum nihilominus experientiæ, forſan inter enchiriſis aliarumve circumſtantiarum variationes oppido relictâ,) hactenus ſufficiant.

Conſequens nunc eſt, ut ſimiliter, (ſecundum obſervationes noſtras) Saturatiores, magiſque Conſentaneos, Genuiniſve propinquiores deinceps videamus. Quod itaque ab initio iſtum cum Silicibus congeneribuſque (abundantioris tamen humiditatis Alabaſtrum nondum tentavimus,) attinet: ſuccedit negotium; ſi cum Alcali Tartarei quadruplo per Retortam, (cum Operculatum illud vas ejuſcemodi penetrantiores ſucceſſive Ingeſtorum ſpiritus, inter quaſcunque cautelas admodum diſperdat,) debito ignis regimine, (ne protractiori labore Sal perfluat) ritè deſtilletur. Et urinoſa volatilitas Siliceæ (nobis neutiquam hîc ſuſpectæ vel deſtinationibus iſtius adverſanti) aquoſitati intermixta ſemet ſat prodit; quin imo nonnunquam ſalini coaguli quidpiam ſeorſim apparet. Ne vero quis Alcali Tartareo nitroſum ad ejuſmodi operationem recipiat, ſupra jam monuimus. Quod autem reſiduam (magnæ uperioribus annis commendationis) Maſſam concernit, equidem (præter alia Mechanica) Tincturam (pro aſſumtorum tamen Silicum naturâ) ſuppeditat aliquanto ſpecioſiorem Vulgari ſive ſimplici Tinctura Tartari; utpote quæ aliàs ab Oleo deliquato, vel potiùs à ſubſidente ſaturatiſſimoque Phlegmate, (dum Alcali in ardenti Spiritu diſſolvitur,) parum differt. Utramlibet tamen in pleriſque intentionibus æquat aut ſuperat, haud inelegans Tartari Tartariſati liquor, per ſimplicem iſtius Coaguli in duplo Spiritûs Vini diſſolutionem, & lentam ſecedentis (à phlegmatica ſui parte) Spiritûs divaporationem promptè conficiendus. Sic nec Magiſterium è communi Silicum Liquore tanti in medendo deprehenditur: ſive per Aquæ ſimplicis copiam, (leviſſimum tunc;) ſive per Spiritum Vitrioli (ſpecioſo Tartaro Vitriolato poſt filtraturam inde ſimul proveniente) præcipitetur. Sed hæc in tranſitu.

Porrò verò prægnantior adhuc eſt huc uſque recenſito qui ad normam ſingularis iſtius Salificationis ſubtiliorum Oleorum inſtituitur modus. In dubium quidem aliquando tractus; quaſi (cum mixtura ſaponiformis hinc oriatur,) etiam nil ultra oleum ſaponacio compar ſit ſuppeditaturus; aut ſaltem ſub occultiori Digeſtione, (ceu Singularis alicubi à recentiori talium Autore vocatur;) ſepultus lateat. Sed enim labor hic, uti jam olim à ſolertiſſimis Viris ex parte propoſitus eſt, ita ad literam quoque in noſtro hoc Subjecto feliciter procedit: ſique ſimpliciſſimè ſolum Olei Tartari nigri pars una, cum Salis Tartari (præſertim prædiſpoſiti, vel è Vini fæcibus extracti) duabus partibus ritè mixta, & craſſamentum hoc (ſaltem in Retortula ſua) lentè per menſes aliquot, aut ſupra fornacem hyemali tempore, continuo, & patienter digeſtum fuerit, inſtituta poſtmodum (per arenam quoque, ſi minor extiterit quantitas) deſtillatione, Sal volatile urinoſiſſimum ſat copiosè prodit, recipientis lateribus, cornutæque collo undique adhærens, & congeneri tandem Spiritui (unà cum penetrantiſſimi ac quaſi ſaponarii Olei aliquota parte aſcendenti,) nonnunquam ad dimidium uſque illiqueſcens. Cujus autem parentis nunc ſit progenies; & num aliquæ olei Tartarei particulæ per tranſ-

transformationem quandam, ( quod frequens Autoris de Oleorum in Sal volatile Mutatione vel Abitu phraſis nonnemini ſonare poſſet,) revera hìc obriguiſſe quaſi credi queant: an verò ſalinæ Volatilitates, ( ſub primam iſtius deſtillationem arreptæ vel abſorbtæ, )per Alcali propellentis acceſſum, à Sulphureis denuo ſic liberatæ ſolùm fuerint: aut demum ex ipſo Sale fixo ( per volatilis ſubſtantiæ aſſociationem, obſcuriorive adhuc ratione, in ejuſmodi mixtura digeſtioneque ſollicitato vel diſpoſito) ſurrexerit illud, quod in notabili quantitate, relictaque ſimul, [dum è capite mortuo reſiduum Alcali elixiviatur,] carboniformi, ſeu pinguedinum combuſtarum ſimili cruſti prodit: ( quamvis ſit præter inſtitutum noſtrum, ) dijudicatu tamen haud adeò forſan erit difficile: præſertim ſi quis Volatilitatis iſthoc modo collectæ odorem, ſaporem & effectum, cum aliis proceſſibus, [Olei Tartari ad Alcali volatiliſationem ſenſibiliter nil accipientibus,] penitus eundem; præterea olei ſimul extillantis acumen, [præſuppoſitarum ſalinarum particularum quaſi concentrationem ſat prodens:] item Liquoris ſub Saponis [tanquam coaguli noſtri Imitamenti cujuſdam, vel ſuperficiariæ ingredientium coagmentationis] deſtillatione provenientis ſalſedinem; [ſi per ſupradictam limitationem, inter conſimiles obſervationes libet,] eadem opera perpenderit. Sed hæc de ſingulari hoc, & delectui noſtro [donec alius Salis, non Olei Spiritus reveletur,] in tantum genuino, ac perquam ſaturato, tædioſiori tamen proceſſu ſufficiant.

Sequitur tertius, ( ſed æque ferè laborioſus, genuinus interea,) qui in plerisque ea de re Libellis, per Spiritus Vini (imo Frumentacei quoque,) verum utrinque prius alcoliſati, aut (per ante notatam ſimplicem Salis fixi diſſolutionem) Tartariſati abſtractionem vulgò præcipitur. Aſcendit poſt Spiritus, aliquoties hinc repetitas lentaſque deſtillationes, (intenſiori poſtmodum igne) Liquor urinoſiſſimus, congeneri Sali plerumque, ( ni parciora cohobia, ignis remiſſior, aut vaſorum difformitas impediant,) ſociatus; at ſimul perquam parcus: ut compendioſiorum modorum intuitu vix compenſare videatur toties repetendos, ( ut totum generali voce complectamur,) labores. Num enim revera ſic inſeretur Alcali; ſive de ſalinis Spiritus ardentis particulis adhæreat ipſi quidpiam, poſtliminio denuo ſublimandum: an verò diſponatur ſaltem ad faciliorem ſubtiliorum ( & vellicationibus iſtis quaſi ſollicitatarum, liberatarū, aut qualicunque tandem ratione modificatarum) partium aſcenſum: aut penitus demum alternatione quadam, inter Cohobia, Volatile fiat fixum, fixum autem eadem opera Volatile: adeoque cujus tandem ſit iſthæc volatilitas, haud adeo difficulter forſitan determinabit, qui conferet invicem (altera quidem parte,) manifeſtum & largum (ſubadſtringentis) Phlegmatis, poſt ſingulas abſtractiones proventum; (à ſubtracto vel planè quaſi ſubterinverſo Spiritus ardentis interiori Sale proficiſci nuper quoque traditum:) ſecretiora inſuper iſtud deſtruendi vel ſeparandi præſuppoſita: Salis porrò ſic ſaturati pondus ut plurimum aliquantillo auctius &c. Ab altera verò Parte Plegmatis illius forte ſimplicem tantum ( inter ſalinas ſulphureaſque Spiritus particulas) Intermixtionem; atque ſucceſſivam hinc ( adeoque ſenſim proinde decreſcentem) Secretionem: ( æquè ac expreſſa ſtillatitiaque Olea aquoſitatis plurimum nihilominus occultaſſe per deſtillationes rectificationeſve ſuas deprehenduntur.) Manifeſtarium præterea concentratiſſimi hac ratione Spiritus ( ſimul profluentis) Acumen ſalinum; non ſolum ſolubiliora quædam ſuperficie tenus adoriens, verum etiam (ſpontaneam ſolummodo Tincturam hic indui ſe dicentibus) nonnulla ſimultanea dimiſſione præcipitans; imò corporale Sal per inſtillatum ſupranotato modo Vitrioli Spiritum, inter leviculam forte exceptiunculam demonſtrans. Item conſuetam Volatilium (pure ſalſorum) ab Alcalibus genuinis (in liquida & ſicca forma) plerumque ſic ſecedentium Rectificationem: Salis Tartari verò pondus ( poſt ejuſmodi incerationes) paulò auctius, æquè forſitan ab aquearum quarundam particularum (eo caloris gradu minus perfectè, pro priſtinæ ſiccitatis recuperatione ſeparabilium,) Adhærentia profectum: ( ne adſertam ab aliquibus iſtarum Fixationem, dum aqua deſtillata ab Alcalibus compluries abſtracta fuerit, allegemus.) Et ſi quæ inſuper pro cujuſlibet opinionis defenſione vel ſingularum conciliatione produci (è vulgatioribus quoque obſervationibus,) poterunt. Nos practica noſtra ſecundum inſtitutum perſequamur.

Atque hinc, quod denuo nunc quibuſdam ſecretò commendatum Proceſſum concernit: qui ſc. per Spiritus Tartari digeſtiones aut cohobia ſuper Alcali perfici docetur: ſuccedit ſimiliter negotium; & quemadmodum ſupradictus Fæcum Vini ſiccatarum Spiritus, inter repetitas à Sale Tartari abſtractiones, copioſum ( ceu intimè & abundanter ipſi aliàs permixtum eſt) Sal volatile quærentibus ſic offert: ita ſi bonus acriſque ille, (non autem acidus vulgò venalis) Tartari Spiritus, ritè dephlegmatus, Alcali proprio partè per vices affundatur, & (poſt debitam lentamque digeſtionem ) deſtillando vel etiam cohobando hinc repetatur; urinoſam volatilitatem ſibi (pariter, at longe ſenſibiliùs, quam in Tartari Tartariſati, aut ipſius crudi Tartari, ſuper proprium Sal rectificato Spiritu fit) complicatam, imo nonnunquam ſeorſim hinc inde coagulatam, diverſimoda tamen proportione ſecum evehit. Sed enim, dum in paulo facilioribus modis eundem nihilominus effectum invenimus; tædioſè prius conquirendum, atque aliis ſat polychreſtum Tartari Spiritum ( ſive ſolitarium, ſive Ardenti, aliiſvè congeneribus ſociatum,) ejuſcemodi laboribus vel experimentis denuò vix impendemus.

Tandem verò, & pro recenſionis noſtræ complemento; cum deliquatum Tartari oleum Aluminis ſolutioni vel vice verſa ( v. g. pro exploranda Magiſteriorum Vegetabilium, Metallicorumque, ſic nonnullis præparatorum, ſimplicitate,) inſtillatur; poſt albiſſimam Terram ita præcipitatam, urinoſiſſimus perdiu ſentitur odor; æquè ac dum ipſum Alumen, vel deſtillati hinc Spiritûs caput mortuum pulveriſatum cum Alcali Tartareo triturando miſcetur. Siquehujus obſervationis ductu, dicti Alcali & Aluminis crudi ana per Retortam ( etiam in Arena) deſtillatur; atque Spiritus volatilis copioſus: penetrantiſſimus; & paulò ante recenſitis ( ut ovum ovo) in odore, ſapore, viribuſque ſimilis exit. Suſpicionem de Exoterico probè novimus; & eſt aliquid. Urinoſitas ad Aluminis ſequeſtrationem inter Metallurgorum requiſita nonnullibi accedens

cedens: præterea ſalinarum ejus particularum facilitas, quâ ſolitariæ quidem, relictâ terreſtreitate, notabiliter per Retortam (dato ſibi ſaltē per vices vehiculo aqueo) aſcendunt: item, (quod affinitatis & ulterioris inquiſitionis cauſa hic ſuperaddimus,) Spiritus, è crudo quoque Tartaro cum ana Aluminis crudi, per arenam, nullo quaſi negotio deſtillabilis, pariter penetrantiſſimus, copioſiſſimo Volatili Sale ſimul proruenti intermixtus; cuivis ex Alcali Tartareo prolecto, in ſenſibilibus effectuque compar, ſuprapoſito è ſiccis Vini fæcibus acceptior, &c. Verum, ut hæc pro aliena vel mixta natura demonſtrandâ, cum veriſimilitudine quadam haud inconvenienter allegentur: amplius tamen (in ulteriorem horum inquiſitionem, cum uſto quoque; vel ad extremū deſtillati Capite mortuo (etiam recentiſſimo) ſimiliter labor iſte procedit; ſique alterutrum cum Salis Tartari anatico pondere eidem ignis generi ſubjicitur; eadem Volatilitas tum liquida, tum imprimis (ob vehiculi diluitioni hîc ſufficientis defectum, ſalina conſiſtentiâ, quantitate haud exigua, de cætero (quia forſan per uſtionem aut deſtillationem præviam, ab Alumine Sulphureum iſtud, Salis volatilis particulas diverſimodè aliàs alterans, majori pro parte ſecretum eſt) odore minus gravi colligitur. Uſque adeò, ut qui inſuper ejuſmodi Producti Proportionem; Vires porrò (quoad ſpeciales deſtinationes) ſimplicem Urinæ, Salis Armoniaci, Fuliginis, Cervinumque Spiritum excedentes, volatili verò Salis Tartari Spiritui penitus conformes, item in reſiduo capite mortuo Aluminoſitatem cum adjecto Alcali apertè fixatam, ſive in tertium quid (planè inſtar Arcani Duplicati) coagulatam; pariles denique Volatilitatum per conſimilia additamenta modoſque evehendarum rationes, &c. paulò penitiùs conſideraverit; forſan haud adeo culpabili conjecturâ, niſi purè vel admodum Tartareum, Tartareis ſaltem longè proximiorem, luſtratis ſanè ab initio Proceſſibus (in iſthoc genere) oppido ſpecioſiorem (uti faciliorem,) exiſtimare poſſet. Nec caput mortuum (poſt extremam Aluminis deſtillationem,) ſolum apparenter inſipidum, intra paucos verò dies (vel ex aëre attractâ humiditate priſtinam adſtrictionem denuo induens,) aliave in contrarium allegenda ſibimet eouſque obſtare ſineret; quominus parabilem hanc volatilitatem (ad minimum operoſiſſimorum purè Tartareorum loco adhiberet. Sed tamen per nos cuivis integer ſit delectus, uti profectò poſtremorum omnium inter ſe, & cum noſtro hoc Aluminis crudi vel uſti inverventu comparato, imò ex ipſo Tartaro cum Alumine deſtillato Spiritu, idem in rei veritate eſt effectus: præſertim ſi dilutiores (v. g. cum Silicibus aut ſæpedicto Alumine crudo confecti) Liquores, prius per Rectificationem, ejuſcemodi purè ſalſis Volatilitatibus debitam, (cum modico ſ. Spiritus Vini ſuper Alcali priorem præſtantioremque partem denuo abſtrahendo,) quaſi concentrentur. Quemadmodum & reliqui ſale proprio, (ſi quod in prima deſtillatione vel inſtitutâ poſtmodum, ad minuendam odoris gravitatem, Rectificatione, ſimul evectum eſt) convenientiſſimè per circumſpectam diſſolutionem ſaturantur, vel (ut communiter loquuntur artifices) Eſſentificantur. Cujus intuitu ſupra jam, ſub æquipollentia quaſi quadam, Sal atque Spiritum in recenſionibus noſtris conjunximus. Figere verò talia per inſtillatum v. g. Salis Vitriolive Spiritum, (donec ebullitio ceſſet filtratumque Liquorem ad Salis conſiſtentiam, (ſimpliciter vel affectata quadam quaſi cryſtalliſatione exhalare: item, iſtiuſmodi (Armoniaco ſimile) Coagulum per ſuperadditum Alcali Tartareum denuo diſſolvere, ſeu Volatile hinc (eo, qui in Viperino quorundam Sale, vel Florum aut Spiritûs Armoniaci præparatione obſervatur, more) ſequeſtrare; curioſitatis in ſuo genere nec injucundæ, nec contemnendæ, nec tamen protinus hinc artificium (ceu cuidam placuit) verè Alcaheſtinum eſt.

Quod autem Vires & uſum volatilitatis noſtræ attinet, tædioſè talia non repetemus: cum ab aliis diffuſa commendatione tradantur; nos autem data opera brevitati ſtudeamus: nec (quoad Chymicam quidem adaptationem,) animum ullatenus nunc induxerimus, hanc noſtram (etſi genuinam) Volatilitatem ſimpliciter, & confidentia forte majori (ſiquidē noviſſimis quibuſdam attributis ad literam alicubi ſatisfaciendum foret,) pro Alcaheſtino quodam vicario venditare, ac Locorum eò pertinentium explicationem perſequi hinc velle: præſentaneâ ejus in Medendo efficacia, dum per ſe quoque datur, impræſentiarum & pro inſtituti noſtri ratione ſatis contenti. Hoc tamen vel ulterioris curioſorum inquiſitionis gratia, è noſtris, (aliàs ejuſcemodi Diſquiſitionibus hic nondum deſtinatis) obſervationibus quaſi indice notando ſuperaddimus: quod abſoluta illa Authoris, (de Lunæ Mercurii, Unicornu, Oculorum Cancri, Solutionibus,) aſſertio proculdubio nihilominus cum ſalis quaſi grano, (etiam ſub ſecretioris Tartareitatis acceſſu,) intelligenda videatur: ſique parili modo ſeu traditus quiſpiam, ſeu fortè ſpecioſior (ex Eſſentiali Sale,) aliiſve modis exiens Spiritus adhibeatur: delectu tamen aut præparatione Solvendorum prævia (pro cujuſlibet ſc. natura, proclivitate, aut renitentia) adhuc opus ſit. Atque hinc in ſpecie quidem, noſtræ nunc tractationis Volatilitas. Oſtracoderma, Marinaque (ſolubiliora) cruda oppidò adoritur; & inter ebulliendum abſorpti quidpiam, (ceu vel inſtillati, nec tamē ſolutum denuo è talibus arripiētes Liquores teſtantur,) retinet, reliquum notabiliori copia, eadem opera præcipitat: planè nitroſi Cliſſi inſtar. Super Magiſteria eorum ut plurimum ferè coloratur magis, quam evidenter ſaturatur. Metallicorum verò, præſertim perfectiorum & utrobique debito prius Menſtruo diſpoſitorum particulas promptius abſorbet: magiſque adhuc Mineralium (v. g. Antimonii aliaque nonnullorum puriora) Sulphura, &c. Uti Solutionum & Exaltationum Analogia, (ad urinoſorum Spirituum recentiores genuinaſque adaptiones inſtituta) cuivis (leviter inibi verſato) haud difficulter oſtendet. Et cum etiam in Febrilibus, aliiſque affectibus, per ſe quoque ſat ſit efficax; nec ſolutorum iſtorum ſubſtantia aut ſulphureitate admodum aut deſtructione ſic alteretur: equidem hinc per Acceſſoria competentia, (præſertim ſi contractioris doſis efficacæque fuerint,) eo magis ſemet exerere deprehendetur. Reliquum peculiarior fortè quiſpiam Salis Tartari Spiritus; aut ſingularis inde, ſed exotericis intemerata Aciditas, (ex condicto Diſſoluta per intimiores digeſtiones deferens, nec inter invertentiā occurſum deferēs,) expectantibus varieque inquirentibus expediet. Nos ad inſtitutum noſtrum: & ſolitarium ſpecialemque

lemque hujus in medendo uſum revertamur. Non quod diſtincta pertractatione totum recenſere, vel in certas Digeſtiones uſque per chilifera Sanguiferaque Vaſa, (ſat aliàs penetrantem) comitari ſedeat. Sed tantùm ut (in exemplum,) manifeſta ejus aperiendi, detergendi, reſolvendi, adeoque Diuretica Diaphoreticaque vis generalis, uni alterive graviorum Affectuum (inter quæſitam brevitatem, & ſollicitantium vel cooperantium acceſſum,) ſeorſim accommodetur.

Quantum in Hipochondriacorum noſtrorum Arthritide vagâ pareſique ſolitarius, aut alternis vicibus Cinnabari (præſertim nativa, aliàs nervoſorum hyſtericorumque dolorum inſigni levatorio,) largiter interpoſitâ præſtet; obſervatio inter continuationem (pro doſi, v. g. 20. 30. guttas propinando,) facile docebit. Etiam citra Purgantia; plerumque opis parum, at nova ſæpe ſymptomata afferentia: citra Balnea, inſeſſus aut fomenta, & citra reliquorum vulgatiorum Topicorum pleraque, Concturas ut plurimum citius, quàm languentium membrorum vigorem ſuſcitantia: præprimis citra illitiones illas pinguedinum, oleorumque hinc vel aliunde diverſiformiter, compendioſiſſimè alias ex Adipe, Cerâ, Sapone, &c. ſequenti ratione paratorum: ſi ſc. ſuper eorum ſ. q. cineres uſque ad ipſum Retortæ collum largiter ingerantur; ita unicâ vice Clariſſima rectiſſimaque per arenam exeunt. Sed hoc incidenter.

In Hydrope Anaſarca & (Catharcticis alias rarius auſcultante) Aſcite, ſimiliter ſucceſſu perquâ felici datur; præſertim Urinis (ſua de cauſa) aquoſioribus: egregieque tum pariter ſe gerit Arcanum illud duplicatum; etiam compendioſiori ratione parabile; Metallicam ſubſtantiâ è diſſoluto Vitriolo per Nitrum verè fixum atque lixivioſum, (ceu per accidens interdum obtingit,) totaliter præcipitando, & poſt filtrationem Sal per exhalationem collectum fundendo.

Quemadmodum cùm Rubicundiores fuerint, inter alia haud parum adjumenti confert Antimonium Martiale Cacheticum: ex ana Antimonii & Limaturæ Martis, ſaltem in ſcorias liquato & cum triplo Nitri poſtmodum detonato confectum: Nitri ſingularem fixationem (cum elutriatus pulvis primitivo longè gravior ſit) haud obſcurè oſtendens.

In reliquis quoque Hypochondriorum affectibus, & eorum affeclis vel productis, (reſolventia, deobſtruentia atque invertentia requirentibus,) neutiquam deſes eſt hæc noſtra Volatilitas: & quod nonnullorum Tincturæ atque Spiritus, (ſive difformiter per Mineralium ſulphureorum, Tartari, Nitri, &c. detonationem; ſive congenerum Volatilium more, è certis Alcalium, Armoniaci, Tartari, Calcis vivæ, Cornu cervi, Antimonii, &c. Mixturis quaſi ſecreto deſtillati) interdum ad hyperbolem uſque promittunt; ſufficienter, & (ſano ſenſu) vel uſque ad Arthritidem (è ſentina iſta proficiſcentem,) præſtant: ſi pro morborum, ac circumſtantiarum ratione cum judicio, ac præmiſſis vel interpoſitis (ſicubi hic nonnunquam opus,) Evacuantibus, (Emeticis ſcil. correctioribus, Laxativis, Tartareis vel Aloëticis, Antimoniatorum acciſis vel tertiatis doſibus, &c. (aut Martialibus aliisve Roborantibus exhibeatur.

Atque quo dictorum quædam, nobis uſitatiora, aliquoties de iſtis hinc inde rogati,) data ſic occaſione annectamur: inter alia Emeticum præſtantiſſimum & ſecuriſſimum habetur; ſi (Tartari Emetici Abſinthiaci M. imitatione) ſaltem Croci Metallorum, ſive Hepatis Antimonii vulgaris (& edulcati) Acidique Tartari ana, in duodecuplo Aquæ ſ. ferventis infundatur, & poſtquam per triduum ſuper fornacem ſteterit, mediocriter ad Tartari diſſolutionem ebulliat; liquor calidiſſimè filtretur & ad dimidium evaporatus per diem reponatur. Cryſtalli hinc elegantiſſimi Noſtris ad granum unum, duo, tria; alibi (ceu pro Diſtrictuum conditione purgantium doſes oppido variant,) ad quatuor vel etiam quinque dati, ſufficienter, quod ſummum eſt, expediunt: Mercurio Vitæ per Salis trituram, aut Acidorum abſtractionem correcto, longè ſecuriores; & præ Eodem per Nitrum aliquanto fixatiori, præque Tincturâ Antimonii Tartariſatâ, certioris in ſingulas dóſes determinationis.

Tartarea abſtergentia, (ſolitaria & diverſimodè acuata) aliunde nota ſunt; & horum quædam etiam ſupra attigimus. Quod autem Sal Tartari Eſſentiale Specifici Purgantis,) oppido diverſâ, & ad Sal Tartari volatile ferè accedente ratione comparandi) titulo alicubi proponitur; de detergente Saponariaque vi ſaltem utrobique intelligendum eſt.

Inter Aloëtica laxativa, uti Liquor hinc cum aliquota Nitri fixi, imò etiam Rhabarbari, ſi libet, parte (notabili amaritiei remiſſione) paratus, haud inefficax habetur: ita ſpecioſiores adhuc Pilulæ, forma illa numeroque minutiori ſemet commendantes, poſtquam hactenus diverſo, ſed utplurimum ſuppreſſo, (cuivis forte ſua de cauſa,) compoſitionis modo hinc inde diſpenſatæ fuerunt, curioſiores in ſui perveſtigationem, aut imitamentum ſaltem quoddam præcipuè traxêre. Atque hinc alii quidem modò Aloën crudam vel Roſatam violatam, aut aquoſo vel ardenti menſtruo ſimpliciter negotioſiuſve Extractam; modo Aloëphanginas quaſvis Tartareas, Ammoniacales, Marocoſtinas conſimileſque recenſiorum Pilulas Diagridio, Reſina Scammonii vel Ialapii, vel Trochiſcis Alhandal aut Colocynthidis Extracto aliquantum acuerunt: Alii novas Maſſas (adjecto Ammoniaco, Myrrha, croco, Tartaro, Sulphure, imo Marte quoque, item Abſinthii Carduique benedicti Extracto atque Sale, cum vel ſine Rhabarbaro, Agarico &c.) cōpoſuerunt; autjam pridē Uſuales; imò ipſas Peſtilentiales (paulò ſaltem auctiori Aloës pondere,) etiam Mithridatio nunc, Eſſentiisve amaricantium vegetabilium ſubactas denuo (variato nonnunquam nomine) diſpenſarunt: Alii verò, cum Aloen quaſi puram putam, citra draſticorum ſtimulum, exiguo ſic pondere, eodem nihilominus effectu nonnullibi propinari perciperent; ſecretiſſimum ſeu Menſtruum ſeu præparandi modum præſuppoſuerunt. Cæterum, ut acuatas illas, ſub diverſo Locorum Authorumve nomine, (modo brevi ante, modo poſt cœnam hactenus, & impune quidem) datas, durioribus forſan Ileis, ſuoque interim in precio relinquamus: circa ultimum vero, (tanquam Hypochondriacis, &c. præſertim tenerioribus, cereviſiæ adſuetis, &c. longè convenientius, meritoque commendabile) genus hæſitantibus, per obſervationes & varia experimenta noſtra, rem paulo faciamus planiorem: principio certum eſt, quod ſelectioris (ceu omninò requiritur,) Aloës Epaticæ vel Socoterinæ pars gummea, ſeu aquoſo

Menſtruo reſolubilis, ad alvum iſthoc modo ſollicitandam, præ reſinoſa parte, vel Extracto cum Vini Spiritu præparato, longè aptior; ac Teneſmi hæmorrhoidalis reſpectu cæteris paribus pene ſecurior ſit: quodque officium hoc ſuum etiam ſub minima quantitate præſtet: uti aliàs Succus ille ſingulari vi ſtimulante pollet, eaque in noſtrorum quoque hortorum planta extus deprehenditur. Quod porrò Acceſſoriorum pro cujusvis opinione potius quàm intimiori neceſſitate, ſub Corrigentium Dirigentiumve titulo varieformiter additorum) pleraque ſupervacanea ſunt; & molem ſaltem (in ejuſcemodi quidem deſtinatione) augeant: quemadmodum & Purgantium, mediocrium, v. g. Rhabarbari, Agarici, Mechoacannæ, &c. Extracta, in ampla debitaque doſis ſatis aliàs languida, ſub grani parte profectò nil aut perparum huc conferentia.) Proinde qui ſecundum ejuſcemodi præſuppoſita paulò penitius penſitabit, quantum gummeæ iſtius Aloëticæ partis uſualibus Pilulis, ab Aloëphanginis uſque ad recentiſſimas laxativas compoſitiones inſit; haud ampliùs forſitan demirabitur, ejus ſolùm grana quædam ab additamentorum nimiâ mole, reſinoſitateque propriâ liberâ, pari cum effectu, adſuetis fluidioribuſque dari; Sique hinc ſupradictum Extractum, diligenter & vel ſimpliciſſimè, vel adjecti ſimul, (inter extrahendum) Scillæ vel Ari non præparati, ſimiliumve (citra notabilioris molis accrementum) ſtimulantium particulâ confectum, cum Elixirii Proprietatis (haud adeo acidi,) Eſſentiæve Abſinthii liquidæ parum alcaliſatæ, tanquam conſimilis deterſorii,) tantillo poſtmodum ſubegerit, maſſam nanciſcetur, cujus (pro conſtitutionis, &c. ratione,) granum unum, (tenerrimis interdum etiam dimidium,) duo, vel nonnunquam tria in exiguas, adeoque reſolutu ſic faciliores pilulas (v. g. quatuor præterpropter ex uno grano,) formata paulo ante vel nonnullis quoque poſt cœnam ſumpta, ſequenti die alvum ſalubriter laxando expediunt.

Circa acciſas Antimoniatorum Emeticorum doſes ſimiliter aliàs certum eſt; quod licet v. g. Oxiſaccharū (ſimpliciſſimè, citra aliorum vegetabilium acceſſum, è vulgari Metallorum Croco cum Aceto ſimplici paratum,) aliaque hujus generis (Antimonio tantùm medicata, ideoque ſuo modo hinc mitiora) Vomitoria effectum, ob juſto parciorem doſin, haud ſortiantur; nihilominus tamen ſubtractoria quadam, quamvis minus perceptibili, levi ſaltem nonnunquam nauſeæ complicata, actione ſæpenumero plures Hypochondriorum alioſve affectus admodum levârint. Et quod fortuitarum ejuſmodi obſervationum ductu, porro datâ operâ non ſine fructu certis in circumſtantiis exhiberi queant. Æquè ac ſub pari procul dubio operandi modo Sulphura Antimonii & ejus generis Panaceas, ipſaſque Tincturas, (hunc in finem profectò optimas, ſi è non nimis fixis, verum mediæ quaſi naturæ præparatis, & vel Aceto ſ. è communi Metallorum croco, &c. ſeparatæ fuerint) feliciter, modo cum judicio, dari vel continuari cernimus.

Inter Martialia, quemadmodum ubi adſtrictiora vis magis requiritur, ſingulariter præ aliis confert Tinctura cum Spiritu Æruginis ſimplici aut Sulphurato extracta; vel etiam Florum è coagulatâ Martis (in Spiritu Salis) ſolutione ritè ſublimatorum, aut ipſorum quoque Salis Armoniaci Florū Martialium nigrorum ultimorum (per deliquium diſſolutorum) Liquor; inſtillata ſ. q. Liquoris Terræ foliatæ (cùm per ſe adſtringentiſſimus ſit) infractus & exaltatus; &c. Ita dum aperire magis eſt in animo; forſan efficacior [reliquarum tantùm non omnium promiſſa expertis] vix invenitur, præ Tincturâ Tartariſata; non quidem de ſide iſta, per ſimplicem ferri Tartarique coctionem confecta; ſed elegantius è Vitrioli Martis factitij Tartarique depurati anatico pondere, ſextuplo aquæ ſ. ad mellis conſiſtentiam cocto, & hinc in ſextuplo vel octuplo Spiritus Vini (totaliter ferè) diſſoluto; per mediocrem exhalationem) præparata. Liquor enim relinquitur, qui vel ſine quodam alio remedio Icterum noſtratium perfectè curat, cachexias corrigit, Spleneticos affectus inſigniter mitigat, &c. Sed hæc in tranſitu.

Redeamus ad Spiritum noſtrum Volatilem; qui porrò tum per ſe ac ſolitariè præſtans exhibet Diaphoreticum; tum aliis quoque hujus generis Spiritibus v. g. Armoniacali urinoſo, Cornu Cervi ſale proprio poſt debitam rectificationem ſaturato &c. Eſſentiæ Camphoræ vulgari, aut (diſſoluto ejus ſubtriplo in Spiritu Vini Tartariſato) ſaturatiori, aliiſque competentibus nec ejus naturæ adeo adverſantibus Diaphoreticis Alexipharmaciſque Tincturis, Eſſentiis, ipſive Mixturæ ſimplici, aut (frequentiori nunc, in compoſitionis tamen & effectus fundamento parum hinc diſtanti) Tincturæ Bezoarticæ haud inconvenienter eodem fine aſſociari poterit. Atque hujus generis Volatiles eſſentificatique Liquores, &c. [ut incidenter tactos breviter adhuc perſequamur,] pro Diaphoriſi [ſed circumſpectè & cum delectu, præprimis ſi valde Camphorati fuerint,] dati, in pleriſque Malignis [adjunctis interea vel interpoſitis, pro circumſtantiarum ratione, Abſorbentibus temperatis, Invertentibus, Anodynis, &c.] equidem plus præſtant, quàm nominatiſſimum illud Bezoarticum minerale, ſive ſimplex; [aliàs longè compendioſius è Mercurio Vitæ, vel crudiori quoque Sulphure Aurato, per ſimplicem ſolum ſextupli Spiritus Nitri abſtractionem conficiendum:] ſive ſpecioſius adhuc Solare, [propter Auri in doſin tantillum; aliquibus Antimoniali Cinnabari forſan ſimiliter tinctum:] aut Ioviale quodlibet; cum affini ſuo, [ſed nec certo ſemper nec propriè dicto] Antihectico; ac Maximo illo [miſſis ambagibus, ſaltem per unicam primò deſtillationem, & filtrati poſtmodum Liquoris adjectique Nitri fortem abſtractionem, æque feliciter præparando] Sudorifero: ſique alia hujus cenſus fixiora ſunt, communiter commendatiſſima, ſudoremque largiter quidem moventia; intenſioris autem Malignitatis ſeminaria & conſectaria, v. g. Anxietatem præcordialem, deliquia, dolores vagos &c. rarius ſic evidenter compeſcentia: ſi Nauſeæ atque Vomitus ab initio ſymptomaticè complicati, & ſolum fixiora illa ex Antimonio, oppoſita fuerint; malum [quod ſupranotatis Alexipharmacis volatilioribus, ſolitariis Anodynorum tantillo exaltatis, facilè ſopitur;] ſæpenumero tum, [non ſine præpoſteræ confectionis, aut diuturnioris aſſervationis inculpatione,] quaſi magis exaſperantia, aut ſaltem longè minus ibi conferentia: in ejuſcemodi morborum congreſſu haud rarò crudis, vel ſimpliciſſimè præparatis [ex Animatorum, Foſſiliumque claſſe] Diaphoreticis Alexiteriis (ſimul evidentius abſorbentibus aut præcipitantibus,) ferè poſteriora, uti ſunt Cervinum Cornu, per Coctionem,

nem, [ſi perfectum vel potius Decidum fuerit; ſin autem Mollicellum, ] per debitam in vap. Balneo exiccationem, [ verùm non ſine diffuſiori hinc, adeoque ingratiori doſis mole, ] præparatum; imo ipſum nonnunquam muliercularum Uſtum, haud penitiùs [ in calciformi licet, ſuâ congenerumque naturâ, ] evanidum, aut per accidens ſolummodo hydroticum: item Terræ ſigillatæ; Unicornu foſſile, & ubi ſuppetit, Cetaceum; quod tamen inde ultra modum ſingulare neutiquam hic deprehenditur: ceu Rhinocerotis [ ſelectius quoque ] Cornu, nec per ſe, [ quamvis in largiſſima doſi, ] nec chymicè præparatum, aut congenerum modo deſtillatum, Cervina, [uti multoties experti ſumus,], adeo ſuperat, Ebur philoſophicè nunc calcinatum, hoc in genere planè deſes, Lapis Bezoar ab aliis ſatis jam notatus eſt. Ipſa Viperina [ cruda, aut curioſius in Magiſterium, Extractum, vel Eſſentiam redacta, ] ni debitâ proportionalique quantitate, [ unde profecto Theriacalis doſis ob Unum Trochiſcorum, vel quaſi Viperinorum granum, ſub eodem tamen Opii pondere, tantum colubrinum, gravidarum noxa, Purgantium ſufflamen, & quid non? indifferenter æſtimari nequit: præterea verò exaltantium vel penetrantiorum, ( v. g. Armoniaci, Nitri fixi, &c. ) ſtimulo dentur, ſupradictorum Volatiliorum pollentiæ haud infrequenter hîc cedunt. Sed quid Diſſertationem tantùm ſcribimus, hic finiamus; alia quæ hinc inde interſeri vel latius diduci poterant, novis forſitan pagellis reſervantes. Si quibuſdam hæc placuerint, gratum erit; & de ejuſcemodi materiis pridem perfecta, ( quæ Prodromo quaſi materiam de ſe dederunt, ) Deo volente ſequentur. Sin diſplicuerint, & data ſic occaſione ſecretiores commodioreſque Volatilitatum Tartarearum modi proponentur; Similiter gratum erit ſunctis vice cotis, acutum reddere quæ Ferrum valet, exors ipſa ſecandi. Sin tandem inani ſolùm contradictioni cenſuræve, verè bonaque intentione dicta ſubjicientur; tempus & valetudinem Topicis litigiis in perſonalia plerumque poſtmodo deſinentibus, & in ſingulis forte columnis ſuas ſibi reſponſiones hîc invenientibus, nequaquam conſumemus. Apprimè nobis hactenus placuit Exterorum nunc ſtudium, qui obſervationes & experimenta ſua ingenuè literato orbi communicant. Dum autem Noſtratium quamplurimi, quieti exiſtimationique ſuæ conſulentes, divulgatorum traductiones haud immeritò reformidant, fit, ut elegantiſſima ſingulariſſimaque inventa magno boni publici damno, hinc inde ſupprimantur. De cætero breviter ſaltem & conciſo ſcribendi genere materiam noſtram pertractavimus: cum per ſupervacuas amplificationes Volumen condere noſtra non patiatur Conditio. Quiſquis paulò attentiùs & ſedendo quaſi pagellas haſce, ſi mereri videbuntur, perlegerit; ſub aliquali laborum Chymicorum notitia, ſententiam noſtram haud difficulter ( inter qualemcunque è brevitate natam obſcuritatem ) adſequetur. Ut autem aliquid, vel in interlinearibus inveniat, quod legiſſe forſan juvet, errataque ( uti hominibus obrepunt, ) ex parte compenſet, perquam optamus.

*Terebinthina.*

Vide Reſina.

## ¶ CCCCIX. *Thus.*

Λίβανος, *Dioſcoridis*, Λιβανωτὸν, Olibanum, Arab. Lovan. Conder. German. Weyrauch. Encens. *Frankincenſe.* Wierookf. Reſina eſt duriuſcula, pellucida, profluens ex arbore Arabica Lovan. *Arab.* dicta. *Vide Thus*; *Matth. Cord. hiſt. Cæſ.* Lovan. & Conder. *Garz.* C. B. 7. ( inter gummata. )

Genera Thuris traduntur duo, maſculinum ſcil. quod propriè Olibanum dicitur, ſeu Melax, ( Arab. Melaſon. ) & fœmininum.

Maſculum ex albo flaveſcit, ſuapte natura rotundum eſt, guttarum formam referens, candidum intus & pingue.

Fœmininum, reſinoſum magis eſt, ac molle, cito ardens, flavum.

Præfertur maſculum, ut quod ex arboribus montanis colligitur.

Vires. *Calfac.* 2. *ſicc.* 1. *ſubaſtringit. Uſus præcipui intrinſecus ad varios capitis & pectoris affectus ut ad alvi, uterique profluvia, ad tuſſim, [deglutitur veſperi fruſtatim, ] vomitum, ſanguinis excreationem, diarrhœam, dyſenteriam mitigandam. Extrinſecus inſervit ſuffitibus pro capite roborando, catarrhos diſcutit, cava ulcera carne replet, & ad cicatricem perducit, cruenta vulnera cephalica inprimis glutinat, perniones [ cum ſuillo adipe aut anſerino ] ſanat, ulcera cacoëthea, tum ſedis, tum reliquarum partium demulcet, [ tritum cum lacte in linimentum: oculorum rubedini ac lippitudini medetur, ſcilic.* ▽ *Roſarum multiplici extinctione Thuris impregnata, lactique poſtmodum commixta, pro collyrio liquido] verrucas incipientes & impetigines abigit, [cum pice & aceto impoſitum.]*

Cortex Thuris in Officinis corticoſum illud vocatur, quod Thymiama ſupra appellavimus. Cortex hic præfertur craſſus, pinguis, odoratus, recens, lævis, minime ſcaber. *Vide ſupra.*

Manna Thuris ſunt micæ fragmenta, [ pollen ac farina ] Thuris, quæ ex colliſione, dum in ſaccis vehitur, colliguntur.

### PRÆPARATA.

1. *Liquor.* Fit in albumine ovi cocti, ſummeque prodeſt ad maculas abſtergendas, cavitateſque cicatricum explanandas.
2. *El. Diaolibanum.* V. Diſp.

HOFMAN. *Thus.* ) *Sive Olibanum* Germ. Weyrauch. Liquor eſt reſinoſus, duriuſculus, pellucidus Arboris thuriferæ in Arabiâ.

Quidam plures Ejus conſtituunt ſpecies, colore & magnitudine tantùm granorum differentes. *Primum eſt Indicum*, quod maximis & inæqualibus conſtat glebis, lividum, & nigricans, candicantibus aut flavis maculis varium. *Alterum Mammoſum* oblongis grumis Mammarum formâ compoſitum. *Tertium maſculum*, parvis rotundis, candicantibus aut flavis granis interdum ſingulis, interdum geminis quaſi conſtans teſticulis. *Quartum Orobæum*, minimis granulis, ervo æqualibus odore maſculo ſimile. *Quintum Manna Thuris*, quæ nihil aliud eſt, quàm pollen & farina ex crebrâ concuſſione in ſacculis abraſâ.

*Vires. Calefac. ſiccat, ſubadſtringit, &c.* ) Uſus hujus præcipuus eſt ad varios Capitis affectus. Unde non deſunt, qui afferunt, uſu thuris juvari memoriam, ſi præſertim Lunâ in ſcorpione exiſtente ſumantur tempore matutino, pomeridiano & veſperi tria grana ante lecti introitum.

¶ *CCCCX. Tragacantha.*

Tragacanthum, Tragacantha, corruptè Tragacanthum, vel Dragagantum, Tragant. Meleſe. *Gum-Dragant*, or *Tragacanth*. Gomme Dragacanthum. Eſt gummi fruticis ejuſdem nominis pellucidum, album, ſubdulce, leve ac ſyncerum, in granis plerumque fragmentis-ve contortis.

N. ▽ *calida ſolvitur, mucilaginemque exhibet aliis Medicamentorum formulis, e.g. trochiſcis formandis convenientem.*

Dicitur Spina hirci, Arab. Chitinæ. German. Bocksdorn. *Buchsthorn*, or *Goats-thorn*. Bocksdoorne.

Exudat hoc gummi radice inciſa, vel ut alii volunt ſponte ſua.

Præſtat pellucens, gracilis, levis, ſyncera & ſubdulcis.

Vires. *Refrig.* 2. *(aliis temperata eſt) hum.* 1. [ *aliis ſiccat* ] *lenit, cutis ſpiracula obſtruit, acrimoniam mitigat, incraſſat. Uſus præcip. ad tuſſim inveteratam, ad fauces exaſperatas, retuſas voces, cæteraſque deſtillationes, (cum melle inde fit linctus, ſubditurve linguæ, ut liqueſcat,) contra renum dolorem & veſicæ roſiones, (in paſſo vel brodio,) in dyſenteria. Extrinſecus ad dyſenteriam (in clyſteribus,) ad rubedinem & acres deſtillationes oculorum (ſoluta ▽ roſar. vel lacte,) ad palpebrarum ſcabritiem.*

Doſis ʒj.

N. *Tragacantha quò vetuſtior, eò calidior.*

PRÆPARATA.

*Spec. Diatragacanth. calidæ* }
*Diatragacanth. frigidæ* } V. D.

(*Tragacanthum Venereum Indicum, Nidus avium commendatur ad excitandam venerem in juſculo mane ſumtum.*)

HOFMAN. *Tragacanthum.*) ſive *Tragacantha*. Eſt gummi aquoſum ſeu mucilaginoſum, quia aquâ ſolvitur & mucilaginem exhibet, pellucidum eſt, album, ſubdulce, leve ac ſyncerum, quod à radice ejuſdem nominis plantæ ſpinoſæ, Tragacantha græcè, ſpina autem hirci latinè dictæ, vel ſuâ ſponte, vel vulneratâ profluit.

Naſcitur in Cretâ & multis Aſiæ locis.

*Vires. Refrigerat, (aliis temperata eſt) humectat, (aliis ſiccat) lenit, &c.*) Verùm Nos etiam temperatam & humidam ſtatuimus, lenientem, paregoricam, incraſſantem. Unde uſus hujus præcipuus eſt in catarrhis tenuibus & ſalſis, ex quibus tuſſis & fauces exaſperatæ oriuntur.

¶ *CCCCXI. Tubera Cervina.*

Fungus Cervinus, Cervi boletus *Matthiol. Cam. Lon. Tab. Cord. in D. C. B.* 2. Germ. Hirſchbrunſt/ Hirſchſchwamm. Terebinthe. *The Muſhroom ſpawn*, or *ſlime of the Hart* (ſo called) *A Toad-ſtool*. Hertswammen / enſlach wan Paddeſtoelen.

Creſcit in ſylvis, ut vulgò creditur, ex libidine cervorum, quippe nonnunquam formâ genitalis cervini reperitur. Verum teſtibus Lonicero & Cordo, nec iis denegatur locis, ad quæ nec cervi, nec damæ unquam pervenerint. Inhiant autem iis Cervi ob odorem fortem, quo delectantur.

Vires. *Rari uſus eſt, nec adhibetur, niſi quod nonnulli ad libidinis ſtimulum, lactiſque incrementum id commendent, cui Lonicerus contradicit, qui contra naturæ frigidæ & humidæ ſtatuit, adeoque ad ſtimulum ineptæ. Extrinſecus commendatur ad uterinas aſcenſiones compeſcendas, & partus difficultatem.*

N. *His ſubjungi poterit & Fungus Chirurgorum; videlicet Fungus orbicularis, ovatus, pulverulentus,* Crepitus Lupi, Germ. Bubenfiſt / Weiberfiſt / Wolfsfiſt / Poſiſt. *Wolfs fart, a round, powderie Muſhroom.* Wolfsveeſt / Duſt / Boviſt / vont Duyvelsbroodt. Videatur *Lon. Tab. Caſt. Dod. Math. Cam.*

Hujus vires ſunt adſtringere, ſiccare, adeoque pulvis ejus ad interrigines, & abraſa non inutiliter adhibetur (de quo plura ſupra.)

HOFMAN. *Tubera Cervina.*) D. *Autor* de his hoc loco etiam tractat, eò quòd ex ſucco alicujus plantæ ad genus fungi determinato oriantur. Vocantur communiter *boleti cervini*, ex ſemine cervino juxtà vulgi opinionem orti, cum Cervi iis inhient ob odorem mumialem forſan, quo delectantur. Verùm vulgata hæc opinio à venatoribus introducta de *tuberis* ſeu *boleti* cervini ortu ſuſpecta eſt. Non enim ſequitur, ut illud ſtatim, quo animal quoddam delectatur, ejus etiam productum ſit. Sic ſerpentes gratum invenientes pabulum in medullâ humanâ ex medulla humana etiam orirentur, quodnam abſurdum hoc foret! Præterea reperti etiam ſunt illis in locis, ubi ab hominum memoriâ nullus unquam viſus eſt cervus. vid. *Thom. Iordan. de Peſt. phænom. tractat* 3. *pag.* 605. *Cl. Sennert. in hypomn. V. cap.* 6. *Athanaſ. Kircher. in Mund. ſubterr. Tom.* 2. *l.* 1. *Libr.* 12 *p.* 350.

*Vires. Rari uſus, nec adhibetur, niſi quòd nonnulli ad libidinis ſtimulum commendant, cui Lonicerus contradicit. &c.*) Verùm hic non tam qualitas manifeſta, quàm ſpecifica medicamenti virtus eſt attendenda. Unde teſte experientiâ valdè prodeſt contrà impotentiam, ſi juſto tempore fuerit collectus; De hoc *Excell. D. Ioh. Michaelis* p. m. retulit, quod fuerit inſignis Mœchus Lipſienſis, qui ab uſu hujus juſto tempore ac loco collecti ſexageſimam ultrà vicem coeundo ſperma emiſit, & tantam ejus excrevit copiam, ut proſtibuli vulva ad hoc recipiendum non ſatis capax fuerit, reſiduum in pelvi excipere coacta. Quem Mœchum Matrimonio liberum alia experta ſoluta tam probè poſſe venire, ultrò in matrimonium ſibi accerſivit. Præſcribitur in *morſulis, electuariis*, item *per ſe in ſubſtantia cum vino* propinatur. Nonnulli etiam ad partus difficultatem & uteri ſuffocationem commendant.

N. Afferunt quidam pro certo, fungos, qui tempore matutino in fimetis naſcuntur, contrà impotentiam auxilium etiam ſuum adferre.

Huc refertur & *fungus chirurgorum orbicularis*, Germ. Bubenfiſt/ de *quo vid. D. Autorem* l. c.

¶ *CCCCXII. De Vino.*

*Anatomia Vini.*

Vinum eſt ſuccus vitis, fermentatione exaltatus.

Dicitur *Paracelſo*, Sanguis Terræ. *Querc.* omnium vegetabilium Princeps, & maxime vitriolatum.

Eligatur generoſum, beneque maturum.

*PRÆPARATA VINI SUNT VARIA, pro diverſis ſcilicet partibus variantia.*

Nimirum,

*Vini partes ſunt.*

Eſſentia ſubtiliſſima, incorruptibilis, vulgò ▽ vitæ, ▽ ardens, 🜅, Sulphur Cœleſte, Sulphur Bezoardicum vegetabile, menſtruum cœleſte, ▽ cœlica, Lullii cœlum, clavis Philoſophorum, corpus æthereum ex △ & ▽ conſtans, Balſamus volatilis liquoris catholici. 2. Magna copia ▽ inſipidæ corruptibilis. 3. Hanc ſequitur ⊖ quidam fumidus, qui nihil aliud eſt, quam Sal com. vino volatile craſſius, in forma

forma fumi aſcendens. 4. Huic mox ſubjungitur 🜍 quoddam verè pingue & unctuoſum combuſtibile, ſed paucum. 5. Ex 🜔 extrahitur Sal commune quoddam corroſivum. 6. Poſt extractionem Sal. com. relinquitur Terra limoſa inutilis. *Sala in Anatomia ℥ ij.*

*Hinc* 1. V̈ *ſ. vitæ Q. E. Vini.*

♃. Vinum generoſum, ⊰etur per veſicam, donec pars optima ⊰atit, (quod guſtu facile cognoſcitur) deſtillatum rectificetur aliquoties per B. M. abſtrahaturque ſaltem pars dimidia, tertia aut quarta, ut nihil humiditatis relinquat combuſtibilis.

N. 1. *Rectificatio felicius peragitur* 1. *Si in rectificatione orificium cucurbitæ charta ſubtili triplici vel quadruplici, vel panno ſpiſſiori tegatur, quippe hac ratione penetrat ſolum pars ſpirituoſior, aquoſiore in cucurbitam relabente.* 2. *Si rectificatio ex cucurbita colli longi, vel per phiolam ſerpentinamve perficiatur.*

N. 2. *Nonnulli obſtruunt cucurbitæ vel phiolæ orificium ſpongia oleo imbuta, qua ratione ſolus ⌒ tranſit,* ∇ *in ſpongia remanente.* Senn. Inſtit. Libav. in Alchym. *Verum nemini ſuaſero hunc modum, inficitur enim ab oleo aſcendente ipſe* V̈.

N. 3. *Eodem modo paratur* V̈ *& ex fæcibus vini, ut & ex ſiliquis uvarum, ex quibus vinum fuit expreſſum.* Keſl. 1. cap. 70.

2. *Aliter* V̈. *ſubtiliſſ.*

♃. Vini generoſ. q. v. digere (14.) ♂ ♇ in fimo, vel alio leniſſimo calore, poſtea per phiolam deſtilla, deſtillatumque aliquoties per eandem phiolam rectifica, donec ad ſummam ſubtilitatem pervenerit.

♃. Hujus ⌒ ℔ ij. miſce cum recentis vini ℔ vj. deſtilla iterum per ⊂m, ac prolice ſaltem ℔ ij. affunde iterum recentis vini ℔ vj. ac deſtilla denuo, ut dictum, idque repete ſepties vel pluries ad ℔ ij. colligendas.

N. *Hic ⌒ adeo ſubtilis ac fugax eſt, ut guttatim ⊰ando ne Terram quidem attingere poſſit, quin in auram evaneſcat.* Tentzel. Gluckrath. in Beguin.

Vires. V̈ *calidus eſt & ſiccus, penetrantiſſimus, incorruptibilis, reſiſtit putredini, refocillat apoplecticos, comate oppreſſos, &c. Extrinſecus reſolvit tumores frigidos ac ſcorbuticos, arcet coagulationem ſanguinis in contuſionibus, cruoremque reſolvit ac diſcutit.*

N. *Sunt qui* V̈ *circulatum ac toties deſtillatum, ut in oleaginoſam abeat conſiſtentiam, Circulatum Paracelſi autumant, ſed malè. Alii* V̈ *cum proprio ſale, intervenientibus tamen digeſtionibus, aliquoties deſtillant, ut ſal tandem cum* V̈ *per Alembicum transferatur, vocantque* Circulatum *Majus.* Libav. tract. de Igne Naturæ. Verùm fallunt & falluntur.

3. *Spiritus Vini Alcaliſatus.*

♃. Vini generoſi Hiſpanici vel Hungarici, q. v. elice ſpiritum ac phlegma: ſepara eadem ab invicem: ex fæcibus calcinatis cum phlegmate extrahe Sal, idque per cryſtalliſationem purifica, in ſpiritu ſolve Sal & habes V̈ alcaliſatum.

4. *Spiritus Vini acuatus Tart. ſeu Spir. Vini Tartariſatus.*

♃. V̈ ℔ ij. Tart. alb. crudi puriſſ. groſsè contuſi ℥ j. deſtilla in balneo pleno ſcobe ligni ſerrati, madefacta leniſſimo △ ut ad quartum ferè pulſum guttula cadat: quando phlegma ſtillare inceperit, ceſſa, vel ſi phlegma quoque prodierit, rectifica.

N. 1. *Si ſubtilior adhuc expetatur, denno ad hujus* ℔ *ij. addatur Tartari* ℥ *j. deſtilletur que ut ante.* Sennert. in Inſtit. Tentzel. in Exeg.

N. 2. *Ad cognoſcendum, utrum ſpiritus prodeant nec ne, obſerventur ſtriæ, quippe quo ſpiſſioribus ſtriis* ϒϒ*bicus refertus fuerit eo uberior ſemper ſpirituum ſit evaporatio & è contra.*

N. 3. *Oleum, quod lentâ hac deſtillatione peractâ, guttis quibuſdam innatare videbitur (quamvis vina in hoc valde inter ſe diſcrepent) vera vini eſſentia æſtimatur:* Tentzel.

5. *Alius* V̈ *Tartariſatus, ſive* V̈ *Tartar. Alcaliſatus.*

Hic ſpiritus ſi ſuper eundem Tartarum per Retortam cum cohobiis rectificatur & in fine [phlegmate intermedio abjecto] fortiori igne urgetur, ſpiritus vini Tartariſatus acquiritur. *Sennert. Inſtit.*

6. *Spiritus Vini Tartariſatus, ſeu* ∇ *philoſophica.*

♃. Tartarum in præcedenti ſpiritus Tartariſati præparatione poſt cohobia relictum [vel & Tartarum recentem] calcina ad viriditatem [cærulitatem,] dein affunde ſpiritum illum Vini Tartariſatum, deſtilla & tandem propelle igne fortiori *Tentzel.*

*Vel:* Ex Sale Tartari ad cærulitatem calcinato extrahe eſſentiam digerendo cum V̈, [V̈ habeat aliquid phlegmatis, cujus beneficio ſal arripit] deſtilla gradatim, ad ignem fortiſſimum ſubinde progrediendo.

Vires. *Spiritus hic longè præſtantiſſimus eſt ad Tincturas & Extracta purgantium in genere elicienda ad conſervandas metallorum & vegetabilium, animaliumque facultates.*

In θεραπεία arcanum eſt ad plurimos affectus, inprimis tartareos, & ubi ſal fixum ex deficiente coctionis αἱματώσει abundat, ut in Scorbuto Tartareo Hypochondrio, Aſthmate, Cachexia Epatis aut reliquorum viſcerum obſtructionibus, conciliat inſuper ſomnum cum eſſentia croci propinatus.

N. 1. *Spiritus vini hoc modo rite præparatus, eſt Ros Iovis amphibii vegetabilis ad parandum illud Byolychinum Burggravii. Ejuſdem beneficio fit & perpetuum mobile & χρόνι criterium.* Hartman. in pract. Tentzel. in Exeg. *Qui plura de* V̈ *facultatibus voluerit, conſulat Lemnium, Evonymum, Geſnerum, Libavium Med. deſtill.*

N. 2. *Hic* V̈ *tartariſatus in ſpagyrica cochlea Hermet. Cl. circulatus, è mero ſpiritu evadit Balſamus, è fragrante fragrantior, è cryſtallino carbuncularis, haud ſecus ac cor ſanguinem Epatis continente pulſuum circulo, in auream vitæ Balſamicam, vividamque ſpirituum vitalium naturam exaltat.*

Vires & Doſis. *Hujus eſſentiæ guttæ 3. vel 4. calidum nativum in Eclampſin evocant. Cum Croci eſſentia ſomnum conciliant, reſtaurationemque membrorum conantur.*

7. *Spiritus Vini microcoſmicus, id eſt, cum ſale urinæ volatili acuatus.*

♃. Spiritus Vini ſubtiliſſ. ac Sal. urinæ ad ſummam puritatem deducti [vide in urina] ana mixti ponantur

ponantur in locum frigidiſſimum. Hinc digerantur per lentum calorem VB in Phiola H. Cl. ſpatio 20. vel 30. ♂ ℘ & convertentur in liquorem, qui ſi lubet per MB ſemel ac iterum rectificetur. *Beguin. l. 3. c. 2. Hartm. in pract. & in Croll. Senn. in Inſtit.*

Vires. *Menſtruum eſt ☉ potabilis præparationi inſerviens: poterit quoque intrinſecus adhiberi, ad reſerandas obſtructiones viſcerum, ut & extrinſecus ad dolorem compeſcendum.*

8. *Spiritus Vini ⊖-latus.*

℞. Spiritus vini opt. & ſpir. ⊖-i rectificati ana ℥ iij. M. & deſtilla per )X( in cinere, primo lento igne, dein fortiori, ut ſimul alembicum tranſeant: reitera deſtillationem vice tertia, poſtmodum circula per menſem ſimul, habebiſque ſpiritum odore & ſapore ſat gratum.

9. *Quinta Eſſentia Vini.*

℞. Vini generoſ. alb. vel rub. q. v. ⊖la ex MB rectificando donec ∇ evadat quaſi igneus (fit rectificationibus ſæpius iteratis ſcilicet 12. &c.) Spiritus hic indatur vitro, quod bono luto, vel maſtiche, ♆e, album ovi, optimè claudatur. Hinc circuletur VB per menſem. Poſtmodum aperi ſenſim, & ſi mirum oleat ſaporem, aſſecutus es vini V. Eſſentiam; ſin minus, claude denuo vitrum, & repone in VB donec dictum ſignum ſenſeris, ſaporem ſcilicet ſive odorem *ἐυῶδη*.

N. *Acquiritur ſcopus beneficio ſalis proprii.* Popp. in Hodoget.

Vires. *Balſamus eſt efficaciſſimus, noſtroque balſamo naturali roborando convenientiſſimus. Inſuper antidotus eſt certiſſima adverſus peſtem intra 6. horas ſanandam, ſi in primo illius inſultu guttæ xij. exhibeantur ad movendos ſudores, Epilepticum paroxyſmum annihilat eâdem doſi, fœtum mortuum expellit, in partu difficili illicò, & ad miraculum uſque operatur, ſi cochleare integrum illius exhibeatur.*

10. *Aliud opus vegetabile ex communicatione S. Cloſſ.*

Cohoba Acet. deſtill. ſuper ſal. Tartari proprium tantiſper, donec tam acidum egrediatur, ac fuerat affuſum, cumque ſufficienter ⊖ibus ſuis acidis fuerit impræqnatum, ℞. Illius ℥ vj. ∇ 7es ſuper ſal Tart. proprium rectificati ℥ j. Digere per menſem △ lampadis, uſque dum corpus ſuam receperit animam, imbibatur rurſus eadem quantitate olei ætherei, & deſiccetur per quindenam, his imbibitionibus ad ſufficientiam factis, detur △ ⊖is, elevabitur Sal candidiſſimum, relictis terreis aliquot impuritatibus. Sublimatum reconde in alia phiala H. C. & △ eodem lampadis decoque ad albedinem uſque perfectam. Quo viſo imbibatur fixiſſima hæc materia ⊖u æthereo ſuo ſive animâ, idque toties intercedente digeſtione fixativâ iteretur, donec in igneum ruborem elevata fuerit, ſummam corporis noſtri medicinam.

11. *Magiſterium Vini, ſ. Lapis vini vegetabilis.*

℞. Vini generoſi Hiſpanic. vel Ungaric. q. v. putreſcat 40. ♂ ℘ in fimo equino. Hinc deſtilla in MB, & prodibit ſpiritus, ac tandem oleum: hæc ſepara ab invicem, ſpiritumque dephlegma. Oleum denuo in fimo equino ♂ ℘ 40. putreſcat ac deſtilletur. Ex remanentibus fæcibus beneficio phlegmatis extrahatur ſal volatilius ſine calcinatione. Utrumque conjunctim, ſ. a. purifica. Poſtea impræqna ſal ſpiritu ſuo ac digere: hinc adde & oleum, digereque donec coloris tandem rubei pulverem nanciſcaris.

Vires. *Grana (vel guttæ aliquot, ſi mavis liquidum) integram menſuram aquæ, vinoſis qualitatibus perfundunt.*

12. *Menſtruum Baſilii Valentini, Aquæ temperatæ, Temperatum Extractivum.*

℞. Spiritus vini ſubtiliſſ. q. v. eumque cum ſpir. Sal. com. digere ac terna deſtillatione per alembicum uni. Sic dulceſcit, acrimoniamque amittit. *Vide ſpir. Sal. com. dulcem.*

Vires. *Solvit ☉ non radicaliter, ſed tincturam ejus extrahendo.* Vide de ☉ Baſil. in repetit. magni lapidis Veterum. Senn. Inſtit.

N. 1. *Alii ℞. ∇ optimum eumque cohobant multoties (12.) ſupra Sal. com. ut eſſentiam Sal communis ſecum evehat. Huic ∇ eſſentiâ Sal. com. impragnato affundunt tantundem ſpir. Sal. com. rectif. digeruntque.*

N. 2. *Tentzelius ℞. ∇ rectific. q. ſ. ſuperfundit Sali Tartari philoſophico ad emin. 3. digit. digeritque in Phiola longiſſ. colli aliquamdiu l. calore: poſtmodum deſtillat.*

13. *Sal. Tart. Philoſophorum.*

℞. Sal ex cineribus Sarmentor. Extractum, reverberetur △ aperto (hor. circiter 3.) donec albeſcat. Dein ſolve in ▽ & ſepara fæces filtrando & coagulando. Sic habes Sal Tartari Philoſophorum. *Tentzel. in Exeg. de ☉ potabili.*

14. *Cinis Clavellatus.*

℞. ⊗ ex deſtillatione fæcum reſiduum, combure & elixivia.

Hofman. *De Vino.*) *Vinum* eſt Succus ex uvis maturis expreſſus & per fermentationem à ſuis fæcibus repurgatus. Conſtat autem ſpirituoſâ, ſalinâ & ſulphureâ ſubſtantiâ partibus aqueis dilutâ; terreſtris & craſſa pars partim in fæces, partim in tartarum doliorum parietibus adhærens tranſit.

N. Pro certo mihi relatum fuit, *Laurentium Eichſtadium*, celeberrimum Mathematicum potuiſſe certo quodam pulvere in aquam juſtâ proportione injecto, perfecti vini ſapore eam imbuere, idque in conviviis animi gratiâ non ſine admiratione convivarum factitaſſe.

*Dicitur Paracelſo Sanguis Terræ. Quercet. Omnium vegetabilium Princeps, &c.*] quicquid virium Natura reliquis indidit plantis, illud omne felici participatione vino, & in vino homini ad diverſiſſima morborum genera communicavit.

N. Omne vinum calidum eſt & actu humidum, potentiâ verò ſiccum. Novum humidius eſt, maturum autem & generoſum ſiccius.

*Præparata Vini ſunt varia &c. Hinc 1. ſpiritus vini ſ. ▽ vitæ Q. E. vini.*) Hoc in Eſſentiis elaborandis primùm Arabes uſi fuerunt, à quibus poſteà ad Europæos pervenit, docente ejus uſum primum *Arnoldo de villâ novâ*. Hic diu in officinis ad medicinam ſaltem ſervatus fuit, antequam gulis cederet in delicias, cujus occaſionem notavit *Alexander Taſſonus Libro, cui titulus: Penſieri diverſi Libr.* 10. *c.* 26. quam ipſius verbis ex Italico converſis relatam *vid. in Excell. D. G. Morhofio in Epiſt. de Metall. tranſmutat. p.* 112. *ſeq.*

N. 1. *Rectificatio feliciter peragitur.*) Præter chartam ſubtilem triplicem vel quadruplicem aut pannum panis etiam ſimilaginens toſtus fundo cucurbitæ ante ſp. vini infuſionem imponi poteſt & ab hoc deſtillari, vel ad rectificationem phiola oblonga utilis eſt injecto alumine uſto prius in ſp. vini rectificandum, omnem enim imbibit humiditatem, Sal tartari idem præſtat, qui optimus modus eſt.

N. *Eodem modo paratur & ſpiritus vini ex fæcibus vini*) liqui-

dis

dis adhuc, qui modus vulgaris eſt, ſtillatio per retortam fit & rectificatio per MB.

*Deſtilla iterum per retortam &c.* ) Sunt, qui ſp. vini infundunt retortæ vitreæ & △ lentiſſimo per Aren. deſtillant, ſicque partem ſpirituoſiſſimam ſolùm aſcendere, aqueos autem vapores decidere, ſibi imaginantur. Prout & *D. Autor h. l.* deſcribit. Verùm non ſuccedere certum habeo, quia phlegma æquè unà cum ſpiritu ſolet elevari.

*Vires. Sp. vini calidus eſt & ſiccus, penetrantiſſimus* &c. ) Eſt enim naturæ Sulphureo-ſalinæ ſummè volatilis, naturam Sulphuream oſtendit facilis flammæ conceptio, ſalinam volatilem arguit penetrantiſſimus ſapor.

N. ſp. vini dephlegmatus oleo amygd. innatat, communis autem ſp. vini ſubſidet.

N. In ſp. vini acidum etiam oſtendere vult D. David van der Becke in Experim. l. c.

N. *Sunt qui ſp. vini circulatum &c.* ) ac toties deſtillatum, ut in oleoſam & balſamicam abeat conſiſtentiam *Circulatum illud Paracelſi eſſe* ſtatuunt. Alii *ſp. vini proprio Sale acuatum*; Alii *ſp. vini tartariſatum* ſub *circulat.* nomine agnoſcunt.

3. *Spiritus vini alcaliſatus.* ) Quidam hanc obſervant proportionem, ut ſumant ſp. vini ℥ ij. Salis vini, quod ex ſucco fæculento evaporato & ſiccato △ne in calcem redacto præparatum eſt, ℥ ß. ſi digeratur in cineribus hor. 24. lento primùm, poſtea forti △ne ſpiritus eliciatur, Sal com. reſiduum rurſus exuratur, teratur & cum ſp. vini denuò imbuatur, digeratur, poſt plurimos repetitos labores Sal com. ſimul adſcendit in formâ liquidâ.

4. *Spiritus vini acuatus Tartaro, ſeu ſpiritus vini Tartariſatus.* ) Rec. Tartari ad albed. calcinat. opt. & probè ſiccat. q. v. cucurbitæ prolixæ & fundo gracili ad pollicis eminentiam immitte. Huic ſp. vini ſemel rectificati tantum affunde, ut tartaro ad unius digiti latitudinem ſupernatet. Deinde capitello & excipulo probè affixis ſp. vini blando calore abſtrahe, mutato, ſi dimidium exſtillarit, recipiente, tandem liquor deſtillatus ſuper ſiccam tartari calcem denuò ut ante rectificetur.

N. Si ſp. vini ſæpè à tartaro calcinat. abſtrahatur, fit non ſolùm debilior, ſed etiam non ita flammabilis eſt; vid D. David van der Becke l. c.

N. Si alba tartari calx non facilè acquiri poteſt, calx viva, aut Sal ex cineribus clavellatis per ſimplicem ſolutionem, filtrationem & coagulationem extractum ſubſtitui poteſt.

*Ex ſale Tartari ad cœrulitatem calcinato extrahe eſſentiam* ) Verùm ſp. vini nihil habeat neceſſe eſt phlegmatis, ut ſuprà etiam monuimus, alioquin ſp. vini in digeſtione cum Sal. Tartari collocatus aqueas ſp. vini particulas imbibit & maximam ejus partem in liquorem oleo Tartari p. d. parato ſimilem in vitri fundum deponet.

7. *Spiritus vini microcoſmicus*, id eſt, *cum Sale urin. volatili acuatus.* ) Primò quidem quando ſp. vini ſubtil. cum Sale urin. volatili anaticâ portione miſcetur, coagulatur, poſtea tamen in digeſtione uniuntur.

*Vires. Menſtruum eſt* ☉ *potabilis præparationi inſerviens* &c. ) Vocatur hoc *Menſtruum Antoninum*, quia *Franciſcus Antonius Anglus* pro conficiendo ☉ ſuo potabili uſus fuit. Calcinatur ſcilicet ☉ per ▽ R & poſt per Sulphur, inde demum Tinctura extrahitur per ſp. vini cum Sal. com. urin. acuatum & per 30 ♉ digeſtum.

8. *Spiritus vini Vitriolatus.* ] Si Vitriolo Hungarico probè calcinato ſp. vini ſ. q. ſuperfundatur & △ne aperto per retortam ſtilletur, fit ſp. Vitrioli ſale Sulphureo volatili ſp. vini impregnatus, qui pluribus cohobiis ſuprà Cap. mort. factis ita exaltatur, ut præviâ digeſtione, & repetitâ deſtillatione ex Aren. fiat ſpirit. Vitrioli ſtriatus eximiæ in capitis affectibus virtutis. N. Spiritus vini acidum hoc modo corrigit rodens acidum vitrioli.

9. *Quinta Eſſentia vini.* ) Si ſp. vini per crebrius repetitam rectificationem fuerit exaltatus, & depuratus, digeratur ac circuletur, id quod pluribus cohobationibus, interpoſitis circulationibus, inſtrumentorum artificio &c fieri poteſt; Hujus Eſſentiæ particeps fieri poteris, quæ judicatur ex odoris fragrantiâ, quæ ſuavitate & jucunditate ineffabilis eſt.

10. *Aliud Opus vegetabile ex communic.* S. Cloſſ. ) Hoc nihil aliud eſt, quàm terra foliata tartari cum ſp. vini digeſta & poſtmodum ſublimata in ſal candidiſſimum, relictis terreſtribus in fundo impuritatibus, quod iterum figendum & in igneum rubore m elevandum eſt. Alium lapidem vegetabilem ex tartaro crudo poſt plures labores in oleum converſo habet *Rhumelius in compend. Hermetic. cap.* 22. quod coagulatur in lapidem.

11. *Magiſterium Vini ſeu Lapis vini vegetabilis.* ] De hujus verâ ac genuinâ deſcriptione & conſequenter etiam elaboratione valdè dubitatur, & non immeritò annumeratur incertis.

12. *Menſtruum Baſilii Valentini, Aqua Temperata, Temperatum Extractivum.* ) Facilis hujus eſt elaboratio, quæ etiam MB beneficio peragi poteſt, ſpiritum Salis cum ſp. vini per cohobationes ſubtiliſando. Cohobatio autem facta cum ſp. vini ſuprà Sal. com. non ſuccedit, ut *D. Autor* cum Aliis proponit. vide *ſuprà Libr. 3. Sect. 4. §. 17. de Sal. com. Animadv. Schrœder. Noſtr.*

13. *Sal tartari Philoſ.* ) Hoc conſtat ex ſarmentorum cineribus.

14. *Cinis clavellatus.* ) Ex fæcibus vini poſt ſp. vini deſtillationem relictis cineres clavellati per combuſtionem & elixiviationem conficiuntur; Sicut ſub cinerum clavellatorum nomine varia alia ſalia alkalia etiam ex Iſatide, Ligno quercino &c. ſubintelligantur. Formantur ſcilicet fæces in globulos, aut, ut in Italiâ, in magnos panes in fornace incinerant & elixiviant.

# CLASSIS III.

## De Purgantibus Primariis.

HOFMAN. *Cl. Helmontius in tr. de Poteſtate Medicaminum* §. 34. vera Purgantia ita deſcribit, ut nec putrefaciant, nec electivè humores fictos educant, nec vitalia reſolvant, ſed ut primò nihil ex ſano corpore educant, nec moveant, alterent, aut infirment illud; deindè ut non exigant quicquam foras, niſi quantum peccat, ideoque non aggravent, ſed ab onere ſublevent, & mox inde æger ſe benè habeat. Tertiò, ut inſenſibiliter vel ſaltem moderatè reſolvant & abſtergant, quâcunque parte cauſa morbifica fuerit, reliquum ſatagente Naturâ. Verùm ſi nos ejuſmodi Arcanis, quorum poſſeſſor fuit *Cl. Helmontius*, foremus inſtructi, per quæ omnis purgatio inſenſibiliter & ſine virium diſpendio poſſet inſtitui, tunc omni illâ purgantium congerie, quæ *D. Autor* hic in unum collegit, facilè ſuperſedere poſſemus. Eoque vel maximè, quod in horum cenſu, ſi accuratius examinentur, quædam dentur, quæ ab omni pravâ ac colliquativâ qualitate vix immunia ſunt, qualia *Cataputia* minor, *Euphorbium*, *Elaterium*, *Colocynthis*, *Eſula*, *Semen Ricini Americani &c.* licet & reliqua ſemper aliquid Naturæ infenſi admiſtum habeant, quo viribus noſtris imponant; Attamen, quemadmodum in Republicâ multa permittuntur mala, ne graviora Mala ex nonnullis ſeverè prohibitis excitentur, ita & Nos aliis deſtituti præſidiis iis intereà Ratione & Experientiâ comprobatis utemur, & in hæc *Animadverſiones & Annotationes Noſtras* annectemus.

Hic primò ſtatim in ipſo limine animadvertimus, *D. Autorem Purgantia* diſtinguere in *Primaria & Secundaria*. *De Primariis* tractat in *hâc Claſſe* 3. *De Secundariis* autem in *Claſſe* 4. Sed non video, quid hâc diſtinctione ſibi velit. Ignoſcant *Manes Schrœderiani*. Vel enim *per Primaria Purgantia* intelligit illa, quæ *primariò & principaliter* ad vitioſos humores peculiares evacuandos vel à *Naturâ* vel à *Medici* intentione ſunt directa, vel per *Secundaria* vult, quæ ſecundariò & minus principaliter ſeu indifferenter ad prædictum ſcopum intenduntur. Aut per *Primaria Purgantia* vult *præcipua*, quæ frequentioris ſunt uſus, vel *quæ fortiſſima & vehementiſſima*; *Per Secundaria autem Leniora & minus vehementia*. Verùm nec hæc ſubterfugia ſatisfaciunt. Nam primò de Nihilo eſt, ſingula Purgantia ad ſingulos & peculiares humores electivè ferri, dum indifferenter omnes vitioſos humores etiam Naturæ amicos vi ſuâ colliquativâ & fermentativâ aggrediuntur, in putridum, ac fœtidum convertendo liquamen. Deinde quidni *Aloë æquè* ac *Senna*, *Manna* ac *Tamarindi*, vel *caſſia*, *gummi gutta* ac *Ricinus* vim ſuam Purgantem etiam Primariò ac principaliter humores vitioſos tam pituitoſos, quàm bilioſos ac ſeroſos evacuando exſerat? Cur *Scammonium*, *gummi guttæ*, *Elaterium*, *Euphorbium &c.* non tam fortiter purgent, atque *Turbith*, *Colocynthis*, *Elleborus* uterque? Cur *Aloë*, *Manna* vi ſuâ laxativâ non æquent *Caſſiam Tamarindos*. *Sennam &c.* *Quarè meliùs D. Autor Sennertum ſequutus Lib.* 5. *inſtitut. p.* 1. *ſ.* 1. *Cap.* 11. *feciſſet*, ſi in *Mitiora & fortiora diſtribuiſſet.* Sed tranſeant, & hæc ſaltem monuiſſe ſufficiat.

### ¶ CCCCXII. *Agaricum.*

Agaricus ſ. Agaricum fungus eſt albicans trunco laricis adnatus. *Vid. Brunſ. Matth. Dod. Cord. in D. Lob. Caſt. Tab. Ger. Cam. Lon. Porta. Bellon.* German. Lerchenſchwamm Agaric. *Agarick, A Mushroom grovving on the Larch tree.* Lorcken-zwamme / een uytgroeyſel van de Lorcken-boom.

Eſtque *Dioſc.* & *Plin.* { Mas, *hic reprobatur.* Fœmina, *hæc præfertur.*

Mas rotundus eſt & undique ſibi ſimilis (Plinio) criſpior amariorque. Fœmina rectas intus habet pectinum modo venas, & q. diviſuras (Plinio.) Fœmina ſolutior eſt, initio dulcis, mox in amaritudinem tranſit.

Eligatur itaque Agaricus albus, levis, valde rarus, velociter friabilis, ſapore primùm dulcis, mox amarus & ſtypticus. Reprobatur lignoſus, longus, durus ac gravis.

N. 1. *Pars exterior præſtat interiori.*

N. 2. *Multos in annos durabilis eſt ſine virium jactura.*

N. 3. *Adnaſcitur itidem Fungus Abieti, Picæ ſylv. Tedæ & Larici, ſed ſolum Larignus intra corpus ſumitur.*

Vires. *Pituitam educit tenuem aquoſam, ſeroſam & viſcoſam totius corporis, & inprimis excrementa meſenterii, tum capitis ac pulmonum. Urinam ciet ac menſes, calf. 1. ſicc. 2.*

N. 1. *Quia ventriculo nauſeabundus eſt, corrigitur ſtomachicis, e. g. Zinzib. garyophyll. Spica Celtica, &c.*

N. 2. *Quia tardè operari ſolet, additur ſtimulus ex ſale gemmæ, cryſtallis Tartari & ſimilibus.*

Doſis à ʒj. ad ʒij. In infuſione à ʒij. ad ʒv.

PRÆPARATA.

1. *Extractum Agarici.*

℞. Agarici, q. v. Extrahe cum 🜅. &c. *Auguſt.*

N. *Sala adhibet Agaric. Trochiſcatum, extrahitque cum* 🜅.

Alii aquam adhibuiſſe malunt, ac præ aliis aquam Aniſi vel Cinamomi in qua Agaricum macerant (hor. 24.) exprimunt ac inſpiſſant. Verum enimvero quia Agaricus nonnihil reſinoſi quoque in ſe continet, præſtat 🜅 adhibere.

Doſis à ℈j. ad ʒß. vel ℈ ij.

2. *Agaricus Trochiſcatus.*

℞. Agaric. limat. cum vino, in quo maceratum Zinzib. additoque tantillo Tragacanth. vel Gummi Arab. F. Trochiſci.

[Fecula Agarici etiam paratur.]

3. *Trochiſci de Agarico.*

℞. Agaric. lim. ℥iij. ♉ ʒß. Zinzib. ʒ iij. cum Oxymell. q. ſ. F. Trochiſc. V. D.

4. *Pilulæ de Agarico.* Vid. Diſp.

Doſis à ʒß. ad ʒiß.

5. *Pilulæ Hieræ cum Agarico*, Vid. Diſp.

Doſis à ʒj. ad ʒij.

[Syrupum de Agarico quidam habent in uſu.]

HOFMAN. *Agaricum.*) ſive *Agaricus*, eſt fungus albicans ex *Larice* vetuſtate putreſcente & eroſâ tanquàm apoſtema juxtà *Meſuem Lib. 2. Simplic. 3. productus.*

*Duæ à Dioſcoride* ejus proponuntur *differentiæ Mas & Fœmina. Mas* reprobatur, quia eſt nigrum, durum, denſum, in fragmentum ceu villos nervorum oſtendens. *Fœmina* præfertur, rotundum, album, quod quanto levius, poroſius, fragilius, tanto habetur præſtantius.

*Vires*) Medicina familiæâ Veteribus nominatur, vel quod toti corporis œconomiæ ſuccurrat laboranti, vel quod ita innoxium ſit, ut cuicunque ex familiâ nullo prorſus ætatis ſervato diſcrimine commodè poſſit offerri, vel quia admodum familiare, & noſtri corporis partibus amicum. Verùm hoc adeò innoxium non eſt, ſtomacho enim eſt infeſtum, & ejus orificium lædit, unde nauſeam, ſubverſionem, & vomitum creat, quæ cauſa etiam, quod corrigatur zinzibere, caryophyllis &c. *Agarico crudo* ſi inter lavandum caput fricetur loco ſaponis in omnibus epilepſiæ ſpeciebus utiliſſimè adhiberi poteſt.

N. D. *Author Agaricum* Purgantibus primario annumerat, nullâ factâ mentione, utrum antidotum ſit, an ſecus? De cujus Naturâ, indole ac viribus tùm Veteres tùm Recentiores diffident. *Dioſcorides vires etiam cardiacas & alexiterias* ipſi adſcribit, *Lib. 3. cap. 1.* quem ſequitur *Monardus*, *Zacutus Luſitanus* & alii. Verùm citrà rationem & experientiam, dum Agaricus alvum ſaltem movet, humores agitando virtute deſtitutus alexiteriâ, unde & ex Theriacâ eſt relegandum.

¶ *CCCCXIII. Aſarum.*

*Ἄσαρον*, *Dioſc.* Aſarum, *Brunf. Trag. Matthiol. Fuchſ. Dod. Cord. in D. & hiſt. Lon. Caſt. Tab. Ger. Cam.* C. B. 1. Aſarum baccaris ſeu baccatus, *Leb. aliis*, vulgò, Haſelwurtz. du Cabaret. *Aſarabacca.* Haſel-wortel/ en mansooren.

Solo gaudet Montano opaco, viciniaque corylorum. Viret perpetuò, nova folia tamen unà cum floſculis Vere promit.

OFFICIN. NAT.

*Radix* colligitur vere, & *folia.*

Vires. *Craſſam pituitam, bilemque utramque per vomitum ac nonnunquam per ſeceſſum violenter expurgat. Calf. & ſicc. 3. diureticum eſt, ac emmenagogum inſigne, Epar, Lienem, veſicamque fellis aperit. Hinc utile in arthritide, hydrope, febribus præcipuè tertiana & quartana, in ictero, &c.*

Doſis Rad. à ʒß. ad ʒj. in ſubſtantia, à ʒj. ad ʒiij. in infuſo.

*Folia exhibentur. N. 6. 7. 8. 9. infuſa cocta & expreſſa.*

PRÆPARATA.

1. *Extractum alcaliſatum*, quod venit nomine *coaguli Aſari.* ℞. Rad. ac folia Aſari, extrahe cum 🜅 ac filtra. Hinc adde ſal ex incineratis fæcibus elixiviatum, & ad ignem fuſionis calcinatum, ſolutione ac inſpiſſatione purificatum, abſtraheque Vini ſpiritum ad conſiſtentiam mellis. *Vide Sennert. in Inſtit. Hartm. in pract.*

Doſis ℈j. ad ℈ij.

2. *Diaſarum Fernelii.* Vid. lib. 2. cap. 51.

Doſis à ʒ j. ad ʒij. ℥ß.

HOFMAN. *Aſarum.*] Eſt herba odorata, folia habens rotunda, pinguia, hederæ ſimilia non falcata, flores inter folia ad radicem purpureos odoratos; radices ſubſunt multæ, geniculatæ, tenues, obliquæ.

*Vires &c.*) Humores craſſos cum ſcoriis bilioſis per vomitum ac ſeceſſum nonnunquam educit. Calefac. & ſiccat.

*Diureticum eſt ac emmenagogum inſigne, epar, Lienem & veſicam fellis aperit &c.*) *Aſarum crudum* vel cum vino coctum aut ſpir. vini extractum vomitum ciet & alvum turbat, *in aquæ autem ebullitione* hoc virus recedit, & mutatur in deoppilativum, diureticum tardarum febrium remedium, id quod occultatum in eo aroma prodit. *Cl. Helmont. in Pharmacop. ac Diſpenſ. modern.* §. 46. Et quantum in febribus curandis Aſarum valeat ex *Matthiol. Comment. in Dioſcor. Libr. 3. cap 42. conſtat*, dum inquit: In Germaniâ ruſtici tertianam & quartanam curant epoto Aſari ex vino decocto melle, maci, cinamomo &c. bibunt enim hujus decocti calidi cyathum unum, alii quotidiè, alii alternis diebus, & ita in alvum ſubducunt, nonnunquam etiam tantum per ſudorem & urinam operatur. Id quod ex propriâ experientiâ habeo certum, Ejus folia quò fortius vel coxeris, vel cocta expreſ-

expreſſeris, vel juſto diutius contriveris, eò facilius omni vi catharticâ exues. Quantum & in ictero, hydrope &c. valeat, praxis docet. Pulmonum etiam vitioſos corrigit humores, & tuſſientibus ac aſthmaticis confert cum melle & vino decoctum. Dreſdæ fuit Medicus aulicus, qui omnibus ferè Medicamentis immiſcuit. *Specificum eſt D. D. Strobelbergeri antè paroxyſmum in quartanâ.* Externè etiam in affectibus aurium utile inde præparatur Medicamentum.

*Præparatur* inde *Diaſarum Fernelii* & ingreditur *etiam trochiſcos Hedychroi.* Utrum autem radices, an folia hanc trochiſcorum confectionem ingrediantur, quæritur; Pro foliis ſtat *Sylvaticus Libr. de Theriac.* p. 57. *Primò* quod radicibus inſit vis purgandi, quæ tamen in trochiſcis non expetitur. *Deindè* quia folia facilius areſieri & pulveriſari poſſunt. *Tertiò*, quia odor, acrimonia & amaritudo, ob quæ radices præferuntur, æquè inſunt foliis. Verùm rectius cum *Marantha* radices præferuntur, cum plus de aromaticâ qualitate participent, & ſi qua illis ineſt vis cathartica per exſiccationem, decoctionem & cum aliis fermentationem corrigi poteſt.

## B.

### ¶ CCCCXIV. *Bryonia.*

*Ἄμπελος λευκή*, *Dioſc.* Bryonia, *Trag. Lon. Tab. Cam.* alba, *Dod. Ger.* Vitis alba, *Matthiol. Fuchſ. Cord. in D. Lob. Caſt. C.B.* 1. German. Zaunrübe/ Schmeerwurtz / Stickwurtz / Scheißwurtz/ Sauwurtz. Couleurée. *Briony.* Brnonie.

Eſt baccis rubris & nigris, *utraque uſualis, præfertur tamen prior.*

Creſcit dumetis : Floret Majo.

#### OFFICIN. NAT.

*Radix* collecta verno tempore.

Vires. *Purgat validè ſeroſos & pituitoſos humores. Splenetica, Uterina & Jecoraria eſt, utpote quorum obſtructiones aperit. Calfac. & ſicc.* 2. *Hydropicorum aquas per vomitum ac ſeceſſum educit, menſes ciet, fœtum ejicit, ſuffocationes uteri arcet, aſthmata ſanat, podagricis convenit (intus & extus.)*

Doſis in ſubſtantia à ʒj. in Infuſo ad ℥ß. in vel ultra.

Extrinſecus confert Hydropi, abdomini emplaſtrata cum ſterc. caprillo, quin & quartanam curare dicitur arteriis temporum & brachiorum affixa; [ad ſcyrrhos & carcinomata contuſa cum ſanguine taurino.]

#### PRÆPARATA.

1. *Fæcula Bryoniæ*, Vide l. 2.

Vires. *Uterina eſt, menſes ciens, ſed non citra nauſeam.*

Doſis ad ℈j.

2. *Nectar ſuccoſum S. Cloſſ.*

Fit ex ℥j. ſucci bryon. per expreſſionem facti, & ʒj. ol. ⊕ vel Sulph. M.

Doſis ʒj. in vino albo.

N. *Purgat aliquando per vomitum, alvum & urinam.*

3. *Unguentum Agrippæ.* V. D.

Hofman. *Bryonia.*) Seu *vitis alba*, folia habet lata quinquangularia, ad vitium ſimilitudinem diviſa ſed aſperiora, hirſuta & albicantia, flores parvi, candidi, racemoſi & uvarum ritu congregati. Ad perticas ſcandunt & multiplici eas nexu amplexantur. *Baccas fert rubras & nigras, utraque uſualis. Prior tamen præfertur.* Radix Mechoacannæ valdè eſt ſimilis, viribus tamen diſſidens. *Bryoniæ* acris eſt & mordax, *Mechoacannæ* inſipida, nec ullius acrimoniæ particeps.

*Vires &c.*) Purgat validè ſeroſos & pituitoſos humores, unde & in Lienis, jecoris, Meſenterii obſtructionibus & ventriculi impuritatibus radix in vino infuſa valdè confert, tutò etiam hydropicis cum aliis hydragogis propinari poteſt. Hæc radix raſa extrinſecus arthriticis doloribus, contuſionibus ſuperimpoſita notabilem affert allevationem. Tanquam ſpecifico utimur etiam ejus feculâ, vel quod melius, ejus pulvere in ſuffocatione uteri cum aſthmate conjunctâ, ſeu ſuffocatione hypochondriacâ.

### ¶ CCCCXV. *Carthamus.*

*Κνίκος*, *Dioſcor.* Κνῆκον, *Plinii*, Arab. Karten. Cnicus, *Matthiol. Dod. Lob. Caſt.* vulgaris, *Cluſ. hiſt.* ſativus, *Cord. in D. & hiſt. Lob.* Cnicus urbana & ſativa, *Theophraſt. & Plinii.* Carthamus, *Brunſ. Trag. Fuchſ. Lon.* flore Croceo, *Cam.* Cnicus ſativus ſeu Carthamum officinar. C.B. 1. *aliis*, Crocus ſylveſtris, Cnecus, German. wild Saffran. Carthame, Graine de paſegays, ſaffran ſauvage &c. *Cartharmus* or *Baſtard Saffron.* Wilde Saffraen.

N. *Floribus eſt croceis, rarius albidis, illorum admiſtione adulterant Crocum.*

Colitur in hortis Italiæ, Galliæ Floret Iulio & Auguſto.

#### OFFICIN. NAT.

*Semen.*

Vires. *Semen pituitam viſcoſam ac aquas vomitu ac dejectione purgat: confert maximè pectori: Calf. & ſicc.* 1. *Stomacho adverſatur, ideoque corrigitur ſtomachicis aniſ. galang. Zinzib. &c.*

*Doſis* in ſubſtantia à ʒj. ad ʒij. ß. (ſed raro ita exhibetur ob viſcoſitatem) in infuſo à ʒ iij. ad vj. vel ultra.

#### PRÆPARATA.

1. *Extract. Diacartham. ſ. Cnicopharmacum.* Vide D. A.

Doſis à ʒß. ad iiij.

[Loch de Carthamo etiam paratur.]

2. *Syrupus de Carthamo.* V. D.

Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

3. *Electuar. Diacartham.* Doſ. ℥j.

4. *Species Diacartham.* Doſ. ℥j.

### ¶ CCCCXVI. *Caſſia.*

Caſſia, (Caſia) fiſtula, *Arab. & Alpin.* Caſſia nigra *Actuario Dod. Cord. in D. Caſt. Frugoſ. Tab. Ger.* Caſſ. laxativa *Lon. Caſt.* ſolutiva, *Bell. Monard. Garz.* Siliqua aut Caſſia purgatrix Arabum, *Lob.* Caſſ. Ægyptia ſ. purgans, *Cam. aliis* Canna fiſtula, Siliqua Indica. Caſſ. ſolutiva ſeu Ægyptia, ſiliqua, *Matthiol.* Caſſ. F. Alexandrina, C.B. 1. la Caſſe en bâton. Caſſia in the Pipe or Cane, Caſſia fiſtula [illegible] Ppp.

N. *Advehi cœpit & ex Braſilia Caſſia purgatrix, cujus ℥ j. plus purgat quam ℥ij. Caſſiæ illius Ægyptiacæ.*

Caſſia Arbor procera eſt, inſtar juglandis ferens ſiliquas, ſeu cannas longas, rotundas, exterius lignoſas, intus ſeminibus ac medulla prægnantes.

#### OFFICIN. NAT.

*Siliquæ* ſeu Cannæ medullam includentes. Hæ eligendæ ponderoſæ, recentes, plenæ, quæque minimè commotis intus ſeminibus reſonent, ſplendentes, foris etiam ac in pulpa pingues.

Vires medullæ. *Alvum lenit clementer atque ſine torminibus fæces educit, caliditate temperatâ (Fernel. cal.* 1.*) cætera humidior, unde nec humido ventriculo nec hypochondriacis ac flatulentis niſi ſtomachicis & carm-*

*carminativis. (E. g. Cinam.) Maſtich. ſem. aniſ. correcta convenit. Potio ejus grata eſt pleuriticis.*

## PRÆPARATA.

1. *Caſſiæ flos ſ. pulpa Caſſiæ, Caſſia extracta.* Fit trajectione medullæ exemptæ per cribrum.

N. *Vapor aquæ cribro ſubditur, ut medulla in cribro agitata eò faciliùs tranſeat: debet autem fieri extractio actutum quando uſus poſtulaverit, aceſcit quippe pulpa cum tempore.*

Doſis. Infantibus ad ʒ i ß. adultis ad ℥ ß. in clyſteribus ad ℥ ij.

2. *Caſſia extracta ſeu Caſſia extracta communis ſive pro clyſteribus.* Fit pulpa cum decocto herb. mollientium & melle ad conſiſtentiam Electuarii coquendo. Vide Diſp.

3. *Elect. Diacaſſia cum Manna.* Electuarium eſt & paratum ex pulp. Caſſiæ, p. vj. Tamarind. j. Mannæ ij. Sacchar. Cand. j. Penid. j. Sacchar. Violar. iiij. quæ ſuſcipiuntur decocto prunor. & ſyrupo violar. V. D.

4. *Caſſia extracta ſine foliis ſenæ.* Electuarium eſt ex pulpa Caſſ. ℔ ij. Tamar. ℥ j. ſacchar. ℔ ij. ſuſceptis decocto expreſſ. polypod. ſem. cattha. herbar. pectoral. Vid. Diſp.

5. *Caſſia Extracta cum foliis ſenæ.* Fit ex prioris Electuarii p. xij. pulv. ſen. p. j. Vide Diſp.

6. *Extractum Caſſiæ.* Vide Quercet. in Diæt. & Ph. Reſt.

*Doſis ad* ʒ i ß.

7. *Aqua Caſſiæ.* Fit ex pulpa additis limon. parvis & ſer. lact. q. ſ. Extrahitur aq. per B. M. dantur ℥ vj. in nephrit. & inflammatione Renum.

8. *Syrupus de Caſſ.* Deſcribitur à Renod.

HOFMAN.) *Caſſ.*) *Fiſtula, duorum eſt generum. Una Orientalis, quæ minor; Altera Occidentalis ſeu Americana. quæ major.* Illa præfertur, quæ ex Orientali & Locis ad Septentrionem vergentibus defertur. Atque *hæc ſiliquoſa eſt, cubitalis*, figurâ tereti, nigra aut flaveſcens; cùm immatura, viridis, intrà corticem lignoſum ſemina fovens ſiliquis ſimilia intervallis ſepto membranoſo diſtinctis, & modicâ quâdam medullâ ſuccoſâ nigrâ, dulci, ſed nauſeoſâ prædita: Per ſiliquæ corpus linea duplicata nigra in longitudinem excurrit, quæ in duas partes æqualiter diviſa eſt, magiſque acuminatur parte eâ, quâ petiolo adhæret. Ex Alexandriâ Ægypti adferri ſolet. Arborem, in quâ creſcit, tradunt eſſe craſſiſſimam, foliis Mori aut Nucis juglandis, flores latos candidos ferre, fructum copioſum.

Altera Caſſia Americana dicitur, priori multò major.

Creſcit in Hiſpaniolâ, Cubâ & Iamaicâ, non ſine incommodo aliarum frugum, ad harum arborum olfactum formicarum occurrit tanta copia, ut quicquid apud illas arbores aut in earum viciniâ ſeritur, à formicis conſumatur, gravemque adeò incolis inferant moleſtiam.

N. *Aëvchi cæpit & ex Braſiliâ &c.*) In Iava etiam creſcit, *teſte Bontio* l. c. in cujus ſylvis copioſè provenit. De ſiliquis referunt, quod quando iis matureſcentibus venti flant, tantus ad invicem earum fit conflictus, ut obſtrepere inter eas mille anſerum & anatum agmina videantur. Ab earum enim colliſu pro ſucci acerbi aut maturi (pro diverſitate texturæ partium) qualitate proveniunt vocum moduli non inſuaves.

*Vires Medullæ.*) Hujus pulpæ uſus frequens etiam eſt apud Malayos in renum ac veſicæ affectibus, in gonorrhœa etiam ex impura venere contracta, ſi ei miſceatur pulvis terebinthinæ coctus.

N. Externè etiam *Pulpa Caſſiæ* cataplaſmatis lenientibus & reſolventibus additur. Sic quando dolores arthritici ab humore calido concitati infeſtant, partibus dolentibus ſequens Emplaſtrum apponi poteſt nulli ſecundum.

Recip. pulpæ Caſſiæ ℥ ß. farin. hordei, fabarum ana ʒ iij. Succi apii. Cydonior. ana ʒ vj. Santal. rubr. ℥ ß. ol. viol. roſar. Nymph. ana q. ſ. M. f. Cataplaſma.

### ¶ CCCCXVII. *Cataputia minor.*

Λαθυρίς, *Dioſcor.* Lathyris, *Brunf. Matth. Fuchſ. Dod. Cord. in D. Lob. Lon. Cam. Caſt. Ger. Tab.* Lathyris ſeu Cataputia minor, 2. *Trag.* Cataputia minor, *Lob. Tab.* Lathyris minor, C. B. 1. Granum regium minus, *Meſ.* German. Springkörner. Eſpurge. *Litl Spurge,* or *Eſula.* Springkruyt/ en (by ſommige) Spurgie.

Ratione ætatis, latiora vel anguſtiora folia habet, hinc apud *Tab.* Lathyris duplex, latifolia ſcilicet & anguſtifolia. quæ promiſcuè uſuales.

N. *Recenſetur inter genera Tithymalorum, utpote tota candido & lacteo ſucco turgens.*

Colitur in hortis: Floret Iulio, fert ſemina Auguſto.

## OFFICIN. NAT.

*Semen (ſ. grana) rariſſimè Folia.*

Vires. *Purgat cum violentia per vomitum ac ſeceſſum, humores inprimis ſeroſos & bilioſos, hinc phlegmaticos, calf. & ſicc. 3. Doſis à baccis vj. ad xv. Folia Num. 4. vel 5. ſed eſt rarius uſus. Extrinſecus veſicatorium exhibet & pſilotrum, præcipuè ſuccus ejus lacteus.*

### ¶ CCCCXVIII. *Colocynthis.*

Colocynthis, C. B. *eſt.*
- rotunda
  - major.
  - min. *hæc uſual.*
- oblonga.
- pyriformis.
- pomiformis.

Dicitur Κολοκυνθὶς, *Dioſcorid.* Colocynthis fructu rotundo minor, C. B. 2. fœmina, *Tab.* Colocynth. fungoſa & levis, *Cord. hiſt. aliis* cucurbita ſylveſtris, fructu rotundo minor, *vulgo* Coloquinthis Sicyonia. Arab. Chandel, Handel & Handhal. Videatur & Colocynthis. *Matth. Cord. in D. Lon. Lob. Dod. Caſt. Cam. Ger.* Vera, *Trag.* prima ſ. mas, *Tab.* German. Coloquinth. Coloquinte, Pommes de Coloquintes, Courge ſauvage. *Coloquintida* Koloquint/ Quintappel.

## OFFICIN. NAT.

*Fructus ſeu poma, ac præcipuè medulla ejus arida;* affertur autem ex Ægypto.

Vires. *Pituitam craſſam ac glutinoſam ex profundioribus & remotioribus partibus expurgat. ut è cerebro, nervis, juncturis, pulmonibus, unde cum commodo exhibetur Vertiginoſis, Hemicranicis, Epilepticis, Apoplecticis, Scabie, Lueque Venerea afflictis. Calida eſt & ſicc 3. verùm ob vehementiam ac amarorem, & quia ventriculo ac inteſtinis noxia eſt, rariſſimè in ſubſtantia, & non niſi robuſtis, imo decenter correcta exhibetur. Corrigentia illa ſunt cuminum tragacantha, maſtiche, bdellium, & ſim. cardiaca, hepatica, ſtomachica.*

Doſis in ſubſtantia à gr. vii. ad ℈ j. in clyſteribus (in petita) ad ʒ ß.

## PRÆPARATA.

1. *Trochiſci Albandal.* Vide Diſp.

2. *Infuſum Trochiſc. Alband.* *Aqua vitæ aureus Rulandi (nonnullis.)*

℞. Trochiſc. Alhand. ℥ ß. 🜄 Malvat. ℥ x. vel ℥ xij. Digere aliquamdiu, filtra & ſerva ad uſum.

Vires. *Purgat per alvum abſque periculo omnes humores*

*humores viſcoſos, bilem utramque ac ſerum, ſi tertio quoque die propinetur.*

Doſis à ℨ ij. ad ℥ j. vel ℥ iß. vel ſi placuerit inſpiſſare ad conſiſtentiam extracti, detur à ℈ß. ad ℈j.

### 3. *Extract. Colocynth.*

♃. Colocynth. pulpæ (rejectis ſeminibus) pulveriſatæ, extrahe digerendo, vaſe clauſo cum 🜍, aliquot ſeptimanis (3.) quo temporis ſpatio totam acrimoniam amittit, filtra & ſi dulciùs deſideras, iterum digere, & dulceſcet, Medicamentum evadens optimum, ad pituitam & alios humores craſſos à remotioribus partibus attrahendos, idque ſine noxa. Corrigitur oleo Maſtich. Nuciſt. Cinam. *Weckerus ex Querc.*

N. *Sala* ♃. pulpæ coloc. ſine ſemine q. pl. eamque ſubinde irrorando ▽ plantag. incidit, dein extrahit cum ▽ plantag. part. ij. 🜍 p. i. filtrat, defecat & inſpiſſat ad conſiſtentiam mellis.

Menſtruum ex ▽ plantag. & 🜍 commiſcet, ne quid ex parte reſinoſa ac viſcoſa, quibus Colocynthidem conſtare ait, intactum maneat.

Doſis à gr. IV. ad X. cum corrigentibus.

N. *Præſtat Extractum hoc cum aliis purgantibus miſcere, ut illis ſtimulo ſit, quàm ſolum exhibere.*

HOFMAN. *Colocynthis.*) *Cucurbita quædam ſylveſtris eſt*, Græco & Latino idiomate ſic uſurpata. Arabicè *Nandhal* dicitur, unde & nomen *trochiſcorum Alhandali*, qui ex ea conficiuntur. Repit per terram cucurbitæ ſativæ ritu, foliis amplis, lanuginoſis ſarmentis longis humi ſerpentibus, floribus ex luto palleſcentibus, horum quidam Pomorum prodromi, nonnulli citò marceſcunt. Hæc poma rotunda & amariſſima, ac præcipuè medulla eorum arida hujus loci eſt.

*Vires &c.*) Præter vires à *D. Autore* recenſitas, *colocynthis* etiam inſignem menſes movendi vim habet. Unde umbilicalia ex trochiſcis alhandali & ſabina. ſuffituſque crebriores ex colocynthide fluxum menſium potenter movent.

*Corrigentia illa ſunt cuminum, tragacantha &c.*) Verum & genuinum colocynthidis corrigens moderno tempore adhuc deſideratur. Quæ enim *D. Autor* allegat, vera corrigentia dici nequeunt. Neque cum acidis correctio rectè expeditur. Ego ſtatuo mediante fermentatione cum ſucco cydoniorum melius eam procedere poſſe.

*Inſpiſſat ad conſiſtentiam mellis &c.*) Si pulpæ colocynthidos à ſeminibus liberatæ ſ. q. coq. in ▽ ſ. repetitis vicibus affuſa & colata & omnis colatura leniter evaporet ad mellis ſpiſſitudinem & demum ſp. vini extrahatur, ſubſidente in fundo craſſitie abjecta, hæc ſanè correctio nec poſtrema erit.

## ¶ *CCCCXIX. Ebulus.*

De Ebulo actum eſt ſupra claſſ. 1. Hoc loco ergo ſolùm Ebuli partes purgationi inſervientes, perſtringimus. Hæ ſunt *Cortex & Acini* ſ. ſeminula baccarum. Bayes d'Hieble, Dvvarf Elder Beerjes, Hadick/ wilden Vlier.

Vires. *Ebuli cortices & ſeminula vim habent educendi ▽m, conferunt igitur in Hydrope, Arthritide, cæteriſque morbis à ſero natis.*

N. *Eliguntur cortices medii ac potiſſimùm radicis.*

### *Semen Ebuli ſolutorium acquiritur hoc modo.*

♃. Baccar. Ebuli quantitatem magnam, exprime ſuccum, (quem in Extractum redigere poteris ad normam datam l. 2.) acinuloſque reſtantes à ſiliquis ſepara, aliquoties lavando, ſemperque quod ſupernatat rejiciendo, donec ſolos acinulos eoſque puros nactus fueris. Hos ſicca ac ſerva pro uſu.

Diuretici ſunt.

N. 1. Doſis à ℨ j. ad ℨ ij. vel fiat emulſio in doſi majori. *Sala.*

N. 2. *Ex hoc Semine exprimitur* 🝆 *quod ventri inunctum alvum laxare dicitur.*

Aqua ſtill. Sambuci aut Ebuli radicum, cujuſque ad ℥ iij. ſumpta per 30. dies confert Hydropi.

### *Arcanum chamæactes S. Cloſſ.*

Semina contuſa pone in cucurb. affunde aq. limpidam, agita materiam in calore remiſſo, donec in pultem tenuem evadat, digere per 3. ♂ dein cola torculari fortiter. Oleum mixtum erit cum aq. Digere & quod ſupernatabit, ſerva, in fundo habebis ejuſdem ſem. unguentum.

Vires. *Oleum hoc intus ſumptum purgat egregiè pituitam, ſi ejus ℨß. cum far. amyli incorporetur, vel in juſculo exhibeatur. Extus podagræ materiam influentem abigit, ingreſſam diſcutit, dureſcentem emollit, in omnibus doloribus ſalutare eſt.*

## ¶ *CCCCXX. Elleborus niger.*

Utimur non omnibus Ellebori nigri ſpeciebus, ſed (*moneſte Matthiolo*) Helleboro nigro, flore roſeo, C. B. 4. cui tamen alii ſubſtituunt Helleborum nigrum hortenſem flore viridi. Alii ejus loco cum ſucceſſu utuntur Elleboro nigro tenuifolio, Buphthalmi flore, *teſte Bauhino in Matthiol.* German. ſchwartze Nießwurtz. Ellebore noire. *Black Hellebore, ſneeZvvort, bears-foot,* or *Chriſt-mas flovver.* Swarte Nieswortel/ oprecht heylich Kerſtcruyt.

Prior inſignitur Elleborum nigrum, *Matthiol.* (cui & Helleb. purpur. flore,) *Caſt. Cam.* Helleborus niger, *Lob.* 2. *Dod* verus, *Ger.* Veratrum nigrum, *Dod.* Legitimum, *Cluſ. hiſt.* Styriacum *Tab.* C. B. 4.

Poſterior nominatur Helleborus niger, *Brunfelſ.* alter *Matthiol.* 3. *Dod.* noſtras, *Cord. hiſt.* Hellebor. niger adulterinus domeſticus, *Trag.* hortenſis, *Fuchſ.* Helleboraſtrum, *Lob. Ger.* Veratrum nigrum, *Cord. in D. Cluſ. pan. & hiſt. Tab.* C. B. 2.

Tertius dicitur Elleborus niger verus, *Trag. Lon.* Pſeudo-Elleborum, *Matthiol.* Buphthalmum, *Dod. Cluſ. Cam.* Helleborine tenuifolia, *Cord. hiſt.* Elleboraſtrum nigrum, *Cam.* Hellebor. niger ferulaceus Theoph. *Lob.* Elleb. alterum, *Caſt.* Hellebor. Hippocratis, *Tab.* C. B. 9.

Prior creſcit copioſè in Auſtria. Floret Ianuar.

### OFFICIN. NAT.

*Radix* ac præcipuè *Cortex.*

N. *Colligendi tempus referunt* ☾ *in aſpectu felici cum* ♃ *aut* ♀ *exiſtente ſub ortu* ☉, ☾ *creſcente, ac peragrante ſignum Capricorni, Leonis aut Sagittarii.* Heurnius.

Vires. *Purgat potenter humores melancholicos, utile per conſequens medicamentum eſt omnib. affectib. inde Originem trahentibus, quales Mania, Inſania, Hypochondriaca paſſio, Elephantiaſis, Herpes, Cancer, Quartana,*

*Vertigo, Epilepſia, Apoplexia, Scabies. Sed cautè & non niſi robuſtis ob violentiam, quam exercere aptus natus eſt, exhibere conducit. In decocto tamen minus periculi. Corrigitur maſtiche, cinam. aniſ. fœnicul. & ſim.*

Doſis à ℈j ad ℈ij. in infuſione dant à ʒj. ad ℥ß.

## PRÆPAR.

### 1. *Præparatio Ellebori Officinarum.*

Maceretur (rejectâ medullâ ligneâ) per ♂ 3. in Vino cidonior (alii in Malvatico) poſtea exiccetur. *Auguſt.*

*Quercetano* ſufficit 24. hor. in ✠ roſ. maceraſſe. Ph. Reſt. c. 26.

N. *Alii radicem ita præparatam ulterius pomo cidonio infigunt, idq; paſta panis obvolutum in clibano coquunt, poſtmodum radicem exemptam exiccant.*

### 2. *Præparatio Recentiorum.*

♃. Rad. Elleb. nigr. pulveriſ. q. v. irrora phlegmate ⊖i, & ad lenem calorem continuò ligneâ ſpatula agita, iterumque irrora & agita, donec fœtor omnis exhalarit, radiceſque gratum odorem & colorem nigricantem acquiſiverint.

Doſis ℈ß. ad ℈j. cum corrigentibus. *Hartmann. in Croll. Sennert. Inſt. Tentzel.*

N. 1. *Alii irrigant aliquoties (3.) ſucco roſarum, & in umbra exiccari ſinunt, dantque ad gr. 10. vel 12. imo ad ℈j.*

N. *Non minoris virtutis ſunt aliæ correctiones, quæ per macerationem radicum ſeu fibrarum helleb. tenerum & minutularum ex Oriente allatarum fiunt in lacte caprino, ſero lactis melicrato, & Oxymel. per triduum, vel etiam modo ſequenti.*

### 3. *Extractum Ellebori nigri.*

♃. Cortic. rad. & fibrar. q. v. coque in Vino albo generoſo leni calore hor. 3. in fine △m augendo ut bulliant. Dein exprime, & coagula ad conſiſtentiam Extracti.

Doſis à gr. x. ad xv. vel xx. cum ol. maſtich. & ſim.

N. *Alii loco vini ſolâ aquâ pluviali utuntur, ut* Auguſt. *Alii aqua aniſi, de qua oleum ſeparatum, ut,* Heurnius in Meth. pract. *vide &* Wecker. *vel aq. majer. ut Meliſſ. cum ol. Tart. per d.* Hartman. in pract. *alii* 🜈 *ut Beg.* lib. 2. cap. 9.

### 4. *Extractum Ellebori nigri Quercetani.*

♃. Rad. & fibrar. cum ✠ roſar. præparat. q. v. extrahe digerendo, cum ſucc. Limonior. part. 1. & ſucc. pomor. redolent. part. ij. (ſucci prius ſint benè depurati & clarificati.) exprime. Fæcibus affunde novum ſucc. Roſar. pallidar. clarificatum, ac denuò digerendo extrahe colando & exprimendo. Utramque Tincturam conjunctam digere in MB. & defeca, defecatam Tincturam l. △ coagula ad formam extracti.

Doſis ad ℈j. cum ſtimulo aliquo vim ellebori vomitoriam obtundente, e. g. Extract. diagrid. & ſim. *Querc. in Pharm. Reſt. c. 26.*

### 5. *Aliud Quercet.*

♃. Extract. elleb. nigr. (cum ▽ Aniſi factum) affunde 🜈 digerendo extrahe, filtra, coagula. *Wecker. ex Quercet.*

N. *Si viridem habueris Elleborum extractum quoque parare poteris cum ▽ ejus ⊖ata, ad modum in Eſula extracto delineatum.*

### 6. *Extractum Ellebori nigri Sala.*

♃. Cort. ellebori nigri, ℔ß. ▽ borrag. ℔iij. 🜈℥iij. digerendo extrahe, vale cl. decanta, ex fæcib. combuſtis extrahe Sal, idque Tincturæ admiſce, digere per ♂ 1. ac coagula.

Doſis ad ℈ß. ad ℈j.

### 7. *Extractum helleb. nigri S. Cloſſ.*

Deſicca fibras helleb. nigri flore purpureo in patella ferrea, admoto ſubtus △ lento, quaſi animus eſſet aliquid frigere, agita frequenter, ut vapor malignus, qui convulſionis cauſa eſt, inde exhalet, hoc facto tere radiculas, & cum phlegmate. *Acet. deſtill.* tincturam extrahe, filtra & coagula.

### *Balſamus Elleboratus.*

♃. Herbas & rad. elleb. nigri mundentur, conquaſſentur & ponantur in Vinum moſchatellinum rubr. menſur. 4. vaſe vitreo benè clauſo per menſes duos, poſtea exime & ſuccum exprime, expreſſum filtra, filtratum pone ſuper herbas & radices recentes ana m. j. roſ. rubr. m. v. garyophyll. ʒvj. Ponantur ad digeſtionem per aliquot ♂, adde 🜈 octavam partem, deinde exprimatur, expreſſum ſervetur. Tandem remanentiam combure in cinerem, & ſ. a. ſalem præpara, liquorem abſtrahe in B.

♃ Salis præparati ℥ß.
Croci ʒj.
Ambar. griſ. ℈ij.
Moſch. ℈j.
Aloës epat. ℥ß.
Spec. Diambr.
Diagrid. ana ʒj.
Ol. garyoph. ʒß.

Solvatur extractum, deinde admiſceantur hæ ſpecies, iterumque ad formam inſpiſſentur, datur à ℈j. ad ℈ß. & ultra, *Ex communicatione Greg. Horſtii habui. S. Cloſſ.*

### *Syrupus Helleboratus Ulmenſis.*

♃. Myrobalan. omn. ℥ iß contundantur craſſiori modo & fricentur manibus cum ol. amygd. Deinde infundantur per diem & noctem in aq. fumar. ℔. xj. Poſtea coque ad conſumpt. tertiæ partis.

Adde cort. rad. hellebor. nigr. præpar.
Glycirrhiz. mund.
Polypod. q. à ℥j.
Sem. citr.
Caryophyll. à ℥ß.
Sum. fumar.
Fl. Cichor. à mß.
Borrag.
Bugloſſ. ana p. 1.

Bulliant omnia ad remanentiam ℔ v.
Poſtea adde Fol. ſen. el. ℥iiß. Epithym. ℥ij.
Iterum bulliant, donec maneant ℔. iij.
Addito ſacchar. ℥xxxij. coque ad conſiſt.
*Greg. Horſt. in obſerv. lib. 1.*

N. *Syrup. Helleb. Quercetan.* Vide lib. 2.

Syrup

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Syrupus Elleboratus*: In hoc continetur. | Cort. Elleb. | 3. | partes. |
| | Rhabarb. | 8. | |
| | Fol. Senæ | 16. | |
| | Polypod. | 16. | |
| *Oxymell. Elleboratum*: In quo | Helleb. alb. | 3. | partes. |
| | Helleb. nigr. | 3. | |
| | Eſulæ | 2. | |
| | Agaric. | 2. | |
| | Turbit. | 8. | |

*Pulvis purgans.*

Fit ex foliis helleboraſtri menſe Septembri vel Octobri collectis, ☾ à decreſcente, quæ in umbrâ per ſe exiccanda, vel in pane ſiliginoſo.
Doſis à ʒß. ad ʒj. in vino albo.

Hofman. *Elleborus Niger.*) Seu *Veratrum Nigrum flore roſeo*, numero *quartus Bauhini verus & legitimus eſt Elleborus niger*, qui in officinas recipi debet. Hîc diligenter notandum, in ejus electione ſummam cautelam eſſe obſervandam, ne *Aconitum*, quod ſummum eſt deleterium pro *Ellebori nigri* radice, quæ inter ſe externâ formâ, ſi folia fuerint detracta, conveniunt, ſubſtituamus. *Deinde* & hoc ſcitu eſt neceſſarium, differentiam quandam inter has radices eſſe ratione loci, ubi effoſſæ ſunt, nam illæ, quæ ex Styriâ apportantur, virtute ſuâ reliquas antecellunt.

Univerſa genera Veratri Nigri Martio & Aprili florent, & colligenda in Majo & Iunii initio.

*Vires. &c.*) Purgat humores aduſtos, tartareos, melancholicos, unde in omnibus affectibus inde ortis confert, ut maniâ, inſaniâ hypochondriacâ &c. Si ſcil. iſta ſymptomata non ſimpliciter ab internæ imaginationis thymoſi inceperint, ſed à cauſis occaſionalibus in hypochondriis ſtabulantibus & noxium impetum in vitalem œconomiam facientibus fuerint orti. Externè etiam *Angelus Sala* nodulum inde facit & peſſi inſtar in ſuppreſſione menſium in vaginam penis intrudit, licet cum mirabili totius contracturâ, ſine tamen noxâ, ſummè proficuum dicit.

*Rejectâ medullâ ligneâ.*) Hanc rejectionem ut inutilem & impoſſibilem improbat *Cl. Zwelferus in animadverſ. ad P. A.* p. 411. Verùm hæc emedullatio, ſive decorticatio adeò ſimpliciter tanquam inutilis & impoſſibilis rejici nequit, præterquam enim quod hanc ipſam ipſe *Dioſcorides* Botanicorum ferè Princeps *Libr. 4. Cap. 146. approbarit*, efficacioris etiam partis hic ratio eſt habenda, quæ non medulla lignea, ſed exterior cortex eſt. Neque adeò impoſſibilis eſt hæc dicta excorticatio. De *elleboro albo* conſtat ejus medullam perquàm facilè extrahi poſſe. *Ex elleboro nigro* præſertim *Styriæ* recenti, ſi radix prius contuſa fuerit, medullæ ligneæ extractio facilè etiam fieri poteſt.

N. *Alii radicem ita præparatam ulterius pomo cydonio infigunt &c.*) Verùm hoc tanquam ineptum omitti poteſt.

N. *Alii loco vini ſolâ aquâ pluviali utuntur.*) Recip. radic. ellebor. nigr. mundat. q. v. inciſas coque cum ſ. q. aquæ pluvialis vel fontanæ repetitis vicibus affuſæ & colatæ, uſque vires omnes ſint evocatæ. Colatura evaporet ad mellis ſpiſſitudinem, ex quâ demum cum ſp. vini parandum eſt extractum legitimæ conſiſtentiæ. Hoc mitiſſimum ac minus violentum eſt Pharmacum, nec multum purgando per inferiora, minus per ſuperiora operatur. Conſultiſſimus vir D. *Pieruccius ICtus Patavinus* de Germano quodam in Italiâ degente *Th. Bartholino fidem* fecit, quod ſexageſimo ætatis anno dentes novos & nigros capillos ſibi refecerit *ſolo Ellebori nigri extracto cum vino & roſis*, & ad plures annos vitam extenderit. *Thom. Bartholin. Centur. V. Hiſtor.* 28. Hoc *Extractum* ingreditur etiam *Mixturam Balſamicam D. Knœffelii & Syrupum ejus purgantem.*

## ¶ CCCCXXI. *Elleborus albus.*

Elleborus albus flore ſubviridi, *C. B.* Ellebor. alb. *Brunf. Trag. Fuchſ. Cord. hiſt. Lon. Cam. Cluſ. hiſt.* Helleborum album, *Matthiol. Lob. Caſt.* Veratrum album, *Cord. in D.* mas & fœmina, *Tab.* German. weiß Nießwurtz. Herbe au Laict. *White Hellebore, Snee-wort.* Witte Nieswortel / of Nieskruyt.

OFFICIN. NAT.

*Radix.*
Vires. *Ob violentiam purgationis, quam per ſuperiora & inferiora exercet uſum purgandi internum ſolì ferè Elleboro nigro linquit. Ingreditur tamen ceu baſis vomitorium Conradinum. Extrinſecus ſternutationes movet, ſcabies, impetigines & ſerpigines mundificat & ſanat. Lethargicos excitat, (naribus indita) menſes proritat (ſubdita.)*

PRÆPARATA.

1. *Vomitivum Conradini.*
♃. Rad. Bryon.
Cyclamin. à ℥ij.
Helleb. alb. ℥j.
Radices has probè mundatas, lotas & exiccatas pulveriſa, affundeque ▽ ad eminent. dig. 2. ſtent in MB, dein Ωla per XX, fæces exime & comminue, ſpiritum abſtractum reaffunde, ſtentque aliquamdiu vaſe clauſo. Poſtea filtra & habebis verum vomitorium.
Uſus. *Pennæ extremas plumas intinge, & immitte in hauſtum vini malvatici eumque bibe & evomes.* Vid. Hartman. in Croll.

2. *Vinum Vomitorium.*

Fit vinum ex elleb. albo, ſi radicum illius craſſè contuſ. ℥ß. maceretur in ℔j. Vini Hiſpan. exponaturque Soli.
Vires. *Eſt ſingulare Heurnii Experimentum pro movendo vomitu cochleare unum, ad alvum verò ciendam detur cochl. ß. cum aliis laxantibus, adde vomit. Amat. Luſit.*

Hofman. *Elleborus albus.*) Creſcit & in Indiâ Ellebori albi ſpecies, quam *Potſiock* Chinenſes & Iavani vocant, eſtque in ſummo pretio, *Iacobus Bontius de Medicinâ Indorum.*

## ¶ CCCCXXII. *Epithymum.*

Ἐπίθυμον, *Dioſcorid.* Epithymum, *Matth. Lob. Caſt. Tab.* Caſſutha minor. *Dod. C. B.* 1. German. Tymſeid. l'Epithyme. Goute ou teigne de thym. *Epithymum Dodder of Time.* Epithymum / een Schorfte die over thymus waſt.

OFFICIN.

*Integra planta.*
Vires. *Purgat blandè melancholicos & ſeroſos humores, calf. & ſicc. 3. Uſus præcip. in ſcabie, ulceribus, affectibus melancholicis, in hypochondriorum & lienis paſſionibus & obſtructionibus.*

PRÆPARATA.

*Syrupus de Epithymo.* Vide Diſpenſat.

Hofman. *Epithymum.*) Cirri illi, qui thymo innaſcuntur, *epithymi* nomine veniunt, blandè corpus purgant, & ab aduſtis ſeroſis humoribus liberant, unde omnis generis affectibus, qui à ſeroſis & aduſtis humoribus ortum habent opitulantur. *Ex hiſce decoctum vel infuſum fieri ſolet vel per ſe vel cum fol. Senn. A.* in aq. fumar. vel ſero lactis caprini.

## ¶ CCCCXXIII. *Eſula.*

Eſula herba eſt Linariæ conformis, niſi quod hæc lacteo ſucco careat, quo illa gravida eſt, juxta verſum:

*Eſula lacteſcit, ſine lacte Linaria creſcit.*

Diverſa ejus ſunt genera, iiſdem qualitatibus prædita. Ex his eligere monent pineam, i. e. quæ foliis pinum æmulatur.

Dicitur Eſula vulgaris major. 5. *Trag.* Eſula minor Officinar. *Lob.* Eſula minor, *Dod.* Tithymalus cupreſſinus, 2. *Tab.* Tithymalus foliis pini, forte Dioſcoridis Pityuſa, C. B. 1. Germ. Wolffſmilch. Herbe au Laict. *The greater common ſpurge. Leſſe Spurge.* Ezula/ of Ezula / een grooter ſpurgie.

N. *Eligenda non nimis recens.*

### OFFICIN. NAT.

*Cortex* præcipuè radicis, hinc & folia, quibus addi poteſt & ſuccus, ſed rariſſimi uſus eſt.

Vires. *Pituitam & ſerum validiſſimè, præcipuè per inferiora purgat, unde & Ruſticorum Rhabarbarum Eſula audit. Eſt autem acris ignea & erodens, adeo ut impudentium mendicorum fraudi inſerviat, qui ejus ſucco cutem ſibimet exulcerant ſcabritiei ſpecie.*

Corrigitur ejus feritas Bdellio, Tragacantho, mucilagine Pſyllii. Quinimo miteſcit præparatione, i. e. triduana in 🜊 acerrimo roſ. infuſione ac exiccatione. *Vide Auguſt.*

N. *Quercetanus contentus eſt infuſione 24. hor. in Pharm. Reſtit. Alij ſingulis diebus novum acetum affundunt. Nonnulli perficiunt eandem macerationem in decocto myrobalanor. cum modico cinamomi vel ſpicæ.*

### PRÆPARATA.

1. *Extractum Eſulæ minoris. Salæ.*

℞. Cortic. radicis (in principio Veris, quando prodire incipit collect.) q. v. coque cum Vino albo generoſo in diplomate: Exprime ac inſpiſſa: Inſpiſſatum liquorem ſolve iterum in ▽ plantaginis, maceraque in MB 3. vel 4. decanta, filtra, vel ſi opus, clarifica cum albumine ovi, & coagula.

Doſis à gr. xij. ad xx. vel plura.

2. *Aliud Extractum Eſulæ, quod Rulandinum exiſtimatur.*

℞. Rad. Eſul. min. ut in officinis væneunt, q. v. coque lento △ cum ▽ ſimpl. ſemper deſpumando, dum ſpumat ▽m inde cola & ſerva, aliamque ſuperfunde & coque collectam ▽, leniter coagula ad ſpiſſitudinem mellis, poſtea affunde 🜅 ad eminent. digit. j. & vaſe clauſo in loco calido, aliquamdiu aſſerva. Tandem abſtrahe leniter 🜅. Et relinquetur Extractum.

*Vires. Feliciter ▽ inter cutem pellit, &c.*

Doſis à ℈j. ad ʒj. *Hartman. in Croll. Senn. in Inſt. Tentzel.*

Weckerus deſcribit & Extract. Eſulæ ex foliis ſiccis cum 🜅 factum, idque per vomitum ac alvum expurgans.

3. *Extractum Eſulæ Quercetani.*

Exprime ſuccum ex radice & foliis, fæcibus remanentibus, affunde ſerum lactis (vel ▽m lactis ♌atam) digere ☌ aliquot, dein exprime. Expreſſiones utraſque confuſas digere in MB ut defæcentur, ne quicquam amplius craſſamenti deponant. Liquorem defæcatum lento MB calore coagula ad conſiſtentiam Extracti.

Doſis ad ʒß. in forma pilulat. vel in liquore diſſoluta.

4. *Aliter ejuſdem Quercetani.*

℞. Eſulæ viridis contuſ. q. v. deſtilla in VB (non tamen comburatur) fæcibus affunde deſtillatam illam ▽m, digere ut extrahatur Tinctura. Tincturam decantatam ſepara ab aqua ſua in MB: abſtractam aquam reaffunde fæcibus prioribus, ex quibus paraſti extractum, idque toties repetendo, donec non amplius tingatur: Ultimò exprime; expreſſionem prioribus Extractis adde.

N. 1. *Si ex fæcibus utriuſque præparationis (præcedentis atque hujus) combuſtis, Sal cum ſua propria aqua extraxeris, idque extracto proprio addideris ejus purgandi vim & efficaciam validiorem reddes.*

N. 2. *Ad hunc modum Extracta præparabis ex Thymelæa, Mezereo, & reliquis omnibus Tithymali ſpeciebus, & ex ipſo quoque Elleboro nigro, ſi in loco eo habitaveris, ubi recens colligi poteſt.*

5. *Pilulæ de Eſula Fernelij.* V. l. 2.

HOFMAN. *Eſula, ejus Vires &c.*) Hoc Pharmacum magis ruſticis, quàm Dominis & aliis ſubtilis texturæ hominibus inſervit, ob ſummam ejus vehementiam.

## ¶ CCCCXXIV. *Frangula.*

Alnus nigra, baccifera, C. B. 1. frangula, *Matth. Dod.* Alnus nigra, *Lob. Cam.* Alnus baccifera, *Tab.* Arbor fœtida, *Lon. Trag.* Avornus *Creſcentio.* Ger. Faulbaum/ Zaffholtz. Sureau, Suier. *Black Alder-Tree, Dog Berry Tree, Sugar Cheſt, Butchers prick Tree. Stincking Tree.* Sporckel-hout/ Pylhout / Honts-boom.

### OFFICIN. NAT.

*Cortex* interior potiſſimùm radicis.

Vires. *Purgat humores noxios omnes, maximè ſerum, tàm per vomitum, quàm per ſeceſſum, idque ſat violenter. Ea propter corrigi ſolet Cinam. Zinziber. ſem. aniſ. fœnic. & ſim. Extrinſecus, coquitur cum butyro, ad ſcabiem & ſimiles morbos.* [*Prima germina cocta in aqua calidè impoſita ad Odontalgiam proſunt.*]

Doſis ad ʒij.

N. *Ruſticis familiare exhibet purgans in hydrope & ſim. morbis.*

## ¶ CCCCXXV. *Gratiola.*

Gratiola, *Matthiol. Dod. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* Limmeſium ſ. centauroides, C. B. *aliis* Gratia Dei, Germ. wild Aurin. Gratiole. *Hedge Hyſſop, Gratia Dei, A kind of leſſ Centaury.* Gods genade/ een ſlach van kleyn Centorp. Ital. Stancacavallo.

N. *Veteribus ignota videtur, quamvis aliqui papaver ſpumeum Dioſcor. alij Eupatorium Meſuæ, alij Been album eſſe velint. Centaurida alij faciunt nec malè,*

*malè, cum centaurij minoris ſpecies eſſe videatur, & inter ſpurias Centaurij minoris appellationes quoque Helleborine extet, quæ ob vires cum Gratiola eadem eſſe videtur.*

Creſcit in Campeſtribus & pratis.

## OFFICIN. NAT.

*Folia.*

Vires. *Efficax remedium eſt in humoribus aquoſis, lentis, bilioſiſque ſpecificè evacuandis, quos vel ex remotiſſimis partibus trahit, atque tum per ſeceſſum, tum per vomitum expurgat. Hinc magnus ejus uſus eſſe poterit in Hydrope, Ictero flavo, &c. Et quia amaritudine inſuper dotata eſt inſigni, fugat lumbricos eorumque ſaburram expurgat.*

Corrigitur Cinamom. ſem. aniſ. Glycirrh. &c.

Doſis foliorum pulveriſatorum ʒj vel infuſo ad ʒij.

N. *Matth. exhibet folior.* Num. x.

## PRÆPARATA.

1. *Aqua.*
2. *Extractum ſeu ſuccus inſpiſſatus Gratiolæ.*
3. *Conſerva.*
4. *Sal.*

♃. Fol. Gratiolæ, (Majo vel Autum. collect.) exprime ſucc. clarifica & inſpiſſa.

Doſis à ℈j. ad ʒß.

### ¶ CCCCXXVI. *Hermodactylus.*

Hermodactylus eſt vel
- Iris tuberoſa *Hermodactylus verus, Matth. & Tab.*
- Colchicum
  - pernicioſum. *Inuſitatum.*
  - non venenatum. *Hoc uſuale & hujus loci.*
- Satyrium, Cyclamen } *Hæc officinis ignota.*

Dicitur Colchicum radice ſiccata alba, C. B. 2. Colchicum album, *Cord. hiſt.* Hermodactylus legitimus, *Dod.* Hermodactyli non venenati Offic. *Lob.* Hermodact. Offic. *Cam. Lon.* Hermodact. albus *Serapioni.* Hermodact. Orientalis, *Cæſalpino.*

N. *Matthiolus & Tabernæmontan. Hermodactylum in Offic. uſitatum eſſe volunt, radicem Iridis illius tuberoſæ, à quibus diſſentiunt Dod. Lob. & alii.*

## OFFICIN. NAT.

*Radix*, quæ ad nos ex Syria affertur.

Reperitur Hermodactyli Radix alba, ruffa & nigra, ſed eligenda quæ foris & intus verè alba, gravis, compacta, quæ leni contuſione in pulverem farinæ triticeæ ſimilem facilè redigitur, ſapore ſuavi ac dulci.

Vires. *Pituitam craſſam, alioſque humores viſcidos peculiariter à juncturis efficaciter trahit ob id articulorum affectibus, chiragræ, podagræ, &c. conducit.*

Doſis à ℈iß. ad ʒß. in infuſione à ʒij. ad ℥ß.

## PRÆPAR.

*Extractum.*]

*Pilulæ de Hermodactylo.* Vide apud Auguſtanos.

Doſis à ʒj. ad ℈iiij.

Hofman. *Hermodactylus.*) Quaſi *Mercurii digitus*, cur autem ita appelletur, ignotum eſt. Dicitur etiam *colchicum*, non autem illud *ſtrangulatorium*, quod unâ die ſuffocatu interimit, nec Noſtras Ephemerum, ſed peregrinum illud officinarum, non flaccidum, ut noſtras, ſed durum, compactum & quod levi contuſione in farinaceum pulverem abit, adſumptum humores tartareos ac ſeroſos ex partibus remotis educit.

Ingreditur *Pulverem, quem Th. Paracelſus in morbis podagricis commendat Libr. de Morb. ex tartaro tract. 2. Cap. 2. item Elect. Caryocoſtini Bayeri.*

## I.

### ¶ CCCCXXVII. *Ialappa.*

Jalappa radix eſt, exterius nigricans, interius ruffeſcens, radici Mechoacæ ſimilis.

N. *Incognita fuit majoribus, & non niſi paucos ante annos ex India ad nos tranſportari cœpit.* V. Horſtii Problem.

Dicitur Gialappa, Chelopa, Celopa, Jalapium, vel Gelapo, (à Maſſilienſibus) aliis Mechoacanna nigra, quòd Mechoacannæ aſſimiletur, C. B. Bryonia, Mechoacanna nigricans, Num. 7. Bryonia Indica. Mechoacan noire ou Jaloppe, Blak Mechoacan ſcalled. Ialap. Swarte Mechoacan.

Vires. *Expurgat validè humores noxios omnes, inprimis autem ſeroſos, idque citra moleſtiam.*

Doſis à ℈ß. ad ʒß. in infuſione à ʒiß. ad ʒij.

## PRÆPARATA.

### 1. *Extractum Ialapæ.*

Extrahe cum 🜄, ſ. a. decanta & abſtrahe ad conſiſtentiam.

Doſis à ℈ß. ad ℈j.

N. 1. *Extractum hoc, quia reſinoſum eſt, in aqueo liquore diſſolvi nequit.*

### 2. *Magiſterium.*

Extrahe cum 🜄 optimo, hinc affunde aquam & præcipitatur.

Doſis ad gran. xviij. Huc refert Tinct.

N. 2. *Vis purgatrix potiſſimum in reſina Ialapæ conſiſtit. Ideoque ſi Ialapam adhibere volueris, vel in ſubſtantiâ, vel in Extracto aut magiſterio utere, vino enim ſi infundatur, vires ſuas pro voto non communicat.*

Hofman: *Ialapa.*) *Chelapa*, ſive *Celapa*, à Maſſilienſibus *Ialapium*, vel *Gelapo*, *teſte Bauhino Libro 8. Prodrom. cap. 2.* vocata, quæ aliàs etiam *Mechoacanna nigra* appellatur; *Bauhino* autem in *Pinace* dicitur *Bryonia Mechoacanna nigricans*, quam *Nardus Antonius Recchus* Libr. V. *Rer. Medicar. Nov. Hiſpan. Cap. XXXVIII.* ſub *Tacuache* aut *Radicis Miguacanicæ Purgantis titulo deſcribit.* Alii eodem teſte *Puſquam*, Mexicenſes *Tlalant Lacacuitlapilli* vocant. *Xalapam* ab oppido veræ crucis & præcipuo Novæ Hiſpaniæ portu, S. Ioan de Ulluâ xvi. leucis diſtare *Dom. de Laët Libr. V. Indiæ Occid. Cap. 18.* ſcribit. Ante paucos annos demum hujus notitia ad Nos pervenit, & jam quotannis ex Americâ ibidem in taleolas ſecta magnâ copiâ in Europam tranſportatur.

*Vires. &c.*) Omnis generis humores & maximam partem ſeroſos per alvum ſubducit, fortius quàm *Mechoacanna alba* ſequens.

Eligitur exterius nigricans, interius quodammodo ruffeſcens reſinoſum, & ſi candelæ admoveatur, flammam concipiens.

*Præparantur* exinde *ſpec. diagalappæ Mynſichti, Extractum, Magiſterium* &c.

### ¶ CCCCXXVIII. *Mechoacanna.*

Mechoacan, *Mon. Dod. Lon. Trag. 1. & 2. Tab. Ger.*

*Ger.* Mechoaca Peruviana, *Lob. Ger.* Rhabarbarum Indicum, *Caſt.* Bryonia, Mechoacanna alba, C. B. 6. *aliis* Rhabarb. album, weiß Rhabarb/Schmeckt nicht. *White Mechoacan,* or *Rhubarb of Mechoaca.* Witte Mechoacanna/ ofte Rhabarber van Mechoaca.

## OFFICIN. NAT.

Radix ex Provincia novæ Hiſpaniæ Mechoacan nomine ad nos allata.

Duplex habetur ratione loci: Prima ex Mechoaca Inſula affertur, altera verò ex continente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præſtantior eſt. Eligatur recens, intus albicans, extus cortice cinereo veſtita, minus carioſa.

Vires. *Pituitoſos, aquoſos, ſeroſoſque humores, ex toto corpore, ac inprimis ex capite ac nervoſo genere, pectoreque blandè ac ſine moleſtia educit. Utiliſſimum itaque remedium eſt in Catarrhis, ac inde ortis affectibus, in Hydrope, in omnibus arthritidis ſpeciebus, Lue Venerea, & ſim. Quia tamen calida & ſicca eſt, in calidis conſtitutionibus ejus uſus ne ſit continuus.*

Doſis infantibus ℈ j. præter propter, Adultis à ʒ j. ad ℥ ij. in infuſione ad ℥ß.

N. *Conducit maxime infantibus in cruditate ventriculi, ac pectoris viſcoſa mucilagine expurganda.*

## PRÆPARATA.

### 1. *Extractum Mechoacannæ.*

Extractum ut alia extracta parari poteſt cum 🜄, vel ſecundùm Quercetan. (*in Pharm. reſt. c. 25.*) cum ▽ aliqua Epatica, e. g. Endiviæ, ſucco Limoniorum vel Citriorum acidula reddita. Alii parant cum ✚ *Hartm. in pract.* verùm minus rectè, quippe vis purgatrix hac ratione obtunditur.

Doſis ad ʒ j.

N. *Nihil lucri in hoc Extracto præ pulvere habes, præterquam quod diſſolvi in liquoribus poſſit.*

### 2. *Extractum Mechoacannæ compoſitum.*

℞. Rad. Mechoac. el. non carioſæ ℥ iij.
Turpeth. gummoſ. & alb. ℥ j.
Zinziberis albi ℥ ij.
Polypod. querni ℥ ß.

Inciſis groſſo modo, extrahe digerendo cum 🜄 opt. & ▽ Beton. (quæ ab Aloë eſt abſtracta, ſi adſit) ana ℔ß. exprime fortiſſimè, fæcibus relictis, aliam affunde ▽m Betonicæ, macera iterum ac exprime, expreſſis liquoribus adde

Mannæ puriſſ. ʒ ij.
Scammon. mund. ʒ j.
*Agitando miſceantur, adde*
⏦ 🜔i, g. v.
☍ Cinam. gr. iij.

Redige ad conſiſtentiam extracti.

Vires. *Panchymagogon eſt, omnes humores noxios ſimul educens, præcipuè autem ſeroſos.*

Doſis ℈j. plus minus. *Hart. in Croll.*

[Parantur etiam Morſuli de Mechoacanna.]

[Fecula Mechoacæ.]

' HOFMAN. *Mechoacanna.*) Nomen à loco natali *Mechoacan* Orientalis Indiæ, in quâ plurima creſcit, deſcendit; craſſa, per taleolas ſecta & exſiccata ad nos adfertur, à quibuſdam *Rhabarbarum album* vocatur.

*Similis eſt radici Bryoniæ, ſed non eadem.* Optima eſt recens, albicans, magna, ponderoſa, inſipida.

*Vires. Pituitoſos, aquoſos, ſeroſoſque humores ex toto corpore &c.* educit.) Undè in catarrhis, hydrope, arthritide &c. ſummo cum juvamine adhibetur. Doſis infantibus à ℈ß. ad ℈ j. Adultis à ʒß. ad ʒ i ß. in infuſo ad ℥ ß.

## ¶ CCCCXXIX. *Mezereum, Laureola ſ. Daphnoides.*

Frutex eſt Mezereum Officinarum, cujus baccæ Officin. Coccignidii, ſ. grana cnidia vocantur.

Dicitur Chamelæa ſ. Mezereon, *Trag.* Germanicum, *Lob.* Chamelæa Germanica, *Dod.* Daphnoides, *Fuchſ. Cam. (Epit.)* flore purpureo, *Tab.* Laureola major, *Caſt.* Thimelæa, *Cord. in D.* Daphnis altera, *Lon.* Laureola folio deciduo, flore purpureo Officin. Laureola fœmina, C. B. 2. German. Kellers-halß. Laureole. Racine de Mezereum. *Pepper of the mount. Spurge-olive, Widdovvvvail, Mezereon.* Mezeron/ Zeelbaſt.

N. *Sunt qui Chamædaphnen Dioſcoridis faciunt. At alii Dioſcoridi ignotam fuiſſe volunt.*

## OFFICIN. NAT.

*Cortex, Folia & Grana.*

Vires. *Mezereivis eſt ignea, acerrima, exulcerans, mordens, febres accendens, cordis principumque partium vires exolvens, validiſſime bilem, bilioſaſque ſeroſitates purgans. Corrigitur macerando hor. 24. in aceto (ut elleborus ac Eſula) ſucco mali punici aut Cydonii, portulacæ, mucilagine ſem. pſylli.*

N. *Alii corrigunt infundendo in vino, & iterum exiccando. Alii triduanam macerationem in ✚ requirunt, ſingulis diebus novum ✚ affundendo, & tandem ▽ bene eluendo.*

Doſis *Fol. ac Cortic.* Mezeti optimè præparatorum & correctorum (ſine correctione exulare debent,) eſt gr. viij. ad xv. Grana à gr. vj. ad xv.

N. 1. *Rejiciantur fibræ, dum teritur.*

N. 2. *Ob malignitatem rariſſime in uſum venit.*

## PRÆPARATA.

• *Pilulæ de Mezereo.* Videſis apud Auguſtan.

N. Eſt & Mezeræum Chamelæa Tricoccos, C.B.ſ. Chamelæa foliis magnis & tenuibus, *Meſuæ.* Cham. latif. vel alba, *Serapioni.* Chamelæa, *Matthiol. Dod. Cord. in D. Bellon. Lon. Cluſ.* Tricoccos, *Lob. Caſt.* Mezereon Arabum, *Lob.* Tricoccos, *Tab.* Chamelæa vera, *Cam.* Germ. Seidelbaſt. *Great-Leaved Chamelæa,* or *humble Olive.* Zeelbaſt. Verùm officinis noſtratibus non adeo vulgare, quamvis ſint, qui pro Mezereo officinarum habeant.

HOFMAN. Cum *Mezereo,* utpote valdè draſtico Pharmaco, Nobis hîc etiam nihil eſt commercii, ſed *D. Lectorem remittimus ad D. A.*

## ¶ CCCCXXX. *Myrobalani.*

Myrobalani fructus ſunt ex numero prunorum exoticorum, veteribus Græcis incogniti, ab Arabibus primùm inventi.

Suntque Myrobalani { Chebuli, Citrini, Bellyrici, Indi, Emblici } *omnes ſunt uſuales.*

Myr. Chebuli dicuntur Quebolia & Quebuli, *Arab.* Mirobal. Cepula, *Meſ. Cluſ.* Chepulæ, *Actuario, Matth. Garz. Lob.* Chebuli, *Cord. h. Lon. Caſt.* Chebulæ. *Tab. Ger.* Myrobal. maximi, oblongi, anguloſi, C. B. 1.

*Citrini* dicuntur Azafar, *Arab.* Myrob. lutei, *Actuar.* flavæ, *Garz. Lob.* flava, *Matth.* & lutea, *Cluſ. in Cord.* Myrob. citrea maſ. citrini. *Cord. hiſt. Lon. Lob. Caſt. Ger.* flavæ citrinæ luteæ, *Tab.* Myrobal. citrin. *Bellon.* Myrob. teretes citrini, C. B. 2.

*Bellirici:* Belleregi, Bellilegi, Bellegu, *Arab.* Myrob. bellyricæ, *Matth. Cord. hiſt. Cluſ. in Cord. Garz. Lob. Tab. Ger.* Belliriei, *Lon. Caſt.* Myrob. rotundæ bellirieæ, C. B. 3.

*Indi:* Aſuar. *Arab.* Myrob. nigra, *Actuar. Meſ.* nigri, *Lob.* M. Inda & Damaſonia & nigra. *Cluſ. in Croll.* Indicæ, *Lob. Tab. Ger.* ſ. nigræ, *Garz.* Indi, *Cord. hiſt. Caſt.* Myrob. nigræ octangulares, C. B. 4.

*Emblici:* Embelgi, Emblegi, Ambegi. *Arab.* Myrob. de Seni, *Serapioni*, Seniticæ, *Avicennæ*, Myr. Empelica. *Matth.* Empelitica, ſ. Emblica, *Cluſ. in Cor.* Emblici, *Cord. hiſt. Lob. Lon. Caſt.* Emblicæ, *Lob. Tab. Ger.* C. B. 5.

Eligendi ſunt carnoſiores, craſſiores, ponderoſiores.

Vires. *Myrobalani citrini ſeu flavi bili flavæ educendæ apti nati ſunt. Indi ſ. nigræ, bili atræ, chebuli, pituitæ ac poſtea bili, Emblici ac Bellyrici, iisdem pituitæ.*

Doſis à ℥ vj. ad ℥ i ß.

## OFFICIN. NAT.

[1. *Myrobalani conditi.*]
2. *Pilulæ de 5. generibus Myrobal.*
3. *Extractum Myrobalan.*

♃. Genus Myrob. quodcunque volueris exemptis nucleis, tere partem carnoſam ſubtiliſſ. Macera dies aliquot cum ▽, dein exprime & inſpiſſa. *Sala.*

N. *Alii adhibent ſuccum pomorum redolentium, indeque conficiunt Extractum* Myrobalanorum *pomatum.*

[N. *Emblicorum Mel officinale eſt. Vires.* Vid. Diſp. Aug.]

Hofman. *Myrobalani Myrobalanus Mauritanorum* ſeu *Arabum* eſt inventum, à quibus Græci acceperunt. Iſti tamen ut *Dioſcorides & Galenus* διὰ τῦ μυροβαλάνυ vocabulum *Nucem unguentariam* intellexerunt, nec in uſu habuerunt fructus eos, quos *Avicennæ & Serapionis* interpres vocat *Myrobalanos*, ut qui rectiùs ad pruna referuntur.

*Quinque ejus genera figurâ & viribus diſcrepantia à D. Autore* afferuntur. *Bellirici & Emblici* naſcuntur in Iavâ, ac præter dictas *Myrobalanorum* ſpecies *Jacobus Bontius* l. a in Iavâ naſci vidit hactenus Noſtris incognitas, figurâ rotundâ, ac quæ ſine ſtriis ac inciſuris ſint, leves planè ac æquales, cæterum trunco, foliis ac ſapore reliquis *Myrobalanis* ſimiles ſunt, in primis *Belliricis*, niſi quod de purgativâ cœterorum *Myrobalanorum* virtute non participent, ac magis adſtringentem vim obtineant. *Unde conditi* dyſenteriæ, choleræ ac bilioſis febribus ac putredini egregiè reſiſtunt.

Naſcuntur in Arboribus magnitudine Prunis ſimilibus, ſed ut fructu, ita foliorum diverſitate diſcrepantibus. *Flava* Sorbi profert folia, *nigra ſeu Indica* foliis eſt Salicis. *Bellirica* foliis Lauri, ſed pallidioribus & ſubcineritiis. *Chebula* folia habet perſicis ſimilia.

Magnitudine & colore quoad formam externam diſtinguuntur, in eo autem conveniunt, quòd manifeſtam poſſideant qualitatem tonum viſcerum roborandi & ſimul alvum ſolvendi.

N. *Citrinam ex Indâ* fieri ſtatuit *Cordus*, relicta *Indâ* in Arbore, uſque dum matureſcat, *Citrinam* oriri. *vid. Dominic. Chabræus in hiſtor. ſtirp. univerſal. & in Sciagraph.* p. 13.

## ¶ CCCCXXXI. *Polypodium.*

Polypodium { vulgare. *H. uſuale.* / minus. *Dod.* 2. *Matthiol.* 1. *Tab. &c.* }

Dicitur πολυπόδιον, *Dioſc.* Polypodium, *Brunf. Trag. Matth. Fuchſ. Cord. hiſt. Lon. Lob. Caſt. Cam. Tab. Ger.* majus, *Dod.* C. B. 1. German. Engelſüß. Du polypode. *Polypody, many feet,* or *Fearn*, eſpecially *of the Oak.* Boom-Vaaren Voornaementliick Eicken-Varen.

Reperitur in Fago, Corylo, in antiquis & cæduis ſaltibus, in ruderibus ſaxoſis, præfertur tamen omnibus, quod in Quercu naſcitur. (Polypode de Chêne.)

## OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Educit bilem aduſtam & pituitam lentam. Hinc utiliſſimum in obſtructionibus Meſenterii, Epatis ac Lienis, & inde natis paſſionibus hypochondrior. ſcorbuticis. Rarò autem ſolum datur, ſed aliis purgantibus ferè admiſcetur, & quia ſegniter purgat, plerumque in decoctis vel infuſionibus, rarò in aliis formulis adhibetur.*

## PRÆPAR.

[Syrupus de Polypodio ſimpl. & compoſitus.]
[Extractum.]

## ¶ CCCCXXXII. *Pſyllium.*

ψύλλιον Pſyllium *C. B.* { Dioſcorid. ſ. Indicum crenatis foliis. / Majus { ſupinum, 2. *Matth. Caſt. Tab. &c.* / erectum, *hoc uſuale ſolum.* } / Minus. }

Dicitur Pſyllium, *Trag. Matthiol. Fuchſ. Cord. in D. & hiſt. Dod. Lob. Caſt. Ger.* 1. *Tab.* German. Pſillienkraut. Herbe aux puces. Fleadane. *Fleavvort.* Floykruyt.

Creſcit ſponte in Italia, lociſque nonnullis Germaniæ, ſolo gaudens aſpero, nobis non niſi in hortis colitur. Floret Iulio & Auguſto.

## OFFICIN.

*Semen* collectum Octobri.

Vires. *Evacuat bilem flavam, mucilagineque ſua acrimoniam humorum obtundere aptum eſt. Hinc convenit maximopere in Dyſenteria & Corroſione inteſtinorum.*

Doſis à ℥ ij. ad ℥ vj. ſcilicet ex his ▽ convenienti extrahitur mucilago propinanda, ſed rarò.

N. *Semen pſyllii hoc peculiare præ cæteris purgantibus habet, quod qualitate refrigerandi ſit præditum, ſecus ac Meſue ſtatuit. Verum enim vero nec tamen extra reprehenſionem poſitum eſt, quam incurrit ratione virulentiæ ſuæ.*

## PRÆPARAT.

*Electuarium de Pſyllio.*
Doſis ℥ß. plus, minus.

Hofman.

HOFMAN. *Pſyllium.*) Extrà malignitatis ſuſpicionem hoc non eſt compoſitum, quam *Dioſcorides Libr.* 4. *Cap.* 65. & *P. Æginета Libr.* 5. *de remedicâ cap.* 40. jam pridem ei tribuerunt, idsoque internè non facilè ejus pulpâ & cortice utamur, ſed ſaltem extrinſecus illius mucilaginem uſurpemus.

## R.

### ¶ CCCCXXXIII. *Rhabarbarum.*

*Ῥᾶ καὶ ῥῆον*, *Dioſcor. Arab.* Raved. & Rhabarbarum, Romanis Raponticum Rhabarbarum, Officin. C.B. 1. Rhabarbarum. *Garz. Acoſt. Fragoſ. Lob.* 3. *Tab.* 2. *Ger.* Rhabarb. Americanum, *Monard.* Rhabarbarum ſ. Indicum, *Cord.* Rheum ſ. Rha. *Dod.*

In China provenit, unde in Turciam, hinc Venetias defertur, & quidem vel navibus, quod citius corrumpitur, vel itinere terreſtri, quod durabilius.

Duplex venale proſtat: alterum dicitur Rhabarbarum de Lavantes, quod flavius & melius: alterum Muſcovitium, quod obſcurè flavum & vilius eſt.

### OFFICIN. NAT.

*Radix.*

Vires. *Purgat benignè bilem flavam pituitamque viſcoſam ac tartaream in ventriculo, primaque regione ſtabulantem. Epati ſpecificè confert, adeo ut cor Epatis dicatur, curat Icterum, & quia vim quoque aſtrictoriam obtinet in omnibus morbis diſſolutis, Dyſenteria, Diarrhœa, præ aliis commendatur.*

Corrigitur ℞. Cinam. Schænanthos, Santal. Citrin.

N. 1. *Partem tum purgantem, tum aſtringentem obtinere creditur, quarum prior facilius eximitur, poſterior difficilius. Hinc pro diverſa intentione, diverſimodè quoque tractatur. Nonnulli levi toſtione vim purgantem minui, & aſtringentem augeri ſibi imaginantur, quod alii improbant, nec immeritò; etenim cum vis purgans fixior ſit, quam ut levi toſtione in auram evaneſcat, toſtio illa vix ſatisfaciet. Præſtat itaque ſi aſtrictoriam vim auctam velimus, rejectâ primâ decoctione, denuo id coquere, ac fortiſſimâ expreſſione exprimere.*

N. 2. *Radix Rhabarbari Monachorum* (*aliàs Lapathi domeſtici, hortenſis, ſativi,*) *de la Patience Moncks Rhabarb.* bp ſommige patientie. *Eandem purgandi facultatem cum vero Rhabarbaro habere creditur, modò in duplo uſurpetur. Hinc ſunt qui pro Rhapontico illud habent, ſed malè, Rhaponticum quippe verum & à Rhabarbaro Monachorum & à vero Rhabarbaro diverſum, nonnunquam ad nos transportatur.* Weckerus.

Doſis Rhabarbari veri à ʒ. ad ʒi ß. in infuſo ad ℥ ß.

N. 3. *Rhabarbarum ex omnibus catarcticis eſt uſitatiſſimum, ſine ullo periculi metu omni ætati, atque ideo etiam pueris & prægnantibus conveniens.*

### PRÆPARATA.

1. *Rhabarbarum conditum.*

Cujus doſis paulò major eſt crudo.

2. *Syrupus de Chichorio cum Rhabarb.* (in qua ſolum Rhabarbarum) V.D.

3. *Syrupus de Rhabarb. ſolutivus*, in quo part. æqu. Rhabarb. & fol. Senæ.

4. *Syrupus Diaſereos* in quo partes
- Rhabarb. 5.
- Cartham. 4.
- Agaric. trochiſc. 2.
- Fol. Sen. 1.

5. *Trochiſci de Rhabarb.* V.D.

6. *Pilulæ de Rhabarb.* Vid. D.

7. *Extractum Rhabarbari.*

℞. Rhabarb. cl. q. v. extrahe ſ. a. digerendo cum ▽ deſtill. Epatica (Endiv. Cichor. Agrimon. affuſis aliquot guttulis ol. Tart. per d. decanta ac exprime, coagulaque ad formam Extracti.

Alii addunt quoque corrigentia, eaque ſimul extrahunt. Sic Quercet. ℞. Rhabarb. ℔ ß. addit Cinamo. ℥ß. Santal. ʒj. extrahitque cum ▽ Endiv. ſucco Limonior. vel Citriorum acidula reddita. *Pharmacop. Reſt. c.* 25. Fit quoque Extractum per 🜄. *Vide Weckerum.*

Doſis à ℈j. ad ʒß. ʒj. Acui tamen poteſt Diagrid. præparat. Gummi gutt. Elater. &c.

N. *Melius eſt extractum ſimpliciter ſine corrigentibus conficere, cui ſi opus ſit pro intentione Medici oleum aliquod conveniens, E. g. Macis, aniſi, & ſim. admiſceri poteſt.*

[8. *Tinctura Rhabarbari.*]

[9. *Confectio Rhabarbari.*]

HOFMAN. *Rhabarbarum.*) *ῥᾶ καὶ ῥῆον. Raponticum Rhabarbarum. Indicum Rhabarbarum.*

*In China ſeu Sinâ provenit &c.*) Quamvis hoc in universâ Sinâ naſcatur, in Provinciis tamen Suciven, Xenſi atque Socieu civitate ad muros Sinarum proximâ uberius provenit. Illam *M. Paulus Venetus Socuir* appellat, ubi & Mauri, qui, dum cum Caravanis in Katai, hoc eſt, Sinas & Cambale, hoc eſt, Pequinum proficiſcuntur, ſubſiſtant, coëmunt. Terra, in quâ gignitur, rubra eſt & lutoſa ob fontes ac pluvias: folia pro ratione plantæ magis vel minus duobus palmis longa, infernè anguſta, ſupernè ampla, limbus illorum lanuginem piloſam habet, quæ tamen ubi adoleſcunt & maturantur, marceſcuntque, flaveſcunt & in terram declinant. Truncus ſuprà terram uno palmo cum foliis ſupereminet, ex quorum medio ramus ſubtilis, onuſtus floribus, violis magnis non abſimilibus exſurgit, qui ſuccum expreſſum inſtar lactis cœrulei habet, odorem acutum, & quem nares faſtidiant, redolentes. Radix ſeu caulis, quem terra recondit, eſt longus uno duobus & aliquando tribus palmis; Illius color cereus, ſubobſcurus, ſæpè groſſitie humanum brachium adæquat, alias quoque radices tenues circum circa projicit, quibus reſectis Rhabarbarum diviſum in fruſta, carnem interdiu flavi coloris rubeis refertam venis oſtendit, ex quâ ſuccus flavus & rubens aliquantulum viſcoſus deſtillat. Porro ſi quis ſtatim illa fruſta humida ad ſiccandum appenderet, experientia docuit, unctuoſum illum humorem mox evaporare & radicem leviſſimam remanere, adeoque omnem virtutem deperdere. Ideò periti recentis Rhabarbari fruſta primum in oblongis reponunt menſis & quâlibet die tribus aut quatuor vicibus ea revolvunt, ut per hanc induſtriam ſuccus incorporetur fruſtis & conſtipatus maneat: tum verò quatuor dierum ſpatio concreto humore, tranſactis per fruſta illa funiculis, appenſa ventis exponunt, loco tamen umbroſo, ne radiis ſolaribus contingantur. Effodiendo *Rhabarbaro* hybernum tempus eſt optimum, antequam viridia folia incipiant pullulare, quod ſcilicet eo tempore circà Menſis Maij initium ſuccus & virtus unita & collecta ſit. Quod ſi verò *Rhabarbari* radix effodiatur æſtate, aut illo tempore, quo viridia folia producit, uti necdum hoc tempore maturuit, flavoque illo ſucco & venis rubeis caret, poroſaque ac leviſſima eſt, ita ad perfectionem Rhabarbari hyeme effoſſi minimè pertingit. Recens ac viride amariſſimum eſt & guſtui maximè contrarium. Hæc *Rhabarbari* deſcriptio à *Johanne Baptiſtâ Rhamnuſio* primum prodita fuit in illa, uti inſcribit, declaratione, quam *Marci Pauli Veneti* Itinerario à ſe Italicè edito præmiſit, ubi eandem *Rhabarbari* hiſtoriam cum ipſius effigie Mercatori cuidam Perſæ ingenioſo, ut inquit, viro in Provinciâ Chilan nato; nomine *Chaggi Memet* acceptam refert. Utique

venerat

venerat circà Annum Chriſti 1550. Mercator ille Venetias, magnâ ſecum *Rhabarbari* co[illegible] â advectâ, & per interpretem narraverat *Kemmuſo*, aliiſque ſimul amicis, aditam ſibi viſamque fuiſſe Provinciæ *Tanguth* civitatem *Succuir*, in cujus ditione eſſet copioſus præſtantiſſimi *Rhabarbari* proventus, de eo ediſſerens eadem ferè omnia, quæ ſuperius ſunt expoſita; Ita ut Mercatoris hujus fide, qui, ut veriſimile eſt, mercis ſuæ ſtuduit diſtractioni, rem totam ſatis eſſe manifeſtum videatur. Attamen ad plantæ formam quod attinet, prorſus aliam pro verâ agnovit vir talium ſtudioſus & ſpectator accuratus *P. Martininus*, *Atlantis Sinici autor*. Qui cum A. C. 1654. circà Menſis Junii medium Amſtelodamo Antverpiam tendens forte Lugdunum Batavorum tranſiret, Nobiliſque & Magnifici viri *D. Juſti Nobelarii* cultiſſimum in ſuburbano hortum luſtrare cuperet, ex ipſo ingreſſu vel eminus conſpiciens Hippolapathi genus quoddam foliis quidem amplis & rotundis virentibus ex obſcuro, floribus verò in altum elatis, comoſis & albicantibus. Verum illud eſſe & genuinum *Rhabarbarum* non interrogatus ultrò pronunciavit. *Hæc ex Relatione Doctiſſimi viri Jacobi Bolii Chinâ Illuſtrata. p.* 185.

*Vires. Purgat benignè bilem flavam, pituitamque viſcoſam &c.*) Ego ſtatuo *Rhabarbarum* omnes etiam indifferenter purgare per alvum vitioſos humores, non ſolùm bilem flavam, ſed alios etiam humores, color excrementorum flavus à *Rhabarbari* tincturâ proveniens antiquis pro bile flavâ impoſuit.

*Dyſenteriâ, diarrhœâ, præ aliis commendatur &c.*) Dyſentericus enim fluxus non ſtatim eſt ſupprimendus, ſed humor, qui inteſtinis adhæret, eaque erodit & exulcerat, abſtergendus & evacuandus, & quidem ſtatim ab initio, antequam à causâ Morbificâ inteſtina gravius lædantur, & major exulceratio excitetur, id quod commodius fieri non poteſt, quàm *Rhabarbari* beneficio. Notandum tamen, ſi vitioſi humores nimium ſint fermentati ac orgaſmo ferantur, ac metus ſit, ne ex leviſſimo laxativo irritentur ac majore cum impetu ad partem affectam ruant, *Rhabarbarum* non prodeſſe, ſed aliquando ægros in certam perniciem præcipitare.

*Nonnulli levi toſtione vim purgantem minui &c.*) Hìc notandum eſt, cum purgare volumus, *Rhabarbarum* non eſſe vehementer torrendum, quia facilè fieri poteſt, ut vehementer toſtum omnem vim purgandi amittat, & empyreuma contrahat; Si autem vim ejus magis adſtringentem deſideres, in uſum accerſas partem remanentem poſt tincturæ rhabarbari extractionem cum aq cichor. vel plantag factam.

N. 2. *Radix Rhabarbari Monachorum*) *Rhabarbari* vocati *Monachorum radix* ab incolis *Amamaxta* vocata adeò ſapore, odore, & colore, ſubſtantia & viribus veri *Rhabarbari* radicem repræſentat, & imitatur, ut niſi foliis ab illo diſtaret, quæ deſinunt in acumen, *verum Rhabarbarum Alexandrinum* à Nullo non judicaretur. Quare hortenſe Hippolapathum congener eſſe *vero Rhabarbaro* cenſet ſæpè laudatus *Franciſcus Hernandez in Rerum Medic. Novæ Hiſp. theſaur. Libr. 6. c.* 63. & poſſe in ejus penuria ſubſtitui ac pares penè vices præſtare.

*Eandem purgandi facultatem obtinere.*) Scorias enim bilioſas benignè & cum quadam roboratione fœlici cum ſucceſſu evacuat; cum a partibus conſtet ſubtilioribus, quæ ſunt expurgantes, aliis verò craſſis & adſtringentibus, utimur ſucco expreſſo tanquam laxativo à ℥ ß. ad ℥ j. doſi: remanentiis autem veluti alvum adſtringenti Medicinâ.

N. 3. *Rhabarbarum ex omnibus catarcticis eſt uſitatiſſimum &c.*) Notandum tamen ex *Petræo in Noſologiâ ſuâ* Tom. 2. p. 165. graviſſimè peccare eos, qui in quacunque obſtructione hepatis ſolo illo pro purgante utuntur. Sic enim ſi fuerit ab humore aduſto tartareo obſtructio, non educetur hic craſſus humor, ſed ſaltem tenuior, & qui ad ſolutionem obſtructionis plurimum conferre poteſt.

*Acui poteſt diagrid. præparat. Gummi gutt. &c.*) verùm non conducit hiſce draſticis pharmacis *Rhabarbarum* acuere, ſic enim qualitatem adſciſcit colliquativam. Sed ſatius eſt vel *in infuſo cum aq. Cichor. endiv. ſcabioſ. vel in decocto, vel extracto* adhibere.

## ¶ CCCCXXXIV. *Ricinus.*

Ricinus { Vulgaris. *Hujus loci.*
Americanus. *De hoc infra.*

Dicitur Κίκι, *Dioſc. Plin.* Ricinus, *Trag. Matthiol. Fuchſ. Dod. Cord. Lon. Lob. Caſt. Tab.* vulgaris, *Cam. C. B.* 1. Cataputia major, *Frag.* Granum regium majus, *Meſuæo, aliis* Palma Chriſti. *Arab.* Alkaroa & Kerva. German. Wunderbaum. Palme de Chriſt. *Epurge, Great Cataputia, the vvonder-Tree, (the name of Jonas his Gourd) Molevvort.* Wonderboom / Cruysboom / Mollekruyt-boom.

Colitur in hortis, tùm ob raritatem, tùm ob talpas, quæ ejus præſentiam fugere dicuntur.

### OFFICIN. NAT.

*Semen* ſeu *Nuclei* cortice ſuo triquatro echinato exuti. Zeckkörner / Treibkörner. Spurge, ſeede.

Vires. *Potenter bilem & pituitam ἄνω καὶ κάτω pellit, calf. ſicc.*

Doſis. Nuclei N. xij. plus minus.

N. *Rariſſimi iidem uſus eſt.*

### PRÆPARATA.

*Oleum ex ſemine expreſſum, quod dicitur oleum de Kerva.* V. D.

N. *Oleum hoc dicunt oleum ficus infernalis.*

HOFMAN. *Ricinus.*) Itá nominatur ob ſeminis ad animal illud ſimilitudinem. *Dioſcorid. Libr. 4. cap.* 158. *Mirabilis arbor* Wunder Baum / appellatur ob elegantiam foliorum platani æmulam. Arbor dicitur ob altitudinem. *Nicolaus Monardes hiſtor. ſimplic.* Cap. 4. refert, ſe, cum Hiſpaniam peragraret, circà Malacan & Calpen ad fretum Herculeum, aliiſque maritimis *Ricini* plantas craſſitudini hominis, altitudine trium multis prægrandibus ramis bracchiatas inſtar aliarum arborum, qui rami illic tertio aut quarto quoque anno amputari ſolent, vidiſſe.

*In uſu ſunt ſemen & nuclei.*) Sed tantæ noxæ ſunt, ut ſatius ſit illis abſtinuiſſe.

## ¶ CCCCXXXV. *Ricinus Americus.*

Eſt & genus Ricini, quod ante annos aliquot ex America adferri cæpit, vulgari paulo majus, cujus operimentum ſeu ſiliqua, quæ ſemina continet, tuberculis aſperis non eſt obſita, ut in vulgari, ſed levis & cinerei coloris: ipſum granum ſive ſemen vulgari ſimile eſt, nigrum tamen & non maculoſum, nucleumque continet ſolidum.

Nominatur Ricinus Americus, *Lob. Tab. Cluſ. in Monard.* Ricinus Americanus, C. B. 2. aliis Curcas. *Vulgo* Grana tiglia. Ubi tamen notandum Granadillam Monardo grana eſſe ab his diverſa, & granati ſeminibus ſimilia.

Vlaemſe Spurgie.

Vires. *Valenter supernè ac infernè purgat.*

Doſis. Nucleus unus excorticatus, vel ſolum dimidium nuclei.

HOFMAN. *Ricinus americus.*) Ante aliquot annos hoc *Ricini* genus ex America in Germaniam illatum, ſecundo loco à *Bauhino in Theatro* recenſitum; vulgari paulo majus.

N. Contrà impotentiam ex veneficio Rec. Ricini M. iij. injice in ollam novam & ſuperfunde urinam patientis, coque bene cooperta & perlutata olla lento △ne, poſtmodum ſepelias in loco invio. Veneficæ ut plurimum poſt coctionem ſanguinem cum maximo dolore mingent, vel intenſiſſimos percipient dolores, uſque dum ægrum à maleficio liberaverint.

## S.

## ¶ CCCCXXXVI. *Senna.*

Senna C. B. Sené { Alexandrina ſ. foliis acutis. *Hæc præſtantiſſima.*
Italica ſ. foliis obtuſis. *Hæc priori ſubſtituitur.*

Priori inſcribitur Senna Alexandrina, *Trag. Cam.* Orientalis, *Bellon. Lob. Tab. Ger. aliis* Ægyptiaca, Syriaca.

A ltera

Altera dicitur Senna, *Hermolac.* Sena, *Matthiol. Fuchſ. Dod. Cord. h. Lon. Lob. Caſt.* Italica, *Trag. Tab. Ger. Cam.* altera media dicta, *Bellon. aliis* noſtras.

N. *Veteribus Græcis indicta videtur, primum à Serapione deſcripta.*

## OFFICIN. NAT.

*Folia*, tùm quoque *folliculi*, ſed raro.

N. *Folia præſcribuntur ut plurimum ſ. ſt. i.e. ſine ſtipitibus, à quibus eligendo ſeligendoque ſeparantur.*

Vires. *Senna inter purgantia uſitatiſſima eſt, aduſtos ac ſeroſos humores, & hinc flavam bilem pituitamque ex Capite, Epate, Liene, continuatoque uſu juncturis, ſine noxa ſat benignè educens. Excitat tamen nonnunquam tormina, id quod ex abundantia pituitæ vitreæ, ſeu mucilaginis acris evenire nonnulli volunt. Verùm rectius ſentire videntur; qui id crudiori ac magis terreſtri ſenæ particulæ, forti expreſſione prolectæ, adſcribunt. Quia autem calida ac ſicca (1.) corrigitur flor. viol. Borrag. Prun. & quo minus ventriculo obeſſe poſſit, additur Cinam. Galang. Zinzib. &c.*

Exhiberi poteſt omni ætati & vel ipſis prægnantibus.

Doſis in ſubſt. à ʒß. ad ʒiß. in infuſ. à ʒiiß. ad ℥ß. vel ad plures vices ℥j. ij.

N. *Adhibetur & extrinſecus ad melancholiam capitis arcendam (in lotionibus capitis.)*

## PRÆPARATA.

1. *Pulvis ſenæ Montag.* V. D.
2. *Syrupus folior. ſenæ.* V. D.
3. *Syrupus de pomis Reg. Sab.* Vide Diſpenſ.

N. *Poteſt Syrupus ſenæ parari cum fructu, ut eſt in Pharm. Poterit p. 122. Acui poteſt ap. extrahens aliquot gutt. -ius* ⊖*-li aut Tartari.*

4. *Electuar. Diabelzemer.* ſ. Sennatum Renod.
5. *Paſſulæ laxativæ.* Vid. Diſp.
6. *Extractum.*

℞. Fol. Senæ Alexand. ℥j. affunde ▽ ſimpl. ferventem (acutatam ſi libet aliquot guttis ol. Tart. per d.) ℥ viij. Extrahe exprimeque leniter, clarifica, inſpiſſa ad conſiſtentiam juſtam.

N. 1. *Alii extrahunt macerando cum ▽ ſtillat. pomor. redol.* Beguin. Quercet. *Alii cum ▽ Lupuli, Scolopend. Borrag. Fumar. addita portione alia Caryophyll. Zinzib. ſem. fœnic.* Auguſt.

Doſis à ℈iß. ad ʒj. & ultra.

N. *Extractionem ex iiſdem foliis ſecundo ne repetas: gravia nimirum tormina excitare ſolet.*

7. *Tinctura Sen. aut Rhabarb. ex communicatione S. Cloſſ.*

℞. Fol. Orient. vel Rhabarb. ℥ß. Sal. nit. tantundem, reduc. in pulv. qui accenſus cum carbone ignito detonet in ✛lo, cinerem ſolve in Acet. deſtill. aut 🜄, ſolutum filtra & evapora, ſolvatur denuò in aq. roſ. filtreturque addendo ʒij. rhei aut fol. Sen. in pulv. redact. digere per 4. aut 5. horas.

*Doſ. hujus tincturæ ſint cochl. ij. in juſculo. Ita reliqua purgantia in Tincturam adducuntur.*

HOFMAN. *Senna.*) Vel *Alexandrina* eſt ſeu foliis acutis, quæ præſtantiſſima, *vel Italica*, quæ illi ſubſtituitur. Planta eſt ſiliquoſa magnitudinem habens unius cubiti è regionibus Orientalibus ad Nos primum advecta, coluthææ. veſicariæ admodum ſimilis, cujus folia ad liquiritiæ vel fœnugræci effigiem accedunt.

Flores ex alarum ſinu erumpunt lutei, tenuibus pediculis appenſi, quibus ſuccedunt folliculi oblongi, plani, compreſſi, incurvi, ſeminibus parvis, fuſcis, compreſſis gravidi.

Colitur in Ægypto, Apuliâ & Hiſpaniâ.

N. *Veteribus Græcis indicta &c.*) Antiquis fuit ignota, ſed à junioribus Græcis & Arabibus ſolum cognita, *atteſtante Serapione cap. 58.* vid. *Mizaldus in ſingulari de ſenna opuſculo.*

*Vires. Senna inter purgantia uſitatiſſima eſt &c.*) Hæc medicina ſecuritatis eſt, pueris & cujuſcunque ætatis hominibus benigna, aduſtos, craſſos & ſalſos humores à cerebro, Pulmone, jecore, Liene, ventriculo & Meſenterio blandè ſubducit, ac Morborum ex ejuſmodi humoribus provenientium Medela eſt. Errant igitur, qui illam perturbare Ventriculum & imbecillum reddere dicunt, cùm enim amaritudinis nonnihil & levis adſtrictionis habeat, patet, eam prodeſſe ventriculo. Quod verò muliebria & pituitoſa corpora epoto Sennæ infuſo torminibus vexentur, id humorum pituitoſorum vitio quidam tribuunt. Eſt aliquid; Verum, cur non etiam alia purgantia, quæ aduſtos æquè ac mucilaginoſos acres humores educunt, idem dant effectum? Rectius illi ſtatuunt, qui id crudiori ac magis fixæ terreſtri Sennæ particulæ forti expreſſione prolectæ adſcribunt. Hinc videmus ejus extractum ab ejuſmodi effectu immune.

Doſis hujus in ſubſtantia eſt à ʒß. ad ʒ iß. In infuſo à ʒ ij. ad ℥ß. vel plures vices ℥ j ij.

*Ex Sennâ præparantur Pulvis Sennæ &c.* Hoc loco, Lector Benevole, communico Tibi *Cryſtallos foliorum Sennæ A. purgantes à Cl. D. Ioh. Ferdinando Hertodt S. R. I. Acad. Nat. Curioſ. Colleg. Reg. Civit. Brunenſis Phyſico, mihi* aliquot ante annos communicatos.

Rec. Spiritus roris majalis q. v. in hoc infunde per noctem Fol. Senn. A. ſ. ſ. q. v. ut ſpiritus 4. emineat digitos. Tinctura multoties per chartam bibulam filtretur, hoc facto, leniſſimo vapore ſuperfluus exhalet ſpiritus reliquus in frigido & ſicco loco locetur & cryſtalli concreſcent, qui in vaſe eburneo ſervandi.

Doſis à gr. v. ad ℈ j.

## ¶ CCCCXXXVII. *Soldanella.*

Κράμβη θαλασσία, *Dioſcor.* Soldanella, *Dod. Lon. Lob. Tab.* Marina *Ger.* Braſſica marina, *Matthiol. Cord. Lon. Caſt. Cam.* Soldan. maritima minor, C. B. 2. Germanicè Meerwinden. De la Soldalle. *Sea-Colewort, & Bind-weed, Soldonella.* Zeewinde.

Creſcit in locis maritimis Italiæ, Galliæ, inferioris Germaniæ. Floret æſtate.

## OFFICIN. NAT.

*Herba ſeu Folia* ad nos ex Gallia allata.

Vires. *Calf. & ſicc. 3. Aquam validè educit, adeoque confert in hydrope, ſcorbuto &c. Corrigitur cum ſtomachicis Zinzib. Mac. Cinam. ſem. aniſ. &c.*

Doſis in ſubſtant. à ʒß. ad ʒj.

## PRÆPARATA.

*Succus inſpiſſatus.*

## ¶ CCCCXXXVIII. *Spina infectoria.*

Rhamnus Catarcticus, C. B. 6. Rhamnus ſolutivus, *Dod. Ger.* Rhamni alia ſpecies, *Trag.* ſpina infectoria, *Matth. Bellon. Lob. Caſt. Cluſ. hiſt. Tab.* Cervi ſpina, *Cord. hiſt.* ſpina alba, *Lon.* Germanicè Wegdorn/ Creutzbeer. Du Rhamne catarctique *Puging Thorn, or Buck-Thorn-berry.* Kruisbesien/ Purgeerende Doornen.

Creſcit juxta ſepes in ſylvis, aliiſque locis incultis, amans ſcrobes & rivulos, familiariſque eſt tractui circa Rhenum. Floret Majo, fructus fert Autumno.

## OFFICIN. NAT.

*Baccæ*, collectæ in fine Septembris, aut initio Octobris.

Vires. *Purgant bilem, pituitam ac maximè feroſos humores, unde uſus præcip. in Cachexia, Hydrope, Arthritide.*

Doſis baccar. à N. xv. ad xx. vel aridę baccæ teruntur, daturque pulvis à ʒj. ad ʒiß. in decoctione coquuntur baccæ Num. 40. vel 60.

## PRÆPARAT.

1. *Succus ex baccis expreſſus.*

2. *Syrupus de Spina infectoria ſ. Syrupus domeſticus. Syr. de Spina Cervina.* Fit ex ſucco ac melle [ ſub ſole depurato ] additis corrigentibus.

Doſis ℥j. ℥iß. V. D.

N. *Ex baccis immaturis fit luteus color; ex maturis, viridis,* ( Saftgrün.) *Green Juice.* Groen Sap.

3. *Extractum Rhamni & Tithymalorum omnium S. Cloſſ.*

Contundantur Rhamni baccæ, vel Tithymali cum toto, & inter piſtandum irrorentur aceto roſar. ſuccum exprime, clarifica, tortivæ hujus materiæ retrimentum calcina, addito pari pondere Sal. nit. & extrahe ſalem cum Acet. deſtill. quem ſucco remiſce, ad Extracti conſiſtentiam redige, quod longè purius erit, ſi denuò ſolvatur in aq. roſ. addaturque ʒß. ol. Sulphur. campanarii, filtretur & evaporetur ut prius.

Doſis gr. viij. in juſculo.

N. *Sic quoque Cucumer agreſtis & Rad. Helleb. in extracta redigi poſſunt, affuſo vino albo loco aceti, in quo rad. per horam unam aut alteram decoquantur.*

HOFMAN. *Spina infectoria.* ) ſive *Rhamnus ſolutivus, Spina cervina* &c. Germ. Wegdorn. Creutzbeer.

*Vires. Baccæ purgant bilem pituitam, ac maximè feroſos humores* &c. ) Unde ex his proſtat ſyrupus domeſticus dictus, ſeu de ſpina cervina in calculo & arthritide miræ efficaciæ.

N. Ex *Baccis* tria diverſa, prout leguntur; colorum genera parantur, hoc eſt, lectæ dum virides ſunt, & ſiccæ aſſervatæ vocantur baccæ herbaceæ, quæ in aqua aluminoſa maceratæ, vel recentes in aqua aluminoſa contuſæ ſatis elegantem colorem flavum largiuntur, quo pictores utuntur in ſuis picturis, & Bibliopegi ad tingendum margines librorum & pelliones ad colorandum pelles. Uti ipſi etiam parare ſolent colorem viridem ex baccis, quando nigræ ſunt, contuſis; & lebeti æneo vel cupreo immiſſis, ibique per triduum aut quatriduum, rel ct s, vel paulnlum ſuper △ne calefactis, adjecto alumine contuſo & deinceps expreſſo. Succus ſive liquor paſſim amplis inditur veſicis, forti filo ſupernè ligatis & donec ſiccetur ſuſpenſis: tum verò aquâ vel vino diſſolvitur. At præſtat Vinum Hiſpanicum; quod coloris marcorem præoccupet, eumque tantò diutius vegetum conſervet. Tertius Color eſt purpuraſcens, qui paratur ex baccis, quæ creſcunt in dumetis uſque ad medium vel finem Novembris, quando ſunt ab arboribus deciduæ. *vid. Parkinſon Th. Botanic. Trib. de Spinâ cervinâ.* Ex his baccis *Tornam Solis* confici idem Autor ſtatuit, & quidem illam vulgarem. Hujus ſcilicet Plantæ Baccæ ad plenam maturitatem provectæ, intus intrà cutem exteriorem & nucleum internum ſive Semen ſuccum quendam continens, qui chartæ aut panno affrictus primitus colore apparet frondenti & eleganti viridi, mox verò in chartâ vel panno in colorem mutatur ſubcœruleum, idèmque pannus deinceps aquâ, madefactus & conſtrictus aquam imbuet vini clareti colore & hæ ſunt iſtæ laciniæ, quæ paſſim in aromatopoliis & pharmacopoliis *Torna Solis* appellantur. Verùm *Dodonæus* telam iſtam lineam aut linteum gallicè *Tornesol* vocatum à *Succo Heliotropii tricocci ſeu quarti Bauhini* imbui, à quo rubente purpureo inficitur colore, teſtatur: quamvis *Cluſius* id ſiliquis ſeminis, pannis ſolum affricatis tribuat, quos docet florido viridi colore inficere, qui temporis momento aëri expoſiti in cœruleum eumque elegantem mutatur. Induſtrius *Olaus Wormius in Muſæo Libr. 1. cap. 34. Alterius* meminit, & quidem rarioris & majoris pretii, quam *Bezettam rubram* vocat, ex cochinillæ granis, inquiens, Novæ Hiſpaniæ, ſed *Plinius Neapolitanus ſeu Imperatus Libr. 4. hiſtor. natur. 44.* à violis tingi teſtatur, *La Torne ſole faſſi de viole amaſſate & è di facile alteratione: al contatto di altre materie Paſſa toccato della calce in celeſtino*, h. e. *Torna ſolis fit ex violis accumulatis, & eſt facilis alterationis ad contactum aliarum materiarum, calce tactus tranſit in cæleſtinum. vid. & Iohan. de Laët. in deſcript. Indiæ Occid. Libr. V. cap. 3.* Hæc venuſtam rubedinem genis virginum conciliat. Aquæ immerſæ huic facile tincturam ſuam communicat; at vix vino, nullatenus verò ſpiritui vini.

## CCCCXXXIX. *Staphiſagria.*

Staphiſagria deſcripta eſt ſupra. Hujus loci ſemen eſt, quod purgat per vomitum, ſed rariſſimi uſus eſt.

Doſis gr. 12. vel 15.

## T.

## CCCCXL. *Turpethum.*

Turpethum. C. B.
1. Arabum ſ. *Turbit officinarum.*
2. Indicum Turbit. *Garz. Acoſt. Trag. Dod.*
3. Garganicum pſeudo-Turpetum, *Matth.*

1. Dicitur Turbith Meſuæi, *Matt.* Turbitum ſ. Turbit Arabum, *Cord. h. 1.* Alexandrinum, *Lob. Ger. Cæſ.* Thapſiæ radix, *Fuchſ.* Turpetum, *Tab.* Turbith blanc, White Turbith. Turbith / Thapſia.

N. *Hoc eſſe quod in officinis uſitatum eſt, authores ſunt*, Cluſ. in Garz. Matth. & alii quamplurimi.

2. Dicitur Turpetum repens foliis Altheæ, C.B.

N. *Hoc eſſe verum officinarum Turbith defendit* Garzias, *& hoc* Dodonæus *&c.*

3. Nihil aliud eſt, ( teſte Matthiolo, ) quam radix vel Thapſiæ, vel pityuſæ, ex Gargano Apuliæ monte allatæ, vel ( teſte Cluſio in Garziam.) Scammoneæ Radix, loco veri Turbith venundata.

## OFFICIN. NAT.

*Cortex* ſeu *Radix* à medulla lignoſa ſequeſtrata.

Vires. *Calf. 3. craſſos viſcoſoſque humores, ſive pituitam fortiter & à remotioribus partibus, juncturiſque elicit: unde & diuturnis morbis maximè conducit. Inprimis proficuus ejus uſus eſt in Arthritide, ventriculo pituita abundante, Aſthmate, Lue venerea, Hydrope, Elephantiaſi, ſcabie, &c.*

Quia ventriculo nauſeam & vomitum procreare per ſe ſolet, corrigitur Zinzibere, Maſtiche, Pipere, Cinam. Fœnicul.

Doſis à ℈ij ad ℈iij in infuſione à ʒj ad ʒiij.

N. *Infantibus ac gravidis dare caveto.*

## PRÆPAR.

1. *Species Diaturbith. C. Rhab.* Vid. Diſp.
2. *Pulvis Stockſtaldi dictus.* V. D.
3. *Pilulæ de Turbith. ſtomachicæ Meſuæi.* V. D.
4. *Acetum de Turbith.* Varii generis.

Vires. *Commendatur in Peſte, fitque ex Turbith, ruta, myrrha, aloë, aliiſque putredinem arcentibus in ✚ infuſis.*

5. *Extractum.*

N. *Quia Turbethum reſinoſum eſt, ſeu ut ajunt gummoſum, convenit cum ∇ Extractum ejus conficere.*

Doſis hujus Extract. à gr. vj. ad x. & plura.

HOFMAN. *Turpethum.* ) ſive *Turbith* plantæ nomenclatio Arabica ſemi-Maurave eſt, eademque Perſis ac Turcis recepta, in Guzarata verò, ubi frequens eſt, Barchaman in Conara, cujus civitas eſt Goa, *Tiguar* nuncupatur. Magna eſt inter *Authores* de hâc plantâ controverſia. *Serapion* radicem eſſe *Tripolii Dioſcoridis* afferit, à quo non diſſentit *Avicenna*. *Meſues* verò eſſe radicem herbæ ferulaceæ lacte turgentis ſcriptum reliquit. *Hanc plantam* peritiores quidam eſſe *Thapſiam Dioſcoridis* affirmant. Non deſunt, qui dicunt, *Plantam à Meſue* deſcriptam eſſe *Alipum Dioſcoridis*. Inter recentiores Græcos *Actuarius* ponit *duplex Turbith*, *album* nempe, quod idem *Autor* eſſe *Alipum Dioſcoridis* aſſerit; *Alterum verò Pityuſæ radicem* eſſe *Tithymali Myrſinitis*, minus tamen rectè. *Turbith* verò, quo hâc tempeſtate in officinis utuntur, recentiores quidam *duplex* eſſe ajunt. *Unum quod ex Alexandria affertur*, eſſe radicem Scammonii Antiocheni, quod adhuc differt. Nam *Alterum eſt album* & melioris notæ. *Alterum nigrum* & deterioris notæ. *Secundum Officinarum Cineritium* à colore nuncupatur, & eſt cortex radicis *Thapſiæ* vulgaris, quæ *Hiſpaniæ* frequens eſt, ejuſque radice pleræque officinæ pro legitimo *Turpetho* utuntur, & Apuli ex Gargano Monte per Univerſam ferè Italiam afferunt. *Turbith* verò Indicum longè aliud eſt à prænarratis. Herba namque eſt folia ferens ibiſci, caules volubiles per terram repentes, digitos paulò craſſiores duos dodrantes longos, quandoque verò valdè prolixiores, floreſque interdum candidos, interdum ex albo rubeſcentes. Radicem neque magnam nec longam. Utilis autem eſt in medicinâ caulis, pars inferior duntaxat radici proxima. Alii dicunt, corticem illum, quem officinæ oſtendunt, eſſe hujus plantæ caudicis inferioris corticem exteriorem medio exempto.

Naſcitur in Cambayâ, Surrate, Dio Inſulâ, Bazaim & in ipsâ urbe Goâ. *Franciſc. Hernandez l. c. Libr. V. cap.* 58.

### ¶ *CCCCXLI. Tamarindi.*

Tamarindus *Serapioni.* Tamarindi *Matth. Bellon. Garz. Acoſt. Frangoſ. Lob. Alpin.* Tamarindi, dactyli Indi, *Meſuæo* Thamarindus, i. e. Acacia Indica, *Cord. hiſt.* Thamarindi, *Cam. Epit.* Palmæ ſylveſt. fructus oxyphœnica, *Lon. Caſt.* Siliquo Arabica, quæ Tamarindus, C. B. 3.

### OFFICIN. NAT.

*Dactyli acidi* ( ſic dicti ab Arabico Tamar quod dactylus eſt: dicuntur & ὀξυφοίνικα palmulæ acidæ, non quod fructus palmæ arboris ſint. Arbor enim Tamarindifera inſtar Fraxini procera eſt.)

Vires. *Refriger. & ſicc. 2. humorum acrimoniam & fervorem reprimunt, bilem ac aduſtos humores blandè ducunt, ſiti ſuccurrunt.*

Doſis à ℥ij. ad ℥iiij. in Decocto. Alii à ℥ß. ad ℥j.

N. *Parum nutrimenti ſubminiſtrant.*

### PRÆPARAT.

[Tamarindi Conditi interdum apportantur.]

1. *Pulpa Tamarindor.* V. D.

Doſis ab ℥j. ad ℥ij.

Sunt qui paulo aliter hanc pulpam depuratam conficiunt. Extractum Eſſentiamvè Tamarindorum vocant. ♃. Tamarind. q. v. coque in ſ. q. aquæ. Exprime, clarifica cum albumine ovi ac inſpiſſa.

Doſis à ʒß. ad ʒj. & ultra.

N. *Fit & Tart. ex Tamarindis l. a. ſed minimè purgat.* Sala.

2. *Electuarium Diaphœnicum.* Vide Diſp.

3. *El. de Tamar. cum foliis Sennæ Horſtii.*

HOFMAN. *Tamarindi.* ) *Tamarindorum* Arbor proprio adhuc caret nomine. Conſuevêre enim *Indi Orientales & Occidentales*, nec non aliæ complures Nationes plantas ipſas relinquentes ſine nominibus, fructibus tantum & floribus nomina imponere, quod & in hâc Arbore videmus evenire. Unde fructus ejus non unicum, ſed plura ſortita ſunt nomina. Ita fit, ut Malauari, Puli, Guzarati, Ambili, & apud Arabes Tamar Indi, ſeu indi dactyli nuncupentur. Non quod hæc Arbor ſit ex palmarum generibus, ſed fructus ejus analogiam cum dactylis habeat, eò quòd fructus digitorum quandam repræſentent ſimilitudinem, etſi craſſiores ſint & magnâ ex parte longiores.

Eſt igitur Arbor Nucis juglandis magnitudine aut Fraxini amplitudine, ramis dodrantalibus, foliolis refertis minutis, pluribus ad unum pediculum cohærentibus, rutæ ſimilibus, ſed longioribus, materie firmâ, ſiliquis in digiti incurvi aut arcus figuram efformatis, quarum cortex initio virens & poſt maturitatem eſt cinereus à quo facilè exuatur fructus, nucleis ſativo lupino paulo majoribus intus contentis levibus & fulvi coloris, quibus abjectis callo utuntur Medici dulcis, acidi, & jucundi ſaporis.

Ea eſt harum ſiliquarum Natura, ut noctu foliis convolutæ ſeſe à frigore injuriis muniant, & tueantur, interdiu verò ſuapte naturâ explicentur & ex penetralibus foliorum erumpant.

Folia *Tamarindorum* ſunt minutim inciſa in formâ ac virore ciceris arietini, valent ad eryſipelata, ac ſapore referunt acetoſam ſeu oxalidem, hinc ad dyſenteriam & choleram ſummè utilia ſunt.

Naſcitur hæc Arbor ad Acapulci portum & apud Quauhnahuacenſe non longè ab urbe Mexicanâ. *Garz. ab Ortâ cap.* 28. *Iacobus Bontius l. a. & Franciſc. Hernandez l. a. Libr. 3. Cap.* 50.

*Tamarindos* ſale conditos ad nos adferri, ut à putredine præſerventur, ſtatuit *Zacutus Luſit. in Pharmacop.* c. 3. Verum hoc eſt falſum, ideoque nec ablutionis cum aquâ oxalidis indigent:

*Vires, Refrigerant & ſiccant &c.* ) Eſt pharmacum clementiſſimum ac ſuave, calidos & nidoroſos ſulphureos expurgans humores, vel per ſe, vel cum aliis permixtum. Unde maſſæ ſanguineæ ebullitionem compeſcit, vomitum omneſque alvi fluxus ſiſtit, abſtergendo & evacuando juxtà illorum cauſam occaſionalem; ardentibus & incandeſcentibus medetur, arquatis auxiliatur, ſitim ſedat, appetentiam auget, & ſqualidum humectat corpus.

Illorum doſis in ſubſtantia eſt à ℥ß. ad ℥ij. in decocto à ℥j ad ℥iij.

# CLASSIS IV.

*De*

# PURGANTIBUS SECUNDARIIS.

A.

### ¶ CCCCXLII. Aloë.

Aloë eſt ſuccus ſapore amariſſimus, qui ex Arabia & Ægypto ad nos pellibus involutus, deportatur. Genera ejus moderno tempore officinis in uſu ſunt 4. quæ tamen non niſi puritate & impuritate diſcrepant. Nam *Aloës craſſamentum* ſ. pars impurior arenoſa, ſordibus conſpurcata & idcircò nigricans, dicitur *Aloë caballina: pars paulo purior*, colorem hepatis referens, *Hepatica: adhuc purior, ſuccotrina* vocatur, quaſi ſucco citrina; quod pulvis ejus citrini coloris ſit, vel ſuccotrina ab Inſula Socotra, ubi copioſè creſcit: *pars puriſſima*, ſi adeò depurata ut tranſparens ſit, *lucida* dicitur, quod ſcil. radiis ſolaribus objecta pellucida inſtar vitri appareat.

Optima lucida eſt atque ſine ulteriori præparatione in uſum medicum accerſi apta. Lucidæ ſuccedit Succotrina & Hepatica.

N. *Caballina, Caballis, ſeu Equis exhiberi debet, non hominibus.*

Cenſetur

Cenſetur Aloë bona, quæ pura, eximiè amara, ſubflava, difficilis ſolutu ac fractu. Hinc, quantò Aloë purior, amarior, flavior, tantò quoque melior eſt. Nigra enim & fractu contumax, reprobanda, ceu adulterata.

Aloë, C. B. eſt { 1. vulgaris. *Hujus loci.*
2. folio in oblongum aculeum abeunte.

1. Dicitur Aloë, *Trag. Matthiol. Fuchſ. Dod. Cord. Lon. Lob. Caſt. Garz. Cluſ. hiſt.* communis, *Cam.* Ex hac exprimitur ſuccus, qui inſpiſſatus Aloën hujus loci exhibet.

2. Eſt ſempervivum illud folio mucronato, quod de tabulatis cœnaculorum ſuſpenſum diutinè vireſcit, præſertim ſi luto radix circumligetur & ſubinde irrigetur. Dicitur Aloë Americana.

Vires. *Vim præter purgantem obtinet & exiccantem (gr. 3.) calfacientemque (gr. 2.) proritat hæmorrhoides & menſes, roborat ventriculum, enecat & expellit lumbricos, arcet putredinem, aſtringit, conſolidat, exterget, adeoque vulneraria eſt inſignis.*

## PRÆPARAT.

### 1. *Aloë depurata, ſive lota.*

℞. Aloës q. v. pulveriſ. ſolve in ∇, quod arenoſum ſubſidet, abjice: pinguiſſimum è contra & quod leve eſt, recipe.

N. 1. *Sunt qui ∇ Endiv. vel Cichor. Acetoſævè adhibent. Alii ut augeatur vis purgatrix, decoctum purgans loco ∇ ſubſtituunt.*

N. 2. *Aloë conſtat parte reſinosâ & aqueâ: illa purgationi inutilis eſt, hæc idonea. Eapropter, ſi aloën purgantem experias, neglectâ reſinosâ, aqueam collige, in ∇ ſolubilem, eamque à fæcibus ſequeſtratam.*

### 2. *Balſamus ſive Extractum Aloës.*

℞. Aloës ſuccotrin. q. v. extrahe rubedinem, ſ. a. cum V rectif. decanta, filtra, coagulaque ad conſiſtentiam aloë debitam, *Pharmacop. Auguſt.*

Vires. *Ex ſuperioribus collige.*

Doſis à ℈j. ad ʒß.

N. *Aliam quoque extractionem ſcil. cum Acet. deſtill. & ∇ roſar.* Vide ſi libet in Pharm. Auguſt. ſub Extracto Cholagogo Andernaci.

### 3. *Aloë Violata.*

℞. Aloës puriſſ. groſſè contuſæ ℔ I. infuſionis violarum, (ex triplici infuſione, *vide Syrup. violar.*) ℔iij. clarifica, digere, ut ſolvatur aloë, cola ac coagula leni calore ad conſiſtentiam pilularem.

Doſis à ℈ß. ad ʒß. Sala de Eſſentiis.

### 4. *Aloë Violata Tartarea.*

℞. Aloës violatæ ℔. I. Cryſtal. Tart. ℔. ß. miſce.

N. *Sala vocat Aloëdarium Tartaro-violatum.*

Doſis à ʒß. ad ʒI.

### 5. *Aloë Roſata.*

Fit eodem modo (quo Violata) cum ſucco Roſar. & ex eadem cum vino F. pilulæ. *Vide Pharm. Auguſt.*

### 6. *Aloë roſata Hieronymi ab Aquapendente.*

℞. Aloës puræ pulveriſ. q. v. impaſta cũ ſucc. roſar. Damaſc. ſeu provincialium: exicca leni calore æſtivi ſolis; iterumque impaſta, idque toties, donec Aloë ſedecim ſucci partes imbiberit, reſervetur dein in maſſa pilulari pro uſu.

Doſis ad ℈iß.

### 7. *Eadem aliter.*

℞. Aloës puriſſ. ℔. I. ſucc. Roſar. Damaſc. ℔ß. coagulentur ad ignem, idque repetatur bis vel ter, ſic habetur Aloë roſata optima.

N. *Corrigitur quoque cum ſpir.* ⊖-*i.* Vide Scammonium.

### 8. *Oleum Aloës purgans.*

℞. Aloëpat. ℔. I.
Myrrh. ℥ij.
Thuris ℥ß.

Deſtilla lento △ in cineribus ex cucurbita humili.

Vires. *Umbilico illitum purgat & expellit lumbricos.*

[Aloën ſucco Nicotianæ impregnatam in uſum trahunt.]

HOFMAN. *Aloë.*) De *Aloëtici Succi* conficiendi ac colligendi modo diverſæ exſtant hiſtoriæ. Illa probatur, quam olim *Plinius* tradidit, quem ſequitur *Columna.* Et fit foliorum à radice factâ inciſione ſuppoſitis urceolis vitreis, ut collectus per noctem liquor tandem ſole ſuboriente concreſcat & coëat.

*Aloë* ut una eſt genere & patriâ, quæ Americana dicitur, ita per expreſſionem ex foliis ejus primum in umbrâ flaccida factis ſucci origo illaudabilis, quod eleganti oratione perſequitur *Budæus in Notis ad Librum Theophraſti de Plantis.* Refert citatus *Columna*, ſe etiam in Italia idem compertum, ſuccumque concretum amaricantem deprehendiſſe.

*Genera ejus moderno tempore officinis in uſu ſunt quatuor* &c.) Facit & Alterius mentionem *Franciſc. Hernandez in theſ. Rer. Medicar. Nov. Hiſpan. Libr. VIII. cap.* 12. quam Mexicenſes Magueri appellant, quæ folia *Aloës* fert, ſed longè majora & craſſiora, utrinque ſpinifera, ac in rigidum, acutumque deſinentia mucronem, caulem duplo majorem & in ejus parte ſumma flores luteos, oblongos, juxtà cacumen ſtellatos ac procedente tempore ſemen aſphodelino perſimile. Radicem verò craſſam, brevem & fibris ſcatentem. Planta hæc unica, quicquid vitæ eſt neceſſarium, præſtare facilè poſſet; innumeri penè ſunt uſus, qui ab eâ deſumuntur. Tota enim illa lignorum & ſepiendorum agrorum uſum præſtat, caules tignorum, folia verò tecta tegendi imbricum, Lancium, papyri, filique, ex quo calcei, lintea & alia veſtium genera, quæ apud Nos lina, cannabe, goſſipio aliiſque hujuſmodi parari ſolent: è mucronibus fiunt clavi & aculei, quibus perforandis auribus, macerandi corporis gratia Indis uti mos erat, cum Dæmonum vacarent cultui. Item aciculæ, acus, tribuli militares & raſtilla idonea pectendis ſubtegminibus. Præterea ex ſucco manante, cujus evulſis germinibus internis, foliiſve tenerioribus cultris Yztlinis, in mediam cavitatem ſtillet planta unica quinquaginta interdum amphoras (quod dictu eſt mirabile) vina, mel, ſaccharum ac acetum parantur. Succus namque deſtillatione fit dulcior & ſpiſſior, donec tandem cogatur in ſaccharum. Vinum fit ex eodem ſucco diluto fontana aqua additis corticibus malorum Medicorum Limonumque & aliis quibus facilius inebriantur, quod ea gens maximè affectet, quaſi pertæſa rationalis ſuæ naturæ & avida ſortis brutalis. Ex ſaccharo parant acetum, nempè reſoluto ex aqua & novem diebus inſolato. Idem ſuccus menſes ciet, alvum lenit, urinam evocat, renes & veſicam abſtergit, lapides frangit, & urinam pellit. Ex radice quoque fiunt reſtes firmiſſimæ ad multas res accommodæ. Craſſiores foliorum partes & truncus, decocta ſub terra edendo ſunt apta, ſapiuntque citrea fruſta ſaccharo condita, quin & vulnera recentia mirè conglutinant. Fit enim ſuccus aſſatione glutinoſus, qui ſuapte Natura frigidus ac humidus eſt. Folia quoque aſſa & affecto loco impoſita convulſionem curant, dolores leniunt, ſi ſuccus calidè bibatur & ſenſum hebetant. *Hæc Franciſc. Hernandez. l. c.*

Optima hodie habetur, quæ *Socoterina* dicitur, à *Socotra* Inſula in India valde inſigni, ubi copioſè creſcit. Huic proxima eſt *Hepatica* dicta ad hepatis imaginem vergens. Viliſsima eſt *Caballina* dicta, quod ad veterinarios adhibeatur uſus, impura & melioris quaſi recrementitia pars, quæ tamen non ſpecie ſed accidentibus, non niſi puritate & impuritate diſcrepant.

*Vires. Vim præter purgantem obtinet & exiccantem & calefacientem.*) Ea ſaltem, quæ circà alvum & primas vias ſubſiſtunt, expur-

expurgat. Senum ventriculis amica eſt, non ſolùm, quod ſenes ſint frigidiores, verùm etiam, quia ſenes maximè propenſi ſunt ad cruditatem acidam generandam, quod & eorum ſudores acidi & alia docent. Acidæ verò cruditati maximè reſiſtunt amara, ideoque & putredini reſiſtunt. Intereà tamen non temerè iis, qui citrà vitioſos humores intemperie ſicca laborant & calidum ejus habent propinanda, in primis epar reſinoſa pars ſp. vini extracta; habet enim hæc igneum quaſi calorem, valdè attenuat & ſiccat, ſanguinemque fervidiorem reddit, ac viſcera ſanguificationi dicata non ſolùm non roborat, ſed & fundendo quaſi ſanguinem eorumque nativæ conſtitutioni adverſando illis obeſt, venarumque orificia aperit.

*Adſtringit, conſolidat* &c.) Externè ſcil. adhibita, unde vulneraria eſt, abſtergit etiam, conſolidat, hæmorrhagiam narium ſiſtit.

*Provitat hæmorrhoides & menſes* &c.) Internè ſcil. exhibita quoad reſinoſam ſuam ſubſtantiam, non quòd oſcula earum venarum aperiat, ſed quia lentè & repetitis vicibus operatur, quæ repetitæ excretiones oſcula venarum hæmorrhoidalium ſtimulant non ſine aliqua ſingulari fermentatione maſſæ ſanguineæ inducta & ad excretionem ſanguinis irritant.

*Præparata* 1. *Aloë depurata ſive lota.*) Impropriè lota dicitur, ſed præſtat appellare depuratam, ſolutam &c. Conſtat enim *Aloë* parte reſinoſa & aquea, reſinoſam aqua non diſſolvit, ſed ſp. vini, aqueam autem partem aqua ſolvit ſimplex vel aliqua deſtillata, in qua potior vis laxativa ſeu ſolvens conſiſtit, ut autem hæc intendatur, cum ſucco roſarum vel violarum imprægnari poteſt, & ſic pilulis angelicis ſeu Francofurtenſibus ortum dat, ut & Glaſsianis. Ideoque *Aloë* ſelecta cum Aq. ſ. extracta & depurata inque MB. vaporoſo coagulata & cum Eſſ. abſinthii aut Elix. Propr. non acidulato uno grano in quatuor pilulas formato ob ſingularem ſtimulandi vim ad 7. vel 9. pilulas in doſi miræ eſt efficaciæ ante cœnam vel decubitus tempore in cereviſiæ hauſtu.

N. De Aloës laxativæ & aliorum purgantium abuſu vid. D. D. Simon. Pauli in quadrip. botanic. claſſ. 3. p. 245. 246. & ſeq.

N. Aloës roſata vel depurata in billioſo liquore ex veſicula fellis extracto à me diſſoluta & in digeſtionem poſita noluit colorem verè ſanguineum excludere, ut non nemini accidit, ſed aloëticus color nigredine flavus perſtitit cum inſigni fœtore, quem ſali aloës volatili Pechlinus adſignat Tr. de Purgantibus.

2. *Balſamus ſive Extractum Aloës.*) Hoc reſinoſum eſt, eò quod cum ſp. vini facta ſit extractio, unde commodius ad Elixir Propr. quam pilulas laxativas adhiberi debet. Elixir purgans etiam ex Aloë cum Aq. ſ. extracta addita Arcani tartari ſ. q. & ſp. vini elegantiſsimum conficitur.

3. *Aloë violata.*) Item tartarea cum cryſtallis Tartar. & roſata vulgaris ſunt notitiæ. Prout & illa, quæ ſequitur Hieronymi ab Aquapendente. *Nobiles Veneti ex illuſtriſſima SORSANORUM familia* has pro arcano habuerunt à centum abhinc annis. Comes MALATESTA Conſtantinopoli deſcriptionem advexit. Hæc cum in manus *Aquapendentis* veniret, eam officinis Patavinis communicavit. Pharmacopœi ad gratiam aucupandam Pilularum Aquapendentis, qui illis frequenter utebatur, nomen indiderunt.

8. *Oleum Aloës purgans.*) Hoc plus curioſitatis, quàm neceſſitatis habet.

## E.

### ¶ CCCCXLIII. *Elaterium.*

Ἐλατήριον, Elaterium ſuccus eſt amarus, ex fructu cucumeris aſinini expreſſus inſpiſſatus.

N. *Omnium ſuccor. hic maximè durabilis eſt, adeo ut ultra centum annos efficax manere credatur.*

Cucumis aſininus deſcribitur Cucumis agreſtis, *Brunf. Cord. in D.* Cucumis ſylveſtris, *Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lon. Caſt.* Elaterii ſylveſtr. *Lob.* Cucum. aſininus, *Tab. Ger.* Elaterium quod leve & candidum & igne inſtar pinguedinis accenditur, *Bellon.*

Eligatur Elaterium vetuſtum ſummè amarum.

N. *Elaterium à bimatu ad decennium colore candido utile, Dioſcoridi: Æruneta, quod anno antiquius non eſt, & quod vireſcit: Theophraſto optimum, quod vetuſtiſſimum.*

Vires. *Purgans eſt violentum humoris ſeroſi: movet menſes, fœtumque interimit, unde rarus ejus uſus, præcipuè cùm nec malignitate careat.*

### PRÆPARATA.

1. *Elaterium depuratum.*

[Doſis à gran. ij. ad iv. vj.]

2. *Elat. correctum.*

N. *Depurari poteſt, ſi in ▽ ſolvatur ac filtretur, quod facili fieri poteſt negotio, ſiquidem ut plurimum liquidum extet.*

Corrigitur cum ſpir. ⊖-i & olei ut de Scammoneo dictum.

[Syrupum ex Elaterio parat Poterius, ad colluviem ſeroſam. Doſ. ℥ß. ad ℥j.]

3. Fit etiam *Extractum* ex depurato ſucco per 🜄, ut & Fœcula ex ſucco cucumerum maturorum per ſubſidentiam, cujus vires vide in obſervat. *Henr. ab Heer.*

Doſis gr. j. ac ij.

[4. Oleum ex Elaterio cocto Sicyonium dicitur, nervorum affectibus, ſurditati, bubonibus, conveniens.]

HOFMAN. *Elaterium.*) Vocatur ἀπὸ τῦ ἐλᾷν expellere; ideòque *Elaterium* in genere omne expellens medicamentum juxtà *Hippocratem* denotat, ſive forte purgans fuerit, ſive aliud fœtum expellens. In ſpecie autem *ſuccus cucumeris aſinini*, prout & hoc loco intelligitur. Tempus hoc conficiendi opportunum obſervandum eſt. Non debet autem *Elaterium* elaborari, antequam cucumis incipiat matureſcere, alias dabit ſuccum viroſum, qui ὑπερκάθαρσιν facit. Non debet etiam poſtquam maturuerunt, non propterea quòd duriſſimi ſint, & parum ſucci dent, ſed quòd ad primum contactum diſſiliant, itaque pereat, quod ad purgandum validiſſimum eſt.

Eligatur, quod candidum, leve, amarum & lucernis admotum facilè accenditur.

*Purgans eſt violentum humoris ſeroſi.*) Eſt hydragogum excellentiſſimum, unde in contumaci hydrope viribus conſtantibus ex ſententia operatur.

### ¶ CCCCXLIV. *Euphorbium.*

Εὐφόρβιον, Euphorbium ſuccus eſt concretus acerrimus, ex ſauciata Lybica Ferula ejuſdem nominis extractus.

N. 1. *Modum extrahendi docet Dioſcorid.* Videatur Matth. Dod. Lob. Lon. Tab. Ger.

N. 2. *Dodonæus Euphorbium, (unde ſuccus ille extrahitur,) plantam eſſe perhibet. Dioſcorides arborem: contradictione haud difficili conciliata. Sunt enim plantæ quæ temporis progreſſu, vel diligenti cultura arboreſcunt, cujus rei exemplum, & in hac civitate præbuit arboreſcens Ruta [& Buxi] frutex.*

Genera Euphorbii ſunt duo.

1. Sarcocollæ modo pellucidum flavum, piſi magnitudine in guttas æquales denſatum, modicè cavernoſum. 2. In utriculis, quibus excipitur, in maſſam denſatur candicantem, aut vitri colore.

Doſis à gr. v. ad x.

N. *Adulteratur admixtis Sarcocolla aut Gummi atque liquore Tithymali.*

Eligendum eſt purum, tranſlucens, candidum aut flavum & acre, quod levi linguæ contactu os accenſum diu detinet. Annotinum, nimirum per ætatem perfectionem ſuſcipere creditur, acrimonia cum tempore mitiore reddita. Recens improbandum, ceu virium violentia ſuſpectum.

Vires. *Inſignem quidem vim obtinet ſerum ac aquas ex toto corpore purgandi. Verum enim vero non ſine violentia ac moleſtia, quam præter ſubſtantiæ proprietatem malignam, & vi inflammandi (calidam e. eſt gr. 4.) exerit.*

PRÆPAR.

PRÆPAR.

*Correctum Euphorbium.*

Correctio Euphorbii conſiſtit partim in partium actium volatilium abolitione, partim in reſiduarum malignarum ac calidarum mitigatione, quod fit.

1. ♃. Euphorb. purificati ab omnibus fæcibus q. v. redige in exigua fruſtula ac inde pomo Citrio vel Limonio excavato, maſſaque panis obvoluto, coque in clibano: Euphorbium dein ſic præparatum, (quod albiſſimum) vaſe vitreo ſerva. *Quercet. Pharm. Reſt.*

N. *Auguſtana Pharmacopœa initio Euphorbium cum Ol. Amygdal. dulc. q. ſ. inſtar collyrij terere ac maſſam dein pomo imponere jubet.*

2. *Correctio Euphorbij.*

Solve Euphorbium in ✠o roſato, cola & inſpiſſa ablueque ▽ Roſarum.

3. *Correctio præſtantior.*

♃. Euphorbii (præſtat quod prima correctione correctum,) affunde ſuccum Limon. vel granat. acid. depuratum, ad eminent. digit. 3. vel 4. ſolve digerendo in MB, filtra calidè ac coagula. *Querc. Ph. R.*

4. *Correctio præſtantiſſima.*

Solve Euphorbium cum phlegmate ⊖-li totali & integro ſuo ſpiritu impraegnato, vel cum aquis citorior. pomorumve curtipendulorum, oleo Sulphuris per C. vel ſpiritu ⊖-li acuatis, decanta vel filtra & coagula. *Querc. dict. loc.*

5. *Extractum Euphorbii.*

♃. Euphorb. opt. depurat. (ut ſupra cum ✠ roſato) extrahe cum V, decanta, coagula & denuo circula cum novo alcoole (♂ 8. 10.) dein ſeparato menſtruo coagula Δ lento, addendo aliquod correctorium pro libitu: fiat mixtura.

Vires. *Paralyſi, Arthritidi, Spaſmo, Hydropique conducit, pituitam nervis impactam expurgando ducit.*

6. *Ol. Euphorb. ſtillat.*

7. *Ol. Euphorb. commune.*

♃. Euphorb. ℥ß. Ol. Cheirin ℥v. vini generoſ. ℥v. coq. ad conſumptionem vini.

Præparata illa communiora, quæ Euphorbium ceu baſis ingreditur ſunt *Hiera Logadij.*

*Pilulæ de Euphorbio, &c.* V. l. 3.

*Sternutator. Colon.*

HOFMAN. *Euphorbium.*) Ab *Euphorbo Iubæ Regis Mauritaniæ Medico* nomen obtinens. Eſt ſuccus acerrimus ex ſauciatâ arbore ferulæ ſpeciem gerente profluens. Hujus Arbor acerrimo ſucco prægnans eſt, cujus eximium fervorem expaveſcentes incolæ, ovillas pelles arbori circumligant, & eminus contrà ramos ejus vulnerant. Ex plagâ copioſus ſuccus in pelles defluit, qui poſteà concretus colligitur.

*Non ſine violentiâ & moleſtiâ.*) Per ſe ſcil. ſumptum corpori damnum infert. *D. Balthaſ. Timæus à* Güldenklee *Libr. VII. de Morb. venenat. & malign. caſu 7. p.* 313.

G.

¶ *CCCCXLV. Ghitta, Iemou.*

Gutta Gamandra, gummi gotta, Gutta gemau, Cattagauma vel gemu, Gummi Peruanum ſ. de Peru, de Iemu, de Gemandra; aliis ſuccus Cambici vel Cambrici.

Eſt ſuccus concretus aut inſpiſſatus (potius quam Gummi,) Cujus autem plantæ ſuccus ſit, nondum certò conſtat. Sunt enim qui ad Eſulam, ad catapuciam majorem, ad flores Ricini Indi originem ejus referant, coloremque aliunde (E. g. ex Curcuma) conciliatum volunt, alii Euphorbii ſuccum cenſent: aliis ex Scammonio & Tithymalo compoſitus eſt: nonnulli compoſitum ex Chelidoniæ majoris ſucco, Scammoneo & Croco ſuſpicantur, aliis ex ſucco corticis mediani Frangulæ. Nos præcipuè de Uſu ſolliciti, eligere ſuademus purum, flavique coloris.

Adfertur ex Sinarum regione, primumque adferri cœpit ante annos 40. *Videatur Cluſ. lib. 4. exot. cap. 8. ſucc.* 11.

N. *Videtur eſſe Gummi contra podagram Monardi.*

Vires. *Expurgat per ſuperiora & inferiora, præcipuè humores ſeroſos & aquoſos, tùm quoque omnem ſaburram vitioſorum humorum ex toto corpore educit. Hinc uſus ejus creber eſt in Hydrope, Febri, ſcabie, pruritu & ſim.*

Doſis à gr. v. ad xiiij.

PRÆPARATA.

Etſi crudum quidem, non citra commodum adhiberi queat, attamen cum nauſeabundam poſſideat qualitatem, operæ precium duxerunt hanc obtundere. Unde.

1. *Ghitta Iemu correctum per ſpir. ⊖-i aut Tart. Mindereri.*

♃. Ghitta Iemu q. v. diſſolve cum ſpir. ⊖-: abſtrahatur dein ſpir. ⊖- reſiduumque exiccetur lentè, ne ſcil. nigreſcat, ſed colorem ſuum retineat.

N. *Edulcora ſi volueris ▽ aliquoties ablue.*

N. 2. *Procedit felicius correctio ad modum quem habes de Scammonio: vel Gummi Guttæ terna vice cum ſpir. ⊖- aut ✠ imbibe, tere & exicca.*

Doſis à gr. xv. ad xx.

2. *Extractum ſ. Magiſterium.*

♃. Gitta Iemu pulv. ℥ij. V opt. ℥viii. fiat ſolutio digerendo in MB aliquot (2. 3. 4.) decanta & filtra calidè, præcipita affundendo ▽ roſ. (Vel aliam aliquam,) abſtrahe V & coagula lentè.

N. 1. *Melius ſuccedit proceſſus.*

♃. Gitta Gem. ℥ij. opt. V ℥v. ♁ Tartari ℥i. digere, & ſolvetur in MB brevi tempore.

N. 2. *Sunt qui ♃. V. Santali tincturâ impragnatum.*

3. *Magiſterium G. G. S. Cl. ſſ.i, ſive Gammandra correcta.*

Imbibatur pulvis Chittæ Iemou, ol. Tart. deliquioſo, ita ut liqueſcat inſtar paſtæ, malaxetur diutiſſimè in mortario, terendo piſtillo vitreo, donec colorem mutet, affunde V Tartariſatum, macera per 15. horas in tali calore, qui colliquando ſolvendoque gummati non ſit ſatis, decanta, malaxa ut prius, addito novo ol. Tartari, idque, tertiâ vice reitera, tandem albeſcentem hanc materiam lava pluries aq. roſ. & ex illa deſiccata Tabellas aut trochiſcos finge.

Vires. *Leniter & abſque vomitus provocatione operationes ſuas in pleriſque abſolvunt.*

Integrum doctumque Tractatum de Gitta Iemou conſcripſit Clariſſ. Dn. D. Joan. Petrus Lottichius, Marpurgi Med. Profeſſor publ. amicus meus ſingularis, ad quem Lectorem remitto.

HOFMAN. *Ghitta Iemeu.*) *Gutta Cambodiâ*, *gutta gamba*, *ſuccus Laxativus* quibuſdam & flavè rubeſcens *Bauhini*, ſuccus undecimus *Cluſii*, qui *gitta jaman* dicitur, *gutta Gamandræ* &c.

Eſt ſuccus purus nullis ſordibus inquinatus, fulvi coloris, liquore aut ſalivâ madefactus flavo colore inficiens. Interim tamen reſinoſus etiam eſt, quia inflammabilis & candelæ admotus lucida ardet flamma, fumum ex fuſco cœruleum ſpargens, cinerem relinquens nigrum, ſolvitur ſp. vini ceu Menſtruo homogeneo; ſolutio menſtruo aqueo facta heterogenea eſt, potius atomorum ſegregatio, quàm vera ſolutio.

*Cujus plantæ ſuccus ſit, nondum certò conſtat,*) Verùm hîc Nobis tradidit *Iacobus Bontius apud Indos in Regno Iacatrienſi, Coloniæ Batavicæ novæ Archiater*, qui in ſuâ *Meth. Med. Indicâ* Cap. 9. Eam ad *tithymali* ſive *Eſulæ* quandam ſpeciem *Iavanicæ* refert, Planta, inquiens, quæ *Guttam Cambodiam* fert, ſeu lachrymam iſtam flavam, quam in patriâ habetis, ſuprà dictæ ſimilis eſt, niſi quòd non tam altè excreſcat: ita ut fermè ſolo colore ſucci hi inter ſe differant, creſcit hæc Planta, ut & Aloë maximâ copiâ in Cambodiâ regione Chinæ vicinâ, inde etiam nomen ſortita eſt. Corrupto igitur vocabulo gutta gamba audit, quæ gutta cambodia nominari debet. *Vid. de Medicin. Indor. ad Garc. Hort.*

*Vires. Expurgat per ſuperiora & inferiora, præcipuè humores ſeroſos*) Inſtar vitri ♁ nii, unde noxæ quædam ipſi ſunt cōmunes cum aliis validioribus, ventriculi ſubverſio, vomitus &c. Uſus hujus eſt frequentiſſimus in hydrope; doſis eſt à gr. IV. ad ℈ß. vel gr. XII. Hydropicis ℈ß. exhiberi poteſt.

Corrigitur ſp. Sulphuris, vel Vitrioli Acet. deſt. &c.

De hoc ſucco acriter diſputarunt *Reudenius & Hachſteterus* in peculiari tractatu, quem conſule.

M.

¶ *CCCCXLVI. Manna.*

Δροσόμελι & ἀερόμελι *Galen.* Mel ex aëre, cui cæleſtis natura, *Plinio.* Men Siracoſt & Terniabin, *Arab.* Thereniabin & Trungibin, Terengibil, *Serapioni & Avicennæ.* Manna purgatoria, *Matth.* Droſomeli, *Cord. hiſt.*

Eſt ros ſive liquor ſuavis, qui ex aëre ſublucanis temporibus decidens arborum ramis & frondibus, hinc herbis, lapidibus & ſolo interdum invenitur inhærere, brevi tempore coaleſcens, grumoſus inſtar gummi apparet.

Manna itaque cum eſt {
Liquida Tereniabin. ſtrictè *Bellon. l. 2. obſ. c. 65.*
Durior { Maſtichina / Granata } *Hæ Officin.*

Pro diverſitate regionum eſt Manna Orientalis ſ. Syriaca, Perſica, Calabrica, Goritiana, Tridentina, Brianſonnenſis.

N. *Meminit & Garzias Mannæ Granatæ inſtar ſeminis Coriandri, quæ nobis penitus incognita, niſi intellectum velit graminis ſemen, Mannæ nomine veniens*, de quo ſupra Claſſ. I.

Ex his etſi Syriaca laudem omnibus præripiat: attamen noſtratibus in Officinis primas damus Calabrienſi & præcipuè granatæ, i. e. quæ granulis minoribus conſtat, vulgus Mannam foliorum vocat, quod ſcil. de arboribus colligatur. Hac inferior eſt maſtichina, i. e. quæ granis majoribus & maſtichis guttis prope æqualibus eſt. Dicunt mannam corporis, quod de ramis colligatur vel impetu ventorum in terram delabatur.

Eligenda candida, recens, anno non vetuſtior: ruffa enim & fuſca inveterata eſt. Adulteratur ſaccharo penidio, herbarum foliis circumvoluto. Sic quoque quæ Sennæ folia granis ſuis amplectitur factitia eſt, C. B. Fit quoque Manna factitia ex amylo Manna, Scammonea ſemine aliquo & radice lacticinia, *Chriſt. Acoſt. c. 8.*

Vires. *Temperata eſt ad caliditatem reclinans, guttur, aſperam arteriam, thoracemque leniens, alvum blandè movens, bilem ſeroſoſque humores educens.*

Doſis infantibus à ʒij. ad ℥ß. adultis ab ℥iß. ad ℥iiß. & ℥iij.

N. *Quia facilè bileſcit, in febribus, niſi frigida admiſta fuerint, non adeo conveniens cenſetur.*

PRÆPARATA.

1. *Electuar. Diacaſſia cum Manna.* Vide Diſp.
2. *Electuar. Lenitivum de Manna.* Vide Diſp.
3. *Manna Tartariſata ſ. Tabulæ de Manna.*

Fiunt ex manna ſoluta & purgata, quæ more communi in tabulas effunditur, ad Mannæ ℥j. Cremor. Tartari ʒj.

[*Proſtat etiam Manna compoſita additione Ialapæ.*]

4. *Manna liquida.*

℞. Mann. Calab. ℥ii.
Crem. Tartari ʒij.
Aq. ſtillat. pro libitu ℥v.

Tartarum primò aquis optimè ſolvatur, hoc facto, lento igne manna; quæ omnia calidè per linteum trajicienda, & cum albumine ovi clarific. in modum ſyrup. Cui ad conciliandum gratum odorem aqua cinam. [Eſſent. citri] vel ſimile quid affundi poteſt.

*Ex Communicatione D. D. Iohan. Kiefer.*

[Doſis à ℥iß. ad ℥ij. pueris adultis ad ℥v. vel ℔ß.

5. *Spiritus Mannæ.*

℞. Mannæ el. q. v. deſtilla △ lento ex Cucurbita, & habebis ſpiritum inſipidum.

Vires. *Sudoriferum inſigne eſt in febribus tum peſtilentialibus, tum communibus, ſudorem propellens admodum fœtidum.*

Doſis ad cochlear. I.

Solvit itidem Sulphur, unde Tinctura Sulphuris flava Cl. Dn. D. Helvic. Dietericus, Medicus Electoris Brandeb. Principp. Dan. & Holſat. amicus meus integerrimus.

6. *Spiritus Mannæ alius.*

Diſſolvatur Manna rore Majali, & tandiu cohobetur donec ſublimetur in caput ✕✕ci inſtar nivis. Hic ♁s in ſpiritus fluidam naturam redactus fit ſolutivum Solis mineralis, ſepoſitâ omni vi corroſiva. *Beckerus in Hermete redivivo.*

7. *Syr. de Manna laxativus. Dn. D. Echoldi.*

℞. Polypod. q. ʒvj.
Rad. Ireos Flor. ℥ß.
Paſſul. min. ping. & inciſ. ℥iij.
Fl. Violar.
Borrag.
Bugloſſ. ana p. j.
Sen. ſ. ſt. ℥iß.
Cinam. ʒß.
Aq. mulſ. ℔iij.

Coque omnia ſ. a. ad conſumpt. lib. I. Coletur & exprimatur. In colatura diſſolve.

Mann.

Mann. calabr. ℥ iij.
Sacchar. penid.
Cand. alb. an. ℥ j.
*Coq.* ad conſiſt. ſyrupi, addendo in fine aq. Cinamo. parum.
*Doſis* ℥ j. ad ℥ ij. & ultra.

HOFMAN. *Manna.*) Noſtratibus in officinis primas damus *Calabrienſi* & præcipuè *granatæ*, id eſt, quæ granulis minoribus conſtat, vulgus *Mannam* foliorum vocat. Præter hanc Alterius adhuc meminit *Th. Bartholinus Centur.* 1. *Epiſt. med.* 54. quam ex trunco Arboris orni ſtillantem eo modo vidit, quo ex Pino reſina, vel ex ceraſo gummi & quidem etiam in Calabria. Scilicet alternis ictibus truncum orni cultro vel ſecuri proſcindunt vulneribus & mane ſequenti colligunt humorem exſtillantem, excipiunt & abradunt cultris ligneis & abſtergendo vaſis imponunt. Liquorem deinde in menſâ explicant, ſoli obverſum, ut abſumatur aquea humiditas & aciditas, quæ ſuavitatem corrumpit, idque, ſæpè reperunt. Cicadæ quoque aperiunt ſuctione ſuâ ornum, ut ſucco dulci fruantur, deinde per apertum foramen liquor ſtillat, quem vulgus poſtmodum ex aëre deciduum putat, prout & *D. Autor* eandem fovet ſententiam. Licet *Chriſtophorus à Vegâ* non ex ipsâ Arbore, ſed cicadis aut apibus parvis hunc ſuccum guttatim defluere ſibi imaginetur, ſed falſiſſimè.

*Hæc inferior eſt Maſtichina.*) Hæc rotunda eſt inſtar granorum Maſtichis, & ex ramis & foliis arborum ventorum impetu decidit, grandinis modo. Verùm impropriè *Manna* vocatur, cum potius ſit *lachryma Arborum* concreta.

4. *Manna liquida.*) Hæc uti ſuâ non caret laude, ita tamen ſequens etiam non poſtponenda eſt. Recip. Mannæ el. ℥ ij. vel ℥ iij. cremor. Tartari ʒ j. vel ʒ i ß. Solve in calore MB. benè muniti cum ▽ font. acidula ℥ iv. vel ℥ v. adde parum ſucci Citri rec. vel ſp. Vitrioli martis pro grato hauſtu. Tandem cum albumine ovi clarifica & per chartam filtra, denique cum cortic. Citri recent. f. odor ſuavis aut cum eleoſacchar. ſ. q. Doſ. à ℥ iij. ad ℥ iv. vel ℥ v.

MANNA IULEPATA.

Recip. Mann. el. ℥ iv. aq. Scabioſ. ℥ x. diſſolve ad △ & cola, poſtcà adde cryſtallor. Tartari ʒ i ß. bulliant inſimul lento △ne uſque ad conſump. tertiæ partis, cui iterum addatur alia drachma cryſtall. Tartari, iterumque bulliat ad conſumptionem alterius unciæ, ita ut tota potio remaneat ad ℥ viij. circiter, quæ poteſt propinari frigida.

6. *Spiritus Mannæ alius.*) *Ros Majalis cum Mannâ calabrinâ &c. laut* exhibet menſtruum metalla & gemmas ſolvens; item ſi manna diſſolvatur in rore majali collecto ex roſis aut aliis odoriferi balſamicis, multò erit præſtantior, ut quæ in minori doſi majores edet effectus.

¶ *CCCCXLVII. Opopanax.*

Opopanacum quid ſit & quodnam optimum, vide ſupra, hoc loco illius purgandi facultatem deſcribemus, quâ educit phlegma craſſum & viſcoſum, non ſolùm è meſenterio ſ. regione prima, ſed & idem allicità partibus remotis & juncturis, adeoque mundificat cerebrum, nervos, pectus: tuſſi antiquæ confert, potum cum aceto hora una ante acceſſionem febrilem, arcet rigorem, maximè ſi idem opopanax cum ſucco apii ac oleo anethino ſpinæ illinatur.
Doſis à ʒß. ad ʒ j.
Corrigitur ſpica & maſtiche.

PRÆPARATA.

1. *Opopanax depuratus*, Fit ſolvendo (in ✠) colando & inſpiſſando.
2. *Extractum.* Fit ut Euphorbii.
Doſis à ʒß. ad ʒ j.
3. *Pilulæ de Opopanace com.* Vid. Diſp.
Doſis ʒ j.
4. *Oleum ſtillat.* (*ex* ✕✕ *per cinerem.*)
*Sagapenum*, Vide Claſſ. 2.

¶ *CCCCXLVIII. Scammonium.*

Scammonium, Scammoneum, Scammonia, Scammonea. Eſt ſuccus ex radice Scammoneæ, plantæ lacteo ſucco plenæ, extractus & inſpiſſatus. Extrahitur autem vel radicem adhuc creſcentem incidendo (*vid. Dioſc.*) vel eadem (dubio procul cum foliis & caule,) prælo ſubmittendo.

Scammonia planta eſt. { Syriaca, *hæc hujus loci.* / Monſpeliaca, Valentina.

Dicitur Σκαμμωνία, *Dioſc. Theophr.* Scammonia, *Matth. Lon. Caſt.* Scammonea, *Cord. in D.* Antiochena, *Cam.* Scammonium, *Cord. hiſt. Dod.* Syriacum, *Lob.* Syriaca. C. B. 1.

Optimum eſt quod ex Antiochia affertur, dein Armenium, Europæum omnino pravum eſt. Probatur quod nitidum, ſplendidum, (inſtar gummi) rarum citò liqueſcens, friabile, colore cùm frangitur, fulvo, non valde ponderoſum, tactu linguæ lacteſcens, nec vehementer eam calefaciens, (nimirum hoc Tithymali admiſti argumentum eſt.) Quod ab his notis recedit, tantò pejus exiſtit, quantò longius receſſerit. Improbantur glebæ ingentes, nigræ, graves, nimirum aut adulteratæ hæ ſunt, aut ſuccus ex tota planta expreſſus.
Doſis à gr. v. ad x. vel xij.

Vires. *Expurgat valde humores bilioſos, acres, ſeroſos, adeoque creberrimi uſus eſt, non modò per ſe, ſed & cum aliis permiſtum.*

N. *Cùm magnæ ſit acrimoniæ intenſæque caliditatis & ſiccitatis, infenſæ malignitatis, mordacis flatulentiæ, exceſſivæ attractionis; adeoque aptum natum quod inteſtina erodat, viſcera, cor, epar, &c. conturbet, ventriculum flatibus mordacibus laceſſat, vi ſuâ calfactoriâ ac exiccatoriâ (quas 3. gr. obtinet) inflammet, & conſequenter febres producat, vi attractoriâ hypercatharſes introducat, correctione opus habet, hanc alii aliter inſtituunt. Hinc,*

PRÆPARATA.

1. *Scammonium correctum per Cydonium, id eſt, Diagridium.*

℞. Scammonium tritum, coque in malo Cydonio excavato paſtâ circumdato, exemptum dein diagrydium ſerva pro uſu.

N. 1. *Hæc elaboratio eſt Gal.* l. 1. c. 1. de aliment. facult. *ubi interna mali cotonii acetabula ſemini deſtinata excavat, eaque Scammonio replet ac coquit.*

N. 2. *Antiquum imbecillum eſt ideoque flatulentum, bimum eſt optimum.*

N. 3. *Dicitur Diagridium, Diagrydium, Diacrydium.*

2. *Scammonium defæcatum per ſuccum Citonior.*

Solve Scammonium (vel diagrydium) in ſucco calido Citonior. Roſarumve pallidarum aut Damaſcenarum ſ. a. decanta à fæcibus ac coagula.

N. 1. *Quercetanus veram Scammonii præparationem fieri cum ſucco Limoniorum ait, cum quo procedit ut dictum.* Vide Pharmacop. c. 15. *Alii cum ſucco Citri.*

N. 2. *Crollius imbibit Diagridium puriſſ. ſucco clarificato Roſ. pallidar. vel Sylveſtrium, (forte Damaſcenar. ſeu Provincialium) addit ſpir. ⊕i guttam* unam

*unam vel alteram, atque exiccat calore ſolis vel retro fornacem, idque repetit multoties (20. vel 30.)*

Doſis à gr. vj. ad xij.

N. 3. *Brendelius diſſolvit Scammonium in ▽ deſtillata actu frigida. Sic ſubſidet picea quadam ſubſtantia, à qua decantat liquorem ſupernatantem: idque repetit, novam ſcilicet ▽ affundendo, quoties ▽ albicantem colorem contraxerit. Coagulat dein decantatas ▽ leni calore ad ſiccitatem.*

Doſis ad gr. xij. &c. *Brendel. in Chym.*

3. *Extractum per ſpiritum Vini, Magiſterium ſ. Reſina Scammonii, Pulvis Syrius.*

♃ Scammonii puriſſimi groſsè triti ℥ij. 🜄 opt. ℥xij. (vel ad eminent. dig. 4.) Digerantur in MB hora unâ ac alterâ, ſæpius agitando, ut ſolvatur: dein filtra calidè per chartam, filtraturæ affunde ▽ frigidam Roſar. (vel aliam aliquam ▽m) & lacteſcet liquor. Abſtracto 🜄 repone reliquum & reſidebit Reſina quam (à ſupernatante lacteo liquore decantationis beneficio ſeparatam,) ter quaterve ▽ roſaceâ lava.

N. 1. *Si Scammonium purum fuerit, vix pars tertia decedit.* Sala de Vegetab. Keſſ. 1. c. 90. Tentzel. in Exeg.

Doſis à ℈ß. ad gr. xv.

Fit quoque Extractum Scammonii per Acetum deſtill.

Doſis gr. 8. vel 12. *Hartm. in Croll.*

4. *Extractum Diagridii aromatiſatum F. F.*

♃. Cinam.
Zinzib.
Caryophill.
Macis.
Nuciſt.
Cardamom.
Cal. Arom.
Aniſ.
Cortic. Arant. ana ℨ i ß.
F. Extractum cum 🜄 ℔ß.

2. ♃. Diagrid. ℥iij. Extrahe itidem cum 🜄 ſ. a.

Utrumque Extractum conjunctim digere. 🜄 abſtrahe ad conſiſtentiam Extracti.

Doſis gr. xv. ad ℈j.

5. *Extractum Scammonii Glycyrrhizatum.*

Verum Scammonii correctivum eſt ſuccus liquiritiæ. Infundatur radic. glycyrrh. bona quantitas in aq. per 24. horas, eaque infuſio nova ſemper glycyrrh. additione ter repetatur, coctione levi præmiſsâ. In hoc decocto Scammon. pulveriſatum reſolvatur, filtretur, exhalet aqua ſub finem leniſſimo △ (ne aduratur) uſque dum Extractum in fundo reſideat. *Eſt S. Cluſſai.*

6. *Elyxir Scammonii Crollianum ſ. Pilula Scammonii.*

Ex Scammonio crebris imbibitionibus ſucci Roſar. (ut ſupra) impregnato, extrahe Tincturam ſ. a. digerendo cum 🜄 opt. (in quo ſem. aniſ. fœnic. cinam. ſpica nardi macerata,) decanta & abſtrahe 🜄 ad conſiſtentiam duriuſculam, vel quod melius, præcipita cum ▽ Roſar. & lava.

♃. Hujus Extract. ℥j.
Succi Citonior. depurati ℥iiij.
Roſ. Rub. depurat. ℥j.
M. & coagula ad conſiſtentiam pilul.

Doſis à gr. 10. ad 20.

7. *Alia correctio Hartmanni: Scammonium ⊖-latum.*

♃. Scammon. minutiſſ. triti q. v. imbibe cum pauxillo ſpir. ⊖-i vel ol. Sulphuris p. c. adfundendo guttas aliquot. Ol. aniſ. vel fœnic. contere diligenter ut fiat maſſa inſtar picis viſcida, quam ſerva.

Vires. *Purgat leniter ſine omni moleſtia.*

Doſis à gr. xv. ad xxv. *Hartm. in Croll.*

N. 1. *Eodem modo mitigatur & vehementia omnium ſuccor. purgantium, Aloës, Elaterii, Gummi de Pern.* Hartm. in Croll.

N. 2. *Quercetanus in Pharmac. Reſtit. c. 15. Chymici, inquit, qui elegantes illas & ſingulares ⊖-i proprietates occulte in eo deliteſcentes eruere norunt, haud verebuntur Scammoneam, Myrrham & ipſa etiam Gummi præparare & diſſolvere cum phlegmate ⊖-i, toto ſuo ſpiritu impregnato. In hoc ſolo enim ſpiritu latet vera illorum ſimplicium præparatio, quæ cum exuperante cal. faciendi qualitate inſignita ſunt, & hac viâ exquiſitè & perfectè corriguntur.*

N. 1. *-∿-us ⊖-li & Tartari comburunt Scammon. & in picem vertunt, ac proinde multum virtutis catarticæ deperdunt. Satius igitur erit Scammon. reſolvere in Tincturâ roſ. cum -∿-u ⊖-li paratâ ut moris eſt, reſolutumque ad Extracti conſiſtentiam reducere.*

8. *Scammonium Sulphuratum.*

♃. Scamm. minutiſſ. triti, q. v. (E. gr. ℥j. vel ℥ij.) Extendatur ſupra chartam bibulam, detineaturque ſupra carbonibus vivis ſulphure ſuperinjecto fumantibus, donec Scammonium, (quod continuò movendum) liqueſcere incipiat vel albeſcat. Scammonium hac ratione optimè correctum exhiberi poteſt à gr. vi. ad vij.

9. *Scammonium roſatum.*

♃. Scammon. vel Diagrid. q. v. Extrahe cum ſpiritu Citonior. ſ. a. decanta, filtra & inſpiſſa ad conſiſtentiam mellis. Dein adde Scammon. ad ℥j. ſucci Roſ. Rub. recenter expreſſ. ℥ij. coagulentur ſimul ad ſiccitatem.

N. *Si ſpirituum Citoniorum, infuſione Santali tinctum, loco Menſtrui extractioni huic adhibueris, non modò Scammonium colore elegantius, ſed & Epati minus noxium acquires. Et hoc modo paratum Scammonium roſatum extat in officina Salzwedeliana, jucunda ſua rubedine viſum oblectans.*

Doſis à gr. vj. ad xv.

10. *Infuſum Scammonii ſeu ſpiritus purgans.*

♃. Scammon. el. p. iiij. Succi Cydon. p. ij. mixta pone in locum calidam quotidie movendo, donec induretur. Tunc affunde 🜄 Malvatici, q. ſ. ſtentque aliquamdiu in digeſtione. Et ſic ſpiritus purgans ſeu ſolutivus.

Vires. *Purgat ſine ullo faſtidio ac moleſtia.*

Doſis variat pro Scammonii ingredientis quantitate.

N. *Hæc infuſio ad annum circiter ſervata, rejicit ad ſuperficiem guttulas olei rubei, inſtar picis liquidæ, in quo ferocia ſeu malignitas ſcammonii reſidere judicatur.* Tentzel. in Exeg.

11. *Diacy-*

11. *Diacydonium Lucidum Scammoneatum ſeu laxativum.*

℞. Gelat. Diacydon. lucidi ℔ j. Extract. Diagrid. ℥vj. coque lento igne, (N.B.) optimè miſcendo, ad juſtam conſiſtentiam.

*Vel*

℞. Scammon. ℥iv. extrahe Tincturam cum 🜄 poſtea fiat ſ. a. Cydoniatum ex ſucci Cydonior. ℔iij. Sacchar. ℔j. Tincturam paulatim ſucco affunde, miſce exactè ac affunde in ſcatulas.

Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. & ʒ ij ß.

N. *Niſi mixtio exactè fiat, fieri poteſt, ut diagrydium in uno loco parcius, in alio copioſius concreſcat, unde purgatio juſto lenior, hinc copioſior adeoque hypercatharſis nonnunquam ſubſequitur.*

12. *Gelatina Cydoniorum Laxativa cum Turbith.*

℞. Scammon. ℥ij.
Turbith. ʒ iv.
Extrahe cum 🜄, poſtea
℞. Decoct. Cydon. ℔vß.
Sacchar. ℥xviii.

Coq. ſ. a. & F. Gelatina, cui ſub finem affunde Tincturam Diagridii & Turbith, ſpatulâque agitentur, donec 🜄 evaneſcat. Tandem repone pro uſu.

N. Communiora præparata, quæ diagridium ceu baſis ingreditur, ipſemet Tyro obſervare poterit.

Præcipua ex his ſunt

*Confectio Aniſi Laxativi.*
*Elect. Benedict. Laxativ.*
*De citro ſolutivum.*
*Diacydonites Laxativ.*
*El. Epiſcopi ſ. Eleſcoph.*
*Confect. Hamech.*
*Indum majus.*
*Diaprunis ſolutivum.*
*Roſatum.*
*De ſucco Roſarum.*
*Zinziber Laxativum.*
*Pilulæ Aggregativæ majores.*
*Aureæ.*
*De Fumaria.*
*De Hermodactylis.*
*Extractum Catholicum, &c.*

HOFMAN. *Scammonium.*) ἀπὸ τοῦ σκάπτειν à fodiendo vel cavando caule, dum ſuccus colligitur, dictum, & notat tam Plantam, quàm ſuccum. Nonnulli accuratius pronunciaturi Plantam Σκαμμωνίαν, ſuccum verò Σκαμμώνιον vocant, vel δακρύδιον, lacrymulam.

Eſt autem Scammonea planta lacteſcens, volvuloſa, ſcanſoria, lævis, ſmilacis modo, cui foliis, flore, facie valde ſimilis, radice autem diſſimilis eſt, quæ in ſmilace tenuis eſt, in Scammoneâ craſſa, prælonga intus candida, odore grauis & multo ſucco prægnans. Ex hujus Plantæ radice hoc ſcammonium colligitur.

*Optimum eſt &c.*) Quod ex inciſâ radice ſupernâ exſudat, & maximè quod ex Antiochiâ affertur, colore taurini glutinis, levis ponderis, reſinoſum &c.

N. *Cum magnæ ſit acrimoniæ, intenſæque caliditatis & ſiccitatis &c.*) Ideoque Scammoneata illis non ſunt exhibenda, quibus ventriculus eſt debilis, quales ſunt hypochondriaci. Nec illis qui καύματι viſcerum laborant & ad febres proni ſunt; Nec illis, qui cardialgiâ laborant.

*Præparata. 1. Scammonium correctum per cydonium, id eſt, Diagrydium.*) verùm quocunque modo præparatum & correctum ſit Scammonium, attamen ſummâ ſemper cum cautelâ & circumſpectione uti debemus. Ego nunquam in praxi meâ in uſu habui, nec in poſterum habebo, me ſemper ab iſtiuſmodi venenis colliquativis abſtinens, contrà autem ſtudens ſalis mei purgantis abſterſivi ſaponariam vim habentis ſaluberrimæ uſurpationi. vid. ſuprà Libr. 2. Cap. 73.

N. *Niſi mixtio exactè fiat.*] Ideoque *extractum Scammonii* non ſolùm probè prius eſt exſiccandum & in pulverem redigendum, verùm etiam cum amygdalis dulcibus ſubigendum, ut eò facilius poſteà cum ſucco cydoniorum dilui poſſit, ne denuò, prout aliàs ſolet, in ſuam redeat reſinoſam ſubſtantiam, ac intrà corpus ſumptum vel parum operetur, aut frigidâ ſuperbibitâ ventriculo ac inteſtinis moleſtias ſubſequutâ hypercatharſi creet.

Et hæc ſunt quæ de Vegetabilibus ſcribenda fuerunt.

*Jam ad finem D. Author perduxit librum ſuum de Vegetabilibus, illumque obſervationibus & animadverſionibus D. Hoffmanni, nec non aliis quibuſdam additamentis illuſtratum videre licuit: unicum ſupereſt ut in Doctiſſimi æquè ac curioſiſſimi Lectoris gratiam, Clariſſimi D. D. Georgii Wolffgangi Wedelij Experimentum Chimicum novum de Sale Volatili Plantarum, hîc inſeramus. Sic enim una eademque ſerie reperiet, non tantùm quæ de hiſtoria, natalibus, qualitatibus, præparatione galenica & chimica plantarum hactenus ſcripſere accuratiores; ſed etiam quid curioſior ἐγχείρησις in ſale volatili earundem, etiam ſine ignis tortura eliciendo potuerit, quave induſtria, & quibus inſtrumentis in id uſa fuerit.*

GEORGII

# GEORGII WOLFFGANGI WEDELII,

D. Profeſſoris Publici, & Medici Ducalis Saxonici,

## EXPERIMENTVM CHIMICVM NOVVM

DE

## SALE VOLATILI PLANTARVM.

---

## PRÆFATIO AD BENEVOLVM LECTOREM.

ÆQuiſſima vox eſt, redde quod debes. *Memini me promiſſo dudum debitoris nomen ſubiiſſe & exſolvere jam debere, quod plurimi à me hactenus ſolicitarunt.*

*Liberare fidem addecet, licet dilatam, neque enim fruſtrà ſæpe differre licet, quæ omnium judicio exponere velis, maturè interim in vadimonium teſtes exceptione majores mihi comparavi. Exponere rem eruditis decreveram, ne ſine teſte relinquerer, ore quidem, non literis, quid enim ſcripto aliud reportaſſem, quàm judicia ſiniſtra, aut vilipendium, aut, quando ab amicis hæc timenda non erant, alia.*

*Inter iſtos nomino potiſſimùm Excellentiſſimos viros, (tacebo autem jam domeſticos, & familiares plures)* D. D. Tackium, Meibomium, Barnerum, *aſt quanta nomina!*

*Vix eloqui poſſum, quàm benevolè exceperit conatus meos ipſe tunc nobis præſens celeberrimus* D. D. Tackius, *quàm ingenuè mentem ſuam expoſuerit, & quàm amicè de me ſentire apud Sereniſſimum meum Principem ſuſtinuerit.*

*Non perſuadere opus fuit, nec differere, in his enim ſæpe.*

Nec locus ingenio eſt, oculi, Te judice, vincant.

*Id unum mihi ſcrupulum movebat, quod accidit ſæpe, ut quæ audientes mirabamur, eadem legentes rideamus, ſeu, quæ* Cyri *apud* Xenophontem *eſt oratio,* μεῖζω τὰ ὑποθέντα μείονα ἰδεῖν, arbitratos majora minora videre, & *quod in proverbio fertur,* ἃ ξενίσει ὁ θάλαμος. *Verbo, non ad palatum omnium fore, minus ad votum eruditorum, alteri fœtidum, alteri difficile, aliis vile.*

*Aſt noveram, quàm levis ſcintilla in altæ lucis pyramidem exurgere poſſit, unde licet imperfecta hæc videri poſſent, malui tamen rudia hæc, & in incunabulis ſuis, ſi ita loqui fas eſt, exhibere, quibus ultra ſeculum abſconditum latuerat, quàm diutius premere.*

Εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ, *ait* Græcus Poëta, *mihi ſatis eſt, multa neſcire, pauca nolle. Aliis quoque relinquenda eſt pars gloriæ, in medio palma omnibus poſita. Gaudebam hinc prodiiſſe hâc occaſione quædam alia, ad rem facientia.*

*Noveram enim, quàm ſolerti diſputationum vanitate alter alteri præripere ſæpe conetur inventionis laudem, & quàm immeritò literariis altercationibus conſpurcentur ſæpe, quæ nitore ſuo clarius prodire geſtiebant. Diſpeream, ſi hoc non eſt ſupplicium de ſtudiis ſumere.*

*Non arrogo mihi laudes tuas,* Lector Benevole, *non ambio vana molimina, liberum penes Te eſto judicium.*

*Q. D. B. V.*

### CAPVT I.

*Salia volatilia plantarum dari, extra dubium eſt.*

DIes diem docet: non unâ vice inexhauſtus fons arcanorum naturæ æquè & penitus diffluit, reſtant indies novi propullulantes rivi, ne dicam maria; hinc ſæpe fruſtrà negantur dari, quæ ſolers cura in apricum proferre geſtit, imò ſæpe quaſi aliud agendo invenit.

Videri poſſet ἄτοπον, τὸ διότι quærere, ſi τὸ ὅτι nondum fuerit dilucidatum, ſed cum non ſolùm ignota fuerit chimicis ⊖lium volatilium è plantis productio, ſed & produci poſſe iiſdem impoſſibile viſum, & negatum, operæpretium æſtimandum eſt, de his quædam præmittere.

Negant *alii* penitùs, ea dari in vegetabilibus. Vegetabilia, *ait Zwelfferus claſſe* 15. *pharmac. reg. p. m.* 688. pauco, aut nullo, ſale volatili conſtant, ac per conſequens nec in illum reſolvi poſſunt. Ac, licet credi poſſet, illum tantùm de terreſtrioribus loqui, non aromaticis, balſamicis & ſcorbuticis, vero tamen verius comprobatum aſſerit, nullum ſubſtantiale exiſtens ſal volatile ex vegetabilibus, uti ex animalibus in dies accidit, arte elici poſſe, niſi ⊖em fixum, & hunc ipſum non, niſi præviâ incineratione.

Limam hæc ſubière non immeritò, tùm *D. D. Schroeckii noſtri animadverſ. in Zwelff. pag.* 525. & 526. tùm *D. D. Bohnii*, qui *exercit. physiol.* 7. *de ſanguiſ. in coroll.* rectè hæc mechanicæ contrariari affirmat, cùm ex frumentis ⊖ volatile copioſiſſimum proliciatur, & ex pipere ipſo ſal volatile penetrantiſſimum acceperit, quod non ſine causâ egregium febrifugum conſtituere ſuſpicatur.

*Alii* eadem quidem negârunt itidem; ſed, cum notabilem copiam ſalis volatilis vidiſſent in urinâ, quin in cervo, quoad hanc ipſam, & inprimis ſanguinem & cornua, credidêre eadem nec cibo, nec potui, plantiſve inexſtitiſſe, niſi in formâ ſpiritûs acidi, quem ventriculi ſal fermentale in ſal volatile commutet. Videri hanc in rem poteſt *B. Mœbius fundam. Medicin. Phyſiol. c.* 10. *p.* 190. *ubi*, plantæ, *inquit*, omnes non facilè ⊖ volatile præbebunt; ſed ſolummodò ſpiritum acidum.

Involu-

Involutas eſſe aliis particulis volatiles has ſalinas, & nominatim ab acidis quaſi ſubjugatas, certum eſt; verùm, ut facile fuerit excutere hoc jugum, & annihilare imperium, ſub quo degebant, ſic promtè eadem menſtruo ſtomachico auſcultant, ſui fiunt juris, & ſanguinis partes conſimiles vegetant & reſtaurant. Altioris verò indaginis eſt, quomodo acida volatilia, exemplo formicarum, penetrantiſſima illa & ſubtiliſſima, reddi poſſint urinoſa, & quo medio ipſa hanc naturam & efficaciam obtineant.

Neque obſtant, quæ *loco citato Zwelfferus* objicit, neceſſe eſſe, ut ſal volatile ſapore, odore, deſtillatarum aquarum, prout in aromaticis, balſamicis & ſcorbuticis aquis, percipiatur: neque ſola elementaris, inſipida, ac inodora aqua prodeat; ſi enim id ſufficeret, pari ratione concludere licebit, nec in ſcorbuticis plantis ſal eſſe volatile, cum v. g. ▽ Ωlata ſedi minoris, aſt acerrimi, per ſe facta planè inſipida prodeat.

Ludit nimirùm ſal volatile inſtar ☿rii, modò hâc, modò illâ facie apparens, prout particularum inverſio & immutatio ipſi accidit. Quin *ipſe*, cum à poſteriori argumentum ducat, arte elici eadem non poſſe, quod alembicum non aſcendant, ſeu mediante Ωtione vulgari aquarum ſe non exhibeant, cogitare debuiſſet, latius patere præparandi modum, neque firmiter ex hoc ipſo concludi poſſe, neque ſal volatile in plantis dari, neque arte elici ex illis poſſe.

Mitiùs ſi quis ea explicare velit, reſpexiſſe dici poſſent ad ea, quæ communiter proſtant, nondum in libellis chimicis de his extitiſſe proceſſus, modo ipſius contextûs conſequentia id permittat.

*Alii* ſub nomine eſſentialium, ita communiter dictorum, ſalium volatilia venditarunt, ut *Unzerus*, *Mullerus*, & alii plures; ſed, utut mediæ quaſi naturæ & conſtitutionis ſint hæc ipſa inter fixa alcalia & volatilia; attamen κατ χρηστικῶς ſaltim ac impropriè nomen hoc merentur, quæ præſertim terrea magis ſunt, neque requiſita ac conditiones ſalis volatilis obtinent.

Ex his ergò efficitur, experientiam chimicam hâc in parte altiùs promotam, contra quaſvis ſive rationes, ſive hypotheſes, malè fundatas, ſive denique autorum contrarias opiniones, locare poſſe in apricum facili negotio ſalia volatilia, quo uno omnia corruunt argumenta, quæcunque in contrarium adducta ſunt, neque, cùm res tàm clara ſit, eadem vel adduci, vel diſcuti pluribus opus fuerit.

Hoc loco meminiſſe lubet, tenerum admodum eſſe plantarum ⊖ volatile, ac delicatum, ut in hoc meritò animali regno, cui major hujus erat neceſſitas, palma cedat; non tàm & tot ramoſis plicis & fruſtulis alembicum pingit vegetabile tenerum ſal, quàm animale. Quin ſæpe ne cryſtallulis quidem ſe videndum offert, ſed ſolùm liquori immerſum guſtui & olfactui ſe offert, & cum acidis efferveſcit: qui tamen ſenſus adeſſe nihilominùs id ſufficienter & nemine reclamante probant, ut adeò ſal volatile, ab aſſervandi modo & in quibuſdam neceſſitate, poſſit duplici ſub formâ concipi & ſtatui: *liquidum* & *ſolidum*: &, ſicut ſal volatile C. C. viperarum, lumbricorum, &c. matri ſuæ ſeu vehiculo immerſum totâ die diſpenſatur: ſic id longè magis in vegetabilibus concedendum eſt, v. g. -^- ⊖is ♀ volatili, &c.

Quòd enim ſuccini ſal volatile magis præ reliquis per ſe adſervari poteſt, 🜁 copioſius facit, ejuſdem porulos quaſi incruſtans, ne annihilari ab ambiente, & reſolvi tàm facilè poſſit.

Nullum verò tàm promptiſſimè, quàm cervinum, avolat, hinc & viperinum & eboraceum, inde eadem immerſa ſervare, & diſpenſare eſſentificata par eſt; medio modo ſe habent ⊖ volatile ♀ri & ✱ci, ut adeò ⊖ia hæc volatilia meritò audiant, quod & ignem minimè ſuſtinent, & aëris ſolius admiſſu facillimè in auras avolant, contrà ac fixa facere conſueverunt alcalia.

Idem & vegetabilibus contingere certum eſt, niſi liquori juncta & diſperſa annihilari tàm promtè reſpuerent. Hinc & in ſequentibus, cùm de ſalibus volatilibus loquemur, eadem non tàm abſtractivè, quàm concretivè, ſeu non ſine ſubjecto ac vehiculo intelligenda potiſſimùm volumus, ceu id in ſcholis Medicis, modò propriè quis non ſolùm nomen ſæpe, ſed rem ipſam attendat, in aprico eſt, ut -^-us ⊖ ✱ci nihil aliud eſt, quàm ſal volatile in liquore aqueo ſubſiſtens: -^-us ⊖is ♀ri volatilis eundem cenſum cum aliis meretur.

## CAPUT II.

### *Modi parandi Salia volatilia ex ſeminibus, extractis, & Oleis Ωlatis.*

Ex ſeminibus plantarum ⊖ volatile mediante igne elici poſſe, quæ acrimoniam cum odore, vel alterutrum horum junctum habent, tàm verum eſt, quàm quod veriſſimum, neque de reliquis, quæ minùs ſapidas offerunt particulas, penitùs dubitare licet, niſi quòd parciſſimùm & diffuſiſſimum ea exhibitura ſunt, reſpectu priorum, ⊖ volatile.

In ſemina ductu naturali, & extraneo calore vegetante ſolari, vis & anima quaſi omnis abit, recumbit in his, ceu in centro & puncto ultimo ⊖ volatile, unde effœta tunc eò magis redditur planta, quò matureſcit magis ſemen. Colligitur in his, ceu in receptaculo, ex plantæ cadavere quaſi emigrans & novum germen exſpectans vegetans forma, quæ priùs ſparſa erat in toto herbæ corpore, unde in his ⊖ volatile concentratum videre eſt, quod in reliquis partibus diffuſum priùs palabat.

Patet hinc, quàm promtè ex his educi poſſit ⊖ volatile, ſive ſeorſim, ſive ſub ſulphuris pallio occultatum, &, ceu ex herbis oleum longè difficiliùs elicere datur poteſtas, quod ex ſemine promtè efficitur: ſic par ratio eſt ſalis volatilis, ut mirari ſubeat, luſiſſe multos ea ipſa, & viſum effugiſſe, donec emunctiorum Chimicorum naribus ea videnda ſe exhibuêre.

Inſipidorum ſeminum exemplum ſint frumentacea, quæ copioſiſſimum in ſe continent volatile ſal, idque prolici de ſe lubenter patiuntur. Magis id amicum naturæ eſſe conveniebat, magis pati, quàm agere in corpore, ob nutriendi, quâ pollet, facultatem: hinc minùs ſapori obvium, temperatæ oleoſæ emulſioni merſum, hinc volatile ſal minùs percipitur à priori. Aſt, quàm belle reficit analepticus panis ſpiritus, in Ram coraliorum hinc non ſine cauſâ expetitus: quam confortat non dicam odor, quod *Democriti* prædicatur exemplo, quàm ipſa ſubſtantia, ut fruſtrà hinc neget *Helmontius*

*rius*, panem reliquorum omnium ciborum eſſe fundamentum.

Neque obſtat ~us acidulus, quem fundit, quò minùs occultetur unà ⊖ volatile. Tacemus alia ſimilia, quæ poſteris temporibus diligentia vulcano vel ſubjecit, vel committet ulteriùs. Ut enim in bonâ causâ vel tria verba ſufficere ſcribit *Pindarus*, ita etiam ſæpe in exemplis id abundè valet.

Tetigimus jam hæc priori capite, ubi & ⊖is volatilis piperis mentio facta eſt. Dudum jam nobis *ſal volatile fraxini* elegantiſſimum ex ſemine, quod avis linguam vocitant, prolectum commendavit & oſtendit *Dn. Ludovici* noſter.

Illuſtrabimus exempli loco eadem ulteriùs ſemine rutæ, ſophiæ Chirurgorum, aliorumque ſimilium.

*℞. Sem. dictorum, rutæ, cochleariæ, ſoph. Chirurg. &c. benè mundat. & ſicc. q. v.* v. g. ℔ß. vel ℔ j.

Inde 🝭 vitreæ, ♌la lento igne primò phlegma, hinc ⊖ volatile ſpiritui nuptum, & ſeorſim quoque pulcherrimis rhombis recipientis ſe affigens parietibus longè elegantiſſimum, & oleum penetrans, ad *καρπᾶσθαι* uſque copioſiſſimum. Paucis horis re feliciter peractâ, ſeparetur mediante filtro vel tritorio minori oleum à liquore volatili urinoſo, conquaſſato priùs leniter vaſe, ut ⊖ volatile ſolvatur, & liquori immergatur, quo fine etiam ▽ rectificati modicum pro ablutione majori infundi vaſi poteſt, & ſervetur ad uſum. Eſt verò primum cephalicum, & ſpeciatim antepilepticum, alexipharmacum & penetrans, hyſtericum etiam medicamentum, non contemnendum, quod per ſe dari poteſt ad gtt. x. xx. vel cum ~ *lil. convall.* aliiſque accommodis permiſceri. Reliqua matris ſuæ indolem ſequuntur.

*Oleum* ſeorſim rectificetur cum aquâ copioſâ, vel aliis artificiis ſordes ex oleis ad ſe trahentibus alcalinis, quæ hujus non ſunt loci, ad internum & externum uſum aptetur.

Notabile eſt, quòd impetuoſâ vi ſeceſſum facientе ſale volatili ab oleo, ſub finem, vel in medio ♌lationis facilè rumpi ſoleat retortæ corpus, præſertim, ſi paulò major fuerit deſtillationi commiſſa quantitas, licèt ignis ſubditus non ita fortiter urgeat egreſſum.

Tactis his nobilioribus, non opus eſt, aliis pluribus diutiùs immorari.

*Extracta* plantarum item fundere ⊖ volatile, exemplo eſt *opium*, quod & ⊖ volatile, & ~um ⊡noſum de ſe fundere, uti certum eſt, ita id *in epiſt. noſtra l.* 1. *ſ.* 1. *cap.* 9. *p.* 33. pluribus fuit tactum. Sic latere aſſuevit & immerſum eſſe particulis reſinoſis & roſcidis, ut etiam, niſi ſecedere hæ ab invicem cogantur, & dimittere, quod ſecum abſorpsère, vix in conſpectum prodeat. Si enim opium deſtillationi ſubjungatur, non per ſe, ſed addito menſtruo vel aqueo vel ~noſo, tantum abeſt, ut dimittat de ſe ⊡noſum volatile ⊖, ut potiùs & anodynam ſervet ſecum vim, & liquor deſtillatus parum vel nihil inde participet, cùm de reſinoſâ parte nihil ſecum evexerit.

Extracta aliorum vegetabilium, non penitus gummoſa, itidem fovere ſecum ſal volatile, credibile eſt, ſi v. g. *extractum ſcorzoneræ, petaſitidis*, imò vel ipſius *hellebori* ♌lationi eodem modo factæ ſubjiciatur, neque enim æquè calor, ad eorundem præparationem antegreſſam neceſſarius, propellere eadem eſt ſufficiens, cùm irretita viſcoſis & fixioribus particulis magis ſint. Hinc verò fortiori extruduntur vecte. Et in genere ſalia volatilia odore urinoſo non eruuntur, niſi vel propellantur fortiùs, vel liberà gaudeant avolandi licentiâ, aliàs enim ſenſim exhalant, aut ſub aliorum velo latent.

Ex Oleis *aromaticis* ♌*latis* ſeparare ⊖ volatile, uti artificioſum eſt, ita, cùm ex *Helmontio* jam ſuprà de eo diſſeruerimus, & latiùs hæc tradiderit *Excell. Dn. Ludovici tract. de ⊖le ♀ri volat.* ſupervacaneum ducimus, longiùs id hoc loco repetere.

*Duplex* hic eſt *modus* uterque ab *Helmontio* inſinuatus in *ſpecimine* ſeu *parte primâ cap.* 5. *p.* 41. facilè à callenti ad olea applicandus, alter per *alcalia:* uterque magni momenti.

Sunt, qui ex eodem fundamento alcaheſt venantur, & panaceam, quibus ſua linquenda eſt ſpeculatio, quæ quidem contra mentem autoris manifeſtò eſt, qui tantùm vicem alcaheſt obire poſſe eodem carentibus, ſcribit. (Fieri poteſt proceſſus cum quovis ⊖e fixo & oleo aromatico. Minorum ſumtuum & parabilius eſt, ſi ⊖lis ♀ri part. iij. cum ~us terebinth. ætherei parte j. miſceantur, ſtent in digeſtione uſque ad coagulationem. lapidem vocant,) quò diutiùs ſteterit, eò meliùs evadit ſal; abſtractione lenta facta, ſi opus ſit, ♌latio fit per 🝭, aſcendente in ſublime ſale volatili, virtutum admirabilium.

## CAPUT III.

### *Per fermentationem & ſemiputrefactionem ex plantis, floribus & foliis, ⊖ia volatilia parari poſſunt.*

VTi verò per deflagrationem igne aperto ex ipſis quoque plantis ſiccis in incineratione, licet minori quantitate, æquè, ut ex ſeminibus largiori copiâ, ⊖ volatile colligere licet, (ubi, ſi nempe per 🝭 ♌lentur herbæ, olea mutari poſſe in ſal volatile, ſunt, qui aſſeverant;) quod tamen obiter hoc loco ſaltim tangere lubuit, uti ex abſinthio ſal volatile amaricans ſeparatum novimus; ſic ex recentibus jamdudum id tentàrunt, per fermentationem & ſemiputrefactionem cum ſucceſſu plures.

Dictum jam aliàs à nobis fuit, non perdi tàm facilè ſal volatile per fermentationem, uti communiter creditum fuit; ſed immerſum aqueis & aliis particulis ſaltim abſconditur, & cæterâ compage ſenſim hoc modo reſolutâ, præcedente leni fermentatione & incaleſcentiâ, ſi præſertim externus ambiens aër id non prohibeat, ſpiritus urinoſus inde prolicitur. Aliis enim calidus, vel ſaltim temperatus, & ſibi relictus convenit, aliis frigidus magis aptus habetur, v. g. in cella, vel, qui nonnullorum eſt modus, indita materia vaſi apto aquæ committitur, quæ digeſtio eſt frigida. Sic *℞. florum liliorum convallium* recentium, rore majali imbutorum, vel etiam *anthos*, &c. ſ. q. inditi vitro apto, ſeu cucurbitæ reponantur in cellam, & decurſu aliquot menſium reſolvantur in liquorem, qui acutiſſimi & fragrantiſſimi odoris erit, hinc ♌tioni ſubjectus urinoſum volatilem ſpiritum fundet.

Ipſe hic modus callentioribus Chimicis aliis pluribus

timis dudum celebratus fuit, quos nominare ſupervacaneum foret.

Si plantæ ipſæ hoc modo reſolvantur, minùs participans de odore ⊖ volatile eruitur; ſin flores odoratiores, ubi partes 🜁eæ exſuperant cum ſalinis, magis id reſpectu illarum acquiritur.

Problema curioſum eſt, ⊖ia obtinere volatilia, quæ retineant odorem, ſeu, quæ teſtentur de odore plantæ, ex quâ parata fuerunt. Hâc tamen analyſi, quæ majoris apparatus eſt, ut in pleriſque quoque aliis, odorum radicale principium, 🜁, vel ſeparatim ſe prodit, ſi id expetatur, vel prædominantibus aqueis & urinoſis partibus confunditur, (ut ita loquar,) & odorem urinoſum præpollentem exhibet.

*Per ſe* facta ita ſe habent, ceu innuimus, & curioſâ ἐγχειρήσει acquiri poſſunt; *per artem* verò ſalia volatilia reddere oleoſa, & finem hunc aſſequi, uti curioſum & paſſim hodie decantatum, ita facillimum eſt, prout inferius de eodem dabitur diſſerendi occaſio.

Proceſſum ipſum, quo modo ex plantis hâc viâ elici poſſit ſal volatile, cùm *in tranſactionibus Philoſophicis Anglicanis d.* 25. *Mart.* 1674. poſuerit & recenſuerit *D. D. Cox*, huc excerpemus.

♃. Æſtatis medio, ſeu calidiori tempore, bonam quantitatem plantæ, quam volueris, ſepara inde folia omnia, & ſeorſim caules ſtipiteſque abjicias. Hinc indas eadem vaſi firmo & benè clauſo, donec omnimodè fermententur, putreſiant, atque in pultis formam redigantur, quod in quibuſdam tardiùs, in aliis ocyùs fit. Deinde ♌la hanc maſſam igne primùm mediocri, & habebis aquam, qualis ex aliis plantis ordinariè elicitur, hinc ⁓us & ⊖ volatile ſuccedet, & circa finem oleum craſſum, nigrum atque fœtidum, quod cum ⊖e volatili jungendum, ſæpiuſque rectificandum eſt, & olei maxima pars in ⊖ adhuc faceſſet, unde ⊖ volatile ⊡noſum inſtar ⊖is ⊡næ, C. C. ſanguinis humani, vel ⊖lis ✻ci emerget.

Ubi notandum.

1. Per fermentationem, dum illa inchoatur, hæc herba valdè incaleſcet, præſertim circa medietatem ſeu centrum, hicque calor adeò fortis erit, ut, igni contrà, manum impoſitam lædere ſoleat.

2. Poſthæc incipit corruptio, putrefactioque omnes plantarum naturales qualitates immutat, & quidem non ſolùm ſenſibiles, ſed & ſpecificas, adeò, ut

3. Planta, bonum gratumque exhalans odorem, fœtida corruptaque evadat, æquè ac alia, cui hæ qualitates non inſunt, adeoque fœtet, ut odor æquè intolerabilis vix alius detur. Aſt hic fœtor non multùm durat, ſed omninò diſparet, ſimul ac planta ♌lationi ſubjicitur.

4. Plantæ humiditate & pinguedine pollentes duplo citiùs, quàm magis ſiccæ, aromaticæ & teneræ putreſiunt.

5. Durante putrefactione interdum in medio vaſis, licet nullus eò patuerit, ab extra aditus, magna vermium, muſcarum, aliorumque inſectorum quantitas fuit reperta, quæ verè ex putrefactione orta ſunt.

6. Vermes hi ⊖ volatile non largiebantur; verùm alium ab hoc multò diverſum liquorem exhibebant, mediante ſcilicet ♌latione.

7. In hâc plantarum deſtillatione 1. *aqua* apparet adſcendens, ſub guttarum ſatis groſſarum formâ, congregaturque, & in recipiens cadit. 2. *Spiritibus* adſcendentibus, illos ſub nubium ſeu nubecularum ſpecie evehi cernes, quæ difficiliùs colliquantur, & ſtrias habent diverſificatas atque intortas, quemadmodum in deſtillatione ⁓us C. C. accidit. 3. Denique *oleum* apparet, quod non, niſi violentiſſimo, & ad ſummum aucto igne exit, idque omnium fœtidiſſimum.

8. Nunquam aliud, præter hoc, obtinui oleum, poſt putrefactionem, quæ ſi perfecta non ſit, exit hoc oleum eſſentiale, odorem plantæ referens.

9. Plantæ, quæ oleum eſſentiale communiter non præbent, multum olei fœtidi largiuntur; verùm, quæ multum olei eſſentialis dant, plus olei fœtidi emittunt, quàm aliæ.

10. Inter ⁓us & ☍ca hæcce quædam ſæpiùs, (3. 4. 5.) rectificari amant.

11. Hoc ⊖ volatile rectificatum omnes ⊖is ⊡noſi qualitates habet, adeò, ut ipſum inter, & ſal volatile ſanguinis humani, C. C. ⊡næ, aut ✻ci nulla interſit differentia. Omnes etiam producit effectus, quos hoc, diureticum & diaphoreticum eſt, acidum deſtruit, cum illo ſe jungit, & inde ⊖ compoſitum reſultat, armoniaco ſimile.

12. Quod magis eſt, hæc ⊖ia volatilia à ſe invicem, neque quoad qualitates ſenſibiles, neque quoad effectus differunt.

13. Nullam plantam ♌lavi, (quamvis diverſas deſtillaverim,) quæ omnes has partes, de quibus modò diximus, non reddiderit.

14. Poſt ♌lationem in vaſe offert ſe odor moſchum ferè redolens, qui nullo modo tolli poteſt, licèt per aliquot annos aëri expoſitum fuerit.

15. Vas, in quo planta fermentatur, ſæpiùs apertum reliqui, & vertente anno pauciſſimum in eo reſtabat ⊖ volatile.

16. 🝎 nullum ⊖ fixum largitur.

Et hoc quidem modo ex animalibus quoque quibuſdam deſtillari poteſt ⊖ volatile, ceu ex lumbricis per putrefactionem fit, quibus in vas vitreum ſeu terreum poſitis, accedente ambientis calore ferè eadem obſervantur, ac in plantis à dictâ præparatione, ut & oras vaſis tranſcendere, &, niſi porta detur, veſicam diſrumpere ſoleat inteſtinus motus. Poſtmodùm deſtillationi ſubjecti fundunt liquorem, ⊖e ⊡noſo cum 🜁re fœtidò refertum, & rectificatione præviâ depurabilem magis & gratiorem reddendum, de quo jam in ſpecimine noſtro diximus.

Si quis verò addere plantis hunc in finem velit curioſiùs ſal fixum, ſeu proprium, ſeu uſuale aliud obvium, v. g. ⊖ ♀ri, vel calcem vivam quoque, aut ſaltim cineres illi id ipſum liberum eſt, ſufficit, abſque additamento & ſimplici viâ id ſuccedere.

Adeoque hæc præparatio in vulgus jam innotuit, & poſſibilitatem ſufficienter quoque demonſtravit, proceditque non tantùm in antiſcorbuticis, ut cochleariâ, naſturtio; ſed etiam in aliis, ipſiſque floribus, præcipuè odoriferis, nec adeò ſiccis, ceu ex floribus liliorum convallium, uti modò dicebamus, elegans ⊖ volatile hâc viâ & methodo conſurgit.

## CAPUT IV.

### *Sine igne, & ſine additamento, ſpontaneâ deſtillatione, ex ritè præparatis plantis prodit ⊖ volatile.*

VIdebatur jam evulgatus proceſſus, quo de in ſpecimine ſcripſimus, adeoque crambe recoqui. Verùm, uti cuilibet ſuam concedimus lubenter gloriam, ita in eo quoque non ſine effectu latuit hactenùs experimentum noſtrum, ut ſeu inventionis ſimilis in publicum producerentur ſpecimina, ſeu de noſtro hoc doctiorum judicia. Licitum ſanè fuiſſet nobis, quæ graviſſimis viris & Chimiatris dudum oretenùs & oculotenùs demonſtraveramus, & commune cum illis feceramus, ſtatim evulgare, & in eo inventionis famam aucupari, cùm, verbis *Dn. Lic. Garmanni* noſtri, multi è Philoſophis chimicis de ⊖is volatilis plantarum exiſtentiâ dubitârint, nullus autem, niſi forſan incidenter & ſuperficialiter, ante nos tractaverit hoc thema.

Modeſtè verò in hoc maluimus aliis judicium relinquere, ubi ſcripſimus verbis *Mirandulæ*, nec inventum à nobis id eſſe, nec quæſitum. Nunc verò abeat in lucem, ut quæ vel à nobis ſcripta primùm, vel occaſione hujus ab aliis publicata, lucem acquirant majorem.

Quoad ipſam rem, ne quis impunè gloriari de inventione poſſit, vel litem, uti in rebus nauci ſæpe fit, in hoc movere nobis, quum omnibus modis averſamur, nôſſe æquum eſt, ultra ſeculum, ſeu ultra centum hoſce annos, ne ampliùs progrediamur, evolutionem hanc ⊖is volatilis mille teſtibus, notam fuiſſe, ſed non obſervatam: viſam, ſed neglectam; publicè apertam, ſed nec agnitam, nec curatam. Qui probationem hujus deſiderat, cogitet, quæſo, quamdiu in Thuringiâ noſtrâ glaſti præparatio nota & in uſu fuerit, in univerſæ ferè Europæ uſum expetita. Eandem originem etiam ſibi vendicat experimentum noſtrum, ut ex ſequentibus patebit.

Liceat modò nobis mirari hoc loco naturæ abſcondita, latent ſæpe, quæ obvia ſunt, concluſa, quæ nares feriunt, occulta, quæ in oculos occurrunt; quid ſenſibus ipſis certius eſſe queat? Ludit in hoc mortalium ſtuporem, qui, quod non habent, habere ſæpenumerò ſe credunt, quod habent, & ante pedes eſt, negligunt. Neque tamen culpanda anteceſſorum noſtrorum ignavia vel incuria, infelicitas hæc fuit, non ſocordia, poſteris quoque aliquid reſervandum fuit, ceu à nobis quoque plura relinquentur. Non unâ vice pandit arcana ſua, ſed partitis; quæ uno momento nos delectant, facilè negligimus; quæ diſtinctis vicibus, gratiora ſunt, & intimiùs afficiunt. In hoc tantùm delinquitur, ſi in libris ſolùm & penes eruditos quæritur ſapientia. Latet hæc & ſub ſordido pallio, neque, quod *Hippocrates* noſter jubet *in præception. cap. 2. v. 24.* pigeat ex plebejis ſciſcitari, ſi quid ad curandi opportunitatem conferre viſum fuerit. Multa apud mechanicos arcana latent, multa apud operarios. habitat ſub ingrato ſæpe & inviſo hoſpitio naturæ ſplendor.

Sed, ne gratis hæc dixiſſe videar, à poſteriori quaſi præſupponimus pauca hæc axiomata.

1. *Plantæ omnes pollent ⊖le volatili, aliæ quidem magis, aliæ minùs: aliæ obvium magis & explicitum, aliæ immerſum, & in ſinu implicitum magis fovent.*

2. *Plantæ ſibi invicem ſuperimpoſitæ incaleſcunt, quò majori quantitate & denſitate, eo fortiùs, & vice verſâ.* Videri id poteſt in quibuſvis herbis, abſinthio, carduo benedicto, in faſciculos majores & denſiores collectis, lupulo, imò ipſi etiam farinæ tempore æſtivo idem accidit, & fœni exemplo notiſſimum eſt. Memorat id ipſum de ſeminibus quoque, & ſtercoribus, etiam ſiccis, *Galenus libro de cauſis morbor. cap. 2.* & accenſum etiam ipſum ſtercus columbinum hoc modo ſe vidiſſe addit. Illuſtrare hæcce liceat elogio accuratiſſimo *divini ſenis*, qui, quaſi hæc intimius pervidiſſet, & ipſum proceſſum velut digito innuiſſet, ita *l. de natur. pueri c. 26.* ſcribit: καὶ γὰρ ἡ κόπρος ἡ νενασμένη πολὺ ἐνθερμοτέρη ἐστὶν, ἢ ἡ ἀραιὴ ἐοῦσα καὶ ἄλλως. τὰ πολὺ ἰκμαλέα καὶ πεπιεσμένα ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐκθερμαίνεται, καὶ ἐν τάχει κάρτα ὑπὸ τῆς θερμασίης ξυγκαιόμενα σήπεται· οὐ γὰρ δίεισι τὸ πνεῦμα δι' αὐτῶν, ἅτε πυκνῶν ἐόντων. *Nam & fimum denſius accumulatum, intus calidius eſt, quàm quod rarum exiſtit: & aliàs humecta ac compreſſa, à ſeipſis concaleſcunt, & brevi à calore valdè exuſta putreſcunt. Neque enim permeat ſpiritus per ipſa, nimirum cum denſa exiſtunt.*

3. *Plantæ certo modo priùs præparatæ, & ſibi invicem ſuperimpoſitæ de ſe mittunt ⊖ volatile.*

4. *Poſito ipſo calore, intrinſeco, ſponte facto, non extraneo, poſitâ aptitudine, ☊latio fieri poteſt ⊖is volatilis ſine igne, per ſe, ſine additamento.*

5. *Humiditas nimia ſuperaddita, ſeu conjuncta, calorem quidem habet ſuccedaneum, & hinc ⊖ volatile, quod ſecum immerſum geſtat, igne mediante de ſe prodere poteſt; ipſum verò ⊖ volatile minus, quippe præpeditum & detentum, citra torturam hanc ſe offert.*

6. *Hinc exhalare priùs leniter.*

7. *Proportionata tamen eſſe, unde, ſi ſiccitas nimia accedat, & conſequenter proruptio ⊖is volatilis moram trahat, affundere licet aquam.*

Quid multa? fatemur glaſti præparationem mechanicam obtuliſſe nobis ſal volatile ejuſdem: cum enim & curioſè hanc luſtraremus, & in parandi modum inquireremus, fumantes acervos vidimus, urinoſaſque particulas exhalantes percepimus, toto eo, quo continebatur, loco, ne dicam totâ domo, nares vellicantes. Mirati artificium, cogitavimus, quomodo in auras abiens, à nemine curatus, nec in uſus alios cedens urinoſus liquor, vel ſal volatile poſſet excipi, & impoſito inſtrumento hîc depicto obtinuimus, quod volebamus. Ita ſcilicet ſine ſumtibus, ſine curâ, &, quod maximum eſt, ſine igne colligere licuit notabilem quantitatem ⊖lis volatilis, in liquore hoc ſponte prolecto, odore non minùs, quàm ſapore ſe ſiſtens, quod hinc rectificare facile, & ☊latione leni per XXcum magis aptare licet, ſi pars circiter dimidia vel tertia ſaltem abſtrahatur.

Explicatio

## Explicatio Figurarum, N. I. & II.

a. *Globuli glaſti, priùs in hunc uſum præparati, & jam accumulati in tabulato, ab interno calore ſal volatile effumantes, citra ullum externi ignis acceſſum.*

b. *Inſtrumentum figulinum illis ſuperimpoſitum, ſive uno, ſive pluribus locis, ut colligi & excipi poſſit, nec vacuas evolare in auras ſal volatile; ſive rotundius illud fuerit & capax, ut* N. 1. *ſive quadratum & oblongum, pauloque altius, ut* N. 2. *ita globulis aptandum, ne admiſſu aëris liberi transfugere poſſit exhalatio, vel muſcæ etiam copioſæ ſimul poſſint ingredi.*

c. *In collum abiens ejuſdem pars, inſtar cucurbitæ, ut magis jam adſcendere poſſit & colligi ſal volatile.*

d. *Alembicus vitreus paulò capacior; collo huic impoſitus, qualem in* ♌*tione* ✳*ti adhibere conſultum eſt. In hoc roſcidæ & aqueæ particulæ, vehicula* ⊖*lis volatilis, ad receptionem cohibentur & uniuntur.*

e. *Recipiens ſeu cucurbita itidem capacior, in quam deſtillat liquor* ⊡*noſus volatilis.*




## CAPVT V.

*Sal volatile ex hoc modo præparatis plantis, facta jam ſpontaneâ* ♌*tione, igne mediante acquiri poteſt.*

ADeò jam panſa & recluſa ſunt hoc pacto omnia, ut & ſponte abitum parare ⊖ volatile poſſit, & citra ullum alius caloris acceſſum colligi, novo & inuſitato deſtillationis genere, ubi, cum aliàs ſine igne Chimici οὐδὲν ἀξιόλογον τῶν χρησίμων κατασκευάζοντες, *nihil quod operæ pretium ſit utilium parare poſſint*, ſpirare cernitur naturæ veſta æthereos fumos, & ſine furno ipſa ſibi ſufficere, quem ex ipsâ materiâ ſortitur.

Aſt ne ſic quidem inexhauſtæ ſunt omnes dotes, ipſa partem miniſtrat adjuta tam commodè natura, & quantum interiora poſſint, ſponte deſtillando manifeſtat; partem verò, & quidem non levem, quam abſconderat in globulis quaſi intimius, ignis artifici reſervat, ut præeuntem ipſam ſi ſequatur, abſolvere opus poſſit, & ⊖ volatile reſiduum, copioſum, neque enim omne avolat, igne extorquendo in gloriæ ſe partem vocare.

Facilis res eſt, & ex paſſim obvio, ac venali glaſto, præparato ſcilicet, ſiccoque, pro tinctorum uſu unicè accommodato, parabilis.

♃. *Glaſti præparati* q. v. v. gr. ℔ ij.

Indito ☊ vitreæ in arenâ, factâ probè luturâ, pellatur primò phlegma, hinc nebularum formâ ſpiritus, ſale volatili potiſſimum ebrius, cui tandem oleum flaveſcens fœtidum, inſtar olei lumbricorum ferè, minori quantitate ſuccedet. Filtretur liquor volatilis urinoſus & ab oleo ſeparatus, addito etiam, quod cum 🜄 ex recipiente elutriatur, rectificetur ſive per ſe, ſive additione cinerum puriorum cribellatorum, & ſic habebis ſpiritum, ſeu ⊖ volatile liquidum πολύχρηστον, antiſcorbuticum, diaphoreticum, antipodagricum &c.

Fixationem ſalis volatilis hujus ♌u ⊖li & aliis acidis machinari licet, quamvis longè melius volatili formâ in uſum cedat. Par ratio eſt ſimilium eodem modo prius præparatorum & recluſorum, jam enim hoc præcipuè exemplum ſumpſimus.

## CAPVT VI.

*Digreditur in glaſti deſcriptionem, & præparationem.*

IN ſcholis medicis *glaſti* nulla vel parca admodum hodiè occurrit mentio, ut locum & hîc habere videatur *Helmontiana* querela, à *Dioſcoridis* uſque tempore paucam vel nullam acceſſionem factam in hoc uſque ſeculum, adeò videas pleraque herbaria tantùm gaudere tranſcriptione virtutum, ut, quoad harum vim, ſi unum legeris, omnes legeris, in vaſtam nihilominùs molem excreſcunt, & præter icones, eoſque falſos ſæpè & imperfectos, parum ſolidi tradere, &, quod non dictum ſit prius, aſſolent.

Cùm *ſativa* ſit alia iſatis, alia *ſilveſtris*, ex *Dioſcoridis*

*coride͡o* textu patet, antiquiſſimum eſſe uſum prioris ad tinctorum uſum, ſativam *ait*, ἣ μὲν βαφεῖς χρῶνται, *quâ lanarum infectores utuntur*. Ex quo colligere non ineptum foret, & prœviam ad uſum hunc præparationem, dudum & cognitam, & exercitam fuiſſe.

Tertium ex eâ accedit Thuringiæ noſtræ vectigal, cùm aliàs & vino & frumento abundet, vid. *Cornarius Comm. in Dioſcoridem lib. 2. cap. 169. pag.* 210. Hinc vulgatum eſt proverbium: *Tria fundere Thuringiam cognomina:* Wein / Weitzen / Waid; quibus & *quartum*, Wolle / non immeritò licet addere.

Proventus iſatidis inſtar zizaniç cujuſdam, ceu vulgò eam vocant, facilis eſt, modò in ſolum pinguius incidat.

Inprimis optimè creſcit iis in arvis, quibus priùs linum ſatum fuerat; ſin minùs anteceſſore hoc gaudeat ſtercorari eadem probè poſtulant.

Alterutro horum facto, ſive lini præceſſerit fœtatio, ſive ſtercoratio proba, aut foditur terra ad ſationem, aut aratro ad id aptato, quadrijugali, groſſer Bauerpflug / profundiùs aratur. Sin communi aratro præſtare id libuerit, lentè feſtinandum eſt, morâ enim eget; nec tàm alienis, quàm domini oculis, cujus præſentia, elogio *Palladii lib. 1. de re ruſt. c. 6.* profectus eſt agri, id gerendum.

Quod autumno aratro præparatum eſt arvum, hiemalibus feriis ad purificationis Mariæ feſtum relinquitur uberi irrigationi.

Semen ipſum, perinde eſt, recens-ne an vetuſtum ſit, modò non fumi acceſſione, quod notabile eſt, corruptum fuerit.

Poſt feſtum purificationis, molliori cœlo, feritur, & ex voto quidem magis, modicâ nive poſitâ, & eâ quidem cautione, ne densè nimis ſatio fiat.

Elapſo uno alteroque die, quæ mora non de nihilo eſt, ſtudioſè, mediante occatione, terrâ obtegitur.

Poſt Pentecoſten diligenter repurganda ab aliis herbis.

Poſt feſtum S. Johannis ad primam meſſem matureſcit, cùm extima folia flavedinem præ ſe ferunt, vel metus eſt, flores ipſum meditari, ferro ad id parato, Stoßeiſen / in terrâ herba detruncatur, in cumulum hinc colligitur, & ad loturam fertur.

Facta lotione, pabone ad locum aptum mittitur, ſparſim diſpergitur, & vertendo ſiccatur; marcor hic, die Welcke / ſeu colono, ſi minor fiat, & ſuperficiariè, ſeu emtori, ſi juſtus, lucrum fœnerat, illi quidem, aucto globulorum numero, huic meliori præparatione. Sin inconſtans tempeſtas minùs faveat, ut modò ſiccetur, modò imbribus irrigetur, quæ liberari ab extraneo humore debebat, periculum ſubit corruptionis, &, teſtis hujus, nigredinis, quod ſæpe unicâ nocte contingit.

Abſumtâ ſuperfluâ humiditate, congeritur, & truſatilibus molis infertur, quarum plures videas in Thuringia, tùm uſui huic accommodatas adhuc, tùm veſtigia ſaltim exhibentes priſtinæ copiæ & culturæ, ſolos lapides.

A conquaſſatione ſeu comminutione, & triturâ hâc, qualis quidem ſucculentis adhuc convenit, in acervum obtuſum ſeu rotundum compingitur, ſupernâ parte tectâ pro arcendâ pluviâ, circa latera verò ventilabra fabricantur, ut herbacea ſanies reſidua per noctem excludatur. Modum hunc tangit & deſcribit paucis *Ryſſius Comment. in Dioſcor. lib. 2. cap. 177. pag. 193.*

Abacto liquore digeritur in magnos globos, wird geballet / & tecto patulo ad id facto, Dorden / ad machinam illam vecta imponitur, ut ſiccetur, adeò omni ſtudio ſuperflua humiditas abigitur, ne in putrilaginem fatiſcat, tùm intentioni primariæ, quam colonus habet, tùm ſecundariæ, quæ noſtra jam eſt, ⊖ ſcilicet volatile acquirendi, contrariam. Relinqui hîc loci poteſt, quamdiu id fert occaſio, aut globuli jam leniter exſiccati, propria inferri domui, vel ad ulteriorem præparationem mercatoribus vendi poſſunt.

Globuli enim hi, quos ſexagenos, Schockweiſe / vendi videas, tabulatis ingeſti & accumulati ſenſim incaleſcunt, & urinoſum ⊖ volatile de ſe exhalant, eo citiùs, quò calor ambientis, æſtivo tempore, & ipſorum copia major, illud verò non ſolùm, quo continentur, ſpatium, ſed totam ſæpe domum, & vicinas, odore ſuo replet. Adhærent tignis, parietibus, & tectis guttulç roſcidç, & in auras exſpirat, niſi excipiatur, ⊖ volatile. Tandem aquâ etiam affuſâ magis intenditur calor, donec non in cineres, ut quidam volunt, ſed pulverem groſſum, tinctorum uſibus aptum, fatiſcat, quod hinc glaſtum κατ' ἐξοχὴν, ſeu pręparatum, audit.

Sed abſolvemus, quod reſtat circa iſatidis culturam. Secundâ vice propullulans non, uti priùs, ſolicitis unguiculis, ab immixtis aliis herbis repurgatur, ſed oves in agrum mittuntur, ut paſti interſito hoc gramine repurgent iſatidem, neque enim illi vel eſu, niſi ⊖e veſcantur, nocent, vel conculcando in terram, niſi paſtoris negligentiâ diutiùs, ac par eſt, inhæreant agro.

Exactis ſex ſeptimanis à primâ meſſe, denuò, ut ſuperiori tempore, detruncatur, & iterùm, elapſis totidem hebdomadibus, ſi cœlum autumnale favet, nec gelu tàm citò ingruit, tertiâ vice, licèt hęc minori bonitatis notâ, ad utrumque opus polleat, tùm ob caloris ſolaris digerentis inſufficientiam, atque adeò tincturę paupertatem conſequentem, tùm ob tempus loturę minùs aptum, frigidiori exiſtente aqua, & marcorem operi minùs parem, ut taceam exhauſtas jam ferè vires, & ⊖is volatilis penuriam.

Patet & hinc, qui tardiùs, & quadrageſimali demum tempore arva ad iſatidis ſationem arant, binis tantùm gaudere meſſibus, quarum prima cum ſecalis & tritici plerumque coincidit, & ſolent hujus generis glaſtum vocare Jung Waid.

Sequenti anno iiſdem arvis, quę prius iſatidem tulerant, hordeum inſeritur.

Sin ſemina deſiderantur, tertiâ meſſe pars intacta relinquitur, unde vertente anno in ſemen exit, cujus pretium cum avenę coincidit.

Sunt, qui à tertiâ meſſe, aut alterius ſpeciei, an dem Jung Waid ſecundâ, ſeu, ut uberiori fœnore potiantur, ſeu præpediti tempeſtatis & frigoris obſtaculis; reſpectivè tertiùm aut ſecundum metere nequeant, non ad hordei novam ſationem agrum ſcindunt; ſed hiemare herbam in hoſpitio ſuo permittunt, donec commodiori tempore, circa quadrageſimam demùm, priùs, quàm hordeum feratur, in detruncationem cedat, quod vocant *glaſtum ſecundarium*, Kompes Waid. At & minùs bonum id eſt, & arva nimis exſugit, ut ipſum hoc poſtmodùm in hordei proventum redundet minorem.

## Caput VII.

### *Ad uſum Glaſti digreſſio.*

Quantus tinctis colore glaſti lanis honor ſit e-ſtimnû, norunt Mercatores, & experiuntur, qui pannis hoc modo paratis utuntur. Colorem quidem propriè cœruleum, ob ⊖ volatile eminens, reliquis verò conſtans fundamentum præbet, unde cultura ſuâ tùm Thuringiæ noſtræ, tùm aliis pluribus regionibus infinita attulit commoda; aſt poſtquam Indicum pigmentum advehi cœpit copioſiùs, utut ob exedentem & corroſivam naturam minùs commodè his uſibus ſerviens, licet colore, & quoad extrinſeca alia ad ſpeciem ejuſdem notæ & durationis tincti eodem panni videantur, Hanc ob rem jamdum præterito ſeculo, anno 1577. Francofurti, communi Imperii nomine & decreto ejuſmodi fraudibus & noxis proſpectum fuit, & hocce noſtro, anno 1654. Ratisbonæ d. 2. Aprilis à *D. FERDINANDO III.* ſub pœnâ confiſcationis cautum fuit, ne indigo, ob copiam tingendi uſui vulgò inſerviens, ampliùs adhibeatur, in detrimentum Thuringiæ, Germaniæ, & emptorum. Eò tamen jam res devenit, ut ad paucos redierit glaſto ſolo utentium tinctorum, atque adeò molarum truſatilium, hinc inde apud nos veſtigia priſtini mercimoniorum floris exhibentium, numerus.

Non noſtrum jam eſt, latiùs diſquirere, qui floridi colores, ceu extractum, ex iſatide conſurgere poſſint, & adhibeantur quoque à quibuſdam, neque in tinctoriâ ipsâ arte occupari, ad notitiam ſimplicium, & noſtrum hunc in finem medicum, noſſe ſufficit, quod indigo & glaſtum ex eâdem propullulent proſapiâ, neque niſi præparatione differant, unde tùm alii, tùm inprimis *Amatus Luſitanus, Comment. in lib.* 5. *Diſc. enarrat.* 67. *pag.* 509. Indicum, *ſcribit*, eſſe ſuccum defecatiſſimum iſatidis herbæ, concretum inſpiſſatum.

Placet in communem notitiam præparationis hiſtoriam huc transferre ex auctore *anonymo de l'hiſtoire des joyaux*, qui creditur *Dn. de Chapizeau cap. 6. pag.* 92. Indigo, *ait*, quo ad floridiores vividioreſque colores utimur, ab arbore, (*rectiùs plantâ*,) deſumitur, quam quotannis poſt pluviarum exceſſum plantant, & quando ad altitudinem duorum trium ve circiter pedum excrevit, reſcindunt dimidii pedis à terrâ diſtantiâ. Partem reſciſſam ſumunt, in repoſitorio cum calce reponunt, quæ adeò indureſcit, ut hæc repoſitoria marmorea videantur. Hæc ſtagna ſeu repoſitoria in circuitu communiter 80. pedes habent; ad medietatem, (vel pauló plùs,) aquâ replentur, dein ad ſummum uſque virentibus arboris hujus frondibus complentur, quotidiè omne hoc movendo, donec immergatur penitùs, & evadat inſtar limi aggeſti, ſeu, ut terra pinguis aquâ diluta. Hinc poſtquam hæc omnia per dies aliquot quieta relicta ſunt, aquam emittunt & elabi ſinunt, quâ eductâ penitùs, maſſam hanc limoſam manibus, priùs oleo imbutis, prehendunt, & ex eâdem fruſta magna vel parva pro lubitu conficiunt, quæ Solis radiis exſiccanda exponunt. Ad fallendos Mercatores eadem aliquando arenæ pro exſiccatione committunt, tunc enim facilè arena ipſis adhæret, majuſque inde pondus acquirunt. Sed nequitiam hanc multâ luunt, ſi id reſciſcat præfectus. Cæterum hæc arbor ter reſcinditur; ſed quoties id repetitur, minus inde reſultat indigo, & inter centum partes, viginti ad minimum de pretio pereunt, cùm tantum coloris non præbeat, ac prima ſpecies. Optimum indigo ex Bianâ, Indouâ & Corsâ, tribus pagis uno vel altero die ab Agrâ diſtantibus provenit, & hoc eſt, quod in fruſta redactum globulorum ad inſtar cernimus. Octavo à Surat die, duobus ab Amadabat milliaribus pagus eſt, Sarqueſſe dictus, unde indigo planum ad nos fertur. Ejuſdem ferè naturæ, pretiique vix diſſimilis indigo creſcit etiam in Regno Golcondâ. Tandem idem ex Occidente, præſertim ex Antillis, ubi eodem ferè, ac in Oriente, modo fit, huc affertur.

Colligere ex his facile eſt, & unde color exaltetur, & proſurgat cœruleus, ob explicatum magis ♁uri in ⊖le volatili eminens, & quam ob rem Indico hoc tinctæ lanæ in receſſu minus bonæ ſint, ob calcis ſcilicet acceſſionem, quæ ipſa quoque cauſa eſt: cur exaltatus hic color & in apricum deductus minùs conſtanter tingat, quàm ſibi relictum & ritè præparatum glaſtum, quod citra talem communionem, mediante artificum tingentium induſtriâ, adhibetur: neque enim pars ſalina & terrena calcis vivæ, quę dubio procul & pondus ſimul adauget, eandem adulteravit.

Neque deſperandum eſſet de eodem artificio parandi indici, ſi huic operi manum quis & ſolertiam impendere velit, obſervatâ calcis & iſatidis proportione, &, quæ aliæ minoris momenti ſe ſuggerunt circa id, circumſtantiis.

Certum interim eſt, quintam quaſi eſſentiam ad colores magis floridos & fulgidos exinde parari, & in uſum venire poſſe.

## Caput VIII.

### *Cauſa incaleſcentiæ & evolutionis Salis volatilis.*

Duæ ſunt operationes chimicæ præcipuæ circa mixtionem corporum potiſſimùm evenientes, fermentatio & effervescentia, quæ calorem producunt, tùm ad expanſionem & explicationem partium volatilium & ⊖oſarum, tùm ad alios uſus ubere proventu facientes.

In illâ quidem blandiùs, & ſæpè vix ad ſenſum; in hâc verò fortiùs omnia incaleſcunt, quia utrobique motus partium elementalium mixti occurrit, licet diverſus ratione mediorum, & finis, aliarumque circumſtantiarum.

Noſtra hæc operatio ad quamnam ſpeciem referenda ſit, dubium eſt non leve. Sicca quippe eſt, & citra turgeſcentiam vel intumeſcentiam, quale quid in fermentatione viſitur: neque tamen duo diverſa, ſive ſimilia, ſive contraria apparentia, adverſis concurrunt frontibus; ſed, nullo extraneo interveniente, ſpontaneo motu exſurgunt partes volatiles.

Participat tamen de utriſque, cùm & motus ſit particularum à ſe invicem ſecedentium & avolantium, & cum inſigni calore eructet ⊖ volatile, non aliter, ac ſi ⊖us ex ſalis ✱ci & ♀ri combinatione evolvatur, unde commodè uel fermentatio ſicca, vel effervescentia implicita, quæ citra pugnam & tumul-

& tumultum evenit, dici poſſet; licet prius ferè malim.

Quantùm aliàs inter ſe commiſſa corpora ob diverſitatem pororum effervescant, in operationibus non ſolùm chimicis, ſed & vulgatiſſimis occupatis ſæpenumerò occurrit.

Sic v. g. calor & effervescentia occurrit 1. in præparatione ♀ri ⊖-*lati*, ubi ⌒us ⊖-li cum ⊖le ♀ri ſicco vel deliquato conjungitur. 2. in præparatione *arcani ♀ri*, quando ✕to idem ⊖ ♀ri ſaturatur 3. in fixatione ⊖ium volatilium, cùm ⊡noſa ligantur cum acidis. 4. in præparatione ⊖-*li* ♂, cum v. g. limaturæ ♂tis ℥iij. artificiosè & per vices affunduntur ⌒us ⊖-li ℥vj. & aquæ fontanæ ℥iv. Acida enim, quæ poroſiora ſunt, ſolvunt & aggrediuntur cum effervescentiâ modò calidâ, modò frigidâ. 5. in præparatione ⌒*us* ✱*ci* cum ⊖ibus fixis, ✱co additis, vinculum ipſius ſeu acidum abſorbetur, & volatile ſui juris factum propellitur. 6. cùm præparatur ⌒us ⊖lis ♀ri cum O uſto vel crudo. 7. cum præparatur ⌒us ⊡næ cum calce vivâ. 8. cum ☍ terebinthinæ jungitur ⌒ui ⊖-li, vel ⊕. 9. cum ☍ ⊖-li ☍eo aniſi. 10. cum ⌒us ⊕ & ♈ uterque rectificatus, accedente motu vel calore. 11. cum miſcetur ⊕ cum ⊖-lo ad præparationem ▽. 12. cum calci vivæ affunditur ▽. 13. cum rectificatur v. gr. ⌒*us* 🜂*is*, & phlegma iterùm jungitur acido in fundo remanenti, ubi calor & effervescentia conſurgit, cum tamen priùs ſe invicem toleráſſent &c. Plura hanc in rem videantur apud *D. D. Elsholtzium in Clatoriâ curioſâ, pag. 62.*

Sed horum alia ratio eſt, unde & longiùs ad eadem digredi, extra oleas eſſet vagari. Arceſſenda paulò altiùs eſt hæc noſtra incaleſcentia.

Præſupponemus iterum,

1. Adeſſe in plantis partes volatiles ⌒uoſas & ⊖linas, ſaltem materialiter, quod nemo negaverit: idque modò majori, modò minori quantitate; magis verò & minus non variant ſpeciem.

2. ⊖ hoc volatile eſſe ſubſtantiam tenuem, ad motum maximè habilem & agilem.

3. Non tàm generari ergo propriè, præviâ præparatione ſuprà expoſitâ, ⊖ volatile; ſed:

4. Evolvi impeditas, & liberatas à compedibus avolare, unde explicatione egent & liberatione, ſi captare eaſdem velis.

5. Partes volatiles ſpirituoſæ mediante fermentatione propriè dictâ eruuntur, unde rectè *Hamelius* ſcribit *lib. 2. cap. ult. de conſenſu vet. & nov. philoſ. pag.* 412. ante fermẽtationẽ aut deſtillationẽ aut aliâ arte prolici vix poſſe ſpiritus, non, quòd ibi non eſſent, ſed, quaſi victi & aliis elementis oppreſſi jacebant; adeoque theſis firma eſt, non ineſſe ſpiritus plantis, niſi per fermentationem deducantur in actum. Uti enim τὸ materiale ipſorum met, & potentiâ ineſſe non negatur, ita minùs rectè de formali quis id accipiat, niſi velimus confundere ⌒us φλογιστὺς, & partes aqueas parum de oleis ſecum habentes, unde ſpirituoſæ videntur aquæ, ob oleoſas & volatiles particulas in iiſdem diſperſas. Æquivocatio eſt in nomine ſpirituum. Adſcendunt partes quædam volatiles; ſed non in formâ ſpiritûs, neque enim ſtriatim procedunt, etiamſi poſt rectificentur, adeoque fermentatione opus eſt ad propriè dictos ſpiritus, qualiſqualis demum illa fuerit. Vel, niſi velimus confundere ⊖ia cum ſpiritibus, neque enim, qui acris eſt, ſpiritus nomine (φλογιστῦ) appellandus liquor.

6. Partes volatiles ſalinæ mediante incaleſcentiâ ſimplici, & reſolutione citra turgeſcentiam & motum talem inteſtinum, qualis in prioribus occurrit, ſe captandos offerunt.

7. Ubi ſpirituum & ſalis volatilis copia eſt, brevi excitantur & in motum cientur.

8. Sulphureæ herbæ magis ſpirituum, acres, ſalſæ, ſeu ſalinæ magis ſal volatile; utræque tamen pro diverſo præparandi modo & ſpiritum & ſal volatile fundunt.

9. In auſteris verò & acerbis partes volatiles non ſolùm ſubjugatæ; ſed etiam fixatæ quaſi ſunt, unde ex iiſdem ſal volatile non ita panſum, nec niſi ſub prædominio aliarum evolvitur, ceu in foliis quercus, aliiſque prædicto modo paratis, videre eſt.

10. Hinc ubi jam laxatis compagibus & vinculis proruunt partes volatiles, uti per putrefactionem ingrato & fœtido; ſic per artificialem hanc præparationem ⊡noſo gravi odore nares feriunt, & ſpiculis ſuis membranam narium, odoratui inſervientem, vellicant & lancinant.

In ſalibus enim volatilibus explicatiſſimum eſt ſulphur, unde & citiùs voto avolant, ſibi relicta, &, ſi acidis hoc dometur & obtundatur, odor etiam abit, omnis, ex quo adhuc patet, cur ſulphuri odor à Chimicis magis adſcribatur, quàm ſali. Sulphur enim eſt primum odorabile; ſed hoc debet eſſe explicatum ſale volatili: inde videmus, illa maximè eſſe odorabilia, quæ ſale volatili oleoſo ſeu remixto cum ſulphure, ejuſque exhalationem adjuvante, abundant. Unde etiam plerique auctores recentiores concedunt, quod ſalia volatilia ſimul ſint oleoſa, ſeu, quod ex ⊖le lixivio nexo & ſpiritu volatili conſtent, adeoque ſulphur eſt principium radicale colorum & odorum; explicativum verò illorum ⊖, tùm fixum, tùm volatile, ſeu Mercurius.

Quod ſi humidum copioſum adhuc adſit, motum & fluxum ⊖is & 🜂is obtundens, prorumpunt quidem eadem ſimul in propriè dictâ fermentatione, & aucupio apta ſe ſiſtunt, vel cum fœtore, & conjunctâ putredine mixta reſolvuntur.

Sin neutra horum abundent, neque explicata ſint ſpiritus & ſalis volatilis tenacula, citra hæc ipſa, fœtorem & putredinem, exarent, marcent & fatiſcunt.

Eò magis verò & celerius moventur, quò à carceribus magis liberantur, unde, cum exhalârint jam partes aqueæ ſuperfluæ; ipſe verò ſuccus & ſanguis, ut ita loquar, conjuncta adhuc ſint, inde faciliùs jam evolant, expedita vehementiùs agitantur, & ſui juris evadunt in noſtrâ hâc præparatione partes volatiles ſalinæ, & cum liberum jam motum, & ſolutiorem nacta ſunt, affuſione aquæ magis congregantur, hinc & fugam unà meditantur.

Ut adeò, vi caloris interni, inde concitari, minus humido gaudens hæc compages, ſecundum artem jam præparata, à ſe dimittat ſal volatile, cùm pluſculũ humidi aliàs efflagitat fermẽtatio, & ſpirituoſas partes turgentes exhibet; opus tamen eſt in hoc opere noſtro aliquali & proportionato reſiduo humido, ut cum eodem, ceu accelerante ob calorẽ habitum, vehiculo jam liberatæ partes aufugiant ⊖linæ, inſtrumento commodo jam delineato exceptæ alta petant, colligantur in ✕✕co, & in receptaculum deſtillent.

Modus hic collectionis facillimus eſt, atque in

aliis

aliis pleriſque primâ ſtatim vice, ſine prævià rectificatione, odore, ſapore, effervefcētiâ cū acidis, aliiſque documentis, ⊖ is volatilis probat præſentiam, in aliis verò magis poſt ſeparationem ab aquoſiori vehiculo, quod itidem facilè obtinetur, ſi pars quarta vel tertia abſtrahatur, reliquo inſipido rejecto.

Exhibebam ante quinque hos annos ⊖ hoc volatile Sereniſſimo ERNESTO, Duci Sax. I. Cl. & M. pientiſſimæ memoriæ, qui, uti gnarus erat horum quàm maximè, ita mirè delectabatur, cum & odoratu urinoſitatem perciperet, & ſapor idem confirmaret, & affuſo ſpiritu ⊕-li efferveſcentiam perſpiceret, ut adeò rei ſua jam conſtet veritas, antiquitas, & ratio quàm uberrimè.

## Caput IX.

### *Aliorum mentio, & Salium volatilium uſus.*

Si nullo alio, quàm iſatidis exemplo, probare liceat ſalis volatilis experimentum; id ipſum tamen jam ſuffecerit. Neque enim in eo objicere licet, *à particulari ad univerſale non valere conſequentiam.* Si enim ex ſuprà abundè dictis concedamus, dari ex hypotheſi Chimicorum ita dicta principia, non tàm extrinſeca, & producta, uti id ſolent vulgò ſæpe confundere, quàm intrinſeca: ſi demonſtravero ⊖ volatile à priori, ab ejuſdem affectionibus, vegetatione, & quæ in ſpecimine ipſo de his diſſeruimus latiùs, & vel in unico à poſteriori, firmiter concludi poſſe reor, in omnibus idem inexiſtere, licet majori vel minori proportione.

Abundat verò & prædominatur in viridibus plantis, v. gr. in gramine & aliis herbaceis foliis, ☿ ſeu ⊖ volatile præ 🜍re, unde & eadem creſcunt, & vegetantur, & viridia magis nutriunt bruta, quàm arida, hinc & virides herbæ fumant magis, non tàm ob phlegma ſolùm, (aquæ enim fumus & phlegmatis oculos non mordicat;) ſed potiſſimùm ob ⊖ volatile. In pallidis verò jam, ſeu flaveſcentibus 🜍 præpollet, ſeu æqualiter ſe, ut in ſeminibus patet, erit, unde facilius comburuntur.

Si ergo quæratur, *an idem ex aliis fieri poſſit prædicto modo*, ultrò id affirmamus; quin ex volatilibus & terreis, v. g. cochlea iâ, abſinthio, carduo benedicto, tabaco, ipſoque gramine, & foliis quercus res proced , utut diverſimoda particularum mixtio non poſſit non variantem etiam gradibus liquorem fundere.

Recipiantur modò herbæ recentes, ſeparatis caulibus, qui impediunt conglobationem, & mutata proportione contuſionis, exſiccationis, aliarumque circumſtantiarum in aliis, prout humidior ſicciorve eſt planta, procedatur, non fallet experimentum, licet in quibuſdam, ceu diximus, fixioribus, obnubiletur quaſi ⊖ volatile, ob conjunctas partes auſteriuſculas, &c.

Fidem rei facere nobiſcum poteſt *excellentiſſimus Dn. Ludovici*, quomodo tum alia, tum ipſa folia quercûs ſe geſſerint, effumando itidem liquorem, ſed minus urinoſum; & in tabaco res exploranda fuiſſet, ſereniſſimi ERNESTI beatiſſimæ recordationis mandato, niſi & abſentia noſtra, & glorioſiſſimi Principis morbus, ac alia obſtitiſſent. Erit tamen hæc alioi explicandi locus.

Ex *Cardui benedicti* reſolutione vel aliud agentes confirmati in eodem ſumus, offerente ſe poſt incaleſcentiam liquore urinoſo volatili, cui tùm alia vegetabilia addi poſſunt, tùm inprimis etiam *hepatica nobilis*, foliis pinguibus, recens, quam inter antiſcorbuticas referre plantas, ob copioſiſſimum, quod gerit, ⊖ volatile, nulli dubitamus, præcipuè, cum & per ſe ſola deſtillatione recentiſſimæ plantæ, additâ aquâ, obtulerit nobis liquorem acerrimum, inſtar radicis ari linguam ferientem; ut hinc debito modo præparata aqua vix unciis præſcribenda ſit. Ut in uſum cedat familiarem, conſuevimus eodem extrahere *animam rhabarbari*, ſi v. gr. ℥j. radicis affundantur ℥x circiter *aquæ* ob lentorem, quem in receſſu gerit rhabarbarum, additis ⊖ ♀ri ʒij vel ℥ß, quo pacto miteſcit rurſus, & medicamentum longè nobiliſſimum conſtituit ac verè polychreſtum. Sin ⊕-li affundatur, ſtatim volatilis illa acrimonia figitur & miteſcit.

Utut verò hâc methodo, tum ſine igne, tum cum eodem ex quavis herbâ & ex quovis ligno, liceat ita dicere, fieri poſſit ☿ius; ut tamen omnibus ſumtibus res careat, & in poſterum in officinarum uſum cedere poſſit ⊖ volatile inſtar omnium ſit ⊖ volatile iſatidis, benè rectificatum, quod ad gtt. xx. xxv. dari poteſt in omnes illos uſus, qui expetuntur ab hoc remedii genere.

Occaſio vel Gothæ, vel Erffurti, vel in vicinis locis aliis haberi poteſt quàm uberrima, ut & hoc pacto toti Germaniæ, non dicam Europæ proſpicere eodem poſſit noſtra Thuringia, citra defectum, ſi ſint, qui id expetant. Ad minimum cuivis jam copia datur, ex hiſce oris exportatum glaſtum propriis manibus eoſdem in uſus, cum fœtore, ſolicitare.

Uti enim in genere conveniunt ⊖ia volatilia ◻noſa viribus generalibus; ita perinde fuerit, utrum ex vegetabilibus ſeligas.

Præcipuè verò hoc ipſum iſatidis ⊖ volatile, ceu jam *cap.* 5. id tetigimus, egregium conſtitui antiſcorbuticum, anginæ & aliis inflammationibus medetur & eadem præſtat, quæ in vigorando ſanguine alia ſimilia celebrantur facere. Quin & ipſius præparati glaſti magma, vel vulgi experimento, anginæ medetur, & faucium quibuſvis inflammationibus præſentaneum eſt remedium, ſi gargariſatio cum infuſo liquore inſtituatur. Imo ipſum liquorem volatilem mitiorem gargariſmatis hujuſmodi non rarò miſcuimus, ceu alias ⊕ ✳cale noſtrū, vel ⊕ ♉atū, (quod pro diverſo tractādi modo & ſexāgulare & cubicum exhibere facillimū eſt, neque enim adeò propriæ ⊖ibus ſunt figuræ, uti vulgò ſtatuunt, quin unum idemque aliam cudere poſſit,) proficuum eſſe, notum eſt.

Tacemus hoc loco, quæ de colore cæruleo & viridi ex ⊖is volatilis experimentis deduci ulterius poſſent, quò & cineres v. c. abſinthii paulò intenſiùs & diutius calcinatæ, & ☿-⊖ ✳ci, lixivium cœruleſcens præbentes, referre poſſemus, cum alibi intentio ſit de his ipſis diſputare. Sufficiat hoc loco textus *Paracelſicus*, ex *l.* 3. *philoſoph. tract.* 3. *c.* 3. *p.* 46. colores provenire ex 🜍re, quod, licèt hoſce in ſe non habeat, eoſdem tamen poſſidet ratione proprii ſui ⊖is & ☿ii, qui hiſce pollent, idemque mutant, ex quo ſuperius circa hoc aſſerta lucem ſibi mutuantur.

Nec tacebimus, in aſſerti hujus fidem, præter ⊖ volatile, quod præſens adeſſe ex ſuperioribus conceſſum eſt, 🜍is præſentiam demonſtrari poſſe non ſolùm ex ♂eo, quod itidem per ſuprà dicta claret & conceſſum non minus eſt; ſed etiam, ſi fidem

dem deroges, experimento alio, eoque novo, & quod pluribus dignum eſſet excutere.

Affundas quæſo, 🜄 à ♌latione glaſti reſiduo, ſeu perfectè ♌to, ſeu amplius calcinato, ubi flammâ id comburitur & ardet, aquam calidam, & hinc lixivio inde facto, (ita id vocabimus, licet non efferveſcat cum acidis) miſceas acida, v. g. ✢, ⁓⊕li, vel alia, & manifeſtè ſe idem odor naribus offeret, qui in præparatione 🜍 aurati ♁ii apparet, & liquor ipſe 🜍 colore exhibebit, quod his mediis ▽tum in fundo ſubſidebit flaveſcens, ulterius, filtratione prægreſſâ, exiccandum. En ſulphur uegetabile! colorum originem ac fundamentum, quod adeò latuerat! Si auratum id mecum uocare lubido ſit, non erraveris.

Non dicemus jam pluribus, plantas quaſdam tàm decoctione, quàm deſtillatione ſalſum acquirere ſaporem à ⊖le volatili, ceu ex *foliis cardui benedicti* ⁓us efficaciſſimus aurei coloris, ſaporemque lixivii ferè habens à ſale volatili, deſcribitur à *Sennerto in inſtitutionibus l. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 5. pag.* 1350. & *decoctum ex chamæmelo Romano* triplicatum ad calculum ſaporem ſalſum acquirit, à ſale ſuo volatili, ut jurare quis auſit, pugillos aliquot ſalis culinarii in eo eſſe liquefactos, teſte *Simone Paulli in quadripart. botan. claſſ. tert. p.* 255. Quin idem fit in nonnullis mineralibus & metallicis, uti in præparatione R̄æ ♂tis cum ♀ro liquor manifeſtò fit ⊖inus: qui modus, uti in Germaniâ dudum vel publicis ſcriptis plurimorum innotuit, & eodem modo rob ♂le noſtrum fit; ita fruſtrà ſunt, qui involucris hoc arcanum tegere, & inventionis gloriam ſibi attribuere ſatagunt.

## CAPUT X.

### *De Salibus volatilibus oleoſis reddendis.*

SAturare magis & miſcere ⊖ia volatilia cum oleis, inter alia chimicorum inventa non minimi pretii eſt ἐγχείρησις, ſeu, ut ingratior ſapor odorque velo hoc occultetur, ſeu, ut in vulgus nota medicamenta pro magis arcanis & non imitandis habeantur, prout cujuſvis ſcopus in hoc variat, ſeu, qui optimus eſt finis, ut hoc artificio promtiùs agant, & ſtomacho minus negotii creent.

*Duo* enim inprimis *incommoda* à ⊖ibus volatilibus indiſcriminatim uſurpatis obſervantur ab accuratioribus practicis, *alterum*, quòd continuatâ uſurpatione appetitum dejiciunt, & laſſitudine hinc torpida membra mactent magis, cum acidulum in receſſu menſtruum ſtomachicum abſorbeant & invertant, ceu id à fixioribus quibuſdam lapidibus 🜠 & pulveribus nephriticis ſecretioribus non rarò quoque obtingit: *alterum* quòd in hypochondriacis & ſcorbuticis, quorum ſanguis magis rarefactus eſt, & faciliùs ebullit, ſæpe, quæ quieta ſunt, excitant & procudunt ſymptomata. Obſervavimus id ipſum in ⁓u cochleariæ ſæpius, etiam, qui ad extractionem v. gr. ♂lium aliorumque tantùm erat adhibitus. Adeo facilis eſt error, ſi ſpecifica hæc vel illa credamus occultâ magis; quàm certâ & definitâ ratione morbum oppugnare.

*Magis* ſcilicet *conveniunt* hæc omnia ubi vel fixiores & torpidiores ſunt humores, & acidi, auſteri pontici delinquunt: vel, ubi 🜍 ſanguinis conſortio ſeri proportionato eget, ceu in maniâ, melancholiâ; affectibus ſoporoſis, hyſtericis, fixioribus hypochondriacis, item præcordialibus anxietatibus, paralyſi, obſtructione nervorum, epilepſiâ etiam, non effrenis ebullitionis impetus in cauſâ eſt, & ſimilibus aliis nervoſi & venoſi generis vitiis, quæ liberum pororum meatum, & ſuaviter demulceri efflagitant.

Licet autem combinatio ⊖is volatilis & ℘orum ♌latorum aromaticorum, ut & 🜅, & ⁓us ⊖lis ✱ci videatur, & hinc inde ſcribatur perdifficilis; attamen utrorumque, imò ſingulorum longè facillima eſt, ſi quis naturam rerum exploratam habeat, neque tàm aſſertis auctorum, vel terminorum luſibus nimis inhæreat.

Si enim recipias v. gr. ⁓um ⊖ ✱*ci* per ſe coagulatum, ſeu cryſtallos ejuſdem, in fundo vitri ſenſim & ſenſim ſubſidentes, vel quoque ipſum ⁓um ſeu ⊖ volatile aquâ non ſolutum, (quid enim aliud eſt hic ⁓us, quàm aqua ⊖le volatili imbuta?) v. g. p. ij. ℘*ei aromatici*, aniſi, caryophillorum &c. p. ß vel j. & ubi miſta per pauxillum temporis ſpatium ſteterint, addas 🜅 *rectificati* q. ſ. v. gr. p. iiij. vel vj. leni digeſtione ſtatim miſcentur, ut vel per ſe diſpenſari eadem poſſint: vel quod melius, in uſus longè nobiliſſimos per ♓ cum ♌lata hæc omnia aſſerventur.

Hoc modo intra ſemihoram ferè hæc conjuncta exhibere licet, & perſpicere theſeos vim, quod ⁓ ⊖lis ✱ci coagulet 🜅, id quod uti apparet quidem in rei veritate, ita facillimum judicatu eſt, unde hæc fiat coagulatio, & quantum illi ſit tribuendum.

Quin, ut faciliori operâ & ſumptibus hæc conficiant, ipſum ⁓um ⊖lis ✱ci aniſatum, aromaticum, hypochondriacum, utcunque expetatur, reddere jam facillimum erit, ſimplicium ipſorum acceſſione, modò non percellaris prædicto coagulationis fulmine.

Ex vegetabili ⊖le volatili id obtinetur quàm facillimè, ſi poſteriori hoc modo aromatica addantur ℘oſa, & unà cum 🜅 juncta ♌lentur: neque priori omninò res erit fruſtranea, præcipuè, ſi diligêti abſtractione concentratum fuerit ⊖ volatile; minus tamen poteſtatis in olea ♌lata habet idem, tenerum ac delicatum quod diximus, quàm ⁓us ⊖lis ✱ci.

Miſceri hinc idem poteſt ⊖ volatile ℘oſum cum eſſentiis, & R̄is aromaticis ac balſamicis, magno cum effectu, inde enim medicamenta emergunt longè utiliſſima, &, ſi qua alia, feliciter ſe in morborum ſpeciebus gerentia.

Côferri hîc poſſunt, quæ in eandem rem commentatus eſt perſonatus ille, ſed doctiſſimus *Leonicenus, metamorphoſ. Apollin. & Æſculap. p.* 29. *& ſeqq.*

Memoriam hic ſubit, quod *excellentiſſimus D. D. Tackius* ante aliquot annos, cùm de experimêto noſtro ſermones invicem cæderemus, nobis retulit, quendam parare ex herbis nitrum inflammabile, ut commune, excitare etiam ⊖ia volatilia ex plantis ♌landi modum apud *Fernelium libro de abditis rerum cauſis*, quem ipſe fecerit aliquoties. Deſcribitur modus hic ſub titulo *quintæ eſſentiæ*, in quâ maxima ſit proprietatis efficacitas, *loco citato cap.* 18. *pag.* 264. Primum, *ſcribit*, è re ſubjectâ aquam lento vaporario prolectant, hâc deinde fæces reſpergunt, ut ſecundò humorem eliciant, ſicque ſeptenâ reſperſione & expiratione fæces torreri non ſinunt, & ex his vim facultatemque omnem exhauriunt, aquæ, maximeque aſſidenti oleo innixam,

quæ

quæ ad multa utilis accommodataque ſit. Quin etiam exceptas aquas vaſe pelicani effigie multâ agitatione anfractuque longo circulant, quò hæ vires ſortitæ efficaciſſimas in quintæ illius eſſentiæ naturam vix ulli corruptelæ obnoxiam faceſſant.

Referri etiam huc meretur primum ens plantarum, quod deſcribitur à *Febure*, *vol.* 1. *pag.* 303. aliaque hinc inde ſparſim tradita, inprimis, quod *Arragoſius* ad *Cratonem* ſcribit *epiſt.* 55. *p.* 73. ex ℔j. Vi, quantumvis rectificati vix ℥ß. ſpirituum concretorum, ſeu ⊖lis volatilis extrahi, reliquum verò aquam inſipidam eſſe, ex quo lucem aquirere poſſunt, quæ *part.* 1. *cap.* 5. *p.* 41. ſcripſimus; ſed tempus jam eſt, ut colophonem hiſce imponamus.

Finiemus verbis *Polybii lib.* 12. *hiſtor.* ἡ πολυπραγμοσύνη πολλῆς μὲν προσδεῖται ταλαιπωρίας, καὶ δαπάνης, μέγα δέ τι συμβάλλεται, καὶ μέγιστόν ἐστι μέρος τῆς ἰατρικῆς. *Illa rerum curioſa inquiſitio*, quam ſuopte Marte facere aliquis inſtituit, *magnis conſtat laboribus, magno ſumtu; cæterum ad medicinam multum confert, atque adeò pars illius eſt potiſſima.*

*TANTUM.*

# PHARMACOPOEIÆ MEDICO-CHYMICÆ,

## *LIBER QUINTUS.*

# DE ZOOLOGIA.

ZOOLOGIA eſt pars Pharmacopœjæ, quæ Medicamenta ex Animalibus deſumpta recenſet.

N. *Animalia puta, tàm viva quàm interempta (liceat hæc animalia appellare.) De utriſque commonere hîc expedit, eligenda eſſe, quæ extra diſpoſitionem morboſam & hinc detrimentoſam conſtituta ſunt. Itaque ſi ex vivis expetis, provideas, ſana ea ſint: ſin ex interemptis, interempta illa adhibeas morte violentâ extrinſecus accidente. Etenim expetitur medicamentalis cujuſque rei ſubſtantia, eaque ad medicationem apta, adeoque facultatibus morboſis deſtituta, ſalubribus è contra tincturis delibuta. Hæc inprimis pars rei ſpirituoſa eſt, in naturali ſcilicet diſpoſitione conſtituta, facultatibuſque peregrinis orba. Nimirum hæc, ut morte naturali paulatim ſeneſcens conſumitur, curriculoque ſuo deſtinato perfuncta, in principia ſua reſolvitur: ita eadem ipſa ſi flamma vitalis violenter extinguatur, ſuperſtes aliquamdiu manet, nec à corpore ſeparatur, donec hujus diſſolutione & ipſa diſſolvatur. Et quidem talis fere illa ſuperſtes ſuppetit, qualis erat, dum flamma illa extinguebatur, id eſt, ſalubribus, inſalubribuſve tincturis imbuta. Hinc itaque non raro miræ cadaverum facultates elucent, veluti præ reliquis eſt vis illa formatrix, non modò è cineribus vegetabilium ſuſcitabilis*, (teſte Sennerto, ex Quercetano & Polono, ut & ex Libavio, teſte Cl. Horſtio epiſtolâ ea de re ad me miſsâ, teſte itidem Vigenario Gallo, in tractatu Gallico, de igne & Sale, pag. 262.) *ſed & in animalium quorundam cineribus demonſtrabilis. Hujus rei hiſtoriam*, cum Pariſiis *degerem, ceu veriſſimam mihi retulit* Doctor Medicinæ Pariſienſis, nomine Certain, vir vel ætatis ratione fide dignus, *videlicet ſibi in maceratione cineris cancrorum, tàm perfectorum, quàm imperfectorum; in liquore natantium: Simili ratione in ▽ ſtillat. ſpermatis ranarum, ſibi ranarum imagines quondam fuiſſe repræſentatas, teſtis eſt* Vir Excellentiſſimus Joan. Daniel Horſtius, in Academia Marpurgenſi, Medicinæ Profeſſor publicus, Amicus meus integerrimus. *Non minus & in perfectiorum animalium oſſibus idem accidere, præter alios refert*, Robertus Flud, de Fluctibus, Medicus Anglus, Scrutator naturæ ſagaciſſimus. *Et quæſo quid cauſæ ſubeſſet, quod ſolum animalia mactata culinis expetantur, poſthabitis quæ ſecus obierunt, niſi ſit quod illa balſamicâ, ſeu ſpirituali prædita ſunt ſubſtantiâ, ad nutritionem requiſitâ, hæc vel eadem deſtituta ſint, vel inquinatam & inſalubrem poſſident? In Medicis difficultatibus non poſtrema eſt, quæ etiam doctiſſimos macerat, unde ſcilicet facultates occultiores Medicamentorum fluant. Nimirum alii Formæ mixti eas acceptas referunt, alii Formæ ſeparatæ relicta veſtigio: ne dicam de peculiari qualitatum primarum mixtione, quam alii ponunt. Verum anne ſatius ſit, difficultates has & ſimiles hoc ipſo, quòd poſui, fundamento dirimere, quam Entia citra neceſſitatem multiplicare, cuilibet pro arbitrio do judicandum; nec enim quemquam cogo, ſed ſaltem Philoſophicâ libertate nixus modum ſuggero è difficultatibus emergendi, & quidem ejuſmodi, quem (ne novitatis accuſes) tota Stoicorum ſchola olim docuit.* Videſis Quercetan. libr. de Veritate Hermetic. Medicin. cap. 10. *Nec eſt*

*quod*

*quod hinc metuas ſimplicitati formarum hac ratione derogari, ſimplices quidem ſunt formæ, id fateor, ſed & materiale, non ut communiter fingitur ſimpliciter ſpirituales. Caveas autem ne huc ſpiritum divinum hominis retrahas. hic enim, ut ſublimioris eſt originis, ita & altioris indaginis.*

*Quia Epiſtolæ Horſtianæ mentionem feci, ejus verba ſubjungere placet, quæ ſunt.* Quod attinet ſuſcitabilem vim formatricem, certè ſæpeq̃ne D. Georgius Moltherus Med. Wezflar. retulit, non ſemel ſe urticam vidiſſe in ▽ congelata. Mihi eſt ſal Abſynthii, cujus ope, vera loquor, totum Abſynthium tibi ponam ob oculos. *Hæc Horſtius*; quibus & hoc ſubjicere volui, quod certâ quadam operatione Sal. com. Abſynthii volatile elevatum Alembici lateribus adhærendo plantam ſuam dilucidè repræſentet.

*Claſſes Zoologiæ ſunt quatuor.*

1. Animalia terreſtria exhibet, eaque perfectiora.
2. Aves recenſet.
3. Piſces deſcribit.
4. Inſecta ſubjungit.

HOFMAN. *Zoologia eſt pars Pharmacopæjæ, Medicamenta ex animalibus deſumpta recenſens,*) vel Zoologia eſt Ars modum tradens, quomodo animalia in Medicum uſum trahi debeant, ut ſanitas corporis humani inde vel conſervari, vel reparari poſſit.

N. *Animalia puta, tam viva, quàm interempta.*) *Animalia vel tota integra, vel ipſorum partes, vel excrementa* in uſum veniunt Medicum. *Integris* ſcilicet utimur, quia ſæpè ciconiam integram, vel catulum, vel ranam, vel cancros, vel alia animalia adhibemus. *Ex partibus verò animalium* v. g. Epar Lupi, pulmones vulpis, os de corde cervi, cranium humanum &c. *Ab excrementis*, ut cornua, ungues, pili, pennæ, fel, ſtercus, mel, ova, cera, &c. quo etiam genere Moſchum, Zibettham & alia comprehendimus. Hæc omnia ſunt in uſum vocanda, quando juſtam ſuam magnitudinem ſunt ſortita, & mediam habentia ætatem bono corporis habitu prædita ſunt optimâ fruuntur valetudine, & quæ neque ætate aut ægritudine aliquâ ſunt abſumpta. Sin ex interemptis animalibus medicamenta expetis, illa exhibeas, quæ morte violentâ extrinſecus accedente interierunt. Sic enim ſpiritus inſitus humidumque radicale ſeu balſamum naturale, quod aliàs in ſeneſcentibus ac morboſis corporibus ſenſim conſumitur, integrum & ſuperſtes aliquandiu manet, nec à corpore ſeparatur, donec hujus diſſolutione & ipſum diſſolvatur. Experientia enim docet, cranium humanum, cornu cervi, & aliorum animalium partes, quamdiu illa balſamicâ ſubſtantiâ turgent, vires ſuas medicamentoſas retinere. Ideoque Medicus merito de hac ſollicitus ſit oportet, cùm niſi illam reſervet, non facilè aliquid laude dignum illis efficere poſſit.

*Vis illa formatrix non modo è cineribus vegetabilium ſuſcitabilis &c.*) *Palingeneſia* vocatur ſeu *reſuſcitatio vegetabilium*, quam etiam in animalium quorundam cineribus demonſtrare nonnulli volunt. Phantaſiæ ludibriis multum ſæpè ineſt ponderis, plus etiam quàm ipſis oculis. Et facilè nobis blandimur in rebus, quas libenter volumus contingere, & nunquam pronior fidei lapſus, quàm ſi falſæ rei gravis extiterit *Auctor*. Nec parum mirandum eſt, qualia ſibi ex ſingulari curioſitate imaginentur nonnulli, ne aliis minus ingenioſi & oculati videantur. *Unde Nobiliſſ. Anglus Robertus à Boyle in Tentaminibus phyſiologicis de exper. quæ non ſuccedunt* p. 114. Magnoperè vereor, inquit, ne, qui ſe ejuſmodi plantarum ſimulachra in glacie vidiſſe profitentur, imaginationem non minus, quàm oculos ad hoc ſpectaculum adhibuerint. Nec ratio deeſt, quæ hanc idearum repræſentationem in plantarum cineribus refutet. In violentâ enim illâ calcinatione deſtruitur proximum ſeminalis ideæ receptaculum, quo fit, ut hujus factâ jactura nullus poſteà ideæ motus aut elevatio fieri poſſit.

*In Medicis difficultatibus non poſtrema eſt, quæ etiam doctiſſimos macerat, unde ſcilicet facultates occultiores medicamentorum fluant?*] In hac controverſia ipſa rerum creatio Nos informare poteſt. Omnibus enim medicamentis dotem ſuam contulit non rixoſum quatuor qualitatum Elementalium conjugium, nec ulla alia formarum mixtio, ſed *Juſſus*, ſeu *Fiat Verbi Conditoris*, ipſis liberaliſſima bonitate in poteſtatum vitalium, conſtituta cuique dierum ſerie ſpirituum attenuatione delabentium ſolatium indidit, & ſuo veluti ſigillo inſculpſit. Unde & juxtà Cl. Helmont. ſunt Iuſſus Dei, quo ſunt id, quod ſunt, & agunt, quod agere juſſa ſunt. Scilicet formæ medicamentorum ſubordinatæ cum ipſis ſpecificis animatorum formis, quæ nimirum ſine his nec eſſe, nec ſubſiſtere, nec actiones ſuas exſequi poſſunt, fuerunt creatæ & proinde cum ipſa cujuſlibet rei anima propagantur, & remanent poſtmodum etiam anima decedente, ut finem illum, ad quem à Deo creatæ ſunt, præſtent, ſuumque homini in Medicina uſum exhibeant.

*Claſſes Zoologiæ ſunt quatuor. 1. Animalia terreſtria exhibet, eaque perfectiora.*) Verùm *Aves & Piſce* non ſunt Animalia imperfectiora terreſtribus greſſilibus: Inſecta tantùm ſunt imperfectiora, non *Aves* nec *piſces*; licet & in ſuo genere ſatis perfecta ſint. Dictamen ingenii abſque legibus Logicis & uſu diſtinctionum metaphyſicarum facilè labyrintheas incidit plagas.

# CLASSIS I.

## *De Animalibus terreſtribus perfectioribus.*

### ¶ *I. Agnus.*

Ἀμνὸς, ἀρνὸς, ein Lamb/ Schaaf. Un agneau. *The Lamb, (or young Sheep.)* Een Lam/ (of ionge Schaep.)

OFFICIN. NAT.

1. *Pulmones*, (cùm recentes, tùm ſiccati.) 2. *Fel*. 3. *Lana*. 4. *Oſſa incinerata*. 5. *Coagulum*.

Vires.

1. *Pulmo* attritus à calceamentis contractos, ab inflammationibus tuetur (*impoſitus.*) *vide Ovis.*

2. *Fel*, ad morbum comitialem exhibetur.

3. *Lana* (*cum corio*) anginæ, aliiſque colli tumoribus leniendis ac molliendis confert, (*impoſita.*)

4. *Oſſa incinerata*, conſolidationem vulnerum, etiam eorum, quæ difficilioris ſunt conſolidationis, conſolidant.

5. *Coagulum*, valet ad venena, ad Lac coagulatum, ad morſus venenatos (*cum* ✠ *potum.*)

HOFMAN. *Agnus.*) Ἀμνὸς, Ἀρνὸς. Ein Lamm. Schaf *Officin.* ſunt 1. *Pulmones*. 2. *Fel* 3. *Lana*. 4. *Oſſa incinerata*. 5. *Coagulum.*) Hujus *Pulmones* tùm recentes tùm exſiccati in uſum veniunt: præferuntur ex agno pingui & robuſto. Siccantur exempta aſpera arteria in vaſe figulino impoſita clibano, & refrigerati reponuntur in loco ſicco. *Fel* non ſolum ad epilepſiam, ſed & cachexiam exhibetur Eſſentiæ chelidonii aſſociatum. *Lana* cum corio Anginæ non ſolùm & aliis colli tumoribus, ſed etiam dentitioni infantum difficili leniendæ collo appenſa confert. *Oſſa incinerata* in omni alvi fluxu notabilem præſtant effectum. *Coagulum* contra Aconiti potum in vino & Lac concretum in aceto convenienter adhibetur.

### ¶ *II. Alces.*

Ἄλκη, Alces, magna beſtia, *Cæſari*, *Albert. Magn.* (cui & Equicervus) *Olao Magno*, *Mizald. Lev. Lemnio.* Elend. Un Elan. *The Elk.* Een Elant.

Animal eſt gregarium biſulcum, ad cervi figuram accedens, quo tamen majus eſt, naturâ timidum, comitiali morbo obnoxium.

OFFICIN.

### OFFICIN. NAT.

1. *Cornu.* 2. *Ungula, ac* 3. *Nervi.*

Vires.

1. *Cornu*, cui plus tribuitur quàm Ungulæ.

2. *Ungula* ſpecificâ virtute celebratur adverſus Epilepſiam, tum præcavendo, tum curando, idque uſu tàm interno, quàm externo.

Internè propinantur ſcobs, & præparata ſubjuncta.

Externè includitur particula annulo, geſtaturque digito qui minimo proximus eſt, ut palmam reſpiciat: Inditur itidem pugno, applicatur pulſui, immittitur in aurem, (ſiniſtram,) ſuſpenditur de collo, ut cutim attingat.

Doſis ℈ß. & ultra ℈j.

N. 1. *Dignoſcitur odore, quem gratum ſuffitu exhibet.*

N. 2. *Referunt, non quodlibet hujus ſpeciei animal malo Epileptico corripi; nec omnia eadem proprietate prædita eſſe, ſed pro ætate, ſexu, tempore, & ipſius etiam ungulæ ratione, plurimum variare. Fœminæ ungulam hac facultate nequaquam pollere, ſed maris ſolum; nec pulli, ſed adulti, idque eo tempore, quo in Venerem ferri incipit, (inter Feſtum aſſumptionis Mariæ & nativitatis ejuſdem,) Plus etiam unguibus poſterioribus, quam anterioribus tribuunt, & horum quidam pedi (quod vulgatius) dextro, alii ſiniſtro. Sunt qui velint has ungulas ab animali adhuc vivente, dicto tempore præſcindendas eſſe.* Andr. Bacc. l. de Alce.

3. *Nervi* circumligantur membris ſpaſmo obnoxiis.

PRÆPAR. Ex Cornu.

1. *Præparari poteſt uti corn. Cervi & Uri.*
2. *Vaporari ſicuti C C. philoſophicè calcinatum.*
3. *Galreda exinde confici.*
4. *Spiritus.*
5. *Sal volatile.*
6. *Oleum.*

PRÆPAR. Ex Ungulis.

1. *Ungulæ præparatæ*, lege communi.
2. *Magiſterium* fit l. c. aceto, (*alii malunt ſpir. vitrioli*) ac oleo Tartari.

N. *Magiſterium hoc cineris colorem ferre refert.*

3. Sunt qui *aquam* ex medulla cerebri deſtillatam, pro arcano Epileptico habent. *Vide in homine.*

4. Exhibere itidem poterit *Oleum Liquorem ac Sal volatile*, l. com.

N. *Cum in Finlandia degerem præfectus inſtitutioni* Generoſiſſimi Guſtavi Horn/ Everhardi Filii, *qui jam Generalem Majorem in Suecico Exercitu agit celeberrimum, transfoſſam Alcen, Generoſiſſimæ illius Matri Viduæ à ſervis præſentatam vidi 17. palmos altam.*

HOFMAN. *Alces.*) *Ungula & Nervi in medicum uſum accerſuntur. Ungula ſpecificâ virtute celebratur contra Epilepſiam &c.*) Hoc uno vel altero experimento ſe probaſſe tradit *L. Lemnius. Mizaldus* etiam portiunculâ ejuſdem in aurem ſiniſtram miſſâ & aliquamdiu veluti ſcalpendo motâ id ipſum expertus eſt fœlici eventu in verè Epileptico, idque miraculi loco habitum eſt. *Iohannes Agricola, Ammonius &c.* idem effici tradunt ſuſpenſâ vel geſtatâ Ungulæ particulâ, ut cutim attingat. Sed eligenda eſt *ungula dextri pedis* poſterioris. Non deſunt tamen, qui in dubium vocant hanc vim ſpecificam Ungulæ Alcis aut Epilepticam, ſed prorſus invalidam in hoc ſymptomate judicant. *vid. Epiſtol. Medic. à Laurent. Scholtz* edit. p. 60. Epiſtol. 49 Verùm ſi cautelæ iſtæ à *D. Autore* in eligendâ *Alcis* ungulâ traditæ probè obſerventur, non dubito, quin omnium expectationi tam ſæpius per experientiam probata ſit reſponſura.

N. Hîc etiam *Cornu Alcis* non prætereamus, cùm in epilepticis inſultibus, variolis, morbillis &c vel cum raſura vel philoſophicè ſ. △ præparatum miræ ſit virtutis, quâ nec caret Ejus Sal volatile, item gelatina, uſtum etiam obſervavimus diaphoreticum, licet particulæ ſalinæ cum ſulphureis ſint demptæ, quæ illarum abſentia vel diminutio nihil arguit, alia enim ignis, alia ſtomachi eſt reſolutio cum remediorum adaptatione.

*Præpar. ex Ungulis. Magiſterium fit vel cum Aceto (alii malunt ſp. Nitri &c.)* quod cum ſp. Nitr. abſtrahendo, non ⚗tando cum ol. tartari præparatum eſt, præſtantius erit. Eleganter etiam ex *Cornu Alcis* per ſp. vitrioli poſt mediocrem hujus abſtractionem copioſâ aquæ ſ. affuſione præcipitando paratur, ſed hoc potius ad alterandum & adſtringendum adhibetur, quàm ad ſudorem movendum.

*3. Sunt qui aquam ex medullâ cerebri deſtillatam &c.*) Non ſolùm Aqua, ſed & ſpiritus cum Sale volatili per retortam △ne aperto exindè deſtillari poteſt.

## ¶ *III. Aper.*

Aper:
- Mas, κάπρος, Verres ſylvaticus, Wildſchwein/ Eber. Un Sanglier. *A Wild Boar.* Een wild Verckẽ/ Swijn of Beer.
- Fœmina, ſus fera, ſcropha ſylv. wilde Sau. *A vvild Sovv.* Wilde Soch.
- Porcellus ſylveſt. Friſchling. *A vvild Pig.* wilde Big-Vercken/ of Vercksken.

Veſcitur glandibus, nucibus faginis, caſtaneis, radicibus filicis, angel. & ſimil. Coit initio Hyemis, parit Vere.

### OFFICIN. NAT.

1. *Adeps.* 2. *Dens.* 3. *Genitalia.* 4. *Fel.* 5. *Stercus.* 6. *Urina.*

Vires.

1. *Aper*, ut verri domeſtico cognatus eſt, ita & vires communes obtinet, ſed fortiores. Hinc recipitur adeps ad unguentum armarium, commendatur peculiariter ad laterum dolores leniendos, materiamque molliendam: rejectiones ſanguinis ſiſtit, (*in* ✠*o vel vino potum,*) ad rupta & convulſa, (*ex* ✠*o bibitur,*) luxatis (*cum* ✠*o roſar.*) medetur. *Dioſc.*

2. *Dens* ſpecificè in pleuritide exhibetur: cynanchen (*cum Ol. Lini inunctus vel & exhibitus*) curat.

*Doſis* ʒ j.

3. *Genitalia ac Teſticuli* ad Veneris impotentiam ac prolificationem faciunt.

4. *Fel* ſtrumas diſcutit.

[Urina & cerebrum apri, in veſica in fumo ſuſpenſa, in Linimentum coeunt, tineæ utile.]

5. *Stercus* aridum (*potum*) rejectiones ſanguinis ſiſtere creditur, id quod etiam præſtat extrinſecus admotum.

6. *Urina* comminuit ſpecificè veſicæ calculos, eoſque expellit.

(Lapis porcinus, ex apri veſicula fellea, Piedra de Puerco Luſitanis, Ictericis commendatur.)

PRÆ-

### PRÆPARATA.

1. *Dens præparat.* leg. com.

2. Fieri etiam poteſt *Magiſterium* ex dente, ſolvendo cum Acet. deſtill. & præcipitando cum Sp. ⊕-i vel Ol. Tartari.

N. *Dens apri mucilaginoſus valdè eſt, ideoque congelaſcit nonnunquam in fundo præparatum. Hanc congelaſcentiam ut præcaveant, ſolent igni aliquantulum exponere & urere.*

3. Sunt & qui ▽m *ex ſanguine* cum plantis refrigerantibus & humectantibus deſtillatam in Atrophia magnifaciunt. *Hartm. in pract.*

HOFMAN. *Aper.*) Hujus 1. *Adeps.* 2. *Dens.* 3. *Genitalia.* 4. *Fel.* 5. *Stercus.* 6. *Urina in uſu ſunt frequentiſſima.*

*Fel* ſtrumas diſcutit, illitum venerem ſtimulat.

N. Communiter *Sanguinem etiam porcellorum ſylveſtrium* cum cochleis & cancris aliiſque herbis ſpecificis deſtillatum in atrophiâ curandâ commendant.

### ¶ IV. *Aſinus.*

ὄνος {
Mas Eſel. Un Aſne. *A Hee-Aſs.* Een Eſel.
Fœmina Eſelin. *A Shee-Aſs.* Een Ezelinne.
Pullus Füllin. *The foal* or *Colt of an Aſs.* Een Veule van een Ezel.
}

Animal eſt pigrum, melancholicum, vivax (*ad annos* 30.) menſe 12. pariens.

#### OFFICIN. NAT.

1. *Ungula.* 2. *Sanguis.* 3. *Lac.* 4. *Urina.* 5. *Stercus.* 6. *Adeps.* 7. *Pili.*

#### Vires.

1. *Ungula* in morbo comitiali ungulæ alcis vicaria cenſetur: (*datur per menſem diebus continuis ad* ℥ß.)

Extrinſecus commendatur cinis ad diſcutiendas ſtrumas & ſanandos perniones (*cum oleo inunctus*) ad rimas cutis conſolidandas; apoſtemata diſcutienda, pterygium oculorum tollendum, (*cum lacte mulieris inſtillatus,*) ad fœtum mortuum eliminandum, (*in ſuffitu,*) ad Epilepticas & Hyſtericas excitandas (*nidore.*)

2. *Sanguis* ſudorem ciet; pone aures ſ. ex aure extractus, linteo ſuſceptus & interveniente lintei illius infuſione aſſumptus, melancholici humoris ferociam dicitur mitigare, morboſque incantatione introductos arcere: ſunt & qui eundem ad febrim quotidianam exhibent. Pulli aſini ſanguis icterum curat.

3. *Lac* nutrit, abſtergit fortiter; hinc utile in Phthiſi, in morbis ventriculi, renum abſceſſu, veſicæ lithiaſi, arthriticis doloribus, laxat nimir. alvum, abſtergit vias urinarias, ciet menſes.

Extrinſecus adhibitum, ſtabilit gingivas, compeſcit dolores podagricos, (*cum ſtercore cataplaſmatum*) facieique gratum conciliat pallorem (*illitum.*)

Exhibetur ab ℥iv. ad x.

4. *Urina* medetur peculiariter morbis renum, (*Dioſcorides*) tum & ſcabiei, (*canum urinâ eâ imbutum imponitur.*) Verrucis & callis, membrorum atrophiæ & paralyſi, podagriciſque doloribus &c.

V. gr.

♃. *Urinam pulli aſinorum, ungulam aſinæ incineratam, ſubige addendo axungiam aſin. cum tantillo Spicæ Indicæ ad odorem.*

Fac Unguentum.

5. *Adeps* Cicatrices concolores reddit.

6. *Stercus* ſanguinem ſiſtit, (*potum vel uſtum, vel emplaſtri inſtar impoſitum, naribuſve admotum.*)

(Syrupum quidam inde parant.)

7. *Pellis*, loco culcitræ impoſita, infantum terrorem arcere dicitur.

HOFMAN. *Aſinus.*) Hujus 1. *Ungula* 2. *Sanguis.* 3. *Lac.* 4. *Urina.* 5. *Stercus.* 6. *Adeps.* 7. *Pili in uſu ſunt.*

N. Sed *D. Autor Carnem Aſini* omiſit, ſcil. pulli, quæ in curandâ leprâ à quibuſdam valdè commendatur. Phtiſicis etiam præſcribit *Plinius Libr.* 18. *cap.* 7. *Thom. Bartholin. Centur. VI. hiſtor.* 33.

In *Sanguine ſingulare* latet arcanum contrà Maniam *D. D. Iohann. Michaelis* p. m. hoc ſolo in Aulâ Altenburgenſi Maniacum reſtituit, Egoque non ſemel applicavi Maniacis ſummâ cum euphoriâ. Secatur ſcil. aſino vena ad aures, intinguntur lintea & exſiccantur, deinde extrahitur cruor cum aquâ fl. hyperici & propinatur, egregiè movet ſudorem.

*Lac nutrit &c.*) Ægroti ſtomachus cibis dulcioribus per tres aut quatuor dies reficiendus eſt, pòſt die quartâ vel quintâ tempore matutino decem vel duodecim aut plures uncias lactis aſinini additâ unciâ unâ Sacchari candi æger calidè ebibat, & tres dies jejunet. Tempore veſpertino duabus vel tribus horis ante cœnam eodem modo, ut prædictum, eo utatur Lacte. Carendum tamen, ne quid acidi bibat aut comedat æger tempore curationis. Nec minus uſus lactis aſinini frequens & ad podagram præſervandam, in primis ex calidis ac ſeroſis humoribus ortam, & tunc aſſumendum duarum vel trium librarum pondere cum Saccharo.

*Stercus ſanguinem ſiſtit &c.*) tempore in primis verno collectum, & quidem juniorum laudatur. Non deſunt, qui ex hoc Syrupum conficiunt, quem Guarinonius & Brevotius in ſuâ medicinâ pauperum mirè commendant.

*Pili cum pelle* loco culcitræ impoſiti infantum terrorem arcent.

N. Hic etiam mentio facienda eſt *Sordium Aſini in auribus deliteſcentium*, quæ temporibus illitæ ſomnum conciliant. In febribus cum agrypniâ conjunctis ſingulare ſunt remedium.

N. *Lichen Aſinæ* pilos facit creſcentes.

### ¶ V. Bos

Βῦς Bos {
Mas Ταῦρος, Taurus, Ochſe. Un Taureau. *Ox,* or *Bull.* Een Os / of Oſſe / en Verre / of Stier.
Fœmina ἡ βῦς Vacca Kuhe. *A Cow.* Een Koe.
Vitulus, *vide infra.*
}

Animal eſt vulgò notiſſimum, vitam ad annos viginti producere aptum natum. Coit ferè medio Vere vel Autumno.

#### OFFICIN. NAT.

1. *Cornu.* 2. *Fel.* 3. *Iecur.* 4. *Splen.* 5. *Sanguis.* 6. *Medulla.* 7. *Sevum.* 8. *Axungia.* 9. *Ungula.* 10. *Urina.* 11. *Stercus.* 12. *Lapilli.* 13. *Lac,* & *inde* 14. *Butyrum, ac* 15. *Caſeus.* 16. *Priapus.* 17. *Oſſa.*

#### Vires.

1. *Cornu* rari uſus eſt: vidi tamen ſcobem exhiberi contra Epilepſiam, adhibetur quoque in ſuffitu, ad aërem contagioſum corrigendum.

2. *Fel* bubulum ſeu taurinum præſtat ferè omnium quadrupedum fellibus: ſpecificè aurium medetur ſuſurro, ulceri, ac dolori, (*mixtum cum lacte muliebri aut caprino, & cum cottone impoſitum,*) alvum movet, (*in Clyſteribus.*) (& *hæmorrhoides.*)

3. *Iecur*, rari uſus eſt, ejuſque loco vituli epar, pro hepate ſcil. corroborando, in decoctis adhiberi ferè ſolet

4. *Splen*, inſervit potiſſimum decoctioni ac extractioni pro arcenda ſplenis duritie, menſiumque ſuppreſſione. Sunt & qui extrinſecus ſpleni illinunt.

5. *Sanguis*, intrinſecus ſingularem opem fert dyſentericis, menſium fluxui, & aliis hæmorrhagiis. Extrinſecus diſcutit & emollit tumores, maculas faciei extergit, (*illitus*) [verrucas tollit.]

6. *Medulla*, poſt cervinam & vitulinam proximum bonitatis locum habet: præter vires generales (*cum vino illita*,) trementia membra reficit, nervis induratis confert.

7. *Sevum ſeu Adeps*, præter vires generales, uſurpatur ſpecialiter ad mordicationem inteſtinorum, & teneſmum, ut & ad ulcera & rimas labiorum, podagricis & Scirrhoſis affectib. medetur.

N. *Præfertur qui à Renib. colligitur.*

8. *Axungia ex ungulis*, Klaven-Schmaltʒ / *Greaſe or fat from the hoofs. Neats-foot Oyl:* Vet of ſmeer / gemaeckte Oly van de Voten / uſitata vulgo eſt in molliendis tumoribus, leniendis doloribus, luxationeque articulor.

9. *Ungulæ*, in cinerem combuſtæ copiam lactis præbent(*aſſumptæ*,)adhiberi item ſolent ad arcendum aerem malignum, (*in ſuffumigio.*)

N. *Ungularum ſuffitu fugantur mures.*

10. *Urina*, aurium dolores lenit, *ſi cum Myrrha inſtilletur.*

11. *Stercus Vaccinum*, refrigerat, ſiccatque moderatè, diſcutit, dolores inſigniter mitigat. Hinc feliciter adhibetur, aduſtionibus, inflammationibus, arthritidi, apum ac veſparum morſib. ſuffitu reprimit uterum prolapſum. Hydropicis in forma Cataplaſmatis imponitur. [Ganglion curat.]

N. *Plebeji febri ardente, vel colico dolore correptis in potu ſuſpendunt, aut ſuccum expreſſum felici cum ſucceſſu propinant.*

[Loco muſci ſiccatum ſole, omni odore exutum Aqua Roſarum aliiſque odoratis imprægnatum, pro Pulvere cyprio ſumunt.]

12. *Lapillus*, ex ventriculo (Martio Menſe,) vel & Lapillus è fellis veſica (Majo) exſectus medetur Ictetitiæ, ſpecificè comminuit ac conſumit calculum, *ſi cum vino propinetur*: idem præſtat, ſi vino, quod potui datur quotidiè imponatur, donec penitus conſumptus ſit. Querc.

Lapillus fellis in pulverem redactus errhinum exhibet egregium.

13. *Lac Vaccinum*; craſſum eſt, nutrit benè, inflat, Renum & Veſicæ dolori convenit, diarrheæ, dyſenteriæ, teneſmo, eroſionique inteſtinorum ſuccurrit (*potum.*)

N. 1. *Nocet Lac Spleneticis, Epaticis, Comitialibus, Vertiginoſis, Febricitantibus & Capite dolentibus, quod de lacte in genere notandum.*

N. 2. *Lac coagulatum cum camomilla naſturt. aq. & bac. Iunip. In lacte coctis, ad dolores ſcorbuticos mitigandos maximè prodeſt* (*catapl.*)

[Aqua lactis deſtillata feri facultatibus pollet.]

[Lacte ſublimato Tartari & Arabes delectantur, quod multum valet ad inebriandum.]

14. *Butyrum*, [majale] calfac. moderatè emollit, digerit, lenit, reſolvit, laxat, oculorum hebetudini prodeſt (*inditum*,) &c.

15. *Caſeus* recens mollis podagricorum dolores lenit, Epatis æſtum mitigat. Exomphalo infantum ſuccurrit (*impoſitus.*)

16. *Priapus* Tauri (*rubri*) dyſentericis prodeſt (*tritus & exhibitus.*

N. 1. *Mulieribus faſtidium Coitus parere creditur.*

N. 2. *Vaſa ſpermatica cum didymo combuſta, ſanguinis hæmorrhagiam ſiſtunt.*

N. 3. *Hoc Iudæorum medicamen in circumciſ. Foreſt. in Chirurg.*

17. *Oſſa*, ad corroboranda viſcera, & ad arcendam Epilepſiam à nonnullis adhibentur.

[Ubera Vaccæ juvenculæ cocta, indurata, pulveriſata, cum aliis lac provocantibus miſcentur.]

## PRÆPARATA.

1. *Aqua omnium florum ſive lætaminis dicta*, deſtillatur MB, vel ex Cinere, Verno ſeu Majali tempore; ex ſtercore recenti vaccæ herbas depaſcentis, prodit & hinc oleum.

### Vires.

Refrigerat, diſcutit, adhibetur internè in dolore colico, nephritico, urina ſuppreſſa, febribus, &c.

Externè imponitur locis dolentibus, *ut ſupra*; Commendatur & ad Ulcera cancroſa.

2. *Aqua ſanguinis* fit [Majali tempore] MB.

### Vires.

Summè mitigat podagram.

3. *Decoctum Splenis* Bovis, *v. lib.* 2.

4. *Extractum Splenis, ut & Epatis, vide lib.* 2.

N. Crollius.

℞. *Splenem bovis junioris caſtrati, ſcindit in laminas tenues, macerat per aliquot σ ℘ in V̇ cum myrrha eſſentificato, dein exiccat in aëre poſtea cum V̇ ſi a. Eſſentiam extrahit, abſtrahit, majoris efficaciæ ergo addit aliquot guttulas Olei Angelicæ ſtillat.*

### Vires.

Lienis obſtructiones expedit, menſes provocat. Doſis ℈j. in ∇ appropriata

N *In clibano commodè exiccari poterit.*

5. *Oleum* ex butyro, vide lib. 2.

6. *Tinctura fellis* Tauri.

℞. Fella Taurorum ſenſim in ☉ exiccata, cum V̇.

### Vires.

Coſmeticum eſt inſigne ad miraculum uſque albedinem gratiſſimam concilians. Illinitur ſcil. linquiturque illita per triduum, quatriduumve, ita tamen, ne aëri libero ſeſe exponant, poſt eluatur aliquoties ∇ flor. fabarum, nenuphar. polygonati & ſimil. *Hartm. in Croll.*

HOFMAN. *Bor.*) *Hujus Cornu.* 2. *Fel.* 3. *Iecur.* 4. *Splen.* 5. *Sanguis.* 6. *Medulla* 7. *Serum.* 8. *Axungia ſ. pinguedo.* 9. *Ungulæ.* 10. *Urina.* 11. *Stercus* 12. *Lapilli* 13. *Lac.* 14. *Butyrum* 15. *Caſeus.* 16. *Priapus.* 17. *Oſſa in uſu ſunt.*

*Cornu* Epilepſiæ medetur. *Fel* imprimis taurinum maximè commendatur in hydrope aſcite adhuc calidum, prout ex tauro occiſo ſumitur, propinatum, operatur per alvum & urinam. In Clyſteribus alvum proritat ſegnem.

*Splen taurinus* adhuc tepidus Lienis regioni impoſitus per 12. horas levamen affert ſpleneticis, & non ſine ſummo fœtore deponitur.

*Ungulæ fragmenta* frixa & ſumpta ſi beſtia non ſit laſciva,

 ſanant

ſanant dyſonteriam, ſi autem laſciviat, tunc ejus ungula eſt dyſentericis lethalis.

*Urina* ſanat epilepſiam, ſic ruſticus quidam apud *Libavium* de ol. & Aq. deſtill. filiam epilepticam lotio vaccino curavit. *D. Laurent. Hoffmannus de vero uſu & fero abuſu Medic. chimic.* p. 46. Ex hoc in Sole ſiccato ſuffumigium factum ad pudenda mane & veſperi præſervat prægnantes ſæpe fœtum mortuum enitentes ne abortiant, aut fœtum mortuum excludant, hujus autem uſus per menſem continuandus eſt.

*Stercus vaccinum Majale* ganglion curat calidè impoſitum; *Et ex hoc etiam in Majo Aqua omnium florum* deſtillatur in calculo & torminibus infantum miræ efficaciæ. Externè prodeſt etiam hæc aqua tanquam Coſmeticum. Hoc *ſtercus* interdum refert Moſchi odorem.

*Lapillus ex ventriculo &c.) Lapis in provincia* Xantung. *ex vaccarum ventriculo* educitur lutei coloris, ovum anſerinum magnitudine æquat, ſoliditate bezoardico cedit, levioris ſubſtantiæ, & illo præſtantioris virtutis à Medicis judicatur. Minimè ex terreſtri ſubſtantiâ compoſitus eſt, ſed ex minutiſſimis fibris herbarum, quæ indigeſtam hanc molem conſumpto ſucco in ſtomacho boum convolutam in globum ſuperinducta ſubfuſcâ pelle, efformant; idem eſt cum Lapide fellis. *China illuſtrata* p. 206.

*Butyrum Majale ſcil.* dolores etiam artuum lenit corio canino illinitum & impoſitum. Ejus uſus prægnantibus & hyſtericis noxius eſt. P. *Borellus centur.* 1. *obſ.* 82.

N. *Ex hoc* cum herbis vulnerariis recent. in Majo collectis *unguentum viride potabile* conficitur.

## ¶ *VI. Bubalus.*

βυβαλὶς, Animal eſt bovi figurâ & naturâ ſimile, majus tamen & crudelius, colore nigrum. Buffel. Un Bufle. *A Bufolo*, or *Buffle*; *like*, *but greater than*, *an Ox*. Een Buffel / grooter als een Os.

### OFFICIN. NAT.

1. *Cornua & Ungulæ.* 2. *Sevum.* 3. *Stercus*, *&c.*

### Vires.

1. *Cornua & Ungulæ* medentur ſpaſmo [*annulus exinde factus geſtatur digitis manus vel pedis.*]
2. *Sevi*, *Stercoris*, *&c.* [*in vulnerum tumoribus*, *ſciatica.*]

### Vires.

Ex deſcriptione bovis addiſcere licet.

[Stercus ſciaticæ tumorumque duritiei conveniens putatur.]

[Coagulum pulli contrà potum cicutæ.]

[Urina ad dolores articulares.]

[Vulva moſchi odore ſiccata unguentariis ſervit.]

### PRÆPAR.

*Extractum Epatis* bubuli fit eodem modo, quo Extractum Splenis bovis.

N. *Præſtantius habetur*, *ſi Sal proprium ex capite mortuo extractum admixtum fuerit.*

### Vires.

Uſus ejuſdem eſt, cujus extractum ſplenis bovis, ſed promptioris efficaciæ.

Doſis quoque eadem eſt. *Hartm. in Croll. Gluckr. in Beg.*

HOFMAN. *Bubulus.*) *Hujus cornua & ungulæ* (ſi annulus exinde factus digitis manus geſtetur,) ſpaſmo medentur.

N. Bubulinâ vulvâ exſiccatâ, quia Moſchi odorem ſpirat, utuntur in unguentis Myropolæ Neapolitani. *Th. Bartholin. C.* 1. *Epiſt. Medic.* 49.

## ¶ *VII. Bufo.*

| | |
|---|---|
| μύοξος, Bufo<br>Krotte/Taaſche.<br>Un Crapaut, *A*<br>*Toad.* Een padde. | palustris, qui minus vulgatus.<br>terreſtris, qui vulgatior. |

N. *Maxima fovetur antipatia inter Bufones & araneas*, *adeo ut ſi bufo ſubter araneam ponatur*, *cum impetu illum interemptum hac deſcendat.*

### OFFICIN. NAT.

1. *Ipſi Bufones*, *&* 2. *Lapis bufonites.* [3. *Sperma.*]

1. Bufones ſiccantur in aëre, transfoſſi per caput, collumve; ſiccati aſſervantur pro uſu.

### Vires.

Etſi animal ſit deterrimum, venenoſum ac abominabile; attamen non effugit uſum Medicum, eumque tum internum, tum externum.

Internè pulvere ejus hydropicorum aquas per urinam educi, deſperatus quidam expertus eſt hydropicus, qui præter ſpem attentatæ necis ſanitatem illo acquiſivit. *Petræus in Noſolog. p.* 1. *diſp. de Hydrope*, *Wierus in obſ. de Hydrope*, *ut & de præſtig. dæmon. l.* 3.

Doſis ℨß.

[N. *Mallem ego minorem.*]

Extrinſecus imponitur bufo, parte qua venter eſt anthracib. (*in aceto parum maceratus*,) ad eliciendum ſc. venenum, (*quod adeo feliciter præſtat*, *ut attracto veneno intumeſcat*,) ingreditur itidem amuleta aëri contagioſo arcendo dicata, hæmorrhagiam narium certo experimento ſiſtit (*ſi vel pone aures per ſe applicetur*, *vel pugno includatur*, *ut caleſcat*, *vel axillis ſubligetur vel & collo appendatur.*) Idem & cinis ſ. pulvis præſtare perhibetur *loco affecto inſperſus. Renibus impoſitus* aquam intercutem per urinam pellere dicitur. *Umbilico alligatus*, fluxus hyſtericos retrahit & inhibet. *Plantis pedum appoſitus* capitis cordiſque morbis phrenetidi febribuſque ſuccurrere ſtatuit.

2. Lapis bufonites, Chelonites, Batrachites, Borax, Krottenſtein. *Toadſtone.* padde-ſteen. Gemma eſt bullæ inſtar, altera parte cava, altera conuexa, coloris ex fuſco pallentis aliquantum fuſci, interdum nigri, albi, [*qui melior*] Viridis, Verſicoloris.

N. *Reperiuntur in agris*, *affirmant tamen alij eos in annoſiorum*, *ac qui diu in arundinetis*, *inter rubos ſenteſque delituerint*, *bufonum capitibus generari*, *cui ut fidem adhibeam*, *diſſuadet quorundam magnitudo.*

### Vires.

Commendatur ad peſtem & venena ceu remedium præſtantiſſimum (*exhibitus:*) Imò ſunt qui aſſerant, illum geſtantes à venenis tutos eſſe, blandoque attritu inflationes à venenatis beſtiis diſcutere, ac virus omne elicere. *Caſp. Bauhin. de Lapide Bezo. cap.* 3.

N. *Præſente poculo venenato fertur hic lapis colorem mutare ac ſudare.*

[3. *Sperma Tympaniticis applicatur.*]

### PRÆPARATA.

### Ex Bufone.

1. *Amuleta* variarum deſcriptionum.

Cinis Bufonis (Bufo combuſtus) *incontinentiam Urinæ*

*Vrinæ ex lacerato veſica collo ortam ſanat. De collo ſuſpenſus, Obſerv. Henr. ab Heer.* 18.

2. *Pulvis* fit ſola tritura, qua bufones optimè exſiccati in pulverem rediguntur.

N. *Mallem equidem bufones incineratos.*

3. *Sal* elici poteſt ex calcinatis bufonib. pulverique illi in hydrope ſubſtitui.

Doſis ad gr. iij. &c.

4. *Oleum.*

♃. Bufon. viv. N. iij. vel iv. per horam in Ol. Olivar. ℔. ij. Coque, colatumque ſerva.

## Vires.

Maximè commendant in maculis faciei, morphæa, aliiſque affectibus ſeu ulceribus inveteratis abſtergendis, (ſignatura ſua maculata bufo ad maculas prodeſſe judicatur,) ſingulis diebus illinitur ſemel. *Hartm. Parac. t.1.p.* 1091. *b.*

N. *Præferrem equidem ranas maculatas.*

5. *Ol. bufonum compoſitum.*

♃. Ol. pedis vervec. q. v. bulliat cum Sulphur. pulveriſato, uſque dum rubicundum ol. evadat. Hoc facto ſeparetur Sulphur ab ol. in quod adhuc calens immergantur & ſuffocentur bufones, poſt expreſſionem deſtillentur.

Vires. Præſtantiſſimum eſt in digerendis tumoribus & hydrope.

Ex communicat. Dn. D. Joh. Kieferi.

[*Cabal Animal Indicum cujus oſſis maxima vis in retinendo ſanguine.*]

HOFMAN. *Bufo.*) Ex eorum eſt genere, quæ ex putrido terræ mucore generantur, animal plenum veneno, ut non immeritò terreſtris toxici & contagioſæ virulentiæ buria magnetica dici mereatur; tardiſſimum eſt ad reptandum, unde ſaturni ſe ſobolem eſſe demonſtrat: tumidâ ac tuberosâ pelle veneni, quod continet, virulentiam ſignat: fœtore lethifero & halitu ſuo abominabili plantas & animalia inficit. Tanto in hominem odio eſt, ut ſuſpenſus & vellicatus ab homine præ nimiâ in illum rabie moriatur.

N. *Maxima fertur antipathia inter bufones & araneas &c.*) Ab his icti *bufones* plantagine admorſâ ſibi medentur Sicuti lacerta à viperâ ſaucia ſubinde novas acquirit vires galegæ herbæ uſu. Veneno etiam *bufonis* antidotus eſt aranea appoſita.

*Etſi animal ſit venenoſum, non effugit tamen uſum Medicum, eumque tùm internum, tùm externum &c.*) Uſu probatum eſt, *bufones exſiccatos* ſaltem in aëre & tritos innoxiè in morbis graviſſimis quibuſdam intrà corpus ſumi poſſe. Unde *Marcellus Donatus in hiſtor. Medic. Libr.* 7. *c.* 7. bufonum aduſtorum pulverem in hydrope deſperatâ commendat. In Peſte Anglicâ Londinenſi An. 1665. pulverem bufonum exſiccatorum ad ʒß exhibitum ſummè proficuum experti ſunt Medici ſæpius repetitum ſudore ſemper injuncto. Celebris eſt hiſtoria *apud VVierum Libr.* 3. *de præſtig. dæmonum cap.* 3. cujuſdam hydropici, cui cum pulvis bufonis in ollâ uſti ab uxore malâ offerretur, copioſo reddito lotio & ventre ab aquâ exonerato per veſicam convaluit: unde inſigne diureticum audit. vid. *Solenander Sect. V. conſil. XV.* Sal, quod nonnulli ex bufonibus combuſtis extrahere tentant, ſpem omnem illorum elidit. Nullum enim ſal fixum ex animalibus combuſtis parari poteſt, ſed ſalia volatilia per deſtillationem ſummâ △nis violentiâ ſaltem inde evocari poſſunt. Ideoque quæ de ſale bufonum afferri ſolent, de illorum pulvere exſiccato venit intelligendum. *vid. Athanaſ. Kircher. in Scrutin. Peſtis P. Ioh. Faber Libr. V. Panchymic. & CL. Helmont. in tr. de Peſte.*

*Extrinſecus imponitur Bufo &c.*) *Nobiliß. Helmont. l. c.* fateri cogitur, ſe bufones applicuiſſe bubonibus & eſcharis, tam in viris, quàm mulieribus, ac ubique non ſine prompto juvamine. Addit verò, ſe nunquam vidiſſe applicatum bufonem tantillum intumuiſſe: neque id poſſibile eſſe putat, cùm tumeſcentia ſit actio vitalis Archei, qui in mortuo & ſiccato bufone evanuit. Verùm longè alia ratio hæc eſt, non enim idem accidit hic bufoni exſiccato, quod vivo ab araneâ icto & confeſtim intumeſcenti: aut quod alii animali toxico aſſumpto, contingit. Illa enim intumeſcentia vera proprietas Archei vitalis eſt, aſſurgentis mediante fermentatione omni niſu ad exoticum illum hoſpitem ex corpore exterminandum. Sed præſens actio eſt ſympathetica & magnetica quâ virus peſtilentiale ut ſimile extrahitur. Neque ad tumeſcentiam hanc requiritur ipſe archeus vitalis bufonis, ſed accidit illa, quatenus poroſa & bufonis ſubſtantia exſiccata, & inſtar ſpongiæ humores iſtos venenatos attrahit.

*Ingreditur itidem amuleta aëri contagioſo arcendo dicata.*) Cùm hujuſmodi remedium ipsâ morte ſit horribilius, vel ut ab hominibus delicatioribus admittatur, Medici per experientiam edocti elegantiorem & efficaciorem Eos præparandi modum invenerunt. *Buclerus* Hybernus Chirurgus, ut *Cl. Helmontius* refert, primus hujus antidoti inventor, Londini aliquot millia hominum peſte curaverat hoc pacto.

*Bufones Magnos* Menſe Iunio poſt meridiem captos cruribus ſuſpendi propè focum aut carbones ſuccenſos illiſque patinam ex cerâ flavâ confectam ſubſterni juſſerat; tandem à triduo ſuſpenſionis bufonem invenit mucoſam quandam materiam unà cum nonnullis inſectis, videlicet muſcis nitentibus alis ſubviridi colore veluti deauratis evômuiſſe. A vomitu verò *Bufo* veluti jam animata ſobole privatus mox obiit, quamvis dicta inſecta, licet pronus penderet, ante triduum non evomuerit. Has ſordes vomitu rejectas & exſiccatum bufonis cadaver ſeorſim in pulverem tund juſſit & cum tragacantho ſeu gummi Arabico trochiſcis formatis fœliciter tam ad præſervationem peſtis, quàm ejuſdem curationem uſus fuit. Hujus veram & probatam experientiam atteſtatur *Ath. Kirch l. c. & Cl. Zvvelfferus in Pharm. Reg. p.* 140.

*Renibus impoſitus aquam intercutem per Urin expellere dicitur.*) Obſervatione dignum eſt, quod ſibi experientiâ compertum eſſe teſtantur ſuprà citatus *VVierus & Varignana* bufonem ſylveſtrem, qui in nemoribus reperitur per ventrem ſectum & renibus alligatum aquas hydropicorum per Urin. educere, & cùm amplius evacuare volumus, applicationem eſſe renovandam. Inducitur, inquit *CL. Helmontius*, idea metus renibus, quâ indignationem amittunt. *in tr. ignotus Hydrops. §.* 36. *River. in praxi p. m.* 207.

Sequens ceratum ex bufone paratum etiam utile.

Rec. bufonum ℔j. olei oliv ℔ß. ceræ ℥iij. bulliant in ollâ ad medietat. Col. & f. ceratum, quod extend. ſuper alut. regioni renum & lienis applica.

N Ad Urin. incontinentiam valet etiam ſacculus collo appenſus, in quo eſt pulvis bufonum in novâ ollâ uſtorum *Heinric. ab Heer. Libr. I obſ.* 14. Contrà ſcrophulas coquit etiam *P. Borellus C.* 4 *obſ.* 38. in oleo olivarum & applicat. Pulvis bufonum exſiccatus & ſacculo cordi appenſus omnem ſiſtit hæmorrhagiam; in narium hæmorrhagiâ cervici in uteri, podicis venæ alicui imponitur. Sequens Emplaſtrum attrahens *Cl. Knœfelii* ex bufonibus ſummè prædicatur.

Rec. Succini opt. pulveriſ. ℥ß. bufon. exſicc & pulveriſat. ℥j. M. & huic in Alemb. tantum ſp. vini adde, ut tranſverſum digitum emineat, in MB abſtrahe hunc ſpiritum uſque ad conſiſtentiam magmatis, ter affuſo ſemper novo. Cujus quantitas præſens commiſcetur & optimè ſubigitur cum Empl. de meliloto in Emplaſtri conſiſtentiam. Hoc in ſingulo, ubi opus eſt, emunctorio applicatum proficuum eſt etiam in anginis illis ſpuriis ad collum geſtatum.

*Lapis Bufonites.*) Quod vulgus de *Lapide Aranearum* perhibet, illas prægrandes lapillo fœtas conſpici, eumque ceu arcanum inſtar incantamenti omnes ſiſtere hæmorrhagias, quem quoque nonnulli ajunt Araneam emovere, ſi telæ, quam texuit, & in quâ media habitat, ſubduxeris valerianæ radicem, hoc ut fabulas & meras ſapit nugas, idem iſtud & de *Lapide Bufonum* dici meretur Hic Lapis vocatur *Bufonites*, ſive *Crapaudina, chelonites, batrachites*, hunc *Saracenus de Peſte cap.* 7 in bufonibus annoſioribus tantùm reperiri ſcribit, & quidem in capite, Alii in cerebro, quidam à viſcoſitate ſpumæ, quam bufones vere congregati eructent in caput alicujus eximii quaſi *Regis Bufonis. Encelius de Metall. Libr. III. c.* 37. Affirmat eundem ex *bufonibus* productum *Levinus Lemnius de occult. Natur. miracul. Libr.* 2 *c.* 30. & ſtatuit habere eandem virtutem, quâ beſtia imbuta eſt, ut virus eliciat. *Libavius Libr. II. Batrach cap.* 12. *ſchol.* 416. tubercula, quæ bufones in capite geſtant, ut videantur cornuti, quæque preſſa humorem lacteum fundunt, iſtud lac in ſenibus bufonibus in locis calidioribus in nodos concreſcere lapideos. *Bauhinus de Lapid. Bezoar. cap.* 3. Verùm *Boëtius de Gemmis hunc ex Bufonibus* oriri negat. *Libr. II. cap.* 149 & potius *ad Lapides ſtellares* in agro reducit *Olaus VVormius Lib.* 2. *Muſei cap.* 18. putat inſtar fungi naſci ſaltem in ſaxis & petris.

3. *Sal elici poteſt ex bufonibus calcinatis &c.*) falſum hoc eſt. Nullum enim alkali ex animalium combuſtorum reliquiis eſt expectandum, ſed omnia volatilia ſunt per retortam △ne aperto elicienda & poſtmodum rectificanda.

### ¶ *VIII Canis.*

Κύων est
- Mas, Hund. Un Chien. *The Dog.* Een Hondt.
- Fœmina, Hundin *The Bitch.* Een Teve.
- Catulus, junger Hund. *A VVhelp* Een jonge Hont / of honcken.

### OFFICIN. NAT.

1. *Canis integer.* 2. *Caput.* 3. *Axungia.* 4. *Fel.* 5. *Sanguis.* 6. *Stercus.* 7. *Urina.* 8. *Dens.* 9. *Pellis.* 10. *Pilus.*

Vires. 1. *Integer*, ſcil. vivus catulus, *ventri impoſitus* dolores colicos mitigat. Paretica membra confortat [balneatio in decocto hoc collecta.]

2. *Caput ſ. calvaria* incinerata deſiccat ulcera, curat vitia ſedis, rhagades & teſticulorum tumores.

Intrinſ. Icterum ſanat.

[ Cerebrum internè Maniacorum curâ celebratur.]

3. *Axungia* canina reliquis calidior eſt, adhibeturque internè in vulnerib. & exulcerationib. abſtergendis, conſolidandis, adeoque & in Phthiſi, & cruore ex caſu diſſolvendo.

Externè in podagricis, auriumque doloribus leniendis, lendibus capitis arcendis, auditu difficili reparando, ſcabie & pruritu corrigendo.

4. *Fel* catuli nigri, Epilepſiam mirè curat, *recens cum ✠ potum, vel in pulvere exhibitum.*

Extrinſ. abſtergit maculas faciei, [ *cum ſtercore Vitulino inunctum.*] oculorum albugini medetur [*cum melle illitum.*]

5. *Sanguis* contra Veneficarum venenum commendatur, bibique cum ſucceſſu dicitur contra morſum rabioſæ Beſtiæ ac Toxicum.

[ Lac infantibus Epilepticis præbetur.]

6. *Stercus* [ *album Græcum Officinis* ] ſiccat, abſtergit, diſcutit, aperit, apoſtemata rumpit, exulcerationes abſtergit, hinc utile eſt in Dyſenteria, ( quin etiam in Epilepſia ) dolore colico & ſimil.

Extrinſecus medetur anginæ, (*gutturi inſufflatum*) ulceribus malignis (*inſperſum*) tumores duros emollit (*emplaſt.*) aquas trahit hydropicas, (*ventri illitum*;) verrucas abigit, (*cinis per ſe vel cum Ol. roſar. impoſitus.*)

N. *Commendatur præ reliquis, quod Julio fuit collectum ex cane oſſibus nutrito, candidum, purum, minimè fœtens.*

7. *Urina* verrucas abigit, ulcera capitis manantia, furfureſque abſtergit.

8. *Dentium cinis* ( *cum melle vel butyro illitus mandibulis,* ) infantium dentitionem facilitat, ( *gargariſmis inditus* ) odontalgiam ſedat.

9. *Pellis parata* manuum lenit pruritum, nervoſque emollit contractos [ *chirotecæ ſcil. indutæ.*]

10. *Pilus* morſibus canis medetur ( *impoſitus.*)

### PRÆPARATA.

( *Aqua ex catellis membra Podagrica demulcet, linteolis applicata.*)

*Balſamus è Catulis compoſitus.*

Fit ex integris catulis in vino albo ſuffocatis coctiſque cum herbis nervinis, oleis & reſin. in balſam. quod membra contracta ſanat, iſchiadicos & arthriticos dolores compeſcit.

HOFMAN. *Canis.* ) 1. *Canis integer.* 2. *Caput.* 3. *Axungia.* 4. *Fel.* 5. *Sanguis.* 6. *Stercus.* 7. *Urina.* 8. *Dens.* 9. *Pellis.* 10. *Pili.*

1. *Canis integer.* ) Ex catellis quinque vel ſex dies natis adhuc vivis deſtillando elicitur aqua inſipida nec odore vel ſapore ingrato imbuta ad inſtar aquæ fontanæ, quæ quantis viribus ſit prædita, inde liquet, quod ſi Membris dolore podagrico vehementiſſimo obſeſſis pennâ illinatur vel lenteolo in eâ madido applicetur, in inſtanti levamen percipiatur, doloribus ſedatis.

2. *Caput.* ) Cerebrum etiam non omittendum eſt, quod ex cane unius coloris ſumptum coctum & maniacis exhibitum intrà triduum Maniam curat. Unde *D. D. Johannes Michaëlis* p. m. relatum accepit à Paſtore quodam in ſuo pago intra triduum ſanatum fuiſſe Maniacum exhibito canis cerebro coctô, & affirmavit præterea ſibi alios tres adhuc eſſe notos, qui eodem ſint ſanati remedio.

3. *Axungia* ) vel potius pinguedo, hæc ob Sal volatile in eâ deliteſcens interdum levamen affert in phthiſicis pulmonum exulceratione laborantibus, nonnunquam etiam ob acidum occultum nocet, quia magis putridum ac ſordidum reddit ulcus. Omnes enim pinguedines nihil aliud ſunt quàm ſalia volatilia concentrata ab occulto acido Sale unctuoſo ſuppreſſa.

4. *Fel* ) catelli lactantis nigri ſtrangulati in Epilepſiâ pro ſingulari arcano habetur cum liquore appropriato exhibitum. Hujus beneficio *Ducis Buckengami* filius eſt ſanatus. In Angliâ hoc eſt uſitatiſſimum. Si ſcil. primarius Affectus Epilepſia fuerit.

5. *Sanguis.* ) Hic commendatur contrà veneficia hauſtus & contrà rabioſæ beſtiæ morſum.

6. *Stercus* ) *Album Græcum* Officinis dictum commendatur cùm canicula aſcendit. Et album ex albo Cane præferendum, quia Canes iſti melioris ſunt conſtitutionis & in albo ſtercore ſal abſtergens, diſcutiens, aperiens, reſolvens volatile continetur, quod in diebus canicularibus, cùm canum Natura exaltatur, penetrantius & ſubtilius evadit, hinc utile eſt in dyſenteria & Colica, *vid. Zacut. Luſitan ingreditur* etiam potionem *vulnerariam decantatiſſimam Lipſiæ Schleinitiorum.* Externè medetur anginæ gutturi inſufflatum, tumores duros emollit, pro emplaſtro adhibitum.

### ¶ *IX. Caper, Capræ.*

Eſt
- Caper maſculus Τράγος, hircus ein Ziegenbock. Un Bouc. *The Buck Goat.* Een Bock.
- Capra fœmina, αἴξ, Capella ein Geiß. *A Shee-Goat.* Een Geyt.

Animal eſt alacre, velox, ſuperbum, auditu acuto præditum, vorax, &c. obnoxium febribus, peſti & ſimil.

### OFFICIN. NAT.

1. *Cornu.* 2. *Sanguis.* 3. *Lien.* 4. *Medulla.* 5. *Sevum.* 6. *Lac.* 7. *Lapilli.* 8. *Stercus.* 9. *Urina.* 10. *Veſica.* 11. *Omentum.* 12. *Pellis.* 13. *Fel.*

Vires. 1. Cornu ut & pilis *utimur ut ſuffumigiis, peſtis tempore, ut & ad Veternoſos & Epilepticos excitandos.*

2. *Sanguis* hircinus habetur alexipharmacus, obſtruit, dyſentericis convenit, ſanguinem concretum reſolvit, (*ſiccatus & exhibitus,*) calculum atterit.

Extrinſecus tumores maturat.

N. *Hircum mediocris ætatis* ( *quadrimum* ) *domi per menſem alunt, nihil aliud dando, præter plantas lithontripticas, hinc Æſtatis principio cum Sol in ♋ ingreſſus eſt, mactant, ſanguinemque arterioſum, abjectis partibus ichoroſis, concretum in furno ſiccant. Vide Diſp. Aug. & Norimb.*

PRÆP.

### PRÆPAR.

Ex ſanguine hircino non minus, ac ex aliis ſanguinis generibus fieri poſſunt: *Spiritus, Oleum*, (*quod ſummè in calculo commendatur,*) *&* *Sal.* Attamen præ aliis famoſus eſt, *Balſamus antipodagricus* ex ſanguine, qui ut modo fiendi, ita & viribus convenit cum balſamo è ſanguine cervino. *Vide ſuo loco.*

N. *Sunt qui exinde Tincturam conficiunt ad calculum, ſanguinemque coagulatum celeberrimum.*

3. *Lien.* Lienem Capræ deligant per diem, ſuper lienem infirmi, die ſequenti ad furnum, vel ſolem ſuſpendunt, quantum ibi exiccabitur, tantum quoque lienem patientis diminui aiunt. *Theſaur. pauperum Petr. Hiſpan.*

4. *Medulla* hircina acrior eſt ac ſiccior reliquis, ideoque & efficacior.

5. *Sevum* hircinum validiſſimè diſcutit, podagricis auxiliatur, ſtranguriam tollit, (*umbilico immiſſum*) hæmorrhoidum dolores lenit (*ſuppoſitorium.*) (dyſentericis proficuum.)

6. *Lac* Caprinum nutrit, abſtergit, febri hecticâ laborantibus & Phthiſicis, conſumptiſque ac emaciatis optimè convenit.

*Serum* ejus præſtat reliquis ſeris, aperit, abſtergit, incidit, laxat, hinc frequenti uſu ad infuſiones purgandæ Melancholiæ recipitur.

7. *Lapilli* in ventriculis & felle reperti commendantur, vi diaphoretica & reſolutiva.

8. *Stercus* calefacit, ſiccat, abſtergit, digerit, aperit, acriſque eſt facultatis.

Hinc *Uſus* præcipui in duris tumoribus Lienis & aliarum partium, in parotidibus ac bubonibus, in ulceribus deſperatis conſolidandis (cum vino veteri expreſſum & appoſitum) hydrope, (*imponitur ventri*) in coxendicum dolore, uſtum tenuioris eſt ſubſtantiæ, congruitque ad omnia vitia, quæ extergi volunt, ut ad alopecias, lichenes, &c.

Intrinſecus convenit Spleneticis, exhibetur itidem in Ictero, menſtruis retentis, & morbis ſimilibus.

9. *Urina* (*hirci*) commendatur præ reliquis omnibus urinis ad calculi attritionem, urinæque expulſionem, [*calidè ut ex hirco egeritur epota.*]

Hinc convenit & in Hydrope, &c. (*deſtillata.*)

10. *Veſica Urinaria* exiccata ac pulveriſata urinæ incontinentiam peculiariter curare dicitur.

Doſis ℨ j. exhibita.

11. *Omentum* mitigat feroces & ebullientes ſpiritus, (*calidè impoſitum*) hinc prodeſt in doloribus colicis, in Mania, &c. Præterea urinam obſtructam pellit; *ventri impoſitum.*

12. *Pellis* ſedat diarrhæam, (*decoctum ejus bibitum*) ſiſtit Hæmorrhagias, præcipuè narium, (*Cinis pilorum inſperſus.*)

N. *Hædus eſt pullus caprinus, ſeu tenellus caper, inframenſes ſex conſtitutus, eapropter ut naturâ cum capris convenit, ita & viribus, quas tamen ratione juventutis teneriores & imbecilliores obtinet.*

13. *Fel* febrim quotidianam curat, (cum pane an. & ovi albumine, addito oleo laurino in cataplaſma redactum, & ventri impoſitum.) Petr. Hiſpan.

HOFMAN. *Caper, Capra.*) 1. *Cornu.* 2. *Sanguis.* 3. *Lien.* 4. *Medulla.* 5. *Sevum.* 6. *Lac.* 7. *Lapilli.* 8. *Stercus.* 9. *Urina.* 10. *Veſica.* 11. *Omentum.* 12. *Pellis.* 13. *Fel.* in uſu ſunt Medico.

1. *Cornu* Utimur in ſuffumigiis ad hyſtericas mulieres excitandas.

2. *Sanguis*) exſiccatus & exhibitus calculum atterit, unde & adamantem ab hoc reſolvi Veteres ſtatuerunt. Verum hoc ita ſimpliciter fieri nequit, niſi hircus lithontripticis herbis fuerit paſtus, ut *D. Autor* innuit: Hoc fuit Arcanum *D. D. Oſwaldi* Archiatri Archiducal. Oenipontani, qui per quadraginta dies hirci ſolâ rutâ murariâ paſti (à potu eum prohibendo, niſi ut ſub noctem decidentem pluviam lamberet) interfecti cruorem leniter exſiccatum ægris comminuendi calculi gratiâ cum fœliciſſimo ſucceſſu propinavit. *P. Borellus Centur. 2. Obſ. 98. Athanaſ. Kircher. Libr. 3. de Magnet. Kyperus in inſtitut. Phyſic. Libr. V. cap. 2. §. 7.*

N. *Cl. Helmontius in tr. Pleura Furens* §. 32. commendat etiam in Pleuritide & Peripneumoniâ, non quidem vulgarem & venalem, ſed hoc modo collectum & præparatum. Hircum ſuſpendit cornibus & alligatis pedibus poſtremis ad cornua reſectis teſtibus caſtrat. Cruorem inde emanantem uſque ad ejus mortem excipit & ſiccat. Hic à venali cruore dignoſcitur, quod venalis facilè teratur, ejuſque pulvis ſit puniceus. Hircinus autem verus difficillimè pulveriſetur, ſitque picei coloris pulvis ejus. In Pleuritide hunc cruorem ita præparatum ſummæ efficaciæ expertus fui, Archéo ſedando inſervit, cauſam Morbi immediatam acorem unà tollit, & ad diaphoreſin diſponit, cruorem & dolorem pacat.

*Præparata. Ex ſanguine hircino non minus ac ex aliis &c.*) Ex hoc ſpiritus, oleum & Sal volatile æquè per retortam igne aperto deſtillari poteſt atque ex cruore humano vel cervino. In rectificato ſp. & ſale volatili egregium etiam latitat anti-pleuriticum.

*De Balſamo Anti-podagrico ex ſanguine hircino præparando vide infrà de ſanguine cervino & humano.*

N. *Sunt, qui exindè Tincturam conficiunt &c.*) Sed nullius hæc eſt momenti. Præfertur Sal volatile & ex hoc præparata medicamenta.

3. *Lien.*) Hic ſuper lienem ſplenetici per 24. horas deligatus levamen affert ſplenetico.

*Sevum hircinum* anodynum eſt diſcutiens, unde arthriticis doloribus opitulatur, ſtranguriam ſedat, umbilico inunctum, hæmorrhoidum dolores lenit pro ſuppoſitorio.

6. *Lac Caprinum*) Recenter mulctum & propinatum nutrit, abſtergit, hecticis & phthiſicis confert. Nonnullis tamen ob partes butyraceas & caſeoſas eſt ſuſpectum, ſubſtituto ejuſdem ſero

*Serum ejus præſtat* &c.) Infuſum *ſeri caprini*, in quo beccabunga & cochlearia fuerit infuſum, medicamentum quidem eſt vulgare, ſed revera in morbis ſcorbuticis, melancholicis & tumoribus, in quibus metuitur affluxus materiæ atrabilariæ non parum prodeſt. Incidit enim & attenuat craſſiſſimum illum ſanguinem, ſicque expulſioni facit idoneum, hinc utile hoc in ſcorbuto, leucophlegmatiâ, ictero nigro &c. Interim tamen diligenti operâ vel per tamarindorum pulpam, vel citri ſuccum, vel alumen à caſeoſâ parte & butyroſa ſeparandum eſt, & tunc egregiam intemperiem calidam alterandi vim acquirit. In primis ſerum aluminoſum ardentibus ſubvenit febribus, ſitim ſedat, urinam promovet, interdum etiam ſudores, guſtui gratum eſt, nec ab alumine quod in caſeoſâ remanet ſubſtantiâ, ingrato imbuitur ſapore. Scabioſos etiam juvat, non quia hepatis refrigerativum eſt, ſed quia vim abſterſivam obtinet, unde etiam ſanguinem deterſivum illius ſalis pruritivi reddit, id quod coadjuvant fumaria, acetoſa, fl. enulæ &c. Fel capræ exterius peni illitum ſtimulat venerem, juxta Q. Serenum: Ac ſuper illinitur fœcundæ felle capellæ.

N. *Hædus eſt pullus caprinus.*) Ejus coagulum in dyſenteria eſt ſummum arcanum.

### ¶ X. *Capra alpina, ſ. Rupi-Capra.*

Dama Gembß. Une Chevre des Alpes. *Wild Goat*, or *Rock Goat.* Een Das/ of Wilde Geyt. { Mas. Fœmina.

Caprarum genus ſylveſtre eſt, magnitudine ac figurâ domeſticis conforme; amans alpes, gaudens herbis alpinis è ſabulo naſcentibus, & præcipuè doronici radice nigrâ.

### OFFICIN. NAT.

1. *Sanguis.* 2. *Sevum.* 3. *Iecur.* 4. *Fel.* 5. *Stercus.* 6. *Lapis.*

1. *Sanguis* recens vertiginis eſt medela (*bibitus.*)

2. *Sevum* Phthiſi exulcerationique pulmonum

 ſuccur-

ſuccurrit, *(cum lacte aſſumptum.)*

3. *Iecur* alvi fluxum ſiſtit, *(pulvis aſſumptus.)* (ad Vertiginem etiam eo utuntur.)

4. *Fel* oculorum nubeculæ, nyctalopiæque auxilio eſt.

5. *Stercus* calculum atterit & expellit.

6. *Lapis* [ſeu pila potius] in capſula ſupra ventriculum nonnullarum rupicaprarum (maſculorum inprimis, circa Autumni finem ex radicibus Doronici comeſtis) reperiri ſolet, *(ut Bezoar reperitur,)* magnitudine variante, & maxima ad juglandis magnitudinem aſcendente, colore nigro, odore dum frangitur gratiſſimo.

Hujus *Vires* experientia docuit inſignes ad febres malignas, venena, peſtem, & ſim. Unde alii *Bezoar Germanicum* vocant. (quidam Ægagropilam.)

Doſis gr. xv. ad xx. ad præcavendum gr. iv. vel v. *Caſp. Bauh. de Lap. Bez. c.* 13.

### *De Damarum Pilis ſeu Ægagropilis hæc habet Appendix ad D. Authorem noſtrum.*

Pila Damarum, ſeu Ægagropila pulchrè, & fusè explicatur à D. Welſchio ſingulari tractatu doctiſſimo. Oriuntur in ventriculi primo, aut ſecundo loculo, quem venatores capſum, aut burſulam dicunt. Cornigeris enim & ruminantibus animalibus quadrifidus ventriculus eſt, vel ipſo teſte Ariſtotele l. 3. part. anim. c. 14. quem diſpeſcit Severinus p. 303. part. 4. Zootom. Democr. in peram, ollulam, conclave cellulatum, & ventriculum propriè ſic dictum. Non autem in omnibus rupicapris pilæ reperiuntur, ſed ſaltem in nonnullis, ubi vis coagulans exuperat. Ortum trahere putant quidam has pilas à comeſto *Doronico*, cui addit *Welſchius Scabioſam montanam, Aſterem montanum luteum, radicum odoratarum, Chamandrin marem, Veronicam alpinam, Teucrium alpinum, Lotum odoratam, Pimpinellam majorem, Daucum montanum, Carlinam, Imperatoriam, Sedum alpinum, Vitemque Idæam &c.* Ægagropili, aut Ægagropilæ calidæ ſunt & ſiccæ, aperiunt, rarefaciunt, leviter adſtringunt, attenuant, & extergunt, ac proinde ſunt Diureticæ, Hydroticæ, Sudoriferæ, Fæcundantes, Alexipharmacæ. Uſus illarum eſt in febribus ſimplicibus, & malignis, capitis defectu & doloribus, affectibuſque aliis comatoſis, quæ omnia fuſiùs expoſita lege apud Welſchium.

HOFMAN. *Capra Alpina ſeu Rupicapra.*) Illarum *cruor* recens hauſtus vertigini medetur. *Sevum* pulmonum exulcerationi confert. *Epatis* pulvis aſſumptus diarrhœam ſiſtit. *Lapis* circà Novembrem in maſculorum ventriculis reperitur formâ oblongâ & compreſsâ trium tranſverſorum digitorum longitudinem vix ſuperans, aliquando cute coriaceâ nigrâ ſplendente, rugosâ obductâ, quædam caſtaneæ colore, aliæ ſubcineritiæ, odore grato; aromatico, dum frangitur, quia ex herbis odoratiſſimis depaſtis conflatæ, conſtantes maſsâ ex herbarum depaſtarum fibris pilos referentibus, pondere leves. *Pilæ potius ſunt quàm Lapides, vide de his Georg. Hieronym. Velſch. de ægagropilis & Bauhinum de Lapide Bezoar Cap.* 13.

*Hujus vires experientia docuit &c.*) Vi pollent calefaciendi, ſiccandi & cerebrum roborandi, quocircà contrà vertiginem utuntur, quem tradunt ex eſu Doronici ventriculis Rupicaprarum ingenerari, ſed ſpecificam hanc virtutem contrà vertiginem potius ab ipſis Rupicapris, quàm Doronico habet. Animi etiam alacritatem miram & ſpirituum promptitudinem conferre volunt cum vino ſumptum. In partus difficultate internè etiam cum juvamine offertur. Ad ſecundinas pellendas, ſuffocationem uteri, menſes promovendos, dyſentericum fluxum, colicos dolores facit. Ad febres malignas quindecim grana aut viginti in aquâ aliquâ cordiali dantur. Eodem modo adverſus venena propinantur, contrà peſtem præſervationis loco gr. iv. vel vi. cum tantillo vini jejuno ſtomacho manè exhibentur. Si amuleti loco de collo geſtetur, carnemque tangat vertigini reſiſtere volunt.

N. *Capræ Alpinæ*, ex quibus *dicti Lapides* deſumuntur, in præcelſis Rhœtorum & Valeſianorum rupibus & alpibus Epiſcopatus Salisburgenſis vivunt.

### ¶ *XV. Capri-Cerva Orientalis, è qua Lapis Bezoar Orientalis.*

Eſt Animal Perſiæ ac Indiæ Orientalis, partim Cervo ſimile, partim Capræ: hinc fit, ut aliis Capra audiat, aliis hircus, aliis Capricerva: v. gr. dicitur Capra Indica, *Amato*; Capra Montana, *Monardo*, Capra ſylveſtris, *Lacunæ*; Pazon, *Perſis.*

### OFFICIN. NAT.

*Lapis Bezoar Orientalis*, qui eſt lapis in dicto animali repertus *(ac potiſſimum in proventriculo, hinc & in ventriculo aliiſque cavitatibus internis,)* figura ſcilicet variante, ovali, rotunda, ſeſſili & intus cava, *(meditullio paleam, pilos vel ſimile continente)* ſuperficie levi & ſplendente: ſubſtantia è laminis inſtar cæparum ſeſe invicem incumbentibus compacta: Variante item colore (plerumque atro virente, hinc dilutius virente, palleſcente, cineritio, fulveſcente, melleo, &c. odore nullo: variante magnitudine & pondere) pleriſque ſcilicet infra juglandis magnitudinem conſtitutis, nonnunquam & paulo majoribus.

N. *Dantur & adulterati ſeu falſi confecti ſcilicet ex lapidum fragmentis & pice artificioſe coagmentatis: Item ex creta, cineribus teſtarum ſanguine ſicco & lapidibus Bezoar minoribus pulveriſatis, & cum liquore incorporatis: Item ex* ♁ ♂ ☿ *ignis artificioſo compactis, tinctis, &c. Qui ſane non modò citra utilitatem, ſed & cum detrimento in uſum accerſuntur.*

*Notæ ergo bonitatis ab Authoribus paſſim notatæ ſunt.*

1. *Forma à forma renum aut ovi columbini exterius levigati diverſa utpote quæ ſignum lapidis adulterati.*

2. *Structura laminis multis inſtar cæparum ſeſe invicem incumbentibus, iiſque ſingulis glabris, levibus, ſplendore coruſcantibus: quod tamen alii reprobant.*

3. *Cavitas (meditullium) expers rei heterogeneæ præter pulverem, quidam malunt incluſam paleam, feſtucam, granum & ſim.*

4. *Pondus aliis levius, nonnullis gravius.*

5. *Commiſtio cum calce, id eſt, ſi lapis humectatus, & calci vel muro affrictus, calcem colore viridi tingat: ſi lapis calce viva (cui admiſta aqua) inunctus, paulo poſt flaveſcat: ſi lapis chartæ creta oblitæ affrictibus viridem inducat lineam, ſi pulvis cum calce viva mixtus colorem ex pallido virentem referat, (quod tamen non de omnibus verum eſſe poteſt.)*

6. *Friabilitas & diſſolutio in* ▽, *quæ tamen itidem & falſi lap. propria eſſe non nequit.*

7. *Liquatio, id eſt, ſi acus candens intrudi poſſit.*

8. *Diſparitas fragmentorum cum gypſo aut terra cocta (in duritie ſcilicet.)*

9. *Experimentum.*

*Verum*

*Verum enimvero ſumma in dijudicatione lapidis cautio adhibenda eſt, neque abſque notarum ſyndrome de bonitate quid certi ſtatuere expedit. Præſtantiſſimus tamen inter cæteros habetur Perſicus (quoniam in Perſia Contrajerva copioſè creſcit quam depaſcit capra.)*

Vires. *Corroborat, ſudores ciet, alexipharmacus eſt, ideoque utilis in vertigine, Epilepſia, Lipothymia, Palpitatione cordis, Ictero, Colica, Dyſenteria, Vermicatione, Calculo, Menſibus obſtructis, partu difficili, Melancholia. Præcipuè autem in peſte febribuſque malignis, venenis aſſumptis. Quin & extrinſecus adhiberi poterit in ſcrophulis apertis, cancro ulcerato & ſimil.*

Doſis à gr. iij. ad xij.

HOFMAN. *Capri-Cerva Orientalis, è qua Lapis Bezoar Orientalis.)* Capræ iſtæ non abſimiles valdè ſunt Capris noſtris Europæis, niſi quòd habeant erecta ac longiora cornua, ac quædam ex iis verſicolore ſunt pelle, ut tygrides, hæ capræ prout magnum aut parvum gerunt Lapidem, unumque aut plures, eò tardius vel citius incedunt, id quod Armenis ac Perſis perbenè notum eſt. In horum animalculorum ventriculis continetur folliculus piloſâ carne conſtans ſpithamæ longitudine, in quo Lapides ordine inſtar parvorum nodulorum in tunica teſſellatim comprehenduntur.

Officin. *Lapis Bezoar Orientalis)* Hunc Perſæ vocant *Pa-Zahar*, ex *Pa & Zahar*, quorum prius ſignificat contrà, & alterum denotat venenum, quaſi latino etymo antidoton dixeris. Hoc autem modo naſcitur, ut *Iacobus Bontius* ab Armenis ac Perſis Mercatoribus fide dignis certò accepit. Eſt locus in Perſia Stabanon dictus, trium dierum itinere ſuprà Laram civitatem celebre in Perſia emporium, in cujus campis naſcitur herba quædam croco ac hermodactylis admodum ſimilis, in cujus campis caprorum copia paſcitur, in quorum ventriculis ex hujus herbulæ eſu hi Lapides in ventriculis caprarum concreſcunt. Non deſunt, qui radicem ex India ad Nos delatam contrayervam appellatam ſtatuunt in eſu huic animali eſſe frequentiore, vid. Lazarus River. in Praxi Medica Lib. 17. Cap. 1. Hæc licet ſint vera, nihil tamen derogant veritatis ſententiæ à Iacobo Bontio de *Stabano* allatæ, cum veriſimile ſit non una ſed pluribus delectari herbis hoc Animal, unde & Monardes non herba veſci dicit ſalutifera, ſed herbis ſalutiferis. Hi apud Reges Perſiæ in tanto pretio ſunt ſuprà reliquos, qui in aliis locis gignuntur, ut Magnus Xaabas Imperatorum Perſarum ultimus mortuus Anno 1628. inibi vigiles locaverit, ut omnes iſtos Lapides *Pa Zahar*, qui certum pondus excederent, ſibi vendicarent. *In Not. ad Garc. ab Ortâ p. 44.*

N. *Naſcuntur & Lapides Bezahar in ventriculis ſimiarum, qui teretes ſunt & digiti longitudinem excedunt, qui omnium præſtantiſſimi cenſentur. Idem Bontius l. c.*

*Meditullio paleam, pilos vel ſimile continente &c.)* Lapis Bezahar ſemper paleam vel aliud aliquid intus habet, quod nunquam fallit, niſi in adulterinis & ſi ſuperficiali tunica abraſa non ſuccedat alter orbis cæparum modo, donec ad paleam iſtam deventum ſit, fictitius eſt Lapis.

N. *De genuino Lapide* ſcribit *Nicolaus Monardes*, illum cavitatem quandam in meditullio habere plenam pulvere quodam ejuſdem cum Lapide ſubſtantiæ, qui maximè commendatur, atque etiam ipſi Lapidi præfertur, & hunc legitimi etiam indicium eſſe. Adulteratos autem gramen aliquod aut ſemen habere ſuprà quod Indi illum efforment, *vid Garſ. ab Ortâ p. m. 168.*

Ejus adulterium Nonnulli ſequenti modo probare volunt.

Si Lapis fricetur pauca calce, & in loco fricato puniceus appareat color, dicunt verum eſſe & genuinum. Deindè ſi ponderatum accuratè Lapidem conjicias in pelvim aqua repletam & poſt duas aut tres horas eundem eximas ac rurſus ponderes, ac nihil de priori pondere aut perdiderit, aut eo gravior factus fuerit verus eſt *Lapis Bezahar*. Verùm ſi calce fricatus rimam ducat, aut ſi aquæ exemptus de pondere amiſerit, vel eo auctus fuerit, adulterinum eſſe audacter dicas.

*Vires. Corroborat, ſudores ciet, alexipharmacus eſt &c.)* Nullum dubium eſt, *hunc Lapidem* ad varios affectus adhibitum, in primis febres malignas, venena adſumpta &c. ſummæ eſſe efficaciæ, ſi verus & non adulterinus haberi queat. Unde & *Diomedes Cornarius in Libr. Conſ. & Obſerv. hiſtor. 22. refert*, matronam quandam honeſtam octavo impraegnationis menſe febre maligna correptam cum gr. v. Lapidis bezahar ſumpſiſſet in ▽ fl. borraginis ab hac febre curatam fuiſſe. *Claudius Richardus in deſcriptione hujus Lapidis* memorat D. Staphylum ſedecim diebus acuta febri maligna laborantem, tandem exhibitis granis ſeptem hujus Lapidis integrè reſtitutum fuiſſe. Refertur à *Ludovico Gyone* Dominum Vicecomitem N. Lutetiæ peſtilenti febre correptum & à Medicis deſertum, cum ſoceri ſui conſilio *Lapide Bezahar* uſus fuiſſet per aliquot dies parvo temporis intervallo integrè convaluiſſe De hujus uſu in aliis etiam affectibus *vid. Zacut. Luſitan. de Medicor. Princip. hiſtor. Lib. 1. quæſt. 25. ſeq.* Verùm ſi hic Lapis adulterinus, ut ipſi quoque Indici ſcriptores fatentur, dictos effectus edere nequit. Unde vir clariſſimus *Nardus Antonius Rech. Libr. 9. Cap. 14. Rerum* Medicar. *Novæ Hiſpan. p. 326. inquit*: Non omnes hi Lapides, ſcilicet Bezahar ſalubres ſunt tuendæ ſanitati, aut morbis profligandis apti, ſed ſoli illi, qui depaſtis herbis ſaluberrimis producuntur, unde non ſolùm difficile ſit cenſere, an illæ facultates mirabiles, quæ de eo Lapide noſtra tempeſtate jactantur, narrarique & prædicari cœperunt veræ ſint, ſed etiam quinam ſint eligendi, aut qui utiles aut inutiles offendantur, quibus de rebus certò quid affirmari nequit. Et *Jacobus Bontius* l. a. hoc confirmat, dicens quantum ad hyperbolicas hujus Lapidis virtutes & facultates portentoſas non tantas in eo mille experientiis edoctus inveni, aliàs Naturâ non pronus ſuperſtitioſas medicamentorum facultates facilè admittere niſi experientia id verum invenerim. *Quomodo Lapis Bezahar adulterari poſſit vid. Cl. Zwelfer. in Pharmac. reſtitut. Appendice ad animadverſ. p. 65. Franciſc. Valleſ. Lib. 4. Meth. Med. Cap. 2. Hercul. Saxon de Plicâ Cap. 59. Tractat. meus de Meth. Med. Lib. 1. Cap. de Alterat.*

*Doſis à gr. iij. ad xij.) Zacut. Luſitan. Lib. 1 de Medicor. Princip. hiſtor. obſ. 34.* in diuturnis, inquit, & aliis non ita acutis & perículoſis morbis, ſeptem aut octo grana exhibere ſalubrius eſt. Si verò ſua acutie & malitia urgeat affectus, multò majorem quantitatem porrigere non dubitamus Et *obſervat ſeq. 35* nec non *Libr. 3. de prax. Medic. admir.* unam alteramque ad drachmam integram feliciter exhibiti Lapidis hujus obſervationem adducit. *Jacobus Primeroſius Lib. 4. de vulgi in Medicinâ erroribus Cap. 17.* firmiter credit, poſſe ad ℨj. innoxiè adſumi, tam benignum atque innocens eſt remedium. Quoſdam ad grana triginta propinare ex *Cæſalpino Bauhinus* refert *De Lapide Bezoar. Cap. 34.* Indifferenter tamen hujus doſis adaugeri nequit, ſed diligens morbi, ægri &c. habenda eſt ratio Ideoque doſis hujus Lapidis diligenti perpendenda eſt examine. Multos enim inquit *Petrus à Caſtro de febre malignâ petechial. ſect. 8. §. 13. p. 185.* vidimus, qui hujus ſine ullo delectu ingentem granorum copiam exhibentes, tantum abeſt, ut quicquam profuerint, quin potius in ruinam inemendabilem egerint miſeros languentes, auxilium infamantes, quod aliis fuiſſet ſaluti.

## ¶ *XII. Capri-Cerva Occidentalis.*

Eſt animal Peruanum, Capricervo Orientali ſimile, cornibus tamen orbum, depaſcens herbas ſalutiferas.

Dicitur Vicuniras, ſeu Taraguas Ioſ. A Coſta.

### OFFICIN. NAT.

*Lapis Bezoar Occidentalis*, qui eſt lapis locis iiſdem animalis, ut de priori dictum, circa rem heterogeneam in cavitate media contentam, tunicatim concretus, Orientalibus ut plurimùm major, ſuperficie ſcabra, colore cinericeo, albo, nigro, obſcurevè virente, (qui optimus.)

N. *Præſtantiores habentur (uti & Orientales) ex animalibus montanis exempti.*

Vires. *Iiſdem viribus celebris eſt cum Orientalibus, cujus tamen bonitati non parum cedit. Hinc utilis compertus eſt in affectibus cordis, venenis, febribus peſtil. quartana, (cujus ſymptomata mitigat) (Melancholia, morbis diuturnis, Lumbricis, Epilepſia & ſimil. Nec minus & extrinſecus convenit in vulneribus venenatis)* (inſperſus.) Monard.

Doſis major quam Orientalis, ſcilicet à gr. vi. ad xx.

N. 1. *Peculiare habet, quod alvum quoque nonnihil moveat.*

N. 2. *Affertur & Lapis Bezoar ex nova Hiſpania, ſed Peruano aliquantulum vilior, & debilior.*

Hofman. *Capri Cervæ Occidentalis.*) Ex hoc *Animali* Lapis *Bezahar Occidentalis* deſumitur, *Orientalibus* ut plurimum major; *Thom. Bartholinus* adeò ingentem vidit, caput humanum æquantem, rotundum, coloris ſubfuſci, glabrum ac nitidum. Diameter ejus fuit 13. pollicum tranſverſorum, pondere autem 6¼ libras mercatorias ſuperavit. Cardinalem Infantem Gubernatorem olim Burgundiæ 6000. Imperialibus à primo venditore eum redimere non potuiſſe ferunt. *vid. Ejus Epiſtol. c. 2. Epiſtol.* 79.

## ¶ *XIII. Capreolus, Capra.*

Δορκὰς, Ζόρξ. { Mas, Capreus, Rehebock. une Chevre. *Roe Buck.* Rhee-Bock.
Fœmina, Caprea, Rehegeiß. *Roe-Goat.* Rhee-Geyt. }

Animal eſt corpore cervum referens, cornua exigua alens, cervinis ferè ſimilia, moribus timidum, lepidum, alacre, curſu velociſſimum, viſu æquè noctu ac interdiu pollens.

### OFFICIN. NAT.

1. *Caro.* 2. *Coagulum.* 3. *Iecur.* 4. *Fel.* 5. *Lien.* 6. *Stercus.*

Vires.

1. *Caro* in cibo convenit Diarrheæ & Dyſenteriæ.

2. *Coagulum*, iiſdem affectibus convenit (*in vino potum.*)

3. *Iecur* oculorum aciem reficere creditur, *comeſtum, potum, extuſque ſuffumigatum, inſtillatum, &c.* ſanguinis hæmorrhagiam & præcipuè narium ſiſtit (*cinis inſufflatus.*)

4. *Fel* maculas faciei abſtergit, (illitum) oculorum albugines & nubeculas, alioſque affectus curat, (*cum melle inditum*) aurium tinnitus reprimit, (*cum ol. roſar. inſtillatum*) odontalgiam mitigat (*ſimili modo.*)

5. *Stercus* Icterum ſolvit (*potum.*)

N. *In reliquarum partium viribus cum capris convenit, fortiores tamen eaſdem obtinet.*

## ¶ *XIV. Caſtor.*

Κάστωρ, Fiber, animal eſt amphibium, aqua ac terra ambiens, vivens piſcibus & fructibus corticibuſque arborum. Biber. Un Bieure. *The Bever.* Een Bever.

### OFFICIN. NAT.

1. *Axungia.* 2. *Teſticuli, qui Caſtorium vocantur.* 3. *Pellis.*

1. *Axungia* peculiariter nervoſo generi ac utero convenit, adeoque morbo comitiali, membris reſolutis, convulſis, apoplexiæ, &c.

1. Καστόρειον, Caſtorium, teſticuli Caſtoris. *Of a Caſtor* or *Beaver.* Bevergeel. Hi exciſi beneque purgati in ſeſe exiccantur, ſiccatique in loco umbroſo ſuſpenſi aſſervantur. Durant citra corruptionem ad ſeptennium.

N. *Adulteratur per Gummi Ammoniacum, quod cum Caſtoris ſanguine Caſtorioque ſubactum in veſiculam conjicitur, exiccaturque.*

2. *Renes Caſtoris veſicæ induntur ac ſiccantur:* Fraudis autem hujus cognoſcendæ gratiâ notentur diſtinctionis notæ.

1. Teſticuli genuini ambo ex uno oriuntur principio.

2. Adulterini Teſticuli majores ut plurimum exiſtunt.

3. Genuini ſunt gravis & ingrati odoris, validi, acris, mordacis & amari ſaporis, ſubſtantiæ fragilis. Fugiendum porro nigrum & rancidum caſtorium.

Vires. *Calf. 3. ſicc. 2. attenuat, aperit, flatus diſcutit, nervos nervoſaſque partes, adeoque caput roborat, ſpir. animales torpidos excitat, venenis reſiſtit, ſternutationem ciet, anodynum eſt, menſes promovet. Hinc proficuum eſt in Lethargo, Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi, Vertigine, artuum tremore, defluxionibus ad articulos, ſtrangulatu uteri, dolore colico: idque uſu tum externo, tum interno. Inſuper tinnitus aurium ac difficultatem audiendi corrigit* (auri inditum) *dentiumque dolori ſuccurrit.*

N. 1. *In ſtrangulatu uteri variis modis adhibetur, admovetur naribus, ſubligatur axillis, inditur umbilico.*

N. 2. *Opii virulentiam corrigit. (unde Guainerio Opii Bezoar dicitur.)*

3. *Pellis* opem fert Podagricis & Paralyticis (*parata & induta.*)

### PRÆPARATA.

1. *Oleum* Caſtorei infuſum. *Vide Diſpenſ. Aug. & Norimb.*

2. *Ol. ſtillat.*

℞. Caſtorei q. v. diſſolve in ✠, aut macera in vino, ejuſve ſpiritu, deſtilla l. △ per ☊m vitream.

N. 1. *Rectificatum aceto.*

N. 2. *Procedi itidem poteſt, ut in deſtillatione Olei Philoſophici, lateres ſed ignitos axungiâ imbibendo & deſtillando.*

3. *Electuarium Diacaſtorium, vide Diſpenſ.*

4. *Extractum* fit l. c. cum 🜄 rectificato.

N. *Alii extrahunt cum Acet. deſtillat. quo rurſum abſtracto reiterant* 🜄. *Quercetanus adhibet aquam deſtillatam convenientem, v. gr. Meliſſæ, Calendulæ, Pæoniæ, aut ſimiles Antepilepticas & Cephalicas, maceratque in B. M.* (♂ 4. *aut* 5.) *Pharmacop. Reſt. cap.* 25.

Doſis à gr. v. ad XII.

[Paratur etiam Eſſentia liquida, Tinctura.]

Hofman. *Caſtor.*) Ejus *axungia* externè applicata nervoſo generi ac utero ſalutare exiſtit remedium, unde in ſuffocatione uterina, epilepſia ab utero umbilico inuncta mirificè prodeſt.

1. Καστόρειον, *Caſtoreum, teſticuli Caſtoris &c.*) Hic *D. Autor* cum aliis communem errans errorem, Caſtorium habet pro ipſis Caſtoris teſticulis, cùm tamen ex ejus conſtet anatome, ejus teſticulos tam eſſe parvos, ut gallorum gallinaceorum ferè vix ſuperent, ſpinæ dorſi adeò adhærentes, ut ſine vitæ diſpendio animali eximi nequeant, id quod & ſuo ſeculo jamdum ſtatuit *Sextius Medicus Plinio fatente Libr.* 32. *cap.* 3. *in tr. de Medicam. ex Animalibus.* Cui ſubſcribit *Dioſcor.* 11. c. 26. adeò ut illud, quod à Caſtorio expetitur, non ſint teſticuli, ſed potius tumores ſeu crumenæ inguinis veſtitæ pellicula ſatis craſſa, quibus parva ſemper annexa eſt impleta liquore, oleaginoſo & cineroſo; qui in illis reperitur craſſus eſt, & ſeipſum poteſt exſiccare ad pulveriſandum, ſed alter in alligata crumenula ſemper liquidus manet. Alii tumores inguinis aut veſicas vocant, ovi anſerini magnitudine, inter quas demum genitalia abſconduntur, quæ in hunc uſum non trahenda, odorem enim habent fœtidum. *Fel. Platerus Tom.* 1. *Prax. p.* 646. *Olaus Wormius in Muſéo Libr.* 3. *c.* 23. *Th. Bartholinus in Epiſtol. Medicinal.* 9. *Centur.* 1.

*Vires. Calfac. ſicc. attenuat, aperit &c.*) Nervos nervoſaſque partes roborat, unde & in convulſionibus externè adhibitum mira præſtat. Sic in ſpaſmo ſequens ſpinæ dorſi inunctum meden-

medentem non deſerit. Recip. Vini aduſt. opr. ℔ß. in hoc infunde caſtorei inciſi ℥ij. ſerva pro uſu. Aqua hirundinum cum caſtoreo in tremore partium, externè applicita miræ etiam eſt efficaciæ.

N. 1. *In ſtrangulatu Uteri.*) *Cl. Zwelferus in Pharmacopœiâ Reg. p. 65. Caſtorium* externè adhibitum & odoretenus hyſtericis magis prodeſſe ſtatuit, quàm intrà corpus ſumptum, ubi magis ſit nocumento. Et quemadmodum odoretenus matricem deprimit, ita intrò propinatum vi loco movendi matricem præditum eſt. Verùm huic experientia contradicit, quâ conſtat, in ſuffocatione communiter dictâ hyſtericâ, ſeu potius hypochondriacâ caſtorei uſu tam interno, quàm externo nihil eſſe præſtantius, prout & Medicamenta inde parata idem evincunt. *Ex hoc præparatur oleum Caſtorei infuſum; Eſſentia, Elixir uterinum &c.* vide Aquas Hyſtericas in Theſ. Pharmac. ſect. 1. nu. 55 ſeq. D. G. R. Et extractum cephalicum & nervinum ex hoc paratum l. c. ſect. 13. num. 1.

## ¶ *XV. Catus Domeſticus.*

Αἴλυρος, Γαλεώτης, Felis, Catus.
- Domeſticus, Katze/ Haußkatze. Un Chat. *A Houſe-Cat.* Een-Huys Katte.
- Sylveſtris, wilde Katze. *A wild Kat.* Een wilde Katte.

Animal eſt libidinoſum, viſu acutum.

### OFFICIN. NAT.

1. *Axungia.* 2. *Sanguis.* 3. *Caput.* 4. *Stercus.* 5. *Pellis.* 6. *Secundina.*

1. *Axungia* cati caſtrati, calfac. emoll. diſcut. mirificè articulorum affectibus prodeſt. [ colicis doloribus & uterinis. ]

N. *Præſtat axungia cati ſylveſtris.*

2. *Sanguinis* gutt. 3. (*ex venula ſub cauda aperta cati maris,*) caducum penitus curant (*epota*) Schwenckf. Quin & cati ſanguinem, (*ex inciſa aure detractum*) herpeti cum ſucceſſu vidi inunctum.

3. *Caput* cati nigri incineratum ad oculorum vitia, unguem, nubeculam, albuginem, &c. remedium præſtantiſſimum eſſe, ſi quotidie ter inſuffletur, ſcribit Mizald.

N. *Venenum quod felibus adſcribitur, in ſolo capite ac cerebro ſtabulatur, non reliquo corpore, utpote quod in cibum nonnullis venit.*

4. *Stercus* (*cum ſinapi ana ex* ✠ *illitum*) alopecias curat, & podagricos juvat.

5. *Pellis* geſtatur ad calfaciendum ventriculum, articuloſque contractos.

6. *Secundinam* de collo ſuſpendunt ad oculorum affectus arcendos. Præferunt autem cati primipari, ejuſque nigri.

Hofman. *Catus Domeſticus.*) *Eſt vel domeſticus, vel ſylveſtris. Illius caſtrati pinguedo* mirificè articulorum doloribus ſuccurrit. *Hujus ſcilicet ſylveſtris pinguedo* umbilico calidè inuncta colicos tollit dolores.

Ex *cerebro*, puellæ philtra ſua componunt.

*Pellis cati ſylveſtris* ad calefaciendum ventriculum & articulos contractos geſtatur.

## ¶ *XVI. Catus Zibethinus.*

Zibeth-Katze. Une Civette. *A Civet* or *Musk-Cat.* Civet ofte Muſcus Catte.

Animal eſt peregrinum, ad noſtras tamen oras tranſportatum, à nonnullis oblectationis ergò ali cœpit.

### OFFICIN. NAT.

*Zibethum,* (*Civeta, Zibetta,*) quod eſt ejus excrementum (*ſeu ſudor.*) inter teſticulos concretum veſica involutum, ex qua inciſa Zibetum depromitur.

Vires. *Calidum, humidum eſt atque anodynum. Uſus crebri in dolore colico, (inungitur umbilico,) in dolore ventris infantum, in ſtrangulatu uteri applicatur vulva, vel cavernula umbilici.*

Hofman. *Catus Zibethinus.*) *Mas & fœmina.* Color Maris varius eſt, plerumque tamen cinereus, ſubnigricantibus diſtinctus virgis, quam in fœminâ albidior ad flavum tendens & pluribus majoribus nigriuſculis Cati Pardi maculis notatus. Effigies ad canum, quàm felium aut potius vulpium figuram accedit, quòd roſtrum non harum ritu obtuſum, ſed illorum formâ oblongum habeat. Aures ipſi ſunt parvæ ac rotundæ, pilus quaſi in taxo, ſed nec mollis, nec aſper admodum. Corpus porcinum fermè apparet & à dorſo ad imum ventrem palmaris diameter eſt; pedes potius parvi, breves, quàm alti, & à cane altitudine ſuperantur. Corporis proportio totius quaſi muſtelæ reſpondet, quæ martes dicitur.

Hoc Animal naſcitur in multis Indiæ Orientalis & Occidentalis partibus, in Regno Peruano hoc Animal magnâ copiâ reperitur & in Guineâ in Provinciis de Loango, Congo, Manicongo, circà flumina Angolæ in altiſſimis montibus, quos animalia hæc pererrant, omni adhibitâ diligentiâ Nigritæ ſive Mori illi perquirunt, veteres arborum aridoſque truncos & ubi aliquas maculas magnas eaſque oleoſas obſervaverint, eò ſeſe conferunt & globoſam quandam materiam truncis iiſdem adhæreſcentem caſtaneas magnitudine æquantem inde auferunt, in aquâ ebullire permittunt, id quod ſupernatat, pingue, & oleoſum removent, mundioribus vaſis infundunt & uſui reſervant; Atque hoc eſt optimum Zibethum.

*Eſt ejus excrementum inter teſticulos concretum.*) A tali excrementitio humore hoc animal maximè vexatur, cum ex intimis corporis partibus ad emunctoria prorumpat & ſudoris inſtar ſub axillis præcipuè & loculis intrà clunes ſitis colligatur non procul à membro genitali. Ex cicuribus h. m. colligitur: Cum ex maſculo detrahere volunt, unus catenulam, quâ ligatur, trahit, alius poſteriores pedes tenet, tertius teſticulos ſive utriculos potius revolvit, qui medii inter anum & pudendum prominent, tam in mare, quàm in fœminâ. In mare duplo grandiores apparent. Hi utriculi internâ ſui parte, ut pili curti hærent, capacem ſatis cavitatem obtinent, in quam ingreſſus patet exiguus. In hac cavitate ſcaturiginem ſuam *liquor ille Zibethicus* inſtar melleæ ſubſtantiæ ſumit. Hic extrahitur immiſſio auriſcalpii majoris ſimili inſtrumento, quod per cavitatem quaquaverſum ſæpè revolvitur. Hoc ubi in uno & altero folliculo (duo enim in quolibet *animali Zibethico* proſtant,) perſtiterint & liquorem illum extraxerint, goſſipio utriuſque pilos abſtergunt. Æſtate liquidior, quàm hieme ſuccus colligitur, æſtate etiam plus-quàm hyeme hujus ſucci colligitur. *Franciſc. Hernandez. l. c. & Fab. Columna ad Iohann. Fab. Lynceum in Epiſtolâ.*

N. Nigritæ & Mori carnibus hujus animalis veſcuntur, licet peſſimi odoris & ad venerem præſtare maximum ſtimulum affirmant.

N. *Pellis ventris ipſius* eſt ſalubertima in omnibus frigidis affectibus. Ventriculum roborat, ſi quotidie ipſi impoſita geſtetur in primis in corpore craſſo.

*Vires.*) Calidum, humidum eſt, atque anodynum. Uſus crebri in colicâ paſſione umbilico inunctum, in torminibus ventris infantum, ſtrangulationem ab utero tollit vulvæ applicatum: Ad virgæ erectionem & proritandam in virginibus venerem plurimum etiam facit glandi penis ante pugnam inunctum cum tantillo theriacæ miſtum. Ex hoc etiam cum Ambrâ & moſcho Aqua externa de cypro præparatur vid. Theſaur. Pharmaceutic. annex. ſect. 2. n. VIII.

¶ *XVII. Cer-*

¶ *XVII. Cervus.*

Ελαφος { Mas, Cervus, Hirſch. Un Cerf. *The Hart*, or *Buck*. Een Hert.
Fœm. Cerva, Hin / Hinden. *The Hind*, or *Doe*. Een Hinde.
Hinnulus. }

Animal eſt vivaciſſimum (ad annos 100.) curſu velociſſimum, cornua quotannis menſe Aprili deponens, coit menſe Auguſto & Septembri, circa diem Ægidii, parit menſe octavo.

OFFICIN. NAT.

1. *Cornu.* 2. *Corium.* 3. *Os de corde.* 4. *Genitale.* 5. *Teſticuli.* 6. *Sanguis.* 7. *Lachryma.* 8. *Medulla.* 9. *Sevum.* 10. *Talus ſ. Aſtragalus.* 11. *Lapis.*

Vires.

1. *Cornu* crudum reſiſtit putredini, malignitatem corrigit, ſudorem ciet, balſamum humanum corroborat, Hinc uſus ejus proficuus in variolis, morbillis, febribus putridis & malignis, aliiſque morbis, ubi ſudore opus eſt. *Incoqui poteſt decoctis, macerari in infuſionibus, (quippe in ſubſtantia exhibitum, crudum fere egeritur.)*

N. *Commendatur collectum intrà feſtivitates Mariæ, id eſt, inter* 15. *Auguſti, &* 8. *Septembris.*

PRÆPARATA.

Ex Cornu.

1. *C. C. uſtum, v. l.* 2. *c.* 43.

2. *C. C. præparatum*, fit ex uſto quod cum ▽ cordiali l. a. lævigatur.

Vires. *Vi ſuâ ſiccante putredini reſiſtit, fluxus alvi ſedat, vermes necat, ſudores ciet, Medicinaque eſt infantibus familiariſſima.*

Doſis à ℈ j. ad ʒ j. & ultra.

3. *C. C. Philoſophicè calcinatum vide l.* 2. *c.* 43. Sudores ciet, morbis malignis confert.

Doſis ad ʒß.

4. *Magiſterium. Cornua raſpata ſolvuntur in acet. deſtill. præcipitantur per Ol. tart. vel ⊖i, edulcoranturque ablutione cum* ▽. *Hinc ſiccata ſervantur.*

N. 1. *Alii ſolvunt cum ſpir. ſal. nitr. quo dein rurſus abſtracto, Magiſterium in fundo relictum edulcorant. In abſtractione à ſpir. ſal. nitr. cautione opus eſt, ne ſcilicet accenſio, quæ facilè accidere alias poteſt, damnum pariat. Cautius ergò procedunt, qui ſolutionis* ℥ *iv. affundunt* ▽ *fontan. menſur.* 1. *ac filtrant, filtratumque ſi opus ſit inſtillando Ol. tart. præcipitant.*

N. 2. *Alii ſolvunt cum* ▽F, *præcipitantque cum ſpirit. Vitrioli ac edulcorant.*

N. 3. *Magiſterium præcipitatum cum Ol. tart. flaveſcit, è contra cum Ol. aliquo minerali. E. g.* ⊖*i evadit candidum.*

5. *Galreda ſeu Gelatina. Vide l.* 2. *cap.* 26.

6. *Liquor ſeu ſpiritus. Vide l.* 2. *cap.* 70. *&* 81.

(Liquorem C. C. ſuccinatum Antiepilepticum pro infantibus habet Etmüllerus in valetud. infant.)

7. *Oleum. v. l.* 2. *c.* 70.

N. *Veri olei C. C. deſcriptionem vide in Keſkr.*

8. *Sal volatile l.* 2. *c.* 70.

Sunt qui Sal. C. C. fixi ℥ ij. cum ▽ rectificati ℥ j. ♂ aliquot (12) digerunt, atque dein ▽ ad medietatem abſtrahunt, reſiduumque ſervant. *Titulo Tinctura Salis C. C.*

Doſis à gr. v. ad ℈ß.

*Extractum* C. C. fit ſuperfundendo ſegmentis cornuum cervi aq. propriam & tincturam digeſtione menſtrua extrahendo.

9. ▽ *è Typhis cervinis.* Hirſchkolben. ▽ *Water of the nevv horns of a* Hart. Water van de ionge Hoornen van een Hert.

℞. *Cornua Cervi novella, ſanguine adhuc ſucculenta, in fruſtula concide, deſtillaque in* MB *aut* VB *vel per ſe, vel cum pauco vino generoſo, donec omnis liquor extillarit.*

Vires. *Utiliſſima eſt in febribus ardentibus malignis.*

Doſis cochlear ſ. vel per ſe, vel cum appropriata aliqua ▽. *Hartm. in Senn. Inſt.*

[è Typhis recentibus medulla ✠ deſtillato extracta præſtantiſſima in exceſſiva oris ſiccitate.]

10. *Unguentum C. C. anodynum vid. l.* 2.

II. *Corium.* Ex corio fit cingulum, quo mulierculæ utuntur ad inguina ſtringenda, uterinaſque affectiones compeſcendas.

[Cor confortativum cordis, ex præparatis præbent Aquam Cordis Cervi.]

III. *Os cordis* Hirſch-Kreutzlein. *The Bone of the* Harts *Heart.* Het Been van het herte van een Hert, *eſt arteriarum in baſi cordis concurſus, qui cum ætate & inprimis turgeſcentiæ tempore durior fit, & in os degenerat*: peculiariter cordi convenit, idque à malignitate tuetur, cuſtodit partum, & prægnantibus mirè conducit.

IV. *Genitale* (*Priapus*) diureticum eſt, Venerem ſtimulat, (Pleuriticis) dyſentericis, colicoque dolore correptis auxiliatur. Datur tùm tritum, tùm decocto in coctum, vel & aquam qua genitale ablutum eſt, exhibere convenit.

V. *Teſticuli ſicci è vino poti*, concubitum cum voluptate excitant. Schvvenckfeld.

VI. *Sanguis inaſſatus ſartagine*, dyſenterias & cæliacor. profluvia ſiſtit: eſt & efficax contra toxica; commendatur ad dolores coxendicis & lateris [*cum oleo decoctus.*]

PRÆPARATA.

Etſi ex ſanguine cervino & hircino non minus ac ex ſanguine humano elici queant, *Spiritus, Oleum & ſimil.* Inprimis tamen in uſum Medicum accerſitur.

*Balſamus Antipodagricus* paratus ad modum qui habetur de ſanguine humano.

N. *E dictis animalibus ſi interiora viſcera, videlicet pulmones, cor, atque hepar particulatim diſſecta unà cum ſanguine macerentur, nobilior eorum eſſentia ſimul prolectatur.*

Vires. *In podagra maximi eſt ſolaminis, (illitus,) inſignis item ejus uſus eſt in contracturis à quacunque cauſa ſubortis, quippe vi ſatis magnam reſolvendi vim obtinet. Gluckr. in Beg.*

(Spuntonus Sal volatile ſanguinis Cervi Cephuram ſ. Cervi Balſamum radicalem naturæ, arcanum in Medicina, vocat; putrefacit cum ▽ xv. ♂. hinc deſtillat, vaſe refrigerato collo retortæ adhærens ſeparat.)

Doſis

Doſis gr. IV. ad gr. vj.

VII. *Lachrymæ* ſ. ſordes quæ in oculorum angulis reperiuntur, velut cera indurata, odoris aliquantulum gravis, tandem fragrantis (*lapis vulgò dicitur*) ſiccant, adſtringunt, corroborant, ſudorem cient, ideoque adverſus venena morboſque contagioſos quàm ſummè celebrantur, ut vel cum Lapide Bezoar viribus certare dicantur.

Quinimò (ut ſcribit ad me Cl. D. D. Horſtius) proſunt lachrymæ quoque in difficultate partus, adeo ut earum vis nuper adhuc ſit comperta in mortuo etiam fœtu expellendo.

*Doſis gr. 3. 4. vide Caſp. Bauhin. l. de lap. Bezoar. c. 8. & 9.*

N. *Lachrymarum harum aliquot fruſtula colore obſcurè fuſca, conſiſtentiâ cereâ, pilis immixtis referta, dono liberali mihi impertita eſt Illuſtriſſima Saxoniæ Princeps, Sophia Eleonora, Conjux Illuſtriſſimi ac Celſiſſimi Principis ac Domini, Dn. Georgii Haſſiæ Landgravii, &c.*

VIII. *Medulla* ferè omnium laudatiſſima eſt, præſtatque præ reliquis in ulceribus malignis, ut & in Tibiarum ulceribus. *Plin.*

IX. *Sevum* commendatur præ aliis in tumoribus molliendis, vulneribus aſtringendis: perniones perſanat, dolores ſedat.

## PRÆPARATA.

*Ol. ſtillat.* ſevi vel axungiæ fit. *l. c. lib. 2. c. 70.*

Vires. *Emollit, lenit, ſummum mitigativum eſt in podagra, ſemel ac iterum de die illitum.*

X. *Talus ſ. Aſtragalus* utilis eſt Dyſentericis.

XI. *Lapis* in corde, ventriculo, vel inteſtinis nonnunquam repertus, cum Lapide Bezoar viribus ſuis convenire dicitur. *Crato Epiſt. 160. Encel. de lap. l. 3. c. 49. C. Bauh. de lap. Bez. 11.* Inprimis verò lapis è vulva erutus phylacterium eſſe fertur prægnanti & perficere ut partum perferat.

N. 1. *Optima omnia è cervo cenſentur, collecta ex cervo turgeſcente, quod fit circiter Ægidii Feſtum initio Septembris.*

N. 2. *Cauda cervi venenata eſt.*

HOFMAN. *Cervus.*) Hujus 1. *Cornu.* 2. *Corium.* 3. *Os de Corde.* 4. *Genitale.* 5. *Teſticuli.* 6. *Sanguis.* 7. *Lachrymæ.* 8. *Medulla.* 9. *Sevum.* 10. *Talus ſeu Aſtragalus* 11. *Lapis in uſu ſunt.*

1. *Cornu.*] *Cornua* quotannis menſe Aprili deponit. Cur cervus *cornua* deponat, variæ Autorum ſunt ſententiæ. *Voſſius de Idololatr. Libr. 3. Cap. 57.* cauſam rejicit in cornuum contiguitatem oſſi cranii, non continuitatem, dum cuti duntaxat adhærent. *Cl. Helmontius de Lithiaſi* Cap. 1. §. 13. hanc aſſignat rationem, quòd cornua iſta partim de materiâ ſint oſſeâ, partim de ligneâ & propterea ſpinas & ramulos æmulari & annuatim decidere ob proprietatem frondium & partis ligneæ retentam. Verùm fruſtra in hac ratione eſt *Helmontius.* Ob nimiam duritiem, putat *Cl. Zwelferus in Pharmacop. Reſtitut.* p. 462. cornua à ceruis deponi, quæ prohibeat, quo minus pro alimento ipſorum copioſè affluens ſanguis diſpergi ac circulari poſſit ex ſanguine circà brumam collecto vermiculos tractu temporis enaſci, qui erodendo pruritum excitent, donec cerui concitati cornu arboribus affricent & tandem decidere faciant, fieri id plerumque menſe Februario. Tales vermes obſervarunt in cervi capite circà Vertebram, ubi caput cervici nectitur, *Ariſtot. Libr. 2. hiſtor animal. c. 15. Plinius Libr. 9. c. 37.* viditque *Conrad Heresbacchius in comp. Therap.* in exentrati menſe Majo cervi ſucciſis cornibus apertum cranium pollicaribus ſcatere vermibus præter capita rubra albicantibus. Plerique tamen putant, cervis deponendi cornua vim à comeſtione ſerpentum oriri. Ut enim quidam ſerpentes ſunt quales apud Indos Canauhcoal ſeſe foliis occultantes & cervos tranſeuntes vi anhelitus attrahentes & comedentes *Nierembergius Libr. 12. hiſtor. natur. Cap. 17.* quales Libyæ ſerpentes cervos deprædantes *Oppianus Libr. 2. cyn. v. 253* Sic & cervi naribus extrahunt ſerpentes latibulis & comedunt, ut rejuveneſcant, cum diuturnæ ſint vitæ, ut ſenium deponant, ut inteſtinorum vermes involucris implicitos in ſenio confectis enecent. Alii poſt ſerpentum comeſtionem cervorum ſanguinem efferveſcere ſtatuunt & quaſi fermentari, unde vermiculi pronaſcantur ex venis capillaribus, qui ad cornuum radices prorumpentes eorum internum nutrimentum depaſcantur, donec eo alimento defraudata exſucca decidant.

Colligendum eſt inter 15. Auguſti & 8. Septembris ob vim ſuam balſamicam, quæ tunc temporis vel maximè viget.

1. *Cornu crudum reſiſtit putredini &c.*) Hoc ad plurimos morbos curandos vim obtinet mirabilem, præſertim in malignitate per ſudorem & urinam corrigendâ, unde in variolis, morbillis, febribus malignis ſummo cum fructu adhibetur.

Præparata *ex Cornu* 1. *CC. uſtum &c.*) Hoc *Cl. Zwelferus* ceu inutile planè rejicit, quia omni virtute Medicinali propriâ eſt caſtratum & in terram mortuam redactum. Cui ὁμόψηφος eſt *Helmontius in Pharmacop. ac Diſpenſ. modern.* §. 41. & *de Lithiaſ.* Cap. 3. §. 29. Contrà Alii C C. uſtum non ſolum in ſubſtantiâ aſſumptum diaphoreticum eſſe ſtatuunt, ſed etiam in decocto uſurpatum quotidiano potu putredini reſiſtere & morbo Ungarico laborantibus convenientiſſimum eſſe, *Iohann. Michelius ad Gregor. Horſtium in epiſtolâ, quam hic Libr. 3. ſect. 1. Conſil. & Epiſtol. Medicinal. inſeruit. Horſtius centur. problem. Medicor. therapeutic. decad. 1. quæſt. 4.* Nec contradicit *Noſter Rolfinck in Ord. & Meth. conſult. Libr. 4. conſil. 13.* Cui & Nos adſtipulamur experientiâ quotidianâ edocti, C C. uſtum diaphoreticum non ſolùm obſervari, ſed & ebullitionem humorum ſedare, diarrhœam compeſcere, vermes necare &c. licet particulæ ſalinæ cum Sulphureis videantur deſtructæ, tamen nihil obſtat, alia enim eſt ignis, alia Archéi ſtomachici eſt operatio cum remedii adaptatione, quam nullus intellectus humanus ſatis aſſequi poteſt. Nonnulli hunc effectum à ſale aliquo fixo, quem in eo supereſſe putant, provenire ſtatuunt, ſed autopticâ deſtituimur experientiâ.

N. Raſura etiam CC. in petiâ ligata & potui impoſita diaphoretica eſt. CC. uſto utimur in febribus cum diarrhœâ conjunctis, raſurâ autem, ubi alvi laxatione opus cum ſudoris elicio.

3. *C C. Philoſophicè calcinatum.*) Seu ſine igne, vulgari ſolum coctione elaboratum omnibus palmam præripit diaphoreticis ex regno animali deſumptis, in debitis indicationibus, ut temperatum, in malignis verò non tam primæ debellationi, quàm reliquiarum extinctioni potius cum bezoardico ☉lari, ☽nari, Ioviali, Martiali dicatum ſatis efficax. Licet etiam ſic præparatum aliquam ſalis volatilis & olei jacturam, ut *Cl. Zwelferus putat*, ſuſtinuerit, ideo tamen hoc planè rejicere non decet, tutum enim ac jucundum in plurimis affectibus exiſtere remedium, quotidiana Nos docet experientia.

4. *Magiſterium.*) Illud quod Acet. deſt. ſolvitur & ol. Tartari præcipitatur, nullius eſt valoris, prout & hoc 2. cum aq fort. ſed quod ſp. Nitri ſolutum & copioſâ ▽ ſ. edulcoratum eſt, optimum habetur. Eleganter etiam cum ſp. Vitrioli poſt mediocrem hujus abſtractionem copioſâ ▽ ſ. præcipitando conficitur, ſed hoc magis alterat & adſtringit, quàm ſudores movet.

5. *Galreda ſeu Gelatina.*) Hæc quomodo præparanda ſit, notum eſt mulierculis noſtratibus.

6. *Liquor ſeu ſpiritus, oleum & 8. Sal volatile.*) CC. crudum & in fruſta diſſectum imponitur retortæ fictili & appoſitè recipiente capaciſſimo datur ignis per gradus & quinque diſtinctas acquires ſubſtantias, primò phlegma, deinde liquorem ſpirituoſum, tertiò oleum leve ac ponderoſum cum volatili & denique Cap. mort. Per rectificationem ſingulæ hæ ſubſtantiæ ſigillatim & ſeorſim haberi poſſunt.

N. Liquor cum ſale volatili rectificatiſſimus penetrantiſſimum eſt remedium polychreſtum, alexipharmacum, in epilepſiâ, vertigine, lethargo, cataphorâ, ſuffocatione hyſtericâ ſingulare ſpecificum tam intus quàm extus, odoretenus etiam adhibitus. Ex hoc præparatur etiam C C. ſuccinatum, Cinamomiſatum, Citratum &c.

Sal CC. volatile cum arcano tartari nuptum in malo hypochondriaco ſcorbuto, arthritide fixâ & vagâ, ſuppreſſione menſium non adeò deſes.

*Sunt, qui ſal CC. fixi* ℥ ij. &c.) Sal CC volatile figitur ſpir. Vitrioli, item Salis &c. verum ego majori cum fructu in praxi meâ nudo ſale volatili utor CC. albiſſimo inſtar cryſtallorum ad acida fermenta in viſceribus corrigenda & putredinem inhibendam.

*Extractum CC. &c.*) Ex hoc nil niſi gelatina reſultat.

9. ▽ *è Typhis cervinis.*) Hirchkolben Waſſer. Hæc in febribus ardentibus & malignis non ſolùm, ſed & in puerperis apud

Nos

Nos magni uſus eſt. Ob vim ejus balſamicam & moderatè refrigerantem malignitati reſiſtit, loco vehiculi etiam uſurpari poteſt cum aliis efficacioribus &c.

2. *Corium.*) Ex corio fit cingulum, quo mulieres utuntur ad inguina ſtringenda & ſuffocationem uterinam compeſcendam.

3. Os *Cordis.*) *Doctiſſ. Veſalius Libr. 1. de Fabric.* Hum. 10. hoc os in corde cervorum reperiri fabuloſum eſſe teſtatur, item *Braſavolus in examine ſimplic. Rondeletius in Aureâ Alexandrinâ*: qui hoc os in corde reperiri negant. Verùm magnis hiſce de Arte Medicâ benè meritis erroris anſam forſan dedit, quod os cordis cervini in aëre demum duram & oſſeam acquirat conſiſtentiam, in cervis autem nuper mactatis adhuc cartilagineum, molle ac flexile ſit. Magnarum hoc eſt virium, palpitationem cordis ſedat, alexiterium eſt, melancholiæ medetur, quare & in præſtantiſſima ingreditur antidota, qualia *Elect. Liberans, lætificans Galeni confectio de hyacinth. Diamargarit. frigid.* Cuſtodit etiam partum, prægnantibus & puerperis mirè conducit.

4. *Genitale* (*Priapus*) Dyſenteriæ & colico dolori medetur, item in pleuritide hujus raſurâ in aq. Scabioſæ nihil præſtantius. In ſuffocatione uterinâ priapus cervi juſto æſtus tempore exſectus præſente paroxyſmo quantum cuſpide cultelli ſumi poteſt in aquâ appropriatâ propinatus eſt ſingulare remedium.

5. *Teſticuli ſicco ex vino poti.*) Item *ſperma cervorum*, quod ad Priapum in paraſtatis reperitur, dum cervis œſtro libidinis percitus in ipſo coitu globulo perfoditur ad rem veneream cum vino propinatum valdè efficax eſt.

6 *Sanguis inaſſatus ſartagine* &c.) In hoc ſanè egregia etiam latent arcana, quæ tamen prius erui non poſſunt, quàm ſi in ſpiritum & ſal volatile deſtilletur.

7. *Lachrymæ ſeu ſordes.*) Lapis vulgò dicitur. Hic contrà venena & venenatos morbos eſt antidotum, pretioſis Regum theſauris anteponendum. *vid. Zacut. Luſitan. de Medic. Princip. hiſtor. Libr. 6. hiſtor.* 29 *obſerv.*

8. 9. *Medulla & ſevum.*) *Sevum* dentium etiam dolores mitigat & vermes ex illis trahit linteo exceptum & ad ignem liquatum gingivis impoſitum.

10. 11. *Lapis in corde, ventriculo, vel inteſtinis &c.*) Lapidem in corde cervorum, prout & in ventriculo & aliis partibus inveniri, nemo facilè in dubium vocabit. De *Serpenſe Lapideo* in ventriculo cervi reperto nota eſt hiſtoria *à D. D. Johann. Dan. Majore* pertractata in diſſertat. epiſtolic.

N. Lapis ex corde cervino exemptus in peſte & aliis venenatis morbis curandis laudem meretur, talem etiam ut longè præferendus ſit cuivis Lapidi Bezahar. *Zacut. Luſitan. de Medic. Princip. hiſtor. Libr.* 6. *h.* 27. *p. m.* 900.

N. Aquam cordialem ex corde cervi vid. in Theſaur. Pharmaceutic. annexo ſect. 1. num. 24. 25.

## ¶ *XVIII. Cochlea.*

Κοχλὸς, κοχλία, Limax, Schnecken. Coquille de Limaçon. *The Snail.* Een Slecke.

Cochleæ { Teſtaceæ, Nudæ (*ſine teſtis.* Fluviatiles.

Præferuntur quæ in locis apricis & vinetis degunt, herbiſque vivunt odoratis, collectę ante ortum Solis. *vide Foreſt. l.* 16. 58.

N. *Fluviatiles eaſdem quidem vires obtinent, ſed rarioris uſus ſunt. Generantur ex terræ limo, vivunt rore, plantiſque variis. Inimicantur coturnici ac ardeæ, quibus in prædam & cibum veniunt. Antipathicæ ſunt maximè Lacertis ac Simiis: Nimirum, hæ cochlearum vel & teſtarum ſolarum præſentiam adeo formidant, ut ſeſe contrahant, formidineque excrementa egerant.*

### OFFICIN. NAT.

1. *Cochleæ integræ.* 2. *Teſtæ.* 3. *Pinguedo.* 4. *Mucus.*

### Vires.

1. *Cochleæ* refrigerant, incraſſant, conſolidant, leniunt, nervis conveniunt ac pulmonibus. Hinc uſus præcipui internè ad tuſſim, phthiſin, ſcreationem ſanguinolentam, alioſque pulmonum affectus; hinc ad Epatis calorem, & colicum dolorem.

Extrinſecus maturant ac rumpunt anthraces, (*impoſitæ tùm ſolæ, tùm cum felle tauri*, conſolidant vulnera præcipuè nervorum, ulcera ſanant, (*inprimis tibiar.*) inflammationes (*podagricas*) mitigant, ventrem hydropicor. hydrocelemque hernioſorum detumeſcere faciunt (*cum teſtis tritæ & impoſitæ*] hæmorrhagiam cohibent (*fronti applicatæ*) Spuma ex cochleis ſine ▽ igni appoſitis fiſtulas domare dicitur.

3. *Teſtæ* tritæ exhibentur calculoſis, rimas manuum ſiccant & conſolidant.

*Pinguedo* (*in elixato brodio, ubi id refrixerit, ſupernatans*, oculorum rubedini doloribuſque medetur, defluxiones ad oculos intercipit (*fronti cum albo ovi impoſita.*)

4. *Mucus ſalivoſus* (*quem compunctæ cochleæ reddunt,*) emplaſticus eſt, ideoque glutinans, defluxioneſque ad oculos intercipiens (*in anacollematis.*)

### PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillat.* è carne menſe Majo vel Octobr. per MB. prolecta convenire dicitur atrophiâ laborantibus. Epar nimirum corroborare ſtatuitur.

Extrinſecus faciem fucat.

2. *Cinis cochlear.* Exiccat, incraſſat, cutis rimas ac ſcabritiem exiccat, Synoviam das Glied-Waſſer ſiſtit.

### 3. *Liquor Limacum.*

Rubri limaces conciſi miſceantur cum pari pondere Sal. communis, conjiciantuque in manicam Hipp. ut in cella defluant in liquorem, quo dolentes partes podagricæ illinuntur, & verrucæ ſcalpello prius abraſæ facilè averruncantur.

S. Cloſſ.

[Liquor Limacum ani procidentiam tollit.]

Hofman. *Cochleæ.*) *Hujus integræ ſubſtantia* 2. *Teſtæ.* 3. *Pinguedo.* 4. *Mucus*, uſui cedit medico.

1. *Cochleæ*) Refrigerant, incraſſant, conſolidant, leniunt, nervoſo generi ac pulmonibus dicatæ ſunt. Unde in phthiſi, exputitione cruentâ &c. commendantur. Externè hydropicorum ventrem & hydrocelen hernioſorum cum teſtis tritæ detumeſcere faciunt impoſitæ. Harum pinguedo in elixato brodio, ubi refrixerit, ſupernatans, oculorum rubedini ac doloribus medetur.

Præparata *ex his* ▽ *ſtillat. &c.*) Hæc convenire dicitur atrophiâ laborantibus, qualis aqua antiphtiſica Mynſichti. Verùm hæ deſtillatæ ne atomum quidem virium largiuntur, utpote ſolidioris ſubſtantiæ & duriuſculæ; decoctæ quidem mucilaginem, in quâ virtus earum nutritiva, glutinans, ſtabulatur, in juſculum deponunt, ſed non in deſtillatum.

## ¶ *XIX. Cuniculus.*

Κόνικλος, Küngle/ Künglein. Un Lapin. *The Coney.* Een Koniin.

Animalculum eſt leporini generis, timidum, fœcundum admodum & prolificum.

OFFICIN.

OFFICIN. NAT.

1. *Integer uſtus.* 2. *Axungia.* 3. *Cerebrum.*

2. Vires. *Cuniculus totus exuſtus* medetur Anginæ ſ. faucium inflammationibus *cum coſto & folio illitus.*

2. *Axungia* articulis & nervis induratis utilis eſt.

3. *Cerebrum* venenis reſiſtere creditur, alioquin leporino correſpondens.

HOFMAN. *Cuniculus.*) *Totus exuſtus* faucium inflammationi ſeu anginæ medetur cum coſti folio impoſitus. *Pinguedo* tumoribus ſcirrhoſis confert. *Cerebrum* venenis reſiſtit.

¶ *XX. Elephas.*

Ἐλέφας, Elephantus, Elephant / Helffant. Un Elephant. *Te Elephant.* Een Elephant / of Oliphant.

Animal eſt rariſſimum, vivaciſſimum, placidum ac docile.

OFFICIN. NAT.

*Soli dentes, Ebur vulgò dicti.*

Vires.

*Ebur* refrigerat & ſiccat moderatè, adſtringit, incidit, viſcera roborat, albas mulierum fluxiones ſiſtit. Ictero convenit, lumbricos fugat, diuturnis obſtructionibus confert, ſtomachi dolores & imbecillitatem abigit. Epilepſiæ medetur, melancholiam arcet, putredini ac venenis reſiſtit. Adhibetur ejus Limatura in infuſionibus, quin & pulvis in ſubſtantia exhibetur.

Doſis ʒß.

PRÆPARATA.

1. *Ebur uſtum* (*ſpodium vocant,*) *& ad differentiam ſpodii mineralis, ſpodium ex Ebore.*

2. *Trochiſci de ſpodio, vide Diſpenſat.*

N. *Sunt qui Ebur ad fœcunditatem commendant, verum cum ſit animal paucæ prolis, tarde pariens,* (*biennium ſcilicet gravidum,*) *potius ad ſterilitatem fœtuſque retentionem facere conjecturatur, quam ad conceptionem promovendam.*

HOFMAN. *Elephas.*) Soli hujus *dentes*, *Ebur* vulgò dicti, in uſu ſunt, de horum viribus vide partim *D. Autorem*, partim *Zacut. Luſitan. de Medicor. Princip. hiſtor. Libr. 1. hiſtor. 24. p. 41.*

1. Ebur *uſtum.*) Albiſſimum evadit, ſi in aperto igne, nigerrimum verò, ſi in vaſe clauſo calcinaveris, dum in illâ calcinatione totum exhalavit Sulphur, in hâc verò quaſi compreſſum & ſuffocatum fuit in talem nigredinem degenerans, ad quem effectum non parum etiam præſtat liberior aëris acceſſus. Idem etiam cum CC. uſto & aliis evenit. Habetur etiam ſine igne præparatum, & gelatina ex hoc præparata egregium confortans eſt, unà ſtomachicum, epaticum & uterinum. Nec minus ſal volatile & oleum ſubtile ac craſſius exinde paratur. In ſubſtantiâ vel maximè commendatur contrà catarrhos tenues & ſalſos tùm uſtum tùm ſ. △ præparatum. Si miſceatur cum corall. r. ppt. & Oſſ. de corde cervi inſervit pro confortatione fœtus ad præſervandum abortum in gravidis.

¶ *XXI. Equus.*

Ἵππος, Equus, Mas, Equa Fœmina, Pferd. Un Cheval. *A Horſe.*, *A Mare.* Een Paert / of Ros / en Merrie.

OFFICIN. NAT.

1. *Sanguis.* 2. *Coagulum.* 3. *Lac.* 4. *Stercus.* 5. *Lichenes.* 6. *Teſtes.* 7. *Pinguedo jubar.* 8. *Ungula.* 9. *Pili.* 10. *Saliva.* 11. *Dens.* 12. *Lapis.*

Vires. 1. *Sanguis* (*malunt nonnulli equarum admiſſuram expertarum*) admiſcetur ſepticis ac cauſticis.

2. *Coagulum,* (*Hippacen vocant,*) privatim Cæliacis, Dyſentericiſque convenit.

3. *Lac* utile cenſetur Epilepticis, Phthiſicis, Tuſſientibus, Aſthmaticis.

4. *Stercus* extrinſecus ſanguinis eruptiones cohibet, (*tam crudum, quam uſtum,*) fœtum mortuum, ac ſecundinas expellit, [*in ſuffitu.*]

Internè propinatur in dolore colico, ac ſtrangulatu uteri, & ſimiliter in fœtu mortuo & ſecundinis expellendis.

N. *Præſtat ex equo avenâ nutrito, & non caſtrato.*

5. *Lichenes* (*calloſa excrementa in equorum cruribus naſcentia,*) laudantur peculiariter ad uterinas ſuffocationes, (*ſuffitu ſubtus facto,*) ut & ad morbum comitialem, & calculum, (*pulvis propinatus.*)

PRÆPARATA.

*Extractum Lichenum fit ex lichenibus ſiccatis cum* 🜄, *vel alio appropriato ſpiritu.*

Doſis à gr. v. ad ℈ß.

N. *Hartm. Menſtruum parat ex Meliſſ. & Vini ana* ℔ iij. *quæ per* ☉*m ex cineribus deſtillat ſuper Succini & Gagati* ℥ ij. △*e in fine forti, hinc* ▽*m ab* ☋*o ſeparatam adhibet.*

6. *Teſtes caſtrati* ad ſecundinas pellendas remedium præſentiſſimum (*pulveriſati.*) Commendatur quoque in doloribus colicis.

7. *Pinguedo jubati colli* Kammſchmaltz. Illinitur commodè articulis luxatis.

8. *Ungula* fœtus mortuos ſuffitu exturbat, pediculoſque fugat [Antidyſentericum præſentaneum frixa in butyro Ungula putatur.]

9. *Pili* ſanguinis fluxum reprimunt.

10. *Saliva* ſpuma oris triduo pota, tuſſim ſanat, fervorem faucium contundit.

N. *Aqua frigida ex ore equi non caſtrati in præterfluente potantis elapſi, & ſubito vaſculo collecta, prodeſt ad ſterilitatem emendandam,* (*ſemel ac iterum pota*) *Hartm. in pr.*

11. *Dentes* primùm naſcentes, dentitionem facilitare dicuntur, (appenſi.) Dentes dealbant, (cinis affricatus.)

12. *Lapis* (*Hippolithus*) in ventriculo aut inteſtinis equorum nonnullorum repertus, uti Lapidi Bezoar, (Occidentali,) figurâ & lamineâ ſtructurâ non abſimilis eſt, ita & viribus eundem æmulari ſtatuitur.

N. *Hiſtorias lapidis hujuſmodi, ovi magnitudine reperti, habet Iordanus tract. de peſte, Phænom. tr. 3. cap. 9. Schvvenckfeldius in Teriotroph. vide &c. Bauh. tr. de Lap. Bez. c. 25. His ſubjungi meretur lapis ejuſdem ferè magnitudinis, quem noſtro hoc tempore præbuit mortuus equus,* (*ut audio Hiſpanicus,*) *non procul ab urbe hac noſtra Francofurtenſi diſſectus; quem apud Henr. Wolrath Comitem de Stolberg. videre contigit. Cujus vires eaſdem cum Lap. Bez. Occidentali experientia docuit.*

HOFMAN. *Equus.*) Hujus 1. *Sanguis.* 2. *Coagulum.* 3. *Lac.* 4. *Stercus.* 5. *Lichenes.* 6. *Teſtes.* 7. *Pinguedo jubar.* 8. *Ungulæ.* 9. *Pili.* 10. *Saliva.* 11. *Dens.* 12. *Lapis uſui inſerviunt Medico.*

N. Quamprimum *pullus equinus* in lucem prodit, vomitu materiam rejicit, quam niſi quis præripiat, mater ſtatim devorat, hæc materia ſiccata & pulveriſata à caduco liberat.

1. *Sanguis.*) In ſummâ etiam copiâ ſal ſuppeditat volatile elegantiſſimum caduco expellendo præſtantiſſimum.

2. 3. *Lac* exhibetur etiam ad variolarum eruptionem promovendam.

4. *Stercus.*) Mulieres etiam offerunt infantibus cum lacte expreſſum variolis laborantibus ad eruptionem accelerandam, atque hoc fit ratione ſalis volatilis in eo contenti.

5. 6. *Teſtes caſtrati &c.*) Commendantur etiam in partus difficultate, unde *Heinricus ab Heer Libr.* 1. *obſ.* 14. cuidam fœminæ difficultate partus laboranti pulverem teſtium equi in aq. lil. alb. cum croco propinaverat, dimidio quadrante citius puerum croceo colore tinctiſſimum enixa eſt. In doloribus colicis etiam citiſſimam præſtant opem.

7. *Pinguedo jubati colli*) *cutis jubati colli* vi detracta à vivo e quo & capillitio abraſo hominis impoſita renaſcentes facit pilos, ſed non ſine cephalalgia, qui prius progerminant æmulantur equinos, & hi tamdiu abradendi, dum humani ſequantur.

8. *Ungulæ.*) Equi non luxuriantis in butyro frixa contrà dyſenteriam præſentaneum eſt remedium.

9. 10. *Saliva.*) Exterius inuncta, in primis à non caſtrato & nunquam ♀ nerem experto deſumpta verrucas tollit & illarum proventum prohibet.

11. 12. *Lapis* (*Hippolithus*) vide de hoc *Lapide* Nobiliſſ. *Philipp. Jacob. Sachs, à Lewenheimb in ſuâ gammarolog. cap.* 14. p. m. 299. Lapidem Bezahar viribus æmulari ſtatuitur.

### ¶ XXII. *Erinaceus.*

Ἐχῖνος, ein Igel/ Hochel/ Un Heriſſon. *The Hedge-Dog and Hedge-Hogg.* Een Egel. { caninus, ſuillus.

Animal eſt terreſtre, echinatum, Hyeme in cavernis arborum occultatur, veſcens muribus, juglandibus, malis, pyris, & ſimil.

### OFFICIN. NAT.

1. *Echinus ipſe.* 2. *Iecur.* 3. *Axungia.* 4. *Ventriculus.*

Vires.

1. *Subvenit* (*coctus vel incineratus & potus*) involuntariè mingentibus, ſtomacho gratus eſt, alvumque & urinam movet *Foreſt. l.* 21. 15.

Extrinſecus illitus alopeciæ ſubvenit.

2. *Iecur* vel & corpus exiccatum atque cum Oxymelite ſumptum, renum vitiis auxilio eſt, medetur Cachexiæ, Hydropi, convulſionibus & Elephantiæ; viſcerum fluxiones exiccat. *Dioſcor.*

3. *Axungia* feliciſſimè herniis medetur. *Hartm.*

4. *Ventriculi* tunicam interiorem commendant ad dolores colicos (*aſſumpt.*)

### ¶ XXIII. *Homo.*

Ἄνθρωπος, Menſch. Homme maſle, femelle. *Man* and *Woman.* Menſch/ oft Wyf. { Mas. Fœmina.

### OFFICIN. NAT.

Partes quæ Medicinæ inſerviunt,

*Sumuntur vel ex corpore vivente;*

Ut ſunt.

1. *Capilli.* 2. *Ungues.* 3. *Saliva.* 4. *Aurium ſordes.* 5. *Sudor.* 6. *Lac.* 7. *Menſes.* 8. *Secundina.* 9. *Urina.* 10. *Stercus.* 11. *Semen.* 12. *Sanguis.* 13. *Calculi.* 14. *Lumbrici.* 15. *Pediculi.* 16. *Membrana caput fœtus cingens.*

*Vel ex partibus corporis demortui ſeu Cadaveris;*

Tales ſunt.

1. *Integrum Cadaver, ſ. Caro.* 2. *Cutis.* 3. *Pinguedo.* 4. *Oſſa.* 5. *Cranium.* 6. *Uſnea Cranii.* 7. *Cerebrum.* 8. *Fel.* 9. *Cor.*

1. *Capilli* commendantur ad capillorum productionem, (*liquor inde deſtillatus & cum melle illitus*) ad Lethargum alioſque affectus ſoporoſos [*cinis capiti inſperſus.*] ad Icteritiam, (*pulvis propinatus*) ad membra luxata, (*cum adipe ovillo illitus cinis* (ad hæmorrhagiam vulnerum.

N. *Sunt qui ad quartanam capillos patientis, cum aliis in corpore diſperſis pilis permixto, ovo imponunt, duriter coquunt, & avibus deglutienda objiciunt, qua ratione quartanam curatum iri volunt.*

### PRÆPARATA.

*Deſtillatum fit per ſe ex* ♉ *igne arenæ non admodum valido.*

*II. Ungues* cient vomitum, (*intus aſſumpti, tum in pulv. tum in infuſ.*) aquas Hydropicor. ducere dicuntur (*reſecti à pedibus & manibus atque umbilico alligati.*

N. 1. *Sunt qui ad curandam febrim ſegmenta è manibus & pedibus ovo includunt avibuſque devoranda objiciunt, alii eadem ceræ involvunt, matutinoque tempore ante Solis ortum januæ affigunt, alii dorſo cancri vivi alligant, cancrumque fluenti committunt.*

N. 2. *Ad recuperandas vires abſciſſos ungues & capillos ceraſi radici inciſæ imponunt, vulnuſque fimo cooperiunt.*

### PRÆPARAT.

℞. Raſur. vel reſegment. pulveriſ. ℥j. Vini generoſi ℔ j. macera, donec in mucilaginem abierint. Hinc filtra & ♆ ℥ j. reſerva.

Doſis à ʒ j. ad ʒvj. vel ℥j.

[Inter Antiepileptica reponuntur, multumque ipſis attributum à Digb.]

*III. Saliva* jejuni hominis commendatur ad venenatos morſus ſerpentis, canis rabidi, ulcera, ſerpigines, & ſimil.

*IV. Aurium ſordes* (*cerimen*) colica laborantibus præſentiſſimum perhibentur Remed. (*in potu ſi aſſumantur.*)

Extrinſecus medentur ictibus Scorpionum, conglutinant vulnera, fiſſuras & ſciſſuras cutis.

*V. Sudor* uſus proficui dicitur, contra ſcrophulas, ſi cum herba radiceque verbaſci mixtus folio involvatur, inque cineribus calefactus imponatur.

*VI. Lac* refrigerat, lenit, maturat, oculorum rubedini ſubvenit.

[Phthiſicis præ aliis conveniens.]

### PRÆPARATA.

1. ▽ *lactis* ⊖-*ta.*

℞. Lactis & ⊖-i alb. an. deſtilletur ut phlegma ſaltem prodeat, relictis acrioribus ſpiritibus.

Vires. *Oculorum rubedini, aliiſque inflammationibus mirè confert.*

2. *Butyrum* : *Inſigne eſt ophthalmicum*, (*& ad atrophiam puerulorum dorſo inunctum.*)

*VII. Sanguis menſtruus,* (*Zenith. juvenculæ*) exiccatus commendatur intrinſecus ad calculum & Epilepſiam. Extrinſecus ſopit dolores podagricos. (*cum adipe bovino inunctus.*) Conducere item dicitur in

Peſte

paſte, apoſt matibus carbunculiſque (*impoſitum linteum quod fuerit ... in ♀ vel ▽ roſar. menſtruo ſanguine impragnata*) Eryſipelata extinguit, puſtulas faciei abſtergit.

N. 1. *Commendatur qui prima vice erumpit.*

N. 2. *Ad immodicum menſtruorum fluxum cohibendum ſunt qui pannum menſtruo ſanguine imbutum certo tempore Ceraſi radici in cortice aperta indunt ... iterum operiunt.*

*VIII. Secundina (vel hujus loco Umbilicus infantis)* magni fit ad ſtrumas gutturis tollendas, (*calcinata & in ▽ abrotani quotidie exhibita pondere ℨß. idque ☾ decreſcente,*) ad Epilepſiam & philtra compeſcenda; ad molam & fœtum exterminandum, nec non ad animalia enecanda, etiam ea, quæ maleficio in homine extiterint. *Hartm. ad nævos maternos commendat, alij ad dolorem colicum (geſtatum loco amuleti.)*

[*Deſtillant ſpiritum ex ſecundina Antiepilepticum pretioſum.*]

IX. *Urina*, calf. exiccat, reſolvit, abſtergit, diſcutit, mundificat, putredini reſiſtit, ideoque uſus eſt præcipui intrinſecus, in obſtructione Epatis, Lienis, Veſicæ biliariæ, Peſtis præſervatione, Hydrope, Ictero. Q. in & Mariti urina hauſta partum difficilem facilitare dicitur.

Extrinſecus ſiccat, ſcabiem, reſolvit tumores, mundificat vulnera etiam venenata, arcet gangrænam, ſolvit alvum, (*in clyſmate*) abſtergit furfures capitis, (*cum Sal. nitr. mixta,*) compeſcit febriles inſultus, (*pulſui applicata,*) exulceratas aures ſanat, (*inſtillata pueri urina*) oculorum rubedini ſubvenit, (*inſtillata*) artuum tremorem tollit, [*lotione*] uvulæ tumorem diſcutit, (*gargariſ.*) Lienis dolores ſedat (*cum cinere cataplaſmatiſata. Vide Hieronymum Reuſnerum Synopſ. de remediis ab urina desump. is. Tabernamont. ... Baſſer ... l'Urine. The Treaſury or riches of Urin or Mans water.* Den ſchat van't Menſch ... Water.

PRÆPARATA.

1. *Spiritus volatilis, Sal volatile.*

℞. ⊡ e pueri, [*ann. 12.*] Vinum bibentis recentis, deſtilla per XX in ferventi MB. Hinc cohoba ſuper fæces, prodibit ⊡æ cum ſuo phlegmate mixtus, quem ſi libet dephlegma, & habebis ſpiritum. Hunc ſi ex phiola eleves nanciſceris ſal volatile candidiſſimum.

Vires. *Auxilij nobiliſſimi cenſetur in pellendis lapillis, (potus cum conveniente liquore,) ſed valde fœtet.*

N. 1. *Celeberrimus eſt, ob tincturam cœruleam Smaragdi, cujus præparationi menſtruum præbet,* (cum phlegmate.)

N. 2. *Libavius rectificat imponitque podagricis, aſthmaticis, calculoſis, per ſyringam in veſicam immitit, (impragnatum tamen anima eſſentiâ ſaxifragor. v. gr. Cryſtall. Lap. Lync. & ſimil.)*

2. *Aliter ⊡ igneus ſ. Sal volatilis.*

℞. ⊡ pueri Vinum bibentis. q. ſ. (menſ 30.) evaporet leni admodum △ ad conſiſtentiam uſque Syrupi. Reſiduum hoc reconde in phiola longiſſimi colli, & deſtilla aëre frigidiore, (*ut ſcil. in XX condenſetur,*) in Fib. vel arena & prodibit in XX inſtar nivis ſeſe elevans, frigore coagulabilis, ſed leni calore fuſibilis. *Oſwald.*

N. 1. *Hunc ſpiritum ſi purificato ſuo Sal. com. ex fæcib. ſcil. elixiviato conjunxeris, cohobiiſque aliquot volatiliſaveris, menſtruum habes inſigne ad eliciendâ vitriola è metallis & præcipuè è ☾a.*

N. 2. *Eundem ſpiritum (Sal. com.) ſolutionibus & coagulationibus purificatum, ſi aliquamdiu (♂ ♄.) in VB digeris, ſolvetur: Solutionem ergo ſi denuò cum V rectificatiſſ. maceraveris (♂ ♄.) menſtrui particeps es ſolvendo ☉ idonei.*

3. *Spiritus ⊡ per putrefactionem.*

℞. ⊡ hominis juvenis [annor. 12.] vinum bibentis quantitatem magnam (menſ. 30.) pone in fimum equinum vel MB, ♂ ♄. 40. ad putreſcendum; Hinc decanta à fæcib. ac deſtilla per XX, [vel per veſicam,] ex arena, idque donec omnis humiditas deſtillando abſtracta ſit. Humiditatem hanc cohoba aliquoties. 3. à capite ſuo mortuo. Tandem deſtillatum in cucurbita oblongi colli, committe calori, ut alembicus ſemper frigidus maneat. Sic aſcendit Spiritus inſtar Cryſtalli, nulla comitatâ humiditate. Cryſtallos rectifica ſolvendo in ▽ pluviali ſar. & ex phiola, ut prius ſando, idque ſexies, ſemper novam ▽ pluv. ſtillatit. adhibendo. Hinc digere Cryſtallos in phiola Herm. cl. ♂ ♄ 15. lento △e, donec in liquorem limpidiſſimum abeant.

N. 1. *Sennertus ab ⊡ dicto modo defæcata, deſtillando elicit, ſaltem quartam aut ſextam partem; eamque leni calore ex phiola oblongioris colli dicto modo ſublimat. Vide. Inſt.*

N. 2. *Alij ⊡a putrefactam deſtillant ex cucurbita, cujus orificium obturant chartâ triplici oleo imbuta, vel ſpongiâ, ſimiliter imbutâ, quâ ⊡ igneus tantum tranſeat.*

N. 3. ⊡ *quia facile deſtillando exæſtuat, cautè ignem adhiberi oportet.*

N. 4. *Sunt qui fœtoris corrigendi gratiâ (qui tamen & dicto modo aliquatenus correctus) V affundunt, eumque rurſus lento calore abſtrahunt, idque aliquoties novum ſemper V affundendo. Verùm Sal. urinæ hac ratione correctum, non Sal urinæ ſimplex, ſed Magiſterium potius, i. e. Sal. urinæ ſale vini impragnatum dici meretur. Vide de his deſtillationibus Hartm. in Pract. & Croll. Sennert. in Inſtit. Gluckr. in Beguin. l. 3. c. 2. Keſl. 1. c. 1. 4. c. 24. Becker in Spagyria Microcoſmica, &c. Tenzel. in Exegeſi.*

Vires. *Inſigne anodynum eſt in doloribus (ſi cum liquore conveniente afficietur,) reſerat quoque tartareas obſtructiones Viſcerum ac Meſenterij, unde magnus ejus uſus eſſe poterit in Scorbuto, Hypochondriaca, Cachexia, Icteritia flava ac nigra: atterit calculum renum & veſicæ, doloreſque inde ortos ſopit, &c. Idem Sal ſi in Sp. ⊕-i ſolutus, ac iterum in arena deſtillatus fuerit, liquor prodit in Epilepſia efficaciſſimus. [& Mania] Idem ſpiritus optimè purificatus, (ſcil. aliquoties in ▽ pluvia ſolvendo, & deſtillando,) cumque V analyticè unitus ſolvit ☉, unde ☉ potabilis.*

4. ⊡ *Antepilepticus*, ex ⊡ & ⊕-i duplo digeſtis & deſtillatis. Vide *lib. 2. de ⊕-o.*

N. *Quercetanus deſignat. Rer. pluribus eundem deſcribit, eademque opera elicit* MB.

1. *Phlegma Ophtalmicum (primum egrediens.)*

2. *Antipodagricum (acrius 2. deſtillans.)*

3. *Per Retortam ſpiritum glacialem i. e. coagulabilem, quem maximopere deprædicat ad reſerandas ob-*

*ſtructiones Epatis, Lienis, ad promovendas urinas & diſſolvendum calculum, tum quoque ad extinguendas inflammationes & gangrænas.*

[Spir. ⊡ cum ⊖ volatili, nupti oleo Tartari per deliqu. cum Aq. lil. convall. ſubitò guttatim mixtis & exiguo vitro anguſti orificii vapor auri immiſſus egregium auriculare.]

5. *Magiſterium* ⊡ *ſeu Microcoſmi.*

♃. ⊡ putrefactam, (ut dictum,) & defæcatam, deſtilla l. △ ex MB, donec phlegma omne prodierit, tunc ſubſiſte & rectifica ſpiritum ex phiola oblongi colli, ſic acquires ſal volatile, quod collige phlegmate relicto. Reſiduum deſtilla ex arena & aſcendet ulterius ſal volatile: Ex 🝭 elixivia ſal fixum, idque coagula ad ſiccitatem, atque cum triplo argillæ mixtum, inque globulos redactum, (poſtquam globuli exiccati fuerint,) deſtilla per 🝭m, (ut deſtillatur ⊖ ſal. com.) Spiritui huic affunde ſtillatim priorem illum ⊡⊖m, vel ſal volatile, donec ceſſet ſtrepitus. Hinc da △m ſublimationis in arena, & ſublimabitur Sal ⊡ elegantiſſimum, viſuque jucundum.

Vires. *Efficacius agit hoc ſublimatum quam præcedens, tartarumque totius corporis incidendo per ſudorem, urinam, imò vel per alvum expellendo. Plurimos inde ortos affectus curat, vel ſaltem levat, quales ſunt, Atrophia, &c. Præſervat itidem à doloribus calculi, (ſi ſingulis Menſibus ante novilunium aſſumatur.)*

Doſis gr. VII. VIII. IX. X. in liquore convenienti.

Uſus ejus quotidianus aliquamdiu continuari poterit.

6. *Oleum Ludi*, i. e. tartareæ materiæ quæ matulæ inhæreſcit, fit calcinando, per deliquium ſolvendo.

Vires. *Inſigne eſt ad reſolvendum calculum.*

Doſis ℈j.

X. *Stercus* [*carbon humanum Paracelſo, aliis Sulph. Occidentale.*] emollit, maturat, anodynum eſt. Ea propter magni uſus ad mitigandos dolores incantatione introductos (*impoſitum*) ad anthraces peſtilentiales maturandos, ad phlegmonem, v. g. gutturis ſ. anginam curandam [*ſiccatum, tritum, & cum melle illitum,*] ad inflammationes vulnerum arcendas. Quin & intrinſecus à nonnullis adhibetur, in Angina, (*crematum & potui datum,*) in febribus ad paroxiſmos profligandos, (*eodem modo propinatum. Doſ.* ʒij) in Epilepſia, (*quam ſtercus primum Infantuli ſiccatum & pulveriſatum & ad complures dies exhibitum, radicitus evellere aiunt.*)

PRÆPARATA.

1. ▽ *ſtillatitia* fit unâ & eâdem operâ cum oleo.

Vires. *Mederi dicitur oculorum unguibus reliquiſque paſſionibus tunicæ annatæ, (guttula una vel altera inſtillata,) faciei conciliare colorem, pilos producere, ulcera corroſiva & fiſtulas curare, cicatriceſque manuum removere.*

*Internè prodeſſe ajunt comitialibus & hydropicis, lapidemque renum & veſicæ pellere, morſibuſque canis rabidi, venenatorumque animalium ſubvenire.*

2. *Oleum.*

♃. Stercor. Juvenis, (non pueri) q. p. exiccetur in Aere vel furno lento △e, poſtea per XX deſtilla, △e primum lento, ſic prodibit phlegma, tandem cum aliis Spiritib. oleum. Utrumque per MB rectificetur.

*Poterius Andegav. parat hoc modo.*

♃. Sterc. humanum quant. magn. corrumpatur per ſe, ac convertatur in exigua quædam animalia, & hinc ferè in ⊕erem abeat. Stercus hoc ita præparatum deſtilla ex 🝭 I. △ blando, mox validiori, ſic prodibit 🝆 & ▽.

N. *Graveolentia utriuſque tollitur rectificationibus & cohobationibus repetitis.*

Vires. *Valet ad tineas capitis, eryſipelas exulceratum, lichenes, impetigines (illitum) podagricis doloribus ſubvenit, cancrum curat & mortificat.*

Internè Icterum ſolvit, *Libav. l. 2. Alchym. Poter. in Pharmac.*

3. *Zibetta occidentalis nihil eſt aliud, quam ſtercus mediante digeſtione ad ſuaveolentiam redactum, qua Zibettam mentitur. vid. Agricol.*

*XI. Semen ſ. Sperma*, non modo comperimus per ſe à nonnullis ad Veneris ſcilicet ligaturam maleficam diſſolvendam adhiberi, ſed & Mumiam magneticam inde fieri, qua amoris concilietur fervor. Quin & homunculum ſuum inde meditatur Paracelſus.

*XII. Sanguis*, [*recens adhuc & calidè potus*] conferre dicitur ad Epilepſiam, ſi ſcil. potum motus excipiat vehementior, curſuſque celerior ad ſudoris uſque proruptionem, hæmorrhagiam quamcunque ſedat, (*epotus recens vel incineratus*) Quin & extrinſecus ſanguinis eruptioni medetur, & præcipuè narium hæmorrhagiæ, (*cinis inditus vel & recens fronti illitus, ut inibi exiccetur.*)

N. 1. *Potio ſanguinis ſummâ cautione opus habet, quippe aſſumentibus non modo truculentiam inducit, ſed & Epilepſiam quandoque generaſſe compertum eſt.*

N. 2. *Sanguis puerperii ſanat ſcabiem volaticam, (recens cum ſecundina ſemel ac iterum illitus) Hartm.*

PRÆPARATA.

1. ▽ *deſtillat.* Fit eodem labore cum 🝆.

Vires. *Valet in Phthiſicis & aridis (epota ad* ℥j. *vel membris affricta,) fiſtulis purificandis & ſanandis, ambuſtis refrigerandis.*

N. *Deſtillatur & ▽ è ſang. & lactis human. ā. commendaturque ad maculas cutis extirpandas. Hartm.*

2. 🝆 *deſtillatum.*

♃. Sang. Iuvenum (verno extracti,) quant. magn. Alcohol. vini ⁝. cucurbitis probè minutis, digere in F. E. ♂ ♀ 40. dein deſtilla per XX, è cinere, & prodit unà cum ▽ 🝆. Utrumque rectifica ▽ per MB, 🝆 per 🝭, è cineribus aliquoties (9. 10. ⊖ando.)

Vires. *Maximè commendatur ad Epilepſiam radicitus tollendam, (ſi ſingulis diebus per menſem integrum ſumatur* ℈ß *à Novilunio incipiendo & poſtmodum ſingulis Noviluniis ſemel per annum* ℈j.) *ad paralyſin, apoplexiam, pulmonem exulceratum, pleureſin, Beguin.*

N. *Deſtillatio Sangu. Human. non uniuſmodi inſtituta reperitur.*

*Nimirum:*

*Deſtillant alij S. Hm. recentem adhuc calentem, idque modo duplici, per ſe ſcil. & ſine additione, tum quoque admixta aliquotâ parte* 🜅 *rectificati.*

*Alij S. Hm. non recentem, ſed vel exiccatum, vel digeſtum*

*digeſtum aliquamdiu deſtillationi ſubjiciunt. Digeſtionem autem peragunt alij ſolius ſanguinis (addito tantillo Sal com. alij ſang. cum ▽ rectific. confuſi.)*

*Exhibet autem Anatomia Sanguinis* 1. *▽m &* 2. *-ʌ-m, i.e. ▽m rectificatam,* 3. *☍o, i.e. Liquorem craſſiorem,* 4. *Sal volatile,* 5. *Sal fixum. Verùm nos uſitatiora damus.*

3. *Oleum rectificatum.*

℞. Sanguinem juvenis ſani, menſe Majo venâ ſectâ extractum, ſuſcipe cucurbita, ut ſolum ¼. repleatur. Hinc clauſo vaſe detineatur, in calore mediocri, ut ſanguine intumeſcente tota cucurbita impleatur. Hinc F. -Ϙatio primumque exit ▽ [non magnæ æſtimationis, niſi quod amplius elaborata, nonnullis ad extrahendum Sal inſerviat.] Reliquum pellatur in cineribus per ☊m, juncturis optimè clauſis: Deſtillatum refundatur ſuper fæces, fiatque cohobatio vice nonâ, ut color ſubſequatur rubinus.

N. *Attendere oportet in deſtillatione, ne nimio △ faces comburas, inque carbonem redigas; ideoque tantum ad ſiccitatem deſtilles.*

Vires. *Maximarum habetur virium ad refocillandos ægrotos. Libav. Syntagm.*

4. *Balſamus Antipodagricus ſ. Oleum Sang. Hum. alcaliſatum. Fit eodem modo.*

℞. Sangu. Hum. adhuc calentis, Menſ. 1. putrefac. aliqu. ♂ (9.) dein deſtilla ex arenâ per gradus 1. lento △e, hinc 2. fortiori per ☊, & exibit ol. rubicundum & fœtens, ſale volatili ad ſpondilia colli adhæreſcente, ☍o rectifica per colchotar ex cucurbita △ arenæ aliquoties à recenti colchotare -Ϙando: demùm ſolve in correcto hoc oleo ſal & ſerva.

Vires. *Mirandarum eſt virtutum in podagra, quotidiè bis tervè, ſex diebus continuis; ſiſtit dolores tumore ſimul & rubedine evaneſcente.*

N. *Similis energia eſt balſamus è ſanguine hircino & cervino prolectus, in quibus tamen & viſcera, pulmones ſcilicet, cor & Epar addidiſſe expedit. Vide ſuprà.*

5. *Spiritus Antepilepticus.*

℞. -ʌ- S. H. dephlegmati & ter rectificati, ℔. ij. infuſi fl. lavendul. [in vino] ℔. ij. M. & deſtilla per B. M ad medietatem, idemque repete tertia vice: dein adde ▽ rectific. ℥ij. & ſerva.

Vires. *Valet ad curandam Apoplexiam, paralyſin, ut & ad Aſthma, &c.*

N. *Habet & Beguinus inſuper S. H. Qu. Eſſ. Biolychnium, Philtrum, Balſamum, ▽m ſanitatis, Arcana duo. Verùm cum prolixa horum deſcriptio, Au horque alias in omnium manibus verſetur, illorum deſcriptione ſuperſedeo.*

6. *Mumia vitæ alexiteria.*

Eſt ſanguis florentis & benè valentis hominis, lento calore exiccatus, ſpiritu limonum & ⊖-i ſpiritu imprægnatus, & in trochiſcos cum pauca myrrha paratus.

Vires. *Inſignis eſt efficacia in curandis carbunculis.*

*Doſis* ʒß. *in ▽ cinam. mane jejuno propinata. P. I. Fab. in Chirurg. c.* 9.

7. *Arcanum ſanguinis humani.*

P. I. Fabri vide Myrothec. c. 8. Byllich. de natura Spagyr. n. *66.*

*XIII. Calculus* Tartarum ſ. calculum in omnibus partibus ſolvit, & expelli facit, ideoque omnibus obſtructionibus ſubvenit.

Clar. D. Author in prioribus Pharmac. ſuæ editionibus, de Calculo humano, (*minùs in ordine*) inter alios lapides dum verba faceret, illum cum Ludo confundebat; circa quod non incongruum fuerit recenſere Doctiſſ. D. Hoffmanni animadverſionem, quæ hæc eſt.

*D. Author Calculum humanum Ludum vocat, ſed minùs propriè, nam Ludus* Theophraſti Paracelſi, *& quem pertractat.* Cl. Helmontius, *ab hoc toto differt cœlo. Eſtque lapis ſiliceus, tenerior tamen, & qui ferè totus bidui ſpatio per ignem diuturnum avolat: cum nitro verò multò celeriùs. Nec ludus hic dat lixivium, ſed ſalem ex acido amarum. Inde vocat Paracelſus fel terræ. Hunc ſub metaphora & inauſpicata verborum tenebritate poſteris tradidit idem in* lib. de morb. tartar. *cap.* 20. *Atque hujus qui propriè ad lib. iij. pertinet ut minerale, veram ac philoſophicam præparationem apertiori ſenſu deſcripſit citatus Helmontius* de lithiaſi cap. 7. artic. 22. *Reperiri illud dicens ad ripam Scaldis prope Antuerpiam, ubi lateres coquuntur, ſituſque eſt, plus minus-ve* 40. *pedes ſubter horizontem ſecundum profunditatem fluvij. Non eſt autem in fundo fluvij, ſed extenditur unica & ſimplici camera, ſubter fundum marginis in agro vicino ad latera juxta ripas, idque per aliquot milliaria. At Ludi camera iſta vix pedis craſſitudinem ſuperat, nec etiam ſupra aut infra præfatam cameram extenditur amplius, qui etſi ſub terra prædurus ſit, mox tamen ſub aura fit friabilis, fatiſcente ſc. ſenſim vitriolo.* Ludus *Lapis eſt palleſcens, ſubinde cruſta perſpicua per commiſſuras obductus magna ſui parte in clibano figulino volatilis. Hic flavo & aureo colore præditus reperitur etiam ad ripam Danubij, felix ille qui eundem calcinare poteſt. Qui verò putat additione Nitri, vel Aceti deſtill. &c. hoc aſſequi, hic ſciat ejuſmodi ſalia utut exquiſitè* ludo *commiſta, ſola per deliquium defluxura, relictâ terra tanquam fæce in patina. Beneficio igitur liquoris alkaheſtini* Helmontius Ludum *deſtillat, & primâ vice mutat in ſalem, qui in patina vitrea humido aëri expoſitus per deliquium ſolvitur abſque ulla reſidua terreſtreitate, & liquor defluens fulvi eſt coloris, & Hermetico ſigillo clauſus, bulliendo veluti ſpumâ ſupernatat totus in forma pinguedinis viridis liquatæ.*

[*pulv. exhibitus. Doſi* ʒj.]

PRÆPARATA.

1. *Sal Cryſtallinum.*

℞. Calcul. optimè calcinatum [ut durities lapidis emolliatur] coque in ▽, & ſolvetur in ▽m Citrinam. Hinc filtratura evaporata, manet Sal in fundo, quod ſi libet denuo calcina & in ▽ fervente ſolve ut Sulphur impurum amittat & coagula reponeque ad cryſtalliſandum.

N. *Calcinatio inſtitui poteſt diverſimodè: Alij calcinant cum Sal. nitr.* 6. *horis: Alij cum Sulph. & Sal. nitr. Alij cum duplo carbonum faginorum.*

*Sennertus calcinat calculum tritum △e circularis, hinc reverberij, & tandem cum carbonibus faginis [in*

 *fornace*

*fornace figulina. Inſt. l. 5. p. 3. ſ. 3. c. 5.*]

2. *Oleum ſ. Liquor*, fit ſi Sal in aëre humido ſolvatur.

Doſis gr. VI. ad x.

N. *Sennertus calcinat cum Sal. nitr. hinc Sal. com. cum* ∇ *extrahit, & ∇ ſeparato, Sal reponit ad liqueſcendum.*

3. *Eſſentia ſ. Elyxir.*

℞. Sal calculi Cryſtall. volatiliſa cum ∇, hinc abſtrahe leni calore ∇, & remanet eſſentia. *Sennert. d. l.*

Doſis à gr. v. ad x.

N. *Si ita placuerit, calculum iiſdem præparationibus cum aliis lapidibus ſubjicere poteris. Vide l. 2.*

*XIV. Lumbrici inteſtinorum*, ἕλμινθες ϛρογγύλαι, Würm/Spuhlwürm. Generantur ex cruditate inteſtinorum.

Vires. *Sunt qui pulveriſatos exhibent ad lumbricos expellendos.*

*XV. Pediculi*, Pediculus. φθεὶρ, Σάθραξ, Pedunculus, Lauß. *The Louſe.* Een Luys.

Vires. *Devorantur à ruſticis contra icterum, ſimili modo ad Atrophiam nonnullis probantur. Urinam cient foramini penis impoſiti.*

*XVI. Membrana*, quæ caput nonnullorum fœtuum cingit, maximam vim habere dicitur adverſus colicum dolorem.

HOFMAN. *Hmo.*) Partes, quæ Medicinæ inſerviunt, ſumuntur vel *ex partibus corporis viventis*, quales ſunt *capilli, ungues, ſaliva, aurium ſordes, ſudor, Lac, menſes, ſecundinæ, urina, ſtercus, ſemen, ſanguis, Calculi, membrana* caput fœtus cingens.

*Vel ex partibus corporis demortui ſeu cadaveris, tales ſunt integrum cadaver, ſive caro, cutis, pinguedo, oſſa, cranium, uſnea cranii, cerebrum, fel, cor.*

*Capilli*) *Capilli à pube deſumpti* Hæmorrhagiam narium ſiſtunt naribus inſerti, qui non ſolùm hunc ex naribus profluentem & vulneribus, ſed & ferocientem in eryſipelate compeſcunt. *Henricus ab Heer Libr. 1. obſerv. 5.*

N. Curæ virorum admovendi *pili mulieris pectine avulſi*, & contrà muliebribus affectibus non niſi maſculini crines adhibendi.

*Aurium ſordes* vomitum movent in nicotianæ uſu pro fumo.

*Lac refrigerat, lenit &c.*] Omnibus Lactis generibus præfertur muliebre, ut Naturæ noſtræ magis familiare, in primis ſi ex ipſo ſugatur ubere, unde & omnes indicationes ad phthiſicorum curationem propoſitas adimplet. Abſtergit parte ſuâ ſeroſâ, conglutinat caſeoſâ, corpus nutrit & reficit butyroſâ. Hujus uſu ſe aliquos reſtitutos vidiſſe teſtatur *Fælix Platerus*; Ex iiſque unum non ſolùm convaluiſſe, ſed etiam tantas recepiſſe vires, ut ne Lac ſibi in poſterum deficeret, nutricem de novo imprægnarit.

Verùm Medici Practici tres conditiones obſervare debent in lactis exhibitione. Quarum prima eſt, ne capitis adſit debilitas & dolor. Deinde ſi febris non magna. Tertiò ſi viſcera flatibus non ſint diſtenta. Et cum exhibetur, duplex eſt intentio; vel ut ulcus abſtergatur, & conſolidetur, ad quam intentionem facit ſeroſum, quale eſt aſininum & caprinum cum melle & ſalis modico. Si verò nutritionem ſolùm ſpectamus, nihil muliebri lacte convenientius, præſertim ſi illud æger ex mammâ fœminæ bonæ conſtitutionis ſugat & hauriat. *Crato in conſil. à Laur. Scholz edit. Schenck. in obſerv. Libr. 6. de febrib. obſ. 70. Cl. Riverius in praxi.*

*Butyrum*) Ex Lacte humano confecto contrà phthiſin nihil eſt præſtantius.

*Sanguis menſtruus.*) Ex hoc puellæ philtra ſua componunt, cujus potum plerumque mania vel dementia inſequitur. Hujus antidoton ſunt margaritæ præparatæ. Panis calidus prout ex furno extractus & à menſtruatâ geſtatus ſuppreſſioni menſium medetur, ſi hujus exſiccati ʒß. vel ʒj. in vino detur. Item, linteum mundum intinge cruori menſtruatæ ſororis virginis, & exſiccatum infunde in vino emulato, cola ac propina manè.

N. Externè, induatur induſium recenti menſtruo alterius (ſi conſanguinea fuerit, melius ſuccedet) adhuc conſpurcatum, quod teſte experientiâ in fluxu menſtruo ſuppreſſo proritando probatum eſt. Fermentum enim ſanguinis mumiale ſpecificum internus uteri fermentum per ſymbolicam harmoniam idealem ſuſcitat.

N. *Ad immodicum menſtruorum fluxum cohibendum &c.*) Hoc fit beneficio mumialis tranſplantationis ad diſtans; de quâ vide *Medicinam diaſtaticam Andreæ Tenzelii.*

*Secundina*) Ad epilepſiam, uteri ſuffocationem, dolores poſt partum &c. ſtrenuum eſt remedium pulvis ſcil. ſecundinæ torrefactæ mulieris primiparæ filium enixæ, Doſis eſt à ʒß ad ℈ij. in juſculo gallinæ calido. Spiritus etiam inde parari poteſt ſeq. modo.

Recip. Secundinam mulieris ſanæ (ſi poſſit eſſe alicujus primiparæ eò melior eſt) unà cum vaſis & reliquis additamentis prodeuntibus poſt partum, deſtilla per retortam in recipiens amplum ac capaciſſimum, ac prodibit phlegma, ſpiritus, oleum cum ſale volatili, per tritorium oleum ſepara & ſal volatile cum ſpiritu per phiolam oblongam rectifica. Doſis eſt à gutt. iij. ad x. ad partum facilitandum, menſes ciendos & reliquos uteri affectus. Hoc ſpiritu etiam Rex quidam ab epilepſiâ fuit liberatus.

*Urina.*] Pueri ſcilicet vinum bibentis; multum enim intereſt à quibus urina petatur, dum uni plus ineſt ſalis volatilis, quàm alteri. Nam urinis puerorum & juvenum plus illius ineſt, quàm in ſenum, plus in ſanorum, quàm ægrotorum, itemque plus vini potorum, quàm Zythobibulorum & hydropotarum.

*Deſtilla per alembicum in ferventi MB. &c.*) Sed non eſt neceſſaria deſtillatio per alembicum in MB. Melius autem ſuccedet, ſi urinam recentem, in quâ partes ſalinæ reliquis etiamnum complicantur, coquas ſaltem ad tertiæ vel dimidiæ partis conſumptionem & demum, quod urinæ incoctæ reſtat, ex phiolâ deſtilles, & tunc ſpiritum & ſal volatile acquires.

N. 1. *Celeberrimus reſt ob tincturam cæruleam &c.*) Si ſpiritum urinæ ter vel quater cohobando deſtillaveris à ſilicibus nigris calcinatis acquires tincturam cœruleam inſtar ſapphiri, urinæ ſuppreſſione à calculo utiliſſimam.

*Imponis podagricis.*) Vel per ſe vel cum ſp. lil. convall. nuptus partibus affectis munctus notabile affert levamen.

*Aſthmaticis.*) Internè opitulatur ad gutt. 10 vel 15. in vehiculo appropriato, in primis ſi cum ol. d. aniſi impregnatus balſamicus factus fuerit. Opitulatur etiam calculoſis.

2. *Aliter Spir. Urin. igneus ſeu ſal volatilis.*) Hic modus Oſvvaldi optimè ſuccedit.

N. 1. *Hunc ſpiritum ſi proprio ſuo ſali &c.* Hoc modo multum ſpiritus & ſalis volatilis ibis perditum. Unde præſtat ſpiritum cum ſale volatili rectificatiſſimum pro iiſdem operationibus reſervaſſe.

3. *Spiritus Urin. per putrefactionem.*) In hoc non neceſſaria eſt totalis humiditatis abſtractio, nam in putridâ urinâ particulæ conſtituentes ſoluto nexu ab invicem ſejunctæ, & ſalinæ ſeſe à reliquis expedientes admoto calore etiam leviſſimo avolant & liquorem poſteà phlegmaticum relinquunt.

N. Urinæ non ſunt indifferenter incoquendæ, & multum intereſt utrum recentes ſint, an vetuſtæ. Nam recens cocturam ſuſtinet, citrà ſalis volatilis jacturam, vetus autem ad putredinem vergens non ita.

N. 4. *Sunt, qui fœtoris corrigendi gratiâ ſp. vini affundunt &c.*) Notandum ex miſtis Urin. & vini ſpiritibus volatilibus omnibus rectificatis & à phlegmate liberatis coagulationem ſequi.

*Vires. Inſigne anodynum eſt in doloribus &c.*) Omnem aciditatem in lympha, liquore nervoſo, & maſſa ſanguinea corrigit, unde ſummâ cum euphoria in Scorbuto, malo hypochondriaco, cachexia, ictero flavo & nigro, ſuffocatione hyſterica, epilepſia, ſpaſmo, apoplexia, febribus malignis, imò ipſa peſte ſtatim ab initio adhibetur.

*Idem ſal ſi in ſp. Vitrioli ſolutus ac iterum in Arm. deſtillatus fuerit &c.*] Ex hujus ſalis urinoſi & ſp. Vitrioli acidi mixtura poſt deſtillationem prodit ſpiritus anti-epilepticus CL. Hartmanni, qui tamen teſte meâ propria experientia non tam in epilepſia, quàm ipſa etiam Mania admirandæ eſt virtutis.

N. In aurium affectibus ſp. Urin. cum ſale volatili nuptus oleo Tartari p. d. cum ∇â lil. convall. ſubito guttatim mixtus in exiguo anguſti colli vitro vaporibus exurgentibus, & aures intrantibus mira præſtat.

5. *Magiſterium Urin.*) Non opus eſt omnis phlegmatis abſtractione, cum, uti ſuprà animadvertimus, in putrefacta urina

ſpiritus

ſpiritus & ſal volatile ſemper prius eleventur, quam phlegma ſequatur.

*Et adſcendet ulterius ſal volatile* ) quod non eſt, quia ſatis jam ſalis volatilis elevatum fuit, ut nihil amplius in reliquiis in fundo hærentibus ſuperſit.

*Sublimabitur Sal commi. urinæ elegantiſſimæ.* ) Non ſuccedit, dum ſal volatile urin. quaſi compedibus ab altero ſale acido fixo ligatur, ita ut fiat inde ſal flavum, fixum ☉ ſolvens.

*Oleum Ludi.* ) Hoc nihil aliud eſt, quàm ſal fixum urin. reſiduum à deſtillatione, & per deliquium ſolutum. Alias materia iſta Tartarea, quæ matulæ adhæreſcit, calcinari quidem poteſt, ſed nunquam per deliquium ſolvitur.

*Stercus.* ) In hoc principium Magnetis Microcoſmici quærendum eſt, ſeu mumiæ microcoſmicæ ſpiritualis. Hic magnes uſtus aut crematus ſimpliciter prunis injectis vel etiam vino aduſto & pipere ſimul inſperſo tantis cruciatibus nates depoſitoris incivilis onerat, quantas vix prunæ ipſæ partibus iiſdem admotæ inuſſiſſent. In hac mumia ſpirituali latet arcanum curandi omnes affectus à veneficiis inductos. Hujus adminiculo odium & amor inter maritos foveri poteſt, inimici inter ſe placati redduntur, ſimia & ſerpens Natura ſibi invicem maximè infenſi mirè inter ſe redeunt in gratiam, & alia à naturâ diſſidentia animalia. Imò varii etiam morbi curari poſſunt. *vid. Medicin. Diaſtatic. D. D. Andreæ Tenzelii.*

*Magni uſus ad mitigandos dolores incantatione introductos &c.* ) Scil. addito allio impoſitum & poſt impoſitionem elapſis 24. hor. fumo culinari commiſſum.

N. Napelli antidotum eſt ſtercus ſiccatum & pulveriſatum adhibitum; Si quis Napellum ſumſerit ad gr. j. morietur intrà 4. horas, & nullo alio remedio juvabitur, quàm ſtercore humano, quod recens vel aridum bibendum datur.

N. Si ruſticæ mulieres ob veneficium butyrum conficere nequeant, lac vaccinum recens emulſum ſtercorique humano infuſum vel cloacæ illicò à veneficio liberat, ſi ferrum ignitum unà ſtercori humano lacte vaccino conſperſo inferas, veneficæ puſtulas in facie inducet, certo experimento.

N. Ex ſtercore humano carbon ſeu Zibetta occidentalis mediante digeſtione, vel Sulphur occidentale conficitur.

*Semen ſeu ſperma.* ) Ex hoc etiam mumia magnetica fit ad amoris conciliandum fervorem.

*Quin & homunculum ſuum inde meditatur Paracelſus.* ) Semen ſcil. maris & fœminæ phiolæ includit, fimoque imponit, menſtruo nutriens ſanguine, uſque dum perfectus homunculus producatur, hunc omnia ſcire docet, quæ alii homines ignorant. Cùm enim arte vitam & corpus acceperit, artem & ſcientias illi connatas eſſe arbitratur. Verùm fabulæ hæ ſunt impiæ, & ab omni ratione alienæ. Hoc enim modo talis homunculus nunquam produci potuit, quia Paracelſus verum ſemen fœmininum ignoravit, liquorem illum ſeroſum genitalia humectantem pro vero ſemine habens, & ſic verum ſemen fœminarum cum maſculino nunquam conjungere potuit. Ecquid hujus fœtus menſtruo ſanguine facta nutritione inconvenientius?

*Sanguis ( recens adhuc & calidè potus ) conferre dicitur ad epilepſiam &c.* ) Sed ſumma in hujus exhibitione opus eſt cautela, eò quòd extrà vaſa ſua ſeu locum ſuum naturalem conſtitutus facilè grumeſcens & concreſcens putredinis virus induit, uti patet, ſi ex capitis contuſione ſanguis intra cranium & meninges ſubſtiterit, tunc in grumos concretus epilepſiam vel phrenitidem, ſi in pectoris cavitate, aut pulmonibus phthiſin &c. inducit, unde verendum, ne ita epotus in ventriculo concreſcens lypothymiam, tormina ventris, dyſpnœam, vel tandem ſuffocationem inferat. Nec obſtat, epotum ſtatim excipere concitatiorem motum vel curſum, uſque ad ſudoris elicium, ut ita nihil horum metuendum ſit. Præterquam enim quòd certa ac firma nondum experientia conſtet, ſanguinem humanum ità crudum ſpecifica proprietate antepileptica præditum eſſe, beſtiale inſuper ac truculenti quid in ſe habet ſanguinem humanum calentem epilepſia correptis propinare. Notum enim eſt, non ſine gravi corporis humani noxa & alteratione ſæpè fuiſſe porrectum, dum ideæ ejuſdem ſpeciei vel alterius ſpeciei animali truculentæ, ferinæ &c. in ſanguine exiſtente alteri, qui ſanguinem adſumſit, fuerunt communicatæ, unde *Ariſtot. Libr. 2. de part. animal. c. 3. & 4.* dicit, cum ſanguine communicari aliquid ejus naturæ, cujus propriè eſt ſanguis, id quod hiſtoria *Fauſtinæ M. Anton. Philoſ. Imp.* uxoris, teſte *Iulio Capitolino in ejus* vitâ comprobat; hæc enim cùm ſanguinem gladiatoris illius, quem efflictim deperibat, calidè exceptum ebibiſſet, ſtatimque cum marito concubuiſſet, gravida facta peperit Antonium Commodum, hominem crudeliſſimum ac truculentiſſimum, qui pugnis gladiatoriis ac cruentis cædibus Rempublic. Roman. ferè attrivit. Ita humano bibito ſanguine carnifices fieri audaciores à pluribus creditur. Dignum relatione, quod in Breſlâ accidit, *teſte VVeinrichio in Libr. de Monſtris cap. 15.* Puella quædam mollior non multorum annorum, cum publicè ſpectaret à carnifice, Latronem capite truncari territa ſpectaculi fœditate in epilepſiam incidit. Multa pro remedio tentata, fruſtrà omnia. Ex vulgo quiſpiam ſuaſit, Felium ſanguinem porrigi utile eſſe, quo ebibito malum facilè ceſſaturum. Offertur, accipit miſera, infelici admodùm eventu, paulò poſt enim felis induit naturam ex intervallo, & quod id animal ſolet in ædibus, id illa imitatur voce, ſaltu, geſtu, veſtigiis, mures in ſilentio venatur. Aliam idem Autor hiſtoriam proponit de quodam, qui ſuillo ſanguine paſtus, luto ad faſtidium uſque delectatus fuit. Sic Studioſus quidam, *inquit Zacut. Luſit. Libr. 3. Prax. Medic. admirand. obſ. 82.* cum alio condiſcipulo pugnam iniens, eum pugnis & contumeliis affecit. His non ſatisfactis adhuc de eo ſumere vindictam ſatagit. Quare hâc eſt induſtriâ uſus. Amicitiam ſimulans eum ad convivium pro amicitiæ redintegratione invitat. Inter potandum offert illi poculum vini, unciis duabus ſanguinis hominis ruſi, cui nuperrimè erat vena ſecta. Poſt diem nihil mali perſenſit, ſed poſt triduum ſerpente veneno delira loqui viſus eſt. Demum fatuus in æternum remanſit. Hæc & alia utut veriſſima ſunt, tamen minimè intelligenda de ſanguinis humani ſalibus volatilibus & aliis ſalibus ex cranio, oſſibus & urina hominis, ſanguinis cervi & ejus cornu, viperis, ſerpentibus &c. præparatis. Qualis enim hæc eſt ſequela, ſanguis humanus crudè adſumptus interdum corpori humano noxam intulit, Ergo & ſalia volatilia & alia medicamenta ex eo præparata ſunt noxia? In illo enim gliſcit adhuc idea mumialis, in his autem per vulcani torturam deſtructa eſt, & concretum illud planè in aliud ens degeneravit, ut non amplius jam ſit, quod anteà fuit. Noſtram hanc ſententiam aſſenſione comprobat *Matth. Untzerus de Epilepſ. Libr. 2. p. m. 255.* Poſtquam enim ultro citroque habito diſcurſu de ſanguinis humani ita crudè adſumpti uſu multa in medium protuliſſet, quod tamen, pergit, minimè accipiendum de Q. Eſſentia, Tinctura, &c. quemadmodum iſta omnia, non quidem à ſpuriis ſcholæ Paracelſicæ diſcipulis, ſed à genuinis ac induſtriis Hermeticæ diſciplinæ ſectatoribus elaborantur ac præparantur.

*Præparata. 1. ▽ deſtillata 2. Ol. deſtillatum &c.* ) In hâc elaboratione non opus eſt alcohol vini additione, nec in fimo equino digeſtione, hoc enim modo oleum & operam perdes.

N. *Deſtillatio S. H. non unius modi inſtituta reperitur &c.* ) Recens ſcil. à ſano homine non ruſſo ſumptus vel poſt capitis decollationem, vel venæ ſectionem tempore balſamico inſtitutam & exſiccatus ſ. a. ſumi debet, & ſine ſp. vini additione aut prævia digeſtione, ( niſi putridum velis ) retortæ impoſitus aperto ignis regimini committendus eſt appoſito receptaculo convenienti probè etiam luto munito, ſic acquires primò phlegma, deinde liquorem ſpirituoſum oleo ſubtili turgidum, tertiò ſequitur oleum fœtidum craſſum cum ſale volatili receptaculo undique adhærente, non niſi cum extrema Vulcani vehementia. Poſt effuſionem ex recipiente acquires liquorem oleo fœtido levi, tenui & craſſo ac ſale volatili imprægnatum, quæ ſingula ſ. a. ab invicem ſunt ſeparanda, & demum per phiolam oblongam rectificanda ſunt. In rectificatione ſal volatile primum meteoriſatur.

*Vires.* ) Hoc ſal volatile ſi probè à ſuis ſcoriis defæcatum ac depuratum fuerit, quod artis eſt, omnem malevolorum effugit cenſuram, ut in eo non invenire poſſint, quod incilent, ſi methodicè à ſanioris Medicinæ cultore adhibeatur, ſcil. in dyſcraſiâ acidâ maſſæ ſanguineæ, lymphæ & liquoris nervoſi &c. Ut non ſolùm in Epilepſia, ſpaſmo, apoplexia, ſuffocatione hypochondriaca ſ. hyſterica, ſed & in febrium malignarum, imò ipſius peſtis initio & aliis morbis inveteratis, quales arthritis, hydrops, Scorbutus, Malum hypochondriacum &c. ſummum & polychreſtum evadat remedium; Sin autem ſalia acria, volatilia, bilioſa &c. maſſam infeſtent ſanguineam, ab hoc & aliis ejuſdem farinæ ſalibus volatilibus abſtinendum eſt. Et tunc ſpiritus acidi reſolventes volatiles, non crudi ac venales iſti in uſum ſunt trahendi. In utriſque tamen probè obſervandum, ut tempore debito, exigente materiâ morbificâ, nec crebro ac in nimiâ copiâ adhibeantur, aliàs utraque noxam corpori humano inferre poſſunt, tam acida, quàm alkalica. Ideoque modus omnium rerum eſt optimus πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. Sic obſervavit *D. Matthias Iacobæus in Actis Medicis Bartholini* p. 208. 209. quod noverit amicum, qui ſanguinem craſſum, melancholicum & nigricantem habuerit, ita enim ex venis ſæpius fuit eductus, hunc ſale volatili oleoſo ſylviano corrigere tentans, ſucceſſu quidem non caruit, nam quotidiano ejus uſu ſanguis floridior factus rubicundo colore pulchrè oculos affecit, ſed dum lar-

giori manu quotidiano potui illud immiſcuit, fluidior juſto ſanguis factus, conſiſtentiam amiſit debitam, unde in hæmorrhagiam narium crebram & largam cum palpitatione cordis incidens, periculum fuit, ne vel totus ſanguis per nares defluxiſſet, vel ſyncope cardiacâ derepente occubuiſſet, niſi maturè acidis aſtringentibus & opi atis ſanguis rurſus incraſſatus fuiſſet. Idem accidit & hîc Hallis Saxonum Viro cuidam Magno, qui aliàs cholericus maſſâ ejus ſanguineâ ſalibus acribus volatilibus bilioſis naturâ ſcatente à nimio ac crebro ſpiritus volatilis urinoſi uſu in hæmoptyſin incidit, quæ tandem in pulmonum exulcerationem ſeu phthiſin terminata tandem vitæ finem cum magno ſuorum cordolio impoſuit. Et quod de Salibus volatilibus iam monitum fuit, idem iſtud & de Acidis eſt notandum; hæc enim niſi reperiant ſalſum ſive alkalicum oberrans in corpore humano à vitalitate proſcriptum & ob id morboſum, quod acidum in ſe recipiat medicamentum, tunc plus nocebunt, quàm proderunt. Nimietate enim tunc proximum ſtomachi alimentum ſuâ aciditate inficiunt & alendo ineptum reddunt. Medicus Amicus, *inquit CL. Tachenius in ſuo Hippocr. Chemic.* Romæ Anno 1656. temporis peſtis præſervationis gratiâ uſus fuit ſpiritu Sulphuris acido in copiâ, hic arthriticus factus, poſtmodum ſalibus volatilibus animalium fuit reſtitutus. Hic poſſet ſanè quiſpiam inferre & dicere. Ergonè Acidum & Alkali tam in morborum cognitione ſeu theoriâ, quàm curatione & Praxi rem totam exhauriunt? Nec ſymbolum ſuum hûc conferunt primæ elementorum qualitates, calidum, frigidum, humidum, ſiccum? Hinc cochlearia curioſa ſcribit, Medicamenta ex ſalibus volatilibus conſtantia in tertio & quarto gradu calida eſſe & ſapor & odor produnt, qualia ſanè medicamenta non ſolùm manifeſtè, ſed & vehementer neque citrà moleſtiam & noxam, imò vehementiſſimè & non ſine graviſſimâ læſione corpus noſtrum alterare &c. poſſunt. Verùm à Nobis Acidum & Alkali generaliter pro duobus quaſi *Salibus* fundamentalibus, ab uno ſummo Sale primitus ortis, (ut nõnulli ſtatuunt) habentur. Pro horum diverſa conſtitutione, dum rarò per ſe in concretis naturalibus inveniuntur, quia aliis mixti particulis ſint immerſa, etiam productum reciprocæ iſtius actionis & mutui concurſus variat, ut ex hiſce cum aliis naturæ minimis diverſo modo connexis quoad figuras, texturas, magnitudines & inde reſultantes diverſas motiones, non ſolum eorum varietas, ſed omnes ferè in naturâ notabiles alterationes originem ſuam trahant. Per hæc adeo potentia Principia metiendas eſſe cauſarum morbificarum operationes ſub ſaporum ſchemate docuit Hippocrates de Priſcâ Medicinâ. Præter horum tamen rationem uniuſcujuſque etiam ſapor ſpecificus ſemini appropriatus & ex ſeminali concreti craſi oriundus ceu appropriatum ſpecificis morboſis corporis noſtri ſaporibus remedium conſiderandum & examinandum erit, non luridum illud quatuor qualitatum elementalium figmentum, quas nemo adhuc vel ullâ apertâ ratione demonſtrare, vel certa aliqua experientia confirmare potuit: quin Natura rerum ipſis vel maximè repugnat: de quibus vide CL. Helmont. in tr. Miſt. & compl. Elem. figment. Franciſc. Baconum de Verulam. Nobiliſſ. Robert. à Boyle de origine formar. & qualitat. & in chymiſt. ſceptic. Item David van der Becke Mindanum in aureo opuſculo de Experiment. circà Rerum natural. principia. Iohann. Marcus Marci in Philoſ. Veterum reſtituta p. 2. ſ. 4. p. m. 133. D. D. Ettmüller. in Medicina Hippocrat. chemica. Salium igitur volatilium craſin & operationem quod tandem concernit, non ſanè qualitatum primarum virtute, ſed etiam ratione potentiarum Hippocraticarum agunt, quod agunt, dum ſcil. particulæ ſalinæ intemperatæ & conſpicuæ factæ ac inde acriores redditæ additione & interpoſitione aliarum particularum materialium in ſpecie contrariarum ſalinarum, mutatâ figura & textura acrimoniam & corroſivitatem amittunt, & ſic efferveſcentias ab acido vitioſo inductas nunc caloribus nunc horroribus comitatas compeſcunt. Ubi tamen nec ſpecifica cujuſque ſalis volatilis proprietas, quam ad hunc vel illum habet morbum, eſt poſthabenda. Hinc non immeritò quæritur, An inter tot volatilia ſalia ſpecifica quædam ac ſeminalis interſit differentia, cujus reſpectu in operandi etiam viribus, quodam modo differant, an verò ejuſdem omnino cuncta ſpeciei ſint? *Ingenioſiſſimus Helmontius in tr. ſpiritus vitæ* §. 16. Cruor, inquit, humanus per deſtillationem dat hunc ſpiritum ſalſum, planè volatilem, ac ne quicquam à ſpiritu urinæ diſtinguibilem; in eo tamen eſſentiali ambos proprietate differre conſideravi, quod ſpiritus ſalis cruoris curet epilepſiam, etiam adultorum, non item ſpiritus ſalis urinæ. Idque veriſſimum eſſe teſte experientia infinities à me probatum ſanctè affirmare poſſum, niſi interdum curam obſtreperi animi impediverint. Et licet optimè ſciam ſpiritum ſalis ammoniaci, urinæ ſobolem, in convulſivis motibus præcavendis, vel ſedandis, non adeò ſpernendum eſſe, dum effluvia acida liquorem nervoſum infeſtantia infringit, id quod in genere omnia ſalia volatilia urinoſa acidum imbibendo præſtant, ubi tamen in morbis ſpecifica adſunt fermenta venenata, ut in epilepſiâ, peculiari ideâ impprægnata, ſpecificis etiam volunt exſtirpari ideis in ſalibus ſpecificis radicatis. Quæ cauſa etiam, quòd figurarũ quædam in ſalibus volatilibus inveniatur diverſitas, ita ut ſal volatile C. C. & cruoris cervi parallele bipedi referat figuram in peſte, ac febribus malignis ſpecificum, ſal volatile ſanguinis humani Rhomboidem, licet etiam ſp. vini non accedat: Nullum dubium, hujus diverſitatis cauſa alicui Idearum ſeu ſeminum diverſitati ſit accepta referenda. Modus enim operandi ſequitur modum eſſendi. Ut adeò figurarũ hæc diverſitas diverſitatem idearum notificans doceat Nos, ipſa etiam ſalia volatilia urinoſa ſpecificam quandam à ſe invicem obtinere differentiam, quæ omnino in morborum curatione etiam attendenda eſt, & experientia confirmat. Quicquid contradicat D. David van der Becke Mindanus l. c. In hoc enim alterantium conſiſtit diverſitas & ſimul etiam poteſtas, ut correſpondeant peculiaribus partium ſuarum figuris, poris & meatibus alterandorum humorum. Unde acidiſſima mutata textura poſſunt fieri inſipida; At hæc ſalia volatilia utut magnarum ſint virium, tamen non ſolùm palato ſunt ingrata, ſed & nimis fœtida ſunt, ac nihilominus non tantum oretenus, ſed odore tenus etiam offeruntur, cùm tamen nimis fœtida, pergit curioſa cochlearia, conſenſu omnium authenticorum Medicorum, cerebro, utero & nervis noceant, cordi inimica ſint, ſpiritus labefactent ac proſternant. Exempla etiam non pauca docent, nimis fœtida ſopitas revocaſſe epilepſias, apoplexias, lipothymias & abortum concitaſſe &c. Verùm ignoſcat curioſa cochlearia; Si omnia medicamenta fœtida ob fœtorem ex medicamentorum claſſe exterminanda fuerint, quid futurum de allio, cepis, vulvaria, radice valerianæ, matricariâ, a ſâ fœtidâ, caſtoreo, ammoniaco, galbano, fumo combuſtarum pennarum, cornuum &c. quorum tamen eximiam ac ſtupendam in pluribus affectibus curandis energiam nemo authenticorum Medicorum in dubium vocabit. Quod tamen non omnibus æquè opem præſtent, & ſæpè huic vel illi etiam ſint hoſtilia, non ipſis, ſed Naturæ idioſyncraſiæ & antipathiæ eſt tribuendum; Differt enim Natura à Natura, temperamentum à temperamento &c. nec omnia ferimus omnes; eſt videndum cui hoc, cui illud hoſtile vel amicum ſit; Verùm alicujus rei uſum non ferus tollit abuſus. Sunt vice verſa, quibus optimè etiam fragrantia, ut v. g. Moſchi, ambræ, Zibethii, Cinamom. roſar. Nuc. Moſchat. odor, lipothymiam inferunt, qui tamen tam inconſideratus foret, ut propterea ob hujus vel illius antipathiam omnia etiam fragrantia exulare vellet? Propterea diſtinguenda ſunt fœtida, quædam admodum putridum virus ſeu ſulphur abominabile Naturæ hoſtile ſecum vehunt, quod occultum in ſe acidum habet cum ſale volatili adhuc conjunctum, quod Archeus odoretenus etiam non ſolùm averſatur, ſed quod & cauſam morbificam ſaltem movet, non promovet, & ſpiritibus infeſtum eſt, qualia olea non rectificata ſanguinis humani fœtida, CC. tartari &c. à quibus certis in caſibus eſt abſtinendum; Quædam contrà fœtida videntur & tamen non ſunt, qualia dicta ſalia volatilia, hæc ſi ab oleo ſuo craſſo ac fœtido probè ſint per rectificationem liberata, ut inſtar cryſtall. tartari vel camphoræ ſint albiſſima ac pellucida, omnem illam laudem merentur, quam ipſis ſuprà adſignavimus. Si cujuſpiam tamen nares delicatulas ſpecificus illorum offendat adhuc odor & ſapor, huic ſuaſor ego extiterim, (licet tunc non ſint tantæ ſpecificæ energiæ,) ut vel in ſal volatile oleoſum Sylvii citratum, aniſatum, cinamomeum &c. redigantur, vel mutua acidi cujuſdam conjunctione in tertium ſal abſterſivum ac diaphoreticum & diureticum tranſmutentur.

4. *Balſamus Antipodagricus ſeu oleum S. H. alkaliſatum*) Hæc deſcriptio, uti cum antecedentibus ejuſdem valoris, ita & eâdem digna eſt cenſura. Putrefactio eſt inutilis & minus neceſſaria, Deſtillatio ex Aren. per retort. ad ol & Nitr. volatile eliciendum ad ſpondilia colli inſufficiens. Quare hujus loco melius ſubſtituitur Spiritus S. H. cum ſale eius volatili optimè ſine ſp. vini rectificatus, omiſſo ol. fœtido, quod cephalalgiâ excitat, ſpiritibus hoſtile & ventriculo abominabile exiſtit.

5. *Spiritus Antepilepticus*) Hic paratu eſt facilis, modo ſpiritui S. H. rectificatiſſimo jungas ſpiritum ceraſorum nigr. vel lil. conuall. & deſtill. per MB. omiſſo ſp. vini.

6. *Mumia vitæ alexiteria.*) Huic rectius ſubſtituitur ſpiritus S. H. cum ſp. Vitrioli mixtus, & ſic obtinebis liquorem in epilepſia, imò ipſa mania, peſte &c. præſtantiſſimum.

*Calculus.*) Ex hoc *CL. Tachenius in Hipp. ſuo Chemico* duos ſpiritus per mechanicam liquidum & ſolidum elicere tentat Accipe, inquiens, calculum ex veſica exciſum, vel ſpontè de renibus elapſum, drachma una vel altera ſufficit. Hunc inde re-

tortæ vitreæ novæ ac mundæ ( calculus non ſit pulveriſatus ) retortam pone in Aren. cui appone receptaculum mundum ac novum, urge moderato △ne & primo extillabit alkali ſimilis urinæ, nullius tamen odoris in receptaculum, & paulò poſt ſicior pars ejuſdem alkali ſublimari in retortæ collo videbis, ambos ſpiritus liquidum & ſolidum miſce ac diligenter vaſculo vitreo cera obturato ſerva, aliàs aperto in auras abiret.

Infrigefacta retorta reperies Calculi fruſtula, ea forma, qua poſita fuerint, adeò tamen levia & friabilia, ut ſi digito leviter ſaltem tangas in pulverem concidant, quibus fruſtulis integris ſi rurſus affuderis alkali ex calculo reſervatum, vel aliud urinæ ſtatim indureſcit, ut erat &c.

N. Hæc à me ſæpius Vulcani examini expoſita vera & probata me expertum fuiſſe, ſanctè atteſtari poſſum.

Juxtà *Nobiliſſ. Helmont. in tract. de Lithiaſi* proceſſus generationis Calculi talis eſt. Primum eſt terra volatilis, (quam Tachenius alkali vocat) quæ extrà corpus in urina excretâ fermentata & putrefacta ſe tetro prodit odore, quem in recenti lotio ſtatim excitat matula, jam illa mephiti perfuſa. Intrà corpus verò putridum, ſive renum ſive alterius partis ſeminium, inquinamentum & diſpoſitio vel hæreditaria vel adſcititia, fermentum hoc ſtercoreum imprimit urinæ & format terram illam volatilem. Secundum, quod pyrotechnia patefacit, in urina eſt aqua quædam ardens, deſtillatione inde extracta, & veluti ſpiritus vini inflammabilis. Tertium eſt ipſe ſpiritus urinæ deſtillatione etiam prolectus, qui ſi affundatur prænominato ſpiritui ardenti, cum dicto illo indiſſolubili conjugio ſibi maritat, & in offam albam mutat.

Modus igitur generationis Calculi talis eſt, Terra ſcil. volatilis ex fracido ſuo ſeminio prognata recipit occurſantem urinæ ſpiritum cui ſi obviet Aqua illa ardens, lucta oboritur & permeant ſeſe intimè perque atomos in ſe operantur, quoadusque exhauſta vel alterutrius vel utriuſque δυνάμει condenſetur Calculus.

N. Verùm longè aliud eſt ignis, aliud Archéi productum. Optandum foret, hanc mechanicam pyrotechnicam non minus in calculo adhuc in corpore exiſtente ita demonſtrari poſſe, atque jam extrà corpus conſtituto.

*Tartarum ſ. Calculum in omnibus partibus ſolvit.* ) præter hanc ſuam vim lithontripticam, quam etiam exterius in manu grandior detentus exercet, ſudores etiam inſtar Bezoardici potenter ciet. Et ſudorificum melius ac excellentius non inveniſſe teſtatur *Iacobus Bontius in notis ad Garc. ab Ortâ*, cum admixtâ theriacâ aut Mithridatio addito tantillo oleo deſtillato Succini aut juniperi. Ac philtrorum perniciem illo mitigavit *Henricus ab Heer obſerv.* 13.

## PRÆPARATA.

1. *Sal Cryſtallinum.* ) Hæc non philoſophica ac genuina eſt operatio chemica, & hoc modo per calcinationem ſcil. in æternum non elicies Sal cryſtallinum, principiis calculi conſtitutivis in auram evaneſcentibus. Si cum Nitr. Sulphure vel Sale comm. calcinaveris, non ex ipſo calculo, ſed ex additis ſalibus Sal emerget toto cœlo à calculo differens. Non Entis igitur nullæ dantur affectiones. Nullum ſcilicet oleum ſ. Liquor, nec Eſſentia ſ. Elixir inde ſunt expectanda.

## *Ex CADAVERE ſ. HOMINE MORTVO.*

*I. Cadaver integrum Carovè* Officinis *Mumiæ* titulo venit Munce, Mumınus.

Hæc reſolvit ſanguinem coagulatum ( aſſumpta ℥ij.) conferreque dicitur purgationi capitis, punctioni Lienis, tuſſi, inflationi corporis, menſibus obſtructis, aliiſque affectibus uterinis & ſim.

Extrinſecus adhibetur vulneribus conſolidandis.

N. *Mumia communiter 4. denotat.*

1. *Mumiam Arabum, quæ eſt liquamen ſeu liquor concretus exudans in ſepulchro è cadaveribus Aloë, Myrrhâ, Balſamoque conditis.*

2. *Ægyptiorum, quæ eſt liquamen ex cadaveribus piſſaſphalto conditis. Nimirum, hoc condiebantur cadavera vilioris ſortis, adeoque & ipſamet cadavera nonnunquam eo modo condita proſtant.*

3. *Piſſaſphaltum factitium, id eſt, mixtum pici bitumen, quod pro Mumia venditant.*

4. *Cadaver ſub arena Solis æſtu torrefactum. Fitq; in Hammoniorum Regione, quæ eſt inter Cyrenarum Regionem & Alexandriam, ubi arenarum Syrtes Ventor. turbine ſublatæ incautos viatores obruunt, unde horum cadavera à flagrante Solis æſtu torrentur & exareſcunt.*

*His 5. & Mumia recentiorum addi poterit, quæ fit: Eligatur Cadaver hominis ruffi ( quia in hoc ſanguis habetur tenuior adeoque & caro præſtantior, ) integrum, recens, ſine macula, 24. an. circiter annorum, morte violenta ( non morbo ) interemptum, per diem & noctem luminarium radiis, ſereno tamen tempore irradiatum. Hujus carnes muſculoſas fruſtulatim conſcinde, & conſperge pulvere Myrrhæ & tantillo ſaltem Aloës, poſtea imbibe macerando aliquot ▽ in ▽ ſuſpendatur per 8.6. vel 10. ac iterum cum ▽ imbibatur; tandem in aëre ſicciori, locoque umbroſo fruſta ſuſpenſa ſicceſcant, tunc aſſimilatur carni fumo duratæ, ſine fœtore. Crollius.*

N. *Ex his jam recenſitis Mumiarum generibus, etſi prioribus, ſi ſaltem è ſanis corporibus haberi poſſint, ſuas laudes non derogem, præcipuè primo quod tamen vix ad nos perferri credo: Attamen iis poſteriora duo præferenda autumo, utpote in quibus metu ſumus ſoluti, quem incutit Renodæus, Mumiam Officinarum nihil aliud eſſe perhibens, quàm expreſſum putridi cadaveris ſuccum inſpiſſatum, ideoque magno mortalium damno divendi.*

## PRÆPARAT.

Vulgaria quæ Mumia officinarum ingreditur paſſim occurrunt.

*Suntque.*

Pulvis ad caſum. Athanaſia magna. Balſam. Petri de Ebano. Unguentum Sympathetic. Emplaſtr. Apoſtol. nigrum. Cerat. pro hernioſis. Laudan. Opiat. &c. Inſuper ſunt minus vulgaria.

1. *Tinctura ſ. Extractum Mumiæ Quercetan.*

Fit ex Mumia vulgari, extrahendo cum ▽ & Terebinth. an. iterumque menſtr. ſeparando ad mellis conſiſtentiam. Querc. Spagyric.

Vires. *Alexipharmaca eſt, putredinique ſummopere reſiſtit. Commendatur itidem ad morbos pectoris, Aſthma, phtiſin, &c.*

N. *Fæces remanentes admodum ſunt anodynæ.*

2. *Tinctura ſ. Extr. Mumiæ Crollij.*

Fit ex Mumia recentiorum dicta cum ▽ aut Sp. Sambuci.

N. *Ex hac facit Crollius Theriacam de Mumia: quæ ♃. Tinctur. Mum. ℔ß. Theriac. Androm. ℥iv. Ol. Olivar. Mumiati ℥ij. Sal com. Perlar. & Corall. ana ʒij. Terræ ſigillat. ℥ij. Moſchi ʒj. Dig. per menſem.*

Vires. *Commendatur ad quavis venena & contagia, ſubvenit peſti præcavendo, ℈j. & curando, ʒ. 1. vel* ʒiß.

N. *In aſſumptis venenis exhiberi poteſt cum Ol. Amygdal. dul. ad Vomitum.*

3. *Tinctura Alcaliſata, ſ. Elixyr Mumiæ.*

♃. Mumiæ, ſcil. carnis humanæ induratæ, tenuiter inciſæ, affunde Sp. Terebinth. vaſeque Hermet. clauſo per menſem, ad putreſcendum ſepone. Expreſſioni veſica bubula exceptæ affundantur aliquot par-

tes 🜈 rectific. Inde in XX cæco ſuper cucurbitam juncturis optimè minutis adaptentur, ita ut cucurbita in frigidam ▽m poſita, arena, prunaque circa XX lento calore officium faciant, cujus beneficio Liquor, ſ. Q. E. in forma perquam ſubtili cum 🜈 per veſicam delabitur. Materia reſidua reverberanda & in Sal. com. ſublimatione redigenda, demùm cum Q. E. poſteaquam illa à 🜈 per MB fuerit ſeparata, circulationis medio unienda. Quibus peractis Qu. Eſſ. Mumiæ cum Theriaca & Moſcho amplius digeri, & ita in forma Elyxirii reſervari poterit. *Tentz. in Med. Diaſtat.*

Vires. *Remedium eſt præſentaneum cum ipſiusmet peſtis, tum aliorum deleteriorum.*

N. *Circumfertur & Tinctura Mumiæ ex 4. ſuis Elementis a ſe invicem ſeparatis denuò conjunctis, quam qui voluerit, videre poterit apud Tenz. in Med. Diaſtat.*

4. *Alia Tinctura ſeu Arcanum carnis humanæ.*

Carni humanæ ſuperfunditur 🜈 rectif. per ♂ ℘ (4.) decantato 🜈 irroratur eadem.

2. Spir. communis, per vices ut magnam ejus quantitatem imbiberit, hinc exicca, habes carnem conditam ſummè proficuam.

3. Ex hac extrahe Tincturam cum Spiritu Vini, vi digeſtionis in ſummam fragrantiam redacto. Circulando defæca, ex fæcibus calcinatis ſal extrahe, idque depuratum Tincturæ admiſce, & abſtrahe. P. I. Fab. Myroth. cap. 11.

5. *Ol. Oliv. Mumat.*

♃. Mum. ante paratam, (induratam) ſcinde per minima, digereque cum Ol. Olivar. vaſe H. C. per menſem. Hinc transfunde in cucurbitam vitr. atque in MB exhalet Mercurius, donec nullus exeat fœtor, & Mumia tota diſſoluta ſit. Solutionem digere aliquamdiu ♂ ℘ 20. cum 🜈, poſtea eundem abſtrahe, & remanet 🝆 rubicundum & odoriferum.

N. *Quercetanus recipit recentem.*

Vires. *Omnes Balſami naturalis habet proprietates, venenatis & peſtilentibus affectibus conducit. Quercetan. Spagyr.*

6. *Ol. exaltatum.*

🝆 hoc dicto modo paratum exaltari amplius poteſt, ſi cum 🜈 aliquamdiu digeratur, 🜈 iterum abſtrahatur, idque aliquoties (3. 4.) repetatur.

*Vires.* Tinctura ſeu oleum hoc Mumiæ exaltatum, tantâ dicitur pollere facultate vivificâ, ut nulla ſit particula, quam ipſa non penetret, nullum ulcus, nullave corruptio quam non curet, ſi ipſius exhibeas bis quotidiè per aliquot tempus gr. 4. 5. cum decocto convenienti. Querc.

N. *Libavius carnibus recentibus inciſis addit parum Sal. communis & Spir. Terebinth. macerat vaſ. clauſ. colat. & fœtorem aperto vaſe exhalare ſinit, poſt deſtillat per 🝭, vel XX rectum, additeque moſcho, & 🜈 digerit.*

7. *Aqua Divina.*

♃. Totum Cadaver cum oſſibus, Carnib. Viſceribus (perempti ſcil. morte violentâ:) ſecetur in fruſtula minutiſſima, probeque ſubigantur omnes corporis partes, ne quid maneat incommixtum. Hinc deſtillabis vice ſecundâ.

Vires. *Sunt qui Aquam hanc divinam magnificâ ſuâ virtute maximopere prædicant.*

*Nimirum.*

Guttulas aliquot Sanguinis, (ſc. 3. vel 9.) ex Ægro aliquo extracti, miſcent cum aliquota parte, (℥j) dictæ ▽æ, △ique apponunt, quod ſi ſanguis & ▽a invicem miſceantur, intrà breve temporis ſpatium (hor. 24.) ſanitatem promittunt, ſin incommixta manſerint, brevi mortem ſubſequuturam autumant. In defectu ſanguinis ſimiliter procedunt cum excrementis, ſcil. ⊡, ſtercore, ſudore, ſanie & ſimil. Quæ tamen majori Doſi adhibent.

*II. Cutis* commendatur in difficili partu & affectibus hyſtericis, (*ſi venter eâ ligetur*) in aridura & contractura articulor. (*ſi chirothecæ inde factæ induantur.*)

*III. Pinguedo*, roborat, diſcutit, mulcet dolores, removet contracturas, cicatricum cutitiem lenit, foveas poſt morbillos relictas explet.

PRÆPARATA.

*Linimentum*, miſce axungiam cum ſpir. 🜖i, extractione & redactione relinquitur aliquod viſcidum.

Vires. *Penetrans eſt, uſumque habet in ariduris.*

*IV. Oſſa humana*, exiccant, diſcutiunt, aſtringunt, fluxus quoſcunque ſiſtunt, adeoque utilia ſunt in Catarrho, fluxu menſium, Dyſenteria, Lienteria. Inſuper articulor. dolores compeſcunt.

N. 1. *Uſitatum eſt recentioribus purgantibus ea admiſcere.*

N. 2. *Adhibentur & dentes è maxilla mortui evulſi, commendanturque ad morbos maleficio introductos (in ſuffitu,) & ad corroſos dentes evellendos, (ſi ſæpiuſcule tangantur,) Hartmann. in pract.*

PRÆPARATA.

1. *Pulvis ſ. Cinis* fit l. c. calcinando in fornace figulina.
2. *Oſſa præparata* fiunt l. c. cum ▽ convenienti lævigando.
3. *Magiſterium* fieri item poteſt l. cit.
4. *Oleum* fit deſtillatione per 🝭. v. l. 2.

Vires. *Diſcutit, anodynum eſt ideoque inſigne antipodagricum.*

*V. Medulla oſſium*; commendatur ſummè ad contracturas membrorum zur Lähme der Glider.

*VI. Cranium* ad capitis morbos conferre compertum eſt, & nominatim ad Epilepſiam, unde & varias paſſim compoſitiones Antepilepticas ingreditur.

Laudatur autem præcipuè Os triquetrum temporum ceu peculiare Epilepſiæ ſpecificum.

[Sunt qui Crania puerorum affectibus puerilibus magis convenientia cenſent.]

PRÆPAR.

1. *Cranium calcinatum* fit l. c. in fornace figulina.
2. *Cran. præparatum* fit à calcinato cum ▽ antepileptica, v. gr. flor. Tiliæ lævigato.
3. *Magiſterium Cranii* fit l. c. ſolvendo in ſpirit. aliquo acido, v. gr. ſp. 🜖 & præcipitando.

Doſis ad ℈j. vel ʒß.

4. *Magiſterium compoſitum, ſeu Spiritus Cranii eſſentificatus* fit, ſi liquori acido, oleo ac ſali volatili, Sal quoque fixum ex 🝎tuo extractum conjungatur, & poſtea

& poſtea ſimul per menſem philoſoph. in cinere illa digerantur ac uniantur.

Vires. *Antepilepticum eſt, cujus vires vulgarium antepilepticorum facultates longè ſuperant. Brendel.*

5. *Oleum* fit deſtillando crania contuſa per Retortam. Exit liquor ☉. Sal. com. volatile.

N. *Officinis hoc vulgare eſt incorrectum, præſtaret tamen cum ∀ rectificaſſe.*

Doſis à gr. IV. ad VI.

6. *Sal. com. volatile* unâ operâ cum oleo acquiritur.

7. *Extractum ſ. Tinctura Cranii.*

℞. Crania 2. vel 3. groſsè contuſa, digere ♂ ℘ aliquot (14.) & cohoba cum ſpir. Iuniper. vel Salviæ ad eminent. digit. 4. & 5. affuſo, macera in phiola longi colli optimè clauſa VB ♂ ℘ (12. 13. 14.) Hinc exprime per torculare perquam fortiſſimè, & exibit liquor rubicundus oleoſus. Cola & abſtrahe in VB, ad conſiſtentiam ſapæ.

Vires. *Extractum hoc digeſtum & perfectè depuratum, tanquam theſaurum pretioſiſſimum adverſus Epilepſiam diligenter aſſervare fas eſt.*

Doſis ℈ß. ad ℈j. cum ſua ▽ propria ♎at. *Quercetan. Pharmacop. reſtit. cap. 26.*

8. *Extractum ſeu Galreda Theophraſto.*

℞. Limatur. Cranii, digere cum ∀ (ſalviato ♂ ℘ 15.) dein deſtilla per ◯m (præmiſſaque maceratione ♂ 15.) cohoba vice tertiâ: tandem deſtillatum circula, (♂ 5. 6.) & ∀ MB ſeparato, Eſſentiam inſtar coaguli ſerva.

Doſis g. 5. 6. quotidiè. *Quercetan. de Med. Spagyr. præp.*

*VII. Uſnea Cranii* (i. e. Muſcus naſcens in cranio interempti, aëri expoſito,) aſtringit validè.

Uſuſque magni eſt in Hæmorrhagia quacunque, v. gr. narium (inditus.)

N. 1. *Sunt qui Uſneam in manibus retentam Hæmorrhagiam quamcunque incantamenti inſtar, ſupprimere tradunt.*

N. 2. *Adnaſcitur & aliis Oſſibus aëri expoſitis Uſnea quædam quã viliorem quidem reputant, verum & huic magnam vim adſtringendi ineſſe, experientia docuit.*

Ingreditur Uſnea Cranii compoſitionem unguenti Sympathetici ſ. Magnetici. v. l. 2. c. 78.

*VIII. Ex cerebro fiunt.*

1. *Spiritus Cerebri humani: Aqua aurea dicta.*

℞. Cerebrum hominis juvenis (intra an. 24.) ſani, violentâ morte peremti, cum omnibus membranis, arteriis, venalis & nervis, cum medulla ſpinali tota, conquaſſa & affunde aquarum Cephalicarum, (*fl. Tiliæ. Pæon. Betpn. Ceraſ. nigr. Lavendul. Lil. Conval. imprimis diaphoretici in acutis*) q. ſ. ad eminent. dig. 4. vel 5. relinquantur aliquamdiu, poſtea per cohobia ♎entur. Ex fæcibus calcinatis elice Sal. quem deinceps cum ⏜u facto conjunge & totum curioſè ſerva.

Vires. *Antepilepticum inſigne reputatur.*

*Doſis à ℈j. ad ℈iv. Hartmann. in pract.*

N. *Ex cerebro Alcis inſigne itidem Antepilepticum ſimili ratione parari poterit.*

2. *Oleum Cerebri.*

Subſtantiæ Cerebri admiſce nonnihil ſal. commun. ac deſtilla per ◯m vitream ex arena.

Vires. *Inſigne quoque Antepilepticum eſt, caputque ſummè confortat.*

N. *Tota ferè Cerebri ſubſtantia in ☉ redigi poterit, hinc parum Salis expectandum.*

3. *Aqua Antepileptica.*

℞. Cerebri humani ℔. iij. Aq. Lil. Conval. Lavendul. primul. Ver. Vin. Malvat. an. ℔. iij. ſtent infuſa ♂ 5. dein ♎entur per MB.

IX. *Ex felle humano* fit Extractum cum ∀, quod auri inſtillatum mirè ſurditati ſubvenit.

X. *Cor*, Epilepſiæ medetur, (*ſiccatum & exhibitum.*)

[Ex Matrice Sal Volatile paratum memini pro fœcunditate.]

Et hæc ſunt, quæ de medicamentis ex homine depromptis compendii ratio ſcribere permiſit, ulteriorem farraginem qui cupit, paſſim apud Authores inveniet. Peculiarem quoque inde conſcripſit Tractatum Clariſſimus Dn. D. Daniel Becker, Profeſſor & Phyſicus Regiomontanus, qui primùm in 12. poſtmodum ſuperioribus annis in 4. ſufficienter augmentatus prodiit.

HOFMAN. Ex cadavere ſ. homine mortuo.

*Cadaver integrum, Carove, officinis Mumiæ venit titulo)* *Mumiæ* vocabulum *Rhaſi* & *Avicennæ* Arabicum eſt, *Piſſaſphaltum* denotans. *Iſaac* Perſicum eſſe dicit, quod liquamen quoddam in ſepulturis inventum ſignificat, in quibus hominum cadavera aromatibus condita per multos annos ſervata fuerunt. Olim, apud Ægyptios reperiebatur tantum in Regum & aliorum Heroum Sepulchris, qui aliquam futuræ reſurrectionis ſpem haurientes, ut humanum corpus diutiſſimè incolume ſervarent, aloë, myrrhâ & aliis plurimis balſamicis aromatibus condiebant, At illa hiſce temporibus ad Nos non amplius transfertur. In tantâ enim exiſtimatione apud Ægyptios ſunt Regum ipſorum, Principum eorumque agnatorum cadaverum reliquiæ, eaſque tam reverenter habent, ut non niſi in maximâ egeſtate aut extrema neceſſitate tanquàm pretioſiſſimum ſuum Diadema pro magno ære aliis oppignorent. Quæ ad Nos hodie tranſvehitur ex Ægypto, ea non ex Aloë & Myrrha condimentum eſt corporum, ſed ex Aſphalto. Ut enim illis nempe Croco, Myrrhâ, aloë nobiles utuntur; Ita plebeios homines Aſphalto ad corruptionem inhibendam corpora munire Strabo teſtatur. Cum verò eaſdem huic virtutes tribuant, quas Dioſcorides Piſſaſphalto, idemque efficere dicant, quod permixtum pici bitumen, intereà verò neque vera Mumia, neque, niſi raro, Dioſcoridis Piſſaſphalton habeamus, ex pice bitumine permiſtam piſſaſphalton factitiam pro Mumiâ venditant, vid. *Renodæus in diſpenſat. Medic. Libr. III. cap. 2. D. Andr. Tentzel in Medicin. Diaſtatic. cap. 1.* Cùm igitur Mumiæ tanta ſit diverſitas & varietas, hoc remedii genere ſine pharmaceutices incommodo facile carere poſſimus, & hujus loco alia Medicamenta ejuſdem energiæ ſubſtitui queant, Mumiis ad Nos delatis ex pharmacopoliis exulantibus & pro explenda curioſorum cupidine ad conclavium ornamenta repoſitis, majoris ſecuritatis gratiâ vel Arte confectas Mumias, vel alia Medicamenta ex carne humanâ præparata adhibere poſſumus.

Præparata.

*Vulgaria; quæ Mumia Officinarum paſſim ingreditur &c.)* Tot ſane Medicamenta balſamica, alexipharmaca & vulneraria, tot Eſſentias diaphoreticas, præſervantes, alexiterias &c. poſſidemus, ut hiſce carere poſſimus, æquè ac pulvere contrà caſum, Athanaſiâ magnâ &c. dum vel ſolus ſpiritus ſanguinis humani cum Sale volatili rectificatiſſimus vel cruor hirci, ut ſuprà deſcriptus, cum oculis cancri cum & ſine antimoniatis & alia ex tempore miſcibilia abundè ſatisfacere poſſunt.

*Inſuper ſunt minus vulgaria 1: Tinctura ſ. Extractum Mumiæ Quercet. 2. Tinctura ſ. Extr. M. Crollii. 3. Tinctura alcoliſata Mumia. 4. Alia Tinctura ſ. Arcanum carnis humanæ.)* Niſi loco ſp. vini ſ. ſpiritum ſalis tartari volatilis ſubſtitueris in ſubſextuplâ portione hiſce Tincturis Mumiæ, parum vel nihil extrahes ex carne humanâ, aliàs ſimplicibus Myrrhæ & aloës Eſſentiis longè inferiores erunt. vid. Balſamum anti-podagricum D. A. G. num. 7. ſect. 4. Theſauri pharmaceutic. annexi.

5. *Ol. Oliv. Mumiat.)* quoad uſum ejus internum commodè

dè carere poſſumus; licet externè adhibitum non ſit ineffi-cax.

7. *Aqua Divina.* ) Huic Aquæ præfero Mumia[illegible] Magne-tem, quem D. Andr. Tenzelius deſcribit in Medic[illegible] Diaſta-tica Cap. VI. & uſu ſpiritualis Mumiæ Cap. VII. [illegible] vi-de.

2. *Cutis.* ) Hæc in ſuffocatione hypocondriaca & partus difficultate commendatur, ventre ea ligato, item in atro-phiâ & contractura alicujus partis, ſi chirothecæ inde factæ geſtentur. Ex hâc etiam nobile emplaſtrum vulnerarium con-fici poteſt.

3. *Pinguedo.*) internè recens ſumpta phthiſi medetur, atro-phiam tollit; externè diſcutit; roborat, anodyna eſt contra-cturis opitulatur.

4. *Oſſa humana* ) falsò his affingitur vis antiarthritica, & inde minus rectè ea purgantibus admiſcentur.

N. 2. *Adhibentur & dentes ex maxillâ mortui evulſi &c.* ) Sed homo naturali morte peremptus ſit, neceſſe eſt. Hu-jus effectus cauſa Archeus eſt, qui adeò mortem timet, ut cadaver juxtà ignem tepidum tactu frigidum videatur, eò quod ſpiritus vitalis cadaver pertimeſcens ex manu recedat, adeò Archei opera; ſenſatio & ejus defectus ubique manifeſtantur. Sic & Strumæ, Nævi materni, aliique tumores abolentur, ſi pars affecta affricetur ad manum cadaveris humani lentâ mor-te defuncti, uſque dum incaleſcat, ita enim ſenſim evaneſcunt, prout ſenſim putreſcit cadaver, quod tardius hyeme, æſtate citius contingit, hoc fit oblitterando ideam parti maculatæ ob phantaſiæ maternæ impreſſionem inhærentem.

6. *Cranium.* ) Hoc contrà Epilepſiam tanquam ſpecificum commendatur, in quo cerebrum totum conſumptum & liqui-dum redditum, quale ſuſpenſorum aut rotæ impoſitorum, cujus liquoris irroratione continua Cranium vires acquirit ma-jores. Laudatur autem præcipuè OS triquetrum temporum. Si fruſtula cranii de homine ſano adhuc in vivis conſtituto, qui olim vel cæſim vel globo plumbeo in cranio læſus fuit, haberi poſſent, majoris eſſent virtutis antepilepticæ. Prout notus Mihi fuit tum temporis Iuvenis iſte Hallenſis, cujus honorificam mentionem facit *D. D. Johann. Freitagius Medicus Ratisbonenſis in Gregor. Horſt. obſerv. Libr. 1. de Morbis Capitis obſ. 9. p. m. 64.* qui ex bombardâ Mosquetâ plumbeo glo-bo tactus in vertice, ubi ſutura ſagittalis cum lambdoide con-currit, hic ſenex tandem factus de particulis iſtis oſſium de cranio evulſorum, quorum numero 85. pondere ferè quadran-tis libræ fuère, ad parentum deſiderium multis gratificabatur & opitulabatur infantibus epilepticis, ſed quod notandum non ſine cephalalgiâ ipſum ſemper poſt peractam illorum diſtribu-tionem infeſtante.

Præparata.

1. *Cranium calcinatum.* Præterea habemus etiam Cranium ſ. △ ſive philoſophicè præparatum ad modum CC. ſ. △ Magiſte-rium Cranii fit more conſueto vel cum ſp. vitrioli cranium ſolvendo, & cum ſp. vitrioli philoſ. [illegible]tando, vel cum ſp. ni-tri Vir. ær. &c.

4. *Magiſterium compoſitum &c.* ) ſummum hoc erratum eſt, cranium enim, nec ulla alia pars ex corpore humano aut a-liis animalibus deſumpta nec liquorem acidum, neque ſal fi-xum ex Cap. mort. ſuppeditat, quomodo igitur, quæ non ſunt, invicem conjungi & digeſtioni committi poſſunt? rema-nente oleo ac ſale volatili cum ejus liquore.

7. *Extractum ſeu Tinctura Cranii.* ) Loco ſpiritus juniperi vel Salviæ ſpiritus Salis Tartari volatilis ſubſtitui debet, aliàs ni-hil ſolvet.

8. *Extractum ſ. Galreda Theophraſti.* ) elaboratur etiam in modum galredæ CC. vel Eboris. Vel Recip. raſur. cranii hu-mani q. v. affunde Acet. deſt. ad 3. digitorum eminentiam, ſtent per ♂ ♀ aliquot in digeſtione, exprime & accipies gelatinam, expreſſæ iterum Acet. deſt. novum affunde & con-tinua, donec omnis gelatina extracta. Gelatinam hanc deſtil-la ad dimidias, & affunde ſp. vini, digere, & in fundo ſub-ſidebit liquor aurei coloris, qui per inclinationem ſeparandus. Hæc ad epilepſiam ſingulariter commendatur.

VII. *Uſnea Cranii.* ) *Uſnea* tanquam oſſium humanorum vi-gor confermentatus virtutem etiam mumialem in ſe habet ab-ſconditam. De hâc *Doctores* inter ſe diverſæ ſunt opinionis. Dum alii ſtatuunt ex ſolis craniis ſuſpenſorum deligendam eſſe, quod ſpiritus mumiales ſtrangulati in calvariam intrarint; Alii parum referre ajunt, ſive ſit ex ſtrangulatis, ſive ex alterius cu-juſdam capite. Et *Th. Paracelſus* uſu comprobatum dicit, uſ-neam ex cranio rotâ interemptorum non minus laudabilem eſſe, quàm laqueo ſuſpenſorum. Et colligendum eſſe, inqui-unt, in Lunæ incremento in Veneris domo exiſtentis, vel Lu-nâ in piſcibus, vel tauro aut librâ verſante. In Hæmorrhagiâ quâcunque obſervavi magni uſus eſſe vel in nudis manibus uſque ad incaleſcentiam retentam. Eſt *potiſſimum Unguenti Sym-pathetici ingrediens.*

VIII. *Ex cerebro fiunt.* ) Quemadmodum *D. Author* ſpiri-tum cerebri humani, item oleum ejuſdem &c. conficere docet, in æternum non ſuccedit, nunquam enim ſic ſpiritum & ſal volatile ex cerebro humano vel alterius animalis elicies, niſi per retortam hoc fiat △ni aperto expoſitam per gradus aucto, & adaptato receptaculo capaci; Poſtmodum horum ſequatur rectificatio, & demum cum aliis ſpecificis balſamicis aroma-ticis, quæ *D. Author* adducit, mixtura facienda.

*Ex facibus calcinatis elice ſal &c.* ) ne hilum quidem ſalis inde acquires, quia nullum ineſt, ſed omnia in animalium partibus ſunt volatilia, non fixa ſalia. Totum cerebrum vul-cani adminiculo tranſit in phlegma, ſpiritum, oleum ſubtile & craſſum, ſal volatile & Cap. mort., in ultimo illo ne gry Salis fixi ineſt.

*Lacertus.*

*Vid. Inſectorum Claſſem.*

*Leo.*

Exhibet 1. Pinguedinem ad coitum proficuam, priapo inunctam.

2. Stercus, Antiepilepticum, ex quo etiam paratur Spiritus ad ℈ß. exhibendus, ingrediens Magnatibus familiarem compoſitionem.

3. Cruor exiccatus in Vino hauſtus Epilepſiam tollit. Hujus tamen Spiritus & Sal Vola-tile efficaciora ſunt.

HOFMAN. *Leonis* hoc loco facienda eſt etiam mentio, nec hic ſicco pede eſt prætereundus.

Eſt autem Animal ferociſſimum ac callidiſſimum, bruto-rum animantium veluti Rex, certo tempore coiens.

*Datur Mas & Femina.*

*Partes Medicinales ſunt*

1. *Cruor* 2. *Cerebrum* 3. *Pulmones* 4. *Iecur.* 6. *Fel.* 7. *Stercus.*

*Cruor* in furno exſiccatus & exhibitus cum vini hauſtu con-trà epilepſiam mira præſtat; cujus tamen ſpiritus & ſal volatile in expugnando caduci miaſmate majoris ſunt energiæ.

Ex *Cerebro* etiam ſpiritus, Sal volatile & oleum deſtillari poteſt magnarum in epilepſiâ, peſte, & ſuffocatione uterinâ virium.

Pulmones exſiccati pulmonum exulcerationi adeoque phthiſi opitulantur.

Ex *Corde* Aqua deſtillatur Cordialis ad modum Aquæ de Corde cervi additis aliis aromatibus.

*Iecur* exſiccatum prodeſt cachecticis, hydropicis &c.

Fel humanum & aliorum etiam animalium ſale volatili o-leoſo conſtare plurimi modernorum curioſorum Naturæ inter-pretum conſtanter defendunt, ducti manuali experientiâ; Si ſpiritum, inquiunt, Vitrioli aut Sulphuris cum felle bubulo committas, ſale urinoſo nativo illud ipſum prægnans eſſe, il-lico pugna & ebullitio evintet, quæ longè incitatior fuerit, ſi aquam cauſticam bili permiſcueris, adeò ut illico ſequatur turbatio, & ſpuma alba in ſublime attollatur. Hinc colligunt, ſale volatili oleoſo fel turgidum eſſe, quemadmodum etiam apparet in ſale volatili Tartari oleoſo, huic ſi ſpiritum acidum Vitrioli vel Sulphuris affundas, illud ipſum effervefcere & quaſi ebullire. Verùm ſatis mirari nequeo, tantæ exiſtimationis viros tanta ſæpe pro veritate ſomnia venditare, cæteroquin ludibria; Ridet Natura, fidem pro ſenſu notis ex ſomno poſ-cere & pudenda commenta pro veritate docere. Fel enim non oleoſus nec ſalſus, verùm gummoſus aqueus liquor eſt, diffi-cile cum reſinoſis, facile autem cum aqueis aſſociandus; Et ſi vulcani examini committimus, deprehendimus, nil niſi aquam præbere inſipidam, nullum oleum, nullum ſal volatile, reli-ctis in fundo ſcoriis abſque ullo ſalis fixi vel volatilis aut o-lei indicio. Neque oculato teſtimonio verum eſt ſpiri-tum Vitrioli vel ſulphuris acidum, aut ▽am cauſticam ei nuptam ebullitionem aut ullam ſpumam concitare, ſed dicta acida ſalia felli commiſta illud prius eminere faciunt, poſtmodum invicem concuſſa præcipitantur, ex quâ præcipi-tatione viridis emergit color inſtar ſucci alicujus herbæ viridis, nulla hic in conſpectum venit ebullitio, nec ulla ſpuma, in fun-do præcipitatur ſuccus quidam albus inſtar chyli. Ex quo phæ-

nomeno

nondeno pateſcit, quid de ſucci pancreatici acidi, ut volunt, cum bile fermentatione judicandum ſit, dum & ipſe ſæpè inſipidus interdum auſterus, modo acidus, modo ſalſus, modo acido-ſalſus repertus; Nos adhuc de vero ejus ac genuino ortu ac uſu ambiguos tenet.

*Stercus* in partus difficultate ex Leone fœmina fœtum jam enixa exceptum non ſolum per ſe exſiccatum mira præſtat in forma pulveris adſumptum, ſed & ad epilepſiam Spiritus exinde paratur tam ſimplex, quàm compoſitus ant-Epilepticus, ſeq. m:

Rec. cinerem cornicis ex nido extract. Turturem unum uſtum. Cranii humani combuſt. ℥ j. gran. tiliæ ℥ ij. ſtercor. Leonis ℥ ß. Hæc ſeorſim per ſe in ſingularibus cucurbitis perfundantur ſp. vini ad 3. digit. eminentiam. Stent in vaſis clauſis in digeſtione per triduum, aut ſi una infuſio non ſufficit, fiant plures. Poſtmodum adde tantum vini Malvatici, quantum Aqua vitæ extract. Sacchar. cand. ℥ iv repone in vaſe vitreo optimè munito.

N. Hæc Animalium uſtio rudis potius eorum deſtructio, quàm Philoſophica præparatio jure appellanda eſt, unde tanquam inutilis rejicienda, qua dicta animalia omni ſua virtute Medicinali caſtrantur & in terram mortuam ac effœtam rediguntur. Si quid virium ex hoc emanat, à ſtercore Leonis ſolùm provenit; Salia animalium volatilia cum ſale volatili ſtercoris Leonis mixta & in Eſſentiam redacta altioris ſunt indaginis.

## ¶ XXIV. *Lepus.*

Λαγὼς Haſe. Un Lievre. *The Hare.* Een Haſe.

Animal eſt timidiſſimum ac fœcundiſſimum, quoquo tempore coiens.

### OFFICIN. NAT.

1. *Cinis Leporinus.* 2. *Caput.* 3. *Oculus.* 4. *Sanguis.* 5. *Pulmo.* 6. *Cerebrum.* 7. *Cor.* 8. *Iecur.* 9. *Fel.* 10. *Renes.* 11. *Teſticuli.* 12. *Uterus.* 13. *Coagulum.* 14. *Talus.* 15. *Axungia.* 16. *Stercus.* 17. *Pili.*

1. *Cinis* fit ex Lepore integro combuſto (præſtat qui Verno tempore captus,) vel ex pelle tota, ad nigredinem cinerumve colorem incinerata. Præſtantiſſimum Medicamentum eſt in calculo.

Doſis ad ℈ j. & ʒ ß. vel ʒ j.

Alopeciis item & Pernionibus extrinſecus medetur.

N. *Laurenberg. leporem non calcinat, ſed animal decollat, ollaque inditum exiccat in clibano, pulv. exhibet.*

2. *Caput* Alopeciæ ſubvenit, (*cinis cum melle inunctus,*) dentes dealbat, (*cinis in dentifricii.*)

3. *Oculi Leporini* Martio capti, valent ad partum difficilem, ſecundinas & molam propellendam, (*ſiccati ſcilicet cum pipere ſine ulla compreſſione, impoſitique vertici ut pupilla verticem tangat.*

4. *Sanguis illitus* cutis vitia in facie, uti lentigines vitiliginemque ſanat: *aſſatus*, Dyſenterias & Cæliacorum profluvia ſiſtit, calculum comminuit.

5. *Pulmo* ſuſpirioſos juvat, Epilepſiam curare dicitur, (*muriâ conditus & quotidie cum Myrrha comeſtus per menſem;*) perniones ſanat (*impoſitus.*)

6. *Cerebrum* gingivis infantum affrictum dentitionem facilitat, tremores artuum emendat (*inaſſatum & manſum.*)

(Dentes leporini infantibus ad faciliorem dentitionem appenduntur, ut gingivas illis fricent, ſicuti Lupini.]

7. *Cor* dicitur itidem Epilepſiam curare (*ſimili modo quo pulmo adhibitus,*) dolores uterinos arcere, (*pulvis aſſumptus.*) Quartanæ peculiariter mederi, (*in partes tres diſſectum & præmiſſis univerſalibus initio 3. Paroxyſmorum, tertiâ parte ſingulis vicibus propinatum.*)

8. *Iecur* fluxum ſedat alvi, jecineroſiſque opem fert.

9. *Fel* Ophthalmicum & Otalgicum inſigne exhibet.

10. *Renes & Teſticuli* calculoſis propinantur, (*ſiccati:*) conceptum juvant (*à menſibus aſſumpti:*) mixtionem involuntariam corrigunt.

11. *Teſticuli* Urinæ incontinentiam tollunt, Veſicæ morbis ſubveniunt, ad conceptionem faciunt, (*pulveriſati & aſſumpti.*)

12. *Uterus* itidem conceptionem promovet (*ſiccatus & à menſibus propinatus.*)

13. *Coagulum* ſanguinem concretum diſcutit, conceptionem promovet (*poſt menſtruas purgationes vulvæ cum butyro impoſitum,*) potum verò partum enecat, Epilepſiam curat, &c.

N. *Præſtantiſſimum eſt quod eximitur antequam aliud quid, præter Lac maternum deguſtaverint.*

14. *Oſſiculum Tali* der Haſenſprung. *The little Bone of the Ankle.* Een kleyne Enckel been. commendatur ad arenulas, Colicam, Epilepſiam partuſque enixionem (*pulveriſatum & exhibitum.*)

N. *Idem de Vertebris caudæ affirmant.*

15. *Axungia* extrinſecus applicata, maximè ſi vetuſta ſit, tanta pollet attrahendi vi, ut vel ſpicula cuti infixa eliciat; inſuper abſceſſus rumpit, dolori dentium medetur, (*pone aures poſita.*)

16. *Stercus* calculoſis prodeſſe dicitur, (*cinis exhibitus*) Dyſenteriæ convenit, (*potum*) ambuſtis medetur (*impoſitum.*)

[N. *Urina ad auditum gravem celebratur.*]

17. *Pili* Linimentis ſanguinem ſiſtentibus miſcentur.

[N. *Pellis ejuſdem cum axungia efficaciæ putatur; partibus dolentibus in arthritide & catarrhis imponitur.*]

HOFMAN. *Lepus.*) *Leporis* uſtio potius ejus deſtructio, quàm genuina præparatio eſt, dum nil niſi Cap. mort remanet omni virtute orbatum. Nec minus cineris appellatio ipſi non competit, quia nullum alkali inde extrahitur. Pulvis in clibano exſiccatus jure meritoque illi præfertur. Eſt Archei ſedativum & ſanguinis coagulati reſolvens.

*Oculi leporini.*) ſiccati ſcilicet cum pipere ſine ulla compreſſione & vertici impoſiti, ut pupilla verticem tangat in partu difficili inſtar incantamenti cæteris ritè diſpoſitis juvant.

*Sanguis &c.*) Cruor Leporis in martio capti & per terrorem occiſi dyſenteriæ medetur.

*Cerebrum*) gingivis infantum affrictum dentitionem facilitat etiam Archei furorem ſedando.

*Cor*) quartanæ ſpecificè opitulatur, in partes tres diſſectum & præmiſſis præmittendis initio trium paroxyſmorum, tertiâ parte ſingulis vicibus propinatum.

*Teſticuli*) urinæ incontinentiam tollunt, id quod & de utero prædicatur cum braſſicâ capitatâ muriâ conditâ comeſto, qui etiam ad venerem ſtimulandam commendatur.

*Oſſiculum Tali*) contrà colicam & calculum commendatur, item ſuffocationem uteri &c. id quod & de vertebris caudæ affirmatur.

*Pili*) hæmorrhagiam narium ſiſtunt externè naribus inſerti.

## ¶ XXV. *Lupus.*

Λύκος, Lupus, Wolff. Un Loup. *The Wolf.* Een Wolff.

### OFFICIN. NAT.

Animal eſt audax, rapax, vorax, cani non abſimile unde & canis ſylveſtris nonnullis Venatoribus audit.

OFFICIN. NAT.

1. *Dentes.* 2. *Cor.* 3. *Hepar.* 4. *Inteſtina.* 5. *Axungia.* 6. *Oſſa.* 7. *Stercus.* 8. *Pellis.*

Vires.

1. *Dentes* argento incluſi infantulis familiares ſunt, quibus gingivas ſcilicet fricant, dentibuſque erupturis patefcere faciunt: alligati pavores eorum prohibent.

2. *Cor* comitialibus prodeſſe fertur (*toſtum & tritum.*)

3. *Epar* Epatis vitiis confert, ideoque & Hydropicis ac Emaciatis, nec non & tuſſientibus, (*ſiccatum & exhibitum.*)

4. *Inteſtina* inprimis ad colicos dantur dolores, quos itidem arcere dicunt circumligata: hoc item fertur de corio.

Doſis Inteſtin. arefactor. & pulveriſator. ℥ j.

[Caro pulveriſata comeſta Epilepticis utilis experta, & ſalita appenſa, in Hiſpania.]

5. *Axungia* non vilioris virtutis eſt, quàm canina: calf. digerit, articularibus morbis medetur, oculorum lippitudini confert, (*ſi eâ fricentur.*)

6. *Oſſa* ad morbum intercoſtalem, ut & ad ictus puncturaſque valent.

7. *Stercus* Colicis confert (*exhibitum*, (℥ j.) *vel brachiis, cruribuſve alligatum vinculo, ut nonnulli volunt, confecto ex lana ovis à lupo laniata, vel ex corio cervi. Vid. Foreſt.*)

8. *Pellis* lupi commendatur itidem ad dolores colicos mitigandos, (*facta inde ſtragula, vel cingulum cujus pilis ventrem tangant.*)

PRÆPARATA.

1. *Oleum* fit ſi Lupus in Oleo decoquatur.

Vires. *Podagricos dolores mitigat.*

2. *Eſſentia Sanguinis Lupi*, efficax ad diſſolvendum ſanguinem coagulatum. *Hartman. in pract.*

HOFMAN. *Lupus.*) Eſus Cordis & Epatis Lupini perfectè curat Epilepticos. *P. Borellus Centur. 2. obſ. 95.*

*Inteſtina Lupi* contrà colicam commendantur. Doſ. pulveris ℨ j. Per *aſperam arteriam pulmonum* Lupi potus hauſtus opitulatur pueris poſt variolas in faucibus læſis.

*Pellis Lupi*) ex hâc cingulum fieri debet in epilepſia, ventri & lumbis circumcingendum pilis exterius poſitis.

¶ XXVI. *Lynx.*

Λύγξ, Lupus cervarius. Lux/ Thiegerwolff. Un Lynx. *Lynx, A ſpotted Beaſt, the Deerlike Wolf.* Een Beeſt van verſcheyde verwe met geſchickelde hunden/ ſehr ſcherp van geſichte.

OFFICIN. NAT.

1. *Axungia.* 2. *Vnguis.*

Vires.

1. *Axungia* convenit articulis reſolutis.

2. *Vnguis* argento & auro includitur, geſtaturque adverſus morbum Comitialem & Spaſmum, (*loco amuleti.*)

N. *Præfertur qui in dextro pede pro pollice eſt.*

¶ XXVII. *Moſchus ſ. Moſchi Capreolus.*

Dorcas Moſchi, Gazella Indica. Biſam-Thier. La Chevrette de Muſc. *Moſchius*, or *Moſch-Cat*, or *Goat.* Muſch-Geyt.

Eſt animal exoticum Capreæ non multum abſimile, vulgare in Regno Cathai, Pegu, (Ditionis magno Cham ſubjectæ) ut & alii volunt in Ægypto aliiſque locis: colit alpes, nardis victitat, aliiſque herbis odoriferis.

N. *Tranſvehi quidem cœpit in Italiam, verum citra emolumentum, nec enim Moſchum exhibet, nec vitale diu ſuperſtes eſt.*

*Moſchus*, Biſam. Du Muſc. *Muſk.* Muſkeliaet.

Eſt excrementum ſeu ſanies incluſa Vomicæ circa umbilicum, dum ♀is æſtro animal id percellitur, enatæ: videlicet Vomicam hanc dum dolet, ad lapides vel arborum truncos fricat, adeoque diſrumpit, ſaniem inibi contentam effluere facit, lapidibuſque adhæreſcere, hinc calore Solis ulterius elaborata in moſchum odoris ſuaviſſimi faceſſit.

N. *Sunt qui ex Vomica abſciſſa, ſolique aliquantulum expoſita Moſchum colligunt, ſed hic ut priore immaturior eſt, ita & bonitate vilior. Adulteratur variis modis, verùm cui ſyncerus & verus non incognitus eſt, eidem ex odore & ſapore, quin & ex pondere fraudem deprehendere non erit difficile. Nonnulli probant, an Moſchus legitimus ſit, hoc modo: Pondus libra examinatum in labellum humore perfuſum immittunt, tum paulò poſt iterum æqua lance ponderant, quod ſi ſuperferatur, ſincerum & legitimum exiſtimant: ſin cedat, ſpurium & adulteratum.*

Vires. *Calfac. 2. ſicc. attenuat, diſcutit, cordialis eſt, & alexipharmacus, hinc & cephalicus.*

Vſus præcipui in omnibus affectionibus cordis, palpitatione (potus ac illitus) Spiritus nimir. vitales fovet, ſuſcitat, recreat: Hinc in affectionibus capitis ac nervorum à frigore & craſſis humoribus oriundis, tùm & in dolore colico [clyſteribus, etiam mixtus.] &c.

[Not. Moſchus ſanguinem commovet, adeoque iis qui hæmorrhagiæ narium, uteri, Hæmoptiſi, obnoxii ſunt, minus familiaris eſſe debet.]

Externè detergit tenues oculorum albugines, & humidas defluxiones exiccat, ad Venerem concitat, auditum imminutum reſtituit, (auribus inditus cum cottone.)

Doſis gr. IV. V.

N. *Vterum quia ſuavi ſuo odore allicit, mulieribus uteri aſcenſus obnoxiis minus commodè exhibetur, è contra v. majori cum utilitate pudendis ad retrahendum uterum illinitur.*

PRÆPARATA.

1. *Spec. Diamoſc. dulc.* } *Vide*
2. *amar.* } *Diſpenſ.*

3. *Confectio Moſchardina, ſ. Trochiſci Moſchardini v. l. 2.*

4. *Oleum Moſchellinum*, μοσχέλαιον, (*compoſitum*) *v. D.*

Hofman. *Moſchius ſeu Moſchi Capreolus.)* Non eſt Caprearum genus, ut *D. Autor* cum Aliis ſtatuit, ſed ſunt animalcula, quæ in certis regni Chinenſis Provinciis, quales ſunt Xantien, & Quinzaus, aliæque reperiuntur, & in ſylveſtribus locis, ubi cuniculorum more terram ſuffodiunt, degunt. Magnitudine & formâ ſuâ mediocrem canem ex parvorum illo genere æquant. Colore ſunt ex obſcuro rubro ac cinereo mixto, aliqua tamen albis nigriſque maculis ſignantur: pilos raros, diſſitos ac duriuſculos habent. Pedes ſunt longi, unguibus canis inſtar armati, ſed longioribus & acutioribus, quibus facilè ſibi ſpeluncas in terrâ fabricant. Roſtrum oblongum, caninum, dentibus probè munitum; Aures habent curtas & rotundiuſculas, oculos parvos & minimè alacres, ſimiles illis qui morti vicini ſunt. Non quidem multum agilia, ſed vafra admodum ſunt, ubi abſcondendi ſub terrâ neceſſitas illa urget. *Ex Theſaur. Mexican.* p. 517.

*Moſchus.* Biſam.) De hujus origine Doctores inter ſe contentionis ſerram trahunt, illorumque Libri controverſiis ſunt pleni. Quidam, ex quorum numero *&* *D. Autor* eſt, ex caprearum genere, quæ Moſchum ex umbilici vomicâ quotannis expromat, deſumunt. Alii ex Animali Leporis formâ petunt. vid. *Nard. Anton. Rechi in Animal. Nov. Hiſpan. Ioh. Fabr. Lyncei expoſitione p. m.* 554. Verum *F. Gregorius de Bolivar*, qui Orientalis & Occidentalis ſolis regna perluſtravit, & lineam æquinoctialem ſepties incolumis navigando tranſiit, in hiſtoriâ *de Moſchi origine & modo generationis* ex Hiſpanico Idiomate in latinum tranſlatâ, totam de *Moſcho* controverſiam diſceptavit. Suprà ſcilicet dicta animalia his artibus ab illis, qui *Moſchi* Mercaturam exercent, capiuntur. Circumdant videlicet loca, in quibus dimorari eadem norunt, vel igne, vel retibus & canibus, atque in ſubterranea loca profugere compellunt, quæ poſteà ſubfodiendo vel aliâ induſtriâ extrahunt, in tanto ſæpe numero, ut ad trecenta etiam capiantur. Hæc ſubitò jugulant, ſanguinem, qui in ipſis maximè abundat, in vaſe aliquo mundo colligentes. Tanta autem, quod mirum eſt, ſanguinis copia in quovis horum animalculo reperitur, ut ſæpè, quando extractus fuit & concretus, videatur totius reliqui corporis molem ſuperare. Poſthac pelles ipſis abſtrahunt, exenterant & ab omni illuvie inteſtina emundant; Quamvis aliqui, ut majorem *Moſchi* quantitatem nanciſcantur, impura cum puris relinquant. Qui verò priori procedunt modo, cum ſanguine teneriorem & meliorem muſculoſam carnem, Cor & hepar ſimul in mortario lapideo unam in maſſam contundunt, ex quâ folliculos, ſive ex pelle horum, ſive aliorum animalium paratos inferciunt, loco umbroſo ſuſpendunt & ſiccant. Et ubi jam ſemiaridi fuerint, ſub terrâ defodiunt, ibi nempe, ubi quotidie Urina projicitur. Poſt tres inde quatuorve dies refodiunt, & omninò in umbrâ exſiccari permittunt. Et hic eſt, *præſtantiſſimus Moſchus*, qui pro Rege ac Principibus ſaltem conficitur. Sed ille, qui communiter circumfertur, *Moſchus* craſſiore Minervâ elaboratur. Contunditur enim totum ſimul animal cum omnibus ſuis partibus, oſſibus, inteſtinis, & pellis quoque portione, donec ad maſſam tenerrimam redigatur, ex quâ utriculi illi ex ejuſdem animalis pelle confecti implentur & inteſtini aliquâ parte obvolvuntur, pauliſper ſiccantur, loco ubi urina effunditur ſub terrâ per paucos dies reconduntur, & denuò in umbrâ ſuſpenſi exſiccantur.

Et ſic quoque, ſi quis veſiculas illas *Moſchi* plenas, quæ ob temporis diuturnitatem odorem perdidiſſe videntur, haberet, has linteolo prius obvolutas eo loco ſepeliat, quo ab hominibus urina reddi ſolet, poſt 4. aut 5. dies refodiat, vento, non ſoli exponat, redibit priſtina odoris præſtantia. *Atque hæc veriſſima eſt confectionis Moſchi hiſtoria, vid. Theſaur. Mexican.* p. 560.

N. *Maxima inter primum & ſecundum Moſchum eſt differentia:* Cum tanta prioris ex ſanguine ac carnibus cum corde & epate confecti ſit odoris præſtantia & fragrantia, ut unica drachma plus habeat virium, quàm uncia tota alterius. Quare prior ille Regni Chinenſis proceribus tantum cedit, poſterior extrà regnum per varias regiones à Mercatoribus diſtrahitur, & loco maximæ gratiæ habendum, ſi ex primo quis à Chinenſibus aliquid extrahere valeat.

*Eſt excrementum ſeu ſanies incluſa vomicæ circà umbilicum &c.)* Errònea hæc eſt opinio. Cùm enim *Moſchi* animal capreolum æmulans tam rarum ac peregrinum ſit, ex quo illud extrahi tam nobile odoramentum creditur, ut in hodiernum uſque diem à quoquam vix rectè deſcriptum aut depictum videatur, unde quæſo tanta odoratiſſimi hujus ſive puris ſive ſaniei ex uno & altero tumore ſive ſanguinis coagulati quantitas eximatur, ut toti non modò Europæ, Aſiæ, Africæ, & Americæ etiam ſufficiat? Cùm in ſolo Peruano Regno juxtà *F. Gregorii de Bolivar* teſtimonium plus Moſchi in cibis, potu, dulciariis, veſtibus, aliiſque deliciis conſumatur, quàm in Universâ Europâ. Neque enim in ſingulis fermè poculis potus ſui *Moſchum* tantummodo ſolvunt & abligurriunt, ſed in integris etiam vinorum doliis compoſitionem ex caryophyllis, Cinamomo, Citri & aurantiorum corticibus cum plurimo Moſcho in ſacculos congeſtam ſuſpendunt. Quam confectionem & ad epithemata Cordis in ſtillatitiis fl. Citri aut aurantiorum aquis macerant, & in virium debilitate applicant, intingentes pexum ſed nondum in fila contortum, & hoc ipſo liquore ſericum, & Cordi admovent. Cibus etiam ſine hoc vix parari poſſe cenſetur, ſive pulmenta fuerint, ſive illinctus, intrita aut panis dulciarius cruſtulata liba, placentæ aut artocrea coquantur. Addit citatus de Bolivar ex Chinâ lociſque vicinis, ubi *Moſchus* paratur, quotannis mille arrobas, hoc eſt, viginti quinque librarum millia vehi vendique ac per varias Orbis partes diſtrahi, ſed majorem hujus portionem in Novam Hiſpaniam ac Peruanum Regnum portari, ubi cum minoris argentum æſtimetur, quàm aliis in regionibus plus ibi Mercatores propterea lucrantur. Tantam autem Moſchi copiam quomodo vix nomine etiam nota beſtia Nobis ſubminiſtrabit? Favent huic opinioni & Pharmacopœiæ, Unguentarii & alii, qui atteſtantur *Moſchum* ſibi nihil aliud videri; quàm ſanguinem & carnes contuſas, ſe enim dum in aquis odoriferis illum ſolvunt, filamenta ſæpius reperire, ac veluti nervoſa & carnoſa quædam corpuſcula, pelliculas quoque quæ ubi diutius fuerint aqua maceratæ, etiam in tumorem aliarum inſtar membranarum attolluntur. Nec mirum adeò videri debet, carnes ac ſanguinem *Moſchum* olere, cùm alvi recrementa quorundam etiam animalium, illius præcipuè quod Martes ſive Martorellus dicitur, *Moſchum* odore planè æmuletur. Nullum dubium, quia Sal volatile aliàs urinoſum ſpirans odorem natura in fragrantiſſimum Sal volatile Moſchi degeneraverit, quod beneficio ſp. vini elevatum ſanguineum ac rubicundiſſimum largitur liquorem.

*Vires. Calfac. ſicc. attenuat, diſcutit, cordialis eſt, Spiritus vitales fovet &c.)* imò ſanguinem etiam facit impetuoſum; Si enim accepto vulnere in thorace nullus effluat ſanguis, iſque in pectore detineatur, æger granum unum Moſchi ſub linguâ teneat, & ſic ſtatim ſanguis fluere incipiet.

N. *Uterum ſuavi quia ſuo odore allicit, mulieribus uteri aſcenſui obnoxiis minus commodè exhibetur &c.)* Sed tunc vel pudendis in ſuffocatione imponendus, vel ſubito deglutiendus dari debet, ne tamen nares feriat mulierum, & ſummo erit emolumento.

N. Moſchus aqueis diſſolvitur.

## ¶ XXVIII. *Mulus, Mula.*

Ἡμίονος, Maul-Eſel. Un Mulet. *A mule.* Een Muyl/ of Muyl-Eſel.

Animal eſt vivaciſſimum, genitum ex equa & aſino, ideoque ſterile.

OFFICIN. NAT.

1. *Ungula.* 2. *Urina.* 3. *Stercus.* 4. *Cor.* 5. *Epar, &c.*

Vires.

1. *Ungula* ſuffitu menſes nimium fluentes ſiſtit. *Cinis potus* ſteriles reddit; *illitus* alopeciæ ſubvenit.

2. *Urina* cum luto ſuo pedum clavos curat.

3. *Stercus* Menſium fluorem ſiſtit & Dyſenteriæ opitulatur (*combuſtum, tuſum, cribratum & potum,*) dolori Lienis ſubvenit.

4. *Cor, Epar, Renes, Uterus, Teſtes, Spuma oris:* ſingula hæc ſterilitatem inferre dicuntur.

## ¶ XXIX. *Mus.*

Μῦς { Domeſticus, Μῦς Mauß. Une ſouris. *The Mouſe.* Een Muys.
Araneus.
Alpinus.
Major ſ. Glis. }

*Mus domeſticus* eſt animalculum notiſſimum, vitæ breviſſimæ, ſalacitatis maximæ.

OFFICIN. NAT.

3. *Mus ipſe.* 2. *Stercus.*

Vires.

1. Mus vivus diſſectus & impoſitus extrahit aculeos, ſpicula, ſagittas, &c. curat ictus ſcorpionum, extrahit venenum. Cinis mictioni involuntariæ ſ. nocturnæ medetur, (*potus*) alopeciæ ſuccurrit (*illitus,*) tuſſi refractariæ medetur, (*Cinis*) *vide Foreſt.*

2. *Stercus* movet alvum infantum (*exhibitum gr.* 3. 4. 5. 6. *vel ſubditum*) inſervit clyſteribus & glandibus, alopeciæ ſuccurrit, furfureſque capitis abſtergit (*illitum.*) Calculos renum & veſicæ atterit: Condylomata omniſque generis verrucas, ficus,

mariſcas & mora ani tollit, (*cinis cum vino coctus & applicatus.*)

*Mus araneus*, μυγάλη, Sorex nonnullis, Spitz-Mauß. *The Shreuv.* Een Aert-Muys.

Vires. *Affectibus ſedis, peculiari experimento eſt,* (*uſtus & illitus cum axungia anſerina.*)

*Mus alpinus*, Murmel-Thier/ Murmentle. *The great Alpin Mouſe* or *Mouſe of the Alps.* Een groot Alpe of Roß-Muys.

Eſt Animal alpium altiſſimarum incola, magnitudine cuniculos ferè ſuperans, hyeme integra dormitans.

## OFFICIN. NAT.

Solus adeps commendatur ad genus nervoſum & articulos contractos, rigidos &c.

*Mus major*, ἄρης, ὕραξ, Rattus, Ratte/ Ratze. *A Rat.* Een Ratte.

N. *Venenum in cauda geſtare dicitur.*

Vires. *Stercora murium majorum numero deglutina, mulierculis nonnullis ſingulare habentur experimentum, quo menſibus obſtructis ſuccurrere moliuntur. Plater.*

HOFMAN. *Mus.*) *Pellis detracta & impoſita* ganglio opitulatur. *Stercus* murium majorum non ſolùm in menſium obſtructione, ſed & difficultate partus commendatur num. 9.

## ¶ XXX. *Ovis.*

Οἶς, πρόβατος, Ovis Schaaf. Vne Brebis. *A Scheep.* Een Schaep.
- Mas, Aries, Hammel. Vn Belier. *A Ram* or *Tup*, or *Wether.* Een Ram of Weder. Vervex, id eſt, Aries caſtratus.
- Fœmina, Ovis.
- Agnus vide ſuprà.

Ovis animal eſt manſuetum, timidum, lupo inimicum.

N. *Coitus tempus eſt à Majo ad Auguſtum.*

## OFFICIN. NAT.

1. *Cerebrum.* 2. *Fel.* 3. *Oeſypus.* 4. *Lana ſuccida.* 5. *Sevum.* 6. *Pulmones.* 7. *Omentum.* 8. *Stercus.* 9. *Vrina.* 10. *Veſica.* 11. *Caput & Pedes.* 12. *Pediculi.*

Vires.

1. *Cerebrum* arietis prodeſſe aiunt in ſomno immoderato arcendo in morbis Epidemiis, (*frixant cerebrum cumque pinguedine in placentam redigunt, addendo Cinam. Nuciſt. & hinc exhibent. Conradin. de Morb. Vngar.*) Facilitat dentitionem, (*illitum cum melle.*)

2. *Fel* [*lanâ ſuſceptum, infantumque umbilico impoſitum*] ſolvit alvum, carcinoma exterius ſanat [*illitum*] auribus purulentis auxilio eſt, [*inſtillatum cum lacte muliebri.*]

3. *Oeſypus* (ſuccidarum lanarum pinguedo, vulgo Iſopus humida dicta) conficitur hac ratione. (Sed non è ſcabioſis.)

Lanæ ſuccidæ è collo, feminibus ac femoribus ovium macerantur aliquot horas (6. 7. 8.) in aqua ferventi, hinc fervefiunt iterum, agitanturque bacillo, donec pinguedinem in aquam depoſuerint. Aqua hæc, ſemotis lanis, magno impetu ligneâ rude agitatur, aut ex alio in aliud vas effunditur, ut ſpumeſcat, ſic ſordes ſpumæ inhæreſcentes ſeparati poterunt. Reiteretur hæc deputatio, donec nihil ſpumæ amplius extet, collecta pinguedo lavetur aquâ purâ, [*alii malunt marinam,*] manibuſque agitetur, donec candida evadat, nec aquam amplius inficiat, admotaque linguæ leviter tantum adſtringat. Et hæc omnia ſub fervido Sole fieri convenit. *Matthiol. & Dioſc.*

Vires. *Emollit, reſolvit, calefacit, dolores ſedat, luxatis, contuſis, & ſimil. convenit.*

4. *Lana ſuccida*, ἴξιον, ἔριον, ſchmutzige Schaafs-Wolle/ *Greaſy* or *Sweaty Scheeps Wool*, Smoutige Schaeps-Wolle. Colligitur Æſtate è collo feminibuſque, eaque mollis & ſudore referta.

Vires. (*Calfacit, emollit, lenit, convenit optimè contuſis, luxatis, caſis, & ſimil.* (*cum aceto, oleo, vino impoſita.*) *Cremata vim habet calfac. ſiccitantem, acrem, mordacem, diſcutientem: Ea propter, confert humidis, mollibus, tumoribus, ulceribus inveteratis; excreſcentias cohibet, ulcera ad cicatrices perducit, fiſtulas, aureſque ſuppuratas ſanat.*

5. Sevum datum ex vino rubro, ſanguinem ſiſtit, diarrhæam, dyſenteriam, & tormina ventris curat (*in clyſmate.*)

6. *Pulmones*, (ut & aliorum animalium carnoſa viſcera) capiti impoſiti dolores & æſtum mitigant, feroceſque ſpiritus ſopiunt.

Hinc uſus præcipui in phrenitide, vigiliis, &c.

7. *Omentum* calidum colico medetur dolori (*impoſitum.*)

[N. Lactis deberet hic fieri mentio, in ulceribus internis proficui, præſertim in dyſentericis.]

8. *Stercus* vim habet refrigerandi, exiccandi, aperiendi, diſcutiendi.

Hinc maximi uſus in aurigine, (*ſumptum cum petroſelino, &c.*)

Extrinſecus convenit in tumore ſplenis, in thymis, calvis, verruca, tumoribus cutaneis, &c. Maximi itidem ſolaminis eſt in ambuſtis, (*pulveriſatum & inſperſum.*)

9. *Vrina* (nigræ vel rubræ ovis) ſumpta, aquam intercutem abigit; (*idem facit & deſtillata.*)

Doſis ℥v. vj.

10. *Veſica*, (ut & capræ veſica,) cremata & exhibita, iis qui urinam inviti reddunt ſuccurrit.

11. *Caput & pedes* vervecis in ▽ fluente optimè decocta, atrophiæ & contracturæ ſubveniunt, (*in balneo.*)

12. *Pediculi*, mira præſtare dicuntur in arthritide vaga curanda. Exhibiti N. 9.

## PRÆPARATA.

*Emplaſtrum de pelle arietina in Herniis, fracturis oſſium uſuale.*

HOFMAN. *Ovis.*) *Lana ſuccida* infantium collo appenſa dentitionem ſublevat. *Caput & pedes* vervecis in brodio carnis vitulinæ optimè decocta atrophiæ puerorum ſubveniunt in inſeſſu.

N. Teſticulus Arietis nondum venerem experti adſumptus venerem ſtimulat.

## ¶ XXXI. *Ranunculus viridis.*

Ranunculus calamites (à calamis in quibus degit,) Dryopetis Laub-Froſch. Une grenouille. *The little*

*little Green Earth-Frog.* Een Groene Kick-Vorſch/ ofte loof Vorſch.

Eſt genus Ranarum terreſtrium reliquis minus, colore viridiſſimum, amans dumeta & loca aſpera.

OFFICIN. NAT.

1. *Ipſe Ranunculus.* 2. *Sanguis.*

Vires.

1. *Ranunculus ſylveſtris* convenit viribus cum rana aquatica,, ejuſque cinis vulneribus inſperſus mirificè ſanguinem cohibere dicitur, *Clariſſ. Dn. D. Arn. Weickhard. in Theſauro.*

2. *Sanguis* peculiariter pro Philtro commendatur.

HOFMAN. *Ranunculus Viridis.*) Hic totus exſiccatus in clibano & in lacte materno quantum cuſpide cultelli ſumi poteſt, exhibitus infantibus recens natis, antequam alium ſumant cibum, ab epilepſiâ præſervat.

*Sciuri* hic etiam mentio facienda eſt, quia uſui inſervit Medicinali.

Eſt autem animal puſillum, quercuum amantiſſimum, caudâque præditum totum corpus obtegente & pedibus agilibus.

N. Ex hoc Animalculo funambulus quidam pro ſingulari arcano pulverem habuit contra vertiginem, quem pretio & precibus vix ab eo extorquere potuit *D. D. Iohann. Michaelis* p. m.

N. Funambulus quidam Smalcaldicus vertiginem etiam fortiſſimam ac inveteratam curavit cerebro *Sciuri* quocunque modo commeſto, protinus enim juvat & vix redire permittit. Ac non ſolum cerebrum, ſed carnes etiam *Sciuri* venatores in Alpibus Peninis Uxoribus gravidis edendas apponere, ut mares, ſi quos utero tulerint, rupicapris per avia & juga montium ſectandis alacriores, minuſque vertigini obnoxios emitantur.

## ¶ XXXII. *Rhinoceros.*

Ῥινοκερώς, Rhinocer. Vn Rhinoceros. *Rhinoceros. A Beaſt with one Horn on his ſnout.* Rhinocer/Beeſt in Egypten die eenen Hoorn in de Neuſe heeft.

Animal eſt magnitudine Taurum, forma aprum æmulans, cornu unicum in proboſcide gerens, idque nigrum fiſſile, cubitum longum, pyramidale, bubuli cornu forma ſua repræſentans, ſolidum ſine cavitate.

N. 1. *Tale nimir. videre licet apud viros rerum variarum curioſos, Cornelium ac Iohannem Petræos, Materialiſtas hujus loci celeberrimos.*

N. 2. *Et cornu alterum puſillum in dorſo gerere dicitur, quod ejuſdem cum priore coloris, itidem apud Petræo conſtat.*

Vires. *Commendatur ad venena, contagia, alioſque affectus ſudore opus habentibus, ideoque loco unicornu in hujus defectu eſſe poterit.*

Datur in ſcobe pulveriſata ad ℈ß. vel ℈ j.

[N. Oleum inter rara quibuſdam habitum.]

## ¶ XXXIII. *Serpens.*

Ὄφις, Schlang. Vn Serpent. *A Serpent.* Een Serpent.

Animal eſt aſtutiſſimum, exuvias ſuas ſingulis annis bis exuens. Vere ſcilicet & Autumno, Hyeme ſub terra & præcipuè ſub radicibus arborum, (Betulæ, Coryli,) ſopitum quieſcens, homini infenſiſſimum.

N. 1. *Serpentis nomen generale eſt, multas ſerpentum ſpecies ſub ſe comprehendens. Hujus autem loci vulgare ſerpentis genus intelligimus à Cæciliis, Viperis, &c. diſtinctum, quas damus infrà.*

N. 2. *Præſtant collecti initio Veris cum ſenectam deponunt, attamen non ſtatim ab egreſſu è latebris hybernis.*

OFFICIN.

1. *Integri combuſti, Caro, Cor, Oſſa.* 2. *Pinguedo.* 3. *Exuviæ.* 4. *Fel.*

Vires.

1. *Integri combuſti, (pulvis ſerpentum.) ſcilicet caro, cor, oſſa ac epar,* vim habent alexiteriam, ſudoriferam, (non venenatam.)

Vſuſque præcipui ſunt intrinſecus in omnibus morbis venenatis ac malignis, quales ſunt peſtis, febris petechialis, lepra & ſimiles: Quinimò & phthiſicos & lue Venerea laborantes, viperarum præcipuè uſu juvari, ceu ſecretum venditat Cardanus. Si ſcilicet caro cocta comedatur, jus bibatur, pinguedoque ſpinæ & juncturis illinatur. Nec eſt, quod uſum ſerpentum internum adeo formides, exenteratam enim ac decoriatam carnem, abjectis tamen felle, cauda & interaneis, loco cibi aſſumere licet.

N. 1. *Caput abjicitur, quia maximè venenoſum eſt, adeo ut dentibus ſolis vim ſuam malignam exerant. Cauda negligitur non quod venenata ſit, ſed quia ex oſſibus tantummodo conſtet. Veſica fellea rejicitur, quia proxima eſt lacuna materiæ venenatæ, quæ inde duobus meatibus ad dentium veſicas, ſeu gingivas defertur, in quibus ſcilicet ſpirituoſior ac efficacior illa ſit, adeo ut ſiquis dentibus viperæ etiam jam dudum interemptæ pungatur, veneno inficiatur, ſecus ac de felle conſtat, quo recenti canes moriuntur, ſiccato ſine noxa veſcuntur. Interanea non adhibemus ob ſtercora vel ova adhærentia, aliàs tamen his rejectis, ſine noxa uſui eſſe poſſunt.*

N. 2. *Si placuerit corda ac Epata ſeorſim ſervare, ſecundum nonnullos Theſaurum Medicum obtines pretioſiſſimum. Verùm me Hercle, ſiquicquam peculiare à carne & oſſibus, quantum vires attinet, tibi inde perſuaſum habeas falleris. Falleris itidem, ſi (quod communis fert opinio,) deglutitione pulveris ſerpentis, (vel & cordium recenter extractorum atque adhuc ſeſe moventium) ab ictibus ſerpentum tutum te imagineris. Experto crede.*

2. *Pinguedo* emollit ſtrumas, oculorum rubedini & maculis medetur, viſum acuit, podagricos dolores mitigat.

3. *Exuviæ* partum facilitare creduntur, (*ventri vel lumbis alligatæ,*) odontalgiamque (in gargariſmis) mitigare, impetigines curant, (*pulveriſatæ, vel incineratæ & impoſitæ;*) alopeciis medentur, ac pilos naſci faciunt (*illitæ.*)

4. *Fel* Ictibus ſerpentum impoſitum, venenoſitatem in ſe allicit, idem & de capite impoſito affirmant.

[Jecur exiccatum cum aqua cinamomi ad partus difficultatem propinatur.]

PRÆPARATA.

[Sal volatile [vertebratum ſpinæ præcipuè] ad arthritidem vagam utile: Parari etiam poteſt oleum & liquor.]

1. *Pulvis.*

*Pulveres ſerpentum tot compoſitionum circumferuntur, ut Agyrta ferè quiſque peculiare ſibi quippiam imaginetur. At quid opus eſt compoſitione, nec enim corrigi ſerpentes exenterati opus habent, nec ſtimulari, ſat eſt fortis eorum vis, ſat tuta carnoſa ac oſſea ſubſtantia, (Cor, Epar, Lingua, Caro, Oſſa, utpote quæ minimè venenata) integer itidem ſi comburatur, venenatam exhalat naturam, (mallem tamen caput rejeciſſe,) nihilominus tamen adſcribam unum atque alterum.*

### *Bezoarticum animale ſimplex.*

1. ℞. Serpentem excoriatum, (rejectis interaneis, cauda ac capite) lava & exicca, hinc pulveriſa, unà cum ſpinæ vertebris, pulverem ſerva pro uſu.

Doſis à ʒß. ad ʒj.

N. *Exiccatio vel per ſe in aëre peragi poteſt, vel in* MB.

2. ℞. Serpentes vivos, non exenteratos aut excoriatos, conjice in ollam ac tege operculo, torreque ad ignem lentum, ut omnis pinguedo & humiditas conſumatur, (*abſque combuſtione tamen*) poſtea redigantur in pulverem.

N. *Præfero priorem, quippe metus ne venenoſæ partes ſufficienter exhalarint.*

*Ex hoc fit*

### *Bezoarticum animale compoſitum.*

℞. Pulv. ſerpentum ℥ij. Rad. Valerian. Angel. Pimpin. Herb. Rutæ ana ℥j. M. F. pulvis.

Doſis à ℈j. ad ℈ij. vel ultrà.

N. 1. *Solus pulvis colubrinus valet adverſus araneas vivas & ○○ non vero ad peſtem curandam experimento Vintzeri lib. de peſte p. 195.*

N. 2. *Ex carne ſiccata extrahitur Tinctura ad ∇ aut quidem melius cum ∽u Iuniperi. Vide Quercetan. & Fab. Myrothec.*

HOFMAN. *Serpens.*) Præſtant collecti initio Veris, cùm ſenectam deponunt; Non deſunt, qui hoc ab interno principio oriri negant, ſtatuentes ſordes potius, quàm pellem detrahi, *teſte Grevino de venen. Libr. 1. cap. 3. Voſſius de idolol. Libr. 4. cap. 53.* Verùm hos redarguit ipſa autoptica experientia, vera enim datur in his novæ cutis genitura, dum ſerpentes ſeſe inter duos lapides aut aliud ſimile ſeſe exuere ſolent, & ab oculis primùm detrahere exuvias intrà 24. horas abſolvi cute novâ ſubtus renaſcente *Locatelli Mediolanenſ. in theatr. arcan. p. 277. Olaus Wormius in Muſeo.* Cauſa eſt alimentum balſamicum, quod veris tempore elevatum ad ſe trahunt, quo ſatis refecti & inſtaurati non ſolùm vim acquirunt & facultatem ſpolia ſua ſtato tempore exuendi, ſeque renovandi, ſed ob exuberans illud balſamum inſtar Medicinæ univerſalis ad corpus quàvis ex parte vitioſum emundandum & alexiteriâ vi balſami hujus copiâ præſentiſſima debellandi venena. Inde ex mente *Grembs Arbor. homin. Libr. 1. Cap. 7. theſ. 8. §. 52. Helmont.* Serpens continet remedium pro balſamo mortis & putat Diabolum, ut lateret Adamum remedium in Serpente aperuiſſe, ut ſicut Mors per ſerpentem intrarit, per ſerpentem vindicaretur. Ob hoc balſamum etiam ſerpentes innoxiè comeduntur, ut fruſtra illis energiam ſalutiferam adimat *Iulius Cæſar Benedictus Libr. 10. Ep. 7. Præter Plinium Libr. 6. Cap. 29. Celſum Libr. V. Cap. 36. Et Iul. Cæſar. Scaliger. exerc. 189. ſect. 4. refert. Borellus Libr. 2. obſ. 37.* Locum à Caſtro in Gallis quatuor Leucis diſtantem eſſe Baſtida vocatum propè Sanctum Amantium, in quo ruſtici Serpentes innoxiè comedant, eoſque viatoribus comedendos ſub anguillarum terreſtrium nomine apponere, caudam ſaltem & caput amputantes, reliquum comedentes, quod mirè ſapiat palato, nec ex eo pabulo ullum ægrotare. Ob hanc balſamicam vim Serpentes & viperæ à Magnatibus ad uſum expetuntur. Modum ſaginandi gallinas cum ſerpentibus vel viperis *vid. in Cl. Zwelfer. Pharmacop. reform.*

*Vulgare Serpentis genus intelligimus, à Cæcilia, viperis &c. diſtinctum &c.*) Inter *Serpentes & viperas* ratione virtutis & modi operationis nulla eſt differentia. *Noſtri enim Serpentes* roborant æque Naturam ac veneri & impotentibus ſubſidio ſunt, turgentes & luxuriantes in corpore humores compeſcunt, malignos corrigunt. *Leproſos* mundant, ac virtutem alexiteriam ſibi vendicant, unde & ex illis eadem depromi poſſunt Medicamenta, quæ ex viperis. Et licet morſus viperarum reliquis pernicioſior ſit ſerpentibus, tamen hoc non fit ratione aut qualitate veneni, quod virulento fomite tranſplantatur, ſed ſolâ iræ imagine, et quâ venenum, non tamen ſine materiali liquore, cui ceu vehiculo idea impreſſa quem dentibus longioribus tricuſpidibus, quam in reliquis ſerpentibus, ſigillant ac imprimunt, conſiſtit.

*Non ſtatim ab egreſſu è latebris hybernis.*) initio ſcilicet Veris, ut ſuprà monuimus, nec refert, utrum maſculi ſumantur, an fœminæ, modò ex montanis & locis ſalubrioribus, non verò paludoſis inſalubribus fuerint.

N. *Serpentes* in Provinciâ Sinenſi Quamſi, uti *Atlas Sinicus* dicit, adeò ingentis longitudinis reperiuntur, ut nonnulli eorum decem perticas æquent, id eſt, triginta pedes geometricos, quibus ſi groſſities reſpondeat, vix majores dari, exiſtimare quis poſſet. Idem teſtatur *Flora Sinenſis.* Gento, inquit, hoc enim Serpentis nomen eſt, Serpentum omnium in Quamſi in Haynan inſulâ, in Quantun facilè maximus reperitur, cervos integros exſugendo & diminuendo devorat, non adeò venenoſus, colore cineritio variegatus, longus 18 aut etiam 24. pedum, famelicus ex dumetis proſilit, caudæ innixus in altum ſe erigit, & cum feris æquè atque hominibus acriter luctatur, ſubinde ex arbore inſidioſè in hominem inſilit, & complexu interimit. Fel illius contrà oculorum affectus Sinis eſt pretioſum. Idem teſtatur *Marcus Paulus Venetus de Provinciâ Carrajam Magno Tartarorum Chamo ſubjectâ.* it. Philippus Pigafetta in Regni Congi deſcriptione Autore Iohanne Fabro Lynceo in expoſitione novæ Hiſpaniæ animalium Nardi Antonii Recchi. Verùm relatu & auditu hæc jucunda quidem, ſed creditu difficilia: niſi in regno Congi minores ſint cervi noſtris Europæis, ut videmus in gallis gallinaceis Indiæ Orientalis, longè minoribus noſtris.

*Officin. 1. Integri combuſti. Caro, Cor, oſſa. 2. Pinguedo. 3. Exuviæ 4. Fel.*

1. *Integri combuſti.*) Hi parum habent virium, omni virtute Medicinali per vulcani inclementiam ſpoliati. Vide infrà de præparat.

*Scil. Caro, Cor, Oſſa, ac Epar &c.*) In dyſenteria maligna nihil præſtantius eſt pulvere cordis & epatis ſerpentum adjectis ſaniculæ rubræ alpinæ radicibus.

N. *Caput abjicitur &c.*) Verùm ſi ſerpentes aut viperæ integræ in vino extincto leproſos reſtituunt, *teſte Galeno*, & fœminæ quædam Nobiliores Angliæ de vino tali viperino, quaſi interno coſmetico ad corporis pulchritudinem & formoſitatem comparandam abſque ullo damno & ſanitatis detrimento bibunt, corruet etiam aſſertio de nonnullis viperarum partibus abjiciendis id quod experiri etiam poſſumus, ſi canibus & felibus caput & fel devoranda projecerimus, ſique ea abſque ullo vitæ diſcrimine conſumpſerint, adeò ut in Morſu non excluſo liquore imagine iræ veneno mortifero imbuto illarum venenum conſiſtat juxtà *Cl. Helmontium.*

*Veſica fellea rejicitur, quia proxima eſt lacuna materiæ venenatæ.*) Verùm hoc non eſt probabile; *Fel* enim non ſolùm eſt alexipharmacum, ſed & contrà partus difficultatem notabili cum effectu propinari certò conſtat. Inprimis *ſi jecur* exſiccatum addatur, in aq. cinamomi miræ erit efficaciæ.

*Theſaurum Medicum obtinet.*) Multi viri Principes & Magnates *Corda viva* ex ſerpentibus recenter occiſis excerpta devorant, ut ætatis progreſſu venenorum ſint certa antidota, philtrorum etiam & incantamenti expertiſſimum remedium, id quod & *ipſe Zwelferus* approbat, dum Aquas pretioſas, quæ ex vivis animalibus deſtillationis beneficio eliciuntur, ſecum perpendit *in Pharmacop. Regiâ.* Alia ratio eſt de *pulvere Serpentum* intrò ſumpto tanquàm prophylactico, cujus effectus experientiæ non ſatisfacit. *vid. in Animadverſ. ad P. A. p. 273.*

*Pinguedo.*) oculorum exulcerationibus medetur, item ad ſcabies pertinaciores, luem veneream & Lepram facit. *P. Borellus centur. 2. obſerv. 37.*

N. Serpens ſi filo ſuſpendatur & ſuffocetur, funiculus ille in angina & apoſtematibus faucium valet.

N. Theriaca à ſerpente deglutita ipſi non nocet, ſed vegetiorem facit, Tabacum autem ei adverſatur.

N. Nec hoc loco ſilentio prætereamus Lapidem illum ſerpentinum, quem Luſitani *La Piedra della Cobra* vocant; Hic à Brachmanibus inventus eſt, & eſt partim naturalis in ſerpente concretus, quem Luſitani *Cobra de Capelo*, id eſt, ſerpentem ſeu colubrum piloſum vocant partim artificialis, ex variis venenoſorum animalium potiſſimum hujus Colubri piloſi portionibus confectus, qui Lapis ſolis intoxicatis antidotum præſtat tempeſtivè adhibitum, remedium ferè toti Chinæ, nec non Indiæ uſitatum

ſatum. Et ſanè non credidiſſem, inquit *Autor Chinæ Illuſtratæ* p. 80. niſi, dum hæc ſcribo, experimentum Lapidis feciſſem in caneâ vipera morſo; hic enim Lapis vulneri à vipera cani inflicto mox appoſitus, protinus ita agglutinabatur, ut vix amplius diſtrahi poſſet, manſitque tamdiu affixus vulneri, donec exſucto omni veneno hirudinis ad inſtar jam ſatur ſponte ſua decideret; quo peracto canis paulatim jam liber à veneno, etſi aliquando tempore torpidus, ad ſe tamen tandem rediit, priſtinæ ſanitati propediem reſtitutus. Hoc eodem tempore eximius Phyſiologus Carolus Magninus Romanus in homine quoque à vipera morſo hujus rei ſumma effectus felicitate experimentum ad veritatem explorandam ſumſit. Lapis verò intra lac conjectus, omni mox veneno depoſito, ſuo nitori, non dicam virtutis attractivæ robore diminutus, ſed & eo auctus redditur, lacte in flavo-viridem colorem ob veneni vim degenerante.

N. Cobra de Capelo, id eſt, Serpens capillatus vocatur, non quod pilis capilliſque inſtructus ſit, ſed quod in ſuperiori capitis parte habeat veluti tegmen quoddam ad inſtar pilei plani, quod & prout concitatur, ſurgit verſatile. Refert P. Sebaſtianus d'Almeida ex India Romam advena, hujuſmodi Serpentes per totam Indiam paſſim reperiri, qui verò Lapides *Cobræ de Caprelos dictos* intrà ſe generant, non niſi in Dienſi territorio reperiri. *Hæc Flora Sinenſis p. 204.*

## *PRÆPARATA.*

1. *Pulvis &c.*) Rec. ſerpentes exenteratos abſtrahe per MB humiditatem, quæ tamen non ut inutilis rejicienda, dum in oculorum affectibus mira præſtat, & ſcabie. Hujus pulveris cape partem unam, adde parum fl. Sulphuris & myrrhæ, item ol. d. angelic. & rut. partem unam cum ol. d. Cinamom. & Ligni Rhodii. q. ſ.

N. Magiſterium ſpinarum ſerpentum vel viperarum in arthritide vaga maximè commendatur.

N. Ex ſerpentibus æquè ac ex aliis animalibus Sal volatile, item liquor & oleum per deſtill. acquiritur vid. infrà de Viperis plura.

## ¶ *XXXIV. Sus.*

Σῦς {
Mas, Verres, Porcus, Eber/ Borch/ Barch Truul, un Pourceau. *A Svvine, A Bore, A Hog.* Een Swyn/ Een Vercken/ majalis, id eſt, porcus caſtratus.
Fœmina, Porca ſcrofa, Sau. *A Sovv.* Een Soch.
Porcellus, Ferckel. *A little Svvine, A Pig.* Een Verckxen/ of Bigge.

Animal eſt maximè pituitoſum & humidum, multis morbis obnoxium, quales ſunt, raucedo, angina, ſtruma, febris, grando.

N. *Non datur animal, quod homini quantum interiora attinet, ſimilius ſit ipſa ſue.*

## OFFICIN. NAT.

1. *Fel.* 2. *Pulmo.* 3. *Pinguedo.* 4. *Oſſa.* 5. *Talus.* 6. *Stercus.* 7. *Veſica.*

### Vires.

1. *Fel ſuillum* contra aurium ulcera, reliquaque omnia magno ſucceſſu adhiberi ſcribit Dioſc. pilor. proventum impedit, (*cum lardo ſuillo ana ac*☿. *parte* ✠ *acerrimi & Ol. Amygd. ana digeſtum & illitum*) [exiccatum ad ſuppoſitoria uſurpatur.]

2. *Pulmo* mirificè prodeſt impoſitus attritui à calceamentis contracto.

[Hepar & teſticuli porcelli pro arcano venereo habentur.]

3. *Pinguedo* (*Adeps abſolutè dictus*) calefacit minus, ideoque in unguenta refrigerantia infertur, inveteratos dolores lumborum & articulorum ſedat, *inuncta cum cinere ſtraminis fabacei aut calce.*

Lardum coctum & circumligatum oſſium fracturas feliciter conglutinat.

N. 1. *Pinguedo quæ è ſue veteri fuerit, vel quæ ſale condita, calidior ac efficacior eſt illâ quæ tum è porcellis deſumpta, tum inſulſa fuerit. Sic & verris axungia acrior eſt recenti.*

N. 2. *Sunt qui ſolâ axungiâ verris, vice Sympathetici unguenti utuntur.*

4. *Oſſa*, ajunt oſſa de collo ſuſpenſa quartanâ laborantibus eſſe auxilio, fides ſit penes expertum.

5. *Tali os* (*Aſtragalus*) commendatur ad fracturas oſſium, ut & ad colli capitiſque dolores (*uſtum & exhibitum,*) [item ad dyſenteriam & quamvis hæmorrhagiam.]

6. *Stercus* (*ſuccerda*) emollit, diſcutit, hinc prodeſt in prurigine, exanthematibus, clavis pedum, aliiſque tuberculis duris, (*calidè impoſitum*) Ictibus medetur animalium venenatorum (*cum* ✠ *coctum*) Hæmorrhagiam narium ſiſtit, (*in* ▽ *tritum & illitum*) [ſufficiet etiam odor.]

(Vulvæ in hæmorrhagia uteri calidè adhuc, linteo incluſum, appoſitum, expertum eſt remedium.)

7. *Veſica* juvat eos, qui inviti lotium reddunt, *cocta vel uſta & exhibita*] Eadem præſtat pubi impoſita. Urinam ciere fertur. Plin.

[Lapis porcinus ſive Hyſtricus Malacenſis malignitati reſiſtere, & lapide Bezoar potior cenſetur, ab apoplexia & epilepſia præſervare, materiam calculi diſſolvere, & arthritidem curare. Imponitur aquæ, cereviſiæ & vino per horam, hinc bibitur. Ad choleram ex vino datur. Secundinas pellit, ad menſes movendos manu geſtatur. Prægnantibus non exhibendus, quia abortum facit.]

## PRÆPARATA.

1. *Unguenta ex pinguedine fiunt varia,*

*E. gr.*

Roſatum, pomatum, *quæ ſuis locis attigimus.*

2. ▽ *ad Atrophiam.*

Fit è ſanguine è fibris repurgato atque cum herbis bechicis refrigerantibus & humectantibus in MB. deſtillato.

HOFMAN. *Sus.*) In uſum veniunt *Fel, pulmo, pinguedo, oſſa, ſanguis, talus ; ſtercus, veſica, uterus, Lapis.*

N. *Suilli ſeu porcelli ſanguinem* tanquàm egregium Medicamentum contrà phthiſin commendant; ſed vel ſpiritus ejus vivificus & virtus nativa ſpecifica per deſtillationem ſtatim ab initio ex recenti & adhuc calente ſanguine per MB factam colligendus, aut in liquorem & Sal volatile transferendus eſt, alias per ſe nihil præſtabit.

*Pinguedo.*) Ex porcello etiam *pinguedo antiphthiſica* paratur ſequ. modo; Rec. porcellum ſatis pinguem, quem mactatum à ſetis purga & exentera, pinguedine ab inteſtinis & viſceribus ſtudioſè detracta, ut iterum cum aliis ſequentibus ſpeciebus mixta ventri porcelli eviſcerato injici poſſit. Huic ventri jam inteſtinis abjectis immitte Cor, hepar & pulmones ejus cum adipe ab inteſtinis anteà ſeparata, item radic. ſymphyt. maj. rec. q. v. herb. ſcabioſ. tuſſil. heder. terr. chærefol. ana, cancror. fluviatil. contuſ. q. ſ. His omnibus minutiſſimè inciſis & ventri porcelli immiſſis, conſuatur venter arctiſſimè, poſteà in veru igne moderato aſſetur, ſuppoſita pro pinguedine excipienda ſartagine; tamdiu donec omnis humiditas & pinguedo exſtillarit, quam pinguedinem ab humiditate ſepara, ſerva pro uſu ad fercula condienda phthyſi laborantibus. Sumant hujus pinguedinis ægri ſingulo mane cochl. j. in juſculo.

N. Loco porcelli etiam caniculus ſaginatus ſumi poteſt.

N. *Uterus ſuillus* coctus & comeſtus cum braſſicâ capitatâ muriâ conditâ juvat eos, qui urinam continere nequeunt.

*Lapis porcin.* Hic valde pretioſus eſt, ſinguli veniunt centum, imò ducentorum interdum imperialium, & ultra, ratione magnitudinis. Reperiuntur in veſiculâ fellis aut etiam ventriculi oblongas & acutiſſimas pinnas habentium, & eorum ſolum altiſſima ſcandentium & herbam ſingularem depaſcentium. Hunc Luſitani *Piedra de Puerco vocant.* Mollis ac pinguis eſt attactu, ac ſi ſaponem Hiſpanicum tractares. Exſcinditur ex Apro & hiſtrice.

*Vires.* Calidum Nativum conſervat, viſcera roborat, humores crudos in toto corpore conſumit, nimiam inde pinguedinem prohibet, ab apoplexiâ & epilepſiâ præſervat, materiam calculi ſine dolore diſſolvit, arthritidem curat. Infunditur etiam in vino adverſus choleram. Prægnantibus tamen hic Lapis non benè datur, nam abortum provocare certum eſt, ut fœminæ Malicæ, ſi quandò menſtrua earum purgatio non benè procedat, dicant, ſi ſaltem hunc Lapidem manu geſtent, juvamentum ſe inde ſentire. Diaphoreticum etiam Medicamentum eſt, & datur in omnibus Morbis acutis. Hic Lapis ſcilicet injicitur aquæ, vino, cereviſiæ &c. per horulæ ſpatium & ſic infuſus liquor bibitur, qui quo amarior, eò etiam potentior erit. *vid. Jacobus Bontius l. c. in not. ad Garc. ab Ort. Cap. 46. Fragoſ. Medic. Indor. Cap. X. Tulpius Libr. IV. obſerv. 51.*

N. Pulvis ex hepate & teſticulis Porcelli pro arcano habetur in venere ſtimulandâ.

## ¶ XXXV. *Talpa.*

Ἀσπάλαξ, Σπάλαξ, Mus terrenus, Maul-Wurff/ Schär-Mauß/ Molt-Wurff. Une Taupe. *A Mole* or Want, *A Moodiwarp.* Een Mol.

Animal eſt acutiſſimi auditus, hoc peculiare præ cæteris animalibus habens, quod non niſi ſub terra vivere ac ſuperſtes eſſe poſſit.

### OFFICIN. NAT.

1. *Talpa ipſa.* 2. *Cor.* 3. *Sanguis.*

### Vires.

1. Cinis confert lepris, ſtrumis ac fiſtulis, (*illitus cum albumine ovi aut melle.*)

Intrinſecus cum cereviſia aut vino potus curat arthritidem vagam dictam, (die lauffende Jahren/ die lauffende Gicht. *The running Gout*, De loopende of vliegende Gicht/) & Scrophulas.

Doſis ℈ß. quotidie aſſumenda.

2. *Cor* Herniam ſanat. (*ſiccatum, pulveriſatum & exhibitum, per dies 3. aut 4. ſcilicet quotidie unum.*) [*vertiginem tamen & palpitationem cordis inducere dicitur.*]

N. *Præſtat menſe Majo collectum.*

3. *Sanguis* recens illitus, capillis calvitiem decorat.

N. *Vulgi opinio eſt, ſi quis talpam manu compreſſerit, ut moriatur, eum à febri eo ipſo anno fore ſecurum, quin & in Paroxyſmo febrili manu retenta, inſultus reprimere cenſetur.*

HOFMAN. *Talpa.*] Loco cineris ſubſtituenda talpa exſiccata. Hujus etiam caro vel *cruor* arcanum eſt in gangræna & ſphacelo, ſi papyro illitus & exſiccatus poſteà aquæ intinctus ita applicetur: item in gangrænoſis mammillarum affectibus conducit. Caro per ſe imponi poteſt.

N. Talpa cum oleo Lini cocta vaporetenus necat, unde contrà hoſtium inſultus in navibus incendiariis juxtà adhibetur. Ex communic. mſſ.

## ¶ XXXVI. *Taxus.*

Μάλις, Meles, Taxus, & Taxo, Dachs. Un Blereau, ou Teſſon. *A Badger* or *Gray.* Een Daſſe ofte Grevel.

Duorum eſt generum: Caninum quod pedes habet caninis ſimiles, & porcinum, quod pedibus ſues imitatur.

### OFFICIN.

1. *Integer incineratus.* 2. *Sanguis.* 3. *Adeps.*

### Vires.

1. *Taxus integer* incineratus cum ſucceſſu exhibetur pulmoniacis, ſanguinem excreantibus.

2. *Sanguis* pulveriſatus lepræ convenire dicitur, deſtillatuſque peſti ſubvenire.

3. *Adeps* præcipuè Officinalis eſt, qui uti paulò craſſior, ita & paulò calidior ac efficacior eſt ſuillo. Renum doloribus auxiliatur, à calculo ſubortis, (*inunctus vel in Clyſmate adhibitus,*) febrilem æſtum mitigat, contracturis ac imbecillitatibus artuum ſuccurrit, *cum adipe vulpis cattive ſylveſtris.*

## ¶ XXXVII. *Vipera.*

Ἔχις vel ἔχιδνα, (Fœmina) Arabicè, Alphe, Thirus, Viper-Natter/ Natter/ Otter/ Atter/ Heck-Natter/ Brand-Schlang. Une Vipere. *A Viper, Adder, Snake.* Adder/ Slange/ fenijnige Serpent.

Eſt ſpecies ſerpentis viviparæ, ſerpentibus communibus venenoſior, hyeme in ſcopulis ſopita deliteſcens, vel & terrâ obtecta.

N. 1. *Vipera nomen nonnullis generale audit, omnique ſerpentum generi imponitur. In ſpecie tamen hic ſumitur pro eo, quod Italis Maraſſi nomine venit, licet adhuc controvertiatur, utrum Vipera Italica cum viperis à majoribus ad Theriacam expetitis eadem ſint.*

N. 2. *Viperis ſolis peculiare eſſe volunt, vivum fœtum parere, unde & Viperæ, quaſi Viviparæ dictæ ſunt, attamen & in ſerpente ſat magno, quem in Finlandia ſecui, fœtus vivos deprehendi.*

N. 3. *Non tota Vipera venenata ac lethifera eſt, ſed ſolùm caput & fel, reliqua ut caro, epar, oſſa veneno carent. vide ſupra de Serpente.*

Præſtat 1. Fœmellæ, collectæ tempore Verno, poſtquam aliquamdiu à cavernis ſuis hybernis fuerint egreſſæ, victuque quadantenus refectæ.

2. Juvenculæ, (non effœtæ, nec gravidæ,) quæ ablatis partibus auferendis, diu adhuc moventur, quæque degunt locis aridis & montanis.

Vires. *Vide in ſerpentum deſcriptione.*

Nimirum:

Vires ibidem recenſitas præ aliis ſerpentum generibus Viperæ excellenti gradu obtinent. Præter eas ſunt qui viperæ caput ad anginam notham commendant (*collo appenſum.*)

### PRÆPARATA.

2. *Oleum ex Viperis.*

℞. Viperar. nigrar. ℔ iij. Ol. Seſamin. ſextarium. j. ß. in vaſe vitreato anguſti oris probè obturati, ne vapor inde exhalet, incoquantur, donec caro ab oſſibus decidat, dein cum refrixerint, reponantur. Andernacus.

N. *Alii per deſcenſum eliciunt ex Viperis ſcilicet capite, cauda, &c. orbatis.*

Vires. *Cutim exterget & impetigines, aliaque id genus vitia ſanat.*

2. *Sal Theriacale, vide Diſpenſ. Auguſt. & ſi placet*

*cet Querc. in Pharm. Reſt. Aëtium & Galenum.*

2. *Trochiſci de Viperis v. Diſp.*

N. 1. *Sunt qui Theriacam de Caeculâ (Cecilia* Blindſchleich / *The Blind-vvorm*, or *Sloe Worm*, Blinde Slange / of Blinde Worm /) *confecerunt, ſummoque cum ſucceſſu tempore peſtis ad ſudorem eliciendum ſemel ac iterum propinarunt. Geſn. de Serpent. Schvvenckfeld ex Platero.*

N. 2. *Fieri poteſt & vinum viperinum (id eſt, in quo Viperæ interfectæ ſunt,) ad Elephantiaſin celebre (bibitum) Galen.*

4. *Pulverem alium egregium reperies in Pharmac. Poterii.*

5. *Eſſentiam Viperarum in Myroth. Fabri.*

3. *Alcohol. Viperarum deſcribit Burggr. in Biolychn.*

*Sal Viperarum volatile ꝏ, Spiritus & Sal fixum & fixatum.*

Viperæ exiccatæ, conciſæ ac leviter contuſæ unà cum Epate & Corde, indantur in 🝭m loricatam uſque dum impleatur, 🝭la in vas recip. amplum gradatim. Exhibet phlegma & Spiritus, hinc ſal volatile undique lateribus recipientis, colloque 🝭 adhærens, tandem ꝏ fœtidum & craſſum, quod chartâ ſeparandum. Exemptum v. ſal volatile purificetur in phiola ſatis longa cum amplo, ſi placet XX ſublimando per arenam moderato △ ne aquoſitas aliqua ſalem ſequatur, quod aucto △ contingere ſolet. Salis hujus partes ſublimes reliquis ſunt odoris penetrantioris, idcirco in XX optimè clauſo cuſtodiantur.

*Medicamentum ſummè penetrans, putredinem arcens, in toto corpore obſtructiones reſerat, febres reſolvit omnes, & quartanas, ſi hora 1. vel altera ante paroxyſmum propinetur in liquore appropriato, qui acrimoniam ejus nonnihil obtundere, non tamen obſtruere valeat, utpote in emulſion. ſem. melon. vel amygd. d. additâ portiunculâ ▽æ roſar. vel cinam. & ſacch. alb.*

*Doſis g. 6. ad ℈ß.*

Figitur eodem modo, quo ſal volatile microcoſmi, niſi quod loco Sp. proprii ex ſale fixo, (qui paucus eſt in viperis & ex ☉ elicitur) ſumitur Spir. Sal. com.

Vires, *Sic fixatus medicamentum eſt immutabile totum corpus permeans, reſolvit enim excrementa quæcunque, eaque abſtergit inſtar ſaponis, ubicunque locorum adhæſerint non aſſimilata, ut facilè & commodè à materia repellantur: vel per ſudorem, inſenſibilem tranſpirationem, aut quod plerumque fieri ſolet per* ☐ *propterea in melancholia quacunque, podagra, renum calculo & veſicæ obſtructionibus viſcerum omnibus ac putredine præſtantiſſimum eſt remedium. In deperditis viribus pertingit ad loca affecta, naturam confortat, adjuvat purgando ſe & reſolvendo excrementa naturæ contraria.*

*Doſis ℈ß. ad ℈ j.*

*Eſſentia Viperarum.*

♃. Jecinora & corda Viperarum N. 100. exiccata & contuſa cum 🜈 rectif. σ ℘ (3. vel 4.) digere, extrahe ſ. a. Junctis deſtillationibus adde (ad ℔ j. Eſſentiæ) Salis volat. ℥j. fixi ℥ß. Digere ut optimè uniantur, adhuc σ uno atque altero, & habebis ſummum quod à Viperis ſeparari poteſt medicamentum.

N. *Uſitatiſſima hæc medicamenta ſunt in Italia, magnoque cum ſucceſſu & ægrorum applauſu adhiberi dicuntur.*

HOFMAN. *Vipera.*) quaſi Vivipara, quia vivum fœtum parere dicitur. Nulla tamen eſt differentia inter *has viperas & Serpentes* ratione virium, ut ſuprà monuimus. Et in Serpentibus etiam vivi fœtus deprehenduntur.

N. Vide obſervationes de viperis Franciſci Redi Nobilis Aretini ex Italicâ in latinam tranſlatas.

N. *Non tota vipera venenata, ſed ſolum Caput & Fel &c.*) Unde & *D. Autor* ſuprà ſcribit, ſi quis dentibus viperæ etiam jam dudum interemptæ pungatur, veneno infici. Verùm quod non denti viperarum, neque humori illi bilioſo ſalivali, qui in veſicula dentium baſi adhærenti continetur, virus venenoſum inſit, hoc Patavii ſequenti modo aliquot retrò annis detexerunt Medici curioſi. Caudæ ſcilicet canis currendo ſe primum exercentis recens ex viperâ non incandeſcente extractum dentem inflixerunt, à quo nec tumor, nec dolor ullus eſt ſubortus. Altero die bilioſum humorem in veſiculâ co[...]uſum eidem obtulerunt, verum nec quicquam inde vitæ pericul[um] emerſit. Ultimo caput jam detruncatæ viperæ ad caudam canis applicuerunt, quod diductis irâ œſtroque maxillis confeſtim caudam dentibus ſuis transfixit, ut non modo clamor ſubortus, & ejulatus in cane fuerit, ſed & tumor, dolor, & convulſiones horrendæ ſucceſſerint, finemque vitæ paucorum horarum ſpatio induxerint. Ex Communic. *D. D. Theodor. Schenckii P. P. Ienenſ. p. m.* Ex quo patet Caput & bilem in viperis demortuis non eſſe venenata, ſed in vivis venenoſam oriri ab accensâ voluntate nocendi per iram imaginem, Modernorum tamen Italorum experientia & curioſitas patefecit, ut D. Redi Archiatri Florentini, in viperis liquorem ſalivalem in dentium veſiculis contentum expreſſum in quovis liquore adſumptum innoxium eſſe, ſin verò vulneri vel levi cutis inciſuræ illinatur, ſeu ex viperâ vivâ ſeu ex mortuâ fuerit deſumptus, mortem inferre; unde *Cornelius Celſus* venena animalium non potu, ſed vulnere nocere docet.

*Præſtant 1. Fœmellæ collectæ tempore verno &c.*) Nihil refert, ſive Maſculi, ſive fœmellæ fuerint, modò non ex locis paludoſis, metallicis exhalationibus infeſtis, ſed è montanis optimis vegetabilibus luxuriantibus capiantur. Has colligendi opportunum tempus eſt Vere finiente, nondum tamen æſtate incipiente; vel ſi Ver quoad magnam ſui partem hyemale fuerit, circà principium æſtatis non multo poſt Pleiadum ortum; Et eo tempore etiam, quo Libero Patri Sacra fiunt, vindemiæ ſcilicet tempore.

*Viperæ excellenti gradu obtinent &c.* Verùm inter has & Serpentes nullam ratione virium agnoſcimus differentiam, ut ſuprà oſtendimus.

*Vires.*) Vipera ſimul renovandi ac reſtaurandi pollet facultate, ex quâ balſamum contrà quælibet venena eſt eliciendum, & propinandum. Quicquid enim ſe renovat balſamo aliquo, illud etiam aliam Naturam eodem balſamo renovat. Ubi virus, ibi etiam eſt virtus. *Nollius in Syſtemat. Hermet. Medic. Cap. IX.* p. 32.

Hîc præterire nequeo Modum illum leproſos per viperas curandi in Italia uſitatum, quem recenſet Kircherus in Arte Magnetic. Libr. 3. part. 7 de Medicinal. magnetiſmo. Et Caſpar. Ens de ſingul. in Italiâ inveniendis, quæ curatio cùm admodum curioſa ſit, huc afferre lubet. Æger ſcilicet præviis purgationibus primò depoſitus in ſpeluncâ ſuprà ſtratum exponitur totus nudus, qui vix ingreſſus ſtatim ex evaporatione halituum calidorum in ſudorem reſolvitur, ſudorem ſomnus ſequitur, & dum ita ſomno ſopitus, immotuſque jacet æger, viperæ ex cavernis ſuis ſudore allectæ egredientes, totum dormientis corpus ſpiris ſuis implicant, illud innoxiè lingendo ſtringendoque, quæ tamen ad minimum motum aufugientes latibula quærunt. Neceſſe igitur eſt, ut æger corpore immotus jaceat, hinc aliqui, tum ut cura conducibilior ſit, tùm ne viperarum aſpectu linctuque terreantur, opio poto, ſpontaneo ſopore ſtupefiunt: ubi verò duabus, tribus, aut quatuor horis ita jacuerint, ii, qui curam ægri habent, è Speluncâ erutum, veſtimentiſque indutum in vicinam Fumarolæ domum introducunt; ubi poſteà requie captâ, variis confortativis reficitur, duratque hæc cura, donec intentus ſanitatis effectus fuerit inſequutus. Hæc Kircherus, qui hujus rationem unicè in exhalationes minerales, ſalubres & ſuaveolentes refert; Attamen potior curatio eſt viperis accepta referenda, quæ ſanioſos humores ex ægro dimanantes lambunt, & unà cum ſpiritibus & effluviis emanantibus exſugunt, hæc effluvia & ſpiritus morboſam conſtitutionem producentes viperæ vi ſuâ balſamicâ & alexiteriâ corrigunt, & per magnetiſmum ac mutuum conſenſum unà ſpiritus reliquos corpus informantes ſanant.

PRÆ-

## PRÆPARATA.

1. *Oleum ex Viperis.*) *Oleum Seſaminum*, hoc eſt, quod ex Semine Seſami exprimitur, quod ex Alexandriâ, Siciliâ & Cretâ adfertur, de quo ſuprà *vide Libr. IV.* commendatur externè contrà porriginem ſeu furfurationem. *vid. Zacut. Luſitan.* in *Praxi Medic. admir. obſ.* 2. Et omnes cutis affectus. Idem *Libr.* 1. *de Medicor. Princip. hiſtor.* ult. 84.

2. *Sal Theriacale &c.*) De hoc *vid. Cl. Zwelfer. in animadverſ. ad P. A. p.* 273. *D. Tackenium in ſuo Hippocr. Chemic. cap.* 2. *&* 11. *D. Luc. Schrock. in P. A. R.* p. 269. & ſeq.

3. *Trochiſci de viperis &c.*) Hiſce melius ſubſtituuntur pulveres viperarum aut ſerpentum ritè præparati vid. *Zwelfer.* l. c. Pharmacop. Reg. p. 150.

4. *Pulverem alium egregium reperies.*) in *Pharmacop. Poterii & Cl. Zwelfer.* l. c.

5. *Eſſentiam viperarum.*) alias Eſſentias *vide in Zwelfer.* l. c. p. m. 214.

*Sal Viperarum volatile, cl. ſpiritus & Sal fixum & fixatum.*) Conficitur, ut reliqua ſalia animalium volatilia. Hoc per ſeuſurpatum majoris eſt energiæ, atque illud quod cum ſpir. ſalis, vitrioli aut Terra foliata tartari præparatum eſt, tunc enim aliam planè induit naturam, & magis diureticum, quàm diaphoreticum exiſtit. Nil profuiſſe vid. ſuprà Libr. IV. de Citro.

*Niſi quod loco ſpiritus proprii ex Sale fixo &c.*) Ex Cap. mort. viperarum planè nullum Sal fixum elicitur, quare nec ſpiritus inde proprius præparari poteſt. Nullæ enim animalium partes poſt illarum deſtillationem ſal fixum relinquunt.

*Vires. Sic fixatus Medicaminum eſt immutabile.*) cum aliis etiam ſalibus volatilibus urinoſis procedit, ut ſp. ✱, CC. Cruoris cervi, humani &c. quæ vel per deſtillationem vel aliorum additionem, ut Salem Tartari, CC. uſt. &c. inde iterum ſeparari poſſunt, & puriora evadunt. Cum arcano Tartari Sal viperarum volatile fixatum egregiam præbet Medicinam in Malo hypochondriaco, podagra, calculo &c.

*Eſſentia viperarum*) ſi ſp. vini ſubſtituatur Sal Tartari volatile & hoc ipſo extrahatur mediante digeſtione, melius ſuccedet. Omiſſo Sale fixo, quod in rerum natura non eſt.

## ¶ XXXVIII. *Vitulus.*

Μόσχος, Ἴταλος, Vaccæ proles. Kalb. Un Veau. *The Calf.* Een Calf.

### OFFICIN. NAT.

1. *Medulla.* 2. *Stercus.*

### Vires.

1. *Medulla vitulina* poſt cervinam locum primum bonitatis obtinet, vim habet indurata & ſcirrhoſa corpora emolliendi, ſive muſculis, ſive tendinibus ipſis durities acciderit. Quin peſſi quoque inde conficiunt, uterum emollientes.

2. *Stercus* Eryſipelati convenit, (*recens illitum.*)

### PRÆPARATA.

▽ deſtill. pectoralis, v. l. 2.

HOFMAN. *Vitulus.*) Ejus *medulla* poſt cervinam primum obtinet locum, ob vim emolliendi. Hujus etiam *coagulo* nonnulli Epilepſiam curare volunt.

## ¶ XXXIX. *Unicornu.*

Μονόκερως, Remena, Reem, & Reim, Hebr. Alchercheddm. Arab. Vnicornis, Einhorn. Vne Licorne. *The Unicorn.* Een Ee horn.

Animal eſſe dicitur equo quoad corpus non diſſimile, ungulis fiſſis, cornu in fronte gerens procerum.

N. *Cujus regionis incola ſit nondum certum conſtat. Ælianus, montes eſſe ait in intimis Regionibus Indiæ Orientalis aſperrimos & feris refertos, ubi quæ apud nos beſtiæ domeſticæ ſunt, feras ajunt eſſe, ut oves, canes, capras, &c. In iis Monocerotem, quem vocant Cartazenon, numerant, eamque magnitudine ad confirmatæ ætatis equum accedere, jubâque præditum, pilis fulvis eſſe, &c. Nicolaus Venetus referente Andreâ Baccio inveniri eam ſcribit, in extremis Aſiæ partibus in Provincia, appellata Macina. Narrat Marcus Paulus Venetus, in quadam Provincia Indiæ Occident. ea reperiri, Regnumque Baſinæ, Provinciam eam appellat. Verum Andreas Baccius illorum Monocerotem nihil aliud eſſe autumat, quam Rhinocerotem. Ludovicus Vartomannus in itinere ſuo Æthiopico veram Monocerotis ſpeciem deſcripſiſſe videtur, cujus duo individua in Civitate Arabiæ Mecha ſibi viſa aſſerit, cratibus incluſa, quorum unum fuerit magnitudine equi* 30. *menſium: alterum magnitudine pulli equini unius anni, unum cornu media fronte geſtantia, primum longitudine* 3. *cubitorum, alterum vero duorum: colore præditum badio, capite cervino, cervice non admodum procera, nec valde crinita, cruribus macilentis, & tenuibus unguibus, caprinorum in modum fiſſis, &c. Et hæc animalia ab Æthiopiæ Rege ad Sultanum Mechæ Regem miſſa fuiſſe ſubjungit.*

[Noſtris temporibus res magis detecta eſt, quòd ſcilicet ſit dens Balenæ Iſlandis Narvhal dictæ, à cadaveribus quibus veſci ſolet, quæ ad Grœnlandiam capitur. vid. Wormium, Tulpium, Bartolin.]

### OFFICIN. NAT.

Cornu, (Vnicornu) quod ab Ebore diſtingui poteſt, fibris quas ſubtiliores exhibet, ſimul & ſolidius ac gravius ferè eſt, in cæteris ebur æmulatur.

Vires. *Sudoriferum eſt, alexipharmacum ac cordiale. Hinc laudatur adverſus venena, morbos contagioſos, &c. Proficuum quoque cenſetur in Epilepſia infantum.*

Doſis à gr. IV. ad ℈ß. etiam integrum & ultra.

N. *Andreas Baccius qui integrum de Unicornu tractatum conſcripſit, ejus fragmenta annulis includere jubet, digitiſque circumferre, vel de collo, loco amuleti, ſuſpendere ut cutim tangat.*

### PRÆPARATA.

⊖ Volatile ad morbum caducum utile confici etiam poteſt, Liquor, Oleum, &c.

HOFMAN. *Unicornu.*) Hoc loco *D. Autor* cum veteribus eandem de *Unicornu* cantilenam faciens, *Animal ſtatuit torviſſimum Equo ſimile, ungulis fiſſis, & Cornu in fronte donatum.* Verum & frequentiori Mercatorum commercio in Grœnlandiam & Iſlandiam magno ſtudio navigantium poſt *D. Autoris* obitum hoc ipſum animal cum Cornu putatitio melius detectum fuit. Ut ita excuſandus ſit. *Dens Balenæ eſt*, Iſlandis Narhval à cadaveribus, quibus veſci ſolet, ſic dictus. Naer enim Priſcis cadaver dicitur. Hic pro *Unicornu* à Magnatibus hactenus habitus fuit & ab Animali terreſtri deciduus creditus. Hujus Animalis Cranium nuper Mihi videre contigit integrum, cui dentis hujus portio magna adhuc adhærebat. Qui verſus polum arcticum & fretum Davis navigationes inſtituerunt ad elevationem Poli 57. min. & 74. grad. trium min. In freto Davis hoc animal non rarum eſſe referunt nautæ, qui ſæpe illud ibidem viderunt, & circa Grœnlandiam capitur. Defertur etiam cum glaciei fragmentis ad Iſlandos. Gerardus Mercator in Atlante minore quadraginta ulnas longitudine attingere ait. D. Thorlacus Scalonius Epiſcopus Holenſis in Iſlandiam quoddam appuliſſe ſcribit triginta ulnas ſuperans, figura reliquis Cetis ſimile, pinnas duas

ad

ad latera habens, tubera tria in dorſo, unum in ventre, branchias nullas, dentem unicum in ſiniſtra ſuperioris mandibulæ parte, ad ſeptem cubitos prominentem, teretem, ſtriatum, acutum, nullos præterea minores. In vertice foramina duo, per quæ aquam pro lubitu evomit. vid. *Olaus Wormius in Muſeo Thom. Bartholin. in obſerv. nov. de Unicornu.*

*Vires.*) In febribus malignis hujus pulvis exhibitus à ℈j. ad ʒß. in ▽ Card. b. vel ſambuci ſudore largo inſequente, ſalutarem præſtat uſum. Nec minus in epilepſia valdè conducit. Externè etiam fruſtula collo appenſa amuleti vicem ſuſtinent. Quodque virium *D. Autor* de putatitio cornû hîc refert, hoc Unicornu Grœnlandico competit. Hydropicam hoc curatam vid. in *Thom. Bartholin. Centur. 5. hiſtor. 46.*

N. Ex hoc præparari poteſt vulgari chemico modo prout ex aliis animalibus liquor, Sal volatile, oleum &c. in caduci miaſmate expugnando egregiæ virtutis.

De Unicornu quo magis innoteſcat placet hîc addere quæ habet R. P. Athanaſius Kircherus, Mund. Subterr. Tom. II. p. m. *66.* &c.

*Nihil eſt in rerum natura quod tanto apud Imperatores, Reges, Principes, mundique Magnates in pretio habeatur, quàm* cornu Monocerotis, *ita ut aurum, gemmæ ejus comparatione nihili ducantur. Quidnam verò illud cornu, aut ex quo animali deciduum ſit, nemo eſt qui dicere poſſit. Unde in hunc uſque diem Medici, Phyſiologi, ac plerique naturæ exploratores inter ſe mirum in modum decertant, lite nec dum deciſa. Dico tamen ſi quiſpiam tale animal, quod tantæ tamque admirandæ virtutis cornu geſtet, aut exiſtere etiamnum, aut aliàs unquam exſtitiſſe audaciùs negaverit, illum eadem temeritate non Sacras tantummodo paginas, ſed & unà omnium hiſtoricorum fidem in dubium vocaturum. Unicornu itaque, ſive Monocerota eſſe, certum eſt; qualenam tamen hoc ſit, & fuerit, diſceptandum relinquitur, nec res difficultate caret.*

Plinius, Ælianus *verum unicornu iis deſcribunt ſymbolis, ut facilè appareat nunquam id extitiſſe, quod tot fabulis involutum Orbi Literario proponitur: Si enim tale foret, jam dudum, toto terrarum Orbe ita perluſtrato, id utique alicubi viſum fuiſſet, aut à Mercatoribus, qui vaſtas Indiæ, Tartariæ atque Africæ ſolitudines, in quibus ſtabulari dicitur, nullo non tempore terere ſolent, cognitum fuiſſet. Accedit Patrum noſtrorum diligentia, qui præterquam animarum lucrum, quod unicè intendunt, per continuam explorationem, exactam quoque rerum exoticarum à Natura in dictis locis productarum notitiam, Orbi communicare non ceſſant, unicornu tamen quod inter exotica animalia meritò primum locum tenere debebat, ne verbo quidem meminiſſe mirum eſt.*

P. Petrus Pais *univerſam Æthiopiam unà cum Imperatoris exercitu perluſtravit. Cumque omnes montium Lunæ angulos, ad originem Nili detegendam excuſſiſſet, innumerorumque animalium mentionem feciſſet, de Unicornu verò nullam prorſus facit, vel alto hoc ſilentio ſuo id non exiſtere, indigitando. Vidiſſe quidem dictos naturalium rerum Scriptores varia animalia uno in fronte aut naſo cornu conſpicua, uti de nonnullis onagris, orygibus, & tandem de Rhinocerotibus pluribus docent. Onagros Indicos monocerotas eſſe, rudi in fronte cornu, ad radicem lato, & in turbinem paulatim vergente inſtructos, Oryges item; eſt id ſylveſtrium caprarum genus in India ſolitudinibus vagabundum, uno cornu inſtructum, quod ex capite emergens, paulatim in helices lineas ſtriaſque limacum more, longitudine quatuor palmorum contortum, tandem in acumen valdè ſubtile terminatur, paſſim extat. Sed de hujuſmodi animalibus unicornibus, vide* P. Iohann. Philippi Marinum *in Relatione de Regno* Tom Kin, e Lao, *fuſius agentem.*

*De Rhinocerotis verò cornibus, cùm nihil tritius ſit, & nos in Muſeo noſtro tria oſtendere ſoleamus, nihil dico.*

*E quibus concludo, quæcunque hucuſque de Monocerotis veri cornibus dicta ſunt, de dictis animalium cornibus intelligenda eſſe; ſed contra videtur eſſe, quod cornua illa tanti pretii & æſtimationis, & inter Regum, Principumque theſauros aſſervata, ſive formam, ſive colorem, ſive odorem ſpectes, nil cum dictis cornibus commune habeant. Pariſiis in Eccleſia S. Dionyſii, quinque circiter cubitis longum helicum more contortum aſſervatur: Tale quoque Argentinæ in Cathedralis Eccleſiæ Gazophylacio ſpectandum exhibetur longitudinis juſti hominis, ſed ſtriis à Pariſino differentibus, magni ponderis, coloris flavi in pallorem vergentis, extrema pars ejus tantæ craſſitiei quantum pugnus explere poſſet. Item Venetiis ad S. Marcum ſimilia videntur cornua exquiſiti ſplendoris, quæ pro veris & genuinis Monocerotis cornibus divulgantur. Apud Magnum Ducem ſimilia reperiri, aliique Italiæ Principes tenere dicuntur; adeò ubique æſtimata à Principibus ut theſaurus dici non mereatur ubi dicta cornua defuerint.*

*Ego tamen cùm ſumma diligentia hujuſmodi examinaſſem, induci non potui ut cornua animalium uti ex Rhinocerotibus patet infernè ad radicem notabilem latitudinem ſemper habeant, deinde paulatim in acumen terminentur aut curuum aut rectum; illa verò cornua latitudinem quatuor digitorum vix explent, æquali ſemper craſſitie donec tandem gracileſcentia non in acutum, ſed obtuſum acumen terminentur; fierique vix poſſe videtur ut animal adeò longum cornu præſertim Monoceros magnitudinem equi non excedens, aut ob grave pondus radiciſque tenuitatem ſuſtinere poſſit, aut eo inter condenſas Sylvarum arbores ſine periculo illiſionis aut fractionis uti poſſit.*

*Dico itaque & ſalvo aliorum judicio ſentio, iſtiuſmodi cornua non quadrupedum ſed certorum piſcium cornua eſſe; quo autem indicio, expono. Retulit non ita pridem Illuſtriſſimus* Comes de Alefeld *Regi Daniæ ab intimis conſiliis, vir variarum rerum ſcientia inſtructiſſimus, dum inter differendum de Monocerotis cornu in Muſeo noſtro mentio fieret. Regi ſuo, ait, cùm expeditionem in Septentrionalem Groenlandiæ Inſulam, ad explorandum quid inde Regno emolumenti accidere poſſet, miſiſſet, tandem poſt multos exantlatos labores, reduces retuliſſe, ſe Groenlandiæ littora peragraſſe quidem; ſed nec ædium, nec hominum veſtigia detegere potuiſſe, ingentes tamen longorum cornuum acervos, quorum nonnulla ſariſſam æquabant, reperiſſe: intellexiſſe quoque ex vicinarum Inſularum incolis, iſtiuſmodi non cornua, ſed certorum prægrandium piſcium promuſcides eſſe, quibus ſe ſe contra Balænarum quarum ingens Oceano glaciali copia ſtabulatur, inſidias tuerentur: ideoque haſce belluas perpetuò ſe ſe in vicem bello infeſtare; accidere tamen haud infrequenter, ut hæ promuſcides haſtiformes inter glacialium montium ſcopulos violenter decuſſæ, tandem ad vicinarum Inſularum littora appulſæ ibidem coacerventur, & complures ſub arena maris quotannis reperiri, teſtabantur: piſcem quoque ſe vidiſſe prægrandis inſtar lanceæ promuſcide inſtructum.*

*Atque ut veritas pateret Regi, integrum lintrem iis confertum, eidem obtuliſſe, eaque rari muneris loco ad Principes tranſmiſſa fuiſſe.*

*Intelle-*

*Intellexi deinde* Giſbertum van der Pole *Mercatorem Belgam & pro tempore civem Romanum, in ſua officina duo cornua Monocerotis magni pretii ex Batavia adſe tranſmiſſa tenere; acceſſi eundem rogans, ut ea mihi talium rerum avido oſtenderet, quod non illibenter fecit. Cornua ſunt longitudinis novem palmorum Romanorum, craſſitudo inferna pugno explebilis, ſtriata, ſpiris limacum more contortis, quæ & in obtuſum acumen terminantur, coloris ſubflavi, eboris inſtar pondere graviſſima, mirifica in medicamentis contra venena virtutis; hæc enim impoſita intra concham aliquam aqua fontana repletam, tanta eam mox imbuere virtute dixit, ut aqua ejuſmodi ab Infirmo epota, mox meliùs habeat, & experientia ſe comperiſſe teſtabatur. Et cùm quàm diligentiſſimè de cornuum forma & ratione examen inſtituiſſem, inveni tandem, ea quadrupedum minimè eſſe poſſe, ſed eorum piſcium quos deſcripſimus, cornua ſeu potius promuſcides eſſe; ac proinde jam paulò audaciùs aſſeverare cœpi, quicquid hujuſmodi cornuum alicubi in Principum Gazophylaciis latet, non aliam niſi ex dictis piſcibus originem ſortiri; ut proinde minimè falſum ſit, quod ſe vidiſſe ſcribit* Albertus Magnus, *cornu Monocerotis ſua propria manu menſuratum, quod in craſſitie palmum cum dimidio, & decem pedum longitudinem obtinebat, quod uti quadrupedum etiam maximo competere non potuit ob rationes ſuprà dictas, ita non aliud eſſe potuit niſi prægrandis alicujus piſcis, ex ea, quam deſcripſimus ſpecie, ex maritimo littoris ſabulo, ubi illud piſcis depoſuerat, aut mare depulerat, effoſſum: tum vel potiſſimo argumento ad hoc credendum inducor, quòd in nullo regno tanta horum cornuum copia, quam in Anglia reperiri dicatur. Cùm enim nullum animal quod hujuſmodi cornu formam exprimat in toto regno reperiatur, & pleraque ad littora maris effoſſa dicantur; facilè cuilibet hinc patet, ea ex vicino mari glaciali vel appulſa, vel ab iiſdem piſcibus in Anglicis littoribus decuſſa, ſabuloque tumulata, ſuo tempore inventa, & pro monocerotis cornu divendita fuiſſe.*

*Unde relicta fabuloſa narratione de Monocerote à* Plinio *&* Æliano *deſcripto, cum nullibi terrarum locorumque tale animal viſum ſit, congruentius hujuſmodi cornua, quæ paſſim reperiuntur, non quadrupedum ſed piſcium exuvias eſſe, aſſeremus.*

## ¶ *XL. Urſus.*

Ἄρκτος, 𝔅ár. Un Ours. *A Bear.* 𝔈en 𝔅eyr/ 𝔅eyre.

Animal eſt crudele, catarrhoſum, phlegmaticum, capite imbecillo, lumbis robuſtiſſimis, laſcivum. Inimicatur equis, aſinis, leonibus, dormit ſeptimanas aliquot continuas.

### OFFICIN. NAT.

1. *Pinguedo.* 2. *Fel.* 3. *Oculus.*

Vires.

1. *Pinguedo* calfacit, reſolvit, emollit, diſcutit, &c.

Uſus præcipui in alopecia (*illita cum mure combuſto*) medetur doloribus arthriticis, parotidibus, (𝔒𝔥𝔯𝔢 [illegible] (*axungiâ ejus & cerâ ana in Empl. redactâ.*) ulcera crurum tibiarumque ſanat.

N. 1. *In Hernia ſ. Enterocele uterique prolapſu, mulierculárum vulgare remedium (dorſo ſ. oſſi ſacro illita.)*

N. 2. *In uſu externo pinguedinis hujus obſervare expedit, quod pilis albedinem conciliat.*

2. *Fel* commendatur intrinſecus ad morbum comitialem, ad aſthma, & icterum.

Extrinſecus ad ulcera cancroſa ac ſerpentia (*illitum,*) ad odontalgiam, oculorum hebetudinem, &c.

N. *In Finlandia ubi urſorum datur copia, vulgatum ruſticis eſt, fel exiccatum inſtar Panaceæ exhibere, ſudoreque ſuperveniente morbos quàm plurimos fuiſſe ſolutos audivi.*

3. *Oculus* dexter effoſſus, exiccatus & infantibus appenſus, terrorem quibus in ſomnis vexantur arcere dicitur.

Sunt & qui ajunt, oculum urſi ſiniſtro brachio alligatum, quartanam fugare.

HOFMAN. *Urſus.*) Hujus *pinguedo* calefacit, reſolvit, emollit, diſcutit &c. medetur doloribus arthriticis, in herniâ ac uteri prolapſu commendatur cum goſſypio oſſi ſacro impoſita. *Urſi albi pinguedo* pro magno arcano coſmetico commendatur. *Urſi fel exſiccatum* egregium eſt diaphoreticum in plurimis affectibus utiliſſimum.

## ¶ *XLI. Vulpes.*

Ἀλώπηξ, 𝔉uchs. Un Renard. *The Fox.* 𝔈en 𝔙os.

Eſt animal aſtutiſſimum, naturæ caninæ quodammodo particeps.

N. *Vulpium genera tria in Suecia ac Finlandia vulgaria comperi, nimirum præter vulgares dantur ibidem nigræ & crucigeræ, lineâ ſcilicet nigrâ, ſecundum longitudinem à capite ad caudam per dorſum decurrente.*

### OFFICIN. NAT.

1. *Pinguedo.* 2. *Pulmo.* 3. *Iecur.* 4. *Fel.* 5. *Lien.* 6. *Pellis.* 7. *Sanguis.* 8. *Integra Vulpes.* 9. *Stercus.*

Vires.

1. *Pinguedo* auxilio eſt convulſionibus, contracturis, tremoribus, &c. (*illita;*) aurium doloribus, vulneribus capitis & alopeciis.

[Lingua pro acuendo viſu appenditur.]

2. *Pulmo* conſolidat, abſtergit, hinc valet ad vitia pulmonum & anguſtiam pectoris, (*exiccatus ſaltem & combuſtus.*)

3. *Iecur* Hepaticis & Spleneticis confert, (*ſimili modo ut pulmo adhibitum.*)

4. *Fel*, Oculorum Pterygio ſuccurrit (*illitum.*)

5. *Lien*, Lienis duritiei ac tumori medetur, (*impoſitus.*)

6. *Pellis piloſa* membris refrigeratis ac articulis morbo infeſtatis feliciter imponitur.

7. *Sanguis* arefactus & tritus calculo Renum & Veſicæ medetur: idem felicius præſtare perhibetur ſanguis recens, *potus ad cyath. ſcilicet vel abdomini, pubi, inguinibus ac renibus illitus.*

8. *Vulpes integra, vel caro ejus combuſta*, ad vitia pectoris commendatur.

Vulpes in aqua vel oleo optimè cocta, nervinis affectibus ideoque contracturis ac doloribus articulor. medetur (*ſi locus affectus eo lavetur.*)

9. *Stercus* ſcabritiem cutis ſanat (*cum ✠ illitum.*)

PRÆ-

## PRÆPARATA.

1. *Ol. Vulpinum v. Diſpenſ.*
2. *Loch de Pulmone Vulpis. Vid. Diſpenſ.*
3. *Pulmo præparatus ſ. lotus & exiccatus.*
[4. *Parari etiam poteſt Extractum pulmonis.*]

HOFMAN. *Vulpes.*) Hujus *pinguedo* in affectibus nervoſi generis commendatur, convulſionibus ſcilicet, contracturis, tremoribus &c. Hâc ſi mulierum calceos vel induſium inungas, canes illas permingunt. *Lingua* ejus maximè commendatur Menſe Martio exciſa ex viva vel modò occiſa vulpe & exſiccata, atque illius tempore in vino macerata vulnerique calida admota extrahit omnia; etiam ex profundis partibus *D. Victor Schneiderus* ægroto cuidam, cui Pulmo globulo tormentario laceratus, & frequenti ſanguinis exſpuitione fruſta pulmonis ejecit, Medicamentum conficiendum curavit ex pulmone vulpis cruento adhuc & recenti ſtatim ex vulpe exempto, qui in aquâ ſymphyti leniter coctus fuit, deindè minutiſſimè conciſus, cui admixta fuêre conſerva radic. ſymphyt. fl. ſymphyti, amyli & in primis ſarcocolla purgata, lota & lacte muliebri nutrita. Quo feliciſſimo cum ſucceſſu uſus fuit. Et nulla ferè datur Aqua antiphthiſica aut Aſthmatica quam pulmones vulpis non ingrediantur vid. Theſaur. noſtr. Pharmaceutic. ſect. 1. num. ix. x. xi. ſeq.

Teſtes vulpis exſiccati venerem ſtimulant intus aſſumpti.

# CLASSIS II.

## De Avibus.

### ¶ XLII. *Accipiter.*

Ἱέραξ, Habich. Un Oiſeau de Proye. *The Havvk, Spar-Havvk, Saker, Falcon.* Een Roof⸗Vogel / een Habick / een Valck / of Sperwer.

Volucris eſt rapax, vorax & audax, viſu forti prædita.

#### OFFICIN. NAT.

1. *Accipiter integer.* 2. *Adeps* & 3. *Excrementa.*

1. Integer oculorum vitiis ſuccurrit, (*in oleo coctus, oculoque inunctus.*)

Idem ſentiendum & 2. *de Adipe*: ſuper omnibus vitiis cutis medetur, (*oleum illud illitum.*)

2. *Excrementa* calefactoria vi adeò pollent, ut à Galeno ex foro Medico eliminentur, nihilominus tamen ſunt, qui oculorum vitiis arcendis adhibeant, alii ad partum promovendum, *exhibita vel in ſuffitu adhibita.* (Hippocrates & Plinius ad ſterilitatem emendandam propinant.)

### ¶ XLIII. *Alauda.*

Κόρυς, Alauda, Caſſita, Galerita, Lerch. Une Alouëtte. *The Lark.* Een Leeuwerck.

Alauda { criſtata, *hæc prævalet.*
{ non criſtata.

#### OFFICIN. NAT.

1. *Cor ſ. integra ales* & 2. *Sanguis.*

#### Vires.

1. *Cor* (*Alaudæ criſtatæ*) femori alligatum arcere colicum dolorem ajunt, idem quoque de *Corde* recenti devorato perhibent, ut & de integra Alauda, *roſta vel unà cum pennis incinerata, quæ Doſi ʒ. ſeu cochl. 1. ac 2. per dies aliquot exhiberi poterit.*

2. *Sanguis recens* ex aceto acri aut vino calido hauſtus, calculoſis efficaciſſimè ſubvenit.

### ¶ XLIV. *Alcedo.*

Ἀλκύων, Halcyon, Eiß⸗Vogel / Eiſengart. La Elicon. *Halcyon*, or *Kings-fisher.* Een Ys⸗vogel / die op de Zee neſtelt.

Avis eſt ſpecioſa, paſſere paulo amplior, roſtro longo, colore tùm cæruleo, tùm viridi, tùm purpureo, juxta glaciem rivulorum degens.

#### OFFICIN.

Cor, quod ſiccatum & collo infantum appenſum comitialem morbum arcere volunt.

### ¶ XLV. *Anas.*

Νῆττα, Andt / Endt⸗Vogel / Endt. Une Cane, ou Canard. *A Duck or Drake.* Een Ent Ent⸗vogel / Entrick / en Woorde.

Eſt { Domeſtica.
{ Sylveſtris.

Culinaris potiſſimùm eſt, gignit craſſos, melancholicos & ſuperfluos humores.

#### OFFICIN. NAT.

1. *Anas viva.* 2. *Adeps.* 3. *Sanguis.* 4. *Fimus.*

#### Vires.

1. *Viva* ſedat dolores colicos, *ſi ventri imponatur, parte deplumata.*

2. *Adeps* calf. humect. moll. diger. reſolvit. Eapropter eo utimur in dolore interno & externo, ſcilicet laterum, artuum, in nervorum frigida intemperie, &c.

N. *Adeps hic primas præ reliquis habet & præcipuè Anatis ſylv.*

3. *Sanguis* alexipharmacus eſt, & hinc in antidota nonnunquam aſcitur.

4. *Fimus* morſui venenatorum animalium imponitur.

### ¶ XLVI. *Anſer.*

Χὴν, veter. Ganza, Ganß. Une Oye. *The Gooſe, and Gander* or *Stegg.* En Ganß.

Anſer { Domeſticus.
{ Sylveſtris, *hic in officinis præfertur.*

Anſer itidem culinaris maximè eſt, alimentum præbens excrementitium & melancholicum.

#### OFFICIN. NAT.

1. *Pinguedo.* 2. *Sanguis.* 3. *Stercus.* 4. *Cuticula pedum.*

#### Vires.

1. *Pinguedo* calore ſuillam ſuperat, ſuæque ſubtilitatis ratione promptiùs penetrat ac reſolvit, ideoque rectè per anum injicitur, ad obtundendam eroſionem in alvo corporis ſitam, alopecias capillis

explet, rimis labiorum medetur, tinnitui aurium ſuccurrit, (*auribus indita,*) ſpaſmum nervoſque rigidos ſanat, (*pinguedo ex anſere, farcito carne cati, aliiſque nervinis herbis, & aſſato collecta*) alvum laxat, præcipuè infantum, *umbilico inditum, ventrive impoſitum.*

2. *Sanguis* Alexipharmacus habetur.

Doſis ad ʒ ij.

[Exhibetur in melancholicis affectibus cancro, &c. ad humoris malignitatem demulcendam.]

Externè pruritum tollit.

3. *Stercus* calfacit & ſiccat vehementer, incidit, aperit menſes, ſecundinam & urinas potenter movet.

Hinc maximi uſus in morbo regio, Scorbuto, Hydrope, *cum cochleari urinæ Capræ vel Vituli deſtillata, continuarique poteſt ejus uſus in dies aliquot* (8.) idem & tuſſi mederi perhibetur.

N. 1. *Adeo calfacit ut & gramina, in quæ deciderit, urat, unde & à Galeno inutile judicatur.*

N. 2. *Præfertur viridiuſculum in pratis tempore Verno collectum, quod ſiccatum calore moderato & pulveriſatum à ʒß. ad ʒ j. exhiberi poterit.*

*Alii in potu recens exhibent, cum liquore conveniente tranſfuſum.*

*Doſis* ʒ j. *vel* ʒ ij.

[Stercus anſeris maſculi ſagittas & globulos extrahit.]

4. *Cuticula pedum* exiccata & pulveriſata ob aſtringendi vim commendatur in profluvio menſium ſiſtendo.

Doſis ʒ ß.

Extrinſecus cum ſucceſſu pernioni imponitur.

N. *Sunt & qui Medicamentis Antictericis admiſcent.*

HOFMAN. *Anſer.*) Hujus *Stercus* contrà icterum commendatur, ob Sal volatile aperitivum & abſterſivum ſulphureum, ob quod etiam in ſcorbuto commendatur, id quod teſtatur hiſtoria civitatis Preibergenſis obſeſſæ à militari exercitu, ubi milites ſcorbutici cum lacunis ſimetorum fuére curati. Unde exſiccat & valdè calefacit, ut in ejuſmodi locis, ubi colligitur, nullæ creſcant herbæ aut gramina. Pellit urinam & menſes. Quidam decoctum etiam exinde conficiunt. Sal volatile & oleum craſſum per deſtillationem inde quoque elici poteſt.

N. Anſerem album curſu tamdiu defatiga, donec reddat excrementum, hoc calidum paronychiis impoſitum mirificè curat.

## ¶ XLVII. *Ardea.*

Ἐρώδιος, Reyer/ Reigl. Heron. *The Heron, Hern, or Offrey, The Bitter.* Een Reyger.

### OFFICIN. NAT.

*Pinguedo ſ. Axungia.*

Vires.

*Pinguedinis* hujus rarus uſus eſt in Medicina, lenire tamen dicitur podagricos dolores, oculorumque nebulas diſcutere, & viſum clarificare (*illita.*) Hinc & ſurdaſtris conferre (*indita auribus.*)

N. *Proſtat nihilominus in gratiam piſcatorum, qui inde faciunt quo piſces alliciant.*

*Nimirum.*

*Piſces quia ardeam odio perſequuntur, hujus odore concurrunt, ardeam ceu hoſtem invaſuri.*

## ¶ XLVIII. *Ciconia.*

Πέλαργος, Storch. Cicogne. *The Storck,* Een Ooyevaer.

### OFFICIN. NAT.

1. *Ciconia ipſa.* 2. *Stercus.* 3. *Ventriculus.* 4. *Axungia.* 5. *Fel.*

Vires.

1. *Ciconia* vim habet alexipharmacam inſignem, adeò ut contra omnis generis venena & inprimis contra peſtem præſtantiſſima cenſeatur, (*comeſta vel cinis ejus aſſumptus,*) inſuper nervoſis & articularibus affectibus ſuccurrit.

2. *Stercus* ſi ex ▽ hauriatur comitialibus aliiſque morbis capitis prodeſſe credunt. *Crato.*

3. *Ventriculus* exiccatus ac pulveriſatus pro maximo ſecreto habetur in venenis.

N. *Alii ſolam tunicam interiorem malunt.*

4. *Axungia* podagricis & tremulis articulis utiliter illinitur.

5. *Fel* ad oculorum vitia commendatur.

PRÆPARATA.

1. ▽ *Antepileptica.*

℞ ex pullo Ciconiæ integro, id eſt, deplumato, & exenterato, atque in fruſta diſſecto, admixtis antepilepticis aliis ex MB ∽ando.

2. *Ol. ſtillatitium quod ſat copioſum fundit.*

3. *Sal volatile quod itidem copioſè in deſtillatione exhibet.*

4. *Arcanum Alexipharmacum de Ciconia. vide l. 2. c. 51.*

HOFMAN. *Ciconia.*) Vim habet alexipharmacam & antitinicam, in primis in Eſſentiam redacta cum Sale ejus volatili.

## ¶ XLIX. *Columba.*

Περιστερά, ρὸς, Daube. Pigeon. *A Dove, pigeon, or Culver.* Een Duyve/ Doffer/ ofte Duyverick.

Avis eſt admodum fœcunda, calidiſſima, cerealibus vivens.

Columba eſt { Domeſtica, Hauß Daub/ *A House Dove.* Een Huys-Duyve. Sylveſtris, Turtur, Turtle Daub/ *A Turtle-Dove.* Een Tortel-Duyve. *v. ſuo loco.* }

### OFFICIN. NAT.

1. *Columba tota.* 2. *Sanguis.* 3. *Tunica ventriculi.* 4. *Fimus.*

Vires.

1. *Columba viva* per medium diſſecta, capitique dum ſanguine adhuc calet, impoſita, feroces humores mitigat, melancholicam triſtitiam diſcutit.

Hinc convenientiſſimum Medicamen eſt in Phrenitide, Cephalalgia, Melancholia, Podagra.

2. *Sanguis* tepens oculis inſtillatus, dolorem, lippitudinemque ſedat ſuffuſiones ſanguinemque diſcutit, vulnera recentia curat: Peculiariter cruorem è mem-

membranis cerebri erumpentem cohibet, podagricum dolorem mitigat.

N. 1. *Præfertur ſanguis columbi maris, idque ſub ala dextra elicitum (ob naturam ejus calidiorem.)*

N. 2. *Succus ſanguinolentus ex pennarum calamis expreſſus ſanguini ſubſtitui aptus eſt, præferturque è pullis columbarum.*

2. *Tunica ventriculi* exiccata & pulveriſata commendatur in Dyſenteria.

4. *Fimus* vehementer excalefacit, (*ob nitroſam facultatem, quâ maximè pollet,*) ideoque urit, diſcutit, ruborem cutis ſanguinem alliciendo excitat.

Hinc uſus frequentis in Cataplaſmatis & Emplaſtris rubificantibus. Sic tritus & cribratus, cumque ſemine naſturtii impoſitus, facit ad affectus inveteratos.

*Cujuſmodi ſunt:*

Arthritides, Hemicrania, Vertigo, Cephalæa, dolores inveterati in lateribus, ſcapulis, cervice ac lumbis, dolores colici, affectus apoplectici, lethargici, & ſimil.

Sic ſtrumas alioſque tumores diſcutit, (*cum hordeacea farina & ✠o mixtus & impoſitus*) alopeciæ ſuccurrit (*illitus*) Colicis confert, (*in Clyſteribus*) defluxiones ad genua delabentes diſcutit, (*cum ſal. & ♂o.*)

Internè calculum atterit & urinam pellit.

(Doſis ℈ j. ad ℈ ij.)

PRÆPARATA.

[ Empl. de ſtercore columbino ad catarrhos capitis. ]

HOFMAN. *Columba.*) Uſus columbæ ſylveſtris proclivitati calculoſæ ſummè proficuus etiam deprædicatur, inde, quia ex ſtercore columbino ferax Nitri copia facillimo artificio elicitur, unde colligunt efficacem qualitatem in ſtercore ad calculum frangendum. Si enim, inquiunt, in ſtercore excremento vitæ nullatenus capaci, quidni nobiliores & auguſtiores ex ſanguine per digeſtionem & multiplicem circulationem ad vim vitalem ſpecificam animalis induendam præparato potentias ſperemus? Præparandi rationem talem tradunt. Palumbem ſtrangulatu exanimatum plumis & extis exutum ſale & macere conſperſum ollulæ vernice ex lithargyrio & plumbo obductæ vino, cui pernoctaverit petroſelini manipulus, prius infuſo immitte: operculo obſerato, ſat elixato, & denuò carnes unà cum juſculo abſumito.

¶ *L. Cornix.*

Κορώνη, Kraye. *The Crovv*, and *Rook*, (With ſome) *A Chough, Davv*, and *Iack-davv*. Een Kraeye, ofte Kauwe.

Vires. *Fimum in vino potum, dyſenteriam ſanare tradit Kyranides.*

¶ *LI. Corvus.*

Κόραξ, Raab/ Rappe. *A Raven*, ſome call it *a Crovv*. Een Raven ofte Kraeye.

OFFICIN. NAT.

1. *Pulli.* 2. *Cerebrum.* 3. *Pinguedo & Sanguis.* 4. *Stercus.*

Vires.

1. *Pulli Corvor.* incinerati commendantur ad comitialem morbum.

Doſis ʒ j. ſingulis diebus 2. vel 3. exhibitum.

Sic & cinis corvorum ad Podagram & Alphos commendatur.

2. *Cerebrum* commendatur itidem ad Epilepſiam.

3. *Pinguedo ac Sanguis* capillos reddit nigros, id quod & de ovis affirmant.

4. *Stercus* Infantum tuſſim, doloremque dentium ſedare ajunt, (*de collo ſuſpenſum.*)

5. *Ova*, ſunt qui in Dyſenteria exhibent, N. 1. ij. *Gabelchover.*

¶ *LII. Coturnix.*

Ὄρτυξ, Wachtel. *The Quail.* Een Quackel ofte een Quartel.

N. *Comeſta Coturnix, noxia eſſe creditur ſpaſmo obnoxiis.*

OFFICIN. NAT.

1. *Pinguedo.* & 2. *Excrementa.*

Vires.

1. *Pinguedo* oculis prodeſt maculas abſtergendo.

2. *Excrementa* Coturnicum helleboro veſcentium, (*quod ipſis, ut quidam ſcribunt, in alimentum cedit,*) ſingulari proprietate quadam conferre Epilepſiis quidam volunt.

¶ *LIII. Cuculus.*

Κόκκυξ, Gucker/ Guckang/ Kuckug. *The Cuckovv.* Een Koeckoeck.

OFFICIN. NAT.

1. *Cuculus.* 2. *ipſe fimus.*

Vires.

1. *Cuculus* uſtus commendatur ad calculum, ventriculi dolorem & humiditatem. *Rondel.*

Datur & utiliter febricitantibus paroxyſmi tempore, medetur Epilepticis, &c.

2. *Fimus* morſum canis rabidi curat, (*potus.*)

[ Pinguedo ad Calvitiem ex ſiccitate conducit. ]

¶ *LIV. Ficedula.*

Συκαλὶς, Ficedula, à ficuum eſu ſic dicta, Germani Schnepffe/ Wuſtling. *A Fig-Eater, A Gnatſnapper, like a Nightingale.* Een Mugge-Vinck/ Een Vygeeter.

Vires. *In cibo viſum acuere dicitur.*

¶ *LV. Gallus, Gallina.*

Eſt { Mas, ἀλέκτωρ, Gallus, Han. *A Cock.* Een Haen.
Fœmina, ἀλεκτορὶς, Gallina, Henne/ Hun/ *A Hen.* Hinne/ Hen/ Hoen. }

N. *Gallus caſtratus Capo dici ſolet, ſeu Capus.*

OFFICIN. NAT.

1. *Gallina* (*ſeu Gallus*) *integra.* 2. *Cerebrum.* 3. *Tunica ventriculi.* 4. *Teſticuli.* 5. *Fel.* 6. *Pinguedo.* 7. *Guttur.* 8. *Stercus.* 9. *Ova.*

Vires.

1. *Gallina* diſſecta [præferunt nigram] ſanguine adhuc calente imponitur capiti in phrenitide, cephalalgia, &c. Morſibus itidem venenatorum animalium ſimili ratione mederi ajunt: anthracibus impoſita venenum elicit, nec prætereundum, quod ſanguinis eruptionem in vulneribus recentibus ſiſtat.

1. Viva Gallina (Gallus) circa anum deplumata è bubonibus venenum extrahit, (*impoſita.*)

## PRÆPARATA.

1. *Gelu ſ. decoctum Gelatinum Gallinæ (veteris.)* Fit ex carne Gallinæ in fruſta conciſæ, additiſque pedibus vituli, vervecis, aut carne bovina per ſe in diplomate horas aliquot, (ſex, ſept.) vaſe clauſo cocta & expreſſa.

N. *Addi poſſunt aromata & ▽æ cordiales prout libet.*

Vires. *Inſigne eſt nutritivum & corroborativum.*

2. *Contuſum*, fit itidem ex carne Gallinacea, quæ coquitur, donec caro ab oſſibus decidat; hinc contunditur unà cum oſſibus, fitque expreſſio cum vino miſcenda, & pro libitu aromatizanda.

N. *Gallinarum caro melior eſt quam Gallorum, niſi ſint caſtrati, nigrarum verò quæ non pepererunt melior eſt & levior.*

3. *Ius Galli veteris:* Gallus antiquus (annor. 2. 3. 4.) fatigetur optimè, donec laſſitudine cadat: Hinc trucidetur, deplumetur, exenteretur, farciaturque medicamentis idoneis, coquaturque in aliquot menſuris aquæ, donec caro ab oſſibus ferè decidat: Hinc colетur.

Vires. *Ius illud per ſe vim habet molliendi, & ob nitroſas partes quibus decrepitum illud animal præditum eſt, quæque fatigatione illâ exaltatæ ſunt, virtute pollet incidendi, abſtergendi, alvum ciendi, idque multò magis, ſi in eo Medicamenta ſimilium facultatum incoquantur. Hinc celeberrimum eſt in dolore colico (coctum cum purgantibus & diſcutientibus.) In tuſſi tartaroque pulmonum (cum bechicis elixum,) &c.*

2. *Cerebrum* vim habet incraſſandi, fluxuſque compeſcendi.

*E. gr.*

Fluxum alvi, (*in vino ſumptum*) gingivis ad dentitionem à mulieribus illinitur.

3. *Tunica interior* ventriculi extracta, ſiccata, (ad Solem,) & pulveriſata, ſingularem vim habet cùm aſtringendi & corroborandi ventriculum, adeoque vomitum, & fluxum alvi compeſcendi, tùm & calculum comminuendi.

4. *Teſticuli* deperditas in morbis vires mirificè reſtituere dicuntur, ſemen prolificum ſuppeditant, & Venereas vires roborant, (*recenter uſurpati,*) febribus itidem medentur, (*aſſumpti.*)

5. *Fel* maculas cutis aufert, (*illitum:*) oculis convenit.

6. *Pinguedo* Gallinarum & Caponum calfac. humect. emoll. lenit, mediaque inter anſerinam & ſuillam exiſtit, harumque acrimoniam obtundit, convenit labiorum rimis, aurium doloribus, oculorum puſtulis.

7. *Guttur Galli* uſtum & non conſumptum, ſed toſtum & exiccatum, ſub noctem ante cœnam exhibitum, proprietate ſanat mictionem involuntariam nocturnam. *Solenand. ſ. 4. conſ.* 11.

8. *Stercus* omnia eadem præſtare aptum eſt, quæ columbinum, ſed inefficacius, privatim tamen colico & uterino dolori convenit. Valet itidem maximè ad icterum, calculum & urinæ ſuppreſſionem.

[Abſceſſus morbi lateralis diſrumpit.]

N. *Præſtantius habetur id, quod in ſtercore album eſt.*

Doſis ʒß. manè ac veſperi ☉ & ♄ continuis 4. vel 5. exhibitum. *Querc. Pharm. reſt. c.* 21.

Extrinſecus exiccat achores capitis, aliamque ſcabiem manantem (cinis inſperſus.)

Luteum ſtercoris conſolidat Veſicæ exulcerationem, *aſſatum in butyro recenti, vel oleo olivarum, atque conjectum in frigidam, ut ſordes ſecedant, & liquor olei ſupernatet, in ductum penis injiciendus. Hartm.*

9. *Ova* Medicinę exhibent teſtas, membranulas, ovi albumen, vitellumque.

*Teſtæ* vim habent Lithontripticam, tartareamque mucilaginem incidendi.

*Membranulæ* vim habent diaphoreticam intrinſecus & extrinſecus adhibitæ, (*præputioque imponuntur infantum.*)

*Albumen* vim habet refrigerandi, adſtringendi, agglutinandi.

Uſuſque crebri eſt in oculor. rubedine, in conglutinatione vulnerum (cum bolo commun.) in fracturis, &c. Inſervit & anacollematis.

[Albuminis pars illa quæ Galaza & Galatura dicitur, in oculorum doloribus & vulneribus Dei Virtus ab aliquo dicta.]

N. *Hippocrates exhibet febricitantibus albumina N. 3. aut 4. ad refrigerandum & egerendum.*

*Vitellus ovi* vim habet anodynam maturandi, dige‹r›endi, laxandi, proindè uſus celeberrimi clyſteribus immiſceri, quin & cum ſalis tantillo mixtum infantum umbilico (*in teſta juglandis*) imponi ſolet ad ciendam alvum.

[Lapillus Alectorius in ventriculo decrepiti robur in thoro geniali conciliare putatur.]

## PRÆPARATA.

Paratur inde oleum quod crebri uſus eſt in conſolidatione vulnerum, rimar. in maturatione tumorum ad Hernias, &c. *Videatur Diſpenſ. Aug. & Norimb.*

N. *Fit inde potus puerperis noſtratibus uſitatiſſimus, vulgò* Stiff. *dictus.*

♃. Vitell. ovi N. 2. vel 3. Aquæ. Menſ. 1. Vini M. ½. (plus minus) coquantur optimè pro potu.

[Oleum ex albumine articulare paratur.]

HOFMAN. *Gallus Gallina.*) *Gallus* circà anum deplumatus ex bubonibus venenum extrahit. *Petrus à Caſtro in obſerv. Medic.* §. 34. tempore peſtis ad ſugendum bubonis virus jubet Galli podicem detractâ caudâ deplumatum apponere apoſtemati, ſic Gallum ad ſe trahere venenum ac mori, quo mortuo alium ſemper ſubſtituendum, donec unus vivus remanſerit.

*Morſibus itidem venenatorum animalium.*) cum idem à Caſtro ſole Scorpii ſignum tranſeunte à Scorpio nigro morſus eſſet, digitum in gallinæ anum immiſit, ceſſavitque dolor, licet intrà annum rurſus eum idem invaſerit dolor. *Rhodius cent.* 3. *obſ.* 90.

3. *Tunica interior ventriculi ſiccata ſingularem vim habet corroborandi ventriculum.*) Unde in debilitate ſtomachi laudatur. *Verum Galenus* 11. *de Simplic. medic. facult.* ſcribit, ſe vanam hanc promiſſionem expertum eſſe. Unde *Cl. Helmontius de Lithiaſ. cap.* 7. §. 28. cum vita, inquit, bruti vis fermentalis viſcerum unà extinguitur.

N. *Criſta Galli* ad dentitionem infantum difficilem facit, factâ gingivæ affrictione cum ejus ſanguine adhuc calente per vices.

N. *Guttur*

N. *Guttur Galli* exſiccatum & pulveriſatum ſub noctem in tantillo vini rubri adſtringentis adſumptum mictionem ſanat involuntariam *Foreſtus Libr.* 25. *obſerv.* 21.

9. *Ova.*) Sunt tanquam ſimulacrum univerſi, & analogiâ quâdam quaternarium elementorum numerum repræſentantia. Adeſt concavitas aëre plena, albumen aquæ elementum, vitellus ignis ſphæram, & cortex terram deſignat. In his duplex viget virtus plaſtica & nutritiva. Albumen, cui particula albicans ſemen galli ſupplens innatat, primum dat pullo augmentum, ſeminis ideam referens, poſtremò verò vitellus ſolidioris & nutritivæ magis virtutis. Excluſo jam pullo reliquiæ aliquæ de vitello ſuperſunt, quo uno aut altero die nullus cibi indigus fœtus victitare poſſit.

*Vitellus* vim habet anodynam, maturat, digerit, laxat. Particula vitelli indita cum nodulo ex linteo facto in anum loco ſuppoſitorii adhibetur. *Ex hoc oleum* exprimitur quod crebri uſus eſt in vulnerum conſolidatione, rimarum, tumorum maturatione &c.

N. Notum eſt quid de Lapide Alectorio Autores paſſim commententur, quaſi inter fabulas referri mereatur eò quòd in Ventriculo Galli aut Capi decrepiti generetur. Sed Anno 1672. d. 21. Martii hiſce meis videns oculis ſanctè affirmo, *Lapidem* illum in Capi decrepiti ventriculo diſſecto fuiſſe repertum, in parte ſupremâ colore albo obſcuro in infimâ ſanguineis punctulis rotundum ad nucis avellanæ majoris magnitudinem. Ut ita in Mineralium claſſe locum non inveniat.

*Varias ipſi adſignant vires.* Ori incluſum ſitim & cordis æſtum ſedare, experimentis confirmant; Geſtatus aut ore detentus victoriam conciliare, venerem excitare, mulieribus virorum gratiam creare, conſtantiam & eloquentiam geſtanti tribuere credunt.

## ¶ *LVI. Grus.*

Γέρανος, Ein Kran / Kranich. *A Crane.* Een Krane.

Vipio i.e. pullus Gruum.

### OFFICIN. NAT.

1. *Grus integer.* 2. *Pinguedo.* 3. *Fel.* 4. *Caput, Oculi, Ventriculus.* 5. *Medulla tibiæ.*

### Vires.

1. Avis hæc quia nervoſa eſt, nervoſis ac membranoſis partibus peculiariter convenire ſtatuitur.

Hinc uſus ejus commendatur in doloribus colicis.

2. *Pinguedo* ſurditati auxilio eſt, (*auribus inſtillata*) Lienis duritiem, aliosque tumores renitentes emollit (*cum* ✠ *ſcyllitico ſubacta*) rigori cervic. velociſſimè ſuccurrit.

N. *Ejuſdem naturæ eſſe dicitur cujus anſerina pinguedo.*

3. *Fel* oculis prodeſt.

4. *Caput, Oculi, Ventriculus*, pulveriſata fiſtulis, cancris, & varicoſis ulceribus inſperguntur.

5. *Medulla tibiæ* inſervit unguento Ophthalmico inde parando.

## ¶ *LVII. Hirundo.*

χελιδών, χελιδόνη, Schwalb / Schwalbin / *A Swallow.* Een Swaluwe / Swaelve. Swalewe / ofte Swaleme.

- Domeſtica, Hauß Schwalb. *Domeſtick, or Houſe Swallow*, Huys-Swaluwe.
  - major cum macula rubra ſub gutture,
  - minor ſine illa macula.
- Sylveſt.
  - Riparia, Waſſer-Schwalb. *Bank-Swallow, or Water-Swallow.* Een Water Swaluwe
  - Muraria, Spir-Schwalb. *Wall Swallow, or Rock Swallow.* Een Muer-Swaluwe.

Domeſticæ in ædibus nidificant.

Ripariæ in ripis aquarum inhabitant, unde & aquaticæ dicuntur.

Murariæ nidos ſuos muris templorum ſeu parietibus aut rupibus appendunt.

N. *Prævalent Ripariæ.*

### OFFICIN. NAT.

1. *Integra.* 2. *Cor.* 3. *Sanguis.* 4. *Lapilli.* 5. *Nidus.* 6. *Stercus.*

### Vires.

1. *Integræ* Epilepſiæ ſpecificè ſubveniunt, oculorum hebetudini, lippitudini, (*cinis cum melle illitus*) Anginæ ac Uvulæ inflammatæ medentur, *comeſtæ vel aſſumptus earum cinis.*)

2. *Cor*, Epilepſiæ itidem conferre, memoriamque roborare ajunt: alii contra quartanam devorant.

3. *Sanguinem* peculiariter oculis conferre volunt, præferunt a. ſub ala dextra extractum.

4. *Lapillus* in pullor. nonnullorum ventriculo, (raro licet) invenitur. Chelidonius dictus, grani lentis vel piſi magnitudine. Hunc Epilepſiæ puerorum convenire volunt, (*brachio alligatum vel collo ſuſpenſum.*)

N. *Ferunt creſcente* ☾ *hunc potiſſimum inveniri, atque in pullo primogeniti: alij menſe Auguſto circiter plenilunium eximunt.*

5. *Nidus* auxilio anginæ eſt (*extrinſecus impoſitus:*) oculorum rubedini medetur, ictui viperino convenit, *impoſitus.*

6. *Stercus* calfacit impensè, diſcutit, acre eſt.

Uſus præcipui in morſibus canis rabidi, (*intrinſecus & extrinſecus,*) in doloribus colicis & nephriticis, [*propinatum*;] alvum irritat, [*ſubditum.*]

### PRÆPAR.

*Aqua hirundinum* fit uſitatiùs ex Ripariis, *v. Diſpenſ.* Aug.

HOFMAN. *Hirundo.*) integra vi pollet ſpecificâ aut Epileptica; *Aqua exinde deſtillata* Sale ejus volatili imprægnata contrà caducum admirandæ eſt virtutis. *Cor* epilepſiæ itidem confert.

4. *Lapillus* in pullorum nonnullorum ventriculo (rarò licet) invenitur.) Hic *Chelidonius* dicitur ab hirundine, eò quòd in ventriculis eorum inveniri putetur. Lapillus eſt exiguus magnitudine ſeminis lini, figurâ hemiſphæricâ, colore luteo obſcuro ſplendente, parte convexâ & rotundiore, purpureo & nigricante parte ſenſili. Dicunt in ventriculis hirundinum juvenum inveniri, quibus à matre mox ubi excluſi fuerint devorandus exhibetur; Cum pulli hos lapillos habent, ita inſident nido, ut roſtra conjungant. *Anshelmus Boëtius* ſe in hirundinibus ſæpè eum quæſiviſſe ait, ſed non inveniſſe. Afferuntur etiam ex Melitenſi Inſulâ *Lapilli chelidonii*, qui huic deſcriptioni conveniunt, quos incolæ oculos ſerpentum vocant petrificatos.

*Hunc Epilepſiæ puerorum convenire volunt.*) Ad Epilepſiam commendant Capiti aut auribus impoſitum, item ad antiquos capitis dolores, quartanam, epatis affectus, maniam & Melancholiam geſtatus extollitur. Geſtantem credunt omnibus gratum & acceptum facere, Principum favorem conciliare &c.

5. *Nidus auxilio Anginæ eſt.*) Sed nonnulli hoc improbant. Et ſcribit *Mercurialis*, practicos plerosque malè conſilium Veterum intelligentes ſtatuere, hanc vim ineſſe nido hirundinis, cum tamen eam habeat avis. Verùm licet vis quædam ſpecifica contrà anginam ipſi etiam inſit avi, tamen experientia conſtat ipſum etiam nidum prodeſſe, & vis illa abſque dubio nido ineſt ob excrementa pullorum hirundinum Sale volatili abundantia, ex quo vis reſolvendi & diſcutiendi reſultat.

¶ *LVIII. Milvus, Milvius.*

Ἰκτῖνος Wey/ Weyhe/ Wuwe/ Rüttelweyh/ Hüner-Dieb. *The Kite*, *Glead*, or *Puttock*. Een Gier/ Kieckendief/ of Hoof-vogel.

Animal eſt è genere Accipitrum acuti viſus, articularibus morbis obnoxius.

Eſt { Major { niger, robuſtus, hic uſitatior. / rufus propemodum, regalis dictus. } Minor, rubeus, rother Weyh. *The red Kite.* Een Roo Wouwe. }

OFFICIN. NAT.

1. *Milvus incineratus.* 2. *Caput.* 3. *Epar.* 4. *Sanguis.* 5. *Fel.* 6. *Stercus.* 7. *Pinguedo.*

1. *Milvus* incineratus Podagræ, Epilepſiæque ſubvenire dicitur, ( *exhibitus.* )

Doſis ℈ß. ad ℈j.

2. Idem *de capite* affirmant; ac *Epate incineratis.*

3. *Epar* inſuper oculorum Medicamentis adhibetur.

4. *Sanguis* podagricos juvat, ( *cum Urtica mixtus & impoſitus.* )

5. *Fel* Ocularìis additur.

6. *Stercus*, articulis cum ſucceſſu imponitur.

7. *Pinguedo*, articulorum doloribus illinitur.

PRÆPARATA.

Sunt qui Milvum vivum in F. Eq. 40. ☌ macerandum ſepeliunt, & ex vermibus, qui ex eo procreantur, unguentum ad dolores podagricos conficiunt. *Aldrovand.*

HOFMAN. *Milvus, Milvius.*) In hujus *carne exſiccatâ*, *capite*, *epate*, *cruore*, ſpecificum latet anti arthriticum.

¶ *LIX. Motacilla.*

Paſſer aquaticus. Bach-Stelze/ Queck-Stelze. *A Wag-tail*, or *a Washer. A Water-Sparrow.* Een Quickſtaert. { alba καλλωρὶς / flava minor. }

Avis eſt circa fluentes præcipuè degens, cauda tremula.

OFFICIN. NAT.

Ipſamet integra avis. Cujus vis mirè prædicatur in atterendo calculo, ( *pulvis potus.* )

¶ *LX. Noctua.*

Γλαῦξ, Nacht-Eule/ Stein-Eule/ Kautz. *An Owl, a Night-Owl.* Een Uyl/ een Nacht-Uyl.

OFFICIN. NAT.

1. *Caro.* 2. *Fel.* 3. *Pinguedo.*

Vires.

1. *Caro* curat Paralyticos, ( *Plinio,* ) Melancholicos & ſim. [ *Rabbi Moyſ.* ] Apoſtema Anginæ mirabiliter aperit & rumpit, [ *cinis noctuæ integra, nec deplumatæ in guttur immiſſus.* ]

2. *Fel*, ad maculas oculorum valet.

3. *Pinguedo*, aciem oculorum acuit.

¶ *LXI. Olor.*

Κύκνος, Cygnus, Schwan. *The Swan.* Een Schwaen.

Avis eſt ad genus anſerinum forma & victu, ideoque & facultatibus accedens.

OFFICIN. NAT.

1. *Pulli.* 2. *Adeps.* 3. *Pellis.*

Vires.

1. *Pulli Cygn.* in oleo cocti, additâ medullâ cervinâ, podagricis proſunt.

2. *Adeps* emoll. lenit, atten. adeoque utilis eſt hæmorrhoid. vulvar. duritiei; oculos purgat, cum vino lentigines cutis tollit.

3. *Pellis*, plumis tenerrimis obſita colicos juvat, & ſtomachi vitio laborantes.

¶ *LXII. Palumbus.*

Φάψ, φάσσα, Palumbus, 2. Holtz-Daube. *A Stock-Dove, a Ring-Dove, a Wood-Culver, a Cowshot* or *Coſhot.* Hoel-Duyve/ wilde Duyve.

Convenit cum columba, exuſtæque plumæ ictericos reficere, calculoſis urinæque difficultatibus ſubvenire dicuntur.

¶ *LXIII. Parus.*

Αἰγίθαλος Parix Meiſe. *The Tit-mouſe, a Muskin.* Een Meeſe.

{ Carbonarius major, Kohl-Meiſe/ Spiegel-Meiſe. *The Greater Cole-Tit-mouſe.* Een groote Kool-Meeſe.

Caudatus, monticola. Schwartz-Meiſe. Berg-Meiſe. *Mountain Tit-mouſe.* Berg-Meeſe.

Cæruleus montanus, Meel-Meiſe. *Azure* and *Meal-Mouſe.* Meel en Blaeuwe Meeſe.

Fuſcus, Paluſtris, Cinereus, Kohl-Meiſe/ Aſchmeiſe *Fenny* and *Ashy Tit-Mouſe.* Aſche-Meeſe.

Ater Caninus, Carbonarius minor, Hunds-Meiſe. *Black, little, Dog-Tit-mouſe, Nun.* Swarte Honts-Meeſe/ een Meesken.

Criſtatus, Strauß-Meiſe/ Kobel-Meiſe *Tit-mouſe creſted* or *with a Comb.* Een Mees met een Kam. }

Et hic præfertur reliquis, 1. efficax prædicatur adverſus renum calculos & colicos cruciatus: [ *in cibo vel cinere exhibitus.* ]

¶ *LXIV. Paſſer.*

Paſſer { vulgaris. / Sperling. *A Sparrow.* Een Muſſche. / Troglotites. }

Zaun-

Zaunſchlipfflein / Thurn-König / Schnee-König Zaun-König / Neſſel-König / Winter-König / Mouß-König. *A Hedge-Sparrovv*, or [vvith ſome,] *a VVren.* Een Doorn- of Winter-Koninasken.

N. *Sunt qui à Regulo diſtinguant; eoque paulo majorem eſſe velint, penniſque illis aureis, quas Regulus in capite alit Paſſerem hunc deſtitui: Verùm cum utriuſque vires conveniant, alter alterius vices ſubire non nequit.*

Vires. *Paſſer troglotites maximoperè commendatur ad calculum atterendum & expellendum, ſive integer evulſis pennis ſale conditus crudè devoretur, ſive incineratus aſſumatur.*

Paſſer vulgaris, quia avis ſalaciſſima eſt commendatur ad venerem, comeſtus, præcipuè cerebella.

Stercoris grana aliquot exhibentur infantulis ad ciendam alvum.

[Imò & adultis ſubducit alvum, inprimis collectum ex moro.]

[Paſſeris oſſa pulverem Epilepticum in Hiſpania Regi commendatum ingrediuntur.]

HOFMAN. *Paſſer.*) *Troglotites.* Hujus præparatio diverſimodè traditur. Alii deplumatum prius abjectis viſceribus ſalis ac piperis aſpergine condiunt, & crudum ægrotantibus in totum devorandum exhibent. Ut mumia hæc medicinalis ſarta tecta conſervetur. Ferculum ſanè canibus dignum. Alii eleganiori coquinâ palato magis indulgentes paſſerculum nec deplumem, nec eviſceratum adjecto Salis & piperis modico in vitreatam conjiciunt & addito operculo ad cineſactionem uſque torrent, toſtum in ſubtiliſſimum pulverem in hauſtulo melicrati drachmatim propinant. Alii Avem citra minimam ſanguinis effuſionem occiſam, plumis & extimis vacuam, ac petroſelino, Sale & baccis juniperi pulveriſatis planè refertam decocto Ligni Nephritici ex vino Rhenano facto immergunt, ita, ut liquor duos latos digitos in vaſe ſupereminneat, maceratione unicæ noctis factâ in diplomate arctiſſimè occluſo blandè ac ſenſim coquunt, ſummè cavendo, ne minimum vaporis erumpat, coctam ſufficienter ab igne procul amovent, uſque dum refrigeſcat, refrigeratam unà cum liquore comedendam jejunè calculoſis exhibent, renovando quotannis Vere & Autumno.

## ¶ LXV. *Pavo.*

Ταὼς, Pavus, Avis Medica Pfau / Pagelun. *A Peacock & Pea-hen.* Een Pauw / een Pauwin-

Avis eſt omnium reliquarum formoſiſſima, vivaciſſima, [30. *annos vivere poteſt*,] unde & Balſamicâ vi vigoroſa, adeo, ut caro ejus ſine corruptione per ſe diu ſervari queat.

### OFFICIN. NAT.

1. *Integer.* 2. *Adeps* 3. *Fel.* 4. *Stercus.* 5. *Pennæ.* 6. *Ova.*

### Vires.

1. Ius pavonis pleuriticis ſpecificè fertur prodeſſe, præcipuè ſi ſit pingue.

2. *Adeps*, [cum ſucco rutæ & melle] colicos affectus optimè ſanat.

3. *Fel*, oculorum hebetudini, fluxionibus, aſperis item ſuperciliis medetur.

4. *Stercus*, proprietate vertiginem & Epilepſiam ſanat, [*in dies multos exhibitum*,] nimirum exiccatum & pulveriſatum (ʒj.) maceratur per noctem in vino: Hinc trajectum per linteum exhibetur, continuando à novilunio uſque ad plenilunium aut amplius, ſi opus ſit. *Crato miſcet cum ſaccharo & exhibet.*

[Ex hoc Syrupus Antiepilepticus paratur.]

5. *Pennæ*, adhibentur in ſuffitu, adverſus uteri aſcenſum, *Quercetan. in Pharm. Reſt.* [imponuntur etiam in Eryſipelate & inflammationibus mammillarum.]

6. *Ova*, exhibentur ad curandam arthritidem vagam dictam.

[Ad affectus mammillarum utilia.]

HOFMAN. *Pavo.*) Hujus *Stercus* ſpecificè vertigini medetur, ſi cum ſp. vini ſ. q. diſtemperetur, & tribus vicibus matutinis abſumatur drachma una pro doſi hujus ſimi in dicto ſp. vini. Pulveriſatum etiam adhiberi poteſt habitâ ſexus ratione. *P. Borellus Centur. 3. obſerv. 98.*

## ¶ LXVI. *Perdix.*

Πέρδιξ, *πέρδικα*, Rebhun / Feldhun. *A Partridge* and (vvith ſome) *A VVoodcock*, or *a Rale.* Een Patrys of Veld-hoen.

Avis eſt ſalaciſſima, vivaciſſima, (ad annos 16.) veſcens gemmis Coryli & betulæ, gramine & ſegete virente.

### OFFICIN. NAT.

1. *Caro.* 2. *Medulla.* 3. *Sanguis.* 4. *Iecur.* 5. *Fel.* 6. *Pennæ.*

1. *Caro* comeſta ſemen atque lac auget, Venerem excitat.

2. *Medulla ut & Cerebrum* propinatum, icteros juvare dicitur.

3. *Fel*, ad affectus oculorum præfertur aliis.

4. *Sanguis*, oculis cruore ſuffuſis & recentibus eorum vulneribus illinitur.

5. *Iecur*, ſiccatum ad ignem & pulveriſatum, morbo regio reſiſtit, ſingulariſque fertur antidotus contra febrem, ſi aliquoties in aqua millefolii aſſumatur. *Crato.*

6. *Pennæ*, inſerviunt ſuffocationi uterinæ (*ſuffitus naribus admotus*) doloribus colicis, aliiſque mitigandis, diſcutiendis, (*fomentationis formula adhibita*,) & hinc cum mentha ac abrotano in forma ſacculi infantibus familiare remedium exiſtunt, ad tormina ventris compeſcenda.

HOFMAN. *Perdix.*) Hujus *Fel* quotidiè temporibus inunctum juvat & promovet memoriæ uſum.

## ¶ LXVII. *Pica.*

Κίττα, Aglaſter / Egeſter oder Atzel. *The Mag Py, Pye*, or *Pianat.* Een Erter / of Aerter

Vires. Avis hæc maximè commendatur ad oculorum obſcuritatem, ruborem, dolorem (*comeſta vel incinerata, oculiſque indita, vel quocunque modo appoſita.*)

Convenit & Maniacis, Epilepticis, Melancholicis, (*cinis exhibitus.*)

### PRÆPARATA.

*Aqua Picar. Antepileptica. v. l. a.*

HOFMAN. *Pica.*) Commendatur etiam *hæc Avis* ad Epilepſiam, & uteri paſſiones.

## ¶ LXVIII. *Struthio.*

Struthiocamelus, Strauß. *An Oſtrich*, or *Eſtrich.* Een

Een Struys-Vogel.

Avis eſt maxima, exotica, facultate chylificâ celebris.

N. *Duos videre mihi contigit Londini Angliæ, quibus facile fuit, objectam Chirothecam coriaceam deglutire.*

OFFICIN. NAT.

1. *Tunica ventriculi.* 2. *Adeps.* 3. *Ova.*

Vires.

1. *Tunica interior ventriculi*, ventriculum corroborat, calculoſque diſſolvit mirè.

2. *Adeps* nervoſis partibus convenit, duritiem Lienis mollit, dolores nephriticos mitigat, (*inunctus.*)

[3. *Ova*, calculoſis conducunt. Hinc Spiritus Salis cum Ovis Struthionis rectificatus uſurpatur.]

HOFMAN. *Struthio.*) *Plinius Libr.* 10. *cap.* 1. miram huic avi tribuit Naturam concoquendi ſine delectu devorata, ut *Jul. Cæſar. Scaliger Exerc.* 130. ferrum concoquere prædicet. Verùm jam olim *Alexander Aphrodiſæus* in præfat. problemat. hoc ipſum in dubium vocavit, & pro abſurdo habuit. Unde & *Ulyſſ. Aldrovandus Ornitholog.* libr. 9 cap. 1. teſtatur, ſe obſervaſſe Tridenti ferri fruſtula à Struthione deglutita, quæ incocta rurſus excreverit. Cui ſubſcribit Heinricus ab Heer, dum dicit, ſeſe Patavii & Venetiis Struthionibus experiundi gratia dediſſe obulos, quos illi nec ſemigranulo leviores cum excrementis totidem numero reddiderint. Imò *Th. Jordanum* cum Tridenti & Romæ Struthionibus æreas monetas objiceret, aviarii præfecti ſcuticam vix effugiſſe, qui aſſeruit ex earum deglutitione graves eos incurrere morbos. Interim nullum dubium eſt, hanc Avem præ aliis admodum eſurino præditam eſſe ventriculi fermento, ad quod demulcendum ferro, lapidibus, & aliis rebus duris opus ſit pro diverſo ſanitatis gradu.

¶ LXIX. *Turtur.*

Τρυγὼν Turtel-Daub. *The Turtle*, or *Turtle-Dove.* Een Tortel-Duyve.

OFFICIN. NAT.

1. *Integer Turtur.* 2. *Adeps.*

Vires.

1. Turtur viribus cum columba convenit peculiariter tamen commendatur in dyſenteria ac præcipuè in ſiſtendo menſium profluvio, [*ſive cinis combuſti turturis, ſive exinde extractum exhibeatur,*] [*Doſis gr.* 4.6.] *ſive turtur deplumatus & exenteratus inſuſâ in ventre maſtiche* ℥j, (*aceto roſaceo, inter aſſandum aſperſo, butyri loco,*) *aſſetur poſtmodumque in olla clauſa exiccetur, atque in pulverem convertatur, & cochl.* j. *ſingulis mane exhibeatur.*

2. *Pinguedo* inter aſſandum collecta illinitur renibus, ventri, pectori, inguinibus, &c. *Vide Foreſt. lib.* 28. *obſervat.* 10.

N. *Sunt è podagricis, qui ſibi perſuadent paroxyſmos arceri, podagramque præcaveri, ſi in cubiculo turtures alant.*

¶ LXX. *Upupa.*

Ἔποψ Wiedehopff. *A Lapwing* (as ſome call it, others.) *A Houp*, or *Dunghill-Cock.* Een Kievit / of een Hoppe.

Avis eſt melancolica, ſpurciſſima, victitans vermiculis in ſtercore repertis, Erucis, Scarabæis &c.

OFFICIN. NAT.

1. *Caro.* 2. *Penna.*

Vires.

1. *Caro* ejuſque decoctum proprietate ſuâ colicos juvat, (*aſſumpta*) *Avicen. Fen.* 16. *tr.* 4. *c.* 11.

2. *Penna*, dolores capitis demulcere dicuntur, (*impoſita.*)

¶ LXXI. *Vultur.*

Γύψ, Geyer. *A Vultur*, or *Gripe*, or *Geir.* Een Gryp-vogel / ofte Gier.

Avis eſt pollens facultatibus animalibus ac præcipuè odoratu.

OFFICIN. NAT.

1. *Caro.* 2. *Pinguedo.* 3. *Cerebrum.* 4. *Fel.* 5. *Penna* 6. *Fimus.*

Vires.

1. *Caro* convenire judicatur affectibus capitis, Epilepſiæ, Hemicraniæ, & ſimil. Decoctum cutis vitia ſanare perhibetur.

2. *Pinguedo* convenit nervis.

3. *Cerebrum* ſubvenit capitis imbecillitati, (*illitum vel naribus inditum.*)

4. *Fel*, Epilepſiam arcere dicitur, (*aſſumptum cum vino.*)

5. *Pennæ*, de pennis nugantur ſi pedibus ſubdantur, quòd partum potenter promoveant.

6. *Fimus*, nidore partum excutit.

# CLASSIS III.

## *De Piſcibus.*

¶ LXXII. *Anguilla.*

Ἔγχελυς, Aal. Une Anguille. *An Eel, A Schaffin, A Grig, A Spitchcock.* Een Ael / een Palinck.

OFFICIN. NAT.

1. *Pinguedo.* 2. *Caput.* 3. *Sanguis.* 4. *Epar.* 5. *Exuviæ*

1. *Pinguedo* vulneraria eſt, capillos generat, (*illita in alopecia:*) auditum reſtituit, (*inſtillata auri;*) hæmorrhoides mitigat.

2. *Caput* anguillæ verrucis cutis mederi ajunt, ſc. ſi caput ſanguinolentum adhuc, quo verrucæ tactæ ſunt, terra cooperiatur, ut putreſcat.

3. *Sanguis* adhuc tepidus colicos domare dolores dicitur, (*cum vino aſſumptus.*)

[4. *Epar* cum felle ſiccatum, pulveriſatum, exhibetur in difficultate partus in vino, magnitudine avellanæ.]

[5. *Exuviæ* circumligantur membris luxatis; Sale conditæ, & fumo exiccatæ ad procidentiam uteri uſurpantur in ſuffumigio.]

N. *Sunt, qui dicunt vinum, in quo Anguillæ ſuffocatæ fuerint, abſtemios reddere* (*bibitum.*)

PRÆPARATA.

*Aqua* deſtillata Phthiſicis & hecticis utilis.

HOFMAN. *Anguilla.*) Anguilla roris beneficio arte produci Autorum confirmat fides; *Abrahamus Mylius de origine animalium & migratione populorum pag.* 10. Menſe Majo, inquit, cum largiter rorabit, ſeca & diſcinde ligone ex campo graminoſo ante ortum ſolis duos æquales ceſpites, eoſque impoſitos, alterum alteri, ubi graminoſi ſunt, repone in margine alicujus piſcinæ à parte aquilonari, ubi ſol radios ſuos maximè emittit. Videbis inde propullulare, quaſi examen pullorum anguillarium poſt paucas horas elapſas. Hoc experimentum facit veriſimile, quod in anguillis nullum reperiatur ſemen, nulla organa generationis vid. *Cl. D. G. Morhofius de metallor. tranſmutat.* p. 19.

*Ejus jecur cum felle ſiccatum & pulveriſatum in vino potum ad* magnitudinem avellanæ *Cl. Helmontius* commendat ducenties & amplius probatum, pharmaco in ſtomacho adhuc exiſtente, fœtus ſtatim propellitur, quia ſtomachus claves uteri gerit.

¶ LXXIII.

## ¶ LXXIII. *Barbo.*

Τρίγλη Barbo, Barbe / Barine. Un Barbon. *A Barble*, or *Mullet*, Eeen Barbeel / ofte een Barm.

Piſcis eſt culinis ſatis laudabilis.

Officinis a. in uſu non eſt, ova tamen à ruricolis nonnullis aſſumuntur, ad ciendum vomitum & alvum, quod ſat violenter perficiunt.

HOFMAN. *Barbo.*) Hujus *ova* vomitum & alvum movent. *vid. Ioſ. Quercet. in diætetic. polyhiſtor. l. 3. c. 7. Horſtius de tuendâ ſanitate in ſtudioſ. Libr. 1. c. 6.*

## ¶ LXXIV. *Blatta Bizanzia.*

Ὄνυξ Unguis odoratus.

Teſta ſeu tegumentum eſt Conchylii; odore caſtoreum æmulans.

N. 1. *Conchylium*, (*conchyla Indica*) *eſt ſpecies Conchar. oblongarum; quæ in lacubus nardiferis naſcens, nardis vivit, unde & teſta odorem caſtorei æmulum ſpirat.*

N. 2. *Sunt qui Conchylium & purpuram ſeu buccinam inter ſe confundunt, ſed malè: Illud enim eſt ex genere rotundarum.*

Vires. *Unguis odoratus internè laxat alvum, ſplenem mollit, vitioſoſque humores diſcutit.*

Externè excitat ſuffitu fœminas ſtrangulatu uteri oppreſſas, comitialeſque. In reliquis idem præſtare poterit, quod aliæ concharum teſtæ. *Vide Concha.*

N. *Blattæ Dioſcoridis ſunt è genere vermium, nobiſque incognitæ.*

## ¶ LXXV. *Cancer.*

Καρκῖνος, Κάμμαρος Aſtacus, Krebs. Un Cancre. A *Crab*, or *Crayfish*, or *Creviſe*. Een Kreeft / een Krabbe / of Zee-Kreeft.

### OFFICIN. NAT.

1. *Cancer Integer, i. e. ſubſtantia edulis* 2. *Oculi.* 3. *Putamen.*

### Vires.

1. Refrigerant Cancri, humectant, dolorem ſedant, ferocientes ſpiritus figunt.

Hinc uſus præcipui in æſtu, ac dolore capitis ac renum, (*contuſi ac cataplaſmati,*) [*in oris ulceribus.*] In Angina (*fit gargariſmus ex ſucco cancrorum, imò & internè ſuccus exhiberi poterit*) In Atrophia (*exhibetur internè ſuccus cum ▽, vel ſucco Chelidoniæ*) (*vel cum butyro coctus*) *externè fieri poteſt Emplaſt. ex cancris tuſis, Epate vitulino, atque Ol. Olivar. laurinoque* tela ac ſpicula è corporibus extrahunt, (*triti & impoſiti.*) *Valent & in igne perſico ac ambuſtis.*

[In doloribus ſcorbuticis, fiſtulis.]

2. *Oculi Cancri* [lapides Cancri] refrigerant, ſiccant, abſtergunt, diſcutiunt, calculum atterunt, tartarum & ſanguinem coagulatum reſolvunt.

Hinc uſus magni in Nephritide, Pleuritide, Aſthmate, dolore colico, &c. ſive crudi, tritique aſſumantur, ſive uſti & præparati, inſerviunt itidem dentibus abſtergendis.

3. *Putamen* (teſta) eaſdem cum oculis dictis vires obtinet. Inſuper ſcabiem puerorum ex ſalſis humoribus ſanat, [*oleo roſaceo permixtum & illitum,*] febrium intermittentium paroxyſmos arcet.

N. *Præſtat putamen novellum tenuius, quo induuntur, poſtquam craſſius depoſuerint annuatim.*

### PRÆPARAT.

1. Cinis cancrorum (*i. e. Cancri combuſti.*) exiccatorius eſt, proprietate pollet adverſus morbum canis rabidi, (*aſſumptus cum radic. Gentian.*) Rimas pedum ac ſedis verruculas & carcinomata cum mellè lenit. Sunt & qui cancros combuſtos propinant in dyſenteriâ.

N. *Galenus hoc medicamenti genus, quod ab Æſchrione Empirico didiciſſe confitetur, maximoperè ad morſum rabidi canis aommendat, Æſchrionemque cancros vivos in patella ærea uſſiſſe ait, donec in lævorem facilè redigi poterant, idemque per ortum canis, ☉le tranſeunte in ♌.*

Doſis cochlear parvum ad ♂ 40. continuatum.

[Præferuntur Cancris noſtratibus Granches Hetruſcis dicti.]

2. *Oculi cancri præparati.* F. l. c. lævigando, cum ▽, v. gr. fœniculi.

3. *Mag. oculor.* ♋, *v. l.* 2.

4. ▽ *cancror.* fit è cancris MB vel ⚓e deſtillatis.

Vires. *Urinam pellit, calculum atterit, ſitim extinguit.*

N. *Quercetanus macerat cancros cum ▽ ſempervivi majoris per ♂ m, hinc ⚗at, ter cohobando, adhibetque inflammationibus, combuſtis carcinomatis, quibus maximè prodeſſe ait, inprimis ſi ſale ex remanentia elixiviato imbuatur. Pharm. Reſt. c. 7.*

5. *Oleum ſeu Liquor Ocul.* ♋. fit l. com. per deliq.

N. *Aliter.*

♃. Pulv. oc. ♋. ℥. v. ☍i tart. p. d. ℥vi. dig. in F. Eq. (♂ 15.) hinc coagula & extrahe 🜅. Tandem abſtrahe 🜅 & remanet ☍.

Doſis gr. 4. ad 6. *Harim. in pract.*

[6. *Spiritus in vulneribus pectoris utilis.*]

HOFMAN. *Cancer.*) Hoc vocabulum generaliter ſumitur à *Plinio Libr. 9. cap. 31.* dum includit omnia cancrorum genera, ut *Carabos*, *Aſtacos*, *Majos*, *Paguros*, *Heracleotivos*, *Leones* & alia ignobiliora. Propriè tamen loquendo *Cancri* vocantur, qui caudis carent, & *Gammari*, qui illis ſunt præditi. Licet inverſus plerunque vulgari loquendi modo ordo ac vocabulorum confuſio.

*Vires.*] Sunt temperamenti frigidi ac humidi, unde refrigerant & humectant, dolores ſedant, ferocientes ſpiritus figunt, quare in morbis calidis ſummo cum fructu adhibentur.

2. *Oculi cancri &c.*) Oculi ineptè dicuntur, non enim oculorum funguntur munere nec extrà eminent, nec toto durant anno. Diverſæ ſunt magnitudinis, ut plurimum piſi majoris partem dimidiam æquantes, albicantes, duri, ſcabri, eâ parte, qua corpus Gammari tegunt, compreſſi & ſinuati, qua cruſtam rotundi ſeu hemiſphærici non circà oculos, qui extrà illorum corpus protuberant, ſed in capitis ſummitate ſiti, utrinque unus, nec quovis tempore in iis inveniuntur, ſed cum exuvias deponunt & novam cruſtam acquirunt, creſcunt & decreſcunt. Plenilunio creſcunt, præſertim in fœminis.

N. *Oculi cancri*, qui in uſum medicum vocandi, ex vivis ſunt deſumendi, qui adhuc ad cæruleum vergunt colorem, poſt coctionem enim ſtatim ex rubro dilutè palleſcunt, ob mutationem ab aqua ſalita factam texturæ partium.

*Hinc uſus Magni in Nephritide.*) *Ioh. Hennemannus in tr. de Peſte ſeu Ided Loimo, de oculo cancri Lapidi bezoardico præfert.* Et talis eſt inter eos differentia, quod Lapis Bezoar in ventre capræ cujuſdam reperiatur, oculi verò cancri in ventriculo cancri. Majorem tamen vim in cancro Lapis cancri exſerit, quàm Lapis bezoar in caprâ, quia in cancro generat nova putamina cutanea veteribus exutis, unde Medicina renovationis appellari poteſt, dum generat

nerat nova membra, quod in Capra bezoar præſtare nequit. *CL. Helmont. de Lithiaſi* cap. 7. rariſſimum ex hoc cancrorum lapide dicit colligi vulnerarium ac febrifugum, quatenus occultum alkali continet, quod omnem aciditatem, quam attingit, perimat. Unde nihil eſt vulneratis vel puerperis aptius remedium, quàm horum Lapillorum, ſi cum vino prius ebulliti potentur, dum alkali ſeu occultum ſalſum hujus lapidis corrigit acetoſitatem, quæ in membris extimis accenſa & accendi parata eſt. Neque enim à ſtomacho tranſit vis alkali per venas uſque in digitos pedum, ſed in ſtomacho digeſtionum fonte vitæque archivo aciditatem vetat, & corrigit, ejuſque tranſlationem ad longinqua impedit.

N. Gemini oculorum orbes in cancris rotundi illi cornei nigri, quibus ad videndum utuntur, pulveriſati ad drachmam, unam vel ℈ij. in vino tepenti vel cereviſiæ hauſtu remedium purgans præbent, *teſte Dodato Libr. 1. Panth. hyg. cap.* 44.

*3. Putarunt eaſdem cum oculis dictis vires obtinet.*) Nihil hîc refert, utrum *gammaros* noſtros ſeu *cancros* latè ſumptos recipias, an verò *cancros* ſtrictè ita dictos, in primis cum poſteriorum in Germaniæ fluviis nulla detur copia, & quicquid in rabie præſtant, fit totius ſubſtantiæ ratione.

N. Cineri cancrorum combuſtorum ſic dicto ego præfero teſtarum vel oculorum ♋ pulverem ſubtiliſſimum contra rabiem.

*Magiſterium oculorum* ♋.) cum ſp. Vit. ær. præparatum vel ſucco citri, &c. omnibus aliis eſt anteponendum.

*Oleum ſeu Liquor Ocul.* ♋.) de quo vid. *ſuprà Libr. 2. cap. 66. De Liquoribus.*

## ¶ *LXXVI. Carpio vel Carpo.*

Κύπρινος, Carpus, Carpa, Karp. Karpff. *The Carp.* Een Carper.

Piſcis eſt notus, limo & muco vivens.

### OFFICIN. NAT.

1. *Fel.* 2. *Axungia.* 3. *Lapis triangularis.* 4. *Lapilli oblongi.*

### Vires.

1. *Fel* oculor. hebetudini & nubeculæ ſubvenit.

2. *Axungia* nervorum affectibus calidis auxilio eſt.

3. *Lapillus Carpionis* (triangularis) in capite repertus, Karpffen-Stein / *Carps Stone, three-corne'd*, Drie-hoeckige Carperſteen colicis doloribus, calculoſis, comitialibuſque conferre ſtatuitur.

4. *Lapilli duo* ſupra oculos exiſtentes, ad Epilepſiam commendantur.

HOFMAN. *Carpio.*) *Lapillus* hujus triangularis in pleuritide & calculo renum mira præſtat. Externè etiam in narium hæmorrhagiâ pulveriſatus cum lanugine, quæ in malis cydoniis reperitur, naribus inſeratur.

*Lapilli duo ſuprà oculos exiſtentes.*) propè oculi ſuperficiem ſemilunares ſunt & duriores. Ad apoplexiam, epilepſiam & ſanguinis fluxum ſiſtendum mirè commendantur.

## ¶ *LXXVII. Cetus & Manati.*

Κῆτος, Cete Wallfiſch Un Cabeau. *A VVhale; All ſorts of great Sea-Fiſh.* Een Walviſch / alderhande groote Zee-Viſch.

Cete nomen generaliter piſces vaſtos viviparos denotat; ſpecialiter tamen pro maxima eorundem ſpecie ſumitur, quæ ob vaſtam ſuam magnitudinem ac conformationem quadrupedes æmulatur.

### OFFICIN. NAT.

*Axungia* quæ medetur ſcabiei. (*illita.*)

N. *Ex hoc animali ſunt qui Sperma Ceti Officinarum deſumi volunt, ſed malè, v. l.* 3. *c.*31.

*Alii Ambram ei acceptam referunt, ſed itidem falſò.*

### *Manati.*

Cetorum generibus annumeratur Piſcis *Manati* dictus, à pedibus binis anterioribus, quos ſolùm refert, nimirum hos manus Hiſpani vocant, unde & piſcem manatum, ac ſi diceres manibus præditum, vocavetunt. Belgæ ob ſimilitudinem capitis, quo vaccam mentitur, Vaccam marinam (See-Kuh / Le Manati, *A Sea Covv*, Een Zee-Koe) appellant. Vid. Cluſ. Aldrovand. Monard. Gomar.

### OFFICIN. NAT.

Lapis *Manat.* ſeu de Manati, vulgò Lapis *Manatin*, eſt lapis, os ſeu cruſtaceum ex capite ejus exemptum, idque variforme, nonnunquam enim dentes refert, unde & nonnullis See-Kuh-Zahn *Sea-Covvs Tooth*, Tant van de Zee-Koe / i. e. dens Vaccæ marinæ audit, aliquando oſſicula aurium mentiuntur, adeoque oſſa auditus dicuntur.

### PRÆPAR.

1. Præparat. fit ex calcinato ſ. cremato.

N. *Præſtat irrorare aliqua aqua conveniente v. g. Fœniculi, &c.*

Vires. *Summè commendatur ad calculos renum & veſicæ comminuendos, dolores nephriticos, ac colicos ſedandos.*

*Doſis* ʒj. *& ultrà.*

N. *Sunt qui ad* ℥j. *aſcendunt.*

2. Magiſt. Fieri poteſt ſolvendo cum ſpiritu ſalis vel ſal. nitri, ac præcipitando cum ▽.

HOFMAN. *Cetus & Manati.*) De variis *Cetorum* generibus præter *Ulyſſem Aldrovandum, Geſnerum, Ionſtonum, vide Ol. VVormium in Muſeo & Thom. Bartholin. centur.* 4. *hiſtor.* 24.

N. *Priapus Ceti* à paucis annis pro ſummo arcano dyſenterico adhibitus ex Indorum Orientalium Medicinâ in Europam delato experimento, qui dum frequenter dyſenteriâ corrumpuntur, ſumpto priapo ceti reſtituuntur, quod & apud Nos ſæpè feliciter ceſſit, ob facultatem ſuam glutinoſam oſcula venarum oblinentem & anodynam vim archei furorem ſedantem, *vid. D. D. Ioh. Daniel Major in Tr. de priapo Ceti.*

## ¶ *LXXVII. Concha.*

Κόγχη, Muſchelen. Conche en Coquille. *The Shell-Fiſh in particular*, comprehending alſo ſeveral other ſhell fiſhes, as *Muſcle, Cockle, &c.* Een Schelp-vis / of die in ſchelpen is als Moſſelen &c.

Eſt genus piſcium capite deſtitutum, teſtis (quas eodem nomine conchas vocant, circumvallatum, ſive duplex teſta illa ſit & complicatilis, ſive ſimplex.

Ex harum genere ſunt & Margaritiferæ, quas vide infra & l. 3. c. 7.

Varias ſub ſe ſpecies complectitur, ſecundùm figuram coloremque ut plurimum nomina nactas, vel & peculiari nomine inſignitas.

### *Sic ſunt,*

Conchæ longæ Rhomboides, ſquamoſæ, ſtriatæ, echinatæ, corallinæ, leves &c. Huc oſtreæ, mater perlarum, blatta bizanzia, Chamæ generum varior. &c. Umbilicus marinus, dentalium, entalium, purpura, conchylium.

N. 1. *Creſcit Concha ac decreſcit cum incremento Lunæ.*

N. 2. *Inter aquatilia nullum animal eſſe perhibetur,* quod

*quod majori deſiderio teneatur, veſcendi carne humanâ quàm hoc ipſum.*

## OFFICIN. NAT.

1. *Teſta.* 2. *Caro.* 3. *Margaritæ, de quibus l.* 3.

### Vires.

1. Teſtæ conchar. vim habent exiccandi, ſudorem movendi, abſtergendi, &c.

Hinc uſus earum internus præcipuè eſt in febribus, quibus interveniente ſudore medentur.

Externè conveniunt in dentifriciis, in mariſcis & condylomatis ani reprimendis (*calx applicata.*)

## PRÆPARATA.

Adhibentur autem Conchæ, tùm pulveriſatæ ſolummodo, tùm calcinatæ & pulveriſatæ, vel & ſimul lege communi cum ▽ card. bened. & ſim. lævigando præparatæ.

N. *Noſtratibus hoc nomen ſibi communiter vendicat, genus conchar. oblongum quod hiſce in locis vulgarius reliquis invenitur.*

*Ex horum teſtis fit famoſum illud Antifebrile Crollianum.*

*Hoc modo:*

Teſtis dictis affunde ✢, ſtet per noctem, tunc extrahit mucorem, quo abraſo, calcina teſtas ad albedinem uſque, pulveremque ſerva.

Vires. *Ciet ſudorem ſat largiter, adeoque inſtante paroxyſmo (præcipuè tertiano,) exhibitus febres ſolvit, maximè ſi vice ſecunda vel tertia iteretur.*

*Doſis* ℈iß. *ad* ʒj.

N. *Crollius exhibet in hauſtu cereviſiæ calidæ cum tantillo butyri.*

2. Caro concharum, id eſt, ſubſtantia edulis, culinaris potiſſimùm eſt, & in cibo quartanis convenire dicitur.

Hofman. *Concha.*) Hujus teſtæ inter alia Marina admirandæ etiam ſunt virtutis diaphoreticæ & præcipitantis juxta vim ſuam cordialem, unde in omnibus febribus cum notabili effectu adhibentur. In intermittentibus horâ unâ & circiter antè paroxyſmum horum pulvis & ℈j. vel ʒß. in aq. Card. b. vel Centaur. min. offertur cum ſudore injuncto.

*Ex his Magiſterium etiam conficitur cordiale cum Acet. diſt. vel* ℔. *Vir. ar.*

De Umbilico Marino ad Conchas referendo ſic habet Append. ad Pharmacopœam Schrœder.

Umbilicus Marinus, *referente* Anſelmo Boëtio *l.* 2. *de gemm. & lapid. cap.* 177. umbilici humani *ſimilitudinem & magnitudinem habet, unde nomen obtinuit* umbilicus veneris, *nombril marin*, a Sea bean, *ac ſi dicas* fabæ marinæ, *vocatur. Videtur diligenter intuenti conchæ eſſe rudimentum, aut concha compreſſa: Spiras enim habet in Cyrum actas, colore rubello & albo hinc inde diſtinguitur, inferior pars plana eſt ac nigrior paulò ſuperiori ac ſi rubedini umbræ color admiſtus eſſet, aliquando purpuraſcit, vel albicat.*

*Reperitur in limacis orificio ſe hyeme occludit ac oſtioli vel operculi loco eſt, ut in vulgaribus limacibus cruſta quædam alba. Exterior pars ea eſt quæ extuberat. Limax vulgaris huic minor eſt ac umbilicum marinum ferentibus ſimilis, niſi quòd concha umbilici marini craſſa & duriſſima ſit ac exteriorem partem habeat quaſi creta obductam, interioremque margaritarum inſtar ſplendentem ut quis margaritiferam conjiciat.* Cretenſes *hunc lapidem non umbilicum ſed oculum marinum vocant, ac oculis geſtatum prodeſſe autumant, à Venere nomen habet, quòd puellis gratiam conciliare, illas amabiles, pulchras, viriſque optatas reddere, illarumque morbos abigere credatur. Inſuper geſtatus Amuleti loco præcavere ab Eriſipelate traditur. Narrat* Baccius *ſanguinem undequaque fluentem mirificè ſiſtere & præſentaneum afferre auxilium ſi ex parte eius plana & averſa, cum ſaliva hominis fronti applicetur. Id quod ſemel atque iterum* Patavij *ſe obſervaſſe tradit, in vetula quæ per ſcalas in caput decidit, & plurimum ſanguinis per os & nares præſertim verò ex vulnere capiti inflicto profudit, qui cum variis remediis reſiſti non poſſet, adhibito lapide; mox fuiſſe cohibitum, non ſine admiratione. Ob id ait idem Author à Gallis ſecreti loco Mulieribus, nimio menſium fluore laborantibus, in pulverem tenuiſſimum redactum, cum aquâ appropriata vel conſerva aliqua utiliſſimè exhiberi. Illos quoque qui ſanguinem per intervalla rejiciunt, & expuunt, manifeſtum ab eo percipere auxilium, ſi pulverem ejus cum pari portione* cornu cervi uſti, *vel* corallorum rubeorum *præparatorum in ovo ſorbilli ſumpſerint. De herba* Umbilico marino *dicta vide Tabernamont. pag.* 494.

## ¶ LXXIX. *Dentalium & Entalium.*

Dentalium eſt conchula parva, oblonga, exterius aſperula, intus leviſſima, tubuli modo concava, alterâque parte rimam habens canini dentis inſtar acuminatam, unde & dentalium nominatur.

N. *Non piſcis, ſed vermis oblongus, ac tenuis dentalii incola eſt; adnaſcitur ſaxis marinis, conchiſve vetuſtis.*

Entalium itidem teſtaceum quoddam eſt marinum, inſtar parvi cornu longiuſculum, rectum & cavum, foris ſtriatum, intus læve, rarò longitudinem digiti ſuperans.

N. *Videtur eſſe Dactylus Pliny.*

Vires. *Vtrumque etſi in Medicina hactenus, non niſi in unguento Citrino uſitatum ſit, attamen cum aliis teſtar. generib. ad ſimiles affectus adhiberi poſſe veriſimile eſt.*

Hofman. *Equus Marinus.* Eſt animal marinum degens in mari, formam equi præſentans exceptis pedibus & aliis inferioribus partibus. Dicitur & *Hippopotamus*, Græcis, Hayma Syris.

Spectantur in lacunis littorum Oceani Sinici & Indiæ paſſim hujuſmodi animalia. In Hainan, Inſulis Philippinis; Maldiuis & maximè Mozambici ad littora Africæ Meridionalis.

Ne quicquam rerum curioſarum hic omiſiſſe videamur, ſubjungam, quæ de hoc Animali P. *Boim*, qui illud vivum & mortuum quàm exactiſſimè, dum ventum proſperum expertus Mozambici commoraretur, examinavit, in ſcriptis reliquit. Duplex, inquit, ſchema veri equi marini ſubjeci, quorum cùm eſſem Mozambici in Africâ aut verius in Cafrariâ, greges ad littora marina in lacunâ quâdam volutari plures vidi. Erat Mozambici Civitatis index amicus meus ſingularis, qui Hippopotami Caput integrum ad collegium miſit, eo fine, ut diligenter illud obſervarem. Quoad menſuram itaque hoc inveni ab ore verſus ſcapulas habere tres cubitos, ex parte infernâ duos recurvos maximos dentes, quibus ſupernè ſimiliter groſſi aptè congruebant, linguâ intermediante extortâ. Cum verò poſtea à Nobili quodam Luſitano ad interiora continentis Cafrariæ è regione inſulæ Mozambici perluſtrandâ fuiſſem invitatus, rudentes littora Maris in Navi (quam remis viginti mancipia remigando propellebant) vidimus ad jactum unius lapidis equos marinos hinnientes ad 50. qui variis luſibus indulgebant intrà aquas iucundo ſpectaculo. Quidam ex mancipiis Cafer cum ſociis propius accedens & exploſo ſclopeto cum frontem equi graviter offendiſſet, tandem

mor-

mortuum reperit, quem etiam ob vaſtam molem non ſine difficultate ac labore operâ ſociorum in littus extractum pulveriſandum obtulit. Poſtquàm autem Carnem Cafres inter ſe diviſerunt, dentes extractos eosque majores exhibuerunt.

Pellis hujus Animalis adeò dura eſt, ut ſæpè Cafres acutis ſuis lanceis illam perforare nequiverint. Nullos pilos habent, præterquam in caudæ extremitate, qui flexiles ac veluti ex cornu nigro pellucidi, quovis modo contorti non franguntur, calamum groſſitie facilè æquant, etſi ſingulis pilis armillas faciunt ſingulas Cafri, quas in ornamentum manu geſtantes ſimul earum virtute à paralyſi immunes ſe fore arbitrantur.

Dentes Diarrhœas & ſanguinis fluxum compeſcere, item ſcorbuto mederi probatum eſt. Certum tamen non cujuſlibet promiſcuè Hippopotami dentes hâc virtute pollere, verùm illorum ſolummodo, qui certo Anni tempore capiuntur.

Goæ in Regio Noſocomio unus eſt ex maximis dentibus equi marini, cujus admirandæ virtutis ſi experimentum ſumere volunt, dentem venæ ſectæ adhibere ſolent, & eccè mirum dictu, ſtatim ſanguinis proſilientis impetus ſanguine intrà venam recepto ſiſtitur. Hæc P. Boim.

*Hujus Penis totus oſſeus* ſpithamas tres æquat in nonnullis, craſſus pollices duos, utroque extremo ſpongioſus & tuberoſus.

Singulare calculoſis prædicatur remedium. Ejus pulvis partum promovet & ſecundinam expellit. Quod ſi extremâ penis ſpongioſi parte tuberoſâ & ſpongioſâ [illegible]gatur cereviſia ſtranguria ſtatim ſedatur. *Ol. VVormius in Muſæo.*

## ¶ LXXX. *Halec.*

Μαινὶς, Halecus, Vn Harang, Härig / Haring. *The Herring.* Een Haring.

Piſcis eſt Marinus Oceano Baltico, aliiſque Germaniæ Oceanis familiaris.

### OFFICIN. NAT.

1. *Veſicula.* (*Halecis anima dicta.*) 2. *Ipſum Halec* & 3. *Muria.*

### Vires.

1. *Animæ dictæ* N. IX. exhibitæ urinam ciere dicuntur.

2. *Integrum Halec* ſalitum imponitur plantis pedum ad humores à capite derivandos, æſtumque febrilem domandum. Cinis exhibetur ad calculum atterendum, (*fit ut cancrorum.*)

3. *Muria,* (Garum) eſt brodium, quo Halec vel alius piſcis fuerit conditum. Inſervit Clyſterib. in coxendicum dolore & Hydrope, mundificat ulcera fœtida, Gangrænam cohibet, ſtrumas diſſipat, ad anginas valet (*cum melle illitus.*)

## ¶ LXXXI. *Huſo Ichthyocolla.*

Exoſſis, Hauſen. Le poiſſon de colle. *A great Fiſh in the* Danub *of a Glevvy ſubſtance, vvithout bones. Huſo Ichthyocolla.* Huſo Ichthyocolla / een lymige vis/ ſonder beenen.

Genus piſcis eſt è maximis (longit. 24. pedum, pondere nonnunquam ad ℔. 400. Cartilagineum, oſſib. expers, (exceptis quæ in capite ſunt) abſque ſquamis, &c.

Familiaris piſcis eſt Danubio, nimirum ex Mari in Danubium deſiderio aquar. dulcium aſcendit.

### OFFICIN. NAT.

Exhibet Officinis *Ichthyocollam* (*Arab. Alkanna* Hauß-Blaſen. *Fiſh-Glovv. Iſing-glaſſ.* [illegible] van't Mel van die Vis / quæ glutinis genus eſt, colore album, ex illius corio, inteſtinis, ventriculo, pinnis & cauda confectum.

*Idque hoc modo.*

Partes dictæ in fruſtula tenuiſſima ſectæ macerantur, in ▽ calidæ q. ſ. hinc coquuntur lento △e ad conſiſtentiam pultis, malaxanturque antequam refrixerint in maſſam.

Vires. *Siccat, explet, quadantenus mollit.* [*adhibetur ad ſputum ſanguinis.*]

Hinc Uſus ejus eſt in Emplaſtris glutinantibus.

N. *Adhibetur & ad gelanda jura,* (Gallen zu machen / *ex iiſdem addito Sacchro cand. excoquitur etiam tranſlucidum & flavum glutinum genus.* Friſchlem & Mundleim *Mouth-Glevv.* Mont-lym/ *appellatum.*) *quod in ore liquefactum ad chartas glutinandas adhibetur.*

## ¶ LXXXII. *Lucius.*

Λάβραξ, aliis Λύκος, Lupus, Hecht. Un Brochet. *The Lucy, A Pike, a Lace,* or (as ſome) *The Sea-VVolf.* Een Snoeck / [illegible] Zee- [illegible] of Wolf.

N. *Sunt qui Lucium ac Lupum confundunt, quod etſi nomine tenus concedi poſſit, cum uterque piſcis ſit rapax, ut Lupus terreſtris, attamen reipſa diſtinguntur.*

*Lupus ſiquidem Veterum, marinus piſcis eſt, figuraque à Lucio aliena.*

### OFFICIN. NAT.

1. *Fel.* 2. *Cor.* 3. Mandibula. 4. *Oſſiculum cruciforme.* 5. *Axungia.* 6. *Ova.*

### Vires.

1. *Fel,* Febrim arcere volunt *ſi aſſumatur.* N. 3.

Extrinſecus inſervit oculorum maculis, hebetudini, aliiſque eorum affectibus.

2. *Cor,* adverſus Febrium paroxyſmos devoratur.

N. *Sunt qui Cor vivo Lucio exemptum devorant, luciumque corde orbum denuo in fluentem ▽am conjicere jubeant.*

3. *Mandibula* exiccat, abſtergit. Hinc datur in pleuritide ceu ſpecificum, confert itidem ut & reliqua capitis oſſicula in calculo, fluore albo, mulierum partu difficili.

Extrinſecus ſiſtit (cinis) ſynoviam, vulnera inveterata mundificat, hæmorrhoides exiccat.

4. *Oſſiculum Cruciforme ex capite Lucii,* commendatur quibuſdam ad Epilepſiam (*aſſumptum.*)

N. *Periapton ſingulare quibuſdam habetur adverſus incantamenta.*

5. *Axungia* vulgare Medicamentum eſt, illiturque plantis pedum & pectuſculis infantulorum, ad revellendos catharros & demulcendam tuſſim.

6. *Ova,* vomitum ac alvum ciere apta ſunt, unde & hujus gratia medicamenti loco à plebeis exhibentur.

### PRÆPAR.

▽ *Fellis* deſtillata oculis ſubvenit.

HOFMAN. *Lucius.*) Hujus *Mandibula* cum reliquis oſſiculis capitis exſiccata & pulveriſata egregium præbet anti-pleuriticum, vel per ſe, vel cum aliis mixta.

N. Nuper ex capite Lucii *duos Lapilles* inſtar cancrorum extraxi raro exemplo; quos reſervo in meo raritheca.

## ¶ LXXXIII. *Mater Perlarum.*

Mater Perlarum ſeu Margaritarum. Perlen Mutter. Mere des Perles. *Mother of Pearles.* Moeder van Paerlen.

Species eſt Concharum, à Margaritis nomen ducentium, quæ inibi frequentius, quam in reliquis inveniuntur.

Vires. *Præter vires concharum communes (vide ſupra) ſunt qui vim cordialem huic attribuunt, verum quo ſucceſſu, videant ipſimet.*

Alii antifebrile ex eadem conficiunt, ad modum, quem ſupra ex conchis oblongis dedimus.

### PRÆPARATA.

[In uſu eſt Mat. Perl. præp.]
[Magiſterium Matr. Perlarum.]

HOFMAN. *Mater Perlarum.*) Species eſt *concharum*, in quibus Margaritæ reperiuntur, ex hac cum aliis marinis v. g. Ocul. canc. Corall. r. Margarit. Or. conchis oblongis, dente equi marini &c. Magiſterium cordiale conficitur, reſolutis prius acet. deſtil. & poſtmodum ſp. Vitrioli Præcipitatis. Ingreditur *Mater perlarum pulverem antifebrilem D. D. Strobelbergeri.*

## ¶ LXXXIV. *Muſtela.*

Σαῦρος, Gobius fluviatilis, Muſtela fluv. Geſner. Aalraup/ Aalrup/ Truſche/ Quapp./ Ruffolck. Le Govion. *A Lamprey*, ora *Luckſtone.* Een Lamprey/ Negenooge/ ofte Prick.

### OFFICIN. NAT.

1. *Epar.* 2. *Ventriculus.* 3. *Spina.*

### Vires.

1. *Hepar* in vitro ſuſpenſum caloríque expoſitum, in liquorem liqueſcit flavum, admodum utilem oculorum hebetudini ac nubeculis.

2. *Ventriculus* commendatur ſummè ad affectus uterinos, præcipuè autem fertur ſecundinas pellere, colicoſque dolores abigere, (*potus.*)

3. *Spina* pulveriſata caducum expugnare fertur.

HOFMAN. *Muſtela.*] Germ. Aalraupe. Hujus *hepar* beneficio caloris moderati in liquamen redactum citiſſimam præſtat opem iis qui nubeculis in oculo laborant, guttatim manè & veſperi inſtillatum.

N. *Lapides Muſtelæ piſcis* malo epileptico medentur. In ſpinæ initio inveniuntur, hi annulo incluſi & geſtati, ita, ut nudam attingant cutim contrà ardorem ventriculi mirè opitulantur, & qui crurum vel pedum ſpaſmo vexantur, eos ab inſultibus crebrioribus præſervant.

## ¶ LXXXV. *Oſtrea.*

Oſtrea, Oſter-Muſcheln. Des Huitres. *The Oyſter*, and *Suchlike Fiſh vvith hard Shells.* Een Oeſter/ of anderen Viſch met harde Schelpen.

Sunt conchæ marinæ ex genere rotundarum.

Vires. Oſtrea peſtiferos bubones loco transferunt, & virus omne ad ſe trahunt: Sunt autem agglutinanda brachii parti, qua axillaris decurrit, videlicet ſi bubo in alis ſit, ſin verò inguen obſederit lineamentis femoris quæ vena cruris deſcribit, *Holkerius.*

N. *Teſtæ concharum vicariæ eſſe poſſunt.*

## ¶ LXXXVI. *Perca.*

Percus, perca, Berſich. Une Perche. *The Perch.* Een Baerſch.

Perca fluviat. (ad differentiam Percæ marinæ, quæ piſcis ab hoc differens eſt.)

### OFFICIN. NAT.

Lapides in capite reperti juxta ſpinæ dorſi initium: Hi viribus conveniunt cum reliquis lapidibus teſtaceis, adhibenturque in calculo atterendo, renibus abſtergendis.

Extrinſecus in dentifriciis, vulneribus exiccandis.

HOFMAN. *Perca.*) Hujus *Lapis* præparatur in calculo tam puerorum, quàm adultorum in aq. petroſelini vel in emulſione quâdam propinatus ſummæ eſt efficaciæ.

## ¶ LXXXVII. *Rana Aquatica.*

Βάτραχος, Rana, Froſch. Une grenouille. *A VVater-Frog.* Een Water-Vorſch/ ofte Rick Vorſch
- aquatica, *hæc uſualis.*
- terreſtris.
- amphibia.

Præfertur ex aquaticis, quæ in fluviis puris ac fontibus reperitur, eaque viridis.

Rubeta nimirum, & quæ in lacubus habitat, damnatur ceu pernitioſa.

Terreſtris itidem cedit aquaticis, imo quæ maculatæ ex his ſunt, venenatæ habentur.

N. *De Ranunculo viridi, vide Claſſ. I.*

### OFFICIN. NAT.

1. *Ipſa Rana.* 2. *Cor.* 3. *Epar.* 4. *Fel.* 5. *Pinguedo.* 6. *Sperma Ranarum.*

### Vires.

1. *Dioſcoridi Rana ipſa* contra omnium ſerpentium venena pro antidoto ſunt, ſi ex ſale & oleo, vel butyro edantur, juſque earum itidem ſorbeatur. Valent & adverſus inveteratos tendinum rigores.

Inducit etiam vini faſtidium, ſi vinum in quo viva rana viridis ſuffocata eſt, propinetur: Viva Anthraci peſtilenti impoſita, donec moriatur, venenum elicit. Viva integra alligatur ad cauſonum æſtus: articulor. & juncturar. dolores mitigat, ignesque ſacros reſtinguit, (*viva ſcil. vel contuſa impoſita*) Odontalgiam ſedat, (*cocta & in gargariſmo adhibita.*)

N. *Si ventri torminoſo adhibeatur, in ipſam vitium tranſire confeſtim fertur.*

2. *Cor Ranarum* (maximè fluviatilium) [Antiepilepticum] febricitantium ſpinæ alligatum, febriles algores minuit. Sunt qui cordis regioni admoveant ad mitigandos cauſonum æſtus & incendia. Mizald.

3. *Epar* exiccatum & pulveriſatum in febrium quartanar. (& aliar.) acceſſione cum ſucceſſu aſſumi, ajunt. *Crato exhibet in ▽ millefolij.*

N. *Epata ranar. viridium in paludibus degentium, ceu peculiare ſpecificum ad Epilepſiam commendant.*

*Exhiberi jubent ſub conjunctione Luminarium,* ☾ *in* ♋ *exiſtente. Petraus Noſolog.*

4. *Fel* peculiariter oculis convenit, quartanamque curare dicitur incineratum & ad ʒß. exhibitum.

5. *Pinguedo* aurib. indita dolorib. medetur.

6. *Sperma ranarum*, ( ſperniola ) Froſchleich. *Frogs-Spavvn*, or *Frogs-teddars*, H t'Saet of Slym van de Vorſchen/ refrigerat, conſtipat, incraſſat, dolores mitigat, manuum ſcabiem curat, (*ſi menſe Martio in eo laventur*;) paronychia & herpetes interficit, eryſipelati & ambuſtis, aliiſque inflammationibus ſuccurrit, ( *impoſitum.* ) Faciei ruborem curat, fluxui menſium & hæmorrhoidum medetur ( vulvæ vel ano inditum. )

N. *Linteum hoc ſpermate aliquoties madefactum & exiccatum pro uſu ſervant. Alij idem ſperma in fictili recondunt in terram, loco ſcil. aprico, quo in ∇ cum tempore convertitur.*

## PRÆPARATA.

1. Cinis inſperſus ſanguinem profluentem, ( e. gr. vulnerum, nariumque) ſiſtit. Uteri hæmorrhagias ſuffitu reprimit, alopeciis ex liquida pice illinitur.

Internè gonorrhœam cohibet( aſſumptus ℥j.)

2. *Aqua ſtillatitia è Ranis.*

Fit è Ranis vivis ſub finem Martii, vel initio Aprilis captis, per XX.

3. ∇ *ſtillat. ex ſpermate.*

♃. Fit per XX, è ſpermate collecto Martio.

N. *Sal addere ſolent.*

Vires. *Ex præcedentibus parent; præter quas Veſicæ ab humorum acrimonia exulceratæ egregia medela eſt. Facit & ad repellendum & ſiſtendum ſanguinis profluvium & faciei ruborem, impetigines curat, eryſipelati ac gangranis ſuccurrit.*

4. *Oleum.*

Fit coquendo ranas cum 🝆o communi vel Roſac.

### Vires.

[ Commendatur in vehementiſſimis articulorum doloribus. ]

[ Paratur Unguentum ad atrophiam ex Ranis butyro infarctis igne circuli. ]

5. *Pulvis ſperniolæ compoſitus.*

*Vide lib. 2. in Pulveribus.*

N. 1. *Ubi ranæ, ſpermaque earumdem aut limaces, lumbrici, cancri, & ſimilia animalia veniunt Ꝯanda, includenda eſſe linteolo mundo & in medio cucurb. ſuſpendenda, ut velut per vaporem ſtillent, aliàs aquæ putoris erunt participes. In linteis autem remanebit pulvis animalium iſtorum opt. præparatus, cui majoris correctionis ergò ∀ guttulas aliquot inſtillabis & rurſus exiccabis, vel cum eodem ∀ tincturam elicies.*

N. 2. *Fabricius de Gangr. pulv. laudat ad Ulcera maligna & inflammationes omnes compeſcendas.*

6. *Emplaſtrum à ranis cum & ſine ☿. Vigonis.*

HOFMAN. *Rana Aquatica.* ) Prima rana materia à *Th. Paracelſo* ſub ænigmate glutinis de aquatico deſcripta in cancri medelâ plurimùm valere dicitur teſte *Cl. Helmontio de Formarum ortu*, §. 56. Et accidit, quando rana ſub plenilunio, atrociſſimo hyemis boreâ effoditur, abluitur & baculo alligatur, in agro ſequenti mane reperitur alba quædam ac tranſparens mucilago, liquatum tragacanthum referens & ranæ figuram.

N. *Sperma Ranarum* in Novilunio collectum ſemper fœtet, etiam vicies deſtillatum. Et ex ſpermate ranarum cum mercurio ♎to aquam deſtillatam ad puſtulas faciei Gallicas, vide in Theſauro meo Pharmac. annexo ſect. 1. num. 11.

## ¶ LXXXVIII. *Sepia.*

Σηπία, Blackfiſch/ Blackfittel. Seiche. *The Cuttle.* Een Viſch die ſwart bloedt heeft.

### OFFICIN. NAT.

1. *Os Sepiæ.* 2. *Humor ater.* 3. *Ova.*

### Vires.

1. *Os Sepiæ*, σηπίον,) exiccat, abſtergit, (*pulveriſatum vel incineratum*,) maculis, nævis, ſcabiei humidæ medetur, oculis convenit, (*cum melle cinis inditus*) gingivis tumidis ſubvenit, ( *in dentifriciis* ) aſthmaticis auxilio eſt; ( *aſſumptus.* ) Gonorrhœam ſiſtit, calculos pellit, urinas movet ( *pulvis aſſumpt.* ℈j. *Doſi.* )

2. *Humor ater* ( Dinte. ) *The Black moiſture* (*Inck.*) Swerte Vochtigheyt/ Jnckt/ Swerte verwe/ ) intra veſiculam in corpore repertus, alvum movere dicitur, (*aſſumptus.*)

3. *Ova* renes & ureteres abſtergunt, menſes & urinam cient.

HOFMAN. *Sepia.* ) *Hujus os* exſiccat, abſtergit, gonorrhœam ſiſtit, calculos pellit, ſudorem ciet & urinas, adhibetur etiam in febribus intermittentibus. Sal peculiare continet volatile.

N. Oſſi Sepiæ affunde ſpiritum Vitrioli phil. in cucurbitâ vitrea, abſtrahe denuò ex Aren. ſpiritum, & reſiduum in gonorrhoeâ virulentâ offer. Doſ. ℈ß.

De Oſſe Sepiæ paucula hæc in Append. ad Pharmac. Schroëder.

*Os Sepiæ candidum os eſt, ſuperiori parte durum ac leve: inferiori autem fungoſa quadam medulla repletum, fuſius deſcriptum à* Matthiolo *p.* 242. *Uſus eſt nonnullis externus in unguentis valide detergentibus.*

## ¶ LXXXIX. *Sturio.*

Ακκιπήνσιρ, Γαλαξίας, Gal. Aquipenſer, Stora, Een Stör/ Stür/ Stürlein. *The Sturgeon.* Een Steur.

Piſcis eſt dorſo ac ventre echinatus, dulceſque ſalſaſque aquas colens, magnitudinis proceræ.

### Vires.

*Oſſa Sturionis dicti piſcis commendantur in Arthritide vaga, ( exhibita ) Foreſt. lib.* 20. *obſerv.* 13. *in Epiſtola D.D. de Brahe.*

Ut & in colicis doloribus diſcutiendis.

## ¶ XC. *Teſtudo.*

Χελώνη λιμναία: Schildkrote. Une Tortue. *The Sea* and *Land Tortoyſe* or *Tortoyſe* ( alſo the ) *Shell-Crab, a Snail, &c.* Een Schilt-padde van de Zee en Landt.

Animal eſt ἀμφίβιον, è genere Teſtaceorum, ſcutum teſtaceum in dorſo gerens.

OFFICIN.

OFFICIN. NAT.

1. *Crura.* 2. *Sanguis.* 3. *Fel.*

Vires.

1. *Crura* pro Periapto antipodagrico experientiſſimo adhibentur,

*Videlicet:*

Accipiatur Teſtudo maſculina, cognoſcitur inter cætera ex caudæ diſcrimine, & leni ſub interiore teſta inciſura, ubi Luna maximè fuerit diminuta, priusquam cum Sole conjungatur, amputentur vivæ crura omnia, ea conſuta in ſacculos ex pelle hœdina anguſtos alligentur membris patientibus, ita ut dextrum crus teſtudinis dextro cruri ægrotantis reſpondeat, ſiniſtrum ſiniſtro. Item anterius crus dextrum brachio dextro applicetur, ſiniſtrum ſiniſtro. *Solenand. ſect. 1. conſil. medic.* 20. *Schenkius in obſerv. Idem refert Bapt. Porta ex Rhaſi & Conſtantino, libr.* 4. *Phytogn. cap.* 4.

2. *Sanguis* Teſtudinis marinæ & terreſtris, in remediis internis pro antidoto datur ad ℨij.

Sanguis Teſtudinis terreſtris ad Hecticam imperatur (*recens & crudus ad* ℨij.) exiccatus ad Epilepſiam commendatur.

3. *Fel,* Oculis confert.

4. [Hepar ad ſuffocationes uterinas in peſſo utile.]

5. [Ex teſtudine ad cancrum præſidium paratur.]

¶ *X C I. Thymallus.*

φάγρος, Aſchia, Aſche. Le Thymalle. *A precious freshvvater-fisch* taking its name from *the flovver of Time*, called alſo *Pagrus.* Een ſlach van Creeften/ genoemt van Thymusbloem.

OFFICIN. NAT.

*Axungia.*

Vires.

Oculorum maculas, unguesque abſtergit, (Sole liquata & melle permixta, maculas cutis tollit, foveas poſt variolas relictas explet, (*illita.*)

¶ *X C I I. Tinca.*

Σκόρπιος, Tencha, Schleye. Une Tanche. *The Tench.* Een Zeelt/ Louw/ ofte Lincke.

Piſcis eſt mucoſus, excrementitius, amans aquas paluſtres, cœnoſas, lutoſas, vivens cœno, generatur tùm ex traduce tùm ſponte. Familiaritate lucio conjuncta eſt.

OFFICIN. NAT.

1. *Integer piſcis* 2. *Fel.* 3 *Lapillus.*

Vires.

1. *Integer piſcis* diſſectus imponitur pulſibus manuum pedumque plantis, ad mitigandum æſtum febrilem, vel & ad divertendum venenum peſtilentiale. Simili etiam modo adhiberi ſolet in dolore capitis ac articulor. Vivæ tincæ (*una poſt alteram*) umbilico ac epati impoſitæ, donec moriantur, Icterum curare dicuntur, luteum nimirum contrahunt colorem. Incineratam tincam, (præcipuè tegumentum) in fluore albo mulierum exhiberi vidi cum ſucceſſu.

2. *Fel,* commendatur ad aurium affectus.

3. In capite gerit *Lapidem* ut Carpio, qui ad ſimiles affectus exhiberi poterit, quo dictus Carpionis lapis.

¶ *X C I I I. Truta.*

Χρύσοφρυς, Aurata, Variolus, Variola, Trutta, Fohre/ Forelle. Une Truite. *The Trout.* Een kleyne ſoort van Salm.

Piſcis eſt culinis creberrimus & laudabilis.

OFFICIN. NAT.

*Pinguedo.* Hæc illinitur utiliter mariſcis & ani fiſſuris.

[Maxillæ dentatæ è vivis truttis evulſæ ad epilepſiam uſurpantur.]

[Eædem utiles ad dolores menſtruis advenientibus urgentes.

[Doſ. ℨj.]

[Lapilli etiam colliguntur viribus Carpionum lapidibus pares.]

# CLASSIS IV.

## De Inſectis.

¶ *X C I V. Apes.*

| | |
|---|---|
| Μέλιττα, Apis, Immen/ Bienen. Abeille. *The Bee.* Een Bye. | Domeſtica hujus loci. Sylveſtris fera, Hummel. *The VVild Bumble,* or *humming Bee.* Een Dommel- of Hommel-Bie. |

Apis inſectum eſt mellificans, vivens tùm florum melligine, tùm melle ex illa melligine confecto.

OFFICIN. NAT.

1. *Apis.* 2. *Mel.* 3. *Cera.* 4. *Propolis.*

I. *Apes* ſiccæ & contritæ inunctis alopeciis capillum reſtituunt.

II. *Mel,* eligendum eſt flavum pellucidum, odore ac ſapore jucundum, conſiſtentiâ, neque craſſum, ac concretum, neque dilutum nimis, omni ex parte unitum ſeu continuum, flavo ſuccedit album, quod itidem, modò reliqua bonitatis ſigna ne defuerint, contemnendum. Vitetur autem in mellis electione favus aranearum texturis refertus. Omnibus porro præfertur Mel Virgineum dictum, id eſt, quod novellæ apes conficiunt, colore ex flavo albicans.

Vires. *Mel calidum ac ſiccum ſtatuitur gr.* 2. (*albicans tamen minus calidum cenſetur*) *nutrit, abſtergit, aperit, pulmonibus convenit, urinam ciet; tuſſi medetur, putredini reſiſtit.*

*Extrinſecus oculorum caliginem diſcutit, aliiſque eorum affectibus ſuccurrit.*

*Cautio.*

1. Mel, quia facilè bileſcit, Epati calidioribuſque corporibus non adeo proficuum eſt.

2. Mel crudum alvum inflat, tuſſim laceſſit, faſtidium creat.

1. *Mel Galeno ſuccus eſt roris cœleſtis, ab Apibus collectus. Paracelſo reſinoſum quid terræ eſt, invegetabi-*

*le genus virtute plantarum, ac influentiarum cœleſtium tranſplantatum, & hinc ab apibus collectum atque ulterius digeſtum. Vide Paracelſ. de Naturalibus.*

*Hinc variat quoque 1. pro varietate plantarum, quâ ratione optimum cenſetur apum in roſetis, vel lilietis, &c. degentium. 2. diverſum quoque Mel exiſtit pro diverſitate influentiarum. Sic Mel præſtantiſſimum habetur, quod anno ſereno ac ſalubri Vere ac Æſtate confectum, Quercetano dicitur Ros vel Manna cœleſtis, atque inde ſua aceta Philoſophica præparat.*

## PRÆPARATA.

### 1. *Mel depuratum.*

1. Mellis q. v. affunde ▽ portionem æqualem vel duplam, triplamvè, ſi valdè impurum fuerit, vel ſi alienæ rei expers ſit, ſine additione, coque & deſpuma cochleari pertuſo.

N. 1. *Quod ſi hac ratione non ſatis depuratum foret, clarificari poterit cum albuminibus ovorum ſingulis ad ſingulas libras adhibitis, v. l. 1. c. 14.*

N. 2. *Conrad. Kunrath. dictam mellis depurationem improbat, quippe quâ potiores ac meliores ſpiritus, quibus maximè impragnatum eſt, in auram evaneſcant. Itaque hanc ſubſtituit.*

℞. Mel virgineum nondum △i commiſſum unà cum favis, inde Manicæ Hippocraticæ, ſuſpendeque in loco tepido Solis, vel in hypocauſto vaporibus aqueis, (*ut* Balneatorum balnea calefieri ſolent,) calfacto ut perfluat Mel.

[Habent potionis genus, quo delectantur Poloni, Lithuani, Livoni, cóplures etiam Germani, Hydromel vocatum ex Mellis p. 1. Aquæ p. viij. Proſtat etiam in officinis compoſitum aromaticum, item Laxativum.]

### II. *Mel deſtillatum.*
*Unde.*

1. ▽ *Mellis, Spiritus atque Oleum.*

℞. Mellis ℔. 1. adde Sal. com. vel ſilicum mundor. contuſor. arenævè ℥iij. ʒvi. (*alii etiam addunt ſegmenta Ligni Iuniperini.*) deſtilla per 🝬m gradatim, & exit ▽ alba, dein flava, cum 🝆, ut & Spiritus, quæ aliquoties rectificentur.

Alii eliciunt primò ▽m in cucurbita ex MB. Remanéti in cucurbita melli addunt Arenam, vel ſilices calcinatos contuſos ⏝ant que per 🝬m ▽m flavam cum 🝆o. Hæc digerunt aliquoties, ♂ ℘ aliquot (5. 6.) dein ⏝ant, tandem 🝆 ſupernatans ab ▽ ſeparant. *Senn. Quercet. Med. deſtill.*

*Alij.*

℞. Mel cum cera & favo, ponunt in fimum ad putrefactionem per ⊠m, fimumque ſæpius (dieb. ternis) mutant: Hinc ⏝ant. 1. Exit ▽ alba (faciei abſterſioni dicata.) 2. ▽ flava, Oſvvald.

N. 1. ▽*m hanc flavam eſſe menſtruum Franc. Anton. ſunt qui putent, ſed male.*

N. 2. *Adduntur Arenæ, vel ſilices, vel vitrum, ut ferveſcentia, ad quam Mel maximè proclive eſt, præcaveatur, id quod alij meditantur ſacculos parvos Arenâ refertos imponendo.*

N. 3. *Sunt qui ▽m primò elicitam ſuper novum Mel fundunt & rectificant.*

Vires,

*Utraque ▽ alba ſcil. & flava ſuffuſiones & albugines oculorum ſanat, capillis producendis confert. Inſervit Tincturæ Corallorum extrahendæ.*

*Intrinſecus reſerat obſtructiones, pellit urinam, atterit calculum.*

*Oleum quod inſtar ▽ vitæ ardet, vires habet admirandas, præſertim ſi per ♂ aliquot circuletur cum 🜈. Etenim ſeparato iterum illo 🜈, remanet 🝆 dulce & gratiſſimi ſaporis, vulneribus ſclopetariis & phagedænicis ulceribus plurimum conducens. Singulare quoque eſt ad podagricos dolores ſedandos. Diſcutit maculas faciei cum 🝆o Camphora.*

### 2. *Oleum Mellis compoſitum.*

℞. Mell. ℔. ij. 🜔i calcinati, ℔. 1. 🜈 rectif. ℔. ß. Tartar. ℔. 1. deſtilla per 🝬m, primò extillat phlegma, dein ⏝: &c.

Vires.

*Lenit dolores podagricos, ſi locus affectus eo inungatur.*

### 3. *Acetum Mellis.*

℞. Mellis opt. p. 1. ▽ fluv. p. viii. coque ad medietatem, poſtea ſuſpende in eodem ſemen Erucæ in petia, atque repone in loco calido vel Sole, donec deferbuerint. Fit paulatim 🜊 acerrimum, quod ⏝etur.

Vires. *Præter alios Uſus ſolvit & ſilices, reliquoſque lapides, etiam ſine ulla præcedente calcinatione. Harm. in Croll. Senn. Inſt.*

### 4. *Tinctura Mellis.*

Tincturam mellis *Beguinus* extrahit ex melle crudo cum arenis impaſtato, eamque exhibet Phthiſicis pro nutrimento.

### 5. *Qu. Eſſentia Mellis.*

1. ℞. Mel cum favis, q. v. (℔. xv.) elice ▽ per MB. quâ prolectâ relinquatur adhuc remanens materia in MB ferventi, ♂ ℘ (5.)

2. Dein 1. affunde ▽ atque extrahe ſ. a. tincturam, eamque decantatam purifica optimè per digeſtionem ad ſubſidentiam. Tandem deſtilla Tincturam per MB ad ſiccitatem, (deſtillatum dicitur elementum aëris, eſſentia illa remanens ignis.)

3. Ex fæcibus incineratis (prolecto prius 🝆o per deſcenſum 🝬mvè, ſi ita viſum fuerit, extrahe ſal cum ▽ commun. more ſolito, idque purifica optimè, (dicitur elem. terræ.)

[Sal mellis in caruncculis penis utile.]

4. Conjunge jam omnia atque deſtilla ex ⊥ib. per ✗✗ toties cohobando, donec omnia volatilia ſint, ac ✗✗ tranſcenderint.

Si habes Qu. E. mellis.

Vires. *Inſtar panaceæ eſſe poterit.*

Doſis gr. iij. iv. v. &c. *Med. deſtill.*

### 6. *Elixyr Mellis.*

Clyſſus.

℞. Mel per Manicam Hipp. depuratum. Elice ▽m. 🝆 ac ſal. comm. Sal elicitum potato per vices aquâ ſuâ, dein 🝆o donec omnia imbiberit & coagulum inde factum fuerit.

Vires. Eaſdem vires cum Qu. Eſſ. mellis poſſidet. *Med. deſtill.*

7. *Sunt & varia Officinalia uſualia*, quæ mel tùm

basin

baſin agnoſcunt, ut Hydromelitum genera, tùm aſſervationis medium, ut Syrupi quàm plurimi, &c.

III. *Cera*, Κηρὸς, Arabic. Hahama, Wachs. *VVax.* Was. Medium quodammodo tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium & deſiccantium, ita tamen, ut ad caliditatem inclinet, partium quadantenus eſt craſſarum & emplaſticarum, ideoque digerit, maturat, &c.

N. *Adeo uſitata officinis eſt, ut vix emplaſtrum reperias, cujus non exhibeat conſiſtentiam.*

PRÆPARATA.

*Oleum ceræ. v. l. 2. c. 70.*

Vires. *Diureticum eſt, daturque intrinſecus, doſ. iij. iv. v. gutt.*

1. *Oleum ceræ boni odoris & coloris.*

Fit, ſi rectificetur ſuper recentes ceræ particulas △ cinerum. Ex eo fit:

2. *Balſamus vulnerarius.*

Per macerationem menſtrualem florum hyperic. & rad. conſolid. major.

3. *Magiſterium ceræ.*

Fit ex eâ ſolutâ in 🜄, filtratâque, ut remaneat in chartâ inſtar butyri, quod *edulcoratum atque ad ℥j. propinatum valet eximiè ad Dyſenteriam.*

*IV. Propolis*, πρόπολις, κήρωμα, Dioſcor. Cera virginea, Vorſtoß / Stop-Wachs / Bien-Harz / *Beeglevv, the groſſ matter at the entrance of the Bee-Hives*, ſome call it *Virgins VVax*, Materie geluck Was an den inganck der Bye-korven / rudis eſt, & ceroſa, craſſaque materia ſeu Gluten in alveorum foribus repertum.

Eligenda flava, odorata, Styracem vel Galbanum referens, in vehementi ariditate mellis, & maſtichis in modum ductilis.

Vires. *Calf. 2. ant princip. 3. leviter abſtergit, attrahit, aculeos & omnia infixa corporis extrahit, dura concoquit, dolores demulcet, ulcera deſperata cicatrice obducit. In veteri tuſſi ſuffitu juvat.*

HOFMAN. *Apes. 2. Mel*) quaſi quinta eſſentia optimorum florum ac vegetabilium dicitur, ab apibus primo vere & ſuccedente æſtate in alvearii capſulis collectum. Hoc balſamicam tenacitatem obtinet, ut multos annos perdurare poſſit, ob quam etiam alia ſive eſculenta, ſive medicinalia juxta vim ſuam nutritivam, laxantem & abſtergentem à corruptione vindicare & tueri poteſt.

1. *Mel depuratum.*) Prout *D. Autor* Mellis depurationem deſcribit, Nos cum *D. Conrad. Kunrath* meritò eam ut inutilem rejicimus, quia violentâ illâ coctione partes mellis volatiles in auras abeunt, relictis craſſioribus ac terreſtribus. Ideoque ſequens modus mel depurandi convenientiſſimus eſt. Recip. favos cum melle ollæ incluſos, colloca in locum moderatè calidum, ut mel liqueſcat, quo per ſaccum linteum tranſcolari poſſit; cavendum tamen, ne calore excedente cera unà liqueſcat, ſed tantum mel puriſſimum tranſeat, quod ſine omni deſpumatione aut ulteriori coctione ſatis in ſe durabile eximiis viribus præditum nec partibus ſuis ſubtilioribus orbatum aſſervandum eſt. Relicta in colatoria cera ac propolis à reliquo melle affuſâ aquâ ſimplici demum ab invicem ſeparanda & ſegreganda ſunt.

*Tincturâ mellis Beguini*, item, *Eſſentia mellis*, ac *Elyxir* facilè carere poſſumus ut nullius momenti.

N. Genuinum *Turcarum Ruima* conficitur ex melle, quod ad ſpiſſitudinem inſtar ſapæ incoctum & loco dropacis impoſitum cum violentiâ abrumpitur.

3. *Cera.*) *Citrina* ſemper præferenda eſt *albæ*, quia hæc non ſolùm per diuturnam inſolationem flavedine ſuâ, ſed etiam ſubtiliſſimis, fragrantioribus & virtuoſioribus ſuis partibus privata eſt, dum ſol omnibus vegetabilibus à ſuâ radice evulſis, ipſiuſque radiis diu expoſitis multum detrahit, eademque viribus effœta reddit. Aliàs cera Citrina mediante digeſtione cum ſp. vini facilè ad albedinem defertur ceræ flavedine evaneſcente, nec in ſp. vini ullâ apparente, vide Robert. à Boyle in Tr. de Colorib. experim. 7. p. 145.

4. *Propolis*) eſt ceroſa, rudis & craſſa materia in alveorum foribus reperta, Calefacit, abſtergit, attrahit, aculeos extrahit, anodyna eſt, ac ulcera deſperata curat. Tuſſim inveteratam ſuffitu juvat.

## § XCV. *Araneus.*

Ἀράχνης, Ἀράχνη, Spinn. *The Spider.* Een Spinne-kop / ofte een Spinne / of Spinnewebbe.

Inſectum eſt venenatum, puncturis ſuis nocivum. Variorum eſt generum promiſcuè uſualium.

Eſt e. Araneus major coloris ſcil. varii, vel minor coloris nigri, &c. Diſtinguitur ſexu, coitque Vere ac initio Æſtatis & aliquando Autumno & initio Hyemis, unde & eo temporis puncto magis noxius habetur. Vivit muſcis, quibus capiendis retia ſua pandit.

OFFICIN. NAT.

1. *Aranei.* 2. *Tela Araneor.* (*Aranea dicta.*)

Vires.

1. *Araneus* febriles paroxyſmos arcere dicitur, (*pulſibus metacarpii, temporibuſve impoſitus,*) peculiariter tamen ad quartanam commendatur, (*putamine avellanæ incluſus, colloque ſuſpenſus vel lacerto appenſus.*)

2. *Tela*, conſtringit, conglutinat, ideoque vulneraria eſt ſanguinem cohibens, inflammationem præcavens. Ad arcendos febriles motus non ſolùm externè, ſed & (*ſatis audacter*) internè à nonnullis adhibetur.

PRÆPARATA.

*Oleum aranearum ſimplex & compoſitum fieri poteſt ex infuſione, ut oleum ſcorpionum.*

Vires. *Ingreditur Emplaſtrum febrile.*

HOFMAN. *Araneus.*) Inſectum eſt venenatum: Sciendum tamen *Araneos hybernicos* non eſſe venenatos. In Gaſconiâ contrà *Clariſſimi Scaligeri* patriâ tanta iis ineſt veneni vis ut interdum calcati calceorum ſoleas tranſmittant.

*Febriles paroxyſmos arcere dicitur*) Ex hoc conficitur *Emplaſtrum Febrifugum Strobelgeri*, cujus deſcriptionem vide infrà *Libr. 2. de Emplaſtris*, & hujus vires multiplici experientia probatas uſu expertus fui.

*Putamine avellanæ incluſus.*) Araneus ſi vivus in teſtâ Nucis Avellanæ de collo ſuſpenſus & ſcrobiculo cordis impoſitus fuerit, donec moriatur, ajunt quinto aut ſexto die icterum curare.

N. Fabulæ & nugæ ſunt, quæ de *Lapide Araneorum* communiter perhibent, *vid. CL. Simon Pauli in quadripartit. botanic. Claſſ. 2. p. m. 163.*

## ¶ XCVI. *Aſelli.*

Ὀνίσκος, Gal. Ὄνοι, Dioſcor. Τῖλοι, Plin. Procelliones millepedæ, multipedes, Eſelgen / Schäfelein. Cloportes. *Cheeslips, Sovvs, Hogs-lice, Manyfeet.* Eselkens.

Naſcuntur in locis humidis, cellis & ſimilibus ſub lapidibus vaſiſque 🜄 repletis, ad tactum ſeſe contrahunt ac rotundant.

Vires. *Tenuium partium ſunt, digerunt, extenuant, abſtergunt, aperiunt. Hinc utilitatis peculiaris*

ſunt in mucilagine tartarea reſolvenda calculoque ad mucilaginem reducendo, in obſtructionibus viſcerum aperiendis adeoque in morbo regio, in dolore nephritico, difficultate urinæ, in colica, appetituque ob ventriculi mucilaginem imminuto, in aſthmate &c.

Extrinſecus *commendatur pulvis ad affectus oculorum, ad aurium dolores & anginam (cum melle illitus.)*

*Vivus impoſitus phagedænam perimit.*

Doſis à ℈j. ad ʒj. in pulvere cum vino vel ▽ aliqua nephritica.

PRÆPARATA.

Alii lavant in vino ac exiccant, iterumque lavant ac ſiccant, hinc pulveriſant ac imbibunt in -∽-u ⊕-.

Doſis gutt. IV. V. VI. exhibent.

Alii contundunt cum vino, colant, & exhibent. Nonnulli macerant ſolùm in vino colantque.

N. 1. *Non facile ℈j. tranſcendo, nec uſum continuo, nimia quippe reſolvendi vi incommoda non parva inferre poſſunt.*

N. 2. *Ut locus natalis ſaxoſus indicat, ad calculum aſellos facere. Ita indicante aptitudine & propenſione ſeſe contrahendi, ad convulſiones forſan non eſſent inutiles.*

HOFMAN. *Aſelli Millepedes.* Nonnulli commendant ſimplici modo tantum in formam pulveris redactis abſque ſp. Vitrioli imbibitione, mucilagines tartareas in renibus & veſicâ reſolvere & expellere. In compacto tamen calculo nil præſtant. In ſubjectis tenerioribus poſt illorum uſum angores cordis interdum ſentiuntur.

*Præparata*) Rec. Millepedum q. ſ. lava cum vino albo, infunde in vitrum benè perlutatum, exſicca in fumo aperto; poſteà denuò aſperge vinum album & exſicca tertia vice; tandem humecta aquâ fragorum ſp. Vitrioli imprægnatâ denuò exſicca. Hunc pulverem millepedum præparatum recipe in uſum. Recip. milleped. ſic præparat. ℈iv. ſpirit. vini ℥ß. decoct. cicerum ℥ix. ſume mane cum jejunio 6. hor. continua per 9. ♂ ♀.

¶ *XCVII. Bombyx.*

Bombyx. { Domeſticus, *Hujus loci.* / Sylveſtris.

Βόμβυξ, βομβύλιος Vermis lanificus, *Albert. Magn.* Seide-Wurm *The Silk-VVorm.* Een Zy-Worm.

Vermis eſt texturam ſericeam texens, oriturque tùm ſponte, tùm ex ovis.

N. *Miram ſubit metamorphoſin. Ex ovis puſillis producitur animalculum Erucæ non abſimile. Eruca hæc mororum, ulmi, educata foliis augeſcit indies, donec tumiditate reſplendeat: hinc indita Thecæ, textura ſe cingit ſericea, uſque dum moriatur. Poſtmodum reviviſcit papilionis inſtar pennas producens, coituque interveniente triduano, (è quo maſculus ſtatim moritur,) ova parit fœmina quamplurima, ac deficit.*

OFFICIN. NAT.

1. *Bombyces integri.* 2. *Sericum, i. e. textura bombycina.* 3. *Folliculi ſericei.*

Vires.

1. *Bombyces* exiccati & pulveriſati inſperguntur vertici capitis, ad arcendam vertiginem & convulſionem.

2. *Bombycina textura*, eſt caliditate & frigiditate temperata (al. cal. I.) ſicca I. corroborat, ſpiritus vitales, animales & naturales reficit.

[Not. *Fumus texturæ in ſuffocatione ab Utero utilis.*]

PRÆPARATA.

Uritur quandoque, quo ſiccior reddita lævigetur, quandoque decoctis admiſcetur. Verùm præſtat crudam & ſolummodo inciſam adhibere.

Sunt & uſualia, quorum compoſitionem ſubit: ut Confect. Alkerm. Diamoſch. &c.

N. *Infertur & in uſum Medicum Sericum filum Kermeſinum, id eſt Cocco ſeu granis Kermes tinctum, adhibeturque ſanguini ſiſtendo, vulneribuſque obligandis, exiccandis, conſuendis. Quin & à Plebeis ad Eryſipelas adhibetur (circumligatum.)*

*Folliculi ſericei*, (Bombycia, Seiden-Bälglein/ *The Silken Pouches,* De zyden Saeckens of belleſens/) iisdem viribus cum textura prædiri ſunt.

N. *Caveatur à folliculis alvi ſpurcitie fœdatis, vel in quibus adhuc Necydalus latitat mortuus, & vermibus exeſus.*

*Bombyx Sylveſtris* eſt genus quoddam Erucarum viridium, ſimili metamorphoſi, ut de Bombyce domeſtico dixi, mutabilium.

N. *Hujus generis videre mihi contigit apud Celſiſſimum Principem Philippum Haſſiæ Landgravium doctrinâ multifariâ, linguis exoticis, ut & Hebræâ, Aſtronomicisque obſervationibus propriis celeberrimum qui papilionem variegatum lepidum viſu ex Eruca viridi in capſula productum monſtravit.*

HOFMAN. *Bombyx.*) Hic *D. Autor bombycinam texturam* adhuc crudam ac ſolummodo inciſam commendat alkerm. verum ob vermes vel papiliones in hâc putrefactos ſæpè magnâ eſt infecta malignitate, ideoque rejicienda. Et hujus loco ſuccus ex granis Kermes extractus ſubſtituendus. Præterea *bombycina textura* per ſe vim cordialem confortantem habere nequit, niſi ſucco granorum Kermes prius fuerit imprægnata.

¶ *XCVIII. Cantharides.*

OFFICIN. NAT.

Cantharis Göldwürmlein. *Golden coloured Flyes,* Goude Wormen.

- Muſca Hiſpanica, *Hujus loci.*
- Formicaria latior, Goldkäfer / Meiß-hauffen. *Spanish Flies, or French Flies. Alſo A kind of Beetle or Horſe-Fly.* Spaenſche Vliegen/ Revers/ venynige Boom-Wormen.
- prolixior / brevior { Cornuta, gehörnete Gold-Käfer. *Horned Flyes, broad Ant Flyes.* Gehornde Revers.
- Amethyſtina violacea, Veiel Braun. *Violet and Amethyſtin coloured Flyes.* Viole-gekleurde Vliegen.
- Miniata, Frieſen-Würmle. *Red Flyes* Roo Vliegen.
- Viridis { longinſcula. / aurum lucens.
- Nigreſcans, ſchwartz-Käfer. *Black Flyes.* Swarte Revers.
- Caſtanei coloris.
- Rotunda, Oſter-Kälblein. *Round faſhiond Flyes.* Ronde Vliegen.

Dicitur

Dicitur Κανθαρὶς, i. e. parvus Scarabæolus, Spaniſche Wucke oder Fliege/ Gold-Wurmlein. Mouche Verde. *The little Spaniſh Mug*, or *golden Fly:* Den kleyne Spaenſche Vliege/of Goud-Boomworm.

Producuntur ex genere quodam Vermiculorum Erucis non abſimilium, qui naſcuntur ex humore foliis fraxini, populi, liguſtri, triticique inhærente.

Præſtantiores cenſentur, quæ in frumento ſeu pratis inveniuntur verſicolores, & quæ luteas in alis tranſverſas lineas habent, corpore oblongo, craſſæ, recentes.

Perimuntur aceti acerrimi vapore, qui, dum fervet, exhalat. Hinc ſiccantur & ſervantur per biennium.

Vires. *Calidæ ſunt & ſiccæ ſat validè, adeoque corroſivæ ſeu veſicatoriæ, diureticæ, emmenagogæ. Hinc uſu creberrimi in veſicatoriis. Internus earum uſus rariſſimus eſt, quippe inter venena vulgò recenſentur: veſicæ nimirum urinariæ adeo infenſæ ſunt, ut vel extrinſecus cuti alligatæ eam exulcerent, Sunt nihilominus audaculi, qui diureticis eas admiſcent. Sunt & improba ſcorta, quæ fœtum tenellum iis perimunt & exturbant.*

N. 1. *Recentiores alas, pedes & capita reſecant, ſolo corpore ſervato.*

N. 2. *Galenus alas & pedes exhibet pro antidoto veneni proprii.*

N. 3. *Oleum Cantharidum & cantarellorum elicitur per* 🜄, *prodeſtque ad calculum.*

Hofman. *Cantharides.* ] Harum uſum internum D. Autor prædicat rariſſimum; attamen ex eis *Hippocrates* potionem hydropicis propinat *Libr. de vict. rat. V. cap. 74. Langius Libr. 1. Epiſt. Medicin. 47.* In fine peculiarem habet exhibendi modum, & ſimul docet, quomodo his fures pomorum ſint deprehendendi. De harum uſu interno *vid Th. Bartholinus Centur. V. hiſtor. 82.* Ubi inter alia ſequentem infuſionem commendat in gonorrhœâ virulentâ, lotii ſuppreſſione & calculo.

Recip. Cantharid. pulveriſ. ℈j. infunde in vini Rhenani ℥iij. vel ſp. vini ſtentque in infuſ. per aliquot dies, deinde per chartam bibulam filtrentur. Ex colato liquore cochl. j. ſeptem aliis cochlearibus ſeu vini, ſeu cereviſiæ admiſce. Ex hoc mixto primo die unum, altero duo cochlearia & ſic deinceps propinetur.

N. Ex his *Magiſterium* etiam cum ſp. Nitr. & oleo Tartari præcipitandum conficitur, quod ad mucilagines tartareas & urinæ promotionem non parum prodeſt, ſed cum fideli circumſpectione & cautelâ adhiberi debet.

N. 1. *Recentiores alas, pedes & capita reſecant* &c.) Verum fruſtranea hæc cautela eſt, *Galenus* alas & pedes exhibet pro antidoto veneni proprii.

N. Si pollex pedis dextri ex oleo ungatur, in quo Cantharides ſunt diſſolutæ, mirabilem facit erectionem Verulamii.

N. *Cauteria* ex his etiam fiunt in formâ Emplaſtri in plurimis affectibus, doloribus à ſeroſâ colluvie ortis præſtantiſſima ad evulſionem ac derivationem.

## ¶ XCIX. *Cicada.*

Τέτιξ, Heuſchrecke. Cigale. *The Graſhopper.* Een Springhaen.

Inſectum eſt Grillis ſimile, valde ſtridulum, rore vivens.

N. *Unum hoc animal, ex iis quæ vivunt, eſt ſine ore. Pro eo enim quiddam aculeatum habet, & hoc in pectore, quâ rorem lambit. In Italia vulgaris notitiæ eſt, noſtratibus incognita.*

OFFICIN. NAT.

*Cicadæ, ſiccatæ.*

Vires. *Utimur cicadis ſiccis ad colicos affectus (cum partibus numero piperis granis ſcil. iij. v. vij.)*

Alii aſſas edendas iis offerunt, quibus affecta veſica eſt. Cinis inſigniter calculum conterit.

## ¶ C. *Cicindela.*

Λαμπυρὶς, Plin. Λαμπυρὶς, πυρολαμπὶς, *Ariſt.* Lampyris alata, *Aldrovand.* Cantharis noctiluca, Nitedula, Noctiluca, Johannis Fliege. *The Gloe-VVorm, or Gloe-Bird, St. Iohns-Fly.* Wormken of vliege die's nachts ſchijnt.

Inſectum eſt pennatum, in tenebris ignis modo lucens.

Officinis ignotum eſt, niſi quod Cardanus vim anodynam ei tribuere videatur, lib. 9. ſubtilit. alii in calculo commendant.

N. *Roder. Caſtrenſ. l. 4. meteor. microc. c. 16. Cicindelæ, inquit, abſciſſis capitibus & alis, ad ſolem exponuntur fervent. ſſ. donec pulveriſari poſſint. Pulvis cum aqua diſſolutionis Tragac. Trochiſcetur, addendo tantillo olei amygd. Trochiſci exiccati iterum pulveriſentur, rurſuſque denuò formentur, idque quater. Valet in calculo (inunctionibus admiſcent.)*

*Doſ.* ℈ij.

## ¶ CI. *Cimex.*

Cimi- { Lectularii, *hujus loci.*
ces. { Hortenſes, ſ. Sylveſtres.

Κόρεις, κλινικοὶ, *Dioſc.* Cimices, *Matthiol.* Wanßen/ Wändläuſe/ Bethwändelen. *The Punie, A VVall Louſe, A Fly* or *vvorm breeding in vvod, Paper* or *Stubble, A Bug,* or *Chinch.* Een Weeg luys/ een Wand-luys.

Vermiculi ſunt latiuſculi, compreſſi, rubentes, fœtore abominabiles, morſibus quibus ſanguinem nobis exugunt, admodum moleſti.

Vires. Utuntur Recentiores quidam ad ciendam urinam vivis in penis organum immiſſis, (*Dioſcor. mortuos & tritos imponit,*) ad fœtum & ſecundinam expellendam tritos (N. 3.) & cum ſucceſſu exhibitos vidi. Septenos cavis fabarum incluſos ante febrium acceſſiones devoratos quartanis auxilio eſſe Author eſt Dioſcorid. Vulvarum examinationes olfactu abigit.

N. *Sylveſtres, qui ex herbis victum habent, lectulariis majores, colore virid. æque ac illi fœtidi, officinis adhuc incogniti ſunt.*

Hofman. *Cimex.*) Ad fœtum & ſecundinas expellendas triti & exhibendi notabilis ſunt effectus in vino hauſti.

N. Succus herbæ hyoſcyami lectiſternis inunctus eos necat.

## ¶ CII. *Eruca.*

Κάμπη, *Dioſcor.* Bruchus Eruca, vulgaris, *Aldrov.* Raupe. *Palmer-VVorm,* or *Cancker-VVorm.* Een Grasworm/ Rupſe/ en Rupſeme.

Inſectum eſt vulgaris notitiæ, originem trahens, vel ex ſtirpium excrementis, vel ex ovis papilionis. Species totidem ferè ſunt, quot plantarum.

N. *Similem Metamorphoſin ſubit quam Bombyx tandemque in Papilionem degenerat.*

## ¶ CIII. *Formica.*

μύρμηξ, Formica, Ameiß. *A Piſmire* or *Ant*, or *Piſmire*, *Emet* or *Emmot.* Een Miere of Piſmiere.
- Minor { rubens. / nigricans.
- Major, Equina, Roß-Ameyß. *The Greater red Horſe-Ant.* de grootroo Paerde Mier.

Inſectum eſt mirâ providentiâ dotatum, qua penu in annum ſufficiens æſtivis pleniluniis (noviluniis requieſcit,) ſedulò colligit, collectum, ſi opus ſit, ſiccat, ſiccata ſemina, ne regerminent, arrodit, adeoque durationi adaptata, recondit. Congreſſæ hyberno tempore vermiculos pariunt, ſubinde in ova, & hinc verno tempore, in formicas mutari aptos. Senium alatas facit, ſed brevi ſuperſtites.

Præſtantiores habentur, quæ ſub arboribus reſiniferis habitant, acidumque olent. Collectio præfertur ☾ decreſcente, vel Novilunio.

### OFFICIN. NAT.

1. *Formica.* 2. *Ova.* 3. *Acervus.*

Vires.

1. *Formicæ* calfac. & ſiccant. Venerem protitant. Odor acidus mirè ſpiritus vitales reficit. Formicæ majores [Herculaneæ] pſoram, lepram & lentiginem ſanare dicuntur, (*adjecto ſale exiguo tritæ & illitæ.*)

2. *Ova* ad aurium gravitatem faciunt, malas hirſutas pueris infricata corrigunt.

3. *Acervus*, (*Myrmecium*) calf. & ſiccat, nervoſum genus roborat. Hinc uſus celebris in paralyſi, arthritide, hyſtericis affectibus, cachexia & ſimil. (*lotione adhibitus.*)

[N. *Inveniuntur in acervis fruſta odore Thuris;* (Wald-Weyrauch/ *particulæ Reſinæ ex abiete & Picea*) *in Norvvegia, & Germania, & pro fumo adhibentur.*)

### PRÆPARATA.

1. *Oleum* ex infuſione formicarum (præſtant alatæ) in ℴℴ comm. ♂ ℥ 40.

Vires. *Valet ad coitum.*

2. ▽ *ſtillat. Magnanimitatis dicta, v. l. 2. c. 37.*

3. *Liquor* fit in clybano ad modum, quo liquor lumbricorum.

Vires. *Inſigne eſt ophthalmicum ſuffuſioni ocular. auxilium.*

HOFMAN. *Formic.*) Colligendæ ſunt *formicæ* Lunâ creſcente circà ſolſtitium æſtivale in Iunio die ſerenâ in cucurbitam, in qua fruſtum caſei repoſitum, ubi ſufficientem earum copiam habueris, baculo exime acuto caſeum & ſuperfunde ſp. vini ad trium digitorum eminentiam ac deſtilla. Deſtillatus ſpiritus iterum affundatur formicis & denuò deſtilla lento igne per Aren. vid. theſaur. noſtrum Pharmaceutic. ſect. 1. num. vi. & numer. xxix.

*Vires.*) Valet in capitis affectibus, memoriam confortat, externè commendatur in arthritide vaga, item atrophia, ad excitandam venerem.

N. *Acervus formicarum* ſacculo incluſus & in inſeſſu adhibitus nervoſum genus roborat, unde in arthritide vaga, paralyſi, &c. convenit.

## ¶ CIV. *Gryllus.*

γρύλλος, Achera, { Domeſticus. / Agreſtis, arvenſis.

Inſectum eſt alatum è genere locuſtar. cicadis ſimile, focorum, terrarumvè aridar. incola, ſtridulo ſuo cantu ſedulum, Germanicè Heimichen/ Heimlinge. *The Cricket, one ſort of Locuſts.* Een Krekel.

Vires. *Commendatur ad diareſin,* (*cinis exhibitus*) *ad viſus imbecillitatem* (*ſuccus expreſſus inſtillatus*) *tonſillas lenit,* (*affricatus.*)

## ¶ CV. *Hirudo.*

βδέλλα, Sanguiſuga.
- Major equina.
- Minor. { ſubfuſca. / ſubviridis. / nigra. / variegata.

Inſectum eſt paluſtre, inſtar Lumbrici oblongum, generatur ex putredine, Germ. Saug-Igel. *The Horſe Leech*, or *Blood-ſucker.* Een Echel/ een Bloet-ſuyger.

Majoribus præferuntur minores, utpotè quæ minus nocivæ, & ex his, quæ lineis in dorſo diſtinctæ Majores novem equum ſugendo interimere valent, unde equinæ dictæ.

*Uſus.* Sanguinis exuctioni inſerviunt, adeoque cum cucurbitulis conveniunt.

N. *Antequam applicentur, ſervandæ ſunt in* ▽ *pura, ut probè purgentur, hinc loco applicationis ſale tunc fricato, ſanguineque vel argillâ inuncto applicandæ. Cum amoveri vis, inſperge parum ſalis, aut cineris, aut lini combuſti.*

## ¶ CVI. *Lacertus.*

Σαῦρος, Σαύρα, Lacertus, Lacerto, Egochs/ Adex/ Ichtachs/ Moll. *The Lizard, Newt* or *Ek.* Een Egedis/ Egdiſſe/ of Hagedis.

Inſectum eſt quod figurâ notum, colore varians; bufonibus ac araneis inimicum.

N. *Lacertus ſi diſſectus fuerit, pars utraque movetur aliquamdiu, & ſi concurrerint, coaleſcunt rurſus. Sunt qui oculos, ſi effoſſi ſint, renaſci ajunt, id quod & de cauda ſi amputetur, Plinius affirmat. Degunt in cavernis terræ, ruderibus murorum aliiſque locis apertis, veſcuntur Cicadis, Cochleis, Gryllis, Apibus.*

Lacertus eſt
- Terreſtris, *de quo hic & minùs venenatus.*
- Aquatilis, *qui venenoſus habetur, & rarior uſus.*

N. *Commendatur præ reliquis genus lacerti viride & magnum, verùm cum in hiſce regionibus minus aſtatum id ſit, lacertum communem hic deſcribimus.*

Vires. Elicit è corporibus ſpicula, vitra, &c. (*ſectus, vel cum ſale tuſus & impoſitus, inprimis v. capiti.*) capillos renaſci facit, (*cum adipe illita caro, vel cinis applicatus.*) Ictui ſcorpionum ſuccurrit. Commendatur itidem ad herniam infantum, (*ſi decocto lacerti laventur,*) ad facilem evulſionem dentium, (*pulvis aquatici Lac affricatus.*)

N. *Sunt qui ajunt lacerti exiccati pulverem gingivis illitum facere ut ſine difficultate, ſine dolore, atque ſine inſtrumento dentes extrahi queant.*

### PRÆPARAT.

*Oleum infuſum.*

Fit ex infuſione Lacertorum vivorum N. vij. in ol. commun. ℔iß.

Vires. *Commendatur ad faciei rubedinem emendandam* (*illitum.*)

HOFMAN.

HOFMAN. *Lacertus.*) Meminit & alterius *Lacerti orbicularis* Novæ Hiſpaniæ ſeu Mexicanæ nomine *Tapayaxin Nardus Antonius Recchus Lib. 9. Cap. 16.* Novæ Hiſpaniæ cujus caput eſt duriſſimum & nonnullis aculeis elevatum. Gaudet ab Hominibus apprehendi, manibus geſtari & contrectari, placida quadam ſecuritate & tranquillitate immobilis. Quare amicus hominis φιλάνθρωπος ab indigenis nuncupari ſolet. Hoc in eo eſt mirabile compreſſis aut veratis oculis, aut capite, ſanguinis guttas per eos effundere, ac longius jaculari, qualis detrahi ſolet, ab homine temperatiſſimo & ſana fruente valetudine, tanto ſæpè impetu ut ad trium paſſuum diſtantiam contingat rejectari. Siccatum ad ignem & pulveriſatum devoratumque ex vino aut aqua unius drachmæ menſura Morbo Gallico & doloribus ab eo ortis ſummè auxiliari ſolet, quod multis comprobatum eſt experimentis evacuata Morbi cauſa per ſuperna & inferiora ac demum evacuata urina.

Aliàs *Wormius & alterius meminit Iguanæ* vocati, in cujus capite *Lapis* reperitur præſentiſſimum contra Calculum remedium *in Muſeo Lib. 3. Cap. 20.*

## ¶ *CVII. Locuſta.*

Ἀκρίς, Dioſc. Κόρνωψ, πάρνωψ, Heuſchreck. *The Locuſt.* Den brandende Springhaen.

Inſectum eſt ex pernicie quam infert, (herbas ſcilicet & ſegetes mordendo, terramque tactu & ſaliva adurendo, nulli fermè regioni incognitum.) Generantur Æſtate ineunte ex fœtura anni ſuperioris, ſavo non abſimili, ſcilicet exin oriuntur vermiculi, ſpeciem ovi gerentes, incluſi prætenui terrâ ceu membranulâ, qua disjectâ emergunt locuſtæ & evolant.

Sunt porro variæ, videlicet: ſunt magnæ, parvæ & minimæ, (pennis carentes,) ſunt virides, flavæ, nigricantes, variævè, &c.

Vires. *Odoris ſuffitu urinæ difficultates juvant, præſertim quæ fœminas malè habent. Dioſcor. Sunt qui appenſas collo quartanam ſanare ajunt.*

## ¶ *CVIII. Lumbrici terreni.*

Γῆς ἔντερα, *Dioſcor.* Vermes terreni, Melloes, *Paracelſo*, Regenwurm / Erd-Wurm / Pyren. *Earth-Worms.* Pier-wormen / die in die aerde gegenereert zijn.

Inſectum eſt vulgaris notitiæ ex terra, tùm generatum, tum ſuſtentatum.

Præſtant reliquis ii, quorum collum rubris annulis ſeu cingulis cingitur.

Vires. *Sunt inſigniter diuretici, diaphoretici, anodyni; diſcutiunt, emolliunt, obſtructiones reſerant, lac augent, vulnera, nervoſque præciſos glutinant.*

*Uſus præcipui ſunt in apoplexia, ſpaſmo (ex ſignatura) aliiſque affectibus nervor. ac muſculor. in ictero, (utroque) hydrope, verminatione infantum, dolore colico. Inprimis autem ſpecificè proſunt in arthritide illa ſcorbutica, quam vagam appellant,* (die lauffende Gicht / die Vahren / *The running and wandring Gout*, De loopende of vliegende Gicht /) *adhiberi intus poſſunt & extus.*

*Intus exhibentur vel toti conquaſſati, recenterque v.g. cum vino trajecti per linteum, vel ſiccati & pulveriſati.*

*Extus applicantur vivi & mortui, vivi impoſiti, donec moriantur, proſunt panaritio, mortui in cataplaſmatis ferè adhibentur. Odontalgiæ convenire dicitur cinis, (cavitati dentium inditus.) Podagricos dolores leniunt, (pulvis cum farina calidè impoſitus.)*

### PRÆPARATA.

1. *Aqua*, fit in MB.

*Hydropicis maximè proficua eſt.*

2. *Oleum coctum, vide Diſp.*

N. *Ex 8oo hoc ♎atur cum ∇ raphani, Ol. quod urinam & ſudores potenter pellit.*

3. *Liquor*, fit in clybano.

*Nimirum.*

Lumbrici loti & per ſtupam purgati, induntur vitro anguſti orificii. Hinc obturatur vitrum maſsâque panis incluſum committitur, (ut & reliqua maſſa;) clibano, donec cum panibus eximatur. Poſt liquor filtratur & ſervatur pro uſu interno & externo.

Doſis à ℥ ij. ad ℥ß.

4. *Spiritus* præviâ putrefactione, ubi ⊖ volatile ſtatim elevatur, vel ſine putrefactione ex ☊ △ aperto.

5. *Pulvis*, fit ex lumbricis in furno exiccatis.

HOFMAN. *Lumbrici Terreni.*) Hi tanquàm ſpecificum in arthritide vagâ ſcorbuticâ commendabiles ſunt, ex quibus ſuccum expreſſum ad ruſticos & plebejos amandamus cum eorum pulvere. *Spiritu cum Sale volatili per ſe deſtillato contenti.* Atque hic habetur vel cum prævia lumbric. terr. putrefactione, vel ſine ea. In illa Sal volatile ſtatim in deſtillatione elevatur; In hac extrema opus eſt ignis tortura per retortam △ne aperto peragenda. Ex hoc cum Eſſ. chamædr. chamæpyth. ſalviæ, fl. hyperic. anthos, lavendul. ligni ſaſſafras, radic. angelic &c. Elixir antiarthriticum paratur, quod in arthritide vaga ſcorbutica ad gutt. xx. xxx. vel ultrà propinatum cum appropriato vehiculo notabilem edit effectum. Nota aliàs etiam eſt Eſſentia lumbricorum ſ. & c. D. D. Dravviſii *in arthritide vagâ ſcorbuticâ.* vid. & Balſamum Dorſalem ſeu antiparalyticum D. B. O. in theſaur. pharmaceutico annexo ſect. IV. num. V.

*Lumbrici Inteſtinorum.*) Sunt qui pulveriſatos offerunt ad lumbricos expellendos. Sed *Heinricus ab Heer lib. 1. Obſ. 9.* hoc non probat, quia materia illa vermium putris putri puerorum pituitæ mixta à magno illorum calore humido iterum animari poteſt, ut videmus muſcas ſubmerſas longè mortuas, ſi non premantur, ſoli denuò expoſitas vitam & volatum recuperare. Sic & ſerpentes in minima etiam fruſtula conciſos ac putrefactos, ut nullum amplius vitæ adſit veſtigium, Solis calore in novos ſerpentes abire, ob ſerpentum formatrices ideas in putredine non deſtructas. Verùm hic Metus de Nihilo eſt, hi enim lumbrici non integri, ſed exſiccati ac pulveriſati offeruntur, ac aliàs adeſſe potuerunt in corpore, priuſquam pulvis Lumbricorum fuit adhibitus.

De Artificiali Lumbricorum productione hæc habet R. P. Athanaſ. Kircherus Mund. Subterr. Vol. II. p. 376.

*Lumbricos plures ſiccatos in pulverem conchæ lateritiæ, terra pingui & dulci impletæ ſepelies: deinde aquâ pluviali eam ſubinde rigabis, & intra tres aut quatuor dies reperies totam illam terram nova lumbricorum pullulagine ſcatere, & primò quidem ſub magnitudine vermium qui ex caſeo naſcuntur; deinde quoque pingui illo terræ ſucco nutritos, in veros lumbricos excreſcere comperies: cùm enim ſemen in lumbricorum incineratione non pereat, ſed virtute maneat, hinc fit, ut intra terram pingui & dulci ſucco præditam conditus pulvis, calore ſolis ſeſe exerens, vi latentis ſeminis in idem, quod primò erat, animal excludatur. Vel idem quoque duplici alia ratione ſuccedit, vel ex conciſis ſiccorum lumbricorum particulis terræ inſitis, pluvialem aquam admiſcemus, quæ illa eadem eſt, quæ ſemina lumbricorum aliunde deciſa ſecum portat atque terræ committit; hinc ſtatim poſt pluvias & imbres terram pinguem dulcemque ſemper lumbricis ſcatere deprehendimus, tanto numero, ut vel ipſas ſemitas expleant. Eſt & hoc admirabile, quòd ſi lumbricum ſoli ferventi expoſueris, is ſtatim ſit moriturus, quem poſtero die ubi examinaris, innumerabili vermiculorum multitudine coopertum*

*coopertum videbis, quos ex cadaveris ſeminalibus partibus inſtaurari non eſt dubium; Unde ingens illa lumbricorum multitudo in terra naſcitur, uti enim terram ſaxoſam, ſterilem & arenaceam oderunt, ita ex ea non naſcuntur; fit tamen ſubinde ut vel repentes terram illam ingrediantur, ſed cùm alimentum non reperiunt, ibidem vita functi ex propriis eorum cadaveribus mox ingentem verminaginem emittant, qui pluvia in terram pinguiorem delati, ibidem in immenſam lumbricorum copiam adoleſcunt.*

## ¶ CIX. *Muſca.*

Μυῖα, *Ariſt.* Δάπλη, Fliege. *The Flie* Een Vliege.
Muſcarum genera varia quidem ſunt, uſuale tamen ſolùm vulgare eſt.

### OFFICIN. NAT.

*Muſcæ ſeu potius capita earum.*
Vires. *Alopeciis ſubveniunt.*

### PRÆPAR.

1. ▽ *ſtillatitia*, fit per ſe, vel cum melle.
Vires. *Præterquam quod capillorum proventum promovet, prædicatur quoque ad oculorum affectus, (inſtillata.)*

## ¶ CX. *Ricinus.*

Κρότων, κυνῶν ὤτων, Reduvius, Holtzbock / Hunds-floch / Hundwurm. *A Tyke, Tick, Dogslouſe, or Clegg.* Een Teecke / een Honts-luys.
Animalculum eſt lividum & fœdum, bobus, ſuibus, capris, ovibus, atque canibus infeſtiſſimum.
Vires. *Ricini canini ſanguis, Plinio teſte, pſilothrum eſt, & ignes ſacros reſtinguit; admirandus quoque eſt ad impetigines contumaces & feras, ac curatu difficiles, (illitus,) Amat. Luſitan. cur. 20. cent. 7.*

Hofman. *Pediculus.*) Contrà *icterum* devorantur à ruſticis num. ix. & in atrophia à nonnullis probantur.

## ¶ CXI. *Salamandra.*

Σαλαμάνδρα, μόλγη, Molch / Moll / Olm. *The Salamander, A ſpotted Beaſt like A Lizard not burnt with the fire, but quencheth it.* Een Salmander / een beeſt dat in t'vyer leeft / en't ſelve uyt bluſcht.
Animal eſt quadrupes ex lacertorum genere, nigrum, luteis maculis reſperſum, incola locorum frigidorum & humidorum, fonticulorumque limpidorum admodum amans, adeoque à nonnullis in terreſtrem & aquaticam diſtribuitur.
N. *Venenatum eſt animal, unà cum morſu lacteam ſpumam virulentam conferens.*
Vires. *Salamandra erodit, exulcerat; incinerata medetur feliciſſimè ſcrophulis exulceratis (cinis inſperſus.)*
N. *Caveat à fumo venenato.*

Hofman. *Salamandra* incinerata &c. ] Salamandram igni injectam ab eo non conſumi ſtatuit *Ariſtot. hiſtor. animal.* 19. *Lib.* 5. quem ſequitur *Ælianus Libr.* 2. *hiſtor. anim. Cap.* 31. *Plinius* Lib. X. cap. 67. & Alii. Verùm Nullum Animal in igne valet vitam ducere, ideoque quod de *Salamandræ* vita in igne tradunt, meras ſapit fabulas. Videtur tamen errorem indè promanaſſe, eò quod Salamandra ad certum tempus ab igne nihil patiatur, uratur tamen, ſi longius admoveatur, putarunt ab igne planè non conſumi: vid. *Galen. Lib.* 3. *de Temperam. lib.* 4. *Nierenb. lib.* 4. *hiſt. nat. cap.* 19. *Thom. Bartholin. Cent.* 2. *obſ.* 50. *Romæ in ædibus* Franciſci Corvini artificium ſingulare, quo Natura dictante ſalamandra ignis ardorem eluſit, obſervavit. Scilicet evomuit guttulam liquoris, qua ignis fervorem temperavit & moram duarum horarum in igne pertulit, ſed non ita vehemente. Flammis extinctam & mortuam non conſumptam *Grev. lib.* 1 *de venenis cap.* 20. immunitati ejuſdem cutis adſcribit, quæ cum limus ſit arctè inſinuatus cuti longiſſimè in igne abſque læſione perdurat. Id quod de igne modico etiam venit intelligendum.

De Salamandra ſic R. P. Athanaſ. Kircherus Chinæ Illuſtratæ p. 207.

*Salamandra ex eorum numero, quas lacertas vocant, ſpecies quædam eſt; Lacerta videlicet nigra, & aureis maculis inſignita, cæterum animal muco, & viſcido humore aſpectu horridum & nauſea plenum, vel ex eo capite, limacum inſtar, tardiſſimi progreſſus; hoc in Germania ſæpius me vidiſſe memini; quod vix niſi poſt frequentes imbres ex humidis & lutulentis ſpecubus exire ſolet. Hoc itaque animal cum frigidiſſimi juxta, ac humidiſſimi temperamenti ſit, & totum quaſi ex mucore conſtitutum, ſi quis ſupra carbones accenſos impoſuerit, id illos nimia ſua humiditate, viſcoſitate plena ſtatim extinguat, quod idem fieri in limacibus expertus ſum; ſi quiſpiam verò illas in ignem validum projecerit, is eas, non ſecus ac alia combuſtibilia, in cinerem protinus converti reperiet; Quod idem* Franciſcus Corvinus *in Salamandra ei ex* America *tranſmiſſa, ſe expertum eſſe teſtatus eſt. Quòd verò* Marcus Paulus Venetus *dicat de Salamandra contexta &* Romæ *detenta, in qua Sudarium Chriſti involutum ſit, de eo huc uſque nihil comperire licuit, & ſi foret, id non de Salamandra lacerta, ſed de asbeſtina tela, quæ per ſimilitudinem quandam Salamandra dicitur, intelligendum foret.*

## ¶ CXII. *Scarabæus.*

Κανθαρὸς, Cantharus.
- Cornutus Schröter. *The Horned Beetle, a black Fly.* Een Swerte Vlie, gegenaemt horbedor / en Schallebyter. *hic uſualis.*
- Pilularius, Roßkäfer / Eſcarbot, fouille Merde, *Black Flies, called Beetles, Wieth, The Slimy Beetle, breeding, little Worms in bals of horſe-dung.* Peerts-worm. *etiam hic Medicinalis.*
- Unctuoſus, cantarellus, Kadden / Schmältzkäfer / Meywurm / *The Greaſy, oyly Beetle, the Mayworm.* Smeerige Vliege of Meyworm. *nec hic idoneus.*
- Rutilus.
  - major, Mäyenkäfer / Creutzkäfer. *The greater Red tormenting Beetle.* Den grooter roo-pynende Schallebyter.
  - minor Brachkäferlein / *The leſs red Spring Beetle.* De Kleyner roo of goude Schallebyter.
- Bufonius viridis Krottenkäfer. *The Green Toad-Beetle.* Het Groen Padde Schallebyter. *hic venenatus.*
- Piſtrinarius, Meelkäfer. *A Meal Beetle.* Een Meel Horbedor.
- Cadaverum, Aaskäferlein. *A Beetle bred of dead carcaſes.* Schallebyters uyt doot, verrotte Lichamen.

Scarabæus cornutus, (bicornis. Lucanus, cervus, cervus volans, Scarabelaphus *Cardan.* Græc. Κάραβος,) Gignitur partim ex lignis aridis, maximè quercus aut roboris, partim ex coitu. Reperitur Majo & Æſtate in ſylvis.

## OFFICIN. NAT.

*Ipſi Scarabæi, & cornua.*

Vires. *Scarabæi commendantur ad dolores & contracturas nervorum (ex ſignatura, quæ tacti immobiles & contracti redduntur) ad febrem quartanam (amuleti loco impoſiti.)*

*Cornua ſuſpenſa de collo infantum urinam cohibere dicuntur.*

## PRÆPAR.

*Ol. Ex infuſion. Scarabæi.*

Vires. *Dolorem aurium diſcutit, (inſtillatum.)*

Scarabæus pilularius, (pilularis, Solaris, ſtercorum, Κοπρεῖον, *Hipp.* Pferd-Käfer / Muſt-kafer. *Horſe-Beetle, Dung-Beetle.* Peerde-Worm/ of Bliege/Meſt-borbedor.) nomen id habet, quod fimo (maximè equino) ingentes pilas pedibus volutet, in quibus parvos vermiculos fœturæ ſemina recondere dicitur.

Vires. *Commendatur maximoperè in procidentia oculi & ani, (pulvis aſperſus, in hæmorrhoidibus cæcis dolorificis leniendis,)* decoctus ſcilicet in oleo lini ad conſumptionem animalculi, & calidè poſitus cum bombace.

N. *Pulveris conficiendi modus optimus eſt.*

Mortificati in vitro clauſo ad Solem benè exiccentur; & F. Pulvis. *Harim. in Pract.*

Scarabæus unctuoſus (quod manibus impoſitus pingui ſubflavoque liquore inficiat.) Majo & Junio juxta vias & paſſim in ſylvis obrepit.

Vires. *Cantharidum naturam imitatur, urinam pellit & ſanguinem, canis rabidi morſum egregiè expugnat, varos dictos, id eſt, Arthritidem vagam, Authore Wiero, curat,* (exhibitus pulvis vel conditura.)

Extrinſecus expetitur à quibuſdam ejus liquor ad vulnera. Additur & Emplaſtris in bubone & carbunculo peſtilentiali, (ex ſignatura deſumpto indicio) permiſcetur & antidotis, fitque inde Oleum ex infuſ. anim. vivorum in Ol. comm. quod loco olei ſcorpionum nonnulli adhibent.

HOFMAN. *Scarabæus.*) *Unctuoſus* ſcilicet ſive *Cantarellus* Meywurm/ quia in Majo ac Iunio in rure ad vias obrepit.

N. Scorpionum imitans naturam urinam pellit & calculum, canis rabidi morſum venenatum curat; ac præterea in arthritide vaga Scorbutica ejus pulvis exhibitus *teſte Wiero ac P. Borello c. 4. obſ. 73.* ſingularis eſt energiæ. N. Hi in oleum immiſſi amygd. dulc. in omnibus illis affectibus efficaciſſimè uſurpantur quibus aliàs oleum Scorpionum convenire ſolet.

## ¶ *CXIII. Scincus.*

Σκίγκος, Scincus Marinus, Officinis.

Animal eſt aquatile, ſquamis luteis veſtitum, cæſiâ à capite ad caudam decurrente lineâ inſignitum, herbis odoriferis victitans.

## OFFICIN. NAT.

1. *Integri exiccati.* 2. *(raró) pinguedo.*

Vires. *Alexipharmacus eſt Scincus, Veneremque accendit.*

*Pinguedo ſimili virtute pollet.*

*Doſis Drach. j. Matthiolus commendat Roſtrum & pedes, eoſque cum vino propinat, hinc & carnes laterum commendat.*

## PRÆPARATA.

Ingreditur antidota & præcipuè Theriacam Andr. & Antidot. Matthioli.

## ¶ *CXIV. Scorpio.*

Σκόρπιος, Scorpius, Scorpion. *The Scorpion, a venemous Worm.* Een Schorpioen.

Animal eſt formâ cancros æmulans, iis tamen minus.

Vires. *Urinam cient, calculo renum aut veſicæ impeditam, (vivi incinerati & exhibiti.)*

*Ictibus propriis ſubveniunt, (triti & impoſiti.)*

## PRÆPARATA.

1. *Oleum Scorpion. ſimplex* infuſione Scorpion. in Ol. Amygd. amar. *vid. Auguſt.*

N. *Sunt qui propinant in colicis & calculoſis doloribus.*

2. *Ol. Scorpion. compoſ. Meſ.* quod recipit inſuper Ariſtoloch. Gentian. Cyper. & ran. capp. *vid. Auguſt.*

Vires. *Uſitatiſſimus eſt in Renum doloribus, urinaque obſtructa (illinitur dorſo vel pubi) medetur ictibus venenatorum animalium, febrium paroxyſmos arcet, (pulſibus vel dorſo inunctum) aurium dolores mulcet.*

3. *Ol. Scorpionum magnum, Matth. vid. Auguſt.*

Vires. *Majorum eſt virium quàm præcedentia. Uſuſque eximii in morbis contagioſis præſervandis & curandis, in venenatis morſibus & ſimil. (inunctum cordi, arteriiſque temporum, manuum, pedum, dolores demulcet colicos & uteri, &c.*

## 4. *Ol. Scorpionum ſanguineum.*

℞. Sem. hyperic. Unc. vi. infunde in vino malvat. per ♂ ℘ [3.] tum adde Terebinth. venet. Unc. iij. Ol. centum annor. [id eſt, vetuſtiſſ.] Unc. vj. Croci opt. Drach. j. Flor. hyperic. M. iv.

Omnia tumulentur in arena in boccia benè clauſa per triduum: deinde liquor in aliam bocciam fortiter exprimatur, liquor per inclinationem decantetur, uſque ad apparitionem olei. Oleo apparente vas elevabis, in eo videbis ol. rubrum ſanguinis inſtar. In hoc oleo reponantur pro unaquaque libra ſcorpiones N. L. in MB. euſque relinquantur, donec fiat perfecta fermentatio. Hinc per pannum exprimantur omnia, oleumque reſervandum.

Vires. *Summè nephriticos dolores lenit, extrinſecus applicatum.*

N. *Hoc eſt illud oleum nephrit. ſanguineum magni Ducis, quod Pona deſcribit, ſed doſin non addit.*

*Ex communic. Dn. D. Ioh. Kieferi.*

HOFMAN. *Scorpio.*) Eſt animal forma cancros æmulans. N. Hic quæritur utrum poſſibilis ſit *Scorpionum* ex Cancris generatio, & an ex ocymo generari ac produci poſſint vid. ſuprà *Libr. 4. de Ocymo & ſæpius laudatum D. Sachſium à Levvenheim in ſuâ gammarolog. p. 183.*

*Vires.*) Hi etiam per ſe pulveriſati & adhibiti urinam & calculum pellunt. *vid. Ciſtam. Medicam.* p. 97.

*Præparata. Oleum Scorpionum ſ.*) Hoc tam internè propinatum, quàm externè dorſo ac pubi inunctum mira præſtat in calculo, colica &c. teſte experientia.

2. *Oleum*

2. *Oleum Scorpion. compoſit. Meſ.*) Ejus uſus ſæpe noxius eſt, dum poris cutis ita inviſcatis inſenſibilis impeditur tranſpiratio, & veneni exitu intercluſo plus noxæ, quàm commodi febricitanti infertur.

Artificialem Scorpionum productionem ſic deſcribit R. P. Athan. Kircherus Mund. Subterr. Vol. II. p. 387.

*Scorpionum corpora contrita intra vitrum conde, quibus ſi aquam* Ocymo *maceratam ſuperaffuderis, & ſoli æſtivo per diem expoſueris, quod ſi ſagaci, & armato oculo inſpexeris, totum hoc mixtum in innumerabilem* Scorpionum fœturam *degeneraſſe reperies, quod idem tam in vivo, quàm mortuo non contrito evenire reperies, ſiquidem à corpore excrementum quoddam rejicitur, quod totum in ſimiles ſibi Scorpiones convertitur; quod* Lectorem *experiri velim, veritatem enim reperiet.*

*Cur verò ex Ocymo potiſſimùm Scorpius oriri dicatur, meritò quiſpiam quærere poſſet, cùm is neſcio, quam ſympathiam cum Ocymo habere deprehendatur. Scorpium in cerebro hominis Itali repertum, & ex nimio Ocymi uſu odoreque inibi natum* Hollerius *tradit, &* Ambroſius Pareus *eum exactè depinxit. Dicunt quoque, Ocymum contritum, & inter duos lateres poſitum, ubi 24. horarum ſpatio Soli fuerit expoſitum, Scorpiones generare, quod &* Plinius *verum eſſe teſtatur, certè vel ipſe* Ariſtoteles *in mirabilium narrationum congerie* Scorpiones è Siſymbriis *putrefactis enaſci aſſerit: Eſt autem* Siſymbrium *ſpecies quædam Ocymi. Iterum* Plinius *hujuſmodi proponit experimentum; Si velis in unum locum convocare omnes alicubi latitantes Scorpiones, id perficies hoc modo: Manipulum Ocymi decem cancris fluviatilibus compactum, eo in loco repones, & habebis intentum. Scribit* Avicenna, *amicum ſe habuiſſe, qui cùm vellet Scorpiones ex quibuſdam putrefactis lignis (quod ego nil aliud quàm putrefactos Ocymi caules fuiſſe exiſtimo) produxiſſe; quin & Ocymum in pulverem redactum unà cum Scorpionum cinere ſubactum percuſſis mederi tradit; Quæ omnia manifeſta ſunt mutuæ* amicitiæ Ocymum inter & Scorpionem indicia. *Quomodo verò ex Ocymo ſine ſenſitiva naturæ ſeminio generari iſtiuſmodi animal poſſit, non video; unde cùm ſollicitiùs hanc rem apud* Franciſcum Corvinum *nobilem omnino Botanicum, & ſolertiſſimum rerum naturalium exploratorem inquirerem, reſpondit, id mirum non eſſe; habere enim radicem ſibi familiarem vermem quemdam Scorpioni haud abſimilem, quem* Theophraſtus *Spadylum vocat; hic enim ſeminio ſuo plantam poſtquam infecerit, ex eo tandem Scorpiones naſci, partim ex ſe, & ſua natura, partim arte ex applicatione activorum cum paſſivis; atque hæc eſt vera & genuina ratio geneſis Scorpionum ex Ocymo. Quod verò ſubinde ex* Cancris *quoque* fluviatilibus *naſcantur, ratio eſt ſimilitudo cancri ſeu paguri cum Scorpione, quà ille facilè in hunc convertitur & transformatur: qua arte autem id inſtitui debeas,* Ovidius *ſequentibus verſibus docet.*

Concava littoreo ſi demas brachia cancro
Cætera ſuppones terræ, de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudaque minabitur unca.

## ¶ *CXV. Teredo.*

Τερηδὼν, Holtzwurm. *The Wood-Worm, a little vvorm that breed in vvood, eſpecially ships,* alſo *a Moth that eateth garments.* Een Hout-worm / die in't hout is/ ofte Een Motte die de Kleederen door eet.

### OFFICIN. NAT.

*Caries, ſeu farina Teredinum.*

Vires. *Exiccat, unde ulceribus humidis & fluidis feliciter inſpergitur, & hoc eodem titulo mulierculis noſtratibus admodum familiaris eſt in excoriationibus Infantum exiccandis.*

HOFMAN: *Teredo.*) *pulvis ſeu farina Teredinum* exſiccat, unde excoriationibus infantum in inguinibus & ſub axillis moleſtiam creantibus admodum conducibilis eſt.

*Et hæc ſunt quæ de Animalibus Medicamentoſis adducere compendii lex permiſit, adeoque Pharmacopœiam noſtram Medico-Chymicam divino auxilio ad finem perduximus: Huic ſit Laus, Honor & Gloria, in ſempiterna Sæcula Sæculorum,* AMEN.

# APPENDIX
*AD*
# PHARMACOPOEAM
## SCHRÖDERIANAM
Illuſtratam & Auctam:

*CONTINENS TRACTATUS DUOS;*

*Scilicet*

## FREDERICI HOFFMANNI
THESAURUM PHARMACEUTICUM
Medicorum Noſtri Seculi Principum.

*ET*

## MARTINI BERNHARDI DE BERNITZ
*S. R. M. Polon. Perſonæ Medici & Secretarii*

FASCICULUM MEDICAMENTORUM SINGULARIUM
*In* VLADISLAO IV. *&* IOHANNE CASIMIRO *Polon. & Sueciæ Regibus olim adhibitorum.*

Hoc eſt

*Clariſſim. & Excellentiſſim. Dn. Doctor.*

## ANDREÆ CNÖFFELII
Laudatiſſimarum Majeſtatum Archiatri Celeberrimi.

*Ut &*

Aliorum quorundam Clariſſimorum Medicorum
ARCANA ET EXPERIMENTA SPECIFICA:

# PRÆFATIO
# AD LECTOREM.

*S. P.*

PVBLICÆ jam luci vides expoſitum, LECTOR BENEVOLE, perdiu à Te deſideratum THESAVRVM PHARMACEVTICVM MEDICORVM Noſtri ſeculi PRINCIPVM, partim ex DOMINI DOCTORIS IOHANNIS MICHAELIS νῦν ἐν ἁγίοις, partim ex Aliorum etiam vel primæ Claſſis, vel cum aliis noſtræ ætatis de principatu contendentium Manuſcriptis in ordinem congeſtum: neque id adeò præter ſolitum, cùm & Aliis idem iſtud in eodem tractandi genere fuerit liberum, imò omnibus omni memoriâ Medicis Laudi potius, quàm vitio datum ſit, ſi quæ in praxi felici, uſu quotidiano, & labore indefeſſo probata, ac ægrotantibus ſalutaria, tuta ac jucunda invenerint poſtmodum in publicum dederunt. Quâ in re & facem jamdudum Nobis prætulerunt WECKERVS, RENODÆVS, ZVVELFERVS, HADRIANVS à MYNSICHT & alii, à quibus uti non talia equidem proponuntur, quæ nemo Medicorum tentârit hactenus, ſed quæ ad noſtra non ſolùm loca, & tempora, verùm etiam hominum temperamenta & ſtudioſorum Medicinæ manuductionem accommodata, non rebus quidem & materiis ipſis, at rerum præparatione, uſu & applicatióne nova ſint, quæ Morborum novitas etiam hâc Mundi ſenectâ pullulantium flagitare videtur, ita & ad horum exemplum præſentem adaptavimus THESAVRVM; eoque vel maximè, ut MEDICINA authentica & poſitiva indies magis magiſque incrementa capeſſeret, quæ hactenus ſatis vili inceſſit habitu; Nonnulli enim Medicorum moderni temporis quamvis univerſalem quandam curandi Methodum probè ſæpè teneant, ſpecifica tamen Medicamenta tam ſimplicia, quàm compoſita, quæ ſingulorum Morborum medelam ſpecificâ quâdam ac ſingulari poteſtate reſpiciunt, aut præfractè ignorant, aut temerè negligunt. Traditionum enim & experientiæ probatæ fructus præconceptis ſuis opinionibus & univerſalibus Magiſtralitatibus deſtruunt, addendo, aufferendo, & circà medicamina mutando; prout iis libitum fuerit, ita ſuperbè imperantes Medicinæ, ut Medicina non amplius imperet Morbo. In Purgantium & laxativorum numero ablatis pulvere diagrydii, gyalappæ, cremore Tartari, Tartaro vitriolato, &c. In Sudoriferis dempto cornu cervi vaporato, antimo-

nio diaphoretico; In Alexiteriorum Claſſe ſublatâ Theriacâ, Mithridatio & Diaſcordio; In Confortantibus confectione Alkermes & paucis aliis, ad nulla ferè Medicamenta ampliùs ſe religiosè ac ſeverè adſtringunt, exceptis jam recenſitis, quæ potiùs intentionibus illorum generalibus ſatisfaciunt, quàm ut accommodata & ſpecifica habeant ad ſpecialium morborum curationes particulares. Speciatim nullum Morbum magnoperè reſpiciunt, ſed rerum ſuarum ſategiſſe ſibi videntur, modò generatim venæ ſectionem, purgationem ſuadeant, obſtructiones aperiant, digeſtiones promoveant; intemperies corrigant; Hinc fit, ut Empirici & Vetulæ ſæpè Morbos feliciùs curent, Medicis eruditis, eò quod Medicamentorum compoſitionem fideliter & ſcrupulosè retineant. Vnde Franciſcus Baconus de Verulamio Libr. IV. de Augmento Scientiarum, plurimum, inquit, referre cenſemus, ſi Medici aliqui & eruditione & practicâ inſigniores opus aliquod conficerent de Medicinis probatis & experimentalibus ad Morbos particulares. Nam quod ſpecioſâ quis ratione nixus exiſtimet decere Medicum doctum [ habitâ ratione complexionis ægrorum, ætatis, tempeſtatis anni, conſuetudinum &c. ] potius Medicinas ex tempore aptare, quàm certis aliquibus præſcriptis inſiſtere; id fallax res eſt, & experientiæ non ſatis attribuit, judicio plus nimis. Medicos eos probamus, qui aut in magnâ eruditione traditiones experientiæ plurimùm faciunt, aut in Practicâ inſigni Methodos & generalia Artis non aſpernantur. Hiſce Ego Auro contrà carioribus monitis ductus ab ineunte multum jam ætatis Praxi meâ in hoc ſemper laboravi, ut experientiâ etiam probatas ad Morbos ſpeciales Medicinas ſaniori medendi methodo jungerem; Hiſce perſimilium præſentem THESAVRVM PHARMACEVTICVM ex variis conſtantem Remediorum formulis ad ſpeciales affectus tam internè, quàm externè directis, ſectionibus ac numeris interſtinctis adornavi. Sin minus omnia ad palatum, vel quid ſordium everrendarum ſit adhuc reſidui, ut DOMINVS LECTOR etiam, in quo ſe exerceat, habeat, corrigat velim, quæ ignota, indaget, quæ malè tradita, ſubvertat, & quæ falſa, abjiciat. De cætero, hæc omnia bono publico conſecrata, æqui boniq́ue conſulat, in criſi acumen & candorem, in uſu circumſpectam prudentiam afferat, & pro omnibus DEO ter Opt. Max. mecum gratias agat, qui faxit, ut omnia vergant in Nominis ſui gloriam, proximi ſanitatem, & meæ ergà omnes ac ſingulos debitæ obſervantiæ ſempiternam memoriam. Hiſce Te Divinæ commendo Tutelæ, me autem ſinceræ Tuæ affectioni.

*FRIDERICVS HOFMANNVS D.*

THESAVRVS

# THESAURUS PHARMACEUTICUS MEDICORUM NOSTRI SECULI PRINCIPUM.

## *SECTIO PRIMA.*

## DE AQVIS DESTILLATIS COMPOSITIS.

### *I. Aqua Apoplectica D. H.*

REc. fl. primul. veris. ℔ j.
Lavendul.
Stœchad. A. ana ℥ j.
tiliæ
bugloſſ. ana ℥ j ß.
anthos.
Nenuphar. ana ℥ ß.
Radic. pœon. recent.
caryophyllat.
irid. Fl. ana ℥ j.
Galang.
caryophyll. ana ʒ ij.
Croci Or. ʒ j.
Pom. Citri rec. num. ij.
raſur. ligni Saſſafras ℥ j ß.
Herb. majoran.
roriſmarin. ana M. ij.
Semin. fœnicul.
baſilic.
Coriandr.
Cardamom. ana ʒ iij.
Inciſ. & contuſ. groſſo modo affunde.
Aq. roriſmarin.
Vini generoſi ana ℔ iv.
Vaſe clauſo digerantur per 3 ☍. Poſtmodum adde ſucci recenter expreſſi ex fol. Salviæ.
Meliſſæ ana ℥ vj.
Spirit. Vini ℔ iv.

Denuo per 2. ☍ digerantur & deſtill. in MB ad ſiccitatem, fiat ſemel cohobatio, hinc per ſe in B. Aqua deſtilletur, ſeu rectificetur deſtillando ad tres partes & inſerendo roſtro alembici Moſchi. el.
ambræ gryſ. ana gr. v.
quartâ parte relictâ. Tandem omnia in vitro optimè clauſo ad uſum reſerventur.

#### *Vires, Uſus, Doſis.*

☞ [Hæc Aqua Apoplectica admirandæ eſt virtutis ad cerebrum & nervoſum genus confortandum. Ab apoplexiâ & paralyſi præſervat, & ab aliis capitis affectibus à dyſcraſiâ frigidâ ortis, ſive internè ſumatur, ſive extrà applicetur. Doſ. coch. j. ad ij. vel iij.

### *II. Aqua Apoplectica P. H. D.*

Rec. fl. Lil. convall. ℔ vj.
Vini generoſ. menſur. v.
deſtilla in B. Aquam deſtillatam infunde ſuper
fl. Lavendul.
anthos.
ſtœchad. Arabic.
Salviæ
tiliæ
primul. veris.
betonic. ana M. iij.
radic. pœon. rec.
caryophyllat. rec. ana ℥ iij.
herb. rutæ. M. j.
Majoran.
baſilic. ana M. iv.
Sem. erucæ. ʒ iij.
Nigell.
cubeb. ana ℥ j ß.
Macis.
Nuc. Moſchat.
caryophyll. ana ℥ j.
baccar. lauri. ℥ ß.
Vini generoſ. Menſur. iij.
Stent in digeſtione per 8 ☍, poſtmodum adde Aq. Lil. convall. ſuprà nominatam, deſtilla per XX. Aquam divide in duas p. æq.

Unam reſerva pro uſu & S. Aqua Apoplectica ſ. Caſtoreo. Alteram rectifica ſuper caſtorei ℥ j. in B. & S. Aqua Apoplectica c. caſtoreo.

### *III. Alia Ant-Apoplectica. H.*

Rec. fl. Lavendul.
anthos.
pœoniæ ana M. iij.
Lil. convall. M. iv.
primul. veris.
cheiri. ana M. ij.
Cinamom. el.
caryophyll. ana ℥ ij.
Nuc. Moſchat. ℥ j.
Macis.
galang.
Lign. aloës
Cubeb.
Cardamom. ana ℥ ß.
Cortic. Citri.
aurantior.
Scyllæ ana ʒ ij.
Aq. Ceraſ. nigr.
Sonchi ana ℔ ij.
Vini Rhen. ℔ vj.
Spirit. Vini Rhenan. ℔ iv.
deſtill. in MB.

### *IV. Aqua Ant-Epileptica. D. R.*

Rec. fl. Lil. convall. ℥ viij.
paralyſ. ℥ iij.
infunde in Vini Rhenan. ſ. q.
Stent infuſa per integram ſeptimanam in vaſe ſtricti orificii loco calido, deindè lento igne deſtilla per veſicam.

Rec. hujus deſtillat. ſ. q.
adde Aq. roſar. fr.
ceraſ. n.
fragor.
Meliſſ. cum vino deſtillat. ana ℔ j.
Vini Malvatic.
Spirit. Vini ana ℔ j ß.
Miſce, infunde & ſ. a. deſtilla, huic deſtillato adde
Cinamom. el.
Nuc. Moſchat. ana ℥ j.
Piper. long.
Cardamom.
Cubebar.
caryophyll. ana ʒ vj.
Sem. fœnicul. ℥ i ß.
radic. pæon. recent. ℥ j.
fl. Lavendul.
roriſmarin.
pæon.
Stœchad. Arab. ana ℥ j.
h. paralyſ. ℥ ij. ʒ ij.
Stent in infuſione per ♂ ♇, poſtea deſtilla per ſerpentem, & pro uſu repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Adhibetur contra Epilepſiam, vertiginem, lethargum, ſpaſmum &c. tam in ipſo, quàm extrà paroxyſmum in omni humidà & frigidâ aëris intemperie. Doſis eſt à cochl. j. ad ij.

*V. Aqua Arthritica D. C.*

Rec. Calam. aromatic.
galang.
cyper. rotund.
coſti aromatic.
pyrethri ana ʒ vj.
zinziber. ℥ ß.
h. roriſmarin. ℥ j.
ſalviæ ʒ vj.
Majoran. ℥ ß.
fl. chamomill. R. ʒ vj.
Stœchad. A.
thymi ana ℥ ß.
Nuc. Moſchat. ℥ iij.
Bacc. juniperi M. j.
groſſo modo contuſis adde ſp. vini Rhenan. ℔ iv. macerentur per 4 ♂ ♇ & deſtilla ex MB ad ſiccitatem.

*Vires, Vſus & Doſis.*

Frigidis articulorum affectibus medetur, nervos roborat, craſſos & viſcidos humores muſculoſo generi & juncturis impactos attenuat, diſcutit & reſolvit. Uſus Ejus eſt tam internus quàm externus in arthritide paralyſi &c. Doſis coch. j. vel ij.

*VI. Aqua Arthritica alia P. H. D.*

Rec. acervi formicarum num. j. affunde vini opt. Menſur. xij. deſtilla ſ. a. Poſtea:
Rec. Ciner. therris. M. iv.
primul. veris. M. vj.
bacc. juniperi ℔ ß.
fl. Calendul. M. vj.
betonic.
ſumbuc.
ſummit. arbor. vitæ.
fol. Lauri.
ſalviæ.
roriſm.
Ivæ arthetic. ana M. iv.
Cubebar. ℥ iij.
deſtilla iterum, poſteà infunde radic. pyrethri ℥ iij. ſtent in digeſtione & filtra.

*VII. Aqua Arthritica alia D. L. M.*

| | |
|---|---|
| Rec. Thuris. | Sal. ammoniac. ana ℥ j. |
| Maſtich. | ♁tari ℥ j ß. |
| Myrrh. | bacc. Lauri |
| Bdellii. | juniperi ana ʒ v. |
| ammoniac. | ⊖ol. Rom. ℔ j ß. |
| opopanac. | mellis ℔ ij. |
| mumiæ. | ſp. vini ℔ viij. |
| aluminis. | juniperi ℔ ij. |

digere triduo & deſtilla per ∴, cum duobus cohobiis: deſtillato adde
Caſtorei ℥ ß.
Camphor. ℈ iv.
Sp. ⊖lis. ʒ vj. M.

*Vires & Vſus.*

Dolorem arthriticum compeſcit cum petiis externè applicata.

*VIII. Aqua ad Ariduram.*

Rec. Semin. Urtic. minor. ℔ ß.
Raphan. ſylv. in taleol. ſect. ℔ j.
radic. ari
piper. long. ana ℔ ij.
affunde vini Malvatici vel Rhenan. opt. q. ſ. digere per 14 ♂ ♇, quotidiè bis & ter agitando, deſtilla per Alembicum & ſerva.

*Vires & Vſus.*

Linteo in hâc aquâ madefacto arida membra ad calorem bis vel ter in die fortiter frica.

*IX. Aqua Aſthmatica. D. P.*

| | |
|---|---|
| Rec. Radic. Enul. | rad. irid. Fl. |
| Tuſſilagin. ana ℥ ß. | liquirit. |
| gentian. ʒ iij. | uvar. paſſ. |
| caryophyll. | cum. dactyl. |
| zinziber. ana ʒ ij. | amygd. dulc. |
| bacc. Lauri excorticat. | pinear. ana ʒ iij. |
| gran. juniperi an. ʒ ij ß. | Scyllæ. ℥ ß |
| Cinamom. el. | Pulmon. vulp. ʒ ij ß. |
| Cardamom. ana ℥ ij. | Sem. fœnicul. ʒ ij. |
| h. Salv. | Caricar. n. iv. |
| majoran. | Mell. opt. ℥ j. |
| hyſſop. | Sacchar. ℥ viij. |
| marrub. | |

Contunde omnia & infunde in Vini Malvatic. ℔ ij. Aq. Vit. opt. ℔ iv. Stent in infuſione per aliquot ♂ ♇ in loco tepido vitro benè clauſo, poſtmodum deſtilla ſ. a.

*X. Aqua Aſthmatica alia D. R.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. enul. | Scillæ ana ℥ ß. |
| Tuſſilagin. | radic. ireos. |

liquirit.

liquirit.
gentian.
Cinamom.
Cardamom. an. ʒ j.
fol. Salviæ.
Majoran.
hyſſop.
Marrub. ana M. ij.
dactylor.
jujub.
Sebeſten.
amygdal. dulc. excortic. ana ʒ iij.
Pulmon. Vulpis n. ij.
Semin. fœnicul. ʒ ij.
Urtic. ʒ iij.
Caricar. nu. XIV.
Mellis ℥ j.
Sacchari ℥ j ß.
Vini Malvatic. ℔ v.
Sp. Vini ℔ j ß.
deſtilla ſ. a.

*XI. Alia pro D. S. B.*

Rec. radic. Enulæ
Tuſſilagin. ana ℥ ß.
ireos Fl.
glycyrrhiz. ana ʒ iij.
Scyllæ ℥ ß.
ficuum ℥ j.
bacc. Lauri
juniperi
alkekeng.
dactyl.
Pinear.
amygdal. dulc.
jujub.
ſebeſten.
prunor. dulc.
Pulmon. vulp. ana ʒ iij.
h. Salviæ.
hyſſop. ana M j ß.
zinziber. alb.
caryophyll.
cinamom.
cardamom. ana ʒ ij.
Mellis deſpumat. ℥ iij.
Sp. Vini aniſat. ℔ IV.
Vini Malvatic. vel Hiſpan. ℔ v.

Stent in infuſ. per diem, deinde deſtilla in MB. f. Aqua, cui adde Moſchi in ſyndon. ligati ℈ ß. Julepi roſarum vel Violarum ℥ IX.

N. Non adeò accurata eſt præcedentium trium Aquarum Aſthmaticarum compoſitio, Medicorum quorundam Noſtri ſeculi ob variorum ingredientium, utpote radic. tuſſilagin. liquirit. uvar. paſſar. dactyl. amygd. dulc. pinear. Pulm. vulp. caricar. Mell. Sacchar. jujub. ſebeſten. prunor. &c. deſtillationi ineptorum admixtionem; ideoque, ut harum elaboratio fiat concinnior & elegantior, ſolum ex balſamicis nec non ſpirituoſis volatilibus, omiſſis jam adductis, additio ſpiritu vini Aqua ſpirituoſa elicienda eſt; cui poſtea Saccharum, Mel, Syrup. de jujub. Sebeſt. Lohoch de paſſul. dactyl. item emulſiones amygdal. d. vel pinear. &c. addi poſſunt.

*Vires, Uſus & Doſis.*

Aſthma ex craſſis & viſcidis humoribus bronchias pulmonum obſidentibus ortum tollunt, & pulmonibus liberiorem reſpirationem conciliant. Unde anheloſi, ſive aſthmatici ſenes ſibi habeant recommendatos; Doſis cochl. j. vel ij. tam in paroxyſmo, quàm extrà paroxyſmum.

*XII. Aqua contrà Catarrhos.*

Rec. Summit. Serpilli campeſtr. recent. ſtatim in primo ejus flore q. v. affunde Vini Malvatici q. ſ. ut tres emineat digitos, inſolentur in cucurbitâ capaci firmiter clausâ per 14 dies aut circiter, tunc deſtilla, deſtillatum affundatur recentibus ſummitatibus, iterumque ut antea ad Solem digerantur, aut deſtillentur, tandem in quamlibet libram aquæ hujus infunde raſur. ligni Saſſafras ℥ ß. tempore uſus per inclinationem ſepara q. ſ.

*Vires, Uſus, Doſis.*

Valet in quovis catarrho, præſervat ab apoplexiâ, epilepſiâ, paralyſi &c. Doſis cochl. j. veſperi, quando catarrhi moventur.

*XIII. Aqua Cephalica interna D. P. H.*

Rec. fl. lil. convall. M. viij.
affunde Vini Rhen. ℔ ij. ſtent per 13 σ℘, poſtea adde fl. pœon. M. iij. iterum ſtent per 3 σ℘, poſteà in MB. deſtilla, in deſtillato infunde
fl. lavendul.
anthos.
ſtœchad. Arabic. ana M j.
caryophyll. ʒ ij.
Nuc. Moſchat. ʒ j ß.
Cubebar. ʒ j.
radic. pœon. rec. ℥ j.
Stent in infuſione, poſtea deſtilla, & deſtillato adde Ceraſ. n. ſylveſtr. enucleator. contuſ. M. j.

*Vires, Uſus, Doſis.*

In Hemicraniâ, cephalalgiâ, defluxionibus ex frigidâ causâ ortis conducit, Doſ. cochl. j. vel ij. veſpertino tempore.

*XIV. Aqua Cephalica Externa P. H. D.*

Rec. fl. lil. convall.
Sambuc.
roſ. alb. an. M. vj.
lavendul. M. ij.
fol. Solani M j ß.
Salicis. M. IV.
hyoſcyam. M. ij.
capit. papav. n. XX.
camphor. ʒ j.
cum aq. ſ. deſtilla, & reſerva Uſui.

*XV. Aqua Ocularis D. V. S.*

Rec. radic. ir. Fl.
caryophyllat. ana ℥ j.
valerian. min. ℥ ß.
pœon. rec. ʒ iij.
fol. thymi
ſerpilli
citri ana M. iij.
Pulegii M. j ß.
fl. roſ. r. M. ij.
borrag.
bugloſſ.
roriſm.
lil. convall. ana M. j ß.
Sem. Siler. montan.
paſtinac. ſylv. ana ℥ j.
ocymi ʒ ij.
fœnicul. ℥ j.
Nuc. Moſchat. ℥ j ß.
Macis ℥ j.
cubebar. ℥ ß.
cardamom. ℥ i ß.
cinamom. ʒ vj.
Aq. Vitæ ℥ v.
Nuc. Moſchat.
lavendul. ſ. v. an. ℥ IV.
Vini Malvatici ℔ j.
Deſtilla in MB. adde Moſchi el.
ambræ gryſ. ana gr. iij.
julep. roſar. ℥ IV.
ſtent per 8 σ℘. deinde ſepara.

*XIV. Alia Aqua Ocularis Ejuſdem.*

Rec. radic. ir. Fl.
pœon. rec.
Calam. arom. ana ℥ ij.
h. Betonic.
euphraſ.
Verben.

chelidon.
ſalviæ.
fl. roriſm.
cyani
lil. convall.
tiliæ
primul. veris.
lavendul. an. M. j.
ſpic. indic. ℥ß.
Sem. fœnicul.
aniſi
carui,
filic. montan.
peon.
Coriandr. an. ʒvj.
macis
caryophyll.
cortic. citri an. ʒiij.
Bezoar
caſtorei an. ʒij.
Sp. vini ℔iij.
vini malvatic. vel Hiſpanic. ℔vj.
ſtent in vitro benè clauſo per 3. ☌ ♁ loco calido, adde.
Aq. euphrag.
benedic.
ſalviæ.
meliſſ. an. ℥iiiß.
tiliæ
lil. convall.
peon.
ceraſ. n. an. ℥iiß.
M. & deſtilla in MB.

*Vires, Uſus, Doſis.*

In omnibus oculorum affectibus à quacunque cauſa ortis ob vim ſpecificam ophthalmicam hæ aquæ commendantur. Doſ. cochl. j. vel ij mane & veſperi.

## XVII. *Aqua Hypnotica Ejuſdem.*

Rec. radic. cichor. M. j.
caryophyllat. ʒij.
fol. betonic. M. ij.
fl. roſ. r.
violar. an. M. iij.
borragin.
Nymph. an. M. j.
Semin. cucumer.
cucurbit. an. ʒij.
Portulac.
lactuc. an. ʒß.
Papav. alb. ʒij.
nigri ʒß.
Aq. fontan. ℔xv. infunde per hor. 3. deſtilla per MB.

## XVIII. *Aqua Hypnotica Alia Augustanorum.*

Rec. Sem. papav. alb. & nigr. an. ℔ß.
Lactuc. ʒij.
Portulac. ʒj.
quatuor frigid. major. an. ℥ß.
cortic. mandragor. ʒiij.
macis
nuciſt. an. ʒij.
croci Or. ʒj.
fl. Nymph.
violar.
papav. alb. an. M. j.
Opii præparat. ʒvj.
Capit. papav. n. xxx.
infunde bidu̅o in aq. lactuc. ℔iiij.
Nymph.
roſar. an. ℔iiß.
papav. err. ℥ix. & deſtilla.

N. Cum nec harum Aquarum compoſitio Medicorum quorundam noſtri ſeculi concinna ſit, dum quædam ingredientium, ut radic. cichor. &c. deſtillationi inepta; quædam ut ſemin. cucumer. cucurbit. portulac. &c. virtutem ſuam MB. deſtillationem eſſicientem non communicant, niſi alia via ac modo procedamus, commodior erit, ſi ſequenti modo ſiat præparatio.

Rec. Aq. Lactuc. fl. Nymph. alb. papav. erratic. roſar. an. ℔ij.
Vini Malvatici ℔iij.
His mixtis immerge Sem. papav. alb. & nigr. an. ℔ß.
Lactuc. ℥ii.
Portulac. ℥j.
4. frigid. major. an. ℥ß.
prius in mortario probè & minutiſſimè contuſa, addita ſ. q. aquarum prædictarum & Vini Malvatici, poſtea adde.
Pomorum Mandragoræ rec. n. x.
Opii Theb. ʒvj.
facta fermentatione per 15. ☌ ♁, adde tandem
Macis
Nuciſtæ an. ʒij.
croci Or. ʒj.
deſtilla ex MB. binis vicibus cohobando. Aqua pro uſu ſervetur.

*Vires, Uſus, Doſis.*

In omnibus diuturnis vigiliis ac quibusvis doloribus & morbis calidis auxiliatur. Refrigerat, conciliat & humectat. Doſis cochl. j. vel ij. tempore veſpertino.

## XIX. *Aqua Antiphthiſica D. D. W.*

Rec. Cap. deplumat. & evisceratum n. j.
Pulm. hepar & cor vituli an. n. j.
ſpec. decoct. fl. & fruct. ʒij.
radic. Cichor.
Tarax.
fœnicul.
Petroſelin.
aſparag.
ebuli
Lign. Saſſafras
Santal. citrin. an. ℥ß.
h. capill. nobil.
pulmonar.
ſcolopendr.
cichor.
endiv.
Veronic.
ſcabioſ. an. M. j.
fl. borragin.
bugloſſ.
roſ. r.
lil. convall.
violar. an. M. ß.
Semin. portulac.
melon.
Cucumer.
Cichor.
papav. alb.
aniſi an. ʒiij.
Cortic. Citri.
pulmon. vulp.
Spec. Lapid. ʒiiß.
Cinamom. ℥ß.
Cardamom.
Macis
Ligni aloës an. ʒij.
Spec. diambr.
diarrhod. Abb.
diaxyloal.
diamarchit. dulc. an. ʒj.
Croci Or. ʒß.
incil. & contuſ. infunde in Vini Rhen. ℔vj.
Aq. Veronic.
endiv.
cichor.
Scolopendr.
roſar. an ℥x.
Stent per ☌ ♁, poſtea ℞la.
Nota. Capo & Pulmo vituli coq. in lacte caprino vel humano & cum ſpeciebus, poſtmodum ℞lentur.

*XX. Aqua Antiphthiſica Alia T. M.*

Rec. carnis porcin. ℔vj.
Aq. fontan. ℔xij.
bulliant ad tertias, adde in fine
Farfar.
pulmonar.
betonic. M. ß.
rad. liquirit. raſ. ℥ij.
Pinear. ℥iiß.

Factâ leni ebullitione deſtilla in MB vaſe vitreo, & ſervetur pro uſu.

*XXI. Alia D. S. B.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. enulæ. | ficuum ping. ℥iij. |
| tuſſilagin. an. ℥j. | Pulmon. vulp. ℥vj. |
| ireos Fl. | h. Salv. |
| glycyrrhiz. an. ʒvj. | marrub. |
| ſcyllæ ℥j. | majoran. |
| bacc. Lauri | roriſmarin. |
| juniperi | hyſſop. an. M. ij. |
| alkekeng. an. ℥vj. | zinziber. alb. |
| fruct. dactyl. | caryophyll. |
| Pinear. | cinamom. |
| amygd. dulc. | cardamom. an. ℥ß. |
| jujubar. | Mell. deſpumat. ℥vj. |
| ſebeſten. | Sp. vini opt. ℔ viij. |
| prunor. dulc. an. ʒvj. | Vini Malvatic. ℔ x. |

Stent in infuſ. per 24. hor. Poſteà deſtilla in MB. adde julep. roſar. ℥xviij.
Moſchi opt. in pet. ligat. ℈j. reſerva in vitro optimè clauſo.

*XXII. Alia F. S. S. D. M. A.*

Rec. Aq. violar. ℔ iij.
ex fl. & fol. Salviæ.
Seri lactis caprin. depurat.
per ſucc. lim. an. ℔iß.
Pulmon. vitul. n. iv.
Hepat. eorund. n. ij.
Carnis capon. junior. cum oſſ. contuſ. n. ij.
Hepat. gallinar. n. xij.
Pulmon. vulp. rec. n. ij.
Incide omnia minutim & deſtilla aquam ſ. a. in MB.
Huic Aquæ adde ſanguinis porcelli anni dimidii ℔iiß
Lactis aſini.
caprilli an. ℔ ij.
ſucci depurati pulmonar. primæ
Matthiol.
auricul. muris.
botryos. an. M. iv.
Caudar. cancr. fluviat. n. xxx.
Limacum è ſuis teſtis extr. n. xx.
fl. roſ. rubr.
Hordei cum cortic. an. p. vj.
fl. viol.
borragin. an. p. iv.
Pomor. dulc. App. n. xii.
citri
aurant. an. nu. j.
radic. conſolid. maj.
alth. an. ℔j.
chinæ elect. minutim inciſ.
liquirit. an. ℥iv.
ſantal. rubr. ℥iij.
Micæ panis albiſſ. ℔iß.
pinear. mund. rec.
piſtac. an. ℥v.
Medull. Nuc. indic. ℥iv.
ſpec. diamargarit. fr.
calid. an. ℥ß.
Croci Or. ℈ij.

Infunde omnia in ſuprà dictâ Aquâ Magiſtrali & ♌ là ſ. a. Doſis eſt ℥ij. ad iv. cum julep. violar. ℥ß. gutt. ij. ſp. 🜂ris.

N. Quatuor iſtæ aquæ jam allatæ antiphthiſicæ, quorundam Medicorum noſtri ſeculi principum etiam effœtæ & nomine ſanè indignæ ſunt, tum ob nimiam diverſorum ingredientium farraginem, conglomerationem & inconvenientem doſin, tum quorundam ad deſtillationem ineptorum admixtionem, ut & in præſentiarum virgulam cenſoriam non ſubterfugere queant. Quid à capon. deplumat. & eviſcerat. carnis, pulmonum, hepatis, & cordis vitulini, pulmon. vulpis, hepatis: Lupi, carnis porcinæ, hepat. gallin. Sanguinis porcelli, lactis aſini, caprilli, limacum &c. deſtillationibus præter nudam elementarem humiditatem ſive gas aquæ eſt expectandum? quid ſuppeditant radic. cichor. tuſſilagin. taraxac. aſparag. chinæ liquirit. conſolid. maj. alth. Sem. portulac. melon. cucumer. papav. alb. Cichor. pinear. amygd. deſtillata, niſi aquam effœtam? quem in finem ſpec. diambr. diarrhod. Abbat. diaxyloal. diamoſch. dulc. Croc. &c. adduntur, niſi ut divitum crumenas evacuent? Eâdem abſurditate ſcatent admixti fructus dactyl. jujub. ſebeſten. ficus, prun. dulc. cum Melle & Saccharo, quæ ne ullam quidem perceptibilem qualitatem aquis deſtillatis impertiuntur. Quapropter ſatius eſt ex omnibus hiſce ad deſtillationem ineptis decocta infuſa emulſiones, conſervas &c. conficere, ſapore & odore jucunda, atque ita poteſtates medicamentorum quæ clamant ad cœlum, quaſi fruſtrà veniſſent, ita deperdere & frivolè vulcani inclementiæ exponere.

*XXIII. Aqua Cordialis Frigida D. V. S.*

Rec. Semin. Citri. ℥j.
acetoſ. ʒiij.
fl. violar. M. iv.
borragin.
bugloſſ. an. M. iij.
roſar. M. ij.
Inciſ. & contuſ. infunde in ſ. q. aq.
roſar. Opt. ℔iv.
borrag. ℔iij.
bugloſſ.
Nymph. an. ℔iß.
Stent in infuſ. in loco calido per 4. ☿ deinde adde
ſucci mali citri depurat. ℥viij.
granator. dulc. ℔j.
pomor. dulc. acid. an. ℔ß.
Limon.
cydon. a. ℥iv.
croci Or. ℈ß.
Deſtilla △ lentiſſimo, adde in fine aq. Cinamom. borraginat. pone ad conſervandum pro uſu.

N. Nec dicta Aqua ſuis caret ſcrupulis: Nam ex ſemin. Citri acetoſ. nihil ſcopo tuo ſatisfaciens per ſtillationem elicies; quid vitium præſtabit ſemiſcrupulus Croci? ſuccorum nonnullorum acidorum aciditas pariter non elevatur, ſed in reſiduo manet, quæ tamen

tamen in hâc aquâ maximè deſideratur. Ideoque ſequens Aqua cordialis frigida rationi magis conformis erit:

Rec. Aq. fl. violatum Martial. ℔ij.
borragin.
bugloſſ. an. ℔j.
roſar. fr. ℔iv.
Nymph. ℔iß.
His aquis immerge
cortic. tenerr. citri ℥iv.
cinamom. el. ℥iij.
croci opt. Or. ʒiij.

factâ brevi maceratione deſtilla per B. vaporoſum ad ſiccitatem. In hujus aquæ uſu tunc addi poteſt ſuccus citri rec. expreſſ. vel granator. vel lim. &c. q. ſ.

### *XXIV. Aqua Cordialis ex Corde Cervi.*

Rec. Cor. cervi recens, ſcindatur in partes minores, lavetur ex vino optimo & purgetur bene à ſanguine concreto, huic adde raſur. ligni ſaſſafras ℥j.

| | |
|---|---|
| caryophyll. | roſ. r. |
| Nuc. Moſchat. an. ʒiiiß. | viol. Martial. an. M. ß. |
| gran. paradyſ. ʒij. | borrag. p. iij. |
| Cardamom. | ſummit. Meliſſ. M. iiß. |
| galang. | Semin. Citri. |
| calam. arom. an. ʒiiß. | Sinapi alb. an. ʒj. |
| fl. anthos. | Spec. el. de gemm. fr. ℈iv. |

Miſce omnia ac indantur vaſi vitreo, affunde vini malvatici canthar. vj. Deſtilla lento △ne ex organis vitreis.

### *XXV. Aqua Cordialis Alia ex corde Cervi. D. G.*

Rec. Cordis Cervi n. j. ſcinde in partes abjectâ pinguedine & infunde in vini malvatici ℔ij.

| | |
|---|---|
| Aq. roſ. | Caſſ. lign. an. ʒiß. |
| borrag. | macis. |
| bugloſſ. | galang. |
| Nymph. an. ℥viij. | ſem. citri an. ʒj. |
| Succi Citri | ſantal. citrin. ʒj. |
| aurant. | ſpec. lætific. Rhaſ. |
| pomor. acid. | Diamargar. fr. |
| dulc. an. ℔ß. | de gemm. fr. an. ℈ij. |
| cydon. ℥viij. | fl. roriſm. |
| Ligni ſaſſafr. ʒvj. | roſar. r. |
| Cinamom. ℥ß. | violar. |
| caryophyll. | borragin. an. M. ß. |
| Nuciſt. an. ʒij. | ſyrup. caryophyll. |
| Cardamom. | rub. id. an. ℥iij. |
| Cubeb. | |

Stent in infuſ. per 3. ♂ ♀: poſteà fiat deſtillatio.

N. Nec dictæ Aquæ virgulam cenſoriam defugiunt: Notum enim eſt primò ex partibus animalium ita ſimpliciter deſtillatis nudam aquam elementarem, niſi ſpiritu ſuo vivifico adhuc turgeant, deſtillari; deinde quem in finem prius ex vino laventur in partes minores conſciſſæ & à cruore purgentur ante deſtillationem. Tertiò addito ſpecierum el. de gemm. frigid. lætificat. Rhaſ. diamargar. fr. &c. ita conglomeratarum inutilis & ſupervacanea eſt. Quartò ſuccorum virtus ſuper alembicum non elevatur, ſed in reſiduo manet. Quintò inepta etiam & abſurda ſyruporum admixtio. Ideoque ſequens deſcriptio Aquæ cordis cervi præſtantior videtur.

Rec. Cordium Cervinorum adhuc calidorum prout ex occiſis jam cervis ſunt deſumpta cum ſanguine q. v. Immergantur Balneo vaporoſo & protinus aptato capitello ſeu alembico deſtillentur in receptaculum capitello arctiſſimè unitum ad omnimodam ſiccitatem, Aquæ deſtillatæ adde pro quâvis ejus librâ ſalis ♀tari ʒij. atque in vitro optimè munito ſerva. Poſtea accipe corda à deſtillatione relicta, ac retortæ immitte, deſtilla igne aperto per gradus & tandem igne violentiſſimo in vas vitreum recipiens uſque ad cordium totalē combuſtionem, & humiditatis radicalis expulſionem. Hoc labore peracto, oleum fœtidum à liquore egreſſo & ſale volatili libera, & rectifica ſeorſim per phiolam oblongam ſuo capitello munitam. Huic liquori rectificato adde Spiritus vini malvatici ſ. q. Aquæ Cinamom. Caryophyll. Saſſafras. Nuciſtæ ana q. ſ.

fl. roriſmarin.
Summit. Meliſſ.
roſ. r. an. M. ij.
Cardamom.
cubebar.
Caſſ. lign. an. ʒiß.
galang.
Calam. arom. an. ʒiiß

per alembicum vitreum deſtilla ex MB. ad ſiccitatem additarum ſpecierum & quidem in præmiſſam antè à cordibus deſtillatam & ſale ♀tari imprægnatam Aquam.

### *XXVI. Aqua Cordialis Confortans P. H. D.*

Rec. raſur. Ligni Rhod.
cinamom. acut.
ſaſſafras an. ℥iij.
Cortic. Citri rec.
aurantior. rec. an ℥j.
Macis.
caryophyll. an. ℥ij.
fol. Citri.
Meliſſ. an. M. vj.
fl. roſ. r.
lil. convall.
tunic.
lavendul.
borragin.
bugloſſ.
Violat. Martial. an. M. v.
Succi pomor. Borſdorff. ℔iv.
Vini generoſ. opt. q. ſ.

Stent vaſe optimè clauſo in digeſtione per 14. ♂ ♀. Poſtmodum deſtilla lento B. calore. Roſtro capitelli impone.

Croci Or. ℈ij.
ambræ gryſ.
Moſchi an. gr. iij.
Zibeth. gr. iv. omnibus in petia ligatis.

### *XXVII. Aqua Damaſcena Hamburgenſium.*

| | |
|---|---|
| Rec. Aq. roſar. fr. ℔ii. | Cortic. Citr. rec. ℥ß. |
| Cordial. Norinb. ℔j. | Ligni Rhod. ʒvj. |
| ſpirit. roſar. ℥iij. | caryophyll. |
| Eſſent. lavendul. ℥iß. | Cinamom. an. ʒiij. |
| Vini Malvatic. | Santal. Citrin. ʒij. |
| Aq. vit. opt. an. ℥j. | Benzoi ʒiij. |

Stent in digeſtione vaſe clauſo per octiduum, poſteà deſtilla, & roſtro impone Moſchi in pet. ligat. ℈j.

*Vires, Uſus & Doſis.*

Hæc aqua in Virium diminutione, cordis debilitate, ubi ſpirituum vitalium refectione opus habemus, magnarum eſt virium. In Senibus interne doſ. cochl. j. Externè etiam pulſibus cum linteis applicari poteſt.

*XXVIII. Aqua Mirabilis & divina ferè virtutis, ſenio confectos quaſi rejuveneſcere faciens, etiam vulnera & ulcera ſanans, O.B.*

| | |
|---|---|
| Rec. caryophyllor. | Nuc Indic. |
| zinziber. | maſtich. |
| cortic. citri. | aloës epatic. |
| thuris. | fl. anthos. |
| Majoranæ. | ſalviæ |
| gentianæ | roſ. alb. |
| roſar. r. | acori veri |
| chamædr. | angelic. |
| Sem. anethi | aniſi |
| gran. Piper. | Piper. longi. |
| calamenth. | Croci. |
| galangæ. | Cubeb. |
| Origani. | Filicis |
| caryophyllat. | ocymi. |
| fl. cheiri | fl. ſambuc. |
| ſtæchad. Arabic. | cardamom. |
| radic. coſtin. | Ladani |
| Nuc. Moſchat. | Uvar. paſſar. ana ℥j. |
| meliſſæ. | Ambræ |
| cortic. aurant. | Moſchi an. gr. vj. |
| baccar. Lauri | pulp. dactyl. |
| pulegii | amygdal. dulc. |
| chamæpyth. | ficuum |
| Ligni paradyſ. | gran. pœoniæ an. ℥vij. |
| Menthæ acut. | Mellis puri ℥vj. |
| cinamom. | ſacchari ad pondus omnium. |
| pulegii ſylv. | ſpiritus vini ex vino rubro opt. & rectific. Menſ. XV. vel q. ſ. |
| filipendul. | |
| bacc. juniperi. | |
| ſpicænard. | |
| matricar. | |
| zedoar. | |

Modus præparandi.

Contundantur omnia groſſo modo & macerentur per 2. ☍, tum deſtilla per alembicum primo lento △ne per diem, ▽am claram & pellucidam ſeorſim in receptaculo ſerva; poſtmodum adaptato alio recipiente deſtilla per 8 ℥ donec aqua quadantenus coloretur, hanc iterum in recipiente ſeorſim aſſerva. Tertium tandem receptaculum adde, deſtilla ultimò ▽am rubicundiſſimam.

*Uſus.*

Primæ & Secundæ deſtillationis Aqua virtute ferè conveniunt, ſecunda tamen paulo efficacior eſt ſequentem ad uſum. Vulnera ac ulcera omnia, cancrum, fiſtulas brevi ſanat, ſi quotidiè ter primâ & ſecundâ aquâ humectentur aut laventur. Contrà ſpaſmum & contracturas externè illita juvat. Item à Calculo liberat, confortat memoriam, ſiſtit dentium dolores, aurium dolorem & auditum deperditum reſtituit, in morbis colli ac faucium pro gargariſmate uſurpata confert. Tuſſi & hydropi medetur quotidiè jejuno ſtomacho ad cochleare ſi ſumpta. Tempore peſtis egregium eſt præſervativum, pluresque alias habet virtutes incomparabiles. Tertia verò Aqua rubicunda gradu adhuc præſtantior eſt, Lepram, phthiſin, hydropem, podagram, iſchiaticam, Luem ♀neream &c. curat, ſi manè ſingulis diebus ad cochl. iſs. uſurpetur.

N. Verum hæc Aqua compoſita potiori jure incompoſita & confuſa ingredientium ſimplicium congeries dicenda erit, adeò abſque ullo ordine & convenienti ſimplicium doſi concinnata eſt, additis inſuper nonnullis minus neceſſariis & ad deſtillationem ineptis, qualia v. g. pulp. dactyl. amygd. dulc. ficuum, mellis, ſacchari &c. quare omiſſis his videtur ſeq. modo melius elaborari poſſe.

| | |
|---|---|
| Rec. radic. gentian. | Oliban. |
| coſti | Maſtich. |
| zedoar. | Ladan. |
| acori veri. | Aloës epatic. an. ℥ß. |
| caryophyllat. | h. Majoran. |
| angelic. | chamædr. |
| pœon. rec. an. ℥j. | calamenth. |
| Semin. anethi. | Origan. |
| ocymi | Meliſſ. |
| aniſi an. ℥ß | pulegii. |
| gran. piper. | chamæpyth. |
| piper. long. | Menthæ acut. |
| cubebar. | puleg. ſylv. |
| cardamom. an. ʒij. | filipendul. |
| Cortic. Citri. | ſpicænard. |
| aurant. an. ʒiij. | matricar. an. M. ij. |
| Ligni paradyſ. ℥ß. | fl. roſ. r. & alb. |
| caryophyll. ʒij. | cheiri. |
| Cinamom. ʒvj. | ſtæch. A. |
| Nuc. Moſchat. | anthos. |
| indic. an. ʒij. | ſalviæ. |
| zinziber. ʒiß. | Sambuc. an. M. j. |

Spiritus Vini q. ſ. rectificatiſſ. ſtent in infuſ. per 14. ☍ continuos in loco moderatè calido, & poſtmodum deſtilla per XX.

*XXIX. Aqua Magnanimitatis. K.*

Rec. Spirit. Vini ter ſuper formic. ſ. q. rectificat. Menſur. iv. adde herb. Meliſſ. M. iij.
Cortic. Citri flav. ℥ß.
Cinamom. el. ℥ß. ʒij.
Caryophyll. ℥ij.
Cardamom.
cubebar. ā ʒvj.
radic. zedoar. ℥ij.
Maſtich.
ſtyrac. calam.
benzoi. ā ℥jß.

Stent in digeſtione per 8. ☍. & deſtilla, roſtro alembici impone Moſchi ℈ß.

N. Formicæ colligantur ☽ creſcente circà ſolſtitium æſtivale in Iunio die ſerenâ in cucurbitam, in quâ fruſtum caſei repoſitum, ubi ſufficientem earum copiam habueris, baculo exime acuto caſeum & ſuperfunde ▽ ad eminentiam 2. digitorum & deſtilla, in ſpiritu deſtillato aliæ formicæ digerendæ & deſtillandæ iterum, ſic accipies ſpiritum fortiorem

*XXX. Aqua Virtutum D.R.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. ireos ℥ij. | Cortic. Citr. |
| galang. | Cinamom. ā ℥iß. |
| zedoar. | Nuciſt. |
| cyperi āā ʒvj. | Macis. |
| | zinzibel. |

| | |
|---|---|
| zinziber. | pulegii. |
| croci an. ℥iß. | Serpill. |
| caryophyll. ℥ß. | Majoran. |
| Ligni Rhodii. | fl. quatuor. Cordial. á. M. ß. |
| Maſtich. | tunic. |
| Santal. Citrin. an. ʒiij. | lavendul. |
| Cardamom. utr. an. ʒj. | Salviæ an. M. j. |
| h. Calaminth. | Vini Rhenan. ℔vj. |
| Meliſſ. | Aq. roſar. ℔iv. |
| roriſmarin. | Sp. Vini. ℔ij. |

Digere triduo & deſtilla.

N. Author hujus compoſitionis addit corda porcorum demptâ pinguedine & in taleolas conſciſſa n. iij. De his quid judicandum vide ſuprà.

### *XXXI. Alia Aqua Virtutum Hamburgenſium.*

| | |
|---|---|
| Rec. fl. roriſm. | Santal. Citrin. |
| Meliſſ. | Rhodii an. ʒiß. |
| baſilic. | caryophyll. ʒij. |
| pulegii. | Nuc. Moſchat. ʒjß. |
| Serpill. an. M. j. | croci |
| Carn. cydon. | ſpic. indic. |
| Cortic. Citr. rec. an. ℥j. | celtic. an. ʒj. |
| Ligni aloës. | |

Inciſ. & contuſ. infunde in aq. roſar.
Sp. Vini opt. an. ℔jß.
Acet. roſar. ℔j.
Stent in infuſ. per 3. ♂ ♀ in loco tepido, poſteà deſtilla in MB. in liquore diſſolve vel ſuſpende Moſchi q. ſ. pro grato odore.

### *XXXII. Aqua Vitæ pro Mulieribus Altenburgenſium.*

| | |
|---|---|
| Rec. Macis. | h. meliſſ. |
| Nuciſtæ | ſalviæ |
| cardamom. utr. | fœnicul. |
| caryophyll. an. ℥j. | ſerpilli |
| cinamom. | majoran. |
| galang. | anſerin. an. M. j. |
| macropiper. zinziber. | menthæ. M. ß. |
| zedoar. ℥ß. | Vini Rhen. ℔vj. |

Infunde 6. ♂ ♀ & poſtmodum deſtilla.

#### *Vires, Uſus, Doſis.*

In affectibus ventriculi & uteri frigidis, veluti colicâ flatulentâ ſuffocatione uterinâ &c. admirandæ eſt energiæ, doſis cochl. j. vel ij.

### *XXXIII. Aqua Vitæ peſtilentialis Altenburgenſium.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic tormentill. | erucæ ʒj. |
| dictamn. | fl. borrag. |
| pimpinell. | bugloſſ. |
| gentianæ. | ſcabioſ. an. M. jß. |
| biſtort. | anthoſ. M. ß. |
| ſucciſæ. | Santal. alb. |
| valerian. | rubr. |
| zedoar. | xyloaloës |
| oſtrutii an. ʒj. | Nuc. vomic. an. ʒij. |
| vincetoxic. ʒvj. | Cortic. citri. ʒiij. |
| angelic. ℥ß. | Cinamom. ℥j. |
| doronic. ʒj. | croci ʒj. |
| ſcabioſ. ℥ij. | mithridat. ℥j. |
| marrub. ʒij. | Theriac. ℥ij. |
| Semin. acetoſ. | Spiritus vini ſ. q. infunde |
| citri an. ℥ß. | per noctem & deſtilla. |

N. Hujus aquæ vitæ peſtilentialis compoſitio minus etiam accurata, admodum inconcinna eſt, radices enim nonnullæ, quales v. gr. tormentill. biſtortæ, ſucciſ. Semina item acetoſ. Citri &c. utpote quarum virtus materiæ terreſtri nimis immerſa, nec quippiam in deſtillatione per alembicum tranſmittunt, ſive lento ſive fortiori igne per B. vel ∴ deſtilles, nil prorſus genuinæ virtutis, ſed humiditatem elementarem præbent. Eidem cenſuræ & expoſita Theriaca & Mithridatium, à quibus parum etiam elevatur, dum mel ſubſtantiæ medicamentoſæ per deſtillationem extrahendæ non parum impedimenti affert. Quapropter ex reliquis balſamicis ſaltem dicta Aqua conficienda & ex reſiduis extractum conficiendum; quod Aquâ nuptum præſtantiorem habebit effectum.

### *XXXIV. Aqua Bezoardica Altenburgenſium.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. enulæ. | Cinamom. |
| tormentill. | caryophyll. |
| pimpinell. | macis. |
| dictamn. | galang. |
| vincetoxici | cardamom. an. ʒß. |
| valerian. | zedoar. |
| leviſtici. an. ʒij. | cortic. citri an. ʒij. |
| h. Rut. | Sem. acetoſ. ʒjß. |
| ſalviæ an. M. j. | CC. crudi ℥ij. |

Infunde in ſp. vini malvatici
vini malvatic. per ſe an. ℔jß.
add. Theriac.
Mithridat. an. ℥ij.
aceti vini ℥ix. deſtilla.

N. Hujus animadverſionem pete ex ſuperioribus.

### *XXXV. Aqua Bezoardica temperata D. F. H.*

Rec. pom. citri recent. & ſucculent. num. vj.
ſuccus exprimatur, eique adde cortices prædictos
Citri ſeminibus excluſis, adde ſucci ſcordii ℔jß.
acetoſ.
rutæ caprar.
ſcabioſ.
card. b. an. ℔ß.
balſamicorum ingredientium theriac. an. q. ſ.
deſtilla in MB.

Hujus aquæ doſ. eſt ℥j. per ſe vel cum aliis liquoribus permixta.

### *XXXVI. Aqua Stomachalis P. H. D.*

| | |
|---|---|
| Rec. Maſtich. ℥iij. | ſcyllæ ℥j. |
| Macis ℥ß. | Cortic. Citri. |
| caryophyll. | aurantior. an. ℥j. |
| galang. an. ℥j. | radic. aron. ℥iij. |
| zinziber. ℥ß. | caryophyll. |
| calam. arom. ℥iv. | pimpinell. an. ℥iij. |
| zedoar. ℥j. | Cinamom. ℥jß. |
| Sem. Coriandr. | Nuc. Moſchat. ℥j. |
| aniſi | Succi cydonior. ℔j. |
| fœnicul. an. ℥jß. | Sal. abſinth. ℥ß. |

Vini generoſ. opt. q. ſ. ſtent in digeſtione per 14. ♂ ♀. Poſteà deſtilla, ex reſiduis ſpeciebus f. Extractum.

### *XXXVII. Aqua contrà Colicam. D. D. B.*

Rec. fl. Chamæmel. R.
Sambuc.
fol. Menth.

rubiæ

rubiæ exſiccat. an. M. iij.
bac. juniperi rec. ℥ijß.
Lauri excorticat. ʒvj.
Sem. cymin. ℥j.
anisi.
fœnicul. an. ℥ß.
Calam. arom. ver. ℥jß.
flaved. cortic. aurant. ℥iij.
Cinamom. el. ʒvj.
galang. ʒiij.
zedoar. ʒijß.

Pulveriſ. omnia tenuiſſimè, aſperge Sp. ⊕ ʒjß. Poſteà infunde vini Malvatic. Menſur. iijß. Stent per ♂ ♀. 2. in MB. ac digerantur lento △ne, vaſe benè munito deſtilla per cineres XX △ne leniſſimo. Ex fæcibus fiat Extractum.
Doſis ℥ß. vel ℥j.

*XXXVIII. Alia Aqua Anti-Colica. T. H. D.*

Rec. ſem. fœnicul.
carui.
aniſi an. ℥ij.
petroſelin. Mac. ℥ß.
fl. chamæmel. R.
ſambuc.
ſumm. abſynth.
centaur. min. an. M. iv.
fol. Menth.
Origani.
pulegii an. M. iij.
Cortic. Citri.
aurant. an. ℥ij.
bacc. juniperi.
lauri an. ℥j.
Cinamom. el. ℥jß.
caryophyll. ℥j.
Sp. Vini optimi q. ſ. Stent in digeſtione poſteà deſtilla.
Ex ☹ fiat Extractum,

*XXXIX. Aqua Anti-hypochondriaca D. D. S. Aperitiva.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. polypod. ℥iij. | chamædr. an. p. iij. |
| cichor. | Sarſ. paril. ℥iij. |
| petroſelin. | Ligni Saſſafras ℥jß. |
| aſparag. an. ℥jß. | Sem. 4. fr. maj. an. ʒiij. |
| rubiæ tinctor. | apij. |
| oxylapathi. | aniſi. |
| centaur. maj. | petroſelin. |
| ſcorzoner. an. ℥j. | citri. |
| Cortic. radic. cappar. | naſturtii an. ʒjß. |
| Thamariſc. | troch. de eupator. |
| fraxin. | rhabarb. el. an. ℥ß. |
| citri. an. ʒvj. | Santal. Citrin. |
| h. eupator. M. jß. | Calam. arom. |
| agrimon. | Phu Pontic. an. ʒjß. |
| ſcolopendr. | fl. Cordial. |
| endiv. | lupul. |
| Meliſſ. fumar. | Nympheæ an. M. j. |
| cuſcut. an. M. j. | Sambuc. M. ij. |
| centaur. min. | Croci Or. |
| abſinth. | Spic. indic. an. ℈j. |

Incidenda incidantur, reliqua contundantur & infundantur in
Aq. endiv.
agrimon.
cuſcut.
borragin.
bugloſ.
Meliſſ.
Naſturtii an. ℔jß.
Vini Rhen. ℥ix.
Sal. ♀tari ʒij.

Stent in infuſ. per octiduum in loco calido vaſe clauſo, agitentur quotidiè, poſteà deſtilla per MB.

*Vires, Uſus & Doſis.*

Maximæ eſt virtutis in reſerandis venarum meſaraicarum obſtructionibus ex materiâ tartareâ oriundis unde in malo hypochondriaco, ſcorbuto & cachexiâ virginum mirandæ eſt efficaciæ vel per ſe ad cochl. j. 2. vel 3. aut cum aliis anti-hypochondriacis loco vehiculi uſurpata.

N. Aqua præcedens anti-hypochondriaca nec minoribus reliquis ſcatet abſurditatibus & erroribus ut mirari ſubeat adhuc inveniri quoſdam Medicos, qui tamē ſibi volunt aliquid ſapere, multum huic attribuētes cùm tamen impoſſibile ingredientium ſpecierum virtutes per deſtillationem hoc modo elici poſſe pleriſque terreſtrioribus adeoque ad deſtillationem ineptis. Commodius ex illis extractum juſtæ conſiſtentiæ parari, & cum aquâ ex reliquis balſamicis deſtillatâ miſceri poſſet, majoris energiæ in prædictis affectibus.

*XL. Aqua Anti-Scorbutica D. B. O.*

| | |
|---|---|
| Rec. Ligni Saſſafras. | |
| radic. chinæ raſp. an. ℥jß. | |
| ſarſapatil. | ſambuc. |
| ſcorzoner. an. ℥j. | centaur. min. an. M. ij. |
| h. cochlear. virid. M. iv. | raphani comm. in taleol. |
| agrimon. | inciſ. ℥ijß. |
| chamædr. | Cortic. Citri |
| chamæpyth. | cappar. |
| ceterach. | Thamariſc. an. ℥ß. |
| meliſſ. an. M. ij. | Cinamom. ℥j. |
| Sem. card. b. | gran. paradyſ. |
| citri. | cardamom. min. an. ℥ß. |
| aquileg. an. ℥ß. | Ligni Rhod. |
| fl. geniſtæ | ſantal. alb. an. ʒvj. |
| hyperic. | croci integri ʒij. |

Inciſ. contuſ. infunde per ſextiduum in ſeri lactis caprin.
aq. fumar.
vini Rhenan. an. ℔iv.
Poſteà deſtilla per ∴. Doſis per ſe ℥ß. vel ℥j. & cum aliis mixta ℥ij ℥iij. iv.

*XLI. Alia Anti-Scorbutica D. D. R.*

| | |
|---|---|
| Rec. h. rec. cochlear. | chelidon. maj. |
| beccabung. | aſari |
| naſturtii an. M. ij. | ari. |
| ſcordii Cretic. | Cortic. cappar. an. ℥j. |
| card. b. an. M. iß. | radic. polypod. ℥ij. |
| perſicar. | raph. ſylv. ℥iij. |
| fumar. | Calam. arom. |
| ſchœnant. | cortic. citri. |
| hyſſopi. | aurant. an. ℥ß. |
| chamædr. | croci Or. ʒj. |
| chamæpyth. | ſpic. indic. |
| fl. geniſtæ | Sem. aniſi |
| hyperic. an. M. j. | fœnicul. |
| borragin. | cochlear. |
| bugloſſ. an. M. ß. | cuſcut. an. ʒij. |
| epythymi | alth. |
| radic. helenii | Malvæ an. ʒiij. |
| filic. | erucæ ℥j. |

Infunde ▽ fl. Sambuci ℔iß.
cuſcut.
ſcolopendr.
Meliſſ. an. ℔ß.
Vini Rhen. ℔ij.
Seri lactis ℔iv.
Digere per octiduum, poſteà deſtilla, ex remanentiis fiat extractum.

*XLII. Alia Anti-Scorbutica D.V.S.*

Rec. h. rec. cochlear.
Naſturt. aq.
Nummular.
beccabung.
Meliſſ.
fumar. an. M. iv.
fl. borragin.
bugloſſ. an. M. j.
M. deſtilla cum Vino Rhen. in MB.

*XLIII. Alia Anti-Scorbutico-Phthiſica Ejuſdem.*

Rec. radic. fœnicul.
enulæ an. ℥j.
aſari ℥ß.
fl. veronic.
pulmonar.
hyſſopi.
capillor. ♀.
cuſcutæ.
cochlear.
beccabung.
Nummular.
Lichenis petroſ. an. M. i.
thymi
epithymi an. M. ß.
fl. geniſt. M. j.
hyperic.
caryophyll. ſylv.
cichor. ſylv. an. M. ß.
croci Or. ʒij.
Infunde in ▽ cochlear.
veronic. an. ℔ß.
vini Rhenani ℔j.
Deſtilla in MB ex remanentiis f. Extractum.

N. In dictis Aquis Anti-Scorbuticis multa etiam extant ingredientia deſtillationi ob illorum terreſtreitatem ineptiſſima, qualia v. gr. radic. chinæ, ſarſaparill. ſcorzoner. filic. polypod. fœnicul. cortic. cappar. thamariſc. Semin. card. b. aquileg. cuſcut. alth. malv. &c. quare ſatius fuiſſet ex hiſce omnibus extractum confeciſſe, reliquis volatilibus balſamicis in aquam deſtillatis cui extractum uſus tempore addi poſſet.

*XLIV. Aqua Hydropica P. H. D.*

Rec. ſummit. ſambuc. M vj.
fl. ſambuci
h. ſoldanell. an. M iij.
anſerin.
ulmariæ
centaur. min.
abſinth.
Vincetoxic. an. M vj.
gran. ebul. M iv.
rad. irid. Fl.
bryon. an. ℔ß.
petroſelin. ℔j.
aſari ℥j.
rub. tinctor.
raphani an. ℔ß.
gran. juniperi M ij.
Ligni Sancti.
Sarſaparill. an. ℥iij.
colocynth.
hermodactyl. an. ℥iiiß
halicacab. M ij.
Sem. aniſi.
fœnicul.
petroſelin.
ſucci raphani
cucum. aſin. an. ℔j.

Superfunde ad eminent. 3. digit. vinum: deſtilla ſ. a. Deſtillato adde ſpirit. Salis Nitri an. ʒj.
Salis volatil. ⊡ humanæ ℥ß.
Stent in digeſtione per 8 ♂ ♀. poſteà deſtilla & reitera. Ex reſiduo fiat Extractum.

N. Nec prædicta Aqua hydropica ſuis caret abſurditatibus; quid ſibi volunt grana ebuli rad. rub. tinctor. Lign. Sanct. Sarſ. parill. colocynth. hermodactyl. &c? num vis illorum purgans ſupra alembicum elevabitur? ineptiſſima etiam eſt addicio ſpirituum ⊖ & ⦶ cum Sale volatil. urin. invicem ſibi contrariorum & ſeſe mutuò deſtruentium. Ex reliquis ſpirituoſis Aqua componi poteſt iſtis intereà omiſſis, & pro uſus tempore in extracti formam redactis & ſeorſim adhibitis.

*XLV. Aqua Maſtichina D. D. L.*

Rec. Maſtich. ℥j.
Macis. ℥ß.
caryophyll. ʒii.
vini generoſ. ℔v.
Sp. vini ℔ii.
Deſtilla ex MB.

*XLVI. Aqua Hepatica P. H. D.*

Rec. fol. Lactuc. M vj.
vitis
Endiv.
acetoſell. an. M iv.
radic. cichor. ℥iiiß.
ſucci Melon.
cucurbit.
cucum. an. ℔iß.
bacc. fragor. ℔j.
Deſtilla cum rore majali addito pauxillo Salis.

*XLVII. Aqua Hepatica alia Ejuſd.*

Rec. fl. hepatic. nobil.
roſar. r.
borragin.
bugloſſ.
ſumm. fumar.
centaur. min. an. M iij.
abſinth. M iß.
h. card. b.
agrimon.
endiv.
ſonchi
acetoſell. an. M iv.
radic. cichor.
taraxic.
gramin. an. ℥iij.
aſari ℥j.
ſantal. omn. an. ℥iij.
fruct. fragor. ℔ij.
Affunde aq. cichor. q. ſ. & deſtilla in MB. Aquæ deſtillatæ
adde Sp. ⊖-oli volatilis parum.

N. In hiſce aquis deſtillatis omitti poſſunt radic. cichor. taraxic. graminis &c. minus ad deſtillandum aptæ, & decocta exinde parari poſſunt cum brodio carnis.

*Vires, Uſus & Doſis.*

In intemperie maſſæ ſanguineæ & laticis calida ſeu ubi καῦσος viſcerum urget, prout in internis inflammationibus, febribus ardentibus accidit, dictæ aquæ magnarum ſunt virium. Doſ. vel per ſe vel cum aliis ℥j. ij. iij. vel ultrà.

*XLVIII. Aqua Antidyſenterica D. G. R.*

Rec. h. polygon.
alchimill.
veronic.
pentaphyll.
pyrol. an. M j.
acetoſ. Hiſpanic.
fol. quercus an. M j.
radic. tormentill.
pimpinell.
biſtort.
vincetoxic. an. ℥j.
rhapontic. ʒij.
Semin. oxylapath.
acetoſ.
portulac.
papav. alb.
Coriandr. an. ʒiij.
fruct. cydon.
citri
Cortic. Citri
aurant. an. ℥ß.
fl. roſ. r.

verbaſc.

verbaſc.
Malv.
chamæmel. R. ana M. ß.
Nuc. Moſchat. num. iij
pulveriſ. groſſo modo & inciſa infunde in Aq. Cordialibus ſtent in infuſ. per 4 🝰, poſteà deſtilla per veſicam, & aſſerva in vaſe vitreo.

*XLIX. Aqua Dyſenterica Alia P. H. D.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic tormentill. | fl. bellid. min. |
| Lapathi | roſ. r. |
| conſolid. maj. an. ℥vj. | balauſt. |
| biſtort. ℥iii. | ſummit. rubi |
| h. burſæ paſtoris. | hyperic. |
| acetoſ. | cym. quercus ana M. iij. |
| polygon. | prunor. ſylv. M. ij |
| plantagin. | Nuc. Moſchat. |
| pentaphyll. | ſantal. rub. ana ℥ß. |
| portulac. | opii Theb. ʒij. |
| anagallid. | granor. chermes M. ß. |
| millefol. ana M. iv. | |

Infunde in ▽ cymarum quercus octies chalibeat. deſtilla, & ex reſiduo fiat extractum, cui adde
Lapid. hæmatit. ʒiij.
umbilic. marin. præpt. ʒß.
Croc. ♂tis ʒiij. ☉. ℈ß. M.

*L. Alia Aqua Dyſenterica D. D. R.*

| | |
|---|---|
| Rec. Panis ſiligin. ℔iiß. | gummi. Arabi. an. ʒiij. |
| Philon. Perſic. ʒiiß. | radic. tormentill. |
| Boli. Armen. | plantagin. ana ℥ij. |
| Terr. ſigillat. ana ʒij. | Opii Th. ℈j. |
| Balauſt. | fl. roſ. r. ℥ß. |
| Nuc. cupreſſ. | Spicæ Indic. ʒj. |
| Myrtill. Italic. & noſtrat. ana p. j. | acaciæ. ʒiij. |
| ſantal. r. ℥j. | Sang. dracon. ʒij. |
| Nuc. moſchat. toſt. ʒvj. | cortic. Myrobalan. |
| Tragacanth. | citrin. & indor. an. ʒvj. |
| | ſemin. portulac. ℥ß. |

Inciſ. & contuſ. infunde in ſ. q. aq.
plantagin.
tormentill.
roſar.
vini rubr. ana ℔j.
Stent in infuſ. per 12. 🝮 deſtilla vitreis organis in MB.

N. Cùm hactenus allatæ Aquæ dyſentericæ valdè affines ſint aquæ dyſentericæ Joſ. Quercetani, hujus autem animadverſionem accuratiſſimam reliquerit Nobiliſſ. Iohann. Zvvelfferus in Pharmacop. Reg. p. 222. eò benevolum Lectorem remitto, & quas abſurditates & errores inibi correctas animadverterit, huc transferendo emendabit.

*LI. Aqua Nephritica D. G. R.*

Rect. fruct. fragor. ℔iv.
vini Malvatici ℔ij.
Aq. juniperi ℔iß.
Petroſelin. ex radic. ℔ij.
heder. terr. M. iv.
radic. ſaxifrag. alb. ℥j.
Nucl. perſic.
ceraſ. n. contuſ. ana ʒvj.

Stent in infuſ. vaſe clauſo per menſem; deſtilla & ſerva in vitro. Doſis ad præſervationem cochl. j. vel ij. in curatione cochl. iij. vel iv. tempore matutino vel ventriculo vacuo.

*LII. Aqua Nephritica Alia D. R.*

Rec. ſucci Petroſelin.
alth. an. ℔ij.
veronic.
ononid. ana ℔ß.
milefolii
milii ☉lis ana ℔j.
Terebinth. Cypr. ℥iij.
Aceti vini ℥xvj. deſtilla in MB.

*LIII. Aqua Nephritica Alia R. G.*

Rec. ſucci porri
cæparum.
raphani ana ℔ij.
piloſell.
Sigilli Salomon. ana ℔j.
radic. argentin.
parietar. ana ℥ij.
Succi Citri ℔ß.
Terebinthin. Venet. ℥iij.
Stercor. columbin. alb. ℥ij.
M. & indantur in ♒ & vaſe clauſo digerantur 9 🝰. Poſteà fiat deſtillatio.

Doſis eſt à ℥iß. ad ℥iiß. vel per ſe, vel cum alio ſpecifico

*LIV. Aqua contrà Gonorrhœam D. F. H.*

Rec. h. menth. ſicc. ℥iij.
Semin. rutæ
agni caſti ana ℥ijß.
fol. dictamn. ℥j.
rad. ir. Fl. ℥ij.
Terebinthin. Venet. ℥x.
Vini albi generoſ. ℥xxx.
f. deſtillatio in MB.

*Uſus.*

Capiat æger cochl. ij. manè horis duabus vel tribus ante paſtum, & veſperi quatuor horis à cœna.

*LV. Aqua Hyſterica D. G. R.*

| | |
|---|---|
| Rec. Succ. Mercurial. | ſalviæ ana M. j. |
| Matricar. ana ℔j. | Tanacet. M. ß. |
| Nuc. Moſchat. | Caſtorei ʒvj. |
| Cinamom. | radic. fœnicul. |
| Ligni aloës ana ℥j. | bryon. ana ℥ß. |
| fl. anthos | Vini albi ℔iij. |

Digere per 4 🝰. & poſteà deſtilla.

*LVI. Alia Aqua Hyſterica P. P.*

Rec. radic. valerian. ℥iv.
fol. matricar.
tanacet.
artemiſ.
abſinth.
menth.
majoran.
puleg. ana M. iij.
Infunde per 24 🝮 in ſ. q. vini albi generoſi in loco calido, forti expreſſione prælo ſubigantur, in colaturâ infunde.

galang.
zinziber.
macis.
piper long. ana ℥j.
ſpic. indic.
croci or.
ſchœnanth.
calam. arom: ana ℥ß.
opii Theb. ℥iij.
Semin. papav. alb. ʒiß.
camphor. ℥ij.

Macerentur triduo in fimo equino & iterum torculari exprimantur, fæcibus ſp. vini affunde & tincturam ex his extrahe, à colaturis ſimul commixtis in phiolâ cum ſuo capitello Aquam prolicito.

*Uſus.*

Hæc uterinis affectibus potentiſſimè ſuccurrit, ejus ſuffocationibus citò medetur, & cuivis flatulento affectui promptum affert levamen, vertigines ſanat, cephalalgiam arcet, nec minus articulorum doloribus medetur.

N. Ex magmate à deſtillatione reſiduo Extractum fit, Laudani Opiati facultatem obtinens. Cujus doſ. à gr. iij. iv. v. De Aquâ datur ℥ß. ℥j. ad ℥ij.

### *LVII. Alia Hyſterica D. R.*

Rec. radic. aſari.
bryon. rec.
angelic.
ireos Fl.
leviſtici.
meu.
petroſelin. ana ℥ß.
Sem. ſeſel.
dauci Cret.
agni caſti ana ʒij.
Nigell. ʒvj.
h. Matricar.
Nepet.
artemiſ. ana M. ij.
Meliſſ.
chamæmel. R. ana M. iß.
Salviæ
Lavendul. ana M. j.
bacc. Lauri ℥ij.
zinziber. ℥ß.
Caſſ. lign.
Cinamom. ana ʒiß.
Nuciſt.
Macis.
Cardamom. ana ʒij.
Caſtorei
Myrrh. ana ʒiij.
galang.
zedoar.
gran. paradyſ.
croci ana ʒj.

Inciſ. & contuſ. infunde in Vini Rhen. ℔v.
Aq. rut. ℔vj.
calam. arom. ℔j.
addit. galban. aceto ſolut. ℥ij. digere octiduum, poſteà deſtilla.

Doſis eſt à cochl. j. ad ij. iij.

### *LVIII. Aqua contrà Vermes P. H. D.*

Rec. radic. gentian. ℥iv.
zedoar. ℥ij.
h. Tanacet.
abſinth.
centaur. min.
ſcord.
fol. perſicor.
rut.
abrotani.
Sabinæ ana M. iij.
Corallin. M. j.
Card. b. M. iij.
Semin. chin. ℥j.
Cortic. aurantior. ℥ij.
C. ▽ ſ. deſtilla.

N. Ex reſiduo fiat Extractum juſtæ conſiſtentiæ.

### *LIX. Aqua Vulneraria D. V. S.*

Rec. radic. ſymphyt. ℥iv.
tormentill. ℥iij.
caryophyllat. ℥ij.
h. vinc. pervinc.
conſolid. ſarracenic.
ſanicul.
pyrol.
alchimill.
equiſet.
Veronic.
pulmonar. ana M. iiiß.
fl. tuſſilagin. M. j.
Conſolid. Maj. M. iß.

Infunde in ſ. q. aq. ſ. Stent in loco tepido per 24 hor. poſteà deſtilla, ex reſiduo fiat cum Saccharo Syrupus.

N. Cum, uti ſæpius monitum eſt, ex radic. ſymphyt. tormentill. parum vel nihil deſtillationis beneficio eliciatur, & reliqua etiam ingredientia non multum virtutis aquæ communicent, melius foret decoctum exinde parare vulnerarium.

## SECTIO II.

### *De Aquis Reliquis Externè adhibendis.*

### *I. Aqua delens omnes faciei maculas.*

Rec. phaſeol. alb.
Micæ panis albiſſ. ana ℔j.
cucurbitam longam tener. virid. recent. num. j.
radic. ſigill. Salom. ℥iij.

Conſcinde tenuiter & macera totâ nocte in lacte caprino deſtillato, adde recentia ſemina melonum mundat. contuſ. ℥v. Nucl. perſic. excortic. ℥iij. Pinear. excortic. ℔ß. in mortario lapideo ſingula ſeorſim contunde, & tunc omnia commiſce & adde duarum columbarum pulpam carnis ex pectore mediocriter coctam & in fruſta conſciſſam. f. Coctio in MB. ex cucurbitâ vitreâ.

*Uſus.*

Hoc præſtantiſſimo liquore manè & veſperi ter quaterve abluatur facies, & ſponte ſiccetur, præcipuè in parte maculosâ.

### *II. Aqua ad puſtulas faciei, etiam eas, quæ ſunt ex Lue venereâ ut fiſſuras Gallicas in quâcunque parte.*

Rec. ſpermat. ranarum ℔v.
☿rii ≏ti ℥j.

Digere in alembico benè clauſo ad ☉, vel in fimo equino, deſtilla per alembicum.

N. Quamvis hanc Aquam ante deſtillationem pro Aquâ anti-podagricâ multi venditent, tamen Martinus Rulandus Filius D. Oberndorfferum aſſerentem Parentis Rulandi Aquam Antipodagricam ☿rium ≏tum conſtituiſſe, mendacii arguit. Interim tamen compertum habemus, Parentem quotannis multum ſpermatis ranarum colligendam curaſſe.

### *III. Aqua Ophthalmica D. D. K.*

Rec. Vini Rhenan.
Aq. plantagin.
roſar. fr. ana ℥iij.

Tut. ppt. ʒij.
Myrrh. el. pulveriſ. ʒiß.
coq. ad tertiæ partis conſumptionem, ſub finem in nodulo ſuſpendantur pulv. viridis æris ℈j. camphor. gr. vij. ebulliant parum. Tum colatura ſine expreſſione adhibeatur uſui. Valet in omnibus affectibus oculorum ad miraculum uſque.

### *IV. Alia Aqua Ophthalmica D. M.*

Rec. ⊡ puerorum ℔j.
⊖ol. Rom. ℥iv.
Succ. chelidon. ℔iß.
Stent in digeſtione per aliquot ☍, poſtmodum deſtilla.

N. Liquor ex ſanguine humano ſano q. ſ. per B. deſtillatus mane & veſperi oculis immiſſus etiam valet in affectibus oculorum.

### *V. Aqua Odontalgica Externa P. H. D.*

Rec. radic. pyrethri ʒiij.
hyoſcyami ʒv.
cort. rad. mandragor.
caryophyll. an. ʒij.
fol. buxi
ſalviæ
plantagin.
ſerpilli
fl. balauſt.
roſ. ana p. ij.
caric. ping. num. vj.
coq. in ſ. q. decoct. hordei ad ℥viij.
Colatur, adde Mell. roſ. colat. ℥iiß.
camphor. gr. v.
opii. Theb. ℈ß. M. S.
Mund-Waſſer.

### *VI. Aqua ad gingivarum exulcerationem & putredinem.*

Rec. radic. tormentill. ℥iij.
biſtort. ℥iß.
fl. roſ. r.
balauſt.
cupul. glandium ana ℥j.
coq. in aq. cochlear. in diplomat. ℔iij. in Alembico cum ſuo capitello & appoſito recipiente ad horas 3. poſteà exprime & adhuc calidè filtra, & filtrato adde aluminis ʒj. Liquorem egreſſum in primâ deſtillatione adde iterum, filtretur & ſervetur uſui.

### *VII. Aqua ad capillos canos denigrandos.*

Rec. limaturæ ☽næ finiſſ. ʒj. affunde Aquam fortem ℥j. ſtent in loco calido per ☍, donec ☽na fuerit ſoluta, adde ▽ roſar. ℥iv. in quâ ⊖oli Rom. ʒj. fuerit ſoluta, filtra per chartam & ſerva ad uſum.

H. Hâc tincturâ ſemel ſaltem capilli ſunt tingendi cum ſetis vel imbuendo in hâc, & ſicceſcere ſinas, ita denigreſcunt, ut nec aquâ elui poſſint, durant ad annos duos vel plures, ſed vide, ne ſtatim cutim attingant, aliàs exulcerabitur.

### *VIII. Aqua de Cypro.*

Rec. Aq. roſar. optim. ℔ij.
fl. aurant.
citri ana ℔j.
Miſce & in his diſſolve Zibethi
Moſchi
ambræ ana q. v.
obtura benè & expone ☉, quantò antiquior, tantò ad odorem veſtibus conciliandum melior.

### *IX. Aqua Alia de Cypro.*

Rec. benzoes ℥iß.
Styrac. calamit. ℥j.
Ligni aloës ℥ß.
Cinamom. el. ʒvj.
Caryophyll. num. xij.
Omnibus ſubtiliſſimè contuſis ſuperfunde aq. roſar. opt. pint. ij. & ſimul bulliant △ lento & vaſe clauſo, donec pinta iß. ſuperſit. Colaturæ adde diſſolut. Moſchi opt. gr. xij.
ambræ gr. viij.
zibeth. gr. iij.
parum ſacchari candi & benzoi q. v. & in phiolâ benè obturatâ inſola.

### *X. Aqua Corroſiva D. B.*

Rec. Aq. fort. in quâ per 5. aut 6 ☍ calx viva in ſ. q. eſt extincta, hujus ▽ Rec. ℔iv. in hâc duodecies extingue chalybis laminam, poſtea in eandem immerge æris uſti ℥ij. cinnabaris ʒß. Miſce per 4. vel 5 ☍, donec vireſcat.

N. Hâc ad verrucas & alias hyperſarcoces utere ex Mſſ. B.

### *XI. Aqua Aluminoſa Ejuſdem.*

Rec. ▽ roſarum
plantagin. ana ℔j.
Onis.
☿rii viv.
♎at. ana ʒij.
♎latum & O terantur, & cum aq. permiſceantur ac bulliant ad medietatis conſumptionem; Valet ad præſervationem oſſis à putredine.

### *XII. Aqua Alia corroſiva.*

Rec. O Rochæ
ſaccharin.
♎ti
⊕
✱ci
Sacchari alb. ana ℈j.
bulliant in ſ. q. ▽æ ad tertias & cola.
Valet ad omnia ulcera cancroſa & phagedænica.

### *XIII. Aqua in ulceribus antiquis corrodentibus & depaſcentibus carnem.*

Rec. Lithargyr. aur. ℥iß.
olibani ʒiij.
aceti vini acerrimi ℔j. ℥ix.
Aq. plantagin. ℥vij.
roſar. fr. ℥ß.
coq. ad. tertiæ part. conſumpt. adde colaturæ
aluminis
ceruſſ.
♀ris
Terr. ſigillat. ana ʒiß.
Mumiæ ʒj.

 ol. Tart.

ol. Tartari per deliq. ℥iß. iterum ebull. & col S. ůmſchlag-Waſſer.

### XIV. *Aqua Antipodagrica P. H. D.*

Rec. ⊖.
⊖-ol.
O. an. ℔j.

affunde ▽ ſpermat. ranarum canthar. v. coque ut ſolvantur ⊖ & O. filtra & ſerva uſui.

N. Plurimum præſtat aqua hæc parti dolenti illita.

## SECTIO III.

### *De Balſamicis Internis.*

### *I. Balſamus Vitæ.*

| | |
|---|---|
| Rec. gummi bdellii. | balſam. indic. ana ℥iß. |
| Sarcocoll. | ſpicæ indic. |
| ammoniac. | zedoar. |
| thuris. | galang. |
| Maſtichis. | cubebar. |
| aloës hepatic. | cardamom. |
| myrrh. A. | caryophyll. |
| ſtyrac. liquid. | cinamom. el. |
| Ladani. | croc. or. |
| Caſtor. | Nuc. Moſchat. ana ℥ß. |
| bacc. Lauri | |

Hiſce pulveriſatis affunde ſp. vini rectific. ad 4. digit. eminent. tranſverſ. digere in vaſe clauſo per 4. ſeptimanas, demum deſtilla per retortam vitream ex arena; ſic unà cum ſpiritu vini aſcendent eſſentia & virtus prædictorum ingredientium. Hunc ſpiritum aliquoties cohoba ſuper ſpecies remanentes & poſteà admiſce.

| | |
|---|---|
| Ol. d. macis | thymi. |
| caryophyll. | cubeb. |
| roſar. | lavendul. |
| Nuc. Moſchat. | ſalviæ |
| cinamom. | rutæ. |
| Cortic. citri. | pulegii. |
| aurantior. | ſpicæ |
| Cymini. | hyſſopi. |
| aniſi | Majoran. |
| fœnicul. | chamæmel. R. |
| zedoar. | roriſmarin. ana ʒij. |
| ſaturejæ. | |

Digere iterum, ut perfectè uniantur. Demum divide in partes duas æquales. Unam per ſe ſerva. Alteri verò adde ambræ gryſ. Moſch. opt. ana ʒij. & ſervâ pro uſu.

*Balſamus vitæ cum ambrâ & moſcho.*

Uſus balſami hujus internus. In ſyncope, apoplexiâ, paralyſi, vertigine, dolore capitis, cerebri imbecillitate, ventriculi dolore, cachexiâ, colicâ. In calculo 7. gutt. cum decoct. radic. petroſelin. reſtæ bovis vel cum vino Malvatico, ol. amygd. dulc. expreſſ. Tincturâ aperitiv. D.M. In tuſſi extrà phthiſin in decocto glycyrrhiz. In febribus quotidianis & quartanis in decocto cichorii centaur. min. Nocet interius calidis & ſiccis, prodeſt frigidis & ſenioribus.

Uſus Balſami vitæ externus, illitus vertici, temporibus, naribus, roborat memoriam, judicium, diſſipat catharros, ſedat cephalalgiam, vertiginem cum bombace inditus auribus ſedat tinnitum, dentibus impoſitus odontalgiam. In ſyncope plantis pedum &c. tollit dolorem gravativum dorſi, pungitivum artuum, cum fl. ✱ in podagrâ, corrigit contracta membra. Prodeſt ventriculi doloribus, apepſiæ, vomitibus, ſingultui, doloribus colicis, obſtructionibus lienis, hepatis, in ictero, hydrope, calculo renum, ubivis in locis convenientibus illitus. In apoplexiâ, paralyſi ſpinæ dorſi, capiti, in ſuffocatione uteri plantis pedum. In febre albâ virginum hypochondriis illitus; Ad maculas faciei. Ad vulnera recentia, fiſtulas, ſerpentia ulcera. Corrigit fœtorem oris, gingivam cruentam. In ophthalmia miſce cum aq. roſ. & applica. In febre quotidianâ, quartanâ ad ſpinam dorſi. In omnibus imbecillitatibus pulſui. In Epilepſiâ plantis pedum, vertici. Ad uteri imbecillitatem infrà umbilicum.

### *II. Balſamus Vitæ Alius pretioſus D. W. S.*

| | |
|---|---|
| Rec. ol. d. meliſſ. | roriſmarin. |
| Majoran. | cinamom. |
| ſalviæ | caryophyll. |
| lavendul. | cubebar. |
| thymi | macis |
| carui | cardamom. |
| fœnicul. | Saſſafras. |
| aniſi | Menth. criſp. |
| Citri. | Saturejæ |
| aurant. | pulegii. |
| calam. arom. | zedoar. |
| abſinth. | angelic. |
| juniperi | ſuccini |
| rutæ | Maſtich. |
| anethi. | dauci ana ʒiß. |

Funde ſuper aquam majoran. in cucurbitâ uſque ad palmam unam replet. pone in MB. deſtilla ad ℥iv. Separa ab aquâ oleum puriſſimum. Infunde novæ cucurbitæ & adde ſp. vini rectificati ℔iij. ♌la terno cohobio, lento calore B. ſic olea ſe cum ſp. vini inſeparabiliter unient.

Hoc ſp. vini 🜍re ſeu balſamo vegetabili imprægnato extrahe ambræ gryſ. Moſch. opt. ana ʒiß. zibeth. ʒß. gran cherm. ℥ij. Decanta, & ſerva in vitro benè obturato.

N. Oleorum primas reliquias impaſta cum corpore albo ol. expr. nuc. moſchat. addito pauxillo ambræ, & moſchi, habebis balſamum opt.

Doſis balſami iſtius pretioſi eſt à gutt. ij. iij. & plus in quovis vehiculo, Et habebis nobile confortans ex comm D. D. I. L.

### *III. Balſamum 🜍ris Internum.*

Rec. fl. 🜍ris ℥ij.
ol. d. vel terebinthin. vel pini, vel juniperi &c. ℥vj. vij. vel viij. in cucurbitâ vitreâ digere vel fac ebullire, donec tinctura rubra appareat.

### *Vires, Uſus & Doſis.*

Debile calidum nativum & humidum radicale confortat, pectorale eſt, ſtomacho frigido & colicæ medetur. Doſ. eſt à gr. v. vj. in vehiculo appropriato, manè & à meridie vel per ſe vel cum Eſſentiis mixt m.

SECTIO

## SECTIO IV.

### *De Balſamis Externis.*

### *I. Balſamum Apoplecticum D.D.B.*

Rec. ol. expreſſ. Nuc. Moſchat. ʒj.
d. lavendul.
ſuccini albiſſ. ana ℈j.
ambræ gryſ. gr. iv.
zibeth.
Moſchi ana gr. vj.
M.
f. Balſamum.

### *II. Aliud D.D. I. M.*

Rec. ol. d. Cinamom. ʒij.
caryophyll. ʒiij.
ligni Rhod. ʒij.
Balſami Peruviani ℥ß.
Moſchi ʒj.
ambræ gryſ. ʒj.
ol. expreſſ. Nuc. Moſchat. ℥ij.
M. f. Balſamum.

### *III. Balſamum Epilepticum. D. F. H.*

Rec. extract. rutæ. ℈ij.
caſtorei. ℈j.
ol. d. ſuccini. ℈ß.
juniperi gutt. vj.
Theriac. A. ʒij.
Camphor. gr. v. M.

*Vires & Uſus.*

In paroxyſmo epileptico cum hoc nares & vertex capitis inungendi bis vel ter in die.

### *IV. Balſamum contrà Catarrhos.*

Rec. ol. d. majoran. ʒj.
ſuccini ʒij.
rutæ ℥ß.
Expreſſ. Nuc. Moſchat. ℥j. M.

### *V. Balſamum Dorſale ſeu Anti-paralyticum D.D. B.O.*

Rec. bacc. Lauri.
gran. juniperi.
caſtorei
euphorb. ana ʒij.
Caryophyllor.
macis. ana ʒiij.
maſtich.
myrrh.
ſtyrac. liquid. ana ℥ß.
ſuccini alb.
gummi elemi
galbani ana ʒiij.

Inciſ. & contuſ. dentur in cucurbit. vitream quibus adde
Lumbricor. terr. viv. num. xv.
ſuperinfunde Terebinthin. Cypr. ℔j.
ſp. vini opt. ℔iv. deſtilla.

Uſus Ejus in paralyſi & contracturis partium mira præſtat Spinæ dorſi inuncti manè & veſperi tepidè.

### *VI. Balſamum Matricale P.H.D.*

Rec. galbani puriſſ.
ſerapin. ana ʒvj.
aſſæ fœtid. ℥ß.
ammoniac. ʒj.
diſſolve in oleo ♌laro juniperi & terebinthin. ſ. q.
adde ol. d. Lauri. ℈ß.
ſuccini ʒß. M.

### *VII. Balſamum Anti-Podagricum D.A.G.*

Rec. Mumiæ. ℥ß.
Myrrh. rubr.
maſtich.
olibani.
bdellii.
opopanac.
ammoniac. ana ℥j.
⊕-oli calcinat. ℥ix.
mellis ℔ij.
Sal. ♀tari ℥iij.
ſp. vini optimi ℔iv. Miſce.

N. ⊕-olo & ♀taro affunde ſp. vini, digere leni △ne per ♂♀ unum, poſteà deſtilla per retortam, donec ſp. vini omnem iterum habueris, & ſimul aliquid de ſp. ⊕-oli & ♀tari tranſierit. Poſteà funde ſuper Mel, & abſtrahe etiam ſp. vini ultimo △ne fortiori, à gummatibus etiam abſtrahe, tunc provenit Balſamum inſtar olei innatans ſp. vini, ſepara per tritorium. Denique.

Rec. ⊕-oli cum ⊖le ♀tari, melle & gummatibus, miſce exactiſſimè, prius tamen ſp. vini iterum affunde, à quo balſamum fuit ſeparatum; deſtilla adhuc ſemel, tunc accipies adhuc alium balſamum, qui ſp. vini appellatur Aqua balſamica antipodagrica.

Rec. Balſami hujus ℥iij. ſp. ✻ ℥ß. M. & utere.

*Vires & Uſus.*

In doloribus arthriticis, item ſcorbuticis brachiorum & pedum mira præſtat dolorem leniendo, ſi pennâ illinitur partibus dolentibus.

### *VIII. Aliud D. D. I. Z.*

Rec. ⊖ ♀tari ✻ ſufficienter imprægnati ℔j. calc. viv. ℔j. affunde ſp. vini rectificat. & aliquoties ab his abſtrahatur, poſtmodum.

Rec. Silicum ℔j. ignientur, & cum ⊖ ♀tari calcinentur, item ⊖ ☐næ volatil. ℥iv. Camphor. ℥iij. Miſce omnia, ut fiat maſſa ſicca, ſin minus, ſufficiat calx viv. adde Silicum pulveriſatorum tantum, quantum ſatis eſt, & immittantur omnia ſimul retortæ loricatæ, & per gradus △ne aperto deſtill. inſtar. ſp. ⊕-oli vel ⊖lis. Liquor & Spiritus, qui prodeunt, ſunt verus Balſamus Anti-podagricus tam pro interno quàm externo uſu.

Doſis internè eſt à ℈ß. & ʒß. Externè illinendus ſæpiſſimè partibus dolentibus.

### *IX. Aliud D. D. R.*

Rec. ♀. Ligni Guajaci. ana q. ſ. deſtilla per retortam oleum, quod quater rectifica; ex ⓥ fac ſal; poſt Rec. ſaponis veneti ℔j. digere cum ſpiritu vini per aliquot ♂♀, adde camphoræ ℥ß. Deſtilla per retortam, & rectifica uſque dum oleum odoratum ad-

 ſcendat.

ſcendat. Hoc oleum cum oleo guajaci ana miſce, addendo parum ⊖ ut f. Balſamum.

*Uſus.* Prius ſumat Patiens Spirit. Ligni Guajaci gutt. XX. per 3 ♂ ℘ ſudorem movendo; Pòſt locum affectum hoc balſamo inunge horâ unâ antè prandium & cœnam.

*X. Balſamum Veneris.*

Rec. ⊕ extrahe cum ✳ evapora in MB. quod remanet, in humido reſolve, prodibit oleum p. d. ſmaragdini coloris. Circula cum ſpiritu vini & abſtrahe, ut acredinem amittat.

*Vires.* Valet ad ulcera phagædenica, chronica, cacoëthica, omnia putrida, maligna, fiſtulas, carunculas veſicæ & carnis, omnes excreſcentias, ſi cum Emplaſtro aliquo permiſceatur, & cum tenui cerato imponatur.

*XI. Balſamum Hiſpanicum vulnera 24. horarum ſpatio conglutinans, in quibus ſolum ſimplex unitatis eſt ſolutio.*

Rec. ol. vetuſtiſſimi ℥ iv.
Terebinthin. ℥ viij.
frumenti integri ℥ j ß.
fl. hyperic. ℥ ij.
Radic. Card. b.
valerian. ana ℥ j.
Thuris elect. ℥ ij.

Radices & herbæ groſſo modo contundantur & ollæ imponantur, ſuperfundendo tantum vini albi, ut omnia ſubmergantur, ſtent per biduum, deinde adde frumentum & oleum, coq. ad vini conſumptionem, deindè forti factâ expreſſione, addatur Terebinthina & Thus, & iterum ebulliant, demum reponantur in vaſe ad uſum.

*XII. Aliud D. W. T.*

Rec. Spirit. Terebinthin. ℔ ij.
Thuris. ℥ j.
Cinamom.
caryophyllor.
croci.
maſtich.
Aloës Epatic. ana ℥ß.
gummi heder. ʒ ij.

Pulveriſ. miſce & infunde per tres aut plures ♂ ℘. Poſteà Ωla in MB. *Uſus.* Prior liquor ad aliquot interiores morbos, ut eſt Hepatis obſtructio, & Renum, colica paſſio, cruditas ventriculi, ſuffocatio matricis, ſi eo umbilicus inungatur, magnam vim habet. Poſteà ✕✕ obducatur luto, & per ∴ reſiduum Ωla, donec fæces aridiſſimæ. Quod primum per ∴ adſcendit, luteum eſt, & grati odoris, ad vulnera & ulcera communia utile. Ultimus verò Liquor niger & gravis odoris ad omnia ulcera mala.

## SECTIO V.

*De Cataplaſmatis.*

*I. Cataplaſma Hypnoticum D. D. R.*

Rec. farin. hord. ℥ ij.
Pulver. alabaſtrin. ℥ j ß.
radic. Rhodiæ ʒ vj.
Papav. alb. ℥ iij.
Nucl. Perſicor. num. xxx.
ſp. vini.
▽ anethi ſ. q.

Optimè invicem contuſis adde in fine Philonii Romani ʒ vj.
Requiet. Nicolai ℥ j ß.
croci ʒ j.
ceræ liquat. ℥ j.

*Uſus*, hoc cataplaſma plantis pedum eſt applicandum.

*II. Cataplaſma emolliens & diſcutiens. D. D. R.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. Lil. alb. | ſalv. |
| alth. | fl. aneth. |
| mandragor. ana ℥ j. | chamæmel. ana M. ß. |
| cepar. n. vj. | h. hyſſop. |
| caricar. num. iv. | Origani ana M j. |
| fol. Malv. | coq. in ▽ & 🜊 ana ſ. q. |
| abſinth. | |

Optimè piſtatis adde farinæ tritici.
Lini
fœn. græc. ana ℥ ij.
Adipis gallinæ
porci
ol. coct. chamæmel. ana ℥ j ß. M.

*III. Cataplaſma pro Carbunculis.*

| | |
|---|---|
| Rec. Lentium | Nuc. jugland. num. ij. |
| gallarum ana ℥ j ß. | Alliariæ |
| Radic. Lil. alb. | Plantagin. ana M ij. |
| Symphyt. ana ℥ ij. | Solani. |
| fermenti ℥ iv. | Scabioſ. |
| ceparum num. vj. | Malv. ana M ij. |

coq. in ▽ fontan. ſ. q. optimè contuſis adde

| | |
|---|---|
| Theriac. ℥ ij. | vitell. ovor. num. vj. |
| ſalis ℥ j ß. | croci ʒ ij. |
| ſinapis. | farin. hordei |
| ſaponis. | Lithargyrii ana ℥ iv. |
| ſtercoris columbini | Axungiæ Porci ℔ ß. |
| ana ℥ j. | M. f. Cataplaſma. |

*IV. Cataplaſma Excellens in tumoribus ſcirrhoſis Mammillarum, qui in cancrum vergunt D. D. C.*

Rec. pulp. pomorum Borſdorff.
raparum majorum. ana ℥ j.
coque cum lacte caprino vel aq.
Malvæ ad pultis conſiſtentiam, adde Medull. panis albiſſ. ℥ ß.
farin. fabarum
ſem. fœn. græc. ana ʒ ij.
fol. alth.
braſſic. r.
malv. arboreſc.
roſar. r. ana ʒ j.
ficuum num. vij.
croci ℈ ß.
c. ol. roſac. ſ. q. f. Cataplaſma.

Hoc per tres dies applicato rumpitur apoſtema.

N. Si velis magis emollire, adde diachyli ſ. ℥ j. rupto autem apoſtemate pro majori maturatione materiæ adde diachyli compoſiti ℥ j.

N. Eodem cataplaſmate aliquot retro annis apoſtema quoddam muſculi recti abdominis in dextro latere

tere feliciſſimè curatum fuit, materiâ purulentâ per umbilicum exitum quærente.

### *V. Cataplaſma ad mitigandos dolores in Scorbuto.*

| | |
|---|---|
| Rec. Lumbric. terr. ℥jß. | h. Cochlear. rec. |
| radic. alth. | Naſturt. rec. aquatic. |
| lil. alb. ana ʒvj. | ana M j. |
| liquirit. ℥ß. | beccabung. rec. M ij. |
| fol. Malvæ | Sem. Lini. |
| verbaſc. | fœn. græc. |
| fl. chamæmel. | pſyllii ana ʒvj. |
| roſ. r. | farin. hordei ℥ iij. |
| ſambuci | ſiligin. ℥jß. |
| melilot. ana M ß. | bacc. juniperi ℥j. |

Subtiliſſ. pulveriſ. coq. ex lacte caprino recenti, poſtea adde ol. Lumbric. q. ſ. M. f. Cataplaſma.

### *VI. Cataplaſma Purgans.*

Rec. Cataput. minor.
Succi tithymal.
colocynth. ana ʒv.
cucumer. aſinin.
hellebor. nigr. ana ʒ iij.
Terebinthin.
Cortic. inter. ſambuc. ana ʒvj.
ſcammon. ʒ iij. c. ſ. q. Mellis
f. Cataplaſma.

Umbilico admotum alvum movet, ventriculo vomitum, Lumbis urinam movere dicitur ex Mſ. D.H.

### *VII. Cataplaſma eſcharam tollens biduo, ut ſponte decidat D. D. S.*

Rec. Sal. comm. ʒ ß.
Piperis ʒ j.
Caricar. ping. num. iij.
fol. rutæ virid. M j.
ferment. veter. & aridi. ʒ j.
M. omnia diligentiſſimè in form. Cataplaſmatis, ex Mſ. D. H.

### *VIII. Cataplaſma Nobile ſuppurans Scrophulas ex Mſ. H.*

Rec. fermenti panis tritic. ℥j ß.
panis Siligin. ℥ j.
vitell. ovi. j.
ol commun. ſ. q.
croci ʒ ß.
f. Cataplaſma, quod extendatur ſuper folia braſſicæ, donec ad ignem flaveſcant, orbi plumbeo tepidè imponatur, ne durum evadat.

### *IX. Cataplaſma Antifebrile.*

Rec. Urtic. min. recent.
burſ. paſtor. rec.
rutæ rec. ana M ß.
groſſo modo cum ✢ acerrimo contuſis adde
Lapid. prunell.
Salis comm. ana ʒß.
tel. aranear. ʒ j. M.
f. Cataplaſma ſingulis quinque horis pulſibus applicandum in febribus.

### *X. Aliud Revulſorium in Febribus Ardentibus ad pulſus manuum.*

Rec. Cortic. Medior. ramor. Nucum jugland. ℥ß.
Lapid. prunell. ʒ iij. contunde cum ✕ antepeſtilential. & aq. roſac. ſ. q. f. Cataplaſma.

### *XI. Aliud ad plantas pedum.*

Rec. fermenti acris.
Saponis nigræ ana ʒ j ß.
ſinapi. ℥ j.
Lapid. prunell. ʒ j. aceti rutac. q. ſ. M. f. Cataplaſma.

### *XII. Cataplaſma ad ambuſta ex quâcunque re.*

Rec. albumin. ovor. num. ij.
olei roſac. non rancid. ℥ ij.
Aq. roſat. opt. ℥ j.
Agitentur & miſceantur exactiſſimè, applica cum ſerico vel linteo admodum raro, nec ante 14 diem removeantur; Interim tamen bis vel amplius de die linteum humectetur uſque ad 4 diem. Poſt 4 diem remove albumen ovi, & ejus loco admiſce vitellum ovi. Sæpius in die linteum hâc materiâ eſt madefaciendum. Si major aduſtio ſaccharum Ħ turni addi debet.

## SECTIO VI.

### *De Decoctis.*

### *I. Decoctum Alterans pro Magiſtratu.*

Rec. ▽ fontan. puriſſ. ℔ xxxij.
ſacchari candi albiſſ. ℥ x.
bulliant leniter & colentur.
Rec. hujus Colatur. fervent. ℔ xxiv.
adde Santal. rubr. ℥ iij.
fl. roſ. r. M. j.
ſpirit. ⊕-ol. ℈ ij
ſucci Citri. ℥ xxiv.
Infunde vitro benè clauſo per 6 8 deinde colentur & ſerventur pro uſû.
Hoc ſi antè lecti introitum quis uti velit,
Rec. hujus decocti ℥vj. vel viij.
ſyrup. Citri ʒvj.
berberum ℥ j.
Succi granator. ℥ß.
Citri. ℥ij.
ſpirit. ⊕-ol. ℈ß.
Aq. Cinamom. ℈ß.
M.

### *II. Decoctum Pectorale in tuſſi deſperatiſſimâ ex hæmoptyſi cum magnâ diſcraſiâ calidâ ſanguinis. D. D. C.*

Rec. Radic. Liquirit. ʒvj.
Tuſſilagin.
cichor.
Polypod. ana ℥ß.
ireos Fl. ʒ ij.
chinæ opt. ʒv.
h. ſcabioſ.
capill. ♀

tuſſilagin.
Veronic.
fl. roſ. Damaſc. ana M ß.
ſem. 4. fr. major. ana ℥ß.
aniſi ʒ ij.
jujub. ſebeſt. ana num. vij.
Caricar. num. v.
cibebar. ℥ j.
calicum papav. ſ. ſem. n. ij.
Hordei mundi. M. j.
Infunde horis vj. vel ulterius cum ſ. q. ▽ comm. in loco calido coq. in diplomate ad medietatem. Colentur fortiter ℥ ix.
adde ſyrup. de liquirit. ʒx.
contrà Catarrhos ℥ j.
Looch. ſan. & expert.
Mell. roſac. colat. ana ℥ ß.
M. ſume horis matutinis, pomeridianis per ſe, & veſpertinis cum Eſſentiâ fl. papav. Rhœad. gr. v. Laudani Noſtri gr. iij. ol. d. aniſi gutt. j. M. formentur ex his Pilulæ pro tribus doſibus, propina.

*III. Aliud P. H. D.*

Rec. radic. Liquirit. ireos. eryng. enul. ana ʒ ijß.
Conſolid. maj. ℥ ß.
herb. veronic. tuſſilagin.
Pulmonar. Capill. ♀.
Coſtæ. botryos.
Rorellæ. heder. terr.
marrub. hyſſop. ana M. ß.
conſolid. med. Perfoliat.
piloſell. Sanicul. ana p. ij.
fl. ſcabioſ. papav. erratic.
hyperic. roſ. r. Sambuci ana M. ß.
Sem. aniſi. fœnic. Malv. ana ʒj.
Paſſul. min. ℥ j.
Dactylor. num. viij.
jujub. num. x.
ficuum num. vj.
C C. raſpat. ʒ vj.
coq. in ſ. q. decoct. hordei ad ℔ jß.
colatur. adde
Syrup. de Praſſio.
Portulac.
Capill. ♀.
ex ſucco coſtæ
Conſolid. ana ℥ ijß.
Loch. de pinis
de pulmon. vulp. an. ℥ iß.
Coletur iterum & clarificetur cum albumine ovi & reſervetur uſui in vitro.

*IV. Aliud.*

Rec. h. alchimill. ſanicul. Pulmonar. centaur. min. veronic. auricul. muris.
vinc. pervinc. fl. Epatic. ana M j.
Coque in cereviſiâ benè defecatâ, & de colaturâ bibe manè jejuno ventriculo ante prandium, cœnam & cubitum iturus bonum hauſtum.

*V. Aliud D. D. B. O.*

Rec. h. ſcabioſ. veronic. marrub. ana M ij.
fl. violar. borragin. bugloſſ. ana M j.
Epatic. Nobil. M j.
radic. chinæ ʒ vj.
ſem. aniſi. fœnicul. ana ℥ß.
glycyrrhiz. raſ.
Paſſul. minor. ana ℥ ij.
Coque in brodii calidi ſ. q. colatur. ſume mane, à meridie & veſperi bonum hauſtum.

*VI. Aliud.*

Rec. radic. enul. ʒjß. fl. viol.
Marr. papav. rh. ana p. iij.
paſſul. min. ℥ ij. dactyl. num. iij.
jujub. num. vij.
Radic. liquirit. ℥ j.
h. ariſtoloch. rotund.
cherefol.
fl. tuſſilag. ana M j.
Inciſ. coq. in ſ. q. ▽ fontan.
Rec. col. ℥ viij.
Adde Syr. de jujub. ℥ß. M.

*VII. Aliud attenuans in tuſſi ex craſſis humoribus. D. I. M.*

Rec. radic. enulæ. liquirit. ana ℥jß.
Ligni ſaſſafr. raſpat. ℥ j.
fol. tuſſilagin. Marrub. ana M j.
ſem. aniſi ʒ iij.
fl. helenii. p. ij.
cubebar. in 🜄 macerat. ʒ j.
Coq. in ſ. q. aq. comm.
Rec. Colatur. ℔ j.
Adde Syrup. Scabioſ.
liquirit. ana ℥ j.
Mellis deſpumati ℥ ij.
clarific. in MB. & aromatiſ. cum ſpec. diair. ſ. ʒiij.
f. Decoctum pro 4. vicibus.

*VIII. Aliud. D. D. I. M.*

Rec. radic. ireos. Fl. liquirit. ariſtol. rot. ana ʒj.
fol. Tuſſilagin. Pulmonar. ana M ij.
fl. hyſſop. tuſſilagin. ana p. ij.
ſemin. aniſi. Urticæ ana ʒjß.
paſſul. major. ℥j. caric. ping. num. x.
coq. in ſ. q. aq. pulmonar.
Rec. colatur. ℥ ix. in quibus diſſolve
Syr. de praſſio ℥ iij.
byzantin. ſ. ℥jß.
✠ ſquyllitic. ℥ j.
Aromatic. ſpec. diair. ʒj. M. & iterum colentur.

*IX. Aliud in tuſſi ex cauſâ calidâ.*

Rec. radic. plantagin. Endiv. ana ℥ ij.
fol. portulac. viol. ana M. iij.
ſem. cydon. pſyllii ana ʒ iij.
paſſul. min. ℥ j.
jujub. num. xx.
fl. pulmonar. maculoſ. papav. rh.
violar. ana p. ij.
coq. in ſ. q. aq. fontan.
Rec. col. ℥ ix. Adde ſucci portulac.
Syr. diacodii ana ℥ j.
Sacchar. cand. ſ. q. f. Decoctum pro v. doſibus.

*X. Aliud incraſſans. D. D. I. M.*

Rec. radic. Plantagin. ℥ ij. glycyrrhiz. ℥ j.
fol. portulac. Nymph. ana M. ij.
flor. roſ. r. papav. rh. ana p. ij.

Sem.

Sem. Malv. ʒ j.
4. fr. major. ana ʒiij.
fruct. ſebeſten. num. vj.
Paſſul. major. acinis mundat. ℥ ſ.
Coq. in ſ. q. Aq. fontan.
Rec. Col. ℔j.
Syr. de liquirit. ℥ ij.
viol. ℥ j.
Looch. de Pulmon. vulp. ʒ iij.
denuo colentur. M.

*XI. Aliud conſolidans Ejuſdem.*

Rec. rad. ariſtol. rot. ſymphyt. ana ℥ß.
conſolid. utr. ℥ j.
herb. plantagin. ſcabioſ. ana M j.
ſanicul. hyperic. ana M ij.
coq. in ſ. q. aq. Sanicul. Rec. Col. ℥ ix.
diſſolv. ſucc. perſicar.
ſanicul. ana ℥jß.
edulcor. ſ. q. Sacchari
M.

*XII. Decoctum Cephalicum D. I. M.*

Rec. radic. ariſtol. rot. pœon. imperator. ana ℥j.
Cortic. viſci q.
corylin. ana ℥ß.
fol. ſalv. rut. roriſmar. betonic. ana M j.
fl. ſtœchad. A. anth. lil. convall. ana p. j.
Bacc. Lauri ʒ j.
juniperi ʒ ij.
Sem. aniſi. Coriandri ana ʒ ij.
ſp. ⊕-oli ʒ j.
coq. in ſ. q. hydromel. ſ.
Rec. Col. ℔ j. in hâc diſſolue
Syr. de Stœchad. A.
fl. betonic. ana ℥ ij.
In clarificatione adde
ſpec. Diambr.
Dianthos ana ʒß.
M.
pro doſi 4. maßſ.
Uſus contrà catarrhos frigidos.

*XIII. Decoctum confortans & roborans in Malignis. D. D. C.*

Rec. conſerv. pomor. Citri.
radic. ſcorzoner.
caryophyllat. ana ℥ß.
Aq. Nuc. immatur.
ſcordii.
myrrhid.
card. b.
acetoſ. ana ſ. q.
ſpec. diamargar. fr. ʒj.
Bulliant in diplomate vel cœco alembico ad tertiæ partis conſumptionem.
Rec. Colatur. ℥ ix. Adde Aq. bezoardic.
Cordial. noſtr.
ſyrup. bezoardic. ana ℥ j.
Liquor. tenell. CC.
Eſſ. rub. id. ana ʒiß.
mixtur. ſ. ʒß.
confect. Alkerm. ℈ ij.
Aq. cinamom. ʒiß. M.

*XIV. Aliud expellens in peſte & Febribus malignis. D. D. I. M.*

Rec. rad. angelic. valerian. tormentill. petaſitid. ana ℥ j.
h. galeg. Card. b. ana M j.
Sem. angelic. Meliſſ. an. ʒ ij.
citri. ʒ j.
Coq. in ſ. q. aq. comm. Rec. Col. ℥x. infunde Conſerv. acetoſ. Citri.
galeg.
ſcordii ana ʒ vj.
Stent per noctem, manè ebull. & col. Adde Elixir peſtil. Croll. ʒj. M. pro 3 doſibus.

*XV. Aliud.*

Rec. Elect. de Ovo.
Theriac. A. ana ʒ ij.
Aq. ſcordii. galeg. gentian. card. b. an. ℥ ij.
Contunde in mortario marmoreo & diſſolve ſuper lentum △nem.
Rec. Colatur; Adde
ſyr. acetoſ. Citri. ſcordii ana ʒvj.
Miſtur. ſ. ʒj. M. pro 3 doſibus.

*XVI. Aliud D. I. M.*

R. radic. ſcorzoner. ℥ ij.
acetoſ. ℥iß.
h. Card. b.
ſcabioſ.
galeg.
ſcordii ana M. j.
raſur. CC. ℥jß.
fl. roſar. r. M. j.
borragin.
tunic. ana p. ij.
Sem. Citri. ʒj.
Card. b. ʒij.
flaved. Cortic. Citri ʒjß.
coq. in ſ. q. ▽ commun.
Rec. Col. ℔jß. Adde
ſyrup. acetoſ. Citri
Corall. Q. an. ℥ ij.
confect. alkerm. ʒj.
de hyacinth. ℈j.
M.

*XVII. Aliud Ejuſdem.*

Rec. pulp. Citri à ſemin. liberat. n. ij.
Sacchar. alb. ℥ iij.
coq. in ▽ ſ. q.
Rec. col. ℥viij. infunde roob Sambuc. ℥ iij.
Stent in infuſ. per noctem & col. Adde Syr. Ceraſ. c. fl. tunic. ℥ ij. M. pro 3 doſibus.

*XVIII. Aliud expulſivum in Variolis & Morbillis.*

Rec. radic. pimpinell. tormentill. Scorzoner. Dictamn. alb. ana ℥ ij.
h. fumar. Scabioſ. ana p. ij.
fl. aquileg. p. iij.
calendul. p. ij.
Sem. card. b.
fœnicul. ana ʒ ij.
ficuum num. x.
Coq. in ſ. q. ▽ fontan.
Rec. Col. ℥ix.
Syrup. fl. aquileg. ℥ iij.
Tinctur. fl. aquileg. ʒ ij. M. pro 4. doſibus.

*XIX. Aliud in Febribus Ardentibus.*

Rec. radic. acetoſ. groſſ. inciſ. ℥ j.
coq. ex ▽ ſ. ad rubedinem.
Rec. Col. ℔jß.

Syr.

Syr. berber.
Endiv.
fl. papav. rh. ana ℥jß.
Succi Citri rec. ℥ij. M. f. hauſtus pro aliquot vicibus.

*XX. Decoctum Hepaticum in viſcerum obſtructione.*

Rec. radic. cichor. taraxac. aſparag. ana ʒvj.
Semin. 4. fr. maj. contuſ. excorticat. ana ʒij.
fol. ſcabioſ. Cichor. endiv. ana M ß.
radic. glycyrrhiz. ʒij.
Paſſul. min. ℥j.
Inciſ. & contuſ. coq. in brodio carnis macræ.
Doſis eſt cyathus unus manè, à meridie & veſperi.

*XXI. Aliud.*

Rec. radic. Cichor. Taraxac. Nymph. acetoſ. ana ℥j.
ſantal. rubr. ℥ß.
h. acetoſ. Cichor. Portulac. Endiv. ana M jß.
Sem. 4. fr. maj. min. ana ʒß.
papav. alb. ʒij.
fl. Nymph. epatic. Nobil. bugloſſ. Cichor. ana p. j.
coq. in ſ. q. Seri lactis
Rec. Col. ℔j. in quâ diſſolv.
Syrup. de ſucco Cichor.
acetoſ. citri ana ℥jß.
Tinctur. roſar.
fl. epatic. rubr. an. ℥j.
M. pro 4. doſibus.

*XXII. Aliud Hepaticum temperatum. D. D. B. O.*

Rec. Comar. abſynth. Cichor. cum fl. ana M j.
radic. vincetoxic. Cortic. inter. Sambuc. ana ℥j.
fl. Sambuci. cyani. ana M ß.
Sem. aniſi carui ana ℥ß. inciſ. coq. in brodio carnis.
*Vires*, in Hydrope aſcite confert. Doſ. cyath. j. manè, à meridie & veſperi.

*XXIII. Aliud Ejuſdem.*

Rec. radic. Cichor. aſparag. graminis. Urtic. min. cum h. omn. rec. ana M j
Petroſelin. faſcicul. ij. recent. inciſ. coq. in brodio carnis.
*Vires.* In obſtructione venarum lactearum, unde ſæpe atrophia oritur, conducit. Doſ. cyath. j. manè, à meridie & veſperi.

*XXIV. Aliud Aperitivum D. D. I. M.*

Rec. radic. 5. aperient. ℥ij. rhabarb. Monach. ℥jß.
fol. agrimon. taraxac. Cichor. ana M j.
fl. Cichor. Epatic. Nobil. ana p. ij.
Paſſul. major. n. xx. coq. in ſ. q. Seri lactis.
Rec. Col. ℥ix. Syrup. de 5. radicibus ℥ iij.
Eupator. Meſ. ℥ij.
aromatiſ. ſpec. diatrion. ſantal. ʒjß.
M. pro 4 doſibus ad viſcera obſtructa & eorum tonum reſtituendum. In cachexiâ.

*XXV. Aliud Aperitivum in Ictero D. D. I. M.*

Rec. radic. 5. aper. ℥ij. chelidon. maj. ℥jß.
h. Marrub. agrimon. hyperic.
Centaur. Min. ana M j.
fl. calendul. p. iij.
coq. in ſ. q. aq. chalybeat. Rec. Col. ℥ ix.
Syrup. de 5. radicibus ℥ij.
de Marrub.
Cich. c. rhab. ana ℥j. M. pro 4 doſibus.

*XXVI. Aliud Aperitivum in Ictero cum caumate viſcerum conjuncto. Ejuſd.*

Rec. radic. acetoſ. fragor. plantagin. Cichor. an. ℥j.
h. cichor. acetoſ. fragar. taraxac. ana M. j.
fl. cichor. hyperic. roſ. r. ana p. ij.
Sem. 4. fr. major. ana ʒ iv.
fruct. ceraſ. n. num. xij.
coq. in ſ. q. aq. Rec. Col. ℔ j.
ſyrup. acetoſell.
ceraſ. ana ℥ ij.
Tinctur. viol. ℥ iij. M. pro 5. doſibus.

*XXVII. Aliud ſanguinem purificans in ſcabie. Ejuſd.*

Rec. radic. helenii. polypod. rhab. monach. ana ℥ j.
fol. fumar. M ij.
ſcabioſ.
agrimon. ana M j.
fl. centaur. min.
borragin. ana p. ij.
geniſt. p. j.
Sem. 4. calid. maj. ana ʒj. coq. in aq. fumar. & 3 part. vini helenii vaſe clauſo.
Rec. Col. ℔ j. Succ. fumar. ſcabioſ. ana ʒ ij.
ſacchar. ℥ iv. clarific. & arom. ſpec. diarrhod. A. ʒj.
M. pro aliquot doſibus.

*XXVIII. Decoctum Spleneticum aperitivum anti-Scorbuticum D. D. I. M.*

Rec. radic. polypodii ℥ij. filic. caryophyllat. ana ℥jß.
cort. rad. cappar. Tamariſc. ana ℥ j.
fol. beccabung. naſturt. lupuli ſcolopendr. cochlear. ana M j.
fl. geniſt. borrag. Centaur. min. ana p. j.
ſem. fraxin. ℥ ß. cochlear. ʒ ij.
coq. in ſ. q. aq. chalybeat. Rec. col. ℔j. Succ. beccabung. Cochlear. ana ℥ ij.
edulcor. ſyrup. de pomis redolent. ℥ ij.
ſacchar. ſ. q. coq. ad diſſolut. adde ♀tari ⊖lat. ʒ iij. d. ad fictile pro 7. doſibus.

*XXIX. Aliud Ejuſd.*

Rec. radic. 5. aperitiv. in vino macerat. ana ʒiij.
cortic. radic. cappar. Tamariſc. ana ℥ j.
fol. ceterach. cucur. ana M j.
baccar. juniperi num. x.
cynoſbator. num. XII.
Affunde aq. commun. ℔ iij. Coq. ad remanent. part. IV. vel ℥ix. ſub fine coctionis adde vinum illud de radicibus aſſervatum, & fac ebullire.

Rec.

Rec. colatur. & diſſolve ſuper △ Conſerv. cochlear.
fl. geniſt. ana ℥j.
Colentur denuò, & adde ſpirit. Cochlear. aperitiv. Penot. ana ʒj. M. pro 3 doſibus.

*XXX. Decoctum ad Renum dolorem & exulcerationem D. D. I. M.*

Rec. radic. liquirit. Malv. alth. ana ℥j. lil. alb. ſymphyt. maj. ana ℥j. h. parietar. Petroſelin. Melilot. Malv. alth. ana M j. Sem. fœnicul. græci. Lini, lentium, ana ʒij.
fl. chamæmel. n. hyperic. ana p. iij.
coq. in ſ. q. aq. comm.
Rec. Col. ℔j. in quâ diſſolve ſyrup. de ſymphyt. F. ℥ij.
Croci ʒß.
M. pro 4 doſibus.

*XXXI. Aliud in Mixtione cruentâ Ejuſdem.*

Rec. radic. tormentill. conſolid. ſymphyt. an. ℥j.
fol. burſ. paſtor. p. ij. agrimon. Millefol. Conſolid. ana M j.
fl. roſ. r. hyperic. ana p. ij.
coq. in ſ. q. aq. ſacchar.
Rec. Col. ℔ j.
Syrup. Corall.
de ſymphyt. Fernel. ana ℥ij.
Eſſent. fl. hyperic. ʒij.
Tinctur. Corall. r. ʒj.
M. pro 4 doſibus.

*XXXII. Decoctum in Menſium obſtructione D. D. I. M.*

Rec. radic. ariſtoloch. rot. bryon. centaur. min. rub. tinctor. an. ℥j. cortic. citri. aurant. ana ℥ß.
fol. artemiſ. matricar. majoran. meliſſ. mercurial. roriſm. ana M j.
Sem. Petroſelin. Leviſtic. ana ʒ iij.
fl. lavendul. cheiri. centaur. min. ana p. ij.
coq. in ſ. q. ▽æ chalybeat.
Rec. Col. ℔j. adde
Syr. de calendul. ℥iv.
Caſſ. lign. ʒij.
Croci ℈j.
cinamom. ʒj. f.
Apozema clarific. pro 4 doſibus.

*XXXIII. Aliud Ejuſdem.*

Rec. radic. gramin. bryon. valerian. an. ℥jß.
h. Meliſſ. abrotan. matricar. mercurial. artemiſ. ana M j.
fl. Calendul. p. iv.
centaur. min. cheir. ana p. ij.
Sem. leviſtic. rut. ana ʒj.
coq. in ſ. q. ▽ artemiſ. in diplomat.
Rec. Colatur. ℔j.
Syr. de artemiſ. compoſ.
calendul. ana ℥ ij.
Eſſent. artemiſ. ʒ ij.
aromatiſ. cinamom. croc. or. ana ʒß.
iterum col.
M. pro 4 doſibus.

*XXXIV. Aliud in Affectibus hyſtericis.*

Rec. caryophyllor. major. ℥ß.
croci or. integr. ʒß.
h. roriſm. pentaphyll. matricar. Meliſſ. convolvul.
burſ. paſtor. ana M j.
fl. cheir. M jß.
coq. vaſe clauſo in vini optimi Menſur. ij. per ſemihorulæ ſpatium.
Doſis eſt cyath. j. manè & veſperi calidè.

*XXXV. Decoctum Anti-arthriticum.*

Rec. herb. chamædr. chamæpyth. centaur. min. ana M ij.
coq. in ſ. q. aq. ad dimid. part. in diplomate.
Doſis cochl. ij. horis pometidianis in prandii initio, ac veſperi in cœnâ cum cereviſiâ.

*XXXVI. Aliud in Arthritide vagâ Scorbuticâ.*

Rec. radic. ſcorzoner. ℥j.
chinæ ℥ ß.
fl. violar. Mart.
centaur. min.
roſ. r.
anthos ana p. j.
ſummit. chamædr. M ij.
Paſſul. minor. ℥ j.
dactyl. num. iij.
Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. ▽ fontan. in diplomat. ad remanent. ℥viij.
Colat. adde ſpirit. cochlear.
☿tar.
Lumbricor. ana ʒj.
Extract. centaur. min.
chamædr. ana ʒß.
ſp. 🜹-ol. rectific. q. ſ.
ſyr. card. b. ℥ j.
M. d. pro 4 doſibus.

*XXXVII. Decoctum in Lue ♀nereâ D. I. Z.*

Rec. Ligni ſancti. ℥ iij.
cortic. ejuſd. ℥v.
ſarſ. paril. ℥ ij.
ſaſſafras ℥ j.
☿rii in pet. ligat. ℔ j.
♁nii crud. in pet. ligat. ℔ j.
Inciſ. & contuſ. coq. in ▽æ menſur. xij. in ollâ ad tertias & colentur, cooperculum ollæ foraminulum habeat.
*Uſus.* Colaturæ dantur ſingulis diebus manè ℥iv. vel ℥vj. pro potu ſudorifero; ſudor proliciatur vel in Lecto, vel in balneo, Laconico, aut hypocauſto.
Reſiduum coquitur cum aquâ & uvis paſſis, addito pauco Ligni ſancti novi & cortic. ejuſd. item cinamom. pro potu ordinario. Uſus hujus continuandus per 14 dies. Cujus uſum ſeq. Pilulæ præcedant.
Rec. Extract. catholic. ʒiij.
arcani corallin.
cinnabar. ♁nii. ana ʒjß.
f. Pilul. minimæ doſ. xx.

*XXXVIII. Decocta Purgantia.*

Rec. Mann. el. ℥ iv.

Senn. A. ſ. ſ. ℥ iv.
radic. polypod. q.
paſſul. min. ana ʒ iij.
Sem. coriandr. ʒ ij.
fœnicul. cinamom. ʒjß.
Cryſtall. ♀tari ʒ j.

Inciſ. & contuſ. ſuperfunde aq. fontan. calid. ℥xvj. ſtent per noctem poſteà f. Colatura cum expreſſ. quæ clarific. & denique per chartam bibulam filtretur.

Doſ. ℥ ij. ℥ iij. ad ℥ iv.

*XXXIX. Aliud.*

Rec. Mann. el. ℥ ij. vel ℥ iij.
Tartar. optim. el. ʒ j. vel ʒjß.

Solve in calore MB. cum aq. fontanâ acidulâ ℥ iv. vel ℥ v.

Adde parum ſucci citri rec. vel ſp. Martis pro grato acore. Tandem cum albumine ovi clarifica & per chartam filtra, in fine cum corticibus citri recent. f. odor ſuavis aut eleo-ſacchar. cinamom. Doſ. eſt à ℥iij. ad ℥ iv. vel ℥v.

*XL. Aliud.*

Rec. Tamarindor. ℥ j. radic. acetoſ.
groſſo mod. inciſ. ℥jß.
coq. ex ▽ f. donec rubedinem acquirat liquor.
Rec. colatur. ℔j. adde
ſyrup. multiplic. infuſ. roſar. diaſereos, ana ℥ij.
eleoſacchar. Citri ʒjß.
M. pro 4. doſibus.

## SECTIO VII.

### *De Decoctis Reliquis externè applicandis.*

*I. Decoctum in defluxionibus ſalſis ad oculos.*

Rec. roſ. r. tut. præpt. Myrobalan.
Citrin. an. ʒj. pulveriſ. ſubtil. indantur in nodulum, qui decocto ſequ. immergatur.
Rec. ▽ roſar. fœnicul. an. ſ. q. in quibus ebull. roſ. r. p. jß.
Sem. fœnicul. ʒ j. fl. euphrag. p. iij.
incolatur ℥ iij.
Infunde nodulum ſuperiorem.

*Uſus.* In defluxionibus ad oculos, quotieſcunque affliguntur, nodulus, qui cum decocto ſemper in loco ſtet calido, intingatur & oculis apponatur.

*II. Aliud.*

*In Gingivarum putredine.*

Rec. Malicorij. Sumach. balauſt. roſ. rubr. ana ℥ß.
Paſſul. min. ℥j.
fol. vinc. pervinc.
fl. aquileg.
cymar. rubi ana M ij.
Myrrh.
Macis ana ʒ j.
radic. enul. ʒ ij.
coq. in aq. fontan. chalybeat. ſ. q. ad part. dimid. conſumpt.
Rec. Colatur. adde
Mell. roſar. ℥ ij.
ſucci cochlear. ℥ß.
alumin. uſt. ʒij.
M. pro oris collutione.

*III. Aliud.*

*Ad Odontalgiam D. D. S.*

Rec. roſ. r. M ß. fl. ſalviæ. p. j.
radic. biſtort.
pyrethri. ana ʒ ij.
Nicotian.
Cortic. granat. ana ʒj.
balauſt. M ß.
Nuc. cupreſſ. ʒjß.
gallar. num. iv.
O crudi ʒvj. contuſa coq. in dimidiâ parte ▽æ f. & ⚹

*IV. Aliud.*

Rec. radic. Lapath. acut. ℥ß.
tormentill. ʒ ij.
raſur. Ligni buxi ʒjß.
flor. roſ. r. M j.
h. verben. M ß.
Coq. in dimidiâ parte ▽æ & ⚹ M. pro oris collutione.

*V. Aliud.*

Rec. radic. Lapath. acut. ℥ß. pyrethri. hyoſciam. alb. ir. Fl. ana ʒij.
Ligni ſaſſafras ʒjß.
fol. piloſell. M j.
fl. chamæmel. R. Serpill. origani. roſ. r. ana p. ij.
Caryophyll. ℈j. coq. vel cum cereviſ. vel cum aq. commun. ad 3. part. conſumpt. fortiſſimè.
Rec. Col. ℔j. adde aluminis ℈ß. vel ℈j. M. pro oris collutione.

*VI. Aliud in augmento & circà ſtatus principium Anginæ.*

Rec. fol. ſalviæ M ij.
fl. Lavendul. M j.
Coq. in vini ſ. q. ad ℥vj.
Colatur. adde Diamor. ℥j.
Dianucum ℥jß.
Sal. prunell. ʒ.
Alumin. crudi ℈j.
M. pro oris collutione.

*VII. Aliud in Anginæ declinatione.*

Rec. h. uvular. ariſtoloch. rotund. Origan. ana M ß.
fl. tiliæ. melilot. lut. lavendul. ana M ß.
furfur. in pet. ligat. ʒ iij.
Semin. Lini, fœn. græc. ana ʒjß.
Coq. in aq. hord. ſ. q. ad ℥vj.
Colatur. adde
Lapid. prunell. ʒ ß.
Sal. ammoniac. ℈ ß.
Syr. de hyſſop. ℥ß.
de Liquirit. ʒ ij.
M. pro oris collutione.

*VIII. Aliud ad Gangrænam & Sphacelum incipientem.*

Rec. radic. ariſtoloch. rotund. hirundinar. ana ʒ ij.
fol. quercus.
abſinth. ana M j.

ruta

rutæ
ſcordii.
Semin. Lupin.
baccar. juniperi ana M ß.
Myrrh. aloës ana ℥iij.
Sal. marini vel commun. ℥j.
🜔-ol. ♀tari crudi ana ℥ß.
▽ Endiv. plantagin. ⚹ vini acerrimi ana ℥viij.
Vini alb. vel lixivii commun. M j.
Inciſa & contuſa groſſo modo coque invicem & cola; Tandem colaturæ adde vini aduſti ℥ ij.
camphor. ℥j. M. f. Decoctum.

*Uſus.* Hoc decocto Chirurgus partem affectam ſemper ante diſpoſitionem Emplaſtri eluere, poſteà unguentum ægyptiacum illinere, & tandem poſt Emplaſtri impoſitionem hoc decoctum in epithemate applicare debet.

*Vires.* Non ſolum putridæ reſiſtit corruptioni, verum etiam calorem præternaturalem extinguit, diſſipat, & affluxos humores abſumit.

N. Si verò nimius fiat affluxus humorum, hoc defenſivum circumcircà latitudine 3 digitorum applicare poteris ſingulis diebus bis renovando.

Rec. farin. hord. ℥ ij.
boli Armen. ℥ j.
gallar. immatur.
Nuc. cupreſſ.
Cortic. granator. ana ℥j.
C. oxymel. f. Emplaſtrum defenſivum.

## SECTIO VIII.

### *De Electuariis.*

#### *I. Electuarium Cephalicum confortans D.D.B.O.*

Rec. Conſerv. citri. Menth. roriſmarin. lil. conuall. borrag. ana ℥vj.
Spec. Pleiris Archont. roſat. novell. ana ℥ß. diarrhod. A. ℈j.
Cortic. Citri condit.
radic. cichor.
eryng.
zinzib. chin. omn. condit. ana ℥ß.
confect. Alkerm. ℥j. cum Syr. fl. tunic. ſ. q. f. Electuarium.
Doſis ad magnitud. Nucis jugland. pro lubitu.

#### *II. Aliud.*

#### *In malo hypochondriaco-Scorbutico cum dolore capitis conjuncto.*

Rec. conſerv. roſar. r. ℥jß.
fl. borragin.
bugloſſ.
betonic.
fol. cochlear. ana ℥ß.
radic. cichor. condit. ℥vj.
cortic. citri condit. ℥iij.
Mithridat. Opt. ℥jß.
confect. alkerm. ℥ß.
Magiſter. perlar.
corallor. ana ℥ j.
cum Syrup. ceraſ. cum fl. tunic. ſ. q.
f. Electuarium.
Doſis à ℥ij. ad ℥ß.

#### *III. Aliud ad viſum recuperandum mirabile.*

Rec. Semin. fœnicul. Meliſſ. chelidon. fl. bryon. ana p. iv.
Cinamomi. fl. anthos. Euphragiæ. anethi. pulegii.
croci. gran. juniperi. hyſſopi ana ℥ij.
fl. ſileris. montani. Salviæ. Menthæ. betonic.
chamædr. radic. chelidon. cumini. aniſi;
Petroſelini. artemiſ. ana ℥j.
rutæ cardamom.
liquirit. Majoran. verben. ana M j. M. & pulveriſa, adde pulveriſatis ℔xij. Mellis depurati albi f. Electuarium.

N. Hoc rudi minervâ præſcriptum ex mſſ. D. D. Iohannis Michaelis ab alio ipſi communicatum hîc ſiſto. Verùm ſequenti modo ingredientia melius ordine diſponi & collocari poterunt.

Rec. radic. chelidon. Major. ℥ ij.
liquirit.
bryoniæ. ana ℥ j.
Semin. fœnicul. ℥ß.
Sileris. montani.
petroſelini.
cymini. ana ℥ij.
aniſi.
cardamom. ana ℥jß.
Cinamom. ℥ iij.
croci ℥j.
bacc. juniperi ℥ß.
fol. Meliſſ. chelidon. euphrag.
anethi. pulegii. hyſſopi. ana M ij.
ſalviæ. menth. betonic.
chamædr. artemiſ. rutæ. Majoran. ana M j.
Pulveriſat. adde Mellis depurat. ℔ xij.
M. f. Electuarium.

*Uſus.* De hoc ſume ter aut quater per ſeptimanam mane ℥j. Vir quidam 60. annorum crebriori hujus uſu viſum recepit.

#### *IV. Electuarium ant-Epilepticum ſingulare M. Ducis Hetruriæ.*

Rec. Cranii humani ℥viij
radic. pyrethri.
ariſtol. rot. ana ℥j.
Sem pœon. rutæ. Sileris. montan. ana ℥ß.
fol. hyſſop.
ſpic. Nardi.
epithym.
fl. chamæmel. R.
ſtœchad. ana M j.
Cubeb. galang. gran. Paradyſ. ana ℥ß.
Cinamom. ℥j.
Nuc. Moſchat. num. iij.
caryophyll. ℥ ij.
Agaric. trochiſcat.
Lapid. Lazul. ana ℥ß.
M. f. Pulvis ſubtiliſſ. Cujus ſingulis ℥ ij. addantur ℔ j. Mellis deſpumati f. Electuarium.

*Uſus.* Corpore purgato, ſerò cubitum ituro ægroto, & manè à lecto ſurgenti exhibeatur quantitas caſtaneæ per 15 dies.

Nota. Quod ſi ab hujus uſu nimis commoverentur humores, poterunt per 3. vel 4. dies loco hujus

 Electua-

Electuarii adſumi aut ſpecies diamoſchi dulcis & amari, vel Theriaca, aut Diacaſtor.

### *V. Aliud Stomachicum.*

Rec. pſeudoacor. condit. & minutim inciſ. ℥ ij.
amygd. dulc. excortic. inciſ. ℥j.
Pinear. craſſiuſcul. inciſ. ℥ß.
cinamom. elect. ʒ ij.
galang. ʒß.
Nuc. Moſchat. ʒ j.
Cubeb. cardamom. ana ʒjß.
piper. nigri ʒ ß.
omnibus contuſis non nimis ſubtiliter adde
zinziber. indic. condit. inciſ. ℥ß.
cum ſacchar. clarific. ſ. q.
f. Electuarium.

*Uſus.* In ſtomachi debilitate à dyſcraſiâ frigidâ ortâ. Doſis ad magnitud. Nucis caſtaneæ poſt prandium & cœnam.

### *VI. Aliud Diacorum Altenburgenſium.*

Rec. radic. acori in vino coct. ℔ j.
amygdal. dulc. ℔ß. Pinear. ℥ ij.
zinziber. condit. inciſ. ℥ iij.
calam. aromatic. condit. ʒ x.
cinamomi ℥j. galang. Nuciſt. caryophyll. anâ ʒvj.
cardamom. utriuſque Macis ana ℥ß.
coriandr. ʒ iij. Santal. rubr. in 🜄 macerat. ℥ß.
Sacchar. clarific. ℔ iv. ℥vß. f. Electuarium.

### *VII. Aliud Stomachicum D. C.*

Rec. granor. juniperi recent. & ping. craſſo modo contuſ. ℥x.

Coque in vaſe duplici cum cœco alembico, ſpatio duarum horarum in ſ. q. aq. card. b. trajiciantur per ſetaceum & exprime.

Expreſſo adde ſacchari albiſſ. clarificat. ℔ ß. coque iterum ad Electuarii ſolidi conſiſtentiam. In fine adde
zinzib. elect. ʒ iij.
calam. arom. ʒijß.
Macis. ℈ ij.
cubebar. ʒj. Miſce f. Electuarium.

### *VIII. Aliud contrà Aſthma & Orthopnœam P. C.*

Rec. conſerv. radic. alth. ℔ ß.
enul. campan. ℥ iv.
ireos Fl. ℥ ij.
Morſul. ex extract. liquirit. & Sacchar. fact. ℥ iv.
fl. 🜍ris cum ſacchar. cand. ℥ß.
benzoin. ℈ ij.
Sacchar. penid. ℥ iij.
Syrup. de alth. ſ. q. f. Electuarium.

### *IX. Aliud Antiphthiſicum F.*

Rec. Semin. papav. alb. ℥ij.
Liquirit. Paſſul. min. ana ℥ß.
h. Scordii ℥ ij.
f. decoctio in aquâ farfar. vaſe clauſo.
Adde Colatur. Sacchari Penid. ℥ ij.
amyli ℥ iij.
Tragacanth.
gummi Arabic. ana ℈j.
Boli Armen. ʒß. & cum dictâ decoctione f. Electuarium.

### *X. Aliud Cordiale D. D. K.*

Rec. Conſerv. inter. Citri ℥ iij.
roſar. rubr. ℥ ij.
Cortic. Citri condit. inciſ. ℥ß. ʒ ij.
Confect. alkerm. ʒ iij.
ol. d. Cinamom. gutt. viij.
Citri rec. gutt. vij.
M. cum Syrup. acetoſ. Citri ſ. q.
f. Electuarium. Doſis quantum cuſpide cultri ſumi poteſt.

### *XI. Aliud Bezoardicum Ejuſdem.*

Rec. Theriac. A. ℥ iv.
ol. d. zedoar.
Cinamom. ana gutt. vj.
fœnicul.
angelic.
Cortic. aurant. ana ℈ß.
M. f. Electuarium.

*Uſus* in Colicâ, diarrhœâ, dyſenteriâ, febribus malignis, ventriculi debilitate. Doſis, quantum cuſpide cultelli ſumitur.

### *XII. Aliud Bezoardicum.*

Rec. radic. enulæ. Leviſtici. Dictamn. alb. pimpinell.
Gentian. Valerian. Nuc. vomicæ ariſtoloch. rotund.
Tormentill. biſtort. angelic. Ari. zinziber.
Sem. chinæ. fol. rutæ. ſalviæ. veronic. Scabioſ. Card. b ana ℥ß.
bacc. lauri. ʒ iij.
Cinamom. zedoar. ana ʒijß.
Croci ʒjß.
M. f. Pulvis ſubtiliſſ. cui adde pulver. Caſtorei, bacc. juniperi ana ℥ß.
Hiſce in tigillo mixtis adde aceti vini ℥ß.
Salis ⊡næ volatil. ʒjß.
Sacchar. candi ℥ iv.
Mithridat. ℥j.
Theriac. A. ℥ij.
Miſce exquiſitiſſimè cum Mellis Menſurâ unâ vel q. ſ.
Doſis eſt à ʒß. ad ʒij. vel ʒiij.

### *XIII. Aliud Alexiterium campheratum D. D. R.*

Rec. radic. angelic. zedoar. tormentill. ariſtoloch. utr. valerian.
gentian. Succiſ. leviſtic. pimpinell. olſenich.
Myrrh. baccar. Laur. ana ℈ iv.
Boli Armeni ℥jß.
Semin. acetoſ. Citri ana ʒ ij.
Terræ ſigillat.
boleti cervini ana ℥ß.
Spec. el. de gemm. frigid.
diamargarit. calid.
diatr. ſantal. ana ℈ ij.
liberant. ℈ iv.
Croci ʒ j.
Oſſ. de Corde Cervi ℈ ij.
Theriac. A. ʒvj.

aceti

aceti peſtil. ℥ iv.
Mithridat. ℥jß.
Diaſcord. Fracaſtor. ℥ iij.
Camphor. ʒvj.
Syrup. Citri ℥ iij.
M. f. Electuarium.

*XIV. Aliud ex Bolo Armeni Ejuſd.*

Rec. Nuc. jugland. num. xxx.
radic. Olſenich. carlinæ ana ℥j.
Scorzoner. ℥ ij.
Zedoar. enucl. Nymph. Cortic. Citri an. ℥ß.
Macis ʒ ij.
bacc. Lauri ʒ vj.
CC. ppt. Coral. r. ppt. ana ʒij.
Boli Armeni ℥ ij.
h. Scabioſ. Meliſſ. ana ℥jß.
Card. b. Scord. Cretic.
Verben. Sem. acetoſ. ana ʒ vj.
Nuciſtæ ℥ ß.
f. c. ſucc. calendul. & Mell. ſ. q. Electuarium.

*XV. Aliud de Nucibus in Peſte. D. D. R.*

Rec. Nucum jugland. ℥ijß.
ficuum recent. ℥ ij.
Macerentur prius in ⋇
fol. rut. recent. ʒvj.
abſinth. ʒ ij.
rad. zedoar. oſtrut. dictamn. alb. ana ʒjß.
pimpin. valerian. gentian. ana ʒ j.
roob juniperi ℥ ij.
Terræ ſigillat. ʒiij.
boli Armen. ʒijß.
Theriac. ℥jß.
fol. card. b. veronic. ana ʒ j.
Salis. juniperi. angelic. ana ℥ß.
M. ſ. a. f. Electuarium.

*XVI. Aliud contrà Peſtem D. R.*

Rec. radic. angelic. ʒ ij.
gentian. ʒ iij.
ariſtol. utr. pimpinell. valerian. oſtrutii.
tormentill. dictamn. alb. ana ʒj.
cortic. citri. ʒij.
Ligni aloës. ſantal. citrin.
Semin. acetoſ. Citri. bacc. Lauri ana ʒj.
Ex inciſ. & contuſ. cum Spirit. juniperi extrahe eſſentiam, poſteà Spiritum ſepara ad mellis craſſitudinem, cui adde
raſur. Eboris.
Sapphir. præpar. ana ʒiij.
hyacinth. præpar.
Margarit. præpar. ana ʒjß.
Oſſ. de Corde cervi ℈iv.
unicornu ʒij.
camphor. ʒjß.
Theriac. A. ℥ij. M.
f. Electuar.
Doſis in præſervatione à ℈j. ℈jß. ad ʒj. vel ʒij. In curatione à ʒß. ad ʒij. vel ultrà.

*XVII. Aliud anti-Dyſentericum pro Noſocomio Argentoratenſi D. D. S.*

Rec. conſerv. roſar. veter. Diacydon. ſ. ana ℥vj.
roob. cynoſbat. pomor. ſylveſtr. ana ℥iij.
de cornis ℥vj.
conſerv. ſymphyt. major. ℥iv.
Nuc. Moſchat. ℥ ß.
radic. tormentill. ℥ivß.
biſtort. ℥ij.
Sang. dracon. ʒijß.
boli Armeni præpar. ℥ ß.
Lapid. hæmatit. præp. ʒij.
Croc. Martis adſtring. ʒiij.
Succi cydonior. ℥ iij.
Syrup. Myrobalan.
de roſ. ſicc. ana ſ. q. f. Electuarium.
Doſis ℥iiß. ad ſummum.

N. Mirum hujus effectum vidit D. D. Eringius in Lienteriâ, dyſenteriâ, aliiſque alvi fluxibus in noſocomio Argentoratenſi.

*XVIII. Aliud in fluxu hæmorrhoidum nimio.*

Rec. conſerv. roſ. r. ⊕-lat. ℥jß.
cymar. quercus. ℥ß.
cortic. aurant.
cydon. ana ℥ j.
corall. r. ppt. ʒij.
Extract. fol. quercus.
Cortic. aurant. ana ℈j.
Croci Martis adſtr.
Lapid. hæmat.
Sang. Dracon. ana ʒß.
Spec. diarrhod. Abb. ʒß.
c. Syrup. Myrtillor. ſ. q. f. Electuarium.

*XIX. Aliud ad Coitum.*

Rec. Amygdal. dulc. Pinear. Piſtac. ana ʒvj.
Piperis. galang. Cubebar.
Semin. eruc. urtic. paſtinac. ana ʒ j.
Stinci marini num. iij.
boleti cervin. priapi cervin. ana ℈ij.
Confect. alkermes. ʒiij.
Diaſatyrion.
radic. lapath. maj. condit.
eryng. condit. ana ℥j.
Satyrii condit. ana ℥j.
Nuc. indic. condit.
zinziber. chin. condit. ana ℥ß.
Moſchi. ambræ. zibeth. ana gr. iij.
c. Syr. Satyrion. ſ. q. f. Electuarium.

*XX. Aliud ad Coitum.*

Rec. Succolad. indic. ℥ ij.
Nuc. indic. condit. num. j.
c. Syrup. ceraſ. c. fl. tunic. ſ. q. f. Electuar.
Adde Confect. alkerm. c. M. & A. ℥ß.
ol. de Cinamom. ℈j.
Ambræ Moſchat. Margarit. trochiſcat. an. ℥ß.
M.

## SECTIO IX.

### *De Elixiriis.*

*I. Elixir Cephalicum D. D. G. M.*

Rec. extract. radic. pæon. valerian. caſtorei ana ℥j.

Ligni aloës. ſantal. citrin. ana ℥ß.
fl. anthos.
ſalviæ.
betonic. ana M j.
Macis. cubebar. ana ℥j.
M. f. cum ſp. lil. convall. & ſp. ⊕-ol. phil. ſ. q. Elixir.

*Uſus.* In catarrhis frigidis, coryzâ, vertigine, in præſervatione ab apoplexiâ. Doſ. gutt. x. vel xij. aut xxx. in vehiculo appropriato manè & veſperi.

*II. Aliud Cephalicum.*

Rec. radic. acori. pœon. viſci quern. Ligni aloës. baccar. juniper. ana ℥ß.
Sem. pœon. ʒiij.
Cinamom. caryophyll. macis Cardamom. fruct. anacardin. ʒj. ℈j.
fl. anthos. ſalv. primul. ver. pœon. calendul. betonic. Lavendul. ſtœch. A. lil. convall. euphrag. tiliæ ana p. j.
Affunde ſp. vini optim. ſ. q. digere per vi ☌ ☍ ad Eſſentiam extrahendam, poſtmodum fiat deſtillatio, deſtillato adde
Ol. d. Lavendul. quantum imbibere velit.
Salis juniperi cum ſp. ⊕-ol. phil. impraegnat. ʒ j.
Extract. Ligni aloës ℥ß.
reliquum in fundo adde & M. f. Elixir.

*III. Elixir Epilepticum & Hyſtericum.*

Rec. radic. pœon. ℥j.
viſci corylin.
Sem. pœon. ana ℥ß.
fl. Nymph. Lavendul.
roſar. rubr. papav. err. ana M ß.
camphor. ℈ iv.
ſantal. rubr. ʒ ij.
ſp. vini rectific. ℔ j.
Stent in digeſtione per menſem vitro probè obturato: poſtmodum fiat colatura; cui adde
Liquoris volatilis ſanguin. humani rectificatiſſ. ℔ ß.
Eſſent. caſtor. ℥ j
anodynæ ℥ ij.
M.
Doſis gutt. x. ad xx. vel xxx. xl. in liquore convenienti ante inſultum epilepticum vel hyſtericum.

*IV. Elixir Pectorale D. D. I. M.*

Rec. herb. pulmonar. Italic. gnaphal. montan. praſſii, rorellæ ſcabioſ. fol. tuſſilagin. veronic. ſummitat. hyſſop. ana M j. fl. helen. ſcabioſ. ana M iv.
radic. enul. tuſſilagin. ana ℥ j. — cardamom. el.
ariſtoloch. rot. — cinamom. ana ʒß.
ireos Fl. ana ℥ ß. — benzoes el. ℥j.
Myrrh. rubr. el. — ſtyrac. ℥ ß.
Maſtich. — alypt. Moſchat. ʒ iij.
croci Or. — Semin. Urtic. ʒ iij.
— Naſturt. ʒij.
ſucci glycyrrhiz. an. ℥j. — Sacchar. candi ℥ iv.
Irrorentur ſp. 🜍ris ſ. q. infunde poſteà ſpirit. hyſſopi ſ. q. f. ſ. a. Elixir.

*V. Elixir Stomachale D. D. I. M.*

Rec. herb. Meliſſ. Menthæ. puleg. ana M iij.
ſaluiæ. M ij.
radic. pimpinell. zedoar. galang. ana ℥jß.
calam. aromatic. ℥j.
granor. Maſtich. ℥jß.
cubebar. Nuc. Moſchat. ana ℥ ß.
Macis. cortic. citri aurant. ana ℥j.
cinamom. el. caryophyll. zinziber. ana ℥ ß.
coriandr. ℥ j.
Inciſ. & contuſ. infunde guttatim ſp. ⊕-ol. philoſ. ſ. q. ad imbibitionem & macerationem, extrahe poſtmodum cum ſpiritu cortic. citri in loco calido.
Doſis eſt à gutt. 20. ad ʒß. in pane bis cocto.

*VI. Elixir vitæ pectorale Duc. Saxon.*

Rec. radic. enul. tuſſilagin. ana ℥ ß.
ireos. Fl. liquirit. ana ʒiij.
ſcyllæ ℥ß.
ficuum ℥ j.
bacc. Lauri. juniperi. alkekeng. dactyl. pineæ, amygdal. dulc.
jujub. ſebeſten. prun. dulc. ana ʒ iij.
Pulmon. vulp. ℥ ß.
h. ſalviæ. praſſii. majoran. hyſſop. ana M j.
zinziber. alb. caryophyll. cinnamom. Cardamom. ana ʒ ij.
Mell. deſpumat. ℥ iij.
Sp. vini optim. vel aniſat. ℔ iv.
vini Malvatic. aut Hiſpanic. ℔ v.
Stent in infuſione per diem, deinde deſtilla in MB.
Deſtillato adde julep. roſat. ℥ ix.
Moſchi opt. in pet. ligat. ℈ß.
M. ſervetur ad uſum. Doſ. cochl. j. ij. &c.
N. Poteſt etiam omiſſis fructibus & pulmone vulpis deſtillari, etiam abſque Melle, cùm nihil virium deſtillato largiantur.

*VII. Elixir Vitæ rubeum D. D. R.*

Rec. Santal. rubr. ℥ ß.
cinamom. ℥ ij.
zinziber. caryophyll. ana ʒvj.
Nuc. Moſchat. num. vj.
Cardamom. cubebar. Macro piper. ana ʒ iij.
Macis. galang. Semin. carui pœon. ana ʒ ij.
ſpec. diambr. Pleres Archont.
Cordial. temperat.
Lætific. Rhaſ. ana ʒ j.
baſilic. pulegii.
fl. lil. convall. lavendul. ana M j.
baccar. juniperi ℥ j.
Inciſ. & contuſ. infunde in ſp. vini ℔ iv.
aq. roſar.
ceraſ. n. ana ℔ ß.
cinamom. cydoniat.
caryophyll. ana ℥ j.
Vini Malvatic. ℥xx.
Stent in infuſ. per x ☌ ☍. Expreſſo & colato adde
Sacchari albiſſ. ℔j. ut ſolvatur, tum iterum aliquoties cola, ut clareſcat.

*VIII. Elixir Proprietatis D. D. G. M.*

Rec. aloës Socoterin.
myrrh. Alex.
croci Or. integr. ana q. v.
Infunde ſpirit. Cinamom. compoſit. ex caſſiâ ligneâ & coſto aromatico parat. & ſpirit. ⊕-ol. phil. ad eminent. duorum tranſverſ. digit. Digere per 14 ☌ ☍.

Uſus

Uſus Ejus eſt in imbecillitate ventriculi & malo hypochondriaco.

Doſ. gutt. x. ad xx. &c.

N. Contrà Scorbutum loco ſp. 🜍ris vel ⊕oli, ſumi poteſt ſp. ⊖ & ſp. cochleariæ. Conſuetum quoque eſt, Elixir proprietatis cum tincturâ bezoardica miſcere anaticâ proportione, & ſic elegantiſſimum præbet alexipharmacum tam in præſervatione, quàm in ipsâ curatione in uſum trahendum. Quemadmodum etiam illud omni reſiſtit putredini, & corpus à contagio munit, ita hoc expellit, quod à miaſmate contagioſo fortè contractum eſt.

### IX. *Aliud.*

Rec. Myrrh. el. aloës epatic. ana ℥iv.
croci or. ℥ij.

Affunde ſpiritum vini non rectificat. q.ſ. ad 4 digitor. eminentiam, ſtent in digeſtione, poſteà affunde tantundem Spirit. 🜍 quantum ſp. vini fuit, iterum digere, clarum ſepara & ab hoc abſtrahe ſpiritum vini, phlegma ſeorſim collige, uſque dum guttæ acidæ decidant, tunc deſine; ſp. vini deſtillatum reaffunde, pone in digeſtionem per aliquod tempus, filtra poſtmodum & pro uſu reſerva.

### X. *Aliud. D.F.F.*

Rec. Myrrh. el. Aloës Epatic. Croci
Or. ana q. v.

Contere & miſce optimè; Huic ſuperfunde Spiritum ⊖lis ad 4 digitorum eminentiam in Pelicano, luto optimè munito & pone in MB per 2 Menſes, poſteà cum ſp. vini ana miſce & circula per Mēſem, effunde, cola, rurſuſque inde Pelicano in MB pone per 14 ☍. Poſteà pro uſu reſerva.

N. Nonnulli ſolvunt prius aloën in aquâ. Myrrham in ✕ & Spiritum 🜍ris vel ⊖lis circulant cum ſpiritu vini.

### XI. *Aliud Elixir Proprietatis A. S.*

Rec. ſp. Terebinthin. lentè per veſicam deſtillat. ℥viij.
Aloës Socoterin. Myrrh. el. ana ℥ij.
croci or. ℥j.
ol. d. cinamom. caryophyllor. ana ʒj.

Infunde omnia in vas vitreum & benè clauſa digerantur in fimo equino, per Menſem, poſt ſepara ſubtile à ſpiſſo, ſerva pro uſu.

*Vires.* Eſt inſigne medicamentum ad calculum. Doſ. à gutt. v. ad ℈j.

### XII. *Elixir Anti-Scorbuticum D. F. H.*

Rec. Elixir. vitæ balſamic.
Eſſ. fl. hyperic.
ſummit. chamædr. ana ℔ß.
martis meæ aperitiv.
ſp. ⊖ ♀tar. volatil.
cochlear. ana ℥ij.

M. ſtent in digeſtione per aliquot ☍. Doſ. à gutt. xx. ad LX.

### XIII. *Elixir Uterinum D.G.M.*

Rec. Aloës Socoterin Myrrh. ana ℥vj.
croci or. ℥j.
Extract. radic. bryon.
angelic.
zedoar.
caſtorei.
meliſſ.
matricar. ana ℥j.

Irrora cum ſpiritu uterino benè rectificato, adde Spirit. ⊕ol. phil. ſ. q. digere per noctem, poſteà ſuperadde

Spirit. uterini ſ. q. Et digere ad tres ſeptimanas.

*Uſus*, in menſium obſtructione, intemperie uteri frigidâ, ſuffocatione uteri & flatibus, Lochiorum ſuppreſſione. Doſ. ix. vel x. xv. gutt. in vehiculo convenienti.

### XIV. *Aliud D. I. M.*

Rec. ſpirit. vini rectificat. ſ. q. ſuper radic. angelic.
bryoniæ. ana ℥iß.
h. pulegii. artemiſ. Meliſſ.
Mercurial. rutæ Matricar. a. M j.
hunc Spiritum ſuperfunde Caſtor. ℥iij.
Croci Or. ʒiij.

Extrahe, filtra, adde Sp. ⊕ol. ♂tis q.ſ. ad acetoſit.

Sp. vini bis cohobando abſtrahe ad medietatem, iterum ſuperfunde & extrahe.

N. Loco ſp. vini ſ. poteſt ſumi ſpirit. baccar. Ebuli vel ſambuci.

Doſis eſt ℈j. ad ʒß.

### XV. *Aliud D. F. H.*

Rec. juniperi opt. balſamic. ℔iß.
croci. Auſtr. ℥ß.
caſtorei ℥ij.
fermenti anodyni ʒij.
Eleoſacchar. ſuccini ℥ß.

Mixta ſtent in digeſtione aliquandiu & filtrentur.

Doſ. eſt à gutt. v. ad ʒß. in vehiculo appropriato.

### XVI. *Elixir Antifebrile D. I. M.*

Rec. ſummit. abſinth. Centaur. min. fol. card. b.
rut. hortenſ. pentaph. ana M ij.
Semin. hyperic. ℥ß.
radic. gentian. filicis. ariſtol. rot.
imperator. calam. arom. Ari ana ℥j.
Caryophyll. Nuc. Moſchat. zinziber. alb. piper.
long. ana ℥j.
cum ſp. vini extrahe. f. Elixir.

### XVII. *Elixir Artrhiticum*

Rec. radic. pœon. ℥ß.
pyrethri.
Cyperi. rotund.
irid. illyric. ana ʒiß.
Cardamom. cubeb. ana ʒj.
Caryophyll. Cinamom. ana ʒij.
Nuc. Moſchat. ℥ß.
Myrrh. el. ℥iß.
fol. puleg. Majoran. ana ℥j.
Salv. chamædr. chamæpit. ana ℥ij.
fl. chamæmel. n.
lavendul.
anthos ana ℥iij.

Infunde in ſp. vini rectific. ℔ IV.

Stent in infuſ. per 14 ☍. Deſtilla in MB. Deſtillato adde, Extractum cum Sale.

*XVIII. Elixir Alexipharmacum.*

Rec. Spirit. baccar. Sambuc. per fermentat. parat. & optimè rectificat. ℔. ß.
Extrahe cum hoc Eſſentiam ex ſpeciebus theriacal. addendo
croci ʒij.
Myrrh. el. ʒiij.
Rec. colaturam, in hàc diſſolve Balſami 🜂ris cum ol. juniper. & ſuccini noſtro more parati q. v.
Sal. ſuccini volatil. ʒiß.
cruor. cervi volatil. ʒj.
camphor. ℈iv.
M. f. Elixir.
*Vires.* Eſt remedium balſamicum tàm præſervativum quàm Curativum in febribus malignis & ipsâ peſte. In præſervatione doſis eſt à gutt. v. ad x. In curatione à ℈ß. ad ℈j. in convenienti vehiculo.

## SECTIO X.

### *De Emplaſtris.*

*I. Emplaſtrum Ant-epilepticum I. M.*

Rec. Succini albi. Thuris. Maſtichis ana ʒiß.
galbani Opopanac. ana ℈j. viſci q. ʒij.
ambræ gryſ. gr. vi. Moſchi gr. iij.
Semin. pœon. mar. ʒß. Ladani ʒiß. ol. Nucis moſchat. parum, aſperge pulvere cubebarum & extendantur in alutâ latitud. 8 digitorum, & longitudinis quindecim circiter.
N. Prædicta piſtillo calido miſcenda & formanda poſteà in pomum Ambræ.
N. Iſtiuſmodi Emplaſtra in nuchâ commodè geſtari poſſunt in aliis etiam capitis Affectibus, dum miaſmatum exoticorum cum ſanguine ſublimatorum impediunt adſcenſum & vellicantes humores à nervorum principio abſtrahunt; Ad aliquot hebdomadas hoc fieri debet, deindè calidâ aquâ locus abluendus, ut aliud applicetur. Sic & temporibus utrinque ac fronti ex tacamahaca, Carannâ &c. imponuntur, à dentibus & ab oculis quæ depluentes humores intercipiunt, viasque in venis adſtringunt. Thom. Bartholinus centur. v. hor. 25.

*II. Emplaſtrum in Catarrho ſuffocativo.*

Rec. Ladani puriſſ. ʒvj. ſtyrac. liquid. ℥j.
ol. d. Maſtich ℈j.
caryophyll.
roriſm.
macis ana ℈ß.
pulv. ſuccini optimi ʒß.
Lapid. Magnet. ʒij.
C. ol. Maſtich. & Cer. ſ. q. f. Emplaſtrum.
Hoc deraſis capillis capitis vertici imponendum.

*III. Aliud in apoplexiâ, paralyſi, Epilepſiâ, Catarrhis &c. Altenburgenſium.*

Rec. Macis Nuciſtæ. Olibani. Maſtich.
ſtyrac. calamin. gummi juniperi ana ℈ij. gr. v.
roſar. r. ʒj. Ladani ℥iv.
Terebinth. cypr. ℥ij. f. ſ. a. in mortario calido Emplaſtrum.
N. bregmati applicatum in dictis affectibus mira præſtat.

*IV. Emplaſtrum Ophthalmicum.*

Rec. radic. conſolid. major. minor. ana ℔ß.
fl. chamæmel. Melilot. lut. Croci ana ℥ij.
farin. fabar. ℥iv.
fœn. græc. ℥iß.
butyri rec. ʒvj.
coq. ſ. a. tandem terantur f. Empl.
N. Si addideris ei ſucci abſinth. cymin. ana ℥j. Medicinam ei parem non facile invenies. Facit ad contuſiones & concuſſiones oculorum, reſolvens & exſiccans materiam in parte affectâ circa oculos contuſos, dolorem inſuper mitigans.

*V. Emplaſtrum in Paralyſi partium cum dolore junctâ.*

Rec. Empl. diapalm ℥iiß.
unguent. Aregon. ʒß.
ol. Euphorb. ʒiß.
chamæmel. ʒß.
c. ceræ ſ. q. f. Empl. in formâ magdaleonis.

*VI. Emplaſtrum Anti-Pleuriticum Ioſ. M.*

Rec. Picis navalis ℥iß.
🜂ris triti ℥ß.
ceræ flav. ʒvj.
Terebinth. clar. ℥ß.
ol. coct. chamæmel. ſ. q. f. Empl. & applic. præmiſsâ V. S. & medicamentis ſpecificis.

*VII. Emplaſtrum in Mammillarum inflammatione.*

Rec. Sevi cervini.
ceræ alb. ana p. æ.
Liquefiant addendo Terebinthin.
ol. violar. ana ſ. q.
Per hanc mixturam traducatur charta & apponatur parti affectæ.

*VIII. Emplaſtrum Spleneticum de cicutâ D. D. S.*

Rec. cicutæ M iij
fl. geniſtæ M j.
gummi ammoniac. ℔iß.
Infunde in ſ. q. ✕ deindè ebulliant, donec ammoniacum ſit diſſolutum, poſteà cola, adde ſucci Nicotian. ver. ʒvj.
Ebuli ℥iv.
Iterum ebulliant, tandem adde
reſin. Pini
Terebinthin. ana ℥iij.
Styrac. calamith. ʒvj.
Myrrh. ℥iß.
ol. coct. de cappar.
ceræ ana q. ſ. f. Emplaſtrum.

*IX. Emplaſtrum Hydropicum D. D. F.*

Rec. thuris. Maſtich. ana ℥j.
ſantal. rubr. ʒß.

fl. cha-

fl. chamæmel. n.
roſ. r. ana M. j. pulveriſ. Miſce cum Cerâ ol. chamæmel. & juniperi ſ. q. f. Emplaſtrum.

*X. Emplaſtrum ad quaſvis febres, etiam Quartanam. D. E.*

Rec. gallarum. Salis commun. pulver. tormentarii.
Camphoræ ana q. ſ. pulveriſa, & cum Terebinthinâ f. ſ. a. Maſſa, ex quâ formentur Emplaſtra ad magnitudinem quadrantis taleri, pulſibus manuum applicanda, quando & quâ horâ quis velit, eâdem horâ quotidianarius, poſt 5. tertianarius poſt 7. quartanarius, poſt 9. dies iterum ea removeat & in fluvium projiciat.

*XI. Aliud in malignis & aliis febribus ſummo cum ſucceſſu ſæpè expertum.*

Rec. Terebinthin. Venet. ℥j. liquefactæ in aheno cupreo, adde aranearum vivarum magnarum num. xx. agita ſpatulâ ligneâ, donec araneæ albæ vel gryſeæ appareant, vel ferè non amplius conſpiciantur, adde poſteà pulverem carnis bufonum ſiccat. rubet. ſiccat. ana ℥ß.
Tartari crudi ℥j. Sabinæ ʒij. ol. Scorpion. Matthiol. q. ſ. ad juſtam conſiſtentiam omnia agitando ſpatulâ ligneâ (cave ne manibus nudis tangas) donec in juſtam maſſam Emplaſtri abeat.
N. Hoc Emplaſtrum eò efficacius fuerit, ſi bufones juxtà Bucleri Hyberni inventum ab Helmontio patefactum in tumul. Peſtis & ab Athanaſ. Kirchero in Scrutinio Peſtis repetitum p. 350. in antidotum redigantur. vid. de hoc P. Iohann. Faber. in ſui Panchymici Libr. V.

*XII. Emplaſtrum Anti-Quartium I. B. v. H.*

Rec. Tabaci q. v. affunde vini ſ. q. coq. ad ebullitionem per dimidium horæ ſpatium, poſteà coletur, Colaturæ adde
Mellis comm.
Ceræ & ol. de Capparib. ſ. q.
f. Empl. applica tepide Lieni.

*XIII. Emplaſtrum Anti-Arthriticum D. G. R.*

Rec. gummi galbani. ammoniac. ana ℥j.
Carann. ℥ß. Solve in 🜋 & trajice per linteum.
Mucilagin. ſem. pſyllii.
cydon.
radic. alth.
conſolid. maj. cum ▽ parat. ℥iv.
coq. ad humidit. conſumpt. & juſtam conſiſtentiam
adde Ol. Laurin. ℥vj.
expr. Nuc. Moſchat. ʒiij.
d. juniperi ʒij.
cumini ℈j.
Balſam. 🜍 cum ol. terebinthin. ʒiß
pulv. rad. ireos Fl. ℥iij. ʒj.
zedoar.
ariſtoloch. cav. ana ℥j.
Myrrh. oliban. Maſtich. ana ʒiij.
Succini ℥ß.
croci or. ʒiij.

c. cerâ, pice, coloph. Terebinth. ſ. q. f. Empl. ſervetur pro uſu.

*XIV. Aliud Anti-Podagricum. N. à S.*

Rec. oliv. optim. ℔j. contuſis in mortario affunde ol. oliv. ℔ß. infunde in vitrum imminente novilunio, interdiu expone ſoli, noctu verò B. hoc continues per menſem, poſteà exprime, & Rec. ceruſſ. ℔j. extrahe ejus animam, donec nulla remaneat albedo, abiice fæces & Rec. Magnetem.
Terebinth. ana ℥iv.
Ceræ ℔ß.
Liquefac ſuper △, adde oleum expreſſum. M. porro adde
Olibani ℥iß.
Myrrh. ℥ß.
Hæc omnia ſuper △ liquefacta cùm fuerint, adde
Magnetis calcinat.
camphor. ana ʒij.
Ebulliant ſemihorulæ ſpatio, refrigefactis adde
Animam ♄turni, vel ejus oleum.

*XV. Aliud ad Nodos Podagricos vel ♀nereos.*

Rec. Picis navalis ℔ij.
colophon. ceræ citrin. an. ℔.v.
Sem. Naſturt.
bacc. Lauri.
🜍ris vivi.
Sem. cymini. aniſi.
croci.
abſinth.
pulegii.
maſtich.
cinamom.
zinzib.
caryophyllor. ana ℥j.
ex pulveriſ. f. ſ. a. Empl.
N. Sequens tamen oleum antè Emplaſtri uſum eſt uſurpandum.
Rec. ol. ceræ
lil. alb.
anethi ana ℥j.
M.

*XVI. Aliud ad Tophos Podagricos.*

Rec. pulv. radic. hermodactyl.
aronis.

| | |
|---|---|
| Succini Lapid. calaminar. ana ʒij. | ammoniac. opopanac. |
| Magnetis ℥j. | tacamahac. Serapini ana ℥ß. |
| ☿rii ▽ti | ſaponis Veneti ʒiij. |
| ⊕-ol. ad rubed. calcinat. | ol. d. benzoin. |
| | d. ♀. |
| ⦶tri ana ʒvj. | d. Terebinthin. |
| gummi Carannæ ℥j. | d. Ligni ſancti |
| galbani. bdellii. | balſam. 🜍ris ana ʒiij. |

Ceræ & Tereb. ana ſ. q. f. Empl.

*XVII. Emplaſtrum ad Tophos ♀nereos diſſolvendos.*

Rec. gummi ✱ci in 🜋 ſolut. ℥xij.
pulv. radic. bryon.
alth. ana ℥ij.
Turpeti mineral. ℥iß.

Ceræ albæ ℥ij. M. f. Emplaſtrum ſ. a.

*XVIII. Emplaſtrum ad Tophos ♀ nereos non ulceratos.*

Rec. tetrapharmac. ℥j.
Lithargyrii ʒiij
Colocynth. ʒiß.
pulv. olibani alb.
☿rii ▽ati ana ʒj.
Argenti vivi. ol. abietin. Ligni ſanct. ana ʒij.
✠ ſquillitic. ol. viperarum ana ℥j.
f. ſ. a. Empl.

*XIX. Emplaſtrum ad cancroſos tumores, prohibens ne ulcera latius ſerpant.*

Rec. ung. diapompholig. ℥iij.
Empl. de mucilagin. ℥j.
radic. ſcrophular. Ari. ana ʒij.
C C. uſt. & præparat.
Cinerum gammaror. & ranarum ana ℥ß.
Miſce in mortario calido, adde olei vitell. ovorum recenter extracti q. ſ. ut conſiſtentiam cerati acquirant.

N. Ulcus ſi ſordidum eſſe videbitur, blandè tractetur neceſſe eſt, ne dolor excitetur: ideoque ſequens medicamentum filamentis in eo madefactis ulceri tepidè imponendum.

Rec. ▽ ranarum.
gammaror.
plantagin.
card. b. ana ℥iß.
Semin. cydon. ſubtiliſſ. pulveriſat. ℈ij
C C. uſt. & ppt.
Tutiæ.
plumbi ſquammoſi loti & ppti.
cinerum ranar. & gammaror. ana ʒj.
Theriac. ℈iv. M. in mortario & tepidè cum filamentis bis in die impone.

*XX. Emplaſtrum in ſcrophuloſis, ſcirrhoſis & nodoſis tumoribus planè irreſolubilibus D. D. C.*

Rec. fol. hyoſcyam. alb. rec. Mandragor. cicutæ.
Nicotian. ver. ana ℥j.
radic. Mandragor.
alth. ana ℥iß.
lil. alb. ℥j.
Inciſ. & contuſ. coq. in vaſe fictili cum
Vini Rhenan.
Aq. pluvial. ana q. ſ. ad debitam mollitiem, piſtentur ac cribrentur per ſetaceum.
Cribraturæ adde
Capitum alliorum & cæpar. ſub ciner. coct. ana ℥j.
pingued. porcin. anſerin. ana ℥j.
ol. lil. alb. ℥j.

Iterum ad △nem blandum coque, continuò ſpatulâ agitando & admiſce farin. hordei vel tritici ſem. fœn. græc. ana ʒij.
pulv. radic. ariſtol. long.
ireos Fl. ana ʒiß.
reſin. abietis ℥j.
ceræ q. ſ. f. Empl. mediæ conſiſtentiæ.

*XXI. Aliud ad ſcrophulas D. Ioſ. M.*

Rec. galbani. ammoniac. in ▽ vit. diſſolut. ana ℥iß.
Terebinth. Venet. ʒvj. aluminis crudi ʒiij.
ol. ſpicæ ℥ß. Ceræ novæ ℥j. M. f. Empl.

*XXII. Emplaſtrum contra Herniam C. G.*

Rec. gallarum. Nuc. cupreſſ. balauſtior.
Sem. plantagin. pſyllii. Naſturtii.
cupul. glandium. fabar.
ariſtoloch. long. & rotund. Myrtill. ana ℥ß.
pulveriſ. & in ✠ roſac. macer. per 4. ☍ ☽. Deinde torrefiant & exſiccentur, adde conſolid. major. & minor.
caudæ equin. Scolopendr.
Myrrh. aloës. Maſtich. Mumiæ. ana ℥ij.
Boli Armen. Lapid. calaminar.
Lithargyr. aur. ſang. draconis. ana ℥iij.
Picis navalis ℔ij. Terebinthin. ſ. q. f. Emplaſtrum.

*XXIII. Aliud contra Herniam D. K.*

| | |
|---|---|
| Rec. △. Terebinthin. ana ℥j. | Terræ ⊕-ol. dulc. ℥ß. |
| | corall. r. ppt. |
| ol. coct. Maſtich. ℥ß. | magnet. ppt. ana ʒij. |
| croci Martis adſtr. ʒij. | Extract. conſolid. maj. |
| Terræ ſigillat. ʒvj. | ariſtol. rot. ana ℥j. ʒij. |

M. f. Maſſa extend. ſuper alut.

*XXIV Aliud ad Herniam. D. C.*

| | |
|---|---|
| Rec. picis naval. ℥iß. | gypſi ℥iij. |
| Lithargyrii ℥j. | radic. ari. |
| ceræ r. & virid. ana ℥iß. | ariſtoloch. long. rotund. ana ℥ij. |
| gummi ✻ci. | |
| Mumiæ ana ℥j. | Myrrh. |
| Opopanacis. | olibani ana ℥iß. |
| galbani ana ℥j. | Terebinth. ℥j. |
| viſci q. ℥iij. | radic. anagallid. utriusq; ana ℥ß. |
| aloës ℥iß. | |
| Maſtich. ℥j. | ſanguin. humani ℥ x. M. |
| ✻ ℥iiß. | f. ſ. a. Empl. |

*XXV. Emplaſtrum Norinbergenſe S. I.*

Rec. ol. olivarum, vel quod melius,
ol. hyperic. ℔ ⁝
Camphor. ʒiß.
Minii opt. ℥j.
Ceruſſæ venet. ℔ ⁝

N. Camphora cum oleo miſceatur & per pannum coletur, deindè olea ſeorſim cum minio ac ceruſſâ ſuper carbones agitando ſæpius miſcenda, tandem adde camphoram dicto modo ſolutam cum oleis & picem liquidam q. ſ. ad conſiſtentiam.

*XXVI. Emplaſtrum Vulnerarium.*

Rec. ol. de palmâ Indicâ flaveſcent.
non albi. ℔j.
ol. Lini rectific. ℥iij.
Lithargyrii ℥viij.
ſi vis habere cum camphorâ, adde ℥ß.
f. ſ. a. Empl.

N. Lithargyrium in oleo lini per coctionem prius ſolvitur. Sin ex aquâ & oleo præparari debet, affunde

de aquam Lithargyrio, coque & filtra, adde poſteà oleum palmæ indicum flavum ( cui, ſi vis, admiſcere poteris aliquid olei camphoræ ) & coque ad conſiſtentiam Emplaſtri, decoctum lithargyrii ſucceſſivè ſemper affundendo.

*XXVII. Emplaſtrum ad extrahendos globulos & ſagittas.*

Rec. Ceræ albæ ℔ j. Colophon. Terebinthin. an. ℥vj.
liquefactis ſuper ignem adde
gummi ammoniaci ʒj.
bdellii. ℥j.
Magnetis contuſi ʒv.
Succini lutei ℥iij.
M. pro Emplaſtro.

*XXVIII. Emplaſtrum fluxus attractivum ad fonticulos & veſicatoria D. D. M.*

Rec. reſin. abiet. Picis nigr. Terebinthin. an. ℥ß.
Mumiæ ʒß.
Tut. ppt. ⊖-ol. alb. an. ʒij.
Pulv. Magnet. ʒj. camphor. ℈j.
ol. d. ſuccini ℈ij. M. f. Emplaſtrum.

*XXIX. Arcanum ad Cancros perſanandos, modò ferro aperti non fuerint, infallibile remedium D. Pr.*

Rec. radic. ſerpentariæ major. effoſſ. menſe Iulio & ad umbram exſiccat.
Arſenici cryſtallini ana pulveriſ. ſubtiliſſimè ſeorſim, poſteà in capaci vitro maneant in fermentatione per tres menſes, & hunc pulverem pro magno arcano ſerva.

*Modus adminiſtrandi talis eſt.*

Abluantur prius labia cancri & ſcrophularum malignarum cum aquâ Nymphææ, poſteà inſpergatur dicti pulveris nonnihil, & relinquatur ſuper labia uſque ad diem XV. & tranſactis hiſce diebus eſcharæ cadent. Reſiduum deinde cancri & ſcrophularum ſeq. Emplaſtro ſanabitur.

Rec. gummi Ammoniaci Bdellii. ana ℥j.
galbani. Sagapeni. Opopanacis. ana ℥ß.
In ✳ ſolutorum, ſoluta exprimantur & ad aceti conſumptionem evaporent; poſteà
Rec. ol. chamomill. ℥iij.
Petrolei.
hyperic. ana ℥iß.
Laurini ℥ß.
Terebinth. ʒj. ceræ novæ ʒiij.
Ponantur ſimul cum prædictis gummatibus ſuper lentum △nem & ſeq. pulvis injiciatur.
Rec. lithargyrii aurei ℥iv.
Lapid. calaminar. ʒvj.
ariſtoloch. long. & rot.
olibani. Maſtich.
myrrh. el.
corall. r. & a. ppt.
fl. ♉nii ana ℥ß.
Carabe ʒj.
Mumiæ. camphor. ſal. ⊖-oli. ana ʒij.
M. pulveriſ. & cum ſuprà dictis lento △ne miſce continuò movendo donec f. Empl. Quorum unum manè Cancro imponendum, alterum verò veſperi quâlibet ſemper vice mutando. ex Mſ. B.

## SECTIO XI.

### *De Emulſionibus.*

*I. Emulſio confortans in febribus ardentibus.*

Rec. Aq. acetoſ. Semperviv. Plantagin. fl. borragin. ana ℥iß.
Semin. Melonum non rancid. excorticat. ℥j.
f. Emulſio, adde
Manus Chriſti perlat.
Syrup. de canellâ
Myv. cydon. ana ʒß.
ſpirit. rub. id.
roſar.
cydon. ana ℈j.
M. S.
Köſtliche Stärckmilch.

*II Alia.*

Rec. amygd. dulc. excorticat. ℥j.
pinear. mundat. ℥ß.
▽ roſar. fr.
ceraſ. n. ana ℥iij.
f. Emulſio, adde
Aq. cinamom. opt. ʒiij.
Spirit. roſar. ʒj.
Aq. Carbuncul. ʒß.
Magiſter. perlar. ʒj.
corall. ʒß.
Manus Chriſti perlat. ʒij.
fol. ☉ num. iij.
M. d. ad vitrum. S.
Köſtliche Stärckmilch.

*III. Emulſio in defluxione ſalſâ & tenui.*

Rec. ▽æ Nucis Moſchat. ℥j.
Looch. ſan. ℥ij.
Scabioſ. ℥iß.
Sem. Melon. ʒj.
Papav. alb. ʒvj.
f. Emulſio, adde
Syrup. de papav. ſ. ℥j. M.
S. Linderungs-Milch.

*IV. Emulſio in febri ardente.*

Rec. amygdal. dulc. ʒvj
amar. num. iij.
Piſtac. ʒiij.
Sem. papav. alb. ʒiß
4. fr. maj. ana ʒß.
Aq. Cichor.
roſ. r.
acetoſ. ana ℥ij.
f. Emulſio, adde
julep. roſ. ℥ß.
Manus χti perlat. ʒvj.
Magiſter. Cordial. ʒiß.
Aq. Cinamom.
Spirit. roſar. ana ʒj.
M. S.
Kühlende Stärck-Milch.

*V. Emulſio Hypnotica.*

Rec. Semin. papav. alb. ʒiij.
Melonum ℥j.
Aq. Nymph.
Lactuc.

Verben.

Verben. ana ℥ij.
hypnotic. compoſ. ℥j.
f. Emulſio, adde
Magiſter. Cordial. noſtr. ʒj.
M. pro aliquot doſibus.

*VI. Emulſio Stegnotica.*

Rec. Sem. 4. fr. maj. ana ʒij.
papav. alb. ʒiij.
amygdal. dulc. ℥j.
Aq. Cydon. ex ſucc.
fol. querc.
Plantagin. ana ℥ij.
f. Emulſio, adde
Aq. cinamom. cum vino cydon. ℥j.
Myv. cydon. ℥ß.
M. S.
Anhaltende Stärck-Milch. pro 4 doſibus.

*VII. Emulſio contrà Lumbricos.*

Rec. Semin. cannabis ℥ß.
citri. ʒj.
Aq. fl. perſic. ℥iv. f. Emulſio,
adde corallinæ
C C. uſt. ana ʒß.
ſp. citri gutt. x. M.
pro 2 vel 3 doſibus.

*VIII. Emulſio Cathartica.*

Rec. Semin. melon. excorticat. ʒj.
Reſin. gialapp. gr. vij. vel ix.
Contunde & miſce in mortario marmoreo ſenſim affundendo ▽ roſar. optim. ℥j.
cinamom. ʒij.
Rotul. Manus xſti ʒß.
Spirit. roſar. gutt. iij. M. pro j. doſi.

*IX. Emulſio externè applicanda in febribus.*

Rec. ▽ verbenæ.
fol. perſicor.
roſ. r.
lactuc. ana ℥ij.
Nucl. perſic. ʒi.
Sem. papav. alb. ʒij. f. Emulſio, adde ſpirit. roſar. ℥ij.
M. S.
Umſchlag umb das Haupt.

*X. Alia in Hemicraniâ.*

Rec. ▽ roſar. lactuc. ana ℥iij.
Spirit. vini opt. ℥ij.
Nucl. perſicor. ʒiiß.
Sem. papav. alb. ℈ij.
Myrrh. rub. ſubtil. pulveriſ. ʒj.
M. f. Emulſio. S.
Umſchlag umb das Haupt.

*XI. Alia.*

Rec. Nucl. perſicor.
amygdal. amar. an. ʒvj.
Sem. anethi.
papav. alb. ana ʒiij.
Aq. verben.
fl. ſambuc. ana ℥iiß.
f. Emulſio, adde Lapid. prunell. ʒiiß.
N. Lintea hâc emulſione madefacta & leviter expreſſa tepidè fronti applicentur ac temporibus, ſæpiusque repetantur in agrypniâ & cephalalgiâ ſymptomaticâ in febribus.

## SECTIO XII.

### *De Epithematis.*

*I. Epithema in Melancholicis Affectibus.*

Rec. Aq. Meliſſ. ℥iij.
fl. citri ℥j.
▽. Carfuncul. ℥ß.
ſpec. temper. Cordial. ℈j.
Confect. alkerm. ʒß.
Spirit. Cinamom. ℈j.
aceti roſac. ʒij. M. pro epithemate, in quod linteamina ſæpius intingantur & applicentur fronti & temporibus.

*II. Epithema in Defluxionibus ad Oculos.*

Rec. roſar. rub. tur. ppt. Myrobal. Citrin. ana ʒj. pulveriſ. ſubtil. indantur in nodulum, qui decoct. ſeq. immergatur; Rec. ▽. roſar. fœnicul. ana q. ſ.
in quib. ebull.
Rec. roſ. r. p. iß.
Sem. fœnicul. ʒj.
fl. euphrag. p. j.
In colatur. ℥ivß. infunde nodulum ſuperiorem, qui cum decocto ſemper in Loco ſtet calido, intinge & oculis impone.

*III. Epithema pro Pulſibus.*

Rec. fl. Cordial. ana p. j.
lavendul. p. j.
Ligni Rhod.
Santal. alb. ʒj.
Cortic. Citri ana ʒi.
Inciſ & contuſ. in ſeric. ſaccul. duobus pro pulſibus, qui ſeq. aquâ per vices humectandi.
Rec. ▽ deſtill. pomor. Limon. roſar. fr. ana ℥iij.
cinamom. ʒij.
acet. roſac. ʒiij. M. S. Pulswaſſer zum Starcken.

*IV. Aliud pro Pulſibus.*

Rec. Aq. deſtill. Limonum ℥iij.
Spirit. roſar.
lil. convall. ana ʒiij.
Carbuncul. ʒiß.
ol. d. apoplectic. gutt. v.
Confect. alkerm. ʒß.
M. S. Puls-Waſſer

*V. Aliud pro Pulſibus.*

Rec. cortic. citri. exter. recent. ʒij.
radic. ir. Fl. ʒj.
cinamom. el. Macis ana ʒß.
ſummit. majoran.
baſilic.
thymi.
fl. lavendul. ana p. j.
roſ. r. p. ij.
Ligni aloës ℈j.
Inciſ. indantur in ſeric. ſaccul. pro pulſibus qui ſeq. aquâ humectandi.
Rec. ▽ meliſſ. citrat.
lil. convall.
roſ. r. ana ℥j.
acet. lavendul.
roſ. r.
rub. id.
fl. ſambuci an. ℥ß. M. S.
Puls-Waſſer.

VI. Epi-

### *VI. Epithema ſingulare ad Nodos podagricos D. W.*

Rec. Saponis nigri q. ſ. cui adde de vitello ovi crudi tantum, quantum eſt ſaponis medietas, & optimè miſce, donec Sapo proprium amiſerit colorem, quo facto ſuper ſtupas lini ſubtiles cum ſpatulâ extende, & loco dolenti applica. Deſuper autem impone.

Rec. albumin. ovor. farinæ tritic. ana q. ſ. pro linimento panniculo lineo obducendo, quod ſtrenuè loco affecto applicandum, niſi 5 aut 6 dies fuerint elapſi.

### *VII. Epithema ad dolores podagricos.*

Rec. ſaponis Veneti q. ſ. cui adde
ol. olivar. ſ. q. & ceruſſæ q. ſ.
pro Unguento, cui addi poteſt camphoræ ſ. q. vel non.
M. obducatur panno lineo.

## SECTIO XIII.

### *De Extractis.*

### *I. Extractum Cephalicum Nervinum CL. Z.*

Rec. Caſtorei elect. q. v. inciſo affunde Spiritus ceraſor. rectific. q. ſ. factâ maceratione unius diei abſtrahatur per cucurbit. vitr. fortiter deſtillando in MB. totus ſpiritus affuſus, ad caſtorei ſiccitatem: abſtractus ſtudioſè aſſervetur. Ex reſiduo affuſo ſp. vini ſ. q. repetitis vicibus extrahatur Eſſentia, quouſque ſpiritus affuſus colore inficiatur; tandem ſpiritus tincti omnes filtrati in Alembico vitreo leni balnei calore abſtrahantur ad conſiſtentiam Syrupi liquidam, reſiduum ex cucurbitâ effuſum in vitream patinam aquæ diplomatis debitè immerſam evaporet ulterius ad denſam Extracti conſiſtentiam, cui demum jungatur & reſtituatur deſtillatus ab eo ſpiritus ſuprà aſſervatus, & additâ Eſſentiæ aurantiorum ſaccharinæ ex recent. cortic. paratæ ℥ß. f. Extractum juſtæ conſiſtentiæ.

Hujus uſus eſt in apoplexiâ, epilepſiâ, lethargo nec non variolis & aliis exanthematibus expellendis notabilis.

### *II. Aliud.*

Rec. radic. zedoar. doronici. pæoniæ. ana ℥j.
viſci quercin. ℥iß.
croci ʒß.
cortic. aurantior. ʒiij.
Succini albi. ℥j.

Inciſis & cucurbitæ vitreæ immiſſis infunde ſp. vini rectificat. ℔j. factâ maceratione per 2 ♂♀, abſtrahe deſtillando in MB. ℥vj. Spiritus fragrantis, quo ſeorſim aſſervato in vitro clauſo, fiat ſpecierum reſiduarum cum ſ. q. ſp. vini rectificati extractio repetitis vicibus ad plenariam virium extractionem, ſpiritus omnes tincti & filtrati in MB. abſtrahantur ad remanentiam ℥x. Hic liquor, cui pauxillum reſinæ inhærebit, coletur per linteum. Reſina in colatorio reſidua leni calore nonnihil exſiccetur, quâ interim ſervatâ, liquor colatus in diplomate ad conſiſtentiam Extracti evaporet, cui Extracto tandem jungatur ſua reſina, cum ſuperiori primitus deſtillato & reſervato Spiritu ſoluta, additis

ol. Nuc. Moſchat. expreſſ. ʒß.
d. Cinamom.
Ligni Rhod. ana ℈ß.
Succini. ℈j.

Prius cum Sacchar. in elæoſaccharum converſorum.

Magiſter. Matris perlarum q. ſ.
M.
f. Extractum juſtæ conſiſtentiæ.

Uſus ejus eſt in apoplexiâ, epilepſiâ, vertigine, uteri ſuffocatione. Doſ. à ℈j. ad ʒß. in convenienti vehiculo.

### *III. Extractum Alexiterium D. D. Z.*

Rec. radic. angelic. Carlin. Scorzoner. ana ℥ij.
zedoar. contrajerv. an. ℥ij.
fol. Scordii noſtr.
rutæ hortenſ. ana M. iij.
Cortic. Citri. rec.
rec. aurantior. ana ℥iß.
Croci Optim. ℥ß.
Succini albi ℥iß.
Myrrh. el. ℥ii.

Inciſa & contuſa immitte cucurbitæ vitreæ, quibus ſuperaffunde

🜅 rectificat. ℥viij.

Ut ſaltem ſpecies nonnihil humectentur. Factâ maceratione unius diei, abſtrahantur in MB. ſp. vini affuſi ℥iij. quo interim aſſervato ſpecies prænominatæ cum ſp. vini ſ. q. extrahantur & quidem repetitis affuſionibus & decantationibus ad totalem virium extractionem. Colaturæ poſtea omnes filtratæ deſtillando in MB abſtrahantur ad ℔j. qui liquor, cui etiam nonnihil reſinæ inhærebit, coletur per linteum & in diplomate ad extracti ſpiſſitudinem evaporet, huic ſuperior ſeparata reſina prius in vitro exſiccata & denuò cum ſuperiori prius abſtracto ſpiritu à ſpeciebus ſoluta, adjungatur & probè commiſceatur, additis

ol. d. baccar. juniper. ʒj.
Citri.
Cinamom. ana ℈j.
expr. Nuc. Moſchat. ʒj. prius cum Sacchar. ſ. q. in elæoſaccharum redactorum f. Extractum.

Uſus ejus eſt in febribus malignis peſtilentialib. ad malignitatem expellendam & ſudores eliciendos. Doſ. ℈j. ad ʒß.

### *IV. Extractum Anti-Peſtilentiale T. d. B. à D. D. S. R.*

Rec. I. Theriac. optim. ℥iij.
Croci Or. ℥j.
f. cum ſp. vini extractum.
Rec. II. fl. 🜍ris ℥j.
myrrhæ el. ℥ij.
ol. d. baccar. juniperi q. ſ. ad eminent. 4 digitor.
ol. d. ſuccini ʒj.

Digere per quatriduum, poſtea filtra & de hâc extractione adde priori part. xij.

Rec. III. radic. angelic.
enul. ana q. v. f. cum ſp. vini Extractum, hujus partes xvj. adde prioribus & digere ſimul calore leniſſimo in XX clauſo per octiduum.

Tunc filtra & ad Extracti conſiſtentiam redige, cui adde

Sal C C. volatil.
ſuccini volatil. ana part. xij.

Eſt ſummum arcanum in Peſte. Doſis à ℈j. ad ʒß.

 V. Ex-

*V. Extractum Anti-Arthriticum G. P.*

Rec. Opii Th. ℥ij.
Succi Limonum depurat. ℥xvij.
Digere per 14 ♂ ℘ in ∴ ſæpius agitando, exprime, filtra & coagula ad formam mellis, fiant ℥ij. ʒvj. ℈ij.
Serva, jam
Rec. radic. impetator. ℥i. | caryophyllor.
Pimpinell. | Macis.
angelic. | cubebar. ana ʒiß.
vincetoxic. ana ʒij. | h. chamædr.
valerian. ℥ß. | chamæpyt.
enul. ʒij. | Meliſſ. ana ʒß.
zedoar. | Spirit. juniperi ℥xii.
Pone in digeſtionem, poſteà exprime, deſtilla per B.
deſtillato adde Extractum ſuperius,
Eſſent. Croci ʒiß.
Viperarum ℥ß.
M. adde Moſchi ʒß.
ambræ ℈ij.
Digere per 14 ♂ ℘.
Doſ. ʒj. cum ▽ cinamomi in paroxyſmo arthritico.
Sedat dolorem intrà horæ ſpatium, & ſudabit ægrotus inſequente ſomno. Poſteà 24 horar. ſpatio elapſo lenitivo corpus purgandum eſt.

## SECTIO XIV.

### *De Infuſis ſeu Claretis.*

*I. Claretum corroborans Caput & Nervoſum genus D. I. M.*

Rec. cubebar. caryophyllor. Cinamom. calam. arom. ana ℥ij.
Infunde per noctem in vini Malvatici ℔iv.
manè per manicam Hippocr. colentur, adde Sacchar. ℥viij.
S. Hauptſtärckender Wein.

*II. Aliud.*

Rec. cubeb. cardamom. ana ʒiij.
caryophyll. cinamom. ana ℥iß.
cortic. aurant.
viſc. quern. ana ʒj.
Macera per aliquot ℘ ℘ in vini Malvatici ℔v. poſteà clarifica per manic. Hipp. & f. claretum.

*III. Aliud.*

Rec. h. betonic. rotiſ. ſalviæ. primul. veris ana p. ij.
fl. ſtœchad. A. betonic. lil. convall. roſ. r. p. j.
Cardamom. Nuc. Moſchat. Caryophyll. Cinamom. ana ℈ij.
Cubeb. calam. arom. ana ʒj.
Cortic. Citri aurant. ana ℥ß.
Infunde in vini Malvatic. Menſur. j.
adde Sacchar. opt. ℥iij. filtra per manic. Hipp.
M. f. Claretum.

*IV. Claretum Pectorale.*

Rec. radic. glycyrrhiz. helenii. irid. Fl. ana ℥ß.
Cortic. Citri. aurant. ana ʒij.
h. Marrub. alb. Scabioſ. veronic.
tuſſilag. hyſſop. Pulmon. ana p. ij.
fl. Scabioſ. Meliſſ. betonic. ana p. j.
Paſſul. min. ℥ß.
Sebeſten. jujub. ana num. x.
Croci. Caſſ. lign. Cinamom. ana ℈ij.
Cubebar. caryophyll. Nuc. Moſchat. ana ʒß.
Infunde per noctem in vini helenii vel Malvatici q. ſ. adde Sacchar. penid. ℥vj. f. per Manic. Hippocr.
f. Bruſt-Claret.

*V. Claretum Stomachale.*

Rec. radic. acori. calami aromatic. ana ℥ß.
caryophyllat. cyperi. ana ʒij.
fol. Menth. calaminth. betonic. ana p. ij.
fl. Spic. Meliſſ. roſ. r. ana p. j.
Cortic. Citri. aurant. ana ʒij.
Maſtich. ℥j.
zinziber. Macis. galangæ. ana ʒj.
cardamom. Caſſ. lign. Lign. aloës.
gran. piperis. ana ʒß.
Infunde in ſ. q. vini Rhenani, adde
Sacchar. ℥iij.
filtra f. claretum.

*VI. Claretum Matricem confortans.*

Rec. Cinamomi. anthophyll. ana ʒij.
rad. Coſti zedoar. ana ʒj.
Nuc. Moſchat. num. ij.
Infunde in vini rubri ℔iiiß. per noctem, manè per manic. Hippoc. colat. adde Sacchari ℥vj.

*VII. Vinum Arthriticum.*

Rec. h. chamædr. chamæpyth. Salv. ana ℔ij.
fl. primul. ver. ℔j.
anthos. roſ. r. viſci q. ana ℔ß.
Cortic. Ligni Sancti ℥ix.
radic. chinæ ℥iij.
Inciſa reponantur in amphoram muſto plenam.

### *Infuſa & Clareta Laxativa.*

*I. Nodulus in Malo Hypochondriaco D. D. K.*

Rec. radic. cichor. ℥j.
polypod. q. ℥ij.
gialapp. ℥ß. ʒij.
ſummitat. betonic. Meliſſ. ana M. j. Senn. A. ſ. ſ. ℥ii.
Cryſtall. ♀tari ℥ß.
Semin. aniſi ʒiß.
Inciſ. & contuſ. d. ad nodulum ex ſ. r.
Infunde in vini prius tepefacti Menſur. iß.
*Uſus* hujus eſt in paſtus introitu hauſtus bonus.

*II. Aliud D. L. H.*

Rec. radic. cichor. polypod. q. fœnicul. ana ʒiij.
cortic. inter. ſambuc. ʒij.
h. betonic. M. ß.
ceterach.
Meliſſ. ana M. j.

fl. bor-

fl. borrag. M. ß.
Senn. A. ſ. ſ. ℥j. ʒij.
rhabarb. el. ʒiij.
Ellebor. nigr. ʒj.
Cinamom. ℈ij.
zinziber. alb. ʒj.
Cryſtall. ♀tar. ʒij.
Inciſ. & contuſ. d. ad nodulum ex ſ. r.
*Vſus* in malo hypochondriaco cum Melancholiâ complicato.

*III. Alius Nodulus in Hydrope D. D. E.*

| | |
|---|---|
| Rec. Cinerum tamariſci. | urtic. ℥ß. |
| juniperi. | angelic. |
| vitis. | Enul. ana ʒj. |
| ſalicis. | ireos. ʒij. |
| geniſt. ana M. j. | Liquirit. ʒj. |
| radic. vincetoxic. | bacc. juniperi. ℥ß. |
| valerian. ana ʒij. | rhabarb. el. ʒij. |
| | Semin. Citri ʒj. f. Nodulus in vino vel in dimidiâ parte ✠ & ▽ macerandus. |

N. Scroto verò ſemper Emplaſtrum applicandum, cujus deſcriptionem vide ſuprà ſub Emplaſtro Hydropico D. D. E.

*IV. Vinum Catarthicum D. D. E.*

Rec. Scammon. pulveriſat. reſinoſ. ʒj.
ſp. vini ℥vj. ſtent per 8 ♂♀ optimè clauſa & quotidiè agitentur; effundatur ſpiritus clarus, cujus ʒj. diſſolut. cum ▽ cinamom. ſecundæ deſtill. ℥j. Sacchar. ℥ij. purgat efficaciter.
N. Niſi Saccharum addatur, præcipitabitur.

*V. Claretum Purgans in Catarrho.*

Rec. Mechoacann. alb. ℥ß.
cinamom. opt. ℥j.
caryophyll. ℥ß.
zinziber. Piper. galang. cardamom. cubeb. ana ʒj.
Macis ʒß.
Nuc. Moſchat. num. ij.
Sem. aniſ. fœnicul. ana ʒij.
h. Majoran. baſilic. lavendul. ana ʒj.
Inciſ. groſſo modo affunde ſp. vini ℔iij.
aq. Cinamom. roſat. ℥iv.
Vini Malvatic. ℔ij.
Macerentur per 4 ♂♀ & colentur per manicam Hippocr.
Rec. Colatur. q. ſ.
Sacchar. Mannæ ana ℥ij.
Iterum ſtet in loco calido, donec clareſcat.

## SECTIO XV.

### *De Liquoribus.*

*I. Liquor Oculorum ♋ D. D. I. M.*

Rec. Ocul. ♋ ſ. q. ſolve in ſp. ⊕tri rectificat. aceto temperati ſ. q. inde retortæ, abſtrahe ad ſiccitatem; relictam ſolutionem digere cum ſp. vini, filtra,

*II. Alius D. G. R.*

Rec. Oculos ♋ crudos, miſce pulveriſat. cum ol. ♀tari p. d. parato, digere calore MB per 10 ♂♀ in phiolâ. Coagulato affunde ſp. vini, ſtent in digeſtione per aliquot ♂♀ & effundatur impregnatus ſpiritus.

*III. Alius Perlarum.*

Rec. Perlarum ſ. q. affunde ſp. ⊖lis ad 4 digitorum eminentiam, abſtrahe reſiduum & cum ſp. vini circula.

*IV. Liquor Nephriticus D. D. Ch.*

Rec. Lapid. lyncis. judaic. Lazuli. Spongiæ. Percar. ocul. ♋ ana ſ. q. pulveriſat. affunde ſp. ſalis optimè rectific. ſ. q. ſtent in loco calido per 3 ♂♀. poſteà per inclinationem ſepara ſolutionem, hanc deſtilla lento △ donec nihil phlegmatis prodeat, fracto vitro materiam induratam pone in cellam ad deliquium, ſolutionem tertiâ vel quartâ vice deſtilla & in loco frigido toties p. d. ſolve, demum cum ſp. vini digere.

*V. Liquor Lithontripticus D. D. Z.*

Rec. ♀tari crudi pulveriſat. ℔j.
Lapid. judaic. Lyncis. ſpongiæ ocul. ♋ cryſtall. ana ℥iiß.
Reverbera invicem per aliquot ☿; ut fiat inſtar cretæ, inde cucurbitæ, affunde ✠ ſ. q. digere per 4 ſeptimanas, decanta, filtra, abſtrahe per MB. & reſiduum ſolve p. d. ſolutum cum ſpiritu vini digere.
N. Ad eundem modum & Liquor cordialis D. D. I. M. parari poteſt ex ocul. ♋ margarit. Corall. r. Lapid. percarum. Ebor. & C C. ſolut. cum ſp. ⊖lis & demum ſp. vini circulat.

## SECTIO XVI.

### *De Magiſteriis.*

*I. Magiſterium Epilepticum D. D. I. M.*

Rec. Ungul. alcis.
cranii humani violentâ morte defuncti.
cornu alcis.
C C. ana ℥j.
ſmaragd. or. ver. ℥ß.
unicornu veri ʒij.
pulveriſ. affunde Menſtruum ex ⊖le & ⊙ pptum ſ. q. ſolve & ſolutum ≂ta ſp. ⊕oli, poſtmodum ≂tatum edulcora, & adde
Magiſterii ſuccini ʒj.

*II. Magiſterium Cordiale D. D. I. M.*

Rec. Margarit. or. ppt. ℥ß.
corall. r.
Lapid. percar. ana ℥j.
raſur. ebor.
C C. ana ʒvj. Pulveriſat.
cum dicto menſtruo ſolve, & ſp. ⊕oli ≂ta tandem edulcora.
N. Ex hiſce duobus præparatur ſpecificum Cephalicum D. D. I. M. cum fecul. radic. pœon. addit. Cinnabar. ♁nii in juſtâ doſi.

*III. Magiſterium Cordiale D. D. G. M.*

Rec. Margarit. vel Corall. r. pulveriſat. ſ. q.
Affunde ſucci citri depurati & cum ſp. ſalis rectificat. acuat. q. ſ. ad ſolutionem: ſolutum cum ▽ f. Ꝝta & edulcora, ſiccato adde Ambræ gryſ. ſolut. in ol. d. roſar.
Doſ. à ℈ß. ad ℈j. in convenienti vehiculo.

*IV. Magiſterium Cordiale D. D. K.*

Rec. Matris perlar. Margarit. ppt. Corall. r. ppt. ocul. ♋ ppt. Dentis equi marini ana q. ſ. ſolve cum ✠ ſ. q. ſolutum Ꝝta cum ſp. ⊕-oli & poſtmodum edulcora.
Doſis à ℈j. ad ʒß.
N. Cùm ſp. ⊕ elegantiſſima etiam juxta Cl. Zvvelfer. præſcriptum conficiuntur magiſteria, quem conſule in Append. ad P. A.

## SECTIO XVII.

### *De Morſulis & Rotulis.*

*I. Morſuli Caput confortantes.*

Rec. cardamom. cubebar. cinamom. el. caryophyll. an. ʒiij.
macis ʒj. Nuc. Moſchat. num. j. cortic. citri condit. inciſ. ʒij.
fl. anthos. betonic. lavendul. borragin. tunic. ana p. ij.
Pinear. piſtac. ana inciſ. ʒiij. Nuc. indic. condit. inciſ. num. j.
confect. alkerm. cum ſacchar. ſ. q. ſolut. in aq. lil. convall. ſ. q. f. ſ. a. Morſuli.

*II. Morſuli Anti-Phthiſici D. D. C.*

Rec. amygdal. dulc. mundat. ℥j.
Sem. 4. fr. major. excorticat. ʒvj.
Papav. alb. ʒij.
Urtic. R.
bombac. ana ℈iv.
terantur in mortario lapideo affunde ▽æ Pulmonar. ſ. q. f. Emulſio, cum quâ diſſolve ſacchari albi ℥vij.
roſat. tabul. ℥v.
violat. tabul. ʒiij.
ſpec. Elect. reſumptiv. rec. ℈ivß.
Diatrag. fr. ℈ij.
Diarrhod. Abb.
Diatr. ſantal. ana ʒß
Solut. Margarit. Or.
Corall. ana gutt. xx.
Extract. liquirit. ℈j.
Lact. △ris ʒj.
Pulmon. vulpis pt. ʒij.
Inciſa Miſce ad △nem blandum, inſtilla in fine extrà △nem ol. d. aniſi Cinamom. ana gutt. v. f. confectio in Morſulis ponderantibus ʒij.
N. Pro divitibus addi poteſt ambræ Moſchi ana ℈ß.

*III. Morſuli de Citro.*

Rec. ſolut. perlar. Or. ʒij. diſſolve cum ſ. q. Succi Citri recent. ad formam pulticulæ.
Cortic. Citri condit. inciſ. ʒiij. & ſuprà △nem in patellâ ſolve Sacchari alb. ℥iv. cum ſucco Citri f. Morſuli ponderantes ʒij.

*IV. Morſuli Confortantes.*

Rec. Carnis Citri condit.
Nuc. indic. condit.
Pyror. Moſchatell. condit.
Cinosbat. condit. ana ʒij.
cinamom. inciſ. ℈ij.
Amygdal. dulc. excortic. Pinear. excortic. piſtac. excorticat. ana ℥ß.
Sacchar. Canar. in aq. cinamom. & roſat. ſolut. ℥vj. f. ſ. a. Morſuli.
Pro divitibus addi poteſt Confect. alkerm. ℥j.

*V. Morſuli ♀nerem ſtimulantes.*

Rec. Electuar. diaſatyr. ℥j.
radic. eryng. condit. inciſ. ʒvj.
pinear. excorticat. inciſ.
amygdal. dulc. excortic. & inciſ. ana ʒiij.
ſpec. aromatic. roſat.
diarrhod. A. ana ʒß.
ambræ gryſ.
zibeth. opt. ana gr. iv. Sacchar. in aq. Cinamom. ſolut. ℥vj. f. ſ. a. Morſuli.

*VI. Rotulæ Caput confortantes. D. F. H.*

Rec. Extract. calam. aromatic.
rutæ ana ℈j.
ol. d. rutæ.
ſuccin. ana ℈ß.
Sacchar. alb. ſolut. in aq. rut. ſ. q. ℥iv. f. Rotulæ.
In præſervatione apoplexiæ, epilepſiæ, vertiginis &c.

*VII. Rotulæ in præſervatione & ipſo paroxyſmo etiam Melancholicæ hypochondriacæ.*

Rec. ſpec. diambr. roſat. novell. ana ʒj.
Margarit. ppt. Or. ʒß.
ſmarag. Or. ppt. ℈j.
ambræ gryſ. gr. iij.
ol. d. carui gutt. iv.
Sacchari ſolut. in ▽â card. b. ℥iij. f. Confectio in Rotulis.

*VIII. Rotulæ in tuſſi inveteratâ ex cauſâ frigidâ.*

Rec. fl. △ris ſ.
Terebinthin. coct. ut pulveriſari queat. ana ʒß.
pulver. myrrh. el.
Sem. angelic. ana ʒß.
Succ. liquirit. ʒiß.
Sacchar. opt. penid. ana ℥ij. cum infuſ. gummi tragac. fact. ex aq. tuſſilagin. f. Trochiſci irrorat. ol. d. aniſi gutt. xiij. ☉.
Huſte-Küchlein.

*IX. Alia.*

Rec. Sacchar. albiſſ. ℥viij. ſolve in ▽ roſ. ſ. q. coq. ad conſiſtentiam debitam, cui ab △ne remoto injice reſin. ſtyrac.
Maſtich.

Maſtich. el. ana ʒß.
quibus liquatis adde ſpec. diair. ʒij.
pulv. radic. ireos. ʒj.
croci gr. viij.
ol. d. aniſi gutt. iv.
Cinamom. gutt. j.
Caryophyll.
Macis ana gutt. v. f. Rotulæ.

*X. Aliæ.*

Rec. ſpec. diair. ſ. ʒß.
Extr. ſcabioſ. veronic. ana ℈ij.
ol. d. aniſi gutt. viij.
terebinthin. gutt. vj.
cum Sacchar. albiſſ. in aq. Looh. ſan. ſolut. ℥iij.
f. Rotulæ.

*XI. Rotulæ Purgantes ex ſucco berberum.*

Rec. reſin. Scammon. ℈iiß. cremor. ♀tari ℈iv.
Sacchar. alb. pulv. ℥iv. coq. ſ. a. in ſucco berberum & f. Tabellæ.

N. Saccharum albiſſimum pulveriſatum & parumper △ne leni exſiccatum paulatim infuſum in ſuccum berberum excipe, tantumque imbibe, dum benè diſſolutum appareat, ſtatim ſupra △nem lentum continuò ſpatulâ commovendo ſi calefiat, ut circumquaque bullæ appareant, diſſolutumque ſaccharum ſpatulæ adhæreat, ab △ne remove, ac illi Scammonium* ac ♀ alcohol Sacchari ℥ß. prius commiſti injice. M. ac tabulæ latæ marmoreæ vel ligneæ, ut in Rotulas abeat, injice.

*XII. Rotulæ Confortantes D. M. G.*

Rec. Confect. alkerm. ℥ß.
Margarit. Or. trochiſc. ℈j.
ambræ griſ. ℈j.
Moſch. opt. ℈ß.
Sacchar. albiſſ. in aq. roſ. fragrantiſſ. ſolut. ℥viij. f. ſ. a. Rotulæ.

## SECTIO XVIII.

### *De Oleis Deſtillatis.*

*I. Oleum Anti-Podagricum D. Ch.*

Rec. raſur. Ligni Guajac. Chinæ. Saſſafras, ana ℔j. ☊tilla per retortam optimè lutatam liquorem, oleum Spiritu & phlegmate impprægnatum & in recipiente capaci collectum, ſemel atque iterum per cucurbitam rectifica. Quater rectificatum liquorem, phlegmate per deſtillationem ſimplicem remoto, ſepara, & in diſtinctis recipientibus collige, tam Spiritum, quàm oleum. Spiritum, phlegmate leni deſtillatione in cinere abſtracto, ad uſum benè munitum & tanquam arcanum in multis affectibus ſummâ cum utilitate applicandum reſerva. Oleum indiget viciſſim diligenti rectificatione, quæ fit per cucurbitam in MB. Factâ rectificatione ol. in cucurbitâ, remanet fuliginoſa materia indurata & inſtar ſpeculi recipiens objecta viſibilia, niſi hoc fiat, olei rectificatio non ritè facta eſt: ſed denuò repetenda in cinere & tandiu continuanda, donec materia remanens in cucurbitâ indureſcat, & ſpeculi inſtar ſit pellucida & apta ad recipiendam quamvis formam viſibilem. Hoc modo rectificatum oleum collige in cucurbitâ vitreâ & ℥v. adde Laudani opiati ℥ij. ʒij. olei Ligni guajaci ℥iij. ol. d. ſuccini albi rectific. ℥vj.

Stent in digeſtione per menſes duos in loco calido vel Sole meridiano, poſteà deſtilla in ∴ per 24 ☌ Oleum Nigrum anti-podagricum, quo locus dolens inungendus ante fornacem, ſubitò penetrat & dolorem ſiſtit.

Spiritum ſuprà dictum in ▽ card. b. ſcabioſ. Pimpinell. ana ſ. q. ad gutt. xij. tempore curationis propines.

Tempore autem præſervationis una atque altera gutta ſemel in ſeptimanâ in hauſto vini aſſumat cubitum iturus, cui ſubjungat olei inunctionem parcâ manu.

*II. Oleum Saponis.*

Rec. ſpirit. vini ardent. ſaponis opt. trit. ana. impone retortæ & ☊la lento △ne, urge ſub finem △nem, ut materia egredi poſſit, ol. ſubruffum innatabit ▽æ viridi ab ea ſeparandum, & rectificandum.

*Uſus & Vires.* Illitum antiquas ſanat convulſiones, contuſiones, tineam, ulcera maligna, cephaleam, ſi temporibus illinatur.

*III. Oleum Carminativum.*

Rec. ol. d. ſuccin. alb.
aurant.
chamomill. an. ʒij.
cymini.
aniſi.
corni. ana ʒiß.
anethi ʒj.
M. & ad uſum reſerva.

*Vires.* In omni flatulenta affectione colica, hyſterica, &c. notabilis eſt effectus. Doſis eſt à gutt. iij. ad iv. vel v.

*IV. Oleum Nephriticum.*

Rec. ol. d. juniperi Succini alb. rectif. ana ℥iß.
Terebinthin. ℥j.
Sal. ♀tari albiſſ.
fermenti panis ana ℥ß.
Sal. commun. ʒvj.
Aq. petroſelin.
heder. terr. ana ℔ij.
deſtilla per XX, ſepara oleum & pro uſu reſerva.
Doſis eſt à gutt. v. ad vj. in vehiculo appropriato.

*V. Oleum ad defluxiones externum.*

Rec. gummi galban. carann. ana ʒß.
Opii Th. ana ʒvj.
ol. hyoſciam. Laurin. ana ℥iij.
ſaponis venet. ℔iß.
deſtilla per retortam. Rectifica unà cum ▽a per XX ex arena, & ſepara oleum.

*Uſu & Vires.* Externè inunctum lenit dolores à defluxionibus ortos.

## SECTIO XIX.

### *De Oleis per infuſionem & coctionem paratis.*

*I. Oleum Antepilepticum probatiſſimum.*

Rec. radic. ariſtoloch. long. rec. & optim. mundat. ℥j.
Caſtorei. Euphorbii. ana ʒj.
ol. olivar. ℥iij. vel ℥iv. circiter.

Radix ariſtoloch. inciſ. prius cum oleo olivarum coq. & demum reliqua addenda ſunt ingredientia invicem mixta tecta operculo coquenda & demum per linteum colanda.

N. Oleum hoc in inſultu Epileptico & ſingulis lunæ quadraturis ſpinæ dorſi à nucha incipiendo uſque ad coxendicem inunctum mira præſtat, in ipſo paroxyſmo & extra paroxyſmum, manè ac veſperi ex comm. amici.

*II. Oleum Vulnerarium D. à C.*

Rec. Myrrhæ el. ℥j.
thuris Maſcul. ℥ß.
ol. d. terebin. ℔ij.

lento △ne ferveant in vaſe fictili vitreato, tum remove ab △ne, & paulò poſt adde pulver. Myrrh. & thuris, cavendo ne faciem comburas, quapropter citò cooperiatur, poſteà iterum parum ferveat.

*Vires.* Valet ad omnia vulnera & ulcera præcipuè in partibus nervoſis.

*III. Oleum admirandi effectus in Pleuritide & quovis dolore cujuſcunque partis.*

Rec. fl. cyclaminis q. v. mundentur à pediculis.
olei olivarum optim. ad eminent. duorum digitorum, bulliant in olla vitreata △ne lentiſſimo, poſteà exprime, & in hoc oleo expreſſo infunde denuò tantundem florum prædictorum & inſolentur per menſem, poſtmodum cola & pro uſu ſerva.

## SECTIO XX.

### *De Pilulis.*

*I. Pilulæ in Catarrhis ex cauſa frigida.*

Rec. Ladani depurati ʒj.
Nuc. Moſchat. ʒß.
Cardamom. ℈ß.
Maſtich. gr. viij.
Olibani gr. vj.
reſin. Scammon. gr. viij.
Moſchi opt. gr. iv.
ambræ gr. viij.
ol. d. Cinamom. gutt. vj.
Citri gutt. v.

M. f. ex his Pilulæ cum ▽ lil. convall. ad magnitudin. piſorum.

*Uſus* ad noctem ſub horam ſomni 3 vel 4 num. Manè 6 quatuor horis ante prandium.

*II. Aliæ in Catarrhis.*

Rec. Ladan. depurat. ʒiß.
Maſſ. pilul. Maſtichin. ʒß.
Nuc. Moſchat. ℈j.
Cardamom. ℈ß.
Moſchi gr. iij.
Ambræ gr. vj.
reſin. gialapp. gr. xij.

M. f. ex his Pilulæ ad magnitud. piſor.

Doſ. num. vij. vel ix. manè jejuno ſtomacho deglutiendæ.

*III. Pilulæ in Epilepticis inſultibus ad præſervationem D. F. H.*

Rec. Ladan. depurat. ʒj.
Extract. MP. Cochiar. ℈j.
Succin. alb. ppt. ℈ß.
Sal. volatil. ſuccin.
ſanguin. hum. an. gr. xii.
reſin. gialapp. ℈j.
Moſchi gr. v.
Ambræ gr. vij.

M. f. Pilul. cum ▽ fl. tiliæ ſ. q. inſtar piſor.

Doſ. num. vij. ad ℈ß. Manè & veſperi ante lecti introitum.

*IV. Pilulæ in Malo Hypochondriaco.*

Rec. Aloës roſat. ʒj.
Trag. ſtomachal. ʒß.
ſpec. diarrhod. ℈ß.
reſin. gialapp. ℈j.
Limaturæ ♂tis ʒiß.
Cinamom. ʒß.
Syrup. capillor. ♀ ſ. q.

M. f. Maſſa dividatur in xvi. partes æquales & ex qualibet parte formentur Pilulæ num. xi. Et fient præparatæ clxxvi. intrà octiduum abſumendæ ſingulo die num. xxii. Manè undecim, & horis pomeridianis itidem undecim.

N. Si malum nondũ inveteratum fuerit, ſumi poſſunt ſemel vel bis. Aliàs per quatuordecim dies & ultrà illarum uſus eſt continuandus, ſubducunt leniter cum εὐφορίᾳ abſque ullis ventris torminibus. Illarum uſus, non impedit negotia vel domeſtica, vel politica. Potus etiam non nocet. Vitioſorum humorum copia alvi multiplicat beneficium, & vice verſâ communic. ab Amico.

*V. Aliæ in Malo hypochondriaco.*

Rec. ſucci abſint. noſtrat. ℔ij.
in quibus diſſolve Aloes ſoccoterin. ℔j. & leni calore ad ſiccitatem iterum inſpiſſa, addendo pulv. roſ. r. ʒij.
Maſtich. Myrrh. oliban. ſuccin. alb. Croc. A.
bacc. laur. excorticat. ana ℥ß.
reſin. gialapp. ʒj.
extract. Ellebor. nigr. ℥ij. M. c. Elixir. Propr. ſ. q.

f. Maſſa, ex qua formentur Pilulæ piſorum magnitudine, quarum doſis num. vij. vel ix. trihorio à cœna.

*VI. Aliæ Hypochondriacæ.*

Rec. MP. Tartar. Marocoſtin.
Extr. fol. Senn. A.
diacatholic. ana ʒß.
Sal. ſuccini volatil. gr. iij.
ol. d. Macis gutt. vj.

form.

form. Pilul. gr. j. pondere, inſperg. pulv. roſ. rubr.
S. Pillen auf etliche mahl.
N. Doſ. num. xv. ſingulis menſibus poſt novilunium.

*VII. Pilulæ Polychreſtæ D. E.*

Rec. Aloës Socoterin. ℥j.
Myrrh. el. ʒvj.
Croc. Or. ʒj.
Mithridat. ʒvj.
Pulveriſ. minutiſſimè miſce in mortario cum Mithridat.
F. Pilulæ inſtar piſor. minimorum.
Doſ. num. vij. horâ unâ & circiter ante cœnam. Inſequente die leniter alvum ſubducunt & ventriculo ac inteſtinis adnatas ſordes abſtergunt, putredini reſiſtunt, omnemque acorem in ſanguine tollunt, unde in febribus cujuſcunque generis conveniunt.

*VIII. Pilulæ Hyſtericæ.*

Rec. fermenti narcotic. cum ſucc. c. ℥ß.
Extr. radic. valerian. ℥ij.
Croci ℥ß.
ol. d. ſuccini. ʒß.
pulv. ſuccin. alb.
Myrrh. r. ana q. ſ.
M. f. Pilul. inſtar piſorum.
Doſ. à gr. vij. ad ℈ß. in vehiculo appropriato.

## SECTIO XXI.

### *De Potionibus & Mixturis.*

*I. Potio alterans & confortans in Apoplexia initio. D. C.*

Rec. ▽ roriſmarin. primul. veris. lil. convall. c. vin. ana ℥ß.
apoplectic. Lang. Syrup. de ſtœchad. ana ʒvj.
Confect. alkerm. ʒß.
Spirit. ceraſ. n. ʒiß.
Succini ʒß.
Tinctur. fl. tunic. ʒij.
Arcan. Vitriol. gutt. vij. M.
S. Stärck-Tröncklein.

*II. Potio confortans in Epilepſiâ.*

Rec. Spirit. lil. convall. ℥iij.
fl. tiliæ ℥j.
Aq. Cinamom. ʒiij.
confect. alkermes ℈j.
Syrup. ceraſ. cum fl. tunic. ℥ß. M.
Doſis cochl. j. vel ij.

*III. Alia.*

Rec. aq. lil. convall. c. vin.
ſalv.
roriſmarin. ana ℥j.
Confect. alkerm. ℈ij.
Magiſter. cranii hum. ℈ß.
perlar. Or. gr. viij.
Spir. ceraſ. num. ʒj.
Syr. de canellâ ℥j. M.
S. Stärck-Tranck.

Doſ. cochl. j. vel ij.

*IV. Alia pro unâ doſi.*

Rec. ▽ apoplectic. ℥ij.
ſpirit. lil. convall. ʒij.
ſpecif. cephalic. ʒß.
ſpec. diambr. gr. viij.
Syr. fl. ſtœch. A. ℥ß.
S. Stärck-Tranck.

*V. Potio Anti-pleuritica.*

Rec. Aq. fl. papav. rh.
Card. b. ana ℥iß.
aq. fl. acaciæ.
acetoſ. ana ℥j.
Syr. fl. papav. rh.
Card. b. ana ʒvj.
de jujub. ℥ß.
raſur. minut. priapi cervi
Ocul. ♋ ppt. ana ʒj.
ſang. hirci ſ. ℈ij.
Dentis apri pp. ana ʒß.
Tinctur. fl. papav. rh. ℥ß.
M.
Doſ. cochl. ij. vel iij.

*VI. Mixturæ Cordiales Confortantes.*

Rec. Aq. Cordial. ℥ß.
Cinamom. ʒij.
Roob. Rib. Berber. ana ʒiij.
Confect. alkerm. ʒß.
Eſſ. ambræ
ſpirit. lil. convall.
fl. tiliæ ana ℈j.
⊕-ol. rectific. gutt. v.
ſpecific. anodyni ℈ß.
M. pro unâ doſi circà horam veſpertinam.

*VII. Alia.*

Rec. Aq. Cordial. ℥ij.
betonic. ℥j.
ſpirit. lil. convall.
fl. tiliæ.
roſ. fr.
cinamom. ana ʒß.
confect. alkerm. ʒj.
Syrup. Ceraſ. cum fl. tunic. ℥iß.
Eſſ. ambræ ℈j. M. pro 4 doſibus.

*VIII. Alia.*

Rec. Aq. Cordial. ℥iij.
fl. borrag
bugloſſ. ana ʒvj.
Pulp. Citri inter. ℥iß.
Cortic. citri rec. inciſ. ʒvj.
Eſſ. ambræ
ſp. lil. convall.
roſ. ana ℈j.
Roob. Rib.
Berber. ana ℥iij.
Sacchar. Candi q. ſ. M. pro aliquot doſibus.

*IX. Alia.*

Rec. Syrup. fl. papav. rh.
ceraſ. n.
cum fl. tunic. ana ℥j.
Aq. fl. borragin.
calendul. ana ℥j.
roſ. fr. ℥ß.
ſpirit. roſ. r.
rub. id. ana ℈ij.
Eſſ. ambræ ʒiß.
Magiſter. Cordial. ʒj.
M. doſ. ij. vel iij. cochl.

*X. Mixtura Stomachica in Vomitu bilioſo. D. B. O.*

Rec. Vini granator. ℥ij.
cydonior. ℥iß.
Myv. cydon. ʒvj.
Syrup. fl. tunic. ʒij.
M. doſ. coch. ij. iij. &c.

*XI. Alia in vomitu bilioſo.*

Rec. Syrup. de agreſtâ.
ribium ana ℥j.
▽ acetoſ. ℥iijß.
roſar. ℥ß.
ſp. ⊖-ol. ♂tis cum tinctur. roſar. r. ſ. q. M.

*XII. Mixtura in diarrhœâ.*

Rec. Syr. de ſucc. cydon.
granator. ana ℥iß.
de ſucco ribium ℥j.
Extract. liquid. abſinth. ℥ß.
tormentill. inſpiſſ. ℈ ij.
M. doſ. cochl. j. per vices.

*XIII. Mixtura contra colicam D. I. M.*

Rec. Aq. zedoar. c. v. ℥ij.
Syr. Cortic. aurant. ℥ß.
inteſtin. Lupi exſiccat. & pulveriſ. ʒj. M. f. Potio.

*XIV. Alia.*

Rec. ▽ carminativ. Dornerel. ℥j.
ſpirit. anticolic. ʒß.
ſyrup. cortic. aurant. ʒiij. M. pro unâ doſi.

*XV. Mixtura Antinephritica D. I. M.*

Rec. Aq. Saxifrag. alkekeng.
fragor. Nucl. perſic. ana ℥iß.
ocul. ♋ ppt. ʒj. Lapid. nephritic. ʒß.
Syrup. alth. Fernelii. ℥ij.
M. f. Pro aliquot doſibus.

*XVI. Alia.*

Rec. aq. alkekeng. virg. aureæ ana ℥ß.
Magiſter. Nephritic. ʒß.
ſyrup. fragor. ʒiij. M. pro unâ doſi.

*XVII. Potio ad hyſtericas Paſſiones.*

Rec. Matricar. M ij. Sem. fœnicul. ℈iiß.
Caſtor. ʒß.
bacc. juniperi ʒij.
vini albi ℔ ß.
coq. in ollâ benè perlutatâ per bihorium, Colaturæ adde raſur. argenti puri parum.
Offeratur in ipſo paroxyſmo, & ne nauſeam creet, aromatiſetur pauxillo ▽ Cinamomi.

*XVII. Alia ad eundem Affectum.*

Rec. Aq. Matricar. artemiſ. ana ℥ij.
Cinamom. ʒij.
fecul. bryon. ʒj.
Eſſ. Caſtor. ʒß.
Ambræ gr. ij.
eleoſacchar. ſuccin. ℈j.
M. pro duabus doſibus.

## SECTIO XXII.

### *De Pomis Ambræ.*

*I. Pomum Ambræ.*

Rec. Lign. Rhod. ʒß.
Santal. Citrin. ʒiß.
Cortic. citri ℈ij.
Croci. or. ʒß.
fl. Meliſſ.
roſ. r. ana ℈j.
gummi benzoi
Ladani ana ʒj.
ſtyrac. calamit. ℈iv.
gall. Moſchat.
alyp. Moſchat. ana gr. x.
Ambræ gryſ. gt. vj.
Moſch. gr. viij.
c. ſ. q. Mucilagin. Tragac. infuſ. in ▽ roſar. f. Maſſa.

*II. Aliud.*

Rec. Balſam. de Peru ℈j.
Liquidambr. ℈ii. gr. v.
ſtyrac. calam. ppt. ℈ii.
Tacamahac. ſolut. in vino Malvatic. ʒi.
ol. Nuc. Moſchat. expr. ℈ii. gr. v.
Maſtich. gutt. v.
Ambræ gr. v.
Moſchi gr. iii. f. Maſſa.

## SECTIO XXIII.

### *De Pulveribus.*

*I. Pulvis ant-Epilepticus D. G. M.*

Rec. Cinnabar. ☿ nii optim. rectific. Nativ. ungaric. vel Armen. ana ℥ß.
ſmaragd. Or. ppt.
CC. ſ. △
Cornu Alcis ſ. △
Viſci corylin. ana ℥i.
M. doſis à ℈i. ad ʒi.

*II. Alius Epilepticus D. F. H.*

Rec. Pulv. Marchion. ʒii.
Oſſ. de corde cervi ʒiß.
unicornu veri ʒi.
cinnabar. ☿ nii rectif.
Nativ. ana ʒi.
M. f. Pulvis.
Doſ. à ℈i. ad ʒi.

*III. Alius*

### *III. Alius Epilepticus I.R.*

Rec. Cinnabar. nativ. ℥j.
unicornu veri ʒj.
CC. uſt. & ppt. ʒij.
viſci quern. in ♌ decerpti ʒij.
Terræ ſigillat. ver. ʒiij.
Magiſter. perlar.
Corall. ana ʒß.
Cinamom. el. ℈j.
M. doſ. à ℈ß. ad ʒß.

### *IV. Alius Epilepticus P.H.D.*

Rec. Cranii humani ſ. △ calcin.
Cornu alcis ſ. △.
Cryſtall. ppt.
ſmaragd. Or. ppt. ana gr. vj.
♁nii diaphor. ℈j.
Magiſter. CC.
ſuccini.
Corall. r.
perlar. Or. ana ℈ß.
Sal. ſuccin. volatil.
cranii human. volatil. ana gr. ij.
fecul. radic. pœon. ʒß. M.
Doſ. à ℈ß. ad ʒß.

### *V. Pulvis Antiphtiſicus D.G.R.*

Rec. rad. ireos. Fl.
Scorzoner. ana ʒj.
Sem. 4. fr. major. excortic.
papav. alb. ana ʒjß.
Portulac.
Malv.
alth.
Citri
cydon. ana ʒj.
Amyli
gummi A.
Tragacanth. ana ℈ij.
Terr. ſigillat. ʒij.
Boli Armen.
Succi hypocyſt. ana ʒj.
Pulmon. vulp. ppt. ʒjß.
Pulveriſat. adde Sacchar.
alb. ℥iij.
candi ℥j.
ol. d. aniſi ℈j.
Spec. diarrhod. Abb. ʒj.
M.

### *VI. Alius Antiphtiſicus D.D.E.*

Rec. Viſci pyrorum.
fol. Salviæ. ana ℥j.
pulmonar.
veronic.
fl. farfar. ana ℥ß.
Pulmon. Lupi ppt.
enulæ. ana ʒij.
Sacchar. candi albiſſ. ℥ij.
M. f. Pulvis. Doſis ʒj. ad menſem unum.
N. Vis & baſis rei conſiſtit in viſco pyrorum.

### *VII. Alius Anthiphthiſicus D.E.L.*

Rec. Pinear. ʒj.
Piſtac.
amygdal. dulc. ana ʒß.
Sem. 4. fr. major. ana ℈iv.
cydonior. Malv. Lactuc. portulac. Endiv. ana ℈ijß.
gummi Arabic.
Tragacanth. ana ℈j. gr. v.
Spodii ppt.
Margarit. Or. ppt. ana gr. xiv.
CC. ppt. Corall. r. ppt. ana gr. vij.
Limatur. chalyb. ppt. gr. v.
Succi liquirit. ℈ij.
Pulmon. vulp. ppt. ℈ij.
ſpec. diatragac. fr.
Diatr. Santal.
Diapenid.
Elect. reſumptiv. ana ℈ij.
Diamargarit. fr.
Diarrhod. Abb. ana ℈ß.
Sacchar. Penid.
alb. ana ℥iij. M.
Doſ. à ʒß. ad ʒj. ʒij. ʒiij.

### *VIII. Pulvis ad Hæmoptyſin.*

Rec. radic. liquirit. conſolid. maj. alth. ana ʒiij.
Sem. 4. fr. maj. excortic. non rancid.
hyoſcyam. ana ʒj.
fol. equiſet. ſicc. ʒß.
gummi Arabic.
tragacanth.
Sarcocoll.
thuris ana ℈ij.
Boli Armen.
ocul. ♋ ppt. ana ʒj.
Succi liquirit. ʒij. M.
f. Pulvis Doſ. eſt à ʒß. ad ʒj. vel ʒiß.

### *IX. Pulvis Pectoralis balſamicus D.G.R.*

Rec. Balſami ♁ris cum ol. d. fœnicul. ʒiij.
Sacchar. cand. alb. ℔j.
M. ſuprà △nem leniter, add. ol. d. aniſi ℈ij. incorporentur omnia.

### *X. Alius Pectoralis balſamicus D.V.S.*

Rec. balſam. ♁ cum ol. d. juniperi ʒiij.
ſpec. diatragac. fr. ʒij.
fl. ♁ris cum Myrrh. & aloë ♎at. ʒj.
ol. d. aniſi ʒj. Sacchar. candi. ℔j. M. f. Pulvis.

### *XI. Pulvis anti-Pleuriticus. D.D.B.*

Rec. raſur. dentis apri ℥ß.
radic. bardanæ
Semin. Cardui Mariæ
Lign. viſci quern. ana ʒij.
fl. papav. rh. ʒß.
thuris el. ʒj.
ocul. ♋. ppt. ʒjß.
Lapid. Percar. ℈ij.
croci or. ℈ß.
Sal. Card. b. ʒj.
M. f. Pulvis. Doſ. à ʒß ad ʒj.

### *XII. Alius Anti-pleuriticus D.D.S.*

Rec. raſur. dentis apri ʒiijß.
viſci quercin.
radic. Bardan. ana ʒjß.
M. f. Pulvis. doſ. à ʒß. ad ʒj.

### *XIII. Alius Anti-pleuriticus Ejuſd.*

Rec. ocul. Lucii piſcis recent. exempt. & torrefact.
♋ ppt.

♋ ppt. ana ℨj.
Mandibul. Lucii piſc.
raſur. dent. apri ana ℨii.
Lapid. percar. ppt.
taloſum Leporis
Semin. Card. Mariæ.
Artemiſ. rubr. ana ℨi.
M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.
Doſ. à ℨß. ad ℨi.

*XIV. Pulvis probatiſſimus ad Cordis palpitationem D. G. M.*

Rec. Ebor. ppt. ℥ß.
Corall. r. ppt. ℨi.
Margarit. Occid. ppt. ℈ß.
ol. d. rec. Citri gutt. x. M.
Doſis, quantum ſingulo mane in brodio calido tribus cultelli cuſpidibus ſumi poteſt.

*XV. Pulvis Cordialis in Saxonicis & Brandenburgicis Officinis Aulicis uſitatus.*

Rec. Hyacinth. ppt.
Margarit. Or. ppt.
Corall. r. ppt.
CC. ppt.
Terr. ſigillat. ana ℨvi.
Sapphir. Or. ppt. ℨii.
Smaragd. Or. ppt.
Succini alb.
Unicorn. marin. vet. ana ℨi.
Oſſ. de Corde Cervi
Ocul. ♋ ppt.
Lapid. percar. ppt.
talor. leporis.
Oculi luciorum ana ℨi.
zedoariæ (ſi placet) ℨi.
fol. ☉ num. xv. M. f. pulvis ſubtiliſſimus.
Doſ. à ℈ß. ℈i. ad ℨß. vel ultra.

*XVI. Alius Cordialis D. D. B. B.*

Rec. Margarit. Or. ppt. ℥j.
CC. uſt. & ppt. ℨvj.
Oſſ. de Corde Cervi num. xv.
Santali Citrin. ℈iv.
Lapid. Smaragd. Or.
rubini.
granator. ana ℈j.
M. f. Pulvis ſubtiliſſimus.
Doſ. à ℈j. ad ℨj.

*XVII. Pulvis Cordialis Bezoardicus D. D. S.*

Rec. CC. ſ. Δ ppt. ℨiß.
Terræ ſigillat. ſtrig.
Ocul. ♋ ppt.
Boli Armen.
radic. tormentill.
Succini ppt.
Margarit. Or. ppt.
Corall. r. ppt. ana ℈j.
Oſſ. de Cord. Cervi ℈ß.
Smaragd. Or. ppt.
Sapphir. ppt.
Lapid. Bezoar. Or. ana ℈j.
M. f. Pulvis. Doſ. ℈j. vel ℨß.

*XVIII. Alius Bezoardicus D. G. R.*

Rec. CC. ſ. Δ ppt. ℨiß.
Ocul. ♋. ppt.
Terr. ſigillat.
Succin. alb. ppt.
Margarit. Or. ppt.
Oſſ. de Corde cervi.
ſmaragd. Or. ppt.
hyacinth. ppt.
ſapphir. ppt. ana ℈ß.
lapid. bezoar. Or. ℈j.
Corall. r. ppt. ana ℈j. M. f. Pulvis.

*XIX. Alius Bezoardicus Ejuſdem.*

Rec. CC. uſt. & ppt. ℨij.
Oſſ. de Corde cervi num. ij.
Bezoardic. mineral. ℨß.
chryſolit. ppt.
hyacynt. ppt.
ſmaragd. Or. ppt.
rubin. ppt. ana ℈j.
Ocul. ♋ ppt.
Corall. r. ppt.
Margarit. Or. ppt. ana ℨß.
Succin. alb. ppt. ℨj.
Terr. ſigillat. ℨ ij.
lapid. bezoar. Or. ℈ß.
fol. ☉ num. v. M. f. Pulvis.

*XX. Alius Bezoardicus D. Ch.*

Rec. ♁ nii diaphoretic. ſexies cum ⊕ crudo in ♃ calcinat.
albiſſ. ℥j.
magiſter. corall. r. ℨij.
margarit. Or. ℨj.
CC. ſ. Δ ℨiiß.
unicornu veri ℨß.
raſur. Eboris ℨiß.
M. f. pulvis ſubtiliſſ. Doſ. à gr. vj. ℈ß. ad ℨß.
*Vires & uſus.* Eſt medicamentum rarum, jucundum ac utile in affectibus tam malignis, quàm aliis ſudorem indicantibus, ſummè calidis, in quibus tutò alexipharmaca calida, ut Theriaca, Mithridatium &c. exhiberi non poſſunt. Cum primis in peſte exhiberi poteſt cum Theriac. ℈j. vel cum Lapid. bezoar. gr. vj. vel cum terrâ ſigillat. ſtr. vel bolo Armen. ℨß. vel ſine his ſimpliciter. In febre cephalicâ, ungaricâ, petechiali, variolis, Morbillis, Lue ♀ nereâ, elephantiaſi, aſcite, tympanitide, tumoribus particularibus aliis brachiorum, pedum, maxillæ, femorum, ſcapulæ, eryſipelate, deſtillationibus jam dicta membra obſidentibus, imò in omnibus vitiis p. n. quæ per ſudorem diſcuſſionem & medelam requirunt, optatiſſimum. Ex comm. D. D. E.

*XXI. Alius Bezoardicus D. F. H.*

Rec. Cornu alcis ſ. Δ.
CC. ſ. Δ. ana ℨj.
Ebor. ſ. Δ ℨij.
Magiſter. Spinar. viperar. ℈iv.
Dent. equi marini. Ocul. ♋.
Matr. perlar. ana ℨiß.
bezoard. ☉lar.
♂tialis. ana ℨß.
Oſſ. de Cord. Cerv. ℈ij.
Cinnabar. ♁ nii rectific.
Nativ. Armen. ana ℨij.
fol. ☉ num. v.
M. f. Pulvis, adſperge Spirit. bacc. ſambuc. q. ſ.
Doſ. eſt à ℈ß. ℈j. ℨß. ad ℨj. in appropriato vehiculo.

XXII. Pulvis

M. f. Pulvis, adſperge Spirit. bacc ſambuc. q. ſ. Doſ. eſt à ℈ß. ℈j. ʒß. ad ʒj. in appropriato vehiculo.

*XXII. Pulvis Alexiterius Viperinus.*

Rec. Linguar. viperin. num. IX.
Cordium earundem num. IX.
annulorum ex ſpina nonum quemque in ordine incipiendo à primo, qui eſt ad caput:
exſiccata redigantur in pulverem; adde
Lapid. bezoar. Or. ad pondus omnium.
Miſce & ſubjunge Off. de corde cervi.
unicorn. ver. ana ℈j. Terr. ſigillat.
Nuc. vomic. ℈ß. Spodii ppt. ana gr. vj.
Caſſ. Lign. gr. iij. Xyloaloës gr. IV.
Boli Armen.
M. f. Pulvis ſubtiliſſ. Doſ. à ℈ß. ℈j. ad ʒß.

*XXIII. Pulvis Antifebrilis A. G.*

Rec. Sal. Card. b.
Centaur. min. ⊕-lat. ana ʒj.
Tinctur. ſicc. ♁nii ʒiß. M. f. Pulvis.
Doſ. à ℈ß. ℈j. ad ʒß. in ▽ card. b. antè paroxyſmum.

*XXIV. Alius Febrilis D. D. S.*

Rec. ⏀ fixi ʒß.
fl. ✱ ʒj.
fl. ♃ris ʒiij.
Santal. r. ʒj.
M. f. Pulvis.
Doſ. à ʒß. ad ʒj.

*XXV. Pulvis Dyſentericus D. F. H.*

Rec. Croci martis adſtr. ʒj. C C. uſt. & ppt. ʒß.
radic. biſtort. tormentill. ana ʒij.
cinnamom. el. ℈j.
Sacchar. ♄turni. ℈ij. M. f. Pulvis.
Doſ. ℈j. ad ʒß.

*XXVI. Alius Dyſentericus Ejuſdem.*

Rec. pulver. prædicti ʒj.
Vnicorn. foſſil.
raſur. dent. equi marin. ana ʒij.
bezoardic. Martial. ʒiij.
♁nii calcinat. cum raſur. CC. ʒiij.
cruoris leporis in Martio per canes venaticos interempti ʒij.
Cord. & Epat. ſerpentum. num. iij.
rad. rubr. ſanicul. alpin. ʒiß.
M. f. Pulvis cujus Doſ. eſt à ℈ß. ad ℈j. ʒß. ad ʒj.

*XXVII. Alius Dyſentericus.*

Rec. ſummitat. tenell. quercus ʒiij.
Terræ ſigillat. ſtr.
boli Armen.
radic. biſtort. ana ʒj.
Nuc. Moſchat.
raſur. dent. equi marin.
Corall. r. ppt.
Lapid. hæmatit. ana ʒß.
M. f. Pulvis, Doſ. à ℈j. ad ʒß. vel ʒj.

*XXVIII. Pulvis Carminativus ſeu Anti-Colicus.*

Rec. Caſtorei el. ʒij.
Semin. cymin.
Cortic. aurant. ana ʒß.
M. f. Pulvis, Doſ. ʒj. in vino.

*XXIX. Alius Carminativus D. S.*

Rec. Cortic. aurant. ʒiß.
dent. infer. auratæ.
ocul. lucii piſcis.
♋
ſuccini alb. ppt.
talor. leporis
zedoar. ana ʒij. M. f. Pulvis, doſ. à ʒß. ad ʒj.

*XXX. Pulvis Cachecticus D. D. S.*

Rec. Limatur. ♂tis q. v. irrora aq. abſynth. vel fraxin. in quâ earundem ſalia diſſoluta; relinq. tamdiu donec rubiginem contrahat.
Rec. hujus croci ʒiij.
CC. ppt. ʒß.
Magiſter. perlar. Or.
Corall. r. ana ʒiß.
Cinamom. ʒß.
Cryſtall. ♀ ʒj. M. f. Pulvis, doſ. ana ʒß. ad ʒj.

*XXXI. Alius Cachecticus P. H. D.*

Rec. Croci ♂tis cum ſp. ⊕-ol. parat. ʒij.
Santal. r. ʒj.
rhabarbar. opt. ʒiß. M.
f. Pulvis ſubtiliſſ.
Doſ. à ℈j. ʒß. ad ʒj.

*XXXII. Pulvis Epaticus Ruber Dreſd.*

Rec. Cryſtall. ♀tar. albiſſ. ℔ij.
imbuantur in marmore ſp. ⊕-oli rectificat. ʒIV. continuè miſcendo, donec omnis ſpiritus abſumptus fuerit; deindè Rec. ſantali rubr. el. ſubtiliſſ. in marmore pulveriſat. ʒIV. imbuatur ſp. vini optim. ʒviij. per vices immiſcendo, ut fiat inſtar paſtæ, & ad aërem ſiccando, iterum miſcendo & exſiccando, donec omnem ſpiritum abſumpſerit. Poſteà Cryſtall. ♀ cum ſp. ⊕-oli & ſantal. cum ſp. vini ſ. q. imbutum miſce ſuper marmore exquiſitiſſimè, exſicca & ad uſum reſerva.

*XXXIII. Pulvis Aperitivus Spleneticus D. D. K. R. P. M.*

Rec. Cryſtall. ♀.
♀tar. ⊕-lat. ana ʒß.
ſolut. corall. r.
ocul. ♋ ana ʒß.
fecul. aron.
bryon. ana ʒj.
♁nii diaphor. ʒij.
Myrrh. rubr. ℈j.
ol. d. Ligni Rhod. gutt. v. M.
Doſ. à ℈j. ad ʒß.

*XXXIV. Pulvis Anti-Nephriticus Ejuſd.*

Rec. acidi ♀tari ʒiij. Lyncis.
ocul. ♋ ppt. ʒij. judaic.
Lapid. percar. Santal. r.
Spirit. ⊕-ol. coagulat. cum ⊖le proprio ana ʒj.
M. Doſ. à ℈ß. ad ʒß. in liquore appropriato.

*XXXV. Pulvis Hyſtericus.*

Rec. radic. pæon. debito tempore collectæ ʒj.
antophyllor. ʒiij.
Croci A. Corall. r. ppt.
Caſtor. ana ʒij. ſalis Iovis ana ʒß.
Succin. alb. ppt. ol. d. ſuccin. alb. ℈j.
Magiſter. matris perlar.
M. f. Pulvis doſ. à ℈j. ad ʒß. vel ʒj.

SECTIO

# SECTIO XXIV.

## *De Pulveribus Purgantibus.*

*I. Pulvis Laxativus vegetabilis D. G. R.*

Rec. gialapp. reſinoſ. ʒiij.
pulv. polychreſt. ʒß.
Lapid. bezoar. Or. ℈j. M.
f. Pulvis, doſ. ℈j. ad ʒß.

N. Pulvis polychreſtus ſeu rubinus vegetabilis conſtat ex reſinâ ſcammon. tinctâ cum ſantal. rubr.

*II. Pulvis Laxativus completus D. V. S.*

Rec. Cremor. ♀tari ʒx.
pulv. gialapp. ℥ß.
reſin. Scammon.
fecul. aronis ana ʒiß.
ſp. ⊕ol. coagulat. ʒß.
ol. d. Citri gutt. xxi.
M. f. Pulvis. Doſ. ℈j. ad ʒß. vel ℈ij.

*III. Pulvis Hydragogus D. D. I. M.*

Rec. Cryſtall. ♀tari ℈j.
pulv. epatic. rubr. ℈ß.
Magiſter. gummi de Peru gr. viij.
Sal. geniſt. gr. vi.
ol. d. aniſi gutt. ij M. f. pulvis.
Doſ. à ʒß. ad ℈ij. vel ʒj.

# SECTIO XXV.

## *De Salibus.*

*I. Sal Aperitivum D. F. H.*

Rec. Sal. abſinth. ℥ij.
Spirit. ⊕ol. ʒij. M.

Doſ. à ℈ß. ad ℈j. vel ʒß. vel per ſe, vel cum bezoardico martiali aut joviali in febribus tam continuis, quàm intermittentibus cum vomitu conjunctis in vehiculo appropriato.

*II. Sal Partum promovens.*

Rec. Borrac. Venet. ʒiij.
Glaciei Mariæ ℥iß.
M. Doſis à ℈j. ad ʒß. vel ʒj. in ▽ cinamom.

*III. Sal Deoppilativum anti-febrile D. D. K.*

Rec. ⊖ volatil. ſuccin.
CC. ana ʒij.
⊖ ♀tari.
ſl. ✳ ana ʒß.
M. Doſis eſt à ℈ß. ad ℈j.

*IV. Sal Mirabile.*

Rec. ol. ⊕li ℔j.
⊖ totidem, ſolve hoc in ▽ comm. filtra & miſce.

Deſtilla cum terrâ figul. per retortam & prodibit primò phlegma, deinde ſp. ſalis. Sal remanens ſolve ▽â, filtra, & coagula.

N. Loco ſalis etiam ⊕ ſumi poteſt, quemadmodum ad ☉, ita illud ad ☽ ſolvendam ſumitur.

*V. Sal Lithontripticum.*

Rec. Sal ononid.
ſaxifrag.
petroſelin.
Urtic. min.
chamæmel.
volatil. ſuccini.
⊡næ.
ſl. ✳
Magiſter. ocul. ♋.
Lapid. percar.
nephritic.
♀tari ⊕at.
ſp. ⊕oli coagulat.
ſemin. alkekeng. pulveriſ. ana ʒij.
M. Doſ. eſt à ℈j. ad ʒß. vel ʒj.

*VI. Aliud Lithontripticum D. P.*

Rec. Sal prunell.
abſinth. ana ℥j.
volatil. ſuccini ℥ß.
ol. d. ſuccin. ℈iv. M

Doſis eſt ana gr. vj. ad ℈j. vel ʒß. in vino vel aquâ ſaxifragiæ; Omnem materiam ſabuloſam evertit, & reſolvit calculum, in Iſchuriâ & dyſuriâ commendabile.

*VII. Sal Anti-podagricum internum.*

Rec. Spirit. ⊕oli vel 🜍 q. v. imprægna ſale ⊡ uſque dum ceſſet ebullitio, abſtrahe humiditatem & reliquum in cryſtallos concreſcet. Doſ. eſt à gr. vj. ad ℈ß.

*VIII. Sal Anti-podagricum Externum.*

Rec. Lign. juniperin. craſſitie inſigni q. ſ. Illud perterebra, & cavitatem reple ſale communi, & orificiis firmiter obturatis combure △ne aperto, & accipies ⊖ cum 🜍re & ⊖ alkali ligni juniperini imprægnatum, quod in ſp. vini ſolve.

N. Tumoribus podagricis impoſitum utile eſt.

*IX. Sal Cauſticum externum M.*

Rec. ☽ puriſſ. per capell. probat. ℥iv. ▽ fort. ℥j. ☽ in ſcobem redactam ſolve dictâ aquâ, & poſtmodum △ni ∴ admove, ubi ☽ ſoluta fuerit, augetur △ & lapidem ☽næ acquires inſtar lanæ, quo gradus perficitur uſque ad ▽ fort. conſumptionem.

N. Hoc ipſo ad piſi magnitudinem fonticuli applicantur.

# SECTIO XXVI.

## *De Spiritibus.*

*I. Spiritus Apoplecticus generoſus D. G. M.*

Rec. radic. Valerian.
pœon. vincetoxic. ana ℥j.
h. Meliſſ. majoran. roriſmarin. ana M iß.
ſl. tiliæ. M iij.
anthos.
lavendul.
ſpicæ.
ſalviæ.
primul. veris.
pœon.
betonic. ana Mß.
Cinamom. ℥iv.
zedoar. ℥ij.
Macis. Cubeb. ana ℥j.
Cardamom. ℥ß.
Croci Or. ʒij.
caryophyll. ʒß.

Inciſa & contuſa craſſo modo infunde in ſp. lil. conval. ℔ij.

aq. Cinamom. ℔j. Aq. apoplectic. ignobil. ℔ß.

Vini generoſi opt. q. ſ. per menſem in vaſe benè obturato ſtent, poſtea per MB. impoſitis roſtro ✕ ambræ & moſchi granis aliquot goſſypio involutis fiat lento deſtillatio.

*II. Spiritus Cephalicus D. G. M.*

Rec. ſl. lil. convall.
tiliæ ana ℔ iij.
ſpicæ ℔ ij
ſpic. indic. ℥vj.
radic. galang. min. ℥iij.
c. vini opt. ſ. q. f. l. a. infuſio & poſtmodum Q[illegible]tio.

III. Spir.

*III. Spiritus Alius Cephalicus.*

Rec. Cherefol. M. ij.
fl. tiliæ lil. conval. lavendul.
Salviæ. roriſm. betonic. pœon.
Majoran. primul. ver. Meliſſ. rutæ.
thymi. ana M. j. ſtœchad. Arab. ℥ß.
radic. ireos. Fl. pœon. ana ℥j.
Lign. Saſſafras ℥ß.
Semin. nigell. ʒß.
caryophyll. Nuc. Moſchat.
cinamom. Macis. cardamom.
Cubeb. ana ʒß.
Semin. baſilic. pœon. fœnicul. aniſi.
Siler. montan. ana ʒij.
Affunde vini opt. Menſur. iv. vel ſ. q. deſtilla in MB.

*IV. Spiritus Cinamomi C. D. G. M.*

Rec. Cinamomi el.
Coſti arom.
Caſſiæ lign. ana q. v.
Infunde in vini ſ. q. deſtilla & rectifica.

*Vſus* ejus eſt ad varia compoſita, cerebrum & ventriculum roborat.

Doſ. cohl. j. vel ij.

*V. Spiritus Uterinus Ejuſdem.*

Rec. zedoariæ ℔iij.
angelicæ ℔j.
h. Meliſſ. rec. M. iv.
Infunde in vini ℔viij. deſtilla ac rectifica pro lubitu ſuper Caſtoreum.

*VI. Spiritus Carminativus D. D. D. R.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. angelic. leviſtic. ana ℥ij. | |
| calam. arom. ℥ß. | galang. ℥ß. |
| fol. Menth. M. iij. | Sem. fœnicul. |
| fl. chamæmel. R. M. IX. | carui. aniſi. ana ℥j. |
| centaur. min. M. iij. | bacc. Lauri ℥ij. |
| ſambuc. M. ij. | Cinamom. el. ℥iv. |
| cortic. aurant. ℥iiß. | Caſtorei ℥j. |
| zedoar. ℥iß. | Vini Rhenani ℔iv. |

Stent in infuſ. per menſem, poſteà per cohobationem ex Alembico in MB. deſtilla.

*VII. Spiritus Regius D. F. H.*

Rec. Spirit. roſar. rectificatiſſ. ℥ivß.
ſalis rectificatiſſ. ℥iß.

Infunde in retortam vitream & collo retortæ inde Ambræ griſ. ʒß. Moſchi ℈j. miſce linteolo mundo involuta, deſtillata △ne leni per ∴. reſolvunt ambram & moſchum in liquorem & ſecum evehunt inſtar gelatinæ. Spiritui deſtillato adde confect. alkerm. q. ſ. cum linteolo, in quo ambra & Moſchus fuerunt. Reſerva invicem uſui in vitro clauſo.

*Vires & Vſus.* Mirificè confortat Spiritus vitales & animales, vel per ſe in vino ad gutt. xxx. vel LX. vel cum Syrupo rub. id. vel Violarum propinatus.

*VIII. Spiritus Lithontripticus D. B.*

| | |
|---|---|
| Rec. radic. 5. aperient. | Cortic. Lauri ana ℥ß. |
| Acori veri. | bacc. juniperi |
| liquirit. | Lauri |
| valerian. | cicer. rubr. ana ʒij. |
| Enul. | gran. alkekeng. |
| raphani dom. | Semin. dauci. |
| ononid. | hyoſciam. ana ʒiß. |
| eryng. ana ℥j. | fol. betonic. M ij. |
| h. pulegii. | Capill. ♀ polytrich. |
| Majoran. ana M j. | aur. adianth. nigr. |
| Cinamom. | virg. aur. ana M. ß. |

Infunde omnia in ſ. q. vini op. ſtent per aliquot ſeptimanas in digeſtione; deinde ſubtiliſſimam partem deſtilla.

*Vires*; in nephritide in primis mira præſtat, ſi Magiſterium ocul. ♋ lapid. judaici. ſpongiæ, dentium lucii cum ſp. ⊖ ſolutum & ſpirit. ⊕-oli præcipitatum addideris. Doſ. coch. iij. vel iv.

*IX. Spiritus Theriacalis camphoratus D. G. M.*

Rec. Species Theriacam ingredientes abſque myrrha & galbano aliiſque deſtillationi ineptis q. v. vel ℔j.
croci Or. ℥iv.
Inciſ. & contuſ. deſtilla cum ſpirit. bacc. Sambuc. per crebriorem cohobationem, adde in fine camphoræ ʒj.

*X. Spiritus Theriacalis camphoratus correctus* D. F. H.

Rec. radic. zedoar. Petaſitid. imperator. Leviſtic.
chelidon. maj. Enulæ. anthoræ. vincetoxic. Scorzoner.
angelic. contrayerv. ana ℥j.
Valerian. calam. arom. irid. ill. ana ℥ß.
Sem. Ammios. Naſturt. Thlaſp. Petroſel. Maced. ana ʒij.
h. Scord. Dictamn. n. Cretic. calaminth. mont.
Polii montan. abrotan. chamædr. Marrub.
chamæpyth. Nardi indic. Origan. cretic.
ſtœchad. A. rutæ ana M. j.
fl. anthos. hyperic. ſalv. hortenſ. Lavendul.
centaur. min. acaciæ. ana M. ß.
Nuc. Moſchat. Cardamom. Cubeb. Coſti Arab.
caryophyll. cinamom. el. ana ʒvj.
cortic. citri ʒiij.
bacc. juniperi ℥j.

Inciſ. & contuſ. affunde Sp. bacc. Sambuci Menſur. iv. vaſe clauſo ſtent in digeſtione per menſem, decantatam Eſſentiam △ne leni ♌la per MB. Deſtillatam duplici cohobio reſiduis prioribus ſpeciebus affundendo abſtrahe: & ſic ſpiritum theriacalem habebis, cui camphoræ ℥j. adde, ſicque erit camphoratus. Ex hoc ſi eſſentiam theriacalem pro Tinctura bezoardica parare velis, affunde reſiduo extracto craſſo à priori deſtillatione, cui extractum liquidum Myrrhæ. Croci & galbani 🜄 paratum addere potes.

## SECTIO XXVII.

### *De Syrupis.*

*I. Syrupus Cardiacus D. V. S.*

Rec. ſucci borragin. bugloſſ. ana ℔ß.
pomor. dulc. ℔j.
Meliſſ. ℥ß.
gran. cherm. ʒiij
Infunde in his ſuccis & exprime, deinde Rec. Croci Or. ʒß.
Sacchar. albiſſ. ℔ij.
f. Syrupus cui admiſce
ſpec. diamargarit. fr. ʒiß.
diamoſch. dulc. ℈iv.
f. Syrupus Cordialis cum ſpeciebus, qui & ſine ſpeciebus parari poteſt.

*Syrupus de papavere plurium infuſionum Altenburg.*

Rec. capit. papav. alb. & nigr. n. xx. contuſ. infunde horis 24. in aq. pluvial. deſtillat. ℔vj. coq. ad 3 part. caſum. Colaturæ infunde iterum capit. papav. alb. & nigr. n. xx. & procede ut prius, hocque ter repete,

tum adde Sacchar. ℔ß.
Penid. ℥iv. f. ſyrupus.

*II. Syrupus Pectoralis Altenburg.*

Rec. radic. ſymphyt. — aniſi
farfar. — cardamom. ana ʒj.
alth. ana ʒvj. — fl. roſ. r. M. ij.
Enul. ℥ß. — fol. betonic. plantagin.
Ligni Sancti ʒvj. — pimpinell. piloſell.
Scyll. ppr. — Polygon. Marrub. an. M j.
ſantal. r. ana ʒij. — Salviæ. pulmonar. ana M. ß.
ſemin. cymin. — 
urtic. ana ʒiij. — jujub. n. v.

Inciſ. & contuſ. coq. in diplom. cum aq. ſcabioſ. roſar. ana q. ſ.
Rec. Colatur. & cum ſacchar. ſ. q. f.
Syrupus.

*III. Syrupus de Teſtudinibus D. R.*

Rec. teſtudin. vivar. num. x. laventur in ▽ ſubfervidâ, coq. ad extimæ cruſtæ ſeparationem, quibus abjectis ſordes à carnibus purga, deinde in mortario contundantur, iterumque add. ſequentia; ſucc. liquirit. Tragacanth. Sem. papav. alb. Lactuc. portulac. bombac. 4. fr. maj. cydonior. ana ʒvj.
Paſſul. minor. ʒv.
Sebeſten. jujub. Berber. ana ℥ß.
fl. 4 Cordial.
adianth. ana M ij.
coq. in ſ. q. ▽ ad tertias, adde Sacchar. ℔iij. f. Syrupus.

*IV. Syrupus Chalibeatus D. V. S.*

Rec. Aq. fumar. centaur. min. card. b. cuſcut.
Veronic. beccabung. ana ℔j.
aceti roſac. parum adde & in iis extingue chalybis ignit. ℥vij. & extinctio quater repetatur, facta colatura adde
Limatur. chalyb. cum ſp. 🜂ris calcinat. ppt. ℥vij.
Cortic. radic. Cappar. ℥ß. — eupator.
Tamariſc. — capill. ♀.
fraxin. ana ʒij. — cuſcut.
Citri ʒiij — chamædr.
Paſſul. ſ. arillis ℥ij. — ſcolopendr.
ſpic. celtic. ʒiß. — epithymi ana M. ß.
ſquinanth. ʒiij. — cochlear. M j.
h. abſinth. — radic. cichor.
ſcorzoner. polypod. q. ana ℥ß.
Sem. fœnicul.
carui. ana ʒiß.
fl. bugloſſ. Sambuci. Meliſſ. geniſtæ. cichor. an. p. j.
Inciſ. & contuſ. macera per biduum in vaſe vitreo in MB.
Colatur. expreſſ. adde Senn. A. ſ. ſ. ℥iv.
radic. Ellebor. nigr. ppt. ℥iß.
gialapp. ℥j.
Turbith. alb. ℥ß.
rhabarb. ʒiij.
raſur. Ligni Rhod.
Saſſafras ana ʒij.
Cinamom. el. ℥ß.
Caryophyll. ʒij.
Iterum ſtent per noctem in infuſione in leni calore, manè ebulliant & cum Sacchar. alb. ſ. q. f. Syrupus.

*V. Syrupus Antiſcorbuticus P. H. D.*

Rec. radic. ireos Fl. polypod. q. helenii. raphani. aſari.
ſarſaparill. ana ʒiij. Liquirit. ʒvj.
h. Cochlear. Naſturt. aquatic. ſedi minor.
fumar. Perſicar. Meliſſ. agrimon.
Veronic. chelidon. min. abſinth. card. b.
Scolopendr. Centaur. min. ana p. ij.
fl. Sambuc. bugloſſ. ana M. ß.
Sem. aniſi. fœnicul. erucæ. ana ʒiij.
fol. Senn. A. ℥j
hellebor. nigri ℥ij.
agaric. Turbith. ana ʒiij.
Cinamom. el.
zinziber. ana ʒij.
Paſſul. Corinth. ℥j.
coq. in ſ. q. ▽ ſ.
Rec. Col. ℔ij. adde Sacchar. ℥iv.
coq. ad ſyrupi conſiſtentiam.

*VI. Syrupus Violarum Solutivus. D. G.*

Rec. fl. violar. rec. ℔ij. — zinziber. alb. ana ʒvj.
cremor. ♀ ℥iß. — caryophyll. galang.
ſem. fœnicul. ℥iv. — radic. ireos ana ʒiß.
cinamom. el. — Senn. A. ſ. ſ. ℔j. ℥vj.
coq. in aq. violar. Rec. Col. ℥xij.
Sacchar. ℔vj. f. Syrupus.

*VII. Syrupus de Gialappa D. C.*

Rec. radic. gialapp. contuſ. ℥iv.
cichor. aſparag. petroſelin. ana ℥j.
Semin. aniſi. fœnicul. ana ʒvj. Tartar. ⊖lat. ℈iv.
Inciſ. & contuſ. infunde in vini optim.
aq. cichor. aceroſ. ana ℔ij.
Stent in loco calido per 4 ☌ ☍. Deinde adde ♀ta-ri crudi ℔j.
coque ad dimidium. Colaturæ adde Sacchar. ℔ij. ℥viij.
f. Syrupus aromatiſ. ▽ Cinamom. ℥iv.

*VIII. Syrupus purgans polychreſtus.*

Rec. Pone ad △nem Syrup. roſar. ſolutiv. ℥ij. huic jam calenti injice ſacchari rubri depurat. ℥iß. quo ſoluto adde cremor. ♀tari ʒiij.
zinziber. ʒj.
Semin. aniſ. ʒß.
fol. Senn. A. ſ. ſ. ℥iß.
M. cum ſpatulâ ligneâ, removendo ab igne uſque frigeſcat, huic poſtea iterum aliquid Syrupi roſar. ſolutiv. injice.
Doſis eſt cochl. j. vel ij.

## SECTIO XXVIII.

### *De Tincturis.*

*I. Tinctura Aperitiva D. F. H.*

Rec. ſpirit. ⊖ ſtriati ℔j.
aquilæ noſtræ albiſſ. ℥iij.
M. tinge cum gran. cherm. ſ. q. & filtra.
*Vires & Uſus*; In Malo hypochondriaco, ſcorbuto, calculo, arthritide vaga & fixa, imo ſpaſmo etiam ejus uſus non ſatis deprædicari poteſt. Doſ. à gutt. v. x. ad xx. vel xxx. mane in brodio calido. Diuretica eſt & aperitiva.

*II. Tinctura Bezoardica D. F. H.*

Rec. Eſſentiæ theriacalis ſuprà deſcriptæ ℥x.
ſpirit. ⊖lis ♀tari volatil. ℥iv. ⊖oli volatilis ℥ij camphoræ ℥j.
Hæc ſtent in digeſtione una vel altera ſeptimana & vel per ſe uſui aſſerventur, vel tingantur lign. Santal. rub.
Hujus Tincturæ bezoardicæ uſus non ſatis eſt deprædicandus in omni ferè morborum genere; Et inprimis in febribus tam intermittentibus, quàm continuis mirificos ejus non ſatis laudare poſſum effectus. Imo in omnis affectus initio, ubi jam de ejus naturâ & idea nondum ſatis conſtat, tutus hujus uſus eſt, uſque dum morbi natura ex certis ſignis diagnoſticis innoteſcat

teſcat. Doſis eſt à gutt. x. ad xx. xxx. xL. & ultrà.

Notandum tamen eſt, hanc Tincturam optimè conferre in febribus, ubi calor febrilis excedit; Sin autem malignitas potior fuerit, non adeo excedente calore febrili Eſſentiæ theriacali in juſta proportione addi debet aquila noſtra albiſſima excluſis ſp. ♀ & ♁-oli cum camphorâ. Præſtantiſſimum hoc eſt remedium à putredine maſſam ſanguineam vendicans, fermenta acida extinguit, Epilepſiæ, apoplexiæ & affectioni ſeu ſuffocationi hypochondriacæ medetur. In Peſte & omnibus febribus, tam continuis, quàm intermittentibus par non reperitur remedium. Doſis eſt à gutt. xx. ad xxx. xL. L. vel ultrà.

*III. Tinctura Salis Tartari cum ſpiritu ſalis Tartari volatili D. F. H.*

Rec. ⊖lis ♀tari ℔ß.
reguli ♁nii ℥ii.
cryſtall. ♁tri ℥iij.

Fluant in ✠ ſuper carbones △nitos per ☿, poſtmodum materia injiciatur ſp. vini & tinctura extrahatur in loco tepido per 9 ♂.♀. Poſtmodum adde ſpiritus mei ⊖♀tari volatil. ℥j.

Doſis eſt à gutt. 10. ad 20. vel xxx. in vino vel cereviſiâ in ſanguinis impuritate, calculo, colica, ſcorbuto, malo hypochondriaco &c. laxat alvum & materiam ſabuloſam per urinam educit.

## SECTIO XXIX.

### *De Trochiſcis.*

*I. Trochiſci Cephalici.*

Rec. Sacchar. albiſſ. ℥vj. ſolve in aq. roſ. fr. ſ.q. & ad conſiſtentiam tabulati coque, in quo ab △ne remoto diſſolve ambræ gryſ. ℈j.
Extract. ligni aloës ʒj.
his diſſolutis ſuperadde ſtatim
cardamom. ʒiij.
Elæoſacchar. caryophyll. ℥j.

Et cum ſ. q. mucilag. tragacanth. c. aq. roſ. & cinamom. fact. f. Maſſa, ex qua Trochiſci form.

*Vires.* Spiritus animales & totum cerebrum confortant.

*II. Liquiritia Tornata D. A. G.*

Rec. Spec. diair. ſ. ʒiij.
pulv. radic. liquirit. ʒix.
Croci Or. gr. vj.
Sacchar. candi alb. ℥xv.
Eſſ. ambræ gutt. xviij.
c. Mucilagin. tragacanth. albiſſ. in ▽ roſar. ſolut. ſ.q. f.l. a. arundines tornatæ.

*III. Trochiſci contra raucedinem D. K.*

Rec. Succi liquirit. ℥iß.
Croci Or. ʒiij.
Myrrh. el. oliban. alb. ana ʒivß.
Tragac. gummi Arabic. ana ʒvj. carn. dactyl. num. ix. Sacchar. candi alb. ℥ij.
vini alb. q. ſ. f. Trochiſci.

*IV. Trochiſci Cordiales.*

Rec. Sacchar. albiſſ. ℥iv. ſolut. in aq. Cinamom. ſ. q. coque ad conſiſtentiam Tabulati, in hoc ab △ne remoto diſſolve ambræ gryſ. ℈j.
Moſchi ℈ß. in ol. d. roſar. ſolut. cum Sacchar. pulveriſ. ʒiß. circiter.
cortic. citri recent. exter. ſubtiliſſ. contuſ. ʒj.
Elæoſacchar. roſar. ver.
cinamom. ana ʒij.

Miſce omnia exactiſſimè & cum ſ. q. tragacanth. in aq. roſ. ſolut. f. Maſſa, ex qua formentur Trochiſci.

*Vires.* Spiritus vitales & genitales recreant, halitumque oris commendant.

*V. Trochiſci contra Peſtem & alias febres malignas Duc. Mant.*

Rec. Magiſter. fragment. pretioſ. ʒiß.
Lapid. bezoar. Or. ʒj. Extract. anthoræ.
Margarit. Or. contrayerv. ana ʒj.
Unicorn. ver. ana ℈iv.
c. ſucc. ſcorzoner. ſ. q. f. Trochiſci ſigillo ⊙ impreſſi.

Doſ. à gr. vj. ad x.

*VI. Trochiſci Alii Alexiterii.*

Rec. Cortic. Citri recent. ℥iß.
contunde optimè in mortario lapideo ad pultis conſiſtentiam, ut per ſetaceum trajici poſſit, hiſce adde croci Or. ℈j.
Extract. Enul.
zedoar. ana ʒß.
Sacchar. alb. ℥iiß.
ol. d. rutæ ℈ß. f.
cum Mucilagin. tragac. f. Trochiſci.

*VII. Trochiſci pro fumo Hiſpanici.*

Rec. gumm. benzoes. ſtyrac. calam. ana ℥j.
Ligni aloës. caryophyll. ana ʒß.
Ladan. ℥ß. Moſchi gr. xvj. Balſam. indic. q. ſ.
vel, Rec. benzoes. ſtyrac. calamit. ana ℥ß.
caryophyll. gall. Moſchat. alipt. Moſchat. ana ℈j.
Moſchi zibeth. ana gr. v. M.

*VIII. Maſſa pro ſuffitu Regis Hiſpaniæ.*

Rec. ſtyrac. calamit. ʒiij. coque in ▽a deſtill. ad conſiſtentiam, exprime per pannum benzoes ℥ß.
ſimili modo coque, pone ad △nem, hiſce adde zibethi. Ambræ, ana gr. j. in ▽ roſar. ſolut. f. Maſſa.

*IX. Alia Maſſa Hiſpanica pro fumo pretioſa.*

Rec. Benzoi. ℥iß. reſin ſtyrac. calamit. ℥ß.
Moſchi ℈ß. ambr. ℈j.
zibeth. gr. ij. ol. d. Ligni Rhod. cinnamom. ana gutt. v.
reſin. Ligni aloës ℈j. M.

N. reſina ſtyrac. ante omnia primum mortario ferreo admodum tepido inferri debet, ſubſequentibus illico reliquis, ex quibus Maſſa formari debet.

## SECTIO XXX.

### *De Vnguentis, Linimentis & Balſamis inunctoriis.*

*I. Unguentum contra Epilepſiam & alios Morbos malignos.*

Rec. Cinnabar. nativ. ℥ß. d. guajac.
Lapid. Ophit. ℥iß. corilin. ana gutt. iij.
Magnetis ʒij. Confect. alkerm.
ol. d. Macis. de hyacinth. ana ℈ß.
expr. Nuc. Moſchat. Ung. alabaſtrin. q. ſ. M. f. Un.

*Uſus* eſt ad bregma, frontem, tempora &c.

*II. Unguentum ad faciei ruborem.*

Rec. Piperis. zinziber. ana ʒj.
♀ris vivi ʒß.
Ung. pomad. q. ſ. pro Ung.

*III. Unguentum ad guttam roſaceam.*

Rec. Ung. Pomad. opt. ℥iß. ☿rii præcipitat. ℈ß.
ol. camphor. gutt. iij. benzoi. ℈j.
aq. vit. ʒj. M. omnia accuratiſſimè in mortario plumbeo & cum cera f. Ung.

*IV. Unguentum de Ceruſsâ ♄nii.*

Rec. ol. expr. ex ſemin. papav. alb. ac cum ▽ roſ. lot. ʒvj.
Ceruſſ. ♄nii ʒiij.
alb. venet. ʒiß. f. ung.

*Uſus & Vires.* Refrigerat, mitigat moderatè, exſiccat, confert mitigandis doloribus arthriticis calidis, fervori eryſipelatum, præcipuè defluxionibus ſalſis acribus in oculos delabentibus inungendo circumcircà palpebras & oculos, item prodeſt ad maculas faciei. Ad fiſſuras & rimas in manibus & facie hyeme provenire ſolitas.

*V. Unguentum Pectorale.*

Rec. pingued. gallin. butyr. rec. ol. amygd. d. viol. lil. alb. ana ℥iv.
Croci Or. ℈iß. Ceræ alb. q. ſ. M. f. Ung.

*VI. Unguentum Anti-Pleuriticum Romæ uſitatiſſimum.*

Rec. butyri vetuſtiſſ. Ung. alth.
pulv. tormentarii ana ℥iij.
Semin. cymin. pulveriſ.
erucæ ana ℥ß.
Succi urtic. vulg. ℥iiß.

Pulveriſanda opt. pulveriſ. in ſucco Urtic. coq. Ung. alth. & butyr. ad ſucci conſumptionem. Deinde paulatim adde pulveres. Ultimo loco tandem pulv. tormentar. f. △ l. Unguentum.

Modus utendi. Locus affectus cum pauxillo aq. vitæ tepidè leviter manu fricetur, deinde unguentum in quantitate nucis avellanæ craſſioris calidum applicetur, manu benè confricando. Ac deinde foveatur duobus vel tribus foliis braſſicæ, quæ in patella frixaria cum aliquantulo butyro itidem veteri calefacta ſint, & poſteà ſuperligetur pannus lineus aut laneus, qui ſit vetus cum faſciâ, ut medicamentum eò firmius conſervari poſſit ſuprà partem, ſi opus ſit, poſt ſingulas 6 horas renovetur Unguentum.

*VII. Unguentum Anodynum D. D. R.*

Rec. alabaſtri pulveriſ. ℥ß.
camphor. ℈ij. ol. Nymph. ℥iß.
Ung. populeon. roſat. Meſ. ana ℥j.
cum ceræ Modico f. Ung.

*Uſus* eſt; in capitis doloribus inungatur temporibus, & nuchæ.

*VIII. Unguentum contrà Calculum.*

Rec. ol. lil. alb. ſcorpionum. violarum. chamæmel.
Ung. dialth. ana ℥j.
Mucilagin. radic. alth.
Sem. fœn. græc.
pſyll. ana ℥ß.
ceræ ſ. q. f. Unguentum.

*IX. Unguentum ad infantum alvum laxandam.*

Rec. Aloës epatic. ʒij. fell. tauri ʒj.
Scammon. ℈j. butyri q. ſ. f. unguentum, quo teſta nucis juglandis impleatur & umbilico apponatur.

*X. Unguentum ad Partum facilitandum.*

Rec. Mucilagin. Sem Lini. fœn. græc. rad. alth. ana ℥j. pingued. anſeris
ol. coct. chamæmel. n. lil. alb. ana ℥j. Croci ℈j. Ceræ q. ſ. f. Unguentum.

*XI. Unguentum ad hæmorrhoides prominentes.*

Rec. Succi verbaſci ℥ß. ol. roſat. ℥j.
Vitell. ovi j.
conquaſſata omnia optimè ad uſum reſerventur.

N. Pannus laneus parti affectæ imponatur prædicto Unguento, inunctæ.

*Aliud in eodem Affectu.*

Rec. butyri cancrorum
Sevi hircini ana ʒiß.
adde modicum ceruſſæ & f. unguentum.

*Aliud.*

Rec. fl. linariæ M. ij.
adipis porcinæ rec. q. ſ.
coque & exprime, expreſſum vitell. ovor. miſce & applica cum lana vel goſſypio.

*XII. Unguentum Singulare contrà urinæ profluvium mulierum, ſeu ſtillicidium, quo mulieres poſt partum difficilem ob labefactatam veſicam non rarò affici ſolent, urinamque perpetuò fluentem ſpongiâ pudendis admotâ excipere coguntur.*

Rec. Lapid. calaminar. opt. in ⋇ & ▽ roſ. bis vel ter loti & ſubtiliſſ. pulveriſ. ℥iv.
Lithargyr. argent. ℥ij.
Ceruſſ. ppt. ℥j.
ol. coct. roſ. chamæmel. n. ana ℥iv. agitentur ſimul per hor. 2. & cum axungia hirci ℥ij. f. Unguentum, agitando ad 4 horæ partem, donec conſiſtentiam acquirat debitam.

*Uſus.* Hoc pars affecta leniter eſt inungenda & linteo cooperienda. Miræ eſt efficaciæ & multiplici experientia probatum.

*XIII. Unguentum ad Contuſiones.*

Rec. Oſſ. Sepiæ.
Ceruſſæ. ana p. æq.
Saponis nigri q. ſ. ad conficiendum unguentum.

*Vires*; hoc una nocte omnem removet nigredinem in facie ex contuſione & percuſſione.

*XIV. Unguentum in Contuſionibus & Doloribus.*

Rec. ol. olivar. benè matur. ℔j.
Medull. cruris bubulin.
reſin. pini
ceræ flav. ana ℥ij.
butyr. recent. inſulſ. ʒiij.

Liquefiant omnia △ l. cumque medulla liquefacta fuerit, remove.

*XV. Unguentum pro caruncula penis.*

Rec. O Roch. ʒß. Lithargyr. aur. ʒij.

Pulveriſ. pone in vas vitreum & affunde tantundem ⋇ ut duos ſupernatet digitos, deinde ad ☉ expone, donec exſiccata ſint, tunc iterum in pulverem redige. Huic adde ♄nii crudi ʒij.
tutiæ ppt. ʒiß.
auripigment. ʒij.

f. Pulvis ſubtiliſſ. qui cum ol. roſ. complet. ℥j. in Unguentum redigatur, in fine coctionis adde camphor. ʒiß.

Cerat. diapalm. ℥ß. hoc tepidum adhuc extende ſuper candelas.

*XVI. Aliud ad carunculam Penis erodens.*

Rec. ol. roſar. compl. ceruſſ. ana ℥j.
Tut. ppt. ℥ß. camphor. ʒij.
Aloës Epatic. olibani. Myrrh. ana ℈ij.
Sieff. alb. ſ. op. ℥ß. M.

f. Unguentum ſ. a. in mortario plumbeo, & hoc candelæ inungantur.

*XVII. Aliud carunculas conſolidans.*

Rec. pingued. Capreol. ℥j.
ceruſſ. ana ʒij.
Camphor. ℈j. M. f. unguentum.

*XVIII. Unguentum ad Carbunculos D. R.*

Rec. calcis extinct. Saponis venet.
fermenti acris. ♀ris vivi. ana ℥ß.
⦶tri. Tutiæ ppt. ana ʒij.
Theriac. A. ʒiij. Opii Theb. ℈j.
ol. lil. alb. ſ. q. f. unguentum.

XIX.

*XIX. Unguentum gryſeum ad ulcera manantia tibiarum.*

Rec. Ceruſſæ. Lithargyrii ana ℥iij.
Lapid. calaminar.
♄ turni uſti ana ʒij.
Tutiæ ppr. ʒß.
Calcis lot. Terr. ſigill. ana ℈j.
O uſti ℈ij.
ol. Myrtill. cum albumin. ovor. an. q. ſ.
f. Vnguentum in mortario plumbeo.

*XX. Unguentum Vulnerarium.*

Rec. Salviæ part. 4.
Millefolii part. iij.
Colligantur in fine Menſis Maji, minutim inciſ. coq. per 2. 8 in vaſe cum butyri majalis depurat. ℔viii. filtrentur & colatura iterum △ imponatur, admixtis ſevi hircini ℔j. & cervini eadem quantitate. Ceræ ℔ß.
reſin. Pini quartar.
Terebinth. ℔iß.
Coque omnia invicem donec diſſoluta ſint, ab △ remotis adde tantum æruginis minutim contuſæ, ut viridi colore tingantur, immiſcendæ etiam olei ſpicæ ℥ij. M. f. unguentum.
*Vires.* Utimur hoc in vulneribus recentibus & inveteratis, in nervorum reſolutione & aliis affectibus.

*XXI. Aliud ad vulnera & ulcera.*

Rec. Maſtichis ℥j.
Terebinthin. venet. ℥iij.
Ceræ flav. ℥iv.
Liqueſcant in olla fictili primò cera cum Terebinthin. poſteà remove & adde ol. Maſtich. q. ſ. pro unguento.

*XXII. Unguentum Patavinum in ulceribus malignis.*

Rec. ol. roſac. complet. ℔iij. Succi plantagin. Lapath. acut.
Solani. centaur. minor. ana ℥vj. ceræ alb. q. ſ. coq. ad ſuccorum conſumpt. deinde
Inſperge pulv. ſeq. Lithargyrii ℥vj.
plumbi uſt. & lot. ʒxi.
boli Armeni.
Camphor. ana ʒiß.
Lapid. calaminar. vel tutiæ ℥vj. Vng. popul. refriger. gal. ana ℥ij. M. f. unguentum.
*Vſus.* Hoc filamenta imbuantur & imponantur ulceribus ſuperimpoſito cerato de ceruſsâ.

*XXIII. Unguentum ad tineas.*

Rec. ⊕-ol. O roch. uſt. chalcit. uſt. ana ʒiij.
ariſtoloch. rot. ver.
virid. æris ana ℥ij.
Picis navalis ℥j.
pingued. anatis ℥ß.
butyri antiquiſſ. ℥vj. M. f. unguentum.
*Vſus.* Abluatur caput lixivio facto ex herba & radic. Cichor. loti tum ſiccetur & inunctio fiat dicto Vnguento poſt tres dies lotio & inunctio repetatur, quodcum ter feceris, tineas evaſiſſe videbis.

*XXIV. Unguentum contrà Veneficia.*

Rec. adipis canis benè liquatæ & Vrſi ℥viij.
Caponis ℥xxiv.
Viſci corylini tres truncos adhuc virentes, fruſtatim ſectos & tuſos, dum humeſcant, contunde autem ſimul lignum, folia & baccas. Miſce in phiola quam ſoli ix. ſeptimanas cum expoſueris, virentem balſamum extrahes.
*Vſus.* Hoc veneficiatorum corpora, loca, maximè dolentia & juncturas inunge & certo curabis experimento.

*XXV. Unguentum pro Pueris faſcinatis.*

Rec. ol. roſat. Nardin. Maſtich. ana ℥ij.
Succi Menth.
abſinth.
Cydonior.
pomor. redolent. ana ℥iij.
Corall. r. Scobis eboris xyloaloës ana ʒß.
cum pauca quantitate ceræ f. Vnguentum.
*Vſus.* Hoc bis aut ter indies ſtomacho applicetur.
N. Solent etiam Hiſpanicæ mulieres ſuffumigare faſcinatos pueros gummi ammoniaco. Sæpè etiam obſervavit Rod. à Caſtro proficere ſuffitus ferrei calcei candentis equi nigri ✠ ter extincti.

*XXVI. Linimentum Salutis D. R.*

Rec. Vng. roſar. Meſ. ℥iß.
Theriac. ʒvj.
Spec. Cordial. temperat. ʒij.
Santal. Citrin. ℈j.
Croci Or. ℈ß.
Camphor. ʒß.
cum ol. Scorpion. ſ. q. & balſam. citri. rutæ. angelic. Salviæ. ana ℈j. f. Linimentum.
*Vſus.* Externè in febribus malignis & vitium debilitate ſcrobiculo cordis cum linteo imponitur.

*XXVII. Linimentum Naſale Ejuſd.*

Rec. fl. lavendul. anthos. Salviæ. ana p. j. gummi ammoniac. Caſtorei ana ℈iv.
hellebori alb. ℈iv.
Semin. nigell. ſeſel. pyrethri. ana ℈i.
Cubeb. piper. alb. an. ℈ß.
Scammon. elaterii. ana ʒß.
Moſchi ambr. ana gr. v. ſubtil. pulveriſ. incorpor. ol. irini ſ. q. pro Linimento.
*Vires.* Errhinum eſt exquiſitiſſimum contorto linteolo naribus inditum.

*XXVIII. Linimentum ad ariduras.*

Rec. Vng. alth. ol. popul. Lauri. ana ℥iiß.
ol. olivar. juniperi. ana ʒv.
lumbricor. ʒiß.
ping. taxi. Vrſi. ana ℥iß.
Sem. Cymini ℥j.
Sev. cervini ʒiß.
⊕ ʒiß. Cervi virgin. ʒiß. f. Linimentum.

*XXIX. Linimentum pro Nervo retracto.*

Rec. pinguedin. human.
taxi
viperar. an. ℥j.
ol. lumbricor.
Succi alth. ana ℥iß.
Ceræ parum M. f. Linimentum.

*XXX. Linimentum in Contracturâ.*

Rec. Euphorbii. Spec. diatr. piper. Semin. urtic. ana ʒij.
O plumoſ. ℥ß.
catharid. ʒß.
ping. vulpis.
taxi
ol. lumbricor. ana ℥j. f. Linimentum molle.

*XXXI. Linimentum pro penis erectione.*

Rec. Succi paſtinac.
ol. Sinapi. ana ℥ß.
ovor. formicar. magnar. ʒß.
Piſtentur & exponantur ☉li per ♂ ♀, deinde miſce omnia in formam Linimenti.
*Vſus.* Hoc inungatur glans antè coitum; & ſi pe-

nis remaneret rigidus, aqua tepida ablnatur, ſic enim deprimitur.

### XXXII. *Linimentum Anti-Podagricum.* W. P.

Rec. ⊕-li ad albed. calcinat. ♌la, ut moris eſt, tum ſepara phlegma, vel per ⚹ vel per retortam. Liquorem adhuc ſemel per ſe pelle per retortam, quo phlegma rite ſeparetur, quod ſerva.

Rec. pingued. porci recent. ℥xxiv. coque donec nigreſcat, inde cucurbitæ adde prioris liquoris ℥viß. probe obtura & agita invicem; poſteà coq. in ∴. donec penitus nigreſcat, nonnunquam parum agitando.

Huic adde vini Eſſati ſeq. ℥iij ʒvj.
ol. Spicæ ʒij. M. & pone ad refrigerandum.

Hoc linimento, locus dolens penes △ inungendus, linteo obligandus & ter in die repetendum donec dolores ceſſent.

### XXXIII. *Vinum Eſſatum.*

Rec. Caryophyllor. Nuciſtæ. Cinamomi. zinziber. olibani.
Maſtich. Myrrh. ana ʒij.
Croci ℥ß. camphor. ʒj. ſp. juniperi ℥v.
Pone in digeſtionem, exprime.

N. Sequens anodynum etiam tumoribus podagricis applicari ſolet, nihil tamen præſtat, niſi podagra per prædictum linimentum abſumpta.

Rec. animæ Saturni ℥iij. croci Or. ʒiij.
ol. camphor. cum ol. amygd. d. ʒj.
ol. roſar. ℥iß.
chamæmel. ℥j.
pingued. caponis coct. cum lil. alb. ℥j. ʒij. 🜄 ʒß. ol. coct. aneth. ℥j. M. f. Linimentum.

### XXXIV. *Balſamum pro Parturientibus* D. D. C.

Rec. Caryophyll. Macis. Cinamom. acut. ana ʒiiß,
fl. toriſm. lavendul. majoran. ana p. iij.
Inciſa craſſo modo appone in vitro orificii anguſtioris addendo Moſchi gr. xij tunc affunde ol. tec. ℔ß.

Orificium optimè claudatur, pone ad radios ☉lis ad 9 ♂ ♀ quotidie bis vel ter agitando, poſteà expreſſa ſerventur pro uſu.

### XXXV. *Balſamum Vulnerarium* D. R.

Rec. ol. olivar. vetuſt. ℔j.
Vini rubri generoſ. odoriferi & annoſi ℔ij.
Immitte in ollam vitreatam figulinam, quæ operculo claudatur, & aptè lutetur, ne quid exhalet, coque △ l. carbonum, donec duæ partes conſumantur, unaque remaneat, quo facto aperiatur olla, & ſervetur ol. in vitro forti benè obturato pro uſu.

*Uſus.* Si vulnus non fuerit periculoſum, lavetur Vino rubro tepido & deinde applicetur linteum mundum ex viri induſio balſamo prædicto madidum & calidum, quantum patiens poſſit ſuſtinere, parum in vulnus immittendo aut nihil, ſed tantum in vulneris circuitu, quod ſufficiet. Si v. vulnus fuerit periculoſum, illo utendum eſt frigido, ne tam citò uniatur, quoniam animus eſt vulnus tenere apertum, ut expurgetur. Sufficiet curare ſemel cum balſamo, & quater vel quinquies cum ſolo linteo mundo, & vino rubro, idque tamdiu, donec conſolidet vulnus. Si v. ſanguis difficulter ſiſtatur, eo utere calido, itemque in caſu doloris aut ſpaſmi. Linteum quod primâ vice auferes, ſi è regione vulneris, rubro ac vivido ſanguine infectum eſt, æger morietur, ſi purulentum appareat, ſanabitur.

# D. MARTINI BERNHARDI DE BERNITZ
# FASCICULUS MEDICAMENTORUM
## SINGVLARIVM CNÖFFELIANORVM.
## AD
# BENEVOLUM LECTOREM.

HIc exhibetur Faſciculus Medicamentorum ſingularium, quem *multorum Cornu Copiæ* non immeritò dixeris *Arcanorum*, quæ tam communi quàm ſpecificæ, ſi non omnium certè potiſſimorum morborum medelæ dicata ſunt. Horum pleraque ut Magnum illum in Medica Republica Virum Clariſſimum & Excellentiſſimum Dn. ANDREAM CNOEFFELIVM, p. m. Sereniſſimorum VLADISLAI IV. & IOHANNIS CASIMIRI Poloniæ & Sueciæ Regg. Archiatrum bene meritiſſimum pro *Authore* agnoſcunt, ſic *Eundem* uſu & ſucceſſu feliciſſimo per univerſam Europam ſummopere commendatum fecerunt.

Iiſdem medicamentis non paucis ipſemet etiam in praxi meâ utens, plurimis ægrotantibus ex voto, ferè dixerim, ſemper profui, ideoque ipſa huc-uſque mihi ſoli ſervavi, & ſervarem in poſterum, niſi declinante jam ætate, proximum tam pretioſo, quia ad ſanitatem ſummè neceſſario, Theſauro privare, ſummum nefas ducerem, & Chriſtianus ego ſic in charitatem illi debitam enormiter impingerem.

Huic meo de proximi mei ſalute bene merendi ſtudio multorum ſtimulum addiderunt preces amicorum continuò me admonentium, ut tam hæcce aliundè collecta quàm propria mea arcana communi bono in lucem prodire permitterem.

Itaque more Sacerdotum vel Ægyptiorum, qui [teſte *Herodoto*] ſua Obſervata & Experimenta Medica Memphis in Vulcani & Iſidis Sacrario, aut etiam in viis publicis; vel Græcorum, qui ſua Pergami in Templorum Apollinis & Æſculapii adytis affigebant, & ego Collectaneorum meorum partem S. R. Imp. Naturæ Curioſorum Ephemeridum Anno Sexto appendere volui, exhibentem præter laudatiſſimi illius Dn. D. CNOEFFELII

 Amici

Amici & Collegæ mei, dum viveret, ſinceriſſimi ac fideliſſimi medicamenta hactenus nemini cognita, nonnulla alia aliorum quorundam Medicorum Aulicorum in Poloniâ, candidè mihi communicata & demonſtrata, omnia prout ab Authore quæque ſuo vel in ſchedulis conſignata accepi, vel ex libris ipſorum manuſcriptis excerpſi, quicquam enim in iis demendo addendo-ve corrigere, certis de cauſis me abſtinui.

Hunc itaque meum REMEDIORVM FASCICVLVM TIBI, B. L. eo minus ingratum fore confido, quanto magis amicè, lubenter & fideliter eum in Tuum & reliqui proximi commodum offero, ſic tamen ut integrum Tibi ſit eligere quod placuerit, prætermittere quod non adeò è re Tua viſum fuerit: dummodo plurima Tibi accepta eſſe videro, alium adhuc FASCICVLVM, & in eo *alia Curioſa*, TE ſperare jubeo. VALE.

D. ANDREÆ

# D. ANDREÆ CNÖFFELII,
## Sereniſſ. Regis Poloniæ Archiatri,
# CONSILIVM
*Sive*
# PROGNOSIS ET CURATIO
## Affectionum SVÆ MAIESTATI VLADISLAO IV. Familiarium,

*Pro declinando cum Dominis Collegis novarum ſubinde diſceptationum Faſtidio,*

Semel pro ſemper ſub ingreſſum ſui Servitii ſcripto exhibita:
ANNO M. DC. XLIX.

---

*C. B. D.*

AD conſilium de ſyndrome morboſa S. R. *Majeſtatis*, à 15 annis jam quaſi habituali factâ & à *Sereniſſimo* propter continuas peregrinationes neglectâ, & ſic derelictâ, deque curâ in præſenti periclitandâ, poſtliminiò ego, cum Domino Collega, accedens, quaſi poſt vulneratam cauſam remedium facturus, ad paucas ſeptimanas, pro fide mea in S. *Majeſtatem* nihil ſupra naturæ vires ſpondeo; ſed ne propendentia hæc mala, in illa fiſtularum, ſpongioſarumque exulcerationum utplurimum incurabilium pericula cum tempore eant, vel matrimonii ratione, robur partium relaxatarum & exſolutarum reparandum intendo, munitus Dictaturâ Hippocratis: *Quæ longô tempore afflicta ſunt corpora, ſenſim & longô tempore reficere oportet*; proteſtando, ne plus, quàm ſuffecerint vires, quæ ſolæ ſunt medicatrices, à nobis earum Miniſtris medentibus exigatur. Præſens enim virium inventarium & parcum curationis noſtræ beneficium exhibet, quos effectus poſt ſe reliquerit effuſiſſima & inordinata ani hæmorrhagia, anno 35. ad 36. finem impetuosè ruens, quæ nectaris vivifici ſyrrhoen (quæ eſt ſpiritus, ſanguinis & caloris naturalis communio) ſolutis repagulis, ſolvendo omnium actionum vitalium & naturalium promptuarium & liberalem arcam, cor, hepar, & compaginem venoſam & arterioſam exhauſit immodicè. Cùm natura certè omnem hujus ſui theſauri profuſionem, tanto magis, tam impetuoſam & deleteriam, horreat, eique nihil eſſe poſſit ἀπρόσφυτον, præter copulam ſanguinis & ſpiritus, quem ducendo vivimus.

Cauſſam hujus profuſionis cruentæ φρονγυαδίλων, neſcio, quo DEI vel amanuenſis naturæ ſupplicio, è labe hæreditaria & quaſi congeniali acerrimi & terebrantis fermenti, ſive ſalis anaſtomotici univerſo ſanguini, & officinis ſanguificantibus ita congenitam, ut non tamen fixa & in mortem durabilis ſit; eſſe puto, eâ de cauſſa, quod tres *ad unum omnes Regiæ Familiæ Sereniſſimos Fratres, quos ego novi, hâc cruentatione laboráſſe, & tamen tandem cum tempore ſuæ maturitatis, etiamſi non penitus liberatos, tamen maximè alleviatos fideli obſervatione cognoverim.* Quam cauſſam inſimul eſſe puto, cur ſanguis per ſe & quatenus ſanguis, nondum ſit factus corroſivus; aliàs immutabilis in vitam ſic permaneret; ſed quod cognata & prona in talis acrimoniæ genituram, viſcerum confermentatione, nutricationi deſtinati, & ſanguificandi liquores dulces, & non paucæ illarum partes immutentur in hoſtilia & exoſa delicatiſſimo ſanguini fermenta, & quaſi novæ quædam ſuperfæturæ ſuperaddantur, ſanguinem ſuâ paroxyſmi periodô, nempe novâ ſubinde ebullientis hujus & confuſi fermenti occaſione, in ſpumas dilatando, prout in omni fermentatione fieri ſolet; & ſuâ ſic ebullitione in corpore & venis aliàs exhauſtis plethoram mentiente, unà cum ſuo vehiculo acri ad infima hæc & ignobilia per naturæ impatientis orgaſmon deturbato, longâ annorum familiaritate hoſpitando in his partibus, & furente impetu venarum januas perrumpendo.

Huic virulentiæ ſuas vires addunt ingeſta; ſiquidem hæ coctionum officinæ, hæreditariâ, annis tamen miteſcente labe, pronæ in talem acetoſam acrimoniam, more antiquæ ollæ acetoſæ, cui quicquid infundis, aceſcit, quæcunque è dulcium vel meracioris vini potu; vel cupediarum, vel aromatum (quæ omnia malè fermentata & digeſta in ſpiritus & ſalia

acerrima

accerrima reſolvuntur) voluptuario, aut reliquorum calidiorum & acriorum proportionem caloris nativi exceſſivè ſuperantium frequentiori uſu excipiunt, quia congenialia, degenerare ea magis faciunt in hanc acrimoniam, nutrimenti zizaniam, ſanguinis incendium, venarum terebram. Unde tandem ſecundæ noſtræ poſitionis, & illorum ſymptomatum ibi recenſitorum, effectus; nempe tumoris, doloris, incaleſcentiæ, pruritus, teneſmi, & ex illo inſolentiori, relaxatio & elongatio per continuos hos ſtimulos protruſi inteſtini, apertiones venarum hæmorrhoidalium enaſcuntur, quibus facilè ſuccedit, pro ſanguinis, per fermenti inſolentioris vel remiſſioris occaſionem, majori vel minori tumultu, inſolentior vel benignior hæmorrhagia. Ea verò, quod jam ab aliquot annis, maxima ex parte evanida, parca & ferè nulla ſit hucuſque, nec per vitam perennet, id cauſſæ eſſe puto; quod poteſtates ſeminales morboſæ per traducem in liberos tranſlatæ, in parentibus aliquando illum gradum ſuæ exaltationis & nequitiæ morboſæ non ſint aſſecutæ, ut fixum ſuæ pertinaciæ & in vitam durabilem characteriſmum ſignare queant, potius veluti horarii fructus, maturitatis tempora non expectantes in ſucceſſoribus filiis per optimum ætatis & naturæ vigorem, quaſi excuſſo jugo devictæ & interemptæ miteſcant, & Medico ſpem curationis haud pœnitendæ faciant: vel ſanguinis profuſione uſque in virium & vaſorum deliquium depauperati, quod non defuerit quidem hactenus cauſa ad hunc tumultum arma & ignem conferens, ſed vim natura priſcam negaverit hactenus. Abſque hoc ſi eſſet, utique ſanguine ſic & ſedato, & compoſito non perſeverarent tertiæ & quartæ poſitionis noſtræ, nempe in hunc uſque diem recidivantia levi occaſione ſymptomata: *Aurium pruritus, ſtillicidium* ex eatum & inteſtini recti venulis; acrimoniæ erodentis & prurientis hucuſque ſanguini cohabitantis ſatis fido argumento. Quæ acrimoniæ in aures, & maximè in anum proſcriptæ, ejuſdem ſemper importuni incolæ vellicando pruriunt membranas & vicinas muſculoſas inteſtini partes, ad frequentem, & vehementiorem, ſed fruſtratum ſemper dejiciendi conatum, & hâc ſtimuli frequentiâ, affluentis ſimul ſeri actu humectantis, ut & balneorum actu humidorum irrigatione motuque inſolenti & indecenti ab Anno 43. non tantum laxatum & ſequax inteſtinum rectum elongari cœpit, ſed violentiâ illâ exceſſivâ, à membrana meſenterii, à qua inteſtina ſuſpenſa tenentur, nonnihil avulſum & extrorſum delatum hucuſque propendet, nec ſuâ ſponte amplius facilè in locum naturalem remeat. Nam etſi muſculi, partibus genitalibus communes, inteſtino appoſiti ſint, anum leniter retrahentes paulatim, tamen ſoli non ſufficiunt, eoque minus, quando per prædictas inſolentias jam relaxati procidunt quaſi reſoluti. Cujus relaxationis & reſolutionis commune malum (ſiquidem communes ſibi & ſubſidiariæ ſunt muſculoſæ genitalium & inteſtini recti partes ut & ſphincteris) compatiuntur genitalia, & unà cum aliis occaſionibus ideò quaſi reſoluta & imbellia, & alia ſunt poſitionis noſtræ ſextæ indigitata ſymptomata.

Inter quæ & reliqua omnia, equidem ſuſpicor cauſam quandam corroſivam ad intimiora ſanguinis penetralia habitualem ferè, unô eodemque ſero, ſive lixivio acri, ſimiliter graveolente tam per venas hæmorrhoidales, quam aurium terebrante, eoque confidentius, quò minus per tot medentum tentatas curas, ne recrudeſceret hoc malum per annos, in hunc uſque diem quicquam fuit expeditum. Nam etſi non neſciam aurium illas fœtentes & prurientes ſtillas ſæpenumerò degenerante aurium ſtercore (habent enim illæ & quælibet partes ſua privata & peculiaria ſtercora è domeſtica ſua digeſtione) in fœtidum liquamen, digeſtiva facultate auris errante, excerni: attamen digeſtione auris ſtercoraria per convenientia medicamenta ſemel & ſolidè rectificata, poſtmodum rarò aut nunquam recrudaiſſe in tam fœtidas & acres ſordes, obſervatione certâ conſtat; quæ ideò in contrarium ſuſpicionem bene fundatam facit illius pertinacioris miaſmatis è ſanguine, quod famoſis decoctis & aliis generoſioribus medicamentis (ſanguine in hunc diem impuro, ut ex fructibus apparet, ſubſiſtente) malum hoc per annos alleviatum quidem, ſed in hunc diem nunquam totaliter ſublatum fuerit; quæ omnia ſimul & ſemel hæmorrhoidalis ſtillicidii unà cum aliis occaſionibus cauſſæ ſufficientiſſimæ, eæque conſtantes in mortem eſſe poſſunt, præſertim ſibi invicem indiſſolubili tot annorum connubio ſic nuptæ firmiter.

Unde prognoſis mea (faxit DEVS ſit falſa) naſcitur ſub fronte conſilii mei prolata. Nempe corpus & robur hujus ſanitatis eſſe neutrum, cachecticum, exſolutum, ut meritò huic valetudini à divina miſericordia apprecari debeamus, ut hæ, incremento ætatis, decremento virium, partes relaxatæ (quibus ſinum aliquem fiſtuloſum etiamſi non amplum, ob ſtillicidium illud conſtans, in cannis exilium venarum ſubeſſe metuo) in illam ſoliditatem cogi & muniri poſſint; ne, quod in his partibus tali occaſione fieri non inſolens eſt, majores, latiores, eroſiones & cavernæ fiſtuloſæ, unà cum ſpongiis ex impuro ſemine & ſanguine hæmorrhoidali adnaſcentibus, in loca hactenus impervia, & ideò malè medicabilia, annorum decurſu, tandem putrilaginem gangrænoſam & lethalia pericula inducant.

Prognoſin hanc meam excipit curatio, quæ cum malo ultra 15 annos inveterato debeatur, chronica etiam, & per tempora repetenda & continuanda neceſſariò erit, nos præſervativam pauco harum ſeptimanarum ſpacio intendimus, eamque ob inveterati mali pertinaciam omnes medicinas deludentis, annuatim bis vel ter, ſi poſſibile erit repetendam.

Et ſiquidem negari non poteſt univerſum horum affectuum effluvium è ſanguinis vehiculo ſive lato (ἐχόμενα τῆς φθορᾶς) in ſalinum lixivium cauſſis ſupra dictis confermentato, & quaſi habituato, promanare, naturæque metaſtaſi, hujus lixivii partes acriores ſequeſtratas & proſcriptas bina hæc & aurium & hæmorrhoidalium venarum emunctoria elegiſſe, & ex antiquo familiaria & ferè quotidiana ſibi fecisse malâ eaque cum δυσεντερίᾳ potiùs, & periculo ægri conjunctâ criſi; ideoque ſui vel minorationem vel omnimodam ablationem ſignificare & indicare. Quapropter quibus modis & mediis harum indicationum cura expedienda ſit tutò & jucundè (ſiquidem in affectu hoc inveterato cito id præſtare impoſſibile eſt) ſincerè inquirendum & decernendum eſt.

Meam mentem ſalvo cujuſcunque judicio, pro conſcientia ſine affectu hîc explicare debeo ſcriptorenus. Urget enim *Sereniſſimi Regis, Domini noſtri Clementiſſimi* obſequium & neceſſitas, tot Medicinis apud exteros exercitati, antiquum nihilominus obtinente morbo, circa quem noſtræ curationis ſolo hoc fine ſit Conſultatio.

Indolui certe ſæpè mecum, quoties infauſta molimina & medicationes factas vidi morbis & cauſis morbificis intimius in ipſo ſanguinis thoro hoſpitantibus

tantibus

tantibus, per illa δραστικὰ præſertim phatmaca, quæ alvum & inteſtina turbando, naturæ conſtitutivos & bonos liquores, vitæ furto in fœtidum, variegatum & cadaveroſum liquamen æquè in ſanis ac ægris indifferenter ſolvunt, & tale quid in corpore non inveniunt, ſed faciunt & abradunt, nullâ ægri, vel ſaltem perfidâ & momentaneâ alleviatione, quamvis lenitiva illa ἐκκοπρωτικὰ præſertim balſamica, eaque ſpecifica, quibus ipſe utor, quotieſcunque ignava eſt alvus, & ſpecificè purgandum eſt, è civitate & adminiſtratione medicâ, hac meâ cautelâ minimè proſcripta eſſe velim: cum tamen altiores medicaminum poteſtates, non purgantes, ſed mundantes ſanguinem deſiderent hi penitiores in univerſo corporis & ſanguinis habitu affectus, eô modô, quô maculæ linteo nec lacerato nec deſtructo, ſed mundato & integro illo per ſaponem eluuntur; vel illo modo, quô lues venerea, mundantibus ſanguinem per ſua cohobia repetitis, tandem ſanguini ſuoque vehiculo eluitur, quo nomine cæteris nihil proficientibus, nec attentis, generoſo ſuo ſpecifico mundativo *Dominum Berigardum* plus profeciſſe conſtat, quam cæteros omnes cauteriſantes, phlebotomantes, purgantes, urentes, ſecantes, curando eò minori ægri damno & periculo, quo majori, non tantùm generoſa acria, ſtimulantia, aperientia cathartica irritando inteſtina, venas hæmorrhoidales aperiendo, earum fluxum promovendo, *ſed & leviora, laxativa (monente Platero p. 717.) nonnunquam intempeſtivè adhibita, ſubdolè talia damna augent, ideò, quod cum ſaltem alvum laxando movere credantur, cum etiam abſtergente vi aliqua & adverſa naturam ad excretionem ſollicitent, nec tanta in illis ſit humiditas, vel aliqua unctuoſitas, ut ſic alvum vehementius laxando, ſolvere poſſint, ſuperpurgationes, ut in caſſiæ & mannæ exhibitione ſæpè fieri ſolet, nonnunquam pariunt.*

Dubium hîc mihi moveri video. Ergò, ſiquidem penitius illa integris viribus non pertingunt brevi quatuor horarum ſpacio, quibus alvum laxant, & ſic ſe penitus expediunt Purgantia, Turbantia; Itaque ſanguinis vitium & crimen, ſanguine piandum eſt.

Homicidis hæc lex etiam ante legem Decalogi, ſtatim poſt diluvium, ob ſummam ſanguinis & vitæ reverentiam ſcripta eſt, non Medicis. Dominus DEVS enim creavit non phlebotomiam, ſed Medicinam; & ſapiens non abhorrebit ab eâ; ab illâ verò natura ipſa, ut ſupra ſcriptum, horret, in corpore inprimis & aliàs exhauſto, exſangui & exſucco.

Innocens quippe ſemper ſanguis (niſi in gangræna & lepra morbis incurabilibus) eſt, & quatenus ſanguis per ſe nunquam peccat, ideoque ſui ablationem non indicat; quin potius neceſſarius æquè ac humor in oculo cryſtallinus, conſtitutivus & primarius integritatis vitalis liquor & vitæ ſedes eſt; ſed aliena & peregrina fermenta ipſius vehiculum vivum ſeu partem coëſſentialem, individuam ab ipſo, niſi per morbum & mortem; laticem nempè ſanguinis contaminantia parva quantitate, tales acores & acrimonias de ſua indole, & earum poſtea effectus fabricant, cùm teſte Scripturâ & experientiâ quotidiana parum fermenti totam maſſam fermentare poſſit, quorum fermentorum vis & poteſtas in natura & tam generandis, quàm curandis morbis fundata, ad ſeculum uſque fratris Baſilii Valentini & Paracelſi ſtetit neglecta: Olfeciſſe illam videtur *Hippocrates* ſuô tempore; qui non calidum, neque frigidum (quæ potius effectus & producta ſymptomata non cauſſæ ſunt) ſed Acre, Amarum, & Salſum *& alia* Innumera (videlicet fermenta incognita) morborum cauſſas, eaſque non phlebotomandas aut purgandas, ſed commoderandas & concoquendas dicat *ſect. 1. de priſca Medicina pag. mihi 21.* & *Claudius Tredorus*, inſignis Helvetiæ Medicus, *lib. 3. Panthei ſui Hygiaſtici cap. 2. pag. 11. Neque demum ſanguinis vitium, venæſectionem indicat. Si enim intemperies ſit facta, alteratione in contrarium curabitur*, ſi putredo, quatenus talis, non curatur venæ ſectione, ſed ſuis idoneis remediis, putredinis cauſſam & generationem tollentibus.

Specioſo, ideoque Græco, verbo plethoras, quod nimietatem ſanguinis denotat, prætexunt phlebotomi, ſanguinem nimium eſſe profundendum, ne ipſius moles retenta, ſpiritum vitalem opprimens, apoplexiam, vel ſubitaneam vitæ præfocationem, vel alia ſimilia, non ſine metu periculi inducat, maximè cùm *Sua Majeſtas* habeat hepar juſto majus, & ideò copioſiorem juſto ſanguinem generans. Inſuper ſiquidem hæreditariâ familiaritate natura erraret nimis, & ſanguinem hoſpitio ſuo per incompetentes ſcalas nempe ignobilia hæmorrhoidum loca præcipitaret, per phlebotomiam revulſoriam eundem amicè revocandum & poſtliminiò invitandum eſſe in priſtinum hoſpitium.

Bona hæc eſſent, ſi, prout ſatis ſpecioſa ſunt, æquè ſatis fida eſſent. Quam ſpecioſè mentiatur nimietatem ſanguinis ſive plethoram dictam & Medicis ſic imponat illius ebullitio, è diverſis fermentis exterius ſanguini advenientibus, pluribus cauſſis occaſionalibus externis (etiamſi per aliquot interſtitium ſedata quieſcat) denuò in ſpumam & rarefactionem majus quærentem ſpatium irritata, non tantùm ex ſupra dictis patebit, ſed & è ſcripto meo nuper publicæ cenſuræ, & ſecuritati valetudinis Regiæ dato, à nemine quidem refutato, ſed oppreſſo. Ne longus ſim, conſultationem hanc non commentarium ſcribens, peto me dextrè intelligi exemplo ollæ non plethoricæ, ſed ad dimidium cum cereviſia nondum fermentata repletæ. Injice particulam fermenti, quæ antea ſemivacua erat plethorica jam facta ſupereminet; Venam ipſi ſeca, laterem lavabis; aufer vel non da fermentum, non erit plethorica amplius, & parum illud, quod habet cereviſiæ nondum fermentatæ ſuis terminis facilè detinebit.

Et quomodo *Sua Majeſtas* poteſt eſſe plethorica, quæ à juvene ferè continuo ſtillicidio hæmorrhoidali in tantum laboravit, ut tot annis inopiam illius ſanguinis tandem etiam uxoratæ Suæ Majeſtati, per ſedulam prophylaxin, DEI extraordinariâ benedictione, intra ſervitiorum noſtrorum ſexennium, cohibendo illius diluvium, hucuſque vix reparare potuerimus? Cui accedit fluxus denuo modernus exceſſivus ab octo his menſibus præteritis, ferè 16 ſeptimanis indies continuans, non ſine notabili & præſentiſſima virium vitæque depauperatione. Certius itaque eſt, hanc depauperationem realem magis eſſe cum vitæ furto conjunctam, quàm illam imaginariam plenitudinem oppreſſuram tandem ſpiritum vitalem ſuperius prætextam.

Venæ ſectionibus itaque ſemper prætexta illa plethora ſive nimietas ſanguinis cum nimis magno *Suæ Majeſtatis* hepate petit principium, id eſt, in quæſtione adhuc eſt, *An ſit?* Ridiculus forem, qui retinendi illius nectaris vivifici Sanguinis ergò, & in favorem

favorem meum, qui ab ejus perditione ſemper ſum alieniſſimus, mihi prætexerem Sereniſſimum habere è contrario hepar nimis parvum. Pari enim fiduciâ id aſſerere poſſem hoc argumento: Quis noſtrum hepar *Suæ Majeſtatis* vidit, an nimis parvum pro me, ſanguinis abſtemio, ſit. Blaſphemus forem in DEUM æquiſſimum conditorem, & ejus amanuenſem naturam, quæ, niſi ideis erroneis, ſub plaſmate deviaverit in monſtrum, nihil facit nimis, nihil minus, nec in quanto aut quali abundat, nec deficit, niſi, ut dictum, errans in monſtroſis.

Revulſionem ſpecioſè prætenſam quidem, ſed è nugis Galeni loquaciter delirantis natam, non tantum irritam, ſed & damnoſam, & frequentius repetitam periculoſam, æſtimo. Certè curioſè & officioſiſſimè prætexta cautela venæſectionis revulſoriæ his annis non neglecta; ſed ad minimum annuatim quater celebrata, & à Sua Majeſtate, me toties contradicente, fideliter fuit admiſſa. At certè non ſatis bene in hunc diem liberat ſuam fidem, quam de commoderando tandem & continendo ſanguine luxuriante & exorbitante toties magnis promiſſis fecit. Ex poſt facto irritam ſe eſſe, ſatis in contrarium docet.

Et quomodo ſanguini ad peremptoriam medicæ revulſionis citationem, dicam & locum ſcribere poſſumus, qui privilegio ſpeciali vitalitatis in circulum & ſeipſum rediens, cum ſpiritu ſuo hoſpite nullius loci & temporis leges reſpicit, neque locum ſtandi ullum in univerſo corporis foro agnoſcit?

Revulſio inſuper quàm damnoſa ſit in viris æquè ac mulieribus, gravidis præſertim, unâ eademque ratione conſtabit ſequenti: Non eſt negandum ex hac aliquando momentaneam fieri alleviationem ſymptomaticam, dum ſcilicet natura ſtudioſa ſui theſauri conſervatrix, hanc meram ſanguinis & virium extractionem exhorreſcens, & hanc ruinam ſibi procuratam præſentiens atque formidans, non rarò præfatorum ſymptomatum mitigationem tremula molitur; ſed pacatio iſta momentanea vires è cauſa radicali permanente reſumens, perſolvenda eſt crudelioribus ſubſequentibus ſymptomatibus. Nam etſi vena cubiti tota poſſet evacuari (quod impoſſibile) tamen mox iterum totus cruor, in ſe & circulum rediens, æquaretur per totum venarum contextum. Unde vanitas revulſionis & derivationis famoſæ cuivis liquidò apparebit.

Quàm damnoſa ſit in fluxu verè hæmorrhoidali excrementitio, citra neceſſitatem facta, inde liquet: Quò natura vergit, eò ducere convenit ſequacem Medicum. At natura ſub fluxu ſolito hæmorrhoidali excrementitio, ſtudio ſanguinem hæmorrhoidalem excrementi loco, è conſortio venarum vitali proſcripſit & damnavit, rectè agens, & cum tolerantia ægri. Depletæ ergò per phlebotomum ſuperiores venæ, vacui impatientes; in momento undecunque, qualemcunque etiam excrementitium jam, & mortuum cruorem ad ſe revocant, & proſcriptum ſemel cadaver in totum retrahunt, bonoque & vitali denuò confundunt. Prout & menſtruum ſuo tempore & ordine digeſto in exitum dicatum, & ſic cadaveratum eodem modo in venas inanitas, fugâ vacui allicitur. Quæ communio ſit vivis cum mortuis, vel in rejectamentum ſemel & plenè à natura provida deſtinatis, ille referet, qui excrementa denuò delibando, ventriculo refectionem & gratiam ſe facturum ineptè ſibi pollicebitur. E tam frequenti ergò confuſione heterogeneorum cum homogeneis, excrementorum cum vitalibus ſuis, quid boni ſperandum tandem, illi nôrunt, qui tales ſordes purum putum ſanguinem inquinare, eundem turbatum & contaminatum, in viris pro indole deturpati nutrimenti nil niſi malum corporis habitum; in mulieribus præſertim gravidis & lactantibus, nutriendæ ſoboli infectum & deleterium nutrimentum minitari, & ſic vivacitati præjudicare ſat fido ratiocinantur argumento.

Quæ omnia æquis rationibus deducta, cùm futilitatem, damna & pericula futura ex inſolentiori abuſu talium magnorum & generoſorum ſubſidiorum nobis non tantum minitentur in futurum; ſed & impræſentiarum, pro ſperata melioratione deteriorationem, nec minima reparationis incommoda & remoras faciant; talium uſus liberalior, extra urgentem neceſſitatem, reſtringendus eſſe videtur ad mitiora; & ſanguini mundando, non ſimul & ſemel cum fermento morbifico ejiciendo, ſpecificaque dote per naturam deſtinata; nec ideò ad qualvis animo obrepentes indicationes virium vitæque exſolutiones, per electiva illa purgantia & phlebotomias, ſæpius ac par eſt repetitas, ſenſim ſenſimque cum tempore cumulentur; ſuſpecto & inviſo epilogiſmo Hippocratis ad Democritum: *Omne ſolutivum deprædari de viribus & ſubſtantia corporis noſtri.* Sitque eodem Hippocrate Dictatore, (*in fragm. d. purgat. remed.*) *fœda calamitas à pharmaco purgatorio hominem interiiſſe.* Ne, quod Deus avertat, in eoſdem noſtros errores, eadem tandem, ſed infelix plangat nænia, quam in memoriam facti, & præmaturum obitum SERENISSIMI PRINCIPIS FERDINANDI, HISPANIARUM REGIS FRATRIS in Belgio verſu ſiccavit Ianus Walhornius D. Regis Hiſpaniarum Conſiliarius:

*Quid multis fidis Medicis, Dux optime? multum eſt,*
*Si fidas uni: cætera turba nocet.*
*Nonne vides toto vacuari corpore venas,*
*Hic ſecat, hic urit; creſcit ab arte malum:*
*Induperatorem Medicorum turba peremit;*
*An Medicos medicam credis habere manum?*
*Pauca dabo tumulo: Iacet hic, Dux optimus, in quem*
*Nil potuit Mars, dum corpore ſanguis erat.*
*Quod Mars non potuit, Medici potuêre ſecando:*
*Sic Mavors ipſo ſit minor Hippocrate.*

Spero nemo bonus pio huic zelo indignabitur, ſi, (quod ſolemniter proteſtor me dicere de vitiis, parcere perſonis) pro ſcientia & conſcientia mea, de ſanguine & inquilina huic vita Suæ Majeſtatis liberius & fidelius dixerim, ſcripſerim.

APPENDIX

# APPENDIX

## *CONSVLTATIONIS GENERALIS*

### Pro ſpeciali & moderna Affectione MAIESTATIS REGIÆ.

EXplicatis ſic affectionibus Suæ Majeſtati familiaribus, nempe ſolito hæmorrhoidali eoq; ſæpè exceſſivo fluxu, pruritu & ſtimulo inteſtini recti, cutis univerſæ, aurium; ſiquidem uno ore Dominorum Collegarum in confeſſo eſt, propter hæreditariam hanc affectionem hæmorrhoidalem totum quaſi hominem eſſe morboſum. Neceſſarium itaque videtur, totum hominem immutandum & quaſi renovandum à ſpurcitie illa ſalſa, ſanguinem in tales tantaſque ebullitiones, & quaſi profluvium ruptis venarum aggeribus: in tales pruritus ſcabioſos univerſi corporis, aurium, inteſtini recti, & ſtimulos ejiciendi & excernendi continuos irritante. Quod per modum inſenſibilis reſtaurationis & mundationis per vices pro ſingula nova ebullitione me clandeſtina & pia quaſi fraude, Sereniſſimi impatientiam præveniendo, integro quinquennio feciſſe nuper in apotheca confeſſus ſum, prout & eſt res facti. Ita certè ille modus hactenus (DEVS novit cuius impedimento) ab anno cum dimidio poſthabitus, morbo & cauſſæ huic morbificæ licentiam & tandem inſolentiam fecit; quam tantopere habituatam, vix eodem temporis ſpatio in priſtinam æqualitatem & continentiam, quàm ſic connivendo exceſſit, lentè & cum ſecuritate Suæ Majeſtatis reducendam, poſtea verò obtentam DEI gratia ſanctè in poſterum & ſic ſanitatem cuſtodiendam eſſe exiſtimo.

Qua methodo & quibus mediis DEI benedictione inprimis hic finis obtinendus ſit, ſiquidem noſtra medicorum conſilia (chartæ ideo conſignata, ut certa & immutabilia in uno eodemque hoc caſu ſint & maneant) ſingula ab invicem cùm diſcrepent? Quam ſanitatis & valetudinis curandæ ſecuritatem nunc & in poſterum è tali tantaque diſcrepantia Sua Majeſtas habebit? Dicam pro captu meo & fide in Suam Majeſtatem, ſalvo meliori cujuſcunque judicio, pace & venia ſingulorum.

Cùm, prout in bello, ita in curanda valetudine, verba non ſpectanda ſint (medicina enim eſt ars, quæ facere, non dicere docet,) neceſſe eſt, ut Sua Majeſtas & omnes benevoli Suæ Majeſtatis in id ſummo rigore incumbant; ut ne in poſterum ſanitas pluribus plurium Medicorum, iiſque diverſis & verboſis conſiliis detineatur dubia & anceps negligatur. Sed poſt conſilium cujuſcunque ſingulum, Medico per illud ſuam promittenti curationem, Sua Majeſtas ſeriò demandet, ut viam illam, quam ſemel elegit in conſilio, ambulet. (2) ut tempus, quod ſibi medicaturus eliget pro cura, & modum curationis illius interturbari non permittat, ne Medicus habeat, quod excuſet, ſed facienda faciat. Secius ſi fiet, inter conſultationes multas multorum Medicorum aliter fieri non poteſt, quam quod dictum & factum eſt, multitudo Medicorum perdidit Imperatorem. Quo nomine Suæ Majeſtati fideliter hoc ſuaderem, ut nec mihi nec ulli ſuorũ Medicorum amplius credat, in quacũque etiam morbi ſpecie peroranti aut diſcurrenti; ſed in poſterum Medicos ſuos ſingulos mutos eſſe velit, & ſolùm factores tales, qui, ne verbum muſſitantes curatione reali poſitiva diverſorum morborum reales in aliis prius præſtent curationes, de quibus realiter & feliciter præſtitis Sua Majeſtas nunc & in poſterum aſſecurata eſſe poſſit (quod tamen DEVS avertat) cui Medicorum, & in quibus affectibus tutò & cordatè citrà ambitum talium conſiliorum & diſceptationum vitam & ſanitatem concredere poſſit.

Siquidem autem in hac familiari Suæ Majeſtatis affectione duabus vicibus fidem meam intra duodecennii decurſum, per DEI inprimis ſingularem benedictionem probaſſe me eouſque puto, quo, me non audito, illa Suæ Majeſtati facta eſt dubia; itaque pro illa reparanda lubens meritoque hanc curationis provinciam ad duos menſes, quos ſuffecturos puto, pro inſultu hoc hæmorrhoidali Clariſſimo Domino Doctori *Daviſſonio* trado, & illam, quam communibus votis apprecamur Suæ Majeſtati felicitatem curationis fundatam in reali & prædicta demonſtratione pro ſecuritate Suæ Majeſtatis futura, nec modò, nec in poſterum invideo, reputando pro honore & felicitate mea; meum Evergeten (per quemcunque etiam fiat) conſtanter bene valere & feliciter agere. Qua libertate conceſſa, ſiquidem ea, nil niſi ſanitatem & ſecuritatem Suæ Majeſtatis intendit, peto, ut, ſi res aliter, ac in votis eſſet, cederet, ut tandem & ego, & reliqui *Domini Collegæ, quibus injuncta eſſet curatio, ſecundum tempus, modum, & media curationis habeamus mutuam & communem, ne in propoſito bono, quibuscunque etiam artibus, impediamur in poſterum, imò hanc libertatem jure merito pro peculiari mea medendi ratione exigo.*

Quibus præſuppoſitis cum unica & ſufficiens cauſſa ſit, ſal illud corroſivum, plumoſum, pruriens incola univerſi ſanguinis, ex quo generatur poſtmodum frequens cutis pruritus, ſcabies vaga, cum puſtulis hinc inde emergentibus, pruritus auris & ani, & in illis extremitatibus venarum hæmorrhoidalium, & inde natus perpetuus excernendi, ſed ſæpè irritus, ſtimulus. Egò verò ſanguinis & virium, vitæque diminutione curare non didicerim, ſed medicamentis, quæ Dominus DEVS creavit, & ſuis morbis deſtinavit; illum, qui adhuc ſupereſt, & quem in theſaurum vitæ reverenter adhuc cuſtodit natura, ejus obſervantiſſimus miniſter, ego medious ſtudebo integrum conſervare, & ſolummodò liberare ab importuno illo hoſpite & hoſte ſuo peregrè adveniente fermento ſalſo corroſivo; patrante effectus modò dictos & Suæ Majeſtati familiares, è quibus ultimò illa apertio venarum hæmorrhoidalium, & exceſſiva illa ſanguinis, virium, vitæque profuſio. Conſiſtet itaque mea curatio in totalis ſanguinis univerſi immutatione & renovatione, per unicum internum medicamentum eradicans ſanguinis illius fermenta ſalſa, acria, unô verbô, vitæ æruginem & zizania. Quibus liberatus non amplius ita ferociens, ſed pacificus ſuis cancellis & officio debito ſe continebit. Illa tamen lege, prædicta ſanguinis depuratio inſtituenda, ut ſiquidem ferè biennio neglecta fuit, ſub ſingula exaltatione ſanguinis in novam ebullitionem paroxyſmantis, quocunque tempore ea contingat, ad paucos dies ea repetatur eo uſque, donec ea ſanguinis & conſtans contingat continentia, quæ annuatim in poſterum vernali & autumnali renovatione ad dies non multos facienda, contenta eſſe poſſit.

Hæc methodus medendi mea correctior ad Galenicorum

nicorum regulas minimè quadrans (cum illa non curat neque curet; qua gentiliter itum hactenus, ſed qua fideliter eundum fuit) illud meum arcanum eſt, nunquam & nemini, niſi meliora diſcere recuſantibus, per me abſconditum; inviſum equidem multis; ſed orando, laborando, divina gratia vigiliis, laboribus, itineribus, moleſtiis, perſecutionibus tandem impetratum nullius Monarchiæ ſtudio, ſed ſolum juvandi proximum ergò quæſitum, de quo dator hujus luminis DEVS in conſcientia ſolus eſt teſtis; maximè cum tot annis praxeos meæ medicæ non tantum abominabilis illa Paganorum medendi methodus per tot & tanta martyria, à quibus benigna mater natura abhorret, ſed & ſuſpecta tandem fieri cœpit, cùm per illam tot miſeros ægros derelictos incurabilitatis ſubterfugio & excuſatione frivola à Medicis vexatos, tandem proſcriptos & ablegatos ad balnea ſulphurata, fontes acidos, ſalubres, vel prognoſi vel diætæ tandem mancipatos viderim, & ſæpè mecum ingemuerim; ſatius fuiſſe & non recepiſſe curandos ægros tali methodo, quæ tantum catalogum incurabilium morborum ſuæ incertitudini prætexit, quam tandem miſeros & deceptos ægros gementes abdicaſſe ad talia ſubterfugia Chriſtiana charitate indigniſſima.

Qui itaque hoc arcanum vult, orando, laborando, quærat & inveniet, quærens enim inveniet, & pulſanti aperietur, ſed fideliter, & non niſi apud DEVM, illô, quem mandavit, modô: per laborem & ſudorem.

*Cui Datori ſoli ſit Gratia, & Poteſtas & Gloria ineffabilis.*

---

*FASCICVLVS ALTER*

# MEDICAMENTORVM SINGVLARIVM.

## *TITVLVS I.*

## DIGESTIVA.

### Pulvis Puniceus ſimplex.

*℞. Acidi ♁ri* ʒij. ℈ij. *♁ri vitriol.* ℈j. *ſandali rub.* ℈iß. *ſpir. ⊕oli, ſeu ol. 🜍ris, per camp. fact.* gr. xv.

Pulveriſatis vitreóque vaſi inditis, paulatim ſpir. ⊕oli, ſeu ol. 🜍ris affunde, & cum penna anſerina continuò miſcendo, ſuper cineribus calidis exſicca, & in pulverem tenuiſſimum, punicei coloris, tere, eumque in vitro puro ad uſum neceſſarium reſerva.

*Vires & Doſis.* In omni obſtructione, ſcil. hepatis, lienis, meſenterii, renum, aliorumque viſcerum, maximè in affectu hypochondriaco, medicina eſt ſalutaris ac tuta. Eſt & hic pulvis digeſtivum quaſi univerſale, quod catharticis præmitti ſolet, & inſuper excitamentum appetitus excellens. Not. Phthiſici, hæmoptoici & catarrhoſi, ſalſis & acribus fluxionibus ad pectus delabentibus, abſtineant tamen ab ejus uſu.

*Doſis* ordinaria, à ℈j. ad ij. Exhibetur ut plurimum jejuno ſtomacho in brodio carnis ſeu brancæ urſinæ vel alio conveniente liquore, ſæpius doſin reiterando.

### *Pulvis Digeſtivus ordinarius.*
### *S. R. M. Vladiſlao IV.*
### à Dn. D. Cnœffelio præſcriptus.

*℞. Acidi ♀i albiſſimi* ℥ß. *♀ri ⊕ti* ʒij. *⊖is eſſentialis, (acetoſellæ)* ∽ *⊕li coagulati*, ana ʒj. TR*æ ſandali rub.* q. ſ.

Miſce in mortario vitreo, poſtea adde

*ſacch. citrat.* ʒij. *eſſent. citri excort. citri rec. extract.* gr. v.

Miſce iterum divide in 10. partes æquales, ad 10. chartas.

Eaſdem habet hic pulvis virtutes cum ſuperiore Puniceo ſimplici in morbis nempe chronicis, arthriticis & tartareis contumacibus & digeſtione egentibus. Uſum hujus pulveris S. R. Maj. aliquando ad 14. dies continuavit.

## *TITVLVS II.*

## CATHARTICA.

### Pulvis Puniceus compoſitus.

*℞. Acidi ♀ri* ℥ij. *pulv. gryſei* ℥ß. ℈ij. gr. viij. *ſantali rubr. pulv.* ʒiij. gr. xij. ∽ *⊕li. ♀ris* ℈iv.

Miſceantur diligenter in mortario lapideo ſeu vitreo. Pulvis gratiſſimi coloris & ſaporis, ad uſum ſervetur in vaſculo vitreo benè munito. Purgat leniter per inferiora. Vſus ejus eſt poſt adhibitum pulv. Puniceum ſimplicem in febribus intermittentibus & diuturnis, aliiſque morbis tartareis & chronicis. Doſis in junioribus ℈j. mediæ verò ætatis & conſtitutionis ʒß. robuſtioris naturæ à ℈ij. ʒj In brodio carnium decocto hordei paſſulato, vel alio (pro cujuſcunque bene placito) liquore quatuor vel quinque horis ante prandium & jejuno ſtomacho.

*Not.* Aliquando admiſcetur una vel altera guttula *Balſami Peruviani* ſeu *℅ aniſi vel carui*, ſic ſuam abſque ullis torminibus tutiſſimè abſolvit operationem.

### Pulv. Hellebori Styriaci D. D. Cn.

*℞. Florum hellebori nigri veri & Styr. in felici aſpectu (ſcil. ☽næ cum ♃ exiſtente ac creſcente) ante ortum ☉is collectorum,*

*ſacch. albiſſimi pulv.* ana ℥j. *⊖is eſſentialis acetoſellæ* gr. xxiv. *eſſent. citri ex cort. rec. extract.* gr. xii.

Miſceantur. Fiat pulvis ſubtiliſſimus, cujus doſis eſt ℈i. ad ℈ii. Solvit leniter omnes humores melancholicos, ideò in epilepſia, apoplexia, vertigine, aliiſque morbis capitis, item in hypochondriaca & hyſterica paſſione, quartana, ſcabie &c. medicina eſt gratiſſima.

### Pulvis Solutivus de Tribus, Officinæ Regiæ.

*℞. Rad. gialap. pulv.* ℥i. *reſinæ ſcammon.* ℈iv. *♀ri ⊕ti* gr. vi. *eſſent. cinamomi ſaccharatæ* ℈ii. gr. vi.

Fiat omnium pulvis, cujus ℈iß. mane exhibeatur in juſculo.

Ad omnes ferè humores excrementitios evacuandos, catharticum præſtans, quod recenter paratum, multò efficacius in operatione, quàm ſi diutius aſſervetur. Quod ſi itaque unicam quis tantum deſideraret doſin,

doſin, ſequens eſſe poſſet.

℞. *Rad. gialap.* ℈i. *reſinæ ſcammon.* gr. iij. *♀ri ⊕-lati* gr. iiij. *eſſent. cinam. ſacch.* gr. ij.

Cui *D. D. Cnœffelius* aliquando adjiciebat.

*acidi ♀ri* ℈ß. M.F. Pulvis.

Pro potiuncula hanc obſervabat formulam.

℞. *Pulvis præcedent. de tribus* ℈i. *acidi ♀ri* gr. xv. *Sir. violar. ſeu flor. Perſicor.* ʒvi.
*aq. fumariæ* ℥iiß. *cinam. cord.* ſ. v. ʒi.
Miſce, F. Potio pro unâ vice.

Sirupus helleboratus D. D. C.

℞. *Rad. polypodii, cichor.* ana ℥ii. *♀ri albiſſimi* ℥i.

Coquantur in *aq. fumar.* ℔vi. ad remanentiam ℔iß.

Dum adhuc calet, adde *fol. ſenæ ſ. ſ.* ℥iv.

*rad. helleb. nigr. præparat.* ℥ii. *☍ ♀ri per deliqu.* ʒii.

Stent per 24 horas, poſtea peractâ unica leniſſima ebullitione, in colatura poſt expreſſionem factam, adde

*ſucci liquiritiæ* (*in aq. fumar. diſſol.*) ℥i.

*ſacchari albiſſimi* ℥xxx. M. Fiat ſirupus, ut artis eſt.

In omnibus morbis, maximè capitis, ubi purgatione opus erat, fructuosè à *D. Cnœffelio* ſirupus hic adhibebatur, familiaris ipſi erat & in arthritide & affectione hypochondriaca. Doſ. ab uncia una ad uncias tres, in aquis vel vehiculis aliis convenientibus, vel per ſe ſumptus.

Paſſulæ Laxativæ
pro S. R. Maj. Uladiſlao IV.
à Cl. D. D. Cnœffelio ordinatæ.

℞. *Fol. ſenæ ſ. ſ.* ℥ii. *tamarind. conſ. fl. Perſic. cichor. borrag.* ana ℥i. *ſem. carthami groſsè contuſi, rad. polypod. querc.* ana ʒv. *acidi ♀ri* ʒii. infunde per noctem in *aq. fontanæ ſ.* q. ſ.

Manè coquantur ad remanentiam ℔iß. Decoctioni, per albumen ovi prius clarificatæ, adjiciantur.

*ſacch. albiſſimi* ℥ii. Miſc.

Redigantur coquendo in ſirupi conſiſtentiam, cui, dum adhuc fervet immergantur.

*Paſſul. minor. opt. prius purgat.* ℔ii.

(Vel, ſi placet zibeb. major. exemptis prius acinis, ſeu prun. Damaſc. vel Hungar.) ſtent per 24 horas, in loco quieto, factave una vel altera ebullitione, paſſulæ denuò, cum infuſo ſirupo, ad debitam conſiſtentiam decoquantur. In fine addantur

*aq. cinamomi, ſucci citri rec. expreſſi* ana ℥i.

Fiantque paſſulæ laxativæ, uſui aſſervandæ pro S. R. Maj. Doſis à ʒii. ad ℥ß. & j.

Extractum hellebori ſolutivum
ſive
Solutivum helleboratum Cnœffelianum.

℞. *Extract. hellebori veri* (*per* 🜄 *fact.*) ℥iß. *conf. alkermes* ʒii. (Not. Pro fœminis, loco conf. alkerm. adde *extr. macis, & caryophyl.* ana q. ſ. pro aromatiſat.) *phlegmatis ⊕-oli volat. noſtri* ℥xxiv.

(Et ſi major notabilior debet eſſe operatio, ſufficient *plegmatis* ℥xii.) Stent in vitro collo oblongo & hermeticè clauſo, per menſem in digeſtione, poſtea filtrentur per chartam; Eſſentia filtrata ad uſum ſervetur.

Eſt cephalicum inſigne, & in curanda epilepſia medicamentum à *Cl. Dn. Cnœffelio* ſæpè expertum.

Hîc quoque annectere placet Ejuſdem

Elixir proprietatis purgans ſolidum.

℞. *Aloes opt. pulv.* ℥viii. *myrrhæ, croci* (*opt. pulv.*) ana ℥iv. *mixturæ confuſæ* (ex 🜄 & phlegm. ⊕-oli ternis cohobiis ex ∴ unitis) ℥lvi. *-ʌ- 🜂ris opt. & generoſi* ℥ii. Miſc.

Macerentur per tres menſes in vaſe vitreo, optimè clauſo, in loco calido, ſæpius materiam movendo: abſolutis hiſce menſibus poſt ſufficientem extractionem & circulationem inſtituatur colatura per linteum, & quidem fortiſſimâ expreſſione, menſtruum tandem ad juſtam extracti ſolidi conſiſtentiam, in leni calore abſtrahatur, & ſeorſim aſſervetur. In fine adde

*extr. dauræ* ℥i. *eſſent. macis & cinamomi* ana q. pl.

F. Maſſa pro pilulis. Doſ. à ℈i. ad ii.

Elixir proprietatis purgans liquidum
Cnœffelianum.

℞. *Aloës hepat. opt.* ℥iv. *myrrhæ Alexandr. croci Or. vel Ungar.* ana ℥ij. *extr. dauræ* (id eſt, veratri nigri) *è foliis parat.* ℥j. 🜄 *alcoholiſati, phlegm. ⊕-li, cum ſuo -ʌ-u uolat. impragnat.* ℥xiv. (vel in duplo ſcil. ℥lvi.) *-ʌ- 🜂ris opt. per campan. fact.* ℥iß.

Aloë & myrrha terantur accuratè, crocus ſcindatur in minutiſſima fruſtula, mixta deinde omnia digerantur & circulentur in vitro hermeticè clauſo per ſex menſes, & F. more conſueto *elixir proprietatis balſamicum & purgans*: cujus uſus eſt in febribus intermittentibus malignis, morbis contagioſis & ipſa peſte: item in affectionibus hypochondriacis, morbis uterinis, colica, paſſione iliaca, cruditate ventriculi, conſtipatione alvi, aliiſque affectibus, medicamentum ab authore ſæpius probatum. Doſ. à gutt. x. ad gutt. xv. & xx. in vino, cereviſia, juſculo carnis vel alio vehiculo conveniente.

Elixir proprietatis purgans aliud Officinæ
Regiæ Warſav.

℞. *Aloës ſuccotrinæ* ℥iß. *myrrhæ ſelect. rub.* ℥ß. *croci Or.* ʒiii. *rhabarb. el.* ʒxii. *vini Hiſpan.* ℔iij. *mixturæ ſimpl. de tribus* ℥ii.

Pulveriſatis & inciſis miſtiſque adfundatur vinum Hiſpanicum & mixtura ſimplex. Stent in digeſtione per ſex ſeptimanas, poſteà colentur per linteum ſubtile, tinctus & imprægnatus liquor ſervetur uſui.

In febribus malignis & contagioſis atque in ipſa peſte nihil eſt tutius: hypochondriacis & uterinis valdè convenit, & in morbis chronicis, maximè in ictericia flava, medicamentum eſt magnarum virium, inſuper ventriculi affectibus ſubvenit, à putredine defendit, & leniendi alvum poſſidet virtutem.

*Doſis* ʒß. plus minuſve in vino vel aqua alia appropriata. Datur & in actu curationis; tempore peſtis ad ʒi. & ℈iv.

Pilulæ balſamicæ univerſales.

℞. *Extract. rad. helleb. nigr.* (per 🜄 fact.) MP. *de trib. Ruff* ana ℥ß. Cogantur cum *eſſent. noſtra proprietatis* ſ. q. *in maſſam mollioris conſiſtentia.*

Admirandæ ſunt iſtarum pilularum virtutes & nunquam ſatis laudari poſſunt. Omnes enim humores, maximè craſſos & tartareos purgant, caput, ſtomachum & alia viſcera roborant, & commodiſſimè exhibentur in affectione hypochondriaca, obſtructione lienis, meſenterii &c. & maximæ æſtimationis erant apud p. m. *Cl. Dn. D. Cnœffelium.*

Doſis pilularum eſt à ℈j. ad ʒß. & ℈ij. pro una vice. Sumi poſſunt manè ac veſperi; poſt cœnam parciorem & ante cœnam. Si quis actionem earum acuere cupit in robuſtioribus maximè, ubi pilulæ Cnœffelianæ aliquando tardeſcunt, addantur cuilibet doſi grana aliquot tartari vitriolati, formula poteſt eſſe talis:

℞. MP. *Balſam.* ℈i. *jalap. ſubtil. pulveriſ.* ♀ri ⊕ti ana gr. vi. cum *ol. cort. aurant. ſ. citri rec.* q. ſ. formentur pilulæ minores deaurandæ.

Aliquando placuit & hæc formula.

℞. *Extract. hellebori* (*è foliis ejuſdem herbæ in Syria parat.*) MP. *de tribus* ana gr. xv. *reſinæ jalappæ* gr. iij. ♀ri ⊕ti gr. vii.

M. Formentur pilulæ minores.

*Item,*

Pro Maniacis & Epilepticis.

℞. *Extr. helleb. ex radicibus parat.* ℈i. ♀ri ⊕ti gr. viij.

F. Pilulæ deargentatæ.

Pro Quartanariis, Arthriticis, Scabioſis, & lue venerea infectis.

℞. MP. *Balſam. univerſal.* ℈i. *cæmiotemii noſtri* gr. ij. (uſque ad v.) M. & cum gutta una vel altera ſirupi noſtri helleborati, benè ſubigendo, fiat maſſula, ex qua iterum formentur pil. tres vel quatuor majores, argento obductæ.

(*Not.* Ad occultandam Medicinam, à *Clar. Dn. D. Cnœffelio* ex omni genere medicamentorum ſpecificorum (beneficio mellaginis) concinnabantur pilulæ alterantes.)

Emplaſtrum purgans admirabile.

℞. *Semin. cataput. colocynth.* ana ℥ij. *rad. & fol. helleb. nigr. eſulæ, ſucc. tithymal. cucumer. aſin. agreſte, rad. ſambuc. rec. ebuli* ana ʒvj. *aloës hepatic. ſcammon.* ana ʒiß. *terebinthin.* ʒiii. *mell. deſpumat.* q. ſ. M. F. l. a. emplaſtrum, ſ. cataplaſma.

Emplaſtrum hoc miræ virtutis quondam *S. Reg. Majeſtati* Uladiſlao IV. à Palatino Pomerelliæ *Illuſtr. Dn. de Dabrhof* eſt communicatum, cujus deſcriptionem annis ſuperioribus à *Dn. Johanne Heckero* Pharmacopœo Regio tanquam aliquid ſingulare & ego accepi.

Primò ſolvit potenter alvum umbilico impoſitum, enecat vermes eoſque ſimul cum excrementis expellit; regioni ſuperiori ſtomachi applicatum vomitum ciet; renibus & lumbis, urinam promovet; mammis mulierum, menſtrua ſollicitat; & abdomini partum facilitat, expellit & ipſum fœtum mortuum, ſi diutius geratur.

## TITVLVS III.

# DIVRETICA.

Pulvis diureticus ordinarius.

℞. ⊖lis ♀ri cryſtall. *anodyni mineralis* ana ʒiii. M. F. pulvis.

Doſ. à ʒß. ad ℈ii. & ʒi. in *aq. petroſelini*, ter in die repetenda.

*Vel* ℞. ♀ri ⊕rati, *ſeu* ⊕ *Tartariſati* ʒvi. *oculorum* ♋ *praeparat.* ʒii.

M. F. pulv. Doſis & uſus idem qui ſupra.

*Item* ℞. *Tartari albiſſ. pulv.* ʒiii. *Tartari* ⊕lati ʒii. *ſpir.* ⊖li *cum nitro coagul.* gr. xxxv. M. F. *Pulvis.*

Exhibeatur eodem modo.

Pulvis diureticus pro S. R. Maj. in ardore urinæ.

℞. ⊕ ☿niati *cryſtall.* ℥i. *ſacch. cant. ſucci glycyrrh.* inſpiſſat. & pulv. ana ℥ß. M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

*Poſt* ℞. *pulv. diuret. jam præſcripti* ℈ii. *extr. granorum quietis* gr. j.

M. F. Pulvis, bis in die ſumendus.

*Item* ℞. ☿ii *fix. diaph.* (ſpiritu ſalis *aliquoties imbuti & iterum exſiccati*,) *oculor.* ♋. (*cum* ♂ Tartari *per deliqu.* ana p. æq. *in lapidis duritiem coagul.*) ana ʒiii. *magiſt. petroſelin. rec. facti* q. ſ. pro tinctura. M. F. pulvis.

Doſ. ℈j. ad ℈ii. in aqua appropriata, bis vel ter in die.

Arcanum Tartari Cl. Dn. D. Cnœffelii & Helmontii.

℞. ⊖lis *Tartari albiſſimi* ℔ß. *🜍 Tartari bis per cineres rectific.* 🜄 *opt.* ana q. ſ. (*pro infuſione* ⊖ *Tartari, ad eminentiam ſt. IV. digitorum.*)

Digerantur aliquamdiu in loco calido, poſt abſtrahe ſpirit. ad ſiccitatem uſque, affunde novum ſpir. tartari & ſpir. vini, & iterum deſtilla. Idque toties repetatur, (ſcil. ſexies vel ſepties) & ultimò quidem per phiolam altam, donec ⊖ Tartari in lateribus vitri inſtar cryſtalli ſeu camphoræ appareat, quod in vitro puro & cera vel ſubere benè clauſo, ad uſum internum reſervetur. Si quis hoc arcanum augmentare velit, is adjiciat arcano Tartari 🜄 opt. rectificatum, & alcooliſatum, ad eminentiam duor. vel trium digitorum, & in vaſe optimè perluto miſceantur & digerantur, tam diu, donec cuncta benè unita ſint, & de materia ſeu arcano Tartari nihil amplius appareat.

Hac finita diſſolutione, vitrum repone in locum frigidum, & rurſus cryſtalliſentur; & ſic augebitur arcanum Tartari in infinitum.

In morbis quibuſcunque deploratiſſimis, & ex obſtructione ortis, maximè in febribus intermittentibus, eſt medicamentum non ſatis laudandum. *Doſis* gr. v. ad ℈ß. & ℈i. in juſculo carnis coctæ, vino, ſeu alio vehiculo idoneo.

[Sunt & qui beneficio hujus arcani ex auro & reliquis metallis & mineralibus extrahi volunt animam.]

Extra-

Exemplum in Sole.

Fiat *amalgama* ex *auri* parte una & *mercurii purgati* p. vi.

Hinc *cum duplo ſulphuris opt. pulv.* ad ignem lentum calcinentur tam diu, donec mercurius cum ſulphure ſine liquefactione exhalarint, & calx auri, coloris calendulæ, ſpongioſæ quaſi ſubſtantiæ, ſub tegula remanſerit. Ex qua tandem mediante hoc ſale, intra menſem tinctura extrahitur rubicundiſſima, corpore remanente albo.

[Helmontium aliàs hujus arcani authorem & inventorem eſſe, multi affirmant.]

(*Diuretica plura videantur infra in Medicamentis Antinephriticis.*)

## TITVLVS IV.

# DIAPHORETICA.

Antimonium diaphoreticum ſolare.

℞. ▽tis ℥i. acuetur cum ⊖lis ✱ci ʒi.

*Menſtruo jam parato & prius filtrato injice auri fini & laminati* ʒi. ſtent in leni cinerum calore, donec abſorbeatur aurum. In hac ſolutione ſolis imbuantur & intingantur linteamina pura, ut nihil de eâ remaneat, & poſtquam libero aëre benè exiccata fuerint, comburenda ſunt in crucibulo puro tamdiu, donec in pulverem redigi poſſint; cautè tamen hîc procedendum, ne crucibulum excandeſcat, & aurum cum ſale ammoniaco avolet. Jam

℞. *Calcis hujus auri* c. g. ʒi. ♁*ii ſubtil. pulv.* ℥ii. ⦶ *albiſſ.* & ſimili modo in pulverem ſubtiliſſimum prius redacti ℥viii.

Miſceantur in mortario lapideo quàm optimè, poſtea immittitur pulvis, ſenſim & per intervalla, in crucibulum prius candefactum, & ſtatim cum impetu incipiet ardere, haud ſecus, quam pulvis ſclopetarius madidus. Detonatione peracta calcinatio continuetur adhuc per ſpatium quadrantis horæ, materiam interim filo ferreo continuè agitando; tandem tota maſſa hinc reſidua & adhuc ignita, per partes injicitur in ollam novam vitreatam & aqua pura calida impletam, finitur per ♂ & ♄ quieſcere, & ubi materia ſubſederit, inclinando ollam, removetur aqua nitroſa: qui labor, affuſâ tepidâ aquâ, ſæpius repetendus eſt, donec nullus ſalſedinis ſapor plus percipiatur, pulvis purpureus tandem & elegans, in filtro chartaceo relictus, ſtudioſè exſiccetur & aſſervetur, tanquam ſudoriferum & alexipharmacum inſigne, & in peſte febribuſque malignis præſtans. Corruptioni reſiſtit, ſanguinem mundificat, ſcabiem & luem veneream curat, & in quibuſcunque cordis infirmitatibus, variisque viſcerum morbis prodeſt; auxiliatur iis ſudorem pellendo. Doſ. à ℈ß. ad gr. xv. & ℈i. in convenientibus aquis ſeu conſervis reiteratis vicibus, omnibus, omni tempore & hora, ſecundum neceſſitatem morbi, id poſtulantis.

*Uſus Mechanicus.* Pulvis aureus ſimplex abſque antimonio, & ſuperius in crucibulo calcinatus, curioſum adhuc alium habet uſum, nempè quod omne argentum ſola affrictione deaurare ſolet, quod ſecretum cauſa curioſitatis olim, à Sereniſſima Ludovica Maria p. m. Regina Pol. ſæpè fuit tentatum & probatum.

Ex *pulvere aureo* p. j. & *pulvere ſplit.* p. xx.

Invicem commixtis fit & ille ſummè purpureus & Regius color, in igne ſemper conſtans & durabilis, (Germ. das Gold Purpur) quem, in ornando & pingendo auro, Aurifabri adhibere ſolent. Secretum in Gallia jam multis notum. Sed melius ſuccedit hoc, ſi loco pulveris hujus aurei, crocus ſolis Cnœffelianus pulveri ſplit admiſceatur, quod & ipſemet vidi.

Bezoarticum minerale per detonationem.

℞. *Butyri* ♁*ii rec.* q. v. affunde guttatim ▽ *font. ſimplicis & puræ* q. ſ. infuſum præcipitabitur in pulverem album, mercurium vitæ dictum, qui ſtudio exſiccandus eſt.

*Iam* ℞. ⦶*i alb. & pur.* q. v. ex gr. partes iv.

Cui & in ✱lo, ſuper △nem liquato, ſæpius reiteratis vicibus injiciatur

☿*ii albi, vitæ dicti & ſuperius reſervati* p. j.

Fluant ſimul per horæ quadrantis ſpatium, vel diutius, Maſſam refrigeratam, ex crucibulo ſeparatam, & prius pulveriſatam, aqua ſimplici affuſa repetitis vicibus ablue, & ab omni nitroſa ſalſedine edulcora, pulvis tandem bezoarticus albus & lacteſcens, in filtro papyraceo relictus, bene exſiccetur, & in vitro benè clauſo, ſtudioſè aſſervetur, qui nihil aliud eſt, quam mercurius vitæ correctus, & longe differt à bezoartico minerali, conſueto modo parato.

*Vires* conveniunt cum ceruſſa antimoniali, ex Regulô parata.

*Doſis* eſt à gr. v. ad ℈ß. & gr. xv. in bolo parato ex conſerva aliqua, vel cum aliis pulveribus, ſuperbibendo, vinum, juſculum, vel aliquid aliud conveniens.

Pulvis diaphoreticus diurnus.

℞. *Flor.* ♁*ris,* ♁*ii fix. diaphoret.* ana ʒxii *baccar. lauri pulveriſ.* ʒvi. M. F. pulvis, ſignetur ut ſupra.

Pulvis diaphoreticus nocturnus.

℞. *Pulv. diaphoret. diurn.* ℈iß. *extract. noſtr. ſedativi* gr. ij.

M. F. pulvis, dividatur in ij. part. æquales ad ij. chartas.

Signetur ut ſupra.

Diaphoreticum hoc in forma pulveris magnarum eſt virium, ſanguinem enim mundificat, luem veneream & ſcabiem curat, & in febribus malignis & morbis contagioſis eſt medicina ad expellendum intrò hoſpitantem hoſtem per ſudores mirificè adjuvans.

## TITVLVS V.

# BEZOARDICA ET ALEXIPHARMACA.

Viperarum confectio Dn. D. Cn.

℞. *Viperarum, vel ſerpent. noſtrorum in locis montanis captorum* q. v. Abſciſſis capite & cauda, detractiſque exuviis & interaneis exemptis, reliqua cum vino albo myrrhiſato, à cruore optimè abluuntur, pinguedo ſeorſim in vitro aſſervatur, corda, hepata & lingua etiam ſeorſim, reliqua, prius ſale abſinthii, rutæ (& ammoniaco purgato,) adſperſa ad ſolem, vel

in alium locum calidum ad areſcendum ſuſpenduntur.

Hoc peracto, ſerpentum ſeu viperarum truncos ſcinde in minuta fruſtula, & ad perfumandum ſuper cribrum ponito, ſuffimento ſubtus ita excitato.

℞. *Baccarum juniperi* ℔iij. *ſucci vulgar.* ℥iij.

Perfumata & benè prius exſiccata, ſimul cum ſpina dorſi redigantur in pulverem ſubtiliſſimum, qui pulvis, in vitro puro incluſus, in loco ſicco poſtea aſſervandus eſt. Signetur *pulvis viperarum ſimplex.*

Corda, hepata ac lingua ſimili modo in alcool redacta, vel in 🜄 juniperinum impoſita aſſerventur in futurum uſum, pro theriaca noſtra Regia.

*Vires hujus pulveris.* Contra omnia venena, inprimis ſui generis. Sunt & qui affirmant, ſemel ſumptum aliquot annos alexiterii officium præſtare, fides ſit penes authorem. Communiter in pleuritide maligna, tabe, hydrope, pſora, ſcabie & lue venerea commendatur. Maritale officium & in ſeniculis promovet.

*Doſis* à ℈ß. ad ℈j. & ʒj. per ſe vel cum aliis medicamentis idoneis.

Magiſterium Viperarum.

℞. *Viperarum ſeu ſerpent. noſtr. & in locis ſanis mo toſis & non putridis degentium* q. v.

Eoſque capitibus & caudis detruncatis, exemptiſque interaneis, cum cordibus, hepatibus, ac ipſa ſpina, (cultro prius confracta,) in 🜅i ſ. q. immerge. Stent ita per tres dies, poſteà ad perfumandum & exſiccandum, cribro puro imponito, ſubtus ſuffimento, in hunc finem excitato ex *bacc. juniperi* p. iij. *lauri* p. j. ubi & circa finem adjicitur *ſuccini* ℥j. *aſſæ dulcis* ℥ß. *ſtoracis* ʒiij. Serpentes ita perfumatos, in olla nova vitreata, adhuc ſuper fornacem, vel & in ſole exſiccantur, ut in pulverem redigi poſſint. Jam

℞. *Hujus pulveris* q. v. 🜅 🜹*is ammoniaci* ſ. q. ad ſupereminentiam ſcil. ij. vel iij. digitorum.

In ſolutum, decantatum, & prius filtratum, ſeu colatum, infunditur 🜍 ♀i *ex* ⊖*e fact.* q. ſ. præcipitatione peracta, ablutio & edulcoratio cum aqua ſimplici, ſeu ſcorzoneræ inſtituitur. Pulvis tandem in chartâ emporeticâ relictus exſiccatur & ad uſum reſervatur.

*Vires* & *Doſis* conveniunt, cum viperarum pulvere, ſuperius ſimplici modo parato.

Pulvis viperinus compoſitus.

℞. *Off. viperarum in ſubtiliſſ. pulv. redact.* ʒvj. ℈j. gr. viij. *pulv. viperini ſimplicis, oculorum* ♋ *cum decocto* ſeu *eſſentia viperarum imbutorum* ana ʒv. ℈j. *eſſent. n. citri* ʒj. gr. viij. F. ambræ moſchat. ʒß. gr. iv. F. pulvis cujus *Doſis* à ℈j. ad ʒß. & urgenti neceſſitate ad ʒj. in aqua aliqua alexipharmaca.

Ex pulvere viperino præſcripto, beneficio *eſſent. viperinæ* & *tragacanthæ albæ* q. ſ. fiunt globuli in forma terræ ſigillatæ Turcicæ, qui figura ſerpentis vel proprio ſuo titulo aſſignandi ſunt.

Bezoarticum viperinum.

℞. *Pulv. viperin. ex ſola ſpina* ſeu *oſſibus noſtro more per ſe abſque* △ *præp. unicornu mineralis,* ▽*æ ſigillatæ Melitenſis, oculorum* ♋ ana partes æqu.

Miſce F. pulvis, qui cum eſſentia viperina ſeu ſolo decocto viperarum ſ. q. ſæpius inebriandus, & iterum per ſe exſiccandus eſt. Jam

℞. *Pulv. hujus viperini compoſit.* ℥iij. ♁*ii diaphoretici fixi* ʒij. *eſſent. moſch. ambariſat.* ℈ß.

Et cum *mucilagine tragac.* (per decoct. viperarum fact.) ſ. q. fiat maſſa, ex qua poſtea formentur globuli in forma terræ ſigillatæ, vel pro lubitu.

Pulvis viperinus alexipharmacus ex ſolis cordibus & hepatibus.

℞. *Pulv. viperini noſt. ex cord.* & *hepatibus ſolis parat.* ʒij. *ſacchari albiſſimi pulver.* ʒvij. *eſſent. moſchi ambariſat.* ℈j. gr. iv.

Fiat omnium pulvis in vitro cuſtodiendus. Qui cum decocto viperino, ſeu ejus eſſentia ſ. q. in maſſam cogatur tenacem, ex qua poſtea formentur trochiſci delicatiſſimi.

*Not.* Inter formandum inungantur digiti cum *ol. citri* & *angelicæ.*

Diaphoreticum compoſitum Dn. D. Cn.

℞. ♀*ii fixi diaphoretici* ʒij. *bezoart. mineralis* ℈iv. *corall. rubr. præparator.* ʒj. *pulv. viperin. ex cord. & hepat. croci noſtri ſolaris* ana ℈j.

Miſceantur, fiatque ex his omnibus, in mortario vitreo pulvis ſubtiliſſimus, cui adhuc admiſceatur *eſſent. citri ex cort. exter. rec. extr.* gr. xv. ſervetur pro uſu in vitro benè clauſo.

De Alexipharmacis ſecretioribus Dn. D. Cn.
Pulvis alexiterius.

℞. *Bezoar. mineral. pulv. viperini noſt. fl.* 🜂*ris* ana ʒj.

Miſceantur probè in mortario vitreo & F. pulvis ſubtiliſſimus.

Vel ℞. ♁*ii diaphoretici fixi, pulv. viperini noſtri prap. rad. contrayervæ* ana p. æquales.

Miſceantur probè & F. pulv. ſubtiliſſimus. Signetur *pulvis alexiterius de tribus,* ex minerali, animali & vegetabili ſcil. compoſitus.

Pulveres hi duo ſunt præſtantiſſima remedia, adverſus omne venenum, cujuſcunque ſit generis, etiam ab animalibus immiſſum.

*Doſis* à gr. xv. ad ℈j. & ℈ß. in aq. bezoartica noſtra.

Pulvis bezoarticus.

℞. ♁*ii diaphoretici fixi* ʒß. *bezoartici mineralis, flor.* 🜂*ris* ana ʒij. M. F. pulvis.

Eſt bezoarticum præſtantiſſimum, & in morbis catarrhoſis & pectoris, atque in ipſa phthiſi, remedium exoptatum. *Doſ.* ℈j.

In Pleuritide pro Illuſt. Dn. Dœhnhoff.

℞. *Fl.* 🜂*ris,* ♀*ii diaphoret. fixi* ana gr. x *bezoart. mineral.* gr. v. M. F. pulvis.

Cyperus bezoarticus.

℞. *Rad. contrayerv. pulv. corall. rubr. prap.* an. ʒß.
M. F. pulvis ſubtilis.

Lapid. bezaar factitius.

℞. *Terræ ſigillat. bezoart.* (*noſtr. præparat.*) ℥j. ℈viij. *unicornu foſſil. C. C. bezoart.* l. *bezaart. cervini* ana ʒß.

ʒß. ℈iv. ♁ii *diaphoretici fixi*, *rad. contrayervæ ſubtil. pulv.* ana ℈viii.

M. F. pulvis ſubtiliſſimus & cum *magiſterio fol. rutæ rec. parat.* q. ſ. pro tingenda maſſa & *mucilagine tragacanthæ albæ* in *aq. bezoart.* ſol. F. maſſa, ex qua poſteà formentur lapides ovalis figuræ, qui, ubi benè exſiccati fuerint cauſa curioſitatis, in tornatili rota poliri poſſunt. Negotium ſi rectè inſtituatur, hic lapis arte conflatus, adeò ſimilis erit illi Orientali in ſuperficie externa (nempe colore & ſplendore) ut vix unus ab altero dignoſci poſſit.

Virtutes hujus lapidis cum lapidibus bezoat. anim. or. & occ. conveniunt, & vicem illorum præſtat.

Doſis à ℈ß. ad gr. xv. & ℈j. Confer & hic *anim. appendicis Cl. Dn. D. Zvvelfer. ad diſpenſat. Aug. p.* 65.

Lapis ſerpentinus, ſive Magnes venenorum.

HIc occaſio ſe offert, aliquid inſinuandi de magnete venenorum, & lapide quodam, quem Luſitani *Piedra della Cobra* vocant, cujus & meminit adm. R. Pat. *Athanaſius Kircherus*, S. I. in libello ſuo de *triplici in natura rerum magnete*, *ſect.* 2. *cap.* 5. *in China ſua illuſtrata pag.* 83. Item R. P. *Michael Boymus* in ſua *Flora Sinenſi*; & adhuc alii. Qui lapis à natura ſibi inſitum magnetiſmum habet, ut à venenoſo animali prius inflicto vulneri appoſitus, protinus tenaciſſimè ſanguiſugæ ad inſtar adhæreat, hæreatque tam diu donec omni veneno, quod ſerpens, aut quodvis venenoſum animal diffuderat, exucto, ac jam veluti ſatur ſuapte ſponte decidat, ſaturæ hirudinis inſtar. Experimentum hujus ſumpſit & dictus R. Pat. *Kircherus* in vulnere à viperâ venenoſa cani inflicto, ubi hic lapis vulneri adeò tenaciter adhæſit, ut vix amplius diſtrahi potuerit, manebatque tam diu affixus vulneri, donec exucto omni veneno ſponte ſua decideret, quo peracto canis brevi poſt priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

Quomodo verò ſimilis lapis, è colubris noſtris, (qui vicem præſtet alterius, quo nos caremus,) imitandus ſit? nobis hîc docendum relinquitur. Ideò.

℞. *Pulv. viper. ſimpl.* (*more noſtro, & ☉le exiſtente in ♌e parat.*) ℥j. *bufonum,* (*eodem tempore parat.*) *cancrorum* (*ſimili modo ☉e exiſt. in ♌e par.*) ana ℥ß. 🜃æ *Lemniæ* cum *decoct. rad. ſcorzon.* & *contrayerv. inſuccat. unicornu foſſil.* ana ℥j.

Omnibus diligenter mixtis, (in mortario vitreo ſeu lapideo,) adde *mucilaginis* ſeu *gelatinæ viperarum* ex earum ſpoliis per *decoct. ligni colubrini* & *rad. contrayervæ* extractæ, tantum quantum pro incorporatione maſſæ ſufficit. Ex qua poſtea lapides ſeu trochiſci lenticularis figuræ ſeu formæ, craſſitie pennæ anſerinæ effingito.

Talis fuit ille lapis ſerpentinus, ex China à Patribus Soc. I. allatus, quem ad S. R. Majeſtat. per me olim dono miſit Rev. Pat. *Athanaſius Kircherus*, Soc. Ieſu, amicus & patronus meus ſingularis, vir aliàs toti orbi notus.

*Not.* Pulvis bufonum fit, ex animalibus integris, ſine transfixione in libero aëre, & ardore ſolis prius quam citiſſimè exſiccatus, aliàs enim fœtent & difficulter teruntur.

Modus pulveriſandi cancros, fit ex hoc eodem proceſſu, quem *Clar. Zvvelferus*, in præparatione pulveris viperini ſimplicis docet. Vid. *Animadv. in Pharm. Aug. p.* 213.

Electuarium de Ovo Cnœffelianum.

℞. *Croci or. ſive Ungar. opt. pulv.* ʒii. *rad. dictamni alb. tormentillæ* ana ℥j. *contrayervæ, angelicæ, pimpinellæ, zedoariæ, gran. juniperi, flor.* 🜍*ris*, ♁*ii diaphoret. fixi* ana ℥j. *coralliorum prap. myrrh. el.* ana ℥ß.

Omnia prius in pulverem ſubtiliſſimum redacta, miſce in mortario lapideo, bene ſubigendo, & cum *rob baccar. ſambuci* inſpiſſati & rec. facti ſ. q. Fiat maſſa, conſiſtentiæ ſolidæ & craſſæ, ex qua tandem efformantur magdaleones, formæ & magnitudinis ovi anſerini, quæ & auri foliis tandem obduci & ornari poſſunt.

Ejus vires conveniunt cum elect. de ovo Maximiliani Imperatoris, ſed longè efficaciores ſunt.

Uſus ejus ordinarius eſt, ad præcautionem & curationem peſtis, morborumque peſtilentium.

Doſis præſervando eſt ʒß. pro curando à ʒß. ad ℈ij. in adultioribus maximè. Utendi Modus per ſe in forma pil. ſive diſſolut. in aq. cardui benedict. ſcordii, aceto bezoartico, vino, vel alio liquore idoneo.

*Electuarium præſervativum & curativum.*

Pro S. Reg. Maj. in caſtris ſub Sborovvia ordinatum, & compoſitum à Dn. D. Cnœffelio.

℞. *Flor.* 🜍*ris, corall. rub. prap.* ♁*ii fixi diaphoret. bezoart. mineral.* ana ℥ß. *rad. ſcorzoneræ, contrayervæ, torment.* (opt. prius pulv.) ana ʒij. *balſ.* 🜍*ris noſt. deſcr.* ʒiß.

M. F. cum *melle virgineo & rob baccarum ſambuci* ſ. q. & -⌒-⊕-*li* ℈ij.

Electuarium molle, ad fictile capax (propter fermentationem.)

Adverſus venena & morbos contagioſos, eſt hoc electuar. tutiſſimum præſidium.

Doſ. pro præſervando, magnitudine fabæ minoris, pro curando ʒß. in aceto bezoartico, & quidem tempore curationis, ter in die, cum expectato ſudore.

Acetum Bezoarticum ad præſcriptum Electuarium.

℞. *Aceti bezoartici ord.* (*ex angel. ſcil. parat.*) ℥iij. *aceti rutacei, rubi idæi, roſar.* ana ℥ij. *balſ.* 🜍*ris. noſtræ deſcript.* ʒij. M. dentur ad vitrum.

NB. Spongiolæ particula huic aceto immerſa, illigatur ſtrophiolo, aliquoties in die pro olfaciendo.

Theriaca magni Ducis Hetturiæ communicata quondam Sereniſſimo Regi CASIMIRO, & in caſtris Glinianenſibus à ſua Majeſtate anno 1649. menſe Iulio nobis commendata.

℞. *Theriacæ Andromachi, mithridat. Damoc.* ana ℥j. *rad. anthoræ pulv.* ʒß. *lapidis bezoar. animal. or.* ℈ß. *conf. alkerm.* ℈iv. *conſerv. flor. roſ. cichor. borrag.* ana ʒß.

Miſceantur in mortario lapideo, & cum *ſir. compoſ. è toto citri* q. ſ. F. electuarium.

Contra morbos caſtrenſes & epidemios & in ipſa peſte eſt medicamentum efficax. Quicunque enim in peſte in acceſſu nempe morbi hanc Medicinam uſurpaverit eamque retinuerit & ſudaverit, evadet, quod ipſemet Anno 1653. tempore peſtis in multis obſervavi.

Theriaca de tribus Cnœffeliana.

(Scilicet è triplici regno, animali, minerali & vegetabili,)

*Contra morbum Epidemicum anno 1649. Warſaviæ graſſantem, cujus curatio indicabat alexipharmaca, ſedativa & digeſtiva.*

℞. *Bezoartici noſtri animalis* ʒiv. *ſulphuris eſſentificati ex immaturo minerali alcaheſt* ℥ß. *ſedativ. digeſtivi noſtr. vegetab.* ʒij. ℈j.
Excipiantur melle virgineo in ſolidam theriacæ ſubſtantiam, tot ingredientia aromatum & exoticorum planè repudiantem. Hæc theriaca de tribus, tribus doſibus per 24. horas in quintum diem uſque exhibeatur.

Primo mane hora ſeptima (ſuperbibito aceto bezoart. vel vino) exhibita, poſt octavam auditam, vel paulo ſerius, ſtragulis benè coopertus & calefacto hypocauſto æger effuſiſſimè ſudet, uſque ad horam nonam, optimè detergitur, mutatis induſiis. Hora audita ſequente decima, reficitur. Audita prandii undecima hora, cibum æger capit. Hora quarta pomeridiana alteram doſin aſſumit æger, & iterum ſudat. Et ſic tertiam doſin inter decimam & undecimam noctis. *Plura vide in exerc. ſuis exercitatione quinta.*

Theriaca Regia D.D. A. Cnœff. Ser. IOHANNI CASIMIRO Polon. & Suec. Regi ab Authore dicata.

℞. *Pulv. viperarum (ex ſolis cordibus & hepatibus linguiſque viperarum collect.) bezoartici ⊙laris, martialis* ana ʒiß. & ℈j. *ſulphuris educti per ſublimat. ex immaturo minerali alcaheſt* ʒiij. ℈ij.

Hæc quidem quatuor in numero, tria verò ingredientia à natura & proprietate pro baſi hujus theriacæ, excipe in conſiſtentiam ſolidam cum elect. de ovo (meæ compoſitionis.)

*Rob baccarum ſambuc. juniper. mellis alb. virgin.* ana ℥iv.
Omnia benè (abſque fixato alcaheſt) in mortario vitreo ſeu lapideo ſubigendo, rediguntur in theriacam nigro-puniceam, grati ſaporis.

Cui ſi placet (1) præſervationis ergò adjiciuntur aliquot guttulæ balſami 🜍ris noſtr. (ex oleo papaveris parat,) ſub lingua tenendæ. (2) Curationis ergò aliquot grana ad ſaporem gratum fixati alcaheſt. (3) vel nocturnæ doſi, ſedativum noſtrum commune & cum ſucco citri correctum & extractum, vel generale meum ſedativum pro rei exigentia & ægri complacentia & tolerantia, toties quoties hac variatione opus eſſe videbitur, addi & ſubigendo bene pro ſingulâ doſi commiſceri poterunt.

Theriaca Theriacarum Cnœffeliana.

℞. *Diakibur noſt.* ℥j. (id eſt, flor. 🜍ris,) *pulv. fix. è* ☿*rio,* ♁*ii fixi, bezoart. animal. ſcilicet pulv. viper. ſimp.*) ana ℥ß. *mellis virginei* ℥j. ʒij. ℈ij. *rob ſambuci* ℥ß. ℈ij. gr. viij.

Fiat omnibus ſic exactè mixtis *theriaca nondum completa.*

Huic mixturæ D. D. C. aliquando admiſcere ſolebat ☿*ri* ⊖*-lati cryſtall. & prius in ſubtil. pulv. redacti* ʒiij. *ſedativi ſui correcti* ʒj. ℈ij.
Miſceantur exactè fiatque electuarium mediæ conſiſtentiæ. Signetur, Theriaca Theriacarum completa.
Datur in omnibus affectibus, in quibus malignitas dominatur, maximè contagioſis & peſtilentibus; utiliter præbetur in febrium intermittentium rigoribus ante acceſſum.

*Tinctura Bezoartica.*

In Officina Regia olim à D. Doct. Matth. Littavv, introducta.

℞. *Mixturæ ſimplicis* ℥viij. *ſpirit. terræ ſigill.* ℥j. *rad. contrayervæ, anthoræ* ana ʒiij. ℈ij. *ſcorzoneræ* ℥ß. ʒj. ℈j. *angelicæ Turcic.* ʒvj.
Mixta ſtent in loco calido, vitro bene obturato, per octiduum, adde *eſſent. citri è cort. exter. rec. extr.* ʒij. *extr. croci.* ℈ij. *confect. alkerm.* ℈ix.
Et poſt repetitam digeſtionem, per horas aliquot tinctura bezoartica, abſque ulteriore abſtractione per chartam emporeticam filtretur & in vitro optimè clauſo ſervetur uſui.

Vires. Febribus malignis, peſtiferis & contagioſis potenter reſiſtit, earumque inſultus reprimit, & à centro ad circumferentiam externam expellit. Doſis eſt à ℈j. ad ʒj. in liquoribus aliis bezoarticis, alexipharmacis & ſudoriferis, pro ſudore eliciendo. Inde & Cl. D. D. Cnœffelius in febribus epidemicis malignis, ſequens adhibuit expulſivum, & ſemper cum exoptato ſucceſſu.

℞. *Aq. ſcorzoneræ, fumariæ* ana ℥ß. *ſir. ex suo citro* ℥j. *tinct. bezoartic.* ʒij. *pulv. pannonici rub.* ℈j. *conf. hyacinthi* ℈ß. M. F. potio ſudorifera.

Emplaſtrum Magneticum D. D. C.

℞. *Succini optime pulveriſati* ℥ß. *bufonis ſiccati & in alcool pulveriſati* ℥j.
Miſce & in cucurbitam vitream miſſis tantum ſpiritus vini affunde, ut ſupernatet, ad tranſverſum digitum, in balneo leni calore ſenſim ſubduc hunc ſpiritum vini, uſque ad conſiſtentiam magmatis, ter affuſo ſemper novo. Cujus quantitas præſens commiſcetur & optimè ſubigitur cum emplaſtro de meliloto, in conſiſtentiam emplaſtri benè ſolidi.

Hoc pari modo, prout *meum Tractivum* in ſingulo emunctorio ſine mora applicatum erit præcipuum, in anginis illis ſpuriis, circumcirca collum geſtatum, prout & è malignitate tumentibus tonſillis & aliis ex ea emergentibus ſuſpectæ notæ ſignaculis: ita meum emplaſtrum magneticum hoc habet peculiare, ſi, quod frequentiſſimè è fetociente ſanguinis ebullitione fit, nares hæmorrhagiam pluant immedicabilem, ſub illius lateris, cujus narium foramen ſanguine ſtillat, alâ geſtetur: vel ſub utraque, ſi utrumque cruentetur, mirabili & ſenſibili tractu, hunc fluxum ſubitò cohibet.

## TITULUS VI.

# ANODYNA ET MITIGATIVA.

### Extractum ſedativum ordinarium citratum Dn. D. A. Cn.

℞. *Opii Thebaici, in fruſtula conciſi & in patella ferrea, per leniſſimam exhalationem prius correcti* ℥ij. *ſucci citri acidi* ℥xxiv. *cinamom. pulv. caryophyll. pulv.* ana ℥ß.

Stent per menſem in leni digeſtione, peracta illa, extractio per linteum exprimatur, & ad mellaginis conſiſtentiam lenta evaporatione redigatur. Sign. ut ſupra. *Inde ſit ſequens*

### Extractum ſedativum pro Viris.

℞. *Extract. ſedativi ordinarii, ( præcedentis )* ℥j. ʒij. *magiſterii butyracei corallor. perlarum* ana gr. xv. *croci or. ſubtil. pulv.* ʒij. *ambræ* ℈ij. *moſchi* gr. v. *ol. caryophyllorum* vel *anthos cinamomi* ana gr. v. Miſceantur invicem, Maſſula ſervetur in vitro benè clauſo. Sign. ut ſupra.

### Pro Mulieribus.

℞. *Extract. noſt. ord. citrati* ℥j. ʒij. *croci pulv.* ʒij. *magiſt. corallorum butyracei* ʒß. *caſtorei opt. pulver.* ʒj. 🝆*i ſuccini* ℈ß. Miſceantur opt. Sign. *extr. ſedativum pro Mulieribus.*

*Not.* Placuit Cl. Dn. D. Cnœffelio aliquando & *laudanum illud liquidum Helmontianum*, quod pro menſtruo ( loco ſucci citri) recipit ſuccum cydoniorum, in fermentationem, per flores cereviſiæ promotum. Beneficio iſtius menſtrui ex opio & croco, extrahitur tinctura, ſaturè atrorubeſcens, quæ colata & cum oleo, ſeu eſſent. citri, aromatiſata, in MB. ad medietatem abſtrahitur, reſiduum uſui aſſervatur, pro laudano opiato liquido, in affectibus hyſtericis arcanum certum.

Doſis à gutt. iij. ad v. vij. & plures.

Sunt, qui in conciliando laudano Helmontiano liquido pro menſtruo ſibi eligunt R̄am ⊖is ♀ri. Pro correctione adjiciunt & crocum, caſtoreum, caryophyllos, cynamomum, lign. aloës, ſpec. diambræ cum moſcho & ſimilia plura adhuc.

### Extractum granorum quietis Officinæ Regiæ.

℞. *Extract. opii Thebaici, noſt. m. p.* ℥ij. *hyoſcyami, ſimili modo per ſuccum citri debito tempore parati, croci or.* ana ℥j. M. diligenter & ſerva in vaſculo puro & vitreo.

Dolores omnes lenit atque tollit, ſomnum inducit, fluxiones omnes ſanguinis ſiſtit, vomitus compeſcit, febrium paroxyſmis frenum injicit, & in delirio, phrenitide, epilepſia, ſuffocatione uteri, & doloribus arthriticis, remedium eſt extremum.

### Sedativum magnum Archei.

℞. *🜍is ⊕-li philoſ. edulcorati* ℥ß. *extract. croci* ʒiß. *angelicæ* ℈j. *rad. contrayervæ, 🜍is noſtri ☉ris* ana ℈ß. *eſſent. ambræ ( pro fœm. extr. caſtorei ) magiſt. perlarum butyr. ceruſſ. ♁ialis fix. per detonat. ex regulo fact. vel loco hujus ♁ii fixi diaphor.* ana ʒß. *conf. alkermes* ℥ß. 🝆 *cinam. coriandri* ana gtt. ij. *caryophyl.* gtt. j. *nuc. moſch. expreſſ.* ℈ß. gr. ij.

Miſceantur exactè in patella argentea ſeu porcellanea aut vitreo vaſe, fiatque mixtura nobiliſſima.

Confortat, & ab omni veneno aſſumpto & ab ipſa peſte defendit, ſi ſtatim ſumitur, deſuperque ſudores proliciuntur. Curat & affectiones capitis, febres ardentes, dyſenteriam, diarrhœam & omnes fluxus ventris; vomitum compeſcit, dolores colicos & quoſcunque corporis mitigat & lenit. Inſuper ſudores movet, & ſomnum inducit.

Doſis eſt à gr. j. ad iij. vel v. per ſe in forma pilularum, vel diſſolvitur in vino vel aqua aliqua appropriata, aut in ſirupo aliquo ſeu juſculo. Duabus vel tribus horis poſt cœnam, ubi etiam caſus & occaſio vel dolor urget, omni tempore dari poteſt, dummodo patiens deſuper ſe in lecto ad ſomnum vel ſudorem componat.

### Sulphur Vitrioli philoſophicum Dn. D. Cn.

℞. *⊕-li Hung. phil. ut ſcis, calcinati* ℔ ij. *⊖ ✱ci* ℔ j.

Trita ac ſimul benè ſubacta, immittantur in aludelem & ſuppoſito alembico cœco, & juncturis bene lutatis vulgari Chimicorum more, in arena inſtituatur ſublimatio: Quod elevatum erit, tritum prius, remiſcetur capiti mortuo, & iterum ſublimentur, qui labor & ter vel quater repetendus. Flores tandem ab omni acrimonia, cum aquâ purâ edulcorentur. Iam floribus trina ſublimatione ita paratis, & in vitrea concha lento calore prius exſiccatis affundatur 🜄 q. ſ. & cum eo extrahatur R̄a quoties & quamdiu licebit, extractiones omnes commiſceantur, & 🜄 per deſtillationem iterum ſeparetur, 🜍 tandem ⊕-li philoſophicum, in fundo vaſis relictum, aſſervetur pro ſedativo Archei & corculo noſtro benedicto ſuo loco deſcripto.

### Spiritus ſedativus ſimplex.

℞. *Fl lilior. convallium rec. decerptor.* q. ſ. 🜄 *opt.* cum *fl. lilior. convall. Ω t. phlegmatis ⊕-li* ana ℥xl. Factâ digeſtione horis 24 deſtillentur per XXcum ex cineribus, quod primò exit, ſeorſim excipiatur. Aquæ egreſſæ & ſpirituoſæ adde iterum

*Phlegmatis ⊕-li* tantundem, & *flor. recent. lil. convallium* q. ſ. prægreſſa digeſtione & maceratione per dies tres, denuo per XXcum vitreum, igne ∴æ deſtillentur, labor hic & tertia & quarta vice ſemper cum æquali parte *phlegmat. ⊕-li* & *flor. lilior. convall.* q. ſ. inſtituatur. Quæ ſic unita, aqua ſpirituoſa, in vitro arctè clauſo aſſervetur.

Vires anti-epilepticæ ſunt; efficaciter & ſervit melancholicis, hyſtericis & utero præfocatis; externè & in podagra, chiragra, & ſimili articulorum dolore, ſumma cum utilitate adhibetur, inſuper & virtutes ejus anodynæ ſunt, & in omnibus vigiliis diuturnis ac quibuſcunque doloribus uſus ejus eſſe poteſt. Doſis à cochl. ſemis ad cochl. unum, per ſe, vel quod melius in grato aliquo vehiculo.

### Spiritus ſedativus compoſitus.

℞. *🜄ûs ſedativi præcedentis ſimplicis* ℔ij. *viſc.*

querc.

*querc.* ℥ß. *rad. pæon. (certo tempore coll.)* ℥j. *ſem. pæon. cort. mandrag.* ana ʒiij.
Mixta deſtillentur per ◯am vitream ex ∴. Signetur ut ſuprà.

Medicamentum eſt cephalicum in genere, antapoplecticum & epilepticum in ſpecie. Doſ. à ʒj. ad ʒij. & iij.

*Ex lib. manuſcripto laborum chimicorum Dn. D. Cn. in peculiari ſchedula.*

Eſſentia ſeu tinctura granorum quietis ordinaria, olim in Officinam Regiam à D. D. C. introducta.

℞. *Extr. ordin. granorum quietis* gr. xxiv. 🜀 *noſt. ſedativi ſimpl.* ℥vj. *confect. alkermes* ʒiij.
Digerantur in vitro benè clauſo leniſſimo calore, per octiduum, eſſentiæ per chartam filtratæ, adde

🜀 *roſar.* ℈vj. ☍ *coriandri veri odor.* gtt. iv. *roſar. ſtil. ver.* gtt. vj. *eſſent. moſch. ambrat.* ʒj. & poſt reiteratam digeſtionem, eſſentia uſui ſervetur. Doſis à ℈j. ad ℈ij. in vehiculo grato & conveniente. Vicem præſtat laudani opiati.

Pomum ſomniferum pro S. Reg. Maj.

℞. *Opii Theb. reſinæ ladani, ſtyracis calamit.* ana ʒiij. *ligni aloës pulv. rad. ireos pulv.* ana ℥ß. ʒij. *nuc. moſch. croci* ana ʒj. Miſceantur exactè, in fine adde *moſchi or.* ℈ß. *ambræ* ℈j. ☍ *roſar. ſtil. ver.* gtt. vj. Fiant ſ. a. duo poma, quæ manibus teneantur & tractentur, ex una in aliam, donec incaleſcant, & eorum halitus ad nares perveniat, poſſunt & ipſis naribus ad odorandum admoveri.

Spongia ſomnifera.

℞. *Opii in ſpir. ſedativo ſolut.* ℈ij. *eſſent. nuciſt. ſucc. datur. noſt. rec. expreſſ. & abſque igne clarif.* ana ℥ij. *croci* ℈iß. ☍ *roſar. ver. ſtil. in ſ. q.* 🜄 *♀ſati diſſol.* gtt. vj.
F. Mixtura. Cum hac mixtura poſtea irrorentur, & imbuantur ſpongiolæ cynoſbati & denuò totaliter exſiccentur, qui labor bis vel ter repetendus. Spongiæ ita paratæ, poſtea in ſcatula aliqua pura uſui reponantur. Cùm ea uti volueris, immergatur vel ſolùm irroretur prius ſpongia cum aq. roſarum & naribus admoveatur.

Spongiola cynoſbati eſt ille fungulus villoſus, & muſcidus ex flavo rubeſcens, qui roſis ſylveſtribus adnaſcitur. *Germ. Schlaffapffel.*

*Not.* Simili proceſſu & ſpongiolæ cynoſbati inſuccari & denuò exſiccari poſſunt, cum ſpermate ranarum (menſe Martio rec. coll.) in quo tamen prius aliquid ex ⊖-lo & alumine ſit diſſolutum. In hæmorrhagia ex quacunque parte corporis, ſubitò ſanguinem ſiſtunt.

*TITVLVS VII.*

# CEPHALICA.

## CAPVT I.

### *Apoplectica.*

Pulvis Apoplecticus Regius, aliàs Cephalicum Dn. D. Podchocinski.

℞. *Magiſterii antepileptici M. Prævotii, rad. pæoniæ, pulver. corall. rub. præparator.* ana ʒij. *magiſt. ſuccini, bezoardici lunaris, cinnab.* ana ℈ij. *ol. in deſtill. aq. apoplectica collecti* gr. vj. *ſacchari* ad p. o. M. in mortario vitreo, adde pro conciliandâ gratiâ *fol. auri, argenti* ana num. iv.
Pulvis commixtus reſervetur uſui, ſign. ut ſupra.

Vires attribuuntur cephalicæ & antapoplecticæ inſignes, inde & in omnibus morbis capitis, doſis ejus eſt à ℈j. ad ℈ij. in aqu. cephalica apoplectica, ſeu flor. lavendulæ.

[Magiſterium antepilepticum Clariſſ. Prævotii tali modo componitur.

℞. *Raſuræ eboris, cornu cervi, ungulæ alcis, cran. humani non ſepulti, ſed ſuſpenſi* ana q. v.
Injiciantur cucurbitæ, ſuperaffundatur, pro imbuendo ſolum. ſpir. nitri q. ſ. ſtent per dies tres, poſtea adde ✱ q. ſ. pro diſſolutione & denuò digeſtio inſtituatur, per dies 14. & ultra, ſolutionem tandem, prius filtratam, vel colatam, præcipita cum ſpiritu ⊖-li, (melius cum ſolutione ſalis, per liquor. tiliæ & ſalem appropriatum facta) vel ſolutiones filtratas ad ſiccitatem exhalare permitte; Magiſterium in fundo relictum ablue & edulcora tam diu, donec ab omni acetoſitate & acrimonia ſit liberum, tandem exſiccetur.

Vires ex titulo comprehenduntur. Doſ. à ℈ß. ad iß.]

Eſſentia Cephalica compoſita.

℞. *Rad. pæoniæ, certo tempore collect.* ℥ij. *ſummitat. beton. meliſſæ, lavendulæ, baſiliconis, rutæ, origani* ana m. j. *confect. anacard. theriacæ Androm.* ana ℥j. *viſci quercini, ligni aloës* ana ℥ß.

Pulveriſata & groſſo modo inciſa, cum reliquis opt. commixta, infundantur cum 🜄 *juniperini* ℔iß. *ſambucini* ℔ß.
Et in vitro benè clauſo ſtent per octiduum in digeſtione colaturæ per chartam emporeticam inſtitutæ, adde *ſpir. ⊖-li roridi compoſiti, ſeu ſpir. ſedativi ſimplicis* ℔ß. *raſuræ cranii humani, magiſt. cornu alcis n. m. præparat.* ana ℥j. *eſſ. nuc. moſch.* ʒiß. *coriandri* ℈ij. *citri* ʒij.
Mixta digerantur denuò in vitro circulatorio, hermeticè clauſo, per duos vel tres menſes; circulatione peracta, illud quod ſubtile eſt, à craſſo ſedimento per inclinationem ſeparetur, & eſſentia cephalica ita ſimpliciter & abſque deſtillatione parata, adſervetur ad uſum neceſſarium.

Vires, cephalicum, epilepticum & apoplecticum medicamentum eſt inſigne. Doſ. à cochl. j. ad cochl. ij.

Aq. Magnanimitatis, in Officina Regia.

℞. *Formicarum, acidum redolentium,* in ollâ terreâ, melle intùs inunctâ, captarum. M. vj. *ſpir. vini anthoſati* ℔iv. *lil. convall. ſimpl.* ℔j.
Mixta, vaſe prius benè perlutato, ſtent per dies octo in acervo magno formicarum, poſtea deſtillentur p. MB. Hoc facto

℞. *Spiritus hujus deſtillati & à phlegmate ſeparati* ℔iij. *confect. anacardin.* ℔ß. *ſpecier. cephalic.* ℥iij.
Et poſt peractam & reiteratam digeſtionem 7 dierum denuò deſtillentur in MB prius leni igne, in fine verò fortiori. Aqua ſpirituoſa abſtracta, adhuc aromatiſetur.

*ol. cina-*

*Ol. cinamomi, coriandri* ana gtt. xv. & *eſſent. ambræ* q. v. M. Cerebrum & omnes ejus functiones mirè corroborat, & ab aliis morbis frigidis capitis præſervat, inſuper in venerem armat, & articulis ex paralyſi debilitatis ſubvenit. Doſ. cochl. j. ad ij. Inde paretur &

### Arcanum Cephalicum.

℞. *Spir. formicarum compoſ. ſeu aq. magnanimit. præced.* ℥iij. *flor. & bacc. ſambuci* ana ℥ß. ⊖-*li antepileptici compoſiti* ℥j. *conſ. anacardin. alkermes* ana ʒj. *ſpec. diambræ, diamoſchi dulcis* ana gr. xxv.
Digerantur in phiola hermeticè ſigillata, per 14. dies, poſtea filtrentur per chartam, & aſſerventur in vitro benè clauſo: ſign. ut ſupra.

In affectibus capitis excellens eſt remedium, inde datur cum ſummo commodo in apoplexia, epilepſia, paralyſi, lethargo, item in ſyncope & palpitatione cordis. Doſ. cochl. ß. ad cochl. j.

### Miſtura Cephalica Dn. D. Cnœff.

℞. *Spir. ♀ri ſaſſafrati, & prius ſupra* ☉ *rectificati* ʒiij. *ſedativi ſimpl.* ℥j. *formicarum ſive aqu. magnanimitatis* ℥ij. *elixir. proprietat. purg. liquid. n. d.* ad pl. *ſir. antepileptici noſtri* ℥j.
Miſta digerantur adhuc per ♂ & ♌, poſt ſerventur ad uſum.

Vires. Medetur apoplexiæ & aliis capitis affectibus, maximè melancholiæ hypochondriacæ. Ejus effectum & in delirio & mania vidi cum ſtupore.

Doſis à ℈ß. ad gr. xv. & ℈j. jejuno ſtomacho & tribus horis ante cibum cum aq. lil. convall. pæoniæ, vino, vel alio vehiculo idoneo; datur & in ipſo paroxyſmo & reiteratis vicibus, præmiſſis tamen univerſalibus & practicantium regulis & methodo obſervatis.

### Tinctura Cephalica ambrata.

℞. *Specierum diambræ* ℥ß. *ligni aloës ſubtil. raſpat. granor. carpobalſami* ana ʒij. *ambræ* ℈j. *moſch.* ʒß. *ſacch. canar.* ℥j. *elixir. Matthioli, aq. carfunculi* ana ʒij. *ſpir. ardent. roſar. aq. ſpir. cinamomi comp.* ana ℥j.
Benè miſta, & in phiola vitrea hermeticè incluſa, ſtent in digeſtione, in MB ſeu vaporoſo tam diu, donec omnia benè ſint diſſoluta & extracta. Poſt filtrentur, & tinctura ambrata ſummè odorifera ad uſum ſervetur.

Vires. Cephalicum & cordiale eſt ſummum, convenit iis, qui temperamenti ſunt frigidioris.

Doſ. à gt. iij. ad vij. xv. in vino vel alio vehiculo.

### Species Cephalicæ pro ſuffitu Sereniſſimæ R. Cæciliæ Renatæ &c. p. m.

℞. *Olibani* ʒiij. *ſuccini albi & citrini* ana ʒj. *maſticis* ℈ij. *ſtoracis calamitæ* ʒß. *gum. benzoi* ℈ß. *caryophyll.* ℈j. *flor. roſar. rub. lavendulæ.* ana p. j.
Miſceantur; Fiatque ex omnibus pulvis groſſus, cui adhuc admiſcebis *ivæ artheticæ* ℈j. Sign. Fluß=und Haupt=Rauch/ der Königin Cæciliæ.

### Suffitus alius Cephalicus S. R. M. Uladislai IV.

℞. *Aſæ dulcis ſeu benzoes* ℥j. *olibani* ʒvj. *ſtyr. calamitæ, gum. animæ, ſuccini pulv.* ana ʒij. *caryophyllorum* ℈ij. *ſcobis lign. ſeu rad. juniperi* ℥ß. *xyloaloes* ℈ij. *flor. roſar. rub.* p. iij. *lavendulæ* p. ij.
Incidantur & contundantur craſſiuſculè, & fiat in perforata pulvis groſſus. Sign. Königl. Flußrauch.

### Pulvis ſternutatorius Cephalicus in Officina Regia.

℞. *Pulv. nicotianæ* ℥viij. *flor. lil. convall. fol. majoranæ* ana ℥iv. *ſpec. diambræ* ℥j. *moſch.* ʒß. gr. iv. *zibeth* ℈ß. *ambræ* ℈j. 🜕 *ligni rhodii*, vel *roſar. ver. ſtil.* ſi habere potes ℈ß. Fiat ſ. a. pulvis ſubtiliſſimus.

### Balſamum Apoplecticum Collegii Romani R. P. S. I.

Hujus deſcriptionem, ſimul cum pyxidula, hoc balſamo impleta, mihi Romæ, jam in procinctu itineris, ex ſingulari affectione & gratia, offerebat Rev. Pat. *Athanaſius Kircherus*, Soc. Ieſu, patronus & amicus meus ſingularis, vir aliàs inſigni, & ferè toti orbi notus. Eſt autem balſami compoſitio talis.

℞. 🜕 *Nuc. moſch. expreſſ.* ℥j. *balſami Indici veri* ℥ß. *ambræ gryſeæ* ʒij. *moſch. di Levante* ℈j. 🜕 *ſtil. ſalviæ c. lil. convall. parat.* gtt. xxj. *maſticis* gtt. xv. *caryophyllorum* gr. xij. *ſuccini rec.* gr. vj. *cinamomi* ℈iß. gr. ij. *gummi tacamahacæ* q. ſ. M. Fiat balſamus.
Schedulam Italica lingua impreſſam, in qua virtutes hujus balſami deſcri[illegible]tur, hic annectere placuit.

### *Virtu, & uſo del Balſamo Apoplectico cioè della Goccia.*

Queſto Balſamo con ragione vien detto della goccia, perche à queſto male principalmente è deſtinato; Eſſendo che hà un' incredibile facoltà di corroborare il cerebro, di eccitare gli ſpiriti animali ſopiti, e di recreare gli ſpiriti vitali, è ancora atto à giovare all' altre affettioni della teſta; perche libera dal parociſmo quei, che patiſcono mal cadudo, conferma quei, che patiſcono divertigine, diſſipa gl'humori fredi, e conſuma tutti i catarri, come anco rimedia a' dolori de' denti; libera dalla ſincope, ò ſuenimento, difende il coure dall' aere maligno, e peſtifero, eſſendo applicato alle narici, o in qualſivoglia modo alle tempie, & alla nuca, & in caſo di maggior neceſſità ſi potrà ungere con eſſo li palato. Di più applicato all' umbilico à modo di empiaſtro ſottile, giova alla colica moleſtiſſima. Dalle Donne però non ſi può così opportunamente adoperare per la ſuavità dell' odore.

### Balſamum Apoplecticum Cl. Dn. D. Cn.

℞. *Balſ. lavendulæ, ruthæ* ana ʒß. *ſuccini* ℈j. *apoplectici Crollii* ʒj. ℈j.

M. Fiat balſamum in aurata pyxidula aſſervandum. Vires ſunt anti-apoplecticæ, & antiepilecticæ, aliiſque debilitatibus cerebri convenit; naribus temporibus, item ſuturæ coronali, inungitur, tàm in actu præſervationis quàm curationis.

Species

Species pro pileolis S. Reg. Maj. Vladiſlai IV.

℞. *Fol. majoran. roriſmarin. meliſſ. citr.* ana m iß. *flor. roſar. odor.* m. iij. *lavendul. arantior.* an. m. j. *ſtæchad. Ar. nard. celt.* ana p. ij. *ſem. coriandr. nigell. gran. carpobalſ.* ana ʒij. *cubebar.* ℈iv. *rad. cyper. rot.* ʒj. *cinamom. nuc. moſchat.* ana ℥ß. *caryophyll.* ʒj. *lign. rhod. ſubtil. raſp. aloes, ſaſſafr.* an. ʒij. *ſtyrac. calam.* ʒ iß. *gumm. benzoë* ʒ iij. *ſuccin.* ℥ß. ʒij.
Incidantur & contundantur gr. m. circa finem adhuc adjice craſſiuſculè inciſa *flor. cyan. paralyſ. calend. cheiri, balauſt.* ana p. j. *moſch. ambr.* ana ⊕ j.
M. F. pulvis groſſus odore & colore gratus, & ad roborandum caput & materiam humidam & pituitoſam exſiccandam efficaciſſimus. Pulvis ſeu ſpecies poſtea includantur ſerico rubro pro pileolo nocturno. *Ex præſcriptione Cl. Dn. D. Kraffi, S. R. Maj. Archiatri.*

## CAPVT II.

### ANTIPARALYTICA.

Paralyſis *ἐπιδέξιον.*

℞. ▽ *Camphorati* ℥iij. *formicarum compoſit. lumbricorum, aqu. apoplecticæ* ana ℥ij. *eſſent. trium piper.* ℥j. ʒij. *ſem. erucæ* ℥ß. *aluminis plumoſi, euphorbii* ana ℈j.
Miſceantur in vitro bene clauſo, & poſt peractam ſufficientem digeſtionem filtrentur per chartam, quibus adhuc admiſceri poſſunt *eſſent. cephal. odorif.* ℥ß.
Partes affectæ prius pannis calentibus quotidiè fricentur, ſed leniter, poſtea illinantur cum præſcripta tincturá; Uſus ſaltem ab extra eſt.

Spiritus formicarum Officinæ Regiæ.

℞. *Herb. urticæ Rom. rec.* m j. *betonicæ cum florib. chamædryos ver. chamæpyt. ſalviæ, roriſmarini, majoranæ* ana mß. *flor. lavendulæ, ſambuci, primulæ veris* ana m j. *baſil. cum extr. foliolis, ſtæchad. arab.* ana p. ij. *rad. rhodiæ raſp. conſ. anacard.* ana ℥j. adde ♀ri *crudi* ℥iß. Incidantur & infundantur in ▽ *opt.* ℔ viij. ad x. poſtea deſtillentur, in ſpiritu elicito & à phlegmate prius ſeparato ſuffoca *formicarum viventium, cum ovis & ramuſculis adhærentibus* m. iij. adde *aluminis crudi* ℥j. ſtent & macerentur per 24. horas, poſtea per phialam longi colli elicitur l. a. ſpiritus, in vitro benè obturato ad uſum aſſervandus.

Cum hac aquâ ſpirituoſa membra affecta illinantur & fricentur: Licet ejuſdem etiam cochl. j. cum aqua lavendulæ vel alterius convenientis ℥iij. exhibere.

Paralyticorum membrorum εὐπόριστα.

Generoſo Dn. Butlero, & Magnifico Dn. Luberto Erbenio, anno 1647. ex præſcript. Clar. D. D. A. Cnœffel. Arch. Regii notabiliter profuêre.

Fomentatio, qua Magn. Dominus Erbenius primò fomentatus bis in die, quæ

℞. *Flor. chamomill. herb. hypericon. ſalv. ſerpill. origan. abſinth.* ana m. ij. *herb. urtic. min.* m. vj. *malv. min.* m. IV. *rad. gramin. althææ* ana ℥ij. *ſem. eruc.* ℥ß. *lini* ℥j. ⊖*li crudi* ℔ v. Craſſè contuſa dentur ad chartam, ſign. Kräuter zum behen.

Inunctio. Poſtea à ſcapula ad cubitum uſque brachium ejus calidè inunctum eſt linimento, quod

℞. *Pinguedin. vulpis, taxi, ung. dialth. ol. caſtorei, rutæ, chamomill.* an. ℥j. *juniperi ſtill. terebinth. ſt.* ana ʒiij. *ſpic. On. plumos. ceræ* an. ʒij. *cantharid. euphorb.* ana ʒj. ▽ q. ſ. M. F. linimentum, ſign. Sälblein zum ſchmieren.

Emplaſtrum pro cuſtodia & loci, & unguenti, circumpoſitum & conſtanter per annum geſtatum, quod

℞. *Empl. diachyl. oxycroc. melilot.* an. ℥j. *G. ammoniaci* ℥ß. *galban.* (*in* ✠ *diſſoluti*) ʒiij. *diair. piper. euphorb. alumin. plumoſ.* an. ʒij. Omnia optimè pulveriſata M. ad ignem & F. emplaſtrum.

Spiritus Balſamicus pro ſartore quodam.

℞. *Bacc. laur. juniper. caſtorei, euphorb.* an. ʒij. *caryophyll. macis* an. ʒiij. *maſticis, myrrhæ, ſtorac. liquid.* an. ℥ß. *ſuccin. alb. gumm. elem. galban.* an. ʒiij. Contuſa & pulveriſata infunde in ſpiritus vini ℔ iij. ſtent in digeſtione per triduum, deinde deſtilletur per ⅩⅩ. ex arena.

Indies ſemel noctu cubitum eundo, poſtquam calido linteamine juncturam carpi, cubiti & ſcapulæ optimè fricaverit, calefacta loca inungat, calefacto ſupra ignem hoc liquore, poſtea calidè ſupponat emplaſtrum antea deſcriptum.

*Not.* Septimanatim duobus diebus, nempe ♀ & ♄ni curet circa veſperam ſibi parari balneum è decocto urticæ ardentis & formicis ſacco incluſis, poſtea inunctionem & applicationem emplaſtri, aliquot menſibus, donec melius habeat, continuet.

Interdum & membrum ſtupidum & reſolutum, urticis viridibus & ardentibus, leniter percuti patiatur.

Topicum ad membra reſoluta & demortua, ex communicatione Cl. Dn. Doctoris Kepleri pro uxore Domini Doctor. Cnœffelii, paralyſi tacta.

QVamvis Cl. Domini Doct. Cnœffel. p. m., ultra centenos hominum, in ſimili morbo curaverit, nunquam tamen in uxore ſua, ſuam adhibere voluit curam, ſemper alios Medicos ſuos amicos vocans; ideò in contractura ex paralyſi, quâ conſors ejus per aliquot ſeptimanas laborabat, Dom. Doct. Kepleri conſilio uſus eſt, cujus arcanum topicum erat hoc:

℞. Marc-

♃. *Marcaſitæ 🜍eæ pulv.* ℔ß. indatur XXco, ſuperaffundantur *vini optimi* menſ. vi. i.e. ℔xij. Stent in digeſtione per dies 30. tandem vino colato adde *rad. cardopatiæ* ℔iij, de novo circulentur; poſt exprimantur fortiter & deſtillentur per 🝭am, vel quod melius filtrentur per chartam ſolùm; Hoc peracto, deſtilla relictam marcaſitam cum leontopodio per 🝭am; deſtillatum miſce cum ſuperiore filtrata infuſione, & denuò ad dimidium uſque inſtituatur deſtillatio. Ex fæcibus priùs optimè calcinatis extrahe ⊖em cum vino ♌to, hoc conjunge etiam deſtillato, ubi adhuc tandem admiſcebis

*ſevi cervini* ſeu *medullæ crurum boum* ℥vj. *axungiæ urſi* ℥ij. *viperarum* ℥ij.

Miſceantur ſupra ignem. Cum hac mixtura inungantur membra reſoluta, ad dies 30. & quidem bis in die calidè. Confert omnibus membris demortuis, obſtructis & induratis, ut & nervis reſolutis.

*Ex Manuſcriptis Cnœffelianis.*

## CAPUT III.

# EPILEPTICA.

Pulvis epilepticus ordinarius Officinæ Regiæ.

F ♃. *Cranii humani ſtrangulati, & cum ▽ epil. ſ. △ in alcool redact. corallior. rubr. præparat. viſci quercin. cert. t. collect. C. C. antepileptici* ana p. æq. *ſacch. albi pulv.* ad pondus omnium.

M. F. pulv. *Doſis* à ℈ß. pro infante, ad ℈j. & ʒj.

Pulvis alius epilepticus Officinæ Regiæ de ſecundina mulieris.

♃. *Secundinæ mulieris (primiparæ filium enixæ) torrefactæ, cranii maſculi anterioris, (violenter mortui & non humati) raſpati* ana ℥ß. *unicornu foſſilis albiſſimi, C. C. ex apicibus ſuper. raſp. & in alcohol redacti* ana ℥j. *coralliorum rubrorum c. aq. epilep. præp. ocul.* ♋ ana ℥ß. *granorum & rad. pæoniæ, decreſcent.* ☽ *collectorum, rad. doronici, viſci quercini* ana ʒiij. *ſuccini ſubtiliſſ. pulv. nuc. moſchat.* ana ℥ß. *ambræ* ʒj. Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Remedium in epilepſia & aliis cerebri affectibus eſt efficax. *Doſis* eſt ℈i. ad ʒß. & ℈ij. In aq. flor. tiliæ, ſeu liquore arboris tiliæ menſe Martio ex corr. extracto. Secundinæ præparationem, *Hartmannus in praxi chim. Beckerus in microcoſm. med. libr.* 1. *cap.* 8. & alii deſcribunt.

Pulvis antepilepticus S. R. Maj. Vladiſlai IV.

♃. *Magiſter.* ☽*æ* ℈iß. gr. ij. *cranii humani, ſuccini pulv.* ana ʒi. gr. iv. *corall. rubr. præp. ſacch. alb. pulv.* ana ʒv. ℈j.

M. F. pulvis. *Doſis* à ℈iß. ad ʒj. in aq. pæoniæ.

Magiſterium Lunæ S. R. Maj.

♃. ☽*æ finiſſ. in tenues bracteolas extenſæ, laminatæ & in orbem conflexæ* ℥i. *▽tis* ℥iij.

Stent in leni digeſtione; ſolutum quod eſt, filtretur per chartam, & ſuperinfunde 🜕 ⊕ri q. ſ. Sic in momento præcipitabitur in alcool, nivis inſtar candidiſſimum. Pulvis ad fundum præcipitatus, affuſa aqua dulci ablui, & ab omni acredine liberari & tandem exſiccari debet. Ingrati quidem ſaporis eſt, ſed majoris virtutis in epilepſia aliisque morbis capitis. Hujus magiſterii beneficio Ser. Rex Vladiſlaus IV. in juventute à comitialis morbi inſultibus feliciter curatus eſt.

Pulvis antepilepticus puerorum
D. D. Pauli Podchocinski.

♃. *C. C. raſpati, & cum decoct. ſem. cinæ & corallinæ ſæpiſſimè inſuccati, rhabarbari, ſacchari mercuriſati* ana p. æq. q. v.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus qui in expellendis vermibus & lumbricis inſignis eſt, ſi drachma una in lacte adhibeatur. Iam

♃. *Pulv. præſcript.* ℈ij. *oſſis triquetri raſpati & in ſubtilem pulverem redact.* ℈j.

Miſce, F. pulvis. In epilepſia infantium ſympathica ex vermibus orta. De quibus & *Foreſtus in lib.* 10. *obſ.* 65. *Martin. Rulandus cent.* 8. *curat.* 13. & plures alii.

Pulvis antepilepticus Dn. D. Cnœffelii.

♃. *Cinnab.* ♁*ii, cranii humani* ana gr. v. *magiſter. corallior.* ℈ß. *ligni aloes, viſci quercini* ana gr. iv. *pulv. noſt.* ⊙*ris* ♁*ti* gr. ij. *ſedativi noſtri compoſiti citrati pro viris* gr. j. Miſce.

F. pulvis, pro una doſi, & tales doſes n. iij. dentur in tribus chartis.

Antepilepticum Solare.

♃. *Cornu alcis abſque △e præp.* ℥j. *cranii humani abſque △e pulveriſ. oſſ. cordis cervi ſine △e in pulverem ſubtilem redacti, corallior. rub. præpar. raſuræ eboris* ana ℥ß.

Mixta inebrientur TRa antepileptica, & per ſe lentè iterum exſiccentur; iſtaque operatio bis vel ter repetatur, ſpecies ita imbutæ, in pulverem ſimul terantur ſubtiliſſimum, inſtar alcool, cui tandem adde

*pulv. ſolaris, ſeu panaceæ Cnœffelianæ* ʒii. ℈i. gr. xiv. *ambræ* q. pl.

Et cum gelatina cranii humani ſeu cornu cervi q. ſ. F. Maſſa, quæ & tinct. ſeu magiſt. rec. granor. noſtr. chermes in gratum & rubicundum colorem adhuc tingi poteſt.

Ex maſſa formentur trochiſci parvi in forma terræ ſigillatæ, ponderantes ℈i. vel ʒß. ad ℈ii. Quod ipſorum doſis eſt, & facile, tempore neceſſitatis, talis unus trochiſcus, in liquore aliquo idoneo & epileptico diſſolvi poteſt.

Antepilepticum Lunare.

♃. *Cranii humani ſine △e pulv.* ℥ß. *unicornu foſſilis, marini, ſuccini albi, oculorum cancri* ana ʒii. *corallior. albor.* ʒj.

Mixta impaſtentur in mortario lapideo *ſedativo noſtro comp.* q. ſ. & denuò lentè & per ſe exſiccentur, & in pulverem ſubtiliſſimum redigantur.

Addi etiam poteſt ſeorſim (quod nos aliquando omittimus propter ſaporem ingratum & adſtringentem.)

*magiſterii lunæ S. R. Vlad.* ʒj. *plus minuſve pro ætate*

*ætatis ratione.* Miſceantur benè. Pulvis ita concinnatus aſſervetur in vitro puro, vel cum gelatina cranii humani, alcis ſeu C. C. q. ſ. formentur orbiculi magni vel parvi, qui proprio ſigno, titulo, & charactere ponderis, notandi ſunt.

Hoc medicamentum ſingulare eſt antepilepticum & apoplecticum, datur & in aliis cerebri affectibus, maximè maniacis, & delirantibus, in febribus venenoſis & malignis. *Doſ.* à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. in liquore entis tiliæ vel alio vehiculo idoneo.

Præparatio cranii humani, cornu alcis, cervi, unicornu, eboris & ſimilium.

HOrum omnium vulgaris præparatio, hucuſque (ante *Clariſſim. Dn. D. Zwelferum*) commendata, fermè ab omnibus Medicis rejicitur, propter ſal volatile, quo animales partes gaudent, quod in illa præparatione conſumitur & in auras evaneſcit, relicta terra damnata. Inde *Helmontius lib. de lithiaſi, cap. 3. th. 29.* ſcribit: Oſſa animalium combuſta nullum ſal fixum retinent, ſed tantum terram inſipidam. Notabilis ergò ſtupiditatis eſt, ebur, & cornu cervinum calcinari in morborum præſidia, quia mercari jubent pulverem viribus orbatum: adeoque & crumenæ & ſpei ægrotorum imponunt, occaſionem benè agendi prætereunt, ac ſeipſos ridiculos faciunt.

℞. *Cranii humani*, (vel cornu alicujus animalis,) *in minutiſſimam raſuram, beneficio limæ raſpati*, q. v.

Contundatur in mortario lapideo, cum aqua aliqua appropriata & deſtillata ad pultis formam; quæ paſta chartæ albæ ſuperextenſa & incluſa, iterum exſiccetur & pulveriſetur, & hoc bis, ter, vel pluries repetatur, donec raſura in pulverem ſubtiliſſimum redigi queat.

*Not.* cranium humanum hîc expetitur non humati, ſed violenta morte interempti hominis, at ſani, & ſi haberi poteſt ſuſpenſi, ſoli expoſitum & conſtellatum, hac etiam cautione, ut potiùs anteriorem, quam poſteriorem ejus partem; & maſculinum maribus, fœmininum fœmellis exhibeantur. Clariſſ. *Dn. D. Cnœffelius*, ſolo oſſiculo triangulari ſeu triquetro fuit contentus, quod in craniis, (ſed non in omnibus) circa principium ſuturæ lambdoidis invenitur.

Magiſterium Cinnabaris Antimonii.

℞. *Cinnabaris ♁ii opt. purificati & pulveriſ.* ℥iv. ∽ ⊖-*li opt. & dephlegmat.* ℥vj.
Mixta immittantur ◯æ vitreæ, &, poſt peractam digeſtionem unius menſis in leniſſimo calore affuſus ſpiritus denuo abſtrahatur. Tandem cinnabrium in fundo vitri relictum, *aqu. flor. tiliæ* ſæpius lotum, & bene exſiccatum, ad uſum ſervetur.

*Not.* Hoc negotium, circa abſtractionem ∽ ⊖-*li*, ſi ſola evaporatione inſtituatur, & cinnabaris interea, ſpatula lignea, continuò agitetur, magiſterium evadet longè rubicundioris & pulchrioris coloris, ex quo cum menſtruo noſtro ſpecifico, tandem extrahi poteſt tinctura pulcherrima.

*Vires* nobiles ſunt in epilepſia, apoplexia, vertigine, aliiſque morbis capitis; Prodeſt & in lue venerea aliis medicamentis ſpecificis adjunctum. Doſ. à gr. v. ad vij. & ℈ß. in aqua appropriata. Inde & componitur

Cephalicum Cnœffelianum.

℞. *Magiſt. cinnab. ♁ii præcedentis, bezoardici mineralis ſolaris* ana gr. v. *ambr. gryſ.* gr. iij. *moſch.* gr. j. M. F. pulvis.

*Vires* titulus indicat. Medicinam hanc quidam Medicus in Germania pro panacea habuit, à quo etiam Author accepit.

Pulvis purpureus Dn. D. Cnœffelii ſecretus,
ſive
Arcanum ALEMETH
in
Epilepſia, quartana, hydrope, podagra & lue venerea.

℞. *Pulv. noſtr. fix.* à gr. j. ad ij. *cæniotomii noſt.* gr. ij. ad iv. *bezoardici ☿ial. ☉laris* à gr. vj. ad viij.
Miſceantur opt. in mortario lapideo ſeu vitreo in pulverem purpureum, ultimam proportionem obſervando, pro una doſi, & tales doſes n. iv. in quatuor dentur chartis; vel cum

*Mellaginis abſtractæ antheſatæ* q. ſ. formentur pilulæ minores argento obducendæ.

Emulſio Antepileptica Dn. D. Cnœffelii.

℞. *Granor. pæoniæ excort.* ℥ß. *tiliæ, nucleor. ceraſor. nigror. excortic.* ana ʒij. *ſem. papaveris albi, & nigri* ana ʒiß. *liquoris tiliæ, vernali tempore coll.* ℥iv. *aq. flor. tiliæ, pæoniæ*, ana ℥ij fiat emulſio, adde *gelatinæ cornu alcis*, ſeu *cervi*, &, ſi haberi poteſt, *cranii humani* ℥ß. *manus Chriſti perlat.* ℥j. *ſedativi citrati pro viris* gr. j. ad gr. ij. *noſtri epileptici comp.* q. ſ. *ſpir. ceraſor. nigror.* ʒij.
Omnia optimè mixta, dividantur in duas partes æquales. Una pars exhibeatur ſub noctem, vel in ipſo paroxyſmo, & paulò poſt, recollectis ſenſibus; alteram partem poſt mediam noctem, vel circa diluculum; poſt exhibitum medicamentum, per tres horas, nihil aliud adhibendum eſt.

Primum ENS ſeu liquor tiliæ, cujus ſæpiùs in Manuſcriptis Cnœffelianis fit mentio.

EST illa aqua ſeu ſuccus mercurialis è tilia vulnerata, menſe Februarii, ex caudice ſeu trunco, prope terram collectus. Modus colligendi eandem habet rationem cum ſucco betulæ, cujus & nos explicationem fecimus ſub *cap. de medicamentis antinephriticis ſecretioribus Dn. D. Cnœffelii.* Uſus hujus ſingularis eſt ad morbum comitialem. Quod *Cl. Ioh. Tiltmannus, in libello ſuo de materia medica*, affirmat, qui ſolo hoc liquore epilepticum integrè reſtituit.

Doſis ℥iij. ad iv. Singulis diebus ter, ſc. mane, meridie & veſperi.

Liquor colligitur, ut jam dictum, menſe Februario, apud nos & menſe Martio, accreſcente luna, cum radicem tiliæ per tranſverſum ſecueris; exſtillans liquor in vaſculo vitreato ſuppoſito collectus, in modum ſucci betulæ, purificetur, & poſtea per ſe, vel adjectis floribus tiliæ, fermentetur, aut deſtilletur,

prout

prout Medico, qui illius uſum deſiderat, videbitur.

Beneficio hujus paratur & hydromel; item potus ſaccharatus, cujus modum (cum aliis liquoribus) extenſe docet *Angelus Sala in Saccharologia & Hydrelæologia.*

Si talibus arboribus (inquit *Clar. Ioh. Tilemannus in libello de materia medica p.* 307.) ſolutio auri vel argenti implantata fuerit, nullis acidulis ſuccus earum cedet, præſertim ſi quinta eſſentia ⊕-li participent.

Modum implantandi arboribus proprietates medicinales & ſpecificas, docet Rev. Pat. *Athan. Kircherus in Arte magnetica lib.* 3. *part.* 3. *cap.* 1. & *Phil. Guibertus in ſuo Medico officioſo cap.* 9. *de fruct. laxativis.*

Succorum conſervatio fit 1. beneficio olei olivarum, pharmacopœorum communi more, ſi vas vitreum anguſtioris colli, cum ſucco prius depurato, ad orificium uſque implebis, cui ſuperaddas oleum de been, vel loco ejus olivarum, idque ad craſſitudinem unius digiti ſupernatet. Vel 2. per modum *Angeli Salæ*, quem tradidit in ſcripto vel *tractat.* cujus titulus *de variis tum Chimicorum tum Galeniſtarum erroribus.* Succum, exempli gratia, betulæ, tiliæ vel cujusvis aliùs plantæ expreſſum, aliquandiu bullire, probè deſpumari, ac ad quartam partem humiditatis ſuperfluæ leniter exhalati ſinito; deinde percolato & in vas vitreum infundito, addens unicuique libræ uncias duas cum dimidia ſpiritus vini, ſine phlegmate; vas interim ritè obturato, & ad ſolem, aut alium in locum calidum per aliquot dies ponito, & ſuccus reddetur puriſſimus, quem per inclinationem decantabis in aliud vas quantum fieri poterit ſine turbatione, relictis in fundo prioris vitri fecibus ibidem adhærentibus. Sic depuratus ſuccus aſſervetur in annos citra corruptionis periculum.

Per modum *Helmontii in tract. diſpenſat. modern.* §. 21. Succi rerum prælo expreſſi, ſolo odore cujuſdam ignis ſulphurei, manent deinceps abſque ſaccharo vel alio additamento incorrupti, cujus favore acquirunt balſamicum aliquid, hauſtus æthereos ſibi incorruptos transferunt ad magnam entelecheian.

Quinam ſit iſte proceſſus, ex eo percipe, quomodo ellychnii ſulphurati ſuffitu vinum conſervatur. Modum vero, quo vitrum anguſti orificii ſulphurari poſſit, *Dn. D. Cnœffelius* annotavit hoc ſenſu, quem ex ejuſdem MSto Germanico huc transfero: Ego lagenâ vitreâ inversâ fili ſulphurati ardentis fumum excepi, idque ſponte ſua extingui paſſus ſum, mox ſine mora ſuccum (tiliæ, betulæ, berberorum vel citri) in illam infudi & orificium ejus arctè deligavi.

### Aqua Antepileptica.

℞. *Liquoris tiliæ* ℔iv. *phlegmatis ⊕-li, vini opt. & generoſi, Hungar.* ſeu *Hiſpanici* ana ℔ij.
Quibus ſucceſſivè immergantur
*flor. rec. tiliæ, lil. convall. primulæ veris, pæoniæ, anthos, cheiri, lavendulæ* ana ℥iij. *ſalviæ, ſummitat. baſilic. rad. doronici* ana ℥j. *pæoniæ rec. cinnamomi* ana ʒij. *nuc. moſchatæ, macis, cardamom. carpobalſami* ana ℥j. *cubebar. ſem. coriandri* ana ℥ß.
Omnia debito tempore collecta & infuſa deſtillentur tandem in baln. vaporoſo, ad ſiccitatem ferè ſpecierum; aqua prolecta ſervetur uſui, in vitro arctè clauſo, cui &, ſi ita placuerit, *ſirupi ſequenti epileptici* q. ſ. pro concilianda gratia ſaporis addi poteſt.

Efficaciter valet in epilepticis, apoplecticis, vertiginoſis, aliiſque debilitatibus capitis. Epilepticos paroxyſmos abſumit & abrumpit, ac morbo iſto percuſſos ſuſcitat. In præſervatione detur ejus dimidii cochlearis menſura, maximè circa mutationes lunæ. In curatione verò & in ipſo inſultu cochlearis integri menſura, quo tempore & in faciem ex alicujus ore vel ex manu inſpergitur.

### Sirupus Epilepticus Puerorum.

℞. *Flor. tiliæ odor. rec. collect.* ℔ij. *liquoris tiliæ* in cella reſervati & prius optimè calefacti ℔vj.
Stent in vaſe vitreo ſeu terreo vitreato atque bene clauſo per viginti quatuor horas; expreſſione facta, infuſio rurſus calefiat, abſque tamen ebullitione, ac reaſſumtis totidem novis floribus, infuſio reiteretur; & poſt ſufficientem macerationem iterum exprimatur, idque tertia vice fiat. Iam

℞. *Hujus infuſionis prius colat.* ℔iß. *ſacchari albiſſimi* ℔ij.
Ac ſola diſſolutione ejuſdem, Fiat ſirupus clarus, qui in epilepſia, vertigine, hemicrania, cephalæa aliiſque morbis capitis efficax eſt; ab ℥ß. ad ℥j. per ſe vel in vehiculis convenientibus propinandus, maximè verò in liquore arboris tiliæ, tali proceſſu:

### Cura Epilepſiæ per Acidulas vegetabiles.

℞. *Liquoris arboris tiliæ purificati* ℔ij. *ſirupi epileptici puerorum* ℥iv. -^- *⊕-li volatilis,* ſeu *viridis æris* q. ſ. ad gratum ſaporem.
Miſceantur optimè. Iulapium tali modo concinnatum, vitris clauſis, ne quid exſpiret, in cella vel alio loco frigido aſſervatur: & ubi imbecillitas capitis illius uſum exegerit, quotidie duodecim unciæ propinentur, ita ut manè jejuno ſtomacho, & tribus horis ante prandium, caliculum unum, quatuor unciarum continentem ebibat; tribus poſt prandium horis, itidem tot uncias; jejunando uſque ad cœnam; & tribus elapſis horis poſt cœnam, reliquas quatuor uncias, tamdiu continuando donec juverit. Interim æger circa ſolſtitia & æquinoctia uno vel altero medicamento ſolutivo ſpecifico, (ex conſilio docti Medici) purgetur, quod facilè fieri poteſt cum ſirupo noſtro helleborato, ſuo loco deſcripto.

### Spiritus Antepilepticus compoſitus.

℞. -^- *⊕-li volatilis, virid. æris* ana p. æquales. Miſce.
Vires cephalicæ ſunt & antepilepticæ inſignes.
Doſis à ℈ß. ad ℈j. in aqua appropriata.

### Spiritus Vitrioli compoſitus, Antepilepticus.

℞. *Phlegmatis ⊕-li,* ſeu -^- *⊕-li roridi* q. v. ſcil. ℥xviij. *capitis mortui ⊕-li rubri* ℥j. *cranii humani* ʒiij. *viſci quercin.* ℥ß. *rad. pæoniæ* ℥j. *cinnab.* ♁ii ʒiij. *ſem. pæoniæ* tantundem.
Mixta deſtillentur per retortulam Doſ. à ℈ß. ad ℈j.

### Spiritus Vitrioli Antepilepticus comp. Dn. D. Cn. Dn. Mart. Metzkero M. Doct. communicatus.

℞. *⊕-li opt. dephlegmat. & calc.* q. v. adde V̄ *tantum*

*um, quantum plegmatis ⊖-lum in calcinatione perdidit*, denuò ad quamvis ℔. prædicti ſpiritus adde *cranii humani, viſci quercini, ſem. pæoniæ, ungulæ alcis* ana ℥j.
Species prius contuſæ & cum ſpiritu opt. agitatæ, poſt ſufficientem digeſtionem, deſtillentur per 🝭am, donec oleum prodeat. Iam

℞. *Hujus deſtillati* 🝆*oſi* ʒvj. 🜈 *alcooliſati ſalviati* ℥iij. Miſce.
*Vel* ℞. 🝆*i deſtillati* ℥ß. 🜈 ℥iij. Miſce. Doſ. in adult. gutt. x. ad xv. & ad ℈j. pro infante gutt. v.

## Spiritus Vitrioli Volatilis Dn. D. Cn.

℞. *Phlegmatis* ⊖-*li* q.v. in hoc ſolve ⊖-*li purificat.* tantum, quantum in ſe ſuſcipere vult.
Deſtillentur per phialam longi colli, capitello huic negotio apto inſtructam, primo quidem lento cinerum igne, & aſcendit 🜍 ⊖-li volatilis vireſcens, in epilepſia, vertigine & capitis affectibus præſtans, inſuper ad arcendam apoplexiam & paralyſin medicamentum eſt deſideratiſſimum. Datur cum vino vel aquis deſtillatis appropriatis, à ℈ß. ad ℈j. plus minusve pro diſpoſitione ægroti & morbi conditione.

## Spiritus viridis æris comp. D. D. C.

℞. *Viridis æris* ℔iij. 🜍*is vivi* ℔j. *arenæ puræ* ℔iv. Mixta & prius pulveriſata (excepta arena) indantur 🝭æ vitreæ, & deſtillentur ex ∴, primo quidem lento & juſto obſervato ignis regimine, poſtea fortiori. Et prodibit ſpiritus acidulo dulcis, guſtui gratiſſimus.

*Vires.* Cephalicus & pectoralis eſt, appetitum & excitat, & in aſthmate eſt remedium ſæpè probatum. Doſ. à ℈ß ad ℈j. cum aquis deſtillatis, ſirupis, conſervis, juſculis vel aliis vehiculis idoneis.

Corallia, margaritæ, & oculi ♋ phlegmate ⊖-li ſoluta, præcipitat in magiſteria butyracea. Elixir proprietatis cum 🜈 paratum eodem ritè acidulatur. Ope etiam hujus fit curioſum ſpectaculum.

℞. *Corall. rubr. gr. mod. contuſorum vel C. C. raſpati* q. v. *ſpiritus virid. æris comp.* q. ſ.
Stent in digeſtione in cucurbitâ vitreâ & amplâ, quod ſolutum eſt, effundatur, & aliud menſtruum affundatur. Solutiones conjunge & ad ſiccitatem lento calore totaliter exhalare permitte; ſic in fundo relinquitur coagulum, in alio vitro mundo & ſpatioſo affuſa aqua deſtillata diſſolvendum, & in locum tepidum reponendum, ibi, poſtquam humiditas abſumta fuerit, aſſurget in ſpeciem arbuſculi corallidis ſive C. C. (quoad ſolutio ex hoc vel illo facta eſt) & quaſi creſcere videtur, intuentibus delectabile ſpectaculum.

## Ros Vitrioli ſive Spiritus Vitrioli humidus.

QUandoquidem hujus phlegmatis Vitrioli ſæpè & multoties hîc fit mentio, plurimis etiam compoſitionibus & præparationibus medicamentorum *Clar. Dn. D. A. Cnœffelii p. m.* admiſcetur, ac ab eodem in præcipuis curationibus panaceæ inſtar, adhibitum eſt, opus erit copioſiorem ejus facere mentionem, jungendo illam laudem & virtutem, qua hoc medicamentum eſt dotatum, & quæ ab aliis Medicis illi adſcribitur.

Antiquis ut & pleriſque noſtræ ætatis Chimicis, prima iſta Vitrioli ſubſtantia incognita (*inquit Angel. Sala in tract.* I. *de vitriolo c.* I.) ideoque ab iis inutilis ad inſtar phlegmatis, rejecta fuit. Quaſi verò DEVS & natura (quæ ſe in omnibus Divinæ providentiæ partibus efficaciter exerit) fruſtra aliquid fecerent. Hermetici dicunt, eſſe quandam quaſi hujus mundi margaritam: quam ſi agnoviſſet Galenus, procul dubio dimidiam ſuorum medicamentorum partem, quæ magno ſtudio, multo labore, longis ac indefeſſis peregrinationibus, in Ægyptum, Palæſtinam, Alexandriam, Romam, Cyprum, Lemnumque ſuſceptis, deſeruiſſet, & ſoli huic medicamento fidem ac fiduciam collocaſſet. Et ſanè (ſcribit *Claudius Deodat. in Pantheo Hygiaſtico l.* I. *c.* 10.) ſi tota medicina non aliud ex toto Vitriolo haberet remedium, quam ſolum hoc phlegma, tamen id (licet ſolo nomine omnib. vileſcat) inter cætera medicamenta ut gemma fulgeret, è cujus radiis plurima medicamenta ſcintillare poſſent. Atque hic eſt ros ille benedictus, quem Dominus DEVS, tot virtutibus & dotibus locupletatum humano generi pro ſui Sanctiſſimi Nominis gloria eſt liberaliter elargitus. Experientia conſtat, (ex eodem *Authore*) hoc vitrioli phlegmate lichenas, impetigines, nomas, & eryſipelata tolli, ulcera maligna repurgari, putrida mundificari, carcinomata eo colluta, ut & ulcera cacoethea ejus uſu purgari, ac faciliorem medelam ſuſcipere; Inſuper ejus uſu cutim poliri, & à quacunque ſcabie repurgari, ut in cuprifabris, fabriſve ærariis, nulla unquam ſcabie laborantibus videre eſt. Aphthis item eximiè prodeſt, & oris ex putredine natis exulcerationibus, quales poſt longas febres emergunt, vel ſcorbutum illum inſolentem comitantur: unde utiliter eo os colluitur aqua aliqua convenienti, plantaginis, prunellæ, aut centumnodii remixto; ſic partes ſtringit, putredinem & ſerpentia oris ulcera coercet ac perſanat; laxis gingivis firmitudinem præſtat, mucum & tartarum circa eorum radices hærentem abſtergit, eademque loca purificat, gratum oris ſaporem inducit, linguæ faſtidia tollit, quæ in ardentem pennam excurrere potuiſſent. Datur & hic liquor commodiſſimè febrientibus aqua cichorii, endiviæ, acetoſæ, nymphææ, lactucæ, fragariæ, aut alia convenienti mixtum, lauta ſanè ac larga doſi. Eſt enim remedium ſecuriſſimum, quod purgato prius corpore, utpote alterando febres fugat, quaſcunque viſcerum obſtructiones aperit, ac penetrat, oris amaritudinem tollit, & aufert, cibi faſtidium adimit, appetentiam inſtaurat, praſinam bilem, ejuſque ferociam domat, & quoſvis fellis inſolentes motus moleſtos, periculique ſubinde plenos compeſcit, ac exuſtis internis calore partibus ſolamina præbet.

In Epilepſia morbove comitiali cum aqua vel ſpiritu ceraſorum nigrorum, aut cum ſtillatitio pæoniæ, aut florum tiliæ, lilii convallii, aut roriſmarini vel dentariæ liquore ſaluberrimè porrigitur, præſertim ſi ex conſenſu ventriculi & nervorum ſexti paris ei implantatorum conſpiratione morbus originem traxerit, aut exinde dependeat.

In dyſpepſia & bradypepſia ventriculi vino permixtum, utiliter exhibetur: In renum ac veſicæ obſtructionibus, & urinæ ſuppreſſione, cum aq. ſaxifragiæ, ononidis & linariæ: at in hydrope cum aqua lumbricorum terreſtrium & modico ſirupi cinamomi, ſalubriter porrigitur: ut & in affectibus uterinis, cum aq. panacis Heraclei, Artemiſiæ, meliſſæ &c.

Præter alias quamplurimas, quas in ſe hoc phlegma continet utilitates, longævitati maximè idoneas, vim quoque habet mundificandi, aperiendi, obſtructiones reſerandi, ac viſcera purificandi, & ab infarctibus liberandi. Humidum præterea radicale conſervat,

vat, firmatque omnes ac ſingulas partes, nutricationi dicatas, ſanguinis aduſtionibus, jecoriſque exæſtuationibus medetur, phlogoſes reprimit, cerebri meatus aperit, internas putredines arcet, ſudores movet, præſertim ſi cum aqu. cardui benedicti aut pimpinellæ porrigatur. Febrium peſtiferarum malignitatem pesſundat, ac in ipſa peſte ſudaturo cū aq. Stapediana porrectum, veneni vires frangit, eaque tam in chimia quam medicina præſtat opificia; phlegma hoc etſi infirmius ſit ſpiritu, at continuato uſu, & idipſum præſtat, quod ſpiritus, licet paulò tardius; Phlegma enim aquoſitate ſua ſpiritus acrimoniam nonnihil retundit, ac ejus ſubtilitatem ſuo quodam pondere deprimit, ita ut agilitatis perfectio in phlegmate multo ſit remiſſior, at verò etiam ſcrupuloſis (tametſi nullus hic ſit metus, nec ullius emergentis mali inexpectati formido) ſecurior viſa. Hæ ſunt virtutes hujus nobiliſſimi medicamenti, pro quorum theſauro Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto ſit immortalis laus, honor, gloria, & gratiarum actio ſempiterna.

Modus deſtillandi hoc phlegma ſive rorem ⊖-li facilis eſt, & omnibus pharmacopoliis notus, & deſcribitur ab *Angelo Sala*, *Schrœdero*, *Rolſincio*, aliiſque quampluſimis Medicis, præcipuè verò à *Paracelſo* (qui ſummum dicit arcanum pro caduco in ⊖-lo eſſe & non in oleo, ſed volatilitate) ideò hic ejus proceſſum recenſere ſuperſedeo. Id tamen ſciat B. L. quod ex una ſpecie vitrioli, major copia roris ſeu phlegmatis, cum ſuo ſpiritu volatili elicitur, quam ex alia; cui & multum ad hoc negotium adjuvare ſolent vaſa deſtillatoria, in quibus ratione materiæ maxima eſt diverſitas, & multo major quantitas extrahitur ex ollis ſeu matraciis ferreis, ſi vitriolum inde deſtilletur, quam ex vaſis terreis, lapideis, vitreis, ſeu vitreatis; quod ipſe ſæpius obſervavi, & *Cl. Dn. D. Cnœffelius*, in manuſcripto ſuo laborum chimicorum ſibi curioſè & diligenter annotavit; placuit ergò hîc annectere tabulam, ex qua uno intuitu quaſi oculis opponuntur labores circa hoc phlegma, quo diverſis temporibus, ex diverſæ ſpeciei vitriolo, variiſque vaſis à ſæpè citato authore elaboratum fuit; & ſemper plus ex uno, quam ex alio extractum eſt.

[ *Hîc inſeratur Tabula pag. ſeq.* ]

Crediderim vero, quod *Author noſter* tempore praxis ſuæ hujus phlegmatis vitrioli plus conſumſerit, quam fortaſſe omnes reliqui Medici in Polonia ſpatio integri ſeculi; quod *ipſius obſervationes & curationes* conteſtari poſſent, ſi aliquando à conſanguineis proderentur & typis excuderentur. Id vero ut fiat, ſicut cordicitus opto, ſic inprimis laudati toties *magni noſtri Andreæ Cnœffelii* Germano ex fratre filium, *D. Andream Cnœffelium Reg. Maj. Polon. Secretarium, Medicum aulicum, & Conſulem Mariæburgenſem, amicum meum ſingularem*, hiſce peramanter invitatum volo, rogans ut hæc & alia patruelis ſui MSSta, hactenus quaſi ſepulta, poſteritati, pro hoc beneficio ſine dubio perpetim gratæ, communicare velit.

Spiritus Vitrioli roridus per cohobia.

PAracelſus in ſolo vitrioli phlegmate deſtillatione ad ſiccitatem uſque peracta nō contentus ulterius progrediebatur colcothari nempe rubeo reddendo ſuum phlegma, idque toties cohobando, h. e. novies aut decies reaffundendo ac deſtillando, dum ſpiritu, omnes humidi & ſicci evocarentur ab ipſo colcothare unde longè potentius & efficacius reddebatur remedium. Qui ergò ſpiritum iſtum deſiderat, is procedat in hunc modum.

℞. *Vitriol. opt. Hungar.* ℔ v. deſtill. ex phiala vitrea ſ. terrea per XX. Liquor ſ. phlegma colligatur & cohobetur ſuper caput mortuum, deſtillando uſque ad nonum alembicum, quæ phraſis Theophraſti in ſenſu disjuncto ita accipienda eſt, ut prior deſtillatio ſuper caput mortuum per octo cohobia repetatur, atque ſic per nonum alembicum labor abſolvatur.

*Not.* Hoc phlegma, quod poſt quartam cohobationem colligitur, eſt ille ſpiritus vitrioli roridus communis à Cl. Dn. D. *Rolfincio in Chimia in artis form. red. l. 3. c. 7.* deſcriptus, cephalicum & antepilepticum inſigne, cujus doſ. à ℈j. ad ℈ij. in aqua liliorum convall. ſ. qu. & ab ipſo tingitur ligno paranambuci vel torna ſolis in colorem rubicundiſſimum.

Colcothar vero poſt nonam cohobationem cum ſuo phlegmate & ſpiritu prorſus imbuto indatur retortæ Waldenburgicæ & recipiente admoto atque gradibus ignis obſervatis in furno reverberii deſtillentur ſpiritus omnes humidi & ſicci, qui tanquam theſaurus in vitro aſſervandi ſunt.

*Paracelſus* imbibito hoc modo colcothari, (*per nonum ſc. alembic.*) ∇i rectificati admiſcebat tantum, quantum pro imbibitione ſufficiebat, ut inſtar paſtæ fieret, commixta poſt peractam digeſtionem per unum atque alterum diem, omnia dicto modo in recipiens nudo & ſimplici igne gradatim adaucto deſtillabat: tandem theriacalis aquæ camphoratæ quarta parte adjuncta denuo deſtillabat. Medicamentum inde in epilepſia admirandæ virtutis, & longè potentius ac efficacius, quam phlegma antecedens, tam ad excitandum durante paroxyſmo, quam ad præcavendum ac curandum morbum. Doſ. ℈ß. in liquore aliquo congruo. Hic ſpiritus ⊖-li compoſitus, ſi rectè paratus eſt, ſolvit folia auri injecta, à Chimicis *ſpiritus vitrioli aurificatus Paracelſi dictus*.

Spiritus Vitrioli roridus per cohobia,
à Dn. D. Andrea Cnœffelio,
anno 1638 d. 15. Febr. & ſeqq. eleboratus.

HAc ipſa die Dn. D. *Bertramus* de ſuo vitriolo depurato ℔v. in meo laboratorio deſtillationi deſtinavit. Phlegmatis leni igne inde prolecti ℔iß. quaterno cohobio abſtracta eſt.

Die 16. 17. 18. 19. dicti menſis, qua ultima celebrabatur cohobatio, proliciebantur tres octavæ ℔ræ, hæ die 22. capiti mortuo affuſæ, ℥iß. deſtillatione reddiderunt.

Die 15. Martii, ⊖-li ℔ vj. in cucurbita terrea cum alembico vitreo in anemium miſſæ circiter ℔iß. phlegmatis reddebant.

D. 16. cap. mortuum ſuo phlegmate iterum nutritum, reddebat in deſtillatione ℔ij. ℥iv.

Die 17. in ſecundo cohobio accepi ℔j.

D. 18. in tertio cohobio accepi ℔ß. cum ℥ij. (ſ. ℥x.)

D. 19. in quarto cohobio accepi ℥vj.

D. 20. in quinto cohobio accepi ℥iiiß.

D. 21. in ſexto cohobio accepi ℥iiß.

D. 30. in ſeptimo cohobio accepi ℥ij.

 D. 31.

## *Tabula Laborum Roris Vitrioli diverſis temporibus & modis, variiſque Inſtrumentis deſtillati.*

| Deſtillationis Annus | Deſtillationis Dies | Species vitrioli crudi. | Pondus ⊖-li. | Vaſa deſtillatoria. | Fornaces & gradus ignis | Spatium temporis deſtillationis. | Quantitas phlegmatis extracti. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1638 | 15. Febr. | Ex vitriolo Bohemico | libr. 5. | in retortâ terreâ | igne aperto in fornace probatoriâ | ſex horis | ℔iß. |
| 1638. | 15. Mart. | Ex vitriolo Bohemico | libr. 6. | per alembic. lapideum. | in fornace acediæ dictâ | ſex horis | ℔iß. |
| 1654. | 13. Iulii | Ex vitriolo Sileſiaco | libr. 12.<br>libr. 12. | per ollas terreas duplicatas. | in fornace calcinatoria tectâ | hor. 12.<br>hor. 16. | unc. 38.<br>unc. 30. |
| 1654. | 21. Sept. | Ex vitriolo Hungarico in Poloniâ | libr. 12. | per ollas duplicatas Caſimirianas. | in fornace diſſolutoriâ tectâ | hor. 24. | unc. 41. |
| 1654. | 6. Nov. | Ex vitriolo Hungarico | libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12. | in ſex cucurbitis ferreis | in fornace ventoſâ longâ | hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 24. | unc. 30.<br>unc. 30<br>unc. 30.<br>unc. 30.<br>unc. 30.<br>unc. 30. |
| 1655. | 16. Mart. | Ex vitriolo Hungarico à Iudæo Cr. empto. | libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12. | in quinque cucurbitis ferreis | in fornace ventoſâ longâ | hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 22.<br>hor. 24. | unc. 44<br>unc. 34.<br>unc. 44.<br>unc. 34.<br>unc. 34. |
| 1655. | 18. Mart. | Ex vitriolo Suetico Dantiſci empto | libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12. | 1. in ollâ terr.<br>2. in ollâ terr.<br>3. in cucurbi-<br>4. tis ferreis. | 1. in fornace<br>2. calcinator.<br>3. ex arenâ<br>4. ex arenâ | hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 24.<br>hor. 24. | unc. 40.<br>unc. 40.<br>unc. 50.<br>unc. 50. |
| 1655. | 12. April. | Ex vitrioli Goſlarienſi | libr. 12. | in cucurbitâ ferreâ | fornace ventoſâ | hor. 18½. | unc. 60. |
| 1655. | 10. Maji | Ex vitriolo Goſlarienſi | libr. 12.<br>libr. 12. | ex ollâ ferr.<br>ex ollâ ferr. | in furno ventoſo | hor. 18½.<br>hor. 18½. | unc. 63.<br>unc. 63. |
| 1655. | 25. Maji | Ex vitriolo Goſlarienſi | libr. 12. | ex cucurbita vitreâ | in arenâ | hor. 24. | unc. 46. |
| 1655. | 7. Iunii | Ex vitriolo Goſlarienſi | libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12. | in ſex cucurbitis ferreis | in fornace ventoſâ novâ & nondum exſiccatâ | hor. 28. | unc. 68.<br>unc. 60.<br>unc. 60.<br>unc. 54.<br>unc. 52.<br>unc. 54. |
| 1657. | 16. Iulii | Ex vitriolo Hungarico | libr. 12.<br>libr. 12.<br>libr. 12. | Ex vitreâ<br>ex ferreâ<br>ex ferreâ,<br>cucurbitâ. | in fornace ventoſâ | hor. 26. | unc. 52.<br>unc. 60.<br>unc. 53. |

D. 31. In octavo cohobio accepi ℥iß. quem liquorem iterum capiti mortuo affudi.

NB. *Paracelſus* voluit novem deſtillationes, quibus peractis omne phlegma à capite mortuo abſorbetur, ut ſic decimâ deſtillatione meri ſpiritus prodeant, & hoc ipſe vult per nonum alembicum.

In iſto labore hoc peculiare adverti, quod in quavis deſtillatione ⊖ ⊕-*li volatile* in XXco ſublimatur; & idem cum phlegmate elutum colcothari cum manifeſtâ ſemper ebullitione redditur.

D. 8. Aprilis, ſex illas vitrioli libras, quas 15. Martii deſtillaveram, & poſtmodum ſepties cohobando, ſuo phlegmate nutriveram, mane deſtillare cœpi, per totam noctem urgendo opus, atque ſic porro die 9. & 10. uſque ad meridiem undecimæ, (toto eo tempore vapores commiſſuram vaſorum penetrantes moſchum gratiſſimè redolebant,) quando ignem extingui paſſus ſum, & poſtmodum duodecimâ receptaculum removi; in eo ſpiritus denſioris ac foris ex brunno flaveſcentis uncias ſex cum ſemiſſe reperi. Puto me plus potuiſſe acquirere, niſi animadvertiſſem vas ſeu urceum in fundo rupiſſe adeoque non parum materiæ per rimas penitus rubras excidiſſe.

Notandum ergo in poſterum, ut diligentius caveatur, ne in cohobationibus urceus in vehementi illa ebullitione rumpatur, (pedetentim itaque phlegma affundendum eſt, haut largiter aut confertim,) quin &, ut pro deſtillando cohobato colcothare recens urceus adhibeatur, eique tegula latior, pro defenſione vaſis ab ignis nimis vehementer feriente flammâ, ſubſternatur. Colcothar reſiduum ex ſupra dictis ſex libris materiæ deſtillationi deſtinatæ, pendebat jam libram unam cum unâ quartâ.

Mixtura Antepileptica in forma ſolida.

℞. *Extract. opii inſpiſſ. granor. pæoniæ inſpiſſ. radic. mandragor.* ana ℥ß. *pæon. viſc. querc.* ana ℥ij. *ſemin. papav. alb. & nigr.* ana ʒvj. *mag. cran. hum. reſol.* vel loco hujus *gelatinæ, corall. rubr. butyr.* ana ℥j.

Miſc. probè in mortario vitreo, ſign. ut ſupra. Doſis ℈ß. ad gr. xv. & ℈j.

Mixtura Antepileptica in formâ liquidâ.

℞. *Spiritus ſedativ. noſtr. ſimpl.* ℥iv. *aq. flor. tiliæ c. propr. liquore deſt. pæon. ex toto, ſc. c. rad. & flor. ceraſor. nigr. papav. errat.* ana ℥ij. *rad. pæon. pulveriſ.* ʒvj. *viſc. quercin. ſubtil. pulv. ſemin. papav. alb. & nigr.* ana ℥ß. *cortic. mandragor. cran. hum. raſpat.* ana ʒiij. *cinnab.* ♁*ii* ʒj. ℈j. *camphor.* (quæ aliquando omittebatur) ʒij. Pulveriſ. & cum liquoribus optimè prius commixta & agitata ſtent per quadraginta dies in leni digeſtione, poſtea colentur per linteum rarum.

Antepilepticum eſt excellentiſſimum. Doſis eſt à ℈j. ad ʒj. & aliquando ʒij. & maximè circa paroxyſmum. Sumitur etiam vel quotidiè, ſed inprimis circa novilunium & reliquas lunæ quadraturas, præmiſſa purgatione cum pilulis noſtris antepilepticis helleboratis.

Species pro extr. ſedativo generali, aliàs Specificum Antepilepticum Cnœffelianum.

℞. *Sandal. rub. opt. pulv. opii noſtri citrati* ana ʒiij. *rad. ſolani, cort. mandragoræ, gran. pæon. excort.* ana (prius pulv.) ℥ß. *ſem. papav. albi & nigri* ana ʒvj. *cranii humani pulv. corallior. rub. opt. præparat.* ſeu *magiſt. butyr. viſci quercini, rad. pæoniæ conſtell.* ana ℥ij.

Miſceantur & fiat pulvis ſubtiliſſimus, cui adhuc adde *panaceæ* ☉*aris* gr. xx. *fixati* ʒj. (pro unica doſi & aliquando gr. iij.) denuo miſceantur in mortario lapideo. Eſt ſingulare remedium in omnibus affectibus capitis, præſertim in epilepſia, apoplexia, paraphrenitide, mania, vertigine, & memoria deperdita, aliiſque morbis quamplurimis. Doſis à ℈ß. ad ℈j. in aq. appropriata. *Inde fit*

Mixtura Antepileptica ordinaria.

℞. *Specificum antepilepticum tali modo concinnatum*, cui admiſcebis ⁓ *ſedativi*, (*lil. conval. ſcil. cum phlegmate vitrioli ſuperius deſcripti*) ℥xl.

Factâ circulatione per ſpatium unius menſis, ſubtile à ſpiſſo decantatum, aſſervetur in vitro benè clauſo, tandem & ultima bina ingredientia: ſcilicet *panaceæ* ☉*aris* cum *fixato* jungi poſſunt.

Non ſolum in epilepſia & apoplexia, ſed & in omni inquietudine, perturbatione mentis, vigiliis & doloribus, atque turbationibus capitis, maximè in febribus calidis & malignis, cum deliriis, hanc Medicinam cum exoptato ſucceſſu Clariſſ. Author adhibere ſolebat.

Doſis ʒj. ad ʒij. in emulſionibus conſuetis.

Mixtura Topica ſive localis interna, & Extractum ſedativum generale Cl. Dn. D. Cnœffelii, prout anno 1654. d. 3. Mart. ☽. fuit concinnatum.

*Ex diar. MS. laborum Chimicor. authoris.*

1. Anno 1654. die 3. Martii, ☽, infudi localem mixturam, pro futuro uſu, & proceſſu nupertime Dei gratia invento, totam abſque defectu, (exceptis cran. human. & corall. ut in ſequentibus patebit, modo tractandis) cum 🜄 bis deſtillato, ſed tamen propter certas cauſas per deſtillationem in alcool non rectificato; hujus 🜄 pro una mixtura ſpecierum omnium prædictarum, pro prima extractione erant ℥xl.

2. Pro ſecunda & ulteriore infuſione extrahendarum ſpecierum prædictarum, iterum affudi ejuſdem 🜄 ℥xl. ſtetit ab octava hujus, uſque in 13. diem Martii in infuſione, & ſic quinque diebus; filtravi extractam, TRam, & cum præcedenti commiſcui.

3. Pro tertia & ulteriore infuſione harum ſpecierum, denuo affudi 🜄 non adeò rectificati (die 13. Martii) ℥xl. ſtetit uſque ad extractionem TRæ ad diem 19. Martii. ♃.

4. Pro quarta & ulteriore infuſione ſpecierum, die 20. Martii, ♀, iterum affudi 🜄 non adeò rectificati, ℥xl. & iterum ſtetit ad extractionem TRæ, uſque ad diem 27. ♀.

5. Pro quinta infuſione ſpecierum, die 27. ♀ denuo affudi 🜄 non adeò rectificati ℥xxx. ſtetit uſque ad extractionem ad diem 6.

6. Pro ſexta infuſione ſpecierum, die 4. Aprilis denuo affudi 🜄 non adeò rectificati ℥xxx. ſtetit uſque ad ſufficientem extractionem, diem nempe 14. Aprilis.

7. Pro ſeptima infuſione ſpecierum, die 15. Aprilis denuò

denuò affudi 🜄 non adeò rectificati ℥xxx. Stetit uſque ad ſufficientem extractionem, diem nempe 5. Junii.

Spiritus omnes tincti, per cucurbitam in MB. abſtracti, & in patella mea argentea tandem evaporando, ad conſiſtentiam & ſpiſſitudinem mellis redegi.

*Not.* 🜄 iterum abſtractus, ad alios uſus, & pro ſpiritu ſedativo ſimplici aſſervandus eſt.

*Extracto ſedativo ita parato*, admiſceantur adhuc *magiſt. corall. butyrat. gelatinæ cranii humani* ſeu *magiſterii* ana ℥j.
Fiatque maſſa optimæ conſiſtentiæ. Sign. Extr. ſedativum generale.

Remedium excellens & ſingulare eſt, non ſolum in epilepſia ſed & in mania, delirio, & aliis adhuc infirmitatibus cerebri, in quibus cum emolumento exhibetur.

Doſis ℈ß. ad ℈j. per ſe in forma pilularum, vel cum liquore quodam ſolutum, in, ante, & poſt inſultum.

Mixtura alia Topica ſive localis interna, aliàs Sedativum generale per extracta dictum.

℞. *Extract. ſandali rub. inſpiſſati, opii citrati inſpiſſ. granor. pæoniæ inſpiſſ. rad. mandragoræ* ana ʒß. *papaveris alb. & nigr.* (*per expreſſ. & digeſt.*) ʒvj. *viſc. querc. inſpiſſ. rad. pæoniæ inſpiſſ. magiſt. cranii humani butyrac.* (vel ejus loco *gelatinæ*) *corallorum butyrac.* ana ℥ij. *aq. cinamomi* ʒvj. *phlegm.* 🜍*li* ſeu 🜂 *ſedativi ſimpl.* ℥xx. *ſir. entis tiliæ*, ſeu *pæoniæ* ℥vj.
M. F. Mixtura in duabus lagenis, una cum camphora, 🜍o ſive 🜂 camphorato, abſque ſirupo, altera ſine camphora.

Pomum Epilepticum.

℞. *Rad. pæoniæ conſtellat. viſci quercini ſuo tempore coll. granorum pæoniæ certo temp. coll. ungulæ alcis veræ, cranii humani raſpati,* (*triquetri*) *corallorum rubr.* ana ℥ij. *lap. ſmaragd.* ʒvj. 🜍*l. cypr. ſuccini pulveriſ.* ana ℥j.
Omnia prius ſeparatim pulveriſata commiſceantur in mortario terreo vitreato, & cum gummi ceraſorum nigrorum in aq. pæoniæ ſeu liquore arboris tiliæ diſſoluti q. ſ. fiat maſſa tenax, ex qua poſtea formentur duo poma manibus tenenda, ante acceſſum paroxyſmi.

Ex hac maſſa fiunt & amuleta, in forma cordis, item globuli ſeu corallia variis formis, quæ collo appenſa & circa manus alligata, præſidium ſunt optimum ad præſervationem ab epilepſia.

*Nota* 1. Pro fœminis adjiciatur & caſtoreum.

2. Cum ſpeciebus & poſſunt repleri ſacculi ex ſindone rubrâ, qui & collo ſuſpendendi ad regionem cordis.

3. Radix pæoniæ colligenda eſt menſe Aprili, ſole exiſtente in ♈ & ☽a in ♒ mane ante exortum ſolis, quam & per ſe collo ſuſpenſam epilepſiam arcere ipſemet *Galenus* annotavit *lib. 6. ſimpl.* in puerulo ab epilepſia infeſtato, qui geſtata hâc radice, inculpatè agebat, ipſâ verò decidente, protinus convulſionibus novis corripiebatur, ac demum ejuſdem beneficio rurſus ſanitati fuit reſtitutus.

4. Viſcum quercinum, ut & coryli nec non pyri arboris, item tiliæ & ſambuci, (quæ omnia hanc mirificam virtutem habeat repellendi epilepſiam, collo ſolum ſuſpenſa) colligitur ☽â decreſcente inter duo Mariæ feſta, hoc eſt à die 15. Aug. uſque ad 8. Sept. Volunt autem illud quod terram non attigerit, nobiliorque habetur illa pars, quæ quercui propior reſecta eſt. Teſtes ſunt: *Matthiol. Commentar. in lib. 3. Dioſcor. Levin. Lemnius lib. 2. occult. Philoſoph. c. 3. Lonicerus in herb. cap. de viſco.* Unde & *Iodocus Harchius* de eo ſic canit:

*Quod legis è quercu, morbum curare caducum*
*Viribus occultis, creditur eſſe potens.*

5. Grana pæoniæ colligenda quoque ſunt in plenilunio, ſuſpenduntur & à noſtris mulierculis de collo & circa manus, pro arcenda epilepſia; (Sunt qui & loco illorum ſibi *piſum Americanum coccineum*, aliàs abrus, eligunt;) quæ & teſte *Camerario* cum aliis authoribus perhibent utiliter adhiberi, in dentitionibus, febribus & ſpaſmis puerorum; Perelegantia ſunt, rotunda & nigra macula inſignita, quæ corallia planè æmulantur, non modò corallinos globulos nativi coloris elegantiâ provocant, ſed etiam vincunt. Inde & propter elegantiam & daritiem è collo & brachiis geſtantur. Quod nonnullas virgines nobiles interjectis parvis unionibus facere, obſervatur. Hiſpani Pharmacopolæ iis loco granorum hordei æquipondera utuntur.

6. Ungula alcis & apud multos in magna eſt exiſtimatione, inſigni enim pollet adverſus epilepſiam facultate, hyſtericæ item paſſioni & cordis affectibus opitulatur; ſed non omnes ungulas hanc virtutem poſſidere ſcribunt, ſed pro ætate, ſexu, tempore, & ipſius jam unguis ratione, plurimum variare. Feminæ ungulam hac facultate neququam pollere, verùm maris ſolùm, nec pulli, ſed adulti, idque eo tempore, quo in venerem ferri incipit hoc animal, nempe inter feſtum Aſſumptionis Mariæ & Nativitatis ejuſdem, majorem virtutem & ungulis poſterioribus quam anterioribus adſcribunt, & horum quidam pedi dextro, alii ſiniſtro: alii omnes hac vi pollere, non ſine ratione aſſerunt: ſunt & qui velint, has ungulas ab animali adhuc vivente dicto tempore præſcindendas eſſe. Ut quis ab his morbis hujus unguis beneficio præſervetur, annulum ex eo confectum in annulari ſiniſtræ manus aut particulam collo ſuſpenſam geſtet, ut cordis regionem tangat. Teſtes ſunt *Andr. Baccius de Alce. Schenckius Obſ. Med. l. 1. Ioh. Agricola lib. 2. med. herbar. Geſner. lib. de quadruped. cap. de Alce. Apollonius Menabenus. Aldrovandus de quadruped. Pedemont. in lib. de ſecret. Severinus Gabelius de Alce. Petrus Monavius, & Ioh. David Mylius lib. antid. c. 6. Unzerus de epilepſia lib. 2. & plurimi alii.*

7. Cranium humanum. Cranium hîc eligitur hominis ſuſpenſi, Solis & Lunæ radiis expoſiti, & non humati: *Crollius* vult, ut pars anterior & non poſterior, & fœminæ fœmineum, ac mari maſculum accommodetur, inprimis oſſiculum illud triangulare & triquetrum, quod in nonnullis (alii in epilepticis, alii in ſtrangulatis) tantùm reperiri aſſerunt.

8. Corallium rubrum. Quod corallium rubrum, ad collum portatum, ex occulta quadam proprietate multis abundet virtutibus, quod & præſidium ſit, ad præſervationem ab epilepſiâ, teſtantur *Hugo Senenſis in tract. de epilepſia. Sylvius in ſua Practica. Nicol. Piſo de med. morb. Anton. Mizaldus in tract. ex Arnoldo Villanov.* & *Claudius Deodatus, Panth. Hygiaſt. lib. 1. p. 116.* qui ita ſcribit: Corallium à ſano

geſtatum

geſtatum homine elegantiùs multò rubet, & ſi jam à morituro, aut periculosè laboranti geſtetur, palleſcit, liveſcit, variiſque maculis fœdatur. Corallium eſt celebre amuletum, contra manes, dæmoniacas illuſiones, inſomnia falſa, terriculamenta, faſcinationes, incubos, incantationes, venena, epilepſiam, fulgura, fulmina, marinaſque tempeſtates, & quævis pericula. Piſis in Italiâ, frutex elegans corallii cranio humano innatum, conſpicitur, qui præ aliis epilepſiæ remedium eſſe poteſt, modo tales frequentius invenirentur.

9. Vitriolum, ad poma epileptica componenda, eligitur hîc ſapphirinum, quod ☉e in ♌ exiſtente, tempore non pluvioſo, ſed ſereno, fruſtulatim, radiis ſolis, horis 360. exponitur, donec albeſcat. Vitriolum ita concinnatum, eſt ille pulvis ſympatheticus, de quo *Papinius in diſſert. Digbæus*, & alii. Cum hoc ⊖-lo Cyprio ſapphirino adhuc crudo, experiri aliqui volunt, an æger ex morbo aliquo periculoſo evaſurus ſit, ſi nempe guttula una atque altera ſanguinis infirmi, ex baſilica priùs extracti, (ſive è naribus per ſe ſtillantis) ſuper hunc lapidem inſtilletur, mutatio illius coloris ſalutarem ſive lethalem monſtrabit eventum. Ex relatione Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Principis & Domini, *Dn. Lubomirski*, Mareſchalli Curiæ.

10. Smaragdum, vel à collo pendulum vel annulo geſtatum, amuletum eſſe generoſum, prodeſſe & comitiali morbo, omnes, qui ejus mentionem fecerunt, affirmant. *Cl. Ol. Wormius in Muſeo cap.* 18. ejus vires extendit. Contra epilepſiam puerorum collo ſuſpenſus, aut digito geſtatus, eam impedit, ita ut aut morbum tollat, aut frangatur. Coxæ mulieris alligatus partum accelerat, ventri appoſitus eum retinet, ori inditus hæmorrhagiam ſiſtit, & plures aliæ adhuc vires ſmaragdo à dicto Authore attribuuntur. Pro noſtra compoſitione pomorum epileptic. loco illius Orientalis, ſubſtituitur & Europæus, qui in Cypro, Britanniâ, aliiſque locis invenitur.

11. Succinum, ultimum hîc ingrediens, ad conficienda poma epileptica eſt ſuccinum ſeu chryſolectrum, cujus genera, etſi plurima numerantur, attamen non niſi duo officinis in uſum veniunt, album ſcilicet & flavum ſeu citrinum. Ex ſuccino albo in Boruſſia conficiuntur pentacula, cordis formam habentia, item ſphærulæ & monilia, circa collum & brachia, contra capitis frigidos affectus, & catarrhos, ubi præpediunt, ne deſtillationes in guttur ferantur, inprimis uerò defendit ab epilepſia & peſte, collo ejus fruſtum periapti vice appenſum, prius tamen ſeptem planetariis pulſibus confrictum, de quibus *Helmontius de magn. vuln. curat. mihi fol.* 480. Globuli ex ſuccino, & ad oculorum defluxiones, miro ſucceſſu auxiliari dicuntur, annexi occipitio. Pila (inquit *Sennertus in med. pract. lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 2.) è ſuccino, ſi manibus geſtetur & verſetur, & incaleſcat, ac ſubinde naribus admoveatur, ſine offenſione excrementitios humores in capite abſumit, idque roborat. Ex ſuccino albo craſſiuſculè pulveriſato, ſacculus interpaſſatus, & eſſentia piperis longi, cum 🜄 extractâ, madefactus calidè applicatus ſuturæ coronali, eſt ſpecificum in doloribus capitis frigidis, quales ſæpè vexare ſolent mulierculas. Authores ſunt *Hartman. in pract. chym. de dolore capitis*, & *Clar. Iohan. Ferd. Hertod. à T.* in ſuo aureo libello, tartaromaſtix Moraviæ intitulato, *part.* 1. *p.* 37.

Corallia rubra factitia contra Epilepſiam.

QUoniam amuletorum hîc fit mentio, non abs re erit inſerere unam & alteram coralliorum fictorum deſcriptionem, diverſiſque coloribus, quorum uſus non ſolum ornandi cauſa eſt, ſed & in eundem finem nempe contra morbum comitialem, alioſque morbos capitis, inſtituitur. Ideo

℞. *Raſuræ cranii humani, violenta morte interempti etiam per reiteratam impaſtationem*, -- ⊖-*li volat. q. ſ. in pulverem ſubtiliſſimum redactæ, fragmentor. coralliorum rub. cum ſucco arboris* tiliæ ſeu pæoniæ ſubtil. præparatorum ana ℔j. *rad. pæoniæ conſtellatæ, viſci quern. pulveris* ana ℥iij. *ſuccini utriuſque pulv.* ℥iß. *lap. carpion. ſemilunar. ſupra eorum oculos reperibilium, quando haberi poſſunt, cinnabrii antimonii & nativi* ana q. ſ. ad inducendum colorem nativum.

Omnia ac ſingula prius ſeparatim pulveriſata, & poſtea probè commixta cum albumine ovorum, vel mucilagine tragacanthæ (per ſucc. tiliæ factâ) q. ſ. redigantur in maſſam rubicundiſſimam, ex qua poſtea, coralliorum formâ, globuli, vel tabulæ perforatæ formentur, qui tandem benè exſiccati & politi, filo (ex nervis pedis ſiniſtri alcis) connectuntur, & collo appenduntur: poſſunt & inſervire pro brachialibus, aut coronis precariis, vel pro pomis luſoriis, manibus ante paroxyſmum tractandis.

Ex eâdem maſsâ & amuleta fingi poſſunt, cordis formâ. Sunt &, qui ſolum ex puris coralliorum fragmentis (prius in ſubtiliſſimum alcool redactis) cum albumine ovorum, & cinnabrio ☿ii ſeu nativô, q. ſ. ad naturæ æmulationem, globulos efformant.

Coralliorum imitationis modum docent *Ioh. Bapt. Porta. Anshelm. Boëtius de Boot lib.* 2. *de lap. & gemm. c.* 115. Item *R. P. Athan. Kircher. in mundo ſubterraneo lib.* 12. *part.* 3. & præ aliis ſatis curiosè *Cl. Ioh. Ludov. Gans, Med. Franc. in hiſtor. Coralliorum. c.* 10.

Et nobis adhuc reſtant modi varii ad imitanda illa arbuſcula corallii rubri, nempe ad externam formam & colorem, & ita accurati, ut à veris & naturalibus vix diſcerni poſſint, quorum deſcriptio in alio loco ſuo tempore communicabitur.

Corallia contra Epilepſiam nigri coloris.

℞. *Ungularum alcis in ſubtiliſſ. ſcobem redact.* ℔ij. *lixivii cinerum fraxini, per aquam tiliæ* ſeu *pæoniæ fact.* q. ſ.

Mixta ſtent in digeſtione per 14. dies poſtea coquantur tam diu, donec materiæ liqueſcant & in pultis craſſioribus formam abeant. Separato pulmento adde *cranii alcis* & *cornu alcis in olla nova & clauſa ad nigredinem, vel tam diu, donec pulveriſari poſſint, toſtorum* ana ℔ j.

Vel, quod melius erit, cranium & cornu alcis limâ in ſubtiliſſimam ſcobem redacta in mortario lapideo, cum *aq. pæoniæ* ſeu *tiliæ* q. ſ. in maſſam ſatis craſſam impaſtata, ſuper chartam deinceps claudendam extenſa, iterum exſiccentur, & pulveriſentur; labore eo bis vel ter repetito, donec in ſubtiliſſimum pulverem redigi queant; quibus adhuc adjicitur

*gum.*

| | | |
|---|---|---|
| *gum. ladani,* *benzoin.* an. ℥iß. *animæ,* *ſtoracis* an. ʒß. *moſch.* & *ambr.* ad pl. | Pro fœminis loco horum admiſceantur | *gum. animæ,* *galbani,* *myrrh. rub.* *ſuccini* an. ʒj. *caſtorei* & *campo.* ad pl. |

& cum *mucilagine tragacanthæ*, per *aquam pæoniæ* vel *tiliæ* factâ fiat maſſa tenax, ex qua figurentur corallia, quæ benè exſiccata adhuc torno adhibito, poliri poſſunt. Globuli tandem perforati, filo trajecto, (ex nervis alcis, ſiniſtri pedis ſcilicet) collo & brachiis, loco coralliorum & margaritarum naturalium, inſervire poſſunt. Ex maſſa formentur & in typo argenteo, amuleta cordis formâ, collo appendenda; vel poma magna, circa paroxyſmum manibus tenenda, prout curioſis placebit. Tempus efformandi globulos inſtituitur ☉e exiſtente in ♌e, ☽â verò decreſcente. Non ſolum epilepticis, ſed & lunaticis inſerviunt.

## Amuletum Cœleſtinum, contra vertiginem, melancholiam & ipſam Epilepſiam.

℞. *Cornu alcis raſpat. & in ſubtil. pulv. redacti, cranii humani raſpat. & in pulv. ſubtil. præp.* (*per reiteratam impaſtat. ſcil. cum aqua n. epileptica*) ana ℔ß. *ſtercoris pavonis, ſuccini albi ſubtil. pulveriſ. lapidis lazuli, armeni,* ana ſubtil. præp. q. ſ. *ad inducendum colorem cœleſtinum.*

F. cum *gum. tragacanthæ* (per aquam pæoniæ prius diſſoluto) q. ſ. præſtat, unde formentur placentulæ rotundæ, vel cordis formæ, vel corallia perforata, quæ in umbra prius bene exſiccata à tornario poliri poſſunt, ac monilium & armillarum loco geſtari debent. Vel ipſa paſta includatur capſulæ argenteæ perforatæ vel zendalo rubro, & ſuſpendatur ut jam dictum de collo ad regionem cordis, ut ſtomachum tamen contingat. Virtutes horum titulus indicat.

## CORCVLVM BENEDICTVM CNOEFFELIANVM.

SÆpè à nobis præmemoratus p. m. Dn. D. *Andreas Cnœffelius*, Archiater quondam SS. RR. MMaj. Ioannis Caſimiri & Uladiſlai IV. Regum Polon. & Suec. aliam adhuc extraordinariam poſſidebat Medicinam, lapidem nempe factitium, in forma cordis efformatum, hunc pro corculo ſuo benedicto habebat, (ſic ei indiderat nomen) illud in capſula aurea perforata, formaque cordis elaborata, ſemper collo appenſum ſecum portabat, tem pro magno & glorioſo arcano, & theſauro ſingulari habens.

*Uſus* hujus corculi benedicti erat in epilepſia, mania, delirio aliiſque morbis capitis; item pectoris aliarumque partium; maximè in morbis acutis, malignis inquietudinibus, & in illis morbis, ubi aliquando tot ſymptomata ac ſymptomata ſymptomatum fuerunt, ut vix morbus ipſe dignoſci potuerit.

Modum verò ſequentem, *Cl. Dn. D. Cnœffelius* in adminiſtratione illius ſervavit. Hoc corculum perforatum, ſeu capſulam auream, multis foraminulis elaboratam, cum incluſo lapide immiſit in liquorem aliquem, ſcilicet deſtillatam aquam, decoctum hordei, vel aliquando etiam in ſimplicem aquam fontanam ordinariè verò eligebat ſibi emulſionem aliquam ex ſeminibus idoneis, vel amygdalis ſeu aliis nucleis, & ſimilibus rebus extractam, quando eam habere potuit: ibidem reliquit ſpatium, quo oratio Dominica recitari poſſet præter propter, pro conſtitutione morbi, & ſymptomatum, nonnunquam iteratis vicibus ter vel quater; liquorem itaque ſic Medicinâ infectum, infirmis ſuis poſtea (ut ego ipſe ſæpiùs obſervavi,) maximè delirantibus, in febribus acutis, item etiam fœminis hyſtericis, pro compeſcendo utero propinavit, vidi & hoc, quod ſumto iſto potu, paulò poſt infirmi quieſcere & ad ſomnum inclinare ſoliti ſint, expergefacti, ſe melius habuerint, & *Dominus Cnœffelius* ſic medicamenta ſua ſpecifica, ſibique familiaria & morbo reſiſtentia adhibendi opportunitatem obtinuerit.

## *Forma Capſulæ Aureæ Perforatæ* Sive *Corculi Benedicti Cnœffeliani.*



Capſulam verò auream ſeu corculum benedictum, cui hic lapis incluſus occultabatur, poſt dictam infuſionem ſtrophiolo abſtergebat, id interdum propria lingua lingens, antequam è collo regioni cordis, iterum appenderet. Obſervavi etiam ipſum illam infuſionem ſeu potum non facile adminiſtraſſe niſi in ſumma neceſſitate.

Tandem ex quibus *corculum hoc benedictum Cnœffelianum* fuerit compoſitum, ne videar invidus, libenter exponam. Dico itaque compoſitionem hujus lapidis in nullo recedere à *lapide Butleriano*, ſeu *Drief Helmontii*, & illum eandem cum hoc Medicinam fuiſſe, cujus explicationem & deſcriptionem *Dn. D. Cnœffelius* (in reditu ſuo ex Gallia per Belgium) ab ipſomet *Dn. Helmontio* accepit, ex libro manuſcripto ejus, per me excerpto, quæ talis erat:

℞. ⊖*is Philoſophici* ʒiij ß. *ſulphuris philoſophici* ʒj. *uſneæ cranii humani* gr. *vj.*

Miſc. ad mentem Helmontii tali pacto: Sali marino fuſo, à fece extracto, ante omnimodam condenſationem commiſceatur ſubtriplum *entis veneris*; tigillum cooperiatur; dum autem refrixerint, contundatur in pulverem, cui adjungenda uſnea; pulverem commixtum tandem, cum ichthyocollâ ſolutâ in trochiſcos ſuper lapidem compingi oportet, ſic compos eris tui deſiderii.

Hic vero notandum, pulverem prius cum grano uno atque altero medullæ panis ſiliginei recentis & mollioris impaſtandum, poſtea cum ichthyocolla imbuendum,

imbuendum & miſcendum, ſic tandem deſideratum lapidem efformandum, quem exſiccare tandem oportet incluſum charta, in loco umbroſo & temperato.

Alioquin abſque pane, negotium non benè ſuccedit, quod compendium *Helmontius* ſilendo tranſivit.

Paratur & *Drief Helmontii* modò in Germania à multis curioſis doctiſque viris, an verò promiſſis hoc remedium reſpondeat viribus, mihi adhuc experiri non licuit.

Quæritur & hîc, *Ens Veneris Helmontii* quid ſit? & quomodo ita dicatur? quomodo præparetur? quo fine? quos uſus præſtet? quid habeat? Hîc ſolum aliquid de ejus uſu & virtute; qui plura deſiderat, inſpiciat *Helmontii tract. de lithiaſi*, & quidem integrum caput octavum, ubi fuſius materiam hanc tractat. Hujus fixati, quod *Helmontius pag.* 347. (*in quarto edit. noviſſ.*) commendat, fit & mentio *à Iohan. Pharam. Rhumelio, in Antidotario ſuo chym. p.* 151. ſed non ſatis ſequeſtrati. *Clariſſ. Dominus D. Andr. Cnœffelius* in præparatione atque ſublimatione illius ſequentem hanc obſervabat proportionem & modum:

℞. *Vitrioli ſcil. phil. prius calcinati*, p. ij. ⊖ *✱ci* part. j.

*Terantur* primò ſingula, poſt miſceantur exactè & chimico more ſublimentur; labor iterum iterumque repetendus, ſcilicet quater vel quinquies, ſemper admixto proprio capite mortuo, ubi in ſingula elevatione copia florum minuitur. Vide plura ſuperius in præparatione medicamentorum ſedativorum, ubi explanatius & dilucidius ſulphuris philoſophici fit mentio.

*Sal marinum philoſophicum* eſt ſal illud, ex capite mortuo ſalis marini, poſt deſtillationem ſpir. extract.

De *uſnea cranii hominis* videatur citatus *Helmontius de vulnerum curatione* §. 41. *uſque ad* §. 62.

## *TITVLVS VIII.*

## OPHTHALMICA.

### Vinum Medicatum Polychreſtum, primariò quidem & principaliter directum ad vitia oculorum, ſive ad viſus obſcuritatem ex humoribus frigidis cauſatam: ſecundariò autem ad oppilationes venarum & omnis generis venena, S.R.Maj. SIGISMVNDI III. Pol. & Suec. Regis.

℞. *Herb. & flor. euphraſiæ* m. x. *roriſmarini* m. v. *betonicæ* m. IV. *botryos, ſalviæ* ana m. iij. *chelidonii, verbenæ maris* m. iß. *cardui benedicti* m. ij. *flor. calendulæ* m. j. *ſtœchad. Amb. ſem. fœnic. ſileris montan.* ana m. ij. *cort. citri* m. IV. *ligni ſaſſafras conciſi* ℥x. *rad. zedoariæ* ℥j. *diptami albi, ireos flor.* ana ℥ij. *cardamomi* ℥j.

Conſcindantur herbæ paululum exſiccatæ, demptis ſtipitibus, & cum reliquis ingredientibus craſſiuſculè contuſis miſceantur, & in tres partes æquales diviſæ, ſacculiſque oblongis immiſſæ, ac in vini Rhenani recentis, ſeu muſti vaſculo, quod Amam vocant, immergantur, macerenturque per tres vel quatuor ſeptimanas, ut hoc pacto vinum illud cum herbis efferveſcat, & vis illarum extrahatur, cumque vini ſubſtantiâ uniatur. Poſtea ſacculi extrahantur è vaſe, ut feces ad fundum reſideant, & vinum clareſcat, atque ad uſum accommodari poſſit.

Dotes & vires. Vinum hoc Medicatum licet propter ſua ingredientia præſtantiſſima variis polleat viribus, tum ob herbas ophthalmicas, præcipuè euphraſiam quæ baſis hujus compoſitionis eſt, valet mirificè ad omnes affectiones oculorum, ex frigidâ & humidâ causâ ortas: utpote ad incipientes cataractas ſeu ſuffuſiones, lippitudines, aliaſque viſus debilitates tàm avertendas, quam profligandas, eò quod cerebrum debile roborat, & defluxiones ejus frigidas exſiccat; imagines, culices, muſcas, aliaque corpuſcula oculis obverſantia diſpellit, oculoſque caligantes emendat, ſpiritus viſivos reficit, roborat & auget.

Secundariò autem propter alia ingredientia cephalica, ſtomachica, hepatica, cordialia & alexiterica compoſitioni huic inſerta, hepatis oppilationes aperit, ictericiam ſanat, pectoris & pulmonum vitiis ſuccurrit, aſthmati & orthopnœæ medetur; paralyſin, epilepſiam, vertiginem, colicam, & alios morbos ex frigida cauſa exortos extirpat: uteri ſuperfluitates ac intemperiem frigidam & humidam tollit. Venenis ac præcipuè lui peſtiferæ præſtantiſſimum eſt remedium, tàm præſervativum, quàm curativum.

Quod ſi autem vinum illud medicatum ad ſolam viſivam potentiam roborandam, & organa ejus conſervanda, dirigi debeat, tunc ſequens compoſitio ſeu recepta accipiatur, quæ ut ſimplicior, ita etiam gratior erit palato:

℞. *Fol. & flor. euphraſiæ, betonicæ, ſalviæ, chelidonii* ana m. ij. *roriſmarini* m. iij. *ſem. fœniculi* ℥IV. *ſiler. mont.* ℥j. *ligni ſaſſafras conciſi* ℥ij.

Incidantur herbæ remotis ſtipitibus, & miſceantur, ſacculoque oblongo, ex tela munda, aut ſindone alba immittantur, & ſic muſto ſeu vino recenti Rhenano immerſæ, macerentur per tres aut quatuor ſeptimanas, ut vis herbarum eo melius extrahatur, & cum ſubſtantia vini uniatur.

Hanc deſcriptionem, S. R. Maj. VLADISLAVS IV. ad examinandum, Collegio ſuo Medico obtulit, quam adhuc à Parente ſuo p. m. Ser. Pol. & Suec. Rege, SIGISMVNDO III. recommendatam habuit.

### Aqua Ophthalmica D. D. C.

℞. *Aq. ſtill. ſpermatis ranarum* ℥xvj. *phlegmatis* ⊖*li* ℥viij. *ſpermatis ceti* ℈ij. *eſſent. roſarum* gtt. aliquot. TRæ *coſmet. myrrhiſat. pro pauca lacteſcentia* q.ſ. miſceantur.

Hanc compoſitionem in duplo Cl. Dn. D. Cnœffelius Anno 1656. d. 29. Iulii ſibi præparavit, pro futurâ ægrotorum & ſufficiente proviſione.

Vires ſunt in amblyopia, amauroſi & ſuffuſione.

Aqua

### Aqua Ophthalmica alia D. D. C.

Qua curatus fuit Dn. Præcopius, Theol. in Xenodochio ap. S. Elizabetam Dantiſci, & Thomas Sarabanda, obcœcatus è cataracta.

℞. *Mucag. aquat. Ωl. per* XX ℔ iij. *crudæ, tranſcolat. phlegmatis ⊖-li* ana ℔ j. *aq. nivis ſeu glaciei menſ. Mart. collectæ* ℔iß. quibus adde, ad ſingulam liquoris ℔ß. *ſpermatis ceti* ℈j.
Miſceantur probè, ſtent in loco temperato per aliquot dies, poſtea filtrentur per linteum purum. Patiens de hac mixtura inſtillet decies, ſeu vigeſies, pluribus & paucioribus pro commoditate vicibus, in dorſo decumbens, uſque ad meliorationem & totalem recuperationem viſûs.

### Collyrium Cl. Dn. D. Ioan. Felveri.

℞. *Phlegmatis ⊖-li & aluminis* ana p. æqual. ſcilicet ana ℥iß. *croci metallorum, ſacchari ♃ni* ana ℈iß. *tutiæ præparatæ quàm ſubtiliſſimè* ℈j.
Stent per menſem in digeſtione, poſtea filtrentur; cum extremitate ſubtilis penicilli, hac mixturâ imbuti, oculus ſubtiliter abſtergatur, vel ad canthum externum una & altera guttula inſtilletur.

### Aqua Ocularis externa.

℞. *Succi ex amput. palmitibus vitis, ſpermatis ranar. reſervati* ana ℔ ij. *phlegmatis ⊖-li* ℔j. Quibus immergantur ſuo tempore *flor. calendulæ, cyani, cichor. roſar. herb. chelidoniæ, euphraſiæ, fœniculi* ana q. ſ. Stent per dies aliquot in digeſtione, poſt adhuc adde *cancrorum contuſor.* num. vij. *hepata muſtelæ piſcis*, prius in clibano in liquorem reducta n. xxx.
Mixta deſtillentur in B. vaporoſo ad ſiccitatem fermè totalem florum & herbarum. Liquor ſtillatus ſervetur in vitro benè clauſo.

Magnarum virtutum eſt, ad omnem viſus infirmitatem, inflammationes & oculorum ruborem nempe aufert, ſordes detergit, lachrymas exſiccat, ulcera ſanat, ſuffuſionem & cataractam curat & impedit, inſuper ad claritatem oculis augendam & robur tunicis conciliandum, eſt aqua efficaciſſima.

### Errhinum Cnœffelianum, in ſuffuſione oculorum.

℞. *Flor. lilior. convall. in alcool redact.* ʒij *rad. ireos flor.* ʒj. *cœniotomii noſtr. pro conditione morbi* q. ſ. *eſſent. roſ. ſeu ol. Rhod.* gtt. iij.
Miſceatur in mortario lapideo & F. pulv. ſubtiliſſimus, in ſcatula munda ſeu pyxidula aſſervandus.

## *TITVLVS IX.*

## OTICA.

### *In Surditate Symptomatica.*

I.

CLariſſimus Dominus D. *Gablovitzki*, Ser. piè defuncti Epiſcopi, Caroli Ferdinandi, Princ. Pol. & Succ. Medicus ordinarius, in ſymptomatica ſurditate, cum dolore Sac. Reg. Maj. Anno 1648. menſe Ianuario, auri ſiniſtræ ſuperveniente, commendabat *colocynthidis pomum, cum calefacto oleo amygdalarum amararum bene impragnatum, pòſt fortiſſimè expreſſum.* De expreſſo hoc oleo colocynthinato cum bombace excepto, ponatur in aurem bis vel ter in dies.

2. Ex conſilio autem *D. D. Cnœffelii* obſervavi, auditum S. Reg. Maj. brevi poſt reſtitutum fuiſſe, ∼ ♀ri ſaſſafrato, leviter tepefacto, & bombace excepto, atque in aurem poſito, ſuppoſitis ſtatim linteaminibus probè calefactis ad extra per dimidiam horam.

3. Anno 1649. rediit dolor, cum ſurditate, ſtrepitu & fluxu excrementoſo, ubi *Cl. Cnœffelius* denuò præſcriptum remedium repetiit, ſed abſque levamine, inde & *balſamum* hoc adhibuit, quod

℞. *∼us ♀ri rectificatiſſ. & ſaſſafrati, elixir. propriet. ſine ∼ 🜍ris* ana ℥ß. *ol. hypericonis, ſuccini* ana ℈ß. ſimili dicto modo fuit adhibitum, & S. R. Majeſtas ex reiterato uſu per tres dies iterum convaluit.

4. Iuvenis ſtudioſus à ſeptennio aure dextra difficulter, & aliquando vix audit. Cura ejus ſic fuit inſtituta. Primo purgatus fuit pilulis anethinis, pòſt ſcarificationes factæ ſunt circa ſcapulas & cucurbitula admota. Poſtea uſus eſt hoc topico, quod

℞. *∼ Formicarum, ♀ri rectif. ſaſſafrati* ana ℥ß. *extr. caſtorei* ℈j. *oo ſuccini, ſeu ſpiritus* gtt. x. M.
Mixturam cum bombace exceptam intrudat in aurem, & illibi per diem & noctem ſervet, applicato ſemper preſſius linteamine intensè calefacto, pro impoſita Medicina in actum tranſpirationis intimioris promovenda.

### Arcanum in Surditate.

Clariſſimo Dn. D. Luberto Erbenio à quodam mercatore Gedanenſi communicatum, huc annectere etiam placuit.

℞. *Raphanum unum vel plures* pro pl. Præſcinde capitulum vel taleolum, excavato infunde *aq. majoran.* quantum capiet, taleoloque præciſo, iterum tege foramen ſuperius ipſius raphani, defodendo illum intra terram, per dies tres vel plures, exempto raphano, *aq. majoran.* tot diebus detenta, effundatur & ſervetur pro uſu. Hujus nempe liquoris cochlear indies bis, mane ſcilicet & veſperi, vel ſæpius immittatur in aures.

## *TITVLVS X.*

## ODONTALGICA.

### Pulvis ad dentifricia Moſchatus Sereniſſimæ CÆCILIÆ RENATÆ, p. m. Reginæ Polon.

℞. *Orizæ finiſſ.* ℥ij. *pumicis calc. & aliquoties in lacte extincti, coralliorum rub. tritorum, lapid. ſilicum calcinat. & n. m. in pulv. redact.* ana ℥j. *rad. ireos pulv.* ℥j. ʒij. *aluminis uſti, ſalis comm.* ana ʒj. *moſch. ambr.* ana gr. vj. *ol. roſar. ver. ſtil.* gutt. iij. *fol. auri* num. 4.
Fiat omnium pulvis, non admodum ſubtilis. Mucoſos dentes à ſordibus purgat, & omnem tartarum corroſivum abſtergit, dentes quoque dealbat, & vacillantes firmos reddit.

Pulv.

Pulv. ad dentifricia alius Ser. Reginæ.
Ex ord. Dn. D. Teuberi, Medici Ord. Ser. Reginæ.

℞. *Lapid. pumicis pulv.* ℥ß. *corall. rubr. & alb.* ana ʒiiß. *aluminis* ʒiß. *rad. ireos flor.* ℥j.
Fiat pulvis non admodum ſubtilis. Cui adde *ambræ & moſchi or.* ana gr. v. *ol. roſar. ſtil. ver. ex floribus* gutt. iij.
Miſceantur probè, pulvis in ſcatula munda ſervetur ad uſum. Ad dentes purgandos & dealbandos remedium excellens eſt. Cujus quotidianus uſus adhuc in Polonia apud multas matronas obſervatur.
*Not.* Ex pulvere præſcripto, cum mucilagine tragacanthæ (per aq. ſalv. facta) fit maſſa tenaciſſimæ conſiſtentiæ, ex qua formantur ſtyli dentifricii in umbra lentè exſiccandi. Omnem nigredinem & colorem vitioſum abſtergunt, & dentes de novo albos & politos reddunt, ſi quotidiè his fricentur.

Tinctura perbella Ser. Reginæ CÆCILIÆ ad gingivas tumentes & ſanguinolentas.

℞. *Aq. fol. ſalviæ, quercin.* ana ℥vj. *phlegmat.* ⊕-*li*, ○*ni* ana ℥iij. *gummi lacc.* (in bacillis) *pulver.* ʒvj. *aluminis* ʒiß.
Mixta ſtent in digeſtione per diem & noctem, poſteà filtrentur per chartam. Tinctura rubini inſtar ſervetur uſui. Vires titulus indicat.

Tinctura Odontalgica D. D. C.

℞. *Rad. pyrethri, lign. ſaſſafras* ana ʒij. *ſem. hyoſcyami, caryophyll. maſſæ pil. de tribus* ana ʒj.
Inciſa & contuſa infundantur, in *ſp. n. ſedativi ſimpl.* ℥vj.
Stent per dies tres in digeſtione vel diutius, filtratæ TRæ adde *extracti ſedativi liquidi citrati*, ſeu *tinct. granorum quietis* ad plac.
Dentibus dolentibus ſummopere medetur, ſi dimidium cochlear hujus TRæ in ore per dimidium quadrantem horæ contineatur, poſtea iterum exſpuatur, & ſi opus eſt, ſecunda & tertia vice uſus reiteretur. Idem præſtat & ſeq.

Balſamum Odontalgicum.

℞. *Ol. ſtil. caryophyllor. camphor. buxi* ana ℈j. *nuc. moſch. expreſſ. q. ſ. pro conſiſtentia balſami*, adde *extr. opii* ℈iß. *fuliginis ſplendentis q. ſ. pro tingendo in nigredinem.*
Fiat balſamum. Omnem dolorem dentium (goſſypio exceptum & cavernis impoſitum) ex quacunque cauſa ortum, tollit.

Balſamum aliud Odontalgicum.

℞. *Ol. caryophyllor.* ʒij. in quo diſſolve *camphor.* gr. xxiv. adde *ol. nucis moſchat. expreſſ.* q. ſ. pro conſiſtentia tandem admiſceantur *extr. granor. quietis* gr. xv. *fuliginis ſplendentis* q. ſ. pro tingendo. M. F. Balſamum. Odontalgiam ſubitò aufert, quod ipſe ſæpius expertus.

Balſamum Puerorum dentientium.

℞. *Butyri majalis non ſaliti* ℥iv. *pinguedinis gallin. anatis* ana ℥ß. *ſucci expreſſi cancrorum fluviatil. ſedi majoris* ana ℥iij.
Coquantur in diplomate ad conſumptionem humiditatis, in fine adde *ſanguinis extracti ex criſtis galli* ℈v. & poſt unam & alteram reiteratam ebullitionem exprimantur, ubi adhuc admiſcere poteris *ſacchari canti* q. ſ. pro dulcedine. M. F. Linimentum pro gingivis infantium.

Maſſularum aliquot genera in odontalgia.

1.

℞. *Opii correcti, fuliginis ſplendentis* ana ℈j. *ſem. hyoſcyami, camphor.* ana ℈ß.
Cum *ol. nuc. moſchat. expreſſi* q. ſ. Fiat maſſa pro dentibus dolentibus.

2.

*Vel* ℞. *gum. tacamahacæ, laudani opiati* ana gr. iij. *camphor.* gr. ij. cum *ol. caryophyllor.* q. ſ. Fiat maſſula.

3.

*Item* ℞. ⊕-*li uſti* ʒj. *opii correct.* ℈ij. *cort. mandrag.* ♂ *philoſophor.* ana ℈ß. *maſſ. pil. Ruffi* q. ſ. pro conſiſtentia. Fiat maſſa.

4.

℞. *Extr. granor. quietis* ℈j. 🜂 ⊕-*li anod.* ℈ß. *camphor.* gr. vj. (in ol. caryophyll. q. ſ. diſſol.) ♂ *nuc. Moſch.* ʒß. *pulv. caryophyll.* q. ſ. M.
F. Maſſa duriuſcula, cavernis dentium imponenda,
*Granum piperis* in 🜄 maceratum & accenſum, ſubitò dolores dentium ſiſtit, ſi cavernis imponitur.

Linimentum ad gingivas tumentes & putridas Cl. Dn. D. And. Cnœffelii.

℞. *Sang. draconis myrrh. maſticis* ana ℈iß. *croci* ♂*tis*, *aluminis* ā. ℈j. *mellis roſati* q. ſ. M. F. linimentum pro dentibus vacillantibus. Adde *ol. jaſmini* guttas aliquot.

*TITULUS XI.*

# PECTORALIA.

Medicamentum Antihecticum.
Clariſſ. Dn. D. Andr. Cnœffelii Archiatri Regii.

℞. *Sulphuris citrini opt. pulv. ol. lini recent.* ana ℔iij.
Mixta coquantur in vaſe magno & amplo cupreo, ſuper ignem quidem leniſſimum, ſpatula lignea, ſubinde agitando donec inſpiſſeſcere incipiant, tunc removeatur ahenum ab igne, & impone vaſi grandiuſculo, aqua frigida impleto, tùm materia aſcendet, & condenſabitur inſtar hepatis, tota ſpongioſa, quam prius refrigeratam, & exemptam in tabula lignea, conſcinde in fruſtula minima; & indatur retortæ Waldenburgicæ fortiſſimæ, lutoque benè munitæ. Pòſt imponatur illa furno reverberii & adaptato recipiente, juſtoque obſervato ignis regimine, inſtituatur deſtillatio. Primò exibit, per 5. horas phlegma, poſtea liquor lacteus, qui etiam ad 6. vel 7. horas continuabit; Quo tempore per 15. horas, cautè procedendum erit, & igne

igne quidem diſcretiſſimo, ( ſi recipientem conſervare nec incaſſum laborare velis, quod amicè te moneo ) donec nubeculæ albæ progredi incipiant, ubi ignem jam, adjectis aliquibus carbonibus, gradatim augere potes, & exibit oleum rubicundiſſimum, in quo gradu ignis tunc temporis calor continuo conſervandus eſt, uſque ad totalem humiditatis radicalis expulſionem, & quouſque nebulæ egredientes non amplius conſpiciuntur, ubi extrema tandè ignis violentia continuetur, ut retorta candeat, ſic adhuc prodibit oleum craſſum, inſtar butyri, in minima tamen quantitate.

*In hac ultima deſtillatione videbis ( maximè noctu ) fornacem totam, cærulei coloris, tanquam tota ſulphure accenſo arderet, totaque domus implebitur odore ſulphureo, & omnia ferme vaſa metallica, maximè argentea & cuprea, & omnia ferramenta inde in tota domo inficientur, diverſiſque coloribus atque ærugine imbuentur, adeò ſubtilis eſt iſte ſpiritus, ut omnia vaſa & parietes fornacum, etiam munitiſſima penetrare ſoleat. Quo viſo, ignis amoveatur, ut omnia refrigeſcant.*

Abſoluta deſtillatione, liquor lacteus ſeparetur ab oleo, quod in duriſſimam & ſpiſſam materiam ſeſe coagulare ſolet, quæ tamen facile ſuper ignem iterum liqueſcit; Hujus *ol. coagulati* accipiantur p. ij. *colcotharis* ⊕-*li* p. j. & ſupra ignem in patella magna, ſpatula lignea probè miſceantur; Quæ materia copulata, & refrigerata atque in fruſtula parva prius confracta denuo ex arena, per retortam vitream, deſtillanda eſt, ac iterum, ſpatio 24. horarum exibit phlegma cum oleo, tandem & igne adaucto & compreſſo, cum ſpiritibus oleum ſimul craſſum, inſtar gelatinæ, quod totum expellendum & à phlegmate iterum ſeparandum eſt.

Tandem accipe

*Olei hujus à phlegmate ſeparati* ( e. g. ) ℥iv. *aniſi* ʒij.

Mixta in phiala, hermeticè clauſa ſtent per menſem, in leniſſima & philoſophica digeſtione, & tamdiu, donec optimè uniatur. Sic habebis TRam veram hecticam rubini inſtar, quæ ad curandam phthiſin, & ad omnes morbos pulmonum & pectoris, ſummum eſt arcanum, quale melius in mundo inveniri vix poteſt, pro quo

Nomen DOMINI in æternum ſit benedictum.

*Not.* In peſte tam præſervationis, quàm curationis cauſa eſt medicamentum Divinum. Simul antepilepticum & antilunaticum, & quod jecori & pulmonibus prodeſſe poſſe, ipſa ſignatura hujus balſami oſtēdit. Doſis à gtt. iij. ad vij. & ℈ß. in vehiculis appropriatis.

*NB. Melius ſuccedit labor, ſi aliquid ſalis ♀ri ſulphuri crudo permiſceatur, & poſt, dicto modo, cum oleo lini coquatur.*

Meminit & hujus medicamenti oleoſi *Cl. D. Ioh. Agricola in ſuo de ſulphure tract. p.* 397. & *Ioh. Poppius in Hodegetico.* Qui tincturam ſulphuris in ſalutem corporis humani efficacem vocat, quæ totum corpus, ut antimonium aurum, mundare, ſplendores gemmarum ( ex ſua experientia turcoidem) flaceſcentes, erigere, & exaltare ſcribit. Et *Paracelſus* ſimilia recitat; ſed quomodo languentibus pretioſis gemmis medicinam adhibere, emortuumque vigorem & ſplendorem reſtituere valeat (*inquit Cl. Rolfincius diſſertatione chim. de ſulphure c.* 17. ) non liquet. *Clariſſ. Agricola* ſe multa effeciſſe ait cum oleo rubro in colica, calculo, paralyſi & contractura membrorum, item in expellendis lumbricis, & ulceribus antiquis fœtidis. Hoc quidem certum eſt, quod liquor lacteus, in prima deſtillatione ſuperius ab oleo ſeparatus, & interim aſſervatus, ( qui aliàs internè nullum uſum habet ) ſingulare eſt remedium externum, in ſcabie, pſora, lepra & alopecia leproſa. Convenit & virginibus in facie puſtuloſis, & illis, qui morphea, gutta roſacea & hydrophobia laborant, per ſe, vel cum aliis admixtis liquoribus adhibitus.

Pilulæ ad defluxiones nocturnas.

℞. *Succi glycyrrh. inſpiſſ. ſtoracis calamitæ, benzoes in granis, thuris albi* ana ℈j. *extr. granorum quittis* gr. IV. *enulæ campan.* gr. viij.

M. *cum elixir. proprietat. balſ.* q. ſ. formentur pilulæ, magnit. ad pl. Doſ. ʒj. exhib. ituro cubitum.

Sirupus pectoralis ſolutivus Cl. Dn. D. CabloWitski.

℞. *Rad. glycyrrh.* ℥iß. *polypod.* ℥j. *ſarſar. helen. petroſelin. tuſſilagin. fœnicul.* ana ℥ß. *herb. capill.* ♀ m. j. *botryos, ſcabioſ. ſalv. cochlear. veron.* ana m. ß. *flor. malv. arbor. heder. terr. violar. mart. geniſt.* ana p. ij. *ſem. aniſ. fœnic.* ana ℥j. *urtic. naſturt. aquat.* ana ʒij. *ſquill. præp.* ʒvj. *paſſular. major. exacinatar.* ℥ij. *dactylor. pingu. à cuticula interna purgatorum* n. xx. *caricar.* n. xxv. *jujubar. ſebeſt.* ana n. x.

Inciſa & craſſiuſculè contuſa coquātur in *aq. hordei* ℔ x. ad conſumptionem tertiæ partis; In expreſſione adhuc calida infund. per hor. 24. *fabarum antiquarum & groſſo modo contuſar. & furfuris tritici à farina bene excuſſi* ( melius *pulv. groſſi rad. ireos* ) ana ℥j. F. lenta una atque altera ebullitio & colatura ſine expreſſione; in aqua infund. *fol. ſenn. ol.* ℥v. *agar. alb. ſem. carth. excort.* ana ℥j. *fol. hyſſop.* ℥ß. *cinam.* ʒvj. *mac.* ʒij. *zingib.* ⊖ ♀ri ana ʒj.

Macerentur per 2. dies continuos, in balneo tepido, deinde F. omnium levis ebullitio, colatura & expreſſio. Cui adde *ſacch. albi* ℔iv. Clarificentur albumine ovorum, ( melius ante infuſionem purgantium ) & coquantur igne lento ad ſirupi conſiſtentiam.

Sirupus violarum compoſitus
S. R. Maj. IOHANNIS CASIMIRI
ex præſcriptione Cl. Dn. D. Cnœffelii.

℞. *Aq. pectoralis aſthmat. officinæ regiæ, tuſſilaginis, veronicæ* ana ℥iv. *papaveris albi* ℥iij.

Quibus aquis ferventiſſimis prius factis, immergantur *flor. violar. mart. rec. à petiolis viridib. excerpt.* ℔j.

Facta maceratione per noctem, in vaſe ſtanneo cooperculato, ne quid exſpiret, fiat expreſſio, colatæ infuſioni denuo immergantur *flor. viol. mart. rec.* ℥iv. ad vj. & poſt repetitam macerationem aliquot horarum ſpatio, uti antea exprimatur, tandem adde *ſacchari albi canarii pulv.* ℔ij. Ac ſola diſſolutione ſacchari, in ſtannea ſeu argentea patina, ſupra aquam ferventem fiat ſirupus, per linteum adhuc colandus, ſeu ſolum per purum ſetaceum. Sign. ſir. violarum S. R. Maj. Tum iterum accipe *ſirup. violar. jam parati* ℥ij. *papaver. comp. D. D. Langii, phlegmat.* ⊕-*l. per infuſio-*

*infuſionem radic. ireos correcti* ana ℥ß. *eſſ. aniſi* ℈iv. F. Lambitivum pro S. R. M. In catarrho cum tuſſi, dolore & inflammatione gutturis, & difficultate anhelitus, de quo Regia Majeſtas lambendo aliquoties in die ſumpſit, ſub noctem vero iturus cubitum cochlear unum, profuit & in aliis perſonis.

Curatio φθίσεως.

Quamvis phthiſis morbus ſit periculoſus, & à multis incurabilis habeatur, tamen plures ſanitati reſtitutos, per medicamenta nempe Cnœffeliana, ſæpius vidi, & ſimili proceſſu ipſe curavi.

*Primò* in morbo nondum confirmato, & abſque excretione ſanguinolenta, adhibuit *Cl. Cnœffelius*; *pilulas ſuas balſamicas*, ex aloe, myrrha & croco, cum balſamo 🜍ris aniſato, ſeu elix. propriet. helleborino efformatas; Doſis erat ʒß. ăte ſomnum. Poſt per octiduum, & quidem ter in die, ſcil. mane, à meridie & veſperi has rotulas ſulphuratas: quæ

℞. *Specierum diaireos, diatrag. frig.* ana ʒij. *♁ii fix. diaph.* ʒvj. *flor.* 🜍*ris* ℥ß. *ſacch. albi in aq. tuſſilag.* q. ſ. diſſolut. ℥vj. 🝆 *aniſi* gtt. xij. F. tabulæ ad ſcatulam mundam. Doſ. n. 6. 7. & 8.

Vel ℞. *♁ii fix. diaphor.* ʒiß. *flor.* 🜍*ris* ʒß. *ſpecier. diatrag. frig. diaireos, ſuccini albi præparat.* ana ʒj. *extr. helenii* ʒß. *balſ.* 🜍*ris aniſat.* ℈ß. *ſacch. in aq. fœniculi ſ. aniſi* q. ſ. diſſol. ℥iv. F. l. a. rotulæ.

Sequenti ſeptimana, loco rotularum præſcripſit

Pulverem diakibrick chybor,
qui talis eſt.

℞. *Rad. farfar. ireos* ana ℥j. *glycyrrh.* ʒj. *enul. campan.* ʒij. *fol. hyſſopi, capill.* ♁*ris* ana ʒj. *ſem. aniſi fœniculi* ana ʒij. *flor.* 🜍*ris* ℥j. *ſacchari canarii albi* ℔j. M. Fiat Pulvis ſubtiliſſimus. Doſ. ʒj. ad ij.

*Uſus* hujus pulveris ſit mane & veſperi, tribus vel quatuor horis ante cibum, ſuperbibendo bonum hauſtum ptiſanæ. Pro nocte autem & ante ſomnum adhibuit

Emulſionem ſequentem.

℞. *Sem. melon. cucumer.* ana ʒij. *papaveris albi* ℥ß. *nucl. Perſicor. excort.* n. vj. ∇ *veronicæ ſ. tuſſilaginis, fragor.* ana ℥iij.

F. Emulſio. Adde *ſacch. cant. alb.* ʒvj. & aliquando *magiſt. perlar. butyr.* ℈ij. *eſſent. roſar. ver. ſeu ſpir. fragor.* ℈j.

Dimidium hujus emulſionis frigidiſſimè exhibuit, eundo cubitum, alterum dimidium ſequenti nocte, tertia & quarta die interdixit.

Poſtea loco emulſionis ſequens ordinavit

Decoctum antiphthiſicum.

℞. *Rad. farfar. polypodii, glycyrrh. leviſtici* ana ℥j. *herb. pulmonariæ, ſalviæ, verbenæ, ſcabioſæ, flor. hepaticæ nobil.* ana m. j. *ſebeſt. jujubar.* ana ʒij. *ſem. aniſi* ℈vij. *caricarum* n. x. ∇ *fontanæ puræ* ℔iv.

Inciſa & contuſa craſſiuſculè coquantur in præſcripta menſura aqu. ſimpl. uſque ad 3. partis conſumptionem. Decoctum colatum & purificatum dulcoretur cum melle clarificato, q. ſ.

Doſis ℥iv. ad ℥vj. & ℥viij. mane & circa noctem, per octiduum; finito tempore, omnia de novo, in modum præſcriptum iterum incipienda ſunt, uſque ad meliorationem.

Poſt abſolutam curationem, patiens adhuc per unum atque alterum menſem cereviſiam bibit medicatam per ſpecies ſequentes.

℞. *Rad. tuſſilaginis, polypodii, irid.* ana ℥iij. *enulæ, caryophyllat.* ana ℥iv. *herb. pulmonariæ, veronicæ, ſcabioſæ, hepat. nobil.* ana m. iij. *hyſſopi* m. iv. *flor. hepat. nobil.* m. iij. *raſur. ligni juniperi* ℥xvj.

Incidantur & contundantur groſſo modo, indanturque ſacco oblongo. Sign. ſpecies pro dolio cereviſiæ.

Pulvis pleuriticus Dn. D. Cn.

℞. *Raſur. dent. verris aprugni, mandibul. lucii præp.* ana ℈ß. *florum* 🜍*ris* gr. v. *♁ii fix. noſt. diaphor. rad. bardanæ pulv.* ana gr. xv. M. Fiat pulvis.

Curat pleuritidem & illico omnes lateris dolores, non ſine adſtantium ſtupore.

Sumitur in hauſtu aqu. bardanæ, cardui Mariæ, ſeu cardui benedicti. Doſis præſcripta, & bis in die reiteranda.

Pulvis alius in pleuritide Dn. D. Cn.

℞. *Rad. Bardan. maj. pulv.* ℈j. *florum* 🜍*ris, papav. errat. pulv.* ana ℈ß. *♁ii fixi diaphoret.* gr. xv. Fiat Pulvis.

Eiuſdem ferè efficaciæ cum ſuperiore. Modus utendi eſt in aceto bezoardico, ſeu aq. appropriata, bis in die ſumendus.

*Not.* Pleuriticum internum & ſingulare arcanum, Cl. Dn. Doct. Cnœffelio à Rev. Patre Manbreck, Soc. Jeſu, anno 1655. menſe Iulio communicatum, eſt *radix bardanæ* ſive *lappæ majoris*, vere, creſcente luna collecta; in autumno verò, decreſcente luna, quæ in umbra (non ad ☉em, nec ad ignem) exſiccata, & pulveriſata detur ad cochlear j. vel ʒij. in vitro vini generoſi: melius in propria plantæ aqua.

In plurimis aliis feliciter ſucceſſit antea hæc curatio, uti poſtea maximè in meo auriga Petro anno 1654. d. 14. Maji, & poſtmodum in me ipſo, eâdem pleura furente & acutiſſimè pungente in utroque latere excruciatis, cum ſcreatu ſanguinis grumoſi, per biduum, viriumque inſigni debilitate; exterius vero linteamina duplicata mucagine aquatica (nõ deſtillata, ſed n. m. per ſe ſervata) imbuta, locis dolentibus & ſpinæ dorſi applicavi, ſingulis binis aut trinis horis renovando imbuitionem linteorum, & continuo biduo ea applicando. *Huc uſque Dn. D. Cnœffelius.*

Pulvis pleuriticus à Dn. D. Cnœffelio anno 1654.
Excell. Dn. Subcamerario præſcriptus.

℞. *Sanguinis hirci ſecundùm Helmont. præpar.* ℥ß. *mandibularum lucii piſcis abſque igne in ſubtil. pulv. redacti* ʒij. *♁ii diaphor.* ʒß. *rad. papav. errat.* ʒj. *bardanæ* ʒß. gr. xv.

Fiat ex omnibus pulvis ſubtiliſſimus.

In pleuritide tam vera & legitima, quam ſpuria & notha ab authore præſcribebatur.

Doſis à ℈j. ad ℈ij. & ʒi. in aqua idonea deſtill.

Hoc pulvere in ſimili morbo curatus eſt olim *Excell. Dn. Dietericus de Dœhnhoff &c.* abſque omni ſectione venarum.

Licet autem hujus exempli obſervatio, & in aliis multis ſimili morbo afflictis, Cl. D. noſtro authori ſucceſſerit, tamen non ſemper fidendum eſt, ſed conſentientibus omnibus, in iſto morbo ſanguineo, & maximè ubi extravaſatio ſanguinis id indicat, ſtatim & ab initio venæ ſectio è baſilica ejuſdem lateris, (præmiſſo tamen clyſtere) inſtituenda eſt: repeti etiam debet ſanguinis miſſio ſingulis diebus, donec dolor & febris multò mitiores evaſerint, imò & aliquando in pleuritide peracuta bis in die, etiam ſi in principio fuit neglecta, poſt ſeptimum & nonum diem; cum vero morbus mitior fit, tunc temporis à phlebotomia abſtinendum, quia anacatharſis ſupprimitur, & æger in vitæ diſcrimen conjicitur. Adeoque aliàs neceſſaria eſt venæ ſectio, (*inquit River. prax. l. 2. c. 2.*) ut ſenibus, pueris, gravidis mulieribus, puerperis, & menſtruas purgationes patientibus, in hoc affectu ad illam accedere liceat. Caute tamen, & cum conſilio Medici prudentis.

## *TITVLVS XII.*

# CORDIALIA.

### Balſamum radicale Margaritarum.

℞. *Margaritas orientales; ſplendidaſque*, has cum *aceto terebinthinæ* ſolves, ſolutas, ſeparato per evaporationem menſtruo, aqua fontis deſtillata dulcorabis, donec ſapor ablatus fuerit. Abeant deinde in cella vinaria in oleum vel liquorem, ſuper vitrum vel marmor collocatæ. Tum accipe 🜄*i opt.* q. ſ. qui guttatim in liquorem hujus magiſterii inſtillatus, ipſum in talcum quaſi mirabiliter convertit; id vero coagulum per ☉am pelles & in oleum vertetur.

Hoc ex margaritis quidem elaboratum in virtute verò eſt verum talci oleum, quod à Chimicis celebratur; hôc nitor margaritis reſtituitur, hôc mulierum facies albeſcunt, ſplendeſcuntque.

Cordiale eſt nobiliſſimum aurum potabile in operatione quam proximè accedens. Nam epilepſiam depellit, cardiacas paſſiones vincit, ſanguinem rectificat, in confortatione cerebri, memoriæ & cordis, conducit.

Fœtum in utero, humorem vitæ, & naturam internam in omnibus membris fortificat, putredines arcet, ſenectutis incommoda retardat, optimum arcanum, tutiſſimumque cuivis familiariter utenti Doſ. à ℈ß. ad ℈j. & ℈ij. in aq. cordiali.

### Crocus Solis & panacea ſolaris Dn. D. A. C.

HÆc medicina, ſive pulvis aureus & panacea ☉aris dicta, olim inter ſecretiſſima arcanorum ſcrinia ab authore more ſolito reſervabatur, paucis tamen amicis & non niſi duabus vel tribus perſonis; tandem conceſſit, in quorum catalogo & ego hujus arcani particeps eram: quod & adhuc certis de cauſis, pro me aſſervarem, niſi jam res in aliorum ſcriptis ex parte eſſet annotata; & quidem à *Clariſſ. Dno Iohanne Ferdinando Hertodio à Todtenfeld, Phil. & Med. D. &c.* in aureo & curioſo ſuo *tract. tartaro-maſtige Moraviæ part. 2. pag.* 252. Ideò & hic genuinam & veram ejus præparationem, hucuſque mihi reſervatam diutius non reticebo, ſed tandem & faſciculo huic includere non gravabor, tali proceſſu, prout ab ipſo *Domino Cnoeffelio* p. m. fuit elaboratus & à me etiam poſtea repetitus.

Primò paratur ſecundum *Zwelfferum* vel ad mentem noſtri authoris, tali proportione.

### Crocus ſive Sulphur Solis.

℞. ⊖*i puriſſimi* ℥iiß. *aluminis albi* ℥ij. *ſalis gemmæ* ℥j. ʒij. *auri finiſſimi, per* ♁*um purgati & ſubtiliſſimè prius foliati* ʒj. (i. e. liber unus.)

Pulveriſata ſalia miſceantur prius exactè, in porphyrite, adjiciendo ſenſim & per vices auri folia, & aſſurget odor urinoſus. Poſtea immittantur ollæ vitreatæ & novæ, ſatis magnæ ac capaci, quibus ſuperaffundatur aq. ſimplex ad supereminētiam quatuor vel ſex digitorum: Coquantur igne prius moderato, poſt fortiori, ad ſpiſſitudinem pulmenti craſſioris, ſic aurum totaliter ſoluetur, & antequam materia in inſtituta coctione totaliter ſiccеſcere incipiat, denuò affundatur aqua ſimplex, quantum pro diſſolutione ſalium ſufficiens erit, & poſt unam atque alteram repetitam ebullitionem, ſolutio ſolis, dum adhuc calet, filtretur, & beneficio olei ♀ri (per deliq. facti) ſtatim præcipitetur: ad quod opus perficiendum copia ſatis magna olei ♀ri requiritur. Hoc peracto pulvis aureus præcipitatus, cinerei coloris, ab aqua ſalſa, per chartam emporeticam & filtrum iterum ſeparandus, & affuſa aqua ſæpiùs ab omni acrimonia & ſalino ſapore edulcorandus eſt: Pulvis relictus tandem ſupra fornacem leniſſimo calore, vel ſponte ſua exſiccetur, & adhuc per ſpatium ſemiquadrantis, vel unius & alterius orationis Dominicæ, in crucibulo puro calcinetur: Et erit crocus ſolis pulcherrimus, purpureo-violacei coloris, qui poſtea Medicamentis aliis maximè cordialibus, & ſudoriferis admiſceri, vel ita per ſe in vino vel aq. cinamomi adhiberi poteſt.

*Not.* Cave ne diutius in igne permaneat, quam ſuperius annui, aliàs color deſideratus amittitur, quod mihi ipſimet contigit, experto crede Ruperto.

Crocum ſolis & ad alios labores & extractiones applicare poteris: ſi nempè oleum aromaticum aliquod, ſcil. cinamomi, caryophyllorum, citri, zinziberis, angelicæ, juniperi, ligni ſaſſafras, vel quodcunque horum dictorum placuerit croco Solari, ad ſupereminentiam duorum digitorum ſuperaffundatur, & in leni calore, & vaſe vitreo benè clauſo digeſtio inſtituatur, apparebit TRa auri, medicamentum balſamicum, adverſus multifarias infirmitates, præſtantiſſimum.

Doſis à gutt. iij. ad vij. cum aliis medicamentis & vehiculis cordialibus & morbo appropriatis.

Si etiam ſuper ſolutionem auri, ſuperius edoctam, & ad pulvis formam redactam, affundatur 🜄 opt. & rectificatiſſ. cinamomiſatus ſ. q. atque in arena, lento calore fiat digeſtio, TRa auri elicitur elegans & citrini coloris, ſalibus in fundo remanentibus, quæ deſtillatione à ſpiritu ſuperfluo ultra medietatem iterum ſeparanda eſt. In fundo vitri TRa auri potabilis manebit, miſcibilis cum aquis cordialibus. Cavendum tamen, ne ad ſiccitatem deſtilletur.

Doſis hujus medicamenti pretioſiſſimi à gr. vij. ad x. in vino, aq. cinamomi, ſeu alia aq. cordiali. In morbis omnibus deſperatis. Iam componitur.

Pulvis ſolaris, ſeu panacea ſolaris Cnœffeliana.

℞. *Croci ſolaris noſtri, ſuperius elaborati, & ab omni acrimonia ſalſa prius liberati atque benè edulcorati q. v.*
Huic croco nondum calcinato, & dulci adjungebat Cl. Author

Sulphur Antimonii fixatum,

ſeu

*Cinabrium ♁ii, (per reiteratam ♎tionem opt. purgatum)* ana. & in vitro Hermeticè clauſo, ſeu ovo philoſophico, obſervatoque ignis regimine, more Philoſophorum, mixturam per menſem, & diutius ſtare permiſit, donec ſenſim per omniũ, quos videre licebit, colorum graduum, ignis examine in pulverem tranſierit rubicundum, in igne fixum, & in arcanum, (ad multos morbos debellandum, & ad ſanitatem conſervandam, atque vitam in multos annos prolongandam) efficaciſſimum. Medicinam dico (*verba ſunt ex ipſius Clariſſ. Authoris manuſcripto excerpta*) quæ corporis noſtri ſordes & vitæ zizaniam eradicabit, tempore digeſto, & non purgando ſed mundificando, ſalvis manentibus vitæ noſtræ liquoribus ſubſtantialibus, eo modo, quo metallurgos, confuſum aurum heterogeneis ſcoriis, non projicere foras videmus, ſed mundantis ♁ii poteſtate, vi coctionis, ceu externo medio, ſeorſim regulum auri, ſeorſim verò ſcorias tam ſolares quàm martiales colligere. Quid, ſi ſanitas noſtra puriſſimi & ſequeſtrati Reguli ſolaris, morbus verò earundẽ ſcoriarum, cũ ſua cauſa morbifica, icon ſit? an non par curandi ratio obtinebit? *Hucuſque Dn. D. Cnœffelius.*

Pulverem hunc compoſitum, ſeu panaceam ſolarem Author in parvulo eburneo ovulo, ſeu pyxide continuò ſecum portans, omnibus ſuis medicamentis aliquando adjeçit, & quidem in minima doſi, ſcil. à gr. j. ad gr. iij. & v.

Aſtrum duplicatum Dn. D. P. P.

℞. TR*æ* ♁*ii*, *coralliorum* ana p. æqu. (℥iß.)
Mixta ſtent in digeſtione per 24. horas, quibus adhuc adde *eſſent. ambræ moſchat.* ʒiß. Miſc. Doſis à gtt. v. ad vij. & xv. in aqua appropriata.

Tinctura Antimonii.

℞. ⦶*i puriſ.* part. ij. 🜿*ri crudi pulv.* part. j.
Mixta detonentur in mortario, chimico more.
*Iam* ℞. ♁*ii pulv.* & *mixturæ præſcriptæ* ana part. æqual.
Miſce, & iterum in crucibulo igne fortiſſimo liquefiant, inſtar aquæ. Materiam fluidam funde in conum fuſorium, ſebo prius illitum, idque movendo & percutiendo ad terram, ut Regulus fundum petat, quem poſteà à ſcoriis ſeparabis & interim ſeorſim aſſervabis.
Iam accipe *ſcoriarum hujus Reguli* ♁*ii*, ⊖ ✱*ci* ana part. æqu. q. v.
Miſceantur exactè, & ſublimentur per cucurbitam ex ∴a, materiam elevatam optimè edulcora cum ▽a ſimplici calida; & iterum exſicca, quos flores ♁ii, ſi per ſe adhibere deſideras, adhuc ſecunda & tertia vice cum admixto capite mortuo ſublimare potes. Purgant blandè, aliquando & vomitum movent, ſed raro & abſque moleſtia. Doſis à gr. iii. ad 5. & 7. Porro ſume *florum* 🜍*is* ♁*ii*, *jam paratorum* ℥iij. vel iv. vel q. v. ⌒ ⊕-*li* ♀*is*, ad trium digitorum ſupereminentiam, q. ſ. & poſt ſufficientem digeſtionem, in ∴a, extrahatur TRa repetitis vicibus, ⌒um nempè affundendo & poſt ſufficientem extractionem iterum ſeparando, donec omnis TRa extracta ſit.

Extractiones omnes conjunge, & ſpiritus ſuperfluos iterum leni deſtillatione abſtrahe ad remanentiam ſcil. liquoris craſſioris, ſanguinis rubicundi inſtar.

Ex hoc liquore craſſo, ſeu maſſa in fundo vitri relicta, tandem beneficio 🜈 ſummè rectificati, reiterata affuſione, TRam extrahe elegantiſſimam, quæ poſtea à ſuperfluitate 🜈 iterum abſtrahenda eſt.

Eſt medicina magnarum virium in multis quàm graviſſimis morbis, maximè chronicis & diuturnis. Doſis gutt. v. vij. viij. ad x. & plures, in liquore idoneo.

Panacea ſolaris duplicata Dn. D. Cn.

℞. *Croci noſtri* ☉*aris* ℥ß. cui ſuperfunde *noſtri duplicati* ℥j.
Mixta in phiala bene clauſa ſtent tamdiu in digeſtione, donec materia exſiccetur, cui denuò tantundem aſtri admiſceatur, & iterum exſiccentur. Tandem panacea in fundo vitri relicta, in mortario vitreo pulveriſanda, & in pyxide eburnea aſſervanda eſt; in omnibus ferè morbis chronicis eſt medicina nobiliſſima, habet nimirum in ſe vim diaphoreticam, ac aperiendi, ſanguinem mundificandi & viſcera corroborandi, ac proinde in quartana, ac febribus aliis intermittentibus atque malignis, item in affectione hypochondriaca, ſcabie, lue venerea, multiſque infirmitatibus habetur tanquam panacea & nobiliſſima & pretioſa. Doſis à gr. iij. ad v. & vij. cum coralliis, ſeu ocul. ♋. præparatis, ordinariè verò, cum mellagine anthoſata; vel confectione alkermes in forma pilularum.

Panacea alia, ex Cinnabrio Antimonii.

℞. *Cinnabaris* ♁*ii*, *per reiterat.* ♎*at. rectificati*, *butyri* ♁*ii*, *ſemel à ſua propria cinnabari rectificati*, ana ℥iiß. *auri finiſſimi ſoluti* ʒiiß. 🜈*i rectificatiſſimi* ℔iß.
Miſceantur exactè per horam, donec abeant in coagulum rubicundiſſimum; digerantur calore leni, in vitro opt. clauſo, per menſem, donec perfectè unianţur, interim ſingulis tamen diebus materia bis vel ter agitanda eſt. Hoc facto ſpiritus & omnis humiditas, leniſſimo calore abſtrahatur; materia relicta, & ex vitro fracto collecta, atque in mortario vitreo prius pulveriſata, denuo imponitur cucurbitæ vitreæ & humili. Huic pulveri porro affundatur ⌒ ⊕-*li rectificati* q. ſ. ad ſupereminentiam 2. vel 3. digitorum. Et poſt reiteratam leniſſimam digeſtionem, unius vel alterius ſcil. ſeptimanæ, in arena, ſpiritus affuſi ad ſiccitatem uſque iterum abſtrahantur.

Tandem materia in fundo vitri reſtans pulveriſetur, & in phiala vitrea hermeticè clauſa, igni philoſophico admoveatur, tamdiu, donec per gradus ignis, ultimò abierit in maſſam lapideam, rubicundiſſimam, & habebis medicinam in multis morbis magnarum virium, ideoque in quibuslibet affectibus, maximè chronicis, & in apoplexia, epilepſia, mania, aliiſque morbis capitis

pitis, item in paralyſi febribus intermittentibus, etiam contagioſis & peſtiferis, lepra, ſcabie, lue venerea, &c. medicina eſt non ſatis laudanda, adeoque ipſi auro potabili æquiparanda.

Doſis gr. iij. ad v. & vij. cum mellagine, conf. Alkerm. ſeu extracto aliquo idoneo, in forma pilul. vel cum admixtis aliis, pulveribus ſpecificis ſeu convenientibus.

Arcanum Tartari ſolare.

Vid. ſupra inter medicamenta diuretica, arcanum ℔i Cnœffelii & Helmontii.

Pulvis cordialis aureus.

℞. *Magiſterii butyracei corallior. perlarum* ana ℨij. *oſſis cordis cervi (per aqu. cordial. n. m. facti)* ℨiv. *auri* ℨij. *granor. chermes* ℈v. *ſacchari canarii, cum eſſent. cord. noſt. bis vel ter inebriat.*
Et in mortario vitreo, fiat pulvis aureus, cui adhuc adde *elæoſacchari roſati veri* ℈v. Miſce, ut exactè uniantur.

*Vires* indicat titulus; Doſis à ℈j. ad ℈ij. in vitro aquæ cinamomi, vel alia aqua cordiali.

Pulvis pretioſus Alexipharmacus & cordialis S.R. Maj. à Cl. Dn. D. Paulo Podchozinski anno 1648. præſcriptus & compoſitus.

℞. *C.C. philoſoph. calcin. foſſil. alb.* ana ℨij. *terræ* ☉*aris Sileſ.* (axungiæ ſolis *Schvvenckfeldi*) ℨij. ℈ij.
His omnibus probè mixtis admiſce *eſſent. cort. ext. citri recenter factæ* q. ſ. ut fiat paſta, quæ denuò per ſe exſiccetur, & in pulverem tenuiſſimum redigatur. Adde *lap. bezoardici or.* (ſeu *lachrymæ cervi*) ℨj. *croci Auſtriaci* ℈ij. *magiſter. auri* ℈j. *eſſent. ambr. moſchat.* (vel loco hujus) *ambr. & moſch.* ana ℈ß.
Fiatque in mortario vitreo pulvis omnium ſubtiliſſimus. Doſis à ℈ß. ad ℈j. in vino vel aqua cordiali.

Magiſterium auri, ſive aurum alcoolisatum.

℞. *Mellis ſeu ſirupi roſacei, craſſi ac denſi*, vel quod adhuc melius, *gummi Arabici, in aq. ſimplici diſſoluti magnitudinis fabæ minoris, auri purgat. finiſſimi & foliati*, fol. n. vj.
Et in ſcutella aliqua Hollandica, ſeu porcellana ab omni unctuoſitate prius benè purgata, digito tamdiu miſceto, & conterito, donec folia auri abeant in pulverem ſubtiliſſimum, hoc facto denuò vj. vel x. folia admiſceantur, & rurſus probè cum digito conterantur & in pulverem delicatum reducantur, qui labor terendo cum novis foliis tamdiu reiterandus, donec totus liber auri, vel ad centum folia auri, & plura, ita in pulverem impalpabilem redacta ſint, qui labor facilè perficitur, & aliquando intra unam vel alteram horam. Interim tamen inter molendum, una atque altera guttula aquæ ſimplicis ſemper inſpergenda & immiſcenda eſt, aliàs ſubſtantia gummoſa (quæ ſemper debet eſſe liquida,) exſicceſcit & negotium non ſuccedit.

Aurum alcoolisatum tandem, aqua calida pura reiteratis vicibus, & tamdiu lavandum erit, donec probè omne gummi Arabicum, ſeu mel, iterum extractum & ablatum fuerit. Exſiccatum aurum & in ſcutella vitrea, ſuper cineres calidos poſitum, tamdiu ſinendum erit, donec optimè calefiat, & colorem ſuum naturalem recipiat.

*Vires* magiſterii auri magnæ ſunt, in morbis deploratis, quod experientia quotidiana, optima rerum magiſtra, ſæpè monſtrat. Confirmatur & à multis, aurum in pulverem minutum ſeu ſcobem redactum, magna præſtare poſſe in medicina, inde & crudum aurum in folia redactum, medicamentis ſuis olim venerāda ātiquitas admiſcere ſolebat. Sed quid præſtare poſſunt x. aut xx. aurifolia, cùm ducenta aut trecenta aliquando vix dimidium ſcrupulum conſtituant, & tertia pars grani extendi poteſt in filum 134. pedum longitudine? Uncia una etiā in eam ſubtilitatē duci & extendi poteſt, ut decem terræ poſſit tegere jugera. Author eſt *Cardanus lib. de rerum varietate*, & *Cl. Rolfincius in Differt. chim. de Auro*, melius ergo ex opinione aliorum, in ſcobe ſeu pulvere, ubi ſcrupulus dimidius, vel integer propinatur & à latente ſtomachi fermento & acido ſubigitur, & actuatur, vitioſos humores nam emendat, cor tuetur, innatam ejus ſymmetriā præſervat, melancholiam corrigit & ad lætitiam ſollicitat. Plura hîc confer è *Cl. Zvvelff. in Mantiſſa Spagyrica part.* 1. *c.* 1. *pag.* 317. *D. Franciſc. VVendlerus & Zach. à Puteo* volunt auri folia in gallinarum ventriculis abſumta fuiſſe; ſi in gallinis tanta vis eſt, cur denegetur homini? ineſt etiam huic fermentum acidum.

Præterea magiſterium noſtrum auri, ſive aurum alcoolisatum extra uſum medicum aliam adhuc habet utilitatem; nempe ad litteras & figuras aureas, cum eo in papyro ſeu pergameno effingendas, inſervit & pictoribus, ad ornandas imagines. Paravi hoc olim Romæ in apotheca Collegii Romani, in præſ. Rev. Pat. *Athanaſii Kircheri*, amici mei magni & extraordinarii, qui inde & illud mundo ſuo ſubterraneo incluſit, ſed modum adhibendi in literis elevatis, antiquo more non ſatis expreſſit.

Unicornu artificiale.

℞. *Unicornu foſſilis*, TRā *bezoarticā inſuccati, C.C. bezoartici, propria eſſent. imprægnati, terræ Lemniæ alb. ſeu Melitenſis, cum decocto viperarum aliquoties inebriat.* ana ℔ij. ℨxij. ℈ij. gr. viii. *corallior. rub. præparator. & cum balſamo radicali margaritarum imprægnatorum* ℔j. ℥v. ℈iß. gr. ij. *oſſ. ex corde cervi cum* ▽ *bezoartica more n. in magiſter. redact. oculor.* ♋. *praeparator.* ana ℔j. ℨvj. ℈j. gr. iv. ♁ *ii fixi diaphoret.* ℔ß. ℥iiß. ℈ß. gr. vi. *eſſent. citri cort. ext. recent. abſque igne parat. ambræ moſch.* ana ad plac. (quia addi & omitti poſſunt.)
Pulveriſata & in ſubtiliſſimum alcool redacta commiſceantur exactè, & quidem in mortario lapideo, piſtilloque ligneo. Poſtea in eodem mortario, cum *Gelatina C. C.* & *mucilag. tragacant. per aquas bezoart. fact.* ana q. ſ.
Fiat maſſa tenax & fortis, ex qua tandem, in typo aliquo, ſeu forma ex ligno ſeu gypſo, facta, efformetur cornu, magnitudinis ad placitum, prout illud unicornu animale & naturale ſolet eſſe.

*Primò* hoc annotandum eſt, quod loco medullæ, pro ſuſtentatione, ſtylus infigitur, ex ligno duro ac forti (ſcil. juniperi, fraxini, ligni ſancti, ſandali citrini, vel aliquo ſimili, poteſt & eſſe argenteus, bene deauratus,) aliàs enin cornu hoc artificiale facilè frangitur,

gitur, & tractari ſe manibus non permittit.

*Secundò*: Exſiccatio debet fieri lentè, per ſe, abſque ⊙e & fornace, & in ipſa capſula ſeu forma, in qua hoc cornu efformatum & expreſſum fuit; ubi tamen ſuperior pars formæ demitur; poſtquam ſuperior bene exſiccata fuerit, cornu ſtylo ligneo invertendum eſt, in alteram partem, ut ibidem exſiccetur.

Ornamenta & flores, atque literæ in eo impreſſæ auri foliis deaurari poſſunt ad placitum. Res certè curioſa, & magno Principe digniſſima.

Nam multo majoris virtutis & efficaciæ eſt hoc cornu, quàm illud naturale, quod caro pretio emptum hucuſque in multorum Magnorum Principum cimeliarchis conſpicitur, ac contra omnia venena, tanquam theſaurus & certiſſimum remedium decantatur.

Doſis à ℈ß. ad ℈j. ℈ij. & ad ʒj. uſque.

## Eſſentia Moſchi ambrata Officinæ Regiæ ULADISLAI IV.

℞. *Conf. alkerm.* ℥j. *ſpec. diambræ, diamoſchi dulc.* ana ℥ß. *ligni aloës* ʒij. *moſchi opt.* ℈j. *ambræ* ℈iß. -∽- *ardent. roſarum, extr. Norimbergenſis* ana ℥ij. ∇ *cinamomiſati* ʒj. *caryophyllati* ʒß.

Benè miſta & in vitrea phiala hermeticè clauſa ſtent in digeſtione per menſem, & quidem caloris leniſſimi. Defuſus liquor poſtea filtretur, & uſui ſervetur. Vires. Cordiale & cephalicum eſt. Doſis gutt. v. vij. ad ℈ß. & ℈j.

*Not.* Remanentia in filtro chartaceo, odoris adhuc plena aliis uſibus externis inſervire, & ſuffimentis admiſceri poteſt.

## Eſſentia Moſchi & Ambræ D. D. C.

℞. *Moſchi* ℈ß. *ambræ* ℈j. *conf. alkerm.* ℥ij. -∽- *roſar. fragrant. liliorum conval.* ana ℥ß. ∇ *carbunculi, elix. Matthioli* ana ℥j.

Mixta circulentur per octiduum vel diutius in vitro clauſo & optimè perlutato, eſſentia poſtea per chartam filtrata, odoris ſuaviſſimi, in vitro benè munito, ſervatur ad uſum.

Confortat & reficit cor, cerebrum & ſpiritus animales & vitales, aliiſque affectibus convenit.

Doſis à gtt. iij. ad vj. & ℈ß. In vino generoſo, aq. cinamoni, vel alio conveniente liquore.

## Ambra moſchata in forma ſicca.

℞. *Ambræ gryſeæ opt.* ℈iß. *moſchi oriental.* ℈ß. gr. v. *ſacchar. canarii albi & ſubtiliſſimè pulv.* ℥j. ʒj. Terantur & miſceantur opt. in mortario vitreo cum 🝆 *citri ex rec. exter. corticibus abſque igne extr. roſar. ſtil. ver.* ana gtt. v. *cinamomi* gtt. ij. *caryophyll.* gtt. j. Miſceantur iterum. Fiatque eſſentia nobiliſſima in forma ſolida, quæ in vino vel in aliis liquoribus diſſolvi atque medicamentis aliis admiſceri poteſt.

## Tinctura Coralliorum Cnœffeliana.

℞. -∽- ⊖-*li, cum ſuo phlegmate adhuc impregnati*, vel loco hujus, -∽- *aceti opt. dephlegmati* ℥ix. ♀*ri crudi pulv.* ℥iß. ⊖ *pur. & pulv.* ʒiij.

Miſceantur & deſtillentur ex ∴a per ⊙am, calore leniſſimo. Menſtruum hoc, ita prius concinnatum, affunde *coralliis rubris groſſo modo contuſis*, ad eminentiam trium digitorum. Mixta, & in vitro bene clauſa, ſtent in leni digeſtione per dies aliquot, donec corallia diſſolvantur; quod ſolutum ſeparetur, novumque menſtruum adfundatur, & poſt ſufficientem ſolutionem, rurſus defundatur, idque tertia vice repetatur, vel tamdiu, donec corallia omnino ſoluta ſint. His peractis, ſolutiones omnes junctæ, in MB deſtillentur, & abſtrahantur, ad ſiccitatem uſque; Corallia ſic in fundo vitri, pulveris ex flavedine rubeſcentis inſtar, interim aſſerventur ſuo titulo *coralliorum* TR*æ ſiccæ*. Iam

℞. ∇ *rectificati* part. ij. -∽- ⊖-*li* part. j.

Deſtillentur per matracium ex cineribus, & quidem reiteratis ſcil. tribus vel quatuor vicibus, & habebis aquam temperatam & menſtruum, cum quo tandem TRam extrahere potes, progrediendo hac ratione; Ad *pulveris coralliorum ſuperius aſſervati* ℥iij. adde *hujus aqu. temperatæ* ℔j. In lenta digeſtione ſtent per menſem, vel diutius donec omnis TRa ex coralliis extracta eſt, quæ TRa tandem à copia ſpiritus vini (ſcil. tertia parte) per abſtractionem in MB liberanda, & ad uſum ſuum aſſervanda eſt, miſcibilis cum omni liquore.

*Vires & Dotes* incredibiles recenſentur à *Boëtio de Boodt in gemmarum & lapid. hiſt. l. 2. c.* 154. corpus redigit in temperiem cœleſti quadam vi, & propterea omnes partium affectus evellit radicitus, propter analogiam, quam habet cum ſpiritibus vitalibus, & innato calido, quod auget, roboratque, ut facilè contrarios morbos ſuperare poſſit.

Doſ. à gtt. v. uſque ad x. & xv. in vehiculis convenientibus.

## Tinctura Coralliorum ſicca.

℞. *Coralliorum in porphirite præparat.* ℥iv. vel q. pl. TR*æ noſt. coralliorum* q. ſ. pro inſuccatione.

Miſceantur in concha vitrea ſeu porcellana ampla, & quidem lentè & cautè; miſtura poſtea bene & exquiſitè unita, exſiccetur leni calore totaliter, qui labor cũ nova inſuccatione & exſiccatione ter vel quater reiterandus eſt. Corallia tandem propria TRa impraegnata & in mortario vitreo in alcool redacta, ſerventur uſui in vaſculo vitreo & puro.

Dos. à gr. v. ad ℈ß. & gr. xv. cum aliis ſolidis & liquidis vehiculis idoneis. Vires cum TRa coralliorum præcedente conveniunt.

## Panacea eſſentificata.

℞. *Pulv. noſt.* ⊙*aris, ſeu panaceæ ſolaris* ʒij. cui ſuperaffundatur TR*æ coralliorum* ℥ß. in phiala ſeu alembico parvo, ſuo capitello applicato, ſtent in digeſtione per aliquot dies, donec materia iterum totaliter exſiccetur: denuo affundatur TRa corallior. & uti antea leniſſimo calore iterum exſiccetur, qui labor & tertia vice reiterandus eſt. Pulvis tandem ſolaris TRa coralliorum ita impraegnatus, in mortario vitreo, reducatur in magiſterium ſubtiliſſimum. Vel

℞. *Panaceæ eſſentificatæ* part. iij. (ʒiij.) *coralliorum rub. præparator. axungiæ ſolaris Sileſ. ſimili modo prius cum* TR*æ corallior. inebriat.* ana part. vj. (ſcil. ʒvj.) *ambræ moſchatæ* gr. xxx. Miſceantur omnia exactè, fiatque cum gelatina cornu cervi ſ. q. maſſa juſtæ conſi-

ſtentiæ, ex qua orbiculos ad placitum efformare poteris. Doſ. gr. v. ad xv. in vino ſeu aquis cordialibus.

Aurum tranſparens Dn. D. Cu.

℞. *Auri puri & laminati* q. v.
Solve aurum in menſtruo noſtro, (quod componitur ex ♁io, ⊖-lo albo & ⦶o ana p. æqual. in 🝭â, injiciendo nempe per cochlearia mixturam, & ſic deſtillando ſecundùm *Glauberum*) Solutionem inde 🝭æ bene lutatæ, & deſtilla quantum vult tranſire, quod ſeorſim aſſervetur. Reliquum quod in fundo retortæ remanet, edulcoretur, ſuper illud bene edulcoratum reſiduum iterum affundatur menſtruum, & per chartam, poſt ſufficientem digeſtionem filtretur, filtratum denuo deſtilletur per retortam, & ſiccum corpus ſublimabitur in parietibus retortæ inſtar rubini. Sapienti ſatis.

Coralliorum inſuccatio ſingularis.

℞. *Coralliorum rub. pptor. ſive in ſubtiliſſ. alcool. redact.* q. v.
Hos imbue ter vel quater cum decocto rubro granorum chermes, per ſuccum citri & aq. roſar. facto, vel loco hujus cum *eſſentia ſeu* TR*a granorum chermes, per balſam. embryon. Auguſtanor. facta*, & denuo per ſe exſiccentur, ut in pulverem redigi queant, in fine adde *eſſent. cordial. n. ad pl.*

Eſt ſummum cordiale & roborativum maximè pro fœminis gravidis. Doſ. à ℈ß ad ℈j. & ʒß. In defectu hujus præparationis *Cl. Dn. D. Cnœffelio* ſequens placuit formula.

℞. *Corall. rub. opt. præparat.* ℈j. *magiſt. corall. butyracei* ℈ß. *eſſent. roſ. ſaccharat.* ℈iß. *magiſt. granor. cherm.* gr. vij.
Miſceantur, fiatque pulvis roſeus.

Tinctura granorum Chermes.

℞. *Granorum chermes recent.* vel loco illorum *cocci noſtri Polonici* q. vis. *ſucci citri recenter expreſſi* q. ſuff.
Grana prius piſtillo ligneo in mortario lapideo, groſſo modo contuſa, imbuantur quàm optimè cum ſucco citri, ut ſupereminęat, ad quantitatem palmæ; ſtent in digeſtione caloris leniſſimi per tres dies, vel diutius, donec in ſubſtantiam pulmenti liquidioris abeant, poſtea affundatur.

*Spiritus roſarum ardens, in tanta quantitate, ut materia tres quatuorve digitos ſupernatet*, & vaſe opt. clauſo fiat de novo digeſtio, tamdiu donec ſpiritus roſarum omnē TRam rubini inſtar ex baccis extraxerit, quæ poſtea à fæcibus per filtrum chartaceum aufertur, & abſque ulteriori abſtractione ad uſum ſervatur.

*Vires.* Cardiaca eſt, ſpiritus vitales reficit, fœtum debilem in gravidis corroborat, atque confirmat, ac mirifica vi languentes vires maximè in febribus calidis recreat ac reficit Doſ. à ℈ß. ad ℈j.

Tinctura cordialis.

℞. ∇ *cordialis Saxon. rubi idæi, borag. bugloſſ.* ana ℔ß. *è toto citro* ℥iv. *conſ. florum tunicæ, roſar. rub.* ⊖-*lat.* ana ℥ij.
Mixta ſtent in vitro puro per unam atque alteram horam, poſtea exprimantur, & per chartam filtrentur; poſtea add. *ſir. rubi idæi, granatorum* ana ℥j. ∽ 🜍*is per campan. facti* ſ. q. *ad gratum ſaporem*, cui adhuc admiſceatur ∇ *è typhis cervor. recent. Qat. cinamomi cordialis* ana ℥j.
Filtrentur per chartam emporeticam. Sign. TRa cordialis pro S. R. Maj. ex præſcript. Dn. D. Cnœff.

Per intervalla ſumenda, in debilitate virium, compreſſione cordis, & incaleſcentia interna, ex morbo podagrico.

Eſſentia Corallina.

℞. *Magiſter. ſolubil. corallior. rub.* ʒß. ℈iv. ∇ *cinamomi cordial. & ſpirituoſæ* ℥iiß. ℈iv.
Miſceantur benè, & poſt diſſolut. magiſterñ addantur.

TR*a corallior. noſt.* ʒij. ℈ij. *granor. kermes* ℈iv.
Miſceantur benè, fiatque eſſentia corallata compoſ. nobiliſſima.

*Vires.* Ventriculum & jecur roborat, ſanguinem purificat, omnem ſanguinis fluxum, maximè mulierum corrigit; cor & ſpiritus vitales confortat, obſtructiones viſcerum adimit, ac proinde peſti febribuſque malignis adverſatur. Doſ. à ℈ß. ad ℈j. & ʒj.

Miſtura cordialis calida.

℞. *Elixir. vitæ Matthioli* ℥iij. ∽ *lil. convall.* ∇ *cinamomi cord.* ana ℥j. *conſ. alkermes* ℈v. *ſpec. diamoſch. dulc. diambr.* ana ℈iiß.
Digerantur leni igne per 24. horas, bene clauſo vaſe; Liquori filtrato addantur TR*a corallior.* ʒv. *granor. chermes* ℈v.
Miſta ſerventur ad uſum. Sign. ut ſupra.

Ad omnem corporis imbecillitatem à cauſa frigida ortam, medicina efficax eſt, commendatur & ad cerebri affectus frigidos, ideò in apoplexia, paralyſi, & comitiali morbo, & in ipſo paroxyſmo, valdè conducit; datur & in animi deliquio, & cordis Palpitatione ſummo cum emolumento. Doſis à gutt. x. xv. ad xx. per ſe, vel cùm aliquo alio vehiculo liquido & idoneo.

Miſtura cordialis temperata.

℞. *Aq. cordial. temperat. Hercul. Sax.* ℥iij. *citratæ cõpoſitæ, meliſſæ c. v. cinamomi cum flor. cord. abſque vino deſtill.* ana ℥j. *extract. Norimbergenſ. dict. Auguſtanorum* ʒvj. *eſſent. citri liquid.* (*ex rec. cort.*) ℥iß. ſeu TR*a granor. chermes. per* ∽ *roſar. vel bacc. rubi idæi fact.* ʒij. *ſir. rub. idæi corallior. granat.* ana ſ. q. Miſce.
In febribus malignis & peſtilentialibus commendatur, ſpiritus vitales reficit, atque ſyncopi & cordis palpitationi auxiliatur. Doſis cochlear unum, per intervalla aliquoties in die.

Elæoſaccharum cordiale compoſ.

℞. 🝆 *nuc. moſchat. ſtill. cinamomi* ana gtt. viij. *caryophyllor.* gtt. iv. *ſuper extr. Norimb. collect.* gtt. iij. *elæoſacc. citri ex rec. & ext. cort. n. m. ext.* ℈j. gr. iv. *moſchi opt.* gr. ij. *ſacchar. canarii* q. ſ.

Miſceantur probè in mortario vitreo, & in vitro puro, ac duplici veſica munito, ſerventur ad uſum. Beneficio hujus, in momento claretum & vinum odoriferum

riferum parari poteſt, ſi nempe hujus elæoſacchari ℈j. in ſcyphum vini, trium vel 4. unciarum injicitur. Inde fit

Eſſentia cordialis odorifera.

℞. *Elæoſacchari antea præſcripti* q. v. V̈ *🜍ſati, cinamomiſati ad ſupereminentiam 4. vel 6. digitorum.*
Stent in vaſculo vitreo, quàm optimè clauſo, per 24. horas in digeſtione, ut exactè uniantur. Vires ex titulo comprehenduntur. Doſis à gtt. iii. ad ℈ß. plus minuſve, pro morbi indigentia & liquoris quantitate.

Eſſentia alia cordialis odorifera D. D. B.

℞. *℗ cinamomi veri* ℈j. *caryophyllor. nuc. moſchat. ſtill.* ana ℈ß. *roſar. ver.* gtt. vj. *ſuper aqua Damaſcena collecti* gtt. viij. vel quantum in una deſtillatione haberi poteſt, V̈ *🜍ſati, roſati, & cum aliquot granis ⊖is ✱ci volat. impregnat.* ℥ix.
Diger. in vaſe opt. clauſo per aliquot dies, poſtea adde *eſſent. moſchi ambratæ* ad pl. ex. gr. gutt. viij. ad xvj. Doſis gutt. iij. ad vj. in vino vel aq. cinamomi. Admiſcetur & aliis medicamentis cordialibus.

Epithema Cnœffelianum calidum.

℞. *Extr. ſive aq. Norimb. ſecund. Ph. Auguſt. parat.* ℥iij. *aq. carbunculi, Imperat. Caroli, embryon.* ana ℥j. *cinamomi* ʒvj. *roſar.* ℥ij. Miſce. Dentur ad vitrum.

Epithema aliud frigidum.

℞. ∇ *cord. frig.* ℥iij. *meliſſ. Imp. Caroli, roſar.* ana ℥j. *ſucci citri rec. expr.* ʒvj. *aceti roſacei, rubi idæi* ana ℥ß. *pulpæ cort. ext. rec. citri* ℈iv. *conf. alkerm.* ℈ij. M. pro epithemate. Sign. Euſſerliches Pulß- und Hertz-Waſſer.

Epithema cordiale noſtrum temperatum.

℞. *Extr. ſeu* ∇ *Norimberg.* ℥iij. ∇ *carbunculi* ℥ß. *roſar. odor.* ʒvj. *aceti rubi idæi, roſarum* ana ʒiij. M. pro epithemate.

Balſamum cordiale odoriferum.

℞. *Ung. rub. pomat. Ser. Reginæ Cæciliæ* ℥ß. *℗ nuc. moſch. expreſſ. ex cort. citri rec. ſ. igne extr.* ana ʒj. *flor. aurant. Rom.* ℈ij. *ſtill. cinamomi* gtt. iv. *caryophyll.* gtt. ij. *moſch. ambr.* ana gr. iv. M. F. balſamum.

## *TITVLVS XIII.*

# STOMACHICA.

Pulvis pepticus poſt paſtum,
S. Reg. Majeſt. ULADISLAI IV.

℞. *Sem. coriandri præp. aniſi, fœniculi* ana ℥ß. *cinamomi acuti* ℥j. *macis* ʒij. ℈ij. *ſandali albi pulv. corall. rub. ſubtil. præp.* ana ʒij. *panis albi bis cocti ſaccharati* ℥iij. *ſacchari Canarii albiſſimi* ℔ß. ℥ij.
Species prius ſeparatim pulveriſatæ, commiſceantur in mortario lapideo, cui tandem admiſceatur *ivæ arthetica, ambræ moſchat.* ad placitum. M. F. pulvis.
Ventriculum roborat, facultatem concoctricem debilitatam confortat, digeſtionem promovet, & flatus diſſipat. Doſis ℥j. poſt aſſumptum cibum, cum fruſtulis panis toſti vino Malvatico prius madefactis.

Miſtura ſtomachalis.

℞. *Elixir. proprietat. noſtr. acidul. de tribus* ana ʒvj. *elix. Matthioli, miſturæ de tribus* ana ℥iß. *extr. calam. aromat.* ʒj. *eſſent. menthæ odor. noſt. macis* ana ℈j. *cinamomi* ℈ß.
Miſta digerantur clauſo vaſe per 24. horas, poſtea colentur. Sign. ut ſupra. Doſis à ℈ß. ad ℈j. in vino, ſeu aqua ſtomachali, vel in alio liquore competenti.

Paſta Regia ſtomachalis.

℞. *Succoladæ*, vel quod melius, *fruct. cacao decort. amygd. dulc. excort. piſtach. decort.* ana ℥j. *nucl. avellanar. rub. decort.* ℥ß.
Contundantur minutiſſimè in mortario lapideo, ad pultis formam, admiſcendo paulatim, & per intervalla

TRæ *confect. alkermes* (per ∇ cinamom. ſpirituoſ. p. j. & roſar. fragr. p. ij. fact.) q. ſ.
Puls cogatur per ſetaceum craſſum, poſtea adde *Sacchari Canarii ſubtil. pulv.* ℥viij. *farinæ tritic.* ℥ij. *marmelad. ſimpl. ſeu cond. cydon. cort. citri condit. aurāt. cond. nuc. Indic. cond. (per ſetaceum ſimili modo traject.)* ana ℥ß. *pulv. cinamomi* ℥j. *caryophyllor.* ℥ß. ʒij. *macis, galang. cardamom. ſem. aniſi, coriandri* ana ʒiij. *zinziberis pulv.* ℥ß.
Miſceantur bene in mortario lapideo, ut fiat paſta, ex qua formentur tandem orbiculi, magnitud. ad pl. qui foliis mali aurei, ſeu papyro, impoſiti, prope fornacem optimè exſiccandi, & in ſicco loco, ſcatulâ incluſi aſſervandi ſunt. In ſuperficie variis figuris, cum exſculptis formis ligneis, ſeu ſtanneis inſigniri poſſunt, prius nonnihil, ol. nuciſt. madefactis. Inſignes habent virtutes, in roborando ſtomacho, & multis aliis affectibus ventriculi à cauſa frigida natis. Doſis à ʒj. ad ʒij. Gratiſſimi ſunt odoris & ſaporis.

Succolada Regia.

℞. *Succolad. Ind. in pulverem ſubtiliſſimum redact. & opt. cribrat.* ℥iv. *ſacchari Canarii ſimiliter opt. pulveriſ.* ℔j. *amygdal. dulc. excort. & in mortario lapideo opt. contuſ. & in maſſulam redact.* n. xij. *albuminis ovorum in ſpumam craſſiſſimam & denſam prius concuſſorum* n. ij.
Omnibus mixtis, & in mortario lapideo, piſtilloque ligneo, probè agitatis fiat paſta, ſatis tractabilis, ubi & hoc advertendum, ne ſpuma ovorum tota, & uno impetu ſtatim admiſceatur, ſed per intervalla, & cochleatim, donec tandem omnis ſpuma albuminis ovorum maſſæ admixta ſit. Adde, ſi placet, pro magnatibus *moſch.* & *ambr.* ad plac. ex. gr. *moſch.* ℈ß. *ambr.* ℈j. incorporentur, more conſueto, prius ſaccharo.
His peractis, ex maſſula tandem formentur quadratulæ ſeu tabellæ planæ, magnitudinis pollicis tranſverſi, quæ papyro ſuperpoſitæ in fornacula ferrea, ſeu quod idem eſt, ſub vaſe cupreo piſtorio (in einer Torten Pfannen) coquuntur, ſic magis elevantur, & triplo fiunt majores.

Vires

Vires ventriculo frigido conveniunt, dantur & ſeniculis debilitatis, ad roborandum vitæ balſamum. Doſis n. *6*. 12. & 24. ſuperbibendo bonum hauſtum vini Malvatici ſeu Moſchatellini.

*Not.* Moſchus & ambra etiam omitti poſſunt.

Qui & pulverem viperinum admiſcere vult, non errabit.

Parabantur olim pro Reg. Majeſtate, inde & nomen contraxerunt.

Eſſentia ſtomachalis.

♃. *Fol. menth.* m. iij. *ſpecier. Imperatoris* ℥iiß. *ſem. aniſi, fœniculi* ana ℥ß. 🜄 *rectificati* ℔iij.
Macerentur per octiduum, poſteà deſtillentur in MB. Liquori deſtillato & ſpirituoſo adde *extr. calam. aromatici, zedoariæ*, *ol. ſtill. nuciſt. menth. cinam.* ana ℈j. *caryophyll. aniſi* ana ℈ß. *ſacch. Canarii alb. & cum aceto eſurino præparati* pro excipiendis oleis q. ſ. *⊖is ♀ri volat.* ʒiij.
Stent in digeſtione, donec perfectè uniantur. Eſſentia per linteum ſubtile colata, ſervetur in vitro benè claudendo.

*Vires* In ventriculi & hypochondriacorum atque inteſtinorum infirmitatibus, à cauſa frigida, conducit. Doſis ℈j. ad ℈ij. in vino vel alio liquore convenienti.

Elixir abſinthiacum comp.

♃. *Extract. abſinthii liquidi noſt. deſcript.* ℥iij. *ſpir. ♀i ſaſſafrat.* ℥j. ʒj. *⊖li ♂tis* ℥ß. ʒij. *vulgaris* ʒiij. *TRæ ſandal. c.* 🜄 *ſtomach. extr.* ʒvj.
Mixta ſtent per diem & noct. in digeſtione, poſtea filtrentur & uſui ſerventur. Doſ. gtt. x. ad xv. & xx. in vino ſeu alio liquore appropriato.

Elixir vitæ ſtomachicum.

♃. *Rad. calami aromatici* ℥j. *galang.* ʒvj. *cinamomi* ℥iiß. ʒij. *nuc. moſchat.* ℥j. *caryophyllor. macis, cardamom.* ana ʒvj. *cort. flav. arantior. citri* ana ℥j. *ſem. aniſi, carvi, coriandri* ana ℥ß. ʒij. 🜄 *ex frumento* ℔xij.
Facta maceratione per dies tres, deſtillentur ex B. V. liquori egreſſo, denuo immergantur
*Spec. diamoſch. dulc. diambr.* ana ʒj. *ſandali rub. pulv.* ℥ß. ʒij.
Stent per aliquot dies in loco ſaltem frigido, poſtea filtrentur, & cum ſir. ordinar. & ſimpl. q. ſ. dulcoretur.

Elixir præſtans, in affectibus frigidis ſtomachi. Tandem aſſervetur in lagenula vitrea bene clauſa.

Doſ. à cochl. dimid. ad cochl. unum & duo.

Elixir vitæ ſtomachale ordinarium
Officinæ Regiæ.

♃. *Spec. ſtomachal.* ℥xxv. 🜄 *opt. & rect.* ℔ xxvij.
Deſtill. ſuo more in B. vap. liquori ſtillato adde
*Sirupi ord. ſimpl. ſacchari canarii* (*in aq. cinam.* q. ſ. *diſſol.*) ana ℔iij.
Miſc. & fiat elixir ſtomach. ordinarium.

Aq. ſtomachalis alia ordinaria.

♃. 🜄*i ſtomachalis* ℔j. *aq. calami aromatici compoſ. zedoariæ* à ℔ß *ſacchari canarii* ℔ß. diſſoluti in *aq. roſarum.* ℥iv. *cinamomi* ℥ij.
M. & filtrentur per chartam emporeticam, & ſi placet tingantur per infuſionem ſcil. cum *fol. heder. terreſtris* in colorem ſmaragdinum. Vel cum *corticibus aurantior.* croco ſeu cnico hortenſi in colorem aureum. Vel cum ligno ſandalino raſpato in rubrum colorem; ſeu cum torna ſolis in purpureum, qui color & conciliatur cũ cocco noſtro Polon. confectione alkermes, ſeu caryophyllis aromaticis. Viridiſſimus & pulcherrimus color etiam obtinetur per ſuccum ſeu ſirupum flor. violar. martialium, cum grano uno atque altero ſalis ♀i.

🜄*i ſtomachalis* fit per deſtill. ex 🜄i ordinarii, ex frumento fact. ℔viij. & *ſpec. ſtomach. Imperatoris* ℥viij. Virtutes hujus aquæ titulus indicat.

Aq. vitæ calami aromatici.

♃. *Calami aromatici minutiſſ. inciſi* ℔ij. *ſem. aniſi & fœnicul.* ana ℔j. *rad. glycyrrh. ireos, granor. paradiſi* ana ℥ij. 🜄*i ex frumento parati* ſtoff. n. xxx.
Et poſt ſufficientem macerationem, deſtillentur per veſicam. Adde *ſirupi ordinarii ſimpl.* q. ſ. Sign. ut ſupra.

Aq. zedoariæ Officinæ Regiæ.

♃. *Rad. zedoariæ* ℔ß. *ſem. aniſi* ℔ij. *fœniculi* ℔j. 🜄 *ordinarii* xxij. ſtoff.
Maceratione facta, in vaſe bene clauſo, aliquot dierum ſpatio deſtillatio inſtituatur, in veſica cuprea; per XXum, prima aqua (ad 14. ſtoff. ſcil.) ſeorſim excipiatur. Huic deſtillato adde *ſacch. clarificati* ℔vj. vel q. ſ. pro edulcoratione. Sign. ut ſupra.
In doloribus ventriculi, ex cauſa frigida, atque ſuffocatione uteri, eſt remedium familiare.

Unguentum ſeu Balſamum ſtomachicum
Sereniſſ. CÆCILIÆ RENATÆ p. m. Reginæ
Pol. & Suec.

♃. *ol. nuc. moſchat. expreſſ.* ℥iß. *ſtil. menth. maſtiicis, nardin.* ana ℥j. *caryophyll. calami aromatici* ana ʒij. *macis, carvi* ana ℈iv. *balſami Indici Peruviani* ℥ß. *maſticis* ʒvj. *ceræ alb. virgin.* q. ſ.
Miſceantur, fiatque balſamum nobile ſtomachicum & fragrans, quod externa ſui inunctione, mirabiliter ſtomachum roborat. Sumitur & intra corpus, cum ovo ſorbili.

[*Not.* Pro Rege ULADISLAO IV. commiſcebatur cum *ol. formicarum* atque *moſch. & Zibeth.* q. ſ.

Pro balſamo locali, ante actum matrimonialem.]

Emplaſtrum ſtomachale
Ser. Cæciliæ Renatæ p. m. Polon. & Suec. Reginæ.

♃. *Maſticis* ℥iij. *tacamahacæ* ℥j. ʒij. *laudani, ſtoracis calam. reſin.* ana ʒiij. *ol. maſticis & cydon.* ana ℥j. *tereb.* ℥iij.
His invicem leniſſimo calore mixtis, adde *ceræ virgin.* ℥viij. *gall. moſchat.* ʒiij. *caryophyllorum, nuc. moſchat. cinamomi, cardamom.* ana ʒij. *lign. aloes, cubeb.* ana ʒj. ℈j. Agitentur & impaſtentur optimè, atque ultimò cum parum refrixerint, adde *balſami Indici Peruviani* q. ſ. Fiatque ſ. art. emplaſtrum, ad corroborandum ſtomachum efficaciſſimum.

Empl.

Empl. ſtomachicum aliud officinale.

♃. *Tacamahac.* ℔j. *maſticis, reſinæ ſtoracis calamit.* ana ℥vj. *terebinth.* q. ſ. pro diſſolut. ſpecierum. Adde *ceræ citrinæ* ℥vj. *balſami Indici de Peru* q. ſ.
M. Fiat empl. ſ. artem.
In uſu extendatur ſuper alutam, & applicetur regioni ventriculi. Mirificè concoctionem promovet, dolores ſiſtit, & ipſum ſtomachum corroborat.

*TITVLVS XIV.*

# DYSENTERICA.

Pulvis dyſentericus Caſtrenſis Cl. Dn. D. C.

♃. *Terræ coct. vulgar. ex clibano, & cum ſpermate ranar. rec. aliquoties imprægnatæ*, & iterum exſiccatæ & pulveriſatæ, *rad. tormentill. opt. pulv. nuc. moſchat.* ā. part. æqual. q. pl.
M. Fiat pulvis ſubtiliſſimus. Sign. pulvis dyſentericus ſine opio. Iam
♃. *Hujus pulv. dyſenterici ſimpl.* ℈iiß. *maſticis pulv.* ℈ß. *ſedativ. noſtri ſimpl.* gr. j. M. F. pulvis, pro doſi.
In aq. appropriata ante paſtum ſumendus, reiteratis vicibus, in omnibus profluviis alvi.

Specificum dyſentericum Dn. D. L. & C.

♃. *Boli, ſeu terræ ſigill. albæ Hungar. (vel incarnatæ) cornu foſſilis, ocul. cancri corall. rub. præpar.* ana q. v.
Mixta & opt. pulveriſata irrorentur ſæpius cum decocto rad. tormentil. & ſerpentar. per aquam ſeu liquorem crud. ſperm. ranar. facto, & iterum exſiccentur & pulveriſentur, ſexies vel ſepties, qui labor & poſtea bis vel ter cum TRâ *baccarum myrtillor.* (abſque ſir. & ſacch. fact.) inſtituendus eſt
Pulveris hujus tandem junge unciæ cuilibet.
*Nuc. moſchat. opt. pulv. rad. tormentill. pulv.* ana ʒij. *ſedativi ſimpl.* gr. vj.
Et cum *gelatina cornu cervi*, per *aq. ſperm. ranar.* fact. q. ſ. Fiat paſta, ex quâ tandem formentur orbiculi ʒj. ponderantes, vel etiam in triplo majori forma, quæ tamen proprio charactere ponderis, & titulo, beneficio typi alicujus ferrei, (huic negotio prius parati) aſſignandi ſunt.
Doſis ʒj. in vehiculo aliquo, in quo injectus, ſtatim diſſolvitur. Omnia profluvia ventris, ſeu alvi, item menſtruorum, hæmorrhoidum & narium ſiſtit. Iter facientibus & militibus medicina commoda.

Tinctura Myrtillorum.

♃. ▽ *ſpermatis ranarum* ℔j. *juglandium immatur. tormentill. è ſucco bacc. myrtill.* ana ℥iv. *magiſterii aluminis in forma liquida A. Salæ* ℥ß. ʒij. *galred. ſimpl. baccar. myrtillor.* (n. m. abſque igne, ex p. j. *ſucci* & p. ij. *ſacch. pulveriſ. fact.*) ℥viij. *bacc. myrtill. lentè exſiccatar.* (prius tamen parum contuſ.)
Mixta ſtent per noctem in loco temperato, poſteà filtrentur per chartam, pòſt adde *ſirupi è ſucco baccar. earundem & florum papaveris* 🜔 *lat. pro grato ſapore* q. ſ. *eſſent. aromat. nuciſt. odor.* ʒij.

Miſceantur & TRa rubicundiſſima in loco frigido aſſervetur, in dyſenteria epidemica, aliiſque fluxibus ventris periculoſioribus eximium eſt remedium. Doſis eſt à cochl. j. ad iij. & iv. per ſe.

Bolus in dyſenteria
pro S.R.Maj. IOH. CASIM. &c. ſub Zborrovvic in Caſtris.

♃. *Conſ. roſarum antiq.* ʒiß. *theriac. pulv. Pannon.* ana ℈j. *laudani opiati* gr. j. M. F. bolus.
Semel Regia Majeſtas hunc bolum ſumpſit, & ſtatim melius habuit.

Electuarium dyſentericum.

♃. *Succi acac. ſive prunor. ſilv. inſpiſſati* ℔ß. ℥iij. *conſ. roſar. antiq. flor. papav. errat. cond. cydon.* ana ℥iv. *mellis ad ſpiſſitudinem coct.* ℔ß. *rad. tormentill. ſubtil. pulveriſ. glandium immatur. ſubtil. pulv. nuc. moſchat.* ana ℥iij. cum *myva cydoniata* q. ſ. F. ſ. a. elect. mediæ conſiſtentiæ.
In dyſenteria, diarrhœa, lienteria, aliiſque fluxibus deſperatis potenter adſtringendo, remedium eſt infallibile. Doſis à ʒj. ad ʒij. ſuperbibendo hauſtum aq. ſpermatis ranar. deſtill.
Formula pro bolo.
♃. *Elect. dyſent.* ʒj. *laudani opiati* gr. j. Miſce.

Electuarium aliud dyſenter. caſtrenſe.

♃. *Bacc. myrtillor. in clibano lentè exſiccatar.* ℥iß. *panis dulciarii aromatiſati Thorunienſis, rad. tormentill. pulv.* ana ℥ß. ʒij. *nuc. moſchat. pulveriſ. ther. Andromachi antiq.* ana ʒij. cum *elix. Matthioli* q. ſ. F. elect. ſpiſſum ac denſum.
In morbis deſperatis, utpote profluv. ventris, eſt ſecretum excellens, Anno 1649. dum ad caſtra iremus, ſæpe probatum. Doſis à ʒj. ad ij. ſeu magnitudinem nucis juglandis. Præmiſſis tamen iis, quæ præmittenda ſunt.
Clar. & ſæpè nominatus Dn. D. Cn. in curanda dyſenteria hanc etiam obſervabat regulam. Cum in ea ferè ſemper aliquid venenati ſubeſſe exiſtimaret, eam non tàm purgantibus, quàm bezoarticis curabat. Inde & ſtatim electuariis & pulveribus ſuis, theriacam, rad. contrayervæ, tormentill. pulv. bezoart. Pannonicum & ſimilia cum correcto ſedativo admiſcebat.
In dyſenteria etiam & aliis profluviis inteſtini recti, ſi purgatione opus eſt, nullum præſtantius pharmacum *rhabarbaro* excogitari poteſt, quoniam fluxum ſiſtit, partem roborat, & ulcus ſua adſtrictione & moderata ſiccitate curat.
Cum ſolo rhabarbaro, & pulvere rad. tormentill. quinquies vel ſexies ſumpto, atque reiteratis enematibus domeſticis, curata fuit anno 1673. Sereniſſima Regia Eleonora, Dna, Dna mea Clementiſſima.

*Titulus*

*TITVLVS XV.*

## HEPATICA.

### Aperitivum Martiale.

℞. *Croci ♂tis aperitivi, (ex ſolo ⊕-lo ♂tis, per calcinationem lenem, ad rubedinem uſque, parat.)* ℈vj. gr.iv. ⊖is *eſſentialis acetoſell.* ℈iv. gr.xv. *ſacchari Canarii alb. pulv.* ℈xvj. *℘ ſtill. ver. roſar.* gtt. iv. Miſce, fiat pulvis, colore, odore & ſapore gratus. Vires ſunt epaticæ & ſpleneticæ. Doſis à ℈j. ad ℈iß. & ℈ij. in juſculo carnis.

### Pulvis hepaticus Dn. D. Cn.

℞. ⊖*is eſſentialis acetoſell.* ℥ß. *ſacchari roſati ſimpl. (per aquam roſar. ſimpl. & fragrant. ſcil. præparat.) citrati* ana ℥ß. ʒij. *eſſent. citri ex cort. recent. extract.* ſ. q. *magiſt. ſandal. rub. (ſeu* TRæ*)* ℈ij.
Miſce, fiat pulvis gratiſſimus incarnati coloris.

*Vires, Doſis & Uſus* eædem cum præcedente pulvere ſunt. Ex hoc pulvere cum aq. fontana fit & potus gratiſſimus, pro iis, qui pulveres faſtidiunt.

### Alia compoſ. pro S. R. Maj. ex præſcript. D. D. Cn.

℞. *Coralliorum rub. præpar.* ʒiij. ⊖*is eſſent. acetoſell.* ʒj. -^- ⊕-*li coagul.* gr. xij. TRæ *ſandal. (ſeu pulv. ſandal.)* q. ſ.
Fiat pulvis. Doſis eſt ℈ß. ad ℈iß. & ℈ij. Exhibetur ut plurimum jejuno ſtomacho, & 3. horis ante prandium in brodio, vino Rhenano, vel alio liquore.

### Liquor hepaticus.

℞. *Cremoris ♀ri alb.* ℥ij. -^- ⊕-*li non dephlegmat. ſed ſolum per chartam filtrat.* ℥viij. *confect. alkermes* ʒij.
Stent in calore ∴æ, donec omnia ſint ſoluta. Filtrato liquori adde TRam *corall. noſt.* ℈viij. *ſandal. (per -^- roſar. extr.)* q. ſ. *eſſent. roſar.* gtt. xvj. Miſta omnia ſerventur uſui.

Vires titulus indicat. Doſis à ℈ß. ad gtt. xv. & ℈j. in juſculo, vino vel alio liquore, horis matutinis.

### Elect. hepaticum Dn. D. Cn.

℞. *Conſerv. roſarum* ⊕-*lat. flor. tunic. acetoſell. condit. pulp. citri, rad. cichor. cort. citri* ana ℥ß. *pulv. noſt. hepat.* ℈vj. -^- ⊕-*li coagul.* ℈ß. *eſſent. citri ex recent. cort. noſtro m. extract.* ad placitum.
Confert in intemperie calida hepatis, & in febribus calidis continuis pro corroboratione & refrigeratione virium inſigniter. Doſis magnitudine juglandis parvæ, per intervalla in die.

*TITVLVS XVI.*

## HYDROPICA.

### Hydropis curandæ methodus Cl. Dn. D. Andr. Cn.

PRimò exhibuit purgantia ſua ſpecifica, & univerſalia, & quidem reiteratis vicibus, in forma pilularum, quæ erant *extractum hellebori nigri* ℈j. cum ☿*io ſuo fixo corallino.*

Peractis illis ordinavit tabulas ſequentes:

℞. *Bezoar. mineralis, aperitivi noſt. ♂tiati* ana ℥ß. ♁*ii fixi diaphor.* ♀*ri ♂tiati* ana ʒiij.
M. pro pulvere, & cum *ſacch. albiſſ. Canar.* ℥viß. *in aq. meliſſæ, cinamomi cordial. & roſar.* ana q. ſ. diſſolut.
Fiant tabulæ more conſueto, de quibus patiens ſumſit, ter in die, ſcil. manè, à meridie & circa noctem, & ſemper tribus horis ante vel poſt cibum. Doſis erat ʒiß. vel ʒij. per octiduum. Hinc acceſſit ad ſequentia.

### Vinum Martiale compoſitum.

℞. *Limatur. ♂tis* ℥ß. ad ʒvj. *cort. fraxini, ligni tamariſci* ana ʒiij. *juniperi* ℥ij. *ſaſſafr.* ʒij. *rad. hellebori nigri* ℥iij. *polypodii* ℥iß. *caryophyllat.* ♀*ri albiſſimi* ana ℥ß. *ſem. carthami* ʒij. -^- ⊖*is* gtt. xij.
Species inciſæ & groſſo modo contuſæ, includantur ſacculo, immergendo in vini opt. Ungar. ℔vj. & poſt ſufficientem macerationem, in vaſe terreo ſatis capaci vinum ♂tiale compoſ. aſſervetur in loco frigido. Doſis ℥ij. ad iij. in aurora, per duos dies, tertio ſumantur

### Trochiſci Martiales.

℞. ♀*ri ♂tiati* ℥ß. *flor.* ♁*ris* ℈viij. ♁*ii fixi diaph.* ʒij. *bezoart. mineral. ♂tialis, corall. rub. præpar.* ana ʒiß. *ſacchari Canarii alb.* ℥ivß. F. cum ▽ *meliſſ. citrat.* q. ſ. & *eſſent. citri, ex rec. cort. extr.* ℥ß.
Rotulæ in forma & magnitud. man. Chr. Doſis n. 6. ad 7. bis in die, ſcil. mane & veſperi, per tres vel quatuor dies, ſexto vel ſeptimo iterum ſumitur vinum ♂tiale, & ſic alternatim continuando, per tempus aliquod. Et ne ſemper purgetur æger & vires labaſcant, adhibeatur ſequens

### Mixtura Hydropica.

℞. *Elixir. proprietatis,* -^- *Tartari, per lign. ſaſſafras correcti* ℥ß. *mixturæ de tribus* ℥iij. *extr. liquidi abſinthii* ℥j.
Mixta ſtent in digeſtione per ☍ & ☌, poſtea adde *eſſent. cort. citri rec.* q. pl. Doſis à ℈j. ad ʒj. in vino ſeu aq. baccar. & florum ſambuci ℥iij. Summè prodeſt.

### Pulvis Anti-hydropicus.

℞. *Cremor. Tartari ♂tiati* ℈j. ⊖*lis fraxini* ⊕*ati, Tartari* ⊕-*lati* ana gr. viij. *bezoart. mineral. ♂tiati* gr. vij. *corall. rub. præp.* gr. xvj. *eſſ. citri ex cort. rec. extr.* ad pl.
Miſce in mortario lapideo, detur ad chartam pro doſi, & tales doſes n. 14. ad 14. chartas. Sign. pulv. anti-hydropicus, in intermediis diebus ſumendus.

Cataplaſ.

Cataplaſma ad tumores œdematoſos & duros & molles, maximè in hydrope.

℞. *Fimi vaccini* ℔ij. *columbin.* ℥vj. *gallinac.* ℥iij. *ovilli* ℥ij. *herb. hyoſcyam. ſolani, chamomill. c. toto* an. m. iv. *cap. papav. cum ſemine & ſtipit. gr. contuſ.* m. iij. *lithargyr. pulveriſ.* ℔ij. *myrrh. rubr. pulv.* ℥ij. *camphor.* ʒiß. *fec. vin.* ℔ij.
Vel loco fec. vin. accipe *mucilagin. ſem. lini* q. ſ. His inſimul mixtis, F. cataplaſma.

Applicetur abdomini calidè & renovetur ſingulis 24. horis. Accidit ſic, ut intercutaneum illud lixivium, excitet aliquando puſtulas rubentes & diſperſas, magna ſpe juvaminis. Non adeò ingratum cataplaſma habet odorem, quia myrrha & camphora fœtorem ſtercorum reprimit & occultat.

Ex applicatione hujus cataplaſmatis, & uſu vini medicati ♂. (ſuperius deſcripti,) intra 24. horas, 16. quartæ aquarum intercutanearum, per urinam ejectæ ſunt, in quodam nobili Polono, & intra 9. dies poſtea totum corpus detumefactum, & æger integrè convaluit.

Cataplaſma aliud, ad tumores hydropicos.

℞. *Baccar. juniper.* p. iv. *lauri* p. j. pulveriſata excipiantur cum *mellis* q. ſ. in conſiſtentiam *cataplaſmatis.*

*Uſus.* Applicetur per omnem ambitum abdominis, calidè, ſingulis 24. horis renovetur.

Beneficio hujus cataplaſmatis, curabat quidam ruſticus in Pruſſia ſuum conſanguineum, qui integro anno cum dimidio è nimio ▽i uſu hydropicus erat factus, ubi ex illius continuato uſu, tumor ſenſim & ſenſim detumuit, & ſingulis diebus melius ſe habere cœpit.

In tumore abdominis *Cancros vivos in formam cataplaſmatis contuſos, & tumenti abdomini ſuperpoſitos,* tumorem è veſtigio ſuſtuliſſe, cum admiratione omnium, obſervavit *Cl. Dominus Doct. Chriſtianus von Paulitz* S. R. M. p. m. Iohannis Caſimiri Archiater, & amicus atque Collega meus fideliſſimus.

Cataplaſma inſigne ad tumores œdematoſos. Cl. Dn. D. M. Littav.

℞. *Stercoris columbini in aceto macerati* ℔j. *caprini* ℥iv. ⊖*is comminutim triti* ℥ij. 🜍*is vivi* ℥j. Φ*i*, ℥ß. *pulv. rad. enul. ebuli, bacc. lauri contuſ. ſummitat. anethi, flor. chamomill.* ana ʒvj. *ſem. naſturtii* ʒij. cum *aq. flor. ſambuci* & *vini* ana q. ſ.
Coquantur ad pultis ſolidioris formam, ne manibus adhæreat, cui immiſce *terebinth. opt.* ℥iß. *mellis* ℥ij. *ſucci ebuli* ℥ij. *rad. irid. noſtr.* ℥iß. Fiat cataplaſma hidropicum.

In hydrope aſcite deſperato.

Suaſit anno 1666. Legatus Cæſareus Illuſt. & Excell. Dn. Baro de Iſola, Magn. Dominæ Pirre de la Cava, ſirupum de ſpina cervina è fermentatione factum, qui ſub ſingula intumeſcentia inſolentiore ad duo cochlearia ſumptus, mirificè tumorem conſumpſit, in abdomine, in pedibus verò non ita, ideò & ſequens cataplaſma communicabat.

℞. *Fimi columbini* q. v. Fiat cum partibus tribus ✠ti cereviſiæ & parte una ✠ti vini cataplaſma, ad conſiſtentiam pultis ſubactum linteo duplicato inducendum.

Hoc cataplaſma à calce per ſuras utriuſque pedis extenſum ad genua uſque, & ſingulo biduo renovatum eſt. Interea & ſequentes rotulæ quotidiè bis ſumtæ, ex conſilio Cl. Dn. D. Cnœffelii, quæ

℞. *Acidi* ♀*i* ʒvj. ♁*ii fixi, flor.* 🜍*is* ana ʒiij. *pulv. aperitivi noſtr. ex* ♂*te, bezoartici* ♂ ana ʒij. *ſacch. alb.* ℥vij. *ſpir. roſar. aq. cinamomi acut.* ana ʒiij. *flor. cichorii lumbricorum* ana pro diſſol. ſacch. q. ſ. *ol. lign. rhod.* gtt. ij. Fiant ſ. art. rotulæ.

Doſ. n. 7. manè & veſperi, tribus horis, ante & poſt cibum, ſicque tumor ſubſedit, atque Domina illa integrè reſtituta fuit.

Gangrænæ topicum Cl. Dn. D. C. in Illuſtriſſimo Domino de Oſtrorog, Pocillatore Regni.

In hydrope, intenſiſſimo rubore & ardore cum tumore duro gangrænam utriuſque pedis, à ſpondylo ad inguen minitante, topicum, ſeu vinum balſamicum, quotidie bis terve applicatum, tale erat:

℞. *Herb. ſolani, hyoſc. c. tot.* ana mij. *flor. ſambuc.* mj. *ſem. fœni græci, lini, pſyllii* ana ʒiij. *mucaginis aquaticæ non deſtillatæ, ſed ſolum tranſcolatæ,* vel in defectu hujus *aq. ſperm. ranar. ſtillat.* ℔j. Coquantur ad ebullitionem lenem & ſeminum mucaginem uſque. Colatura Sign. vinum balſamicum, ſeu topicum gangrænæ.

Topicum ſive locale ad genitalia.

Iſthoc cum duplicato linteo tepidè 24. horarum ſpatio, ter, quater, quinquies, aut ſæpius, prout morbus exigit, applicatum tantopere profuit, ut ferè ſingulis horis, ardor, rubor & tumor remiſſionis manifeſtum indicium videntibus facerent. Ejus præparatio talis erat:

℞. *Magmatis reſidui, præcedentis vini balſamici,* ℥viij. *ſperm. ranar. non deſtill.* ℥iv. *factæ per expreſſionem, mucagini* add. *myrrh. in aq. flor. nymph. diſſol.* ʒiß. *camphor.* (*in ol. amygd. dulc.* ʒiß. diſſol.) ʒj.
Mixturæ lacteſcenti add. *pulv. topici* q. ſ. probè iterum miſc. ut fiat juſtæ conſiſtentiæ & optimi odoris mixtura mucaginoſa.

Pulvis topicus.

℞. *Lithargyrii pulv.* ℥ij. *maſticis, myrrh.* ana ʒi. *ceruſſ. ſperm. ceti* ana ʒii. *ſperniolæ Crollii ſ. Theoph.* ʒiij.
M. F. Pulvis.
Aliàs & hoc vinum balſamicum locale pedibus cum notabili ſucceſſu applicatum eſt.

℞. *Myrrh.* ℥i. *aloes, maſticis* ana ʒii. *ſpermatis ceti* ʒiii. *vini opt. Ungar. cum ſemin. lini, fœni græci & rad. alt.* ana q. ſ. cocti ℔iij. *ſperm. ranarum non deſtill.* ℥xl. bulliant prius cum vino ſpecies, poſtea colato, & frigefacto decocto, admiſcebis tandem mucaginem.

*Not.* Mucago ex ſeminibus & rad. althææ, ſeparatim extrahi debet, poſteà ſperma ranar. admiſcetur.

Ulcerum erodentium topicum in ſcroto & gangræna.

℞. *Balſami ſulphuris compoſ.* ſeu *ſimpl.* ℥ii. *ſpermatis ceti* ʒii. *camphoræ* ʒj. M. F. balſamum, qui aliquando *ol. hyperici*, ad lubitum admiſcebatur.

Gangrænæ topicum.
Illuſtriſſim. Principi van Eggenberg præſcriptum.

♃. *Herb. verbaſci, ſolani, hyoſciami* m. v. *flor. ſambuci* m. iij. *roſar.* m. j. *ſem. lini, fœni græci, pſyll.* an. ℥ß. *aq. ſperm. ranar. non deſtill.* ℔viij.
Coquantur forti ebullitione, inque mucilagine expreſſa ſolv. *camph. per amygdal. excert. l. a. ſubacta* ℥ij. Iam ♃. *Hujus mixturæ camphorat. aq. ſperm. ranar. non deſtill.* ana ℔ij. *myrrh. in aq. nymph. ſol.* ℥ij. *pulveris topici.* q. ſ. Miſceantur.
Topicum hoc ſingulo bihorio applicetur calidè, linteamina ſemel applicata nunquam removendo, ſed identidem humectando cum ſpongià medicamine calente imbuta.

*TITVLVS XVII.*

# SPLENETICA.

Pulvis aperitivus ſpleneticus.

♃. *Cremoris ♀i albiſſ.* ℥j. *croci ♂tis aperitivi* ℥ß. *♁ii diaphor. fixi* ʒj. ℈j. gr. xvj. *eſſent. citri rec. extr. excert.* gr. xvj. M. Fiat pulvis ſubtiliſſimus.
Vires habet aperiendi, diſſolvendi, & incidendi viſcerum infarctus. Doſ. ℈ij. ad drachmam unam mane & poſt meridiem, per 14. dies.

Pulvis cachecticus ſimpl. Dn. D. Cnœff.

♃. *Limatur. chalybis puriſſ. probè lotæ iterumque ſiccatæ* ℔j.
Hanc imbue cum lixivio ⊖lis abſynthii, per ✚ facti q. ſ. & iterum ſiccetur, qui labor tamdiu repetendus, donec omnis limatura, in ferrugineam ſubſtantiam ſit redacta, ut pulveriſari, cribrari & in tenuiſſimum pollinem reduci queat. Pulvis ita paratus, vel prius benè edulcoratus, ſervetur uſui, ſign. ut ſupra. Inde poſtea fit

Pulvis cachecticus compoſitus.

♃. *Pulveris cachectici ſimpl.* ℥iv. *caryophyll. cinnamomi* ana ℥ß. *macis* ʒij. *ſacch. albiſſimi* ℥j. Fiat omnium pulvis.
In curanda cachexia hic pulvis *Dn. D. Cnœffelio* erat familiaris, omnem palorem in morbo virgineo tollit, menſtrua inordinata corrigit, retenta promovet, & in reſeratione viſcerum obſtructorum remedium commodum eſt. Doſ. à ℈j. ad ℈ii. & ʒj. Anno 1648. menſe Oct. *Clar. Cnœffelius* pulverem hunc cachecticum ſibi paravit, (loco lixivii abſinthii) cum ſucco purificato acetoſellæ, in quo prius aliquid cremoris Tartar. diſſolutum erat.

Pulvis chalybeatus ſimplex Dn. D. C.

♃. *Limatur. chalybis (ab omni pulvere & peregrina impuritat. prius per ſæpiſſimas ablutiones purgata)* ℥iii. Quæ vitro amplo largo ac forti immiſſa, humectetur lenitè & guttatim, cum *ſpir. 🜍is per campan. fact.* ℥ij. Ceſſante ebullitione iterum exſiccetur, idque bis vel ter repetatur, donec omnis limatura chalybis in rubiginem quaſi convertatur, quæ tandem adhuc in olla nova vitreata, leniſſimo calore, in pulverem crocei coloris calcinanda. Vires conveniunt cum pulvere cachectico præcedenti. Inde præparatur

Pulv. chalybeatus compoſitus.

♃. *Pulveris chalybeat. ſimpl.* ℥ß. ʒii. *acidi Tartari* ℥ij. *ſandali rub. pulv.* ℈iß. *eſſent. noſt. citri* gr. v. Miſceantur in mortario vitreo. Doſ. ℈j. ad ʒj.

Alia compoſitio
pro Illuſtriſſ. Dn. Cancellariſſa, Oſolinska.
à Cl. Dn. D. C. anno 1648. præſcripta.

♃. *Pulv. chalybeat. ſimpl. cremoris Tartari* ana ℥iß. *magiſt. butyrac. ſolub. corallior. ocul. cancri* ana ℥ß. *eſſent. citri noſt.* q. ſ. pro odore. M. In reſerandis obſtructionibus viſcerum & curanda cachexia optimum eſt remedium. Doſis ℈ii. ſingulis diebus in liquore conveniente ſeu juſculo pulli ſumendi.

Tartarus Martiatus D. D. B. & C.

♃. *⊕li ♂tis (per ⁓ ⊕li ſeu 🜍ris parati)* ℥ß.
Solvatur in *ſucc. depurat. acetoſellæ* ſ. q. adde *cremoris Tartari albiſſ.* ℥iii. TRæ *ſandali* q. ſ.
Tartarus ita impaſtatus leniſſimo calore exſiccandus, pulveriſandus, & in vitro puro aſſervandus eſt.
In obſtructionibus viſcerum & vaſorum ſanguiſluorum, aliis remediis prævalet, menſtrua retenta promovet, aliiſque morbis hepatis, & lienis conducit.
Doſis à ℈i. ad ʒi. in vehiculo appropriato.

Tinctura Martis D. D. C.

♃. *Maſſæ ſuperioris chalybeat. (in præparatione ſtil. pulv. chalyb. ſimplicis) & ter cum ⁓ 🜍is imbut. antequam totaliter exſicc. & nimis compacta fiat* ℥ii. *⁓ ſedativi noſt. ſimpl.* q. ſ. ad ſupereminentiam 4. digitorum.
Digerantur per menſem in loco calido. TRa tandem extracta, à relicto ſeparanda, filtranda, & ad oleitatem quaſi per deſtillationem ſuperfluus ſpiritus abſtrahendus eſt.
Vires aperiendi & incidendi habet, ideò in reſeratione hypochondriorum obſtructorum, cachexia, melancholia, menſium ſuppreſſionibus, item affectionibus uterinis ſummopere commendatur. Doſis à ℈j. ad ℈ii. & ʒj. in juſculo, vino, vel alio liquore appropriato & deſtillato, mane ac veſperi, cum jejunio 3. vel 4. horarum.

Eſſentia Martis vitriolata.

♃. *⊕li ♂tis, arte per ⁓ ⊕li parati, arcani Tartari* ana p. æqual. q. v.
Pulveriſata miſceantur invicem quam opt. in mortario vitreo ſeu lapideo. Pulvis commixtus, & ſupra vitream tabulam expanſus, ponatur per octiduum & diutius, in locum humidum & frigidum, qui brevi poſt efflorescens, in liquorem rubeſcentem craſſioremque mutatur, jucundi aſpectus: Ex quo poſtea beneficio ∇ opt. & rectificati, TRa extrahitur, ſanguinis inſtar, rubicundiſſima, quæ per chartam filtrata, & in vitro bene clauſo, ad uſum neceſſarium reſervanda eſt.
Vires ſunt inſignes in obſtructionibus hypochondriorum, meſenterii, pancreatis, menſiumque ſuppreſſionibus, morboque virgineo & cachexia. Doſis à ℈i. ad ʒi. plus minuſve pro lubitu Medici ac morbi natura, in juſculo vel vino.

Eſſentia

Eſſentia Martis Compoſita.

℞. *Eſſent. ♂tis praecedent.* ℥ß. TRæ *noſt. corallior.* ʒii. *eſſent. moſch. ambrat.* ℈iv.

(*Not.* pro fœminis omittenda eſt eſſent. odorif. & in locum hujus *eſſent. caſtorei* ſubſtituenda) Miſce. In melancholia, epilepſia uteri, aliiſque morbis chronicis hujus eſſentiæ virtutes ſunt admirabiles. Doſis à ℈i. ad ʒß. & ultra, in vino vel aliquo liquore conducibili & appropriato.

Tinctura Tartari.

℞. *Cremoris Tartari albiſſ. & opt. pulveriſ.* 🝆 *Tartari per deliquium fact.* ana ℔ß.

Miſceantur ac leni calore in vitreo vaſe iterum coagulentur. Ex hac maſſa, quæ prius ſuper porphyrite læviganda eſt, extrahitur TRa rubicundiſſima, beneficio aquæ temperat. q. ſ. quod tinctum eſt, auferatur, & nova ∇ temperata affundatur, digeſtione levi peracta, iterum quod tinctum defundatur, liquores tincti, per chartam emporeticam filtrentur, & abſtrahantur ad tertiam partem uſque: reliqua TRa Tartari aſſervetur in uſum neceſſarium.

Præſtans eſt in melancholia & affectione hypocondriaca, arthritide, calculo, & retentione urinæ; omnes enim craſſos & tartareos humores expellit, & in morbis chronicis & diuturnis febribus intermittentibus utiliſſima eſt medicina, in vino vel aqua deſtillata appropriata. Doſis eſt à ℈j. ad ʒß. & ℈ij.

Hanc TRam etiam Clar. Dn. D. Cnœffel. extrahebat cum phlegmate ⊕-li non ſolum pro uſu interno, ſed & externo, ad membra podagrica & dolentia illinenda, topicum ab authore ſæpius adhibitum & probatum.

Miſtura Splenetica.

℞. TRæ *Tartari* ℥iß. *miſtur. de tribus noſt.* ʒvi. ⁓ *cochlear.* ʒiv. *conf. alkerm.* ʒi.

Digerantur clauſo vaſe per 24. horas. Colatura per chartam filtrata ſervetur uſui. Doſis à ℈ß. ad ℈i. & ℈ii. in liquore competente.

Miſtura Splenetica alia D. D. C.

℞. ⁓ *Tartari, per lignum ſaſſafras correct.* ℥iß. *mixtur. de tribus* ʒiii. ⁓ *cochlear.* 🜍*ris* ana ʒii. *eſſent. meliſſ. citri* ana ℈iv.

Miſta omnia filtrentur, & in vitro cerâ optimè obturato ſerventur ad uſum. Arcanum eſt in hydrope. Doſ. à ℈ß. ad ʒi. in liquore idoneo.

Alia miſtura ſplenetica D. D. C.
pro Illuſtr. Dn. Subcamerario Regni Dn. Rilski.

℞. ⁓ *Tartari ſaſſafr.* ℥iß. ⊖*lis* ʒiß. 🜍*is* ʒj. *fraxini, cochlear.* ana ʒiij. *conf. alkerm.* ʒij. TRæ *ſandal.* q. ſ.

Miſce omnia exactè, digeſtione per diem & noctem præmiſſa: Miſtura per chartam filtrata ſervetur uſui. Melancholicis, hypochondriacis, ſcorbuticis & arthriticis mirificè ſubvenit. Doſis à ℈ß. ad ℈j. in vino vel aliis medicamentis & liquoribus deſtillatis.

Spiritus Tartari compoſitus.

℞. ⁓ *Tartari (per infuſ. ligni ſaſſafras correcti)* ℥j. TRæ *♂tis aperit. noſt. deſc.* ℥ß. *conf. alkerm.* ʒj.

Miſta ſtent per noctem (vitro bene clauſo) in digeſtione, poſtea filtrentur, & ad uſum ſerventur.

Vires ſunt incidendi, attenuandi, reſolvendi. Hinc in arthritide, melancholia hypochondriaca, ſcorbuto, hydrope, aliiſque lienis & meſenterii morbis & obſtructionibus, convenit, ſudorem & urinam promovet, & ab omni tartarea obſtructione liberat.

Doſis à gtt. x. ad xv. & ℈j.

Balſamum ſpleneticum externum Dn. D. C.

℞. 🝆 *Tartari deſtill.* (*& ſuper lign. ſaſſafras rectificat.*) *balſami* 🜍*ris, per* 🝆 *juniperi fact.* ana ʒij. 🝆 *cappar. expreſſ.* (*cum rad. anchuſa tinct.*) ℥ß. cum *cerato ſandalino* q. ſ. Fiat balſam. conſiſtentiæ conſuet. cui adhuc admiſceantur 🝆 *ligni ſaſſafr.* gtt. xvj. Duritiem & tumorem ſplenis à flatuoſis humoribus & tartareis impuritatibus reſolvit, ſi regio ſplenis bis in die inungatur.

*TITULUS XVIII.*

# HÆMORRHOIDALIA.

Etſi fluxus hæmorrhoidum multoties ſalutaris eſſe, & à multis graviſſimis morbis hominem liberare & præſervare ſoleat, ob eamque utilitatem non cohiberi debeat; aliter tamen ſe res habet, ubi fluxus iſte nimia frequentia & copia peccat. Quo malo cum S. Reg. Maj. IOH. CASIMIRUS, ob copiam & acrimoniam feculenti ſanguinis non raro, & aliquando ſex vel ſeptem ſeptimanis, omni die vexata fuerit, fluxu vulgaria Medicorum remedia ſpernente; nihilominus tandem adhibitis Cl. Dn. D. Cnœffelii medicamentis S. M. ſæpius curata fuit, qualia ſunt ſequentia.

Emulſio coralliata Cl. D. D. C.
in fluxu immodico hæmorrhoidum, pro S. R. Maj.

℞. *Decocti hordei*, ∇ *ſpermatis ranar. deſtill.* an. ʒij. *ſem. melonum & cucumer.* ana ʒij. *amygdal. dulc. excort.* n. viij.

F. l. artis emulſio ſimplex. Adde *manus Chriſti coralliat.* ℥ß. *corall. rub. cum ſperniola infuccator.* ℈ij. *ocul.* ♋. *præpar.* ℈j M. F. Emulſio coralliata.

Hanc Emulſionem S. Reg. Maj. per 10. dies continuavit, & ex ſolo uſu hujus medicamenti convaluit.

Emulſio ſtyptica S. R. Maj.
in fluxu magno hæmorrhoidum, & menſtruorum, cum metu dyſenteriæ, ex præſcriptione
Cl. Dn. D. And. Cnœffelii.

℞. *Decoct. hordei cum rad. ſerpentar. ſ. q. parati*, ∇ *ſtill. ſpermatis ranarum* ana ℥ij. *ſem. papaveris albi & nigri* ana ʒij. *gland. immatur.* n. ij. *amygd. dulc. excort.* n. vi. F. Emulſio. Cui adhuc adde *gelatinæ C. C.* ℥ß. *miv. cydoniatæ* ʒvj. *magiſt. corall. butyr.* ℈j. *cornu mineral. foſſil.* gr. xv. *extr. noſt. ſedativi* gr. j. Miſce. Semel hanc emulſionem S. R. Majeſtas eundo cubitum bibit, unde fluxus uterque ceſſavit, ut Medico amplius auxilio non indiguerit.

Oleum hæmorrhoidale.

℞. *Rad. ſcrophulariæ* ℥ij. *chelidon.* ℥j. *herb. lineariæ c. floribus* m. ij. *fol. hyoſcyami flor. verbaſci* an. m. j. *ſpong. cynorrhod.* num. iv. *ſcarabæorum pilular.* n. xii.

°° *ſpermatis ranar.* ℔iß. *lini in ☉e albificati* ℔ß. Factâ maceratione adde *ſucci cancrorum* ℥iii. Bulliant lento igne, ad conſumptionem humiditatis, fiatque fortis expreſſio, inſolentur adhuc per aliquot dies. Mirum in modum lenit pertinacem tumidorum hæmorrhoidum dolorem, ſi calidè applicetur.

### Unguentum hæmorrhoidale D. D. C.

℞ °° *ſperm. ranarum, hyoſciami, in quo rad. ſcrophulariæ ſint coctæ, lini, (in quo prius ſcarabæi & procellones bullierint.)* ana ℥vi.

Quibus infundantur *uſneæ in oſſibus humanis collectæ*, vel loco hujus *muſci in tegulis domorum invent.* ℥iß. ⊕ ℥ii.
Inſolentur per menſem, in vitro benè clauſo, poſtea coquantur per mediam horam, oleum fortiſſima expreſſione ſeparatum, interim aſſervetur. Iam

℞. *Aceti anodyni (ex ⋇ flor. hyoſcyami & verbaſci, per infuſ. more conſueto confecti)* ℔iiß. *lithargyrii opt. pulveriſati* ℔iß.
Stent in vaſe terreo vitreato, per octiduum, quotidie bis vel ter, ſpatula lignea agitando. Hoc facto:

℞. *Hujus infuſionis lithargyrii* q. ſ. *& cum olei ſuper aſſervati* ana p. æqu.
Fiat unguentum, ſub continua agitatione, nempe, donec ambo concreſcant in butyrum quaſi viridiſſimum.

Ad hujus *unguenti jam parati* ℥iii. adde *axung. urſi* ℥j. *pulv. ſperniol. noſt.* ʒij. *opii* gr. ij. Miſceantur pro S. R Maj. in doloribus & tumoribus hæmorrhoidum.

### Unguentum hæmorrhoidale aliud S. R. Maj. à Cl. Dn. D. Cnœffelio præſcriptum.

℞. *Butyri hæmorrhoid. præced. abſque axungia urſi & opio parati* ℥iij. *rebis ſuillæ ſeu porci* ʒvj. *croci ♂tis noſt. ſtyptici, ſacch. ♄ni, ſperm. ranar. noſt. coagul.* ana ʒij. M. F. Unguentum. Memini etiam S. R. Maj. à graviſſimo hæmorrhoidum fluxu quondam in Italia curatam fuiſſe, beneficio fruſtul. ſpongiæ in atramento (ex ⊖-lo & galla parato) intinctæ, & in orificium conſuetum intruſæ. Pro interno remedio præſcripta fuit & infuſio ligni lentiſci, de qua ter in die bibit, ſcil. mane, à meridie & veſperi, aliquando & in prandio, loco potus ordinarii. Ex relatione ipſius Reg. Majeſtatis, Domini mei tunc temporis clementiſſimi.

Mirabile remedium eſt illud, de quo *Franciſc. Oſvv. Grembs M. Doct.* (*in lib.* 2. *c.* 1. §. 5. *n.* 74. *Arbor. ſcil. integr. & ruinoſæ*) ſcribit, quod ſudor morientium intra linteolum collectus, & hæmorrhoidibus applicitus, fluxum ſiſtat, quod remedium Archeum timidum reddit, qui ex natura ſua mortem timet, ut propterea à furore remittat.

### Pulvis externus hæmorrhoidalis niger.

℞. *Sperniolæ ſimpl. noſt.* (*ex oculis nigris præp.*) *cornu foſſilis* ana ℥ß. ʒij. *Ovi crudi, ⊖-li ad rubed. calc.* ana ʒiij. *gallar. immaturar. pulveriſ.* ℈vj. M. F. pulvis.
Uſus ejus externus eſt, non ſolum in fluxu nimio hæmorrhoidum, ſed & in quavis hæmorrhagia, maximè vulnerum, ſi goſſypio exceptus, oſculis venarum ſtillantium imponatur.

### Pulvis alius hæmorrhoidalis ruber.

℞. *Cornu mineral. foſſilis, & labiis adhæreſcentis, lacc. rub. globuloſ. pictorum, muſci cruſtacei oſſium human.* ana ℥ß. *aluminis crudi, ſperniolæ ſiccæ noſt. ex ipſis ranis cum propr. ſperm. parat.* ana ʒij.

M. F. Pulvis. Eandem habet virtutem & uſum cum præcedenti, nempe externum, etiam in deſperatiſſimis hæmorrhagiis, cæteris remediis nihil juvantibus.

### Pulvis hæmorrhoidalis internus, pro Illuſt. Principe Razivvil.

℞. *Corall. rub. præpar. unicornu mineralis ſeu foſſilis, ſperniol. ſicc. ſimpl. n. deſcript.* ana ʒii. *ſedativi noſt. citrati ſimpl.* gr. iij. *eſſent. roſar. ver. odorif.* gtt. vj.
Miſceantur in mortario lapideo, pòſt dividantur in 6. æquales partes ad 6. chartas, in Emulſione ſpecifica ſeu aq. ſperm. ranarum ſumendas. Omnem hæmorrhagiam ſiſtunt.

### Amuleta in fluxu hæmorrhoidum.

Omnia illa amuleta quæ in hæmorrhagia narium & fluxu nimio menſtruorum recenſita ſunt, & collo appenduntur, atque manibus tractantur, & hic locum habent.

Præ aliis à proprietate valet cingulum ex linteo urticæ crudo (ſeu loco hujus cannabino) ſpèrmate ranarum inſuccato. Item cingulum ex herba burſæ paſtoris recent. collecta. Muliercula in Ruſſia, ad hoc negotium muſcum terreſtrem clavatum C. B. (quem & ibi plicariam vocant) ſibi eligunt. *Hartmannus in prax. chim.* vult cingulum, ex foliis hellebori nigri conquaſſatis recentibus, nudo corpori circumdatum, quo ipſemet feliciter uſus eſt. Pelle leonis, ſi ei inſideatur, hæmorrhoidum dolores efficaciter leniri, author eſt *Ionſton. de quadruped. hiſt. nat. p.* 117. Laudatur etiam

### Annulus ſtellatus Helmontii.

Quem Clariſſ. *Dn. D. Chriſtianus à Paulitz.* S. R. Maj. p. m. Medicus, amicus & collega meus clariſſimus, ab Illuſtriſſ. Principe van Eggenberg dono acceperat, & S. R. Maj. Ioh. Caſimiro p. m. (me præſente) iterum obtulit, quæ R. Maj. annulum, exterius auro, abſque igne ornari juſſit, & per multos annos digito manus ſiniſtræ geſtavit. Annulus ſtellatus deſcribitur ab *Helm. in libro de Lithiaſi cap.* 2. *& in tract. ſuper verba, in herbis, verbis & lapidibus magna eſt virtus.*

Quod cæteris nihil juvantibus (inquit Author) ſi geſtetur annulus, ſubito & in ipſo ſpatio orationis Dominicæ omnes hæmorrhoides, tam cœcas, quàm apertas, & illarum dolores, uti etiam matricis affectus ſiſtere ſolet. Meminit & hujus annuli *Unzerus de epilepſia lib.* 2. *c.* 13.

Hæmorrhoides ſunt (ut multi volunt) nonnullis hæreditariæ, præſertim apud Iudæos, qui graviter iis infeſtantur; & ſi hoc, fortaſſe non malè ad maledictionem divinam referunt, quippe qui clamaverunt, ſanguis ejus ſuper nos & filios noſtros. Quod probare videtur *Pſaltes*, dicens, quod percuſſerit DEVS eos in poſterioribus dorſi, opprobriumque illis dederit ſempiternum.

## TITVLVS XIX.

# ANTINEPHRITICA.

Specificum Antinephriticum,
*ſeu*
Medicamentum Cryſtallinum
S. Reg. Maj. ULADISLAO IV. &c. uſibus dicatum
à Cl. & Excell. Dn. D. Andrea Cnœffelio.

℞. *Magiſter. cryſtall. montan. lithontriptici* ana ℥j. *♀ri ⊕-lati cryſtalliſati* ʒß. *ſpir. ⊕-li coagulati & fixi, ſandal. rub. pulv.* ana ʒj.
Miſc. probè ſubigendo in mortario vitreo in alcool. Sign. *Medicamentum cryſtallinum pro S. R. Maj. Vlad. IV.* Summum & arcanum in frangendo, atterendo, radicituſque pellendo calculo, cujuſcunque ſpeciei,& loco,ideo in arthritide aliiſque morbis ♀reis ſumitur, omnem enim impuritatem limoſam, per urinam expellit, & gonorrhœam curat. Doſ. à ℈j. ad ℈iß. & ℈ij. in brodio, vino, vel alio liquore deſtillato, bis, ter vel quater in ſeptimana.

Magiſterium Cryſtallorum montan.

℞. *Cryſtallorum pellucidarum* ℔j. *ſpir. ⊕-li non dephlegmat.* ℔ij. Cryſtallus igniatur, extinguaturque in ſpir. ⊕-li, qui labor decies repetendus eſt, tandem ſuper porphyritem redigatur in ſubtiliſſimum alcool. Sign. ut ſupra. Vires hujus magiſterii ſunt ad calculum totius corporis atterendum. Prodeſt & podagricis, & aliis quamplurimis morbis. *Petræus diſſert.* 40. *Noſologiæ ſuæ:* Cryſtallus eſt medicina calculi, qua non præſtantior alia. Et *Paracelſus in annot. ad cap.* 1. *tract.* 3. *lib.* 1. *de tart.* In lapillo duro (ſcil. reſolvendo) non eſt præſtantior medicina cryſtallo, felix ille qui poſſit præparare.

Spiritus ⊕-li, poſt præparationem cryſtallorum relictus, filtretur per chartam & reſervetur interim, ſigneturque ſpiritus ⊕-li cryſtalliſatus. Vires cenſetur habere diureticas. Doſ. gtt. vij. ad x. in juſculo carnis, decocto petroſelini, aquis deſtillatis ſpecificis, vel alio vehiculo idoneo.

Tartarus vitriolatus cryſtalliſatus.

℞. *Spir. ⊕-li cryſtalliſati*, part. j. *ſalis ♀ri liquidi* part. ij.
Affunde guttatim ſpir. ⊕-li, ſuper liquorem ſalis ♀ri tamdiu, donec ſtrepitus ceſſet, idque in vitro capaci; ſic fiet coagulum, ſedatâ ebullitione, & evaporatâ humiditate, & quidem lento calore ad ſiccitatem, reſiduum ſervetur pro ſpecifico antinephritico, vel per ſe ad alios uſus.

Eſt inſigne digeſtivum, quod in omnibus obſtructionibus viſcerum exhibetur. Doſ. à ℈ß. ad ℈j. in conveniente liquore.

Magiſterium lithontripticon.

℞. *Spir. ⊖lis opt. rectificati* ℔j. Solvantur in illo *lap. Iudaic. lyncis, ſpongiæ, aquilæ* ana ℥ß. *oculor. cancri* ʒvj. Infundantur lapides (prius contriti & pulveriſati) ſpiritu ⊖lis, ſtent per aliquod tempus in digeſtione, donec plane ſint ſoluti. Solutiones claræ & flaveſcentes decantentur, & filtrentur, & cum ſpiritu ⊕-li cryſtalliſato, guttatim inſtillato præcipitentur in butyrum dulce. Pulvis præcipitatus exſiccetur aſſervetur in vitro puro.

*Not.* Præcipitatus pulvis & cum ſpiritu ardente baccarum juniperi circulari poteſt, quo iterum abſtracto remanebit in fundo vitri coagulum, inſtar butyri, eſt medicina diſſolubilis in omni liquore.

Vires habet lithontripticas. Doſ. à ℈ß. ad ℈j. & ℈iß. per ſe vel cum diuretico aliquo alio, præcipuè verò dicatur componendo ſpecifico noſtro antinephritico, ad quod etiam requiritur

Spiritus vitrioli coagulatus.

Fiat prius ſal fixum nitri, cum frequentiſſima ſulphuris in crucibulo ignito injectione, ut ſcis. Secundò à ſale hoc fixo in MB. identidem abſtrahe ſpiritum ⊕-li rectificatum, eo uſque quo ſal hoc nitri fixum, nihil amplius receperit.

Pilulæ in calculo renum & veſicæ.

℞. *Magiſterii noſtri lithontriptici, ♁ii diaphoret. reſol.* ana ℈iß. *ſalis ſuccini,* ℈ß. gr. v. *extr. noſtri ſedativi* gr. iij. *ſucc. glycyrrh. inſpiſſ.* gr. xij.
Miſceantur & fiat maſſa, ex qua formentur pil. n. 21. pro tribus vicibus, pro qualibet doſi n. 7.

Sumuntur circa ☍ ſuperbibendo bonum hauſtum aciduli vegetabilis.

Aqua antinephritica.

℞. *Fragorum rec. menſur. Pol.* n. iv. (4. ſtoff.) *baccarum alkekengi* ℔iß. *rad. raphani radula conciſa* ℔ij. *ſem. dauci vulg.* ℔ß. *ſucci betul. menſ. Martio coll.* ℔xxiv.
Mixta per B.V. ſ. art. deſtillentur. Liquor prolectus inde ſervetur ad uſum deſtinatum attenuando, incidendo, & detergendo, urinam movet, renes, ureteres & veſicam ab omni ſaburra Tartarea liberat, calculum frangit, & educit, ejuſque efficientes antecedentes omnes tollit cauſas. Doſis aquæ hujus ℥j. ad ℥iij. per ſe vel cum ſir. dialthææ vel alio idoneo.

Sorbetta anti-nephritica.

℞. *Sorbettæ (ſeu ſcerbett Turc) inſpiſſat.* ℥viij. *liquoris betul. clarificat. menſ* j. (℔ij.) *eſſent. citri ex cort. rec. extr. ad placitum.* M. & fiat potus gratus.
In defectu ſorbet. Turc. (quæ ab Armenis Leopoli, ac Varſaviæ, tempore comitiorum facilè venalis invenitur) fiat

Limonada antinephritica. S. R. M.

℞. *Liquoris betulæ fermentati ac clarific.* ℔j. ſucci expreſſi acidi citri tantum, quantum tria poma citria in ſe continent. Poſt in alio vitro

℞. *Succi ſeu liquoris betulæ* ℔j. *ſacch. albiſſimi* ℥viij. Miſce tamdiu donec ſaccharum penitus ſit diſſolutum.
Miſc. liquorem ſuperiorē acidum, cum liquore ſaccharato invicē ſæpiuſcule tranſvaſando; poſtea limonada tali modo parata, ſubtiliſſimo colo trajiciatur, & ad uſum aſſervetur. Si placet, limonada tandem cum eſſent. citri, ex corticibus rec. extr. ſ. q. aromatiſari poteſt, quod unum erit cum ſorbet, ſeu ſcerbet. Turcī in Ita-

in Italia, Hiſpania aliiſque regionibus calidis vilioris conditionis homines aquæ fontanæ tantum permiſcent, ſucci citri ſeu limonum, quantum pro grata aciditate ſufficit, qua potione abſque ſaccharo non ſolum æſtivo tempore, verum etiam in febribus ardentibus, pro extinguenda ſiti ſæpius utuntur; beneficio ſalis & nivis etiam congelari ſolet, qui potus glaciatus, vel glacie infrigidatus, minimè approbatur, rationes inquiret B. L. in tract. curioſo ac utili *Cl. Dn. D. Bartholini, de uſu nivis.*

Conciliatur & ſcorbettum ſeu limonada apud nos hiemali tempore (ubi ſcil. poma citria & limones non ſemper recent. haberi poſſunt,) beneficio pulveris acidi & grati, cujus deſcriptionem expoſuit *R. P. Ferrarius in lib. 3. c. 34. de malorum aureorum cultura.* qui talis eſt:

Pulvis acidus ex ſucco Limonum.

℞. *Limones minuſculi*, in fruſtula circulatim ſecantur, & filo tenui tranſſuuntur, ita, ne inter ſe contingant. Deinde in ciſtella componuntur; & in caldaria cella, furno impoſita, diebus decem pluribuſve habentur, donec leni calore perareſcant. Tum aridæ medullæ cultro continguntur, ut ſolvantur in pulverem. Collectus hic in lapidea pila ligneo piſtillo minutiſſimè conteritur & ſeponitur in uſum, nempe ut aquæ potio jucundè mordax, utque dulcacida compoſitio, quam ſorbettum vocitant, concinnetur.

Primum ens betulæ & liquor ſeu ſuccus betulæ quid ſit, & quomodo colligatur.

Liquor ſeu primum ens betulæ nihil aliud eſt, quam ille ſuccus mercurialis, qui menſe Martio, accreſcente luna, ſub cortice vulneratæ betulæ colligitur, ingentem enim dat copiam liquoris, ſeu ſucci aquoſi limpidiſſimi, in Ruſſia atque Livonia, ubi in magnis doliis ſingulis annis colligitur; ſoli prius exponitur, & poſt peractam fermentationem, repoſitus, per totum ferè annum, poſtea conſervatur pro potu ipſis gratiſſimo. Ferunt Tartaros circa menſem Martium, hunc tantum liquorem potare, ſeque hoc potu ab omni morbo præſervare. Hic annectere ſequentia ex Cl. *Helmontio de lithiaſi c. p.* operæ pretium eſſe duxi: Olim obſervavi (inquit Helmont.) principibus Germaniæ fuiſſe vernaculum, quod contra lithiaſin quotannis in Majo biberent quotidiè hauſtum liquoris è cortice vulneratæ betulæ. Quem liquorem præſervabant à corruptione aëris, illi affundendo oleum olivarum. Vulnerata arbor Germanis ein Birckenbaum / noſtratibus vero Beerkenboom dicitur. Vulneratur enim cortex betulæ, propè terram in trunco, menſe Martio, circa tempus, quo ſolet vulnerata vitex plorare novellum liquorem, è terra hauſtum. Sed is liquor betulæ eſt totus aqueus, ac penè inſipidus. Sin autem ramus aliquis, ſpiſſitudinis trium digitorum, ad ſemidiametrum vulneretur, inditaque lana repleatur, ſtatim flet liquorem non ingratum, at ſubacidulum, qui etiam in ipſo lithiaſis tormento ſolatur afflictos, tribus quatuorve cochlearibus aſſumptus. Meracior ergo eſt, qui ſupernè à ramis, quàm qui infernè à trunco fluit. Aquoſus autem planè, qui propè terram effluit. Huc uſque circa modum colligendi citatus Author, plura adhuc de betula & ejus liquore atque virtute & uſu, ibidem.

Huic poſtea jungo illa, quæ Cl. *Dn. D. Andr. Craſſelius* circa uſum & virtutem, in obſervationibus ſuis, ſibi annotaverat, hoc ſ. nſu: Certo quidem conſtat experimentum hoc ex tractatu *Helmontii de lithiaſi*, ſed & experientia propria idem confirmat, *primò* in caſu, quem Illuſtriſſ. Palatino Pomeraniæ, *Domino Denhoff* contigiſſe memini, cui primo balneum, deinde internus uſus acidularum vegetabilium è ſucco betulæ, comminutis & ejectis tam calculis, quam ſaburra mucaginoſa, quaſi cruenta, cæteris nihil proficientibus, notabiliter profuit: *ſecundò* in affectu *Illuſtriſſ. Dn. Palatini VViveri* Marienburgenſis, qui, uti mihi faſſus eſt, à pluribus annis, quam primum leviori ſaltem frigori ſe expoſuiſſet, moleſtam urinæ nigræ excretionem paſſus eſt. Ex eo vero, quo familiariter mulſum tenue ex ſucco betulæ, loco aquæ ſimplicis, præparatum bibit, jam raro, & non niſi occaſione magna irritante, talis comparet urina.

Itaque quotannis ſuccum in magna quantitate comparare decrevi, ut poſtea cum ſaccharo & pomo citri, limonadam, ſeu acidulas vegetabiles in æſtate parem. *Huc uſque Craſſelius.* Vide & *Diatr. de lithiaſi Gualt. Charleton. c.* 3. à quo & ſuccus betulæ cum lem. dauci fermentatus, pro Illuſt. Cancell. Regni p. m. præſcriptus fuit.

Meminit & hujus liquoris betulæ Clar. *Dn. D. Simon Schultzius*, (*in tertio Anno Miſcellaneorum curioſorum obſ.* 155. de calculi remediis) & adhuc alii plurimi.

Electuarium contra calculum Dn. D. Cn. pro Generoſo Dn. Colonello Geiretzki.

℞. *Sanguinis hirci, ſecu. d. Helmont. præpar.* ℥ij. *magiſt. noſtr. lithontriptici butyr.* ℈vj. *conſ. petroſelini. hederæ terreſtr.* ana ℥ß. *elæoſacch. citri ex recent. extim. cort. extr.* ʒj. *ſir. malvæ compoſ. n. præp.* q. ſ. M. F. electuarium.

*Uſus.* Manè à lecto ſurgenti, ſumitur quantitas nucis caſtaneæ, per aliquod tempus.

Eſſentia lithontriptica & antiarthritica.

℞. 🜄 *juniperi, hederæ terreſt.* vel quod melius 🜄 *ſoſt. lithontriptici* ana ℔ß. *extr. rad. ſaxifrag. bacc. juniperi* ana ʒij. *ſol. hederæ terreſt. alkekeng.* ana ʒj. ⊖ *ri* ʒj. ℈j *juniperi* ʒj. *carui, aniſi* ana ℈j.

Commixta digerantur in vitro optimè clauſo tamdiu, donec perfectè uniantur, poſtea filtretur per chartam emporeticam eſſentia, uſuique aſſervetur. In omni calculorum genere. Doſ. cochl. ſemis ad j. & ij.

*Nota.* Lachryma vitis viniferæ menſe Martio collecta in calculo renum & veſicæ eſt remedium ſæpè probatum. Doſ. ℥iij. bis in die.

Miſtura lithontriptica & antiarthritica.

℞. TRæ ♀ri ℥iij. (*per* 🜄 *ſcil. lith. fact.*) 🜄 *Tartari ſaſſafrati* ʒiij. *extr. lithontript.* ʒj. *eſſent. cort. rec. citri.* q. v.

Stent per ♂ & ♀ in digeſtione, poſtea filtrentur per chartam. Doſ. à ℈ß. ad ℈j. & ʒj. in liquore appropriato deſtillato ſeu vino Rhenano.

Tinctura

## Tinctura Tartari.

℞. *Cremoris 🜿ri albiſſimi, & 🜿ri in furno figuli opt. calcinati* ana ℥iij. *🝆i 🜿ri per deliquium facti* ℔ß.
Mixta ſtent in loco calido tamdiu, donec leni exhalatione humiditatis, totum iterum ad priſtinam ſiccitatem redactum ſit. Ex relicta maſſa prius in pulverem redacta, extrahatur beneficio 🜄 lithontriptici opt. ardentis, & quidem repetita affuſione, TRa rubicundiſſima; ſpiritus tincti, & prius filtrati, in MB. iterum ad juſtam TRæ conſiſtentiam abſtrahantur. Vires habet aperiendi, incidendi & reſolvendi craſſos tartareos humores. Hinc in obſtructionibus hypochondriorum, arthritide, calculo & morbis aliis diuturnis & chronicis, inſignes habet virtutes. Datur à ℈j. ad ℈ij. & ʒj. in juſculo vel vino, ſeu alio liquore, inde & à ſæpè nominato D. D. M. L. pro Regia Maj. fuit præſcripta, Maximè in colica nephritica, ſub hac formula:

℞. *TRæ 🜿ri* ʒij. *🜐 carminativi, lithontript.* ana ℥ß. ʒij. *elæoſacch. citri ex cort. extim. & recent. extr.* q. v.
M. Fiat miſtura, pro S.R. Maj. Doſ. cochl. ß. ad cochl. unum, ſed parvum.

## Spiritus vini Lithontripticus Officinæ Regiæ Warſavienſis, tempore Uladislai IV.

℞. *Fol. hederæ terreſt.* m. iv. *ſem. dauci* m. ij. *rad. petroſelini, raphani maj.* ana ℥iß. *fruct. cynoſbati* m.ij. *nucl. Perſic. contuſ.* m. j. *🜐 avenacei* ℔viij.
Stent in infuſione per octiduum, poſtea deſtillentur in MB. ſeu VB. 🜐us in prima deſtillatione prolectus, tingatur cum fol. hederæ terreſtris q. ſ. in colorem viridiſſimum. Vel

℞. *Hujus ſpiritus* ℔ j. ſirupi *violacei* ℥ iij. *🜔lis* vel *🝆i 🜿ri* gtt. aliquot. Et erit ſimili modo 🜄 lithontripticus viridiſſimus.

## Emulſio Nephritica D. D. B.

℞. *Sem. 4. frig. maj. excortic. non rancid.* ana ʒij. *papav.* ʒj. *nucleor. perſicor. purgat. ceraſor. amygdalor. amar. decort.* ana ʒiij. *decoct. hordei cum ſem. dauci præparat.* ℥iv. *aq. petroſelini, liquor. betulæ ſtill.* ana ℥j. Fiat emulſio. Adde *ſir. ſeu julap. è ſucco betulæ, de althæa Fernelii* ana ʒiij. *oculor. 🜋i præparat.* ʒj. *ſpir. fragor.* gtt. aliquot. M. Sig.
Milch auf die Nacht auf 2. mahl.

## Infuſio Ligni Nephritici.

℞. *Ligni nephritici veri & in particulas parvas prius conciſi* ℥iv. *liquoris betulæ purificati* (*ſeu vini Rhenani.*) ℥xxxij.
Macerentur ſimul & tamdiu, donec liquor infuſus colorem cœruleum dilutiorem contraxerit. Adde *ſacchari citrati* ad placitum in difficultate urinæ, & dolore nephritico, mirabiles experiuntur effectus ex hac infuſione ii, qui aſſiduè eâ utuntur.

Doſis ℥iv. manè tribus horis ante prandium, per 14. dies. Sunt qui potum ordinarium atque vinum ea diluunt.

Hanc infuſionem, (quæ gratiſſimi eſt ſaporis) per aquam fontanam ſeu acidulas Egrenſes, ſibi ipſamet parare ſolita eſt Regia Majeſt. p. m. Vladislavs IV. Dominus meus clementiſſimus.

## Ludum Cnœffelianum Com. Secreti præparatio Paracelſi & Helmontii.

NEmo miretur, me oleum ludi *Cl. Cnœffelii*, cum illo, quod ab *Helmontio lib. de lith. c.* 3. §. 28. & ante illum à *Paracelſo lib. de morb. 🜿ris, edit. Germ. c.* 20. *p. m.* 314. & *tract.* 2. *c.* 1. *p.* 485. deſcribitur, ſub uno titulo, & una præparatione, hîc comprehendere, cum tamen Medici inſignes & quamplurimi Paracelſi & Helmontii ludum ex ſolo & uno ſubjecto, extrahi velint. Sed incidit in mentem, quod Author noſter quandoque *mihi* & Cl. Dn. D. *Paulitio p. m.* narravit; cum nobis lapidem quendam pallidi coloris, magnitudine pollicis & formæ tabulatæ monſtraret, dicens, *hic eſt verum ludum Helmontianum, mihi ex Brabantia tranſmiſſum.* Sed non ſolum hic lapis talem habet virtutem, calculos in corpore humano comminuendi, ſunt & plures lapides ſaxifragi, qui eandem habent facultatem. Et uti Helmontio conceſſum erat, eligere ſibi ſaxifragum, in territorio Antvverpiano, quem Paracelſus forte nunquam vidit, neque in illis terris fuit, ſic & mihi poteſtas permiſſa eſt hoc faciendi, & eligendi ſaxifragum, qui in Pruſſia & mea villa, non procul ad ripam fluminis Nagot invenitur. Hîc ſolùm agitur de præparatione, quæ primò beneficio liquoris alicujus alkaheſtini inſtituitur, prout in ludo meo compoſito fieri ſolet, & cum Helmontiana una eſt. *Hæc erant verba Domini Authoris noſtri.* Iam ſequitur ergò ejus compoſitio.

℞. *Lapid. lyncis* (*aliàs ludum noſtr. vocatum,*) *Iudaici, ſpongiæ, cancrorum & aëtitis* ana q. pl. Pulveriſatis & opt. contritis, & in alcool quaſi redactis affunde *🜐 🜔is noſt. ad ſupereminentiam trium digitorum.*
Stent in digeſtione tamdiu, donec videris ſpiritum aſſumpſiſſe, quod potuit, tunc modica inclinatione, quod clarum eſt, effunde; affunde novum ſpiritum, donec vel totum, vel magnam partem ſolveris. Celerius expeditur extractio, ſi iſta prius fuerint calcinata, quod aliàs omittitur. Solutiones ſeu extractiones in vitrea concha coagula, ſi liquorem vis perdere, ſin minus deſtilla, & abſtrahe 🜐 🜔is, ad ſiccitatem uſque. Coagulum contritum, exactiſſimeque levigatum, ſolve deliquio, in cella, vel alio loco humido; coagula denuò & ſolve, idque dum nolit amplius cogi & ſicceſcere. Oleum hoc per deliquium paratum hermeticè claudatur in ovo philoſophico, & obſervato ignis regimine, ſtet tamdiu in digeſtione, donec abeat in formam pinguedinis inſtar liqueſcentis. Doſis hujus olei ludi eſt gutta una uſque ad vj. & x. ex vino albo præbita. Frangit & atterit omnem calculum totius corporis, hinc convenit & podagricis. Plura de virtute hujus quære in Helmontio de lithiaſi.

Præſentiſſimum hoc remedium à Paracelſo primò inventum, (*lib. de morb. Tartar. cap.* 20. *tom.* 1. *pag.* 314. *& tom.* 2. *de Tart. fol.* 485. *Germ. edit.*) & ab *Helmontio lib. de lithiaſ. cap.* 3. item in *Libavii Syntag. arcan. chim. tom. I. l.* 3. *cap.* 24. *Untzero de lith. & Cunrado Kunrad. in medulla deſtillatoria p.* 148. deſcriptum, vocavit Cl. D. D. A. Cnœff. *Oleum lithontripticon*, quod in S. R. Maj. Subcamerario, Illuſt. Dn. Theodoro à Dœhnhoff expertus eſt, in dolore renum & inguinum & hærente urina, quam mox copioſiſſimè cum uno & altero tophulo ejecit, ſub hac formula:

℞. *🝆i hujus lithontriptici* ℥ß. *🜐 🜍ris & meliſſæ*

ana ʒj. *▽æ noſt. arthritic. intern. in forma julapii ſeu acidularum abſque ſir. violaceo* ſ. q.

Doſis hujus mixturæ ʒiij. primis diebus, mane & à meridie in juſculo carnis ſeu cereviſia calida ſumendæ, uſque dum dolores remiſerint, reliquis diebus tribus vel quatuor, ſumitur ſaltem mane, & ſemel in die.

Liquor Lithontripticus.

In defectu hujus medicamenti antea præſcripti, Cl. Dn. D. A. Cn. aliquando & ſequentem ſubſtituit liquorem.

℞. *Ocul.* ♋. *lap. judaici, lyncis, ſpongiæ, aëtit.* ana q. v. ſcilicet ʒj. Pulveriſatis affunde -ᴖ- *⊖li philoſophici* ℥iß.
Stent in digeſtione ad totalem quaſi diſſolutionem. Solutioni filtratæ poſtea addantur -ᴖ- *⊖li rectificati ord.* ʒij. Miſce.

Doſis gtt. ix. uſque ad x. in brodio vel vehiculo convenienti.

Arcanum ſanguinis hirci contra calculum.

Aliud adhuc medicamentum ſpecificum contra calculum poſſidebat p. m. Cl. Dn D. A C. ex ſanguine nempe hircino prius præparato, quod

℞. *Sanguinis hirci, ſecundum Helmont. præparati, magiſt. lithontriptici noſtr. deſcript.* ana ℥ß. *ſacchari albiſſim. pulv.* ℥j. *eſſent. citri ex cort. extim. rec. extr.* ad pl. M. F. pulvis. Doſ. ℈ij. ad ʒj.
Sanguinis hircini & capræ paſſim apud Authores fit mentio, de quo vid. *Henr. Petræi Noſolog. Diſſert.* 40. Meminit & hujus *Vidus Vidius l.* 10. *cap.* 20. *Ioh. Arculanus, Heurnius, Sanctorius l.* 15. *cap.* 4. *Rondeletius in Conſil. Craton. Conſil.* 150. *Lælius à Fonte in Conſult.* 84. *Cæſalpinus l.* 3. *cap.* 29. *Pract. Foreſt in ſchol. ad Obſerv.* 25. *lib.* 24. *Mich. Paſchalius lib.* 1. *meth. cur.* 47. *Renodæus lib.* 3. *cap.* 3. 15. *Borellus Cent.* 2. *Obſerv.* 88. *R. P. Athan. Kircherus, lib.* 3. *de magnet. Kyperus in Inſtit. Phyſ. lib.* 5. *cap.* 2. §. 7. & alii quamplurimi: præſertim verò ille magnus Medicus *Helmontius*, qui & in pleuritide hoc remedium commendat. Et *Oſwaldus Gabelkofer in lib. Medic. Wurtenberg.* medicamentum quoque egregium ex ſanguine hircino contra calculum renum conficere docet. *Scaliger Exerc.* 344. *num.* 8. ait: Hircinum ſanguinem frangere in renibus ac veſica lapidem, tàm verum eſt, quàm ſolem meridie lucere: quamplurimos enim ejus vi comminuimus. Verum ita ſimpliciter fieri nequit, niſi hircus ſeu capra lithontripticis herbis prius fuerit paſtus.

Præparationem ſanguinis hirci inveniet B. L. apud *Helmont. in tr. Pleura Furens* §. 32. item apud *Zwelfer. in animadv. in Pharm. Aug. p.* 419.

Lapis Nephriticus factitius internus.

℞. *Magiſterii cryſtal. montan. n. deſcr. lithontript. noſtri* ana ℥ß. *ocul.* ♋. *cum infuſ. lign. nephrit. præpar.* ℥j. *petroſelini adhuc humidi & recenter facti ad tingendum colore viridi* q. ſ. Miſceantur, & cum mucilagine tragacanthæ per infuſionem ligni nephritici facti q. ſ. Fiat maſſa, ex quâ poſtea formentur lapides ſignati inſtar terræ ſigillatæ, vel alterius cujuſdam formæ.

Hic lapis omnem calculum in corpore humano atterit, & cum urinâ expellit.

Doſis à ℈j. ad ℈ij. vel ʒj. in liquore convenienti prius diſſolutus, vel in pulverem redactus.

Lapis Nephriticus factitius externus.

℞. *Vitri ♄ni, ex minii* part. ij. & *ſilicum fluviatilium pulveriſ.* part. j. *parati, ☉ri purificati* ana ℥iv. Uniantur fuſione in ✚bulo, materia adhuc liquida effundatur ſupra tabulam cupream, calefactam, à lateribus argillâ munitam; & ſic habebis lapidem vitri inſtar ſplendentem, qui lumbis & regioni renum applicatus, eundem cum lapide nephritico naturali præſtabit effectum: de quo Auctores inſpiciendi. Omnem enim intemperiem calidam renum emendat, & in gonorrhœa virulentâ auxilium eſt rarum: quod etiam tabula ex ☉ro ſolo fuſa aliquando præſtare ſolet. Sunt qui vitrum ♄ni pulveriſatum & ſacculo incluſum regioni lumborum applicant, ſicque eundem ſentiunt effectum.

## *TITVLVS XX.*

## CAPVT I.

## VENEREA.

Species Confortantes.

℞. *Spec. diaſatyrion. ſimpl. diatrion pipereon* an. ʒiij. *diamoſch. dulcis, diambræ* ana ʒj. *lithontriptic.* ʒij. *boleti cervini, priapi cervi, carnis ſtinci marini* ana ʒj. *ſemin. urticæ, erucæ, linguæ avis* ana ʒij. *cardamomi, cubebarum, macis, caſſiæ ligneæ cinamomiſatæ, caryophyllatæ* ana ʒj. 🝆i *macis* ℈ß. *cinamomi* gtt. v. M. fiatque pulvis ſubtiliſſimus.
In confortandâ & ſtimulandâ venere eſt pulvis præſtans. Doſis ℈j. ad ℈ij. plus minuſve, prout Medico videbitur, in aquæ cinamomi cordiali q. ſ. horâ unâ ante ſomnum.

Trochiſci confortantes S. Reg. Majeſt. ex præſcriptione Dn. D. Matth. Littau.

℞. *Magiſterii butyracei perlarum, carnis ſtinci marini, priapi cervini debito tempore*, (dum videlicet in coitu eſt) *exciſi & ſubtiliter pulveriſ.* ana ʒj. *ambræ gryſeæ* ℈iß. *macis* ʒij. *pulveris viperini, ſuccoladæ Indicæ* ana ʒvj. *ſacchari albiſſimi* ℥iß. cum *glutine veratri cervini* q. ſ. & *confect. alkermes* ʒij. Fiat maſſa, adde 🝆 *cinamomi* gtt. iij. *caryophyll.* gtt. ij. *nuc. moſch. expreſſi* ℈ß. *eſſentiæ moſchi* gr. xij. Impaſtentur optimè, tandem fiant trochiſci.
Ad reſtaurandam totam naturam, ſenibus & iis conducunt, qui officium maritale præſtare non poſſunt. Doſis à ℈j. ad ℈ij. ſub ingreſſum lecti, in hauſtu vini malvatici optimi.

Trochiſci Viperini confortantes Dn. D. C. pro S. R. M. Vladislao IV.

℞. *Ambræ gryſeæ cum ſemine alceæ odoriferæ in pulv. ſubt. redactæ* ʒij. *moſchi Orientalis veri optimi* ℈j. *magiſt. perlarum butyracei* ℈viij. *pulveris viperini noſtri ſimplicis, ſuccoladæ Indicæ ſubtil. pulv.* ana ℥j. *ſacchari Canar. pulveriſ.* ℥ij. Ex omnibus exactè mixtis, additis *confect. alkermes* & *gelatinæ priapi cervini* ana q. ſ.
F. Paſta mollis, ex quâ formentur trochiſci minores ſcrupulum dimidium ponderantes, qui chartæ incluſi

lentè

lentè exſiccandi ſunt. Sign. rotulæ pro S. Regia Majeſtate.

Doſis num. IV. uſque ad vj. & viij. horâ unâ vel alterâ poſt cœnam, ſuperbibendo bonum hauſtum vini generoſi ſeu aquæ cinamomi cordialis.

Paſta Regia confortans.

℞, *Amygdal. dulc. excortic.* ℥IV. *pinearum mundat. non rancidarum, piſtaciorum decorticat.* ana ℥Iß. Contundantur probè & minutiſſimè in mortario lapideo ad pultis formam addendo per intervalla *aquæ cinamomi cordialis* q. ſ. quibus poſtea admiſceantur *ſuccoladæ Indæ ſubtil. pulveriſ.* ℥iij. *ſacchari albiſſimi pulv.* ℥xx. *rad. ſatyrionis condit.* ℥ij. *cortic. aurantiorum condit. zingib. Indic. condit.* ana ℥j. *nucis Indicæ conditæ* ʒvj. *ſpec. confortantium* ℥iij. *cinamomi pulveriſati* ℥iij. *caryophyllorum pulveriſat.* ℥ß. *macis* ʒvj. *ambræ* ʒ.ß.

Miſceantur in mortario lapideo & fiat maſſa tenax, ex quâ formentur orbiculi ad placitum, qui poſtea charactere ponderis ex unâ parte, ex alterâ verò ſigno conſueto aquilæ albæ inſigniri poſſunt: tandem exſiccentur in ſartagine occluſâ vel ſuper fornace, vel in alio loco calido, & aſſerventur in ſcatulâ ligneâ ſiccâ.

Paſta alia pro placentulis in extincta virilitate.

℞. *Amygdal. dulc. excortic. pinearum mundatar. piſtaciorum non rancidorum decortic.* ana ℥IV. *pulpæ capi aſſati, perdicis aſſatæ* ana ℥iß. *dactylorum, uvarum Damaſcenarum enucleat.* ana ℥j. *cerebell. paſſerum in æquinoctio verno captorum & aquâ cinamomi ablutorum* nu. XXX. *renum cuniculorum juvenum* num. IV. *rad. eryngii conditæ, ſatyrii conditæ* ana ℥j. *cinamomi acuti* ℥ij. *caſſiæ caryophyllatæ, pulveris viperini* ana ℥ß. ʒij. *carnis ſtinci marini* ʒv. *ambræ gryſeæ* ʒij. *moſchi electi* ℈ij. *ſacchari albiſſimi* ℔ j.

Omnia optimè miſcendo redigantur in maſſam tenacem ex quâ poſteà formentur panes dulciarii, qui ſenſim exſiccandi & auri foliis obducendi ſunt.

Ad virilem fortitudinem inſtaurandam, maximè ſi impotentia à maleficio aut incantatione aut pharmaco aliquo originem duxit. Doſis à ʒij. ad ℥ß. ante ingreſſum lecti.

Ex communicatione Dn. Sebaſtiani Engelerti, Sereniſſimi Principis Caroli Ferdinandi Pharmacopœi.

Morſuli confortantes D. D. C.

℞. *Amygdal. dulc. excortic. piſtaciorum excortic. pinearum mundatarum non rancidar.* ana ℥ß. *priapi cervi raſpati, tauri raſpati* ana ʒj. *ſeminis urticæ* ʒß *carnis ſtinci marini* ℈ij. *borracis* ℈j. *galliæ moſchatæ* ℈iß. *ſacchari albiſſimi* ℥IV. F. cum aquæ cinamomi cordialis q. ſ. Confectio in morſulis.

Electuarium dyaſatyrionis Dn. D. C.

℞. *Electuarii diaſatyrion ſimpl. Officinæ Regiæ* ℥jß. *pinearum recent. non rancidar. piſtaciorum excorticat.* ana ℥ß. *rad. eryngii condit. M. N. ſemin. fraxini, erucæ* ana ℈j. *ſpec. diatrion piper.* ℈ij. *carnis ſtinci marini* ℈iß. *extracti glycyrrh. borracis* ana gr. XV. *olei cinamomi* gtt. iij. *caryophyll.* gtt. ij. *elæoſacchari citri ex recentibus corticibus ſine igne parati* ℈ij.

Ex omnibus prius contuſis & conciſis more conſueto cum ſirupo zinziberis conditi q. ſ. F. electuarium mediæ conſiſtentiæ. Doſis à ʒj. ad ʒij. & ʒiij. ſub ingreſſum lecti: ſuperbibatur vitrum vini moſchatellini ſeu Alicantini.

Eſſentia Regia compoſita.

℞. *Confect. alkermes* ℥ß. *ambræ n. m. præparat.* ʒij. *eſſ. perlarum, trium pipereæ per elixir Matthioli factæ* ana ʒj. ℈j. *zibethi non ſophiſticati* ℈j. *moſchi* ℈ß. *olei cinamomi* gtt. viij. *caryophyllorum* gtt. IV. *macis* ℈j. *ſpir. formicarum compoſiti per ſpiritum ardentem facti, elixir. Matthioli* ana ℥IV.

Miſceantur probè & in vitro anguſti orificii, quod optimè clauditur; ſtent per octiduum in digeſtione, in loco tamen non nimis calido, poſtea filtrentur, & ad uſum in vitro bene munito ſerventur.

Cordiale, cephalicum & venereum eſt inſigne. Doſis gtt. vij. ad XV. & ultra, in vino generoſo Hiſpan. ſeu moſchatellino vel ▽ cinamomi.

## CAPUT II.

*Conſilium Cnœffelianum de roboranda & confortanda virilitate in imminutâ potentia circa actum matrimonialem, pro quodam magno Principe.*

Sereniſſimus & Potentiſſimus quidam Princeps circa alterum & novum matrimonium, & quidem ante adventum chariſſimæ ſponſæ ſuæ, conqueſtus eſt aliquomodo de impotentiâ quadam in ejaculando ſemine, quam contraxerat ab immoderato congreſſu venereo ſtatim poſt finitum morbum podagricum celebrato: non quidem quod totus actus ille ablatus eſſet, ſed ſaltim imminutus, ſiquidem rem perficere potuit, niſi quod aliquando membrum in ipſo coitu non ſatis diu permanſerit rigidum, adeoque ſemen cum impetu ejaculare non potuerit. Faſſus præterea eſt ſe eo tempore, quo dolores podagrici in declinationem vergunt, vehementiores ſtimulos ſentire, quàm aliàs. Summoperè autem & immodicè rei venereæ deditus erat, etiam jam declinante vigore ætatis.

Conſilium autem à Medicis ſuis exegit, tum in gratiam venturæ ſponſæ, tùm quoque liberorum, quos ſeriò expetebat, ſibique certò ex hoc conjugio promittebat, procreandorum cauſsâ. Sequens itaque Medici conſilium præſcripſerunt, dictante illud & proponente Clariſſimo Dn. D. Cnœffelio.

Primò inſtituebatur bona victus ratio, huic debilitati commoda, quæ etiam literis conſignata Pharmacopœo exhibita fuit, tali ſenſu:

1. Nocte cibetur Sereniſſimus Princeps ſpermaticâ gelatinâ ex perdicibus, coturnicibus, caponibus, teſtibus gallorum cum radicibus ſatyrionis majoris ex brodio incoct.

2. Ovis tribus vel quatuor ſorbilibus, quæ omni tempore & jejunii occaſione varianda ſunt, de quibus omnibus culinæ præfectus à Pharmacopœo ſufficientem informationem capiet.

3. In ſingulo ovo exhibeatur *ambræ gryſeæ veræ* ℈j. ita ut pro unâ nocte *drachmam unam* capiat. Superbibat hauſtum vini boni & generoſi, nempe moſchatellini, malvatici ſeu Hiſpanici, idque fiat per triduum, ſi neceſſitas urgebit; ſed ne quid nimis.

Deinde

Deinde extremè pro roboratione ſphincteris applicetur & intrudatur quantum poteſt peniciſſimè ſequens balſamum, quod

♃. *Olei nuciſtæ* ℥j. ʒj. *zibethi* ʒj. *croci martis n. præp.* q. ſ. pro excipiendo balſamo. Miſceantur probè. Applicetur cum bombace quotidiè ſemel ſub ipſo tempore & neceſſitate reponendi inteſtini. Quo tempore etiam ſimul regio tauri & perinæi, calefactis prius digitis, inungatur ſequenti unguento, quod

♃. *Olei nuciſtæ expreſſi* ℥ß. *lauri* ℥j. *pulv. rad. pyrethri, cubebarum* ana ℈iv. *rad. aronis, aluminis plumoſi* ana ʒß. *olei caſtorei ſtillatit.* (Iacobi de Manliis) ʒiß. *caryophyll. ſtillat.* ℈ß. *zibethi* ʒj. *moſchi* ʒß. Miſce & fiat unguentum.

Cum hoc unguento etiam teſticuli circumcirca inungantur; vel ſolo zibetho, oleo nuciſtæ excepto, ſed parcè tamen & ſemel per diem, cubitum iturus fricet.

Reliquo quatriduo, noctu ſub ingreſſum lecti capiat emulſionem ſequentem.

♃. *Nucl. pinearum excortic. piſtaciorum mundat. amygdal. dulc.* ana ʒij *teſticul. ſatyr. maj.* n. vj. *caponis* num. ij. *aquæ meliſſæ citratæ, petroſelini* ana ℥iij. Fiat emulſio, adde *ſirupi cinamomi, juleb. roſacei noſtri* ana ℥j. *confect. alkermes magiſterii perlarum butyracei* ʒß. *ad* ℈ij. M. ſingulo mane ſumat *rotulas citro-tartareo-corallinas* num. vj.

Interim de moderatione circa ipſum actum matrimonialem Princeps admonitus fuit, ne in illo excederet; & ſi poſſibile, poſt primum peractum ſomnum: ſecundum *Hippocratem*, qui victus rationem inſtituens omnino vult, ut labores ſequatur cibus, cibum ſomnus, ſomnum coitus.

Balſamum VLADISLAVIANVM.

♃. *Olei nucis moſchatæ expreſſi, unguenti ſtomachalis Ser. Reginæ Cæciliæ* ana ʒß. *axungiæ galli Indici* ʒij. *rad. aronis pulveriſ. pyrethri* ana ʒß. *ſpec. diatrium piper.* ʒij. *aluminis plumoſi* ℈ij. *olei formicarum per oleum ſpicæ vel bacc. lauri facti, erucæ ſeu ſinapi* ana ʒij. *ſtillatit. caryophyll.* ℈j. *moſchi* ℈ij. *zibethi* ʒiß. M. F. Balſamum. Uſus & vires cum præcedente balſamo conveniunt.

# TITVLVS XXI.

# VTERINA.

## CAPVT I.

### ANTHYSTERICA.

Eſſentia Vterina D. D. Cnœffelii.

♃. *Galbani, caſtorei, opii correcti n. m.* ana ℥ij. *ſpir. ſambuci*, 🜄, utriuſque rectificati ana ℥xij. Miſceantur probè, & in vitro benè clauſo, ſtent in digeſtione, ſupra fornacem per octiduum, & diutius; extractio prius benè tranſcolata in uſum ſervetur.

Eſſentia Uterina alia.
Sedativum uterinum Cnœffelianum dictum.

♃. *Theriacæ opt.* ℥ij. *extr. caſtorei* ℥j. *croci* ʒij. *ſpir. noſtr. ſedativi* ℔j. Fiat infuſio, & poſt digeſtionem aliquot dierum, TRa extracta, & per chartam emporet. filtrata (abſque ulteriore deſtillatione) uſui aſſervetur. Cui & adhuc admiſceri poſſunt *in* 🜄 *ſpir. ſat.* ſ. q. *prius diſſolut. ol. ſtil. menthæ carui* ana ℈ij. Miſce. Doſis à ℈j. ad ℈ij. & ʒj. in aqua aliqua hyſterica, ſcilicet meliſſæ, matricariæ, artemiſiæ, ſeu vino: datur & per ſe cum expectato ſudore, ante, & in ipſo paroxyſmo hyſterico. Medicamentum eſt in qualicunque ſuffocatione matricis præſtans. Præſervationis cauſa ſumitur, & ſingulis menſibus, & circa illud tempus, quo purgationes menſtruorum inſtant.

Mixtura uterina Officinæ Cnœffelianæ, Budiſſini, Dn. D. Nitzſchio olim familiaris.

♃. *Extr. liquidi galbani, cum ſpir. ſambuci fact. caſtorei cum ſpirit. ſambuci extr. opii, ſimili modo, cum ſpirit. ſambuci parat.* ana part. æqual. Mixta digerantur invicem, poſtea filtrentur & pro uſu neceſſario ſerventur. Vires tit. indicat. Doſis eſt hujus mixturæ ℈ß. ad ℈j. & ʒß. in hauſtu aquæ hirundinum, per tres dies.

Proportio hujus mixturæ ſit, ut ad unciam unam ſpecierum, ſumantur unciæ duæ ſpiritus ſambuci.

Mixtura hyſterica alia Dn. D. C.

♃. *Mixturæ antepilepticæ noſtr. in forma liquida, eſſent. noſtr. uterinæ* ana ℥ß. *aqu. meliſſ.* c. v. ℥ij. Miſce. Doſis cochlear ſemis; exhibitum aliquoties remediis aliis multis fruſtra factis, ſemper profuit, inde hæc mixtura à Clar. Cnœff. in communi uſu habebatur.

Pilulæ Hyſtericæ Dn. D. Cn.

♃. *Extracti caſtorei, ſedativi noſtr. pro mulieribus* ana gr. j. M. Formentur pil. n. ij. auri folio obducendæ.

Una capiatur cubitum eunti, ſuperbibendo ſcyphum trium unciarum emulſionis noſtræ; & ſi mulier non dormiat & paroxyſmus revertatur, altera etiam pilula poſt mediam noctem danda erit. Loco pilularum propinavit & infuſionem corculi ſui benedicti, per emulſionem inſtitutam.

Emulſio Hyſterica Dn. D. Cn.

♃. *Sem. papaveris albi* ℥ß. *pæoniæ, tiliæ* ana ʒj. *nucleor. ceraſor. nigror.* ℈iv. *aq. artemiſiæ, nymphææ, flor. ſambuci, liquor. tiliæ* ana ℥iß. Fiat emulſio, cui adhuc admiſceatur *man. Chriſti perlat.* ℥j. *ſedativi magni Archei, q. videbitur* (quod ipſemet author emulſioni, prius in officina paratæ adjiciebat) *ſpir. meliſſæ* gtt. xxiv. Miſce.

Aqua Hyſterica compoſ. perlata.

♃. *Aq. meliſſ. citrat. artemiſiæ, epilept. Lang.* ana ℥j. *hirund. compoſ. flor. Cheiri, cinamomi* ana ℥ß. *ſpir. ſedativi noſtr. compoſ.* ℥iß. *meliſſæ* ʒij. *conſ. manus Chriſti perlat.* ℥j. *magiſter. perlar. butyrac.* ℈ij. *corallor. butyr.* ʒj. M. Fiat aqua. Datur hyſtericis muliercuis, in paroxyſmo & extra eum à cochleari uno ad duo, ſingulis binis horis, agitando tamen ſemper prius optimè vitrum.

Ex præſcriptione Cl. Dn. D. Andr. Cnœffelii pro Magnifica Domina Buſſerovva.

Pomum

### Pomum Vterinum Cnœffelianum.

℞. *Caſtorei opt. rec.* ℥iß. *gum. galbani* ʒiij. *aſſæ fœtidæ* ℈ij. *ceræ* q. ſ. Miſce & F. ſ. a. pomum, quod *ol. ſuccini ſeu rutæ innungendum, auri foliis obducendum, & capſulæ argenteæ, ſeu ligneæ includendum eſt.*

In aſcenſione & ſtrangulatione uteri, naribus admotum, ſubito uterum ſiſtit, contra vero ſuaveolentia utero admovenda, ut moſchi aut zibethi grana aliquot, cotone involuta, ut gratum odorem utero inſpirent, ipſumque retrahant.

Vteri affectus, maximè ſtrangulatio, ſuffocatio & furor fiunt ex productis à vitiata digeſtione, ſcilicet ex ſemine corrupto, quæ archeum uterinum furibundum reddunt, ut is vel inflammationem uteri pariat; vel in animum ſæviat, mentemque perturbet.

Itaque Helmontiano modo hunc affectum ſi quis curare cupit, illi opus abſolvendum erit per remedium ſedativum archei, ſi vero cauſam occaſionalem abſtuleris, & hujus acrimoniam ſedaveris, tum forſan uterus de furore remittet. Modum procedendi vide in *Franc. Oſvvald. Grembs tract. medico theorico-pract. lib.* 2. *cap.* 1. *de Defectibus organ. hum. generationis.*

## *TITVLI XXI.*

## CAPVT II.

### In menſium defectu & retentione.

MEnſtrua retenta multorum morborum cauſæ ſunt, quemadmodum ipſorum purgatio naturalis à multis malis fœminas præſervare ſolet; qua de cauſa vitio citò occurrendum, ne natura aſſueta deſueſcat ab excretione. *Primò.* Ex multorum conſilio venæ ſectio inſtituitur, & quidem ſtatim à principio, & commodiſſimè, tribus vel quatuor diebus, ante tempus conſuetæ evacuationis, ut materia ad motum concitetur. Vena quæ aperienda, in talo eligitur; ſectio & aliquando in robuſtioribus, & in plethora repetenda eſt, una die nempe ex uno pede, poſtridiè verò ex altero, in quantitate, prout Medico videbitur, & natura ſeu conſtitutio perſonæ & morbi permittit. Vbi & hoc obſervare licebit, quod in junioribus Luna decreſcente, menſtrua promovenda ſunt, unde verſus:

*Luna vetus vetulas, juvenes nova Luna repurgat.*

Sed hoc experientiæ non ſemper reſpondet.

Poſt ad medicamenta lenientia, præparantia & evacuantia deveniendum eſt. Tandem ad medicamenta, menſes moventia, tam interna, quam externa, deveniendum, è quorum numero præcipua & quaſi propria ſunt; 1. Cremor ♀ri ♂. 2. ♀rus tartariſatus. 3. Tartarus martiatus. 4. Crocus martis aperitivus. 5. Tartarus ⊖-latus. 6. Pulv. cachecticus ſimpl. & compoſ. 7. Pulv. chalybeatus ſimpl. & compoſ. 8. Diaphoret. antimoniale ex regulo ♂. fact. 9. Bezoart. minerale ♂. 10. TRa. ♀. ſimpl. & compoſ. 11. Eſſentia ♂tis ⊖-lata ſimpl. & compoſ. 12. Spirit. ♀ri aperitivus. 13. Spir. aperitivus acidular. Penoti. 14. Spir. de tribus, & plura adhuc alia, quæ Cl. Dn. D. A. Cn. in continuo uſu erant.

### Vinum Chalybeatum.

℞. *Limaturæ chalyb.* ℥iv. *rad. ariſt. O, pimpinellæ, dictamni albi* ana ℥ß. *fol. roriſmarin. majoranæ, puleg. meliſſ.* ana mß. *ſpicæ Indicæ* ʒß. *flor. cheiri, calendulæ, calcatrippæ* ana p. ij. *cort. aurant.* ʒij. *caſſiæ ligneæ* ℥ß. *caryophyll.* ʒj. ℈j. *ſpir.* ⊖ gtt. aliquot.

Species inciſæ & groſſo modo contuſæ includantur ſacculo, ex ſindone rubrâ, cui ſuperfundatur *vini opt.* q. ſ. pro extractione ad ſupereminentiam ſcilicet 4. vel 6. digitorum, addendo poſt *ſaccharum* pro lubitu.

Doſ. ℥iij. per dies ſeptem, & antequam menſes fluere ſolent.

### Nodulus ſive ſacculus alius, pro vino medicato.

℞. *Herb. ſabinæ* ʒvj. *artemiſ. rub. puleg. meliſſ.* ana p. iß. *rad. aſari, rub. tinct. lil. alb.* ana ʒij. *gramin. petroſelin.* ana ʒj. *ſenæ elect.* ℥j. *croc. or. mac.* ana ʒß. *borac. ven. cinam. el.* ana ʒß.

Incidantur, & contundantur groſſo modo, includantur nodulo; pro vino medicato.

### Electuarium Martiale.

℞. *Conſ. meliſſæ, pulegii, flor. anthos* ana ℥j. *cheiri, cyani, calendulæ, calcatrippæ* ana ℥ß. *cond. rad. pimpinellæ, cort. aurant.* ana ℥ß. *magiſt. florum ♂tis* ℥ß. ℈iiiß. gr. v. *cryſtallor. ♀ri ♂tiati* ℥j. ʒij. ℈iß.

Cum *ſir. de artemiſia & cinamomo* ana q. ſ. F. elect. molliuſcul. Doſ. ʒiſ. per octiduum poſt egreſſum è balneo & antequam menſes aliàs fluere ſolent.

### Cryſtallorum ♀ri chalybeatorum præparatio.

℞. *Cremoris ♀ri albiſſ.* ℥viij. ſolvatur prius *in aquâ, ſeu decocto clarificato ſabinæ* q. ſ. vel in alio decocto idoneo, poſt adde ⊖-*li ♂tis*, ſeu chalybis dulcis cum ſpir. ⊖-li fact. ℥j.

Et poſt totalem diſſolutionem, liquorem per chartam filtra, filtratum ad medietatem evapora, ac frigido loco ad cryſtalliſandum repone.

Egregium eſt aperitivum, ad menſtrua retenta provocanda. Doſis à ℈j. ad ℈iß. & ℈ij.

In brodio carnis ſeu pulli, vel in alio liquore deſtillato & convenienti.

Simili proceſſu fit ſaccharum chalybeatum.

### Electuarium aliud Chalybeatum.

℞. *Raſuræ chalybis ſubtil.* ℥j. *cinamomi opt. pulv.* ℈ij. *caryophyllorum* ℈j. *conſ. flor. anthos, pulp. paſſul. min.* ana ℥j. ʒj.

Et cum *ſir. meliſſ. & cinamomi ſimpl.* ana q. ſ. F. Elect. chalybeatum. Doſ. ʒj. ad ʒij. ſuperbibendo hauſtum vini opt. malvatici.

### 1. Pulvis ad promovenda menſtrua.

℞. *Cremoris ♀ri ♂tiati* ℈j. *ſuccini albi pulv. chalyb. ſimpl. c.* ⁓ *♁ris noſt. m. parat.* ana ℈ß. *ſacchari citrati* gr. xij.

M. F. pulvis, pro doſi, & tales doſes n. 20. in tot chartis. Pro Magnif. Domina Rutska.

### 2. Alia compoſitio Cl. Dn. D. Cn.

℞. *Cremoris ♀ri* ℈j. *croci ♂tis n. aperitivi* ℈ß. *tartari ⊖-lati* gr. viij. *ol. cinamomi* gtt. j. *elæoſacch. citrati ex rec. cort.* gr. iij.

M. F. pul-

M. F. pulvis pro doſi, & tales doſes nu. 14. pro Damoiſella Kriska.

Item ℞. *Raſur. chalybis ſubtiliſſ. præparat.* ℈ß. *conſ. roſar. meliſſ.* ana ʒj. *elæoſacch. citri ex rec. cort.* gr. vj. M. F. bolus, decies ſumendus.

Pulvis Chalybeatus Cl. Dn. D. F.

℞. *Chalybis ſubtiliſſ. limati* ʒ iij. *coralliorr. rub.* ʒj. *rad. rubic.* ʒiß. *fol. lauri* ʒß. *ſabinæ, roriſmarini, ſpecier. arom. roſat.* ana ℈j. *borracis* ʒj. *macis* ʒß. *croci* ℈ß. *ſacchari Canarii alb.* duplum omnium M. F. pulvis. Efficaciſſimus eſt in ſuppreſſione menſtruorum & partus promotione. Doſ. ʒj. cum vino albo dulci, repetitis vicibus, & ante tempus illud, quo menſes in ægra fluere conſueverunt.

Pilulæ ad promovenda Menſtrua Dn. D. Kr.

℞. *Troch. de myrrh.* ʒiß. *extr. ſabinæ* ℈j. *caſtorei* ℈ß. *borracis Venet. cinamomi pulv.* ana ℈ij. *ol. cinam.* gtt. ij. cum *ſir. de artem.* q. ſ. Formentur pil. ad placitum. Doſ. ʒj.

Vel ℞. *Extr. ſabinæ, borracis Venet.* ana gr. xv. *ſalis ſuccini volat.* ℈ß. *ol. ſabinæ* gtt. ij. *cinamomi* gtt. j. M. F. pilulæ pro una doſi, & tales doſes num. 4. in 4. chartis ſeparatim.

Rotulæ Martiales Dn. D. C.

℞. *Pulv. cachectici,* ♄ *fixi diaph.* ana ʒß. *bezoartici ♂tialis* ʒß. *ſuccini albiſſ. præparat.* ʒiij. *ſacch. Canar. alb.* ℥iv. cum *aq. artemiſiæ & meliſſæ* ana q. ſ. *ol. carvi* gtt. v. F. rotulæ.
Doſ. nu. 6. ad 7. mane & in ingreſſu lecti, per octiduum, & antequam menſes prorumpant, etiam iis fluere incipientibus: ſi non benè procedant.

Tabulæ Martiales Dn. D. P.

℞. *Cremoris tartari ♂tiati* ʒß. *croci ♂tis aperitivi* ʒij. *bezoart. miner. ♂tialis* ʒß. *ſuccini alb. præparat.* ʒiß. *ſacch. albiſſ.* ℥vß. cum aqua conveniente q. ſ. Fiant tabulæ, ſeu rotulæ, irrorentur *ol. aniſi* gtt. v. Doſ. n. 6. 7. ad 8. bis in die, per 14. dies ante tempus conſuetum, ut ſupra dictum.

Trochiſci de Borrace Offic.

℞. *Borracis Venet.* ʒß. *ſalis ſuccini volat. extr. ſabinæ* ana ℈viij. *croci ♂tis aperitivi* ℈iv. *ol. cinamomi* gtt. iv. *ſacch. alb. ſubtiliſſ. pulv. ad pondus omnium.* Cum *mucilag. trag. per aq. conv. fact.* q. ſ. F. trochiſci. Doſ. ℈iv. plus minuſve. Menſtrua potenter movent.

Eſſentia florum Dn. D. M.

℞. *Fol. pulegii, roriſmarini, flor. cheiri, cyani, calcatrippæ, calendulæ* ana m j. *anther. ſeu ſtaminum lil. albor.* ℥ij. ʒj. *caſſiæ ligneæ* ℥ij. *croci Hungar.* ℈ivß. Inciſa & contuſa, groſſo modo irrorentur *ol. ♀ri per deliq. fact.* gtt. aliquot, adde *ſpir. ſecundinæ* ℔iv. ℥viij. Digerantur per aliquot dies, in vitro benè munito, ad totalem fermè extractionem ſpecierum. Poſt filtrentur, & ad uſum ſerventur.

Vires eſſentiæ; Menſtrua retenta promovet, & partum atque ſecundinas facilitat.

Doſ. Cochl. j. ij. & iij. per ſe, vel cum aq. cinamom.

*TITVLI XXI.*

# CAPUT III.

## *IN FLVXV MENSIVM NIMIO.*

### Julapium Cnœffelianum gratiſſimum in fluxu immodico menſtruorum.

℞. *Aq. ſpermatis ranar. deſtill.* ℥xl. *mivæ cydoniatæ aureæ* ℥iv. *ſir. ſpermatis ranar. coralliorr.* ana ℥ij. *ſpir. meliſſæ citratæ* ℈iv. *♂ris per campan. fact.* q. ſ. adde *ſedativi noſtri q. ſ.* pro morbi indigentia. In omni ſanguinis profluvio, ſcilicet menſtruorum, lochiorum, hæmorrhoidum, eſt remedium excellens, maximè pro fœminis delicatioribus.

Doſis ℥ iij. per plures dies, & donec malum ceſſet, datur & bis in die, ſcilicet manè & veſperi cum coralliorr. rubr. præp. ʒj. Pro potu ordinario laudatur & à multis.

Decoctum Ligni lentiſci.

℞. *Scob. ligni lentiſci* ℥ iij. *cort. aurantior. adhuc ſubviridium* ʒvj. *aqu. fontan* ℔vj. coqu. ad duarum partium conſumptionem; colaturæ adde *ſir. coralliorum, maſtichini, myvæ cydoniatæ aureæ* ana ℥iß. Miſce. Validius redditur, ſi in aqua aliqua ſpecifica deſtillata fiat. Lignum lentiſcinum etiam infundi poterit vino rubro & auſtero, quo maximè viſcera corroborantur.

Electuarium ad fluxum Menſtruorum.

℞. *Conſerv. roſar. antiq. flor. tunic. condit. fr. cynorrhod.* ana ℥j. *cydonior. cort. virid. aurantior. flor. aurant. cond.* ana ℥ß. *coralliorr. rub. c. ſpermol. præp.* ʒij. *ſedativi noſt.* gr. v. *confect. alkerm. ſ. m. & a.* ℈v. cum *ſirup. coralliorr.* ſ. q. f. electuarium. Vires ex titulo deprehenduntur. Doſ. ʒij. mane & veſperi ſumitur, & per intervalla aliquoties in die, magnitudinis caſtaneæ dimidiæ.

Pulvis Corallatus Offic. Regiæ.

℞. *Coralliorum rub. propria* TRâ *inſuccator. cort. ovorum cum liqu. ſperm. ranar. præp.* ana ℥ß. *cornu foſſilis* ʒij. *pulv. ſperniolæ n. ſimpl.* ℈ iiij. gr. iiij. *eſſent. roſar. ſeu elæoſacch. roſar.* ℈iß. M. fiat pulvis. Fluxum ſanguinis menſtruum, etiam poſt partum laborioſum, nimium ſiſtit. Doſ. ʒj. in ▽ appropriata; præſcribebatur à Cl. D. D. C. ſub hac formula.

℞. *Pulv. præſcripti* ℈j. *croci ♂tis aſtringentis, boli inſuccati Cl. Zvvelff. ſeu ſpecifici noſtr. dyſenterici* ana gr. xv. *uſneæ humanæ* ℈ß. (ex oſſibus ſcilicet) *ſedativi noſtr.* gr. j.
M. Fiat pulv. pro una Doſi. Sign. pulvis ſpecificus in fluxu nimio menſium.

Topicum externum Vitriolatum Dn. D. M. L.

℞. *Vitrioli Hungarici ad albed. phil. calcinati* q. v. *ſpermatis ranar. in cella ſeu alio loco frigido (beneficio alum. & nitri) aſſervati, pro incorporatione ad pultis formam* q. ſ.

Hæc

Hæc mixtura, linteis cannabinis incluſis & imbutis, dorſo & lumbis, circum circa, uſque ad umbilicum frigidè applicetur. Omnem fluxum ſanguinis, partium inferiorum miraculosè & incantamenti inſtar cohibet: Et eſt certiſſimum experimentum, in contumaciſſimo affectu, reliquis nihil juvantibus, & ubi periculum vitæ imminet.

Laudatur quoque

Cataplaſma ex Gypſo.

℞. *Gypſi pulveriſati* ℔j. *pulv. nigr. ex oculis nigris ſperm. ranar. rad. conſolidæ pulv. ſang. draconis pulv. balauſtiorum* ana ʒj. *albuminis ovorum*, (*in quo aliquid gummi Arabici & ceraſor. diſſolutum ſit.*) pro incorporatione cataplaſmatis, q. ſ. M. optime.

In extrema neceſſitate, ubi de periculo vitæ agitur, hoc emplaſtrum ſeu cataplaſma, in linteo extenſum, & regioni pubis, & lumborum impoſitum, fluxum nimium ſiſtit menſium. Eſt remedium extremum.

Menſium fluxus immodicus in S. R. P. L. curatus à D. D. A. C.

SEr. Reginam L. M. tunc temporis viduam, à fluxu uteri cruento ſatis feliciter liberavit D. D. C. duabus emulſionibus cum mag. butyr. coralliorum ſub noctem exhibitis: De die vero adhibito croco ♂tis adſtr. cum coralliis, & topico ex fimo porcino.

Emulſio.

℞. *Sem.* 4. *frig. maj.* ana ʒj. *papaveris albi* ℥ß. *decocti hordei* ℥ij. ▽ *ſperm. ranar.* ℥jß. F. emulſio; adde *man. Chriſti perlat.* ℥ß. *magiſt. corallior. rubr. butyracei* ℈j. *-∩- roſar.* gutt. aliquot, miſceantur probè. Sign. Nacht-Milch vor Ihr. Maieſt. die Königin.

Pulvis Corallatus ♂.

℞. *Coralliorum rub. præp. magiſt. corall. rub. butyracei* ana ℈ß. gr. v. *croci ♂tis adſt.* ℈ß. *eſſ. citri ſicc. ex rec. cort. ext. fact.* gr. iij. M. F. pulvis. Sign. Corallen Pulver alle Tage des Morgens nüchtern in vehiculo conſueto zunehmen.

Peſſarium.

℞. *Fimi porcini*, *pulv. ſperniol. ſimpl. ex nigris oculis parati*, *& propria mucagine inſuccat.* ana q. ſ. ▽ *aluminis & ⊖-li per aqu. ſperm. ranar. fact.* q. ſ.

Fiat maſſa, ex qua cum ſindone rubra fiant peſſaria, competentis magnitudinis, immittantur utero ad reprimendos & adſtringendos menſes valdè profluentes, ſi nempe venæ cervicis uteri apertæ ſint.

*Not.* Sunt qui loco fimi porcini aſininum ſibi eligunt, & tàm extra, quàm intus exhibent.

Lotio tibiarum in aqua frigida, aut decocto adſtringente, & hic conducit.

De reliquo omnia illa remedia, quæ alias in hæmorrhagia nimia hæmorrhoidum præſcribuntur, & hîc (in exceſſu magno menſium) locum habent, præcipuè illa, quæ ex occultâ & ſpecificâ qualitate fluxui ſanguineo reſiſtere ſolent. Aliquando & ad narcotica devenire licet, in cujus finem commendantur illæ pilulæ, quæ *in Miſcellaneis Medico-Phyſicis Naturæ Curioſorum*, *Ann. ſecundi obſerv. LIII.* à nobis deſcribuntur, quorum delineationem per unam & alteram formulam hic repeto.

℞. *Uſneæ microcoſmi pulv. eboris foſſilis*, ſeu *corallior. rub. præp.* ana ℈j. *opii noſtri correcti*, gr. j. cum *ſir. idoneo*

F. pilulæ foliato auro obductæ, quæ ſecundo ſemper die (in emulſione aliqua appropriata, ex ſeminibus ſcilicet 4. frig. maj. cum aq. ſpermat. ranar. rec. parat.) à cubitum eunte ſumuntur.

Aliquando & hæc formula placuit.

℞. *Uſneæ cranii humani*, *vel in aliis oſſibus humanis collectæ* ℈j. *corallior. rub. inſuccatorum*, *pulv. ſperniolæ* ana ℈ß. *ſedativi noſtri* gr. j. miſceantur & cum *ſir. ſperm. ranar. ſeu miva cydoniata* formentur pilulæ. Uſus cum ſuperioribus convenit.

Cubilia & Culcitræ herbaceæ.

℞. *Herb. burſæ paſtoris*, *artemiſiæ rub. polygoni utriuſque*, *lyſimachiæ*, *folior. quercus*, *muſci quercini*, *prunor. ſylveſtr.* ana q. ſ.

Ex iſtis herbis & foliis, quæ ubique locorum facilè haberi poſſunt, parantur cubilia & culcitræ, in quibus infirma noctu jacere & quieſcere poteſt.

Amuleta.

INter alia remedia, hic à viris doctis adducuntur & amuleta quæ collo appenſa ſeu manibus tractata ac cutim corporis attingentia, omnem hæmorrhagiam corporis humani ſiſtere creduntur.

Hic verò loquor de amuletis Phyſicis, Medicis, licitis & naturalibus, quæ occulta ſua proprietate, divinitus in prima ſui creatione indita, ſemper eodem modo agunt in corpora, quibus applicantur, ſive ſuâ ſympathiâ, ſive antipathiâ. Magicis & ſuperſtitioſis periaptis, quæ & nos improbamus, & deteſtamur, hic nullus debet eſſe locus.

Præ aliis commendatur à multis Medicis bufo transfoſſus, ſole in leone exiſtente exſiccatus, & ſindoni alligatus, ac regioni cordis applicatus, vel brachio ejuſdem lateris. Et hoc erat Cl. Dn. D. A. C. p. m. amuletum, ex quo & ſuum parabat *empl. magneticum*, cujus conciliatio ſuo loco inter medicamenta antipeſtifera deſcribitur. A nonnullis celebratur & glomus ex muſco arboreo, ligni quercini ſeu pruni ſylveſtris ſub axillis geſtatus. Præſtantiſſimum amuletum fit ex pulv. bufonum, ſuccino, uſnea humanâ & ſperniolâ (ex oculis nigris parat.) cum mucilagine tragacanthæ per aq. ſperm. ranar. factâ, quod omnem hæmorrhagiam immedicabilem ſubito quaſi cohibere ſolet; Ejus accuratiorem deſcriptionem, inveniet B. L. in *Ephemerid. Naturæ Curioſor. German. anni ſecundi obſ.* 53. *p.* 101. ubi & armillæ, corallia, poma & tabulæ in eundem uſum pro fœminis deſcribuntur.

## *APPENDICES.*

CIrca uſum topicorum, ſuperius recitatorum, ſequentia etiam ſunt obſervanda.

*Primò.* Si cruor peccat vitio alieno, vel ob qualitatem vel quantitatē aut materiæ alienæ permixtionem, tunc temporis aliquantiſper fluor ſinendus eſt, quia conducit & à multis morbis mulieres liberat graviorib. Si verò vires dejiciat, tunc cohibere oportet, prius quidē per revulſiones & derivationes: poſtea medicamentis tàm internis quàm externis, & quidem incraſſantibus & aſtringentibus, & quæ ex ſpecificâ qualitate fluxum ſiſtunt, & à nobis propoſita ſunt, ubi & tempore curationis, viſcerum corroborationi, & viribus proſpiciendum erit.

*Secundò*, ne remedia topica nimis aſtringentia, & refrigerantia adhibeantur, priuſquam revulſiones ſufficienter celebratæ fuerint, ne poſtea tumores in utero, aut graviora ſymptomata concitentur; idque conſentientibus aliis Medicis inſinuare debui. Revulſiones autem inſtituuntur per ſectiones venarum in partibus ſuperioribus cum impetu, & quidem reiteratis vicibus, & digito per vices foramini admoto; tamen cum diſcretione, & præſtat miſſionem ſanguinis partiri, & bis vel ter repetere, quam copioſiore ſanguinis extractione, vires dejicere. Quod ſi fluxus adhuc perſeveret, & vires ſectionem venarum non permittant, ejus loco cucurbitulæ dorſo & regioni hepatis ſunt applicandæ. Quæ & mammis, ſuaſu *Hipp. 4. aphor.* 50. applicari poſſunt; quod tamen *Galenus in Comm.* non ipſis mammis, ſed infra ipſas inſtitui vult; ſi etiam difficultas aliqua ſpirandi ſuperveniret, cucurbitulæ ſtatim à mammis removendæ ſunt. Plura alia, quæ in hac curatione obſervatu digna ſunt, ab Authoribus recenſentur, nobis ſolum hic materiam medicam tractare libuit.

## *TITVLVS XXII.*

# ANTIARTHRITICA.

## CAPVT I.

### Medicamentorum Antipodagricorum Cnœffelianorum ſecretiores præparationes & applicationes.

CLariſſ. D.D. *Andreæ Cnœſſ.* Archiatri Regii, Amici inter omnes alios optimi & maximi curatio arthritidis in ſolâ ejus reſolutione, & balſami naturalis conſervatione atque partis affectæ corroboratione conſiſtebat, de quâ ipſemet in conſilio, Sereniſſ. Regi Vladiſlao IV. Polon. Regi exhibito, *curandi*, ſcribit, *hæc ratio conſiſtit nec in phlebotomia, nec ſcarificatione, nec cauteriis nec alterantibus, nec purgantibus, nec diaphoreticis, ſive ſudoriferis*, ſed in ſolâ reſolutione tartari per ſpecificum & unicum omnium ſalium ſolvendorum arcanum, *ita ut mechanico illo arthritico materie & omnia tartarum cudentia inſtrumenta ſubtrahantur, ſubreſactusque tartarus cum conſortatione membrorum reſolvatur, quo ſoluto ſata & natura ipſa viam inveniunt, qua illum ejiciant.*

Qualem felicitatem & ſingularem ſucceſſum per illam methodum curandi podagram, & hujuſdem morbi ſpecies Cl. Dn. D. *Cnœffelius* nactus fuerit, fermè toti Europæ eſt notum; factumque hinc eſt, ut à Rege Uladiſlao Quarto ex Germania vocatus & Archiatri munere ornatus ſit. Ipſo poſtmodum ſpartâ eâ fungente, non tantum Rex, verùm etiam alii Principes & Senatorii Ordinis Magnates exoptatam & ſane quam mirandam medicamentorum *illius* experti ſunt efficaciam; utut inficias ire nolim, in quibuſdam ipſam paulo remiſſius ſe exeruiſſe, & vel maximè annis uno vel altero obitui viri laudatiſſimi proximis.

Purgationibus quantumvis Cl. Dn. D. *Cnœffelius* medicamenta ſua opus non habere exiſtimaret, quippe (ſic ſæpius dicere ſolebat) ſibi tantum non arrogans, ut vellet præſcribere naturæ, quando ea purgare, quando ſudare, quando mingere, quando vomere aut alia talia agere deberet, qui potius permittat, ut illa ſibi hoc talis vias ſibi eligat, quæ quam maximè expeditæ eſſe poſſint: Nihilominus tamen ipſe purgantia hic non omnimodè averſatus eſt, nec ideò methodum medendi ordinariam prorſum contemſit, quinimo in principio curationis, & in ipſo acceſſu morbi, ubi notabilis adeò efferveſcentia non erat, aut alias etiam, circa æquinoctia vel maximè, purgationes, ſed leniores inſtituit, pilulas ſuas univerſales exhibens, quarum compoſitio talis erat:

℞. *Extr. hellebor. nigr. maſſ. pilul. de trib.* ana ℈ß. ☿ *noſtr. fix.* ſeu *arcani corallini* gr. ij. Miſc. & *cum balſ. peruvian.* q. ſ. fiant pilulæ.

Peractâ ſic purgatione curationem medicamentis ſpecificis & inprimis *illo ſuo* incepit.

Quoniam verò circa eorundem uſum plenior requiritur declaratio, ut ſciatur quid in acceſſu, quid in ſtatu, quidvè in declinatione morbi ſit faciendum, hoc eſt, quomodo & quamdiu & in qua doſi medicamenta ſint adhibenda, ea omnia melius intelligi non poſſunt, quam ex ipſius Authoris informatione, ideò ejuſdem *conſilium* in gratiam Illuſtriſſimi cujuſdam Domini conſcriptum, atque *vindicias aquæ ſuæ* hic inſerere placuit, quibus B. L. *epiſtolam de podagrâ curatâ*, ab Illuſtr. Dn. Chriſtophoro Arciſſevvio *Amſtelodami in* 12. *editam* addat.

Obiter quaſi hic tantum retuliſſe juvat; I. quod *Cl. Dn. D. Cnœffel.* medicamenti illius ſui ſpecifici uſum in magni & inveterati morbi curatione ſingulis ſine intermiſſione diebus continuari juſſerit, plerumque unius anni ſpatio (immo tam pertinaces etiam arthritides aliquando ſe inveniſſe dicebat, quæ biennio demum vincerentur;) in minus inveterato triginta duarum ſeptimanarum, ſeu octo menſium, requiſiverit: pro morbis recentibus ſedecim tantum circiter ſeptimanas, aut aliquando ſolummodo novem popoſcerit.

II. Quod circa diætæ præſcriptionem non adeò ſcrupuloſus fuerit, ſed ægrotis tempore curationis ferè omnia, quæ pro victu ordinario menſæ apponi conſueverunt, permiſerit, hoc tantum monendo, ut nimius in cibo & potu, quin & reliquis rebus nonnaturalibus, exceſſus vitetur; aliam, inquam, nullam cuſtodiam imperavit ægris ſuis, ſed permiſit, ut deambularent, equitarent, iter facerent, & qualibus quiſque vellet laboribus fungeretur.

Quoad *præparationem* denique *Medicinæ* antiarthriticæ *internæ* B. L. ſciat *Dn. D. Cnœffelium*, medicamentum illud in ſummis ſecretis habuiſſe, nec aliis Medicis & Collegis ſuis, etiam in conſiliis ſecretis pro S. R. Maj. habitis, immò ipſimet Regi (oblatâ licet notabili ſummâ) unquam communicare voluiſſe. Ego ipſi in laboratorio ejus aſſiſtendo, hanc habui felicitatem, ut impetrarim & obtinuerim hoc arcanum, tamen juramento ante tali obſtrictus, ne vivente illo ulli aperirem; id & præſtiti; ideoque Cl. D.D. *Cnœffelius* poſtea etiam nemini, ſuam Medicinam pro Regia Majeſtate, in abſentiâ confidere voluit, quam mihi. Atque nunc obligatione hac, poſt mortem ejus ſolutus, libentiſſimè hic adjicerem illius compoſitionem, ſed propter certas cauſas, mihi ſolum notas, & perſonas aliquas invidas, qui adhuc poſt mortem ejus perſonam, & ipſius Medicinam rodere non ceſſant tacere adhuc cogor. Communicavi tamen & hanc Medicinam D. D. Henrico Vollgnadio, Medico & Practico Vratiſlavienſi, amico meo plurimum ac ſingulariter dilecto, at ſub ſilentii fide ad certum tempus ſanctè ſervandi. Quiſquis ergo illâ in ſimili morbo indiguerit, à præfato Dn. D. Vollgnadio medicinam, & ipſum uſurpandi modum pro deſiderato ſolatio petere poterit.

(Nat.

*( Not. Invenio in multorum Clariſſ. Virorum ſcriptis varia medicamenta antipodagrica, Medicinæ Cnœffeliana antiarthriticæ interna adſcripta, ſed toto cælo errant illi, qui ſimilia pro Cnœffeliana, ab amanuenſibus forte ipſius acceperunt. Nam vivente illo, nemo ( quod jam dictum) ad hoc arcanum penetrare potuit, præter filium ejus proprium & me. )*

# *TITVLVS XXII.*

## CAPVT II.

## CONSILIVM

### *Pro Illuſtriſſimo & Celſiſſ. Domino Generali Poſnanienſi Comite de Leſno.*

VIr Iuvenis quidem, ſed diſpoſitione à parentibus, avis, & atavis ad arthritidem hæreditariâ, nuper dolorem primum podagricum in pollice pedis expertus, de morbi vehementioribus & frequentioribus inſultibus ſibi conſilium & medicamentum prophylacticum petiit, quod ſequentibus literis his contuli.

*Illuſtriſſime & Celſiſſime Domine Generalis, Dn. Dn. Gratioſiſſime.*

Illuſtriſſimæ V. Celſitudini obſequia mea & ex illis ſanitatem conſtantem à Divinâ gratiâ humillimè comprecatus, gratias ago & habeo devotiſſimas pro tranſmiſſo triginta ducatorum honorario ; & tranſmitto è fide data medicinas internas, aquam bibendam nempe, & externas, locis dolentibus illinendum liquorem tartareum topicum; quarum uſus eſſe poteſt ſequens.

Siquidem tres ſunt arthritidis, ſive podagræ gradus, Malus, Pejor, Peſſimus, à magnitudine & frequentia dolorum ſic diſtincti, ut & ab ætate; Triplex quoque & cuique conveniens medicamentorum uſus eſt.

Malus ſtatus podagræ eſt infantia, ſub quâ, dolore nempe tolerabiliori, bibitur *aqua mea* , benè ante uſum commovendo, commixta, illâ, qua conſtat doſi vel menſurâ, nempe caliculi boni vinarii, manè hora *6*. vel ſeptima , jejuno poſt hauſtum hunc ventriculo ad 4. vel 5. horas, ad uſque prandium, citra cuſtodiam. Alter caliculus præcedenti veſperâ paratus & ad lectum poſitus commodè bibitur poſt mediam noctem, horâ 1. 2. 3. 4., quâ circiter fuerit horâ expergefactus Illuſtriſſ. Dn. Generalis, ſtatim ſuperdormiendo iterum. Si verò à ſomno non expergefiat Illuſt. turbandus ideò non erit, ſed illius caliculi uſum differat poſt prandium ſequentis diei, ad horam 4. vel 5. tam pomeridianam , cœnando poſt ſeptimam vel octavam, quamvis ille hauſtus eò minori cum utilitate & fructu bibatur poſt meridiem, quo majori energiâ, vacua viſcera & ab omnibus ingeſtis ( expedita jam poſt mediam noctem omnimoda concoctione) liberata, ſoli huic Medicinæ & ipſius poteſtati, commodum præbent hoſpitium.

Hoc medicamento uti pergat indies ad 2. vel 3. ſeptimanas, nonnunquam etiam ſi malum & dolores pertinacius obſtiterint, ad menſem ad omnimodam uſque alleviationem & doloris, vel cujuſcunque etiam in articulis moleſtiæ.

Pejor ſtatus, ſive adoleſcentia arthritidis, ſub dolore minus tolerabili trinum hujus aquæ uſum , tres (nempe per 24. horarum circuitum) menſuras ſive caliculos exigit, cum jejunio quatuor horarum , abſque cuſtodia tamen alia.

Peſſimus ſtatus. Sub conſiſtente ætate ; dolore nempe intolerabili, quatuor vicibus, 24. horarum circuitu, caliculum ſolitum exigit. Nempe, primus caliculus haurietur horâ *6*. vel 7. matutina; ſecundus horâ quartâ pomeridianâ; tertius horâ *9*. vel 10. nocturnâ, antequam obdormiverit. Quartus poſt mediam noctem, horis ſupra indigitatis , doſi & modo itidem ſupra ſignificatis. Ubi iſtud notandum, quouſque eſt gradus ſive ſtatus arthritici doloris majoris , vel minoris, euſque intendi & remitti debere frequentiorem uſum medicamentorum noſtrorum, quorum normam & legem ipſa ægri tolerantia & alleviatio ſenſuali fide, an ſæpius & frequentius , an parcius bibendum ſit, monſtrabit. Remiſſiores dolores , remittere etiam de medicina jubent, quorum alleviatio vel recrudeſcentia etiam continuandæ vel intermittendæ medicinæ tempus & terminum ponent.

Purgationes , ſive turbationes & colliquationes potius liquorum naturalium, & venæ ſectiones è conſortio meorum medicamentorum excelle volo. Nolo enim per virium & vitæ lattocinia mederi. Si alvus, prout ſub dolore fieri ſolet, conſtipatur, nec bene reſpondet, ad obſequium redigatur enemate domeſtico, citrà ſolutiva parato, & non niſi conſtipationis neceſſitate repetito.

Tempus inchoandæ medicinæ , ut & continuandæ, ſub exaltatione morbificæ cauſæ, doloris , & morbi neceſſitas, propter quam DEVS medicinam & Medicum creavit, præſens & urgens determinabit. Et hæc de uſu internorum.

Externa ſive Topica ſunt illi liquores ꝗei in minoribus lagenulis 4. tranſmiſſi. Itaque exterius ubicunque fuerit dolor, rubor, calor, ſtatim liquor cum pulvere benè commovendo commixtus , benè infundatur in cochlear vel patellulam argenteam aut ferream, ea quantitate , qua circiter opus erit pro uno illitu loci dolentis, & ſupra lenem carbonum candentium vel elychnii calorem ita teneatur, uſque dum illam aquam in cochleari vel minimum fumare obſervaverint, ( diutius enim niſi cum jactura energiæ ſuæ detineri non debet : ) & ſic incaluit plus ſatis hic liquor. Hoc ipſo ſic tepefacto, & cum pluma, vel quod melius eſt ſpongiolæ particula excepto liquore , quò ſæpius eò melius irrigatur partis dolentis omnis ambitus, ut & ipſa pars dolens , & ſua ſponte ſic madefacta ſiccari poſtea permittitur. Pro intendentibus & remittentibus doloribus, indies ille illitus , aquæ hujus 2. 3. 4. 5. *6*. 10. 20. pluribus paucioribuſve vicibus fieri debet, & cum ſpongia illa guttatim inſtillando vel madefaciendo , vel cum pluma intincta illinendo pro commoditate & tolerantia ægri. In hac adminiſtratione ſupponitur pelvis vel patina lata, non profunda, vel argentea, vel quod melius terrea vitreata infra locum ſive partem irrigandam , ut deciduus ille liquor in patina excipi, in lagenulas reaffundi , & ad ulteriores uſus reſervari poſſit.

Facta hâc ſic diligenti & frequenti irrigatione , locus dolens irrigatus ſua ſponte ſiccari permittitur, poſtea involvitur linteaminibus tepefactis optimè , ſed citra ligaturam , ut ſine moleſtia ægri mox uſu exigente denuo linteamina explicari poſſint , pro defendendis locis irrigatis , & linteaminibus lectiſternii; quæ aliàs à ſubtilioribus ſpiritibus tartareis eroduntur. Sedatis ſic doloribus , & mox prout fit , ſuccedente partis tumore , pars tumefacta indies ( citra ulteriorem irrigationem , niſi tumori huic comites adhuc aliqui dolores) cum magna ſpongia vino myrrhiſato , calido , calidè & bene madefieri & elui debet

bis, mane & noctu, hora una vel altera præcedente ſomnum, eo uſque quo pars penitus dedoluerit, & detumuerit, tunc ab uſu hujus vini topici abſtinendum; & reliquum naturæ tempori, & labori committendum eſt. Non inutile erit, partibus inferioribus pedum, ſeptimanatim bis, facere pediluvium, hoc eſt, vino myrrhiſato, pro balſamandis & ſolidandis illis partibus afflictis. Die nempe Martis & Sabbathi noctu antequam ſe cubitum componet Illuſtriſſimus Dominus Generalis. DEVM veneror, velit ſuis mediis clementiſſimè benedicere, quo Illuſtriſſimus Generalis, boni Regni publico, prudentiâ & ætate

*Iliacos æquare ſenes & vincere poſſit.*

Ita apprecatur volitanti calamo.

Illuſtriſſimæ ſuæ Celſitudinis
*humillimus Servus*
ANDREAS CNOEFFELIVS.

## *TITVLVS XXII.*

## CAPUT III.

## VINDICIÆ.

*Sive*

Reſponſio ad Objectiones, quibus imperiti quidam opinatores, Illuſtriſſ. Comiti Oldenburgenſi perſuadere conantur, criminando, ægros à continuo aquæ meæ uſu præſentiſſima incurrere pericula.

HAud opus erat, Illuſtriſſime Comes, defenſorias haſce ad Te exarare: namque ſiniſtra illa judicia ab hominibus nullam profectò aquæ noſtræ notitiam habentibus, ſoloque ſenſu bruto, guſtu, odoratu, tactu, doctis, proficiſcuntur: præterea univerſo orbi maximè verò hiſce regionibus notiſſimum eſt, ſolo hoc rite uſurpato ſecretiore medicamento miſeros, ab aliis derelictos ægrotantes, à morbis, quos vocant incurabiles, facilius, citius, tutius & jucundius; quàm quibuſcunque putidis, quæ teſte experientiâ nec ipſi eorundem magiſtri haurire appetunt, ægrique non niſi coacti ſummâ cum abominatione & horrore aſſumere queunt, decoctis curatos eſſe.

Nullus autem dubito, quin plurimi imperitorum nominis ſimplicitate offenſi ſint: à præcipuo enim elementorum medicinam hanc aquam vocavi, ex proëteſi à vehiculo, quo illa obvelatur, nomine deſumto. Sanctè tamen teſtor, non aquam, non dulce, non acidum, hujus medicamenti baſin exiſtere, ſed ſulphur quoddam pluſquam ſolare, inſipidum, nobiliſſimarum, ac vix credendarum virium, huic aquæ commixtum, corpus humanum uſu continuato mundificans, ſine purgatione, clyſtere, venæ ſectione, aliaque omni deteſtanda in hominis ſanitatem graſſante tyrannide: Hanc enim illa fugit, & potius modeſtè, placidè & blandè tractari amat.

De grato hujuſmodi mundificante ſulphure ſapientiſſimi olim artifices multa ſcripſerunt, nec non egregia cum eodem ſpecimina ediderunt. Inter alios, (quod ut major huic ſcripto meo accedat autoritas, adducere lubet,) centum abhinc annis mentionem ejuſdem fecit celeberrimus Germanæ noſtræ patriæ Medicus, *Theophraſtus Paracelſus*, qui hoc ipſo coram & ante oculos imperitorum, (teſte inſcriptione, quo lapidem ejus ſepulchralem poſteri in perpetuam rei memoriam honorare dignati ſunt,) eos morbos curavit, quos purgationes optimæ, ſirupi & decoctiones aliæ intactos penitus relinquunt; dum in libris de peſte ab ejuſdem diſcipulo, Nob. & Doctiſſ. *Adamo Bodenſtain* anno 1568. editis, ſub finem capitis quinti ſcribit: *qui ſulphuris notitiam nullam habet, nec de Medicinâ nec de natura arcanis quicquam diſſerere novit. Quivis enim Medicus, qui elementum ignis in arcanitate ſuâ non poſſidet, periti & experti Medici nomen nec meretur, nec affectet, ſed nugatoris & marſupiorum purgatoris. Omne autem* 🜍 *△ eſt inviſibilis, qui morbos conſumit, ſicut ignis ligna. Ideoque Elementum ignis in quibuſcunque morbis maximum eſt arcanum.* Sed hæc de proprietate medicamenti hujus, quod ▽ non eſt, ut imperiti autumant, ſed 🜍 philoſophicum, dixiſſe ſufficiat.

Omne 🜍 vi mitigante & anodyna præditum eſt, adeo ut nonnulla metallorum ac mineralium 🜍a, prout à naturâ fuerunt exaltata, ſoporifera ſint, quorum ope omnes dolores, omnia incommoda, quibus propter morbum æger affligitur, placantur & ſedantur, & quidem cum εὐφορίᾳ ægroti: eo ipſo tamen nullus adhuc morbus curatur, aut radicitus exſtirpatur; ſed ſaltim, ut dictum, ſymptomata minuuntur & mitigantur. Sulphur enim hoc morbos tollit blandè *coquendo & maturando* crudum, viſcidum, impurum ac diu retentum excrementum, morborum matrem ac fomitem: quæ concoctio placidè ac temporis tractu peragitur, ſicut omnia definito tempore maturantur. Hanc concoctionem & maturationem Veteres magni fecerunt, optimè cognoverunt, & multa de eâdem ſcripſerunt, quæ tamen à recentioribus oblivioni traduntur ac poſthabentur: utut in eâ natura tàm in ſanis, quàm ægris quovis tempore præprimis occupata ſit, inque mundi finem occupata erit.

*Coctionem* hanc excipit *ſecretio* mali à bono, quâ natura occultas impuritates in apricum producit, ac viſibiles reddit: æque ac in carne crudâ evenire videmus, quæ quamvis optimè lota ſit, ita ut ſpuma nulla vel immunditics in eâ animadvertatur: nihilominus, quamprimum hæc ollæ indita coquitur, magnam impuritatum copiam protrudit, adeo ut ſpumam antea non animadverſam, (ſiquidem optimè mundata erat,) ſubinde cochleari tollere oporteat. Idem & in aliarum rerum coctione accidit, veluti in officinis ærariis & furnis fuſoriis, nec non Chimicorum laboratoriis, ubi quotidie ſcoriæ & impuritates non pilulis aut apozematis purgantibus; ſed igne, coctione & maturatione ſeparantur, videre eſt.

Reliquæ 🜍 is hujus, non aquæ, virtutes licet tanti ponderis non ſint, ut quidem modò laudata coctio, ex hâc tamen originem ſuam trahunt. (1.) Prima illarum eſt *reſolutio*, quâ tenax, craſſum, rudeque emollitur, tractabile, fluidum, &c, ut à naturâ commodè evacuari poſſit, aptum redditur. (2.) Hanc excipit *abſterſio*, quâ quod fluidum eſt, à naturâ (& ſale ſubtili volatili omnia penetrante, hoc in ſulphure contento) eluitur, abſtergitur & evellitur, nec non locus, cui diu iſtæ ſordes adhæſerunt, mundatur. (3.) Cui deinde ſuccedit *reſeratio vaſorum obſtructorum*, & commodior ægroti valetudo, dum ſpiritus vitalis hâc ante impeditus rurſus liberè canales, vaſa & ductus naturales emundatos ad loca & labores deſtinatos tranſire, omnia benè exequi, fomentare, maturare,

rare,

rare, calefacere, & concoquere poteſt. (4) Quam denique ultima ſequitur operatio: totalis nempe diſſipatio & exſtirpatio reſtantium adhuc, & facilius nunc, quàm in principio ſeparabilium impuritatum, & unà cum hâc optima patientis valetudo, robur ac ſanitas.

Quiſquis igitur tale mitigans, ac ſale ejuſmodi mercuriali ſubtili penetrante, ſeu ſpiritu balſamico, qui in ſale conſiſtit, prægnans ſulphur nactus eſt, ſummas Deo agat gratias, ſibique gratuletur ac gaudeat: non enim ſulphur hoc ſolùm Creatorem ſuum, dum ægris plurimis reſtituit ſanitatem, celebrat; ſed & poſſeſſorem ſuum Medicum, qui artificiosè illum adminiſtrare novit, nobilitat, nec ærumnoſam ac egenam vitam degere ſinit. Hæcque purificatio ſimilis eſt illi, quâ aurifabri per ſulphur antimonii aurum quoad vires & colorem exaltant, & ſolummodo excrementa & ſcorias abjiciunt, purum vero ſibi ſervant.

Objectiones quod attinet, etſi nullam mereantur reſponſionem, ſiquidem ab ejuſcemodi hominibus, ut eorum prodit ſimplicitas, qui nullam hujus medicinæ cognitionem habent, proficiſcuntur, tamen in gratiam tuam Illuſtriſſ. Comes, eas diluere lubet.

1. Primò dicunt, *Medicinam hanc eſſe acrem, & vaſa venaſque lædere:* unde quæſo hoc ipſis innotuit? ſulphur hoc, quod ſanctè affirmo, ſanat potius, omnique ſapore deſtituitur, aut magis ad dulcem inclinat. Brutus eſt intellectus ille, qui ex ſolo, nec quidem medicinæ, ſed ſolùm ejus involucri aut vehiculi, aquæ ſcilicet, quæ acida eſt, ſapore judicat. Sæpius autem dixi, medicinam abſque acido etiam in hauſtu vini vel cereviſiæ pro lubitu cujuſvis ſumi poſſe. Aqua vero hæc acida eodem modo accuſatur, quo *Momus* venerem pulcherrimam vituperabat, cum diceret, ipſam quidem pulchram ſatis eſſe, culcitram vero, cui inſideret, eſſe deformem. Quod ſi aqua hæc acida tàm parcâ doſi, menſurâ ſcilicet unius aut alterius caliculi vitrei ſumta, membra vitalia corrodit; utique omnes illi medici peſſimè egerunt hactenus, qui ægris ſuis, quos curare neſciverunt, atque ideò dereliquerunt, ad acidulas amandatis, hanc bibendi eaſdem methodum præſcripſerunt, quâ hodienum utuntur, ut ſubinde numerum augentes, non caliculum unum aut alterum; ſed decem, viginti quotidie, immò integros congios haurirent; tanto majori cum periculo, quando crudiori ac planè ſylveſtri acido à commixtis mineralibus ac excrementis metallicis acidulæ præditæ ſunt; quod tamen ab artifice per deſtillationem corrigitur ac depuratur, immò per certas encheireſes in ſuavem dulcedinem convertitur. Deſtillatoriâ enim arte dulcia acredinem nanciſcuntur, & viciſſim acria dulceſcunt: notumque eſt ipſis etiam pharmaceuticæ artis tyronibus, quod *ranunculus*, qui aliàs veſicas excitat, uritque, deſtillatus dulcedinem, omni acredine carentem aquam præbeat, nec non acidiſſimus citri ſuccus aquam inſipidam reddat, aciditatemque ſuam amittat.

Cæterum idem aqua hæc noſtra fatum cum Medici clariſſimi, *Helmontii*, medicamentis experitur, qui *tract. de febribus cap.* 17. hunc in modum queritur: *Gauderem ſane*, inquiens, *hæc propalare*, ſed me abſterruerunt eventus, *malo meo experti*; *etenim circa finem elapſi ſeculi inceperam per ſtagma ſulphuris & vitrioli mederi: dicebam etiam quænam eſſent inſueta illa ignotaque remedia.*

*Primum enim medentes chirothecam ſuam præfatis remediis oſtendebant corroſam ac reſolutam, ut ægros terrerent, ne ſuus ſtomachus idem toleraret. At cum poſtmodum, non obſtante medentum detrectationis fuco, cernerent à me ſanatos, benè valere, à ſervis fugitivis meis juſſerant deſtillari quædam, quæ viderant & didicerant, nec ſanè inviderem, niſi adulterata venundarentur omnia.* Hæc celeberrimus *Helmontius*: quibus ego addo, opinionem hanc ex merâ oriri ignorantia; ſiquidem experientia abundè teſtatur, quod acida ejuſmodi parcè ſumta, vires ſuas in viſcera viva ita exſerere nequeant, quemadmodum in cadavera demortua, aut res vitâ carentes, telam lineam, vel corium. Quo vero, Illuſtriſſ. Comes, rei hujus ipſe periculum facere poſſis, mitto in vaſculo vitreo ſpiritus vitrioli communis nonnihil, cujus guttas quatuor diverſis manus vivæ partibus inſtilles; alias quatuor chirothecæ locis diverſis adſpergas, videbis triduo elapſo chirothecam perforatam, cutim vero vivam ſine omni nævo aut damno integram ac illæſam.

2. Deinde objiciunt, *Medicinam hanc non poſſe penetrare.* Hic ſuimet obliviſcuntur homunciones iſti: paullò ante dicebant, eandem corrodere ventriculum & reliqua viſcera corporis, quos permeet; jam verò penetrare nequit. Quomodo corrodere & perforare poteſt, ſi illâc penetrare nequit, ubi ex mente ipſorum lædere debet? Hanc vero medicinam in reſerando præcipuis annumerandam eſſe, non quidem propter aquam, aut vehiculum, ſed propter ſeipſam, ratione ſalis ſui volatilis, experientia teſtatur eorum, qui in obſtructionibus vehementiſſimis meſenterii, lienis, renum *&c.* continuò medicamento hoc utentes die 8. 9. 10. ſentiunt, urinam longè expeditius, vehementius & frequentius excerni, quàm antea: quâ de re ægri experti melius diſſerere poterunt, quàm illi, qui nullum ejuſmodi unquam experimentum viderunt. Inde etiam ope ejuſmodi medicamenti ſeptimanarum ſex omnes febres quartanæ; intra decendium vero tertianæ, quæ nulla aliàs æque benè reſerantia medicamenta aut Medicos reperire potuerunt; ſed ægros per menſes quinque, ſex, novem, decem & amplius habuerunt; & tandem à Medicis penitus relictæ ſunt, feliciſſimè curantur.

Silentio hic prætereibo, quàm efficax medicina hæc in reſerandis obſtructionibus ſit, & quomodo melancholiam & maniam incurabilem cum ſtupore perſanet: nemo enim hiſce præter illos, qui hujuſcemodi homines ab aliis Medicis derelictos feliciter curatos viderunt, ipſoſque ægros ſanatos, facilè fidem dabit.

3. Tertia objectio, *nihil illam educere*, ex modò dictis facile dilui poteſt. Dum enim tantum obſtructiones expedit, & materiam infarctam eluit, ſane non medicamentum; ſed natura, poſtquam cauſſa morbi fixa ope medicamenti ſoluta eſt, evacuat. Poſſem idem demonſtrare de acidulis, quæ, cum uſu continuo cauſſam morbificam excoxerunt, & fluidam reddiderunt, naturæ (antehac impeditæ) evacuationem committunt, quippe cui & viæ & media ad evacuandum, ſive per urinam ſive per alvum, ſudorem aut aliter, abundè & ſuppetunt, & optimè cognita ſunt: Hâc ratione quod medicamentum hoc non evacuet, libenter concedo. E contrario vero, quod nil pravi aut noxii in corpore relinquat, teſtabuntur omnes illi ægri, qui potum hunc diebus decem aut quatuordecim continuarunt: præter enim ordinariam illam naturæ beneficio motam alvi ſolutionem, duas aut alias adhuc ciet, ita ut ſpatio dierum quatuor-

decim, minimùm quatuordecim dejectiones efficiat, longe majori cum naturæ commodo, quàm venenata purgantia, quæ unico trihorio, (quo coctio aut maturatio, in morbis præſertim firmiter infixis abſolvi nequit) plus boni, quàm mali, & quidem magnâ ac ſolitâ ſibi violentiâ evacuunt: quam tyrannidem in naturam toties, aſt fruſtra, exercere neutiquam noſtrum eſt.

Hæc quantopere inter ſe differant, quivis æger, qui utrumque medicamenti genus expertus eſt, edicere poterit; præprimis vero Tu, Illuſtriſſ. Comes, qui utrâque curandi methodo tentatâ tot annorum decurſu propriâ experientiâ edoctus optimè ſententiam feres, utrum reverâ medicamenti vires & operationem talem ſenſeris, qualem ſcripto hoc ego deprædico. Et ſanè unica hæc unius ægri experientia & certitudo omnibus diſcurſibus & fundamento penitus carentibus opinionibus præconceptis longè anteferenda eſt.

Quod verò aquam hanc primis diebus non quivis ferre poteſt, non frigiditati, (ſummum enim ignem in ſe concludit) ſed ægro imputari debet. Certe ſi in acidum aut bilioſum ventriculum incidat, primis tribus diebus plures quam aliàs dabit turbas; ſed & huic malo facilè mederi poſſumus, paucique talis modi dantur ventriculi ἰδιώσεις, in quibus fermentationem & ebullitionem hanc tractu temporis ſedare non poſſit.

4. Quarta objectio, *renes ſanari non poſſe*, explicatione indiget. Verum utique eſt, renum fibras nerveas aut tendinoſas, æque ac in reliquo toto corpore, ſemel læſas in integrum reſtitui non poſſe: ſubſtantiam vero carneam, quæ ſanguinem fundit ac ſuppuratur, ſanari, aut (ſi partes tendinoſæ læſæ ſint) in maſſam informem conſolidari poſſe, non minus certum eſt, æque ac in quovis alio parenchymate, corde excepto, utpote meris partibus tendinoſis conſtante, propter quod ejuſdem vulnera ferè ſemper lethalia ſunt: fando namque percepimus, in Pruſſiâ vulnus ventriculi ſanatum eſſe; vulnera parenchymatis hepatis, ſubſtantiæ pulmonum, etiam ictu bombardarum inflicta, quotidie, niſi imperitè tractentur, in bello ſanantur: exſecto calculo, ſi ritè curentur, etiam veſicæ vulnera conſolidantur. Erat inter miniſtros Reginæ noſtræ ſenex quidam oculiſta, Carre nomine, cui paucis abhinc annis binis diverſis vicibus calculus è veſica, (quæ tamen tantâ carne ac renes prædita non eſt,) exſectus, & vulnus optimè ſanatum eſt; ipſeque hodienum vivit. Verum & hoc eſt, quod renes non frequenter ſanentur, & à Medicis imperitis (de peritis mihi ſermo non eſt) qui arcana & encheireſes non callent, penitus deſeruntur. Non ideò ab imperitiâ ad impoſſibilitatem argumentari licet, quandoquidem non ſolum Medicorum expertiſſimorum obſervationes & curationes, quarum integra habemus volumina, æque renum affectorum curationes ac perſonarum nomina nobis exhibent, & quotidiè oſtendunt, verum etiam omnes illi Medici practici tam veteres, quàm recentiores, ſi res foret impoſſibilis, fruſtraneam & ineptam navaſſent operam, dum tot medicamenta commendarunt, tantaque volumina conſcripſerunt, de renibus & veſicâ læſis curandis. Et quamvis hæ curationes difficulter ac tardè, nec cuivis Medico ſuccedant, attamen exinde non omnimoda rei impoſſibilitas præſumenda eſt, cum, ut diximus, tot exempla contrarium teſtentur. Immò unicum aut duo hujuſmodi experimenta omnibus opinationibus, quæ non certis ac ſolidis rationibus; ſed nudis perſuaſionibus nituntur, longè ſunt præferenda.

## *TITVLI XXII.*

## CAPVT IV.

## TOPICA.

*Sive*

### REMEDIA EXTERNA ANTIPODAgrica ad doloris lenitionem ac tumoris ablationem.

### 1. Liquor Tartareus D. D. Cn.

℞. *Sedativi noſtri liquidi abſque opio* ℥iv. ∽ ꝑri *rectif.* ℥j. ad ij. *pulv. noſt. rub.* ℈j. Miſc. & uſui neceſſario ſervetur in vitro.

Vires. Externè in doloribus podagricis ſedandis multum præſtat hic liquor, pluribus enim eum profuiſſe ipſemet oculis meis ſæpius vidi. Modus utendi; in mixturâ iſtâ calefactâ linteola madefiant, & parti dolenti applicentur.

### 2. Topicum externum VLADISLAVIANVM.

℞. *Aqu. laboris noſtri, ſpir. laboris noſtri*, 🜍 *laboris noſtri* ana ℥xij. *mucagin. aquatic. crud. per ſaccum clarificatæ & beneficio* Onis *conſervatæ* ℥xl. *aloës hepat.* ℥iij. *myrrh. finiſſ.* ℥ij. Miſc. ſtent in loco calido, ad omnimodam ingredientium ſolutionem.

Mixtura hæc admirabilis eſt & inſignis; Externè enim applicata, omnes dolores incantamenti inſtar reprimit & ſiſtit, tophoſque reſolvit & remedium eſt cæteris nihil juvantibus quaſi extremum, in S. Maj. VLADISLAO IV. p. m. à Cnœffelio ſæpe expertum.

Modum applicandi quære ſuperius in annexo conſilio pro Illuſtriſſ. & Celſiſſ. Dn. Generali Poſnanienſi Comite de Leſzno &c.

*Nota*: Poſt uſum hujus topici, ubi dolor & tumor magnus locuſque rubebat, pulverem ſequentem adhibuit:

Pulvis pro aſperſione S. Reg. Maj.

℞. *Lithargyrii aurei pulveriſ.* ℥iv. *rad. ir. Flor. pulveriſ.* ʒij. *moſch.* gr. iv. *zibeth.* ℈ß. Miſc. F. pulv. ſubtiliſſ. Sign. ut ſupra.

### 3. Topicum D. D. C. pro Sereniſſ. Electore Brandenburgico, & Illuſtriſſ. Dn. Ulrico Doberſchinski, Ejuſdem Sereniſſ. Elect. Conſiliario.

℞. TRæ *noſtr. topicæ* ℥xvj. ∽ *labor. noſtr.* ℥viij. *mixtur. balſamic.* (*ex myrrha & aloës* ana ℥ij.) q. ſ. *mucagin. aquaticæ* ℥xl. Miſc. bene aliquandiu concutiendo. Sign. ut ſupra. Modus utendi & virtutes cum topico VLADISLAVIANO conveniunt.

### 4. Mixtura Eggenbergica Balſamica à Cl. Dn. D. Cnœffelio ſic dicta.

Nomen contraxerat quondam hæc mixtura ab Illuſtr. Principe Eggenbergico, cui ſæpiſſimè in doloribus podagricis fuit adhibita, cum ſingulari emolumento. Ipſa talis erat:

℞. *Aqu. labor. noſtri* ℥xxiv. ∽ *mercurial. noſtr.* ℥xij. *mucaginis aquat. aluminat.* ℥l. *aloës opt. myrrh. rubr. ſubtil. pulveriſ.* ana ℥iij. Miſc. probè ſubigendo pro mixtura lacteo flaveſcente; Modum applicandi vide poſtea in topico 8. Arciſſevviano.

5. Mix-

5. Mixtura balſamica pro Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Principe ac Domino, Dn. W. Lezinski Epiſcopo Varmienſi.

℞. *Mucag. aquat. non* ♃*t.* ℥xx. *balſam. ſ. topici Egg.nberg. præc.* ℥v. *phlegmat.* ⊕-*l.* ℥viij. ⌒ *noſtri odoriferi* ℥ij.

Miſc. diligenter, ut exactè uniantur. Sign. ut ſupra. Circumligata mixtura circa carpum, genu & pedem, ac ter vel quater ſpatio 24. horarum renovata, omnes dolores mitigat.

6. Mixtura pro Illuſtriſſ. & Excell. Dn. Dn. Georgio Oſſolinio, Cancellario magno Regni.

℞. *Spermat. ranar. reſerv. phlegmat.* ⊕-*l.* ana ℥iv. *alumin.* ℥ij. MP. *de trib.* (*ex aloe, myrrha* & *croco*) ʒij. ℈ij. *camphoræ* ℥j.

Miſc. omnia exactè. Mixtura in doloribus podagricis ex cauſa calida bis vel quater in die adhibenda, linteis ſc. eâ calidâ imbutis.

7. Topicum balſamicum pro Illuſtriſſ. Comite in Oldenburg.

℞. *Mucagin. aquatic. nr. m. aluminatæ* ℥XLviij. *aloes, myrrhæ pulveriſat.* ana ℥ij.

Coquantur ad diſſolutionem ſpecierum, deinde add. *phlegmat.* ⊕-*l.* ℥XLviij. *mucagin. aquat. adhuc recent.* ℥xxiv. ⌒ *labor. noſtr.* ℥xx. *balſam. Eggenberg.* ℥viij. ⌒ *roſar. fragrant.* q. ſ. *eſſent. lign. rhod.* g. xx.

Miſceantur exactè, ſign. ut ſupra.

8. Liquor externus tartari pro Illuſtriſſ. Dn. Generali, Dn. Chriſtophoro Arciſſevvski.

℞. *Phlegmat. compoſ.* ℥iv. *liquor.* ♀*i noſtr. compoſ.* ℥iii. ⌒ *de trib. nr.* ♀*ri rectif.* ana ℥iß. *pulv. rub. anodyn.* ℈j.

Miſceantur opt. pro una lagenula, & tales commiſceantur num. vi. Sign. Liquor externus Tartari.

*Uſus* hujus topici talis erat, qui & in aliis topicis Cnœffelianis, hîc deſcriptis, obſervandus eſt.

Lagenula prius commovebatur fortiter, donec ab excitato pulvere turbidè rubeſceret liquor; Tum effundebatur ejus liquoris, bene jam cum pulvere commixti, nonnihil in cochlear argenteum, & ſuper prunas candentes collocabatur in cochleare, ut paululum incaleſceret, & inſpiſſaretur; quam primum fumare incipiebat liquor; amovebatur cochlear ab igne; & eo liquore locus affectus, tumens, ſeu inflammatus, affatim illinebatur pluma aliqua. Locus illitus tamdiu non tegebatur, donec liquor illitus diſpareret, & per ſe ſiccaretur, tum demum applicabantur deſuper linteamina calida.

Repetebatur illa illinitio, quinquies, 6. 7. 8. 9. 10. & etiam vicies de die, tamdiu, donec aut dolor vinceretur & ceſſaret, aut puſtulæ parvæ in loco illito apparerent, ulteriorem illinitionem ob mordacitatem liquoris non permittentes.

Tum eo die ceſſabatur, & locus illitus ſpongia vino calido imbuta detergebatur, & lentè purgabatur. Quod ſi poſtero die puſtulæ illæ diſparerent, & dolor adhuc permaneret eadem illinitio repetebatur, donec omnis dolor & afflictio periret.

Si quis medii anni ſpatio notabilem profectum (ex uſu tàm interno quàm externo medicamentorum Cnœffel.) non ſentiret, ſed æquè ut ſolebat infirmaretur, eum pro deſperato, & à Deo ad has pœnas condemnato habendum eſſe dicebat. Plura circa hanc materiam & de medicamentis Cnœffelianis quære in epiſtola de podagra curata, & ab ipſo Generoſo Dn. Chriſt. Arciſſevvski conſcripta.

9. Topicum caſtrenſe pro Illuſtr. Comite de Oſtrorog. Pocillatore Regni.

IN caſtris, crudo & caſtrenſi more, abſque extractione ſequentem, (pro topico ordinario) hanc conſtituimus compoſitionem:

℞. *Aq. mucaginis abſque igne parat.* ℥iv. 🜄 ♀*ſati camphorati* ℥ij. *liquoris noſtri ſedativi* q. ſ. *gummi guttæ* ℈ij. ad iv.

Miſceantur benè. Sign. ut ſupra.

10. Topicum extraordinarium anno 1649. Lublini paratum.

℞. ⊕-*li vulg. Ungarici* ℔ij. *Onis* ℔i. □*æ puerorum* ℔iij. Deſtillentur ex ∴â per cucurbitam. Poſtea

℞. *Hujus liquoris egreſſi* ℥vj. *liquoris Tartari noſtr. compoſ.* ⌒ *Tartari rectific.* ana ℥iß. *pulv. mei rubr. topici* ℈ij.

Miſceantur. Sign. ut ſupra.

11. Topicum Dn. D. Podchocimski pro Generoſo Dn. Comorovvski.

℞. *Calcis vivæ* p.iij. *Tartari crudi* p.j. Pulveriſata inde ⊂æ. Adde ✠*i vini* q. ſ. Deſtillentur, & exibit aq. viridis.

Ex relicto capite mortuo adhuc prius calcinato extrahatur ſal. Iam

℞. *Hujus liquoris deſtill.* ℥vj. ⊖*is ex* ⊙*o extracti* ʒiij. *phlegmatis* ⊕-*li* ℥iij. Miſce.

Ad dolorem ſedandum & materiam arthritidis reſolvendam hoc topicum miræ virtutis eſt, ſi linteola duplicata in liquore mediocriter calefacta & demerſa membro dolenti applicentur. Et hoc topicum quondã S. R. Maj. à Dn. D. Podchocimski fuit applicatum.

12. Topicum ordinarium S. Reg. Majeſt. IOHANNIS CASIMIRI.

℞. *Spermatis ranar. deſtill. phlegmatis* ⊕-*li*, (*vel loco hujus* ✠*i*) ana ℔j. *myrrhæ rub. pulveriſ.* ℥ij. Miſce.

13. Aqua antipodagrica cœrulea S. Reg. Majeſt. ULADISLAI QUARTI.

℞. *Lixivii calcis vivæ* per 🜄*am ſpermatis ranarum & omnium florum extract.* ℔ij. ⊖*lis* ✱*iaci* ℥ß. Miſceantur continuò in vaſe cupreo, & ſaphiri acquirent colorem, poſtea filtrentur per chartam. Eoque liquore prius calefacto pars dolens illinatur, vel cum in eo intinctis pannis applicetur.

℞. Aqua antipodagrica viridis.

℞. 🜄*æ mortuæ aurifabrorum* (*quâ uſi fuerunt aurifabri in ſeparationibus, Germ.* Schalkwaſſer) *phlegmatis Vitrioli* ana ℔ß. 🜄*æ ſperm. ranar.* ℔j. *gumm. gutt. opt. pulv.* ℥ß. *camphoræ* ʒij.

Miſceantur & fiat aqua antipodagrica, ex qua foveantur partes dolentes calidè cum linteis ea imbutis. *Not.* Cautè tamen adhibenda eſt, propter vim adſtringendi & repellendi.

15. Aqua antipodagrica externa Cl. Dn. D. Kraffts.

♃. *Cancrorum fluviat. in lapideo mortario contuſor.* n. 30. *liquor. limacum rub. in locis apricis & vinetis degentium* ℔iß. *lumbric. terr. purgat.* ℔j. *ſperm. ranar. crud. in cella aſſerv.* ℔iv.

Omnibus invicem benè mixtis adhuc adde *ſtercoris bubuli recent.* ℔iß. *lentium paluſt.* ℔ß.

Macerentur in loco calido per 24. horas, poſtea deſtillentur in B. ut artis eſt, liquori egreſſo poſtea admiſce, in æquali pondere & menſura, phlegma Vitrioli, per ſe abſtracti, & ſervetur ad uſum. Iam

♃. *Aq. antipodagricæ præſcript.* ℔ij. *lapidis ſalutis* (contra podagram) ℥j. *camphoræ diſſ.* ʒß. *croci* ℈ij. *opii, pro diſpoſitione Medici.*

Miſceantur, & leni calore unius vel alterius diei intervallo digerantur, mixtura tandem per chartam prius filtrata, in uſum futurum reponatur. Exterius, calidiuſcule membris affectis, dolentibus & tumentibus, in petiis applicata, & euſque, donec tumor & dolor ceſſent, eximiæ virtutis eſt.

Liquoris limacum conciliatio talis eſt.

♃. *Limacum ex teſtis exempt.* q. v. ⊖*lis communis* q. ſ.

Fiat in olla nova perforata, vel in loco raro S. S. S. ſubtus verò applicetur aliud vas terreum, ad excipiendum liquorem, qui tandem tempore in cella, ſeu alio loco humido frigidoque repoſitus ex ſacco, ſeu vaſculo perforato ſtillare ſolet. Liquor collectus & mucaginoſus, abſque ulteriore deſtillatione, pro aq. antipodagrica Cl. Dn. D. Kraffts, ſuperius deſcripta aſſervetur. Vel cum aq. ſpermatis ranar. & phlegmate Vitrioli ana p. æqual. ſolum mixta, in doloribus podagricis, inflammationibus, & ad ambuſta multum confert.

Liquorem mucilaginoſum anodynum, ex cochleis rec. exemptis, bac. ſambuci exſiccatis & ſale uſuali ana p. æqual. inveniet B. L. in anatomia ſambuci Cl. Dn. Martini Blochvvitii, qui & vicem hujus præſtare poteſt.

Lapis ſalutis Dn. D. Kraffts.

♃. *Vitrioli Ungar.* ℔j. *anodyni mineralis,* ⊖ ✱*ci* ana ℔ß *Tartari, aluminis crudi* ana ℥iv. ⊖*lis gemmæ* ℥ij.

Pulveriſentur ſingula ſeorſim, ponanturque in olla nova vitreata ſatis capaci, quibus poſtea affunde ad ſupereminentiam ſpithamæ, ✠i *flor. ſambuci, virid. æris tincti, aq. ſapphireæ, per* ⊡*am puerorum fact.* ana q. ſ.

Mixta coquantur leniter, (ſpatula lignea frequentius agitando) donec ſpiſſeſcere incipiant, ubi circa finem adhuc adjicitur *ſacchar.* ♄*ni cryſtalliſati & in pulverem redacti* ℥j. △*ris Vitrioli* ℥ß.

Miſceantur benè & in lapideam ſubſtantiam materia convertitur, quæ ad ſuos uſus reſervanda eſt. Rem ſi rectè inſtitues, lapis hic viridiuſculi erit coloris, lapidis turcoidis inſtar; alias ſi diutius in igne permanſerit, rubei erit coloris. Valet in omni dolore arthritico, maximè contra chiragram, gonagram, & podagram: diſſolvitur in aq. antipodagrica, ejuſdem Authoris, ſeu in aq. ſperm. ranar. aq. omnium florum, vel alia aqua anodyna; filtratus liquor prius calefactus, linteis duplicatis adhibetur. Inſuper virtutes hujus lapidis ſunt, in omni inflammatione, ſcabie, morphea, ulceribus, putridis & fœtidis, gingivis exulceratis cancro, & in aliis adhuc multis infirmitatibus, ſi in aq. ſimplici vel appropriata ſolutus, debitè applicetur.

Cataplaſma ad dolores & tumores podagr. S. Reg. Maj. Uladislai IV.

♃. *Medullæ panis tritici* ℔j.

Temperetur lacte vaccino recenter mulcto pro conſiſtentia pultis prope ignem, abſque tamen ebullitione; adde *farinæ avenæ, florum chamomillæ pulv. capit. papaveris pulv. pulv. florum omnium* ana ℥j. *vitellor. ovor.* n. ij. *croci* ℈ij. ☍ *ſeptem florum* ℥iß.

Fiat cataplaſma, quod linteolis illitum tepidè articulis dolentibus applicandum eſt bis, ter & ſæpius in die.

Cataplaſma anodynum Dn. D. Cnœffelii.

♃. *Medullæ panis albi, cum liquore reſervato, mucaginis aquaticæ, in formam pultis liquidioris redact.* ℔iß. *pulv. folior. nicotianæ noſtr. nymphææ* an. ℥ij. *flor. chamomillæ, rad. ulmariæ* ana ℥j. *myrrhæ rub. el. Vitrioli calcin.* (*ad albed. uſque*) ʒvj. *medullæ caſſiæ rec. extr.* ℥i. *croci* ʒi. ℈i. Miſce, fiat cataplaſma, cui adhuc adde ☍ *ſpermatis ranar.* parum.

Applicandum calidè linteis raris exceptum, ac pro neceſſitate reiterandum.

Emplaſtrum antipodagricum anodynum nigrum Officinæ Regiæ Uladislai IV.

♃. ☍ *ſperm. ranar. lumbric. anodyni Mynſ.* (*ex 7. flor.*) ana ℔j. *adipis anſerini, medullæ crurum vituli* ana ℔ß. *lithargyrii* ℔iß. *ceruſſæ Venet.* ℔ij.

Coquantur ad debitam emplaſtri conſiſtentiam. Adde ſequentia, in alio vaſe prius liquefacta, & colata: utpote *ceræ odoratæ flavæ* ℔j. *picis nigræ ſpecul. ſevi hœdini* ana ℥iij.

His exactè mixtis & parum refrigeratis, adde

MP. *de tribus* (*ex myrrh. aloe & croco*) *maſticis, thuris* ana ℥i. *pulv. ſperniolæ* (*ex oculis nigris per ſæpiſſimam inſuccationem, cum prop. mucag. parat.*) ℥iij. *camphoræ in* ☍ *ovor. ſolut.* ℥j. *ſacchari* ♄*ni* ʒvj.

Fiat omnibus exactè inter ſe mixtis, empl. nigr. anodynum & nobile, in doloribus arthriticis magnum ſolatium.

*Uſus* ejus præſtantiſſimus eſt in ulceribus malignis corrodentibus, cancroſis, & aliis ſimilibus ♄ninis, maximè tibiarum, quæ ob maximam materiei impurioris, & ſalinæ acrioris copiam, ſanati non potuerunt.

Hujus emplaſtri inventor fuit Cl. Dn. D. Cnœffelius, cujus deſcriptionem ex diſpenſatorio ſecreto, ab ipſo Pharmacopœo Regio Dn. Ioh. Heker, excerpſi.

*Not.* Si forſan conſiſtentia emplaſtri non arrideret, adjectione ceræ & ☍ ſperm. ranatum corrigi poteſt.

Empla-

### Emplaſtrum attractivum Cl. Dn. D. Cn.

AD nodos diſſolvendos, & quod omnem materiam Tartaream & coagulatam, ex tophis inde apertis extrahit; Inveni & ejus compoſitionem in *praxi chim. Hartmanni p. 336.* ideò illud ſuperſedeo; qui vero notitiam ejus præparationis deſiderat, adeat dictum Authorem.

### Vinum balſamicum pro S. Reg. Maj.

UBi dolor & tumor planè evanuerat, ad articulos roborandos & confirmandos, lotionem partium adhuc debilium inſtituit, vino ſuo balſamico ſic continuato.

℞. *Myrrh. rub.* ℥vj. *maſticis* ℥ij. *flor. lavend.* m.j. *vini Hungarici* ℔iv.

Coquantur omnia leniter bulliendo, poſtea colentur pro uſu exterioris applicationis in S. Reg. Majeſtate.

### Vinum balſamicum aliud correctius poſt dolores finitos, & tumores adhuc relictos.

℞. *Herb. ſolani & urticæ minoris* ana m. ij. *flor. lavend. ſambuci & camomillæ* m.j. *ſem. lini* ℥ß.

Coquantur in vini adſtringentis ℔v. In expreſſa mucagine incoque leniter bulliendo *lithargyrii* ℥iij. *myrrhæ* ℥ß. *maſticis*, *ſpermat. ceti* ana ℥iij.

Miſce omnia prius in pauco vino ſoluta & colata. Hoc vinum balſamicum, præ aliis, S. Reg. Maj. valdè conducebat, inde & ejus uſum habuit familiarem, quem ſemper poſt finitum paroxyſmum repetiit.

## *TITULUS XXIII.*

## FEBRILIA.

### Antidotus lyſipyretos.

℞. *☿ii pulv. 🜍is citr. cryſtal. ⊕li Goslar. ad albed. calc.* ana ℔j.

Exactè mixta indantur cucurbitæ magnæ luto obductæ, & adaptato alembico roſtrato, cum receptaculo magno, ex arena inſtituatur deſtillatio, primò quidem per horas ſex lento igne, & extillabit phlegma; cum omnis aquoſitas exiverit, caloris gradus urgeatur, & flores aſcendent pulcherrimi. His apparentibus, igne fortiſſimo, ſublimatio continuanda erit tamdiu, donec nihil amplius aſcendat. Flores tali proceſſu parati, & ſtudioſè collecti, de novo capiti mortuo proprio admiſceantur, & iterum ſublimentur; qui labor & tertia vice reiterandus eſt; & ſic flores ☿ii Vitriolo-🜍rati (quorum copia quidem in repetita ſublimatione minuitur) tenuiores, puriores & elegantiores evadunt, accipiuntque eſſentiam ☿ii, & ſpir. vitrioli, ſibique eoſdem uniunt. Jam

℞. *Flor. ☿ii dicto modo paratorum* q. v. 🜈 ⊕ *pro inſuccatione* q. ſ. & denuo in leni calore exſiccentur; & hoc fac bis, vel ter: tandem ex floribus ita paratis, & inſuccatis, cum ▽ *temperat.* q. ſ. extrahatur digerendo TRa, eademque (prius filtrata) rurſus ad conſiſtentiam ☍oi, à ſuperfluitate, per deſtillationem abſtrahatur.

In febribus omnibus intermittentibus maximè in quartanâ eſt medicamentum ſpecificum. Præterea in podagrâ eique ſimilibus, & in curandis & exſtirpandis multis aliis infirmitatibus remedium eſt excellentiſſimum, ab authore me præſente hîc Warſaviæ anno 1655. bis elaboratum. Doſis à gtt. iij. ad gtt. vij. in aq. appropriata, vel cum mellagine iunip. ſeu extr. centaurii, & gentianæ, inſpiſſato more noſtro, in forma pil. hora una vel altera, ante paroxyſmum, cum expectato ſudore; qui ſi prima vel ſecunda vice non ſucceſſerit, eadem doſis reiterari poteſt, ſed raro bis vel ter aſſumitur, quia prima doſis plerumque ſanat, attamen univerſalibus præmiſſis.

*Nota*: Ex *floribus ☿ii rubr.* (℥iv.) *🜍ris ad perfect. albedin.* ♎tis (℥ij.) *colcothar. Vitrioli Ungarici* (in duplo) per trinas reiteratas ♎tiones, parantur flores rubicundiſſimi. Hi cum *aciditate Vitrioli ♀ris* primo, deinde & cum 🜈 ♄ *ni æthereo* eſſentificati, dant antidotum lyſipyreton *Quercetani.*

### Specificum febrile, quod hîc Warſaviæ in Officina Regia in uſu erat, ex ordinatione Cl. Dn. Dn. Cnœffelii.

℞. *☿ii ſubtiliſſ. pulv.* ℔j. *⊕i purificati*, ⊖ ✱*ci* ana ℔ß.

Pulveriſata miſceantur exactè, & cum ▣a puerorum q. ſ. humectentur, ut manibus ſubigi poſſint. Hoc facto indantur ☊æ, collo ſpatioſo; lutoque obductæ (quæ in catinum arenarium, tribus digitis à fundo intercedente ∴a ſuperius uſque ad materiam imponitur) & recipiente permagno & largo prius applicato, deſtillentur leniſſimo calore, donec omne phlegma exſtillarit, & nebula quædam, cum ſummo impetu, in vas recipiens prorumpere inceperit, qui facilè vas recipiens deſtruere ſolet; ideò cautè hîc procedendum, poſtea calores ignis de gradu ad gradum urgeantur, quouſque tota radicalis humiditas expulſa, & flores ☿ii compoſiti in collo ☊æ apparere incipiant, qui tandem & extrema violentia ignis expellendi ſunt. Flores inde colligendi, eximendi, & ſemper admixto proprio colcothare, de novo, ter vel quater in ♎torio iterum elevandi ſunt. Sublimatum collectum, poſtea in vitro puro, ac leni calore per tres dies acquieſcat, ut color exaltetur. Tandem floribus ita paratis, (prius tamen aquâ pluviali deſtillata bene edulcoratis) 🜈 opt. rectif. affundatur, atque in pelicano ſeu phiala per 6. ſeptimanas in cineribus calidis circulentur; tandem 🜈 iterum abſtrahendus, & pulvis in fundo phialæ relictus adhuc ▽a ♌atâ aliqua abluendus, & ad uſum reſervandus eſt.

Inſervit præcipuè ad febres omnes intermittentes, maximè in quartana, ubi hic pulvis ſpecificum eſt ſingulare.

*Uſus* ejus etiam eſt in hydrope, aliiſque affectibus. Doſis à gr. iij. ad v. cum mellagine in forma pilularum toties repetenda, donec malum ceſſet.

Spiritus egreſſus cum ſuo phlegmate 🜈 abſtracto adjungendus. Topicum externum in doloribus podagricis & chiragricis excellentiſſimum. Ex ⊕ extrahitur, more chimico conſueto, ſal febrile de tribus cujus doſis ℈j. ad ℥ß. & ℈ij. Tartaro Vitriolato q. ſ. in juſculo carnis, ▽ centaur. vel cum extracti rad. gentianæ ℈j. in forma pilularum, ſumitur, paulò ante paroxyſmum; & ſi poſt primam adhibitionem effectus non ſucceſſerit ter vel quater doſis ſequentibus diebus reiteranda erit, ſemper cum expectato ſudore. Deſcriptionem hujus ſpecifici antifebrilis, ſub ſilentii fide accepi

cepi olim à Pharmacopœo itinerario Regio, Dn. Ioh. Georg. Hahn, qui & hoc pro noſtro Dn. D. Cnœffelio bis vel ter elaboravit.

Febrim tertianam curandi methodus
Cl. Dn. D. Andreæ Cnœffelii.

OMnem febrim intermittentem, dicebat *Cl. Cnœffelius*, fieri ex obſtructione, ex eâ ortâ dein putrefactione, & ex hac ebullitione, paroxyſmum; ideò in principio curationis febrium putridarum, ſequentem per 6. vel 7. dies adhibuit pulverem, qui

℞. *Cremoris Tartari* ℈iß. ad ℈ij. ⊖*is centaur. Vitriolat.* ℈ß. *Tartari Vitriolat.* gr. vij. ⁓ *Vitrioli coagul.* gr. ij.
Miſc. Fiatque pulvis ad chartam pro doſi, & tales doſes n. 6. vel 7. in totidem chartis, ex quibus quotidiè una tribus horis ante prandiũ in juſculo pulli ſeu carnis ſumitur. In tertiana rarò pulveres omnes conſumuntur, quia ſtatim vires tertianæ infringere ſolent. Finitis & conſumptis pulveribus adhuc ſemel vel bis, aliquando exhibuit Pulverem Puniceum compoſitum, cujus doſis erat ʒj. etiam in brodio carnis. Aliquando etiam ante inſultum paroxyſmi ſequens pulvis in aq. centaurii ſeu fumariæ propinabatur.

℞. *Oculor.* ♋ *præpar. corall. rubr. præpar.* ana ℈j. ♁*ii diaphoret. fix.* gr. xv. *fiati noſtri* gr. ij. Miſc.
Et poſt ſumptum pulverem, ſudori operam det patiens, aliquando & ad uſum medicam. ſpecific. antea deſcriptorum recurrebat. Purgationes quidem aliquando inſtituit, ſed ſectionem venarum nunquam.

Pulvis febrilis Cl. Dn. D. Cablovvitski,
Seren. Caroli Ferdinandi Principis Pol. & Sueciæ
p. m. Medici.

℞. ⊖*is centaurii min. abſinthii* ana ʒj. *cremoris Tartari* ʒij *C. C. philoſ. calc.* ʒiß. ⁓ *Vitrioli rect.* ℥ß. *ſandali rubr. pulv.* ʒj.
Spiritum Vitrioli affunde guttatim, pulverem miſcendo ſpatula lignea in vaſe vitreo, deinde lento igne mixturam exſicca. Doſ. ʒß. ad ʒj. tribus vel quatuor horis ante paroxyſmi invaſionem, in aq. centaur. vel alia ſpecifica. Eadem doſis reiteranda, ſi prima vel ſecunda vice non ſatisfecerit. (Ex communicatione Dn. Sebaſtiani Englerts Pharmacopœi Principis.)

Pulvis febrilis Lithnanicus Dn. Georgii Iuchs,
Ser. Regis IOAN. CASIMIRI Chirurgi.

℞. *Aluminis crudi, nuc. moſchat.* ana ʒj. *olibani* ℈j. *piperis nigri* gr. v. uſque ad vij. *caryophyllorum* gr. iij. uſque ad vi. M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.
Præmiſſis præmittendis datur ʒß. ad ʒj. in aq. centaur. & aceti bezoartici ſeu ſimplicis ana ℥iß. tribus repetitis vicibus, ſemper ante paroxyſmum; Febrem tollit cum admiratione. Ex ſingulari communicatione dicti Chirurgi.

Pulvis antifebrilis ſpecificus D. D. Pauli
Podchozimski.

℞. ♁*ii diaphor. magiſt. matr. perl. per ſe ſola tritura parat.* ana gr. xv. *dulcedinis aluminis* gr. iij. *opii* gr. ß. ad gr. j. M. F. Pulvis.
Facta evacuatione & miſſione ſanguinis, datur in aq. febrili, ante ipſum acceſſum, hora una ſcil. ante evaſionem horroris.

Pilulæ febriles D. D. A. Cnœffelii.

℞. *Extr. centaur. min. gentianæ*, ♁*ii diaphor. reſol.* ana ℈ß. ⊖*is centaurii Vitriolat.* gr. vij. *Tartari Vitriolati* gr. iv. cum *ſir. cardui benedicti* q. ſ. Formentur pilulæ deauratæ contra omnis generis febres, tertianas, quartanas, ſcilicet exhibendæ ante paroxyſmi invaſionem, cum veſtigia horroris ſeſe oſtendunt, expectando ſudorem.

Antifebrile cujuſdam Eremitæ in majori Polonia.

QUod aliquando empirici, mulierculæ & aliæ plebejæ perſonæ ſimpliciſſimo & unico aliquo remedio homines à multis & graviſſimis morbis liberare & curare ſoleant, ſequens hiſtoria exemplo ſuo confirmat. Quidam Eremita, cognomine *Stützel* ex majori Polonia, fama ubique noſtris in terris notus & celebris, omnibus charus, inprimis Magnatibus, ob ſpecialem ſuam medicinam, quam in forma pulveris poſſidebat, multoſque & varios morbos ea mirabiliter curavit. Hic enim feliciter calculum, hydropem, quartanam & varia genera febrium curabat, beneficio ſolum hujus pulveris, quem panaceam ſuam vocabat. Unde non ſolum minoris conditionis perſonæ, ſed & Nobiles & Principes, ad eum tanquam ad ſacram anchoram confugiebant. Commendabatur etiam ipſius perſona (tanquam ſancta) Sereniſſimo Regi IOANNI CASIMIRO p. m. (meo tunc Domino Clementiſſimo) Is ex inſtinctu multorum ipſum & videre & alloqui cupiebat; Vocatus itaque Eremita ſuam medicinam, in habita audientia ad aſtra, ſummis laudibus extulit, & cum ejus virtutibus, charta inſcriptis, partem hujus pulveris, (ad quadraginta circiter doſes) Regi porrexit. Sereniſſimus quidem clementer hoc accipiens, uſum tamen hujus pulveris recuſabat, niſi ille prius ſecretum aperiret, ex quibus ingredientibus medicina conſtaret: Ad quod Eremita non tam libenter, quàm reverenter conſenſit, oretenus & in ſcriptis Regi explicando totum, quod tale erat:

℞. ⦶*ri fixi mineralis* ℔j. *zinziberis, cinamomi* an. ℥ij.
M. F. pulvis ſubtiliſſimus. Doſ. ʒß. ad ʒj. In vino vel aq. ſimplici. Hæc tota fuit compoſitio illius magni ſecreti. Utrum vero hæc medicina, vel ſola gratia DEI, hoc fecerit (ob ſanctam innocentem vitam, quam hic Eremita agebat,) B. L. judicandum relinquo.

Certum eſt, illum ea curaſſe, quæ alii Medici præſtantiſſimi aliquando præſtare non potuerunt.

Regia Majeſtas etiam, inſciis ſuis Medicis pulverem hunc aliquoties ſumpſit, nec non Eremitæ huic viaticum bonum propriis manibus porrexit: Qui aliàs pecuniam accipere recuſabat, ſolum pro porrectis aliquibus victualibus, pro ſuſtentatione vitæ ſuæ, (nempe pane, caſeo, piſcibus) contentus, gratis homines curabat.

Nitrum rub. eſſentificatum.

℞. ⦶*ri purif.* (*lap. prunellæ*) ℔ß. ℥iv. *ſucci berberum* ℔iiß. Miſc.
Facta maceratione ad totalem uſque ⦶ri diſſolutionem, colatura filtretur, per linteum rarum ac poſt lenem exhalationem humiditatis ſuperfluæ, reponatur in locum frigidum, ad cryſtalliſandum. Cryſtallis exemtis, reſiduum denuo coquatur, ad cuticulam uſque, & iterum cryſtalliſetur, quod tamdiu continuan-

dum

dum, donec omne nitrum cum ſucco berberum in cryſtallos redactum ſit. Nitrum ita inſuccatum (ad majorem efficaciam) cum recent. ſucco berberum q. ſ. denuò ſolvi, & dicto modo in cryſtallos converti poteſt. Aut nitrum ſemel ita imbutum, bis vel ter iterum infundatur, cum rec. ſucco berberum ac ſola coctione & evaporatione humiditatis convertetur in ſubſtantiam ſalinam & ſiccam.

In febribus ardentibus & putridis & quibuſcunque calidis, maximè in febri illa Ungarica dicta, uſus ejus tàm internus, quàm externus efficax eſt. Doſ. à ℈ij. ad ʒj. ſimili proceſſu ac methodo, cum aliis & diverſis ſuccis, (utpote citri, granatorum, rubi idæi, fragorum, ceraſorum, mororum, bacc. myrtillorum, acetoſellæ, endiviæ, cardui benedicti, petroſelini, ſcordii. Item florum roſarum, florum viol. martialium, aquilegiæ, & ſimilium) ⦶rum inſuccari, & diverſis virtutibus imbui ac efficacius reddi poteſt; de quibus *Clar. Zvvelff. in mantiſſa Spagyr. part. 2. c. 12.* inſpiciendus eſt.

*Not.* Quod de ſuccis plantarum dictum, ſimiliter & cum decoctis ſpecierum efficitur. Item cum ſolutionibus mineralium, metallorum, & animalium partibus; Nam ⦶rum eſt ſalinæ ſubſtantiæ, in quibuſcunque liquoribus reſolubile, & in igne liquabile, cui variæ figuræ & virtutes inde imprimi poſſunt. Nos ex ⦶ro puro & ſaccharo, cum TRis florum propria aqua extractis, paravimus cryſtallos ⦶tri compoſ. in virtute, ſapore & colore gratiſſimos.

Sal febrile compoſitum.

℞. ⊖lis ⦶ri cryſtall. ſ. anod. mineralis, *centaurii, abſinthii, cardui benedicti, aluminis,* ✱ci ana partes æquales q. v.
Solvantur in *aq. cardui benedicti* q. ſ. ſolutio filtretur & per evaporationem iterum in ſal cryſtallinum reducatur.

I^{m} ℞. *Hujus* ⊖*is compoſiti* gr. xv. ⊖*lis eſſentialis* ♀*ri* ℈ß. ♀*ri* ⊕*lati* gr. v. ad viij. Miſceantur in mortario lapideo, ſeu vitreato, in pulverem ſubtiliſſimum. Detur ad chartam.

Eſt arcanum febrile ſummum, maximè in febribus intermittentibus, ſcil. tertiana, quartana aliiſque febribus putridis, datur & in aliis morbis diuturnis & chronicis ex obſtruct. ortis, ut & in ictericia & hydrope.

Doſis ſingulis diebus, matutinis horis, & ſtomacho jejuno per aliquot dies, in aqua appropriata ſeu juſculo carnis.

Ex communicatione cujuſdam amici, qui beneficio hujus medicamenti, in curandis, & extirpandis variis morbis miracula quaſi præſtitit. Vocabatur ab authore ⊖ lavendulæ compoſitum (ſed malè) propter odorem & colorem lavendulæ, quem ipſi cum guttula una & altera tincturæ lunæ & elæoſaccharo lavendulæ conciliaverat.

*Not.* Purgationes in adhibendis ſpecificis febrilibus nunquam negligendæ ſunt, nam abſque illis minera febrilis vix exterminari poteſt, ideò in febribus intermittentibus & putridis valdè neceſſaria ſunt, quod *Petrus Monavius in epiſt.* 248. confirmat.

Si in febribus putridis, intermittentibus, quibuſcunque apparente aliqua, etiamſi non perfecta, in urinis coctione, ægro ipſo die paroxyſmi medicamentum purgans dederis, ita ut effectum ſuum, ante paroxyſmi invaſionem compleat, (horis ſcil. 4. aut 5. antequam paroxyſmum adventurum putas) videbis febrim poſt illum, non amplius reverti, ſed prorſus tolli, incantamenti inſtar, probavi in pluribus ſæpius, & ſemper eventus reſpondit.

Quartanæ febris curandæ methodus Cl. D. D. Luberti Erbenii, D. D. And. Cnœffelio communicata.

1. Primò exhibet vomitorium ex infuſione croci metallorum paratum, in doſi, pro exigentia morbi & perſonæ.

2. Secundo pedes ponit in aquam calentem, maximè ſub paroxyſmo uſque ad genua, & ſuperdormire ægrum permittit.

3. Poſtea per tres dies adhibet pulverem ſpecificum febrilem qui talis eſt:

℞. *Cor leporis benè exſiccatum, & opt. pulv. in tres part. aq. diviſum.*
Partem pro una doſi, jejuno ſtomacho, in vino exhibet, & ſi poſſibile ante ipſum paroxyſmum; & ſic reliquas duas doſes ſequentibus adhibet.

4. Singulis intercedentibus diebus bis ſudores promovere ſolet, vino ſulphurato, per infuſionem parato; quod fit ex 🜍*is crudi, ſed cryſtallini & optimè pulveriſati* ℥iv. *vini opt. generoſ. Hungarici* ℔ij.
Quæ mixta, & per aliquot dies infuſa, ad tertiæ partis conſumptionem uſque incoquantur. Vini tandem, quod à relicto pulvere aufertur (aciduli ſaporis,) manè bonum hauſtum præbet, & ſudorem provocat. Poſt meridiem hora quarta alterum ſcyphum, etiam cum expectato ſudore; ſic 5. 6. vel 7. dies continuando. Quo interſtitio ſe perfectè abſolvere curam quartanæ cujuſvis afferebat.

*Ex libro manuſcripto Cl. Dn. D. Cnœffelii.*

Spiritus de tribus D. D. A. Cnœffelii.

IN 🝭am ſuperius tubulatam, apto operculo inſtructam, & candefactam, tertia pars cochlearis de materia ſequente injiciatur, claudendo ſemper arctiſſime tubulum ſuo operculo: Recipiens vero, qui capaciſſimus applicetur, aquæ vulgaris cochlearia quatuor vel quinque contineat.

℞. ♁*ii* quintupla parte ⦶*ri* in pulverem album fixati, poſtea edulcorati benè, vel loco illius
*Reguli* ♁*ialis opt. pulver.* 🜍*ris crudi pulv.* ana ℥ij. ⦶*ri puri benè ſiccati* ℥iv. è pulveriſatis & probè mixtis, in 🝭am ſic per particulas injectis, evibratur cum fulmine ⤳, cum floribus incarnatis mixtim circulandus per octiduum, poſtea, filtrandus pro uſu ſuprà dicto, ſervatis pro alio uſu floribus.

Vires ac virtutes conveniunt cum clyſſo ſeu ▽ ſtimmi ſulphurea, *Cl. D. Schrœderi*, ad attenuandam craſſam tartareamque mucilaginem, ubicunque locorum in corpore humano deliteſcentem, quam poſtea & per emunctoria convenientia expurgat, per alvum ſcilicet, per urinam, per ſudorem, per ſalivationem, inde & utiliſſimũ medicamentum in obſtructione hepatis, lienis, meſenterii, uteri & in affectu hypochondriaco, arthritico, colico, & ſimilibus.

Doſis à ℈j ad ʒß. in juſculo vel aqua ſpecifica; miſcetur & cum aq. fontana & ſirupo conveniente ad gratam aciditatem, pro julapio, reiteratis vicibus uſurpando.

In cu-

In curatione febrium peſtilentialium pro ſudore e ſequentem D.D.C. præſcripſit potiunculam.

℞. ⚗ *de tribus* ʒj. (ad ʒij.) *mixturæ de tribus Andernaci* ʒj. (ad iij.) *flor.* 🜍*ris* ℈j. *aq. fumariæ* ℥ij. *ſir. acetoſ. citri* ℥j.

M. & F. Potiuncula pro una doſi. Quæ ſupplebat doſin unam theriacæ Cnœffelianæ, loco ejuſdem tot vicibus per viginti quatuor horas, prout de ea in exercitatione ſua (*de curat. febr. peſtilent.*) ſcripſit, repetenda & tot diebus continuanda.

Elixir febrile Cnœffelianum.

℞. *Elixir. propriet.* ⚗ *terr. ſigill.* ana ℥ij. *M. S. extr. abſinth. liqu.* ana ℥iv. *centaur. ſolidi, angelicæ ſolid.* ana ʒii. ℈j. gr. iv.

M. & ſtent in vitro bene clauſo per 24. horas in digeſtione, poſtea filtrentur. Sign. ut ſupra.

*Vires.* Omnis generis febres curat, maximè intermittentes, tormina ventris atque uteri ſedat; inſuper ſtomachicum, ſpleneticum & hepaticum eſt ſingulare. Tempore peſtis eſt præſervativum & curativum præſentaneum, ab authore ſæpè probatum, aliàs ingrati ſaporis & odoris.

Doſis à ʒj. ad ʒij. & ʒiij. cum convenienti vehiculo, bis vel ter in die repetendum.

Liquor febrilis Cl. D. D. P.

℞. *Aq. fumariæ* ℥iij. *centaur. minoris, cardui benedicti, fragorum, acetoſellæ* ana ℥ij. *roſarum* ℥j.
*ſir. ex ſucco citri, ex toto citro compoſ.* Cl. D. D. Ochl. ana ℥j. *granator.* ℥ß. *conf. alkermes* ʒj. ⚗ 🜍*ris* q. ſ. ad grat. ſap.

M. filtrentur per linteum. Confert in febribus intermittentibus & putridis. Ardorem enim febrilem potenter extinguit, & per ſudores expellit; inſuper corroborat, & urinam promovet. Doſ. ab ℥j. ad ℥ij. & ℥iij. in ipſo paroxyſmo jam declinante, & aliàs aliquoties in die.

Liquor nitratus D. D. L.

℞. 🜄 *font. pane correct.* ℥viij. *ſcorzoneræ, cardui benedicti* ana ℥iv. *rubi idæi è fruct.* ℥ij. *roſar. alb.* ℥j. *ſucci citri acidi rec. expr.* ℥ij. *rotul. de ſucco ribium* ʒj. *manus Chriſti ſ. perlis, ſir. fruct. rubi idæi* ana ℥ij. *anodyni mineralis cryſtall.* ℈ij. ad ℈iv. vel q. pl.

(In copia enim ſumptum ſtomachum debilitat & potum facit ingratum) M. F. potus gratiſſimus. Nos utimur in omni æſtuante febre, ac maligno morbo, non ſolum calorem febrilem coërcet, & ſitim extinguit, ſed & potus ſeu liquor eſt diaphoreticus, bezoarticus & diureticus acceptiſſimus. Doſis per ſe ab ℥i. ad ℥iij. ſingulis horis.

Liquor contra prunellam.

℞. 🜄 ♋*orum* ℥vj. *ſedi majoris, ſperm. ranar. roſarum* ana ℥ij. *phlegmatis* ⊖*li* ℥iv. *ſir. rubi idæi, violar.* ana ℥iß. *diamoron, (ex fruct. nigr. c. ſacch. præp.)* ʒj. ⚗ ⊖*li ſeu* 🜍*ris cum* ⦶*ro coagulati* q. ſ. ad g. ſ.
M. & F. collutio oris.

Contra inflammationem, ſiccitatem, aſperitatem, ac fiſſuras linguæ ac faucium, febribus ardentibus & malignis, quod ſymptoma à Germanis vulgo die Bräune dici ſolet. Poſt gargariſationem illinatur lingua, cum butyro rec. aq. ſpermatis ranar. loco. Extrahendus eſt etiam quamprimum ſanguis ex venis ſub lingua: & mirum ſine dubio videbis effectum.

Tinctura florum prunellæ.

℞. *Flor. prunellæ rec. coll.* ℥j. *aquilegiæ, violar. rec. coll.* ana ℥ß.

(*Not.* Eorum, quæ recenter haberi non poſſunt, ſubſtituatur conſerva in duplo.)

*Aq. prunellæ* ℥viij. *ſpermatis ranar. cancror. compoſ. c. ſedo maj.* ℞*at.* ana ℥iv. *roſarum* ℥ij. *phlegm. Vitrioli non acidi, ſed ſolum primæ abſtractionis* ℥xviij.

Stent per horas aliquot, donec liquor omnem colorem ex floribus extraxerit. Liquori filtrato adde
*Sir. flor. prunellæ, malvæ roſeæ* ana ℥iß. *rubi idæi* ℥j. ⚗ *Vitrioli cum* ⦶*ro coagulati, pro acore* q. ſ.

Miſceantur probè in vaſe vitreo.

In prunella & angina, atque inflammatione faucium, à vaporibus calidis, in febribus peſtilentialibus, diaclyſma eſt inſignium virium.

Tinctura externa florum malvæ.

℞. *Aq. prunellæ, plantaginis, ſalviæ* ana ℥viij. *roſar. violar. martial.* ana ℥ij. Quibus calidè immergantur *flor. malvæ roſeæ atro-purpuraſcentium* mij. *roſarum* m. j.

Stent per ſpatium unius horæ in quiete, & mox extrahitur TRa purpurea pulcherrima, quæ per chartam filtranda eſt. Poſt adde *ſir. rubi idæi, ex roſis ſiccis* ana ℥iß. *rob berberum* ℥j. ⚗ *Vitrioli pro acore* q. ſ. Miſceantur op. & F. gargariſma.

In inflammatione, & tumore gutturis, faucium, & tonſillarum, frequentis uſus nobis eſt.

Mucilago pro aſperitate linguæ & faucium.

℞. *Sem cydoniorum, pſyllii* ana ʒj. *gum. tragacanthæ* ℈j. extrahatur mucilago, cum *aq.* ♋ *compoſ. & ſpermat. ranar.* ana q. ſ. expreſſæ mucagini adde *ſir. violar. & rubi idæi* ana q. ſ. vel ad pl. Miſceantur benè. Sign. **Schleim zur trucknen Zungen in der Bräune und gifftigen hitzigen Fiebern.** Sunt qui aliquid ⦶ri, & guttam unam vel alteram ℘i 4. ſem. frigid. admiſcere ſolent.

Lingua ſingulis diebus ſcalpro abſterſorio mundificanda eſt, & ſi venæ ſub lingua turgeant, aperiantur.

Aqua Cancrorum.

℞. ♋ *fluviatil. rec. & contuſor.* n. 30. *ſempervivi majoris* m. vj. *florum prunell.* m. ij. 🜄 *ſeu liqu. tranſcolati ſperm. ranar.* ℔iij. *roſarum, phlegmatis Vitrioli* ana ℔ß. Mixta deſtillentur in B. V. ſeu M. 🜄a prolecta poſtea tingatur *linteolis tornæ ſolis, ex ſucco mororum ſalis, ad colorem purpuraſcentem* q. ſ.

In prunella & angina, ubi gutturis & faucium maxima eſt inflammatio multum valet, etiam in ulceribus palati, ex lue ♀ea ortis, eſt valdè efficax. Porrigitur tepidè, pro collutione oris, ſingulis horis uſque ad ſanitatem perfectam. Inflammationi etiam externæ, ex quacunque cauſa originem ducenti & ambuſtis multum confert.

Oleum

### Oleum febrifugum.

℞. ꝏ *hypericonis noſtr. deſcr.* ℥viij. *rutæ, abſinthii, lumbricor. terreſtr. viperarum* ana ℥iv.
Quibus menſe Iulio (☉e exiſtente in ſigno ♌ ſeu ♍) immergantur *bufonum viv.* n. ij. *aranear. vivent. maj.* n. 100. *ſcorpionum* n. 150. *theriacæ opt.* ℥j.
Mixta inſolentur per duos menſes, in lagena vitrea probè clauſa; poſt oleum coletur; cui ultimo adde
*Axung. ſerpentis* ℥ß. ꝏ *rutæ, citri, juniperi* ♌*t.* ana ℈viij. fiatque oleum febrifugum & alexipharmacum.
In omnibus febribus, tàm intermittentibus, quàm malignis, & peſtilentialibus, pulſibus, ſpinæ dorſi & regioni cordis inunctum; præſtans eſt & in venenatorum animalium morſibus & puncturis. Inſuper inſervit etiam emplaſtro febrifugo parando.

### Cataplaſma febrile.

℞. *Nucleor. vel digitor. capitis allii, à pellic. mundatorum* n. iij. ⊖*is* p. j. *croci* ℈j. Miſceantur omnia in vaſe ligneo, cum piſtillo etiam ligneo, affuſo ſubinde +o, ut pulticulæ conſiſtentiam acquirant; Mixtura in linteolo extenſa, paroxyſmi tempore, cum calor febrilis jam corpus occupat, ſiniſtro annulari toti applicetur, ſinatur novem diebus, iiſque præteritis eadem hora; qua erat applicitum auferatur, & in aquam profluentem projiciatur. Sunt qui hoc cataplaſma die illo, in quo patiens à febre liber eſt, applicare ſolent, & per 24. horas ſolum in digito geri, & hoc ter vel quater reiterari volunt; veſicula excitata, quæ valdè moleſta, tegitur cum empl. ſperm. ranarum. Cum hoc cataplaſmate, (quod abhinc viginti annis circiter à quodam amico, ex ſingulari gratia, & ſub ſecreta fide accepi) à febre tertiana liberavit & ſanavit Illuſtriſſ. Enſifer Regni Dn. Dn. Franc. Biliuski &c. cum chariſſima ſua conjuge, plus quam centum perſonas, ex amicis nempe, famulis, & ſubditis ſuis propriis: cujus deſcriptionis proceſſum, Tibi quoque B. L. commendatum eſſe volui.

Sunt & plura alia, quæ ad cohibendum febrilem paroxyſmum, non ſolum à plebe, ſed & à Medicis inſignioribus, carpis applicantur, ratione quidem arteriarum, quæ ad carpos decurrunt, & per quas vires topicorum cordi communicantur, ideò non ſemper contemnenda ſunt.

*Platerus* corticem interiorem ramorum nucis, in aceto maceratum carpis applicat, & ſe feliciter hoc remedio uſum teſtatur.

### Emplaſtrum febrifugum.

℞. *Terebinthinæ Cypr.* ℥iß. *ſtoracis liquidi* ℥ß.
Quibus in patella cuprea liquefactis, admiſcebis
*Aranearum maj. vivar. & in locis mundis captarum* n. xx.
Contundatur & miſceantur in tigillo vitreato terreo, ſeu in dicta patella cuprea, piſtilloque ligneo, tàdiu donec araneæ non amplius conſpiciantur, & mixtura quaſi cinerei coloris appareat. Mixturæ parum calefactæ adde *pulv. bufonum, pyrii vulg. ex capitibus ſerpent. parat.* ana ʒj. ⊖ ✱ci ℥ß. ʒij. *communis, centaur. min.* ana ℥ß. *camphoræ* ʒij. *fuliginis ex camino* q. ſ. pro tingendo, & cum ꝏ *febrifugo noſtr.* q. ſ. F. maſſa ad conſiſtentiam empl. nigerr.

*Uſus.* Ex hac maſſa formentur duo emplaſtra rotunda, magnitudinis dimidii imperialis, quæ auri ſeu argenti foliis obducta, pulſibus manuum utriuſque carpi imponantur, hora una vel altera ante acceſſum paroxyſmi; ubi ita relinquâtur per novem dies, tunc eâdem horâ iterum removeantur, & in flumina projiciantur. Certum eſt, quod hoc emplaſtrum omnes febres intermittentes, præſertim autem tertianam notham & ſpuriam, ſæpius ſine adhibitione alicujus medicamenti cohibere ſolet, etiam ipſas febres peſtilentiales. Interim tamen methodica cura non negligenda eſt, quæ cauſam occaſionalem removere, recidivam præcavere, & ab aliis ſymptomatibus, (quæ aliquando febres malè curatas ſequuntur) defendere ſolet.

### Poma & pocula febrilia.

℞. *Salis nitri pur.* (*lap. prunellæ*) ℥viij. *abſinthii, cardui benedicti, cẽtaurii, rutæ* ã. ℥j. Nitrum prius liquetur in crucibulo, igne quidem leni: cui poſt per vices reliqua ſalia injiciantur. Salia ita liquata, & in unum chaos coacta, effundantur in ventrem detruncatæ phialæ vitreæ parvæ (magnitudinis pilæ luſoriæ) circum circa luto optimè munitæ, ut ſic pilæ ſeu pomi formam referant, quæ refrigerata è vitro confracto eximantur & ad uſum neceſſarium ſerventur.

Poma dicto modo fuſa, tractentur manibus, in calore febrili, eum enim temperant.

In eundem finem & ſimili proceſſu fiunt ex ſulphure, item ex ſolo puro nitro, poma pulcherrima ſplendentia & quaſi polita.

### Poculum pulcherrimum febrile.

CUrioſum ex Ⓓ purificato fuſum, externè & in ſuperficie emblematibus ornatum poculum, dono à me olim accepit Illuſtriſſimus Dominus N. Kaſanovius, Mareſchallus Curiæ, quod poculum febricitantibus, in ardore & calore febrili ad extinguendam ſitim ſolatium eſt magnum, ſi ex illo bibant.

## *TITVLVS XXIV.*

## VVLNERARIA.

### Oleum anodynum refrigerans.

℞. *Ol. ſpermatis ranar. lumbricorum, ex ſucco cancror.* ana ℔ß. *medullæ crurum boum* ℥iv His mixtis immergantur *fol. hyoſcyami, ſolani, ſempervivi* ana ℥iß. *flor. nymphææ, verbaſci, ſambuci, roſar.* ana ℥ii. Digerantur aliquandiu, poſtea coquantur leniter, & ad humiditatis exhalationem; colentur: poſt exprimantur fortiter. Omnes dolores calidos mitigat; In febribus ardentibus, ſpina dorſi eô inungenda eſt. Ex hoc oleo fit

### Unguentum refrigerans.

℞. *Olei anodyni antea præſcripti* ℥iv. *ceræ albæ* ℥j. quibus invicem liquatis ſub continua agitatione adde *Aq. roſar. odor.* ʒvj. in qua prius diſſol. ſit *anodyni mineralis* ℈ij. *ſpermatis ceti rec.* ʒvj. *camphoræ* ℈ij. Fiat l. a. unguentum refrigerans, quod potenter ſiſtit omnes inflammationes; Efficaciſſimum eſt ad combuſtiones, dolores podagricos, & ulcera dolorifera maximè antiqua.

In doloribus renum & inguinum à cauſa calida

 & in-

& inflammatione oris egregiè conducit.

Unguentum auratum, in ſcabie & alopecia leproſa, remedium certum.

℞. *Balſ.* 🜍*ris terebinth.* ℥iß. 🝆 ♀*ri fœtidi rectif. cum* -E ℥ß. *flor.* 🜍*ris* ʒij. *ſulph. aurati ex ſcor. Reguli* ♁*ii* ʒj. ℈j. *mercurii dulcis* gr. xxiv. M. fiatque linimentum.

Præmiſſis præmittendis, loca ſcabioſa, bis in die inungenda ſunt. Tollit & pſoram, & in alopecia leproſa remedium eſt ſingulare & ſæpius probatum.

Balſamum Samaritanum.

℞. *Olei olivarum crud.* ℔iß. *rectif. per cineres* ℔ß. *herb. momord. ophioglosſæ* ana mj. *balſaminæ, millefolii* ana mß. *flor. hypericonis* miij. *verbaſci*, mj.
Macerentur per octiduum, poſt adde
*Tinct. flor. hypericon. per vinum odor. fact.* ℔ß.
Bulliant deinde in duplici vaſe opt. clauſo, ad conſumpt. vini. Poſt colaturam exprimantur ſpecies fortiter; oleo expreſſo rurſum infunde
*Flor. hypericonis* mij. *momordicæ* mj. *balſami Indici* ℥ij. *crudi de Botin* ℥iv.
Digerantur denuo in MB. vitro benè clauſo, poſtea exprimantur iterum, & balſamum ita conciliatum uſui aſſervetur. Balſamũ eſt præſtantiſſimum, quod omnia vulnera inflicta breviſſimo tempore ſanat, agglutinat & conjungit abſque ſuppuratione, etiam diſſolutum reparat, carnem renovat & ab omnibus aliis ſymptomatibus defendit.

Balſamum Saturni, aliàs butyrum Saturni D. D. Craft.

℞. *Olei anodyni refrigerantis* ℥iij. *ſacch. ſaturni cryſtalliſati* ℥ß. *aceti roſacei* q. ſ. Redigantur in mortario plumbeo, ſeu, patina ſtannea, agitando in butyri conſiſtentiam, adde *ol. ſtil. ver. roſarum* gtt. iij.
Omnibus inflammationibus, ambuſtis, eryſipelati, multiſque aliis convenit, eſt enim unguentum nobile refrigerans.

Empl. Samaritanum vulnerarium domeſticum.

℞. *Olei ſeu balſami Samaritani* ℔ij. *lithargyrii pulv.* ℔iß.
Coqu. lento igne, ſpatula fraxinea ſemper agitando ad empl. conſiſtentiam, cui ſtatim adde, prius liquefact. *ceræ* ℔j. *terebinthinæ Venet.* ℥iv. *ol. lauri* ℥iß.
In quibus diſſolutum ſit (ſcil. in tereb. ſeu oleo) *gummi elemi* ʒx. poſt immiſceantur & pedetentim, ſub continua agitatione, *gum. purgat.* ✳*i, opopanacis, galbani* ana ℥ij. ſoluta prius in *phlegmate* ⊖*li, ad pultis formam* q. ſ. tandem add. *ariſtoloch.* O*dæ, & longæ* ana ℥iij. *maſticis & olibani* ana ℥ij. *myrrhæ* ℥j. *camphoræ diſſolutæ, (in balſ. de Peru) ad pulticulæ formam* q. ſ. ℥ß. Fiat, omnibus exactè mixtis & copulatis, (cum piſtillo, ex ligno fraxineo) emplaſtrum univerſale omnibus vulneribus, antiquis & recentibus conducibile, quod breviſſimo tempore conglutinat, ſanat, & ab omnibus ſymptomatibus defendit, & quidem abſque alio remedio balſamico adhibito.

Empl. veſicatorium Cnœffelianum.

℞. *Axung. urſi, leporis* ana ℥ß. *ceræ citrinæ* ℥iß. *canthárid. pulv.* ℥ß. *cinab. præparat.* ʒj. *euphorbii* ʒij. *camphoræ* ℈ij. Fiat maſſa emplaſtri, cujus ℥j. vel ℥iß. & ℥iiß. extenditur ſuper alutam, ad loca à Medico monſtrata.

Empl. ad fracturas oſſium Illuſtriſſ. Domini Adergaſt, præfecti ſtabuli S. R. M.

℞. *Ol. olivarum* mij. *lithargyrii pulv.* ℔j.
Coquantur ad conſiſtentiam cerati. Adde in alia patella prius liquefact. *ceræ* ℥iv. *reſinæ* ℥iij. Quibus omnibus exactè mixtis ſuperinſpergantur ſequentes pulveres, utpote.
*Rad. conſolid. maj. pulv. boli Armenæ ſubtil. pulv.* ana ℥viij. *farinæ fabarum* ℥ij. *mumiæ Ægyptiacæ, tragacanthæ* ana ℥j.
Miſceantur omnia exactè, fiatque emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ.

Vires hujus emplaſtri ſunt inſignes, ad fracturas oſſium ſanandas; Eorum enim coalitum promovet, callum, quo ſemel agglutinantur, auget, inſuper fovet calorem partis nativum, genus nervoſum roborat, & humorum fluxiones ſiſtit, partibus vero prius reductis & ligaturis, feruliſque idoneis probè adjunctis. Commendatur in herniis quoque ſanandis, & in doloribus podagricis placandis; quemadmodum Ser. Majeſtas IOH. CASIMIRVS, p. m. Rex Pol. hujus emplaſtri auxilio ſæpius reſtitutus eſt.

Pulvis pro cataplaſmate ad fracturas & luxationes oſſium. (Germ. Beinband)

℞. *Rad. conſolidæ majoris* ℥iij. *ulmariæ, farinæ fabarum volatilis* ana ℥j. *boli Armenæ*, 🜄 ⊖*li dulcis, flor. oſteocollæ* ana ℥ß. ʒij. *ſacchari* ♄*ni* ℈iv. *pulv. ſimplicis ex ſpermate ranarum* ℥ß.
M. fiat pulvis ſubtiliſſimus.
Uſus hujus pulveris: ℞. *Pulveris præſcripti* ℥ij. vel iij. *albuminis ovi in ſpumam agitatione redacti* q. ſ. ad incorporandum, & fiat cum ſtupa ✚to madida cataplaſma frigidè applicandum membro luxato.
In ſanandis oſſium fracturis ejuſdem virtutis eſt cum emplaſtro ſuperius deſcripto: omnes namque fluxiones ad partem affectam impedit, & ne humores affluxi corrumpantur, cavet. Neceſſe eſt, ut hoc cataplaſma per ſeptem vel octo dies cum adhibita ligatura in parte affecta relinquatur, donec ægrotus perſentiat ſe melius habere. Plura vide apud authores, qui chirurgiam tractant.

*TITVLVS XXV.*

## MEDICAMENTA SECRETIORA EX SPERMATE RANARVM D. D. A. C.

SPerma ranarum (Germ. Froſchleich) à *Paracelſo* ſperniolum, ſperma aquaticum, & gluten aquaticum, à Cl. *Cnœffelio* in obſervationibus mucago aquatica dictum, eſt illa mucilago inſtar albuminis

his ovi, quæ ineunte vere hinc inde circa lacus, paludes & ſtagna invenitur, unde poſtea beneficio ſolis viva animalia, ſeu ranæ, generantur, quamque Medici & Chirurgi hujus ſeculi in ſummo pretio habent.

Colligitur à Pharmacopolis brevi ante novilunium vel in ipſo novilunio, quo tempore collecta, teſte *Hartmanno in not. ad Croll.* ad annos triginta durare poteſt, è contra ea, quæ in plenilunio colligitur, facilè putredinem concipit & maximè fœtet.

Conſervatur autē beneficio aluminis iſtud ſperma in doliolo è ligno querno recenter fabrefacto, quemmodum Cl. *Dn. D. Cnœffelius* cum *D. D. Zwelfero* obſervavit in hac proportione, nempe ad *liquoris ſperm. ran. per ſacc. clarificati* ℥xl. adjecit *aluminis uſti* ʒj. tantum, aliquando ʒij. & ſic ſine ulteriore deſtillatione in loco frigido repoſitum hoc ſperma ranatum in virtute & efficacia conſervatur, citra periculum corruptionis per totum annum, ac diutius. Virtutes à *Cl. Hartmanno* in *l. c.* enumerantur.

Sperniolum ſiccum ordinarium D. D. A. C.

℞. *Sperm. ranar.* ♈e *Martio & ipſo novil. coll.* q. v.
( *Not.* In noſtro climate vix ante ♈em Aprilem ſeſe prodit ) ponatur in ſaccum: quæ ſponte defluit ▽ interim ſeorſim aſſervanda.
Iam ℞. *Oculorum nigrorum in ſacco relictorum*, q. v.
In patella cuprea ſupra ignem ſpatula lignea continuo movendo, donec in pulverem ſubtiliſſimum redigi queant, vel quod melius, in calore ☉is, vel poſt fornacem ſponte exiccentur.
Pulvis ex oculis ſperm. ranar. tali modo paratus imprægnetur ſæpius cum proprio ſpermate ſuperius per ſaccum tranſcolato & denuo exiccetur; pulvis tandem aſſervandus.

Alius modus.

℞. *Sperm. ran. juſto tempore, i. e. circa novil. collecti* q. v. Immittatur in cucurb. vitream ac appoſito ✗o cœco, bene munito, leni carbonum igne in cineribus digeratur & continuò detineatur, omne hoc ſperma prius in liquidam & poſtea in craſſiorem ſubſtantiam abeat. Continuata digeſtione materia coagulatur, & fit inſtar pinguedinis & tandem totaliter exiccari incipit, ut facilè in pulverem redigi poſſit. Pulvis demum ita laborioſè confectus aliis medicamentis admiſcetur, de quibus poſtea & ſuo loco.

Citius abſolvitur negotium, ſi liquor prius per deſtillationem abſtrahatur uſque ad ſiccitatem, materia in fundo vitri relicta pulveriſetur, & poſtea irroretur ſæpius, cum liquore ſuo recenti & ſponte reſoluto, atque iterum iterumque exiccetur.

Sperniolum ſiccum ordinarium ex ranis D. D. A. C.

℞. *Ranar. aquaticar.* In aquis puris & circa fontes ♈e Martio & Aprili captarum & adhuc viventium numero xxxx. vel q. v. immittantur cucurb. vitr. appoſitoque capitello, in MB. igne lento deſtillatio inſtituatur, liquor egreſſus interim ad ſuos uſus reponendus eſt. Deſtillatio adhuc continuanda eſt, donec ranæ totaliter exiccatæ ſint, ut facilè in pulverem teri poſſint, qui tandem ita paratus cum proprio ſpermate ( per ſaccum recenter tranſcolato ) ſæpius imprægnandus & rurſum exiccandus eſt.

Vires magnæ ſunt in quacunque hæmorrhagia & effervescentia ſanguinis; datur à ℈j. ad ij. in propria aqua deſtillata; externè inſpergitur vulneribus.

Sperniolum ſiccum compoſitum D. D. A. C.

℞. *Spermat. ceti* ℥iv. *thuris maſtich.* ana ℥ij. *croci* ℥ß. terantur ſingula in pulverem, poſtea miſceantur, & cum ſpermate ranar. ( in ſacco reſoluto ) irrigentur pulveres ter, quater & ſæpius & dein ſponte exiccentur. Quo facto hic labor etiam toties cum ſpermate juniperino & flore cœli inſtituendus eſt, tādē add. *camphor.* ʒiij. miſc. fiatque pulvis in vitro puro aſſervandus.

Vires ſunt æquales cum ſperniola Crollii in hæmorrhagia ſc. narium, gutturis, uteri, hæmorrhoidum, ſanguinem quippe frigiditate & virtute ſpecifica coagulat. Doſ. à ℈ß. ad gr. xv.

Exterius idem pulvis inflammationes omnes mitigat, dolores podagricos lenit, ( cum vino calidè applicatus ) inſuper omnia ulcera antiqua, inflammata, dolorifica, & cancroſa curat.

Not. *Pro externo uſu in vulneribus Crocus omitti poteſt.*

Sperniolum mucaginoſum compoſitum.

I.

℞. *Spermatis ranar. ſponte reſoluti & beneficio aluminis ſeu* ⊕*i aſſervati*, ℥xlviij. *myrrhæ commun. aloës ſoccot.* ana ℥ij. Mixta aſſerventur in lagenis vitreis bene clauſis locoque frigido, pro noſtro *topico externo.*

II.

℞. *Spermat. cet. maſtich.* ana ℔ß. *myrrh. camphor.* ana ℔j. *phlegmat.* ⊕*li, ſpermat. ranar. tranſcolat.* ana q. ſ. Miſc. & Sign. *mixtura noſtra localis externa.*

III.

Sperniolum pro Illuſtriſſ. Principe van Eggenberg in Styria, compoſitum.

℞. *Spermat. ranar. ſervat. & colati* ℔vj. *ceti* ℔ß. *juniper* ℔j. *cœliſolii*, quantum haberi poteſt, *myrrhæ el. thuris, maſtich.* ana ℥j. *croc. pulv.* ℥ß. *camphor.* ʒiij. Miſc. & in vitro bene clauſo inſolentur ad omnimodam reſolutionem.

In chirurgia ejus uſus eſt inſignis, ideo ad ſananda ulcera antiqua, fœtida, chironea, cancroſa & maligna præſertim ad cancrum mammillarum & faciei remedium eſt magni ſolatii. Applicetur cum plumaceolis ſeu floccis mollioribus circa ſemen cardui benedicti collectis & in hac mixtura intinctis, ſuperpoſito etiam emplaſtro ſpermatis ranatum; tollit etiam omnes dolores & inflammationes partium externarum, ideo in doloribus podagricis cum linteis ( ſc. eo imbutis ) ſingulari cum ſucceſſu applicatur.

Non diſſimilis mixtura ſequens, à *Paracelſo*, in libro von offenen Schæden *p.* 434. *(operum latin. Tom. III. Sect. 1. tr. de Apoſtem.* &c. *cap.* 5. *p.* 42.) deſcripta, quæ ℞. *ſperm. ceti, ſperm. ran. ſperm. juniper. cœliſolii* ana p. æqu. Fiat deſtillatio in ſole; ad eryſipelatis exulcerati curam ab authore commendatur.

Hic adjungo etiam ex ipſius *D. D. Cnœffelii* M. S. quæ de mucagine junipetina ſibi annotaverat, quid ſit, & ubi colligatur.

*Gelatina* ſive *gluten* hoc *juniperinum* ( *teſte* experientia ruſticorum in Styria) nunquam toto anno ma-

gis reperitur, quam menſe Majo, inprimis horam u-nam aut duas poſt imbres nimboſvè, ubi circa nodos ſeu juncturas ſtolonum annuorum juniperi inſtar can-didæ, interdum flaveſcentis gelatinæ ex internodiis ex-udat, quemadmodum ſynovia ex articulis hominis, ibique concreta adhæreſcit, non tamen ita firmiter, quin vento vehementiore concuſſa decidat, aut à ſolis radiis liquata defluat, quod ipſemet hiſce vidi oculis. Quod ſi contingat, ut gelatinam hanc nec imbres nec ſolis radii lædant, in fungos concedit, qui vitro in-cluſi ſolique expoſiti in limpidum liquorem reſolvun-tur. Liquor iſte virtute eâ præditus eſt, ut membris paralyticis applicatus (juncturis quotidie bis inunctis) omnem contracturã perfectè ſanet: quod certè ſummũ arcanũ eſt, ipſa etiam ſignatura præbente argumentum. Quare etiam ab arthritide confectos articulos eundem liquorem reſtaurare & corroborare neceſſe eſt. Expe-rimentum dictis faciet fidem. *Huc uſque Cnœffelius*, qui in allegato M. S. Germanico, quid ſit & ubi in-veniatur cœlifolium, quod & flos cœli dicitur; ſe-quenti ſenſu hæcce annotaverat.

Cœliflos ſeu cœlifolium, nonnunquam in æſtate aut autumno in ripis maris Balthici, quandoque etiam in viis, inſtar gelatinæ coagulatum invenitur, ſed fre-quentius matutino tempore ante ortum ſolis; nam quamprimum ſolis illud radii attingunt, in aquam mox reſolvitur, ideoque ultra horam poſt exortum ſolem non durat, nec uſpiam tota die reperiri poteſt. Vulgus hominum vocat iſtam gelatinam das Stern-geſchos oder Sternputzen / quaſi dicas, ſtellarum jaculum ſeu ſtellarum purgamentum. *Tantum ille.* Ipſemet ego in juventute mea peregrinando & poſt-modum hinc inde iter faciendo gelatinam iſtam mul-toties in viis & juxta eas vidi, ſed ſemper ante ſolis ortum, uti laudatus modo Author noſter annotave-rat. Ruricolæ eâ utuntur ad comæ productionem.

Obſervationi Cnœffelianæ ſubjungo & hoc de COELI FLORE, quod in *Ioh. Erneſti, M. D. tracta-tu de oleis p.* 500. legi; hic flos, *inquit*, menſe Majo circa Pentecoſten temporeque nocturno inſtar mucoris narium in prata incidit, idque trepidanter & quaſi in circulo; hæc aqua lentè deſtillata (alias enim nimis cito aſcendit) eſt corroſivum dulce; omnes do-lores cum admiratione ſedat, ulcera quotcunque re-bellia curat & ſanationi obedientia reddit, cum em-plaſtris ad puncturas mixta: in cancro & fiſtulis eſt valdè admirabilis, cum pannis laneis applicata, ver-memque interficit.

Helvetus quidam ex eo fecit pulverem album, & cum ejus granis duobus vel tribus ſiſtebat omnes dolores internos intenſiſſimos, eoque ut exterius in ulceribus, ita etiam intra corpus ſumma felicitate utebatur.

*Paracelſus* hujus *cœlifolii* etiam meminit aliquoties & ab illo NOSTOCH & CEREFOLIUM nuncupatur; videlicet *Tr. de vita longa l.* 4. *c.* 2. & 8. (*Tom. II. p.* 65. & 67. *edit. Lat. noviſſ. Genev.*) item *de ſignat. rec. natur. l.* 9. *p.* 920. (*Tom. II. p.* 115.) porro *l.* 2. *Berthon. c.* 7. (*Tom. III. ſect. II. p.* 32.) & *Tr.* von offenen Blattern *c.* 5. (*Tom. III. ſect. II. p.* 42. *b.*) denique *loco jam ſupra citato.*

Noſtoch *in Lexico chimico Ionſtonii* eſt jaculum a-licujus ſtellæ, vel potius ejus repurgatione dejectum quid in terram. Invenitur potiſſimum Iunio, Iulio & Auguſto ſuper latos campos vel in pratis inſtar fun-gi magni vel ſpongiæ, foraminoſum quid & leve, ten-dens in fulvum & ravum colorem, & ut coagulatum jus tactum contremiſcit.

*Petrus Borellus Obſ.* 41. *C. III. Hiſtor. rarior. Medico-Phyſicar.* Vidi, *inquit*, noſtoch ſive florem cœli, ſpeciem muſci, terræ friabili & monticuloſæ in-cumbentem, tanquam gluten poſt pluvias à quibuſ-dam Chimicis decantatum, illum enim pro univerſi ſpiritu capiunt & ex eo ſpiritum dulcem, ſed maximis præditum viribus aurumque ſolventem educunt.

Emplaſtrum ſpermatis ranarum D. D. C.

℞. 🝆i *ſperm. ranar. lumbricor. cancror.* ana ℥viij. *ceruſſ. pulveriſat.* ℔iß. Coquantur igne leni in ſatta-gine ampla, ſpatula continuò agitando ad conſiſten-tiam emplaſtri mollioris, cui ab igne remoto & pa-rum refrigerato adde *ceræ albæ*, (*ſeorſim liquef.*) ℥iij. *pulv. maſtich. thuris opt.* ana ʒß. *ran. cum propr. ſperm. inſucc.* ℥j. *campher. in oleo ovor. diſſol.* ʒiij. Miſc. accuratè, fiatque empl. conſiſtentiæ, quod mul-tum cõducit in inflammationibus & doloribus coër-cendis, & ad ulcera contumacia fluida & antiqua in tibiis curanda; inſuper ſalutare topicum externum eſt in omni fluxu ſanguineo, ac ſpeciatim hæmorrhoi-dum menſtruorumque, dorſo ſolùm applicatum.

## *TITULUS XXVI.*

# COSMETICA.

### Magiſterium Talci.

℞. *Talci Veneti & albi, ſtriis brevioribus* q. ſ. Suſ-pendatur in parte interiore campanæ vitreæ, ſubtus in crucibulo accendatur ſulphur, prius igne diſſolu-tum (ut in præparatione ſpiritus ſulphuris chimico more fieri ſolet) & vapor ſeu fumus, ſpiritibus ſulphu-ris prægnans, penetrando talcum reddet friabile can-didumque; poſtea contundatur in mortario candente piſtillo ferreo, itidem prius calefacto, tamdiu donec nullum amplius ſplendorem ſcintillantem prodat. Pul-vis tum trajiciatur per linteum rarum, ut ſubtilis & impalpabilis inſtar alcool evadat, qui in ſcatula mun-da & ſicca pro uſu adſervandus eſt.

Qui laborem majorem in ſe ſuſcipere vult, talcum prius per vaporem aquæ dulcis mollius reddere po-teſt prout in calcinatione philoſophica cum cornu cervino, ebore & aliis animalium oſſibus fieri ſolet, qui labor tertio die aliquando abſolvitur; tandem & per aliquot dies cum elevato fumo ex ſulphure accen-ſo maceretur, ut modo docuimus, & ſic talcum fiet ita friabile, ut digitis conteri poſſit.

*Not.* Cum talco Muſcovitico res non ſuccedit, ſed ſolo Veneto.

Hic modus reducendi talcum in alcool, commo-dus nec vulgaris eſt: retinet enim ſuam lubricitatem & mollitiem, ita ut, cum cutis eo teritur, butyri inſtar evaneſcat, redditque cutim elegantem, ſubtilem ac formoſam. Plurimi laborarunt, ut hunc pulverem ex talco parare poſſent, ſed nullus unquam cum tanto effectu paravit, quantũ quidẽ hoc noſtro modo paratus edit. Aliqui enim talcum ſubtili lima terebant, alii in cute balenæ, alii in ſola papyro, ſed tardiſſimè u-bique ſucceſſit, & valde parum obtentum. Qui vero talcum igni reverberatorio in fornace calcariâ vel la-teraria committerunt, & in calcem reducere volue-

runt

runt, longè minorem ſunt conſecuti effectum; talco enim humidum ſuum radicale per illam calcinationem omne fuit abſumptum, & nihil acceperunt, præter calcem vulgarem ſine viribus. Idem etiam accidit præparationi olei hujus talci, cujus ubique in libris fit mentio; quod quidem parare ſæpius vidi & ipſe etiam elaboravi; ſed nihil aliud obtinui, præter liquorem ſalinum, qui nihil aliud præſtat, quam vulgare illud oleum ♀ri ex ſale per deliquium factum.

### Pulvis Coſmeticus compoſitus.

℞. *Magiſt. talci præced. marcaſitæ, ſpermatis ceti albiſſimi* ana ℥ij.
M. in mortario vitreo ſeu vitreato & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

*Uſus.* Pulvis lanugine ſeu goſſipio exceptus, adhibeatur cuti veſperi, dum itur cubitum: ſequenti die facies linteo puro & ſicco iterum abſtergatur.

### Pulvis alius Coſmeticus.

℞. *Spermatis ceti albiſſimi, magiſterii talci* ana ℥ij. *ſacchari ♄ni albiſſimi* ℥ß. M. F. Pulvis.
Eandem habet virtutem & uſum cum pulvere coſmetico ſuperiori.

### Roſetta Italorum.

℞. *Magiſterii concharum margaritiferarum & ſplendentium* (matr. perlarum) *magiſt. marcaſitæ* ana ℥ß. *laccæ Indicæ purpureæ vel Florentinæ finiſſimæ*, vel quod melius *magiſterii carmaſini, quod Galli & Itali* carmein & carmion *vocant* q. ſ. Uſus hujus pulveris eſt notus.

### Linteum Ceratum pro larvis ſeu maſquis, ut vocant.

ANte omnia linteum Hollandicum ſubtile & crudum extendatur in quadrato: poſtmodum cum liquore recenti ſpermatis ranarum, (per ſaccum denſum tamen prius abſque igne tranſcolati) humectetur ſæpius linteum & denuò ſponte exſiccetur, ſcilicet ſexies vel ſepties: poſteà in patina vel patella pura ſuper aquam bullientem diſſolvatur *ceræ albæ* ℔ß. *unguent. pomati, ſeu adipis ex pedibus agninis excocti* ℥j. diſſolutis adhuc adde *ſpermatis ceti* ℥ij. *camphoræ* gr. vij. miſceantur inſimul quam optimè.
Cum hâc mixturâ inungitur poſtea linteum (ſuperius cum ſpermate ranarum jam paratum) & quidem penicillo magno & molli ex una parte ſolùm. Quibus peractis, linteum ceratum cum alio panno crudo & puro terendo poliatur.

Ex hoc linteo poſtea fiunt maſquæ pro fœminis contra varias injurias aëris nocentes faciei.

Hanc etiam habet virtutem, quod faciem ardentẽ & rubentem refrigeret, atque cutim mollem, delicatam & albam reddat, & ab omni immunditie præſervet. Fuit quondam ſecretum Sereniſſ. LUDOVICÆ MARIÆ, p. m. Poloniæ & Sueciæ Reginæ.

Ex ſingulari amicitia & communicatione Magnifici Dn. N. Nolle, Cubicularii ejuſdem Reginæ.

### Bezetta rubra ſeu Torna ſolis bezedina.

DEſcriptiones hujus ſunt perquam multæ, nos potiores hic recenſebimus, & primò modum illum, quem olim in Aula Sereniſſimæ Mariæ Ludovicæ p. m. Regiæ Poloniæ & Sueciæ virgo quædam nobilis adhibuit: qui ſequens eſt:

℞. *Baccarum ſpinachiæ bacciferæ recenter collectarum* lib. j. *ſucci acidi citri ſeu limonum rec. expreſſ.* lib. ß. factaque maceratione per aliquot horas, in loco frigido, ſuccus rubicundus per colaturam & expreſſionem ſeparetur; cui denuo immergantur recentes ſpinachiæ baccæ, & iterum fiat expreſſio. Poſt in liquore colato & per reſiſtentiam purificato immergantur bis vel ter linteamina Armeniaca ſeu Turcica, ex goſſypio confecta, & iterum ſponte exſiccentur, inque ſcatula pura ad uſum ſerventur. Pannus hic tinctus, & dicto modo tinctura rubicundiſſima & eleganti imprægnatus fœminis pallidis ſervire ſolet ad inducendum vivaciorem colorem genis palleſcentibus. Modus adhibendi eſt notus. Liquori alicui deſtillato ſeu ſimplici impoſitus, colorem communicat purpureum elegantiſſimum.

Vidi etiam bezetta rubicundiſſima ſolo ſucco baccarum ſolani Americani infecta & parata. Sed hic cautè agant tragematopolæ, qui ſaccharata, & ſimilia ex ſaccharo comeſtibilia, his pannis tingere ſolent, ne talia ſibi linteamina tincta eligant, quæ ſucco aliquo nocivo imbuta ſunt, & inde ſanitatem deſtruant.

In Hiſpania & Gallia paratur bezetta beneficio TRæ ſeu ſucci granorum chermes vel cocci infectoriæ. In Italia cum TRâ rubrâ, ex lana è panno ſcarlato detonſa, ſeu filis ſericis, carmaſini coloris, cum decocto extracta; vel cum ipſa lacca finiſſima Florentina, & ſucco acido granorum ſeu citri.

In Belgio ſunt contenti cum decocto verzino, cum aceto & alumine parato, quo faciem pallidam ornant. Germanæ & Polonæ fœminæ ex filis ſericis aquæ ſimplici calidæ impoſitis cum pauco alumine colorem extrahunt pulcherrimum, quo ſimili modo, genas & labia tingunt in colorem vivacem & rubentem.

Plura his ſimilia qui deſiderat, is inſpiciat *Alexandrum Pedemontanum & VVeckerum de ſecretis. Ioh. Bapt. Portæ magiam naturalem lib. IX. cap.* 17. & alios plures, qui hanc materiam fuſius tractant.

### Charta di Spania.

HUc pertinet & *charta Hiſpanica purpurea* ſeu *coſmetica*; cujus beneficio & genarum roſeus ſeu eleganter incarnatus color conciliatur, qui uſus modò ferè in totâ Europâ fœminis curioſis eſt notus. Hæc charta itidem paratur cum TRâ ſeu magiſterio cochinellæ ſeu cocci infectoriæ, per ſuccum acidum limonum & parum aluminis extracto. Nos curioſitatis cauſſa quondam citra ullam difficultatem rem inſtituimus in hunc modum:

℞. *Laccæ Hiſpanicæ pulch. & finiſſimæ in granis vel loco hujus Florentinæ optimæ ex floccis ſcarlati paratæ*, & non ex ſcobe ligni factæ, ut modò in Italia plerumque fieri ſolet, q. v.
Hanc laccam diſſolve ſuper lapidem, vel in mortario lapideo, cum ſucco acido citri granatorum q. ſ. Mixturam liquidæ conſiſtentiæ ita paratam extende cum penicillo in papyro pura, cum aciditate citri itidem prius inſuccata, & poſtquam mixtura benè exſiccata fuerit, denuo aliam illine, & ad exſiccandum repone, quod tertia etiam ac quarta vice immo ſæpius iteretur, ſicque charta parata erit.

Qui vero colorem rubeum papyro inductum, Hiſpanico more occultare vult, (quod tamen ſuperfluum exiſtimo & nullius utilitatis eſt) is purpuram noſtram in aqua ſalis ammoniaci diſſolutam, quæ

etiam ſuo loco à nobis deſcribetur, adhibeat.

Tincturam hanc, inquit *Cl. VVormius Muſei cap. XI. lib.* 4. ex cnici floribus, ſpuma maris & arena in Hiſpania confici dicunt; Ego eam ex ligno Braſiliano aut ſandalo rubeo extractam chartis his illini arbitrarer, ut exſiccari & hâc formâ circumferri queat. Hoc fuco quando utuntur, digitum ſaliva madefaciunt, & chartæ affricant, qui tantum abradit TRæ, q. ſ. reliquum in uſus ſervatur.

Unam chartam ſeu folium pro ducatone emere quendam vidi, hic verò ejus præparatio gratis communicatur.

### Aqua Coſmetica compoſita D. D. C. pro Principiſſa d. Eggenberg.

℞. ▽æ *flerum fabarum, nymphææ, lil. alborum* ana ℥ij. *rad. ſigilli Salom. ſperm. ranar.* ana ℥iß. *roſar. albar. parum* ſc. ℥ß. TRæ *coſmeticæ* q. ſ. pro lacteſcentiâ, *magiſterii marcaſitæ* ℈iv. *ſacchari* ♄ni *cryſtallini* ʒj. *camphoræ* ℈ij. *ol. ♀ri per deliquium facti* gtt. xxiv. M. F. aqua.

*Nota.* Tinctura coſmetica rubra à Principiſſâ non admiſcebatur prius, quàm eâ uti vellet, tali proportione:

℞. ▽æ *coſmeticæ* cochl. j. *mixturæ coſmeticæ* gtt. ij. vel iij.

Faciem rubram refrigerat, & albedinem gratiſſimam conciliat, cutim etiam tenerrimam & ſubtilem reddit.

### Tinctura Coſmetica alba.

℞. *Balſami albi & clari Ægyptiaci* q. v. spiritus *optimè rectificati* q. ſ. *ol. veri ſtillatitii roſarum* gtt. aliquot. M. &, in vitro benè clauſo (quod Chimici phialam vocant) ſufficiente digeſtione peractâ, TRa alba effunditur, novus ſpiritus affunditur, ad totalem diſſolutionem balſami uſque: conjuncti poſtea colentur per linteum ſubtile & purum. Uſus eſto talis:

℞. ▽æ *ſigilli Salom. flor. fabar. lil. albor. ſaponariæ* ana ℥ß. TRæ *coſmeticæ albæ præcedentis* q. ſ. pro lacteſcentiâ q. ſ. *eſſentiæ odoriferæ roſarum* gtt. j. M. & fiat lac virginis.

Mixturâ iſtâ facies manè & veſperi abluatur; cutim abſtergit & albiorem atque delicatiorem reddit.

### Tinctura Coſmetica rubra.

℞. *Myrrhæ rubræ electæ, aſæ dulcis, ſtoracis calamitæ* ana ℥j. spiritus *opt. rectif.* ℔iß. spiritus *roſarum ardentis opt. rectif.* ℔ß.

Stent in vitro benè clauſo, tamdiu in digeſtione, donec ſpiritus rubicundiſſimè tingatur, poſtea filtretur per chartam, in vitro puro ſervetur ad uſum.

Aſthmaticis prodeſt, uti & catarrhoſis & aliis morbis pectoris. Doſis gtt. x. ad xx. in aqua veronicæ, tuſſilaginis vel violarum. Vſus externus eſt coſmeticus, ad manuum & faciei lavacra, & cum TRâ coſmetica alba ſuperius deſcripta convenit. In aqua florum fabarum, liliorum alborum ſeu ſpermatis ranarum infuſa lacteſcentem reddit liquorem inde & lac virginum dicitur, quod ſtrophiolo puro prius infuſum, manibus & faciei adhibitum cutim reddit nitidam.

Sequens vero præſtantius reperi:

℞. ▽æ *noſtræ ☿ialis communis* (vid. Mercur. coſmet.) part. j. *fontanæ limpidæ* part. vj. spiritus *roſarum fragrantis* gtt. aliquot. (aquam roſarum, quoniam deſtillata eſt, nunquam commiſceo) Miſceantur & cum tinctura coſmetica rubra præcedente præcipitentur, ut liquor fiat lacteus, cui in mortario vitreo mundo admiſcui tantillum pulveris coſmetici poſterioris ſupra deſcripti, ut fieret

### Linimentum Coſmeticum.

℞. ▽æ ☿ialis *noſtræ* p. j. *commun. fluviat. non deſtillatæ* p. vj. *mixturæ rubræ coſmeticæ pro lacte virginis* q. ſ. Jam

℞. *Pulveris coſmetici ſuperioris ſecundæ deſcriptionis* ℥ß. *mixturæ hujus ☿ialis lacteſcentis* q. ſ. Fiat linimentum.

Cum hâc mixturâ illine faciem ab omni immunditie prius lotam & purgatam, albedinem conciliat gratiſſimam & amabilem, ſed caute adhibendum eſt, ne oculos & dentes contingat, & raro.

Illiniri quoque poteſt linimentum hoc linteo panno, decies prius mucagine recenti impregnato, (uti feci Regiomonti) ex quo deinde chirotecæ ac larvæ confici poſſunt nocturno tempore applicandæ.

Ex manuſcriptis Clariſſ. Dn. D. Cnœffelii.

### Balſamum Coſmeticum.

℞. *Unguenti pomati* ℥ß. *ol. jaſmini Romani recentis* ʒj. salis *♀ri deliquat.* ℈ij. *ſpermatis ceti* ℈v. *magiſterii marcaſitæ* ʒij. F. Balſamum.

### Balſamum aliud Coſmeticum.

℞. *Spermatis ceti* ℥ß. *ol. ♀ri per deliquium facti* q. ſ. miſceantur optimè in mortario vitreo, deinde adde *ol. jaſmini* ʒij. *ſucci acidi citri* ʒiij. *magiſterii marcaſitæ, ſacchari* ♄ni ana ʒj. M. F. balſamum.

Aſperitatem cutis lenit, glabram, ſubtilem & albicantem è contra reddit.

### Unguentum rubrum pomatum Ser. Reginæ CÆCILIÆ, pro tingendis labiis atque medendis fiſſuris.

℞. *Unguenti pomati albi odoriferi rec. facti* ʒij. *radicum anchuſæ* q. ſ.

Bulliant ſimul leniſſimo calore, in vaſe clauſo tamdiu, donec omnis rubedo ex radicibus extracta ſit: colato unguento adde *ol. caryophyll.* gtt. iij. *cinamomi* gtt. iv. *citri ex corticibus recent. ſine* igne *extracti* ℈ß. *moſchi, ambræ* ana gr. ij. F. l. a. unguentum rubrum.

### Unguentum Coſmeticum.

℞. *Album. ovor. recent.* n. ij. *benè conquaſſati & in ſpumam redacti, ſucci ſeu aciditatis citri recenter extracti tantundem*;

Mixta coquantur in ollula novâ vitreatâ lento carbonum igne tamdiu, donec tandem abeant in conſiſtentiam pometæ albiſſimæ: materiam interim inter coquendum ſpatula lignea continua agitanda eſt, & ubi refrixerit, adhuc addi poſſunt *ſpermatis ceti* ℥ß. *ol. jaſmini* ʒj. M. F. linimentum.

Utendi modus eſt iſte, ut cubitum itura faciem eo illinat, mane verò eandem linteo puro iterum detergat.

### Linimentum defenſivum, cujus beneficio à veſtigiis variolarum plures immunes manſerunt.

℞. *Fruſtum lardi veteris.* Hoc accende ſuper patinam

tinam flore lactis plenam, pinguedinem deſtillantem & lacti ſupernatantem cochleari argenteo collige, & cum penicillo in eadem intincto, variolas jam maturas, & antequam areſcere incipiant, inungito. Sic facies immunis erit ab omnibus variolarum veſtigiis, quod non ſolùm in aliis multis perſonis, ſed & in ipsâ Sereniſſimâ Reginâ probatum eſt. Medicamentum quidem videtur eſſe ſimplex, ſed eſt magnæ virtutis & utilitatis.

### Sapo Coſmeticus S. R.

℞. *Saponis albi Italici, non fœtidi* ℔ j. conſcindatur aut radatur ſubtiliter, adde *biaccæ Hiſpanicæ* ℥iij. *rad. ireos Florent. ſubtil. pulveriſ.* ℥iß. *magiſt. marcaſitæ, ſpermatis ceti* ana ʒvj. ⊖ ♀*ri ex* ⊕ *extracti* ℈vj. contundantur & miſceantur mortario lapideo cum ▽*æ roſarum odoriferæ* q. ſ. donec omnia per minima commixta ſint, in fine adhuc adde 🝆*i ligni Rhodii, vel roſarum veri* ℈j. Formentur more ſolito globuli, magnitudinis ad placitum.

### Sapo Coſmeticus alius S. R. E.

℞. *Amygdalarum dulcium excortic. & ad pultis formam cum* ▽*â aliquâ odoriſ. q. ſ. redactarum* ℥viij. *vitell. ovorum recent.* num. ij. ▽*æ odoriferæ roſarum* ℥*iij.*
Coq. in patellâ aliquâ argenteâ vel cupreâ, ad conſiſtentiam craſſam inſtar paſtæ, in vaſe non adhæreſcentem, continuò itaque piſtillo ligneo agitanda eſt; Deinde adde *ſaponis Veneti ſubtiliter raſi, & cum* ▽*â roſarum odoriferâ aliquoties loti & perfumati* ℔ij. contundantur in mortario lapideo quàm optimè, ſemper admiſcendo aliquid 🝆*i* ♀*ri per deliquium facti* e. gr. ℥ß. tandem inſpergantur ſequentes pulveres: ſcilicet *magiſterii marcaſitæ* ℥iß. *pulv. rad. ireos* ℥j. *amyli, biaccæ Hiſpanicæ* ana ℥ij. M. donec omnia per minima commixta ſint, tandem adhuc adde 🝆*i jaſmini Romani* ʒj. *roſarum veri* ℈ß. *moſchi optimi* ad libitum.

## *TITULUS XXVII.*

## LIQUOR ALKAHESTICUS Cl. Helmontii & Cnœffelii.

Quid hoc nomen *Alkaheſt*, *Althaeſt*, & *Alcaheſt* denotet, & qualis Medicina ſit, nullibi clarè explicatur.

Clariſſ. Dn. D. *Guern. Rolfincius* cum nonnullis vult, quod alcaheſt, quaſi *alcali eſt* indigitandum ſit, & medicamentum eſſe, ad liquida chimica opera perficienda, ſi conſideretur perfecta ejus præparatio; ad ſolida, ſi inchoatio.

*Ex Polemanni* ſcriptis liquet, liquorem eſſe igneum volatilem, quò facilè 🜍ra metallorum & mineralium ſequeſtrantur.

*Ioh. Glauberus* hic producit ⊖ artis philoſophorum, & ⊖ mirabile, univerſalis ⊖is titulo, quod trium regnorum climata pervadit, & eorum ſumma ſit Medicina.

Innuit ex ⊖e culinario, 🜕o, alumine, aliiſque rebus parari poſſe, de quibus omnibus extenſius tractat Clar. *Rolfincius, in chim. in artis form. redact. lib. 5. ſect. 1.*

Modus procedendi circa fixationem, à dicto *Dn. Cnœffelio* & *Helmontio*, triplici via inſtituitur, ratione triplicis

Objecti, in quod alkaheſt agere debet. Inde triplex etiam reſultat alkaheſt: 1. minerale. 2. vegetabile. 3. & animale.

Sed remotis aliis circumſtantiis, accedo tandem ad ipſius ſecretiſſimi liquoris præparationem, & primò,

### Pro reſolutione Mineralium.

℞. 🜊*ti mineral.* (*ex minera immatura* ☿*ii per ſe more conſueto* Ω*ti*) ſ. q.
Paſce hanc aciditatem cum ⊖*e* ♀*ri*, quouſque deſinat ebullire, perge in additione ⊖*is* ♀*ri*, donec liquor plane fiat lixivialis, poſt adde
⊖*is* ✱*ci*, quoad odor aſcendat planè □lis, deſtilla lento calore humiditatem, ad ſiccitatem uſque, deſtillationem repete, liquorem à fecibus cohobando, & ſemper ⊖is ♀i novi adjiciendo parum, donec liquor planè fiat igneus, & erit liquor alcaheſticus, ad uſus ſequentes paratus.

### Pro reſolutione Vegetabilium.

℞. 🜊*ti vegetabilis*, (*ex lachrymis vitium*) *propriis foliis fermentat.* & per ſe parat. q. v.
Paſce hanc aciditatem cum ⊖e ♀ri, & procede omnimodè ut ante factum cum minerali menſtruo.

### Pro reſolutione Animalium.

℞. 🜊*ti animalis*, (*id eſt ſeri lactis acidum*) q. v.
Paſce hanc aciditatem cum ⊖e ♀i, & idem præparandi ſervetur ordo, ut ſupra de mineralium menſtruo dictum.

Hæc ſunt tria menſtrua particularia, univerſalia cuncta magiſteria, cum tribus his menſtruis fieri poſſunt, in rerum natura, quia per ea in prima eſſentia ſua tria principia reſolvi poſſunt, ex quibus poſt circulationem fit ⊖ volatile ſeu eſſentiale, quod ſummum eſt magiſterium.

De ſubjecto mirabili hujus liquoris, vide ſis *Helmontium tr. poteſt. med.* §. 3. ubi ea vocat, *ex electro opaco, cujus nomen gemma roſæ, nondum apertæ*; id eſt, ☿ immaturum; *ſapor auſterus & terreſtris*; elicitur namque 🜊 ope ignis ex ☿o; qualitate liquor iſte eſt *ignis-aqua, nomen prorſus ſimplex, ſingulare indeclinabile, inſeparabile, immutabile & immortale*, id eſt, Alkaheſt, plura vide apud dictum *Helmontium.*

Uſus hujus menſtrui in extractione rerum inſtituitur hoc modo, e. gr. in vegetabilibus.

℞. *Res extrahendas, ut radices, herbas, &c.* e. g. *fol. meliſſæ, baſilici, abſinthii, ſeu alius generis plantæ* q. v.
Hujus prius in mortario lapideo contuſæ pars j. liquoris alcaheſtici vegetabilis part. ij. M. ſtent in vitro hermeticè clauſo, ad digerendum, per octiduum, ſeu diutius, & quidem calore leniſſimo, tinctum quod eſt auferatur, & liquor novus affundatur, digerendo & extrahendo tamdiu, donec omnis eſſentia plantæ extracta ſit, & ne quid impuri & craſſi eò miſceatur, extractiones omnes per chartam filtrentur, & cum 🜈 opt. rectificati & alcooliſati ſ. q. miſceantur bene, in phiala, hermeticè clauſâ; Hic ſine mora 🜈 in ſe recipit TRam, & omne hoc, quod

in liquore alkaheſtino eſt extracti, iterum extrahit, & ambo à ſe invicem ſeparantur, ita ut ▽ cum imbibito extracto ſeorſim, & liquor alkaheſt ſimiliter ſeorſim, & quidem purus, omnique extracto privatus in vitro ſtet, quod & *Cl. Dn. Dn. Rolfincius*, de ſuo ex ⦶o parato liquore alkaheſtico refert. Tandem ▽ eſſentia plantæ impragnatus, & à liquore alkaheſtico ſeparatus in leni digeſtione exhalet ad juſtam eſſentiæ conſiſtentiam.

Hoc peracto, utrumque tam eſſentiam, quam liquorem alkaheſticum ad uſum ſerva.

Eſſentiam tanquam Medicinam, ad extirpandos morbos: liquorem verò alkaheſt, pro extrahendis rebus aliis plurimis, in quibus iterum inſervire poterit.

Sic proceditur quoque in extractione TRrarum & 🜍rum metallicorum: ubi hoc annotandum, quod temporis hic requiritur plus, & aliquando tres vel quatuor menſes, antequam extractio perficitur.

*Nota*. Parata dicto modo eſſentia, alkaheſt innatans inſtar rubini, ſeparari atque in ovo philoſophico & hermeticè clauſo ulterius circulata, in lapidem, ſive ⊖ eſſentiale mutari poteſt, quod virtutibus ſui concreti ſeu individui inſtructum erit.

*FINIS.*



AD LECTOREM·

# AD LECTOREM.

CVM jam ad finem perducta eſſet Editio amborum Tractatuum quibus Appendix ad Pharmacopœam Schrœderianam illuſtratam & auctam, concinnabatur; reſcivimus Franciſcum Angelum à Sancto Joſeph Carmel. Diſcalc. Thoſanum, Pharmacopæam Perſicam ex Idiomate Perſico in Latinum vertiſſe. Curioſitate itaque moti, & ornamentum ac majus complementum Operis Pharmaceutici Studio noſtro compilati, & mox in lucem producendi, ab omni parte conquirentes continuò allaboravimus ut hoc Opus extraneum Pariſiis editum ad manus noſtras deveniret; quod poſtquam brevi obtinuiſſemus, vidimus Clariſſ. F. Bernier Doctorem Medicum Facultatis Monſpelienſ. & I. Fr. Paitis à Cruce Interpretis Regii Filium,(qui ambo in Perſide, Regionibuſque adjacentibus ſunt peregrinati) atteſtari, Rever. Patr. Fr. Angel. à Sancto Ioſeph non tantùm abundantiſſimam Linguæ Perſicæ cognitionem poſſidere, ſed etiam in Perſia per plures annos commoratum, ibidem medicam artem exercuiſſe, & quàm fideliſſimè Pharmacopœam hanc è lingua propria latinè reddidiſſe: avido itaque animo opus hoc evolventes, nihil quod chymicam cognitionem ſpectaret reperiebamus, ſed tantùm compoſitiones innumeras, quarum paucæ accurationem aliquam in laborando ſaperent. Propterea omnia tanquam labori noſtro ornando minùs apta propè rejectanea cenſebamus; verùm cùm de his apud quoſdam ex Amicis Medicinæ Doctores Clariſſ. verba faceremus, inſtarunt illi, ut non revera totum Opus prælo ſubmitteremus, etiamſi omnes illius compoſitiones in totum à noſtris differrent, ſed quædam tantùm excerperemus, eaque accuratiora, unde manifeſtum fieret quibus exquiſitioribus inſtrumentis in medendo utantur Medici Perſæ: quibus cùm etiam adderemus, plures qui de Pharmacopœæ Perſicæ nomine aliquid audiviſſent, eamque preſſiùs non noviſſent, ſi intelligerent de ea nihil prorſus in Compilatione noſtra reperiri, arbitraturos eam hac in parte deficere, omnino concludebamus ſeligenda quædam eſſe, unde in Medicos Noſtrates ea deveniret utilitas quæ ex totius operis lectione percipi poſſet. Cúmque præterea exquiſitiſſimi laboris Tractatulum, Inſulæ ſcilicet Ceyloniæ Theſaurum Medicum, ſeu Laboratorium Ceylonicum, jam ab Anno 1679. Typis conſignatum, attentiùs nunc evolveremus, Lectori Curioſo, & in Chymicis verſato pergratum nos facturos credidimus, ſi quæ ibi in uſum Regionum noſtrarum maximè ceſſura eſſent, quæque Arcana Chymica à multis expetita, à paucis inventa, in ſe continerent, iis quæ è Pharmacopœa Perſica excerpſeramus ſubjungentes, inde Appendiculam conſtrueremus, quam hìc tibi, Lector Benevole, ex animo exhibemus.

EXCERPTA

# EXCERPTA
## È
# PHARMACOPŒA PERSICA.

### CAPUT ALIF. SEU A.

### ARESTOUN.

*Electuarium Ariſtotelicum.*

CONFERT phtiſi, ventris dolori, febri irregulari, atque quartanæ; colicæ, uteri tormentis, & corporis infrigidationi.

| | |
|---|---|
| Rec. *Opii Ægyptii, dr. 4.* | *Croci, dr. 3.* |
| *Acaciæ,* | *Sulphuris flavi, dr. 10.* |
| *Piperis, ana dr. 10.* | *Euphorbii, dr. 3.* |
| *Pyrethri, dr. 3.* | *Spicæ Indicæ, dr. 10.* |
| *Amomi, dr. 20.* | *Mellis, q. ſ.* |
| *Caſſiæ, dr. 4.* | |

Tùm medicamentis contritis, ac probè cribratis, fiat maſſa ex arte ad electuarium, doſis; m. 1.

### AMBROUSIA.

*Ambroſia.*

Hepatis ac ſplenis paſſionibus ſuccurrit, & ipſorum obſtructiones aperit; utinam cit. calculum è renibus & ex veſicâ pellit, necnon incipienti hydropi obviat.

| | |
|---|---|
| Rec. *Cumini nigri,* | *Coſti,* |
| *Dauci,* | *Piperis,* |
| *Xylo-Balſami,* | *Piperis longi, ana. dr. ſ.* |
| *Caſſiæ,* | *Myrrhæ el. dr. 3.* |
| *Cardamomi,* | *Baccarum lauri, nu. 10.* |
| *Florum Schœnanti, ſive junci odorati,* | *Acori,* |
| | *Croci, ana dr. 2.* |
| *Seminis apii, ana dr. 1.* | |

Triturentur, cribrentur, & melle excipiantur; doſis, ad quantitatem nucis avellanæ in aquâ calidâ.

### ATHANASIA KEBIR.

*Athanaſia magna.*

Confert in doloribus hepatis, ſplenis, & ſtomachi; in diarrhœâ item phlegmaticâ, in tuſſi vetere, in vomitibus cruentis & in ſtupore; ac tandem in dolore renum, veſicæ, dorſi, hæmorrhoidum; flatus inſuper ac tormina diſcutit.

| | |
|---|---|
| Rec. *Myrrhæ,* | *Sem. papaveris,* |
| *Opii,* | *Agrimoniæ,* |
| *Croci,* | *Cornu dextri capri montani combuſti,* |
| *Caſtorei,* | |
| *Sem. hyſquiami,* | *Hepatis lupi deſiccati,* |
| *Coſti,* | *ana q. u.* |
| *Cardamomi,* | |

Trituratis triturandis, ſolutiſque in vino ſolvendis, fiat maſſa ex melle. q. ſ. doſis. m. ſ. ad dr. 1. cum ſucco pomorum.

### ATRIFEL DIDOUN.

*Tryphera ad Lumbricos.*

Vermes longos, ac latos; tineaſque omnes enecat & educit.

| | |
|---|---|
| Rec. *Hedyſari chebuli præp. dr. 10.* | *Abſinthii,* |
| | *Seminis Sancti,* |
| *Turbit,* | *Epithymi,* |
| *Baccarum ſolani halicacabi,* | *Salis Gemmæ,* |
| | *Sinapi,* |
| *Coſti amari, ana dr. 5.* | *Pulpæ colocynthidis,* |
| *Cambil.* | *Cyperi,* |
| *Lupinorum Ægyptiorum.* | *Draguntii, ana dr. 3.* |

Pulverata omnia ac ſetaceo trajecta cum triplo mellis ſubigantur. Doſis. m. 2. ad 4. juxta temperamentum ſubjecti, atque vires.

### ATRIFEL GOUDDI.

*Tryphera ad Strumas.*

Ad anginam quippe, & ad ſtrumas remedium probatum.

| | |
|---|---|
| Rec. *Myrobal. Indar. dr. 15.* | *Maſtiches,* |
| | *Cardamomi,* |
| *Emblic. & belleric.* | *Epithymi, d. 10.* |
| *Turbit albi.* | *Polypodii quercini,* |
| *Strumarum colli arietis* | *Stœchados,* |
| *deſiccatarum, ana dr. 5.* | *Senæ Mekkenſis, ana dr. 7.* |
| *Zurumbati,* | *Lepidii Indici.* |
| *Agarici,* | *Caryophyllorum,* |
| *Salis ammoniaci, ana dr. 3.* | *Nucis Moſchatæ,* |
| | *Spicæ Indicæ,* |
| *Aniſi,* | *Caſſi, ana dr. 2.* |

Tum confuſa probè, & incerniculo excuſſa melle excipiantur. doſis. dr. 5.

AK-TSIRIN.

## AK-TSIRIN.

*Collyrium ſubtiliſſimum.*

Ad palpebrarum ſcabiem; & defluvium.

Rec. *Ceruſſæ plumbeæ, d.* 8. *Spodii aduſti dr.* 1.
*Cadmiæ argenti,* *Amyli,*
*Gummi arabici, ana dr.* 4. *Opii, ana dr.* 2.
Tenuiſſime contrita, & pollinario cribro trajecta ſerventur ad Collyrium.

## AB QOMEH.

*Aqua acidula in teſtaceo vaſe.*

Ventriculum roborat, pituitam pellit, & cibi appetentiam ſupra modum accerſit.

*Panem recentem, & calidum in vaſe fictili, at novo reconde, donec vireſcat, deinceps aceto redigatur in maſſam, & exponatur ſoli; tum acetum infunde per dies decem & itidem per totidem dies muſtum infunde; dein aromatum pulverem ſupra ſpargito; ſi autem acutiorem deſideras, ex maſſa illâ lib.* 6. *Sume & lib.* 18. *aceti veteris ſupra funde, ac ſimul ſacculum aromatibus ruditer contuſis plenum projice; tum per dies quadraginta inſoletur; & experimento mandetur: aromatum porrò doſis hæc eſto;*

Rec. *Aniſi,* *Seminis apii, ana dr.* 2.
*Cumini caramanici,* *Zingiberis,*
*Cardamomi Majoris,* *Piperis longi,*
*Caryophyllorum,* *Cinamomi, dr.* 10.
*Melanthii,*
Sacculo include, & in vaſe repone.

## BENADOUQ EL BEZOUR.

*Bolus ex ſeminibus.*

Utilis eſt ad urinæ æſtum; ad ulcera renum, & veſicæ, & ad dyſſuriam, & ad urinæ retentionem.

Rec. *Medullæ ſeminum peponis, dr.* 10. *Gummi tragacanthæ,*
*Amyli,*
*Utriuſque cucumeris, dr. ſ.* *Succi liquiritiæ,*
*Cucurbitæ,* *Papaveris albi,*
*Hyoſcyami albi,* *Boli armenæ,*
*Portulacæ,* *Seminis apii, ana drag.* 2.
*Biſmalvæ,*
*Medullæ amygdalarum mundatarum,*
Conterantur & fiat bolus, doſis dr. 3. cum Syrupo papaveris.

## BENADOUQ KONDORI.

*Bolus ex Thure.*

Ad diarrhœam, & lienteriam.

Rec. *Gallarum viridium, dr.* 1. *Opii, dr.* 9.
*Thuris,* *Baccarum myrthi, dr.* 10.
*Fructus tamaricis, ana dr.* 5.
Contrita probè, ac ſerico cribro transfuſa reducantur in bolos duorum dungorum.

## BEZERGELI.

*Compoſitio napelli ad lepram.*

Rec. *Mirobal. ind. emblic. & belleric, lepidii ana dr.* 4. *Cardamomi majoris,*
*Xylocaſſiæ,*
*Piperis,*
*Nucis myriſticæ,* *Longi piperis,*
*Pæoniæ,* *Malabathri, ana m.* 8.
*Struthii,* *Napelli albi, m.* 4.
*Succi ſcillæ,*
His probe tritis fiat electuarium cum penidio, doſis, m. 1.

## BEROUD VERDI.

*Collyrium refrigerans de roſis.*

Valet ad ulcera oculorum, & ad palpebrarum depilationem.

Rec. *Ceruſſæ ſtanni, dr.* 15. *Hæmatitis ablutæ,*
*Cadmiæ combuſtæ,*
*Cadmiæ, dr.* 10. *Amyli,*
*Gummi arabici, dr.* 7. *ſ.* *Opii, ana dr.* 1.
Tenuiſſime contrita, in uſum reducantur.

## BENEFTEC-HI.

*Collyrium Inſuflandum.*

Ad oculorum caliginem, & nubeculam, ad lachrymam, ad ſcabiem palpebrarum, & ad pruritum.

Rec. *Lapidis hæmathitis abluti, dr.* 2. *Spicæ Indicæ, ana dr.* 3. *ſ.*
*Malabathri dung.* 2.
*Sanguinis draconis, dung.* 1. *Coccolarum, ſive cardamomi Majoris,*
*Æris uſti,* *Moſchi, dung.* 1.
*Piperis longi,* *Camphoræ, dung. ſ.*
Hæc ad lævorem pulverata, & ſerico fuſa, ad uſum reducantur.

## BOVC-HOVRI.

*Fumigatio ſeu ſuffitus.*

Catharrum & coryſam compeſcens.

Rec. *Thuris,* *Myrrhæ,*
*Storacis,* *Coſti,*
*Macis,* *Sandaracis gummi.*
Contrita, ac cribrata formentur in globulos, aut teſſeras; quibus prunis appoſitis caput dimittito.

## BOVC-HOVRI.

*Suffitus ſecundinam, puerumque mortuum educens.*

Rec. *Myrrhæ,* *Opopanacis,*
*Galbani,* *Sulphuris, ana.*
Contrita, ac cribrata, felle bovino excipiantur, & in globulos efformentur; dein ſub vaſe perforato, ſive infundibulo fiat ſuffitus utero ſupponendus.

## POC-HTEH ĠIOVSCH.

*PULMENTUM.*

Contra frigiditatem ſtomachi, & hepatis; item ad dolorem dorſi, & artuum; ad colicam, torturam, & oblivionem, & contra dolorem renum; colorem etiam vivificat, oriſque ſuaveolentiam conciliat, licium cit, & flatus diſcutit.

Rec. *Succi botrorum minas* 100. *Nucis myriſticæ,*
*Zaffarani,*
*Carnis agniculi pinguis ſemicoctæ, minas* 20. *Maſtiches,*
*Galangæ, ana dr.* 5.
*Agallochi recentis, dr.* 10. *Xylocinamomi, dr.* 1.
*Cardamomi,*

*Cardamomi,*
*Cubebarum,*
*Zurumbati,*
*Caryophyllorum,*
*Cyperi,*
*Macis, ana dr. 3.*
*Zingiberis,*
*Cinamomi,*
*Spicæ,*
*Pyrethri, ana dr. 1.*
*Mellis, lib. 10.*

Carnem in expreſſo ſucco botrorum ad perfectionem decoquito; medicamenta verò ſacculo incluſa, leviterque & laxè circa os colligata, decoctioni addito, & identidem manu confricato; tum libr. 1. aquæ roſaceæ ſuperaddito, & colo trajicito; colaturam autem vaſe teſtaceo includito, quâ poſt ſex menſes uti valeas; ſi lubet; pullum gallinaceum, aut columbinum, coturnicem, aut ſimilia, portioni carnis agniculi ſubſtituito.

## TERIAQ FAROVQ.

### *THERIACA SELECTA.*

Nocumentum morſus viperæ, ſcorpionis, tarentulæ, & reliquorum animalium virulentorum reparat; & ad omnia lethalia, remedium præſens eſt; valet etiam contra lepram corrodentem; contra paralyſim, epilepſiam, apoplexiam, torturam, tremorem, melancholiam; item ad aſthma, ad faucium dolorem, ſive melancholicum, ſive pituitoſum; ad hydropiſim, ad morbum Regium, ad vertiginem, & cephalalgiam, ad colicam pituitoſam, & ad renum & veſicæ dolorem; calculum è renibus, & ex veſica pellit; obſtructiones hepatis, ac ſplenis aperit; menſes provocat, nec non hemorrhoides purgat & flatus contumaces in viſceribus contentos diſcutit; tumores & oppilationes jecoris, & lienis mollificat; tineas latas expellit; fami caninæ, ac fallaci medetur; febres pituitoſas, ac melancholicas, & quaſcunque paſſiones in phlegmate, & atra bile fundatas diſſipat, calorem nativum tuetur, ſpiritus confortat & robur addit, doſis in tuſſi veteri, in dolore pectoris, ac lateris à flatu craſſo procedente cum prædominio phlegmatis, quantitas lupini cum hydromelite: ad morſus viperæ, canis rabidi, & ad ictus ſerpentum, & phalangiorum ac tarentulæ m. 1. cum vino, ad ictum vero veſparum aceto diluta applicetur: at contra nocumentum medicamentorum lethalium, ut ſunt opium, cicuta, euphorbium, aconitum, ac ſimilia in vino ſumatur; ad icterum ab obſtructione provenientem quantitas lupini in decocto aſari exhibeatur; ad hydropem quantitas avellanæ; in aceto diluta porrigatur; ad paralyſim vero, ad torturam, & ad tremorem, in aqua ptyſana; & ad lepram corrodentem in ſero caſei propinetur; ad latas ventris tineas in pulmento gelatinæ diluatur; in febribus tum phlegmaticis, tum atrabilaribus quantitas lupini cum aquâ calidâ, aut cum vino convenit; in colica, in tumore ventriculi, in dolore pungitivo à flatibus procedente, item ad dejectam appetentiam, ad diſpnœam, ad raucedinem, & ad lepram quantitas lupini in melicrato, aut in vino diluta conſentanea: in aſthmate miſceatur cum ſyrupo acetoſo ſcillitico; in Epilepſiâ, & cephalalgia, & hemicrania, quantitas lupini ſumatur cum aqua calida; ad indigeſtionem cum nauſeâ dungi duo ſufficiunt cum pomorum ſapa; ſed ad uteri profluvia & ad educendum fœtum mortuum porrigatur in decocto ſabinæ, cum dictamno aut rutâ, & in omnibus morbis doſis minima calculus unus, maxima vero m. 1.

Rec. *Trochiſcorum ſcilliticorum, m. 48.*
*Trochiſcorum viperinorum,*
*Trochiſc. hedychroi magmatis,*
*Piperis nigri,*
*Opii,*
*Cinamomi, ana m. 24.*
*Seminis napi ſilveſtris,*
*Allii agreſtis,*
*Ireos,*
*Agarici,*
*Succi glycyrrizæ,*
*Opobalſami, ana m. 12.*
*Myrrhæ mecikenſis,*
*Zaffarani, Zingiberis,*
*Rheibarbari Chinæ,*
*Sanguinis draconis, aut ſeminis lactucæ,*
*Origani,*
*Praſii,*
*Petroſelini,*
*Coſti,*
*Piperis albi,*
*Stæchados,*
*Piperis longi,*
*Dictamni cretenſis,*
*Thuris,*
*Florum ſchœnanti,*
*Therebintinæ,*
*Xylocaſſiæ,*
*Spicæ,*
*Polii, ana m. 6.*
*Styracis,*
*Apii,*
*Seſeleos,*
*Naſturtii,*
*Chamædrios,*
*Chamæpityos,*
*Ammeos,*
*Succi hypociſtidis,*
*Nardi,*
*Folii Indici,*
*Dauci,*
*Galbani,*
*Bdellii, ſeu Bituminis Iudaici,*
*Gentianæ,*
*Fœniculi,*
*Terræ ſigillatæ,*
*Chalcitidis toſtæ, vel aluminis toſti,*
*Amomi,*
*Acori,*
*Carpobalſami,*
*Hyperici,*
*Gummi Arabici,*
*Cardamomi,*
*Aniſi,*
*Acaciæ, ana m.*
*Caſtorei,*
*Dauci,*
*Galbani,*
*Bdellii, ſeu bituminis Iudaici,*
*Opoponacis,*
*Centaurii minoris,*
*Ariſtolochiæ rotundæ,*
*Sagapeni, ana m. 2.*
*Mellis ex floribus Thymi confecti, lib. 2.*
*Vini malvatici, vel apiani, vel baſilicati, lib. 8.*

Pondere nimirum Babilonico, in quo libra una meſcalis 90. æquivalet: tum gummis, ſuccis, ac trochiſcis in vino ſolutis mel ſuperfunde; & per diem integrum, ac noctem, ibidem maneant; medicamenta verò in pulverem redacta, ac ſetaceo cribro fuſa, cum oleo balſami obiter torrefiant, & formentur in maſſam; & poſt quatuor menſes, imo poſt ſex menſes adhibeantur ad uſum: placuit quibuſdam citra quinquennium uſum non convenire; alii duodecim annos ad tutum uſum, alii cautiores triginta annos aſſignarunt: porro ad ſexaginta uſque annos virtutem ejus permanere autumant, imò poſt annos ſexaginta electuariis maximis ad omnia ſupradictarum infirmitatum genera æquivalere compertum eſt, præterquam ad venena & ad animalium ictus.

## THERIAQ TAMANIEH.

### *Theriaca de Octo.*

Cujus compoſitio ſucceſſit theriacæ diateſſaron, ſeu de quatuor; & ipsâ utilior ac præſtantior eſt.

Rec. *Ariſtolochiæ longæ,*
*Rheibarbari Chinenſis,*
*Corticis radicis capparis,*
*Baccarum lauri,*
*Myrrhæ pellucidæ,*
*Coſti amari,*
*Gentianæ,*
*Terremeritæ, ſeu curcumæ, ana.*

Hæc pulverata, & in cerniculo trajecta melle deſpumato excipiantur, & fiat electuarium, doſis, m. 1.

## TERIAQ SARTOUN.

*Theriaca de Cancris.*

Ad morſum canis efficax.

| | |
|---|---|
| Rec. *Cancrorum aduſtorum dr.* 10. | *Thuris,* |
| | *Gentianæ, ana dr.* 5. |

In pulverem redacta, & incerniculo purgata melle excipiantur: doſis: m. 1.

## TERIAQ DIGHER.

*Theriaca alia.*

Ad deleteria item valet: maximè ad ſcorpionis ictum.

| | |
|---|---|
| Rec. *Seminis rutæ.* | *Abſinthij.* |
| *Ariſtolochiæ longæ.* | *Terræ meritæ, ſeu curcumæ.* |
| *Baccarum lauri,* | *Radicis Colocynthidis.* |
| *Gentianæ,* | |
| *Corticis radicis capparum.* | *Vitis albæ, ana.* |

Tuſa, ac cribrata, miſceantur ad electuarium melle addito.

## TERIAQ DIGHER.

*Theriaca alia.*

Contra nocumentum opij, & hyoſciami.

| | |
|---|---|
| Rec. *Aſſæ fœtidæ.* | *Gallarum Cypariſſi.* |
| *Caſtorei.* | *Piperis, ana.* |

Hæc tuſa, & per cribrum trajecta in electuarium ex melle convertantur, doſis quantitas avellanæ.

## TERIAQ ZEREB.

*Theriaca ad Diarrhæam.*

| | |
|---|---|
| Rec. *Margaritarum imperforatarum.* | *Farinæ fructus.* |
| | *Loti arboris.* |
| *Corallij.* | *Farinæ jujubarum albarum.* |
| *Carobe, ſeu ſuccini,* | |
| *Amethyſti.* | *Baccharum myrthi,* |
| *Iaſpidis,* | *Fructus tamaricis.* |
| *Eboris, ſeu Tabaſchir,* | *Iujubarum aduſtarum.* |
| *Spodij.* | *Corticis exterioris piſtacirum.* |
| *Hypociſtidis,* | |
| *Coriandrorum ſiccorum, ac frixorum.* | *Paſſularum, ana dr.* 3. |
| | *Foliorum argenti. dr.* 1. |
| *Santali albi.* | *Seminis pertulacæ aduſti.* |
| *Behemen rubi & albi.* | *Papaveris albi,* |
| *Arecæ.* | *Acinorum uvarum prægrandium, ana dr.* 5. |
| *Cyperi.* | |
| *Cumini caraman. majoris.* | *Agallochi recentis.* |
| *Maſtiches.* | *Seminis hyoſcyami, ana dr.* 2. |
| *Cari.* | |
| *Gallæ viridis,* | *Sapæ cotoneorum dulcium,* |
| *Terræ armenicæ.* | *Sapæ malorum, ana. Fiat* |
| *Hæmathitis lenticularis,* | *Electuarium,* |
| *Gummi arabici.* | |

## GIOVARESCH TABASCHIR.

*Confectio de Tabaſchir.*

Ad febrim, & ad diarrhœam proficua.

| | |
|---|---|
| Rec. *Tabaſchir, ſeu pſeudoſpodij,* | 10. |
| *Roſarum,* | *Piſorum,* |
| *Baccarum myrti, ana dr.* | *Gummi arabici, ana. dr.* 7. |
| | *Balauſtorum,* |

| | |
|---|---|
| *Rhois,* | *Zaffarani.* |
| *Succi hypociſtidos an. dr.* 6. | *Opij, ana dr.* 2. |

Iſta contrita, ac per ſetaceum cribrum traducta excipiantur ſapâ pomorum, doſis; dr. 3.

## HAB VASSEL.

*Pilulæ ad Strumas*

Sic vocatæ, quia ad ſtrumas item ad parotidas, & ad apoſtemata glanduloſa proſunt.

| | |
|---|---|
| Rec. *Spicæ,* | *Croci; ana dr.* 1. |
| *Caſſiæ ligneæ,* | *Aloes Socotoræ, dr.* 16. |
| *Opobalſami,* | *Stœchados,* |
| *Aſari,* | *Pulpæ colocynth. ana dr.* 5. |
| *Xylobalſami,* | *Turbit albi, dr.* 7. |
| *Maſtiches,* | *Salis Indici, dr.* 2. |
| *Cinamomi,* | *Scammonij, dr.* 4. |

Diſpoſitis medicamentis, addenſentur pilulæ, doſis, dr. 4.

## HAB GEHET ATESCHEK.

*Pilulæ aliæ ad morbum mahometanum; quem Mahometani gallicum vocant.*

| | |
|---|---|
| Rec. *Hieræ picræ, m.* 1. | *Corticis mirobal. citrin.* |
| *Turpeti albi, dr.* 1. | *Galangæ,* |
| *Agarici,* | *Hermodactylorũ, an. dr. ſ.* |
| *Lapidis lazuli abluti,* | *Scammonij, dung.* 1. |

Fiat trituratio, cribratio, & ex roſacea catapotia formentur.

## HAB. ESTESQA.

*Pilulæ ad hydropem.*

| | |
|---|---|
| Rec. *Turbit albi,* | *Bituminis Iudaici,* |
| *Rheibarbari Chinæ, dr. ſ.* | *Sem. Vrticæ, ana dung.* 2. |
| *Agarici,* | *Euphorbij oleo roſato frixi, dung.* 1. |
| *Ariſtolochiæ rotundæ, & longæ, ana dung. 1. ſ.* | |

Piſtis medicamentis & incerniculo lævigatis, fiat maſſa ad pilulas ex aqua ſimplici.

## HAB REIA.

*Pilulæ Spei.*

Ut pote ad obſtinatos podagricorum angores ferme infallibile ſolamen.

| | |
|---|---|
| Rec. *Turbit dr. 1. ſem.* | *Succi abſinthij, ana dung.* 2. |
| *Agarici,* | *Pulpæ Colocynthidis,* |
| *Hieræ picræ,* | *Scammonij, ana grana hordei, 6.* |
| *Epithymi ana dung.* 4. | |
| *Centaureæ minoris,* | |
| *Seminis pegani, ſeu harmel Arabum, vel verbaſci.* | *Bdellij.* |
| | *Aniſi, ana dungum* 1. |

Fiant Pilulæ ex aqua fœniculi.

## HAB BER IOUMA.

*Pilulæ ipsâ die.*

Sic dictæ quod ipsâ die artuum dolores compeſcunt.

| | |
|---|---|
| Rec. *Aloës ſocotoræ,* | *Hermodactylorum, ana dr.* 2. |
| *Turpethi fœminæ, ana dr.* 8. | |
| *Corticis myrobal. citrinarum,* | *Aniſi,* |
| | *Scammonij. ana dr.* 1. |
| *Buzidan.* | *Bdellij, dr. 1. ſ.* |

Ex aqua porrorum fiant pilulæ, doſis dr. 3. ex aqua calidâ.

## HABB EL MELOUK.

*Pilulæ Regiæ.*

Ad colicam, & ad flatuum impotentiam, & pertinaciam.

| | |
|---|---|
| Rec. *Aloes ſocotorinæ, dr. 5.* | *Zingiberis,* |
| *Turbith, dr. 10.* | *Aniſi,* |
| *Corticis myrobal. citrin. & nigrorum, ana dr. 3.* | *Seminis apij hortenſis,* |
| *Salis Indi, dr. 2.* | *Caryophyllorum,* |
| *Maſtiches,* | *Piperis,* |
| *Zaffarani,* | *Cardamomi minoris,* |
| *Folij Indici,* | *Cinnamomi,* |
| *Coſti,* | *Tragacanthæ,* |
| *Caſſiæ ligneæ,* | *Cardamomi majoris, ana dr. ſ.* |
| *Rhabarbari Chinici,* | *Scammonij, m. 2.* |
| *Spicæ,* | *Moſchi, dangam. 1.* |

Curioſè teruntur, & per ſetaceum purificentur; dein ex roſaceo pilulæ fiunt. Doſis dr. 3.

## C. HEZZAB.

*Tinctura.*

Hæc compoſitio ad denigrandos capillos familiaris eſt.

| | |
|---|---|
| Rec. *Gallarum, lib. 1.* | *Aluminis ſciſſilis, ana dr. 5.* |
| *Gummi tragacant.* | *Salis armeniaci, dr. 4.* |
| *Pompholiges,* | *Salis gemmæ, dr. 4.* |

Gallæ in oleo olivarum decoquantur, donec diſrumpantur; & cum cæteris medicamentis tuſis, ac cribratis mixtio fiat ex aqua calida, & per quatuor horas fiat infuſio: deinde caput ac barba colluantur, atque ſiccentur; poſteà hoc decocto confricentur; & poſt horas ſex, aquâ colluantur.

## DOUA EL MESCHK ELKEBIR.

*Diamoſchum magnum.*

Præſtans ad duritiem hepatis, ſplenis, & ſtomachi; valet item ad hydropem, & ad ventriculi infrigidationem: obſtructa aperit, urinam cit: calculum è renibus, & ex veſica propellit: corpuſque macilentum & gracile efficit.

| | |
|---|---|
| Rec. *Laccæ lotæ,* | *Caſſiæ ligneæ,* |
| *Dauci,* | *Maſtiches,* |
| *Seminis petroſelini montani,* | *Calami odorati,* |
| | *Aſari,* |
| *Cumini nigri, ſeu Caramanici,* | *Bdellij, ana dr. 6.* |
| | *Thuris, dr. 4.* |
| *Zingiberis, ana dr. 8.* | *Piperis longi,* |
| *Chamæpiteos,* | *Ariſtolochiæ longæ, dr. 3. ſem.* |
| *Hyſſopi, ana dr. 4. & dang. 4.* | *Succi liquiritiæ, dr. 27.* |
| *Gentianæ,* | *Rheibarbari Chinici,* |
| *Ariſtolochiæ rotundæ, ana dr. 1.* | *Polij montani,* |
| | *Schœnanti, ana dr. 2.* |
| *Aloes ſocotoræ,* | *Piperis,* |
| *Spicæ, ana dr. 12.* | *Coſti, ana dr. 10.* |
| *Valerianæ, dr. 15.* | *Seſeleos, dr. 10.* |
| *Opobalſami,* | |

Fiat pulvis, ex quo concinnetur paſta ex arte; doſis m. 1.

## DOVA EL KEBRIT.

*Electuarium de Sulphure.*

Ad affectus phlegmaticos, & melancholicos; ad febres inveteratas; ad aſthma, ad tuſſim pituitoſam, ad narcoticum è thorace emergentem; ad hydropem, & dolorem ſplenis; ad urinæ difficultatem confert; calculum è renibus, & veſica propellit; nocumento à medicamentis lethalibus, ut ſunt opium & cicuta cauſato antidotum, ac remedium ſuppeditabit; tandem phalangiorum, & ſcorpionum ictibus opitulabitur.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sulphuris flavi,* | *Coſti amari, ana dr. 10.* |
| *Seminis hyoſcyami albi,* | *Opij,* |
| *Styracis liquidæ,* | *Croci, ana dr. 2.* |
| *Myrrhæ, ana dr. 8.* | *Caſſiæ ligneæ dr. 12.* |
| *Rutæ,* | *Piperis albi, dr. 20.* |

Adhibeatur pauxillum, & ſuccum mellis, quum in electuarium rediguntur: doſis m. 1.

## DIKBERDIK.

*Medicamentum de arſenico.*

Gangrenæ, & veteranis ulceribus non parcit; carnem ſuperfluam exedit, & conſumit.

| | |
|---|---|
| Rec. *Arſenici rubri ac flavi, ana dr. 6.* | *Calcis vivæ, dr. 15.* |
| | *Æruginis, dr. 1.* |
| *Myrrhæ Mekkenſis, dr. 10.* | |

Conteruntur, cribrantur, maſſa fit, & formantur rotellæ cum aceto.

## SEFERGELI MOVSSEHEL.

*Diacydonium purgativum.*

VEntriculo robur ſuppeditat: appetentiam cibi commovet; colicam diſſipat.

*Mala cotonea à cortice, ac ſeminibus rite mundata in aceto, ac vino decoquito, ad perfectam coctionem; cū cribro rariori trajicito; adde mellis deſpumati min. 1. & iterum decoque ad juſtam conſiſtentiam; demum ſupra ſpargantur Zingiberis, Piperis longi, Cardamomi majoris, Cinamomi, Croci, ana dr. 3. Maſtiches, dr. 5. Turpethi albi, dr. 30. Scammonij, dr. 10.*

Doſis m. 5. ad m. 7. cum aqua calida ad colicam paſſionem.

## SEFERGELI MOVMMESSEK.

*Diacydonium ſtypticum.*

Alvum obſtruit; ſtomachum roborat; vomitum compeſcit; colorem vivificat; appetentiam excitat.

*Cotoneorum Aſpahanenſium à cortice, ac granis mundatorum min. ſ. in aceto decoque ad perfectam coctionem; inde bene contrita iterum cum mellis minâ ſemis commiſceantur, & decoquantur ad debitam formam, tandem Zingiberis, Piperis, longi piperis pulveratorum, ana drach. 4. Seminis petroſel. Macedon. Melanthij, Croci, item pulveratorum, ana dr. 2. inſpergantur: conficiatur maſſa cujus dr. 4. ad juſtam doſin devorentur.*

## SEKENGEBINFOU.

*Syrupus acetoſus ex valeriana.*

Aquam intercutem diſpeſcit; ad duritiem quoque ſplenis, & hepatis; tum etiam ad obſtructiones tantundem virtutis, & utilitatis expromit.

| | |
|---|---|
| Rec. *Fœniculi,* | *Epithymi,* |
| *Cort. rad. Fœniculi,* | *Abſynthij; ana dr.* 10. |
| *Cort. rad. capparum.* | *Sem. cuſcutæ,* |
| *Sem. Cichorij,* | *Sem. apij,* |
| *Aniſi,* | *Cort. rad. apij.* |
| *Cort. rad. Cichorij.* | *Polij Montani,* |
| *Hyſſopi,* | *Spicæ,* |
| *Valerianæ,* | *Aſari, ana dr.* 7. |
| *Eupatorij,* | |

Simplicia in dr. 100. aceti incubent; poſt modum juxtà ſyrupi methodum, adhibeatur mina 1. Sacchari, & juſta conſiſtentia perquiratur.

## SEFOUF MOUGOULIATSA.

*Pulvis de Naſturtio.*

Turgentes hæmorrhoides ſanat, & cæliacos dolores; diarrhæam veterem, & teneſmum eliminat: ab omni quoque infirmitate ventriculi liberat.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sem. Naſturtij, dr.* 20. | *Seminis porrorum.* |
| | *Myrobal. nigrarum,* |
| *Cumini caraman. aceto correcti, ſiccati, frixi, m.* 5. | *Oleo olivarum frixarum, ana m.* 2. |
| | *Maſtiches, m.* 1. |
| *Seminis lini,* | |

Omnia comminuantur in pulverem, excepto naſturtio; doſis dr. 2. cum aqua frigida.

## SEFOUF IOUHOUDI.

*Pulvis Iudaicus*

Probatus ad ophthalmiam.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sem. Naſturtij frixi,* | *Seminis anethi,* |
| *Sem. Pſyllij frixi,* | *Papaveris,* |
| *Sabinæ frixæ, ana dr.* 2. | *Aniſi,* |
| *Cumini caraman.* | *Sem. Petroſ. Macedon.* |
| *Seminis porrorum,* | *Sem. hyoſcyami an. dr.* 2. |

Ex his pulvis fiat pollinis lævorem æmulans.

## SEFOUF.

*Pulvis*

Proficiens ad ſputum cruentum.

| | |
|---|---|
| Rec. *Spodij,* | *Margarit. imperfor.* |
| *Boli Armenæ,* | *Papaveris albi,* |
| *Terræ lemniæ,* | *Succi liquiritiæ,* |
| *Lapidis hæmatitis,* | *Acaciæ,* |
| *Figuræ lenticularum, loti,* | *Succi hypociſthidos, ana dr.* 3. |
| *Seminis portulacæ, an. dr.* 5. | |
| *Corallij,* | *Sem. Pſyllij, dr.* 20. |
| *Succini,* | *Opij, dr.* 2. |

Paretur pulvis cum aqua pluviali, aut cum ſucco portulacæ ſumendus; niſi autem nimius æſtus obſiſtat, addantur mixtioni, thuris, dr. 3.

## SEFOVF SARTOVN.

*Pulvis de Cancris*

Ad Phtiſim efficaciſſimus eſt.

| | |
|---|---|
| Rec. *Cancrorum marinor. aduſtor. dr.* 2. | *Papaveris albi & nigri,* |
| *Vitrioli Romani,* | *Medul. ſem. peponis, anà dr.* 5. |
| *Gummi Arabici,* | |

Terantur, & fiat pulvis: doſis m. 1. ex ſapa granatorum dulcium, aut aqua papaverum; ſic enim calculum è veſica, & è renibus pellet.

## SEFOVF BOVL EL DEM.

*Pulvis ad cruentam urinam.*

Hæc mixtio eſt diuretica, & lithontriptica; & ad ſuum peculiarem effectum probatà.

| | |
|---|---|
| Rec. *Lapidis hæmatitis,* | *Balauſtiorum,* |
| *Sanguinis draconis,* | *Sem. portulacæ,* |
| *Corallij,* | *Boli Armenæ* |
| Succini, | *Cuparoſæ, ana q. u.* |
| *Aluminis Arab. ſeu rochæ,* | |

Piſta, & comminuta trajiciantur cribro ſetaceo; doſis dr. 2. cum aqua ſumaci, ſeu Rhois.

## SEFOVF LOVLOVI.

*Pulvis de Margaritis.*

Confert in fluoribus hepaticis; ventriculo, cordi ac hepati conſentaneus; æſtum, ac ſitim ſedat.

| | |
|---|---|
| Rec. *Margaritarum imperfor. dr.* 4. | *Fructus loti arboris cum nucleo,* |
| *Corallij uſti,* | *Farinæ Ziziipharum albar. perſidis,* |
| *Balauſtiorum,* | *Coriandri ſicci, & frixi,* |
| *Spodij,* | *Gummi Arab. frixi,* |
| *Siliquæ nabatheæ, vel ceratoniæ,* | *Sem. pſyllij,* |
| *Boli Armeniæ,* | *Sumaci,* |
| *Cuparoſæ, ſive vitrioli cyprij,* | *Berberis,* |
| | *Corallij,* |
| *Seminis roſarum,* | *Iuglãdiũ frixar. an. dr.* 3. |
| *Santali,* | *Terræ ſigillatæ,* |
| *Sem. torrefacti lapathi ſylveſtris, ſive boni Henrici,* | *Maſtiches, ana, dr.* 3. |
| | *Succini,* |
| *Baccarum Myrti,* | *Acaciæ lotæ, ana dr.* 2. |

Omnibus ritè contuſis, præter ſemen lapathi, ac pſyllij, fiat pulvis ad uſum.

## SEFOVF DIABENT.

*Pulvis ad Diabetem.*

Eſt inſtitutus nempe ad fluorem urinæ, quo æger ſemper ſitiens, ſubindeque bibens, ſtatim etiam reddit quod biberit à qualitate ſua non mutatum.

| | |
|---|---|
| Rec. *Gummi Arabici,* | *Amyli,* |
| *Boli Armenæ,* | *Gummi tragacanthæ,* |
| *Balauſtiorum,* | *Seminis lactucæ.* |
| *Sumaci,* | *Sem. portulacæ, ana dr.* 3. |
| *Glandis, ana dr.* 5. | *Santali albi, dr* 1. |

Fiat pulvis; doſis dr. 3. cum ſucco granatorum acidorum.

## SEFOVE.

*Pulvis*

Corpus emaciatum impinguatum extenuat; gracileque, & macilentum reddit.

Rec. *Cammomi lut.*, *Cumini carmanâ, an. dr. 4.*
*Ammeos*, *Majoranæ*,
*Seminis rutæ*, *Nitri Armeniæ, an. dr. 1.*

Fiat pulvis technice, & magiſtralis. Fiat autem quotidianus hauſtus meſc. 1.

## SEFOVE.

*Pulvis*

Præcedenti ſubſtituendus; ad extenuandos pinguedinis ſarcina incraſſatos ventres.

Rec. *Laccæ lotæ*, *Aluminis*,
*Salis aceæ mineralis ā dr. 4.* *Ariſtolochiæ rotundæ*,
*Majoranæ, dr. ß.* *Gentianæ, an. drag. 1. ß.*

Contritio cauta, & diſcreta fiat: tum pollinario traducta pharmaca ſerventur ad uſum in forma pulveris: doſis drag. 2.

## SAOUTI.

*Errhinum*

Ad paralyſim, & ad torturam.

Rec. *Aloes*, *Nitri Armen. ana q. u.*
*Melanthij*,

Aquâ foliorum betarum diluta, naribus inſtillentur.

## SAOVTI.

*Errhinum*

Ad ſtrumas ſalutiferum.

Rec. *Macis*, *Caphuræ, ana drag. 1. ß.*
*Borraginis, ana dr. 2.* *Croci, dr. ß.*
*Fellis herinacei*, *Struthij, dr. 2.*

Hæc aceto, aut oleo roſato madefacta, attrahantur naribus.

## SENOVNI.

*Dentifricium*

Ad dentes conſervandos.

Rec. *Cornu cervi calcinati* *Spicæ, ana dr. 4.*
*Fructus tamaricis*, *Salis gemmæ, dr. 1.*
*Cyperi*,

Conterantur, purgentur ſerico; & dentifricium fiat.

## SENOVNI.

*Dentifricium*

Dentes mundificans.

Rec. *Salis gemmæ*, *Sumaci*,
*Hordei combuſti*, *Scammonij, ana q. u.*
*Cochlearum maris*,

Ritè hiſce pulveratis, dentiſcalpium fiat.

## SENOVNI.

*Dentifricium*

Sanguinem è gingivis profluentem comprimens.

Rec. *Aluminis rochæ uſti*, *Sabinæ*,
*dr. 1.* *Nucum cypariſſ.*
*Salis communis uſti*, *Pyrethri, ana q. u.*

Fiat pulvis ad gingivarum ſaniem.

## SENOVNI.

*Dentifricium.*

Gingivas conſolidans; & humores ad eas ipſas decurrentes abſumens.

Rec. *Balauſtiorum, dr. 10.* *Menthaſtri uſti, dr. 10.*
*Salis ammoniaci, dr. 2.* *Salis mollis communis, & uſti, dr. 10.*
*Staphiſagriæ, dr. 3.*
*Gallarum, dr. 1.*

Fiat remedium odontalgicum in pulveris formâ.

## SENOVNI.

*Dentifricium*

Nitorem dentibus præſtans; gingivas roborans; & odorem oris probum concilians.

Rec. *Aluminis rochæ uſti*, *Ligni vitis combuſti, ana*
*dr. 2.* *dr. 10.*
*Abſynthij Arab. ſive* *Pyrethri*,
*Sem. contra vermes*, *Cubebarum*,
*Salis*, *Florũ tamaricis, an. dr. 5.*
*Concharum marinarum*, *Caryophyllorum*,
*Hordei adusti*, *Sumaci, ana dr. 4.*

Fiant pulveres pro qualitate medicamenti plus minuſve atterendi, tum ſerico traducantur, & ſerventur ad dentiſcalpium.

## SCHARAB ANAR TRVSCH.

*Vinum de granatis acidis*

Vomitiones arcet; bilem educit: & ventriculo robur confert.

Rec. *Granatorum acidorum m. 2.* *Myrobal. citrin.*
*Menthæ recentis, vix duos faſciculos habentis*, *Maſtiches, ana dr. 2.*
*Agallochi electi*, *Corticis exterioris piſtaciorum dr. 5.*

Omnia ſimul tuſa, excepto maſtiche, in aqua q. ſ. lente decoquantur; tum colentur; & ex mina una ſacchari candidi ad conſiſtentiam redocantur; ac tandem maſtichen tuſam adjungito.

## SCHIAF KALKAND.

*Sief de Vitriole.*

Ad ungulas eliminandas expertum remedium.

Rec. *Æris foſſilis uſti, dr. 5.* *Salis Armoniaci*,
*Æruginis, dr. 1.* *Nitri Armeniæ, ana dr. 1.*
*Vitrioli rubificati*, *Arſenici, dr. ß.*

Miſceantur cum aceto, in quo macerentur per hebdomadam; dein paretur collyrium ad uſum reponendum.

## SCHIAF ZEHIR.

*Suppoſitorium ad Teneſmum.*

Dolor extenſivus, & abraſivus inteſtini recti hujus remedij uſu ſedatur.

Rec. *Croci*, *Opij*,
*Lycij*, *Thuris, ana q. u.*
*Myrrhæ*,

Fiat

Fiat trituratio, & formetur balanus.

## SCHIAF.

*Suppoſitorium*

Ad ſanguinem ex hæmorrhoidibus promanantem.

Rec. *Thuris,* *Stibij,*
*Sarcocollæ,* *Aluminis ſaxei an. dr.* 1.
*Sanguinis draconis,* *Æruginis, dung.* 1.
*Balauſtiorum,*

Minutiſſimè triturentur, & fiat ex melle ſuppoſitorium.

## SCHIAF.

*Suppoſitorium*

Ad dyſſenteriam.

Rec. *Myrrhæ,* *Gummi Arabici,*
*Acaciæ,* *Orizæ frixæ, ana q. u. &*
*Seminis hyoſciami,* *q. ſ.*

Pulverentur partes modo convenienti; & formentur eklichnia.

## SSABGHI.

*Lotio coſmetica*

Lepræ maculas corpus deturpantes deſtruit, & colorat.

Rec. *Salis gemmæ,* *Aluminis ſciſſilis,*
*Myrrhæ,* *Valerianæ, ana.*

Fiat pulvis & incorporetur cum vini fæcibus, quibus aliquoties utere pro coſmetico.

## SABGHI, DIGHER HEMIN CHASSIET.

*Lotio alia ejuſdem facultatis.*

Rec. *Lepidii,* *Anemones floris,*
*Pyrethri,* *Myrrhæ,*
*Lycij,* *Arſenici flavi,*
*Sinapi,* *Valerianæ, ana q. u.*
*Nigellæ,*

Pulverentur, & ex ſanguine hircino madefacta, ad lotionem adhibeantur.

## ZZEMAD.

*Emplaſtrum*

Quod ventri applicatum diarrhœam ſiſtit.

Rec. *Acaciæ,* *Schœnanthi,*
*Myrrhæ,* *Spicæ,*
*Myrobal. belleric.* *Maſtiches, ana dr.* 5.
*Thuris,* *Spumæ maris, dr.* 10.
*Cyperi,*

Reducantur in pulverem, & cribrentur; tum ex aquâ fiat cataplaſma.

## ZZEMAD.

*Emplaſtrum*

Quod dolorem matricis, & hæmorrhoidum lenit.

Rec. *Croci,* *Plumarum gallinæ, ana*
*Opij,* *dr.* 2.
*Seminis hyoſcyami,* *Biſmalvæ,*
*Lini ana dr.* 5. *Vitelli ovi ſemicocti num.* 1.

Fiat emplaſtrum ex oleo nucleorum malorum Armeniacorum.

## TELONI.

*Linimentum*

Ad ſanguinem è naſo fluentem.

Rec. *Farinæ hordei,* *Acaciæ,*
*Balauſtiorum,* *Aſſæ fœtidæ,*
*Opij,* *Camphoræ, ana dung.* 1.
*Santali albi, ana dr.* 3.

Madefiant roſaceâ, & frontis unctio fiat.

## TELONI.

*Linimentum*

Productionem capillorum prohibens.

Rec. *Bufonem; ad umbram deſicca, & contere; tum ſanguinis teſtudinis fluviatilis deſiccatum, & calcem, & nitrum, & lithargirium, & mauresperlas uſtas q. u. aquâ dilue; quod ſi hac mixtione pilos ſub brachiis, & in inguinibus creſcentes jam abraſos linieris, amplius non exurgent.*

## TELONI.

*Linimentum*

Efficax contra pruritum, & ſcabiem ſiccam.

Rec. *Pulpæ nucleorum malorum Armeniac.* *Seminis oxylapathi perſici, ana dr.* 20.
*Salis edulis,* *Mercurij enecati dr.* 2.

Hæc omnia ex dr. 20. oxygalæ, ſeu lactis aceroſi excipiantur, & in hypocauſto fiat linimentum, quod ad horam relictum, poſt modum abluatur.

## TELONI HEMIN CHASSIET.

*Linimentum ad ſcabiem humidam.*

Rec. *Nitri,* *Struthij, ana dr.* 10.
*Myrrhæ,* *Storacis liquidæ, dr.* 5.
*Coſti,*

Madefiant oleo roſato, & in balneo utantur ad unctionem; elapſiſque tribus horis, aquâ calidâ adhibita ablutio fiat.

## TELONI.

*Linimentum*

Ad verrucas evellendas, & eradicandas.

Rec. *Gallarum,* *Seminis erucæ, ana q. ſ.*
*Aluminis ſciſſilis,*

Tenuiſſimè terantur; & conficiatur linimentum ex felle bovis, quo aliquoties utere ad intentum.

## TELONI.

*Linimentum*

Ad puſtulas humidas in facie parvulorum excreſcentes.

Rec. *Ceruſſæ ſtanni, dr.* 3.
*Roſarum, dr.* 2.
*Florum granatorum,*
*Croci Indici, ſive Curcumæ, ana dr.* 1.
*Camphoræ, chalcos,* 2.
*Ceræ albæ, dr.* 2. *ſ.*
*Olei roſati, dr.* 10.

Cerâ in oleo liquefactâ; cæteriſque pulveratis, miſſis fiat ad linimentum.

## TELONI GEHET SCHEPESCH.

*Linimentum ad pediculos.*

Ad infirmitatem quam phthiriaſim vocant, probatum remedium.

Rec. *Staphiſagriæ,* *ſem.*
*Salis petræ, ana dr.* 2. *Argenti vivi extincti, dr.*
*Auripigmenti rubri, dr.* 1. 1.

Fiat linimentum ex aceto, & oleo roſato. Quod ſi corpus liniatur oleo carthami, & aquâ, in qua ebullierint folia roſarum, & myrti ritè ablutum, effectum eundem ſortieris.

## TELONI.

*Linimentum*

Ad ulcera corrodentia.

Rec. *Nitri,* *Sulphuris flavi,*
*Ammoniaci,* *Foliorum ficus, ana q. u.*
*Euphorbii,*

Fiat linimentum ex aceto.

## TELONI.

*Linimentum*

Ad dolorem capitis ſedandum perutile.

Rec. *Moſchi,* *Gummi Arabici,*
*Aloës,* *Agallochi,*
*Euphorbij,* *Croci ana dung.* 2.
*Caſtorei,* *Opij, dung.* 1. *ſ.*

Humectentur aquâ Petroſelini Macedonici, vel aquâ majoranæ; & fiat linimentum, quod chartæ aptatum, applicetur fronti, & temporibus.

## TELONI.

*Linimentum*

Ventrem adſtringens, ac dyarrhœam compeſcens.

Rec. *Acaciæ,* *Boli Armenæ,*
*Cyperi,* *Milij, vel Melicæ,*
*Myrrhæ,* *Orizæ,*
*Thuris,* *Lentium,*
*Fungi marini,* *Glandis,*
*Nucis cupreſſi,* *Balauſtiorum,*
*Gallarum,* *Herbæ appollinaris,*
*Roſarum,* *Santali, ana.*
*Myrobal. belleric.*

Fiat linimentum in epigaſtro, ex aqua myrti, aut aquâ cotoneorum.

## TELONI.

*Linimentum*

Fœtorem ſub brachiis diſſipans.

Rec. *Helenij,* *Chartæ,*
*Ariſtolochiæ longæ,* *Vitri, ana q. u.*
*Foliorum cucumeris.*

Pulverentur, & comburantur; adde croci ad pondus omnium: & fiant globuli ex aqua myrti, & exſiccentur; dein ſcalpant partem ſub humeris fœtentem, donec ſanguis erumpat: fiat, & applicetur linimentum per diei integræ ſpatium, conſtans ex globulo uno ſoſaceâ diluto, & deinceps ceſſabit fœtor.

## ATOUSI.

*Sternutatorium*

IUVANS in paralyſi, & apoplexia; item in tormina, & cæteris affectionibus frigidis. Item hemicraniam ſanat, & cerebri dolorem; lotium cit, & ſecundinam ejicit.

Rec. *Struthij,* *Ariſtolochiæ rotundæ,*
*Melanthij,* *Carpobalſami.*
*Euphorbij,* *Moſchi.*
*Piperis.* *Pyrethri.*
*Caſtorei.* *Nitri Armeni, ana q. u.*

Tenuis pulvis conficiatur; qui cribro ſuccretus inſuffletur naribus.

## AQD GIVEH.

*Fixatio argenti vivi.*

Ad prohibendas pollutiones ſingularis.

Rec. *Mercurij, m.* 5.

Conteratur in mortario piſtillo vitreo, aut ferreo, cum parva quantitate aceti, donec tranſmutetur, & enecetur; adde ſalis Indi nigri m. 3. deinde imple vaſculum ferreum aceto, in quo projiciatur præfata materia, & ad ignem apponatur; tum affunde paulatim æris fuſilis uſti, q. ſ. ut præcipitetur, ad quod atere piſtillo lapideo, ut fiat amalgamatio, tum per colatorium mediocriter rarum exprime, & fæces etiam panno adhærentes ablue, donec mundentur, & immundities abſcedat; inde globulos confice, & eos perforatos in medio, ac filo inſertos ſuſpende per unam noctem in jure limonij, donec fixetur ad modum lapidis; dein decoque in butyro recenti; cum uti volueris; pilulam in ore ſerva ad cohibendam pollutionem, quâ ablatâ vix cohibebitur.

## GARGAREH.

*Gargariſma*

AD linguæ gravedinem procedentem à phlegmate.

Rec. *Salis armoniaci, dr.* 3. *Hieræ picræ.*
*Zingiberis,* *Iridis. ana dr.* 7.
*Salis indi.* *Nitri Armeni.*
*Nigellæ.* *Acori, ana dr.* 5.
*Pyrethri.* *Hyſſopi,*
*Staphiſagriæ,* *Piperis longi, ana dr.* 2.
*Satureiæ.*

Pulvis fiat, & ex melle, aut ex ſyrupo acetoſo excipiatur; & fiat gargariſma.

## GUERGHEREH.

*Gargariſma*

Conferens ad ulcera gutturis.

Rec. *Aluminis,* *Liguſtri foliorum,*
*Atramenti tinctorij,* *Croci ana m.* 1.
*Chartæ aduſtæ,* *Salis uſti,*
*Gallarum viridium,* *Salis armoniaci m. ſ.*
*Thuris,*

Pulverentur, & cribrentur; & ex aceto fiat gargariſma.

GUER-

## GUERGHEREH.

*Gargariſma*

Juvans pro linguæ gravedine; pro apoplexiâ, & paralyſi.

Rec. *Staphiſagriæ,*
*Sinapi,*
*Zingiberis,*
*Pyrethri,*
*Piperis longi,*
*Piperis,*
*Nitri Armeni,*
*Iridis,*
*Majoranæ, ana q. u.*

Fiat pulvis, cribretur; & ſyrupo acetoſo dulcoretur ad gargariſma.

## GARGAREH.

*Gargariſma*

Ad lapſum Epiglottidis à cauſâ humidâ.

Rec. *Balauſtiorum, dr. 6.*
*Aluminis ſciſſilis, m. 2.*
*Salis gemmæ, m. 2. ſ.*
*Capitum, ſeu apicum granatorum,*
*Seminis roſarum, ana dr. 1. ſ.*

Fiat pulveratio, & inde gargariſma ex Rob mororum.

## FETILEH.

*Ellychnium*

Ad ulcera naſi.

Rec. *Atramenti ſutorii.*
*Aluminis.*
*Myrrhæ.*
*Gallarum.*
*Recrementi æris uſti, ana dr. 5.*
*Ariſtolochiæ longæ, dr. 6.*
*Thuris, dr. 12.*

Omnia tuſa coquantur in min. 2. aquæ, & expreſſio fiat; iterum decoquatur expreſſio, donec conſiſtentiam mellis acquirat, tum ellychnium intingant, & in nares inducant.

## FEROUGEH.

*Peſſarium*

Ad provocanda menſtrua.

Rec. *Panis porcini, ſeu radicis ſodæ,*
*Pyrethri,*
*Opoponacis,*
*Rutæ, ana dr. 1.*
*Euphorbii, dr. ſ.*

Reducantur in pulverem ſubtiliſſimum; & excipiantur pice cedriâ ad peſſarium goſſipinum, vel laneum.

## QOURS CAHARABEH GEHET.
c-houn raſten ez ſcikem.

*Trochiſci de ſuccino ad dyſſenteriam.*

Rec. *Succini,*
*Corallii,*
*Margarit. imperf. aduſtarum,*
*Gummi Arabici, ana dr. 3.*
*Seminis oxalidis, dr. 3.*
*Cornu cervi uſti,*
*Putaminis ovi uſti,*
*Gummi Arabici, ana dr. 3.*
*Coriandrorum ſiccorum frixorum,*
*Utriuſque papaveris, ana dr. 6.*
*Cochleæ marinæ combuſtæ,*
*Seminis hyoſcyami, ana dr. 2.*

Pulverata formentur in paſtillos, ex mucillagine ſeminis pſyllii.

## QOVRSC-HESC-C-HASCH.

*Trochiſci de papavere.*

Ad ulcerationes pectoris, & pulmonum.

Rec. *Roſarum,*
*Gummi Arabici, ana dr. 4.*
*Amyli,*
*Tragacanthæ,*
*Succi liquiritiæ, ana dr. 2.*
*Papaveris albi, ac nigri, ana dr. 3.*
*Croci, dr. ſ.*
*Spodii, ſeu cannæ Indicæ calcinatæ, dr. 5.*

Fiant paſtilli ex aqua pura; doſis m. 1. cum m. 10. vini papaverini.

## QOVRS KAKENEGI.

*Trochiſci de ſolano halicacabo.*

Conferunt ad ulcerationes teſticulorum, ac veſicæ, nec non ad cruentam mictionem.

Rec. *Pulpæ ſeminum utriuſque cucumeris.*
*Granorum ſolani halicacabi.*
*Amygdalarum mundat.*
*Succi liquiritiæ,*
*Amyli,*
*Gummi Arabici,*
*Sanguinis draconis,*
*Tragacanthæ,*
*Thuris, ana dr. 10.*
*Seminis Petroſ. Maced. dr. 2.*
*Opii, dr. 1.*

Fiant trochiſci ex aquâ mundâ, doſis ex dr. 1. ad m. 1.

## QOVRS LOUK.

*Trochiſci de laccâ.*

Ad anaſarcam valent; obſtructaque aperiunt.

Rec. *Cancami loti, ſeu laccæ,*
*Rheibarbari Chinici, ana dr. 3.*
*Aſari,*
*Ariſtolochiæ,*
*Gentianæ,*
*Spicæ,*
*Maſtiches,*
*Seminis Petroſ. Maced.*
*Aniſi,*
*Ammeos.*
*Iunci odorati,*
*Sabinæ,*
*Coſti.*
*Medullæ amygdal. amararum,*
*Valerianæ, ſeu fu pontici,*
*Abſynthii,*
*Eupatorii ſucci, ana dr. 2.*
*Piperis,*
*Zingiberis, ana dr. 1.*

Doſis m. 1.

## QOURS SOUR MEH.

*Trochiſci de Antimonio.*

Conferunt cruentis vomitibus.

Rec. *Antimonii, ſeu ſtibii Aſpahanenſis,*
*Lapidis hæmatitis loti,*
*Sanguinis draconis, ana dr. 3.*
*Florum granatorum,*
*Gallarum, ana dr. 2.*
*Cornu cervi uſti,*
*Acaciæ, ana dr. 1.*
*Ladani,*
*Croci, ana dr. ſ.*
*Adianthi. dr. 1.*

Pulverata probè, reducantur in paſtillos ex aquâ cichorii, doſis dr. 2. ſ.

## QOVRS SCHOB HEMIN C-HASSIET.

*Trochiſci de Alumine, ad cruentam mictionem.*

Rec. *Aluminis ſciſſilis, Boli Armenæ, Cornu capræ ſilvaticæ, adusti. Balauſtiorum, Seminis portulacæ, ana Tragacanthæ, q. u.*

Pulverentur, & ſerico trajecta, convertantur in rotulas cum ſucco portulacæ.

## QVOVRS.

*Trochiſci*

Ad vomitum cruentum.

Rec. *Acaciæ, Boli Armenæ, Seminis roſarum, Foliorum Citini, Opii, Gummi Arabici, ana q. u. Seminis hyoſcyami,*

Conterantur, & ex aqua portulacæ paſtilli componantur; doſ. meſc. ſem. cum ſapa cotoneorum, aut pomorum.

## QOVRS.

*Trochiſci*

Ad Tenaſmum, & ad dyſſenteriam; itemque ad ſputum cruentum.

Rec. *Terræ ſigillatæ, Gummi Arabici, Boli Armenæ, Balauſtiorum, ana dr. 4. Coſti, Amyli, Tabaſchir, Roſarum, ana dr. 3. Satirionis, ſeu teſticuli canis, Seminis apii, Rhois, Glandium, Maſtiches, ana dr. 1. Farinæ cornorum, Gallæ, Baccarum myrti, ana dr. 2. Sileris montani, vel cumini in aceto macerati, & frixi, ana m. ſ. Seminis oxalidis agreſtis,*

Pulvis fiat, & ex eo trochiſci cum mucilagine ſeminis pſyllii, doſis, dr. 2.

## QVOVRS SARTON.

*Trochiſci de Cancris.*

Conferunt ad phthyſim; ad febrim continuam; & ad ſputum ſanguinis.

Rec. *Terræ ſigillatæ, Tragacanthæ, Boli Armenæ, Spodii, ſeu Tabaſchir, Amyli, Hæmatitis lotæ, ana dr. 5. Roſarum, ana dr. 6. Rob liquiritiæ, dr. 3. Cancrorum aduſtorũ, dr. 10*

Curioſè comminuantur, & ex ſucco lapathi in trochiſcos efformentur.

## QVOVRS.

*Trochiſci*

Ad diabetem; probata utique compoſitio.

Rec. *Baccarum myrti. Gummi Arabici, Seminis oxalidis mundati, Amyli, ana dr. 1. ana dr. 2.*

Pulverata, & mucilagine ſeminis pſyllii excepta, reducantur in paſtillos. doſis dr. 2.

## QVOVRS HEMIN NAFA.

*Trochiſci ejuſdem efficaciæ.*

Rec. *Spodii, ſeu Tabaſchir, Sem. portulacæ, dr. 15. Roſarum, Rob liquiritiæ, ana dr. 10. Coriandrorum ſiccorum, Sem. lactucæ, dr. 20. ana dr. 5. Acaciæ, Florum granatorum, ana Santali, dr. 2. Boli Armenæ, Camphoræ, dr. ſ.*

Trita, & cribrata, reducantur in paſtillos: doſis dr. 3. ex aqua granatorum acidorum.

## QOVRS.

*Trochiſci*

Ad ſputum ſanguinis.

Rec. *Thuris, Hæmatitis lotæ, Sanguinis draconis, Terræ ſigillatæ, ana dr. 10. Florum granat. ana dr. 3. & dung. 2. Aluminis, dr. 2. ſ. Opii, Fructus Ceratoniæ, dr. 5. Cinamomi, ana dr. 2.*

Omnia ſimul reducantur in trochiſcos decem, doſis trochiſcus unus cum ſucco portulacæ.

## QOVRS MOVRR.

*Trochiſci de Myrrhâ.*

Menſes cient; partumque facilitant.

Rec. *Myrrhæ, dr. 3. Dictamni, Lupinorum, dr. 5. Valerianæ, Rutæ, Aſſæ fœtidæ. Pulegii. Ammoniaci, Libiſtici. Sagapeni, ana dr. 2.*

Tuſa, trajectaque ſerico, in paſtillos formentur; doſis dr. 2. cum decocto ſabinæ.

## QOVRS ASCHER EL ADOVVIEH.

*Trochiſci de decem medicamentis.*

Conferunt quartanæ; doloribus hepatis, ac dorſi levamen ſuppeditant.

Rec. *Aniſi. Seminis Petroſ. Maced. Succi Eupatorii, ana dr. 4. Spicæ, Medullæ amygd. amararum, Aſari. Folii Indici. Maſtiches, ana dr. 1. Abſynthii. Aloës, dr. 2.*

Piſtillo, ac incerniculo parata medicamenta immergantur in decocto abſynthii; & trochiſci fiant. Doſis dr. 1. cum aquâ calidâ.

## QOVRS.

*Trochiſci*

Ad immodicos fluxus hæmorrhoïdales.

Rec. *Corallii, Emblic. & belleric. ana Succini, dr. 5. Cochlearum aduſtarum, Seminis porrorum, dr. 3. Boli Armenæ, ana dr. 2. Bdellii, dr. 10. Myrobal. nigrarum.*

Tum ſemine porrorum loto, bdellioque aquâ ſoluto, fiant Trochiſci cum cæteris medicamentis apprimè pulveratis. Doſis dr. 3. cum dr. 10. aquæ ferrariorum.

## QOVRS MOVTSELLETS.

*Trochiſci Triangulares.*

Conferunt ad cephalalgiam, & hemicraniam; nec non ad vigilias importunas; inuncti enim fronti, ac temporibus, dolorem levant.

Rec. *Opii Ægyptii, Camphoræ, Myrrhæ Mekkenſis, Croci, Ladani, Seminis hyoſcyami,*

*Corticis*

| | |
|---|---|
| *Corticis radicis mandragoræ, ana dr.* 5. | *Sarcocollæ.* |
| *Thuris,* | *Myrobal. belleric.* |
| | *Boli Armenæ, ana dr.* 10. |

Trita, & comminuta, redigantur in trochiſcos ex roſaceâ, & aqua Intybi; porrò ut à cæteris diſtinguantur, fiant figuræ triangularis; tum tempeſtivè ad opus applica.

## QOVRS DAROVNEGI.

*Trochiſci de Doronico*

Ad corroſionem oris, & gingivarum putrefactioni obſiſtentes.

| | |
|---|---|
| Rec. *Doronici flavi, & rubri,* | *Colcotaris, ana dr.* 5. |
| *Calcis vivæ,* | *Aluminis ſciſſilis,* |
| *Gallarum, ana dr.* 10. | *Acaciæ,* |
| *Æruginis,* | *Balauſtiorum, ana dr.* 3. |

Trita macerentur in aceto, & per integram hebdomadam ſolis radiis exponantur; tum trochiſci fiant, & ſiccentur ad umbram; cum opus fuerit, Rec. dung. 1. & os, gingivæque illinantur; ſic horâ integrâ linimentum ſuſtine; deinde tantillum olei roſati in ore ſume.

## QARA DAROV.

*Medicamentum nigrum*

Poſt reſciſas, aut avulſas oculorum catharactas applicandum.

| | |
|---|---|
| Rec. *Salis armoniaci,* | *Tutiæ, dr.* 12. |
| *Æris uſti, ana dr.* 2. | |

Trita probè, & cribro ſetaceo trajecta, excipiantur, & fermententur ovi vitello; mox putamini ovi indita materia, lutoque philoſophico occluſa, & crucibulo indita novo, coquatur in clybano; tum poſt triturationem optimam adhibeatur uſui.

## KEMOVNI.

*Diacuminum*

Valens ad ventriculi frigiditatem; ad famem caninam; ad febres pituitoſas, & atrabilares; ad ſingultum provenientem à pituita, aut à repletione; ad herniam; ad colicam ventoſam; & ad flatus.

| | |
|---|---|
| Rec. *Cumini Caramanici nigri, dr.* 50. | *Rutæ, ana dr.* 6. |
| *Piperis nigri, dr.* 15. | *Nitri, dr.* 5. |
| *Zingiberis,* | *Mellis, quintuplum omnium.* |

Fiat electuarium ut moris eſt; doſis meſc. 1.

## GVIL HOKEMET.

*Lutum philoſophicum.*

Rec. *Terræ flavæ mundæ min.* 4.

Conteratur, & coquatur in min. 1. papyri, & min. ſem. ſalis; ſed his in aquâ diſſolutis manus commotione, tum terram adde; deinde lib. ſem. capillorum capitis humani forficibus in fruſta ſectorum, totidemque fimi equini projice; & diligenter commiſce: humectentur per 7. dies aquâ, ut coaleſcant; tum portiunculas confice; ſeparatim deſicca; & cum uti placuerit, contunde optimè, & aquâ dilue.

## LAOVQ C-HESCHC-HASCHI.

*Lynctus de Papavere*

Catharrum calidum ſiſtit.

| | |
|---|---|
| Rec. *Seminis papav. albi, dr.* 10. | *Gummi Arabici, ana dr.* 4. |
| *Amyli,* | *Medullæ ſem. Cucurbitæ,* |
| *Tragacanthæ,* | *Medullæ ſem. cotonei dulcis, ana dr.* 3. |

Trita impaſtentur roſaceâ, & lambitorium fiat.

## LAOVQ KARNEB.

*Lynctus de Braſſicâ*

Pectus ab humoribus craſſis exonerat.

Rec. *Succi braſſicæ decoctæ min.* 1. *ſ.*

Decoque in aquâ, mellis min. 1. ſ. & ad juſtam craſſitiem redige; decoctioni adde medullæ nucleorum pini, med. ſeminis goſſipii, farinæ fabarum, ana dr. 10. Lini aſſati, fœni græci, ana dr. 5. Medullæ piſtaciorum, dr. 15. doſis dr. 5. cum lacte aſinino.

## LEBOVB KEBIR.

*Electuarium de nucleis, ſeu pulpis majus.*

Renes calefacit, & roborat; lætitiam parit; cor, & ventriculum roborat; corpus impinguat; colorem vegetum exſuſcitat; nervos fortificat; imbecillis, & impotentibus auxiliatur.

| | |
|---|---|
| Rec. *Nuclei piſtaciorum,* | *Sem. aſparagorum,* |
| *Avellanarum,* | *Sem. fraxini,* |
| *Nuclei glandis unguentariæ, ſeu fructus terebinthi,* | *Doronici,* |
| | *Zurumbati, ana dr.* 3. |
| *Nuclei juglandium,* | *Nucis moſchatæ,* |
| *Nucleorum pini,* | *Macis,* |
| *Pulpæ ſeminis cinaræ,* | *Hepaticæ,* |
| *Piſcis gammari,* | *Piperis longi, ana dr.* 2. |
| *Galangæ,* | *Satirionis, ſeu teſticuli vulpis,* |
| *Secacul, vel ſygilli S. Mariæ,* | *Cocci Indici recentis,* |
| *Ben rubri, & albi,* | *Medullæ capitis paſſerum,* |
| *Thlaſpeos flavi, & rubri,* | *Papaveris, ana dr.* 10. |
| *Zingiberis,* | *Teſticuli bovis nigri pulverati,* |
| *Seſami,* | *Hermodactylorum,* |
| *Cinamomi,* | *Buzidan,* |
| *Spicæ aromaticæ,* | *Menthæ ſiccæ, ana dr.* 4. |
| *Cyperi cufenſis,* | *Secundinæ camelæ Arabicæ,* |
| *Caryophyllorum,* | *Croci,* |
| *Cubebarum Chinæ,* | *Maſtiches, ana m.* 3. |
| *Nucleorum granat. ſilveſtrium.* | *Agallochi, meſc.* 2. |
| *Seminis paſtinacæ,* | *Foliorum auri, nu.* 30. |
| *Sem. raporum,* | *Foliorum argenti, nu.* 50. |
| *Sem. raphanorum,* | *Ambræ griſiæ, meſc.* 1. |
| *Sem. ceparum,* | *Moſchi optimi, m. ſ.* |
| *Sem. medicæ, vel fœni Burgundiaci,* | *Mellis, triplum omnium.* |

Fiat Electuarium ut moris eſt.

### MOC-HELLES EKBER.

*Electuarium ſanctum, majus.*

Valet ad cephalalgiam; ad vertiginem; ad epylepſiam; ad tremorem; ad paralyſim; ad ſpaſmum pituitoſum; ad dolores pituitoſos artuum, & dentium; ad maniam; ad viſcerum ulcerationes; ad dolorem pungitivum à flatibus procedentem; renibus, ac veſicæ conſentaneum eſt. Vomitum ſanguinis compeſcit, cum aqua plantaginis ſumptum, dolores ſtomachi, & ſplenis ſedabit; ſi ex aqua fœniculi propinetur, febres antiquas exterminabit; inflammationes reſolvet; & venenis reſiſtet.

Rec. *Xylocaſſiæ,*
*Iunci odorati,*
*Myrrhæ, ana unc. 1. ſ.*
*Caſtorei,*
*Petroſelini montani, ana m. 15.*
*Seminis Petroſ. maced. vulgò, apii, unc. 2.*
*Seſeleos, meſcal. 1.*
*Coſti amari,*
*Cinamomi,*
*Trochiſcorum hedychroi magmatis,*
*Storacis liquidæ,*
*Aſari, ana meſc. 6.*
*Piperis albi, meſc. 12.*
*Spicæ, meſc. 7.*
*Amomi,*
*Croci,*
*Piperis longi, ana meſc. 4.*
*Opii,*
*Aniſi, ana meſc. 10.*
*Mellis, triplum omnium.*

Fiat electuarium ex artis præſcripto, quo uti poterunt poſt menſes ſex; doſis dr. 1. ad meſc. 1.

### MAGIOVN ASOV ED.

*Electuarium Nigrum*

Ad tenaſmum, & antiquam dyarrhœam deſtinatum.

Rec. *Opii.*
*Caſtorei.*
*Storacis.*
*Sem. Hyoſcyami.*
*Croci.*
*Azari.*
*Myrrhæ.*
*Sem. Petroſ. Maced.*
*Caſſiæ ligneæ.*
*Aniſi.*
*Spicæ.*
*Boli Armenæ, ana q. u.*

Pulverata reducantur in Electuarium ex triplo mellis: doſis dr. 1. cum ſucco expreſſo ex myrti baccis, vel ex cydoniis malis.

### MAGI-OVN AQRAB.

*Electuarium de Scorpionibus.*

Calculum è renibus, ac è veſica extrahit: & ad ictum Scorpionis præſtat.

Rec. *Scorpionum combuſtorum, dr. 3. ſ.*
*Gentianæ, dr. 1. ſ.*
*Zingiberis, dr. 1.*
*Piperis,*
*Longi Piperis, ana dr. 10.*
*Halicacabi, dr. 5. ſ.*
*Caſtorei, dr. 4.*

Pulverentur, & melle excipiantur; doſis dung. 1. cum aqua Petroſ. maced.

### MAGI-OVN LOVLOVI.

*Electuarium Perlatum.*

Ex præſcripto Galeni; virilitatem auget; nervos roborat, ſanguinem reſtaurat eminenter, ſomnum abundantem provocat.

Rec. *Margarit. imperf.*
*Corallii, ana m. 1.*
*Aniſi.*
*Ben albi, ana dr. 3.*
*Solani Halicacabi.*
*Radicis Hederæ, ana dr. 1.*
*Foliorum ſchœnanthi,*
*Cyperi.*
*Fructus Tamaricis.*
*Xylocaſſiæ,*
*Cinamomi, ana m. ſ.*
*Gummi Arabici.*
*Tragacanthæ, ana dr. ſ.*
*Aſari.*
*Maſtiches, ana dr. 1.*

Trita imbuantur melle q. ſ. tum ſomni tempore; meſcala una pro juſta doſi devoretur.

### MAGI-OVN DIGHER.

*Electuarium aliud*

Principes partes roborans; lætitiam generans; ventriculum fortificans; cibi appetentiam provocans, colorem probum concilians; & digeſtionem juvans.

Rec. *Cinamomi.*
*Spicæ aromaticæ.*
*Corticis exterioris piſtaciorum.*
*Corticis myrobalani.*
*Nucis myriſticæ.*
*Radicis lazerpitii, vel tremulæ arboris.*
*Behen rubri, & albi.*
*Sacacul, ſeu viſnacæ,*
*Moſchi arborei, ſeu hepaticæ.*
*Meliſſæ,*
*Boraginis, ana dr. 3.*
*Maſtiches,*
*Cardamomi.*
*Seminis braſſicæ capitatæ.*
*Zingiberis.*
*Caryophyllorum.*
*Aſari,*
*Malabathri.*
*Cubebarum Chinæ.*
*Corticis mali citrii,*
*Zurumbati.*
*Doronici græci.*
*Santali albi.*
*Baccarum mali punici campeſtris.*
*Aniſi.*
*Menthæ.*
*Macis.*
*Myrobal. nigrarum.*
*Buzidan.*
*Croci.*
*Zedoariæ.*
*Electri flavi.*
*Marg. ſupra porphyrium tritarum.*
*Corallii, ana dr. 4.*
*Ciperii Cuſenſis.*
*Foliorum roſarum, ana dr. 4.*
*Gammarorum.*
*Teſticuli vulpis, ſeu ſatirionis,*
*Thlaſpeos flavi.*
*Thlaſpeos rubri, ana dr. 5.*
*Moſchi optimi, m. ſem.*
*Ambræ griſiæ, meſc. 1.*
*Foliorum auri, num. 30.*
*Foliorum argenti, num. 50.*
*Sacchari & mellis deſpumati, q. ſ.*

Fiat Electuarium juxta regulas pharmaceutices.

### MAGI-OVN JOVNES.

*Electuarium Ionæ.*

Memoriam juvat, & oblivioni obſtat.

Rec. *Anacardii,*
*Opii, ana, dr. 10.*
*Aloës, meſc. 60.*
*Agarici, meſcal. 24.*
*Xylocaſſiæ,*
*Acori,*
*Ariſtolochiæ,*
*Croci,*
*Cinamomi,*
*Maſtiches, ana m. 6.*
*Coſti,*
*Seminis rutæ,*
*Piperis albi, ana m. 8.*
*Mellis, lib. 9.*

Fiat Electuarium ex arte: doſis ad libitum Medici.

### MAGI-OVN.

*Electuarium.*

Præſtat ad podagram, & ad articulorum dolorem; ad veterem lienis dolorem; ad reſpirationis difficultatem: ad tuſſim veterem: ad febres antiquas: ad ulcerationes inteſtinorum: ad oculorum caliginem; flatus quoquè craſſos diſpeſcit.

Rec. *Gentianæ græcæ,*
*Stœchados,*
*Leviſtici,*
*Ammoniaci,*
*Chamæpityos,*
*Seminis rutæ,*

*Marrubii*

*Marrubii,*
*Scordii,*
*Stactes, ana meſc. 5.*
*Myrrhæ,*
*Croci,*
*Coſti,*
*Piperis albi,*
*Iunci odorati,*
*Spicæ,*
*Euphorbii,*
*Corticis radicis mali punici.*
*Pulegii,*
*Fœniculi,*
*Dauci,*
*Roſarum,*
*Nardi,*
*Fructus balſami, ana m. 3.*
*Succi eupatorii,*
*Seminis loti hortenſis,*
*Gummi Arabici,*
*Amygdalarum, ana dr. 4.*
*Opii,*
*Seminis hyoſcyami albi, ana meſc. 6.*
*Sacchari albi, dr. 4.*

Infundenda in ſapa infundito; terenda terito; & cum melle q.ſ. mixtio fiat, utere poſt ſex menſes.

## MAGI-VN SIR.

*Electuarium de Allio.*

Confert torturæ, epilepſiæ, paralyſi, pſoræ, lepræ, tremori, & hæmorrhoïdibus; ventriculo robur, & appetentiam cibi confert; pituitam educit; vires ſuppeditat; cor vivificat; calorem primigenium auget; ſenibuſque maximè convenit.

Rec. *Allii mundati, min. ſ.*

Coquatur in min. 1. lactis vaccini ad perfectam coctionem; tum infunde lib. 4. ſ. mellis, & dr. 30. butyri vaccini; optimè commiſce; amove indè ab igne, & trita medicamenta, ac ritè pulverata, commiſce: quibus adde; Caryophyllorum, Nucis moſchatæ, macis, Piperis, Maſtiches, Cardamomi utriuſque, myrobal. chebularum, Cinamomi, Zingiberis, ana dr. 10. Agallochi, Croci, ana dr. 5. Doſis quantitas coryli, ſeu auellanæ.

## MAGI-OVN SOQRAT.

*Electuarium Socratis.*

Præſtans ad oblivionem, & melancholiam; ad Epilepſiam, ad morphœam, & lepram; ad articulorum dolorem; ad ventriculi dolorem, ad alopeciam; ad elephantiazim; ad lotii ſtillicidium; ad tuſſim veterem; ad febrem quartanam; ad febres pituitoſas; ad urinæ difficultatem; ad hæmorrhoides; ad icterum, ſeu à ſtomacho, ſeu à ſplene prognatum; nocumento venenorum obſiſtit, tineas latas expellit, calculum è renibus, ac veſica exturbat; menſtrua ciet; odorem oris, ac ſudoris corripit; aurium, & linguæ gravedini medetur; epilepſi opitulatur; & ad omnes affectus pituitoſos præſtantiſſimum eſt remedium; ſenibus autem maxime congruum.

Rec. *Gentianæ,*
*Libiſtici,*
*Neheremiſch, ſeu apicum malogr.*
*Sem. balſaminæ,*
*Baccarum lauri,*
*Ariſtolochiæ longæ, ana m. 1.*
*Aniſi,*
*Caſtorei,*
*Fructus balſami,*
*Xylobalſami,*
*Xylocaſſiæ,*
*Aſari,*
*Maſtiches,*
*Doronici,*
*Zurumbati,*
*Seminis apii,*
*Seminis erucæ,*
*Seminis ceparum,*
*Sem. porrorum, ana dr. 2.*
*Aloës ſocotoræ, dr. 10.*
*Turbiti candidi, dr. 20.*
*Xyloaloës, dr. 12.*
*Nucis moſchatæ,*
*Rhabarbari Chinici,*
*Caryophyllorum,*
*Macis,*
*Cardamomi,*
*Spicæ aromaticæ,*
*Croci,*
*Scillæ torrefactæ,*
*Zurumbati, vel zedoariæ,*
*Lepidii,*
*Origani,*
*Cinamomi, ana dr. 3.*
*Roſarum,*
*Melyſſophylli,*
*Laccæ lotæ, ana dr. 5.*
*Cyperi,*
*Granorum arboris mahaleb: ana dr. 4.*
*Myrobal. nigrarum,*
*Corticis embl. & bell. ana dr. 6.*

Pulverata, impinguentur oleo amygdal. amar. & fiat electuarium ex triplo mellis; ſervetur in vaſe vitreo, quod per ſex menſes ſub hordeo indi debet, doſis dr. 2. ad dr. 5.

## MAGI-OVN FOVLAD.

*Electuarium de Chalybe.*

Eſt hoc electuarium ab Indis inventum; mirabilis eſt compoſitionis, & innumeris præſtat virtutibus; valet quippe ad colicam, ad torturam, ad Epilepſiam, ad tremorem; ſtomachum confortat, ac potentiam virilem auget, gonorrhœæ item, & urinæ ſtillicidio juvamen eſt, ſenibuſque convenit.

Rec. *Croci,*
*Piperis.*
*Macropiperis,*
*Cinnabaris loti ſupra porphyrium cum aquâ limonum.*
*Cubebarum Chinæ,*
*Maſtiches.*
*Aniſi.*
*Scinci.*
*Spicæ.*
*Macis.*
*Caryophyllorum.*
*Cinamomi.*
*Santali.*
*Cumini Caramanici,*
*Nigellæ.*
*Seminum peponis.*
*Seminum cichorii.*
*Seminis papaveris.*
*Pyrethri.*
*Behen utriuſque,*
*Myrobal. nigrarum.*
*Electri.*
*Corallii.*
*Margarit. imperfor.*
*Seminis fraxini.*
*Seminis apii communis,*
*Medullæ piſtaciorum.*
*Seminis pulegii.*
*Seminis daturæ frixi.*
*Gentianæ.*
*Secundinæ camelæ Arabicæ*
*Zingiberis.*
*Medullæ capitis paſſerum, & galli.*
*Seſami mundati.*
*Thymiamatis Græci.*
*Camomillæ.*
*Nucis moſchatæ.*
*Myrobal. belleric.*
*Cardamomi majoris.*
*Myrobal. emblic.*
*Lepidii,*
*Ammeos,*
*Nucis Indicæ, ſeu Cocci,*
*Seminis Aſparagorum,*
*Caſſiæ ligneæ, ana m. 10.*
*Cardui benedicti, vel Aſtragali*
*Medullæ nucleorum pini,*
*Florum nucum,*
*Granorum convolvuli cærulei Indici,*
*Teſticuli vulpis, ſeu Satyrionis,*
*Zurumbati,*
*Fœniculi,*
*Nucis ſtramoniæ,*
*Opii,*
*Ariſtolochiæ longæ,*
*Scillæ,*
*Ariſtolochiæ rotundæ,*
*Fumariæ, ana m. 5.*
*Foliorum argenti, & auri, ana num. 50.*
*Sacchari albi, part. omnium quartam.*
*Mellis deſpumati, ad pondus medicamentorum.*
*Chalibis calcinati, m. 12.*

Fiat electuarium magiſtraliter; utere poſt ſex menſes. Doſis dr. 1.

## MOFARRAH MESSIEHI.

*Electuarium cardiacum: Chriſtianum.*

Cardiacum, imo cephalicum eſt, & hepaticum; & his omnibus partibus accommodatum; appetentiam cibi conciliat.

Rec. *Canellæ craſſioris,*
*Borraginis:*
*Ocimi,*
*Roſarum, ana dr. 5.*

*Galangæ*

*Galangæ,*
*Cubebarum Chinæ,*
*Caryophyllorum,*
*Spicæ,*
*Cardamomi minoris, & majoris,*
*Nucis aromaticæ,*
*Seminis baſilici,*
*Maſtiches,*
*Corticis mali citrii,*
*Seminis fraxini,*
*Macis, ana dr. 3.*
*Moſchi arborei, dr. 4.*
*Margaritarum imperfor.*
*Macropiperis,*
*Folii Indici,*
*Cyperi Cuſenſis,*
*Ambræ Cineritiæ, ana dr. 2.*
*Zingiberis,*
*Zedoariæ, ana dr. 1.*
*Teſticuli vulpis, ſeu ſatyrionis, dr. 10.*
*Moſchi,*
*Auri liquidi,*
*Argenti liquidi, ana dr. ſ.*
*Succini, ſeu electri,*
*Corallii, ana dr. 1.*
*Nucis Indicæ probatæ, m. 30.*
*Mellis duplum omnium Medicamentorum,*

Fiat electuarium ex more.

## MORABBA HELILEH.

*Conditum de Myrobalanis.*

Stomacho, ac digeſtioni proficuum; naturam molliens, hæmorrhoidibus ſuccurrens; viſum acuens, oblivionem ſanans, ſanguinemque corripiens.

*Myrobal. cebulæ majores, num.* 100.

Includantur vaſe, & aquam q.ſ. infunde, ita ut cooperiantur; ſuperadde Cineris mundi, dr. 50. aquam, & Cinerem quater renova, & tribus quibuſque diebus lava, donec cortex ſeparetur; inde in ollâ aquam mundam infundes, his ſtratum hordei mundati ſemituſi adjunge; decoque; tum remove decoctum; iterum modo præfato decoque; tum ſingulas myrobal. decies acu penetra, & in vaſe ſerva; tandem mellis q. ſ. ut cooperiantur, adde; ſic viginti diebus maneant; deinde ex melle eruant, & iterum ſervato primo melle, novum infundatur; tum biduo nutriatur; ac poſtea utraque mellis infuſione conjunctâ decoctio fiat ad craſſitiem uſque; ſi maſſam aromatizes caryophyllorum, Zingiberis, Cardamomi, nucis moſchatæ, maſtiches, agallochi, ana m. 5. moſchi dr. ſ. Croci, m. 1. melius evadet conditum, repone in vaſe; & poſt 40. dies utere.

## MORABBA ZENGEFIL.

*Conditum Zingiberis.*

Renibus, ac veſicæ valorem concilians; lotium ciens, febres pituitoſas debilitans; ſtomacho vigorem, nec non virili potentiæ vires ſuppeditans.

Rec. *Zingiberis optimi q. u.*

Sub arena condito, & 20. dierum ſpatio aquam affundito; dein extrahito, diviſumque in partes hydromelite decoque ad conſiſtentiam probam.

## MA EL GEBEN.

*Aqua Caſei.*

Valet ad melancholiam, ad icterum; ad ſcabiem quoque, & ad maculas; ad paſſiones atrabilares; bilem educit mixta cum epithymo purgativo.

Rec. *Hædum coloris rubri quinquaginta diebus poſt partum.*

Illum nutries per aliquot dies ex coriandro recenti, aut lactucis, aut cichoreis, aut fœniculo, aut farina hordei, aut herba hordei, aut fumaria recenti; dein cum lib. 2. lactis; & lento igne decoque in vaſe vitreato, poſt bullitum unum infunde lib. 1. oxymelitis probè acetoſi, tum commove ex ligno fici à cortice nudato, donec coaguletur; & ab igne amove: totum telâ, ſeu colo incluſum appende, & colaturam diſtillantem iterum decoque ſpumam colligendo: ſumatur cum oxymelite quotidiè lib. 1. tribus ſcilicet hauſtibus interjectis nempe duabus horis inter ſingulos hauſtus, inter quos aliquoties ventrem ſolvet.

## MARHAM GOULNAR.

*Cerotum Balauſtiorum.*

Ad ulcera corroſiva utile.

Rec. *Gallarum,*
*Lithargirii,*
*Curcumæ, ana part. 1.*
*Balauſtiorum,*
*Foliorum myrti.*
*Succi plantaginis, ana par. 2.*

Fiat ceratum ex cera alba, & oleo roſato.

## MARHAM SEDENEGI.

*Cerotum lapidis hæmatitis.*

Valens ad hæmorrhoïdes, & ad anum prolapſam.

Rec. *Hæmatitis lotæ,*
*Boli armenæ,*
*Succi hypociſtidos, ana dr. 3.*
*Opii. m. ſ. & dr. 4.*
*Ceruſſæ, dr. 2.*
*Croci, dr. 1.*
*Olei amygdalini violati,*
*Olei florum amygdalar. ana dr. 10.*

Cerâ in oleo liquefactâ fiat commixtio cum cæteris medicamentis contritis, atque transfuſis; addendo in mortario lactis puellam nutrientis dr. 10.

## MARHAM ATESCHEK.

*Unguentum ad luem veneream.*

Apoſtemata quippe hujus, & ſimilia exteriora ſymptomata citò ad ſanitatem perducit.

Rec. *Arſenici albi, Mercurii, ana q. v.*

Simul terantur, donec deletus omnino remaneat Mercurius: tum adde ſaponis m. 10. & in mortario lapideo ſimul tundantur, donec conſiſtentiam unguenti acquirant: ſi ſapo ſiccior ſit, addatur aqua guttatim.

*Explicatio Ponderum, Quæ occurrunt in iis quæ è Pharmacopœa Perſica excerpta ſunt.*

| Nomen | Abbreviaturæ. | Valor. |
|---|---|---|
| *Habbe, granum* | *Gran.* | *Gran. 2. Hordei.* |
| *Teſſoug; chalcus,* | *Chalc.* | *Gran. 3. ad 4. hordei.* |
| *Donk; dungus.* | *Dung.* | *Sexta pars meſcalæ.* |
| *Derem; dragm.* | *Dr. vel Drach.* | *Drachma noſtras.* |
| *merſqal meſcal.* | *M. vel meſc.* | *Seſqui drachma, ſive dr. 1. ſemis.* |
| *Vaqieh uncia.* | *Vaq. vel unc.* | *Uncia noſtras.* |
| *Retel, libra.* | *Lib.* | *Libra noſtras.* |
| *Men. Mina.* | *Min.* | *Meſcalæ 600.* |

EXCER-

# EXCERPTA
# E
# LABORATORIO CEYLONICO.

*Sal Volatile Vrinæ Vinoſum.*

R*Ecipe* quantitatem ſufficientem Vrinæ Iuvenum *Microcoſmi Filiorum*, qui ſani ſint & per aliquod temporis ſpatium, bono cibo, bonoque vino nutriti fuerint, urinam illam in vaſe depone, quod diligenter obturabis, cum verò per duos menſes in Fimo Equorum vel alio quodam modo putrefacta fuerit, tunc eam in *Arena* per retortam diſtillabis, ſuaviter ac lentè *Spiritus* eliciendo, donec *Sirupi Species* in *fundo* remaneat, quod autem diſtillatum erit iterùm ſuperimpones, & denuò diſtillabis velut antea, donec fuerit condenſatum. Tunc impone ſimul *Spiritus* iſtos in magna phiala, quæ longum ac ſpatioſum collum habeat; appone deſuper Capitellum, & ipſi Recipientem adjunge, quibus ſimul benè lutatis phialam in Vaſe cineribus pleno collocabis, & ignem leniter accendes, tunc aſcendet *Sal Volatile Mercuriale*, & coagulabitur in Collo ſicut & in *Capitello* & in *Recipiente*. Dùm verò non ampliùs ſurſum ſublimabitur, tunc phialam eximes, & *Salem* totum colliges, quem iterùm in aliam phialam immittes, ipſi ſuperaffundendo portionem quandam *Liquoris Salis Tartari* & *Spiritus Vini*, quæ quidem per aliquod tempus ita diriges ut calor ſit moderatiſſimus, ne unum ante aliud elevetur. Cum autem hoc modo res tuæ diu ſubſtiterint, denuò Capitellum ſuperappones, quod bene lutabis, & appoſito Recipiente, æſtiuum calorem moderatum excitabis: tunc in *Capitello* ſublimabitur *Sal* formæ mirabilis, quod quidem non manebit coagulatum, velut aliud *Sal Volatile*; ſed ſtatim in quemdam Liquorem diluetur, cujus virtus mirum in modum eſt extraordinaria. *Medicamentum* iſtud multos præſtantiſſimos effectus producit in morbis periculoſiſſimis, & vel minima Doſis ſufficiens eſt. Poſſumus pariter hoc eodem medio quoddam *Sal Eſſentiale Vegetabilium*, cujuſcunque generis ſint, extrahere & illud ad unumquemque morbum aptum reddere, quod quidem tunc temporis multo majori pretio dignum erit. Hujuſce præparationis quandam vobis formulam communicabo, juxta quam omnes alias inveſtigare poteritis.

Rec. *Sp. Vin. Tartariſ. unc.* ij. *Ol. ſt. Vegetabil. Dr.* j.

Dùm res iſtæ ſimul ſuccuſſantur, confeſtim invicem uniuntur. Impone illas in phiala, & ipſis adjice *Drach.* j. *Salis Vrinæ Vinoſi*, quæ ſimul cum igne lento ſublimabis, tunc ſal quoddam exurget, quod in ſe virtutem *Eſſentialem Vegetabilium* continet, & ad graviſſimos Morbos ac obſtructiones Corporum, pretioſiſſimum, nobiliſſimum ac efficaciſſimum eſt *Medicamentum*, prout à multis doctiſſimis peritiſſimiſque Scriptoribus ſufficienter fuit demonſtratum.

*Doſis eſt* 2. 3. *ad* 5. *Grana*, cum idoneis Vehiculis.

*Spiritus & Sal Volatile Oleoſum, è Dentibus Olyphantum.*

D*Entes Olyphantis ſuppeditant *Europæ* Segmenta ſive Raſuram, *Ebur*, *Vſtum* vel *Spodium* ex *Ebore*, ad uſum Medicinæ. Labores autem ac Examina per ignem in *Ceylonia* ſequenti modo direxi.

*Recipe* Segmentorum partem ſufficientem, quam in Retortam vitream immittes, & hanc in fornace ventoſa depones, dum autem eidem Retortæ Recipientem adjunxeris & ambo bene lutaveris, diſtillandum eſt *per gradus*, donec nihil ampliùs educatur; tunc ignem extingui permittes, Recipientem aſſumes & quod in eo continetur in Retortam infundes, deinde Recipientem optimè lavabis cum *Spiritu Vini*, quem etiam affundes ſimul, & totum unà rectificabis. Hinc tibi ſupererit *Medicamentum* ſubtiliſſimum atque jucundiſſimum. Si verò tibi ſit cupido ſal quoddam ſiccum habendi, poteris illud per phialam ſublimare atque ad uſum ſervare. Medicamentum iſtud ſemper tibi maximum auxilium præbebit pro morbis ſequentibus.

In Syncope & Palpitatione Cordis.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sp. ex Ebore, gutt. x.* | *Aq. Cinam.* |
| *Eſſ. Cinam. gutt. iij.* | *Roſar. an. unc. S.* |
| *Syr. Citri, dr. ij.* | *M. pro una doſi.* |

In Catharro Suffocativo.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sal. Volat. Oleoſ. ex Ebore, gr. v.* | *Aq. Menth.* |
| *Tinct. Cinom. gutt. viij.* | *Fœnic. an. unc. S.* |
| *Syr. Fol. Cinnam. dr. ij.* | *M. pro una doſi.* |

In Suffocatione Matricis.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sp. ex Ebore, gutt. x.* | *Aq. Cinnam.* |
| | *Matricar. an. unc.* S. |
| *Syr. Fol. Cinnam. dr. ij.* | *M. pro una doſi.* |

In Obſtructione Menſium.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sp. Eboris, gutt. x.* | *Cinnam. an. unc.* S. |
| *Syr. Calaminth. dr. ij.* | *Eſſ. Cinnam. gutt. iij.* |
| *Aq. Matricar.* | *M. pro una doſi.* |

In Pleuritide, vel aliis puncturis.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sp. Ebor. gutt. x.* | *Portulac. unc. S.* |
| *Succ. Cichor. unc. j.* | *M. pro una doſi.* |

### *Sal Volatile & Oleum,*

### Ex Oſſibus Olyphantum.

IN Sylvis *Ceyloniæ* tot hujus generis oſſa reperiuntur quot deſiderantur. Eorum autem examina ſequenti modo ſuſcepi.

*Recipe* magnum, rotundum & terreum Inſtrumentum, cujus collum ſit oblongum dûm autem exiguis iſtis Oſſibus adimpletum erit, depones illud in Fornace Uentoſa, & adjecto magno Recipiente, deſtillabis *per gradus* uſque ad ſummum, cum igne fortiſſimo, donec nil ampliùs prodeat. Cùm autem ignis ſponte fuerit extinctus, eximes *Recipientem*, ubi magnam quantitatem habebis *Salis Volatilis* & *Olei.* Salem ad omnes occaſiones ubi tale medicamentum conveniens eſt, impendere poteris, quinetiam ex eo pretioſum *Salmiac* componere poteris quod modo ſequenti peragendum eſt.

### *Sal Armoniacum Artificiale.*

*Recipe* Salem iſtum quem in Retortam injicies & ei tantùm Spiritus ſalis ſuperaffundes, quantùm requireretur, ut nullam amplius ebullitionem fieri percipias. Cùm autem humiditates extraxeris, albiſſimum pulcherrimumque *Salem Ammiac* in fundo comperies, qui pulchrior adhuc evadet, cum ipſum ſublimari curaveris. Hoc eodem modo *Salmiac* ex omnibus *Animalium Salibus* & ex *Spiritu Salis*, facile compoſitu eſt, imò & pro tanta quam cupiveris quantitate.

Oleum ex Oſſibus eſt præſtantiſſimum Linimentum quoad *Beriberi* Spaſmum, Paralyſim, Lethargiam, Torporem & alias nervorum infirmitates; ita ut loco plurimorum Oleorum ſupplere poſſit quæ nobis ex Europa abſque neceſſitate tranſmittuntur. Dùm enim aſſumo decem libras Olei, ſemi-libram Olei Camphoræ & uncias quatuor iſtius Olei, atque omnia cum foliis Cinnamomi decocta comprimo atque tranſcolo, tunc habeo tale pretioſum Oleum contra morbum Beriberi; quale poſſum deſiderare, & ita mihi cæteras licitum eſt unctiones dimittere.

### Empl. Nervinum.

| | |
|---|---|
| Rec. *Ceræ Citrinæ, lib. j.* | *Sangui. Cerv.* |
| *Sevi Cervin. lib. S.* | *Oſſ. Cervi, an. unc.* S. |
| *Ol. Corn. Cervi.* | *M. F. Empl.* |

Cùm Emplaſtrum iſtud ad uſum conferes & ipſius efficaciam animadvertes, ſummoperè virtutem ejuſdem demiraberis, quam expertam habebis in *Diſlocationibus*, *Paralyſibus*, *Marcore memborum* à vulneribus cauſato, *Podagra*, *Spaſmo*, *Convulſionibus*, & ſimilibus affectibus.

### Aq. Tenellorum Cervi.

| | |
|---|---|
| Rec. *Cornua Cervi Novella Sanguine adhuc repleta, in Fruſtula conciſa, q. ſ.* | *Arantior. an. lib. j.* |
| | *Flor. Cinnam.* |
| | *Cardam. ſylveſtr. an. m. j.* |
| | *Aq. Roſar.* |
| *Succ. Citri.* | *Vini Albi Gallici, an. lib. j.* |

Totum hoc ſimul in Retorta Vitrea impone; ei Capitellum ſuperaddendo atque illud in *Balneo Mariæ* ad ſiccitatem elice, illudque tanquàm Aquam Cardiacam pretioſiſſimam cuſtodi.

### Aq. Cordis Cervi.

| | |
|---|---|
| Rec. *Cor. Cerv.* Num. 1. | *Arantior. an. dr. iij.* |
| *Succ. Citri.* | *Flor. Cinnam.* |
| *Arantior. an. lib. ij.* | *Herb. Roriſm.* |
| *Cinnam. unc. ij.* | *Matricar. an. m. S.* |
| *Cardam. unc. S.* | *Aq. Roſar. lb. j.* |
| *Cortic. Citri.* | *Vini Albi Gallici, lb. iiij.* |

Totum in *Balneo Mariæ* deſtilla uſque ad ſiccitatem & ad uſum ſerva.

### Bezoardicum Corn. Cervi.

Rec. *Raſuræ Corn. Cerv.*
*Corn. Cervi Philoſoph. præparat.*
*Corn. Cervi uſti & præp. an. unc. ij.*
*Sal. Volatil.* C. C. *dr. j.*
*Sulph. Philoſophicè præp. dr. ij.*
*Terr. ſigill. Ceylonic. unc.* S.
*Lapid. Bezoar. or. dr. iij.*
*Fol. Auri*, Num. 5.
*Ol. ſtill. cinam. gutt. x.*
*M. F. Pulvis.*

Maximam ipſius Efficaciam percipies in malignis omnibus morbis. Doſis eſt drach. ſ. ad drach. j.

### *Spiritus Cornu Alces.*

*Recipe* ſufficientem quantitatem *Cornuum Alces* quæ quidem nobis nuſquam deficiunt in *Ceylonia*, Terreum Inſtrumentum eiſdem cornubus adimple, ſuper igne aperto illud appone, adapta ipſi Recipientem bene lutatum, & da ignem *per gradus*, tandem verò fortiſſimum, quod tibi faciendum eſt tamdiu donec nil ampliùs prodeat. Tùm ſines omnia refrigerari, Recipientem extolles, quod ineſt in Retortam infundes & Recipientem ablues cum ſpiritu *Roriſmarini* quem ſuperaddes, & totum in *Arena* rectificabis. Dùm *Phlegma* & *Oleum* incipiunt exire, ſiſte gradum, & extrahe ſpiritus & eos ſeparatim ſerva. Hoc erit adhuc tibi Medicamentum pretioſiſſimum quod in *Epilepſia*, *Apoplexia*, *ſpaſmo* & ſimilibus morbis maximam Virtutem tibi demonſtrabit. In epilepſiâ ſequenti modo poteſt adhiberi.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sp. Corn. Alces, ſcr.* S. | *Aq. Matricar. unc. j.* |
| *Eſſent. Roriſm. ſcr. j.* | *M. F. Hauſtus.* |

### In Apoplexia.

| | |
|---|---|
| Rec. *Sp. Corn. Alces, ſcr.* S. | *Roriſm. ſcr. j.* |
| *Eſſ. Succini, gutt. viij.* | *Aq. Menth. unc. j.* |
| *Cinnam. gutt. iij.* | *M. F. Hauſtus.* |

### *Spiritus Antiepilepticus ex Ungula Alces.*

*Recipe* certam quantitatem Vngularum, quas minutim diſſecabis, iiſque Retortam adimplebis, exinde *Sal Volatile* & *Oleum* elicies. Quando deſtillationem peregeris, aſſume *Retortam*, & perge pari modo ac de *Cornubus* dictum eſt. *Ungulas* ſupermanentes calcinabis & ſervabis ad uſum. Spiritus illius rectificati duas Vncias in Retortâ impones, & ſuperaddes.

| | |
|---|---|
| Rec. *Nuc. Moſcat.* | *S.* |
| *Macis.* | *Herb. Calaminth.* |
| *Cubebar.* | *Roriſm.* |
| *Coriandr.* | *Matric.* |
| *Cardamom.* | *Baſilicon. an. M. S.* |
| *Cardam. Sylveſt. an. unc.* | *Sp. Vini, lib. j.* |

Hæc

Hæc omnia ſine per aliquot dies unà macerari. Tunc deſtillato per *Alembicum in Arena*. Doſis eſt ſemidrachma, ſumiturque cum aptis aquoſis Liquoribus. Exquiſitiſſimum eſt Remedium in *Epilepſia* & *Apoplexia*.

*Bezoardicum Cornu & Ungulæ Alces.*

Rec. *Corn. Alces Philoſophic. præp.*
*Corn. Alces Calcinat.*
*Ung. Alces Calcinat.*
*Ung. Alces Philoſ. Præp. an. unc.* j.
*Sal. Volat. Oleoſ. ex corn. & ung. alc. dr.* ij.
*Fol. Lunæ*, Num. *x*.
*Mag. Lunæ*, *dr.* j.
*Succini dr.* S.
*Ol. ſt. Menth. gutt. xx.*
*Fol. Cinnam. gutt. x.*
*Butyr. Perlar. dr.* j.
M. *F. Pulvis.*

*Bezoardicum* iſtud auxilium ſuum in ſupradictis Affectibus potentiùs demonſtrabit. Doſis eſt ſemi drachma & ampliùs in convenientibus *Vehiculis*.

*Sal Volatile & Fixum ex Viperis & Serpentibus.*

INter illos varios colubros qui reperiuntur in *Ceylonia* habemus ſimul etiam *Viperas*, ut & alios magnos *Angues* qui dùm *Hippocrates* viveret, in magno pretio fuerunt apud omnes expertos Medicos. Quamobrem non oportet illos ſilentio prætetire, nam iidem, multis ac miris modis, præſtantes Medicinas nobis ſuppeditant.

*Recipe* igitur partem unam Viperarum quæ ſupplebit defectui cuprearum illarum Capellarum vel aliorum magnorum Anguium, abjice caput, caudam ac viſcera, exceptis Hepate & Corde, cætera ſimul exſicca, proſcinde in minima fruſtula, quibus dein Retortam vitream replebis, tunc eam depones in fornace ventoſa, Recipientem ei præponendo; exinde deſtillabis quidquid exire potuerit. Hoc facto vas tuum extrahes ac recipientem ablutum, evacuabis. Infunde totum liquorem in Phialam, cujus collum ſit oblongum, tunc rectificabis eum, eoque modo *Sal Volatile* bellè ſublimabitur, illudque deinde colligere poteris atque reſervare. Nonnulli volentes ipſius fœtorem eximere, tantùm affundunt *Spiritus Vitrioli*, donec nō ampliùs ebulliat, & ipſius humiditates abſtraxerint. Deinceps iterùm ſuperaffundunt partem unam *Liquoris Spiritus Tartari*, & ita ſeparant *Sal Volatile* quod tali modo ſit purius & penetrantius. Dùm iſtud Sal ita coagulatum eſt cum *Spiritu Vitrioli*, & quodammodo ad fixitatem delatum eſt, fæliciſſimè pro multis morbis impendi poteſt, quoad *Sudorifera*. Verumenimverò certus modus *Sal Fixum* faciendi requirit Aquam pluvialem quæ continet in ſe ſubtilem quemdam *Salem Nitroſum* quo ſal ſuperior per abſtractionem aliquatenùs fixus ſit. Qui Sal poteſt ſalubrioris uſus eſſe quàm Sal volatile, pro nonnullis affectibus. *Oleum*, quod provenit ex hac deſtillatione, pretioſiſſimum eſt, quoad *Chirurgiam*, dùm remediis illis immiſcetur quæ ſanandis vulneribus ac morſuris venenoſorum Animalium inſerviunt.

Hæc Salia virtutem præſtantiſſimam continent in plurimis morbis malignis atque periculoſis, ſi ſumatur ex iis ſolummodò parva quædam Doſis; nam ſudorem provocando, perniciosas materias expellunt, mirum in modum à Torminis earum optimè liberant, ſanguinem purificant; firmiter adhærentes Humores incidunt & diſſolvunt: præſertim verò vires ſuas demonſtrant in *Arthritide*. Calculoſas Materias per Urinas ejiciunt, vetuſtas viſcerum obſtructiones aperiunt, variaſque febres exinde provenientes perſanant, omnibus putrefactionibus atque melancholicis humoribus obſiſtunt. Idem præſtat etiam hæc ſubſequens *Theriaca* & ipſum *Bezoardicum* quæ ſimul cum ſupradictis Remediis ſemper ad uſum habui parata. Hic ego vos nonnullarum præſcriptionum participes efficiam ſecundùm quas vobis ipſis conſulere licebit.

In febribus Malignis, Petechialibus, & Peſtilentialibus.

Rec. *Sal. Viperin. Volat. gr. v.*
*Sulph. Phil. Præp. gr.* vj.
*Theriac. Ceylonic. dr.* j.
*Sal volatil. Zerumbeth. gr.* iij.
*Aq. Zedoariæ, unc.* j. *ſ.*
M. *F. Hauſtus.*

In febribus Intermittentibus.

Rec. *Sal. Volatil. Viperini gr. v.*
*Spin. Viperin. Calcinat. ſcr.* j.
*Sulph. Phil. Præp. ſcr. S.*
*Decoct. Hord. vel Cichor. unc.* ij.
*M. F. Hauſtus.*

In Scabie & Lepra.

Rec. *Sal. Volat. Viperin. gr.* iij.
*Spin. Viper. Calcin. ſcr.* j.
*Sulph. Phil. Præp. gr.* iij.
*Decoct. Lign. Ebeni unc. i ſ.*
*M. F. Hauſtus.*

In Arthritide.

Rec. *Sal. Volat. Viper. gr.* vj.
*Spin. Viperin. calcin. ſcr.* j.
*Aq. Morungæ, unc. i ſ.*
*M. F. Hauſtus.*

ILlud autem Remedium multis aliis morbis inſervire poteſt, cum maxima utilitate.

Externè ſedat cruciatus Paraliticos atque Podagricos, ſi cum aqua Roſarum aut quadam aliqua re ſimili ſolvatur, & cum implicato linteo madido parti morboſæ ſuperponatur.

Inſuper præparantur à me Serpentes in *Ceylonia*, ita ut à putrefactione præſerventur. Qua de cauſa poſſunt ad exteros emitti, vel ad uſum ſervari. Quod quidem ſit modo ſequenti. Poſtquàm emundati ſunt, ut antea dictum eſt, eos in fruſtula diſſeco, & per tres aut quatuor horas in moderatâ Muriâ colloco, tunc eos exſicco atque in cribro, quod obcludere poſſum, depono: poſtea ſubter eo parum ignis extendo, deſuper ſpargendo pulverem factum ex *Cortice Rad. Cinam. Cortic. Radic. Cinam. Sylveſt.* parumper *Myrrhæ* & *Lig. Aloes*, ſic eos lentè ſiccari ſino uſque dùm contundi & in pulverem redigi poſſint. Tunc ex hoc ſoleo componere certum quoddam

*Bezoardicum Viperinum.*

Rec. *Pulv. Viperin. Præp. unc.* ij.
*Spin. Viperin. Calcin. unc. S.*
*Terr. Sigillat. Ceylonic. dr.* j.
*Cortic. Radic. Cinnam.*

*Cinnam. ſylv. an. dr.* j.
*Sulph. Phil. Præp. dr.* ij.
*Sal. Vol. & Fixi Viper. an. dr.* j.
*Ol. ſtill. Camph. gutt. xx.*
*M. F. Pulv. doſ. dr. ſ. ad dr.* j.

*Theriaca Ceylonica.*

Rec. *Mell. deſpumat. lb.* v.
*Pulv. Viperin. Præp. unc.* iv.
*Spin. Vip. Calc.*
*Terr. Sigill. Ceylonic. an. unc.* ij.
*Rad. Zerumbeth.*
*Zedoariæ.*
*Calam. Aromat. ana lb. S.*
*Cortic. Rad. Cinnam.*
*Cinnam. Sylv. an. unc.* iv.
*Ariſtolochiæ Long.*
*Citri.*
*Arantior.*
*Fol. Cinnam. an. unc.* j.
*Sal. Vol. Oleoſ. Zerumb. unc. S.*
*Vol. & Fixi Viperin. an. dr.* ij.
*Camphor. ex Rad. Cinnam. dr.* j.
*Sulph. Philoſ. Præp. unc.* j.
*Ol. Rad. Cinnam. dr.* iij.
*M. F. Electuarium.*

QUid fiet nunc de vobis? O *Theriacæ Venditores*, qui per totum orbem vagamini? meliùs eſſet ut deceptoriam veſtram *Theriacam* à *Ceylonia* prohiberemus propter eam quam ibidem centies meliorem componere poſſumus. Hæc eſt recta venenum expellens *Theriaca*, cujus *Scrupulus* j. tam magnum effectum producet quàm veſtræ *Libra* integra. Non eſt Theriaca ſomnum inducens, ſed Spiritus ipſos exhilarans. Suo Tempore ſatis ſuperque manifeſta fiet, propter tot & tantas Virtutes quæ continentur in ea.

*Tinctura Bezoardica.*

Rec. *Pulv. Vip. cum hep. & Cord. unc.* j.
*Sal. Volat. & Fixi Vip. an dr.* j.
*Lap. Porcin. Ceylonic. dr.* j. *ſ.*
*Cort. Rad. Cinnam.*
*Cinnam. Sylv.*
*Ariſtoloch. Long. an. dr.* ij.
*Rad. Zedoar.*
*Zerumbeth.*
*Calam. Aromat.*
*Galang. Maj. an. dr.* j.
*Lign. Colubr. dr.* iij.
*Sp. Vini Camphorat. unc.* viij.
*Miſc.*

HÆc omnia ſimul in magnam Phialam injice, quam benè lutatam, in Arena Calida collocabis, ut fiat extractio. Cùm autem hoc modo per octo dies conſtituta fuerit, tunc totum in Retortam effundes & *Spiritus* extrahes quos iterum ſuperaffundes & de novo *Tincturam* elicies tunc eam claram excipe, atque ad uſum ſerva.

Habes hic præterea *Medicamentum* exquiſitiſſimum quod *Theriacæ*, *Mithridato* plurimiſque aliis inutilibus Remediis anteferes, illa enim putrefactioni ſubjiciuntur, iſtud verò meliùs ultimâ quàm primâ die permanet. *Doſis eſt ſemi Scrup ad Scrup.* j.

*Hircus.*

INſuper volo vos participes facere duorum inſignium Remediorum, ex *Hirco* fætente: *Helmontius* cujus altum Ingenium Scholas totius orbis Terrarum commovit in *Aurora* ſua, ubi de *Duelech* ſcribit, ita loquitur. *Hircorum Urina ſi velut humana diſtilletur* plus præſtat quàm enarrari poteſt contra Contemptores Artium: Quære, & gaudium reperies. In alio commendat *Sanguinem Hirci* tanquàm *Specificum* quoddam contra Pleuritidem. Hæc ambo Medicamenta per ignem ad Spiritus ſubtiles adduxi, prout ſequitur.

*Spiritus ex Urina Hirci.*

*Recipe* ſub ortum Auroræ, ſufficientem portionem *Urinæ Hircorum*, naſum eis obturando, tunc anxii redduntur & urinam emittunt quia ſe quaſi ſuffocatos ſentiunt. Hanc Urinam poſtquam ut decet putrefacta fuerit per *Alembicum in Arena*, velut humanam Urinam deſtillabis. Iſtud eſt Remedium præſtantiſſimum pro *Calculo*; quoad autem periculoſas Vreterum ac Veſicæ obſtructiones, miraculoſas exhibet operationes. Hoc ipſo Remedio duabus vel tribus perſonis mirabiliter auxiliatus ſum quæ aquam per quinque vel ſex dies emittere nequibant, atque ſui compotes non erant, circiter tamen trium aut quatuor horarum ſpatium cujuſcunque periculi fuerunt expertes. *Doſis eſt Scrup.* j. *ad drach. S.* in Cereviſia, vel in Aqua, vel in alio Liquore.

*Spiritus Sanguinis Hirci.*

QUid deſiccatus *Hirci Sanguis* operetur benè notum eſt. Ego verò *Spiritum* quemdam exinde prolicio quo *Pleuritidem* omnium periculoſiſſimam, abſque venæſectione ſanare poſſum. Aſſumo portionem Sanguinis, aquam aufero, Reliquum per Retortam extractum, primò lentè, deinde vehementiùs, producit *Spiritum*, *Sal Volatile* & *Oleum*, quod tunc rectificatum per *Alembicum*, præbet pulcherrimum quemdam *Spiritum*, qui in hoc morbo mira præſtat, quando cum medio quodam commiſcetur, & cochleari juxta formulam ſequentem in uſum adhibetur.
Rec. *Sp. Sangu. Hirc. dr. S.*
*Succ. Cichor.*
*Portulac. an. unc.* ij.
*Syr. Scabioſ. unc. S.*
*M. F. hauſt. pro* 3. *aut* 4. *Doſ.*

Eandem efficit Operationem in Peripneumonia, curſus interruptione Circulationis, in gravibus occaſibus, contuſionibus, vel Coſtarum Fracturis ubi datur ſuſpicio Sanguinis Coagulati.
Rec. *Sp. Sangu. Hirc. ſcr.* j.
*Oc. Canc. Præp. gr.* xv.
*Succ. Scabioſ. unc. S.*
*M. F. Sudorif.*

Quod juxta placitum veſtrum reiterare poteritis. Oleum *Linimenti* loco vobis inſervire poteſt.

*Scorpiones.*

HUjus generis Reptilia miræ magnitudinis apud nos reperiuntur. Ex eis autẽ habemus *Oleũ Scorpionis Simplex*, & poſſumus etiam *Oleum* componere non ſecùs ac illud quod *Oleum Matthioli* dicitur: quod fit modo ſequenti.

Rec. *Ol. Oliv. lib.* 5.
*Herb. Calaminth.*
*Menth.*
*Nepetæ, an. M.* j.
*Verben.*
*Seſami.*
*Matricar.*
*Fol. Cinamam.*
*Iunc. Odorat. an. m. S.*
*Rad. Iunci Odorat.*
*Zedoar.*
*Gentian.*
*Ariſtoloch. Long.*
*Zerumbeth. an. unc.* j.
*Cort. Rad. Cinnam.*
*Cinnam. Sylv. an. dr.* vj.
*Cinamomi unc.* j.
*Bacc. Cinnam. unc.* j.
*Cardam. Sylveſt. dr.* iij.

HErbæ Radiceſque minutim incidi debent, & *Oleum* ex iis extrahi. Quam ob cauſam in loco calido, per octo vel quindecim dies collocari debent: poſteà ſuper igne lento decoquentur, comprimentur, & tranſcolabuntur.

Tunc in hoc *Oleo* decem vel plures magni viventes adhuc Scorpiones ſunt imponendi, verùm ſucceſſivè, difficulter enim tot una vice recuperantur. Vitrum autem benè obturatum in Arena calida, vel in cineribus collocabis, & ibidem per aliquot tempus remanebit donec tandem venias ad Coctionem quæ per duas vel tres horas igne lento fieri debet: tunc Oleum exinde comprimes, & ipſum ſervabis.

*Oleum* iſtud non minùs efficax erit quàm quod Matthiolo tribuitur, imo tantam in eo virtutem experieris.

*Butyrum Perlarum.*

ACcipe quantum ſufficit è noſtro diſtillato Aceto Ceylonico quod à me, pluris æſtimatur quàm Acetum vini, quippe quod nullas Fæces in Fundo ſicut *Acetum Vini*, licet talem vim habeat: & funde ipſum ſupra margaritis ſubtiliter contuſis atque melioris notæ; da tempus ut ſolvantur: Dum verò nil ampliùs ſolvendum ſupereſt, educito liquorem, eumque per chartam bibulam tranſcola, ſuperaffunde novum iterùm, & ſolve ſicut antea, donec judices te ſufficientem ipſius quantitatem habere: deinde diſtillabis ipſum in *Balneo* donec fiat ſiccum, tunc deſuper affundes quendam *Spiritum Vini* quem exinde diſtillabis, & eundem iterùm affundes, atque per vices aliquas cohobabis, ac tandem fiet ſicut Butyrum atque totam ſuam acrimoniam amittet. Hoc eſt igitur Butyrum Perlarum quod præſtantiſſimum eſt *Cardiacum*. Eſt & pretioſiſſimum Medicamentum contra Pthiſim, ſicut & contra *Febrim Hecticam* quæ comitatur Phtiſim. Quoad *Cephalalgiam* quæ provenit à calidis vaporibus, dejicit humores ad partes inferiores, & eſt inſigne Medicamentum ad fixionem & requiem Sanguinis & Spirituum Effervеſcentium. *Doſis eſt Scrup.* j. *ad Drach. S.*

*Syrupus Perlarum.*

*Recipe* Solutionem Perlarum ſecundùm modum eam conficiendi, quem te docui lib. 1. Tunc Accipe duas libras boni Syrupi ex albo Saccharo confecti. Fac totius commixtionem, impone illud in Retortâ, & exinde Diſtilla circiter tres unius Libræ partes humiditatis, tunc paratum eſt & habes certum quendam, mirabilem *Syrupum* Cordialem qui multis ipſius Cordis infirmitatibus, mirum in modum opitulatur.

Simul etiam in iſtis calidis Regionibus *Pulverem* quendam *Antifebriticum Perlatum* ad praxim adhibui, qui tam in *Febribus* continuis quàm in Intermittentibus mirabiles effectus ſemper produxit, & talis eſt ut ſequitur.

*Pulvis Antifebriticus Perlatus.*

Rec. *Matr. Perlar. Præpar. lib. S.*
*Corn. C. Uſti, & Præp. unc.* iiij.
*C. C. Phil. Præp. unc.* j
*Nitr. Vitriolat. dr.* vj.
*Sulph. Phil. Præp. unc.* j.
*Miſc. fiat Pulvis: Doſis dr. S. ad dr.* j.

*Eſſentia Cinnamomi.*

Primò talis tibi componendus eſt *Spiritus Cinnamomi* qualis ſequitur: Spiritus Vini Cinnamomi rectificatus per aliquot vices. Tunc accipe Liquorem Salis Cinnamomi cui affundes Spiritum illum. Et tunc diſtillationem facies, multoties cohobando. Accipe deinceps iſtius *Spiritus* Libram j. Cinnamomi Vnciam j. exagita totum ſimul, & fiet eorum jucundiſſima Conjunctio. Tùm adjicies huic Eſſentiæ Vnciam unam Cinnamomi ſubtiliter pulveriſati, & facta Extractione, Tincturam Regiam atque Mirabilem recuperabis, quæ in ſe ipſa Virtutes omnes Cinnamomi continet: eam igitur claram effundes & ad uſum ſervabis.

ESſentia iſta veriſſimum eſt *Balſamum Vitæ*, & optimè medetur morbis Capitis, Stomachi & Matricis, Menſtruorum obſtructiones aperit & præſtantiſſimos producit effectus in Partubus difficilibus, in Colica, & etiam in ea quæ exinde provenit *Paralyſi*, *Spiritus Vitales* corroborantur, cor ipſum confortatur, atque reſpectu morborum qui vel à frigidis vel à Phlegmaticis Humoribus originem ſuam deducũt, multò plus efficit quàm viginti aliæ decoctiones Herbarum quæ ſæpiſſimè nullius ſunt utilitatis. Hujus autem Eſſentiæ vel minima *Doſis* ſufficit, ſcilicet *à* 3. *ad* 5. *vel ad* 10. *guttas.*

*Marmelada Cordialis.*

Rec. *Dyacydon. Simpl. lb.* j.
*Pulpæ Citri.*
*Aurant. Condit. an. unc.* iv.
*Conſ. Roſar. Vitriol. unc.* j.
*Butyr. Perlar. unc. S.*
*Ambræ gryſ.*
*Moſchi. an. dr. S.*
*M. F. Marmelada.*

Hæc Marmelada Vitales Spiritus, cor ipſum corroborat atque præſervat ipſum à multis Accidentibus. *Doſis eſt drach.* j. *ad* ij.

*Marmelada Cephalica.*

Rec. *Diacydon. ſimpl. lb.* j.
*Nuc. Moſcat. Cond.* Num. iv.
*Extr. Roriſm.*
*Elæoſach. Calaminth. an. unc.* j.

*Eſſent. Roriſm.*
*Butyr. Perlar. an. unc. S.*
*Mag. Succini dr. j.*
*Moſchi.*
*Ambræ an. dr. S.*
*M. F. Marmelada.*

Hæc *Marmelada* Cerebrum confortatur, & utiliſſimè adhiberi poteſt ad eoſdem morbos, veluti in *Apoplexia*, *Vertigine*, *Lethargo*, *Paraliſi* & Tremore. *Doſis eſt drach.* j. *ad* ij. *drach.*

*Marmelada Stomachica.*

Rec. *Dyacydon. Simpl. lb.* j.
*Myrobal. Indic. condit. unc.* iiij.
*Nuc. Moſcat. cond.* Num. iiij.
*Zinzib. Condit.*
*Cortic. Citri.*
*Aurant. condit. an. unc.* j.
*Conſerv. Roſar. Vitriolat. unc.* ij.
*Mag. Succini dr.* j.
*Elæoſach. Calaminth. unc.* j. S.
*M. F. Marmelada.*

Iſta *Marmelada* optimè confortatur Stomachum atque Viſcera, Appetitum provocat, auxiliatur Concoctioni, adverſatur putrefactioni, impedit ne venti progignatur & prohibet rupturas. *Doſis eſt drach.* j. *ad* ij.

*Marmelada Pectoralis.*

Rec. *Dyacydon. Simpl. lb.* j.
*Syr. de Polipod. Indico, lb.* S.
*Pulm. & Carn. Vulpis Indici, inomtia.*
*Iackhals, exſiccat. & præp. unc.* iv.
*Balſam.* Sulph. *Aniſati*, *dr.* ij.
*Lact. Sulph. præp. dr.* j.
*Fl. Sulph. Benzoinat. dr.* j. S.
M. *F. Marmelada.*

Hæc Marmelada optima eſt contra infirmitates Pectoris, ut Aſtma Tuſſis, puris expuitio, & præcipuè in phtiſi quæ exinde provenit. *Doſis eſt Semidrach. ad drach.* j.

Marmelada *Hepatica.*

Rec. *Dyacydon. Simpl. lb.* j.
*Pulpæ Citri condit.*
*Conſerv. Flor. Tamar. an. unc.* iv.
*Nitr.* Vitriol. *unc.* S.
*Martis Potabilis*, *dr.* j. S.
*Santal. Rubr. dr.* j.
M. *F.* Marmelada.

Hæc Marmelada præſtantiſſima eſt quibuſdam infirmitatibus Hepatis velut Inflammationibus, Obſtructionibus & ejuſdem duritiebus. Item in Cachexia, Ictero & Hydropiſi. *Doſis eſt Semidrach. ad* ij.

*Marmelada Splenetica.*

Rec. *Dyacydon. Simpl. lb.* j.
*Syr. de Polypod. Simpl. lb.* S.
*Tinct.* Martis, *dr.* ij.
*Extract. Filicis.*
*Rhabarb.*
*Curcumæ.*
*Eleoſach.* Menthæ *an. unc.* j.
M. *F.* Marmelada.

Hæc Marmelada præſtantiſſima eſt ad tumores & durities ſplenis & aperit ejus Obſtructiones atque ſaluberrima eſt pro Morbis qui ex magnis Humoribus Melancholicis ſuam habent originem. *Doſis eſt* j. *drach. ad drach.* ij.

*Marmelada Nephritica.*

Rec. *Dyacydon.* Simpl. *lb.* j.
*Succ. Liquirit. unc.* ij.
*Sal. Oc. Cancri, unc.* j.
*Succini Volatil.*
*Mag. Succini, an. dr.* j.
*Tartari.*
*Elæoſachar. Bacc. Cinn. an. unc.* j.
M. *F. Marmelada.*

Hæc Marmelada ſaluberrima eſt contra morbos Renum atque Veſicæ, dolorem mitigat, & ardorem Urinæ minuit, & ſuaviſſimè Tartaream Materiam per Urinam expellit, imò optimè conducit ad *Gonorream.* *Doſis eſt drach.* j. *ad* ij.

*Marmelada Laxativa.*

Rec. *Dyacydon. Simpl. lb.* j.
*Nuc. Moſcat. Condit.* Num. ij.
*Zinziberis Condit. unc.* j.
*Reſin. Turbith. dr.* vj.
*Eleoſachar. Fol. Cinnam. unc.* ij.
M. *F.* Marmelada.

Marmelada iſta ſuaviſſimè Phlegmaticos omnes Humores expurgat & omnium accidentium expers eſt quæ cætera communia Purgantia procreare ſolent. *Doſis eſt Drach.* ij. *ad ſemiunc.*

*Marmelada cum Gummi Gotti.*

Rec. *Dyacydon. Simpl. lb.* j.
*Gum. Gott. Roſat. dr.* vj.
*Eleoſach. Fol. Cinnam. unc.* ii.
M. *F. Marmelada.*

Hæc Marmelada leniſſimè *Serum* expurgat & præſertim in *Hydrope* mirabilia præſtat. *Doſis eſt drach.* ij. *ad ſemiunc.*

*Spir. Vitrioli Martis.*
*Tartar. Vitriolat.*
*Crocus Martis.*
*Sal Vitrioli Martis.*
*Tinct. Sulph. Vitrioli.*
*Vitriol. Martis dulce.*
*Aqua Sulphurea Martis.*
*Spir. Sal. Sulphureus dulcis.*
*Ol. Martis, vel* Mars *Potabilis.*
*Sulph. Philoſoph. Aroph vocatum.*
*Syr. Chalybeat.*
*Eleoſach. Chalibeat.*

*Recipe* quantùm tibi placuerit ex *Minera Martis* eam minutim contunde, atque tantùm *Spiritus Sulphuris* ſuperaffunde ut eo circiter trium aut quatuor digitorum latitudinem ſit obtecta, in calore depone ut diluatur, cùm autem tali modo per octo vel decē dies ſubſtiterit, effunde atque filtra. Supra reliquum poteris adhuc novum *Spiritum* infundere & ut anteà extrahere. Deinde prout libuerit in *Balneo* vel *Arenâ* totam humiditatem deſtillabis atque pulchrum *Vitriolum* in fundo remanebit. Aquam diſtillatam ſeparatim cuſtodies, etenim ad varios Morbos tanquàm *Vehiculum* inſervire tibi poterit. Ex iſto Vitriolo *Tartarum Vitriolatum*, prout ſequitur, compone.

Solve *Vitriolum* cum tanta diſtillatæ Aquæ pluvialis quantitate quæ ſufficiat, filtra, & ſeparatim effunde,

funde, tunc adde *Lixivium Salis Cinnamomi* tandiù donec non ampliùs præcipitetur. Sine illud ita conſiſtere per octo vel quindecim dies, denique clarum effunde, filtra, evapora, atque ſine ut fermentetur aut pullulet. Hoc modo pretioſa Cryſtalla tibi ſupererunt quæ majores adhuc vires continent, quàm *Tartarum Vitriolatum*. Doſis eſt Semiſcrup. ad Scrup. j.

*Spiritus Vitrioli* Martis.

Impone Vitriolum iſtud in Retorta vitrea undique circumlutata, depone illam in fornace ventoſa, & ei magnum Recipientem benè lutatum adjunge, atque diſtilla per totam diem, igne lento. Secunda die cum gradibus ignis incipiet aſcendere, tunc eodem modo pergere debes. Tandem fortiſſimum ignem accendes ſed moderatè, & ita tandiù continuabis donec Recipiens totum clarum pellucidum evadat; tunc illud aſſume atque quod ineſt in parvulam aliam Retortam primùm infundes & leniter ſubtilem Spiritum extrahes. Remanet in *Fundo* parumper *Olei Vitrioli* quod conſervare debes.

Si tibi ſit animus *Spiritum* iſtum in virtute ſua exaltandi. Accipe *Caput Mortuum*, quod pro aliquo tempore in aliam Retortam, cujus collum apertum maneat in aere, injicies, & adeò erit avidum *Spiritus Mundi* ut illum ad ſe eliciat. Cùm autem hoc modo per aliquot tempus ſteterit, deſuper iterùm Spiritum tuum affunde, & fortiter extrahe, tunc Spiritus tui pondus & virtutes plurimùm adaucta ſunt. Ex *Capite Mortuo* poteris

*Sal Vitrioli* Martis

Extrahere, dùm autem optimè dulce factum & ſiccatum fuerit, ſupereſt tibi extraordinariè pulcher

*Crocus* Martis.

Ex quo Croco præſtans

*Tinctura Sulphuris Vitrioli*

Eſt extrahenda. Recipe unam vel duas uncias hujuſce Croci, eas in Phialam infunde, optimum *Spiritum Salis* ſuperadde, depone in loco calido ut fiat Extractio. Poſt tres aut quatuor dies *Spiritum Salis* totum rubrum intinctum habes, effunde illum, & alium iterum injice & ita perge extrahere ut anteà donec ſatis habeas.

Extractiones iſtas impone ſimul in parvula *Retorta*, & ſepara donec denſa lutea *Maſſa* fiat. Deſuper adjice Spiritum Vini: depone iterùm in Arena calida ut extrahatur atque per aliquot tempus ſine ut ita digeſtio fiat, tunc habes veram atque legitimam prædictam *Tincturam*, pretioſiſſimum ad omnes *Morbos diſſolutos Medicamentum*, cujus ego tibi quaſdam deſcribam Formulas; prout ego ipſe cum felici ſucceſſu ſemper iis uti ſoleo.

In Hæmorrhagia.

Rec. *Tinct. Sulphuris* Vitriol. *dr.* S.
*Roſar. dr.* ij.
*Aq. Roſar.*
*Nymphææ. an. unc.* ij.
*Syr. Portulac.*
*Granator. an. unc.* S.
M. *F. Iulapium.*

Iſto cochleatim multis vicibus reiteratis uti potes.

In Fluxu Mulierum, Dyſenteria, Diarrhœa, & ſimilibus Affectibus.

Rec. *Tinct. Sulph.* Vitriol. *ſcr.* j.
*Conſerv. Granat.*
*Syr. Granat. an. unc.* S.
M. *F. Bolus pro* 3. *aut* 4. *vicibus.*

Vel talis Liquor.

Rec. *Aquæ Roſar.*
*Nymph. an. unc.* ij.
*Syr. Perlar.*
*Coral. an. unc.* j.
*Granat.*
*Portulac. an. unc. S.*
*Tinct. Sulph.* Vitriol. *dr. S.*
M. *F. Iulapium.*

Iſto ſicut antecedenti uti poteris.

*Vitriolum* Martis *Dulce.*

Accipe ex iſta *Minera*, quam in Retorta depones eique *Spiritus Salis* tantùm affundes ut eo benè ſit cooperta, colloca illud in *Arena* calida per ſeptem vel octo dies, tunc habebis viridem ſolutionem quæ multùm Sulphur redolet: dejice illud iterùm in aliam Retortam, & extrahendo perge donec ſufficientem habeas quantitatem. Extractiones iſtas immiſce ſimul, & in *Balneo Mariæ* humiditatem abſtrahe, tunc habebis in *Fundo* pulchrum & viride *Vitriolum*. Aqua ſuper diſtillata eſt.

*Aqua Sulphurea* Martis.

Eſtque Aperiens, Anodyna atque ſomnifera atque præſtans eſt Vehiculum ad varios Morbos graviſſimos.

*Spiritus Salis dulcis Sulphureus.*

*Recipe* Dulce iſtud *Vitriolum*, depone illud in Retorta vitrea dumque illam cum Recipiente benè lutaveris, *Spiritus* exinde propellitur cum igne moderato. Tunc habes tuum *Spiritum Salis* denuo melioratum & in eo *Sulphur Metallorum* abditum jacet, *Spiritum* iſtum effunde iterùm ſuper aliam *Mineram* & ut anteà perge donec bonam iſtarum abſtractarum extractionum quantitatem in Retorta habeas, unde componendum erit tibi præſtans

*Oleum* Martis, vel *Mars Potabilis.*

Modo ſequenti, Retortam in aperto igne colloca, eique Recipientem benè lutatum addito & expelle *gradatim* donec nil ampliùs exinde proveniat quod exhinc tibi notum fiet, nempè quod ubi cum igne fortiſſimo Auri ſplendorem habentes Atomos, non ampliùs ſurſum avolant, tunc ignem extingui permittendum eſt, atque vas tuum aſſumendum, eodem inſtanti Oleum quod valdè denſum *Collo Retortæ* adhæret ab Aere ſe demittit, & in Sanguirubrum *Oleum*, quod ſtatim in pulchram *Tincturam* auri colorem habentem, diſſolvitur, cum *Sulphureo Spirituali Igne Vegetabilium*, tunc igitur *Mars Potabilis* dulciſſimus eſt, ſapore aſtringens, & valdè odoriferum. Magnam

virtutem in plurimis periculoſis Morbis demonſtrat, exempli gratia, in *Dyſenteria*, *Lienteria*, *Diarrhœa*, *Fluxu Mulierum*, *Hæmorrhagia Narium*. *In Sputo & Vomitu ſanguinis*, *Melancholia*, *& Malo Hypochondriaco*, *in Obſtructione & Scirrho Hepatis & Lienis*, qua de re nonnullas vobis adhuc deſcriptiones exhibebo quæ mihi feliciter ſucceſſerunt.

In *Dyſenteria*, & ab ea dependentibus Infirmitatibus, poſt convenientem Purgationem.

Rec. *Conſ. Flor. Granat. unc.* j.
*Syr. Granator. unc.* S.
*Butyr. Corall. dr.* j.
*Mart. Potabil. gutt.* viij.
M. *F. Bolus. Doſis dr.* j.

In Fluore Muliebri.

Rec. *Aq. Roſar.*
*Portulac. an. unc.* ij.
*Syr. Granat. unc.* j.
*Mart. Potabil. gutt.* x.
M. *F. Iulap. Doſis Cochlear.* j.

In Hæmorrhagia Narium.

Rec. *Aq. Roſar.*
*Nymph. an. unc.* ij.
*Syr. Granat.*
*Nymph.*
*Portulac. an. unc.* S.
*Mart. Potabil. gutt.* x.
*Miſc. F. Iulap. Doſis Cochl.* j.

In Sputo & Vomitu Sanguinis.

Rec. *Martis Potabil. gutt.* vj.
*Conſerv. Flor. Nymph.*
*Granator. an. unc.* j.
*Syr. Coralliorum.*
*Perlarum.*
*Portulac. an. dr.* j.
*Miſc. F. Bolus. Doſis dr.* ij.

In Melancholia, Malo Hypochondriaco, Cachexia, Obſtructione & Schirrho Hepatis & Lienis.

Rec. *Mart. Potabil. gutt.* vj.
*Syr. Chalibeat. unc.* j.
M. *pro duabus Doſib.*

Quilibet curioſus Indagator uſus ſuos ulterius extendere poteſt.

*Sulphur* Martis vel Separatio *Aroph. Philoſophorum.*

R*Ecipe* quantùm tibi placuerit ex iſto *Oleo* Martis, depone illud in parvo Pelicano inſtar Retortæ ubi Capitulum firmiter ſufflando fuit conjunctum, affunde ibidem ter aut quater tantùm *Spiritus Vini*, & illum leniter exinde diſtilla, fac idem aliquoties, tunc Sulphur decidit in Fundum veluti Pulvis quem cum Aqua pluviali Diſtillata potes elicere. Iſtud eſt verum ac legitimum *Sulphur Narcoticum* cujus duo vel tria grana, tumultuoſum *Archæum* noſtrum pacificare valent. Hoc autem remedio multa præſtantur in variis Morbis Miracula, cum intra paucas horas eo perfectè ſanentur.

*Syrupus Chalybeatus.*

*Recipe* Radicis *Polypodii Indici*, *Aſparagi Sylveſtris, Filicis*, Morung. *Petroſelini, Cichoreæ*, *Curcum.* cum Herbis, iiſque minutim conciſis ſuperadjice *Manipulum* j. aut ij. ex *Minera Martis*, ſuper affunde optimum Acetum adeò ut ſub eo res tua benè ſubmergatur, colloca illud in ſole ſuper Arenâ ſurſum benè contectum, permitte per ſeptem vel octo dies ut ita conſiſtat atque laboret tunc adde duas vel tres libras Sacchari, atque cura ut lentè ſimul per duas aut tres horas coquantur: tandem illud Linteo tranſcola atque ulteriùs ad convenientem Conſiſtentiam decoque. Aſſerva Syrupum iſtum accuratè, nam exquiſitiſſimus eſt in obſtructione atque duritie Lienis & Hepatis, ut & in *Cachexia*, quæ in noſtra Ceylonia morbi communes ac ordinarii ſunt.

*Eleoſaccharum.*

Pro maxima parte vires eaſdem obtinet, ejus Deſcriptio talis eſt.

Rec. *Mart. Potabil. dr.* j.
*Ol. ſt. Menth.*
*Citri.*
*Aurant. an. ſcr.* S.
*Fol. Cinnam. gutt.* viij.
*Sachar. Albiſſ. lb.* j.
*Miſc. Doſis dr.* j. *ad* ij.

Iſtud magnas in *Cachexia* vires habet.

*Nitrum* Vitriolatum.

R*Ecipe* libram unam optimi Salis petræ: permitte ut in Aqua calida diſtillata diluatur, ſuperaffunde ſemilibram *Olei Vitrioli* in *Retortâ* vitrea, depone illam in Arena: eique Recipientem adjunge optimè lutatum & cum leni calore diſtilla, donec ſit exſiccatum, tunc per duas aut tres horas vehementem ignem accende donec ſimul fundatur, deinde vas tuum aſſume. Si prout eſt in Retorta velis illud elicere oportet ut eam diſrumpas, ſed ut illud adhuc pulchrius excipias, poteris illud ſolvere, filtrare & iterum ſinere ut in Cryſtalla evadat, hoc modo multò purius erit quàm antea.

Non eſt credibile quantos effectus in Febribus calidis Remedium iſtud præſtare poſſit.

Aqua ſuper diſtillata optimus eſt *Spiritus Nitri* vel *Aqua fortis.*

*Sulphur Philoſophicè præp.*

*Recipe* tres aut quatuor Libras *Salis petræ* quas in crucibulo depones, eas cum carbone accendes, dum vero comburitur, carbones itentidem minutiſſimè contuſos iniice donec Carbones non ampliùs inflammentur, tunc extrahe materiam eique Libras duas Calcis vivæ ſuperaddes, & Libram unam Stricturarum: optimè totum ſimul commiſce atque cum igne fortiſſimo per duos dies atque totidem noctes calcina: deinde illud extrahes, contundes atque calidam aquam ſuperaffundes, & exhinc forte *Lixivium* decoques, ibidem Flores Sulphuris quantum ſuſcipere poterit erunt tibi ſolvendi.

Rubram iſtam Solutionem intùs coque donec *Sal ſiccum* evadat, illud in Crucibulo depone quod in Annulo ſuſpenſo in parva fornace conſtitues, & ipſum optimo calore fovebis per duorum aut trium menſium Spatium: quò diutiùs, eò meliùs, tunc illud iterùm ſolves cum Aquâ, quod ſufficiat, deinde Sulphur deorſùm decuties cum *Aceto* diſtillato vel cū alio *Acido*, & illud aſſerva. Hoc eſt idem Sulphur quod in hoc libro variis in locis atque præſcriptionibus commendatur, nec opus eſt ut de eo reiterentur Hiſtoriæ.

*FINIS.*

INDEX

# INDEX CAPITUM.

## *LIBER PRIMUS.*

# DE ISAGOGE.

C. I. P*Harmacopœjæ Definitio ac diſtributio.*
2. Objectum. *Res Medicamentales nativæ.*
3. *Res medicamentales præparatæ.*
4. *Rerum* Nativarum producendarum. 1. *Modi.*
5. 2. *Principia Eſſentialia.*
6. 3. *Cauſa efficiens interna.*
7. *Extern. Qualitates primæ.*
8. *Salinæ Facultates.*
9. *Influentia ſtellarum.*
10. *Proprietates particulares.*
11. 4. *Materia.*
12. 5. *Tempus.*
13. 6. *Locus.*
14. Rerum præparandarum. 1. *Modi.*
15. 2. *Principia Chymica.*
16. 3. *Efficiens interna.*
17. *Extern. Qualitates primæ & præcipuè Calor.*
18. *Facult. Salinæ.*
19. *Inſtrumenta.*
20. *Fornaces.*
21. 4. *Materia.*
22. 5. *Tempus.*
23. Rer. colligendarum 1. *Tempus intern.*
24. *Extern. Univerſalius ſecundùm Qualitates primas.*
25. *Particularius ſecundum influentias.*
26. 2. *Modus.*
27. Rer. aſſervandarum 1. *Tempus.*
28. 2. *Locus.*
29. 3. *Adaptatio.*
30. Rerum Uſurpandarum. 1. *Vires.*
31. 2. *Modus utendi.*
32. 3. *Formulæ.*
33. 4. *Doſis.*
34. Rer. Dignoſcendarum *Signa: Inhærentes Qualitates Senſiles & Figura.*
35. *Ætas, Duratio & Sexus.*
36. *Antecedent.*
37. *Conſequent.*
38. *Similitudo.*
39. *Inveſtigatio; qualitatum manifeſtarum.*
40. *Occultarum.*

## *LIB. II.*

## DE OFFICINA.

1. *Officinæ definitio ac diſtributio.*
2. Simplicia. 1. Mineral. *Terræ.*
3. *Aquæ.*
4. *Lapides.*
5. *Metalla.*
6. *Salia.*
7. *Sulphurea.*
8. 2. Vegetab. *Aromata.*
9. *Cortices.*
10. *Flores.*
11. *Folia ſ. herbæ.*
12. *Fructus.*
13. *Fungi.*
14. *Ligna & viſca.*
15. *Radices.*
16. *Semina.*
17. *Succi.*
18. *Olea & Balſama.*
19. *Reſinæ.*
20. *Gummi Reſinæ.*
21. *Gummi.*
22. 3. Animal. *integra.*
23. *Partes carnoſæ.*
24. *Membranoſæ.*
25. *Cornua.*
26. *Oſſa.*
27. *Cruſtacea ſ. Teſtacea.*
28. *Lapilli.*
29. *Lac & Serum.*
30. *Fella.*
31. *Medullæ.*
32. *Pinguedines.*
33. *Sanguis.*
34. *Seva.*
35. *Stercora & Urinæ.*
36. *Ungues Ungulæ & Coagula.*
37. Præparat. *Aceta.*
38. *Aquæ deſtill.*
39. *Aquæ mixtæ.*
40. *Balſami odoriferi.*
41. *Stillatitii.*
42. *Boli.*
43. *Calces.*
44. *Cataplaſmata.*
45. *Clyſteres.*
46. *Condita.*
47. *Confectiones.*
48. *Conſervæ.*
49. *Decocta.*
50. *Eclechma. Loch. Linctus.*
51. *Electuaria.*
52. *Elixiria.*
53. *Emplaſtra.*
54. *Emulſiones.*
55. *Errhina.*
56. *Epithemata.*
57. *Extracta.*
58. *Farinæ.*
59. *Feculæ.*
60. *Flores.*
61. *Gargariſmi, Diaclyſmi, Dentifricia.*
62. *Gelatinæ.*
63. *Infuſiones. Vina medicata Clareta.*
64. *Iulebi, Moreti.*
65. *Lapides.*
66. *Liquores.*
67. *Magiſteria.*
68. *Maſticatoria.*
69. *Morſelli. Rotulæ.*
70. *Olea ſtillatitia.*
71. *Expreſſa.*
72. *Inſolata, cocta, &c.*
73. *Pilulæ.*
74. *Potiones.*
75. *Poma Ambræ.*
76. *Præparata.*
77. *Pulveres, Species.*
78. *Sacculi.*
79. *Salia.*
80. *Sapones.*
81. *Spiritus.*
82. *Succi.*
83. *Suppoſitoria, Peſſi.*
84. *yrupi, Mella, Rob.*
85. *Tincturæ.*

86. *Tro-*

## INDEX CAPITVM.


86. *Trochiſci.*
87. *Balſami inunctorii, Linimenta. Unguenta.*

*LIBER III.*

DE MINERALOGIA.

1. *Mineralogia.*
2. *Terra.*
3. *Aqua.*
4. *Lapides in genere.*
5. *Pretioſ. Gemmæ*
6. *Corallia.*
7. *Margaritæ.*
8. *Minus pretioſi.*
9. Metalla. 1. *Aurum.*
10. *Argentum.*
11. *Ferrum.*
12. *Cuprum.*
13. *Plumbum.*
14. *Stannum.*
15. Metallis finitima. *Mercurius.*
16. *Cinnabaris.*
17. *Antimonium.*
18. Metall. recrementa naturalia.
19. *Artificialia.*
20. Salia *in genere.*
21. *Commune.*
22. *Gemmæ & Sal Indum.*
23. *Nitrum.*
24. *Alumen.*
25. *Ammoniacum.*
26. *Vitriolum.*
27. Sulphurea : *Arſenicum.*
28. *Sulphur.*
29. *Bitumen ac Ambra gryſea,*
30. *Succinum.*
31. *Sperma Ceti.*
32. *Aſphaltus, Naphtha, Petroleum, Ol. Terræ.*
33. *Carbo petræ & Gagates.*

*LIBER IV.*

DE PHYTOLOGIA.

*Claſſis I. De Alterantibus primariis.*

1. *Abies.*
2. *Abrotanum.*
3. *Abſynth. Vulg.*
4. *Pontic.*
5. *Acacia vera.*
6. *Germanic.*
7. *Acetoſa.*
8. *Acetoſella.*
9. *Acorus verus.*
10. *Adulterinus.*
11. *Adiantum.*
12. *Aureum.*
13. *Agallochum.*
14. *Ageratum.*
15. *Agnus caſtus.*
16. *Agrimonia.*
17. *Alchimilla.*
18. *Alkekengi.*
19. *Allium.*
20. *Alſine.*
21. *Althæa.*
22. *Amaranthus.*
23. *Ammi.*
24. *Amomum.*
25. *Amygdalæ.*
26. *Anacardium.*
27. *Anagallis terreſtris.*
28. *Aquatica.*
29. *Anethum.*
30. *Angelica.*
31. *Aniſum.*
32. *Anſerina.*
33. *Anthora.*
34. *Antirrhinum.*
35. *Apium.*
36. *Aquilegia.*
37. *Ariſtolochia longa & rot.*
38. *Armoracia.*
39. *Arnica.*
40. *Artemiſia.*
41. *Arum.*
42. *Aſparagus.*
43. *Atriplex.*
44. *Avena.*
45. *Aurantia malus.*
46. *Auricula muris.*

B.

47. *Balani myrepſica.*
48. *Balſamus.*
49. *Bardana major.*
50. *Minor.*
51. *Baſilicum.*
52. *Behen album, rubrum.*
53. *Bellis.*
54. *Berberis.*
55. *Beta.*
56. *Betonica.*
57. *Betula.*
58. *Biſtorta.*
59. *Bombax.*
60. *Borrago.*
61. *Branca urſina.*
62. *Braſſica.*
63. *Bugloſſa.*
64. *Burſa paſtoris.*
65. *Buxus.*
Cacao.
66. *Calamus aromaticus.*
67. *Calamintha.*
68. *Calcatrippa.*
69. *Caltha.*
70. *Cannabis.*
71. *Cappares.*
72. *Capprifolium.*
73. *Cardamomum.*
74. *Cardiaca.*
75. *Carduus benedictus.*
76. *Carduus Mariæ.*
77. *Carlina.*
78. *Carum.*
79. *Caryophillus horten.*
80. *Caryophilli.*
81. *Caryophillata.*
82. *Caſtanea.*
83. *Centaurium minus.*
84. *Cepa.*
85. *Ceraſa.*
86. *Carefolium.*
87. *Chamædrys.*
88. *Chamæpitys.*
89. *Chamomilla.*
90. *Chelidonium majus,*
91. *minus.*
92. *Chermes.*
93. *Cheiri.*
94. *China.*
China chinæ.
95. *Cicer.*
96. *Chichorem.*
97. *Cicuta.*
98. *Cinamomum.*
99. *Citrus.*
100. *Citrullus.*
Cocculæ.
101. *Cochlearia.*
Coffi.
102. *Columbrinum lignum.*
103. *Contrayerva.*
104. *Conſolida media.*
105. *Corallina.*
106. *Coriandrum.*
107. *Cornus.*
108. *Corylus.*
109. *Coſtus.*
Crap.
110. *Crocus.*
111. *Cucuba.*
112. *Cucumer.*
113. *Cucurbita.*
114. *Cuminum.*
115. *Cupreſſus arbor.*
116. *Cupreſſus herbi.*
117. *Curcuma.*
118. *Cuſcuta.*
119. *Cyanus.*
120. *Cyclamen.*
121. *Cynogloſſa.*
122. *Cynoſbatus.*
123. *Cyperus.*
124. *Cydonia malus.*
125. *Daucus.*
126. *Dictamen creticum.*
127. *Dipſacus.*
128. *Doroicum.*
129. *Ebenus.*
130. *Ebulus.*
131. *Endivia.*
132. *Epatica nobilis.*
133. *Epatica ſtellata.*
134. *Equiſetum.*
135. *Eruca.*
136. *Eringium.*
137. *Eryſimum.*
138. *Eupatorium.*
139. *Eufragia.*
140. *Faba.*
141. *Fabaria.*
142. *Ficus.*
143. *Filipendula.*


144. *Filix.*

144. *Filix.*
145. *Fœniculum.*
146. *Fœnum græcum.*
147. *Fragraria.*
148. *Fraxinus.*
149. *Fraxinella.*
150. *Fumaria.*
151. *Fumaria bulboſa.*
152. *Galanga.*
153. *Galega.*
Gallæ.
154. *Gallium.*
155. *Geniſta.*
156. *Gentiana.*
157. *Geranium.*
Geranium moſchatum.
158. *Glyzyrrhiza.*
159. *Gramen.*
160. *Granata.*
161. *Guajacum.*
162. *Hedera terreſt.*
163. *Arbores.*
164. *Helenium.*
165. *Herniaria.*
166. *Hiſpidula.*
167. *Hordeum.*
168. *Horminum.*
169. *Hyoſcyamus.*
170. *Hypericum.*
171. *Hyſſopus.*
172. *Iacea.*
173. *Iaſminum.*
174. *Imperatoria.*
175. *Iris noſtras.*
176. *Florent. Illyric.*
177. *Iuglans.*
178. *Iujuba.*
179. *Iuniperus.*
180. *Lactuca.*
181. *Lagopus.*
182. *Lapathum.*
183. *Larix.*
184. *Laurus.*
185. *Lens paluſtris.*
186. *Lentiſcus.*
187. *Leviſticum.*
188. *Lichen.*
189. *Liguſtrum.*
190. *Lilium.*
191. *Lilium convallium.*
192. *Limonium.*
193. *Linaria.*
194. *Linum.*
195. *Lotus.*
196. *Lupulus.*
197. *Majorana.*
198. *Malabathrum.*
199. *Malva.*
200. *Malva arborea.*
201. *Mandragoras.*
202. *Marrubium.*
203. *Marum.*
Matalista.
204. *Matricaria.*
205. *Matriſylva.*
206. *Melilotus.*
207. *Meliſſa.*
208. *Melo.*
209. *Mentha.*
210. *M. Sarracenica.*
211. *Mercurialis.*
212. *Meſpilus.*
213. *Meum.*
214. *Milium.*
215. *Milium Solis.*
216. *Millefolium.*
217. *Momordica.*
218. *Morus.*
219. *Moſchata.*
220. *Muſcus.*
221. *Muſcus terreſtris.*
222. *Myrtillus.*
223. *Myrthus.*
224. *Napus.*
225. *Naſturtium aquaticum.*
226. *Hortenſe.*
227. *Nepeta.*
228. *Nephriticum.*
229. *Nicotiana.*
230. *Nigella.*
231. *Nummularia.*
232. *Nymphæa.*
233. *Olea.*
234. *Ononis.*
235. *Origanum.*
236. *Palma.*
237. *Papaver ſativum.*
238. *Erraticum.*
239. *Parietaria.*
240. *Paris herba.*
241. *Paſtinaca.*
242. *Sylveſtris.*
243. *Perfol.*
244. *Perſica malus.*
245. *Perſicaria.*
246. *Petaſites.*
247. *Petroſelinum.*
248. *Montanum.*
249. *Macedonicum.*
250. *Peucedanum.*
251. *Pimpinella.*
252. *Pinaſter.*
253. *Pinus.*
254. *Piper.*
255. *Piſtacia.*
256. *Plantago.*
257. *Pæonia.*
258. *Polygonum.*
259. *Polygonatum.*
260. *Pomus.*
261. *Populus.*
262. *Porrum.*
263. *Portulaca.*
264. *Primula veris.*
265. *Prunella.*
266. *Prunus.*
267. *Ptarmica.*
268. *Pulegium.*
269. *Pulmonaria.*
270. *Pyrethrum.*
271. *Pyrola.*
272. *Pyrus.*
273. *Quercus.*
274. *Quinquefolium.*
275. *Raphanus.*
276. *Marinus.*
277. *Lignum.*
278. *Rhaponticum vulgare.*
279. *Rapum.*
280. *Rhodia radix.*
281. *Verum.*
282. *Rhus.*
283. *Ribes.*
284. *Roſa.*
Roſa Chinenſis.
285. *Rorella.*
286. *Roſmarinus.*
287. *Rubia.*
288. *Rubus.*
289. *Idæus.*
290. *Ruſcus.*
291. *Ruta hortenſis.*
292. *Muraria.*
293. *Sabina.*
294. *Salix.*
295. *Salvia.*
296. *Sambucus.*
297. *Sanguiſorba.*
298. *Sanicula.*
299. *Santalum.*
300. *Santonicum.*
301. *Saponaria.*
302. *Sarſa parilla.*
303. *Saſſafras.*
304. *Satureia.*
305. *Satyrium.*
306. *Saxifragia.*
307. *Scabioſa.*
308. *Schœnanthum.*
309. *Scolopendrium verum.*
310. *Vulgare.*
311. *Scordium.*
312. *Scorzonera.*
313. *Scrophularia.*
314. *Scylla.*
315. *Sebeſten.*
316. *Secale.*
317. *Sedum.*
318. *Senecium.*
319. *Serpillum.*
320. *Seſamum.*
321. *Seſeli maſſiliot.*
322. *Officinarum.*
323. *Creticum.*
324. *Sideritis.*
325. *Siliqua.*
326. *Sinapi.*
327. *Siſarum.*
328. *Solanum.*
328. *Sorbus.*
329. *Spica.*
330. *Celtica.*
331. *Indica.*
332. *Spinachia.*
333. *Staphiſagria.*
334. *Stœchas arab.*
335. *Citrina.*
336. *Succiſa.*
337. *Symphytum.*
338. *Tamariſcus.*
339. *Tanacetum.*
340. *Taraxacum.*
Thee.
341. *Thlaſpi.*

342. *Ten-*

342. *Teucrium.*
343. *Thymus.*
344. *Thymiama.*
345. *Tilia.*
346. *Tormentilla.*
347. *Trichomanes.*
348. *Trifolium.*
349. *Triticum.*
350. *Tuſſilago.*
351. *Valeriana.*
352. *Verbaſcum.*
353. *Verbena.*
354. *Vermicularis.*
355. *Veronica.*
356. *Victorialis.*
357. *Vinca pervinca.*
358. *Vincetoxicum.*
359. *Viola purpurea.*
360. *Virga aurea.*
361. *Aurea conſolida.*
362. *Vitis.*
363. *Vlmaria.*
364. *Vrtica.*
365. *Mortua.*
366. *Zedoaria.*
367. *Zinziber.*

Claſſis ſecunda de Alterantibus ſecundariis.

368. *Acetum.*
369. *Gummi Ammoniacum.*
370. *Anime.*
371. *Arabicum.*
372. *Aſa fœtida.*
373. *Balſamum verum.*
374. *de Tolu.*
375. *Indicum.*
376. *Bdellium.*
377. *Benzoin.*
378. *Camphora.*
379. *Cancamum.*
380. *Caranna.*
381. *Colophonia.*
382. *Copal.*
383. *Elemi.*
384. *Fuligo.*
385. *Galbanum.*
386. *Hypocyſtis.*
387. *Lacca.*
388. *Ladanum.*
389. *Liquid. ambra.*
390. *Lycinum.*
391. *Maſtiche.*
392. *Myrrha.*
393. *Omphacium.*
394. *Opium.*
395. *Opopanax.*
396. *Piſſaſphaltos.*
397. *Pix.*
398. *Reſina Terebinthina.*
399. *Vulgaris ſ. Laricis.*
400. *Saccharum.*
401. *Sagapenum.*
402. *Sanguis Draconis.*
403. *Sarcocolla.*
404. *Succolata.*
405. *Storax calamita.*
406. *Storax liquidus.*
407. *Tacamahaca.*
408. *Tartarus.*
409. *Thus.*
410. *Tragacantha.*
411. *Tubera cervina.*
412. *Vinum.*

Claſſis tertia de Purgantibus primariis.

412. *Agaricus.*
413. *Aſarum.*
414. *Bryonia.*
415. *Carthamus.*
416. *Caſſia.*
417. *Catapucia minor.*
418. *Colocynthis.*
419. *Ebulus.*
420. *Elleborus niger.*
421. *Elleborus albus.*
422. *Epithymum.*
423. *Eſula.*
424. *Frangula.*
425. *Gratiola.*
426. *Hermodactylus.*
427. *Ialapa.*
428. *Mechoacanna.*
429. *Mezereum.*
430. *Myrobalani.*
431. *Polypodium.*
432. *Pſyllium.*
433 *Rhabarbarum.*
434. *Ricinus.*
435. *Ricinus Americus.*
436. *Senna.*
437. *Staphiſagria.*
438. *Soldanella.*
439. *Spina infectoria.*
440. *Turpethum.*
441. *Tamarindi.*

Claſſis quarta de Purgantibus ſecundariis.

442. *Aloë.*
443. *Elaterium.*
444. *Euphorbium.*
445. *Ghitta Iemou.*
446. *Manna.*
447. *Opopanax.*
448. *Scammonium.*

*LIBER V.*

DE ZOOLOGIA.

*I. Claſſis de Animalibus perfectioribus.*

1. *Agnus.*
2. *Alce.*
3. *Aper.*
4. *Aſinus.*
5. *Bos. Taurus. Vacca.*
6. *Bubalus.*
7. *Bufo.*
8. *Canis.*
9. *Caper.*
10. *Capra Alpina.*
11. *Capra. Cerva Orient.*
12. *Occident.*
13. *Capreolus.*
14. *Caſtor.*
15. *Catus.*
16. *Catus Zibetinus.*
17. *Cervus.*
18. *Cochlea.*
19. *Cuniculus.*
20. *Elephantus.*
21. *Equus.*
22. *Erinaceus.*
23. *Homo.*
24. *Lepus.*
25. *Lupus.*
26. *Linx.*
27. *Moſchius.*
28. *Mulus.*
29. *Mus, Mus araneus : alpinus maj.*
30. *Ovis.*
31. *Ranunculus viridis.*
32. *Rhinoceros.*
33. *Serpens.*
34. *Sus.*
35. *Talpa.*
36. *Taxus.*
37. *Vipera.*
38. *Vitulus.*
39. *Vnicornu.*
40. *Vrſus.*
41. *Vulpes.*

II. Claſſis de Avibus.

42. *Accipiter.*
43. *Alauda.*
44. *Alcedo.*
45. *Anas.*
46. *Anſer.*
47. *Ardea.*
48. *Ciconia.*
49. *Columba.*
50. *Cornix.*
51. *Corvus.*
52. *Coturnix.*
53. *Cuculus.*
54. *Ficedula.*
55. *Gallus.*
56. *Grus.*
57. *Hirundo.*
58. *Mylvus.*
59. *Motacilla.*
60. *Noctua.*
61. *Olor.*
62. *Palumbus.*
63. *Parus.*
64. *Paſſer. Paſſer troglotites.*
65. *Pavo.*
66. *Perdix.*
67. *Pica.*

68. *Stra-*

68. *Struthio.*
69. *Turtur.*
70. *Vpupa.*
71. *Vultur.*


## 3. Claſſis de Piſcibus.

72. *Anguilla.*
73. *Barbo.*
74. *Blatta Bizantia.*
75. *Cancer.*
76. *Carpio.*
77. *Cetus & Manati.*
78. *Concha.*
Umbilicus marinus.
79. *Dentalium, Entalium.*
80. *Halec.*
81. *Huſo.*
82. *Lucius.*
83. *Mater Perlarum.*
84. *Muſtela.*
85. *Oſtrea.*
86. *Perca.*
87. *Rana.*
88. *Sepia.*
89. *Sturio.*
90. *Teſtudo.*
91. *Tymallus.*
92. *Tinca.*
93. *Trutta.*


## 4. Claſſis de Inſectis.

94. *Apis.*
95. *Araneus.*
96. *Aſelli.*
97. *Bombyx.*
98. *Cantharides.*
99. *Cicada.*
100. *Cicindula.*
101. *Cimex.*
102. *Eruca.*
103. *Formica.*
104. *Gryllus.*
105. *Hirundo.*
106. *Lacertus.*
107. *Locuſta.*
108. *Lumbrici terr.*
109. *Muſca.*
110. *Ricinus.*
111. *Salamandra.*
112. *Scarabæus ſcilicet Pilularis Vnctuoſus.*
113. *Scincus.*
114. *Scorpio.*
115. *Teredo.*


# INDEX
## MORBORUM ET REMEDIORUM.

*Vbi prior Numerus* Librum, *Poſterior* Paginam *denotat.*

A.

ABORTVS. Fol. *ſanguiſorb.* 4. 476
Rad. *biſtort.* 4. 370.
Muſc. *Vſn.* 4. 444.
Anim. *cerv. os cord.* 5. 598
Aq. *contr. Terr.* 2. 83
Vin. *moret.* 2. 133
Balſ. *embr.* 2. 71
Abſtergent. Fol. *aur. mur.* 4. 366
*Betul.* 4. 370
*Chelidon.* 4. 384
*Cuſcut.* 4. 403
*Dictamn.* 4. 408
*Endiv.* 4. 410
*Filipend.* 4. 414
*Hormin.* 4. 425
*Hyſop.* 4. 426
*Iaceæ.* 4. ibid.
*Loti.* 4. 435
*Marrub.* 4. 437
*Menth. ſarac.* 4. 440
*Mercurial.* 4. ibid.
*Naſturt. hort.* 4. 446
*Origan.* 4. 452
*Pimpinell.* 4. 458
*Prunell.* 4. 463
*Salv.* 4. 475
*Scab.* 4. 480
*Scord.* 4. 481
*Siderit.* 4. 485
*Tarax.* 4. 491
*Thlaſp.* 494
*Vrtic.* 4. 503
*Geniſt.* 4. 419
*Hormin.* 4. 426
*Loti.* 4. 436
*Prunell.* 4. 463
*Salv.* 4. 475
*Scab.* 4. 480
*Stœch.* 4. 488
Rad. *Anthor.* 4. 361
*Cepæ.* 4. 380
*Chelid. maj.* 4. 384
*Cyclam.* 4. 404
*Dipſac.* 4. 408
*Filip.* 4. 414
*Fum. bulb.* 4. 417
*Helen.* 4. 423
*Onon.* 4. 452
*Pimpin.* 4. 458
*Raphan.* 4. 467
*Scyll.* 4. 482
*Tarax.* 4. 491
*Vrtic.* 4. 503
Cort. *mor.* 4. 443
*Popul. alb.* 4. 462
Sem. *Endiv.* 4. 410
*Geniſt.* 4. 419
*Hord.* 4. 424
*Melon.* 4. 439
*Nap.* 4. 446
*Petroſ. Mac.* 4. 457
*Raphan.* 4. 467
*Thlaſp.* 4. 494
*Vrtic.* 4. 503
Muſc. *Lichen.* 4. 433
Fruct. *Cicer.* 4. 387
*Nucl. perſic.* 4. 455
(*Ol. ex acinis.*) 4. 502
Lign. *Colubr.* 4. 395
Reſin. *Lar.* 4. 431
Anim. *Can. ſter.* 5. 592
*Capr. ſev.* 5. ibid.
*ſterc.* ibid.
*Hom. urin.* 5. 602
*Viper. ſpir.* 5. 620
*Vulp. pulm.* 5. 624
*Gall. vet.* 5. 627
*Cancr. ocul.* 5. 633
*Conch. Teſt.* 5. 638
*Lucii mand.* 5. 636
*Sepiæ os.* 5. 638
*Thymall. ax.* 5. 639
*Apum mel.* 5. 639
*Cer.* 5. 641
*Aſell.* 5. 641

Adſtringent. Fol. *Abſynth.* 4.349
*Acac.* 4.350
*Agrimon.* 4.355
*Alchimill.* 4. ibid.
*Anagall.* 4.359
*Anſerin.* 4.360
*Aur. mur.* 4.366
*Burſ. paſt.* 4.373
*Calcatrip.* 4.374
*Caltha.* 4.375
*Cuſcut.* 4.403
*Equiſet.* 4.411
*Euphrag.* 4.412
*Lagop.* 4.431
*Liguſtr.* 4.433
*Milleſol.* 4.442
*Myrt.* 4.445
*Olea.* 4.451
*Origan.* 4.452
*Polyg.* 4.461
*Pyrol.* 4.465
*Querc.* 4.466
*Quinqueſol.* ibid.
*Salic.* 4.474
*Sanic.* 4.477
*Scolopendr.* 4.480
*Sedi.* 4.483
*Siderit.* 4.485
*Verben.* 4.498
*Virg. aur.* 4.501
*Ulmar.* 4.502
Flor. *Acac.* 4.350
*Amaranth.* 4.357
*Calcatrip.* 4.374
*Calthæ.* 4.375
*Cynoſbat.* 4.407
*Leviſt.* 4.433
*Roſ.* 4.469
*Schœnanth.* 4.480
*Virg. aur.* 4.501
Rad. *Acor.* 4.352
*Bardan.* 4.367
*Biſtort.* 4.370
*Caryophyll.* 4.378
*Fum. bulb.* 4.417
*Rhapont.* 4.468
*Rhuis.* 469
*Siſar.* 4.486
*Spic. Ind.* 4.487
*Tamar.* 4.490
*Torment.* 4.495
Cortic. *Abiet.* 4.347
*Acac.* 4.350
*Salic.* 4.474
*Tamar.* 4.490
Sem. *Coriandr.* 4.396
Muſc. *Corall.* 4. ibid.
*Muſc.* 4.444
Lign. *Cupreſſ.* 4.402
Lachr. *Sang. drac.* 4.529
*Sarcocoll.* ibid.
Balſ. *Indic.* 4.510
Reſin. *Myrrh.* 4.519
*Thur.* 4.547
Gumm. *Anim.* 4.508
Succ. *Hypociſt.* 4.516
*Acet.* 4.505
*Aloës.* 4.566
Anim. *Cerv. lachr.* 5.598
*Ebur.* 5.601
*Hom. oſſ.* 5.612
*Uſnea.* 5. ibid.
*Anſer. ped. cut.* 5.625
*Galli.* 5.627
*Gallin. alb. ov.* 5.627
Alopecis. Fol. *Abrotan.* 4.348
*Adianth.* 4.353
*Petroſel.* 4.457
*Rut. mur.* 4.474
*Verben.* 4.498
Rad. *Peucedan.* 4.457
Reſin. *Ladan.* 4.517
Anim. *Cat. ſterc.* 5.597
*Capr. ſterc.* 5.592
*Echin.* 5.602
*Hom. cap.* 5.602
*Hom. ſterc. diſt.* 5. ibid.
*Lep. cin.* 5.613
*Caput.* ibid.
*Mulæ ung.* 5.615
*Muſ.* ibid.
*Mur. ſterc.* 5. ibid.
*Serpent. exuv.* 5.617
*Talp. ſang.* 5.620
*Urſ. ping.* 5.624
*Vulp. ping.* ibid.
*Anſer. ping.* 5.625
*Columb. ſim.* 5.626
*Anguil. ping.* 5.632
*Ranar. cin.* 5.637
*Apes.* 5.639
*Lacert.* 5.644
*Muſcæ.* 5.646
Ambuſta. Fol. *Fabar.* 4.413
*Nicot.* 4.448
*Thil.* 4.494
Rad. *Cep.* 4.380
*Filic.* 4.414
*Lil. alb.* 4.434
*Porr.* 4.462
Cort. *Popul. alb.* 4. ibid.
Sem. *Cydon.* 4.404
Fruct. *Pom. momord.* 4.442
Anim. *Vaccin. ſterc.* 5.589
*Hom. ſang.* 5.602
*Lepor. ſterc.* 5.613
*Ovis lana.* 5.616
*Sterc.* 5. ibid.
*Ranar. ſperm.* 5.637
*Liniment. de* ♄ 2.254
Angina. Fol. *Scab.* 4.480
*Sedi.* 4.483
*Verben.* 4.498
Flor. *Scab.* 4.480
*Succiſ.* 4.489
Rad. *Succiſ.* ibid.
*Sambuci ſpong.* 4.476
Reſin. *Myrrh.* 4.519
Anim. *Agni lana.* 5.586
*Canin. ſterc.* 5.592
*Cunicul.* 5.600
*Equi ſaliv.* 5.601
*Hom. ſterc.* 5.602
*Viper. cap.* 5.620
*Hirund.* 5.629
*Nidus.* ibid.
*Nectuæ caro.* 5.630
*Cancr.* 5.633
*Halec muria.* 5.636
*Aſelli.* 5.641
*Tartarus Nitratus.* 4.535
Ani Procidentia.
Fol. *Chelid.* 4.384
Fl. *Verben.* 4.498
Fruct. *Bacc. myrt.* 4.445
*Ol. abietis.* 4.347
Anim. *Limacum liquor.* 5.600
*Trut. ping.* 5.639
Spir. *Sulph.* 3.338
Aperient. Fol. *Abrotan.* 4.348
*Abſynth.* 4.349
*Acetoſ.* 4.351
*Adianth.* 4.353
*Agrimon.* 4.355
*Aquileg.* 4.362
*Ariſtol.* 4. ibid.
*Beton.* 4.370
*Betul.* 4. ibid.
*Branc. urſin.* 4.372
*Calaminth.* 4.374
*Calthæ.* 4.375
*Card. ben.* 4.377
*Cichor.* 4.388
*Cochlear.* 4.392
*Dictamn.* 4.408
*Endiv.* 4.410
*Eryng.* 4.411
*Eryſim.* 4.413
*Eupator.* 4. ibid.
*Euphrag.* 4. ibid.
*Fœnic.* 4.415
*Hyſſop.* 4.426
*Leviſt.* 4.433
*Marrub.* 4.437
*Menth. Sarac.* 4.440
*Naſturt.* ▽. 4.446
*Naſturt. hort.* ibid.
*Nepetæ.* 4.447
*Origan.* 4.452
*Petroſel.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Porr.* 4.462
*Puleg.* 4.464
*Sapon.* 4.478
*Satureiæ.* 4.479
*Serpill.* 4.484
*Tarax.* 4.491
*Veron.* 4.498
*Urtic.* 4.503
Flor. *Beton.* 4.370
*Calth.* 4.375
*Cent. min.* 4.380
*Cichor.* 4.388
*Croc.* 4.400
*Geniſt.* 4.419
*Stœch.* 4.488
*Citr.* ibid.
Rad. *Acori.* 4.352
*Allii.* 4.356
*Angel.* 4.359
*Anthor.* 4.361
*Apii.* 4. ibid.
*Ariſtol.* 4.362
*Armorac.* 4.363

*Cepæ*

Cepæ. 4.380
Cichor. 4.388
Coſt. 4.399
Curcum. 4.402
Cyclam. 4.404
Cyper. 4.408
Filic. 4.414
Fraxinell. 4.416
Galang. 4.418
Gentian. 4.419
Gramin. 4.421
Helen. 4.423
Imperat. 4.427
Leviſt. 4.433
Lil. alb. 4.434
Mei. 4.441
Petaſit. 4.456
Petroſel. 4.457
Peucedan. 4. ibid.
Pimpinell. 4.458
Porri. 4.462
Raphan. 4.467
Rub. 4.472
Ruſc. 4.473
Seſel. 4.485
Tamar. 4.490
Tarax. 4.491
Valer. 4.496
Urtic. 4.503
Zinzib. 4.505
Cortic. Cappar. 4.375
Cinnam. 4.389
Tamar. 4.490
Sem. Ammi ver. 4.357
Apii. 4.361
Dauc. 4.408
Card. ben. 4.377
Card. Mar. 4. ibid.
Endiv. 4.410
Eryſim. 4.412
Geniſt. 4.419
Hord. 4.424
Leviſt. 4.433
Melon. 4.439
Napi. 4.446
Naſturt. 4. ibid.
Nigell. 4.449
Petroſel. 4.457
Maced. 4. ibid.
Pimpinell. 4.458
Porr. 4.462
Raphan. 4.467
Seſel. 4.485
Urtic. 4.503
Fruct. Amygd. amar. 4.358
Piper. 4.459
Piſtac. 4.460
Lign. Santal. 4.477
Saſſafras. 4.478
Tamar. 4.490
Reſin. Ladan. 4.517
Myrrh. 4.519
Gumm. Animæ. 4.508
Laccæ. 4.517
Maſtich. 4.518
Sagapen. 4.528
Anim. Canis ſterc. 5.592
Capr. ſev. 5. ibid.
Sterc. ibid.
Caſtor. teſt. 5.596
Ovis ſterc. 5.616
Anſer. ſterc. 5.625
Apum mel. 5.639
Aſelli. 5.641
Spir. Terebinth. 4.525
Apoplexia. Fol. Meliſſ. 4.439
Prim. ver. 4.463
Roriſmar. 4.472
Fl. Caryophill. 4.379
Croci. 4.400
Lil. convall. 4.434
Prim. ver. 4.463
Stœch. 4.488
Til. 4.494
Rad. Acor. 4.352
Allii. 4.356
Imperat. 4.427
Helleb. 4.555
Sem. Cubeb. 4.401
Eruc. 4.411
Fruct. Cardam. 4.376
Ceraſ. dulc. 4.381
Colocynth. 4.554
Lign. Aloës. 4.353
Gumm. Succin. 3.343
Anim. Caſtor. ax. 5.596
Teſtic. 5. ibid.
Hom. ſang. ♌. 5.604
Columb. ſterc. 5.626
Lumbr. terr. 5.645
Miner. Corall. 3.205
& Marin. Lap. Lazul. 3.221
Argent. 3.240
Ambra. 3.341
Aq. Anhaltin. 2.72
Apopl. Croll. 2.73
Sennert. ibid.
Epilept. 3.71
Lavend. comp. 2.79
Balſ. apopl. 2.89
Vit. 3.90
Elix. ſyncopt. 2.109
Vit. Querc. 2.110
Empl. Cephal. 2.112
Odorif. Croll. 2.155
Pulv. de Cyper. 2.158
Sternut. 2.163
Spir. antapopl. 2.169
Aurum potab. 3.234
Tinct. Croci. 3.273
Ol. ☿ii. 3.271
Ol. Antimon. 3.292
Antid. Querc. 3.300
Spir. fug. ✱ci. 3.322
Magiſt. Vitriol. 3.332
Spir. antepilept. 5.605
Vini. 4.549
Appetit. Imminut. Fol. Satur. 4.479
Thymi. 4.494
Fl. Roſar. 4.469
Rad. Siſar. 4.486
Zinzib. 4.505
Sem. Sinapi. 4.486
Fruct. Berber. 4.369
Oliv. 4.451
Uvæ immat. 4.502
Balſ. ver. 4.509
Gumm. Maſtich. 4.518
Anim. aſelli. 5.641
Miner. Sal. Comm. 3.309
Elix. propr. 2.109
Tinct. ex reg. ♂ 3.247
Arcan. ♁ii. Baſil. 3.299
⊖. Cach. chalyb. 3.316
♎ ⊕li. 3.326
Infuſ. Vitr. ♁ii. 3.298
Apoſtemata. Fol. Scab. 4.480
Fl. Scab. ibid.
Rad. Cepæ. 4.380
Lachr. Bdell. 4.510
Anim. Aſin. ungul. 5.588
Canis ſterc. 5.592
Sang. menſtr. 5.602
Noct. caro. 5.630
Antim. diaph. 3.285
Flor. antim. 3.289
Tinctur. ex ♁io. rub. f. 3.299
Antid. Πάνχρηστος. 3.300
Antid. Ἰσόχρυσος. ibid.
Sal. ♁ii. 3.303
Arthritis. Fol. Atripl. 4.365
Chamædr. 4.382
Chamæpyth. 4. ibid.
Dictamn. alb. 4.408
Ebuli. 4.409
Filipend. 4.414
Gramin. 4.421
Hyoſciam. 4.425
Prim. ver. 4.463
Puleg. 4.464
Quinquefol. 4.466
Scord. 4.481
Thymi. 4.494
Verben. 4.498
Flor. Cent. 4.380
Matric. 4.438
Prim. ver. 4.463
Rad. Bardan. 4.367
Chin. 4.385
Fumar. bulb. 4.417
Imperat. 4.427
Rhapont. 4.468
Sarſaparill. 4.478
Aſar. 4.552
Bryon. 4.553
Hermodact. 4.559
Mechoac. 4. ibid.
Victorialis. 4.499
Turpeth. 4.565
Cortic. Cappar. 4.375
Ebul. 4.409
Fruct. Secal. 4.483
Tritic. 4.496
Spin. infect. 4.564
Lign. Guajac. 4.422
Balſ. Tolut. 4.510
Indic. ibid.
Reſin. Tereb. 4.526
Tacamah. 4.530
Gumm. Ammon. 4.507
Anim. Aſin. lac. 5.588
Urin. 5. ibid

*Bovis adeps.* 5.589
*Vacc. ſterc.* ibid.
*Bov. ▽. ſang.* 5. ibid.
*Canis axung.* 5.592
*Hirc. ſevum.* 5.593
*Caſtor. pell.* 5.596
*Sterc.* ibid.
*Cervi ſang.* 5.598
*Ol.* 5. ibid.
*Cochlea.* 5.600
*Limac.* 5. ibid.
*Hom. ſang. m.* 5.604
*Vrin. præp.* 5.603
*Stercus præp.* 5.604
*Oſſa.* 5.610
🝆 ibid.
*Lupi axung.* 5.614
*Ol.* ibid.
*Mur. alp. adeps.* 5.616
*Ovis. Caput.* 5. ibid.
*Pedes.* ibid.
*Pediculi.* ibid.
*Serpent. ping.* 5.617
*Serpent. ſal volat. vertebr.* ibid.
*Talp. cinis.* 5.620
*Viper. ſpir.* 5.621
*Vrſ. pingued.* 5.624
*Vulp. coſt.* 5. ibid.
*Anat. adeps.* 5.625
*Ardea ping.* 5.626
*Cicon.* ibid.
*Axung.* ibid.
*Columba.* 5. ibid.
*Sang.* ibid.
*Fimus.* ibid.
*Corvi cin.* 5.627
*▽ Picis.* 4.525
*Milvus.* 5.630
*Sang.* ibid.
*Sterc.* ibid.
*Ping.* ibid.
*Cygnus.* ibid.
*Pavon. ov.* 5.631
*Turtur. ping.* 5.632
*Sturion. oſſ.* 5.638
*Teſtud. crur.* ibid.
*Apum mel.* 5.639
*Formic. acerv.* 5.644
*Lumbric. terr.* 5.645
*Scarab.* 5.646
Min. *Lap. calc.* 3.216
*Cryſtall.* 3.217
*Ophites.* 3.223
*Sal. Comm.* 3.309
*Spir. terr. alc.* 3.189
*Sal. perlar.* 3.213
*Spir. perlar.* 3.214
*Ol. Terr.* 3.346
*Extr. Euphorb.* 4.568
Aq. *Anhalt.* 2.72
*Antipodagr.* 2.87
Balſ. *Antiarthr.* 2.91
*Sapon.* 2.92
*El. podagr. S. Cloſſ.* 2.105
*Empl. arthr.* 2.111
*Vin. arthr.* 2.132
*Pil. arthr. D. Sch.* 2.148
*Antipod. Doring.* 2.152
*Potio ſudor.* 2.155
*Pulv. Sperm. comp.* 2.161
*Arthet. Parac.* 2.163
*Vng. anod. C. C.* 2.183
*Anod. in podagr.* ibid.
*☿ Præcip.* 3.263
*☿ Rub.* 3.269
*☿ Vit.* 3.272
*Tinctur. croc.* 3.273
*Bezoar. Sol. Crollii.* 274
*Tinctur. ☿.* 3.277
*Liq. ☿. præcip.* 3.278
*Croc. met.* 3.284
*⌒ ex reg. ♁ii.* 3.294
*Tinct. Vitr. ♁ii.* 3.298
*Elix. Solar. ♁ii.* 3.299
*Tinct. ex Spir. ſulph. ♁ii.* 3.300
*▽. Ben.* 3.303
*Sal. ♁ii.* 3. ibid.
*Balſam.* 3.307
*⌒ ⊖is.* 3.310
*Extr. Sal.* 3.313
*⌒. Vitr. mell.* 3.327
*🝆 Gagat.* 3.345
*Ol. avell. expr.* 4.398
*Ol. eben.* 4.409
*Extr. opii.* 4.522
*Laudan. opii.* 4. ibid.
*Pil. de Tereb.* 4.526
*Balſ. Antipod.* 5.605
*Spir. Tart.* 4.532
*Phil.* 4.533
Aſthma. Fol. *Hyſſop.* 4.426
*Leviſtic.* 4.433
*Origan.* 4.452
*Petroſel.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Rut. mur.* 4.474
*Sabin.* 4. ibid.
*Sapon.* 4.478
*Satureiæ.* 4.479
*Scab.* 4.480
*Thym.* 4.494
*Tuſſilag.* 4.496
Flor. *Caprif.* 4.376
*Croci.* 4.400
*Scab.* 4.480
Rad. *Ari.* 4.364
*Bardan.* 4.367
*Helen.* 4.423
*Ireos Fl.* 4.428
*Leviſt.* 4.433
*Petaſit.* 4.456
*Petroſel.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Tuſſil.* 4.496
*Valer.* 4.497
*Bryon.* 4.553
*Turpeth.* 4.565
Sem. *Bombac.* 4.371
*Leviſt.* 4.433
*Petroſ.* 4.457
*Vrtic.* 4.503
Muſc. *pulm. arb.* 4.465
Balſ. *ver.* 4.509
*Tolut.* 4. ibid.
*Indic.* 4.510
Reſin. *Benzoin.* 4.511
Gum. *Galban.* 4.516
*Lacca.* 4.517
*Sagapen.* 4.528
Anim. *Eq. lac.* 5.601
*Hom. urin. præp.* 5.603
*Mum. Tinct.* 5.609
*Vrſi fel.* 5.624
*Vulp. pulm.* ibid.
*Cancr. ocul.* 5.633
*ſepiæ oſ.* 5.638
Min. *Sulphur.* 3.335
Aq. *Aſthmat.* 2.73
*Elix. vit. Querc.* 2.110
*Spir. antapopl.* 2.169
*Syr. nicot.* 2.175
*Sal ♄i.* 3.254
*Tinct. ex vitr. ♁ii.* 3.298
*Bal. reg.* 3.299
*Tinct. ex ſulph. reg. ♁* 3.300
*⊕. ♄ ſatum.* 3.316
*Fl. ſulph. ſacch.* 5.336
*Lac. ſulph.* 3.337
*Spir. ſulph.* 3.338
*Ol. ſulph. ver. S. C.* 3.339
*▽. Fl. lil. alb.* 4.434
*Syr. de nicot.* 4.449
*Loch. de ſcyll.* 4.482
*Spir. antepil.* 5.605
Attenuant. *Fol. adianth.* 4.353
*Ariſtol.* 4.417
*Ariſtol.* 4.362
*Beton.* 4.370
*Betul.* 4. ibid.
*Calaminth.* 4.374
*Cardiac.* 4.377
*Card. ben.* 4. ibid.
*Chelid. maj.* 4.384
*Dictamn.* 4.408
*Eryſim.* 4.412
*Eupat.* ibid.
*Filipend.* 4.414
*Fumar.* 4.416
*Hormin.* 4.425
*Hyſop.* 4.426
*Major.* 4.436
*Marrub.* 4.437
*Matric.* 4.438
*Menth. Sarac.* 4.440
*Naſt. ▽.* 4.446
*Hort.* ibid.
*Nepet.* 4.447
*Pimpin.* 4.458
*Porri.* 4.462
*Puleg.* 4.464
*Rut.* 4.473
*Sabin.* 4.474
*Sapon.* 4.478
*Satureiæ.* 4.479
*Scabioſ.* 4.480
*Scolopendr.* 4. ibid.
*Scordii.* 4.481
*Serpill.* 4.484
*Thymi.* 4.494
Flor. *Beton.* 4.370
*Cheyri.* 4.385
*Eupat.* 4.412
*Fumar.* 4.416
*Hormin.* 4.425

*Scab.* 4.480
*Stœch.* 4.488
Rad. *Acor. adult.* 4.352
*Angel.* 4.360
*Anthor.* 4.361
*Ariſtol.* 4.362
*Armorac.* 363
*Coſt.* 4.399
*Curcum.* 4.402
*Filipend.* 4.414
*Gentian.* 4.419
*Imperat.* 4.427
*Mei.* 4.441
*Onon.* 4.452
*Petaſit.* 4.456
*Petroſel.* 457
*Peucedan.* 4.ibid.
*Pimpinell.* 4.458
*Porri.* 4.462
*Pyrethri.* 4.465
*Raphan.* 4.467
*Marin.* ibid.
*Ruſc.* 4.473
*Scyll.* 4.482
*Spic. Ind.* 4.487
*Valer.* 4.496
*Vincetox.* 4.500
*Zinzib.* 4.505
Sem. *Aniſi.* 4.360
*Card. ben.* 4.377
*Cari.* 4.378
*Cumin.* 4.402
*Eryſim.* 4.412
*Major.* 4.436
*Napi.* 4.446
*Naſturt. hort.* 4.ibid.
*Nigell.* 4.449
*Petroſel. Mac.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Porri.* 4.462
*Raphan.* 4.467
*Sem. ſinap.* 4.486
Cort. *Tamariſc.* 4.490
Fruct. *Amygd. amar.* 4.358
*Cardam.* 4.376
*Cubeb.* 4.401
*Piper.* 4.459
*Piſtac.* 4.460
Lign. *Saſſafras.* 4.478
*Tamar.* 4.490
Balſ. *Tolut.* 4.509
*Tereb.* 4.526
Reſin. *benzoin.* 4.511
*Ladan.* 4.517
*Myrrh.* 4.519
Gumm. *Ammon.* 4.507
*Animæ.* 4.508
*Sagapen.* 4.528
Anim. *Caſt. teſt.* 5.596
*Moſch.* 5.614
*Cygni adeps.* 5.630
Spir. *Tereb.* 4.526
*Acet.* 4.505
Atrophia. Fol. *Alſines.* 4.356
*Portulac.* 4.463
Rad. *Leviſt.* 4.433
Sem. *Aniſi.* 4.360
Fruct. *amygd. dul.* 4.358
*Pin.* 4.459
*Piſtac.* 4.460
Muſc. *Lichen.* 4.433
Anim. *Coch. Aq. ſtill.* 5.600
*Hom. urin.* 5.603
*Lupi Epar.* 5.613
*Ovis cap.* 5.616
*Ped.* ibid.
*Suis ſang.* 5.619
*Cancr.* 5.633
Aq. *antiheſt.* 3.78
*Magnanim.* 3.80
Morſul. *pect.* 3.138
Syr. *antiinſect.* 3.175
*De ped. cat.* 3.ibid.
*Teſtud.* 176
Aurium Fol. *hyſſop.*
Aff. 4.426
*Porr.* 4.462
Fl. *roſ.* 4.469
Rad. *cyclam. porr.* 4.404.462
Sem. *porr.* ibid.
Anim. *bovis fel.* 5.588
*Urin.* ibid.
*Canis axung.* 5.592
*Capræ fel.* 5.ibid.
*Caſt. teſt.* 596
*Hom. urin.* 5.603
*Aries fel.* 5.616
*Vulp. ping.* 5.624
*Suis fel.* 5.619
*Anſer. ping.* 5.625
*Gall. ping.* 5.627
*Ranar. ping.* 5.637
*Tincæ fel.* 5.639
*Aſelli.* 5.641


B.


Bvbones. *vid. Peſtis.*


C.


Cachexia. Fol. *petroſel.* 4.457
Rad. *ari.* 4.363
*Chinæ.* 4.385
*Curcum.* 4.402
*Petroſ.* 4.457
Sem. *Petroſel.* ibid.
Fruct. *ſpin. infect.* 4.564
Anim. *echin. jecur.* 5.602
*Hom. urin.* 5.603
*Acerv. form.* 5.644
Min. *Chalybs.* 2.244
Elix. *vit. Querc.* 3.110
Pilul. *de Ammoniac.* 2.148
*Cent. Querc.* 2.149
*Euphorb. querc.* 2.ibid.
*Gummoſ. S. Cl.* 2.150
*Pulv. cach. Querc.* 2.158
*Tragea hep. Querc.* 2.160
*Pulv. ſtom. Querc.* 2.161
*Antim. diaphor.* 3.285
*Tinct. ex vitr. ♁ii.* 3.298
*ex reg. ♂.* 3.299
*Sal cach. chalyb.* 3.316
*Magiſt. ⊕li.* 3.332
*♁ Sulph. aur.* 3.339
*Tinct. ebul.* 4.409
*Criſt. Spir. Tart.* 4.532
Calcul. Ren. *vid. Nephrit.*
Calcul. Fol. *alth.* 4.356
Veſic. *Anagall. Aq.* 4.359
*Cerefol.* 4.381
*Herniar.* 4.424
*Malv.* 4.437
*Pariet.* 4.454
*Petroſel.* 4.457
*Puleg.* 4.464
*Quinquefol.* 4.466
*Rut. mur.* 4.474
*Saxifrag.* 4.479
*Scolopendr.* 4.480
*Tanacet.* 4.490
*Verben.* 4.498
*Virg. aur.* 4.501
*Urtic.* 4.503
Flor. *Cynosbat.* 4.407
*Tanacet.* 4.490
*Virg. aur.* 4.501
Rad. *allii.* 4.356
*Armor.* 4.363
*Bardan.* 4.367
*Cyclam.* 4.404
*Onon.* 4.452
*Petroſ.* 4.457
*Mont.* 4.ibid.
*Peucedan.* 4.ibid.
*Raphan. mar.* 4.467
*Seſel. Maſſ.* 4.485
*Siſar.* 4.486
Cort. *Fraxin.* 4.416
Sem. *Bardan.* 4.367
*Cerefol.* 4.381
*Fraxin.* 4.416
*Milii Sol.* 4.441
*Naſt. Aq.* 4.446
*Paſtin.* 4.455
*Petroſ.* 4.457
*Mont.* 4.ibid.
*Raphan.* 4.467
*Sinap.* 4.486
*Vincetox.* 4.500
Muſc. *terr.* 4.445
Spong. *Cynoſb.* 4.407
Fruct. *Alkekeng.* 4.355
*Ceraſ.* 4.381
*Limon.* 4.435
*Meſpill. off.* 4.441
*Nucl. perſic.* 4.455
Lachr. *bdell.* 4.510
Reſin. *Tereb.* 4.526
Gumm. *Ammon.* 4.507
Anim. *Amygdali.* 4.358
*Apr. urin.* 5.587
*Aſin. lac.* 5.588
*Bovis lap.* 5.ibid.
*Hircin. ſang.* 5.592
*Capr. ſterc.* 5.ibid.
*Bezoar. lap.* 5.594
*Cochl. teſt.* 5.600
*Eq. lichen.* 5.601
*Sang. menſtr.* 5.602
*Hom. urin.* 5.ibid.
*Lep. cinis.* 5.613
*Lep. ſang.* ibid.

*Lep. ſterc.* 5. 613
*Muris ſterc.* 5. 615
*Taxi adeps.* 5. 620
*Vulp. ſang.* 5. 624
*Alaud. ſang.* 625
*Columb. fimus.* 5. 626
*Cuculus.* 5. 627
*Gall. tunic.* 5. ibid.
*Gall. ſterc.* 5. ibid.
*Gall. teſt.* ibid.
*Paſſ. aquat.* 5. 631
*Palumb.* 5. 630
*Struthion. tun.* 5. 632
*Cancror. ocul.* 5. 633
*Ol. p.* ibid.
*Carpion. lap.* 5. 634
*Manat. lap.* ibid.
*Halec. cin.* 5. 636
*Lucii mand.* 5. ibid.
*Percæ lap.* 5. 637
*Sepiæ os.* 5. 638
*Apum mel.* 5. 639
*Aſelli.* 5. 641
*Cicindel.* 5. 643
*Scorpio.* 5. 647
Min. *Lap. calcar.* 3. 216
*Calcul. hom.* 3. 602
*Cryſtallus.* 3. 217
*Lap. Iudaic.* 3. 220
*Lyncis.* 3. 222
*Ophites.* 3. 223
*Silex.* 3. 224
*Lap. ſpong.* 3. 225
*Nitrum.* 3. 314
Aq. *diur. è nucl.* 2. 77
*S. Cloſſ.* 2. ibid.
*Nephrit.* 2. 80
Elix. *Nephrit.* 2. 108
Liq. *Lithontript.* 2. 136
Ol. *Febrif. Strop.* 2. 143
*Hyperic. Rab.* 2. ibid.
*Pil. diuret.* 2. 147
*Tragea antiphr.* 2. 265
*Pulv. ſtom. querc.* 2. 161
*Liquor. ☿ii præcip.* 3. 278
*∽ ex reg. ♁ii.* 3. 294
*Spir. Sal.* 3. 310
⊕. *⊖-lat.* 3. 316
*∽. Alum. dulc.* 3. 320
*∽. ⊖lis dulc.* 3. 326
*∽ Antepilept. Baſil.* 3. 328
*Magiſter. ⊖-li.* 3. 332
*Succ. betul.* 4. 370
*Sal. fabar.* 4. 413
*▽. Vitis.* 4. 502
*∽ Terebinth.* 4. 526
*Pil. tereb.* ibid.
*Sal. Tart. volat.* 4. 535
Calefaciunt. Fol. *abrotan.* 4. 348
*Abſynth.* 4. 349
*Pont.* ibid.
*Agerati.* 4. 354
*Agrimon.* 4. 355
*Alth.* 4. 356
*Anagall.* 4. 359
*Aquat.* ibid.
*Anethi.* 4. ibid.
*Aquileg.* 4. 362
*Ariſtol.* 4. ibid.
*Arnic.* 4. 363
*Artemiſ.* 4. ibid
*Ari.* ibid.
*Auric. mur.* 4. 366
*Beton.* 4. 370
*Betul.* 4. ibid.
*Borrag.* 4. 371
*Branc. urſ.* 4. 372
*Braſſic.* ibid.
*Calaminth.* 4. 374
*Cardiac.* 4. 377
*Cerefol.* 4. 381
*Chamædr.* 382
*Chamæpyth.* 4. ibid.
*Chelidon.* 4. 384
*Cochlear.* 4. 392
*Cuſcut.* 4. 403
*Dictamn.* 4. 408
*Ebul.* 4. 409
*Epat. nob.* 410
*Eryſim.* 4. 412
*Eupator.* ibid.
*Euphrag.* 4. ibid.
*Filipend.* 4. 414
*Fœnic.* 4. 415
*Gallii.* 4. 419
*Heder.* 4. 423
*Arbor.* 4. ibid.
*Hyſſop.* 4. 426
*Iaceæ.* 4. ibid.
*Laur.* 4. 432
*Leviſt.* 4. 433
*Linar.* 4. 435
*Major.* 4. 436
*Marrub.* 4. 437
*Matric.* 4. 438
*Meliſſ.* 4. 439
*Menth.* 4. ibid.
*Saracen.* 4. 440
*Mercurial.* ibid.
*Naſturt. aq.* 4. 446
*Hort.* ibid.
*Nepet.* 4. 447
*Nicot.* 4. 448
*Origan.* 4. 452
*Paſſin.* 4. 455
*Perfol.* 4. ibid.
*Perſic.* 4. 456
*Petroſel.* 4. 457
*Pimpinel.* 4. 458
*Porri.* 4. 462
*Portulac.* 463
*Prim. ver.* 4. ibid.
*Prunell.* 4. ibid.
*Puleg.* 4. 464
*Ros ſolis.* 4. 471
*Roriſmar.* 472
*Rutæ.* 4. 473
*Sabin.* 4. 474
*Salv.* 4. 475
*Sanic.* 4. 477
*Sapon.* 4. 478
*Satureiæ.* 4. 479
*Saxifrag.* 4. ibid.
*Scabioſ.* 4. 480
*Scolopendr.* 4. 481
*Scordii* 4. ibid.
*Serpil.* 4. 484
*Tanacet.* 4. 490
*Thlaſp.* 4. 494
*Teucr.* 4. ibid.
*Thymi.* ibid.
*Verbaſc.* 4. 497
*Verben.* 4. 498
*Vermic.* ibid.
*Veron.* ibid.
*Virg. aur.* 4. 501
*Vrtic.* 4. 503
*Mort.* 4. 504
*Epyth.* 4. 557
*Soldanell.* 4. 564
Flor. *Agerat.* 4. 354
*Aquileg.* 4. 362
*Bellid.* 4. 368
*Beton.* 4. 370
*Borrag.* 4. 371
*Calthæ.* 4. 375
*Caprifol.* 4. 376
*Caryophyll.* 4. 379
*Cent. min.* 4. 380
*Chamom.* 4. 382
*Cheyri.* 4. 385
*Croci.* 4. 400
*Ebul.* 4. 409
*Epat. nob.* 4. 410
*Eupat.* 4. 412
*Geniſt.* 4. 419
*Hyperic.* 4. 426
*Lil. alb.* 4. 434
*Lil. convall.* 4. ibid.
*Lupul.* 4. 436
*Malv. arb.* 4. 437
*Melilot.* 4. 438
*Prim. ver.* 4. 463
*Prunell.* 4. ibid.
*Salv.* 4. 475
*Scabioſ.* 4. 480
*Schœnanth.* 4. ibid.
*Spicæ.* 4. 487
*Stœchad.* 4. 488
*Citri.* ibid.
*Succiſ.* 4. 489
*Tanacet.* 4. 490
*Tiliæ.* 4. 494
*Verbaſc.* 4. 497
*Veron.* 4. 498
*Virg. aur.* 4. 501
Rad. *Acori.* 4. 352
*Allii.* 4. 356
*Alth.* ibid.
*Angel.* 4. 359
*Anthor.* 4. 361
*Ariſtol.* 4. 362
*Armorac.* 4. 363
*Aſparag.* 4. 364
*Bardan.* 4. 367
*Betæ.* 4. 369
*Calam. arom.* 4. 374
*Carlin.* 4. 378
*Caryophyll.* 4. 379
*Cepæ.* 4. 380
*Chelidon.* 4. 384
*Contrayerv.* 4. 395
*Coſti.* 4. 399
*Curcum.* 4. 402

Cyclam. 4.404
Cyper. 4.408
Doron. 4.409
Filipend. 4.414
Filic. 4.414
Fraxinell. 4.416
Fum. bulb. 4.417
Galang. 4.418
Gentian. 4.419
Helen. 4.423
Imperat. 4.427
Ireos n. 4.428
Leviſtic. 4.433
Mei. 4.441
Mori. 4.443
Ononid. 4.452
Petaſit. 4.456
Petroſel. 4.457
Mont. ibid.
Peucedan. ibid.
Pimpinell. 4.458
Pœon. 4.461
Porri. 4.462
Ptarmic. 4.464
Pyrethri. 4.465
Raphan. 4.467
Marin. ibid.
Rhapont. ver. 4.468
Rub. 4.472
Ruſc. 4.473
Sarſaparill. 4.478
Satyrii. 4.479
Schœnanth. 4.480
Scorzoner. 4.481
Scrophul. 4.482
Succiſ. 4.489
Tamar. 4.490
Valer. 4.496
Verbaſc. 4.497
Victor. 4.499
Vrtic. 4.503
Mechoac. 4.559
Turpeth. 4.565
Scyll. 4.482
Seſel. 4.485
Siſar. 4.486
Vincetox. 4.500
Zedoar. 4.504
Aſari. 4.552
Cort. Betulæ. 4.370
Cappar. 4.375
Cinnam. 4.389
Ebul. 4.409
Saſſafr. 4.478
Tamar. 4.490
Staphiſagr. 4.565
Sem. Agni caſti. 4.354
Ammi ver. 4.357
Anethi. 4.359
Aniſi. 4.360
Apii. 4.361
Aquileg. 4.362
Aſparag. 4.364
Cannab. 4.375
Card. ben. 4.377
Card. Mar. ibid.
Cari. 4.378
Cereſol. 4.381

Coriandr. 4.396
Cumin. 4.402
Dauc. 4.408
Eruc. 4.411
Eryſim. 4.412
Fœnugræc. 4.415
Geniſt. 4.419
Leviſt. 4.433
Mili Sol. 4.441
Napi. 4.446
Naſt. hort. ibid.
Nigell. 4.449
Paſtinac. 4.455
Paſtin. ſylv. ibid.
Petroſ. 4.457
Mont. ibid.
Maced. ibid.
Porri. 4.462
Portulac. 4.463
Raphan. 4.467
Rapi. ibid.
Santonic. 4.477
Spic. Celt. 4.487
Indic. ibid.
Seſam. 4.484
Seſel. 4.485
Maſſ. ibid.
Creti. ibid.
Sinapi. 4.486
Thlaſp. 4.494
Cataput. 4.554
Ricin. 4.563
Fung. Agaric. 4.551
Betul. 4.370
Lanugo. Bombac. 4.371
Fruct. Amygd. amar. 4.358
Anacard. ibid.
Cardam. 4.376
Chermes. 4.384
Cicer. 4.387
Cubeb. 4.401
Cupreſſ. 4.402
Iuglan. 4.428
Iujub. 4.429
Bacc. Iuniper. ibid.
Laur. 4.432
Moſchat. 4.443
Dactyl. 4.452
Nucl. perſic. 4.455
Pinear. 4.459
Piſtac. 4.460
Pom. dulc. 4.462
Lign. Agalloch. 4.353
Colubr. 4.395
Cupreſſ. 4.402
Guajac. 4.422
Iuniper. 4.429
Nephrit. 4.447
Rhod. 4.469
Tamar. 4.490
Lachr. Aſſa fœtida. 4.508
Bdellii. 4.510
Ladan. 4.517
Opii. 4.520
Sarcocoll. 4.529
Balſ. Tolut. 4.509
Indic. 4.510

Tereb. 4.525
Reſin. Benzoin. 4.511
Colophon. 4.514
Liquid. ambr. 4.518
Myrrh. 4.519
Laric. 4.526
Styr. calam. 4.530
Tacamahac. ibid.
Thur. 4.547
Gumm. Ammoniac. 4.507
Animæ. 4.508
Arabic. ibid.
Elemi. 4.515
Galban. 4.516
Laccæ. 4.517
Ladan. ibid.
Maſtich. 4.518
Opopan. 4.525
Piſſaſphalt. ibid.
Picis. ibid.
Sagapen. 4.528
Iuniper. 4.429
Succ. Aloës. 4.566
Anim. Vaccæ caſ. 5.588
Capr. ſterc. 5.592
Caſtor. 5.596
Cati axung. 5.597
Zibeth. ibid.
Hom. urin. 5.602
Lupi axung. 5.613
Moſch. 5.614
Ariet. œſyp. 5.616
Ovis lana. ibid.
Vrſi ping. 5.624
Anat. ping. 5.625
Anſer. ſterc. ibid.
Columb. fimus. 5.626
Gall. ping. 5.627
Hirund. ſterc. 5.629
Apum mel. 5.639
Cera. 5.641
Cantharid. 5.642
Formic. 5.644
Acerv. 5. ibid.
Spir. Terebinth. 4.526
Vini. 4.549
Cancer. Fol. Eryſim. 4.412
Gallii. 4.419
Geranii. 4.420
Pimpinell. 4.458
Rad. Bardan. 4.367
Pimpinell. 4.458
Ellebor. 4.555
Anim. Bezoar. 5.594
Hom. ſterc. 5.502
Tauri ſanguis cum Bryon. 4.553
T. ſtud. 5.638
Vrſi fel. 5.624
Gruis cap. 5.629
Cancr. fluv. 5.633
Min. Plumbum. 3.253
Liquor. ad ulcer. 3.254
Pil. Tart. Querc. 2.153
Sacch. Saturn. 3.254
Ol. Saturn. 3.256
Salis ♃. 3.260
Cryſtall. Iovis. ibid.
☿. Solaris. 3.266

☿. ♎. *Rubeus.* 3. 269
☍. ☿*ii. Dulc. diaph.* 3. 275
*Liquor.* ☿*ii. præcip.* 3. 278
☍ ♄. *Sacch. Querc.* 3. 292
*Spod. Græcor.* 3. 307
*Ol. anodyn.* 3. 334
⊖. *Fuligin.* 4. 515
Capitis *Fol. ariſtol.*
Affect. 4. 362
*Long. rotund.* ibid.
*Beton.* 4. 370
*Majoran.* 4. 436
*Fl. Caryophyll.* 4. 378
*Rad. caryoph.* 4. 379
*Cortic. cinam.* 4. 389
*Sem. majoran.* 4. 436
*Fructus cardam.* 4. 376
*Bacc. Iuniper.* 4. 429
*Lign. aloës.* 4. 353
*Mercurius vitæ.* 3. 272
*Bezoar. lunar.* 3. 274
☍. *ex terra* ⊕*-li.* 3. 330
Cardialgia Infantum.
*Fol. cardiac.* 4. 377
*Vnguent. cardiac. F. F.* 2. 183
Catarrhi. *Fol. cynogloſſ.* 4. 407
*Iaſmin.* 4. 427
*Nicot.* 4. 448
*Quinquefol.* 4. 466
*Roriſmar.* 4. 472
*Salviæ.* 4. 475
*Sanguiſorb.* 4. 476
Fl. *Eupator.* 4. 412
*Iaſmin.* 4. 427
*Salv.* 4. 475
*Spic.* 4. 487
*Stœch. citr.* 4. 488
*Viol.* 2. 500
Rad. *Biſtort.* 4. 370
*Caryophyll.* 4. 379
*Imperator.* 4. 427
*Mei.* 4. 441
*Peucedan.* 4. 457
*Sarſaparill.* 4. 478
*Seſel. Maſſ.* 4. 485
*Tormentill.* 4. 495
*Valer.* 4. 496
*Mechoac.* 4. 559
Sem. *Milii.* 4. 441
*Nigell.* 4. 449
*Seſel. Maſſ.* 4. 485
*Cret.* ibid.
Fruct. *Sebeſt.* 4. 483
Lign. *Guajac.* 4. 422
*Santal.* 4. 477
*Saſſafras.* 4. 478
Lachr. *Sang. drac.* 4. 529
Reſin. *Benzoin.* 4. 511
*Ladan.* 4. 517
*Styrac.* 4. 530
*Tacamahac.* ibid.
*Thur.* 4. 547
Gumm. *Animæ.* 4. 508
*Succin.* 3. 343
Anim. *Caſt. teſt.* 5. 596
*Hom. oſſa.* 5. 602
*Lucii piſc. ax.* 5. 636
Min. *Catechu.* 3. 193
Aq. *Carbunc.* 2. 74
*Epilept.* 2. 75
*Deſicc. catarrh.* 2. 74
*Decoct.* ♁*iale D. ab Hornig.* 2. 99.
*Syrupus de Herba Thee catarrhalis D. Witzelii.* 2. 174
*Looch. paſſ.* 2. 101
*Empl. cephal.* 2. 112
*Errhin. montan.* 2. 118
*Extract. naſal. D. Spin.* ibid.
*Panchym. Crollii.* 2. 128
*Vin. Med. ceph. ſplen.* 2. 132
*Pil. ad tuſſim.* 2. 148
*De ammoniac. Q.* ibid.
*Arthrit. D. Schæff.* ibid.
*De ſuccin. Crat.* 2. 153
*Pulv. contra deflux.* 2. 159
*Spec. cephal.* 2. 162
*Sal. Iovis.* 3. 259
☿. *Præc. per* ☍ *Sulph.* 3. 264
*Aurum vit.* 3. 267
⊕. *Chalyb. cach.* 3. 316. 317
⊕-. *Alb. vomit.* 3. 324
⁓. *Vitriol. dulc.* 3. 326
*Fl. ſulph. vitriol.* 3. 336
*Lac. ſulphur.* 3. 337
*Ol. ſulph. ver. S. Cloſſ.* 3. 339
Cephalalgia. *Fol. gramin.* 4. 421
*Millefol.* 4. 442
*Serpill.* 4. 484
*Verben.* 4. 498
*Fl. caryophyll. hort.* 4. 378
*Roſar.* 4. 469
*Rad. Caryoph.* 4. 379
*Peucedan.* 4. 457
*Rhod.* 4. 468
*Valer.* 4. 496
*Cort. cinam.* 4. 389
*Sem. nigell.* 4. 449
*Majoran.* 4. 436
*Lign. ſantal.* 4. 477
*Aloës.* 4. 353
*Balſam. Tolut.* 4. 509
*Fruct. ceraſ. dulc.* 4. 381
*Perſic.* 4. 455
*Gumm. piſſaſphalt.* 4. 525
*Sagapen.* 4. 528
*Anim. ovis.* 5. 616
*Suum tal. os.* 5. 619
*Ciconiæ ſtercus.* 5. 626
*Columb. viv.* ibid.
*Fimus.* ibid.
*Gallina.* 5. 627
*Vpupæ penn.* 5. 632
*Cancri.* 5. 633
*Halec.* 5. 636
*Min. ophites.* 3. 223
*Sal. commun.* 3. 309
*Aq. Carbunc.* 2. 74
*Cephal. arom.* 2. 75
*Damaſc. odor.* 2. 77
*Imperial.* 2. 79
*Magnanim.* 2. 80
*Picar. compoſ.* 2. 81
*Salv. compoſ. F. F.* 2. 82
*Balſ. apoplect.* 2. 89
*Epith. in febr. mal.* 2. 118
*Vin. medic. cephal.* 2. 132
*Pil. Iliac. Rhaſ.* 2. 150
*Marcocoſt. Minder.* 2. 151
*De ſuccin. Crat.* 2. 153
*Sal. ſacerdotal.* 2. 162
*Vnguent. narcot.* 2. 184
*Phlegma* ⊕*-li acid.* 3. 325
*Aq. hord. gr.* 4. 425
Cholera. *Fol. acetoſ.* 4. 351
*Senecii.* 4. 484
*Lap. cryſtall.* 3. 217
Colica. *Fol. cereſol.* 4. 381
*Filipend.* 4. 414
*Heder.* 4. 423
*Iaſmin.* 4. 427
*Malv.* 4. 437
*Menth.* 4. 439
*Rutæ.* 4. 473
*Veron.* 4. 498
*Flor. chamomill.* 4. 382
*Iaſmin.* 4. 427
*Sambuc.* 4. 475
*Rad. acori.* 4. 352
*Allii.* 4. 356
*Cyperi.* 4. 408
*Eryngii.* 4. 411
*Zedoar.* 4. 504
*Cort. aurant.* 4. 365
*Coſti.* 4. 9[illegible]
*Imperat.* 4. 427
*Nucl. jugl.* 4. 426
*Sem. ammi ver.* 4. 357
*Avenæ.* 4. 365
*Cari.* 4. 378
*Cumini.* 4. 402
*Dauc.* 4. 408
*Fœnic.* 4. 415
*Pimpinell.* 4. 458
*Seſami.* 4. 484
*Fruct. bacc. laur.* 4. 432
*Piper.* 4. 459
*Reſin. Myrrh.* 4. 519
*Anim. vaccin. ſterc.* 5. 616
*Canis integ.* 5. 592
*Canin. ſterc.* ibid.
*Hirc. oment.* ibid.
*Bezoar. lap.* 5. 594
*Caſtor. teſt.* 5. 596
*Zibeth.* 5. 597
*Cerv. priap.* 5. 598
*Equor. ſterc.* 5. 601
*Eq. teſt.* ibid.
*Echin. ventr.* 5. 602
*Hom. aur. ſord.* ibid.
*Secund.* ibid.
*Membr.* ibid.
*Lep. offic. tali.* 5. 613
*Lup. inteſt.* ibid.
*Stercus.* ibid.
*Pellis.* ibid.
*Ovis oment.* 5. 616
*Alaud. cor.* 5. 625
*Columb. ſim.* 5. 626
*Gall. jus.* 5. 627
*Sterc.* ibid.
*Grus integr.* 5. 629
*Hirund ſterc.* ibid.
*Cygni pell.* 5. 630


*Parus.*

*Parus.* 5. 630
*Pavon. adeps.* 631
*Perdic. pen.* ibid.
*Upupæ caro.* 5. 632
*Anguill. ſang.* ibid.
*Cancr. ocul.* 5. 633
*Carpion. lap.* 5. 634
*Manat. lap.* ibid.
*Sturion. oſſ.* 5. 638
*Aſelli.* 5. 641
*Cicada.* 5. 643
*Lumbric. terr.* 5. 645
*Scorp.* 5. 647
Min. *ophites.* 3. 223
*Sal. comm.* 3. 309
*Foſſil.* 3. 314
*Gagates.* 3. 346
Sperm. *cet.* 3. 345
Aq. *Carminat.* 2. 74
Ol. *Hyperic. comp.* 2. 143
Pil. *de euphorb. Q.* 2. 149
*Iliac. Rhaſ.* 2. 150
*Odorif. Crollii.* 2. 155
*Tragea antinephr.* 2. 161
*Sal ſacerdotal.* 2. 162
*Unguent. C. C. anodyn.* 2. 183
*Decoct. laxat. D. Spin.* 2. 100
*Sal. ♀.* 3. 252
*☿. Solar.* 3. 266
*Croc. metallor.* 3. 284
*Clyſſ.* 3. 294
*Arcan. ♄ii. Baſil.* 3. 299
*Antid.* Πάνχρηστος. 3. 300
*Tinct. ex Sulph. ♄ii.* 3. ibid.
*Spir. Nitr.* 3. 318
*Spir. acid. ✱.* 3. 302
*Lac. Sulph.* 3. 337
*Aq. Sp. Sulph.* 3. 339
*Ol. ſulph. ver.* ibid.
*Ol. lini.* 4. 435
*Nuci. perſic.* 4. 455
*Sp. Tart.* 4. 532
Conſtipant. *Fol. Anſerin.* 4. 360
*Auric. mur.* 4. 366
*Burſ. paſtor.* 4. 373
Sem. *Milii.* 4. 441
*Tritic.* 4. 496
Fruct. *Meſpil.* 4. 441
*Mal. perſic. exſicc.* 4. 455
Gumm. *Tragac.* 4. 548
Anim. *Hircus.* 5. 592
*Ranar. ſp.* 5. 637
Contractur. Fol. *millefol.* 4. 442
Balſ. *tolut.* 4. 509
*Indic.* ibid.
Gumm. *Iuniper.* 4. 430
*Animæ.* 4. 508
Anim. *cati pell.* 5. 597
*Cerv. ſang.* 5. 598
*Hom. cut.* 5. 602
*Ping.* ibid.
*Mur. alp.* 5. 616
*Ovis.* ibid.
*Taxi adeps.* 5. 620
*Vulp. ping.* 5. 624
*In ol. coct.* ibid.
*Scarab.* 5. 646
⊖ *Chalyb. cach.* 3. 316. 317
∽ ♁-*li diaphor.* 3. 327
*Balſ. è cat.* 5. 592
*Ol. elemi.* 5. 615
Cordialia. Fol. *roriſmarin.* 4. 472
*Violar.* 4. 500
Flor. *borrag.* 4. 371
*Bugloſſ.* 4. 372
*Calthæ.* 4. 375
*Caryophyll. hort.* 4. 378
*Cheyri.* 4. 385
*Roſar.* 4. 469
*Viol.* 4. 500
Rad. *Angel.* 4. 359
*Caryophyll.* 4. 379
*Fraxinell.* 4. 416
Cortic. *Cinam.* 4. 389
Fruct. *Ceraſ.* 4. 381
*Chermes.* 4. 384
*Granat.* 4. 421
*Pom. dulc.* 4. 462
*Rub. id.* 4. 473
Lign. *Aloës.* 4. 353
Anim. *Moſch.* 5. 614
*Unicorn.* 5. 622
*Perl.* 5. 634
Min. *Hyacinth.* 3. 202
*Sapphirus.* 3. 203
*Corallia.* 3. 205
*Margar.* 3. 212
*Unicorn. foſſ.* 3. 227
*Ambra.* 3. 341
*Salperlar.* 3. 212
Aq. *Cord. Herc. Sax.* 2. 75
*D. Spin.* 2. 76
*Damaſc. odor.* 2. 77
*Magnanim.* 2. 80
*Perlar.* 2. 87
*Ros Solis.* 4. 471
Balſ. *vit.* 2. 90
*Elect. cord.* 2. 104
*Elixir. citr.* 2. 107
*Epithem. cord.* 2. 118
*Morſ. citr.* 2. 138
*Odorif. Crollii.* 2. 155
*Pulv. de Cypr. odor.* 2. 158
*Iulepus Gemmatus.* 2. 174
*Syr. cardiac.* ibid.
*Unguent. Cord. Wek.* 2. 184
*Ebur. uſt.* 5. 601
⊕. *Perlat.* 3. 316
*Corall.* ibid.
*Magiſt. ſucc. dulc.* 3. 344
▽. *Borrag.* 4. 371
*Bugloſſ.* 4. 372
*Succ. roſ.* ☉ 4. 471
Cordis Palpit.
Flor. *Caryophyll.* 4. 378
Rad. *Doron.* 4. 409
*Vincetox.* 4. 500
Fruct. *Moſch.* 4. 443
Lign. *Santal.* 4. 477
Reſin. *Ladan.* 4. 517
Anim. *Bezoar. lap.* 5. 594
*Moſch.* 5. 614
Min. *Granatus.* 3. 201
*Smaragdus.* 3. 204
*Saccul. cordial.* 2. 164
∽. ⊖. *comp. corall.* 3. 311
▽. *Still. ex fl. caprifol.* 4. 376
*Syr. de pom. ſimpl.* 4. 462
Crapulam Diſcut.
Fol. *Abſynth.* 4. 349
*Braſſic.* 4. 372
Fruct. *Amygd. amar.* 4. 358
Cruor ex Caſu.
*Cataplaſma contr. cruor.* 2. 94
Cutis Mac.
Fol. *Fabar.* 4. 413
Farin. *fabar.* ibid.
*Aqua fabar.* ibid.

## D.

Dentium Dolor.
Fol. *Anſerin.* 4. 360
*Graminis.* 4. 421
*Millefol.* 4. 442
*Mor.* 4. 443
*Nicot.* 4. 448
*Pimpinell.* 4. 458
*Puleg.* 4. 464
*Querc.* 4. 466
*Ros Solis.* 4. 471
*Salviæ.* 4. 475
*Verben.* 4. 498
Flor. *Caryophyll.* 4. 378
*Aromat.* 4. 379
Rad. *Aſparag.* 4. 364
*Imperator.* 4. 427
*Onon.* 4. 452
*Pimpinell.* 4. 458
*Prim. ver.* 4. 463
*Pyrethri.* 4. 465
Sem. *Hyoſciam.* 4. 425
Fruct. *Bacc. Laur.* 4. 432
*Piper.* 4. 459
Reſin. *Benzoin.* 4. 511
*Ladan.* 4. 517
*Tacamahac.* 4. 530
Gumm. *rhuis.* 4. 469
Anim. *Capræ fel.* 5. 596
*Caſtor. teſt.* ibid.
*Lep. axung.* 5. 613
*Serp. exuv.* 5. 617
*Urſi fel.* 5. 624
*Corvor. ſterc.* 5. 627
*Lumbr. terr.* 5. 645
Min. *Sal. comm.* 3. 309
*Aq. Aſthmat.* 3. 73
*Diaclyſm. odontalg.* 2. 130
*Liniment. dentifric.* 3. 182
*Sacch. alum.* 3. 320
∽ ♁-*li.* 3. 326
*Ol. buxi.* 4. 373
*Ol. coryl.* 4. 397
*Guajac.* 4. 422
*E chart. comb.* 4. 435
*Camphor.* 4. 512
Dentium Nigred.
Gumm. *Maſtich.* 4. 518
Anim. *Eq. den.* 5. 601
*Lep. cap.* 5. 613
*Conch. teſt.* 5. 634
*Perc. lap.* 5. 637
Lap. *Pumex.* 3. 223
*Silic.* 3. 224
*Corall.*

Corall. 3.205
Allii. 4.356
Apii. 4.361
Pulv. Dentifric. 2.159
Dentitio Anim.
Can. dent. 5.592
Equor. dent. 5.601
Lepor. cerebr. 5.615
Lupi dent. ibid.
Lup. axung. ibid.
Arietis cerebr. 5.616
Galli cerebr. 5.627
Diarrhæa. Fol. Acaciæ. 4.351
Anſerin. 4.360
Auric. mur. 4.366
Botryos. 4.371
Burſ. paſtor. 4.373
Hiſpidulæ. 4.424
Nummul. 4.450
Oleæ. 4.451
Pinaſtr. 4.459
Polygon. 4.461
Scolopendr. 4.480
Symphyt. 4.489
Vincæ. 4.499
Virg. aur. 4.501
Vlmar. 4.502
Flor. Amaranthi. 4.357
Cynogloſſ. 4.407
Balauſt. 4.421
Virg. aur. 4.501
Rad. Cynogloſſ. 4.407
Acori adult. 4.352
Symphyt. 4.489
Torment. 4.495
Rhabarb. 4.592
Cort. Acac. 4.351
Pinaſtr. 4.459
Sem. Milii. 4.441
Papav. ſat. 4.453
Fruct. Acaciæ. 4.351
Berberis. 4.369
Caſtaneæ. 4.380
Cornus. 4.397
Avellan. ibid.
Cupreſſ. 4.402
Mala cydon. 4.404
Granat. 4.421
Meſpil. 4.441
Mor. immatur. 4.443
Moſchat. ibid.
Sorb. 4.486
Vvæ immat. 4.502
Muſc. uſneæ. 4.445
Succ. Hypociſt. 4.516
Gumm. Maſtich. 4.518
Anim. Vaccin. lac. 5.588
Hirc. pell. 5.592
Rupicapræ jec. ibid.
Capr. caro. 5.596
Coagul. ibid.
C.C. uſti. 5.598
Lep. jecur. 5.613
Ovis lana. 5.616
Gall. cerebr. 5.627
Galli. tunic. ibid.
Min. Terra ſigill. 3.190
Bolus. 3.192
Smaragdus prap. 3.204
Corall. 3.205
Cryſtallus. 3.217
Aq. Antidyſenter. 2.77
Syrup. Maſtichinus Peuc. 2.175
Pulv. Dyſenter. 2.159
Ol. Martial. 3.245
Tinct. ♂. 3.246
Farin. Fabar. 4.413
Digerent. Fol. baſilic. 4.368
Loti. 4.435
Majoran. 4.436
Rut. mur. 4.474
Flor. Chamom. 4.382
Croci. 4.400
Lil. alb. 4.434
Loti. 4.435
Rad. Bardan. 4.367
Curcum. 4.402
Lil. albor. 4.434
Scrophul. 4.482
Sem. Baſilic. 4.368
Cumin. 4.402
Hord. 4.424
Lini. 4.435
Majoran. 4.436
Napi. 4.446
Fruct. Oliv. 4.451
Lachr. Bdellii. 4.510
Reſin. Tacamahac. 4.530
Gumm. Ammon. 4.507
Elemi. 4.515
Opop. 4.525
Pic. ibid.
Anim. Vaccinum butyr. 5.588
Capr. ſterc. 5.592
Anat. ping. 5.625
Gall. vitel. ov. 5.627
Cera. 5.639
Diſcutient. Fol. abrotan. 4.348
Anethi. 4.359
Artemiſ. 4.363
Beton. 4.370
Calaminth. 4.374
Calth. 4.375
Cardiac. 4.377
Card. ben. ibid.
Cerefol. 4.381
Ebul. 4.409
Fœnic. 4.415
Galeg. 4.418
Iaceæ. 4.426
Menth. Sarac. 4.440
Rub. 4.472
Rut. 4.473
Rut. mur. 4.474
Sabin. ibid.
Saturciæ. 4.479
Senecii. 4.484
Tanac. 4.490
Thymi. 4.494
Verbaſc. 4.497
Flor. Beton. 4.370
Calth. 4.375
Caryophyll. arom. 4.379
Cheyri. 4.385
Ebul. 4.409
Lupul. 4.436
Melilot. 4.438
Sambuc. 4.475
Tanac. 4.490
Til. 4.494
Verbaſc. 4.497
Rad. Allii. 4.356
Alth. ibid.
Ari. 4.363
Aſparag. 4.364
Caryophyll. 4.379
Coſt. 4.399
Curcum. 4.402
Doron. 4.409
Eryng. 4.411
Helen. 4.423
Onon. 4.452
Petroſ. mont. 4.457
Schænant. 4.480
Scyllæ. 4.482
Seſel. Maſſ. 4.485
Zedoar. 4.504
Cort. Cinnam. 4.389
Ebul. 4.409
Sem. Agni caſt. 4.354
Ammi ver. 4.357
Anethi. 4.359
Aniſi. 4.360
Aſparag. 4.364
Card. ben. 4.377
Cari. 4.378
Cerefol. 4.381
Cicer. 4.387
Fœnugræc. 4.415
Petroſ. mont. 4.457
Seſel. Maſſ. 4.485
Tritic. 4.496
Fruct. Balan. myrepſ. 4.366
Cardamom. 4.376
Cubeb. 4.401
Bacc. Iuniper. 4.429
Lign. Saſſafras. 4.478
Viſc. Querc. 4.466
Lachr. Bdellii. 4.510
Reſin. Myrrh. 4.519
Gumm. Iuniper. 4.429
Animæ. 4.508
Opop. 4.525
Piſc. 4. ibid.
Balſ. Indic. 4.510
Anim. Aq. ſl. omnium. 5.589
Canin ſterc. 5.592
Caſtor. teſt. 5.596
Cati axung. 5.597
Hom. urin. 5.602
Pingued. ibid.
Oſſa. ibid.
Moſch. 5.614
Ovill. ſterc. 5.616
Suum ſterc. 5.619
Vrſi ping. 5.624
Ardeæ ping. 5.626
Columb. ſim. ibid.
Hirund. ſterc. 5.629
Perdic. penn. 5.631
Cancr. ocul. 5.633
Sturion. oſſ. 5.638
Apum mel. 5.639
Aſelli. 5.641
Lumbric. 5.645
Dyſenteria. Fol. Acac. 4.351
Anſer. 4.360

Auric.

*Auric. mur.* 4.366
*Burſ. paſtor.* 4.373
*Fabar.* 4.413
*Hiſpidulæ.* 4.424
*Lagopi.* 4.431
*Lapath. extr.* ibid.
*Liguſtr.* 4.433
*Millefol.* 4.442
*Myrt.* 4.445
*Numul.* 4.450
*Oleæ.* 4.451
*Pinaſter.* 4.459
*Plantag.* 4.460
*Polygon.* 4.461
*Querc.* 4.466
*Quinquefol.* ibid.
*Rhois.* 4.469
*Sanguiſorb.* 4.476
*Verben.* 4.498
*Vitis.* 4.502
*Virg. aur.* 4.501
*Vlmar.* 4.502
*Vrtic. mort.* 4.504
Flor. *Amaranth.* 4.357
*Balauſt.* 4.421
*Liguſtr.* 4.433
*Roſar.* 4.469
*Virg. aur.* 4.501
*Vrtic. mort.* 4.504
Rad. *Rhapont.* 4.468
*Tormentill.* 4.495
*Rhabarb.* 4.562
Cort. *Acac.* 4.351
*Pinaſtr.* 4.459
Sem. *Acetoſæ.* 4.351
*Pſyllii.* 4.561
Fruct. *Acac.* 4.351
*Berber.* 4.369
*Caſtan.* 4.380
*Corn.* 4.397
*Cupreſſ.* 4.402
*Cydon.* 4.404
*Granat.* 4.421
*Meſpil.* 4.441
*Mor. immatur.* 4.443
*Moſchat.* ibid.
*Bacc. myrt.* 4.445
*Rib.* 4.469
*Rub.* 4.472
*Sorb.* 4.486
Muſc. *Muſc. uſn.* 4.444
*Pulmon. arb.* 4.465
Reſin. *Ladan.* 4.517
*Myrrh.* 4.519
*Thur.* 4.547
Gumm. *Arab.* 4.508
*Maſtich.* 4.518
*Tragac.* 4.548
Succ. *Hypociſt.* 4.516
Anim. *Bovis ſang.* 5.588
*Vaccin. lac.* ibid.
*Bovis priap.* ibid.
*Canin. ſterc.* 5.592
*Hircin. ſang.* ibid.
*Bezoar. lap.* 5.595
*Capr. caro.* ibid.
*Coagul.* ibid.
*Cervi priapus.* 5.598
*Sang.* ibid.
*Talus.* ibid.
*Equi coagul.* 5.601
*Hom. oſſ.* 5.602
*Lep. ſang.* 5.613
*Sterc.* ibid.
*Mulæ ſterc.* 5.615
*Ovis.* 5.616
*Lac.* ibid.
*Lana.* ibid.
*Columb. tun. vent.* 5.626
*Cornic. ſim.* 5.627
*Corvor. ov.* ibid.
*Turtur.* 5.632
*Cancr. cin.* 5.633
*Cera.* 5.641
Min. *Terr. ſigill.* 3.190
*Bolus.* 3.192
Sapphirus. 3.203
*Sardius lap.* 3.204
*Smaragdus.* ibid.
*Præpar.* ibid.
*Corall.* 3.205
*Cryſtallus.* 3.217
*Hæmatit.* 3.219
*Magnes.* 3.222
*Vnicorn. foſſ.* 3.227
*Ferrum.* }
*Chalybs.* } 3.243
Aq. *Antidyſent.* 2.77
Ol. *Hyperic. comp.* 2.143
Pulv. *Dyſent.* 2.159
Ol. *Martial. rubr.* 3.245
*Sal. ſacch.* ♂. 3.247
⊖. *Litharg.* 3.307
*Extr. rad. pom.* 4.462
*Laud. op.* 4.522

E.

Emolliunt.
Fol. *Alth.* 4.356
*Branc. urſin.* 4.372
*Hyoſcyam.* 4.425
*Laur.* 4.432
*Malv.* 4.437
*☿ial.* 4.440
*Pariet.* 4.454
*Verbaſc.* 4.497
*Viol.* 4.500
*Vrtic.* 4.503
Flor. *Chamom.* 4.382
*Croc.* 4.400
*Melilot.* 4.438
*Sambuc.* 4.475
*Verbaſc.* 4.497
Rad. *Alth.* 4.356
*Bryon.* 4.553
*Hyoſciam.* 4.425
*Lil. Albor.* 4.434
*Verbaſc.* 4.497
*Vrtic.* 4.503
Cort. *Mandrag.* 4.437
Sem. *Fœnugr.* 4.415
*Hord.* 4.414
*Hyoſciam.* 4.425
*Lini.* 4.435
*Tritic.* 4.496
*Vrtic.* 4.503
Fruct. *Balan. myrepſ.* 4.366
*Cicer.* 4.387
*Bacc. laur.* 4.432
*Prun.* 4.464
*Sebeſten.* 4.483
Viſc. *Querc.* 4.466
Reſin. *Ladan.* 4.517
*Liquid. ambr.* 4.518
*Laric.* 4.526
*Styr. cal.* 4.530
*Tacamahac.* ibid.
Gumm. *Ammon.* 4.507
*Elemi.* 4.515
*Galban.* 4.516
*Maſtich.* 4.518
*Opop.* 4.525
*Pic.* ibid.
Anim. *Bovis axung.* 5.588
*Vacc. butyr.* ibid.
*Cat. axung.* 5.597
*Cervi ol.* 5.598
*Hom. ſterc.* 5.602
*Ovis œſyp.* 5.616
*Lana.* ibid.
*Suum ſterc.* 5.619
*Vitul. ſterc.* 5.622
*Vrſi ping.* 5.624
*Anatis adeps.* 5.625
*Galli ping.* 5.627
*Gruis ping.* 5.629
*Cygni adeps.* 5.630
*Vnguis odorat.* 5.633
*Ichthyocolla.* 5.636
*Lumbric. terr.* 5.645

Empyema.
Ol. *Sp. ſulph. S. Cloſſ.* 3.338

Epatis Obſtruct. Fol. *Abſynth.* 4.349.
*Pont.* 4.350
*Acetoſ.* 4.351
*Adianthi.* 4.353
*Agerati.* 4.354
*Aquileg.* 4.362
*Ariſtol.* ibid.
*Calaminth.* 4.374
*Chelidon. maj.* 4.384
*Cichor.* 4.388
*Conſol.* 4.376
*Cupreſſ.* 4.402
*Cuſcut.* 4.403
*Epat. nob.* 4.410
*Graminis.* 4.421
*Leviſt.* 4.433
*Linar.* 4.435
*Marrub.* 4.437
*Menth.* 4.439
*Naſt. aq.* 4.446
*Origan.* 4.452
*Petroſel.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Quinquefol.* 4.466
*Roriſmarin.* 4.472
*Scordii.* 4.481
*Verben.* 4.498
Flor. *Cent.* 4.380
*Geniſt.* 4.419
*Lupul.* 4.436

*Pæon.*

*Pœon.* 4.461
*Schœnanth.* 4.480
*Stach. citr.* 4.488
Rad. *Acori.* 4.352
*Aſparag.* 4.364
*Cichor.* 4.388
*Eryngii.* 4.411
*Gentian.* 4.419
*Leviſt.* 4.433
*Onon.* 4.452
*Petroſel.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Pœon.* 4.461
*Rhapont.* 4.468
*Rub.* 4.472
*Ruſc.* 4.473
*Seſel.* 4.485
*Valer.* 4.496
*Polyp.* 4.561
Cort. *Mori.* 4.443
Sem. *Card. ben.* 4.377
*Geniſt.* 4.419
*Paſtin. ſylv.* 4.455
*Petroſel.* 4.457
*Raphan.* 4.467
*Seſel. Maſſ.* 4.485
Fruct. *Amygd. amar.* 4.358
*Nucl. perſic.* 4.455
*Piſtac.* 4.460
Lign. *Nephrit.* 4.447
*Santal.* 4.477
Muſc. *Lichen.* 4.433
*Balſ. ver.* 4.509
*Indic.* 4.510
Anim. *Hom. urin.* 5.602
Min. *Stannum.* 3.258
*Nitrum.* 3.314
*Sp. Tart.* 4.532
*Aq. aperit.* 2.72
*Pectoral. L. Horn.* 2.81
*Extr. chalyb.* 2.124
*Vin. medic. ſplen.* 2.132
*Pilul. de cent. Querc.* 2.149
*Pilul. Sp. Tart.* 2.153
*Tragea hepat. Querc.* 2.160
*Spec. diacubebar.* 2.162
*Ol. Martial. alb.* 3.245
*Bezoard. ♃ale.* 3.274
*♁. diaphor.* 3.285
*Clyſſus.* 3.294
*Tinct. ex vitr. ♁ij.* 3.298
*Tinct. ex fl. ♁ii.* 3.299
*♒. ⊖is.* 3.310
*Lap. prunell.* 3.315
*Spir. ⊕-li volat.* 3.325
*Spir. ⊕-li.* 3.326
*▽. Aper. Penot.* 3.327
*⊖. ⊕-li.* 3.331
Epatis Inflammatio. Fol. *acetoſ.* 4.351.
*Cichor.* 4.388
*Endiv.* 4.410
*Epat. ſtell.* ibid.
*Spinach.* 4.488
Rad. *Cichor.* 4.388
Fruct. *Berber.* 4.369
*Coni abiet.* 4.347
*Lap. Corall.* 3.205

*Epithem. epat.* 2.118
Epatis Flux. *Lap. Saphyr.* 3.203
*Corall.* 3.205
*Tragea hepat.* 2.160
*Bezoard. martial.* 3.274
*Extr. rad. pom.* 4.462
*Laudan. op.* 4.522
Epilepſia Fol. *Buxi.* 4.353
*Galeg.* 4.418
*Loti.* 4.435
*Meliſſ.* 4.439
*Roſ. ☉.* 4.471
*Roriſmar.* 4.472
*Rut.* 4.473
Flor. *Caryophyll.* 4.378
*Lil. convall.* 4.434
*Loti.* 4.435
*Pœon.* 4.461
*Succiſ.* 4.489
*Til.* 4.494
Rad. *Fraxin.* 4.416
*Pœon.* 4.461
*Scorzoner.* 4.481
*Seſel. Maſſ.* 4.485
*Succiſ.* 4.489
*Ellebor.* 4.555
Sem. *Pœon.* 4.461
*Seſel. Maſſ.* 4.485
Fruct. *Ceraſ. dulc.* 4.381
*Colocynth.* 4.554
Viſc. *Querc.* 4.466
*Sambuc.* 4.475
Gumm. *Lacc.* 4.517
*Sagapen.* 4.528
Anim. *Agni fel.* 5.586
*Alc. ungul.* ibid.
*Aſin. ungul.* 5.588
*Tauri corn.* ibid.
*Oſſa.* ibid.
*Catuli fel.* 5.592
*Capricorn.* ibid.
*Bezoar. lap.* 5.594
*Caſtor. axung.* 5.596
*Caſtor. teſt.* ibid.
*Ebur.* 5.601
*Equi lac.* ibid.
*Lichenes.* ibid.
*Hom. ſang. menſtr.* 5.602. & ſeq.
*Secundin.* ibid.
*Urin. præp.* ibid
*Stercus.* ibid.
*Sang.* ibid.
*Ol.* ibid.
*Oſſ. ol.* ibid.
*Cran. magiſt.* ibid.
*Extr.* ibid.
*Cerebr. ſpir.* ibid.
*Ol.* ibid.
*Cor.* ibid.
Lep. *Pulm.* 5.613
*Cor.* ibid.
*Oſſa tali.* ibid.
*Coagul.* ibid.
*Lup. cor.* ibid.
*Lync. ungul.* 5.614
*Unicorn.* 5.622
*Urſi fel.* 5.624
*Alced. cor.* 5.625

*Cicon. ſterc.* 5.626
*Corvor. pull.* 5.627
*Coturnic. excrem.* ibid.
*Cuculus.* ibid.
*Hirundo.* 5.629
*Lap.* ibid.
*Cor.* ibid.
*Milvus.* 5.630
*Pavon. ſterc.* 5.631
*Pica.* ibid.
*Vultur. cor.* 5.632
*Fel.* ibid.
*Carpion. lap.* 5.634
*Luc. piſc.* 5.636
*Ranar. epat.* 5.637
*Teſtud. ſang.* 5.638
*Bombyc.* 5.642
Min. *Chryſolith.* 3.201
*Et Lap. corall.* 3.205
*Armen.* 3.215
*Lazul.* 3.221
*Specular.* 3.224
*Unicorn. foſſ.* 3.227
*Argent.* 3.240
*Cinnabar.* 3.279
*Antimon.* 3.280
*Sp. ſulph.* 3.338
*Ambr.* 3.341
*Succin.* 3.343
*Aq. Anhalt.* 2.72
*Epilept.* 2.75
*Picar. compoſ.* 2.81
*Silign.* 4.483
*Vomit. Æſculap.* 2.85
Elixir. *Antepilept.* 2.107.108
*Epilept. D. Fr.* ibid.
*Crollii.* ibid.
*Crat.* ibid.
*Vit. Querc.* 2.110
*Empl. cephal.* 2.112
*Rotul. infant. lax.* 2.138
*Pilul. antepilept.* 2.147
*Odorif. Crollii.* 2.155
*Syr. antepilept.* 2.173
*Syr. antepilepticus ex ſtercore pavonis. D. Witzelii.* 2.174
*Sal Lunæ.* 3.242
*Spir. ♀.* 3.251
*Tinct. ♀.* ibid.
*Sal. ♃.* 3.260
*Manna Mercur.* 3.270
*Tinct. ☿ii.* 3.277
*Crocus metallor.* 3.284
*Cinnabr. ♁ii.* 3.291
*Ol. ♁ii. Querc.* 3.292
*Ol. ♁ii. Sacch. Baſil.* ibid.
*▽. Antepilept. Querc.* 3.294
*Antid. Ζωήφιλ. Querc.* 3.300
*Aq. bened.* 3.303
*♒ Fugac. ✱ci.* 3.322
*⊕ Alb. vomit.* 3.324
*Phlegma ⊕-li acid.* 3.325
*♒ ⊕-li volat.* ibid.
*Phil.* 3.326
*Antepilept.* 3.328
3.329
*Sal. ⊕-li.* 3.331
*Magiſt. ⊕-li.* 3.332

*Ol.*

*Ol. Gagat.* 3. 347
*Buxi.* 4. 373
*Extract. Bux.* ibid.
*Ol. Coryl.* 4. 398
*Guajac.* 4. 422
*Extr. è baccis Iuniper.* 4. 430
*Carlin.* 4. 378
*Laudan. op.* 4. 522
Spir. *Antepilept.* 5. 605
Aq. *Antepilept.* 5. 611
5. *Eſſent. vini.* 4. 550
Eryſipel. Fol. *Anagall.*
*Aquat.* 4. 359
*Pariet.* 4. 454
*Sabin.* 4. 474
*Solan.* 4. 486
Flor. *Sambuc.* 4. 475
Cort. *Ebul.* 4. 409
*Mandrag.* 4. 437
Fruct. *Secal.* 4. 483
*Bacc. ſolan.* 4. 486
*Tritic.* 4. 496
Reſin. *Myrrh.* 4. 519
*Hom. ſterc. præp.* 5. 602
*Vitul. ſterc.* 5. 622
*Ranar. ſperm.* 5. 637
*Sal.* ibid.
Lap. *Medicament.* 2. 135
Pulv. *contra deflux.* 2. 159
*Spermol. compoſ. Crollii.* 2. 161
*Bezoard. lunar.* 2. 274

Excreſcentias reprimunt.
Anim. *Ovis lana.* 5. 616
Min. *Ochra.* 3. 194
*Antimon.* 3. 280
*Ol. ♁ii. mellitum.* 3. 293
*Alum. uſt.* 3. 320

Exomphal. Infant. Curat.
*Vaccæ caſeus.* 5. 589
Exoſtoſis. *Perfoliata.* 4. 455
Extergentia. Fol. *Abrotan.* 4. 348
*Abſynth. pont.* 4. 350
*Adianth.* 4. 353
*Agrimon.* 4. 355
*Alchimill.* ibid.
*Beton.* 4. 370
*Calaminth.* 4. 374
*Geran.* 4. 420
*Pariet.* 4. 454
*Petroſel.* 4. 457
Flor. *Beton.* 4. 370
*Cent. min.* 4. 380
Rad. *Bardan.* 4. 367
*Petroſel.* 4. 457
*Polygonat.* 4. 461
Cort. *Cappar.* 4. 375
Fruct. *Amygd. amar.* 4. 358
*Fabar.* 4. 413
*Iujub.* 4. 429
Sem. *Petroſel.* 4. 457
Succ. *Aloës.* 4. 566

F.

FAc. Macul.
*Cuſcut.* ▽. 4. 403
*Glycypicr. cor.* 4. 420

Febr. in Genere.
Fol. *Abſinth.* 4. 349
*Acetoſ.* 4. 351
*Arnic.* 4. 363
*Chamædr.* 4. 382
*Cichor.* 4. 388
*Cuſcut.* 4. 403
*Malv.* 4. 437
*Plantag.* 4. 460
*Portulac.* 4. 463
*Quinquefol.* 4. 466
*Rut.* 4. 473
*Tarax.* 4. 491
*Vermic.* 4. 498
Flor. *Cent.* 4. 380
*Nymph.* 4. 450
*Papav. err.* 4. 454
*Roſ.* 4. 469
*Viol.* 4. 500
Rad. *Cichor.* 4. 388
*Gentian.* 4. 419
*Nymph.* 4. 450
*Rhapont. ver.* 4. 468
*Tarax.* 4. 491
Sem. *Raphan.* 4. 467
Fruct. *Aurant.* 4. 365
*Bacc. heder.* 4. 423
*Limon.* 4. 435
*Myrtill.* 4. 445
*Pom. acid.* 4. 462
Muſc. *Lichen.* 4. 433
Gumm. *Guth.* 4. 569
Balſ. *Ver.* 4. 509
*Indic.* 4. 510
*Nitrum.* 3. 314
Anim. *Bufo.* 5. 590
*Hom. urin.* 5. 602
*Sterc.* ibid.
*Talpa.* 5. 620
*Cuculus.* 5. 627
*Gall. teſt.* ibid.
*Gall. alb. ov.* ibid.
*Perdic. jecur.* 5. 631
*Cancr. putam.* 5. 633
*Conch. teſt. intern.* 5. 634
*Præpar.* ibid.
*Halec.* 5. 636
*Lucii fel.* ibid.
*Cor.* ibid.
*Perl. mater.* 5. 637
*Ranar. cor.* ibid.
*Scorpio.* 5. 647
*Tart. vitriol.* 4. 534
*Mercur. præcip. præpar.* ∞ Spir.
*ſulph.* 3. 264
*☿. Rectificat.* 3. 265
*☿. Vit.* 3. 272
*Bezoard. ſolar. Crollii.* 3. 274
*Vitrum ♁ii. hyacinth.* 3. 281
*Crocus metall.* 3. 284
*Tinct. ex vitr. ♁ii.* 3. 298
*▽. Bened.* 3. 303
*Sal. ♁ii.* ibid.
*Extr. ſal.* 3. 313
*Nitr. præparat.* 3. 315
*Corall.* 3. 316
⊖. *Cach. chalyb.* ibid.
⊖. *Alum. dulc.* 3. 320

*Vitriol. alb. vom.* 3. 324
*Spir. ⊕-li. phil.* 3. 326
*Aq. ſulph.* 3. 339
*Tinct. Sulph. S. Cloſſ.* 3. 340
*Syr. de pom. ſimpl.* 4. 462
*Rob. Sambuc.* 4. 475
*Aq. febrifug.* 2. 78
*Empl. febrifug.* 2. 112
*Emulſio refrig.* 2. 117
*Pilul. febril.* 2. 149
*De cent. Querc.* ibid.
*Febril. Hart.* ibid.
*Pulv. febr.* 2. 160
*Oxyſacch. vomitiv.* 2. 177
*☿. Præcipit.* 3. 263
Febr. Contin. Fol. *Acetoſ.* 4. 351
*Acetoſell.* 4. 352
*Anſerin.* 4. 360
*Cichor.* 4. 388
*Endiviæ.* 4. 410
*Geran.* 4. 420
*Sedi.* 4. 483
Flor. *Nymph.* 4. 450
Rad. *Cichor.* 4. 388
Fruct. *Ceraſ. acid.* 4. 381
*Granat.* 4. 421
*Rib.* 4. 469
*Sebeſt.* 4. 483
*Uvæ.* 4. 502
Sem. *Cucum.* 4. 401
*Cucurb.* ibid.
*Melon.* 4. 439
Anim. *Vacc. ſterc.* 5. 588
*Rupicapr. lap.* 5. 593
*Bezoar. lap.* 5. 594
*Cervi corn.* 5. 598
*Cerv. typh.* ibid.
*Ranar. cor.* 5. 637
*Tinca.* 5. 639
Tinctur. ♀. 3. 297
*Spir. ⊕-li volat.* 3. 325
*Cryſtalli Nitri acidodulces.* 3. 316
*Nitrum ♁iatum.* ibid.
*Conſerv. acetoſ.* 4. 351
*Syr. acetoſ.* ibid.
*▽. Acetoſ.* ibid.
*Conſerv. acetoſell.* 4. 352
*Syr. acetoſell.* ibid.
*▽. Acetoſell.* ibid.
*▽. Hord.* 4. 424
Febr. Intermittent. *Lign. colubrin.* 4. 395.
*Lap. Lyncis.* 3. 222
*Melachites ſ. Pavonius.* 3. 223
*Pilul. febriſ. D. Schœff.* 2. 149
*Tinct. ♀.* 3. 252
*Sublim. dulc. Talc.* 3. 269
*Flor. ♁ii. regul. ⌒ ♂. ac ♀. im-prægnat.* 3. 290
*⌒. Ex reg. ♁ii.* 3. 294
*Extr. marcaſit.* 3. 306
*Nitr. ⊕-lat.* 3. 316
*Coagul. ⊕-li.* 3. 324
Febr. Malign. Fol. *Acetoſ.* 4. 351
*Scordii.* 4. 481
Sem. *Napi.* 4. 446
Reſin. *Camphor.* 2. 512
Min. *Terr. ſigill.* 3. 190

*Et Lap. Sapphirus.* 3.203
*Smaragdus.* 3.204
*Corall.* 3.205
*Sp. Sulph.* 3.338
*Ol. Terr.* 3.191
*♁. Diaphor.* 3.285
*Extr. Bezoart. Querc.* 2.124
*Potio ſudorif.* 2.155
*Oxyſacch. vomitiv.* 2.177
*☉potab. comp.* 3.236
*Spir. ♄ni ſudor.* 3.256
*Vitrum Antimon. alb.* 3.282
*Acetum ♁ii.* 3.292
*Antid. lyſipretos.* 3.300
*Cryſt. ⊖ comm. dulc.* 3.312
*Spir. Nitri.* 3.318
*Sal. ⊕li.* 3.331
*Tinctura Bezoartica D. Mich.* 2.178
Febr. Quartan. Fol. *Card. ben.* 4.377
*Roſ. ſol.* 4.471
*Scolopendr.* 4.480
Rad. *Pyrethri.* 4.465
*Aſari.* 4.552
*Elleb.* 4.555
Sem. *Calth. ſ.* 4.375
*Nigell.* 4.449
*Sinapi.* 4.486
Lign. *Colubrin.* 4.395
Reſin. *Myrrh.* 4.519
Anim. *Hom. capill.* 5.602
*Lep. cor.* 5.613
*Suum oſſ.* 5.619
*Viperæ ſal.* 5.620
*Urſi ocul.* 5.624
*Hirund. cor.* 5.629
*Conchar. caro.* 5.634
*Ranar. hepar.* 5.637
*Ranar. fel.* ibid.
*Araneæ.* 5.641
*Cimex.* 5.643
*Locuſt.* 5.645
*Scarab.* 5.647
Min. *Lap. Lazul.* 3.221
*Et Lap. ophites.* 3.223
*Sal Ammoniac.* 3.321
*Pil. de Ammoniac. Querc.* 2.148
*de Euphorb. Querc.* 2.149
*Febr. ad quartan. Sennert.* ibid.
*Gummoſ. S. Cloſſ.* 2.150
*de Sagapen. Querc.* 2.152
*Sp. Tart. Querc.* 2.153
*Pulv. ſtomach. Querc.* 2.161
*Tinct. ♄i.* 3.257
*☿. Solar.* 3.266
*Hercul. Bovii.* ibid.
*Flor. ♁ii. regul.* 3.289
*Ol. ♁ii. ſacch.* 3.292
*Butyr. ♁ii.* 3.293
*∽ ex reg. ♁ii.* 3.294
*Elix. ☉ ♁ii.* 3.299
Febr. Quotid. Rad. *Valer.* 4.496
Sem. *Milii ſol.* 4.441
*Nigell.* 4.449
*Sinapi.* 4.486
Anim. *Aſini ſang.* 5.588
*Caprin. fel.* 5.592
*Mercur. argent.* 3.267
Febr. Tertian. Fol. *Polygon.* 4.461
*Verben.* 4.498
Rad. *Aſar.* 4.552
*Lign. colubrin.* 4.395
*Lap. ophites.* 3.223
*Butyr. ♁ii.* 3.293
*Elix. ☉ ♁ii.* 3.299
*Cryſt. ♁ii.* 3.303
*Flor. ⊖. Nitr.* 3.317
*Cryſt. alum.* 3.320
*Decoct. milii.* 4.441
*Ol. piper.* 4.460
Fiſtul. Rad. *Fumar. bulb.* 4.417
Anim. *Hom. ſterc.* 5.602
*Sang.* ibid.
*Ovis lana.* 5.616
*Talpæ cinis.* 5.620
*Gru. cap. ocul. & ventr.* 5.629
*Empl. mundif.* 2.114
*Ol. hyperic. comp.* 2.144
*☿. in ∽ ⊕li ſol.* 3.269
*Liquor ☿ii. præcip.* 3.278
*Liquor ex ſcor. reg. ♁ii.* 3.287
*Lithargyr. thereb.* 3.307
*∽. ⊖. Compoſ.* 3.311
*♂ ∞ Anodyn.* 3.334
Flatus. Fol. *Tanacet.* 4.490
Rad. *ſpic. Celt.* 4.487
*Indic.* ibid.
Sem. *Petroſel.* 4.457
*Mont.* ibid.
*Seſel.* 4.485
Reſin. *Tacamahac.* 4.530
Fœtum mort. Expell. Fol. *Anagall.*
*Aq.* 4.359
*Artemiſ.* 4.363
*Calaminth.* 4.374
*Leviſt.* 4.433
*Naſt. hort.* 4.446
*Nepet.* 4.447
*Sabin.* 4.474
Flor. *ſpic.* 4.487
Rad. *Angel.* 4.359
*Cyclam.* 4.404
*Leviſt.* 4.433
*Bryon.* 4.553
Sem. *Leviſt.* 4.433
*Naſt. hort.* 4.446
*Borrax.* 2.167
Lachr. *Bdellii.* 4.510
Anim. *Aſin. ungul.* 5.588
*Eq. ſterc.* 5.601
*Ungul.* ibid.
*Ol. guajac.* 4.422
*Nigell.* 4.449
*Quint. eſſent. vini.* 4.550
*Tinctura Rubini.* 3.203
Frigida ſunt. Fol. *Acac.* 4.351
*Acetoſ.* ibid.
*Alſin.* 4.356
*Anſerin.* 4.360
*Burſ. paſtor.* 4.373
*Chelidon. min.* 4.384
*Cichor.* 4.388
*Cicut.* ibid.
*Endiv.* 4.410
*Equiſet.* 4.411
*Fabar.* 4.413
*Fragar.* 4.415
*Hyoſcyami.* 4.425
*Lactuc.* 4.430
*Lent. paluſtr.* 4.432
*Liguſtri.* 4.433
*Numular.* 4.450
*Nymphææ.* ibid.
*Oleæ.* 4.451
*Parietar.* 4.454
*Paris.* ibid.
*Pinaſtr.* 4.459
*Plantag.* 4.460
*Polygon.* 4.461
*Pulmonar.* 4.465
*Pyrolæ.* ibid.
*Pyr.* 4.466
*Querc.* ibid.
*Rhois.* 4.469
*Rut. mur.* 4.474
*Salic.* ibid.
*Sanguiſorb.* 4.476
*Scolopendr.* 4.480
*Sedi.* 4.483
*Senecion.* 4.484
*Solan.* 4.486
*Spinach.* 4.488
*Taraxac.* 4.491
*Vincæ.* 4.499
*Violar.* 4.500
*Ulmar.* 4.502
Flor. *Acac.* 4.351
*Amaranth.* 4.357
*Cichor.* 4.388
*Cyani.* 4.403
*Cynogloſſ.* 4.407
*Liguſtri.* 4.433
*Nymphææ.* 4.450
*Papav. err.* 4.454
*Violar.* 4.500
Rad. *Biſtort.* 4.370
*Chelidon. min.* 4.384
*Cichor.* 4.388
*Cicutæ.* ibid.
*Graminis.* 4.421
*Hyoſcyami.* 4.425
*Nymphææ.* 4.450
*Taraxac.* 4.491
Cort. *Acac.* 4.351
*Mandrag.* 4.437
*Pinaſtr.* 4.459
*Citrul.* 4.391
Sem. *Cucum.* 4.401
*Cucurb.* ibid.
*Cydon.* 4.404
*Endiv.* 4.410
*Hord.* 4.424
*Hyoſciam.* 4.425
*Lactuc.* 4.430
*Melon.* 4.439
*Milii.* 4.441
*Nymph.* 4.450
*Papav. ſat.* 4.455
*Rhois.* 4.469
Fruct. *Alkekengi.* 4.355
*Berber.* 4.369
*Ceraſ. acid.* 4.381
*Corn.* 4.397
*Cydon.* 4.404
*Fabar.* 4.413

*Fragar.*

*Fragar.* 4.415
*Melon.* 4.439
*Meſpil.* 4.441
*Mor.* 4.443
*Bacc. myrt.* 4.445
*Paris.* 4.454
*Pom. acid.* 4.462
*Prun.* 4.464
*Rib.* 4.469
*Rub.* 4.472
*Sorb.* 4.486
*Tamarind.* 4.566
Muſc. *Corall.* 4.396
*Lichen.* 4.433
*Pulmon.* 4.465
*Terreſtr.* 4.445
Lign. *Santal.* 4.477
Lachr. *Sang. drac.* 4.529
Gumm. *Tragac.* 4.548
Succ. *Hypociſt.* 4.516
*Omphac.* 4.520
Anim. *Cochl.* 5.600
*Ebur.* 5.601
*Hom. lac.* 5.602
*Ovis ſterc.* 5.616
*Suill. ping.* 5.619
*Gall. ov. alb.* 5.627
*Cancer.* 5.633
*Cancror. ocul.* 5.633
*Ranar. ſperm.* 5.637
Furfures Curant. Fol. *naſt. hort.* 4.446.
Anim. *Can. urin.* 5.592
*Hom. urin.* 5.602
*Mur. ſterc.* 5.615

G.

Gangræna. Fol. *Urtic.* 4.503
*Sem. urtic.* ibid.
Reſin. *Myrrh.* 4.519
Anim. *Hom. urin.* 5.602
*Halec. muria.* 5.636
*Talpæ cruor.* 5.620
*Sal.* ibid.
*Calcis* ▽. 3.216
*Sal. ammon.* 3.321
*Ol.* ♁*ii. mellit.* 3.293
*Camphor.* 4.512
Gingiv. Putred. Fol. *Abrotani.* 4.348.
*Anſerin.* 4.360
*Aur. mur.* 4.366
*Chelidon.* 4.384
*Cochlear.* 4.392
*Liguſtr.* 4.453
*Prunell.* 4.463
*Quinquefol.* 4.466
*Vermic.* 4.498
*Vinc.* 4.499
*Virg. aur.* 4.501
Flor. *Balauſt.* 4.421
*Liguſtr.* 4.453
*Malv. arbor.* 4.437
*Prunell.* 4.463
Sem. *Aquileg.* 4.362
Rad. *Aſparag.* 4.364
*Biſtort.* 4.370
*Fumar. bulb.* 4.417
Fruct. *Granat.* 4.421
Muſc. *Uſn.* 4.444
Lachr. *Sang. drac.* 4.529
Gumm. *Laccæ.* 4.517
Anim. *Aſin. lac.* 5.588
*Sepiæ os.* 5.638
*Alumen.* 3.319
*Diaclyſma ad ging.* 2.130
Gonorrhœa. Fol. *Cynogloſſ.* 4.407
*Millefol.* 4.442
*Plantag.* 4.460
*Querc.* 4.466
Rad. *Nymph.* 4.450
Sem. *Agni caſt.* 4.354
*Cannabis.* 4.375
*Lactuc.* 4.430
Fruct. *Granat.* 4.421
Muſc. *Lichen.* 4.433
*Acetum deſtill. ligni coryli.* 4.398
*Ol. cumin.* 4.402
Reſin. *Tereb.* 4.526
*Laric.* ibid.
Anim. *Sepiæ os.* 5.638
Min. *Corall.* 3.205
*Et Lap. unicorn. foſſ.* 3.227
*Chalybs.* 3.244
*Mercur.* 3.261
*Succin.* 3.343
*Tinct. & ex ſcoriis cærul.* 3.247
*Mercur. præcip. virid.* 3.267
Gravedo. *Reſin. ſtyr. cal.* 4.530
Aq. *Epilept.* 2.75

H.

Hæmorrhagia. Fol. *Auric. mur.* 4.366
*Burſ. paſtor.* 4.373
*Equiſet.* 4.411
*Gallii.* 4.419
*Hiſpidul.* 4.424
*Millefol.* 4.442
*Polygon.* 4.461
*Quinquefol.* 4.466
*Salic.* 4.474
*Sanguiſorb.* 4.476
*Vincæ.* 4.499
*Vitis.* 4.502
Flor. *Balauſt.* 4.421
*Papav. err.* 4.454
Rad. *Biſtortæ.* 4.370
Cort. *Granat.* 4.421
Sem. *Nigell.* 4.449
*Til.* 4.494
*Urtic.* 4.503
Fruct. *Rub.* 4.472
Fung. *Querc.* 4.466
Muſc. *Lichen.* 4.433
*Uſneæ.* 4.444
*Pulm. arbor.* 4.465
Lachr. *Sang. dracon.* 4.529
*Sarcocoll.* ibid.
Anim. *Apri ſterc.* 5.587
*Aſini ſterc.* 5.588
*Bovis ſang.* ibid.
*Bufo.* 5.590
*Hircin. ſevum.* 5.592
*Pellis.* ibid.
*Capri jecur.* 5.596
*Capri ſanguis.* 5.593
*Cochleæ.* 5.600
*Eq. ſterc.* 5.601
*Pili.* ibid.
*Hom. capill.* 5.602
*Sanguis.* ibid.
*Uſnea.* ibid.
*Ovis lana.* 5.616
*Lep. pili.* 5.613
*Gallin.* 5.627
*Ranunc. ſylv.* 5.616
*Ranar. cinis.* 5.637
*Sal.* ibid.
*Suum ſterc.* 5.619
Min. *Bolus.* 3.192
*Iaſpis.* 3.202
*Rubrica.* 3.194
*Sapphirus.* 3.203
*Sardius lap.* 3.204
*Smaragdus.* ibid.
*Hæmatites.* 3.219
*Magnes.* 3.222
*Unicorn. foſſ.* 3.227
*Anacollema frontal.* 2.94
*Pulv. ſpern. comp.* 2.161
*Epithem. epat.* 2.118
*Laudan. op.* 522
Hæmorrhoides. Fol. *Anſerin.* 4.360.
*Chamædr.* 4.382
*Chelidon. min.* 4.384
*Filipend.* 4.414
*Lagopi.* 4.431
*Linar.* 4.435
*Loti.* ibid.
*Millefol.* 4.442
*Porri.* 4.462
*Quinquefol.* 4.466
*Rhuis.* 4.469
*Sanguiſorb.* 4.476
*Scab.* 4.480
*Verbaſc.* 4.497
*Vinc.* 4.499
Flor. *Loti.* 4.435
*Scabioſ.* 4.480
*Verbaſc.* 4.497
Rad. *Cepæ.* 4.380
*Fabariæ in cæc.* 4.413
*Onon.* 4.452
*Porri.* 4.462
*Verbaſc.* 4.497
Cort. *Granat.* 4.421
Fruct. *Pom. momordic.* 4.442
*Ficus.* 4.413
Sem. *Cydon.* 4.404
Fung. *Betulæ.* 4.370
Succ. *Aloës.* 4.566
Anim. *Cyg. adep.* 5.630
*Anguill. ping.* 5.632
*Lucii mand.* 5.636
*Ranar. ſperm.* 5.637
*Scarabæi.* 5.646
Min. *Sapphirus.* 3.203
*Unicorn. foſſ.* 3.227
*Balſ. balſam.* 2.181

Sal. ſacch. ♂. 3.247
Ol. nucl. perſic. 4.455
Sem. Urtic. 4.503
Hectica. Fol. Alſin. 4.356
Portulac. 4.463
Rad. Leviſtic. 4.433
Fruct. Amygd. dulc. 4.358
Pin. 4.459
Piſtac. 4.460
Muſc. Lich. 4.433
Anim. Apr. ſang. 5.587
Aſin. urin. 5.588
Caprin. lac. 5.592
Gallin. decoct. 5.627
Teſtud. ſang. 5.638
Pedic. 5.646
Aq. Antihect. 2.78
Magnanim. 2.80
Morſul. pect. 2.138
Syr. antihect. Riverii. 2.175
De pede cat. ibid.
Teſtudin. 2.176
Manna ſeu primum Ens aluminis 4.320.
Hemicrania Fol. rut. 4.473
Rad. Pyrethri. 4.465
Fruct. Colocynth. 4.554
Anim. Columb. ſim. 5.626
Vultur. caro. 5.632
Pil. Iliac. Rhaſ. 2.150
Pulv. ſtom. Querc. 2.161
Hernia. Fol. Alchimill. 4.355
Auric. mur. 4.366
Conſolid. 4.396
Ebuli. 4.409
Epat. Nob. 4.410
Fabar. 4.413
Herniar. 4.424
Hiſpidul. ibid.
Lagopi. 4.431
Millefol. 4.442
Numul. 4.450
Perfol. 4.455
Quinquefol. 4.466
Rut. mur. 4.474
Sanic. 4.477
Siderit. 4.485
Symphyt. 4.489
Flor. Balauſt. 4.421
Rad. Ari. 4.363
Onon. 4.452
Rhapont. 4.468
Symph. 4.489
Valer. 4.496
Sem. Perfoliat. 4.455
Fruct. Pom. momord. 4.442
Lachr. Bdellii. 4.510
Anim. Cochleæ. 5.600
Echin. jecur. 5.602
Talp. cor. 5.620
Lacert. 5.644
Empl. ad Hern. 2.113
~. ⊖. Dulc. 3.311
Balſ. ⊖. Gemm. 3.314
Ol. lot. 4.436
Symphyt. 4.489
Hydrops. Fol. Betulæ. 4.370
Card. Mariæ. 4.377
Cent. min. 4.380
Chamædr. 4.382
Linar. 4.435
Loti. 4.436
Puleg. 4.464
Tanacet. 4.490
Gratiol. 4.558
Soldanell. 4.564
Flor. Cyani. 4.403
Loti. 4.436
Matric. 4.438
Tanacet. 4.490
Rad. Chin. 4.385
Coſti. 4.399
Curcum. 4.402
Cyperi. 4.408
Gentian. 4.419
Ireos. 4.428
Rubiæ. 4.472
Sambuc. 4.475
Vincetox. 4.500
Aſari. 4.552
Bryon. 4.553
Mechoac. 4.559
Turpeth. 4.565
Cort. Ebul. 4.555
Frang. 4.558
Semen. Cumin. 4.402
Fruct. Spin. infect. 4.564
Lign. Guajac. 4.422
Gumm. Lacc. 4.517
Sagapen. 4.528
Gith. 4.569
Balſ. Tol. 4.509
Anim. Vaccin. ſterc. 5.588
Bufon. pulv. 5.590
Sal. ex calcin. buf. ibid.
Bufon. ol. ibid.
Canin. ſterc. 5.592
Capr. ſterc. ibid.
Cochleæ. 5.600
Echin. axung. 5.602
Hom. ungues. ibid.
Urin. ibid.
Sterc. ibid.
Lup. epar. 5.613
Anſer. ſterc. 5.625
Halec. muria. 5.636
Lumbric. terr. 5.645
Decoct. hepat. 2.99
Elect. diaphor. Plat. 2.104
Ol. hyperic. comp. 2.144
Purgans comp. 2.145
Pilul. de Euphorb. Querc. 2.149
Gummoſ. S. Cloſſ. 2.150
Hydrop. Buntii. ibid.
Tragea Epat. Querc. 2.160
Sal Anatron. 2.166
Sal ſacchar. ♂. 3.247
☿ Præcip. per ☍ Sp. ſulph. 3.264.
⊙lar. præcip. ☿. 3.266
Aurum vit. 3.267
☿. ♎ Rubeus. 3.269
☿. Vit. 3.272
Bezoar. ⊙ Crollii. 3.274
Vitr. antimonial. 3.281
♁. Diaphor. 3.285
Sal Lunæ. 3.242
♁. ☍ Sacch. Sennert. 3.292
Tinct. extr. ♁ii. 3.298
Reg. ♂. 3.299
Fl. ♁ii. ibid.
Elix. ⊙ ♁ii. ibid.
Extr. marcaſ. 3.306
~ ⊖is. 3.310
Compoſ. 3.311
Dulc. ibid.
Cryſt. ⊖ com. dulc. 3.312
Extr. Sal. 3.313
∇. Aperiens Penot. 3.327
~. ⊕li diaphor. ibid.
Eſſent. ſulph. ⊕li. 3.332
Magiſt. ⊕li. ibid.
Tinct. ebul. 4.410
Farin. fabar. 4.413
Spir. Tart. 4.532
Tinct. Tart. 4.534
Hypochondriacum Malum.
Fol. Chamædr. 4.382
Chelidon. min. 4.384
Cochlear. 4.392
Epyth. 4.557
Flor. Borrag. 4.371
Bugloſſ. 4.372
Lupul. 4.436
Stæch. 4.488
Rad. Polypod. 4.561
Cort. Cappar. 4.375
Sem. Sinapi. 4.486
Anim. hom. urin. 5.602
Succ. omphac. 4.520
Tartar. 4.531
Aq. ſplen. F.F. 2.83
Elix. propriet. 2.109
Pilul. Maroc. Mind. 2.151
Spir. tartar. 2.532
Tinct. chalyb. 3.246
Magiſt. ♂. 3.247
Spir. ♄ni ſudor. 3.256
Crocus metall. 3.284
♁ii diaphor. 3.285
Clyſſus. 3.294
Tinct. ex vitro ♁ii. 3.298
Reg. ♂. 3.299
Arcan. ♁ii. Baſ. ibid.
∇. Bened. 3.303
Cryſt. ♁ii. ibid.
Tinct. tart. 4.534
Liquor. ſplen. 4.535
( Pro ſale communi ſume nitrum )
Tinct. ♄i. 3.257
~ ⊕li phil. 3.326
Humect. Fol. Alſin. 4.356
Anagall. 4.359
Atriplic. 4.365
Baſilic. 4.368
Borrag. 4.371
Bugloſſ. 4.372
Chelid. min. 4.384
Fabar. 4.413
Lent. paluſt. 4.432
Malv. 4.437
Nymph. 4.450
Pariet. 4.454
Spinach. 4.488

*Viol.* 4. 500
Flor. *Borrag.* 4. 371
*Lil. alb.* 4. 434
*Malv. arbor.* 4. 437
*Nymph.* 4. 450
Rad. *Borrag.* 4. 371
*Chelid. min.* 4. 384
*Liquir. Glycyr.* 4. 420
*Satyrii.* 4. 479
*Scorzon.* 4. 481
Sem. *Baſilic.* 4. 368
*Cydon.* 4. 404
*Papav. ſat.* 4. 453
*Seſami.* 4. 484
Fruct. *Berber.* 4. 369
*Ficus.* 4. 413
*Fraga.* 4. 415
*Melon.* 4. 439
*Nucl. perſic.* 4. 455
*Piſtac.* 4. 460
*Prun.* 4. 464
*Sebeſten.* 4. 483
Reſin. *Liquid. ambr.* 4. 518
Gumm. *Anim.* 4. 508
*Arabic.* ibid.
*Tragac.* 4. 548
Anim. *Anat. adeps.* 5. 625
*Gall. ping.* 5. 627
*Cancr.* 5. 633

I.

ICterus. Fol. *Abrotan.* 4. 348
*Aquileg.* 4. 362
*Buxi.* 4. 373
*Card. Mar.* 4. 377
*Chelidon. maj.* 4. 384
*Min.* ibid.
*Conſolid.* 4. 396
*Cuſcut.* 4. 403
*Epat. ſtellat.* 4. 410
*Fumar.* 4. 416
*Heder.* 4. 423
*Herniar.* 4. 424
*Leviſt.* 4. 433
*Linar.* 4. 435
*Petroſel.* 4. 457
*Puleg.* 4. 464
*Scolopendr.* 4. 480
*Senecii.* 4. 484
*Verben.* 4. 498
*Gratiol.* 4. 558
*Origan.* 4. 452
*Quinquefol.* 4. 466
*Roriſmarin.* 4. 472
*Rut. mur.* 4. 474
Rad. *Chin.* 4. 385
*Curcum.* 4. 402
*Cyclam.* 4. 404
*Eryngii.* 4. 411
*Fumar. bulb.* 4. 417
*Leviſt.* 4. 433
*Onon.* 4. 452
*Raphan.* 4. 467
*Rubiæ.* 4. 472
*Spic. Indic.* 4. 487
*Tamar.* 4. 490
*Aſar.* 4. 552
*Rhabarb.* 4. 562
Cort. *Tamar.* 4. 490
Sem. *Canab.* 4. 375
*Napi.* 4. 446
*Petroſel.* 4. 457
*Valer.* 4. 496
*Vrtic.* 4. 503
Fruct. *Alkekengi.* 4. 355
Lign. *Tamar.* 4. 490
Gumm. *Laccæ.* 4. 517
Muſc. *Lichen.* 4. 433
*Vſn.* 4. 444
Anim. *Aſin. ſang.* 5. 588
*Bovis lap.* ibid.
*Canis caput.* 5. 592
*Capr. ſterc.* 5. 593
*Bezoar. lap.* 5. 594
*Ebur.* 5. 601
*Hom. capill.* 5. 602
*Vrin.* ibid.
*Sterc.* ibid.
*Vrſi fel.* 5. 624
*Anſer. ſterc.* 5. 625
*Gall. ſterc.* 5. 627
*Palumb.* 5. 630
*Perdic.* 5. 631
*Iecur.* ibid.
*Pilul. gummoſ. S. Cloſſ.* 2. 150
*Tragea Epat. Querc.* 2. 160
*Tinct. ex vitr. ♄ii.* 3. 298
*Elix. Solare ♄ii.* 3. 299
*-^- ⊖is.* 3. 310
*-^- ⊖. Com. dulc. comp.* 3. 311
*-^- ⊕-li. diaph.* 3. 327
*Nitrum fixum.* 3. 315
*Cryſt. Tart.* 4. 531
Iliaca Paſſio. *Pilul. Iliac.*
*Rhaſ.* 2. 150
Impetigines. Fol. *Scab.* 4. 480
Fl. *Caprifol.* 4. 376
*Scabioſ.* 4. 480
Rad. *Ireos n.* 4. 428
*Elleb.* 4. 555
Fruct. *Balan. Myrepſ.* 4. 366
Reſin. *Thur.* 4. 547
Anim. *Hom. ſterc.* 5. 602
*Serp. exuv.* 5. 617
*Viper. ol.* 5. 620
*Ranar. ſal.* 5. 637
*Sapo ad impetigin.* 2. 167
*Sacch. ♄ni.* 3. 254
*Sal. ☿ii.* 3. 278
*Magiſt. marcaſ.* 3. 305
*Ol. laur.* 4. 432
*Pin.* 4. 459
*Succ. popul.* 4. 462
*Spir. Tart.* 4. 532
Impotentia. Ven. Fol. *Matric.* 4. 438.
Flor. *Matric.* ibid.
Rad. *Satyrii.* 4. 479
Sem. *Bombac.* 4. 371
*Eruc.* 4. 411
*Paſtin. ſylv.* 4. 455
Fruct. *Pin.* 4. 459
*Chocol.* 4. 529
Fung. *Tuber. Cerv.* 2. 548
Anim. *Apri teſt.* 5. 587
*Bovis priapus.* 5. 588
*Cervi priapus.* 5. 598
*Teſtic.* ibid.
*Moſch.* 5. 614
*Gall. teſt.* 5. 627
*Paſſer.* 5. 630
*Perd. caro.* 5. 631
*Formic.* 5. 644
*Oleum.* ibid.
*Extr. ſatyr. comp.* 2. 126
*Ol. ſeſami.* 4. 484
*⊖. Comm.* 3. 309
*Eſſent. ſulph. ⊕-li.* 3. 332
Incidentia. Fol. *Abrotan.* 4. 348
*Abſynth.* 4. 349
*Ari.* 4. 363
*Iaceæ.* 4. 426
*Leviſt.* 4. 433
*Liguſtr.* ibid.
*Matric.* 4. 438
*Porr.* 4. 462
*Rut.* 4. 473
*Sabin.* 4. 474
*Scordii.* 4. 481
*Tanacet.* 4. 490
*Thymi.* 4. 494
*Veron.* 4. 498
*Vrtic.* 4. 503
Flor. *Liguſtr.* 4. 433
*Stœch. citr.* 4. 488
*Tanacet.* 4. 490
Rad. *Allii.* 4. 356
*Cepæ.* 4. 380
*Cyclam.* 4. 404
*Galang.* 4. 418
*Leviſt.* 4. 433
*Porri.* 4. 462
*Pyrethri.* 4. 465
*Raphan. mar.* 4. 467
*Ruſc.* 4. 473
*Scrophul.* 4. 482
*Scyll.* ibid.
*Vrtic.* 4. 503
*Zedoar.* 4. 504
*Zinzib.* ibid.
Cort. *Cappar.* 4. 375
Sem. *Ammi ver.* 4. 357
*Card. Mar.* 4. 377
*Dauc.* 4. 408
*Leviſt.* 4. 433
*Napi.* 4. 446
*Porri.* 4. 462
*Seſ. Maſſ.* 4. 485
*Sinapi.* 4. 486
*Vrtic.* 4. 503
Fruct. *Bacc. juniper.* 4. 429
*Piper.* 4. 459
Reſin. *Benzoin.* 4. 511
Lachr. *Aſæ fœtid.* 4. 508
Anim. *Capr. ſevum.* 5. 592
*Ebur.* 5. 601
*Anſer. ſterc.* 5. 625
*Gall. vet. jus.* 5. 627
Incraſſantia. Fol. *Acac.* 4. 351
*Alchimill.* 4. 355
*Plantag.* 4. 460
*Sedi.* 4. 483
Flor. *Acac.* 4. 351

*Cynogloſſ.* 4.407
Cort. *Acac.* 4.351
Sem. *Tritic.* 4.496
Farin. *Fabar.* 4.413
Muſc. *Corall.* 4.396
Gumm. *Tragac.* 4.548
Anim. *Cochleæ.* 5.600
*Cinis.* ibid.
*Gall. cerebr.* 5.427
*Ranar. ſperm.* 5.637
Incubus. Flor. *Pæon.* 4.461
Rad. *Pæon.* ibid.
Sem. *Pæon.* ibid.
Inflammatio. *Fol. lent. paluſtr.* 4.432.
*Liguſtr.* 4.433
*Tuſſil.* 4.496
Flor. *Liguſtr.* 4.433
Cort. *Ebul.* 4.409
Anim. *Agni pulm.* 5.586
*Vaccin. ſterc.* 5.588
*Ranar. ſperm.* 5.637
*Ol.* ibid.
*Ol. Cannab.* 4.375
*Aranear. tela.* 5.641
Lap. *Sapphirus.* 3.203
Linim. *de* ♄. 2.182
☿. ⌒ ⊖*li ſol.* 3.269
*Balſam.* 3.307
Inteſtin. Læſio. Fol. *equiſet.* 4.411.
Anim. *Vaccæ lac.* 5.588
*Tinc.* 5.639
*Aſelli.* 5.641
*Lumbric. terr.* 5.645
*Pedic.* 5.646
⊖. *Lithargyr.* 3.307
Iſchias. Fol. *Senec.* 4.484
*Thlaſp.* 4.494
Cort. *Popul. alb.* 4.462
Sem. *Thlaſp.* 4.494
Anim. *Cervi ſang.* 5.598
*Columb. fim.* 5.626
*Halec. mur.* 5.636
*Balſ. antiparal.* 2.91
*Empl. diaph.* 2.112
*Balſ. è catul.* 5.592

L.

Labior. Rimæ.
Anim. *bov. adeps.* 5.588
*Hom. urin.* 5.602
Lac. Imminuent. Fol. *cucurb.* 4.401.
*Geranii.* 4.420
*Petroſel.* 4.457
Lac. Coagulat.
Anim. *Agni coagul.* 4.586
Lac Præbent. Fol. *Fœnic.* 4.415
*Lactuc.* 4.430
*Origan.* 4.452
*Pimpinell.* 4.458
*Vinc.* 4.499
Flor. *Amaranth.* 4.357
Rad. *Pimpinell.* 4.458
Sem. *Anethi.* 4.359
*Aniſi.* 4.360
*Cari.* 4.378
*Fœnic.* 4.415
*Lactuc.* 4.430
*Nigell.* 4.449
*Seſel. Maſſ.* 4.485
Anim. *Bovis ungul.* 5.588
*Lumbr. terr.* 5.645
Lap. *Cryſtall.* 3.217
Laxantia. Fol. *Malv.* 4.437
☿*ial.* 4.440
*Sambuc.* 4.475
*Spinach.* 4.488
*Viol.* 4.500
*Urtic.* 4.503
Flor. *Viol.* 4.500
Rad. *Alth.* 4.356
*Betæ.* 4.369
Cort. *Mori.* 4.443
Fruct. *Olivæ.* 4.451
*Mal. perſic. rec.* 4.455
*Pom. dulc.* 4.462
*Prun.* 4.464
*Pyr. dulc.* 4.466
*Sebeſten.* 4.483
*Uvæ matur.* 4.502
Reſin. *Laric.* 4.526
*Styr. cal.* 4.530
Lachr. *Sacch.* 4.527
Gumm. *Ammon.* 4.507
Anim. *Aſini lac.* 5.588
*Tauri fel.* ibid.
*Vacc. butyr.* ibid.
*Capr. ſev.* 5.592
*Echinus.* 5.602
*Hom. urin.* ibid.
*Mur ſterc.* 5.615
*Ariet. fel.* 5.616
*Viper. ſpir.* 5.620
*Anſer. ping.* 5.625
*Galli vet. jus.* 5.627
*Vitell. ovi.* ibid.
*Hirund. ſterc.* 5.629
*Paſſ. ſterc.* 5.630
*Barbo.* 5.633
*Unguis odor.* ibid.
*Lucii ova.* 5.636
*Sepiæ humor ater.* 5.638
*Sal. comm.* 3.309
*Foſſil.* 3.314
Spir. *Tart.* 4.532
Lentigines. Rad. *ireos.*
Flor. 4.428
Anim. *Lep. ſang.* 5.613
*Formic.* 5.644
*Ol. laur.* 4.432
Lepra. Rad. *Bardan.* 4.367
*Turpeth.* 4.565
*Elleb.* 4.555
*Lign. laricis.* 4.431
Anim. Echin. *jecur.* 5.602
*Serpens.* 5.617
*Talp. cinis.* 5.620
*Taxi ſang.* ibid.
*Viperin. vin.* 5.620
*Formic.* 5.644
*Cataplaſm. reſ. F.* 2.94
*Pil. Tart. Querc.* 2.153
*Vitriolum* ☉ *ſ. Leo viridis.* 3.239
☿. *Argent.* 3.261
ꝏ ♁*ii ſacch. Querc.* 3.292
*Tinct. ex* ♁. *crud.* 3.297
*Ex ſl.* ♁*ii.* 3.299
*Antid.* Ζωήριλος, *Querc.* 3.300
*Antid.* Πάγχρηστος, ibid.
*Tinct. ex* ☿ ♁*ii.* 3.301
Lethargus. Fol. *roriſmar.* 4.472
Flor. *ſpic.* 4.487
*Stœch.* 4.488
Rad. *Helleb.* 4.555
*Symph. maj.* 4.489
Sem. *Sinapi.* 4.486
Anim. *Caſt. teſt.* 5.596
*Columb. fim.* 5.626
Lap. *Ophit.* 3.223
*Succin.* 3.343
Aq. *Anhaltin.* 2.72
Libidinem exting.
Fol. *Salic.* 4.474
*Verben.* 4.498
ꝏ *Salis.* 3.310
Reſin. *Camphor.* 4.512
*Sal* ♄*ni ver.* 3.258
Lichenes. *Fol. nicot.* 4.448
Muſc. *Lichen.* 4.433
Anim. *hom. ſterc.* 5.601
*Sulphur.* 3.335
▽. *Lapathi.* 4.431
*Ol. è chart. comb.* 4.435
Lienteria. Rad. *Zedoar.* 4.504
Anim. *hom. oſſa.* 5.602
Succ. *hypociſt.* 4.516
Min. *chalybs.* 3.244
Farin. *fabar.* 4.413
*Extr. rad. pom.* 4.462
*Laudan. op.* 4.522
Lienis Durities. Fol. *naſt. hort.* 4.446.
*Scolopendr.* 4.480
Rad. *Bardan.* 4.367
*Cicut.* 4.388
Cort. *Fraxin.* 4.416
Sem. *Naſt. hort.* 4.446
Lign. *Nephrit.* 4.447
*Balſ. Indic.* 4.510
*Tol.* 4.509
Lachr. *Aſæ fœtid.* 4.508
Gumm. *Ammon.* 4.507
*Sagapen.* 4.528
Anim. *Bovis ſplen.* 5.588
*Capr. ſtercus.* 5.592
*Gruis ping.* 5.629
*Ovis ſterc.* 5.616
*Unguis odorat.* 5.633
*Vulp. lien.* 5.624
*Struth. adeps.* 5.631
*Pilul. de Ammoniac. Querc.* 2.148.
Lienis Obſtructio. Fol. *Abſinth.* 4.349.
*Adianth.* 4.353
*Aquil.* 4.362
*Chelid. maj.* 4.384
*Cuſcut.* 4.403
*Epat. nob.* 4.410
*Fragar.* 4.415
*Fumar.* 4.416

*Graminis.* 4. 421
*Leviſt.* 4. 433
*Marrub.* 4. 437
*Naſt. aq.* 4. 446
*Petroſel.* 4. 457
*Quinquefol.* 4. 466
*Scolopendr.* 4. 480
*Scordii.* 4. 481
*Verben.* 4. 498
*Veron.* ibid.
Flor. *Caprifol.* 4. 376
*Cent.* 4. 380
*Geniſt.* 4. 419
*Lupul.* 4. 436
*Roriſmar.* 4. 472
*Ruth. mur.* 4. 474
*Schœnanth.* 4. 480
*Stœch. citrin.* 4. 488
Rad. *Acori.* 4. 352
*Aſparag.* 4. 364
*Eryngii.* 4. 411
*Filic.* 4. 414
*Gentian.* 4. 419
*Helenii.* 4. 423
*Lapath.* 4. 431
*Leviſt.* 4. 433
*Petroſel.* 4. 457
*Rhapont. ver.* 4. 468
*Rubiæ.* 4. 472
*Schœnanth.* 4. 480
*Tamar.* 4. 490
*Polypod.* 4. 561
Cort. *Mori.* 4. 443
*Tamar.* 4. 490
Sem. *Geniſt.* 4. 419
*Paſtin. ſylv.* 4. 455
*Raphan.* 4. 467
Fruct. *Amygd. amar.* 4. 358
Lign. *Tamar.* 4. 490
Gumm. *Ammon.* 4. 507
*Lacc.* 4. 517
*Sp. Tart. depur.* 4. 532
*Aq. aperit.* 2. 72
*Decoct. ſplen. bov.* 2. 100
*El. ſcorb.* 2. 105
*Empl. ſplen. de cicut.* 2. 115
*Extr. chalyb.* 2. 124
*Vin. Med. Ceph. ſplen.* 2. 132
*Pil. de Ammon. Querc.* 2. 148
*Marocoſt. Minderer.* 2. 151
*Tartar.* 2. 153
*Unguent. ſplen.* 3. 185
*Ol. Martial. alb.* 3. 245
*Sp. ſulph.* 3. 338
*Sal. ſach. ♂.* 3. 247
*Flor. ♂.* 3. 249
*Tinct. ♄i.* 3. 257
*Bezoar. ſolar. Crollii.* 3. 274
*Tinct. Tart.* 4. 534
*Bezoard. ☿ial.* 3. 273
*♁. Diaphor.* 3. 285
*Clyſſus.* 3. 294
*Tinct. ex vitr. ♁ii.* 3. 298
*Fl. ♁ii.* 3. 299
*~. ⊖ is.* 3. 310
*Terr. foliat.* 3. 316
*~. Alum. dulc.* 3. 320
*~. ⊕li volat.* 3. 325
*~. ⊕li phil.* 3. 326
*∇. Aper. Penoti.* 3. 327
*⊖. ⊕li.* 3. 331
*Extr. ſplen. Taur.* 5. 589

Lingu. Paralys.

Spir. *Ceraſ. nigror.* 4. 381
Spir. *Lavand.* 4. 487
Spir. *Lilior. convall.* 4. 434
Lues Venerea. Fol. *Pimpinell.* 4. 458.
*Sapon.* 4. 478
Flor. *Succiſ.* 4. 489
Rad. *Chin.* 4. 385
*Pimpinell.* 4. 458
*Sarſaparill.* 4. 478
*Scabioſ.* 4. 480
*Succiſ.* 4. 489
*Tormentill.* 4. 495
*Mechoac.* 4. 557
*Turpeth.* 4. 565
Fruct. *Colocynth.* 4. 554
Lign. *Guajac.* 4. 422
*Saſſafras.* 4. 478
Anim. *Serpens.* 5. 617
Min. *Mercurius.* 3. 261
*Cinnabaris.* 3. 279
Vin. *Sanct.* 2. 132
*Liquor. ad ulcer.* 2. 136
*Pil. Tartar. Querc.* 2. 153
*Perlæ præp. ſpir. guajac.* 3. 214
*Spir. ♄ni ſudor.* 3. 256
*Mercur. præcip.* 3. 263
*Mercur. præcip. per ol. ſulph.* 3. 264
*Mercur. ſolar.* 3. 266
*Hercul. Bovii.* ibid.
*Aurum vit.* 3. 267
*Mercur. in ~ ⊕li ſol.* 3. 269
*☿ ♎ rubeus.* ibid.
*Manna mercurii.* 3. 270
*Mercurius vit.* 3. 271
*Bezoar. ☉ Crollii.* 3. 274
*~. ſ. ♉. ☿ii. rubr.* 3. 275
*Ol. fragrans.* ibid.
*Ol. ☿ii. ſaccharat.* ibid.
*Tinct. ☿ii.* 3. 277
*Liquor ☿ii. præcip.* 3. 278
*Sal ☿ii* ibid.
*♁. Diaphor.* 3. 285
*Fl. ♁ii.* ibid.
*Panacea ſulph. ♁ii. ver.* 3. 297
*Tinct. ex vitr. ♁ii. ſol.* 3. 298
*Tinct. ex ♁io rub. fix.* 3. 299
*Antid.* Πάνχρηστος. 3. 300
*Sal. ♁ii.* 3. 303
*⊖. Chal. cach.* 3. 316
*~ ⊕li phil.* 3. 326
*Decoct. guajac.* 4. 422
*Spir. tereb.* 4. 526
*Spir. Tart.* 4. 532
Lumbrici. Fol. *Abrotan.* 4. 348
*Abſinth.* 4. 349
*Cupreſſ.* 4. 402
*Galeg.* 4. 418
*Gramin.* 4. 421
*Hyperic.* 4. 426
*Portulac.* 4. 463
*Senec.* 4. 484
*Tanacet.* 4. 490
*Gratiol.* 4. 558
Flor. *Caryophill. hort.* 4. 378
*Cent. min.* 4. 380
*Hyper.* 4. 426
*Stœch. citr.* 4. 488
*Tanacet.* 4. 490
Rad. *Allii.* 4. 356
*Cepæ.* 4. 380
*Fraxinell.* 4. 416
*Gentian.* 4. 419
Sem. *Portul.* 4. 463
*Santon.* 4. 477
Fruct. *Pom. Citr.* 4. 390
*Nucl. perſic.* 4. 455
Lign. *Colubrin.* 4. 395
Muſc. *Corall.* 4. 396
Reſin. *Myrrh.* 4. 519
*Succ. Aloë.* 4. 566
Anim. *C. C. uſt.* 5. 598
*Bezoar. lap.* 5. 594
*Ebur.* 5. 601
*Lumbr. terr.* 5. 645
*Lapis ſtellaris.* 3. 225
*Rotul. infant. lax.* 2. 238
*Ol. hyper. comp.* 2. 143
*Ellenberg.* 2. 144
*Pilul. febr. D. Schœff.* 2. 149
*Nix diaphor. ♁ii.* 2. 296
*~. ⊖. Com. dulc. comp.* 3. 311
*⊕. Alb. vomit.* 3. 324
*Unguent. aurant.* 4. 366
*Extr. buxi.* 4. 373
*Syr. fl. perſic.* 4. 455
*Vitriol.* 3. 323
*Sulphur Vitrioli.* 3. 330
*☿. Præcipitat.* 3. 263
*Hercul. Bovii.* 3. 266
Luxatio. Anim. *bovis axung.* 5. 588
*Eq. ping.* 5. 601
*Hom. capill.* 5. 602
*Ovis œſypus.* 5. 616
*Lana.* ibid.

M.

Mammarum Durities.
Rad. *Et cort. glycypicr.* 4. 420.
Fol. *Matric.* 4. 438
*Menth.* 4. 439
*Polygon.* 4. 461
Flor. *Matric.* 4. 438

Mammarum Inflammatio.

*Balſ. balſ.* 2. 181
*Unguent. ad perniones.* 2. 184

Mammarum Sciſſur.

Fol. *Granii.* 4. 420
*Lapath.* 4. 431
Sem. *Cydon.* 4. 404
*Urtic.* 4. 503
Anim. *Cochl. teſt.* 5. 600
Flor. *Zincthi.* 3. 306
Mania. Anim. *Hirc. oment.* 5. 592
*Pica.* 5. 631
Lap. *Armen.* 3. 215
*Elix. vit. Querc.* 2. 110

*Pil. Tart. Querc.* 2.153
*Tinct. ♄i.* 3.257
*Baſilii.* 3.209
*Magiſt. ⊕li.* 3.332
*Ol. gagat.* 3.346
Maturantia. Fol. *Malv.* 4.437
*Pariet.* 4.454
Sem. *Lini.* 4.435
*Tritic.* 4.496
Fruct. *Pineæ.* 4.459
Lachr. *Sarcocoll.* 4.529
Gumm. *Elemi.* 4.515
Reſin. *Liquid. ambr.* 4.518
*Myrrh.* 4.519
*Tacamahac.* 4.530
Anim. *Hirc. ſang.* 5.592
*Hom. ſterc.* 5.602
*Gall. vitell. ov.* 5.627
*Cera.* 5.641
Melancholia. Fol. *Meliſſ.* 4.439
*Verben.* 4.498
*Epyth.* 4.557
Rad. *Scorzon.* 4.481
Anim. *Aſini ſang.* 5.588
*Capr. ſevum.* 5.592
*Bezoar. lap.* 5.594
*Ebur.* 5.601
*Viper. ſpir.* 5.620
*Anas viv.* 5.625
*Columba.* 5.626
*Noctua caro.* 5.630
*Pica.* 5.631
Lap. *Chryſolith.* 3.201
*Granatus.* ibid.
*Rubin.* 3.203
*Sapphirus.* ibid.
*Smaragdus prep.* 3.204
*Armen.* 3.315
*Aq. hyſter.* 2.79
*Imperial.* ibid.
*Pulv. ſtomach. Querc.* 2.161
*Pilul. tart. Querc.* 2.153
*Tinct. Corall. Baſilii.* 3.209
*Saturn.* 3.257
*Sal. ver. ♃.* 3.258
*Croc. metall.* 3.284
*Flor. ☿. regul.* 3.289
*⊖. ⊕ lat.* 3.316
*Coagul. ⊕li.* 3.324
*Elix. Querc.* 2.110

Memoriæ Imbecill.
Fol. *Eufrag.* 4.412
Fruct. *Anacardii.* 4.358
Anim. *Hirund. cor.* 5.629
*Formic.* 5.644
Lap. *Chryſolith.* 3.201
Aq. *Magnanim.* 2.80
Balſ. *Cephal.* 2.92
Pilul. *Peſtilent. compoſ.* 2.152
Pulv. *Trithemii.* 2.162

Menſium Fluxus.
Fol. *Acac.* 4.351
*Alchimill.* 4.355
*Anſerin.* 4.360
*Auric. mur.* 4.366
*Burſ. paſtor.* 4.373
*Hiſpidul.* 4.424
*Millefol.* 4.442
*Oleæ.* 4.451
*Pinaſtr.* 4.459
*Plantag.* 4.460
*Polygon.* 4.461
*Querc.* 4.466
*Rhuis.* 4.469
*Senec.* 4.484
*Vinc.* 4.499
*Ulmar.* 4.502
Flor. *Amaranth.* 4.357
*Cynoſbat.* 4.407
*Balauſt.* 4.421
*Malv. arbor.* 4.437
*Papav. err.* 4.454
Rad. *Acor. adult.* 4.352
*Biſtort.* 4.370
*Rhapont.* 4.468
*Zedoar.* 4.504
Cort. *Acac.* 4.351
*Pinaſtr.* 4.459
*Fuligo.* 4.515
Fruct. *Acac.* 4.351
*Caſtan.* 4.380
*Mor. immat.* 4.443
*Rub.* 4.472
*Sorb.* 4.486
Muſc. *Pulm. arb.* 4.465
Reſin. *Tacamahac.* 4.530
Lachr. *Bdellii.* 4.510
Anim. *Bovis ſang.* 5.588
*Bufo.* 5.590
*Sang. menſtr.* 5.602
*Mul. ung.* 5.615
*Sterc.* ibid.
*Anſer. cut. ped.* 5.625
*Turtur.* 5.632
*Ranar. ſperm.* 5.637
Lap. *Bol.* 3.192
*Corall.* 3.205
*Cryſtall.* 3.217
*Hæmatit.* 3.219
*Magnes.* 3.222
*Succin.* 3.343
*Eſſentia ſulph. ⊕li.* 3.332
*Succ. hypociſt.* 4.516
*Pulv. Dyſenter. Croll.* 2.159
*Sperniol. comp. Croll.* 2.161
*Ol. Tinct. ♂. ex ſcor. cærul.* 3.247
*Sal. ſacch.* ibid.

Menſium Obſtruct. Fol. *Abrotani.* 4.348
*Adianth.* 4.353
*Anagall. aq.* 4.359
*Aquileg.* 4.362
*Ariſtol.* ibid.
*Artemiſ.* 4.363
*Borrag.* 4.371
*Baſilic.* 4.368
*Calaminth.* 4.374
*Cardiac.* 4.377
*Chamædr.* 4.382
*Dictamn.* 4.408
*Iaceæ.* 4.426
*Leviſt.* 4.433
*Majoran.* 4.436
*Marrub. alb.* 4.437
*Matric.* 4.438
*Meliſſ.* 4.439
*Menth. Sara.* 4.440
*☿ial.* ibid.
*Naſt. Aq.* 4.446
*Naſt. hort.* ibid.
*Petroſel.* 4.457
*Pimpinel.* 4.458
*Puleg.* 4.464
*Roriſmar.* 4.472
*Sabin.* 4.474
*Sapon.* 4.478
*Satureiæ.* 4.479
*Saxifrag.* 4.479
*Scolopendr.* 4.480
*Serpill.* 4.484
*Tanacet.* 4.490
*Thlaſpi.* 4.494
*Tiliæ.* ibid.
Flor. *Calthæ.* 4.375
*Cent.* 4.380
*Chamom.* 4.382
*Cheyri.* 4.385
*Croci.* 4.400
*Eupat.* 4.412
*Lupul.* 4.436
*Matric.* 4.438
*Schœnanth.* 4.480
*Spic.* 4.487
*Stœch.* 4.488
*Citr.* ibid.
*Tanacet.* 4.490
Rad. *Acori.* 4.352
*Angelic.* 4.359
*Apii.* 4.361
*Cepæ.* 4.380
*Curcum.* 4.402
*Cyclam.* 4.404
*Cyper.* 4.408
*Eryngii.* 4.411
*Filic.* 4.414
*Fumar. bulb.* 4.417
*Galang.* 4.418
*Ireos Flor.* 4.428
*Leviſt.* 4.433
*Mei.* 4.441
*Onon.* 4.452
*Petroſ.* 4.457
*Pimpin.* 4.458
*Pæon.* 4.461
*Raphan. mar.* 4.467
*Rhapont.* 4.468
*Rubiæ.* 4.472
*Ruſc.* 4.473
*Scorzon.* 4.481
*Valer.* 4.496
*Vincetox.* 4.500
*Elleb.* 4.555
*Bryon.* 4.553
Cort. *Cinnam.* 4.389
*Coſt.* 4.399
Sem. *Agni caſt.* 4.354
*Ammi ver.* 4.357
*Apii.* 4.361
*Dauc.* 4.408
*Leviſt.* 4.433
*Paſtinac.* 4.455
*Petroſ.* 4.457
*Macedon.* ibid.
*Raphan.* 4.467


*Seſel.*

Seſel. 4.485
Maſſ. ibid.
Cret. ibid.
Thlaſp. 4.494
Fruct. Bacc. Iuniper. 4.429
Laur. 4.432
Fung. Agar. 4.551
Gumm. Ammon. 4.507
Elem. 4.515
Galban. 4.516
Lacc. 4.517
Succ. Elater. 4.568
Anim. Aſin. lac. 5.588
Taur. ſplen. ibid.
Bozoar. lap. 5.594
Caſt. teſt. 5.596
Zibeth. 5.597
Hom. cadav. 5.602
Mur. maj. ſterc. 5.616
Sepiæ ova. 5.638
Pilul. matric. D. Scœff. 2.151
Borrax. 2.167
Syr. de Artem. Fern. 2.174
Ol. Martial. alb. 3.245
Tinct. chalyb. 3.246
⊖. ♀. 3.252
Sulphur. 3.335
♁. Diaphor. 3.285
Clyſſus. 3.294
Tinct. ex vitr. ♁ii. 3.298
Ex ſl. ♁ii. 3.299
Sambuc. 4.475
Liquor ſplen. 4.535
Extr. ſplen. Taur. 5.588

Meſent. Obſtruct.

Fol. Fumar. 4.416
Flor. Geniſt. 4.419
Rad. Rhapont. 4.468
Polypod. 4.561
Sem. Geniſt. 4.419
Fruct. Amygd. amar. 4.358
Nucl. perſic. 4.455
Anim. Hom. urin. præp. 5.602
Min. Nitrum. 3.314
Aq. Aperit. 2.72
Extr. chalyb. 2.124
Pilul. marocoſt. Mind. 2.151
Spir. Tart. 2.532
Ol. Martial. alb. 2.245
Fl. Martis. 3.249
♁. Diaphor. 3.285
Clyſſus. 3.294
Lap. prunell. 3.315
Terr. fol. 3.316
~ ⊕-li. 3.326
Phil. ibid.
▽. Aper. Penot. 3.327
Syr. ſl. perſic. 4.455
Spir. Tar. phil. 4.533
Tinct. Tart. 4.534
Liquor. ſplen. 4.535
Mixtio Cruenta. Fol. Millefol. 4.442.
Plantag. 4.460
Burſ. paſt. 4.373
Mola. Sem. Paſtin. ſylv. 4.455
Anim. Hom. ſecund. 5.602
Lep. ocul. 5.613
Morbilli. Fol. Galeg. 4.418
Sem. Aquileg. 4.362
Napi. 4.446
Naſt. hort. ibid.
Rap. 4.467
Rad. Contrayerv. 4.395
Polygonat. 4.461
Fruct. Cherm. 4.384
Ficus. 4.413
Gumm. Lacc. 4.517
Anim. C. C. 5.598
Hom. ping. 5.602
Thymall. axung. 5.639
Lap. Sapphirus. 3.203
Emulſio expulſ. 2.117
Tinct. ex vitr. ♁ii. 3.298
♂ Terr. Strigonienſ. 5.191
Scarlatus pannus cherm. 4.385
Morphæa. Anim. Bufon. ol. 5.590
Balſ. vit. Baſil. 3.297
Tinct. ex ſl. ♁ii. 3.299
Antid. Ζωάφιλος Querc. 3.300
Antid. Πάνχρηστος. ibid.
Tinct. ex ☿. ♁ii. cum ☉. 3.301
Litharg. thereb. 3.307

Morſus Venenat.

Fol. Abrotan. 4.348
Anagall. 4.359
Dictamn. 4.408
Fraxini. 4.416
Galeg. 4.418
Millefol. 4.442
Porri. 4.462
Prim. ver. 4.463
Rut. 4.473
Vincetox. 4.500
Flor. Cent. min. 4.380
Prim. ver. 4.463
Rad. Angel. 4.359
Doron. 4.409
Gentian. 4.419
Imperat. 4.427
Porri. 4.462
Rhapont. 4.468
Scorzon. 4.481
Vincetox. 4.500
Zedoar. 4.504
Sem. Nigell. 4.449
Porri. 4.462
Fruct. Nucl. avell. 4.397
Bacc. Laur. 4.432
Lign. Colubrin. 4.395
Anim. Coagul. agni. 5.586
Vaccin. ſterc. 5.588
Canin. ſang. 5.592
Pil. ibid.
Hom. ſaliv. 5.602
Sterc. ibid.
Lup. oſſa. 5.613
Mus. 5.615
Serp. fel. 5.617
Suum ſterc. 5.619
Anat. fim. 5.625
Cuculi fim. 5.627
Gallina. ibid.
Hirund. nidus. 5.629
Sterc. ibid.
Cancr. cinis. 5.633
Lacertus. 5.644
Scorpio. 5.647
Min. Terr. ſigill. 3.190
Smaragdus. 3.204
Sp. ſulph. 3.338
Balſam. vulner. 2.182
∴ ⊙=⊙ Anodyn. 3.334

N.

Nephritis. Fol. Adianth. 4.353
Alth. 4.356
Anagall. Aq. 4.359
Chel. maj. 4.384
Cupreſſ. 4.402
Filipend. 4.414
Graminis. 4.421
Heder. 4.423
Herniar. 4.424
Malv. 4.437
Matric. 4.438
Petroſel. 4.457
Pimpinell. 4.458
Rut. mur. 4.474
Saxifr. 4.479
Tanacet. 4.490
Virg. aur. 4.501
Urtic. 4.503
Flor. Acac. 4.351
Cynoſbat. 4.407
Tanacet. 4.490
Rad. Armorac. 4.363
Aſparag. 4.364
Coſti. 4.399
Helenii. 4.423
Petroſel. 4.457
Mont. ibid.
Peucedan. ibid.
Pimpinell. 4.458
Schœnanth. 4.480
Seſel. Maſſ. 4.485
Spic. Indic. 4.487
Cort. Fraxin. 4.416
Sem. Aniſi. 4.360
Aſparag. 4.364
Cicer. 4.387
Citri. 4.390
Cucum. 4.401
Milii. 4.441
Sol. ibid.
Petroſel. 4.457
Mont. ibid.
Viol. 4.500
Fruct. Alkekeng. 4.355
Amygd. amar. 4.358
Fraga. 4.415
Iujub. 4.429
Bacc. Iuniper. ibid.
Nucl. perſic. 4.455
Lign. Nephr. 4.447
Rhod. 4.469
Reſin. Terebinth. 4.526
Gumm. Tragac. 4.548
Anim. Aſin. urin. 5.588
Vaccin. lac. ibid.
Echin. jecur. 5.602

*Hom. urin. præc.* 5.602
*Sterc.* ibid.
*Lep. Offic.* 5.613
*Mur. ſterc.* 5.615
*Taxi adeps.* 5.620
*Viperæ ſpir.* ibid.
*Vulp. ſang.* 5.624
*Hirund. ſterc.* 5.629
*Parus.* 5.630
*Struth. adeps.* 5.631
*Cancr.* 5.633
*Cancr. ocul.* ibid.
*Manat. lap.* 5.634
*Sepiæ ova.* 5.638
*Aſelli.* 5.641
*Scorpio.* 5.647
Lap. *Nephritic.* 3.202
*Iudaic.* 3.220
*Ophit.* 3.223
*Spong.* 3.225
*Nitrum.* 3.314
Aq. *Diuret. è nucl.* 2.77
*S. Cloſſ.* ibid.
*Nephrit.* 2.80
Elix. *Nephrit.* 2.108
*Ol. Strobel. febrif.* 2.143
*Tragea antinephr.* 2.161
*Sacculus nephrit.* 2.164
*Spir. nephrit.* 2.170
*Unguent. anodyn. in podagr.* 2.183
-^-. *Ex reg.* ℥*ii.* 3.294
⊖. *Chalyb. cach.* 3.316
▽. *Vitriol.* 3.325
⊖. ⊕*li.* 3.331
Syr. *Fl. acac.* 4.351
*Ol. amygd. dulc.* 4.358
Succ. *Betul.* 4.370
Elix. *Iuniper.* 4.429
*Ol. nucis moſch.* 4.443
*Oliv.* 4.451
*Elemi.* 4.515
*Spir. tereb.* 4.526

Nervos Confortant.

*Flor. Cheyri.* 4.385
*Fruct. cherm.* 4.384
*Sapo moſchat.* 2.167
*Balſam. balſ.* 2.181
*Hiſpan.* ibid.
*Unguent. butyr. Nerv.* 2.183

O.

Oculor. Vitia.
Fol. *Botryos.* 4.371
*Euphrag.* 4.412
*Fœnic.* 4.415
*Tarax.* 4.491
*Verben.* 4.498
Flor. *Cyani.* 4.402
Rad. *Mandrag.* 4.437
*Tarax.* 4.491
*Valer.* 4.496
Fruct. *Pom. dulc.* 4.462
Spong. *Sambuc.* 4.476
Lachr. *Sarcocoll.* 4.529
Balſ. *Tolut.* 4.509
Gumm. *Cancam.* 4.514
Anim. *Vacc. butyr.* 5.588
*Urſi fel.* 5.624
*Carpon. fel.* 5.634
*Lucii fel.* 5.636
*Muſtel. hepar.* 5.637
Min. *Sapphir.* 3.203
*Corall.* 3.205
*Succin.* 3.343
*Zinethi. flor.* 3.306
Aq. *Ophthalm.* 2.75. 2.86
*Anacoll. frontal.* 2.94
Unguent. *Ophthalm.* 2.184
Spod. *Græc.* 3.307
Aq. *Ophthalm. cich.* 4.388

Oculor. Exulcer.

Rad. *Chelidon.* 4.384
*Antim.* 3.280
Oculor. Inflammatio. Fol. *Graminis.* 4.421
*Polygon.* 4.461
*Quinquefol.* 4.466
*Verben.* 4.498
Flor. *Cichorall.* 4.388
*Cyani.* 4.403
*Roſ.* 4.469
Sem. *Cydon.* 4.404
*Tritic.* 4.496
Fruct. *Myrt.* 4.445
Reſin. *Thur.* 4.547
Gumm. *Tragac.* 4.548
Anim. *Cochl. ping.* 5.600
*Hom. ſudor.* 5.602
*Lac.* ibid.
*Butyr.* ibid.
*Urin.* ibid.
*Sterc.* 5. ibid.
*Serp. ping.* 5.617
*Gall. ov. alb.* 5.627
*Hirund. nidus.* 5.629
*Perdic. ſang.* 5.631
*Sacch.* ♄. 3.254
▽. *Hord. gram.* 4.425
*Succ. roſ.* ☉. 4.471
▽. *Vitis.* 4.502

Oculor. deſtill.

Fol. *Gramin.* 4.421
Flor. *Cyani.* 4.403
*Sal.* ♃*is.* 3.260
Ocul. Lachr. Lap. *Hæmatit.* 3.219.
*Unicorn. foſſ.* 3.227
Oculor. Pterig. Fol. *Alceæ.* 4.355
*Millefol.* 4.442
⊖ *Comm.* 3.309
Anim. *Aſini ungul.* 5.588
*Vulp. fel.* 5.624
Oculor. Lippitudo. Anim. *Lup. axung.* 5.613
*Columb. ſang.* 5.626
*Hirundo.* 5.629
Ocul. Suffuſ. Fol. *Euphrag.* 4.412
Anim. *Columb. ſang.* 5.626
Ocul. Vuln. ♂ *Lithargyr. rubr.* 3.307.
Ocul. Sugill. Fol. *Hyſſop.* 4.426
Sem. *Fœnugræc.* 4.415
Oedemata. Rad. *Chin.* 4.385
*Balſ. Tol.* 4.509
*Alumen.* 3.319

Oris Exulceratio.

Fol. *Liguſtr.* 4.433
Flor. *Liguſtr.* ibid.
*Roſ.* 4.469
Sem. *Aquileg.* 4.362
Fruct. *Mor.* 4.443
Lign. *Rhod.* 4.469
Anim. *Anſer. ping.* 5.625
*Gall. ping.* 5.627
*Diaclyſm. refrig.* 2.130

Oris Aphtæ.

Fol. *Prun. ſylv.* 4.351
*Salv.* 4.475
Flor. *Salv.* ibid.
Fruct. *Rubi.* 4.472
*Cortex Berberum.* 4.369
Lign. *Til.* 4.494
*Lapis Lipis.* 3.221
*Spir. alum. dulc.* 3.320

Oris Fœtor.

Herb. *Roriſmar.* 4.472
Flor. *Schœnanth.* 4.480
Rad. *Cyperi.* 4.408
*Imperat.* 4.427
*Schœnanth.* 4.480
*Fruct. moſchat.* 4.443
Reſin. *Myrrh.* 4.419

Oſſium Fractur.

Fol. *Symph.* 4.489
Rad. *Symph.* ibid.
Fruct. *Bacc. myrt.* 4.445
Balſ. *Tolut.* 4.509
Foſſil. *Oſtiocoll.* 3.223
Anim. *Lardum.* 5.619
*Suum tal.* ibid.
*Gall. ov. alb.* 5.627

P.

Paralyſis.
Fol. *Meliſſæ.* 4.439
*Quinquefol.* 4.466
*Roriſmar.* 4.472
*Salv.* 4.475
Flor. *Lil. convall.* 4.434
*Salv.* 4.475
*Spic.* 4.487
*Stæch.* 4.488
Rad. *Chinæ.* 4.385
*Coſt.* 4.399
*Imperat.* 4.427
*Pyrethri.* 4.465
Fruct. *Ceraſ. dulc.* 4.381
*Bacc. laur.* 4.432
Gumm. *Animæ.* 4.508
*Sagapen.* 4.538
Balſ. *Tolut.* 4.509
Anim. *Aſin. urin.* 5.588
*Caſtor. axung.* 5.596
*Teſt.* ibid.
*Pell.* ibid.
*Hom. ſang.* ○○. 5.602
*Lync. axung.* 5.614
*Noct. caro.* 5.630
*Formic. acerv.* 5.644
Aq. *Anhaltin.* 2.72
*Carbunc.* 2.74

*Imperial. corr.* 2.79
*Lavend. comp.* ibid.
*Salv. comp.* 2.82
Balſ. *Apoplect.* 2.89
*Nervin.* 2.91
*Antiparal.* ibid.
*Elix. vit. querc.* 2.110
*Vin. ſanct.* 2.132
*Spir. anteapopl.* 2.169
*☉ potab.* 3.234
*Tinct. Croc.* 3.273
*Antid.* Ζωήφιλος *Querc.* 3.300
*⊖. Cachect. chalyb.* 3.316
*Magiſt. 🜖li.* 3.332
*🝆 Gagat.* 3.346
Ol. *Eben.* 4.409
*Elem.* 4.515
Spir. *Antepilept.* 2.75
*Sp. Tart.* 4.532
Extr. *Euphorb.* 4.568
Partus Difficil. Fol. *Cardiac.* 4. 377.
*Dictamn.* 4.408
*Epat. ſtell.* 4.410
*Hyperic.* 4.426
*Roſ. ☉.* 4.471
*Verben.* 4.498
Flor. *Calth.* 4.375
*Caryophill.* 4.378
*Croci.* 4.400
*Hyperic.* 4.426
*Iaſmin.* 4.427
Corr. *Cinnamom.* 4.389
Sem. *Milii ſol.* 4.441
Fruct. *Cherm.* 4.384
*Ficus.* 4.413
*Bacc. laur.* 4.432
Viſc. *Salic.* 4.474
Gumm. *Galban.* 4.516
Reſin. *Myrrh.* 4.519
Tuber. *Cerv.* 4.548
Anim. *Bezoar.* 5.594
*Cerv. lachr.* 5.598
*Lap.* ibid.
*Hom. ſecund.* 5.602
*Cut.* ibid.
*Lep. ocul.* 5.613
*Serp. exuv.* 5.617
*Accip. excrem.* 5.625
*vult. fimus.* 5.632
*Lucii mandib.* 5.636
Lap. *Aëtites.* 3.214
*Gloſſopetra.* 3.219
*Aq. imperial cor.* 2.79
*Borrax.* 2.167
▽. *Deſtill. ex fl. caprifol.* 4.376
Pediculi. Anim. *Eq. ungul.* 5.601
Pedum Clavi. Min. *Mercurius.* 3. 261.
Anim. *Mul. urina.* 5.615
Penis Tum. Fol. *Millefol.* 4.442
*Vid. Lucm Vener.*
Peripneumonia. Fol. *Pimpinell.* 4. 458.
Rad. *Pimpinell.* ibid.
Sem. *Urtic.* 4.503
Min. *Nitrum.* 3.314
*Tinct. ex Sulph. reg. ♃is.* 3.300
Perniones. *Rad. Cepæ.* 4.380
*Anim. cerv. ſev.* 5.598
*Lep. cinis.* 5.613
*Pulmo.* ibid.
*Anſer. cutic. ped.* 5.625
*Ung. ad perniones.* 2.184
Peſtis. Fol. *Galeg.* 4.418
*Millefol.* 4.442
*Nicot.* 4.448
*Pimpinell.* 4.458
*Roſ. ☉.* 4.471
*Rutæ.* 4.473
*Scab.* 4.480
*Scordii.* 4.481
*Veron.* 4.498
Flor. *Caryophyll. arom.* 4.379
*Croci.* 4.400
*Scab.* 4.480
*Succiſ.* 4.489
Rad. *Allii.* 4.350
*Angel.* 4.359
*Anthor.* 4.361
*Cepæ.* 4.380
*Contrayervæ.* 4.395
*Fraxinell.* 4.416
*Gentian.* 4.419
*Helenii.* 4.423
*Petaſii.* 4.456
*Petroſel. mont.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Scorzon.* 4.481
*Succiſ.* 4.489
*Tormentill.* 4.495
*Valer.* 4.496
*Vincetox.* 4.500
Sem. *Napi.* 4.446
*Petroſel.* 4.457
Reſin. *Camphor.* 4.512
Gumm. *Lacc.* 4.517
Fruct. *Pom. Citr.* 4.390
*Iuglan.* 4.428
Bacc. *Iuniper.* 4.429
*Paris.* 4.454
Anim. *Bovis Corn.* 5.588
*Ungul.* ibid.
*Bufo.* 5.590
*Ap.* 5.587
*Cap. Corn.* 5.592
*Rupri-capr. lap.* 5.593
*Bezoar. lap.* 5.594
*C. C. Uſt.* 5.598
*Cervi lachrym.* 5.599
*Sang. menſt.* 5.602
*Hom. urin.* ibid.
*Mumia Tinct.* ibid.
*Ol.* ibid.
*Ariet. cerebr.* 5.616
*Rhinocer.* 5.617
*Serpens.* ibid.
*Taxi ſang.* 5.620
*Cacul. theriac.* 5.621
*Ciconia.* 5.626
*Tinca.* 5.639
Lap. *Terr. ſigill.* 3.190
*Et chryſolith.* 3.201
*Stellaris.* 3.225
Min. *Hyacinth.* 3.202
*Rubinus.* 3.203
*Sapphirus.* ibid.
*Sardius lapis anthra.* 3.204
*Cibus impon.* ibid.
*Smaragdus.* 3. ibid.
*Corall.* 3.205
*Margar.* 3.212
*Perlar.* ibid.
*Ophites.* 3.223
*Mercur.* 3.261
*Sp. ſulph.* 3.338
*Ambr.* 3.341
Aq. *Bardan.* 4.367
*Bezoard.* 3.73
*Theriacal.* 2.83
El. *Alexipharm. D. Spin.* 2.102
*Orvietan.* 2.104
*Nucum.* 2.105
*Elix. alliat.* 2.107
*Citr.* ibid.
*Camphor.* ibid.
*Antepilept. Crat.* 3.108
*Empl. magnet.* 2.113
*Extr. Bezoard. Querc.* 2.124
*Peſtilent.* 2.125
*Tichonis de Brahe.* ibid.
*Theriac. bened. Querc.* 2.126
*Lap. arſen.* 2.134
*Ol. hyper. comp.* 2.143
*Antipeſtilent. Bart. Bonacurſii.* 2.145
*Pilul. peſtilent. comp.* 2.152
*Odorif. Crollii.* 2.155
*Trochiſch. alexiter.* 2.179
*Prophylact.* ibid.
*Tinct. Talc.* 3.226
*Aurum diaphor. comp.* 3.236
*Spir. ſudorif. ♄i.* 3.256
*☿. Præcip. per 🝆 ſulph.* 3.264
*☿ Rectif.* 3.265
*Hercul. Bovii.* 3.266
*Aurum vit. Hartmanni.* 3.267
*☿ Vit.* 3.272
*Bezoard. miner.* 3.273
*Solar. Crollii.* 3.274
*Vitrum ♁ii.*
*Hyacinth.* 3.281
*Croci Metall.* 3.284
*🝆. ♁. Sacch. Querc.* 3.292
*Panacæa. ſulph. ♁ii. ver.* 3.297
*Tinct. ex vitr. ♁ii. ☉.* 3.298
*Antid.* Ζωήφιλ. *Querc.* 3.300
*Iſochryſos.* ibid.
*Tinct. ex ☿. ♁ii. cum ☉.* 3.301
*▽. Benedict.* 3.303
*⁀ ⊖. Dulc.* 3.311
*Cryſt. ⊖. com. dulc.* 3.312
*Extr. ⊖.* 3.313
*🜖 Alb. vom.* 3.324
*⁀. 🜖li diaph.* 3.327
*Rubin. arſen. diaph.* 3.334
*Fl. ſulph. 🜖lati.* 3.336
*⁀ Sulph.* 3.338
*▽. Sulph.* 3.339
*🝆 Sulph. aur.* ibid.
*Balſ. ſulph. tereb.* 3.340
*Tinct. ſulph. S. Cloſſ.* ibid.
*Extr. ex Bacc. Iuniper.* 4.429
*Eſſent. camphor.* 4.512

*Quint. Eſſent. vini.* 4.549
Spir. *Man.* 4.570
Peſtis. Bubon & Anthrac.
Fol. *Paris.* 4.454
*Pimpinell.* 4.458
*Rut.* 4.473
Flor. *Succiſ.* 4.489
Rad. *Petaſit.* 4.456
*Pimpinell.* 4.458
*Succiſ.* 4.489
*Valer.* 4.496
Fruct. *Ficus.* 4.413
Anim. *Capr. ſterc.* 5.592
*Cochleæ.* 5.600
*Hom. ſang. menſt.* 5.602
*Sterc.* ibid.
*Mumia.* ibid.
*Gallin.* 5.627
*Oſtrea.* 5.637
Ol. *Sulph. linat.* 3.339
*Sulph. rub.* ibid.
*Galban.* 4.516
Phrenitis. Sem. *Cucum.* 4.401
*Cucurb.* ibid.
Anim. *Bufo.* 5.590
*Ovis pulm.* 5.616
*Columba.* 5.626
*Gallina.* 5.627
*Lap. ſmaragdus præp.* 3.204
*Laudan. op.* 4.522
Phthiſis. Fol. *Adianth.* 4.353
*Alſines.* 4.356
*Ariſt.* 4.362
*Baſil.* 4.368
*Botryos.* 4.371
*Eryſim.* 4.412
*Filipend.* 4.414
*Fœnic.* 4.415
*Heder.* 4.423
*Hiſpid.* 4.424
*Hyſſop.* 4.426
*Iaceæ.* ibid.
*Malv.* 4.437
*Marrub.* ibid.
*Naſt. hort.* 4.446
*Nummul.* 4.450
*Pimpinel.* 4.458
*Porri.* 4.462
*Prunell.* 4.463
*Pulmon.* 4.465
*Quinquefol.* 4.466
*Roſ.* ☉. 4.471
*Sanguiſorb.* 4.476
*Symph.* 4.489
*Veron.* 4.498
Flor. *Papav. err.* 4.454
*Roſar.* 4.469
*Stœch.* 4.488
*Viol.* 4.500
Rad. *Fœnic.* 4.415
*Glycirrhiz.* 4.420
*Ireos Flor.* 4.428
*Peuced.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Porr.* 4.462
*Pyrethri.* 4.465
*Symphyt.* 4.489
Muſc. *Pulm. arbor.* 4.465

Sem. *Aniſi.* 4.360
*Bombac.* 4.371
*Eryſimi.* 4.412
*Fœnic.* 4.415
*Lini.* 4.435
*Melon.* 4.439
*Naſt. hort.* 4.446
*Nigell.* 4.449
*Papav. ſat.* 4.453
Fruct. *Ficus.* 4.413
*Iujub.* 4.429
*Pineæ.* 4.459
*Piſtac.* 4.460
Reſin. *Benzoin.* 4.511
*Terebinth.* 4.526
Gumm. *Ammon.* 4.507
*Lacc.* 4.517
Balſ. *Ver.* 4.509
*Tolut.* ibid.
*Indic.* 4.510
Anim. *Aſin. lac.* 5.588
*Canin. axung.* 5.592
*Rup. capr. ſev.* 5.593
*Cochleæ.* 5.600
*Equi lac.* 5.601
*Hom. ſang. deſt.* 5.602
☍. ibid.
*Mumiæ Tinct.* ibid.
*Serpens.* 5.617
*Taxus.* 5.620
*Gall. vet. jus.* 5.627
*Apum mel.* 5.639
Min. *Ophites.* 3.223
*Sp. ſulph.* 3.338
Aq. *Aſthmat.* 2.73
*Antihect.* 2.78
*Pect. Horneck.* 2.81
*Elect. contr. Phthiſ.* 2.105
*Extr. pulm.* 2.125
*Rot. pector.* 2.138
*Syr. de Eryſim. Lob.* 4.174
*Pede cat.* 2.175
*Teſtudin.* 2.176
*Unguent. virid. potab.* 2.186
☍. ♄i. 3.257
*Tinct.* ♄*ni.* ibid.
*Ex vitr.* ♁*ii.* 3.298
*Balſ. reg.* ♁*ii.* 3.299
*Tinct. ex ſulph. reg.* ♃. 3.300
*Rub. arſen. diaph.* 3.334
*Fl. ſulph.* ⊖*li.* 3.336
*Sacch.* ibid.
*Lac. ſulph.* 3.337
*Sp. ſulph.* 3.338
*Balſ. ſulph. Tereb.* 3.340
*Tinct. ſulph. S. Cloſſ.* ibid.
*Syr. nicot.* 4.175
*Ol. oliv.* 4.451
Pica. Fol. *Vitis.* 4.502
Fruct. *Granat.* 4.421
Pleuritis. Fol. *Alth.* 4.356
*Braſſic.* 4.372
*Card. ben.* 4.377
*Loti.* 4.435
*Rut.* 4.473
*Rut. mur.* 1.474
Flor. *Acac.* 4.351
*Iaſmin.* 4.427

*Loti.* 4.435
*Pap. err.* 4.454
*Viol.* 4.500
Rad. *Valer.* 4.496
Sem. *Card. Mar.* 4.377
*Cucum.* 4.401
*Fraxin.* 4.416
*Lini.* 4.435
*Paſtin.* 4.455
*Sylv.* ibid.
*Urtic.* 4.503
Fruct. *Iujub.* 4.429
*Pom. dulc.* 4.462
Gumm. *Sagapen.* 4.528
Reſin. *Myrrh.* 4.519
Anim. *Apri dens.* 5.587
*Hom. ſang.* ☍. 5.602
*Lup. oſſ.* 5.613
*Pavo.* 5.631
*Cancr. ocul.* 5.633
*Lucii mand.* 5.636
Lap. *Lyncis.* 3.222
*Ophites.* 3.223
*Nitrum.* 3.314
*Emulſio refrig.* 3.117
*Spir. antapoplect.* 3.169
*Spir. Nitri dulc.* 3.318
*Crocus metall.* 3.284
♃ *Diaphoreticus.* 3.259
*Tinct. ex vitr.* ♁*ii.* 3.298
*Sulph. reg.* ♃. 3.300
*Infuſ. vitr.* ♁*ii.* 3.303
▽. *Benedict.* ibid.
*Cryſt.* ♁*ii.* ibid.
⌒. ⊖. 3.326
*Magiſt. ſucc. dulc.* 3.344
*Syr fl. acac.* 4.351
*Ol. lin.* 4.435
*Seſam.* 4.484
Polypus. *Succ. inſpiſſ. naſt.* 4.446
*Morſ. purg.* 2.138
Purgantia. Fol. *Agerat.* 4.354
*Betæ.* 4.369
*Flor. Acac.* 4.351
*Bellid.* 4.368
*Fruct. balan. Myrepſ.* 4.366
*Bacc. hed.* 4.423
*Succ. Aloës.* 4.566
Min. *Antimon.* 3.280
☿ *Præcip.* 3.263
*Aurum vit. Cloſſ.* 3.267
☿ *Dulc. vulg.* 3.269
*Subl. dulc. Talc.* ibid.
*Mercur.* △ *rub.* ibid.
*Panacæa* ☿*ii.* 3.270
☿. *Vit.* 3.272
*Correct.* ibid.
*Cinnab. præcip. Hartm.* 3.280
⌒ ⊖*li purgans.* 3.283
*Crocus* ♁*ii. regul.* 3.284
♁. *Rub. fix.* 3.288
*Fl.* ♁. *fix.* 3.290
☍ ♁*ii. ſacch. Querc.* 3.292
*Sulph. ex Miner.* ♁*ii.* 3.296
*Tinct. ex vitr.* ♁*ii.* ☉. 3.298
♁ *io calcin.* 3.299
*Fl.* ♁*ii.* ibid.
*Ol.* ♁*ii.* 3.300


*Sulph.*

*Sulph.* ♉*ii.* 3.300
*Cryſtall.* ♉*ii.* 3.303
*Extr. marcaſ.* 3.306
*Cryſt.* ⊖. *Nitr.* 3.316
*Syr. fl. acac.* 4.351
Purgant Bilem. Fol. *Gratiol.* 4.558
Flor. *Cent.* 4.380
Rad. *Aſar.* 4.552
*Polypod.* 4.561
*Rhabarb.* 4.562
Sem. *Cataput.* 4.554
*Pſyllii.* 4.561
*Ricin.* 4.563
Fruct. *Spin. infect.* 4.564
*Tamarind.* 4.566
*Myrob. citr.* 4.560
*Succ. ſcammon.* 4.571
*Morſ. de diagrid.* 2.138
*Pilul. Tart. Querc.* 2.153
*Pot. Purg.* 2.155
*Pulv. paſſavant.* 2.163
*Syr. hell. Querc.* 2.176
Purgant Melanchol. Fol. *Epyth.* 4.557.
Rad. *Helleb.* 4.555
Fruct. *Myrob. nigr.* 4.560
*Lap. armen.* 2.215
*Vin. Clar. lax.* 2.132
*Pil. Arthrit. Schæff.* 2.148
*Potio purg.* 2.155
*Syr. Holagogus.* 2.176
Purgant Phlegma. Fol. *Sem. Cataput.* 4.455
*Fung. agar.* 4.551
*Morſ. de Mechoac.* 2.138
*Pulv. phlegmagog. Salæ.* 2.163
*Syr. helleb. min. Querc.* 2.176
Pituit Fol. *Sen.* 4.563
Purg. Flor. *Cent.* 4.380
*Rad. Aſar.* 4.552
*Bryon.* 4.553
*Hermodact.* 4.559
*Mechoac.* ibid.
*Polypod.* 4.561
*Turpeth.* 4.565
Cort. *Eſul.* 4.558
Sem. *Cartham.* 4.553
*Ricin.* 4.563
Fruct. *Myr. bellyr.* 4.560
*Colocynth.* 4.554
*Spin. infect.* 4.564
*Vin. clar. lax.* 2.132
*Pilul. arthrit. D. Schæff.* 2.148
*Potio purg.* 2.155
Pulv. *Sternut. Ruland.* 2.163
Ol. *Ebul.* 4.556
Serum purg. Fol. *Epyt.* 4.557
*Gratiol.* 4.558
Rad. *Aſar.* 4.552
*Ialapp.* 4.559
*Mechoac.* ibid.
Cort. *Eſul.* 4.558
*Frang.* ibid.
Sem. *Cataput.* 4.554
Fruct. *Spin. infect.* 4.564
Fung. *Agar.* 4.551
Gumm. *Gith.* 4.569
*Elater.* 4.568
*Euphorb.* ibid.
*Manna.* 4.570
*Scammon.* 4.571

R.

Raucedo. Fol. *malv.* 4.437
*Spinach.* 4.488
*Verben.* 4.498
Flor. *Viol.* 4.500
Rad. *Liquirit.* 4.400
*Rap.* 4.467
*Raphani.* ibid.
Sem. *Papav. ſat.* 4.453
Fruct. *Dactyl.* 4.452
Lachr. *Sacch.* 4.527
Reſin. *Myrrh.* 4.519
*Styr. cal.* 4.530
Gumm. *Arab.* 4.508
*Tragac.* 4.548
*Mann.* 4.570
*Syr. de Eryſim. Lobelii.* 4.412
2.174.
*Bacul. pect.* 2.179
Renum Ulcera. Fol. *Equiſet.* 4.411
Fruct. *Pineæ.* 4.459
Anim. *Aſin lac.* 2.588
☍. ☿*ii. Diaph. dulc.* 3.275
*Liquor* ☿*ii. præcip.* 3.278
Reſolventia. Fol. *Baſilic.* 4.368
*Betul.* 4.370
*Laur.* 4.432
Flor. *Sambuc.* 4.475
Rad. *Acori adult.* 4.352
*Armorac.* 4.363
*Ari.* ibid.
Sem. *Baſil.* 4.368
*Cumin.* 4.402
Fruct. *Bacc. laur.* 4.432
Reſin. *Ambr. liq.* 4.518
*Tacamahaca.* 4.530
Gumm. *Ammon.* 4.507
*Animæ.* 4.508
*Elemi.* 4.515
*Galban.* 4.516
Anim. *Vacc. butyr.* 5.588
*Hom. urin.* 5.602
*Ovis œſypus.* 5.616
*Viper. ſpir.* 5.620
*Urſ. ping.* 5.624
*Anat. adeps.* 5.625
*Anſer. ping.* ibid.
Rhagades. Fol. *Dipſac.* 4.408
Anim. *Canis.*
Rugæ Faciei. *Cap.* 5.592
Lap. *Spec.* 3.224
Ruct. *Talcum.* 3.225
*Infuſio vitr.* ♉*ii.* 3.298

S.

Sanguin. Coagulat. Solvunt. Fol. *Arnicæ.* 4.363
*Cerefol.* 4.380
*Hyperic.* 4.426
*Prunell.* 4.463
Flor. *Hyperic.* 4.426
*Prunell.* 4.463
*Stœch. citr.* 4.488
*Succiſ.* 4.489
Rad. *Caryoph.* 4.379
*Fumar. bulb.* 4.417
*Rhapont.* 4.468
*Rubiæ.* 4.472
*Succiſ.* 4.489
Fruct. *Alkekengi.* 4.355
Lign. *Til.* 4.494
Anim. *Canin. axung.* 5.592
*Hircin. ſang.* ibid.
*Hom. cadaver.* 5.602
*Lepor. coag.* 5.613
*Lup. eſſent. ſang.* ibid.
*Cancr. oculi.* 5.633
Min. *Terr. Lappon.* 3.193
*Sperm. Ceti.* 3.345
*Antid. Iſochryſos.* 3.300
▽. *Benedict.* 3.303
♀ ⊕*li. Tartariſatus.* 3.326
*Spir. vin.* 4.549
Scabies. Fol. *Alſin.* 4.356
*Ariſt. long.* 4.362
*Betulæ.* 4.370
*Chamædr.* 4.382
*Cuſcutæ.* 4.403
*Fumar.* 4.416
*Gallii.* 4.419
*Lapathi.* 4.431
*Lentis.* 4.432
*Naſturt. hort.* 4.446
*Sabin.* 4.474
*Scabioſ.* 4.480
*Veronic.* 4.498
*Epithym.* 4.557
Flor. *Scabioſ.* 4.480
Rad. *Allii.* 4.356
*Fumar. bulb.* 4.417
*Helenii.* 4.423
*Imperat.* 4.427
*Polygonat.* 4.461
*Scrophul.* 4.482
*Tamar.* 4.490
*Ellebor. nigr.* 4.555
*Alb.* 4.557
*Turb.* 4.565
Cort. *Tamariſc.* 4.490
Sem. *Avenæ.* 4.365
Muſc. *Lichen.* 4.433
Fruct. *Balan. Myrepſ.* 4.366
*Iuglans.* 4.428
*Rubi.* 4.472
*Colocynth.* 4.554
Lign. *Tamar.* 4.490
Gumm. *Gith.* 4.569
Anim. *Aſini urina.* 5.588
*Canin. axung.* 5.592
*Hom. urina.* 3.602
*Hom. ſang.* ibid.
*Serpens.* 5.617
*Vulp. ſterc.* 5.624
*Gall. ſterc.* 5.627
*Cancr. putam.* 5.633
*Ceti axung.* 5.634
*Ranar. ſperm.* 5.637
*Sepiæ os.* 5.638

| | |
|---|---|
| Min. *Sal. comm.* | 3.309 |
| *Amianthus.* | 3.215 |
| *Mercurius.* | 3.261 |
| ▽ *Hermetica ex ☿.* | 3.261 |
| *Cinnabar.* | 3.279 |
| *Decoct. ♁ ial. D. Horn.* | 2.99 |
| *Syrupus de lignis laxativus D. Witzelii.* | 3.177 |
| *Unguent. contr. ſcab.* | 3.185 |
| *Lap. medicament.* | 2.135 |
| *Spir. terræ alcalis.* | 3.191 |
| *Merc. præc. per °°°. ſulph.* | 3.264 |
| *☿ in ⌒ ⊕-li ſol.* | 3.269 |
| *☿. Argent.* | ibid. |
| *☿ ♎ rubeus.* | ibid. |
| *Ol. fragrans.* | 3.275 |
| *Sal ☿ii.* | 3.278 |
| *♁. Diaphor.* | 3.285 |
| *Diaph. regulin.* | 3.287 |
| *Balſ. vitæ Baſilii.* | 3.297 |
| *Tinct. ex vitr. ♁ii.* | 3.298 |
| *▽. Vitriol.* | 3.325 |
| *⌒. Vitriol.* | 3.326 |
| *⌒ ⊕-li Tart.* | ibid. |
| *⌒. Tart.* | 4.532 |
| *Magiſt. marcaſit.* | 3.305 |
| *⊖. Tart.* | 4.534 |
| Scorbutus. Fol. *Anagall. aq.* | 4.350 |
| *Chamædr.* | 4.382 |
| *Chelidon.* | 4.384 |
| *Cochlear.* | 4.392 |
| *Fumar.* | 4.416 |
| *Naſturt. aquat.* | 4.446 |
| *Naſturt. hort.* | ibid. |
| *Nummul.* | 4.450 |
| *Portulac.* | 4.463 |
| *Vermic.* | 4.498 |
| *Soldanell.* | 4.564 |
| Flor. *Centaur.* | 4.380 |
| Rad. *Raphan. marin.* | 4.467 |
| *Polypod.* | 4.561 |
| Anim. *Hom. urin.* | 5.602 |
| *Anſer. ſterc.* | 5.625 |
| *Sem. aquileg.* | 4.362 |
| *▽. Antiſcorbut.* | 2.82 |
| *Elect. Scorbut.* | 2.105 |
| *Dialyſina antiſcor. S. Cloſſ.* | 2.130 |
| *Tinct. ex flor. ♁ii.* | 3.299 |
| *Nitrum ⊕-latum.* | 3.316 |
| *⊖ Chalyb. cach.* | ibid. |
| *Cryſt. alum.* | 3.320 |
| *Tinct. ſulph. S. Cloſſ.* | 3.340 |
| *⌒. Tart.* | 4.532 |
| *Tinct. Tart.* | 4.534 |
| *Spir. Vini.* | 4.549 |
| Scirrhus. Rad. *China.* | 4.385 |
| *Balſ. Tereb.* | 4.526 |
| *Sacch. Saturn.* | 3.254 |
| Anim. *Bovis adeps.* | 5.588 |
| Scrophul. *Balſ. Tolut.* | 4.509 |
| Anim. *Bezoar. Lap.* | 5.594 |
| *Hom. ſudor.* | 5.602 |
| *Ov. ſter.* | 5.616 |
| *Cryſtall. ♃.* | 3.260 |
| *Antid.* Πάγχρυσος. | 3.300 |
| *Antid. Iſochryſos.* | ibid. |
| Secundin. Pellunt. Fol. *Artemiſ.* 4.363. | |

| | |
|---|---|
| *Leviſt.* | 4.433 |
| *Meliſſ.* | 4.439 |
| Flor. *Cheir.* | 4.385 |
| Rad. *Fum. bulb.* | 4.417 |
| *Leviſt.* | 4.433 |
| Sem. *Leviſt.* | ibid. |
| Anim. *Equi teſtes.* | 5.601 |
| *Lep. oculi.* | 5.613 |
| *Anſer. ſterc.* | 5.625 |
| *Muſtel. ventric.* | 5.637 |
| *Cimex.* | 5.643 |
| *Scyrrhus. (& carcinomata) Rad. Bryon.* | 4.553 |
| Anim. *Sang. Tauri.* | 5.588 |
| Serpigines, *Lap. medicament.* 2. 135. | |
| *Liquor ad ulcer.* | 2.136 |
| °°° ☍. Anodyn. | 3.334 |
| ⊖ *Tart.* | 4.534 |
| Siccantia. Fol. *Abrotan.* | 4.348 |
| *Abſinth.* | 4.349 |
| *Pontic.* | 4.350 |
| *Acaciæ.* | 4.351 |
| *Acetoſæ.* | ibid. |
| *Adianthi.* | 4.353 |
| *Agerat.* | 4.354 |
| *Agrimon.* | 4.355 |
| *Alth.* | 4.356 |
| *Anagall.* | 4.359 |
| *Anethi.* | ibid. |
| *Anſerin.* | 4.360 |
| *Aquileg.* | 4.362 |
| *Ariſtoloch.* | ibid. |
| *Arnic.* | 4.363 |
| *Artemiſ.* | ibid. |
| *Ari.* | ibid. |
| *Auric. mur.* | 4.366 |
| *Beton.* | 4.370 |
| *Betul.* | ibid. |
| *Branc. urſ.* | 4.372 |
| *Braſſic.* | ibid. |
| *Burſ. paſtor.* | 4.373 |
| *Calcatripp.* | 4.374 |
| *Calaminth.* | ibid. |
| *Cardiac.* | 4.377 |
| *Chamædr.* | 4.382 |
| *Chamæpyth.* | ibid. |
| *Cerefol.* | 4.381 |
| *Chelidon.* | 4.384 |
| *Cichor.* | 4.388 |
| *Cochlear.* | 4.392 |
| *Cuſcut.* | 4.403 |
| *Dictamn.* | 4.408 |
| *Ebul.* | 4.409 |
| *Endiv.* | 4.410 |
| *Hepat. Nobil.* | ibid. |
| *Equiſet.* | 4.411 |
| *Eryſim.* | 4.412 |
| *Eupat.* | ibid. |
| *Euphrag.* | ibid. |
| *Filipend.* | 4.414 |
| *Fœnic.* | 4.415 |
| *Fragar.* | ibid. |
| *Fraxin.* | 4.416 |
| *Geran.* | 4.420 |
| *Heder.* | 4.423 |
| *Hed. arbor.* | ibid. |
| *Hermin.* | 4.425 |

| | |
|---|---|
| *Hyoſcyam.* | ibid. |
| *Hyperic.* | 4.426 |
| *Hyſſop.* | ibid. |
| *Iaceæ.* | ibid. |
| *Lactuc.* | 4.430 |
| *Lagopi.* | 4.431 |
| *Laur.* | 4.432 |
| *Leviſt.* | 4.433 |
| *Liguſt.* | ibid. |
| *Linar.* | 4.435 |
| *Lot.* | ibid. |
| *Majoran.* | 4.436 |
| *Marrub.* | 4.437 |
| *Meliſſ.* | 4.439 |
| *Menth.* | ibid. |
| *Menth. Sarac.* | 4.440 |
| *Mercur.* | ibid. |
| *Millefol.* | 4.442 |
| *Myrt.* | 4.445 |
| *Naſturt. aq.* | 4.446 |
| *Naſturt. hort.* | ibid. |
| *Nepeta.* | 4.447 |
| *Nicot.* | 4.448 |
| *Nummul.* | 4.450 |
| *Olea.* | 4.451 |
| *Origan.* | 4.452 |
| *Paſtinac.* | 4.455 |
| *Perfoliat.* | ibid. |
| *Perſic.* | ibid. |
| *Petroſ.* | 4.457 |
| *Mont.* | ibid. |
| *Pimpinell.* | 4.458 |
| *Pinaſtr.* | 4.459 |
| *Plantag.* | 4.460 |
| *Polygoni.* | 4.461 |
| *Porri.* | 4.462 |
| *Portulac.* | 4.463 |
| *Prim. ver.* | ibid. |
| *Prunell.* | ibid. |
| *Puleg.* | 4.464 |
| *Palm.* | 4.465 |
| *Pyrol.* | ibid. |
| *Querc.* | 4.466 |
| *Rhus.* | 4.469 |
| *Roſ ☉.* | 4.471 |
| *Roriſmarin.* | 4.472 |
| *Rutæ.* | 4.473 |
| *Ruta mur.* | 4.474 |
| *Sabin.* | ibid. |
| *Salic.* | ibid. |
| *Salvia.* | 4.475 |
| *Sanguiſorb.* | 4.476 |
| *Sanic.* | 4.477 |
| *Sapon.* | 4.478 |
| *Satureja.* | 4.479 |
| *Saxifrag.* | ibid. |
| *Scabioſ.* | 4.480 |
| *Scolopendr.* | ibid. |
| *Scordii.* | 4.481 |
| *Serpill.* | 4.484 |
| *Siliq.* | 4.485 |
| *Tanacet.* | 4.490 |
| *Tarax.* | 4.491 |
| *Thlaſp.* | 4.494 |
| *Teucrii.* | ibid. |
| *Thymi.* | ibid. |
| *Verbaſc.* | 4.497 |
| *Verben.* | 4.498 |


*Vermic.*

| | |
|---|---|
| *Vermic.* | 4.498 |
| *Veron.* | ibid. |
| *Vinc.* | 4.499 |
| *Virg. aur.* | 4.501 |
| *Vlmar.* | 4.502 |
| *Vrtic.* | 4.503 |
| *Mortua.* | 4.504 |
| *Epithym.* | 4.557 |
| *Soldanell.* | 4.564 |
| Flor. *Agerat.* | 4.354 |
| *Amaranth.* | 4.357 |
| *Aquileg.* | 4.362 |
| *Bellid.* | 4.368 |
| *Beton.* | 4.370 |
| *Calthæ.* | 4.375 |
| *Caprifol.* | 4.376 |
| *Caryophyll.* | 4.378 |
| *Centaur. min.* | 4.380 |
| *Chamomill.* | 4.382 |
| *Cheyri.* | 4.385 |
| *Cichor.* | 4.388 |
| *Croc.* | 4.400 |
| *Cyan.* | 4.403 |
| *Cynogloſſ.* | 4.407 |
| *Ebul.* | 4.409 |
| *Epat. Nob.* | 4.410 |
| *Eupat.* | 4.412 |
| *Geniſt.* | 4.419 |
| *Hormin.* | 4.425 |
| *Hyperic.* | 4.426 |
| *Liguſt.* | 4.433 |
| *Liliorum convall.* | 4.434 |
| *Loti.* | 4.435 |
| *Lupul.* | 4.436 |
| *Matric.* | 4.438 |
| *Prim. ver.* | 4.463 |
| *Prunell.* | ibid. |
| *Salviæ.* | 4.475 |
| *Scabioſ.* | 4.480 |
| *Spic.* | 4.487 |
| *Stœch.* | 4.488 |
| *Citr.* | ibid. |
| *Succiſ.* | 4.489 |
| *Tanacet.* | 4.490 |
| *Til.* | 4.494 |
| *Verbaſc.* | 4.497 |
| *Veron.* | 4.498 |
| *Virg. aur.* | 4.501 |
| Rad. *Acori.* | 4.352 |
| *Adult.* | ibid. |
| *Allii.* | 4.356 |
| *Angel.* | 4.359 |
| *Anthor.* | 4.361 |
| *Apii.* | ibid. |
| *Ariſtoloch.* | 4.362 |
| *Armorac.* | 4.363 |
| *Aſparag.* | 4.364 |
| *Bardan.* | 4.366 |
| *Minor.* | ibid. |
| *Betæ.* | 4.369 |
| *Biſtortæ.* | 4.370 |
| *Calam. aromatic.* | 4.374 |
| *Carlin.* | 4.378 |
| *Caryophyllata.* | 4.379 |
| *Cepæ.* | 4.380 |
| *Chelidon.* | 4.384 |
| *Cichor.* | 4.388 |
| *Coſt.* | 4.399 |
| *Curcum.* | 4.402 |
| *Cyclam.* | 4.404 |
| *Cyper.* | 4.408 |
| *Doron.* | 4.409 |
| *Filipend.* | 4.414 |
| *Filic.* | ibid. |
| *Fraxinell.* | 4.416 |
| *Fum. bulb.* | 4.417 |
| *Galang.* | 4.418 |
| *Gentian.* | 4.419 |
| *Gramin.* | 4.421 |
| *Helen.* | 4.423 |
| *Hyoſciami.* | 4.425 |
| *Ireos.* | 4.428 |
| *Leviſt.* | 4.433 |
| *Mei.* | 4.441 |
| *Mori.* | 4.443 |
| *Nymph.* | 4.450 |
| *Ononid.* | 4.452 |
| *Petaſit.* | 4.456 |
| *Petroſelin.* | 4.457 |
| *Peucedan.* | ibid. |
| *Pimpinell.* | 4.458 |
| *Pæoniæ.* | 4.461 |
| *Porri.* | 4.462 |
| *Ptarmic.* | 4.464 |
| *Pyrethr.* | 4.465 |
| *Raphan.* | 4.467 |
| *Marin.* | ibid. |
| *Rhapont.* | 4.468 |
| *Rubiæ.* | 4.472 |
| *Ruſc.* | 4.473 |
| *Scyllæ.* | 4.482 |
| *Seſel. Maſſ.* | 4.485 |
| *Spica celtic.* | 4.487 |
| *Indic.* | ibid. |
| *Tamariſc.* | 4.490 |
| *Tarax.* | 4.491 |
| *Tormentill.* | 4.495 |
| *Valerian.* | 4.496 |
| *Verbaſc.* | 4.497 |
| *Victor.* | 4.499 |
| *Vincetox.* | 4.500 |
| *Vrtic.* | 4.503 |
| *Zedoar.* | 4.504 |
| *Agar.* | 4.551 |
| *Mechoac.* | 4.559 |
| Cort. *Abietis.* | 4.347 |
| *Cappar.* | 4.375 |
| *Cinam.* | 4.389 |
| *Ebul.* | 4.409 |
| *Fraxin.* | 4.416 |
| *Mandragor.* | 4.437 |
| *Pinaſtr.* | 4.459 |
| *Saſſafras.* | 4.478 |
| *Tamariſc.* | 4.490 |
| Sem. *Agni caſti.* | 4.354 |
| *Ammi ver.* | 4.357 |
| *Aneth.* | 4.359 |
| *Apii.* | 4.361 |
| *Aquileg.* | 4.362 |
| *Aſparag.* | 4.364 |
| *Cannabis.* | 4.375 |
| *Card. bened.* | 4.377 |
| *Card. Mar.* | ibid. |
| *Cari.* | 4.378 |
| *Cerefol.* | 4.381 |
| *Coriandr.* | 4.396 |
| *Cumin.* | 4.402 |
| *Dauc.* | 4.408 |
| *Endiv.* | 4.410 |
| *Eruc.* | 4.411 |
| *Eryſim.* | 4.412 |
| *Geniſt.* | 4.419 |
| *Hordei.* | 4.424 |
| *Hyoſcyam.* | 4.425 |
| *Lactuc.* | 4.430 |
| *Leviſt.* | 4.433 |
| *Majoran.* | 4.436 |
| *Milii.* | 4.441 |
| *Milii* ☉. | ibid. |
| *Napi.* | 4.446 |
| *Naſturt. hort.* | ibid. |
| *Nigell.* | 4.449 |
| *Nymph.* | 4.450 |
| *Paſtinac.* | 4.455 |
| *Paſtinac. ſylv.* | ibid. |
| *Perfoliat.* | ibid. |
| *Petroſel.* | 4.457 |
| *Macedon.* | ibid. |
| *Porri.* | 4.462 |
| *Portulac.* | 4.463 |
| *Raphan.* | 4.467 |
| *Rapi.* | ibid. |
| *Rhuis.* | 4.469 |
| *Santonic.* | 4.477 |
| *Seſel.* | 4.485 |
| *Maſſ.* | ibid. |
| *Cretic.* | ibid. |
| *Sinap.* | 4.486 |
| *Thlaſp.* | 4.494 |
| *Vrtic.* | 4.503 |
| *Cataput.* | 4.554 |
| *Ricin.* | 4.563 |
| Muſc. *Corall.* | 4.396 |
| *Lichen.* | 4.433 |
| *Terreſt.* | 4.445 |
| *Pulm.* | 4.465 |
| Fung. *Agaric.* | 4.551 |
| Fruct. *Alkekeng.* | 4.355 |
| *Amygd. amar.* | 4.358 |
| *Anacard.* | ibid. |
| *Cardam.* | 4.376 |
| *Ceraſ. acid.* | 4.381 |
| *Chermes.* | 4.384 |
| *Cicer.* | 4.387 |
| *Corn.* | 4.397 |
| *Cubeb.* | 4.401 |
| *Cupreſſ.* | 4.402 |
| *Cydon.* | 4.404 |
| *Fabar.* | 4.413 |
| *Iuglan.* | 4.428 |
| *Bacc. Iuniper.* | 4.429 |
| *Pom. momord.* | 4.442 |
| *Laur.* | 4.432 |
| *Meſp.* | 4.441 |
| *Moſch.* | 4.443 |
| *Mor.* | ibid. |
| Bacc. *myrtill.* | 4.445 |
| Bacc. *myrt.* | ibid. |
| *Paris.* | 4.454 |
| *Nucl. perſ.* | 4.455 |
| *Piper.* | 4.459 |
| *Rib.* | 4.469 |
| *Rub.* | 4.472 |
| *Sorb.* | 4.486 |

Lanug. *Bombac.* 4.371
Lig. *Agallochum.* 4.353
*Colubrin.* 4.395
*Cupreſſ.* 4.402
*Guajac.* 4.422
*Iuniper.* 4.429
*Nephrit.* 4.447
*Rhodii.* 4.469
*Santal.* 4.477
*Tamariſc.* 4.490
Lachr. *Bdellii.* 4.510
*Sang. dracon.* 4.529
*Sarcocoll.* ibid.
Balſ. *Tolut.* 4.509
*Indicum.* 4.510
Reſin. *Ben Zoin.* 4.511
*Carann.* 4.514
*Colophon.* ibid.
*Ladan.* 4.517
*Myrrh.* 4.519
*Styrac. cal.* 4.530
*Tacamahac.* ibid.
*Thur.* 4.547
Gumm. *Iuniper.* 4.429
*Ammoniac.* 4.507
*Galban.* 4.516
*Maſtich.* 4.518
*Piſſaſphalt.* 4.525
*Sagapen.* 4.528
Succ. *Acetum.* 4.505
*Hypociſt.* 4.516
*Omphac.* 4.520
*Aloës.* 4.566
Anim. *Canin. ſterc.* 5.592
*Capr. ſterc.* ibid.
*Caſtor. teſt.* 5.596
*Zibeth.* 5.597
*Cervor. lach.* 5.598
*Cochl. cinis.* 5.600
*Ebur.* 5.601
*Hom. urin.* 5.602
*Hom. oſſ.* ibid.
*Moſch.* 5.614
*Anſer. ſterc.* 5.625
*Cancr. ocul.* 5.633
*Cancr. cinis.* ibid.
*Conch. teſtæ.* 5.634
*Lucii mandib.* 5.636
*Ichthyocolla.* ibid.
*Sepiæ os.* 5.638
*Apum mel.* 5.639
*Cantharides.* 5.642
*Formic.* 5.644
*Acervus.* ibid.
*Teredo.* 5.648
Spir. *Terebinth.* 4.526
Spir. *Vini.* 4.549
Singultus Fol. *Menth.* 4.439
Sem. *Aneth.* 4.359
*Coriandr.* 4.396
*Dauci.* 4.408
*Paſtinac.* 4.455
Fruct. *Cydon.* 4.404
Unguent. *Butyr. Nerv.* 3.183
Solis Ardor. Fol. *Lagop.* 4.431
*Fabar.* 4.413
∇. *Flor. fabar.* ibid.
Spaſmus. Fol. *Serpill.* 4.484

Flor. *Spic.* 4.487
Rad. *Seſel. Maſſ.* 4.485
Sem. *Seſel. Maſſ.* ibid.
Reſin. *Tacamahac.* 4.530
Gumm. *Sagapen.* 4.528
Anim. *Alc. nerv.* 5.586
*Bubal. corn. & ung.* 5.590
*Lync. unguis.* 5.614
*Anſer. ping.* 5.625
*Lumbric.* 5.645
Min. *Hyacinthus.* 3.202
∇. *Antiſpaſm.* 2.82
oo *Gagatis.* 3.545
oo. *Lauri.* 4.432
*Extract. Euphorb.* 4.569
*Vnguent. butyr. nerv.* 3.183
Spicula ex Corpore Trahunt.
Fol. *Dictamn. Cret.* 4.408
Rad. *Fraxinell.* 4.416
Fung. *Cynoſbat.* 4.407
Gumm. *Ammon.* 4.507
*Sagapen.* 4.528
Anim. *Lep. axung.* 5.613
*Mus.* 5.615
*Cancri.* 5.633
*Cera temper.* 5.641
*Lacertus.* 5.644
Sputum Sanguin. Fol. *Anſer.* 4.360
*Burſæ paſtor.* 4.373
*Chamædr.* 4.382
*Graminis.* 4.421
*Hiſpidulæ.* 4.424
*Lagopi.* 4.431
*Marrub.* 4.437
*Milleſol.* 4.442
*Myrt.* 4.445
*Nummul.* 4.450
*Plantag.* 4.460
*Pulmon.* 4.465
*Quinquefol.* 4.466
*Scolopendr.* 4.480
*Senecii.* 4.484
*Serpil.* ibid.
*Vinc.* 4.499
*Vitis.* 4.502
*Virg. aureæ.* 4.501
*Vlmar.* 4.502
Flor. *Amaranthi.* 4.357
*Papav. err.* 4.454
*Verbaſc.* 4.497
*Virg. aureæ.* 4.501
Rad. *Bardan.* 4.367
*Hyoſcyam.* 4.425
*Rhapont.* 4.468
*Verbaſc.* 4.497
Fruct. *Caſtanea.* 4.380
*Cupreſſ.* 4.402
*Mor. immatur.* 4.443
*Bacc. myrt.* 4.445
Reſin. *Thur.* 4.547
Gumm. *Maſtich.* 4.518
Anim. *Apri adeps.* 5.587
*Cochleæ.* 5.600
*Taxus.* 5.620
Min. *Bolus.* 3.192
*Rubric.* 3.194
*Granatus.* 3.201
*Sapphirus.* 3.203

*Hæmatites.* 3.219
*Magnes.* 3.222
*Syrupus Maſtich. Peuc.* 2.175
*Oleum hyperic.* 2.143
Sterilitas. Fol. *Nepetæ.* 4.447
Rad. *Satyrii.* 4.479
Lign. *Saſſafras.* 4.478
Anim. *Equus.* 5.601
*Accip. excrem.* 5.625
*Eſſent. ſulph.* ⊕*-li.* 3.332
Stranguria. Fol. *Pariet.* 4.454
*Pimpinell.* 4.458
Rad. *Petroſel. mont.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
Cort. *Popul. alb.* 4.462
Sem. *Paſtinac. ſylv.* 4.455
*Petroſ. mont.* 4.457
*Pimpinell.* 4.458
*Seſel. Cret.* 4.485
Anim. *Hircin. ſeu.* 5.593
Spir. *Tereb.* 4.526
Strumæ. Fol. *Perſol.* 4.455
*Rut. mur.* 4.474
*Vermic.* 4.498
Rad. *Bardan. min.* 4.367
*Cyclam.* 4.404
*Scrophul.* 4.482
*Verben.* 4.498
Cort. *Mandragor.* 4.457
Sem. *Perſol.* 4.455
Anim. *Apri fel.* 5.587
*Aſini ungula.* 5.588
*Hom. ſecund.* 5.602
*Serp. ping.* 5.617
*Talpæ cinis.* 5.620
*Columb. fim.* 5.626
*Halec. muria.* 5.636
Min. *Lap. ſpong.* 3.225
Sudor. Flor. *Abſinth.* 4.349
*Arnicæ.* 4.363
*Card. bened.* 4.377
*Iaceæ.* 4.426
*Veron.* 4.498
*Vlmar.* 4.502
Flor. *Calthæ.* 4.375
*Ebuli.* 4.409
*Sambuc.* 4.475
*Scabioſ.* 4.480
Rad. *Angelic.* 4.359
*Carlinæ.* 4.378
*Sarſaparill.* 4.478
*Valerian.* 4.496
Cort. *Sambuc.* 4.475
Sem. *Milii.* 4.441
Fruct. *Pom. citrin.* 4.390
Lign. *Saſſafras.* 4.478
Lachr. *Bdellii.* 4.510
Gumm. *Lac.* 4.517
Anim. *Aſ. ſanguis.* 5.588
*Capr. lapill.* 5.593
*Bezoar. lapis.* 5.594
*Cervi corn.* 5.598
*C. C. uſti.* ibid.
*Cerv. lachrym.* 5.599
*Hom. urin.* 5.602
*Rhinoceros.* 5.617
*Vnicornu.* 5.622
*Gall. membr.* 5.628

*Conch.*

*Conch. teſtæ præp.* 5.634
*Lumbr. terren.* 5.645
Min. *Terr. ſigill.* 3.190
*Sol ſclopetans.* 3.232
*Sulphur.* 3.335
*Acetum.* 4.505
*Pulvis bezoart. cum pret.* 2.158
*Sine pret.* ibid.
*Bezoar. ♃iale.* 3.274
*Spir. ſeu ☍ ♁ii. alb. diaph.* 3.275
*Rub.* ibid.
*Cinnab. præcip. Hartm.* 3.280
*Vitrum Antim. hyacinth.* 3.281
*Vitr. ♁ diaphor.* 3.282
*♁. Diaph. vulg.* 3.285
*Ceruſſ. ♁ii. ſolar.* 3.288
*Præcip. ♁ diaph.* 3.289
*Flor. ♁ii. diaph.* 3.290
*Nix diaph. ♁ii.* 3.296
*Tinct. ♁ii.* 3.298
*Tinct. ex vitr. ♁ii.* ibid.
*Tinct. ex ſulph. ♁ii.* 3.300
*Tinct. ex ſulph.* ibid.
*Cryſt. ⊖ comm. dulc.* 3.312
*Cryſt. ⊖ nitr.* 3.316
*Tinct. nitr.* 3.319
*Cryſt. alum.* 3.320
~ *Acidus* ✱. 3.322
☍ ⊕*li dulc.* 3.329
*Magiſt. ſucc. dulc.* 3.344
▽. *Flor. aurant.* 4.366
*Extract. Bux.* 4.373
*Rob. Sambuc.* 4.475
*Cryſt. Bezoin.* 4.512
*Spir. Tart.* 4.532
▽. *De tribus.* 2.84
*Diaph. Beguin.* 3.259
☿ *Præcipitatus.* 3.263
☿ *Solaris.* 3.266
*Aurum vitæ Cloſſ.* 3.267
*Bezoard. miner.* 3.273
Surditas. Anim. *Hom. fel.* 5.602
*Ardeæ ping.* 5.626
*Gruis ping.* 5.629
*Anguil ping.* 5.632
*Formic. ova.* 5.644
Syncope. Fol. *Meliſſ.* 4.439
Flor. *Caryoph. hort.* 4.378
*Aroma.* 4.379
*Croci.* 4.400
*Lilior. convall.* 4.434
Rad. *Petaſit.* 4.456
*Vincetox.* 4.500
Cort. *Cinam.* 4.389
Fruct. *Granat.* 4.421
Lign. *Aloës.* 4.353
*Santal.* 4.477
Anim. *Bezoar.* 5.594
Min. *Smaragdus præp.* 3.204
▽. *Herc. Saxon.* 2.75
▽. *Cordial. D. Sp.* 2.76
*Balſ. apoplect.* 2.89
*Vitæ.* 2.90
*Elix. vitæ Quercet.* 2.110
*Epith. cord.* 2.118
*Odorif. Croll.* 2.155
*Syrup. cardiac.* 2.174
*Ebur uſt.* 5.601
*Magiſter. ⊕li.* 3.332
*Syrup. de pom. ſimpl.* 4.462

T.

Temperata. Fol. *Adianthi.* 4.353.
*Alchimill.* 4.355
*Calcatrip.* 4.374
*Geran.* 4.420
*Loti.* 4.435
*Quinquefol.* 4.466
*Rut. mur.* 4.474
*Symphyt.* 4.489
*Tuſſil.* 4.496
Flor. *Calcatrip.* 4.374
*Loti.* 4.435
*Roſ.* 4.469
Rad. *Liquir.* 4.420
*Lapath.* 4.431
*Polygonat.* 4.461
*Rhod.* 4.468
*Rhapont.* ibid.
*Symphyt.* 4.489
Fruct. *Amygd. dulc.* 4.358
*Pineæ.* 4.459
*Sebeſten.* 4.483
*Secal.* ibid.
Sem. *Lapathi.* 4.431
*Lini.* 4.435
*Acetum.* 4.505
*Manna.* 4.570
Teneſmus. Anim. *Bovis adeps.* 5.588.
*Vaccin. lac.* ibid.
Terrores. Anim. *Aſin. pellis.* ibid.
*Lup. dent.* 5.613
*Urſi ocul.* 5.624
Min. *Tinct. Cor.* 3.208
▽. *Contr. terror.* 2.83
Teſtic. *Tumor Acorus.* 4.352
*Burſ. paſt.* 4.373
Timores. Min. *Chryſolit.* 3.201
*Rubin.* 3.203
*Cent. min.* 4.380
Tinea Puēror. Rad. *Carlinæ.* 4.378.
Zedoar. 4.504
*Cort. mori.* 4.443
Fruct. *Bacc. myrt.* 4.445
Anim. *Hom. ſterc. præp.* 5.602
*Linim.* ♄ *compoſ.* 3.182
☍ *Semin. Bombacin.* 4.371
☍ *Laurin.* 4.432
⊖ *Tart.* 4.534
Tormina. Fol. *Abrot.* 4.348
*Abſynth.* 4.349
*Pont.* 4.350
*Aquileg.* 4.362
*Puleg.* 4.464
*Tanacet.* 4.490
*Verben.* 4.498
Flor. *Iaſmin.* 4.427
*Spic.* 4.487
*Tanacet.* 4.490
*Verbaſc.* 4.497
Rad. *Ireos Florent.* 4.428
*Mei.* 4.441
Cort. *Aurant.* 4.365
Sem. *Paſtinac.* 4.455
Anim. *Ovis lana.* 5.616
*Perdic. penn.* 5.631
*Ranæ ipſæ.* 5.637
*Sperma Ceti.* 3.345
Foſſil. *Ophites.* 3.223
*Salfoſſile.* 3.314
*Ol. amygd. dulc.* 4.358
*Conſerv. calcatrip.* 4.374
*Ol. nucis moſch.* 4.443
*Ol. oliv.* 4.451
*Pilul. peſtilent.* 2.152
Tremor. Fol. *Hyperic.* 4.426
*Salv.* 4.475
Flor. *Hyperic.* 4.426
*Sal.* 4.475
Anim. *Bovis medull.* 5.588
*Caſt. teſt.* 5.596
*Hom. urin.* 5.602
*Vulp. ping.* 5.624
▽. *Anhaltin.* 2.72
Tinct. *Croci.* 3.273
Tumores. Fol. *Ariſt.* 4.362
Anim. *Canis caput.* 5.592
*Hom. urina.* 5.602
*Gru. ping.* 5.629
Foſſ. *Mercurius.* 3.261
*Sulphur.* 3.335
*Balſ. Tolut.* 4.509
Tuſſis. Fol. *Calaminth.* 4.374
*Eryſimi.* 4.412
*Hyſſop.* 4.426
*Malv.* 4.437
*Nummul.* 4.450
*Origani.* 4.452
*Parietar.* 4.454
*Petroſel.* 4.457
*Pimpinel.* 4.458
*Quinquefol.* 4.466
*Rut. mur.* 4.474
*Scabioſ.* 4.480
*Siliq.* 4.485
*Thymi.* 4.494
*Tuſſil.* 4.496
*Verben.* 4.498
Flor. *Caprifol.* 4.376
*Eupator.* 4.412
*Iaſmin.* 4.427
*Scabioſ.* 4.480
*Verbaſc.* 4.497
*Viol.* 4.500
Caul. *Leviſt.* 4.433
Rad. *Allii.* 4.356
*Liquirit.* 4.420
*Helenii.* 4.423
*Ireos Flor.* 4.428
*Petroſel.* 4.457
*Peuced.* ibid.
*Pimpinel.* 4.458
*Tuſſil.* 4.496
Sem. *Bombac.* 4.371
*Cannab.* 4.375
*Dauci.* 4.408
*Lini.* 4.435
*Melon.* 4.439
*Papav. ſativ.* 4.453
*Paſt. ſylv.* 4.455

*Petroſel.* 4. 457
*Seſel. Maſſ.* 4. 485
*Urtic.* 4. 503
Fruct. *Nucl. avellan.* 4. 397
*Ficus.* 4. 413
*Granat. dulc.* 4. 421
*Jujubæ.* 4. 429
*Pineæ.* 4. 459
*Uvæ paſſ.* 4. 502
*Chocal.* 4. 529
*Chocalate Imperatori communicata.*
♃ *Cacoa* ℔ *XXXVII.*
*Vaynillas fol. LX.*
*Achate* ℥ *iij.*
*Maiz* ℔ *iij.*
*Cinam.* ℔ *ij.*
*Tamaicæ* ℥ *v.*
*Piperis longi* ℥ *ij.*
*Sacchari q. ſ.*
*Chocolate Indorum.*
♃ *Granor. Caccao Num. X.*
*(ſeu Nuc. Ind.)*
*Fruct. Capſicorum.*
*Seu*
*Chiles num. XX.*
*Maiz* ℔ *ij. ſeu frum. Ind.*
*Anis* ℔ *j.*
*Herb. Mecacuchil. M ij.*
*( Milii fol. maj.)*
*Oreſulas num. XX.*
*Fruct. herb. Merach.)*
*Cinamom.* ℥ *iv.*
*Pip. nig.* ℥ *ij.*
*Sacch.* ℔ *iv.*
*Succ. rad. Achiotte* ℥ *ij. M.*
*F. maſſa.*
♃. *Hujus maſſ. & ſacch. fin. an.* ℥ *j.*
*Aq. Font.* ℥ *viij. Bulliant & continuè moveantur donec in ſuperficie ſpuma ſubtilis cum pinguitudine appareat, (in vaſe ſtanneo vel vitreato) Remov. ab igne & è cortice nucis Indicæ bibatur quàm calidiſſimè.*
*Cachundo Regibus Chinenſibus & Indis Orientalibus æſtimata.*
♃. *Terræ Cimoliæ aut alterius optim.* ℔ *ij.*
*Ambari* ℔ *j.*
*Moſch. & Galliæ ana.* ℔ *iij.*
*Calamb. optim. (agalloch)* ℥ *x.*
*Margar. præp* ℔ *iij.*
*Rubin. ſmaragd. Granator.*
*Hyacinth. præp. an.* ℥ *iv.*
*Sant. citr.* ℔ *iij. rubr.* ℔ *iv.*
*Maſtich. calam. arom. Galanus.*
*Cinam. Rhab. & Aloës lot. cum*
*Succ. roſ. Myrob. Ind. Cheb. Bell.*
*Abſinth. corall. rub. bol. arm. ana.* ℥ *ij.*
*Fol. auri* ℥ *j. Lap. Bezoart.* ℥ *xx.*
*Seric. uſt.* ℥ *viij. Ebor. uſt.* ℔ *iij. ß.*
*Pulveriſanda pulveriſ. tenuiſ. & irror.*
*Balſami Orientalis, vini odoriferi & ∇. cinamom. guttulis inſtillatis: ſiccentur ad umbram & cum ſacchar. ſ. q.*
*Addit Gumm. Tragacanth. & Arabici mucilagine omnia malaxentur. Fiat maſſa tenaciſſima & rubicundiſſima: ex hac forment. variæ figuræ, quare particulæ teneantur in ore.*
Gumm. *Arabici.* 4. 508
*Galbani.* 4. 516
*Maſtich.* 4. 518
*Sagapen.* 4. 528
*Tragac.* 4. 548
Reſin. *Benzoini.* 4. 511
*Ladani.* 4. 517
*Myrrh.* 4. 519
*Terebinth.* 4. 526
*Styr. cal.* 4. 530
*Thur.* 4. 547
Muſc. *Pulm. arbor.* 4. 465
Lachr. *Sacchar.* 4. 527
Balſ. *Tolut.* 4. 509
Anim. *Cochleæ.* 5. 600
*Eq. lac.* 5. 601
*Eq. ſaliva.* ibid.
*Mumia.* 5. 602
*Lup. hepar.* 5. 613
*Mus.* 5. 615
*Anſer. ſterc.* 5. 625
*Corvor. ſterc.* 5. 627
*Gall. vet. jus.* ibid.
*Apum mel.* 5. 639
*Cera temp.* 5. 641
Foſſil. *Sp. Tart.* 4. 532
*Sperma Ceti.* 3. 345
*Looch paſſulat.* 2. 101
*Pil. de Styrac.* 2. 148
*Ad tuſſim.* ibid.
*Syrup. de Nicot.* 2. 175
*Bacul. pector.* 2. 179
*Balſ. reg.* ♁ *ii.* 3. 299
*Infuſ. vitr.* ♁ *ii.* 3. 303
*Flor. ſulph.* ⊕ *li.* 3. 336
*Lac ſulph.* 3. 337
*Syrup. flor. lil. alb.* 4. 434
∇. *Flor. lil. alb.* ibid.
*Ol. ſeſami.* 4. 484
*Spir. tereb.* 4. 526
*Manna.* 4. 570

V.

VAricæs. *Coni abietis.* 4. 347
Venefica. *(ataplaſm. reſol.* 2. 94.
Fol. *Antirrhin.* 4. 361
*Sideritis.* 4. 485
Rad. *Scyll.* 4. 482
Sem. *Petroſ. Maced.* 4. 457
Anim. *Can. ſang.* 5. 592
*Hom. ſterc. præp.* 5. 602
*Hom. oſſa.* ibid.
*Lucius piſcis.* 5. 636
Foſſ. *Amianth.* 3. 215
*Mercurius.* 3. 261
Venenum. Fol. *Abrotani.* 4. 348
*Ariſtol.* 4. 362
*Card. bened.* 4. 377
*Leviſt.* 4. 433
*Rutæ.* 4. 473
Flor. *Stœch.* 4. 488
Rad. *Angelic.* 4. 359
*Anthora.* 4. 361
*Carlin.* 4. 378
*Chelidon.* 4. 384
*Contrayerva.* 4. 395
*Doronic.* 4. 409
*Fraxinell.* 4. 416
*Imperat.* 4. 427
*Leviſt.* 4. 433
*Menth. Sarac.* 4. 440
*Torment.* 4. 495
Sem. *Leviſt.* 4. 433
*Napi.* 4. 446
Fruct. *Pom. citr.* 4. 390
*Nucl. avellan.* 4. 397
*Ficus.* 4. 413
*Baccæ paris.* 4. 454
Reſin. *Camphor.* 4. 512
Anim. *Agni coagul.* 5. 586
*Bufo.* 5. 590
*Lapis bufon.* ibid.
*Hircin. ſang.* 5. 592
*Rupi-capr. lapis.* 5. 593
*Bezoar. lapis.* 5. 594
*Cervi lachrym.* 5. 598
*Caſtor. teſt.* 5. 596
*Cunicul. cerebr.* 5. 600
*Ebur.* 5. 601
*Hom. urina.* 5. 602
*Mumiæ tinct.* ibid.
*Mumiæ* ☍*o.* ibid.
*Moſch.* 5. 614
*Rhinoceros.* 5. 617
*Unicornu.* 5. 622
*Anat. ſang.* 5. 625
*Anſer. ſang.* ibid.
*Ciconia.* 5. 626
*Cicon. vent. exſicc.* ibid.
*Rana ipſa.* 5. 637
*Tinca.* 5. 639
*Scinci.* 5. 647
Foſſil. *Terra ſigill.* 3. 190
*Gloſſopetra.* 3. 219
*Granatus.* 3. 201
*Rubin.* 3. 203
*Sapphirus.* ibid.
*Marg.* 3. 212
*Sal perlar.* ibid.
*Ophites.* 4. 223
*Sal comm.* 3. 309
*Sardius lapis.* 3. 204
*Sulphur.* 3. 335
El. *Alexipharm. de Cicon.* 2. 102
*Extract. Quercet. bezoar.* 2. 124
*Theriac. benedict. Querc.* 2. 126
*Ol. hyper. comp. Rabenſt.* 2. 143
*Ol. hyper. compoſ. Ellenb.* 2. 144
*Oxyſacch. vomit.* 2. 177
*Aurum potab.* 3. 234
☿ *Præcip. per* ☍*o. ſulph.* 3. 264
*Tinct. ex* ♁ *io crudo.* 3. 297
*Arſenic. dulc.* 3. 314
*Extract. ex bacc. Iuniper.* 4. 429

Venenat.

Venenat. Animal. Ictus.
*Spir. Roris majalis.* 3.197
Ventric. Ardor. Fol. *Siliq.* 4.485.
*Succ. omphac.* 4.520
Foſſ. *Creta.* 3.192
Conſerv. *Calcatripp.* 4.374
Ventriculi Cruditas.
Fol. *Abſinth.* 4.349
*Meliſſæ.* 4.439
*Saturej.* 4.479
Flor. *Caryophyll. arom.* 4.379
*Jaſmin.* 4.427
*Radic. cyperi.* 4.408
*Galangæ.* 4.418
*Imperat.* 4.427
*Seſel. Maſſ.* 4.485
*Zedoar.* 4.504
Sem. *Seſel. Maſſ.* 4.485
Fruct. *Lauri.* 4.432
*Cydon.* 4.404
Balſ. *Tolut.* 4.509
*Indic.* 4.510
⊖ *Commun.* 3.309
*Pil. febrif. D. Schœff.* 2.149
*Peſtil. compoſ.* 2.152
⊖ *Sacerdotale.* 2.162
Flor. ⊖. *Ammoniac.* 3.321
Ventriculi Imbecillitas.
Fol. *Fœnicul.* 4.415
*Hyſſop.* 4.426
*Leviſt.* 4.433
*Menth.* 4.439
*Pimpinel.* 4.458
*Rut.* 4.473
Rad. *Acori.* 4.352
*Coſti.* 4.399
*Gentian.* 4.419
*Leviſt.* 4.433
*Pimpinel.* 4.458
*Schœnanth.* 4.480
*Spica Celtic.* 4.487
*Indic.* ibid.
*Zinziber.* 4.505
Cort. *Cinnam.* 4.389
Semm. *Aniſi.* 4.360
*Coriandr.* 4.396
*Leviſt.* 4.433
Fruct. *Berber.* 4.369
*Cardamom.* 4.376
*Ceraſ. acid.* 4.381
*Moſchat.* 4.443
*Piper.* 4.459
*Piſtac.* 4.460
*Pom. dulc.* 4.462
*Chocol.* 4.529
Balſ. *verus.* 4.509
*Indus.* 4.510
Reſin. *Ladan.* 4.517
*Tacamahac.* 4.530
Gumm. *Maſtich.* 4.518
Anim. *Ebur.* 3.601
*Echinus.* 5.602
*Cygn. pell.* 5.630
*Struth. tunica.* 5.631
Foſſil. *Corallia.* 3.205
Aq. *Anhaltin.* 2.72
*Aſthmat.* 2.73
*Cephal.* 2.75
*Imperial. corr.* 2.79
*Ros ſolis.* 4.471
*Elect. pſeudo-acori ſtomach.* 2.102.
*Elixyr. propr.* 2.109
*Vitæ Quercet.* 2.110
*Emplaſt. ſtomach. de Tacamahaca.* 2.116
*Tragea groſſ.* 2.160
*Pulv. ſtomach. Querc.* 2.161
*Sal philoſoph.* 2.162
*Saccul. ſtomach.* 2.164
*Sal* ♀. 3.252
*Arcan.* ♁*ii Baſil.* 3.299
*Aq. benedict.* 3.303
*Cryſtall. ſal. comm. dulc.* 3.312
-Ω- ⊕*-li philoſ.* 3.326
Ventricul. Inflat.
*Flor. ſchœnanth.* 4.480
*Rad. Galangæ.* 4.418
*Mei.* 4.441
*Schœnanth.* 4.480
*Seſel. Maſſ.* 4.485
*Spic. Indic.* 4.487
Sem. *Ammi veri.* 4.357
*Seſel. Maſſ.* 4.485
Fruct. *Oliv.* 4.451
*Balſ. Tolut.* 4.509
*Indic.* 4.510
*Aq. carminativ.* 2.74
Verrucæ. Rad. *Dipſaci.* 4.408
Cort. *Pinaſtr.* 4.459
*Salic.* 4.474
Anim. *Aſin. urin.* 5.588
*Canin. ſterc.* 5.592
*Canis urina.* ibid.
*Limac.* 5.600
*Mur. ſterc.* 5.615
*Ovis ſterc.* 5.616
*Anguillæ caput.* 5.632
*Cancr. cinis.* 5.633
Ol. *Pinaſtr.* 3.459
Succ. *Popul.* 3.462
Vertigo. Fol. *Auric. urſi.* 4.366
*Meliſſ.* 4.439
*Menth.* ibid.
*Puleg.* 4.464
*Ror. marin.* 4.472
*Salv.* 4.475
*Serpill.* 4.484
Flor. *Lil. convall.* 4.434
*Matricar.* 4.438
*Salv.* 4.475
*Stœch.* 4.488
*Til.* 4.494
Rad. *Cyperi.* 4.408
*Doronic.* 4.409
*Galangæ.* 4.418
*Scorzoner.* 4.481
*Elleb.* 4.555
Sem. *Aquileg.* 4.362
*Cari.* 4.378
*Cumini.* 4.402
Fruct. *Granat.* 4.421
*Cochol.* 4.529
*Colocynth.* 4.554
Gumm. *Galban.* 4.516
*Succinum.* 4.545
Anim. *Rup. cap. ſang.* 5.593
*Bezoar. lap.* 5.594
*Caſt. teſt.* 5.596
*Columb. ſim.* 5.626
*Pav. ſterc.* 5.631
*Bombyces.* 5.642
Aq. *Anhaltin.* 2.72
*Epilept.* 2.75
*Cephal. arom.* ibid.
*Elix. antepilept.* 2.107
*Vitæ Querc.* 2.110
*Empl. cephal.* 2.112
*Pulv. ſtomach. Quercet.* 2.161
*Sal* ♃. 2.260
*Cinnab.* ♁*ii.* 3.291
*Magiſter.* ⊕*-li.* 3.332
Veſicatorium.
Anim. *Cantharis.* 5.642
*Empl. veſic.* 2.116
Veſicæ Ulcera. Fol. *Equiſet.* 4.411.
*Lagopi.* 4.431
Rad. *Cyperi.* 4.408
*Liquirit.* 4.420
*Nuc.* ▽. 4.429
*Iuniper.* ▽. ibid.
Anim. *Gall. ſterc.* 5.627
*Ranar. ſal.* 5.637
☿ *Præcip. per* ▽. *ovor.* 3.264
*Ol.* ☿*ii. diaph. dulc.* 3.275
*Ol.* ☿*ii. Saccharat.* ibid.
Vigiliæ. Fol. *Atripl.* 4.365
*Cerefol.* 4.381
*Cynogloſſ.* 4.407
*Nicot.* 4.448
*Serpill.* 4.484
*Vitis.* 4.502
Flor. *Croci.* 4.400
*Nymph.* 4.450
Sem. *Anethi.* 4.359
*Hyoſciami.* 4.425
*Lactuc.* 4.430
*Papav. ſat.* 4.453
Cort. *Mandragor.* 4.437
*Lachr. Opii.* 4.520
*Elect. diaph. Plat.* 3.104
*Epith. in febr. malign.* 2.118
*Pilul. narcot. Plat.* 2.147
*Unguent. Narcot.* 2.184
*Somnif.* 2.185
*Sal. cachect. chalyb.* 3.316
*Extr.* ⊕*-li narcot.* 3.331
*Unguent. aurant.* 4.366
*Ol. ex buxo.* 4.373
*Ol. nuc. moſch.* 4.443
*Unguent. popul.* 4.462
Viſus Hebetudo. Flor. *Saturejæ.* 4.479.
Rad. *Seſel.* 4.485
Sem. *Seſel. Maſſ.* ibid.
Anim. *Capr. jecur.* 5.592
*Cati caput.* 5.597
*Serp. ping.* 5.617
*Ardeæ ping.* 5.626
*Ficedulæ.* 5.627
*Gall. fel.* ibid.
*Gru. medull.* 5.629

*Hirundo.* 5.629
*Milv. epar.* 5.630
*Noct. ping.* ibid.
*Perdic. fel.* 5.631
*Pavon. fel.* ibid.
*Ranar. fel.* 5.637
*Formic.* ☍. 5.644
*Gryllus.* ibid.
*Aq. ophthalm.* 2.75
*Pil. peſtil. comp.* 2.152

Ulcera Calloſa.

*Empl. Saturn. Cloſſ.* 2.115

Ulcera Fætida & Sordida.

Flor. *Caprifol.* 4.376
Lign. *Rhod.* 4.469
Reſin. *Thur.* 4.547
Sal ♃*is.* 3.260

Ulcera interna ex Contuſione.

*Ol. hyper. comp.* 2.143
*Sacch.* ♄*ni.* 3.254
*Ol. Sulph. ver. Cloſſ.* 3.339

Ulcera inveterata.

Fol. *Paris.* 4.454
*Plantag.* 4.460
Rad. *Peuced.* 4.457
*Valer.* 4.496
Anim. *Bufon.* ☍. 5.590
*Canin. ſterc.* 5.592
*Canis urin.* ibid.
*Cervi medull.* 5.598
*Ovis lana.* 5.616
*Halec. muria.* 5.636
*Lucii mand.* ibid.
*Ranar.* ☍. 5.637
*Empl. ſtipt. Crollii.* 2.116
*Liquor* ☿*ii precip.* 3.278
*Diaphor. regulin.* 3.287
*Balſ.* ♁*ii.* 3.294
*Litharg yr. thereb.* 3.307

Ulcera maligna.

Fol. *Quinquefol.* 4.466
Foſſil. *Plumbum.* 3.253
*Empl. Saturn. Cloſſ.* 2.115
*Saccharum* ♄*i.* 3.254
☍ ♄*i. Balſam.* 3.256
☿ *Præcip. per* ☍. *ſulph.* 3.264
☿ ☉*larus.* 3.266
☿ *in* ♎ ⊕*-li ſol.* 3.269
☿ ♎ *Rubeus.* ibid.
☿ *Vitæ.* 3.272
☍. ☿*ii. Diaph. dulc.* 3.275
*Liquor* ☿*ii præcipit.* 3.278
⊖ ♁*ii.* 3.303
*Æs uſtum.* 3.250
*Spod. Græc.* 3.307
☍ ○○. *Anody.* 3.334
*Ol. ſeſami.* 4.484

Vomitum curant.

Fol. *Abſinth. pont.* 4.350
*Menthæ.* 4.439
*Senecii.* 4.484
*Vitis.* 4.502
Flor. *Roſar.* 4.469
*Schœnanth.* 4.480
Rad. *Biſtortæ.* 4.370
*Schœnanth.* 4.480
*Tormentil.* 4.495

*Zedoar.* 4.504
Sem. *Anethi.* 4.359
Fruct. *Cydon.* 4.404
*Meſpil.* 4.441
*Moſchat.* 4.443
*Bacc. myrt.* 4.445
Lign. *Santalin.* 4.477
Gumm. *Maſtich.* 4.518
Anim. *Gall. ventric. tunica.* 5.627.
Succ. *Hypociſt.* 4.516

Vomitum Excitantia.

Fol. *Arnicæ.* 4.363
*Nicot.* 4.448
*Vermic.* 4.498
Rad. *Raph. marin.* 4.467
Sem. *Anethi.* 4.359
Fruct. *Balan. myrepſ.* 4.366
*Bacc. heder.* 4.423
*Iuglan.* 4.428
*Bacc. polygonat.* 4.461
Anim. *Hom. ungues.* 5.602
*Barbo.* 5.633
*Lucii ova.* 5.636
Foſſil. *Antimon.* 3.280
*Vitriol.* 3.323
*Dropac.* 2.116
♁ *Rub. fixum.* 3.288
Flor. ♁*ii reg.* 3.289
☍. ♁*ii. Saccharat. Quercet.* 3.292.
*Butyr.* ♁*ii.* 3.271
*Ol.* ♁*ii.* 3.293
*Sulph. ex minera* ♁*ii.* 3.296
*Sulph. ex ſcor. reg.* ♁*ii.* ibid.
*Infuſ.* ♁*ii. crud.* 3.302
*Vitr.* ♁*ii.* 3.303
*Vitriol. alb. vomit.* 3.324
⊕*-lum emetic.* ibid.
*Ol. oliv.* 4.451

Urinæ difficultas.

Fol. *Abrotan.* 4.348
*Adianth.* 4.353
*Agerati.* 4.354
*Aquileg.* 4.362
*Arnicæ.* 4.363
*Calaminth.* 4.374
*Cardiacæ.* 4.377
*Herniariæ.* 4.424
*Lagopi.* 4.431
*Linar.* 4.435
*Loti.* ibid.
*Millefol.* 4.442
*Sabin.* 4.474
*Scolopendr.* 4.480
*Serpill.* 4.484
*Til.* 4.494
Flor. *Chamomill.* 4.382
*Loti.* 4.435
*Lupul.* 4.436
*Schœnanth.* 4.480
*Spic.* 4.487
*Stœch.* 4.488
*Citr.* ibid.
Rad. *Allii.* 4.356
*Apii.* 4.361
*Ari.* 4.363
*Aſparag.* 4.364

*Carlin.* 4.378
*Cepæ.* 4.380
*Coſti.* 4.399
*Cyperi.* 4.408
*Eryngii.* 4.411
*Glycyrrhiz.* 4.420
*Ononid.* 4.452
*Pyrethri.* 4.465
*Rubiæ.* 4.472
*Ruſc.* 4.473
*Schœnanth.* 4.480
*Spic. Celt.* 4.487
*Indic.* ibid.
*Valer.* 4.496
Sem. *Ammi veri.* 4.357
*Apii.* 4.361
*Aſparag.* 4.364
*Dauci.* 4.408
*Melon.* 4.439
*Cerefol.* 4.381
*Milii Solis.* 4.441
*Napi.* 4.446
*Petroſel. maced.* 4.457
*Porri.* 4.462
*Raphan.* 4.467
*Seſel.* 4.485
*Cret.* ibid.
Fung. *Agar.* 4.551
Fruct. *Baccæ Iuniper.* 4.429
*Iujub.* ibid.
*Lauri.* 4.432
*Sebeſten.* 4.483
Lachr. *Bdell.* 4.510
Lign. *Nephrit.* 4.447
Gumm. *Elemi.* 4.515
*Galbani.* 4.516
*Sagapen.* 4.518
Balſ. *Indic.* 4.510
Reſin. *Laric.* 4.526
Anim. *Bufo.* 5.590
*Capr. ſterc.* 5.592
*Capr. omentum.* ibid.
*Echinus.* 5.602
*Suum veſica.* 5.619
*Anſer. ſterc.* 5.625
*Columb. fimus.* 5.626
*Gall. ſterc.* 5.627
*Palumb.* 5.630
*Cancr.* ☍. *præcip.* 5.633
*Halec. veſic.* 5.636
*Sepiæ os.* 5.638
*Sepiæ ova.* ibid.
*Apum mel.* 5.639
*Aſelli.* 5.641
*Cimex.* 5.643
*Locuſtæ.* 5.645
*Pedicul.* 5.602
*Scarabæus.* 5.646
*Scorpio.* 5.647
Min. *Lapis Iudaicus.* 3.220
⊖. *Com.* 3.309
*Sp. Tart.* 3.532
*Aq. diuret. è nucl.* 2.77
*Cryſt.* ⊖ *Nitri.* 3.316
*Spir.* ⊖ *armoniac.* 3.322
∇. ⊕*-li.* 3.325
☍. *Sulph. ver. S. Cloſ.* 3.339
*Farin. fabar.* 4.413


*Spir.*

Spir. Tart. 4.532
Tinct. Tart. 4.534

Urin. Incontinent.

Fruct. Cupreſſ. 4.402
Anim. Cinis buf. 5.590
Hircin. veſic. 5.592
Echinus. 5.602
Lep. ren. & teſt. 5.613
Mus. 5.615
Ovis veſic. crem. 5.616
Suum veſic. 5.619
Gall. guttur. 5.627
Scarabæi cornua. 5.646

Uteri Affectus.

Fol. Abrot. 4.348
Botryos. 4.371
Cupreſſ. 4.402
Iaſmin. 4.427
Nicot. 4.448
Rad. Doron. 4.409
Cort. Cinnam. 4.389
Sem. Avenæ. 4.365
Min. Stannum. 3.258
Aq. Hyſteric. 2.79
Elixyr. prop. 2.109

Uteri fluxus alb.

Fol. Botryos. 4.371
Filipend. 4.414
Lagopi. 4.431
Puleg. 4.464
Ror. marin. 4.472
Vrtic. mortuæ. 4.504
Flor. Cynoſbat. 4.407
Vrtic. mort. 4.504
Rad. Polygonat. 4.461
Tamar. 4.490
Cort. Tamar. ibid.
Fruct. Avellan. putam. 4.397
Caſtan. 4.380
Vva ſpina. 4.504
Lign. Tamar. 4.490
Anim. Ebur. 5.601
Lucii mandib. 5.636
Tincæ. 5.639
Min. Corall. 3.205
Amianth. 3.215
Vnicornu foſſ. 3.227
Succin. 3.343
Tragea hyſter. Querc. 2.160

Uteri Procident.

Fruct. Bacc. myrt. 4.445
Anim. Vacc. ſterc. 5.588
Anguill. exuv. 5.632
Muſtel. ventr. 5.637

Uteri Suffocatio.

Rad. Angelic. 4.359
Fraxinell. 4.416
Gentian. 4.419
Sem. Dauc. 4.408
Fruct. Cardamom. 4.376
Lachr. Aſſa fœtid. 4.508
Reſin. Camphor. 4.512
Ladan. 4.517
Liquid. ambr. 4.518
Myrrh. 4.519
Tacamahac. 4.530
Anim. Eq. lichenes. 5.601
Hom. cutis. 5.602
Pavon. pennæ. 5.631
Formic. acervus. 5.644
Perdic. penn. 5.631
Teſtud. hepar. 5.638
Min. Stannum. 3.258
Sulphur. 3.335
Succinum. 3.343
Aq. Hyſteric. M. M. 2.79
Triſtantis. 2.84
Vit. mulier. 2.85
Balſ. vitæ. 2.90
Decoct. hyſteric. 2.99
Decoct. ſplen. bovis. 2.100
Elect. hyſteric. 2.104
Elixyr hyſteric. 2.107
Vterin. 2.109
Vitæ Quercet. 2.110
Extract. chalyb. 2.124
Hyſteric. ibid.
Matrical. 2.125
Vter. Mynſicht. 2.127
Pil. gummoſ. S. Cloſſ. 2.150
Matric. D. Schœff. 2.151
S. Tartar. 2.154
Tragea hyſter. Querc. 2.160
Balſ. uterin. 2.181
Sal ♁. 3.303
Sal ♃is. 3.260
♁. Diaph. 3.285
Arcan. ♁ii. Baſil. 3.299
Ol. ſulph. ver. Cloſſ. 3.339
Ol. Gagatis. 3.346

Vulneraria.

Fol. Agrim. 4.355
Auric. urſi. 4.366
Bellis. 4.368
Braſſic. 4.372
Calcatripp. 4.374
Conſolid. 4.396
Equiſeti. 4.411
Euphrag. 4.412
Fabar. 4.413
Heder. terreſtr. 4.423
Hyperic. 4.426
Iaceæ. ibid.
Leviſt. 4.433
Loti. 4.435
Millefol. 4.442
Nicot. 4.448
Nummul. 4.450
Pariet. 4.454
Paſtinac. 4.455
Perfol. ibid.
Perſic. ibid.
Pimpinell. 4.458
Plantag. 4.460
Polygon. 4.461
Prunell. 4.463
Pyrol. 4.465
Quinquefol. 4.466
Roſ. ☉. 4.471
Sanguiſorb. 4.476
Sanicul. 4.477
Scolopendr. 4.480
Scordii. 4.481
Symph. 4.489
Tanacet. 4.490
Tarax. 4.491
Verben. 4.498
Veron. ibid.
Vinc. 4.499
Virg. aur. 4.501
Vlmar. 4.502
Flor. Bellid. 4.368
Calcatripp. 4.374
Centaur. min. 4.380
Hyperic. 4.426
Loti. 4.435
Prunell. 4.463
Succiſ. 4.489
Tanacet. 4.490
Veron. 4.498
Virg. aur. 4.501
Rad. Gentian. 4.419
Leviſt. 4.433
Pimpinell. 4.458
Rhapont. 4.468
Rubiæ. 4.472
Symphyt. 4.489
Tarax. 4.491
Torment. 4.495
Sem. Paſtinac. 4.455
Perfoliat. ibid.
Fruct. Pom. mom. 4.442
Oliv. 4.451
Lachr. Aſſa fœtid. 4.508
Sarcocoll. 4.529
Lign. Fraxin. 4.416
Gumm. Elemi. 4.515
Pic. 4.525
Balſ. Tolut. 4.509
Indic. 4.510
Terebinth. 4.526
Reſin. Carann. 4.514
Copal. 4.515
Succ. Aloës. 4.566
Anim. Can. axung. 5.592
Cochleæ. 5.600
Hom. aur. ſordes. 5.602
Vulp. ping. 5.624
Columb. ſang. 5.626
Gall. ov. alb. 5.627
Gall. vitell. ov. præpar. ibid.
Anguill. ping. 5.632
Percæ lapilli. 5.637
Apum mel. 5.639
Cera temperata. 5.641
Aranear. tela. ibid.
Lumbr. terr. 5.645
Min. Creta. 3.192
Ol. Benzoin. 4.511

Vulnera Capitis.

Fol. Betonic. 4.370
Flor. Caprifol. 4.376
Succ. Caprifol. ibid.

Vulnera Cicatricem Inducentia.

Anim. Lep. renes. 5.613

*Aſin. adeps.* 5.588
*Flor. ex Terr. ⊕-li.* 3.350

Vulnera Conſolidanda.

Fol. *Burſ. paſt.* 4.373
*Calcatripp.* 4.374
*Hyperic.* 4.426
*Sanic.* 4.477
Flor. *Hyperic.* 4.426
Anim. *agn. oſſ. inciner.* 5.586
*Cervi ſevum.* 5.598
*Hom. cadav.* 5.602

Vulnera Inveterata.

Fol. *Nicot.* 4.448
*Pimpinell.* 4.458
*Plantag.* 4.460
Rad. *Bardan.* 4.367
*Fumar. bulb.* 4.417
*Pimpinell.* 4.458
Reſin. *Myrrh.* 4.519
*Aq. cauſtic. F.F.* 2.87
*Lapis medicament.* 2.135
*Liquor ad ulcer.* 2.136
*Balſ. ♁ii.* 3.294
*Pulv. Tinct. ♁ii.* 3.298
*Balſ. Tereb.* 4.526

Vulnera Pectoris.

*Potio vulnerar.* 2.155

Vulnera Punctim ac Cæſim Conflicta.

Empl. *Oppodeldoch. Paracelſ.* 2.114
*Balſ. Hiſpan.* 2.181
*Vulnerar.* ibid.
*Flor. Antimon.* 3.289

Vulnera Recentia.

Fol. *Card. bened.* 4.377
*Empl. ſtict. Crollii.* 2.116
*Balſ. vuln. Samar.* 2.182
*Pulv. Tinct. ♁ii.* 3.298

Vulnera Sordida Mundificant.

Fol. *Ariſt. long.* 4.362
*Geran.* 4.420
*Hyperic.* 4.426
Flor. *Hyperic.* ibid.
*Elixyr propr.* 2.109
*Liquor ad ulcera.* 2.136
*Tinct. ♀.* 3.251
*☍ Ebeni.* 4.409

Vulnera Venenata ac Fiſtuloſa.

Min. *Terr. ſigill.* 3.190
*Empl. mundificat.* 2.114
*Ol. hyperic. compoſ.* 2.143
*Ol. hyper. compoſ. Ellenb.* 2.144
*Sal ♃is.* 3.260
*Liquor. ☿ii præcip.* 3.278

Uvulæ Inflamm.

Flor. *Schœnanth.* 4.480
Rad. *Schœnanth.* ibid.
Gumm. *Opop.* 4.525
Anim. *Hom. urin.* 5.602
*Hirundo.* 5.629
Aq. *Ad guttur. aff.* 2.78

Uvulæ Elong.

*Botrys.* 4.371

FINIS.

INDEX

# INDEX RERUM.

*In quo Numerus prior* Librum, *Poſterior* Paginam *denotat.*


*ABies.* 4.347
*Abiga.* 4.382
*Abrotanum.* 4.348
*Fœmina.* 4.402
*Abſynthium.* 4.349
*Marinum.* 4.402
*Ponticum.* 4.350
*Acacia vera.* 4.350
*Germanorum.* 4.351
*Acanthus Arabum.* ibid.
*Vulgaris.* 4.372
*Acanthium.* 4.377
*Acetoſa.* 4.351
*Acetoſella.* 4.352
*Acheta v. Gryllus.*
*Achillea.* 4.442
*Acetum.* 4.505
*Aceta deſtillata.* 4.406
*Acetorum hiſtoria.* 2.68
*Acetum Agreſtinum.* ibid.
*Alexicacum.* ibid.
*Bezoardicum.* 2.69
*Confortans.* ibid.
*Prophylacticum.* ibid.
*Radicatum.* 1.4
*Rutaceum com.* 2.69
*Philoſophicum Querc.* 2.121
*Acipenſer v. Sturio.*
*Accipiter.* 5.625
*Acidum Tartari.* 4.531
*Acini.* 1.2
*Aconitum monococcon* (*ſalutiferum.*) 4.454
*Pardalianches.* 4.409.454
*Salutiferum.* 4.454
*Acorus verus.* 4.352
*Officinarum.* 4.ibid.
*Adulterinus.* ibid.
*Falſa.* ibid.
*Paluſtris.* ibid.
*Acorum legitimum.* ibid.
*Actio variat vires medicamentorum.* 1.2
*Adeps.* 4.353
*Adiantum.* ibid.
*Foliis coriandri.* ibid.
*Aureum.* 4.474
*Candidum, album.* 4.353
*Nigrum.*
*Rubrum v. Trichomanes.*
*Lugdunenſe.* 4.353
*Ægagropila.* 5.594
*Ælnropus.* 4.424
*Æs, id eſt, cuprum.* 3.250
*Ætas creſcentium.* 1.46
*Aëtites.* 3.214
*Aglio Ital. & Ajo. Allium.* 4.356
*Ærugo.* 3.250
*Agallochum.* 4.354
*Agaricus com.* 4.551
*Agens mutat vires.* 1.47
*Ageratum.* 4.357
*Agnus.* 5.586
*Agnus caſtus.* 4.354
*Agreſta v. omphacium.*
*Agretto.* 4.447
*Agrimonia.* 4.355
*Sylveſtris.* 4.360
*Agripalma. Cardiaca.*
*Ajuga.* 4.382
*Alabaſtri.* 1.2
*Alabaſtrites.* 3.215
*Alauda.* 5.625
*Alebras v. ſtaphiſagria.*
*Alcea.* 5.625
*Alcedo.* 5.625
*Alces.* 5.586
*Alchimilla.* 4.355
*Alcohol.* 1.4
*Alexiterium.* 1.42
*Alkaheſt.* 1.4
*Alkali.* ibid.
*Alkanna, id eſt, Ichthyocolla.* 5.636
*Alkekengi.* 4.355
*Alleluja.* 4.352
*Allium.* 4.356
*Alpinum, anguinum montanum vid. Victorialis.*
*Aloë.* 4.566
*Alnus nigra, v. Frangula.*
*Alſine.* 4.356
*Althus. vid. Ammoniacum Gummi.*
*Althæa.* 4.356
*Aluminis hiſtoria.* 3.319
*Alumen ſcajolæ, vid. Lap. ſpecularis.*
*Plumoſum.* 3.215
*Saturni.* 3.307
*Amalgama.* 1.4
*Amalgamatio auri.* 3.232
*Amaracus.* 4.436
*Amaranthus.* 4.357
*Luteus vid. ſtœch. citrina.*
*Ambra gryſea.* 3.341
*Ambubeja.* 4.388
*Amianthus lapis.* 3.215
*Ammi verum, Amios.* 4.357
*Ammioſelinum.* ibid.
*Ammoniacum gummi.* 4.507
*Ammoniaci ſalis hiſtoria.* 3.321
*Amomum.* 4.357
*Amuletum. Vide Periamma.*
*Amygdala.* 4.358
*Anacardium.* ibid.
*Anacollemata.* 2.94
*Anagallis terreſtris.* 4.359. *aquat.*
*Analogia rerum.* 1.10
*Anas.* 5.625
*Anatron.* 2.166
*Anchuſa, Alcibiadion.* 4.372
*Androſaces.* 4.403
*Androſemum minus.* 4.426
*Anethum.* 4.359
*Angelica.* 4.359
*Angelicus pulvis.* 3.272
*Angelica pilula.* 2.154
*Anguilla.* 5.632
*Anguria.* 4.391
*Aniſum.* 4.360
*Animalia integra officinalia.* 2.64
*Anima Gummi.* 4.508
*Anonis.* 4.452
*Anſer.* 5.625
*Anſerina.* 4.360
*Anthemis.* 4.382
*Anthera.* 1.2
*Anthora.* 4.361
*Anthrax.* 3.203
*Antithora.* 4.361
*Antidotus Θεόπεμπτος.* 3.301
*Iſochryſos.* 3.300
*Lyſipyretus.* ibid.
*Panaretos.* 3.292
*Panchreſtos.* 3.300
*Pantagogos.* 3.299
*Polychreſtos.* 3.293
*Soterios.* 3.300
*Zoiphilos.* ibid.
*Antirrhinum.* 4.361
*Antimonii hiſtoria.* 3.280
*Acetum.* 3.292
*Arcanum Baſil.* 3.299
*Balſamus.* 3.294
*Butyrum.* 3.271
*Cerufa.* 3.287
*Diaphoretica.* 3.285
*Flores.* 3.289. & ſeq.
*Flores correcti.* 3.290
*Fixi.* 3.285
*Tartariſati.* ibid.
*Manna ſeu Tinctura.* 3.298
*Magiſterium.* 3.293
*Mercurius.* 3.304
*Oleum.* 3.292


*Ex*

*Ex vitro Baſ.* 3.298
*Præcipitat.* 3.288
*Reguli.* 3.287
*Rubeum præcipit.* 3.288
*Sal.* 3.303
*Spiritus.* 3.294
*Succinum.* 3.267
*Sulph.* 3.296
*Syrupus.* 3.303
*Tincturæ.* 3.297. &c.
*Vinum Hippocratic.* 3.303
*Vitra.* 3.281
*Vitra correcta.* 3.282
*Anthophylli.* 4.379
*Aparine.* 4.410
*Aper.* 5.587
*Apes.* 5.639
*Aphroſelenites.* 3.224
*Apiaſtrum.* 4.439
*Apri radix.* 4.398
*Apium.* 4.361
*Hortenſe Selinum.* 4.457
*Montanum.* ibid.
*Apophlegmatiſmus.* 1.4
*Aqua quadantenus facit ad generationem.* 1.23
*Aquæ nativæ.* 1.54
*Aquæ deſtillatæ.* 2.69. &c.
*Aqua Anhaltina.* 2.72
*Antepileptica.* 5.611
*Antipodagrica.* 2.87
*Aperitiva.* 2.72
*Apoplectica.* 2.73
*Aſthmatica.* ibid.
*Ad atrophiam.* 5.619
*Aurea.* 5.611
*Benedicta.* 3.303
*Bezoardica.* 2.73
*Carbunculi.* 2.74
*Carminativa.* ibid.
*Ad deſiccandos catharros.* ibid.
*Cauſtica.* 2.87. 3.318
*Cephalica aromatica.* 2.75
*Cephalica vel Epileptica.* ibid.
*E cervorum typhis.* 5.598
*Communitatis ophthalmica.* 2.75
*Cordialis Hercul. Saxon. calid.* ibid.
*Frigida.* 2.76
*Cordialis reſtaurans.* ibid.
*Coſmetica.* ibid.
*Coſmetica pretioſa.* ibid.
*Coſmetica. ſ. myrrhata.* ibid.
*Damaſcena odorifera.* 2.77
*Anti-dyſenterica.* ibid.
*Divina.* 5.610
*Diuretica è nucleis.* 2.77
*Diuretica S. Cloſſ.* ibid.
*Epileptica.* 3.294
*Febrifuga.* 2.78
*Fortis.* 3.318
*ad Gutturis affectus.* 2.78
*Antihectica.* ibid.
*Hermetica ex ☿. ▽. cocto.* 3.334
*Hyſterica Croll.* 2.79
*Martini.* ibid.
*Imperialis correcta.* ibid.
*Lavendulæ comp.* ibid.
*Magnanimitatis.* 2.80
*Marcaſitæ.* 3.305
*Martis.* 3.245
*Minerales.* 3.197
*Nephritica.* 2.80
*Ophthalmica.* 4.388
*Pectoralis.* 2.81
*Perlarum.* 2.87
*Philoſophorum.* 2.81
*Picarum compoſita.* ibid.
*Regia.* 3.318
*Salviæ compoſ.* 2.82
*Saphirea ad oculos.* 2.86
*Antiſcorbutica.* 2.82
*Antiſpaſmica.* ibid.
*Stimmi Sulphur.* 3.294
*Ad ſuffuſionem.* 2.86
*Temperata Baſil.* 2.121
*Theriacalis.* 2.83
*Contra Terrorem.* 2.83
*De tribus.* 2.84
*Triſtantis.* ibid.
*Vitæ mulierum.* 2.85
*Vitæ mulier. camphor.* ibid.
*Viridis.* 2.86
*Vitæ Tartariſata.* 2.121
*Virtutum.* 2.85
*Vomitiva Æſculapii.* ibid.
*Plateri.* ibid.
*Aquarius.* 1.17
*Aquila alba.* 3.297
*Cœleſtis.* ibid.
*Aquilegia, aquileja.* 4.362
*Aquipenſer. v. Sturio.*
*Araneus.* 5.641
*Arangia, arantia, arantia mala.* 4.365.
*Arcanum quid.* 1.4
*Arcanum Chamaactes.* 4.555.
*Crollianum.* 3.269
*Duplicatum.* 3.316
*Perlarum.* 3.213
*Arbor fœtida v. Frangula.*
*Arcium.* 4.367
*Ardea.* 5.626
*Argentaria.* 4.360
*Argenti hiſtoria.* 3.240
*Aries ſignum cœleſte.* 1.16
*Aries v. Ovis.*
*Arilli.* 1.2
*Ariſtolochia.* 4.362
*Rotunda.* 4.417
*Armenus lapis.* 3.215
*Armoniacum v. ammoniacum.*
*Armoracia.* 4.363
*Arnabi veterum v. Zedoaria.*
*Aromata officin.* 2.56
*Arnica.* 4.363
*Arnogloſſum, id eſt, Plantago.*
*Arſenici hiſtoria.* 3.333
*Artemiſia.* 4.363
*Tenuifolia, v. Tanacetum.*
*Arthanita.* 4.404
*Arthetica.* 4.382
*Arthriticum Geſneri.* 4.463
*Arum.* 4.363
*Aſa (Aſſa) fœtida.* 4.508
*Dulcis v. Benzoin.*
*Aſarum.* 4.552
*Aſclepias v. Vincetoxicum.*
*Aſchia piſcis v. Thymallus.*
*Aſcyron.* 4.426
*Aſelli.* 5.641
*Aſinus.* 5.588
*Aſphaltos.* 3.346
*Aſphalathus.* 4.469
*Aſparagus.* 4.363
*Aſperula.* 4.410
*Aſplenium, v. Scolopendrum.*
*Aſtacus v. Cancer.*
*Aſter atticus.* 4.411
*Aſtragalus.* 5.619
*Aſtrum ☿ii.*
*Aſtrutium, aſtrantia.* 4.427
*Athanaſia v. Tanacetum.*
*Atriplex.* 4.365
*Atractylis.* 4.377
*Aturtilon, v. Seſeli Cretic.*
*Avellana.* 4.397
*Avena.* 4.365
*Avis medica.* 5.631
*Aurata v. Trutta.*
*Aureum malum.* 4.365
*Auricula muris.* 4.366
*Auripigmentum.* 3.333
*Auri hiſtoria.* 3.228
*Aurum diaphoreticum.* 3.232
*Potabile* 3.234
*Sclopetans.* 3.232
*Spiritualiſatum.* 3.233
*Vitæ.* 3.267
*Axungia Solis.* 3.190
*Lunæ.* ibid.
*Aizoon v. Sedum.*
*Azoth. aZoch.* 3.261


B.


*BAccharis Germaniæ.* 4.368
*Baculi pro fornace.* 2.180
*Fumales.* ibid.
*Pectorales.* 2.179
*Balanus myrepſica.* 4.366
*Balauſtia.* 4.421
*Balſamum (herba)* 4.367
*Balſamina.* 4.442
*Balſamita.* 4.440
*Minor.* 4.354
*Balſami æquivoca.* 1.4
*Balſamorum nativorum ſeries.* 2.64.
*Inunctoriorum ſeries.* 2.180
*Odoriferorum ſeries.* 2.88
*Stillatitiorum ſeries.* 2.90
*Balſamorum corpus.* ibid.
*Balſamus Antiarthriticus.* 2.91
*Apoplecticus.* 2.89
*Balſamina.* 2.90
*Bezoardicus.* 2.89
*Hiſpaniæ.* 2.181
*Hyperici.* ibid.
*Indic. Peruv.* 4.510
*Magicus.* 2.147
*Mirabilis.* 2.181
*Mneme-cephalicus.* 2.92


Nervinus

*Nervinus.* 2. 91
*Anti-Paraliticus.* ibid.
*Anti-Podagricus.*
*Reguli.* 3.299
*Salis gemmæ.* 3. 314
♄*i.* 2. 182
*Æris.* 3. 340
*Terrarum.* 3. 191
*Tolutanus.* 4. 509
♀. 3. 251
*Saponis.* 2. 92
*Simplex.* ibid.
*Verus. Ægyptiacus, de Mecha, Syriac.* 4. 509
*Vitæ.* 3. 90. 3. 297. 340
*Vulnerarius.* 2. 181. &c.
*Uterinus.* ibid.
*Baptiſecula.* 4. 403
*Barba caprina, v. Ulmaria.*
*Barbo.* 5. 633
*Bardana.* 4. 367
*Badypicron ſ. Abrotan.*
*Baſilicum.* 4. 368
*Baſium* ♂ *&* ♀. 3. 247
*Batrachus, v. Rana aquatica.*
*Batrachites.* 5. 590
*Bdellium.* 4. 510
*Becabunga.* 4. 359
*Becchium. v. Tuſſilago.*
*Behen album.* 4. 368
*Rubrum.* ibid.
*Belemnites lapis. v. lyncis lap.*
*Belleregi, v. Myrobalani.*
*Bellis.* 4. 368
*Bellon.* 4. 413
*Behen album & rubrum.*
*Ben-Parvum.* 4. 366
*Beneran. v. Verbena.*
*BenZoin, Belzoinum, Benivinum.* 4. 511.
*Berberis.* 4. 369
*Berula.* 4. 359
*Beſtia magna* 5. 586
*Beta.* 4. 369
*Betonica.* 4. 370
*Altilis coronaria.* 4. 378
*Betula.* 4. 370
*Lap. Bezoar Occidentalis.* 5. 595
*Orientalis* 5. 594
*Bezoardicum.* 1. 42
*Bezoardicum animale.* 5. 618
*Bezoardica mineralia ſimplicia & compoſita.* 3. 273. &c.
*Bibinella, Bimpinella.* 4. 458
*Bicornis v. Scarabæus.*
*Biolychnium.* 5. 605
*Biondella.*
*Biſmalva.* 4. 356
*Biſmuthum.* 3. 305
*Biſtorta.* 4. 370
*Bitumen.* 3. 346
*Blaptiſecula.* 4. 403
*Blatta Bizantia.* 5. 633
*Bolus terra ejuſque hiſtoria.* 3. 192
*Boli (medicamenta.)* 2. 92
*Bolandes, v. Myrrha.*
*Bombex.* 4. 371
*Bombyx.* 5. 642
*Boona.* 4. 413
*Borrax (Sal.)* 2. 167
*Borax, v. Bufonites.* 4. 590
*Borrago.* 4. 371
*Bos.* 5. 588
*Botritis.* 3. 306
*Botrys.* 4. 371
*Branca leonis.* 4. 355
*Branca Urſina.* 4. 372
*Braſſica.* ibid.
*Braſſica marina, v. Soldanella.*
*Bruchus.* 5. 643
*Brunella.* 4. 463
*Bruſcus, um.* 4. 473
*Bryonia.* 4. 553
*Indica.* 4. 559
*Bubalus.* 5. 590
*Buccinum, id eſt, Purpura.*
*Bufo.* 5. 590
*Bufonites lapis.* ibid.
*Bugloſſa.* 4. 372
*Urbana.* ibid.
*Bugula.* 4. 396
*Bunias.* 4. 446
*Burſa paſtoris.* 4. 373
*Butyrum Antimonii.* 3. 271
*Butyrum viride v. Ung. viride.*
*Buxus.* 4. 373

C.

*Cachymia.* 3. 305
*Cadmia.* 3. 306
*Cæcula, cæcilia.*
*Cafur v. camphora.*
*Calaminaris lapis.* 3. 217
*Calendula.* 4. 375
*Calafur.* 4. 379
*Calamintha.* 4. 374
*Calamitis.* 3. 306
*Calamus aromaticus.* 4. 374
*Calcatrippa.* ibid.
*Chalcithis.* 3. 304
*Calces & calcinationes quomodo?* 2. 93.
*Calculus humanus.* 5. 605
*Calix.* 1. 2
*Calor.* 1. 12
*Caloris gradus.* 1. 28
*Caltha.* 4. 375
*Calx viva.* 3. 216
*Cammarus v. cancer.*
*Camphora.* 4. 512
*Camphoræ ol. talcatum.* 3. 226
*Canapus.* 4. 375
*Cancamum.* 4. 514
*Cancer ſignum cœleſte.* 1. 17
*Cancri herba.* 4. 424
*Cancer animal.* 5. 633
*Candelæ fumales.* 2. 180
*Candela regis. v. Verbaſcum.*
*Canicularis herba.* 4. 425
*Canis.* 5. 592
*Canna fiſtula v. caſſia.*
*Cannabis.* 4. 375
*Cannabina aquatica.* 4. 412
*Cantharis noctiluca.* 5. 643
*Cantharides.* 5. 642
*Cantharis v. Scarabæus.* 5. 592
*Caper, capra.*
*Alpina.* 5. 593
*Capillamenta.* 1. 2
*Capillus* ♀. 4. 353
*Capreoli.* 1. 2
*Capreolus animal.* 5. 596
*Capricerva.* 5. 595
*Capricornus ſign. cœleſt.* 1. 17
*Caprifolium.* 4. 376
*Capnos.* 4. 417
*Capnites.* 3. 306
*Capparis.* 4. 375
*Capſicum.*
*Caput monachi. v. Taraxacum.*
*Caput mortuum.* 1. 4
*Carabe.* 3. 343
*Caranna.* 4. 514
*Carbo Petræ.* 3. 346
*Carbon. humanum.* 5. 604
*Carbunc. hiſtoria vel rubini.* 3. 203
*Cardamomum.* 4. 376
*Cardel. v. Sinapi.*
*Cardiaca.* 4. 377
*Cardopatium.* 4. 378
*Carduus benedictus.* 4. 377
*Fullonum.* 4. 408
*Lacteus, Leucographus, Dod.* 4. 377.
*Mariæ, Marianus.* ibid.
*Veneris.* 4. 408
*Panis ſeu pacis.* 4. 378
*Carlina.* ibid.
*Carneolus.* 3. 204
*Carnoſarum partium offic. ſeries.* 2. 65.
*Caro.* 1. 2
*Caros.* 4. 378
*Caryota.* 4. 452
*Caritides.* ibid.
*Carpeſium.*
*(Valeriana.)*
*Carpio, carpus, carpa.* 5. 634
*Carpobalſamum.* 4. 367
*Carthamus.* 4. 553
*Carub. carnub. v. Siliqua.*
*Carum, carvi, careum.* 4. 378
*Caryophyllata.* 4. 379
*Caryophylli aromatici.* ibid.
*Caryophyllus hortenſis.* 4. 378
*Caſſamum verum Cord.* 4. 367
*Caſſiæ folium.* 4. 436
*Caſſia arom. v. cinam.*
*Caſſia fiſtula nigra.* 4. 553
*Caſſytha, caſſutha.* 4. 403
*Caſtanea.* 4. 380
*Caſtor, caſtorium.* 5. 596
*Caſtrangula.* 4. 482
*Cataplaſmatum hiſtoria.* 2. 93
*Cataplaſma contra cruorem.* 2. 94
*Antifebrile.* ibid.
*Laxativum.* ibid.
*De nido hirundinis.* ibid.
*Reſolutivum.* ibid.
*Rubificans.* ibid.
*Veſicatorium.* 2. 95
*Catapotia.* 1. 5
*Catapucia minor.* 4. 554

Major v. Riccinus.
Catechu. 3.193
Cattaria. 4.447
Catus. 5.597
Catus Zibethinus. ibid.
Caulis. 4.372
Cauterium. 2.134
Cementatio auri. 3.231
Centaurium minus. 4.380
Majus. 4.468
Centum capita. 4.411
Centum morbia. 4.450
Centumnodia. 4.461
Cepa. 4.380
Cera. 5.641
Ceraſa. 4.381
Cerata, cerota. 2.110
Cerata, ceratonia v. Siliqua.
Ceratites v. Unicornu foſſile.
Cerebrum. 5.611
Cerefolium. 4.381
Cerimen. 5.602
Ceruſa. 3.254
♄ialis. 3.287
Cervus, cerva. 5.598
Cervi ſpina v. Spina infectoria.
Cervus volans v. Scarabæus.
Ceterach v. Scolopendrium.
Cetus, Cete. 5.634
Carophyllum. 4.381
Chamomilla, camomilla. 4.382
Chalcitis. 3.305
Chalta alpina. 4.363
Chalybis præparatio. 3.244
Chamaciſſus. 4.378
Chamæcypariſſus. 4.402
Chamædris. 4.382
Aſſurgens, v. Teucrium.
Chamæpitys. 4.382
Chamæleon. 4.378
Chamælea. 4.560
Chelidonium majus. 4.384
Minus. ibid.
Chelonites lap. 5.590
Chelapa v. Ialapa.
Chermes. 4.384
Cheiri. 4.385
China, chinna. ibid.
Chryſanthemum. 4.363
Chryſolithos. 3.201
Cicada. 5.643
Cicendula. 5.643
Cicer. 4.387
Ciconia. 5.626
Cichorium, cichorea. 4.388
Cicuta, cicutaria. ibid.
Cimex. 5.643
Cinamomum. 4.389
Cinis clavellatus. 4.550
Cinnabaris hiſtoria. 3.279
Officinarum. 3.270
♄ii. 3.291
Circæa. 4.356
Cirſium Italicum. 4.372
Citrago. 4.439
Citrus. 4.390
Citrullus. 4.391
Claretum. 1.5
Claretum ♄ale laxativum. 2.132
Clematis Indica. 4.395
Daphnoides v. Vinca.
Climia, chlimia. 3.306
Clyſſus. 3.294.
Clyſterum hiſtoria. 2.95
Cnicus. 5.554
Coagulorum hiſtor. 2.68
Cobaltum. 3.304
Coccum gnidium. 4.560
Coccum infectorium. 4.384
Cochlea. 5.600
Cochlearia. 4.392
Colligendorum nativorum modus. 1.39.
Colchicum alb. v. Hermodactylus.
Collymus lap. 3.214
Collyria. 1.7. 2.5
Collyrium Bruni. 2.86
Viride. 2.ibid.
Colocynthis. 4.554
Colophonia. 4.514
Colorum differentia. 1.46
Colubrina. 4.370
Columba. 5.626
Coma aurea v. Stœchas citr.
Concentus Hipocratis.
Condit. hiſtor. 2.95
Concha. 5.634
Conchylium differt à Purpura. 5.633.
Confectionum hiſtor. 2.96
Confectio moſchardina. 2.97
Conſolida major v. ſymphytum.
Media. 4.396
Minor, minima. 4.463
Regalis. 4.374
Rubra v. Tormentilla.
Saracenica v. Virga aurea.
Conſerva. 1.8. earum hiſtor. 2.97
Contrayerva. 4.395
Copal. 4.515
Corallina. 4.396
Coralliorum hiſtoria. 3.205
Solutio. 3.207
Coriandrum. 4.396
Corneolus v. carneolus.
Cornix, corvus. 5.627
Cornus. 4.397
Cornuum officinalium ſeries. 2.65.
Corona terræ. 4.423
Corpus principium Eſſentiale. 1.10
Corylus. 4.397
Corticum officinal. ſeries. 2.37
Coſtus amarus dulcis comagenius. 4.399.
Hortorum. 4.440
Minor. 4.354
Niger. 4.359
Coton. 4.371
Coturnix. 5.627
Coryledon. 4.413
Cranii hiſtoria. 5.610
Calcinat. } ibidem.
Extractum } ibidem.
Magiſter. } ibidem.
Sal. } ibidem.
Craſſula. 4.413
Creatio quid. 1.8
Cremor cryſtalli. 3.218.224
Saturni. 3.257
Silicis. 3.224
Talci. 3.226
Crepitus Lupi.
Creſpinus.
Creſſo. 4.446
Creta. 3.192
Crocus. 4.400
Crocus Indicus dicitur curcuma. 4.402.
♂. 3.224. &c.
Metallorum. 3.284
♀. 3.250
S. Crucis herba. 4.448
Cruſtaceorum offic. ſeries. 2.65
Cryſtallum minerale ſaccharatum. 3.316.
Cryſtalli lapid. hiſtoria. 3.217
Cryſtalli ex aceto. 4.507
Cryſtalli purgantes.
Cubeba. 4.401
Cucumis, er. ibid.
Aſininus, agreſtis, v. Elaterium.
Cuculus. 5.627
Cucupha. 2.164
Cucurbita. 4.401
Cuminum. 4.402
Nigrum. 4.449
Pratenſe. 4.402
Æthiopicum. 4.357
Cuniculus. 5.600
Cunila bubula Plinii. 4.452
Cupreſſus (arbor.) 4.402
Cupreſſus (herba.) ibid.
Cupri hiſtoria. 3.250
Curcuma. 4.402
Cuſcuta. 4.403
Cyanus. ibid.
Cyclamen, cyclaminus. 4.404
Cydonea malus. 4.ibid.
Cygnus. 5.630
Cyma. 1.2
Cyminum. 4.402
Cynogloſſum. 4.407
Cynorrhodos, cynoſbatos. 4.ibid.
Cypariſſus. 4.402
Cyperus. 4.408
Babylonic. ibid.
Indicus. ibid.
Cyprinus v. carpio.
Cyſteolithos v. Lap. ſpongiæ.
Cytinus. 4.421


D.


DActyliſcum. 4.452
Dactyli. ibid.
Indici v. Tamarindi.
Dact. Idæus v. Lapis lyncis.
Damaſonium. 4.363
Daphnoides v. mezereum.
Darſenum.
Daucus, Daucum, Daucism. 4.408.
Creticus. 4.441


Cretenſis

*Cretenſis verus.* 4.408
*Officin. vulgaris.* 4.455
*Decoctorum hiſtoria.* 2.98
*Decoctum alterans.* 2.99
*Decoctum Antimoniale.* ibid.
*Decoctum Epaticum Epatis vituli.* ibid.
*Hyſtericum, majale, purgans.* 2.99.100.
*Laxativum.* 2.100
*Splenis bovis.* ibid.
*Dei Virtus.*
*Delphinium.* 4.374
*Dens Caballinus.*
*Dens Leonis v. Taraxac.*
*Dentalium.* 5.635
*Dentifricia.* 2.130
*Diaclyſmata.* ibid.
*Diaclyſma ad gingivas.* ibid.
*Ad faucium inflammationem.*
*Apophlegmatizans odontalgicum.* ibid.
*Refrigerans.* ibid.
*Diagrydium, Diacrydium.* 4.571
*Diamarenatum.* 4.381
*Diapenſia v. Sanicula.*
*Diaphoreticum in peracutis.* 2.84
*Dictamnus alb.* 4.416
*Creticus.* 4.408
*Diphryges.* 3.307
*Dipſacus.* 4.408
*Herb. Doria v. Conſol. Sarracenica.*
*Doronicum.* 4.409
*Auſtriacum.* ibid.
*Doſes medicamentorum.* 1.44
*Draco mitigatus, id eſt,* ☿ *dulcis.* 3.269.
*Sylveſtris.* 4.464
*Dracunculus major.* 4.370
*Drakena.* 4.395
*Pratenſ.*
*Dropaces.* 2.110
*Dryopetis.* 5.616
*Dudaim.* 4.437

E.

*Ebenus.* 4.409
*Ebulus.* ibid. 4.555
*Ebur v. Elephas.*
*Ebur foſſile v. Unicornu foſſile.*
*Echinus.* 1.2
*Echinus animal. v. Erinaceus.*
*Echium.* 4.372
*Eclegmatum hiſtor.* 2.100
*Elaphoboſcum.* 4.455
*Elaphoſelinum.* 4.457
*Elaterium.* 4.568
*Elatine.* 4.378
*Eleagnon.* 4.354
*Electuariorum hiſtor.* 2.101
*Electuarium Pſeudo-acori.* 2.102
*Alexipharmacum.* ibid.
*de Ciconia.* ibid.
*de Allio.* 2.103
*Antimonial.* 2.106
*Diaſarum.* ibid.
*Camphoratum.* 2.103
*Chalybeatum.* ibid.
*Corroborans.* ibid.
*Cordiale.* 2.104
*De Croco.* ibid.
*Diaphoreticum.* ibid.
*Hyſtericum.* ibid.
*Nucum.* 2.105
*Orvietanum.* 2.104
*Contra Phthiſin.* 2.105
*Regum.* ibid.
*Podagricum.* ibid.
*Scorbuticum.* ibid.
*Purgans.*
*de Tamarindis.* 2.106
*Elemi v. Gummi.* 4.515
*Elenium v. Enula.*
*Eleoſaccharum.* 1.5
*Eleoſelinum.* 4.361
*Elephas, Elephantis.* 5.601
*Elixyrium hiſtor.* 2.107
*Elix. alliatum.* ibid.
*Antepilept.* ibid.
*Camphora.* ibid.
*Citri.* ibid.
*Cryſtalli.* 3.218
*Epilepticum.* 2.107
*Juniper.* 4.430
*Lazuli.* 3.221
*Ludi.*
*Mumiæ.* 5.609
*Nephriticale.* 2.108
*Peſtilentium.* ibid.
*Proprietat.* 2.109
*Syncopticum.* ibid.
*Uterinum.* ibid.
*Vitæ Querc. majus.* 2.110
*Minus.* ibid.
*Elleborus alb. & niger.* 4.555.557
*Elminthes v. Lumbric. terreſtr.*
*Embrocha.* 1.5
*Emmenagogum.* 1.42
*Empetrum.* 4.474
*Emplaſtrorum hiſtor.* 2.110
*Antipodagricum.* 3.222
*Arthriticum.* 2.111
*Cephalicum.* 2.112
*Diaphoretic.* ibid.
*Febrifugum.* ibid.
*ad Fontinellas.* 2.113
*Gummatum.* ibid.
*ad Herniam.* ibid.
*Magneticum.* ibid.
*Mundificativum.* 2.114
*Oppodeldoch.* ibid.
*Saturninum.* 2.115
*ad Scyrrhos.* ibid.
*Splenetic.* 2. ibid.
*Stićticum.* 2.116
*Diaſulphur.* 2. ibid.
*Stomachicum de Tacamah.* ibid.
*ad Tophos & gum.* ♀*a.* ibid.
*Veſicatorium.* ibid.
*Emulſionum hiſtor.* 2.117
*Emulſio nephrocatharctica.* 2. ibid.
*Ad acrimoniam.* ibid.
*Expulſiva.* ibid.
*Refrigerans.* ibid.
*Endivia.* 4.410
*Entalium v. Dentalium.*
*Enula.* 4.423
*Epatica, alba, aurea, nobilis.* 4.410.
*Stellata, ſtellaria.* ibid.
*Ephemerum.*
*Epithematum hiſtor.* 2.118
*Epithema Cordiale.* ibid.
*Epaticum.* ibid.
*Febrile.* ibid.
*Epithymum.* 4.557
*Equus, Equa.* 5.601
*Equicervus.* 5.586
*Equiſetum, cauda equina.* 4.411
*Erinaceus.* 5.602
*Errhina.* 2.118
*Eruca (herba.)* 4.411
*Eruca (animal.)* 5.643
*Erygerum.* 4.484
*Eryngium.* 4.411
*Eryſimum.* 4.412
*Eſula.* 4.558
*Eſſentia.* 1.6
*Eſſentia ſ. Elix. Cryſtalli.* 3.218
*Corallorum.* 3.208
*Gemmarum.* 3.200
*L. Lazuli.* 3.221
*Perlarum.* 3.215
*Saphiri.* 3.404
*Sulphuris.* 3.340
*Theriacæ.* 2.126
*Euphragia, Euphragiaſia.* 4.412
*Eupatorium.* ibid.
*Euphorbium.* 4.568
*Exoſſis (piſcis.)* 5.636
*Experientia indicat vires med.*
*Extractorum hiſtor.* 2.119
*Extracta Aromatum.* 2.123
*Carnis.* ibid.
*Cornuum.* ibid.
*Fellis.* ibid.
*Florum.* 2.122
*Fructuum.* ibid.
*Gemmarum.* 3.200
*Gummatum.* 2.123
*Herbarum.* 2.122
*Lignorum & Cortic.* 2.123
*Oſſium.* 2.123
*Radicum.* ibid.
*Reſinarum.* ibid.
*Stercorum.* ibid.
*Hinc*
*Agallochi.* 4.353
*Benedictum.* 2.128
*Bezoarticum Querc.* 2.124
*Catholica.* 2.128
*Chalybeatum.* 2.124
*Eſula.* 4.558
*Fellis humani.* 5.611
*Hyſtericum.* 2.124
*Marcaſita.* 3.306
*Mechoac.* 4.560
*Naſale.* 2.118
*Opii.* 4.522
*Panchymagoga.* 2.128.129
*Peſtilentiale.* 2.125

*Pulmonum.* 2. 125
*Purgantia.* 2. 127
*Satyrii.* 2. 126
*Theriacæ.* 2. 126
*Viſcoſa.* 2. 123
*Vterinum.* 2. 127

F.

*Faba.* 4. 413
*Faba inverſa, Fabaria.* ibid.
*Suilla.* 4. 425
*Facultates ad creſcendum requiſitæ.*
*Farfara, Farfarella, vid. Tuſſilago.*
*Farina.* 2. 129
*Farrago.* 4. 483
*Febrifuga.* 4. 380
*Antifebrile Crollii.*
*Fecularum hiſtor.* 2. 129
*Felis.* 5. 597
*Fel terræ.* 4. 380
*Fella officinalia.* 2. 66
*Ferri hiſtor.* 3. 243
*Fiber.* 5. 596
*Fibræ.* 1. 2
*Ficaria ferraria.* 4. 384. 482
*Ficedula.* 5. 627
*Ficus.* 4. 413
*Figura rei quid?*
*Filipendula.* 4. 414
*Filix.* ibid.
*Filicula capillaris, v. Trichomanes.*
*Fiſtici.* 4. 460
*Flos amoris.* 4. 357
*Frumenti.* 4. 403
*Regius.* 4. 374
*Trinitatis, v. Iacea.*
*Flores Chymicorum.* 2. 130
*Officinales.* 2. 57
*Flores Benzoin.* 4. 511
*Corallorum.* 3. 211
*Perlarum.* 3. 214
*Iovis.* 3. 260
*Martis.* 3. 247
*♄ii.* 3. 289
*Salis.* 3. 312
*Solis.* 3. 239
*Sulphuris.* 3. 336
*Veneris.* 3. 253
*Fœniculum.* 4. 415
*Porcinum.* 4. 457
*Fœnugræcum.* 4. 415
*Fœnum Chamælorum, v. Schænanthum.*
*Folia ſeu herbæ officinal.* 1. 58
*Folium Indum, v. Malabathr.*
*Folliculus.* 1. 2
*Formæ principium extinguitur morte violenta, non perit.*
*Formica.* 5. 644
*Formulæ medicamentorum.* 1. 44
*Fornacum hiſtor.* 1. 30
*Fraga.* 4. 415
*Fragaria.* ibid.
*Fragula.* ibid.
*Frangula.* 4. 558
*Fraxinella.* 4. 416
*Fraxinus.* ibid.
*Fructus officinales.* 2. 60
*Frutex.* 1. 2
*Fuga Dæmonum.* 4. 426
*Fuligo.* 4. 515
*Fumaria.* 4. 416
*Fumaria bulboſa.* 4. 417
*Minor.* 4. ibid.
*Fumus terræ.* 4. 416
*Fungi officinales.* 2. 417

G.

*Gagates.* 3. 346
*Galanga.* 4. 418
*Galaza in ovorum albumine.* 5. 628.
*Galbanum.* 4. 516
*Galega.* 4. 418
*Galeopſis.* 4. 504
*Galerita.* 5. 625
*Gallium.* 4. 419
*Gallitricum.* 4. 425
*Gallus, gallina.* 5. 628
*Galiopſis, v. urtica mortua.*
*Galreda.* 1. 6
*Gattaria herba.* 4. 447
*Gargariſmorum hiſtor.* 2. 130
*Gelſeminum.* 4. 427
*Gemmarum hiſtor. & præp. videlicet Sal. Magiſt. Liquor. & Tinct.* 3. 200. 201
*Gemini.* 1. 17
*Generatio quid.* 1. 8
*Generatio analogica.* 1. 10
*Geniculum.* 1. 2
*Geniſta.* 4. 419
*Gentarum ſ. ſuccin.*
*Gentiana.* 4. 419
*Geranium.* ibid.
*Ghitta Iemou.* 4. 569
*Gialappa, v. Ialapa.*
*Gigiber, v. Zingiber.*
*Gilla.* 1. 6
*Gingydium.* 4. 381
*Id eſt, charefolium.*
*Glacies Mariæ.* 3. 224
*Gladiolus cæruleus.* 4. 428
*Luteus.* 4. 352
*Glycyrrhiza.* 4. 420
*Glans Vnguentaria.* 4. 366
*Gobius.* 5. 637
*Goſſypium.* 4. 371
*Gramen.* 4. 421
*Gramen Mannæ.* ibid.
*Granatus (lapis.)* 3. 201
*Granata malus.* 4. 421
*Granches.*
*Granum & coccus baphica. Gr. Tinct.* 4. 384
*Granum Ben.* 4. 366
*Regium, v. Cataputia.*
*Grana Paradyſi, v. Cardamomum.*
*Tiglia, Tilli, v. Ricinus Amer.*
*Gratia Dei.* 4. 558
*Gratiola.* ibid.
*Groſſula.* 4. 504
*Groſſularia.* 4. 469
*Grus.* 5. 629
*Gryllus.* 5. 644
*Guajacum, guajacan.* 4. 422
*Gummi reſinæ officinales.* 2. 64
*Gummata officinalia.* ibid.
*Gutta gramandra, vid. ghitta Iemou.*
*Gummi, gotta, de Peru, v. ghitta Iemou.*
*Gummi Ammoniacum.* 4. 507
*Animæ.* 4. 508
*Arabic.* ibid.
*Ioviale.* 3. 259

H.

*HÆmatites lapis.* 3. 219
*Hamatites. Vide Scolopendr.*
*Hager, Hagiar lapis.* 3. 216
*Halcyon, v. Alcedo.*
*Halec.* 5. 636
*Halicacabum, v. Alkekengi.*
*Handel, Handhal vid. Colocynthis.*
*Harengus.* 5. 636
*Haſce. v. Thymus.*
*Hedera arborea.* 4. 423
*Terreſtris.* ibid.
*Helenium.* ibid.
*Helenium Comagen.* 4. 399
*Helleborus, v. Ellebor.*
*Helleboraſtrum, v. Elleb. niger.*
*Helleborine, v. ibidem.*
*Helxine.* 4. 454
*Hepatica ſaxatilis.* 4. 433
*Hepaticum trifolium.* 4. 410
*Vide & Epaticam.*
*Heptaphyllon, v. Tormentilla.*
*Heraclea. v. Sideritis.*
*Herbæ officinales.* 2. 58
*Herba benedicta.*
*Cancri.* 4. 424
*Canicularis.* 4. 425
*S. Crucis.* 4. 448
*Equinalis.* 4. 411
*Iulia.* 4. 357
*Kunigundis.* 4. 412
*Muralis.* 4. 454
*Paralyſis.* 4. 463
*Paris.* 4. 454
*Pedicularis, v. Staphiſagria.*
*Perforata.* 4. 426
*Regia.*
*Ruberti.* 4. 426
*Trinitatis, v. Iacea.*
*Turca Lob.* 4. 424
*Venerea Italis.*
*Hercules Bovii.* 3. 266
*Hermeticè claudere.* 1. 25
*Hermodactylus.* 4. 559
*Herniaria.* 4. 424
*Hieracium.* 4. 388. 491
*Hin.*
*Hinnulus, v. Cervus.*
*Hippacen.* 5. 601
*Hippolithus.* ibid.
*Hippoſelinum.* 4. 433


*Hippuris.*

*Hippuris.* 4.411
*Hircus, v. Capra.*
*Hirudo.* 5.644
*Hirundo.* 5.629
*Hirundinaria.* 4.384. 450. 500
*Hiſpidula.* 4.424
*Hœdus.* 5.593
*Homo.* 5.602
*Hordeum.* 4.424
*Horminum.* 4.425
*Sylveſtr.* ibid.
*Hyacinthus.* 3.202
*Hydrargyros.* 3.261
*Hydroleum.* 1.6
*Hydromel.* 5.640
*Hydropiper.* 4.456
*Hyoſciamus.* 4.425
*Peruvianus.* 4.448
*Hypericum.* 4.426
*Hypociſtis.* 4.516
*Hypoſpartium.*
*Hyſſopus.* 4.426
*Agreſtis, v. Thymbra.*
*Huſo (piſcis.)* 5.636

I.

*Iabora.* 4.437
*Iacea.* 4.426
*Nigra.* 4.489
*Ialapa, pium.* 4.559
*Iaſpis.* 3.202
*Ibiſcus.*
*Ichthyocolla.* 5.636
*Ignis ſ. vitæ Principium eſſentiale.* 1.11.
*Ilex coccifera.* 4.384
*Imperatoria.* 4.427
*Iaſminum, Ieſiminum, Ioſminum.* ibid.
*Illecebra.* 4.498
*Influentiæ ſtellarum.* 1.14. &c.
*Infuſionum hiſtoria.* 2.131
*Infuſio cholephlegmagoga.* 2.132
*Inguinalis.* 4.411
*Injectiones penis.* 2.95
*Inſtrumenta pharmacopœtica.* 1.28
*Intybus.* 4.388
*Sativa.* 4.410
*Agreſt.* 4.388
*Iovis barba, v. Sedum.*
*Iringus.* 4.411
*Irio.* 4.412
*Iris (gemma.)*
*Iris cærulea Germ.* 4.428
*Illyrica, Florent.* ibid.
*Paluſtris.* 4.352
*Iſchæmon.*
*Iſopus humida.* 5.616
*Iva arthetica.* 4.382
*Iuba.* 1.2
*Iuglans.* 4.428
*Iujubæ.* 4.429
*Iuleborum hiſtor.* 2.133
*Iul. Gemmatus.* 2.174
*Iulus.* 1.2
*Iuncus odoratus, vid. Schœnanthum.*
*Iuniperus.* 4.429
*Iupiter planeta.* 1.15
*Iupiter, id eſt, Stannum.* 3.258
*Diaphoreticus.* 3.259
*Iuſquiamus.* 4.425

K.

*Ermes.* 4.384
*Keyri.* 4.385
*Kici, v. Ricinus.*
*Herb. S. Kunigundis.* 4.412

L.

*Abdanum, v. Ladanum.*
*Labrum Veneris.* 4.408
*Lac ejuſque ſerum.* 2.66
*Lac amygdalarum.* 2.117
*Saturni.* 3.254
*Sulphuris.* 3.337
*Virginis.* 2.87
*Lacca.* 4.517
*Lacertus.* 5.644
*Lacryma.* 1.2
*Lactuca.* 4.430
*Ladanum.* 4.517
*Lagea Lupi.* 4.364
*Lagopus.* 4.431
*Lamium labeo, vid. urtica mortua.*
*Lampatan. china.* 4.385
*Lampyris alata.* 5.643
*Lanaria, v. Verbaſcum.*
*Lanugo.* 1.3
*Lanugo perlata.* 3.269
*Lapathum.* 4.431
*Hortenſe, v. Spinachia.*
*Lapides nativi.* 2.54
*Lapides officinales.* 2.198
*Minus pretioſi.* 3.214
*Lapides medicamentales præparati.* 2.133
*Lapis corroſivus.* 2.134
*Salutis.* 2.135
*Magnes arſenicalis.* 2.134
*Mirabilis.* 2.135
*Lapidum hiſtor.* 3.198
*Lapis aquilæ.* 3.214
*Armenus.* 3.215
*Bufonis.* 5.590
*Butleri.*
*Cæruleus, Cyanos, id eſt, L. Laz.*
*Calaminaris.* 3.217
*Calcarius.* 3.216
*Cappadox.* 3.225
*Foſſilis, id eſt, Specularis.*
*Fulminaris.* 3.219
*Heracleus, Herculeus, v. Magnes.*
*Ignis Baſil.*
*Iudaicus.* 3.220
*Lazuli.* 3.221
*Lipis.* 3.221
*Lyncis.* 3.222
*Gloſſopetra.* 3.219
*Lyncurius Veterum.* ibid.
*Medicamentoſ.* 2.135
*Melachites ſeu Pavonius.* 3.223.
*Nephriticus.* 3.202
*Oſſifragus.* 3.223
*Phoſphorus, ſ. Luciferus.* ibid.
*Porcinus.* 5.619
*Praſinus, id eſt, Smaragd.* 3.204.
*Prunellæ.* 3.315
*Rubeus.* 2.135
*Sabuloſus, id eſt, Oſſifragus.*
*Specularis.* 3.224
*Spongiæ.* 3.225
*Stellaris ſ. Aſtroites.* ibid.
*Syriacus v. Iudaicus.*
*Vegetabilis.* 2.133
*Lappa.* 4.367
*Larix.* 4.431
*Laſer medicum v. Aſſa fœtida.*
*Laſerpitium Germanicum.* 4.433
*Lathyris v. Cataputia.*
*Lavendula v. Spica.*
*Laudanum facile.* 2.104
*☿ale.* 3.270
*Opiatum v. in opio.*
*Laver.* 4.446
*Odoratum.* ibid.
*Laurus.* 4.432
*Laureola v. Mezereum.*
*Laxativum minerale.* 3.272
*Ledum v. Laudanum.*
*Lens.* 4.432
*Lens paluſtris, lenticula.* ibid.
*Lentiſcus.* ibid.
*Leo ſignum cœleſte.* 1.17
*Leontopodium ſ. Alchimilla.*
*Leo viridis.* 3.239
*Lepus.* 5.613
*Leucanthemum.* 4.382
*Leviſticum.* 4.433
*Libanotis.* 4.472
*Libra ſignum cœleſte.* 1.17
*Libyſticum.* 4.433
*Lichen.* ibid.
*Lichen petræus, ſaxatilis.* ibid.
*Lichenes equorum.* 5.601
*Lienaria, v. Urtica mortua.*
*Ligna officinalia.* 2.60
*Lignum aloës.* 4.353
*Colubrinum ſerpentarium.* 4.395.
*Crucis.* 4.466
*Guajacum, Sanctum.* 4.422
*Indum.* ibid.
*Nephriticum.* 4.447
*Santalum.* 4.477
*Liguſticum.* 4.433
*Liguſtrum.* ibid.
*Lilium.* 4.434
*Convallium.* ibid.
*Paracelſi.*
*Inter Spinas.* 4.376
*Limax v. Cochlea.*
*Limenſium centauroides v. Gratiola.*
*Limonia mala.* 4.435
*Limonium v. pyrola.*
*Linaria.* 4.435

Linctus. 2. 100
Lingua canina. 4. 407
Cervina v. Scolopendrium.
Serpentina. 3. 219
Linimentorum hiſtor. 2. 180
Linimentum de amiantho. 2. 182
Saturni. 2. ibid.
Dentifricium. 2. ibid.
Errhinum. ibid.
Lini Podagra : Cuſcuta. 4. 403
Linum. 4. 435
Liquidambra. 4. 518
Liquiritia. 4. 420
Liquores. 2. 135
Lithontripticus. 2. 136
Ad Vlcera. ibid.
Lithargyrium. 3. 307
Lithoſpermum. 4. 441
Lohoch. 2. 100
Lohoch de Caſſia pro clyſt. 2. 101
Lohoch paſſulatum. ibid.
Ad tuſſim contumacem puerulorum. 4. 357
Loculamenta. 1. 3
Locuſta. 5. 645
Locus aſſervandorum medicamentorum. 1. 40
Generandorum medic. 1. 22
Pharmacopœticus. 1. 31
Locus variat vires.
Lotus urbana. 4. 438
Hortenſis. 4. 435
Lozongæ. 1. 6
Lucanus, v. Scarabæus.
Lucius. 5. 636
Ludus, id eſt, calculus humanus. 5. 605.
Ludi oleum. 5. 604
Lujula. 4. 352
Lumbrici terreſt. 5. 645
Inteſtinorum. 5. 606
Lumen Naturæ. 1. 10
Luna, id eſt, argentum.
Luna planeta. 1. 15
Luna potabilis. 3. 241
Lupinus. 4. 413
Lupus chymicis eſt ♁. 3. 280
Lupus animal. 5. 613
Lupus piſcis, v. lucius.
Lupulus. 4. 436
Lutare. 1. 26
Luteum. 4. 419
Lux Eſſentialis.
Lybiſticum. 4. 433
Lychnis. 4. 403
Lycium. 4. 518
Lycopodium. 4. 445
Lynx. 5. 614

M.

Macra perlarum. 5. 637
Macrocoſmi nutritio. 1. 11
Macer Veterum. 4. 443
Magiſteriorum hiſtor. 2. 136
Magiſterium Aluminis. 3. 320
Boli. 3. 192
Chalybis. 3. 245
Corallorum. 3. 208
Butyraceum. ibid.
Cryſtalli. 3. 218
Plumaceum. 3. 208
Gemmarum. 3. 200
Granati. 3. 202
Iovis. 3. 259
Lap. armen. 3. 216
Calaminaris. 3. 217
Iudaici. 3. 220
Lazuli. 3. 221
Nephritici. 3. 202
Lithargyrii. 3. 307
Martis. 3. 247
Marcaſitæ. 3. 305
Perlarum. 3. 213
Saturni. 3. 254
Solis Baſil. 3. 239
Succini. 3. 344
Talci. 3. 226
Terrarum. 3. 189
Terræ ſigillatæ. 3. 191
Tartari. 4. 534
Vrinæ. 5. 604
Magiſtrantia. 4. 427
Magnes. 3. 222
Arſenicalis. 2. 134
Magneſia ♄i, id eſt, ♁. 3. 280
Majorana. 4. 436
Mala. 4. 462
Aurantia. 4. 365
Citria, medica, Aſſyria. 4. 390
Cotonea. 4. 404
Limonia. 4. 435
Punica. 4. 421
Perſica. 4. 455
Malabathrum. 4. 436
Malaguetta. 4. 376
Malicorium. 4. 421
Malva. 4. 437
Arborea, hortulana, maj. roſea. ibid.
Paluſtris. 4. 356
Malvaviſcus. ibid.
Manati. 5. 634
Mandragora. 4. 437
Manna. 4. 570
Cœleſtis Quercetani.
♂. 3. 245
☿ii, id eſt, ♁ dulcis ſolaris. 3. 271.
♄i. 3. 257
☉. 3. 237
☿. 3. 270
Mannæ gramen. 4. 421
Marathrum. 4. 415
Marcaſita. 3. 305
Marga. 3. 193
Margaritarum hiſtor. 3. 212
Marmelata quid? 2. 130
Marmor. 3. 223
Marmoraria Ital. Branc. Vrſ.
Mars, id eſt, Ferrum.
Mars Planeta. 1. 15
Marum. 4. 438
Marrubium. 4. 437
Maſticatoria. 2. 137
Maſtiche. 4. 518
Mater herbarum. 4. 363
Perlarum. 5. 637
Materia Nativ. 1. 18
Materia medicatorum. 1. 30
Matricaria. 4. 438
Matriſylva. ibid.
Mechoacanna. 4. 559
Myra, v. Ialapa.
Meconium, v. Opium.
Medeſuſium, v. Vlmaria.
Medulla. 1. 3
Medulla Solis. 3. 190
Medulla Officin. 2. 66
Mel. 5. 639
Arundinaceum cannæ, v. Sacch.
Melanthium. 4. 449
Melaſpermum. ibid.
Meſes, v. Taxus.
Melloes larac. v. lumbric. terr.
Melochites lapis. 3. 223
Melilotus. 4. 438
Mella officinalia. 2. 173
Meliſſa, meliſſophyllum. 4. 439
Melo. 4. ibid.
Membranoſæ partes officinales. 2. 65
Men. Siracoſt. v. Manna.
Menſtrua. 2. 119
Menſtruum univerſal. 2. 122
Mentha. 4. 439
Corymbifera. 4. 440
Felina non odorifera. 4. 447
Saracenica corymb. maj. Græc.
Romana S. Mariæ. 4. 440
Sativa. ibid.
Mercurialis. 4. 440
Mercurii Planeta. 1. 16
Mercurii hiſtor. 3. 261
Mercurius dulcis. 3. 269
Mercurius præcipit. 3. 263. &c.
Sublimatus. 3. 268
Mercurius Iovis. 3. 261
♄i. 3. 258
☉is. 3. 239
Vitæ. 3. 272
Mercurii liquor. 3. 271. 278
Sal. 3. 278
Spiritus, ſ. oleum. 3. 275
Sulphur. 3. 277
Tincturæ. ibid.
Meſpilus. 4. 441
Metalla. 1. 55
Metallorum hiſt. 3. 228
Rex. 3. 230
Semen.
Metallica Excrementa. 3. 304
Meteora unde.
Metopium, v. Ammoniac. vel Galb.
Metrenchyta. 2. 95
Meum. 4. 441
Mezereum. 4. 560
Milium. 4. 441
Solis. ibid.
Milleſolium. 4. 442
Millegrana. 4. 424
Milleguetta. 4. 376
Millemorbia. 4. 482
Millepeda. 5. 641
Melo pepo. 4. 439
Milvus. 5. 630


Milza-

*Milzadella, v. Vrtica mortua.*
*Minera.* 1.3
*Mineralium hiſtoria.* 3.187
*Materia.* 1.9
*Minaa Galeni v. Animæ.*
*Minium.* 3.254
*Dioſcoridis.*
*Miſy.* 3.304
*Modus utendi.* 1.43
*Molga v. Salamandra.*
*Molybdæna.* 3.307
*Momordica.* 4.442
*Moretus.* 1.6
*Morochtus.* 3.223
*Morſelli.* 2.137
*de Citro.* 2.138
*Pectorales.* ibid.
*de Diagrydio.* ibid.
*de Mechoaca.* ibid.
*Morſus Gallinæ.* 4.356
*Diaboli v. Succiſa.*
*Morus alba, nigra, celſa.* 4.443
*Moſchata.* ibid.
*Moſchus, moſchi capreolus.* 5.614
*Moſchocarion, moſchocarydion.* 4.443.
*Motacilla.* 5.630
*Muria.* 5.636
*Muſchatum roſar.*
*Mus.* 5.615
*Alpinus.* 5.616
*Major.* ibid.
*Terrenus v. Talpa.*
*Multipedes.* 5.641
*Mulus.* 5.615
*Mumia.* 5.609
*Mundi regna tria.* 3.187
*H. muralis.* 4.454
*Muſca.* 5.646
*Hiſpanica.* 5.642
*Muſcata.* 4.443
*Muſcus.* 1.3
*Muſcus arboreus.* 4.444
*Capillaris.* ibid.
*Marinus.* 4.396
*Pulmonarius.* 4.465
*Saxatilis.* 4.433
*Terreſtris.* 4.445
*Muſtela.* 5.637
*Myrica, v. Tamariſcus.*
*Myrmecium, v. Formica.*
*Myrobalani.* 4.560
*Myrrha.* 4.519
*Trogloditica, v. Benzoin.*
*Myrtus.* 4.445
*Myrthacantha.* 4.473
*Myrtillus.* 4.445
*Myxa, Myxaria, v. Sebeſten.*

N.

*Napus.* 4.446
*Napellus Moiſis.* 4.361
*Naphtha.* 3.346
*Nardus. Chalta.* 2. 4.363
*Nardus, v. Spic. Celtica, Indica.*
*Narvhal, Balæna, vid. Vnicornu.*
*Naſalia.* 2.118
*Naſcaphtum, v. Thymiama.*
*Naſturtium aquaticum.* 4.446
*Hortenſe.* ibid.
*Nativa repræſent. partes hominis.* 1.48.
*Humores in hom. animalia bruta.* 1.49
*Morbos.* 1.49
*Nativa ſunt 3. vel Macrocoſm. Vegetab. Animal.* 1.53
*Natura internum efficiens.* 1.11
*Nenufar.* 4.450
*Nepeta.* 4.447
*Montana.* 4.374
*Nephriticus lapis.* 3.202
*Nerantia mala.* 4.365
*Nicotiana.* 4.448
*Nigella N. Romana odora.* 4.449
*Nitedula.* 5.643
*Nitri hiſtor.* 3.314
*Nitrum Corallatum.* 3.316
*Cryſtalliſatum.* 3.315
*Fixum.* ibid.
*Perlatum.* 3.316
*Saturniſatum.* ibid.
*Vitriolatum.* ibid.
*Nitri Tinctura.* 3.319
*Nix Diaphoretica.* 3.296
*Noctiluca.* 5.643
*Noctua.* 5.630
*Nodulus.* 2.133
*Nodoſa fœtida.* 4.482
*Nomen indicat vires.* 1.48
*Nox & dies Orphei.* 1.8
*Nux aromatica.* 4.443
*Iuglans.* 4.428
*Myriſtica ſeu Vnguentaria.* 4.443.
*Regia.* 4.428
*Nuciſta.* 4.443
*Nummularia.* 4.450
*Nutritio.* 1.8
*Nutrimentum.* 1.18
*Nymphæa.* 4.450

O.

*OBjectum nat. vix planè exuit.* 1.47.
*Ochra.* 3.194
*Ococol, ſive Ocoſolt.* 4.518
*Ocymum.* 4.368
*Ocymaſtrum.* 4.449
*Odorum differentia.* 1.46
*Oenanthe.* 4.414
*Oeſypus.* 5.616
*Officina.* 1.53
*Olea, Oleaſter.* 4.451
*Olea cocta.* 2.142
*Deſtillata officinalia.* 2.139
*Expreſſa officinalia.* 2.141
*Infuſa officin.* 2.142
*Febrifugum.* 2.143
*Hyperici.* 2.143.144
*Antipeſtilentiale.* 2.145
*Purgans.* ibid.
*Terræ Strigonienſis.* 3.191
*Nativa officinalia.* 1.64
*Oleum Benzoin.* 4.511
*Camphoræ.* 4.512
*Cerebri.* 5.611
*Corallorum.* 3.208
*Cryſtalli, id eſt, Liquor.* 3.218
*Gemmarum.* 3.200
*Heraclinum.* 4.398
*Iovis.* 3.259
*Lap. Iudaici.* 3.220
*Lazuli.* 3.221
*Ludi.*
*Lithargyrii.* 3.307
*Myrrhæ.* 4.520
*Marcaſitæ.* 3.303
*Maſtich.* 4.518
*Lupinum.* 5.614
*Mumiatum.* 5.610
*Ovorum.* 5.628
*Omphacinum.* 4.451
*♂.* 3.245
*♄ni.* 3.256
*Philoſophor.* 4.451
*Sacchari.* 4.528
*Salis.* 3.312
*Sanguinis.* 5.604
*Sapphiri.* 3.203
*Sicyonium.* 4.568
*Silicis.* 3.224
*Sulphuris.* 3.338
*Talci.* 3.226
*Tartari.* 4.532.534
*Templinum.* 4.459
*Terræ.* 3.346
*E Viperis.* 5.620
*Vitrioli ♀ris.* 3.251
*Virid. æris.* 3.253
*Zacconis.*
*Olio d'Abezzo.* 4.348
*Olor.* 5.630
*Onitis.* 4.452
*Omphacium.* 4.520
*Ononis.* 4.452
*Onyx, v. Alabaſtrites.*
*Onyx, v. blatta byzantia.*
*Ophioſcoridon, v. Victorialis.*
*Ophites Lap.* 3.223
*Ophthalm. Cordi.* 4.412
*Opiatum.* 1.7
*Opium.* 4.520
*Opobalſamum, v. Balſamum verum.*
*Opopanax.* 4.525.571
*Orchis, v. Satyrium.* 4.479
*Oreoſelinum.* 4.457
*Origanum.* 4.452
*Orminum.* 4.425
*Orvala.* ibid.
*Oſſa officinalia.* 2.65
*Oſtiocolla.* 3.223
*Oſtracitis.* 3.306
*Oſtrea.* 5.637
*Oſtritis, v. Oſtiocolla.*
*Oſyris.*
*Ovis.* 5.616
*Oſtrutium, Oſtricium.* 4.427
*Ova.* 5.628
*Oxalis.* 4.351
*Oxyacantha.* 4.369
*Oxycratum.* 1.7
*Oxylapathum.* 4.431
*Oxyrrhodynon.* 1.7
*Oxys, Oxytriphyllon.* 4.352

*Oxyſaccharum.* 1.7
*Oxyſaccharum Vomitivum.* 2.177

P.

*Palma, palma major.* 4.452
*Sylveſtris, v. Tamarindi.*
*Palimpiſſa, v. Pix.*
*Paludapium.* 4.361
*Palumbus.* 5.630
*Palus ſanctus.* 4.422
*Panacæa ☿ii.* 3.270
*Nitri.* 3.316
*Sulphuris ♁ii.* 3.297
*Pancratium, v. Scylla.*
*Pandaleum.* 1.7
*Panis porcinus.* 4.404
*Papaver Sativ.* 4.453
*Papaver erratic.* 4.454
*Herba papav. Senecio.*
*Papillaris Lapath.* 4.431
*H. Paralyſis.* 4.463
*H. Paris.* 4.454
*Parietaria.* 4.454
*Parix, Parus.* 5.630
*Paronychia.* 4.474
*Partes carnoſæ officinales.* 1.65
*Membranoſæ offic.* ibid.
*Parthenium.* 4.382. 490
*Paſſer, paſſer troglotites.* 5.630
*Aquaticus, v. Motacilla.* 5.630
*Paſſulæ, Paſſulæ Corinthiacæ, v. Vitis.* 4.502
*Paſtinaca ſativa.* 4.455
*Sylveſtris, erratica.* ibid.
*Pavo, Pavus.* 5.631
*Pediculus.* 5.606
*Pentaphyllon.* 4.466
*Pepo.* 4.439
*Pera paſtoris.* 4.373
*Perca.* 5.637
*Perdicium.* 4.454
*Perdix.* 5.631
*Perfoliata.* 4.455
*H. Perforata.* 4.426
*Periamma, periapton.* 1.7
*Periclymenum perfoliatum.* 4.376
*Perlæ, v. Margaritæ.*
*Perſica malus.* 4.455
*Perſicaria.* 4.456
*Perſonata.* 4.367
*Pes Cati.* 4.424
*Leonis.* 4.355. 445
*Leporinus.* 4.431
*Lupi.* 4.445
*Peſſaria, peſſi.* 2.171
*Petaſites.* 4.456
*Petrolæum.* 3.346
*Petroſelinum. petr. Vulgare, Hortenſe.* 4.457
*Macedonicum.* ibid.
*Montanum.* ibid.
*Petum.* 4.448
*Peucedanum.* 4.457
*Pharmacopœia.* 1.1
*Phaſeolus.* 4.413
*Phlegma.* 1.7
*Phu, v. Valeriana.*
*Phyllirea.* 4.433.494
*Phyllitis, v. Scolopendria.*
*Phyllon arrhenogonon.* 4.440
*Phytologia.* 4.346
*Pica.* 5.631
*Piloſella.* 4.366
*Montana hiſpidula.* 4.424
*Pilularum hiſtoria.* 2.146
*Pilulæ alterantes offic.* ibid.
*Purgantes offic.* ibid.
*Angelicæ Francof.* 2.154
*de Ammoniaco.* 2.148
*Arthriticæ.* ibid.
*♁iales.* 2.149
*Benedictæ.* 2.148
*Cholagogæ de Centaur.* 2.149
*Diaphoreticæ.* 2.147
*Diureticæ.* 2.148
*Antiepilepticæ.* ibid.
*de Eſula.* 2.149
*de Euphorbio.* ibid.
*Febriles.* ibid.
*Glaſſii.* 2.150
*Gummoſæ.* ibid.
*Hydropicæ Bontii.* ibid.
*Hyſtericæ.* ibid.
*Iliacæ.* ibid.
*de Ladano.* ibid.
*Marocoſtinæ.* 2.151
*Matricales.* ibid.
*Narcoticæ Plater.* 2.147
*Panchymagogæ Q.* 2.152
*Papales.* ibid.
*Peſtilentiales.* ibid.
*Antipodagricæ.* ibid.
*Polychreſtæ.* ibid.
*de Sagapeno.* ibid.
*Sine cura Weberi.* 2.147
*Spadanæ.* 3.249
*de Styrace.* 2.148
*de Succino Crat.* 2.153
*Tartareæ.* ibid.
*ad Tuſſim.* 2.148
*Webelii.* 2.154
*Pimpinella.* 4.458
*Italica, v. Sanguiſorba.* 4.476
*Romana, v. Seſeli Cretic.*
*Pinaſter.* 4.459
*Pinus, pinea.* ibid.
*Pinguedines officinal.* 2.67
*Piper.* 4.459
*Piſces, ſign. cœleſt.* 1.17
*Piſſaſphaltum.* 4.525
*Piſſelæon.* ibid.
*Piſtacia, phiſtacia.* 4.460
*Piſtolochia.* 4.417
*Pix.* 4.525
*Pix græca, v. Colophonia.*
*Placitis.* 3.306
*Planetarum fortitudines.* 1.34
*Influentiæ.* 1.14
*Planta.* 1.2
*Planta leonis.* 4.355
*Plantago.* 4.460
*Alpina.* 4.363
*Plumbago.* 3.307
*Plumbi hiſtoria.* 3.253
*☿us.* 3.258
*Sal.* ibid.
*Olea.* 3.256
*Plumbum uſtum.* 3.254
*Pneumaticum.* 1.43
*Pæonia.* 4.461
*Polygonum.* ibid.
*Minus.* 4.424
*Polygonatum.* 4.461
*Polypodium.* 4.561
*Polium.* 4.402
*Polytrichum aureum.* 4.353
*Officinar. v. Trichomanes.*
*Poma ambræ.* 2.155
*Pomum mirabile Hieroſolymit.* 4.442.
*Pompholyx.* 3.307
*Pomus.* 4.462
*Populus.* 4.ibid.
*Porcelliones.* 5.641
*Porcus, v. Sus.*
*Poroticum.* 1.43
*Porrum, porr. commune, &c.* 4.162.
*Portulaca, porcellana.* 4.463.498
*Potentilla.* 4.360
*Potiones.* 2.154
*Potio purgans.* 2.155
*Sudorifera.* ibid.
*Vulneraria.* ibid.
*Præparationum modi & nomina* 1.23.
*Præparata officinalia in ſpecie.* 2.156.
*Præparat. Bolus.* 3.192
*Corall.* 3.206
*Cryſtallus.* 3.218
*Gemmæ.* 3.200
*Hæmatites.* 3.219
*Lap. Armenus.* 3.216
*Iudaicus.* 3.220
*Lazuli.* 3.221
*Oſtiocolla.* 3.223
*Perlæ.* 3.212
*Rubinus.* 3.203
*Sapphirus.* ibid.
*Sardius.* 3.204
*Succinum.* 3.343
*Terra ſigillata.* 3.191
Plura vide lib. 2. c. 76.
*Praſſium.* 4.437
*Primula veris.* 4.463
*Principia rerum eſſentialia.* 1.10
*Artificialia ſ. Chymica.* 1.26
*Cognitionis.* 1.10
*Productiones nativæ.* 1.8
*Earum cauſa interna.* 1.11
*Externa.* 1.12
*Propolis.* 5.641
*Proprietates faciunt ad creſc.*
*Prunus, pruna.* 4.464
*Prunus ſylveſtr.* 4.351
*Pruneola.* ibid.
*Prunella.* 4.463
*Prunella cærulea.* 4.396
*Pſeudolinum.* 4.435
*Pſeudopyrethrum.* 4.465
*Pſiadium.* 4.355
*Pſidium.* 4.422

*Pſyllium.*

Pſyllium. 4.561
Ptarmica. 4.464
Ptiſana. 1.7
Pulegium. 4.464
Pulicaria. 4.456
Pulmonaria. 4.465
Pulpa. 1.3
Pulveres alterantes officinal. 2.157
Purgantes officinal. 2.163
Pulvis Alexiterius. 2.157
Angelicus, Algoreth. 3.272
Artheticus Parac. 2.163
Bezoarticus. 2.158
Cachecticus Querc. ibid.
Cathareticus pro oſſibus. ibid.
Cholagogus. 2.163
Corallor. Vitriolatus. 3.207
Cornachinus. 2.163
de Cypero odoriferus. 2.158
Ad defluxiones. 2.159
Dentifricius. ibid.
Dyſentericus Croll. ibid.
Anti-Epileptic. ibid.
Febrilis. 2.160
Melanagogus. 2.163
Panchymagogus. ibid.
Paſſavanticus. ibid.
Phlegmagogus Q. ibid.
Sperniolæ. 2.161
Sternutatorius. 2.163
Stomachicus. 2.161
Trithemii. 2.162
Pumex. 3.223
Punica mala. 4.421
Purpura. 5.634
Pyrethrum. 4.465
Pyrites v. Silex.
Pyrola. 4.465
Pyrus. 4.466

Q.

Qualitates primæ ſunt productivæ. 1.12
Tactiles. 1.46
Faciunt ad præparanda med. 1.27.
Elementales. ibid.
Qualitatum primarum investigatio. 1.49
Secundarum investigatio. 1.51
Occultar. investig. ibid.
Quercus. 4.466
Quercula calamandrina. 4.382
Quabebe. 4.401
Quinquefolium. 4.466
Quinta eſſentia. 1.7

R.

Radices officinal. 2.61
Radicula magna. 4.467
Alexipharmaca Yerva. 4.395
Radix Bezoardica. ibid.
Radix Bezoartica Sinenſis vid. Zedoaria.
China. 4.385
Cava. 4.417
Roſea. 4.468
Rana. 5.637
Ranunculus virid. 5.616
Raphanus. 4.467
Marinus, Ruſticanus. ibid.
Sylveſtris. 4.363
Rapiſtrum. ibid.
Rapum. 4.467
Rapum Geniſtæ. 4.419
Raxach. v. Ammoniac. Gumm.
Rapunculus hortenſ. v. Siſarum.
Raved. v. Rhabarbar.
Reduvius v. Ricinus.
H. Regia.
Regina prati. 4.502
Regulus. 3.287
Regulus avis. 5.631
Remena, Reem, v. Alce.
Reſinæ officinales. 2.64
Reſina. 4.525.526
Terebinthi. ibid.
Res macrocoſmicæ. 3.187
Res ſecundariæ. 1.10.21
Reſta bovis. 4.452
Rha. 4.468
Rhaponticum. 4.ibid.
Rhabarb. 4.562
Rhamnus. 4.564
Rhinoceros. 5.617
Rhodium lignum. 4.469
Rhodia radix. 4.468
Rhus. 4.469
Rheum. 4.468
Rhœas. 4.454
Ribes, Ribeſium. 4.469
Ricinus. 5.646
Ricinus herba. 4.563
Riſigallum. 3.333
Rob. ſimplicia officinal. 2.171
Compoſita. 2.173
Robriſiconia. 4.419
Rorella. 4.471
Ros. 3.196
Roſa. 4.469
Roſa canina. 4.407
Roſmarinus. 4.472
Ros ſolis. 4.471
Ros ſolis aq. vitæ. ibid.
Rotulæ. 2.137
Infantiles laxativæ. 2.138
Pectorales. 2.ibid.
H. Ruperti. 4.419
Rubia tinct. 4.472
Rubinus. 3.303
Rubinus ♁ii. ☿ialis. 3.299
Arſenici Diaphor. 3.334
Sulphuris. 3.340
Rubrica. 3.194
Rubus vulgaris. 4.472
Idæus. 4.473
Rucula marina.
Rumex. 4.351
Acutus. 4.431
Rupicapra. 5.593
Ruſcus, um. 4.473
Ruta, ruta hortenſis. ibid.
Capraria. 4.418
Muraria. 4.474

S.

Sabina. 4.474
Saccharum. 4.527
Saccharum Aluminis. 3.320
Saccharum Saturni. 3.254
Sacculi. 2.164
Sacculus Stomachalis. ibid.
Cordialis. ibid.
Nephriticus. ibid.
Sacul. 3.343
Sagapenum. 4.528
Sagittarius, ſign. cœleſte. 1.17
Salamandra. 5.646
Salia officinalia. 2.55
Artificialia. 2.164
Salium hiſtoria. 3.308
Sal Alcali. 2.166
Alembrot. ibid.
Ammoniacum. 3.321
Anatron. 2.166
Borrax. 2.167
Cachecticum. 3.316
Commune. 3.309
Corallorum. 3.207
Cryſtall. 3.218
Foſſile ſ. Gemmæ. 3.314
Iovis. 3.260
Indum. 3.314
Lithargyrii. 3.307
Lunæ. 3.242
Cauſticum pro fonticulis. 3.242.
Martis. 3.249
Mirabile eſt Sal Ammon. 3.321.
Nitri, petræ. 3.314
Sal perlarum. 3.213
Philoſophorum. 2.162
Sacerdotale. ibid.
Saccharinum. 3.247
Saturni. 3.254.258
Sulphuris. 3.340
Tartari. 4.534
Viperar. 5.621
Solis. 3.239
Veneris. 3.252
Salinæ facultates faciunt ad generationem.
Ad præparation.
Saliunca, v. Spic. Celtic.
Salix. 4.474
Salix Amerina. 4.354
Salſaparilla. 4.478
Salvara. 4.471
Salvia. 4.475
Salvia vitæ. 4.474
Sambucus. 4.475
Humilis. 4.409
Samolus. 4.465
Sampſuchus. 4.436
Sanamunda. 4.379
Sana ſancta. 4.448
Sandaracha. 3.355
Sanguines officinales. 1.67


Sanguinaria.

*Sanguinaria. vid. Polygon. & Burſ. Paſt.*
*Sanguis dracon.* 4.529
*Sanguiſorba.* 4.476
*Sanicula.* 4.477
*Santalum.* ibid.
*Santolina altera.* 4.402
*Santonicum.* 4.477
*Minus.*
*Sapo odoratus, Moſchatus.* 2.167
*Ad impetigines.* ibid.
*Saponaria.* 4.478
*Saporum different.* 1.45
*Sapphirus.* 3.203
*Sarcocolla.* 4.529
*Sardoa.* 4.465
*Sarmentum Indicum.* 4.478
*Sarſaparilla.* ibid.
*Saſſafras.* ibid.
*Satureia.* 4.479
*Saturni Balſam. & Liniment.* 2.182.
*Saturnus planeta.* 1.15
*Satyrium.* 4.479
*Savina.* 4.474
*Saxifraga.* 4.479
*Lutea.* ibid.
*Major, minor.* 4.458
*Rubra.* 4.355
*Scabioſa.* 4.480
*Scammonium.* 4.571
*Scarabæus, carabelaphus.* 5.646
*Scarabæolus parvus. vid. Cantharis.*
*Scariola Arabum.* 4.410
*Scarlatum.* 4.384
*Schinos, v. Lentiſcus.*
*Schioppe Madonette.* 4.356
*Scincus.* 5.647
*Schœnanthum.* 4.480
*Scorpio.* 5.647
*Sclarea.* 4.425
*Scolopendria vulgaris.* 4.481
*Scolopendrium.* 4.480
*Scordium.* 4.481
*Scorpius ſignum cœleſte.* 1.17
*Scorzonera.* 4.481
*Scropha. v. Sus.*
*Scrophularia.* 4.482
*Scrophularia minor.* 4.384
*Scylla.* 4.482
*Sebeſten.* 4.483
*Secale, ſecla.* ibid.
*Sedum.* ibid.
*Minus & minimum, vid. Vermicularis.*
*Seſeli.* 4.485
*Semen & quaſi ſemen.* 1.18.21
*Semen Cinæ, ſanctum, zedoaria ſementina.* 4.477
*Semina officinalia.* 1.62
*Semnon ſ. Ag. Caſt.*
*Sempervivum, v. ſedum.*
*Minus v. Vermicularis.*
*Senecium.* 4.484
*Senna.* 4.563
*Sentis.* 4.472
*Sepia.* 5.638
*Serapinum, v. ſagapenum.*
*Seris.* 4.388
*Serpens.* 5.617
*Serpentaria.* 4.450
*Serpentaria fœmina & colubrina.* 4.370.
*Serpent. mas.* 4.450
*Serpentinus lapis, v. Ophites.*
*Serpentinum, v. Victorialis.* 4.450
*Serpillum.* 4.484
*Serpillum hortenſe, v. Thymus.*
*Serum lactis.* 2.66
*Seſamum.* 2.484
*Seſeli officinarum Liguſticum.* 4.485.
*Creticum.* ibid.
*Maſſiloticum.* ibid.
*Seva officinalia.* 2.67
*Sexus variat vires.*
*Sideritis, ſidrichis.* 4.485
*Sigillum Salomonis.* 4.461
*Signorum claſſes.* 1.45
*Siler montanum.* 4.485
*Silex.* 3.224
Siligo ſpica mutica. vid. Triticum vel ſecale.
*Siliqua.* 4.485
*Articulata.* 4.363
*Silybum.* 4.378
*Similitudo indicat vires.* 1.48
*Sinapi.* 4.486
*Agreſte.* 4.463
*Sinapiſmus.* 2.94
*Sion Crateva majus.* 4.446
*Siſarum, ſiſer.* 4.486
*Sium aquaticum.* 4.359
*Smaragdus.* 3.204
*Smilax aſpera.* 4.478
*Smyrnium.*
*Hortenſe.* 4.427
*Solan. Halicacab. veſicar.* 4.355
*Tetraphyllon.* 4.454
*Solanum, ſolatrum.* 4.486
*Soldanella.* 4.564
*Sol, id eſt, aurum.*
*Sol planeta.* 1.14
*Solidago, v. ſymphyt.*
*Solſequium.* 4.388
*Sonorum different.* 1.46
*Sorbus.* 4.486
*Sory.* 3.305
*Sparadrapus.* 1.7
*Species officinal.* 2.156
*Cephalicæ.* 2.162
*Diacubebar.* ibid.
*pro Cucupha.* 2.164
*Specularis Lapis vid. lapis ſpec.*
*Sperma Ceti.* 3.345
*Spica. ſp. Nardi Germanic.* 4.487.
*Spica Nard. Offic. Indica, Celtica.* ibid.
*Spina acida.* 4.369
*Spina infectoria, Cervi.* 4.564
*Hirci.* 4.548
*Spinachia.* 4.488
*Spiritus principium Eſſentiale.* 1.11.
*Spiritus parandi modus.*
*Spiritus Antapoplecticus.* 2.169
*Aceti.* 4.506
*Aluminis.* 3.320
*Aq. pluvial.* 3.197
*Calcis.* 3.216
*Corallorum.* 3.211
*Lunaris.* 3.242
*Nephriticus.* 2.170
*Nitri.* 3.318
*Perlatus.* 3.214
*Roris majalis.* 3.197
*Salis.* 3.310
*Salis gemmæ.* 3.314
*Sulphuris.* 3.338
*Minerales.* 2.169
*Terræ.* 3.189. & ſeq.
*Vegetabiles.* 2.169
*Vini.* 2.121
*Spodium.* 3.307
*Spondylium.* 4.372
*Spongia Cynoſbati.* 4.407
*Spongites Lapis ſpongiæ.* 3.225
*Squilla.* 4.482
*Squinanthum.* 4.480
*Stancavallo.* 4.558
*Stannum.* 3.258
*Staphilinus.* 4.455
*Staphiſagria.* 4.488
*Stellarum influentiæ.* 1.14
*Stercora officinal.* 2.67
*Stœchas, Stichas arab.* 4.488
*Citrina.* 4.ibid.
*Stramen camelor.* 4.480
*Stratiotes millefolia.* 4.442
*Struthio.* 5.631
*Strumaria.* 4.367
*Struthium.* 4.417
*Strychnos, v. ſolanum.*
*Stumel, v. ſpica Indica.*
*Sturio.* 5.638
*Stymma.* 1.8
*Styrax, ſtorax calamit.* 4.530
*Styrax liquidus.* ibid.
*Succi officinales.* 2.63
*Succinum.* 3.343
*Succiſa.* 4.489
*Succolata.* 4.529
*Succus Cyrenaicus. vid. Aſa fœtid.*
*Sudur. ſutter, v. ſaccharum.*
*Sulphurea officinalia.* 2.56
*Sulphur ejuſque hiſtor.* 3.335
*Sumach.* 4.469
*Supercilium Veneris.* 4.442
*Suppoſitoria.* 2.171
*Sus.* 5.619
*Sylphii lachryma, id eſt, Aſa fœtida.*
*Symphytum.* 4.489
*Medium.* 4.396
*Petræum.* 4.463
*Syrius pulvis.* 4.572
*Syrupi.* 2.171. & ſeq.
*Syrupus ſ. Aniſi.* 2.173
*Antepilepticus.* ibid.
*Anticpilepticus è ſtercore pavonis D. Witzelii.* 2.174
*de Artemiſia.* ibid.
*Cardiacus.* ibid.

*Catarrhalis cum herba Thée D. Witzelii.* 2.174
*Corallorum.* 3.211
*de Eryſimo.* 2.174
*Antihecticus.* 2.175
*Helleboratus.* 2.176
*Holagogus.* ibid.
*Imperatoris, id eſt, Rob. cydon.*
*De lignis laxativus D. Witz.* 2. 177.
*Nicotianæ.* 2.175
*de Hiſpidula, de pede cati.* ibid.
*de Teſtudinibus.* 2.176
*Vomitivus.* 2.177
*Syſymbrium aquatic. Cardam.* 4. 359.

T.

*Tabacca.* 4.448
*Tabinaria.* 4.435
*Tacamahaca.* 4.530
*Talcum.* 3.225
*Talpa.* 5.620
*Tamalapatra.* 4.436
*Tamarindi.* 4.566
*Tamariſcus.* 4.490
*Tanacetum.* ibid.
*Taphuſius lapis.* 3.214
*Taraxacum.* 4.491
*Tarentina.* 4.445
*Tarſa, v. Tamariſcus.*
*Tartarus.* 4.531
*Tartarum Philoſophicum.* 3.197
*Taurum.* 4.353
*Taurus ſign. cœleſt.* 1.16
*Taurus.* 4.588
*Taxus.* 5.620
*Telephium, v. Fabaria.*
*Tempus aſſervandorum med.* 1.39
*Colligendorum nativ.* ibid.
*Variat vires.* 1.47
*Tenche, v. Tinca.*
*Terebinthina, v. Reſina.*
*Terebinthina Indica.*
*Terdina, v. Valeriana.*
*Teredo.* 5.648
*Terengibil. Terniabin. Trugibin. v. Manna.*
*Terra facit ad generationem.* 1.22
*Terræ officinales.* 2.53
*Terrarum hiſtoria.* 3.188
*Terra argillacea ſeu ſigillat.* 3.190
*Lapponica.* 3.193
*Labacenſis.* 3.191
*Melitea.* 3.190
*Merita.* 4.402
*Strigenſis.* 3.190
*Teſtudo.* 5.638
*Tetrabit.*
*Teucrium.* 4.494
*Tragi, v. Veronica.*
*Thanaſia, v. Tanacetum.*
*Thapſus barbatus v. Verbaſc.*
*Therenabin v. Manna.*
*Theriaca cœleſtis.* 2.127
*Theriaca de Mumia.* 5.609
*Theriaca Eſſentia.* 2.126
*Thimelæa.* 4.560
*Thirus.* 5.620
*Thlaſpi.* 4.494
*Thus.* 4.547
*Thus formicarum.* 5.644
*Iudæorum Thus, Cortex, v. Thymiama.*
*Thymallus.* 5.639
*Thymbra.* 4.479
*Thymiama.* 4.494
*Thymus.* ibid.
*Tilia.* ibid.
*Tinca.* 5.639
*Tincaria v. Stœchas citrina.*
*Tinctura.* 2.177
*Tincturæ uſitatiores.* 2.178
*Anodyna D. Horſtii.* 2.178
*Ariſtoloch. rot.* 2.90
*Bezoartica D. Mich.* 2.178
*Cathæretica.* ibid.
*Corallor.* 3.208. & ſeq.
*Diaphoretica correct.* 2.178
*Gemmarum.* 3.200
*Iovis.* 3.260
*Lithargyrii.* 3.307
*Lunæ.* 3.241
*Martis.* 3.246
*Perlarum.* 3.213
*Salis.* 3.313
*Sapphiri.* 3.204
*Saturni.* 3.257
*Smaragd.* 3.204
*Solis ſ. auri.* 3.234. & ſeq.
*Sulphuris.* 3.340
*Talci.* 3.226
*Veneris.* 3.251
*Tipha cerealis Portæ.* 4.483
*Tithymalus.* 4.558
*Tobacum.* 4.448
*Topaſius.* 3.201
*Tordylium v. Seſeli Creticum.*
*Tormentilla.* 4.495
*Torna bona.* 4.448
*Tragacantha.* 4.548
*Tragium primum.* 4.416
*Tragea fortis.* 2.160
*Groſſa.* ibid.
*Hepatica.* ibid.
*Hyſterica.* ibid.
*Antinephritic.* 2.161
*Tragoſelinum.* 4.458
*Trichomanes.* 4.495
*Trifolium.* 4.496
*Acetoſum.* 4.352
*Aureum, Magnum nobile.* 4. 410.
*Fragiferum.* 4.415
*Leporinum.* 4.431
*Odoratum.* 4.435
*Paluſtre.* 4.496
*Tripolis.* 3.194
*Trinitas herb.* 4.410
*Triſſago, trixago.* 4.382
*Triticum.* 4.496
*Trochiſci uſitatiores.* 2.178
*Alexiterii.* 2.179
*de Catechu.* ibid.
*Pro fumo.* ibid.
*Moſchardini.* ibid.
*Prophylactici.* ibid.
*Purgantes.* ibid.
*Trutta piſcis.* 5.639
*Tubera cervina.* 4.548
*Tunica.* 4.378
*Turio.* 1.3
*Turpethum.* 4.565
*Turtur.* 5.632
*Tuſſilago.* 4.496
*Tutia.* 3.307

V.

*Vacca.* 5.588
*Vaccinia.* 4.445
*Valeriana.* 4.496
*Variolus, v. Trutta.*
*Venus, id eſt, Cuprum.*
*Venus planeta.* 1.16
*Veratrum nigr.* 4.555
*Verbaſcum.* 4.497
*Verbaſculum odoratum.* 4.463
*Verbena, fœmina, v. Eryſimum, Mas.* 4.498
*Vermes terreſtres, v. Lumbrici.*
*Vermiculus Dipſaci, v. Dipſac.*
*Vermicularis.* 4.498
*Vernix.* 4.430
*Veronica.* 4.498
*Vervex.* 5.616
*Verres, v. Sus.*
*Verres ſylvaticus, v. Aper.*
*Verrucaria.*
*Veſicatorium.* 2.95
*Vetonica.* 4.378
*Vetriola.* 4.454
*Victorialis.* 4.499
*Vinca pervinca.* ibid.
*Vincetoxicum.* 4.500
*Vina, id eſt, Succi liquidi.* 2.170
*Vini hiſtoria.* 4.548
*Vina medicata.* 2.132
*Arthriticum, Cephalico-, Splenet., Matricale, Purgans, Sanctum.* ibid.
*Viola agreſtis.* 4.478
*Lutea.* 4.385
*Flammea.* 4.427
*Purpurea, martia, nigra.* 4.500
*Tricolor, Trinitatis.* 4.427
*Vipera.* 5.610
*Viperaria v. Scorzonera.*
*Vipio, v. Grus.*
*Vires medicamentorum ſecundum alphabetum.* 1.42
*Virga aurea.* 4.501
*Paſtoris.* 4.409
*Virgo ſignum cœleſte.* 1.17
*Viſcum.* 1.3
*Viſca officinalia.* 2.124
*Vita Eſſentialis eſt principium rerum.* 1.51

*Vitex.* 4. 354
*Vitis alba, v. Bryonia.*
*Idæa.* 4. 445
*Vinifera.* 4. 502
*Vitraria.* 4. 454
*Vitrioli hiſtoria.* 3. 323
*Flores.* 3. 330
*Magiſter.* 3. 332
*Olea.* 3. 329
*Ros.* 3. 325
*Sal.* 3. 331
*Spiritus.* 3. 325
*Sulphur.* 3. 330
*Terra.* ibid.
*Tinctura ſ. Eſſentiæ.* 3. 331
Plura ex ⊖o vide dicto capite.
*Vitriolum ♂is ejuſque deſtillatio.* 3. 249.
*☉ ſeu Leo viridis.* 3. 239
*Vitrum ♀ii ☉re.* 3. 282
*Vitulus.* 5. 622
*Vlmaria.* 4. 502
*Vmbella.* 1. 3
*Vmbilicus terræ.*
*Vnguenta officinalia.* 2. 180
*Vnguentum, Anodynum podagr.* 2. 183.
*Butyraceum nervale.* ibid.
*Cardiacum.* ibid.
*Cordiale.* 2. 184
*Lithargyr.* 3. 307
*Narcoticum.* 2. 184
*Ophthalmicum.* ibid.
*Ad perniones.* ibid.
*Contra ſcabiem.* 2. 185
*Somniferum.* ibid.
*Spleneticum.* ibid.
*Sympatheticum.* ibid.
*Terebinthina.* 2. 186
*Potabile.* ibid.
*Vngues & Vngulæ officinal.* 2. 68
*Vnguis odoratus.*
*Vngula caballina, v. Tuſſilago.*
*Vnicornis.* 5. 622
*Volucrum majus.* 4. 376
*Vnicornu ſolare.* 3. 237
*Foſſile.* 3. 227
*Vpupa.* 5. 632
*Vrceolaris.* 4. 454
*Vrſus.* 5. 624
*Vrinæ officinal.* 2. 67
*Vrinæ hiſtor.* 5. 603
*Vrtica.* 4. 503
*Mortua, lactea.* 4. 504
*Vſnea.* 4. 444
*Cranii.* 5. 611
*Vſurpatio.* 1. 42
*Vva, Vva paſſa, v. Vitis.*
*Vva Macina.* 4. 504
*Vva ſpina.* ibid.
*Vva verſa Vulpina.* 4. 454
*Vrſi.* 4. 469
*Vulpes.* 5. 624
*Vultur.* 5. 632

X.

*XAnthium.* 4. 367
*Xylaloes.* 4. 353
*Xylocerata.*
*Xylon.* 4. 371

Y.

*YErva radix.* 4. 395

Z.

*ZAibar, Zibach.* 3. 261
*Zarſaparilla.* 4. 478
*Zedoaria, Zeduar, Zurumbet, Zerumbet.* 4. 504
*Zibeba, id eſt, Vva paſſa.*
*Zingiber, Zinziber.* 4. 505
*Zizipha.* 4. 429
*Zopiſſa, v. pix.*

FINIS.

Teutſche

# TEVTSCHE REGJSTER

## DER MJNERALJEN/ KRAVTER VND THJER/ DARJNN

Die erſte Zahl das Buch/ die ander das Blatt zeiget.


A Al. 5.632
Aalraup. 5.637
Aßkäferlein. 5.646
Abbiß/ Teufels Abbiß. 4.489
Ackermüntz. 4.374
Ackerwurtz. 4.352
Aderminig. 4.355
Ader. 5.644
Adlerſtein. 3.214
Ageley. 4.362
Agermenig. 4.355
Aglaſter. 5.631
Agreſt. 4.520
Agſtein. 3.343
Alabaſterſtein. 3.215
Alantwurtz. 4.423
Alaun. 3.319
Albkraut. 4.412
Albſchoß. 3.222
Alfanck. 4.376
Aloe. 4.566
Alraun. 4.437
Ambar. 3.342
Ameiß. 5.644
Ammey. 4.357
Gummi Ammoniac. 4.507
Wilder Ampffer. 4.431
Andorn/ weiſſer Andorn. 4.438.
Anot. 5.625
Angelickwurtz. 4.360
Angurien. 4.391
Anis. 4.369
S. Anthoni Kraut. 4.463
Apffelbaum. 4.462
Apoſtem Kraut. 4.480
Arabiſch Gummi. 4.508
Armenierſtein. 3.216
wolriechend Aſand. 4.511
Aſche (Fiſch.) 5.639
Aſpen. 4.462
Atter/ Otter. 5.620
Attich. 4.409
Atzel. 5.631
Außſpruſch. 4.348
Augenkraut. 4.454
Augentroſt. 4.412
Wild Aurin. 4.558

B.

Bachbung. 4.359
Bachſtein. 3.224
Bachſteltze. 5.630
Badkraut. 4.433
Baldrian. 4.496
Balſam. 4.439
Coſten-Balſam kleiner. 4.354
Leber Balſam. 4.354
Balſam-Apffel. 4.442
Balſambaum. 4.367
Bär. 5.624
Barbe/ Barine. 5.633
Barach/ Borch. 5.615
Bärwurtz. 4.372. 4.441
Baſilien. 4.368
Bathengel. 4.382
Groß-Bathengel. 4.494
Waſſerbathenig. 4.481
Baumbällich. 4.368
Baumöl. 4.451
Baumwollbaum. 4.371
Baurenſenff. 4.494
Baurroſen. 4.437
Beerenklau. 4.372
Beerlap. 4.445
Johanns Beerlein. 4.469
Beerwurtz. 4.441
Beyfuß. 4.363
Beinbruch. 3.223
Beinholtz. 4.433
Beinwell. 3.223
Indianiſch Beinwell. 4.448
Benedictwurtz/ Bened. Kraut. 4.379.
Benigroſen. 4.461
Bergblau. 3.216
Bernſtein. 3.343
Berſich. 5.637
Bertram. 4.465
Bettlersläuſe. 4.367
Betonien. 4.370
Weiß Betonien. 4.463
Vnſer Frauen Betteſtroh. 4.419.
Bette Wantzen. 5.643
Bezoarſtein. 5.594
Bieberklee. 4.496
bibernel. 4.458
Welſch bibernel. 4.476
biberthier. 5.596
bienen. 5.639
bienhartz. 5.641
bienſaug. 4.439
bilſen. 4.425
binetſch. 4.488
bingelkraut. 4.440
birckbaum. 4.370
birnbaum. 4.466
birnwein. 4.466
biſamthier. 5.614
biſam. 5.614
biſmüntz. 4.488
bitterwurtz. 4.419
blackfiſch/ blackkuttel. 5.638
blaſenſtein.
blattwurtz. 4.495
bley. 3.253
blindſchleich. 5.382
blutkraut. 4.373. 4.461
blutſtein. 3.219
boborellen. 4.355
bochspeterlein. 4.458
bonen. 4.413
bockenwurtz. 4.385
bocksdorn. 4.548
bockshorn. 4.415
bongesholwurtz.
borretſch. 4.371
brachkäferlein. 5.646
brackendiſtel. 4.411
brackenhaupt. 4.361
brandlattich. 4.496
brandſchlang. 5.620
braunwurtz. 4.482
brennkraut. 4.497
bromen/ brombeer. 4.473
bruchſtein. 3.223
bruchkraut. 4.424
bruchwurtz. 4.355. 4.455
brunellen. 4.463
brunnenkraut. 4.433
brunnenkreß. 4.446
bruſtbeerlein. 4.429. 4.483
bruſtwurtz. 4.360
bubenfiſt. 4.417. 4.548
bubenkraut. 4.431
buchampffer/ Saurklee. 4.357

Buchsbaum. 4.373
Büffel. 5.590
Burtzel/ bortzel. 4.463
Bymſtein. 3.224

C.

Calament. 4.374
Calmus. 4.352
Wolriechend Calmus. 4.374
Camelshäu/ Camelſtroh. 4.480.
Canel. 4.389
Cappern. 4.375
Teutſch Cappern. 4.419
Cardamömlein. 4.376
Cardobenedict. 4.377
Carneol. 3.204
Caſſien. 4.553
Caſtanien. 4.381
Chamillen. 4.382
Chryſolith. 3.201
Cichorey. 4.388
Cloſterbeeren. 4.504
Cypreß (Kraut.) 4.402
Cypreßbaum. 4.402
Citronenbaum. 4.390
Citrull/ Augurien. 4.391
Colmarkraut. 4.359
Coloquint. 4.554
Corallen. 3.205
Corallenmooß. 4.396
Coriander. 4.396
Schwartz Coriander. 4.449
Cornerbaum. 4.397
Coſtwurtz. 4.399
Creutzbeer. 4.564
Creutzkäfer. 5.646
Creutzwurtz. 4.419. 4.480
Cryſtall. 3.217
Cubeben. 4.401
Cucumern. 4.401

D.

Dachs. 5.620
Dattelbaum. 4.452
Datteln. 4.453
Daube. 5.626
Holtzdaube. 5.630
Daubenkraut. 4.498
Daubenkropff/ Daubenkörbel. 4.416.
Dengraß. 4.461
Dill. 4.359
Bären Dill. 4.441
Wilder Dill. 4.441
Waſſer gemeiner Diptam. 4.416.
Cretiſch Diptam. 4.408
Geſegneter Diſtel. 4.377
Naden Diſtel. 4.411
Vehe-Diſtel. 4.378
Dollkraut. 4.425
Donnerbart. 4.483
Donnerkraut/ Donnerbonen. 4.413.
Donner Reb. 4.423
Dorant. 4.361
Doſten. 4.412
Waſſer Doſten. 4.413
Drachenbl. 4.529
Drateln. 1.2
Dreyfaltigkeitblum. 4.427
Durchwachs. 4.455

E.

Ebenholtz. 4.409
Eber. 5.587. 5.619
Eberwurtz. 4.378
Egelkraut. 4.450
Egeſter. 5.631
Egochs. 5.644
Ehrenpreiß. 4.498
Ebiſchwurtz. 4.356
Eichbaum. 4.466
Eichen-Miſtel. 4.466
Einbeer. 4.454
Einhorn. 5.622
Gegraben Einhorn. 3.227
Eiſer.
Eiſenhart/ eiſenkr. Eiſenreich. 4.498.
Eiſvogel/ eiſengart. 5.625
Elend. 5.586
Elephant. 5.601
Elephanten Lauß. 4.358
Elſen. 4.349
Endivien. 4.410
Endt. 5.625
Engelfuß. 4.561
Engelwurtz. 4.360
Entzian. 4.409
Epheu. 4.423
Eppich. 4.361. 4.423
Berg Eppich. 4.457
Garten Eppich. 4.457
Stein Eppich. 4.457
Waſſer Eppich. 4.361
Erbſel. 4.369
Erd. 3.189
Bolus Erd/ Sigillerd.
Erdapffel. 4.404
Erdbeerkraut. 4.415
Erd Epheu. 4.423
Erdgall. 4.380
Erdkraut. 4.417
Erd Pin. 4.382
Erdrauch. 4.416
Erad Roſen. 4.437
Erdwachs. 4.525
Erdwurm. 5.645
Eſchern/ Eſchbaum. 4.416
Eſcherwurtz. 4.416
Eſel. 5.588
Eſelgen. 5.641
Eſſig. 4.505
Nacht Eule. 5.630
Eyterſälbichen. 3.186

F.

Fahrn/ Farnkraut. 4.414
Faſeln. 4.413
Faulbaum. 4.558
Feberkraut. 4.438
Federweiß. 3.215
Feigbonen. 4.413
Feigenbaum. 4.413
Feigwartwurtz. 4.384
Groß Feigwartwurtzenkraut. 4.482.
Feldhun. 5.631
Feldmagſam. 4.454
Fellriß. 4.355
Fenchel. 4.415
Fenchelholtz. 4.478
Bären Fenchel. 4.441
Sau Fenchel. 4.457
Fönugräc. 4.415
Ferberbaum. 4.469
Ferberöthe/ Feberwurtz. 4.472
Fette Henne. 4.413
Feuerſtein. 3.224
Fichtenbaum. 4.347. 4.459
Fieberkraut. 4.380
Filtzkraut. 4.403
Truckner Fürniß. 4.430
Fiſchlein. 5.365
Flachs. 4.435
Wilder Flachs. ibid.
Flachs Dotter. 4.484
Flachsſeiden. 4.403
Fleckenkraut. 4.418
Fliege. 5.642. 5.646
Joannis Fliege. 5.643
Spaniſche Fliege. 5.643
Flöhkraut. 4.456. 4.464
Floramor. 4.357
Flußpulver. 2.159
Flußſteine. 3.224
Flußwaſſer. 2.74
Fore/ Forelle. 5.639
Forenholtz. 4.459
Frantzoſenholtz. 4.432
Frauendiſtel. 4.378
Frauenhaar. 4.353
Frauenmüntz. 4.440
Freiſamkraut. 4.427
Friſenwürmle. 5.642
Friſchling. 5.587
Froſch. 5.637
Froſchleich. 5.638
Fuchs. 5.624
Fünffblatt/ Fünfffingerkraut. 4.466.

G.


Galgan. 4. 418
Wilder Galgan. 4. 408
Galmeyſtein. 3. 217
Galrey. 1. 6
Gamanderlein. 4. 382
Gämſewurtz. 4. 409
Gansbeerkraut. 4. 348
Gans. 5. 625
Gänsblümlein. 4. 368
Gulden Gänſerich. 4. 355
Gänskraut. 4. 418
Gauchheil. 4. 359
Garbe. 4. 442
Garten Cypreß. 4. 402
Gartenkreß. 4. 447
Groſſe Gartenſchlehe. 4. 351
Gartenheil/ v. Stabwurtz. 4. 348.
Gartenpapeln. 4. 437
Garthagen. 4. 348
Geelſuchtwurtz/ Gilbwurtz. 4. 402.
Geyer. 5. 632
Geiferwurtz. 4. 465
Geiß. 5. 592
Geißbart. 4. 502
Geißblatt. 4. 376
Geißraut. 4. 418
Gelbwurtz. 4. 402
Gembs. 5. 593
Gembſewurtz. 4. 409
Genſel.
Genſerich. 4. 360
Güldengenſerich/ i. e. ſinau. 4. 355.
Genſt/ genſter. 4. 419
Gentar. 3. 343
Gertwurtz. 4. 3. v. Stabwurtz. 4. 348.
Gerſte. 4. 424
Gichtkraut. 4. 420
Gichtroſen. 4. 461
Gifftheil. 4. 361
Gifftwurtz. 4. 395
Gilgen. 4. 434
Blau Gilgen. 4. 428
Waſſer Gilgen. 4. 450
Girtwurtz/ Stabwurtz. 4. 348
Gierlin/ Görlin. 4. 486
Glaßkraut. 4. 454
Gleet. 3. 307
Gliedkraut. 4. 485
Gliedwaſſer. 5. 600
Gold. 3. 230
Goldwürmlein. 5. 642
Goldwurtz. 4. 384
Gottheil. 4. 463
Gottesgnad. 4. 420
Granaten. 4. 421
Granatſtein. 3. 201
Graß/ Queckengraß. 4. 421
Weggraß.
Graßblümlein. 4. 378
Grenſich/ v. Genſerich.
Grießholtz. 4. 395
Grießſtein. 3. 202
Grimmenwaſſer. 2. 74
Grindkraut. 4. 480. 4. 484
Grindmagen. 4. 454
Grindwurtz. 4. 431
Grundheil. 4. 498
Grundreb/ Grundman. 4. 423
grünſich. 4. 360
diſtillierte grünſpan. 3. 247
gucker/ guckaug. 5. 627
guckgusklee. 4. 352
gulden Ey. 4. 400
gulden günſel. 4. 396
gulden Wundkraut. 4. 501
gundelreb. 4. 423
gurcken. 4. 401
gürtelkraut. 4. 445


H.


Haarſtrang. 4. 457
Habern. 4. 365
Habich. 5. 625
Hagenbutte/ Hainhecke.
Halßwaſſer.
Hammel. 5. 616
Han/ henne/ hun. 5. 627
Hanekraut. 4. 435
Hanff. 4. 375
Hanffkraut. 4. 435
Häring. 5. 636
Harnkraut. 4. 424
Hartriegel. 4. 433
Hartzbaum. 4. 459
Hartzwurtz. 4. 450
Haſe. 5. 613
Haſenklee. 4. 352. 4. 431
Haſenpappel. 4. 437
Haſenſprung. 5. 613
Haſelſtaude. 4. 397
Haſelwurtz. 4. 552
Hauſen/ Haußblaſen. 5. 636
Haußwurtz. 4. 483
Kleinhaußwurtz. 4. 498
Hauhechel. 4. 452
Hecht. 5. 636
Hederich. 4. 412
Heidenreich. 4. 363
Heidelbeer. 4. 445
Heilgifft. 4. 361
Heilwurtz/ Heiwurtz. 4. 356. 4. 495.
heilig/ holtz. 4. 422
heil. Geißwurtz. 4. 360
heimichen/ himling. 5. 644
herbſtroſen. 4. 437
Hertz-Baum. 4. 459
hertzblümlein. 4. 410
hertzfreud. 4. 411
Hertzgeſpan. 4. 377
hertzgeſpanſalb. 2. 183
hertzwurtz. 4. 441. 4. 450
heuſchreck. 5. 643. 5. 645
hiacynth. 3. 202
hilffwurtz. 4. 356
hirß. 4. 441
himmelbrand. 4. 497
himmelgall. 4. 457
himmelſchlüſſel. 4. 463
himmelſchwertel. 4. 428
himmelthau/ v. Schwaden.
hin/ hindin. 5. 598
hindtbeer. 4. 473
hirſch. 5. 598
hirſchbrunſt. 4. 548
hirſchköhl. 4. 465
hirſchkolben. 5. 598
hirſchkreutzlein. 5. 598
hirſchmangolt. 4. 465
hirſch Peterlein. 4. 142
hirſchſchwamm. 4. 548
hirſchzung. 4. 481
hirtendaſch (Seckel.) 4. 373
hirtzzügel. 4. 412
höchel. 5. 602
holder/ hollunder. 4. 475
Nider Holder. 4. 409
hollwurtz. 4. 362
Falſche Hollwurtz. 4. 417
holtzwurm. 5. 648
hornichen. 4. 382
honigblum. 4. 438
hopffen. 4. 436
hufflattich. 4. 496
hummel. 5. 639
hund. 5. 592
hundsfloh/ holtzbock. 5. 646
hundskopff/ v. Dorant.
hundszung. 4. 407
hünerbiß/ hünerdarm. 4. 356
hünerdieb. 5. 630
hünerkoohl 4. 484
hüttenrauch. 3. 333


J.


Jchtächs. 5. 644
Je länger je lieber. 4. 382. 4. 420. 4. 427.
Jgel. 5. 602
Jmmen. 5. 639
Jndianiſch. 4. 436. 4. 510
Jngber/ Jmber. 4. 505
Teutſche Jngber. 4. 363
Jngrün. 4. 499
Jſop/ Jſpen. 4. 426
Johannis Beerlein. 4. 469
Johannis-Brodt. 4. 485
Johannis gürtel. 4. 363. 4. 445
Johannis-Kraut. 4. 426
Judenkirſchen. 4. 355

Judenpech. 3.346
Judenſtein. 3.220
Jungfern Augenbrauen. 4.442
Jungfern Eiß.
Jvenblatt. 4.439

K.

Käfer/Kadden. 5.642. 5.646
Kalb. 5.622
Kalbsnaß. v. Dorant.
Kalckſtein. 3.216
Kamſchmaltz. 5.601
Kamelsheu/Kamelsſtroh. 4.480
Kampffer. 4.512
Karp. 5.634
Karpffenſtein. 5.634
Kartendiſtel. 4.409
Kaſtanien. 4.380
Katze. 5.597
Katzenfuß. 4.424
Katzenkraut. 4.447
Kautz. 5.630
Kermſine. 3.203
Kermeskörner. 4.384
Kernwaſſer.
Kertzenkraut. 4.497
Vnholdenkertzen. 4.497
Kellershalß. 4.560
Keuſchlamb. 4.354
Kießling/Kieſelſtein. 3.224
Kinholtz. 4.459
Kirſchen. 4.381
Klapperſtein. 3.214
Klapperroſen. 4.454
Klauenſchmaltz. 5.589
Klee/ Gartenklee. 4.436
Haſenklee/Haſenpötlein. 4.431
Honigkl. Steinkl. Edlerſteint. 4.438.
Katzenklee. 4.431
Saurklee. 4.352
Kletten. 4.367
Klingentrüblein. 4.486
Knabenkraut. 4.413. 4.479
Knoblauch. 4.356
Lachen Knoblauch. 4.481
Knoddenkraut. 4.482
Kobold. 3.304
Kolkraut. 4.372
Römiſch Kohl. 4.369
Königsblum. 4.461
Königs Kertze. 4.497
Königskraut. 4.355
Korn. 4.483
Kornblum. 4.403
Kornroſe. 4.454
Körbel. 4.381
Daubenkörbel. 4.416
Krafftwaſſer. 2.87
Krane. 5.627
Krametbaum. 4.430
Kranich. 5.629
Kräuſſelbeeren. 4.504
Krebs. 5.633
Kreid. 3.192
Rothe Kreide. 3.194
Kreutzwurtz. 4.484
Kröte. 5.590
Schildkröte. 5.638
Kirchen Schell. 4.465
Küchern. 4.387
Kuckug. 5.627
Kuh. 5.588
Kümmel/ Kummich. 4.402
Frembder Kümmel / oder Thymian. 4.488
Roßkümmel. 4.485
Schwartz Kümmel. 4.449
Feldkümmel/Matküm. Weißk. 4.378.
Küngle/ Künglein. 5.600
Künlein. 4.484
Künigundkraut. 4.412
Kupffer. 3.250
Kupfferſchlag. 3.334
Kupffer waſſer. 3.323
Kurbs. 4.401
Küttelkraut. 4.348

L.

Lachenknoblauch. 4.481
Lamb. 5.586
Laſurblau. 3.221
Laſurſtein. 3.221
Lattich. 4.430
Laubfroſch. 5.616
Lauch/ Aeſch/ Schnitlauch. 4.462.
Lavendel. 4.487
Lauß.
Läußkraut. 4.488
Laußkrautſamen.
Lebkraut. 4.419
Leberblümlein / Edel Leberkraut / Gulden Leberkraut. 4.410.
Leberkraut/ Steinleberkraut. 4.410. 4.433.
Leberkletten. 4.355
Leindotter. 4.484
Leenkraut. 4.435
Lendenkraut. 4.431
Lerch. 5.625
Lerchenbaum/ Lerchendannen. 4.431.
Lerchenklau. 4.374
Lerchenſchwamm. 4.551
Löwenfuß. 4.355. 4.445
Liebſtöckel. 4.433
Lilien. 4.434
Waſſerlilien. 4.450
Lerchenklau. 4.374
Limonien. 4.435
Lindenbaum. 4.494
Waſſer Linſen. 4.432
Löffelkraut. 4.392
Lorberbaum. 4.432
Luchs. 5.614
Luchſtein. 3.222
Lufftwaſſer.
Lungenklee. 4.496
Lungenkraut. 4.465

M.

Magiſtrantz. 4.427
Magnetſtein. 3.222
Magſamen. 4.453
Mählerkraut. 4.352
Mandeln. 4.358
Mangold. 4.369
Wilder Mangold. 4.431
Manſtreu. 4.411
Vnſer Frauen Mantel. 4.355
Marcaſith. 3.305
Marienblümlein. 4.368
Mariendiſtel. 4.378
Marien=Müntz. 4.440
Marmelſtein. 3.223
Maſtirbaum. 4.432
Maſtich Gummi. 4.518
Maſeran. 4.436
Maßlieben. 4.368
Maulbeerbaum. 4.443
Mauleſel. 5.615
Maulwurff. 5.620
Maurrauten. 4.474
Maus. 5.615
Schärmauß. 5.620
Maußdorn. 4.473
Maußöhrlein. 4.366
Meelkäfer. 5.646
Meerwinde. 4.564
Meerzwibel. 4.482
Megerkraut. 4.419
Meyenblümlein. 4.434
Meieran/Maſeran/etc. 4.436
Meiſe. 5.630
Meiſterwurtz. 4.427
Meywurm. 5.646
Meliſſen. 4.439
Melonen. 4.439
Melte/Milte/Molte. 4.365
Mengelwurtz. 4.431
Menſch. 5.602
Meter/Metram/Mutterkraut. 4.438.
Miſtkäfer. 5.647
miltzkraut. 4.480
myrrhen.
myrtenbaum. 4.445
mohrenkümmel. 4.408
mohrenwurtz. 4.455
Waſſermorellen. 4.361
mol/molch 5.544. 5.646
molwurff. 5.620
mon. 4.453
mooß. 4.444

Mooßkraut. 4.433
Meermooß. 4.396
Mottenkraut. 4.489
Moußkönig. 5.631
Muckenkraut. 4.456
Muckenpulver. 3.304
Münchskopff. 4.491
Mundlein. 5.636
Mundholtz. 4.433
Müntz. 4.439
Kraußmüntz. 4.440
Spitzmüntz. 4.440
Murmelthier/ Murmentle. 5.616.
Muſcatnüß / Muſcatblüth. 4.443.
Muſcheln. 5.634
Oſtermuſcheln. 5.637
Mutterblum. 4.465
Mutterkraut. 4.438. 4.439
Mutterwurtz. 4.361. 4.441

N.

Nacht Eule. 5.630
Nachtſchatten. 4.486
Nagelkraut. 4.366
Nardenkraut. 4.449
Celtiſche Narde. 4.487
Natter. 5.620
Natterwurtz. 4.370
Klein Natterwurtz. 4.370
Nelcken/ Mutternelcken. 4.379
Negelblümlein. 4.378
Negel Veiln. 4.385
Negelkrafft. 4.456
Neſpelbaum. 4.441
Neſſel. 4.503
Neſſelkönig. 5.631
Neunheil. 4.445
Nicht / Graunicht / Augennicht. 3.307
Niederholder. 4.409
Nießwurtz. 4.555. 4.557
Nußbaum / Welſche Nuß. 4.428.

O.

Ochergeil. 3.194
Ochs. 5.588
Ochſenkraut. 4.452
Ochſenzung. 4.372
Odermenig. 4.355
Oelbaum/ Olivenbaum. 4.451
Oelmagen/ Oelſamen.
Olm. 5.646
Orant. 4.361
Oſterblum. 4.368
Oſterkälblein. 5.642
Oſterlucey. 4.362
Oſtermuſcheln. 5.637
Oſtrits. 4.427
St. Ottilienkraut. 4.374

P.

Pappeln / Käß Pappeln. 4.437.
Pappelbaum / Popelbaum. 4.462.
Paradißholtz. 4.353
Paradißkörner. 4.376
Gelb Paſtinach/ weiß Paſtin. 4.455.
Pech. 4.525
Perlen. 3.212
Perlenmutter. 5.637
Peſtilentzwurtz. 4.456
Peterlein. 4.361. 4.457
Bergpeterlein. 4.457
Hirſchpeterlein. 4.457
Steinpeterlein. 4.457. 4.458
Peterſilig. 4.457
Wildpeterſilig. 4.457
S. Peterskraut. 4.454
S. Peterſchlüſſel. 4.463
Pfaffenblatt. 4.491
Pfaffenpint. 4.363
Pfankuchenkraut. 4.440
Pfau/ Pagelun. 5.631
Pfeben. 4.439
Pfeffer. 4.459
Maurpfeffer. 4.483. 4.498
Mauß und Rattenpfeffer. 4.488.
Waſſerpfeffer. 4.456
Pfennigkraut. 4.450
Pferd. 5.601
Pferdkäfer. 5.647
Pfefferkram.
Pferdſchwantz. 4.411
Pferſichbaum. 4.455
Pfingſtroſen. 4.461
Pflaumen/ Prunellen. 4.464
Pfrimmenkraut. 4.419
Pimpernüßlein. 4.460
Pyren. 5.645
Pöonien. 4.461
Poſiſt. 4.548
Poley. 4.461. 4.464
Wildpoley. 4.374. 4.484
Pomerantzenbaum. 4.365
Pſillienkraut. 4.561
Pulseſſig.

Q.

Quapp. 5.637
Queckengraß. 4.421
Queckſilber. 3.261
Queckſteltze. 5.630
Quendel. 4.484
Welſcher Quendel. 4.494
Quittenbaum. 4.404

R.

Raab / Rapp. 5.627
Raden. 4.456
Ratz/ Ratte. 5.616
Rattenpulver.
Raucken. 4.411
Raup. 5.643
Rauten/ Weinrauten/ Steinrauten/ Maurrauten. 4.473. 4.474.
Wilderauten/ v. Erdrauch.
Rettich. 4.467
Meerrettich. 4.467
Wilder meerrettich. ibid.
Rharbarbar.
Weiß Rhabarbar. 4.560
Rhapontic. 4.468
Rebhun. 5.631
Regenwurm. 5.645
Rehbock/ Rehgeiß. 5.596
Rehgraß. 4.421
Reyer/ Reige. 5.626
Rheinblumen. 4.489
Rheinfarn. 4.490
Reinweiden. 4.433
Rhinocer. 5.617
Rindsaugwurtz.
Ringelblum. 4.375
Ritterſporn. 4.374
Rodeſerholtz. 4.469
Rogke. 4.483
Römiſch Camillen. 4.383
Roſen. 4.469
Wilderoſen/ Feldroſen/ ꝛc. 4.407.
Roſenwurtz. 4.468
Roſinlein. 4.502
Roßhub. 4.496
Roßkäfer. 5.646
Roßmarin. 4.472
Roßſchwantz. 4.411
Roſt. 1.29. 4.515
Rötelſtein. 3.194
Rothe. 4.472
Rothgüntzel. 4.495
Rothlauffkraut. 4.420
Pulver. 2.159
Ruben. 4.455. 4.467
Steckruben. 4.126
Rubin. 3.203
Rubrechtskraut. 4.420
Ruffolde. 5.637
Ruhrwurtz. 4.495

S.

Safftgrün. 4.565
Saffran. 3.400
Wild Saffran. 4.553
Salbey. 4.475
Salmiar. 3.321
Salpeter/ Salniter. 3.314
Salſaparill. 4.478
Saltz. 3.309
Sammetblum. 4.357
Sandel. 4.477

Sandſtein. 3. 223
Sannickel. 4. 477
Sapphir. 3. 203
Saſſafraß. 4. 478
Saturey. 4. 479
Saug Igel. 5. 644
Saurauch/ſauerdorn. 4. 369
Sauerampffer. 4. 351
Saurklee. 4. 352
Sau/ Wilde Sau. 5. 619
Sauaug. 4. 454
Saubon. 4. 425
Saubrodt. 4. 404
Saukraut. 4. 486
Sauwurtz. 4. 482. 4. 553
Scabioſen. 4. 480
Schaaf. 5. 586. 5. 616
Schäflein. 5. 641
Schafgarbe/ Schafrippe. 4. 442.
Schaftenheu. 4. 411
Schmutzige Schafswolle. 5. 616.
Scharlachbeer. 4. 384
Scharley. 4. 425
Schieferweiß. 3. 215
Scheißwurtz. 4. 553
Schelwurtz. 4. 384
Schierling. 4. 388
Schildkrote. 5. 638
Schlaffkunts/ Schlafapffel.
Schlaffkraut. 4. 382. 4. 425
Schlang. 5. 617
Schlangenkraut. 4. 450
Schlangenmord. 4. 431
Schlehendorn. 4. 351
Schleye 5. 639
Schlingenbaum. 4. 469
Schlottenblumen oder Saffor. 4. 465
Schlüſſelblumen. 4. 463
Schmeckenicht. 4. 560
Schmeerwurtz. 4. 489. 4. 553
Schnecken. 5. 600
Schneekönig. 5. 631
Schnepffe. 5. 627
Schorbockskraut. 4. 384
Schoßſtein. 3. 222
Schoßwurtz. 4. 348
Schröter. 5. 646
Schwaden.
Schwalb. 5. 629
Schwalbenwurtz 4. 384. 4. 500
Schwamſtein. 3. 225
Schwan. 5. 630
Schwartzwurtz. 4. 489
Schwebelwurtz. 4. 457
Schwefel. 3. 335
Schwertel / gelb Schw. 4. 352.
Schwindelkraut. 4. 409
Waſſer. 2. 74
Scorpion. 5. 647
Seckelkraut. 4. 373
Seeblum. 4. 450
Seehkuh. 5. 634
Seidenbälglein. 5. 642
Seidelbaſt.
Seidenkraut. 4. 403
Seidenwurm. 5. 642
Seiffenkraut. 4. 478
Senatblätter.
Senff. 4. 486
Wegſenff. 4. 412
Baurenſenff.
Weiſſerſenff.
Sengerkraut. 4 479
Sevenbaum. 4. 474
Serapinſafft. 4. 528
Serpentinſtein. 3. 223
Seſelſamen. 4. 485
Siebenbaum. 4. 474
Siebengezeit. 4. 436
Siebenfarbblum. 4. 427
Siegwurtz. 4. 499
Silber. 3. 240
Silberkraut. 4. 360
Sinaw. 4. 355
Singrün. 4. 499
Smaragd. 3. 204
Sonnenthau. 4. 471
Sonnenwendel/ Sonnenkr. 4. 388.
Spargen / Sparſchen. 4. 364.
Speckgilg. 4. 376
Speichelkraut. 4. 488
Speichelwurtz. 4. 465. 4. 478
Speirling. 4. 486
Speywaſſer. 3. 4[illegible]3
Sperberbaum. 4. 486
Sperling. 5. 630
Spicanard. 4. 487
Spiegglaß. 3. 280
Spilling. 4. 464
Spinn. 5. 641
ſpinat. 4. 488
ſpitzmauß. 5. 616
ſpringkörner. 4. 554
ſproſſen. 1. 2
ſpülwurm.
ſtabwurtz. 4. 348
ſtallkraut. 4. 452
ſtechaskraut. 4. 488
ſtechkraut. 4. 378
ſteckruben. 4. 446
ſtein.
ſteinbein. 3. 223
ſteinbrech. 4. 479
Roth ſteinbruch 4. 414
ſteindacht. 3. 215
ſtein-Eule. 5. 630
ſtein Flachs. 3. 215
ſteinflechten. 4. 433
Steinkohlen. 3. 346
ſteinmarck. 1. 2. 3. 193
ſteinöle. 3. 346
ſteinſaltz. 3. 314
ſteinſamen. 4. 442
ſtendelwurtz. 4. 479
ſternkraut. 4. 454
ſternſchoß. 1. 9
ſtichelbeeren. 4. 504
ſtickwurtz. 4. 553
ſtopwachs. 5. 641
ſtör. 5. 638
ſtorch. 5. 626
ſtrauß. 5. 631
ſtreiffwurtz. 4. 431
ſüßholtz. 4. 410

## T.

Taſch. 5. 590
Tag und Nacht. 4. 454
Talck. 3. 225
Tamariskenholtz. 4. 490
Tappenſtein. 3. 222
Tauſendblatt. 4. 442
Tauſendgüldenkraut. 4. 380
Groß Tauſendgüldenkraut. 4. 468.
Taudſend Körner. 4. 424
Tauſendſchön. 4. 357
Terbaud. 2. 94
Terbinthin. 4. 526
Teichelkraut. 4. 373
Teuffelsabbiß. 4. 489
Teuffelsdreck. 4. 508
Teuffelsklau. 4. 445
Thanapffel. 4. 348
Thannenbaum. 4. 347
Thiegerwolff. 5. 614
Thymian. 4. 494
Frembd Thimian. 4. 488
Thurn König. 5. 631
Thymſeid. 4. 557
Taback. 4. 448
Tormentill. 4. 495
Tragant. 4. 548
Treibkörner. 4. 563
Truſche. 5. 637
Turbith. 4. 565
Turtelbaub. 5. 626. 5. 632

## V.

Violenkraut/ Violen. 4. 500
Gelbe Violen. 4. 384
Nagel Violen. 4. 385
Veyelreben. 4. 427
Veyelwurtz. 4. 428
Venushaar. 4. 353. 4. 474
Verſich. 4. 369
ViperN 5. 620
Vitriol. 3. 323

Vnnützeſorge

Vnnützeſorge. 4.427
Vogelkraut. 4.356. 4.359
Vogelsneſt. 4.455
Vogelleim. 4.156
Vorſtoß. 5.641

## W.

Wacholderbaum. 4.430
Wachs. 5.641
Wachtel. 5.627
Waldfahren. 4.414
Waldlilien. 4.376
Waldmeiſter. 4.411
Waldſtroh. 4.419
Wallfiſch. 5.634
Wallroth. 3.345
Walwinde. 3.376
Wallſtein. 3.223
Walwurtz. 4.489
Wandläuſe/ Wantzen. 5.643
Waſſer. 3.195
Waſſerbungen. 4.359
Waſſermerck. 4.361
Wachholder/ Beckholder. 4.430.
Wegdorn. 4.564
Wegtritt/ Weggraß. 4.461
Wegerich. 4.460
Wegſtroh. 4.419
Wegwart. 4.388
Weiberfiſt. 4.548
Weidaſche. 3.319
Weiden. 4.474
Weihe/ Wuwe. 5.630
Wein.
Weinſtock / Weinreb. 4.502
Weinſtein.
Weinrauten. 4.473
Welſche Kirſchen. 4.397
Weyrauch. 4.547
Weißbley. 3.258
Weißwurtz. 4.461
Weitze. 4.496
Wermuth. 4.349. 4.350
Widehopff. 5.632
Widertodt. 4.495
Güldenwidertodt. 4.353
Wilg Poley. 4.374
Wildſchwein. 5.587
Meerwinden. 4.564
Wintergrün. 4.440. 4.465
Winterkönig. 5.631
Winterroſen. 4.437
Wißmuth. 3.305
Wolff. 5.613
Wolffsbeer. 4.454
Wolffsfiſt. 4.417. 4.548
Wolffsmilch. 4.558
Wolgemuth. 4.452
Wolverlein. 4.363
Wüllkraut. 4.497
Wunderbaum. 4.563
Wunholtz. 4.416
Wundkraut. 4.413
Heiligwundkraut. 4.448
Heidniſchwunkraut. 4.501
Indianiſchwundkraut. 4.448.
Wurmkraut. 4.477. 4.490
Wurmſamen. 4.477
Wüſtling. 5.627
Wüterich. 4.588

## Z.

Zahnwurtz. 4.465
Zapffholtz. 4.558
Zaungilg. 4.376
Zaunkönig / Zaunſchlepfflein. 5.631.
Zaunrüde. 4.553
Zehbwurtz. 4.363
Zeitloſen. 4.368
Zeltenpflaſter. 3.217
Zibeben. 4.502
Zibeth Katze. 5.597
Zidwanſamen. 4.477
Ziegenbock / Ziege. 5.592
Zieſer Erbſen / vid. Küchern.
Ziegeunerkraut. 4.475
Zimmetrind. 4.389
Zin. 3.258
Zinnober. 3.289
Zirmet. 4.485
Zitwar. 4.504
Zucker. 4.527
Zuckerwurtz. 4.486
Zwetzgen. 4.464
Zwibel / Zwifel. 4.380

# CATALOGVE

## DE CE QVI SE TRAITTE, OV LE PREMIER nombre montrera le *Livre* & le ſecond la *Page*.

A.


*AIL.* 4.356
*Albatre.* 3.215
*Ambre jaune.* 3.343.
*Arbre.* 1.2
*de Beaume.* 4.367
*Acore.* 4.352
*Ancolie.* 4.362
*Aconite.* 4.361
*Accipenſer.* 5.638
*Aſclepias.* 4.500
*Argent.* 3.240
*Vif.* 3.261
*Agalloche, Bois d'Aloës.* 4.353
*Agrimoine.* 4.355
*Augure de Lin, goute de Lin.* 4.403.
*Angelique.* 4.360
*Anguille.* 5.632
*Argentine.* 4.360
*Agripaume.* 4.377
*Agaric.* 4.551
*Alambic.* 1.29
*Alchequange.* 4.355
*Alun de plume.* 3.215
*d'Armenie.* 3.216
*le Simple.* 3.319
*Aleë.* 4.566
*Alouette.* 5.625
*Aimant.* 3.222
*Amaranthe.* 4.357
*Ammoniac.* 3.321
*Ammi vray.* 4.357
*Armoiſe.* 4.363
*Agnus Caſtus.* 4.354
*Anacardes.* 4.358
*Anet.* 4.359
*Anis.* 4.360
*Arnica.* 4.363
*Aunée.* 4.423
*Agneau.* 5.586
*Appe.* 4.361
*Aſne, Aſneſſe.* 5.588
*Aſperges.* 4.364
*Auronne.* 4.348. 4.402
*Arroches.* 4.356. 4.365
*Ariſtolochie, longue, ronde &c.* 4.362.
*Arreſte beuf.* 4.452
*Arondelle.* 5.629
*Araigne.* 5.641
*Athanor.* 1.30
*Athanaſie.* 4.490
*Antimoine.* 3.280
*Anthore eſpece d'Aconit.* 4.360
*Arſenic.* 3.333
*Abſinte commun Romain.* 4.349
*Pontique.* 4.350
*Aſa fœtida.* 4.508
*Axonge, graiſſe.* 1.2


B.


*BArbe de Chevre.* 4.502
*Barbon.* 5.633
*Bec de Cicogne.* 4.420
*Brebis.* 5.616
*Boëte pour garder les verres.* 1.29
*Brochet.* 5.636
*Branche Vrſine.* 4.372
*Bois de Coluvrier.* 4.395
*Bec de Grue.* 4.420
*Blanc d'Eau.* 4.450
*Bois ſainct.* 4.422
*Bois ſentant Roſes.* 4.469. 4.477
*Bleuette.* 4.403
*Boüis.* 4.373
*Buſle.* 5.590
*Bugloſſe.* 4.372
*Bouleau.* 4.370
*Blé.* 4.496
*Bouillon.* 4.497
*Baleine.* 5.634
*Baume d'Indie.* 4.510
*Biere aigre.* 2.78
*Bourrache.* 4.371
*Bourſe de Paſteur.* 4.373
*Balſamite mineure.* 4.354
*Baſilique.* 4.368
*Bitume de Iudée.* 3.346
*Bete.* 4.369
*Betoine.* 4.370
*Biſtorte.* 4.370
*Biſtortier.* 1.29
*Bouteille.* 1.29
*Bequefigue.* 5.627
*Bievre.* 5.596
*Benzoin.* 4.511


C.


*CAmomille vulg. Romain.* 4.382.
*Caſſe en bâton.* 4.553
*Centonice.* 4.356
*Chat.* 5.597
*Chat de Civette.* 5.597
*Cabaret.* 4.552
*Cerf.* 5.598
*Chelidoine.* 4.384
*Crible.* 1.29
*Chien, Chiene.* 5.592
*Charbon de pierre.* 3.346
*Cichorée.* 4.388
*Cubebes.* 4.401
*Corbeau.* 5.627
*Coq.* 5.627
*Cancre.* 5.633
*Conche en Coquille.* 5.600. 5.634
*Concombre.* 4.401
*Courge.* 4.401
*Conche, Coquille, Taſſe de Verre.* 1.29.
*Cucurbite.* 1.29
*Curcum jaune.* 4.402
*Chaudron, Marmite.* 1.29
*Cardamome.* 4.376
*Confitures.* 1.5
*Cerfeuil.* 4.381
*Confit.* 1.24
*Chardon benit.* 4.377
*de noſtre Dame.* 4.378
*à foulon.* 4.409
*Chien dent.* 4.421
*Camfre.* 4.512
*Cigue.* 4.388
*Cigales.* 5.643
*Craye.* 3.192
*Rouge.* 3.194
*Cueillere.* 1.129
*Chelidoine.* 4.384
*le petit.* 4.384
*Couleur d'Eſcarlatte.* 3.203
*Caillou.* 3.224
*Coloquinte.* 4.554
*Couillon.* 4.479
*Couleuvrée.* 4.553
*Caille.* 5.627
*Chermes.* 4.384
*Camomille.* 4.382
*Cadmie Pierreuſe.* 3.217
*Native.* 3.304
*Cumin.* 4.402
*Calamenthe, Pouliot ſauvage.* 4.374
*Chamaras.* 4.481
*Cornue, Retorte, matras.* 1.29
*Cinnabre.* 3.279


Carline

*Carline.* 4.378
*Chine.* 4.385
*Cornouillier.* 4.397
*Coignier.* 4.404
*Corneille.* 5.627
*Cheſne.* 4.466
*Cygne.* 5.630
*Chenilles.* 5.643
*Capres.* 4.375
*Cypres.* 4.402
*Crepin Aquatic.* 4.446
*Large feüille.* 4.447
*Crapau.* 5.590
*Cloportes.* 5.641
*Coquelourde.* 4.465
*Coquemard, poilon.* 1.29
*Cocquerelles.* 4.355
*Coquille de Limaſſon.* 5.600
*Coriandre ſimple.* 4.396
*Coral.* 3.205
*Ceriſes.* 4.381
*Caryophyllate.* 4.379
*Coralline.* 4.396
*Carouge.* 4.485
*Cire.* 5.641
*de Vierge.* 5.641
*Conſerves.* 1.5
*de Roſes.* 1.5
*Creuſet.* 1.29
*Creſſon Aquatique.* 4.359. 4.446
*Conſolide grande.* 4.489
*Chatton.* 1.2
*de Noyer.* 1.2
*Citronnier.* 4.390
*Criſtal.* 3.217
*Cottonier.* 4.371
*Cotton.* ibid.
*Chataigne.* 4.380
*Centaurium.* 4.380
*Citrouïlle.* 4.391
*Contrayerve.* 4.395
*Coſtus.* 4.399
*Cantharides.* 5.642
*Chervi.* 4.486
*Cuivre.* 3.250
*Cheveux de Venus, Adianthe.* 4.353.
*Chanvre.* 4.375
*Carvi, Carottes.* 4.378
*Chevre.* 5.592. 5.596
*des Alpes.* 5.593
*Cheval.* 5.601
*Couillon de Chien.* 4.479
*Creſſon domeſtique.* 4.447

D.

*DEnt de Lion.* 4.491
*Daucus.* 4.408
*D'orer.* 1.25
*Diſſoudre.* 1.25
*Detorner en flamme, embraſer, Allumer.* 1.24
*Dictam de Crete.* 4.408
*Dictamblanc.* 4.416
*Dates.* 4.453

E.

*EAus medicinales.* 2.69
*Diſtillées.* ibid.
*Contre les defluxions.* 2.74
*Contre les vents du ventre.* 2.74.
*Dans laquelle on a trempé du pain.* 3.195
*Legere & douce au gouſt.* 3.195
*Vomitive.* 3.443
*Contre le mal caduc.* 2.75
*Contre les maladies du goſier.* 2.78.
*Diuretique.* 2.77
*Contre la Terreur.* 2.83
*De vie pour les Femmes.* 2.85
*Cordiales.* 2.87
*Ebene.* 4.409
*Ecumer.* 1.24
*Ecorces.* 2.57
*Ecailles d'airain.* 2.55
*Encens.* 4.547
*Eſcarbot.* 5.646
*Endive.* 4.410
*Enflure.* 1.49
*Ellebore noir.* 4.555
*Blanc.* 4.557
*Elephant.* 5.601
*Emeraude.* 3.204
*Epices.* 1.2
*Emplatre.* 1.5
*Emplatre de la pierre Calaminaire.* 2.111
*Eupatoire.* 4.412
*Euphraſe.* 4.412
*Eſpine vinette.* 4.369
*Eſpinardes.* 4.431. 4.488
*Eſpurge.* 4.554
*Epithyme.* 4.557
*Eryngium.* 4.411
*Eryſimum.* 4.412
*Entonnoir.* 1.29
*Etain.* 3.258
*Eſtruche.* 5.631

F.

*FEr.* 3.243
*Framboiſes.* 4.473
*Flaccon, Bouteille.* 1.29
*Fourgon.* 1.30
*Fougiere.* 4.414
*Figuier.* 4.413
*Filets ou cheveus, qui pendent aux racines.* 1.2
*Feüille d'Inde.* 4.436
*Fermenter.* 1.25
*Fumeterre.* 4.416
*Fourmi.* 5.644
*Farine folle.* 2.94
*Fenouil.* 4.415
*Fenugrec.* 4.415
*Fraine.* 4.416
*Fraiſier.* 4.415

G.

*GRil.* 1.29
*Grue.* 5.629
*Gyrofflée.* 4.378
*Guy de Cheſne.* 4.466
*Guajac.* 4.422
*Gelée.* 1.5
*Galanga.* 4.418
*Gryllon.* 5.644
*Germandrée.* 4.382. 4.494
*Garame.* 4.472
*Gomme Ammoniac.* 4.507
*Grenat pierre.* 3.201
*Geneſt.* 4.419
*Gentiane.* 4.419
*Glouteron.* 4.456
*Graine d'Eſcoriañ.* 4.384
*Grenadier.* 4.421
*Graine des papegais Grenouille aquatique.* 5.638
*des Ongles.*
*Groſſelier.* 4.469
*Gluteron.* 4.367
*Gratiole.* 4.558
*Govion.* 5.637
*Goutte de Thym.* 4.557
*Glayeul.* 4.352. 4.499
*Guimauue.* 4.356

H.

*HEpatique d'or.* 4.410
*Hepatique d'etoile.* 4.411
*Herbe au laict.* 4.557. 4.558
*au Charpentier.* 4.463
*à foulon.* 4.478
*aux Pouilleux.* 4.488
*aux puces.* 4.456. 4.561
*aux Cuilliers.* 4.392
*de Trinite.* 4.427
*Hieble.* 4.409. 4.555
*Hobblon.* 4.436
*Hibou.* 5.630
*Hyacynthe.* 3.202
*Hematite.* 3.219
*Homme maſle & femelle.* 5.602
*Hyoſcyame.* 4.425
*Hepatique noble.* 4.410
*Eſtoilee.*
*Hepatique ſimple.* 4.433
*Heriſſon.* 5.602
*Hareng.* 5.636
*Hyſſope.* 4.426
*Huſo.* 5.636
*Huitres.* 5.637

I.

*IAlappe.* 4.559
*Iudaique pierre.* 3.220
*Ioubarbe.* 4.485
*petit.* 4.498
*Ioubarbe des Vignes.* 4.415
*Iujubes.* 4.429
*Iaſmin.* 4.427
*Ienevrier.* 4.430
*Imperatoria.* 4.427
*Iris.* 4.428
*de Florence.* 4.428
*Ive arthetique.* 4.382


*Laictue*

L.

LAictue. 4.430
Lin. 4.435
Sauvage. 4.435
Liveſche. 4.433
Lynx. 5.614
Lynx la pierre. 3.222
Lierre. 4.423
Trainant. 4.423
Lis. 4.434
Loup. 5.613
Licorne. 5.622
Linge à Couler. 1.29
Langue de Chien. 4.407
Lime. 1.29
Limons. 4.439
Linaire. 4.435
Laine de Brebis. 5.616
Lapin. 5.600
Lupins. 4.413
Laurier. 4.432
Laureole. 4.560
Liſſeron. 4.499
Leſard. 5.644
Lythargyre. 3.307
Lentille d'Eau. 4.432
Lentiſque. 4.432
Lavande grande. 4.487
petite. 4.487
Lievre. 5.613

M.

MArbre. 3.223
Mors de Diable. 4.489
Muſc. 5.614
Manche à Hippocras. 1.29
Mechoacan. 4.559. 4.560
Mercuriale. 4.440
Mouche à chandele. 5.643
Mouche des Chiens. 5.646
Mouches à Miel. 5.639
Marcaſite. 3.305
Moüelle des Os. 5.610
Simple. 1.2
Meliſſe. 4.439
Melilot. 4.438
Melon. 4.439
Mente. 4.439
Mente ſarraſenique. 4.440
Millet. 4.441
De ſoleil, ſaxifrage. 4.442
Millefeuille. 4.442
Millepertuis. 4.426
Mulet. 5.615
Melite. 5.620
Marne.
Manati. 5.634
Monnoyere ſc. Herbe. 4.450
Meurier. 4.443
Morelle. 4.486
Marrube. 4.438
Merillon.
Mere des perles. 5.637
Mouſſe d'Arbre. 4.444
Terreſtre. 4.445
Matricaire. 4.438
Mente. 4.439
Romaine. 4.440
au Chat. 4.447
Myrtille. 4.445
Meurte. 4.445
Morgeline. 4.356. 4.359
Moutarde. 4.486
Meutequene. 5.630
Marteau. 1.29
Mortier. 1.29
Mouron. 4.356. 4.359
Metaux. 2.55
Mauve. 4.437
Romaine. 4.437
Mandragore. 4.437
Marguerites paſquettes. 4.368
Muguet. 4.434. 4.419
Muffle de Veau. 4.361
Marjolaine. 4.436

N.

NArd Celtic. 4.487
Indique. 4.487
Nefles. 4.441
Nielle. 4.449
Neflier. 4.441
Noix de Muſcade. 4.443
Simple. 4.428
Nephritique ſc. pierre. 3.202
Nephritique ſc. Bois. 4.447
Noiſettier. 4.397
Naveau. 4.446
Noyer. 4.428

O.

OR purifié par fuſion avec de l'Antimoine. 3.231
Ours. 5.624
Ochre. 3.194
Onguent cordial. 2.184
Facilitant la ſupuration des ulceres. 2.186
Orge. 4.424
Olivier. 4.451
Oeillet de jardins grand.
petit. 4.378
Oranger. 4.365
Oreille de ſouris. 4.366
Origan. 4.452
Oiſeau de proye. 5.625
Oſtiocolle pierre. 3.223
Ortie Romaine. 4.503
Petite. 4.503
Morte. 4.504
Ozeille. 4.351

P.

PAnicaut. 4.411
Plat Eſcuelle. 1.29
Pot. 1.29
Pimpinelle d'Italie. 4.458. 4.476
Petit pot de graiſſe. 1.29
Racine de Patience. 4.431
Pas d'Aſne. 4.496
Paſſefleur. 4.465
Pervenche. 4.499
Pin pignet. 4.459
Pin Sauvage. 4.459
Poix. 4.525
Pois chiches. 4.387
Pain de pourceau. 4.404
de Cocu. 4.352
Pied de Lion. 4.355
Pied de Lievre. 4.431
Plomb. 3.253
Pincettes. 1.29
Porcelaine. 4.463
Perche. 5.637
Peſchier. 4.455
Peucedane. 4.457
Poudre aux Vers. 4.477
Contre la dyſenterie.
Perdris. 5.631
Perfoliate. 4.455
Pigeon. 5.626
Pilon. 1.29
Perles. 3.212
Piloſelle. 4.424
Pouliot. 4.464
Polypode. 4.561
Poule. 5.627
Pommes de Sapin. 4.348
Pommier. 4.462
Primeverre. 4.463
Pulmonerre d'Arbre. 4.465
Pulmonerre ſimple. 4.465
Palme Chriſt. 4.563
Palmier. 4.452
Perſil d'eau. 4.361
Prunier ſauvage. 4.351
Prunes tranſplantées du prunier ſauvage de couleur de citron. 4.351.
Prunier. 4.464
Ptarmica. 4.464
Punaiſes. 5.643
Phiole. 1.29
Peuplier. 4.462
Pimpinelle. 4.458
Pyramide. 1.29
Pierres Medicinales. 2.54
d'Aigle. 3.214
d'Azur. 3.221
à faire la chaux. 3.216
Ponce. 3.224
Chryſolite. 3.201
Eponge. 3.225
Parietaire. 4.454
Pouliot. 4.461
Pyrethre. 4.465
Pyrole. 4.465
Poirier. 4.466
Preſſoir. 1.29
Peſſe. 4.347
Piſſaſphalte. 4.525
Paſſereau. 5.630
Perſil de Macedoine. 4.457
de jardins. 4.457
de montagnes. 4.457
Perſicaire. 4.456
Petrole. 3.346
Piſtaches. 4.460

*Plantain.* 4.460
*Paſture de Chameaux.* 4.480
*Patte de Cheval ou d'Aſne.* 4.496
*Patience.* 4.431
*Paſtenades & leurs eſpeces.* 4.455
*Sauvage.* 4.455
*Petaſites.* 4.456
*Poivre.* 4.459
*Pivoine.* 4.461
*Pavot.* 4.453
*Primevere.* 4.463
*Erratic.* 4.454
*Pourpier.* 4.463

Q.

*Queuë de Cheval.* 4.411
*Quinteſeuille.* 4.466

R.

*Raiſins des Dames petis.* 4.502
*Rave.* 4.467
*Rhon.* 4.469
*Ronces.* 4.473
*Roſe.* 4.473
*Rue.* 4.473
*de muraille.* 4.474
*Rat.* 5.616
*Rue de Chevres.* 4.418
*Rhubarbe.* 4.562
*Rubin.* 3.203
*Rubrique vide Croye rouge.*
*Recipient.* 1.29
*Racine ſentant roſes.* 4.468
*Refort ſauvage ſimple.* 4.363. 4.467.
*Grand.* 4.467
*Regaliſſe.* 4.420
*Romarin.* 4.472
*Renouée.* 4.424. 4.461
*Grande.* ibid.
*Rhamne catarctique.* 4.564
*Rhinoceros.* 5.617
*Rhenard.* 5.624
*Rhapontic.* 4.468
*Bayes de Ronce.* 4.473
*Roſeau aromatique.* 4.374
*Roſier Champêtre.* 4.407
*Raiſins de Renard.* 4.454
*Roſier.* 4.469
*Rosée de Soleil.* 4.471

S.

*Sabine.* 4.474
*Sels.* 2.55
*Sel de Cuiſine.* 3.309
*de pierre.* 3.314
*de Nitre.* 3.314
*de Cendres de ſaule.* 3.319
*Sang, Larmes de Dragon.* 4.529
*Scabieuſe.* 4.480
*Seau de Salomon.* 4.461
*Sebeſten.* 4.483
*Sucre.* 4.527
*Sachet.* 1.30
*Souci.* 4.375
*Souchet.* 4.408. 4.418
*Stœchas.* 4.488
*Seiche.* 5.638
*Siderites.* 4.485
*Sandarache.*
*Sandal.* 4.477
*Soldanelle.* 4.564
*Soufre.* 3.335
*Saffran.* 4.400
*Sauge.* 4.475
*Seigle.* 4.483
*Sanglier.* 5.587
*Sagapene.* 4.528
*Suier Sureau.* 4.475. 4.558
*Salade.* 4.430
*Saponaire.* 4.478
*Sarriete.* 4.479
*Saſſafras.* 4.478
*Saule.* 4.474
*Scolopendre.* 4.480. 4.481
*Scylle.* 4.482
*Salamandre.* 5.646
*Sperme de baleine.* 3.346
*Semence de Grenouilles.* 5.638
*Semence à Vers.* 4.477
*Sanicule.* 4.477
*Seneſſon.* 4.484
*Senevé Sauvage.* 4.494
*Serpent.* 5.617
*Serpentine.* 3.223
*Scrophulaire moyenne.* 4.482
*Simple.* 4.482
*Serpolet.* 4.484
*Saphir.* 3.203
*Scorpions.* 5.647
*Sapin.* 4.347
*Saponaire.* 4.478
*Souris.* 5.615
*Chauve ſouris des Alpes.* ibid.
*Sangſue.* 5.644
*Saſſafras.* 4.478
*Seſame.* 4.484
*Seſeli de Marſeille.* 4.485
*de Crete.* 4.485
*Spatule à remuer.* 1.30
*Saturée.* 4.479
*Sauterelle.* 5.645
*Savinier.* 4.474
*Saxifrage rouge.* 4.414
*ſimple.* 4.442. 4.479
*Siſe de Crete.* 4.485
*Sureau.* 4.475
*Suye.* 4.515
*Salſepareille.* 4.478
*Scorzonnere.* 4.481

T.

*Tale.* 3.225
*Tanaiſie.* 4.490
*Teigne de Thym.* 4.557
*Thym.* 4.494
*Tablette.* 1.30
*Tabac.* 4.448
*Trichomanes.* 4.495
*Tenche.* 5.639
*Tendron des choux.* 1.2
*Tragacant.* 4.548
*Truffes.*
*Trefeuil odorant.* 4.436
*Truje.* 5.619
*Tuille.* 1.29
*Tilet.* 4.494
*Tamis.* 1.30
*Tamaris.* 4.490
*Tormentille.* 4.495
*Thymalle.* 5.639
*Troeſne.* 4.433
*Teigne.* 5.648
*Taupe.* 5.620
*Terres Medicinales.* 2.55
*Terre.*
*Taureau.* 5.588
*Tuthie blanche.* 3.307
*Gryſe.* 3.307
*Tourterelle.* 5.632
*Tuſſilage.* 4.496
*Tortue.* 5.638
*Truite.* 5.639

V.

*Veau.* 5.622
*Vers à ſoye.* 5.642
*de Terre.* 5.645
*des Inteſtins.* ibid.
*Vermillon.* 4.384
*Vit de prêtre, verge d'Aron.* 4.363
*Vin de poires.*
*Veſce ſauvage.* 4.418
*Vigne.* 4.502
*Verge d'or.* 4.501
*à feüilles etrates.* ibid.
*Verjus.* 4.520
*Valeriane.* 4.497
*Vine poiſon.* 4.500
*Viole purpurée.* 4.500
*Vinaigre.* 4.505
*Vnicornu mineral.* 3.227
*Vipere.* 5.620
*Viſc.* 4.398. 4.501
*Vrine.* 5.603
*Verre.* 1.30
*Veronique.* 4.498
*Verſer par inclination.* 1.24
*Vaiſſeau circulatoire.* 1.29
*de Terre.* 1.29
*Victorialis.* 4.499
*Violiere.* 4.500
*Vautour.* 5.632
*Vervaine.* 4.498

X.

*Xeerva.* 4.495

Z.

*Zedoar.* 4.504
*Zingembre.* 4.505

OR

# OR TABLE

## OF THINGS CONTAINED IN THIS BOOK IN The English tongue.

A.


ACACIA, or Black thorn, barck, flovvers. 2.57
Acorn-cups. ibid.
Svveet-ſented. 4. 352.
Common. 4.352
The Adder. 5.620
Agarick v. Mushroom. 4.551
An Agitaclel. 1.29
Agnus Caſtus. 4.354
Alabaſter. 3.215
Alder-tree, berry, barck. 4.558
Ale. 2.78
An Alembick-Still. 1.29
Almonds ſvveet, bitter. 4.358
Wood of Aloës. 4.353
Althaa. 4.356
Alume roch. 3.319
Spitting. 2.55
Amaranth flovvers &c. 4.357
Amber yellovv, vvhite. 3.343
Amber-grees. 3.342
Amethyſt. 2.95
Amms, true, Cretick, Vulgar. 4. 357.
Anacards. 4.358
Angelica tame, vvild. 4.360
Annis-ſeed. 4.360
The Ant. 5.644
Anthora. 4.361
Antimony. 3.280
Apples & Appletree. 4.462
Balſam Apples of Ieruſalem v. Balſam. 4.442
Arach. 4.365
Armenian-ſtone v. Stone. 3.216
Armoniack or Ammoniack vid. Gums. 4.507
Arnica or Arnick. 4.363
Aron ſmall, Egyptian. 4.363
Arſenick. 3.333
Arſmart. 4.456
Aſa Stincking or Aſſa fœtida. 4. 508.
Aſa vvell ſente. 4.511
Aſarabacca. 4.552
Ash-tree-barck, leavs, keys. 4. 416.
Aſpalathus. 4.469
Aſparagus. 4.364
Aſphaltus. 4.525
An Aſs. he, she, colt or ſoal. 5.588
Aſthmatick or Breathelping vvater v. vvater.
Atriplex. 4.365
Avens. 4.379
Azur-ſtone v. ſtone.


B.


A Badger. 5.620
Balm or Bavvm. 4.439
Balneum Mariæ. 1.29
Balſam & Balſamtree, vvhitish, Indian. 4.367
Balſam apples of Ieruſalem v. Apples. 4.442
Barberrys. 4.369
A Barble. 5.633
Barley. 4.424
Bay tree. 4.432
Beans Roman, common, flovvers. 4.413.
The Bear. 5.624
Bearsclavv. 4.372
Bearsfoot. 4.555
A Beaver. 5.596
Becabung. 4.359
Beer. 2.78
Bees humming &c. 5.639
Bee-glevv. 5.641
Beetles, black, horned, horſe, meal, toad-beetles &c. 5.646
Beets. 4.369
Benzoin or Benjamin. 4.511
Bettony, herb flovver. 4.370
Pauls Betony. 4.498
Bezoar-ſtone. 2.54
Bindvveed. 4.564
Birch-tree. 4.570
Birdlime.
Birthvvort, long, round vulgar. 4.362.
Bishopsvved. 4.357
Bismuth. 3.305
Biſtort. 4.370
A Bitch. 5.592
The Bitter or Bittern. 5.626
Black-thorn vid. Thorn, barck, flovvers.
Bleſſed Thiſtle. 4.377
Blevv-bottle. 4.403
Blood-ſtone v. ſtone. 3.219
The Blood ſucker. 5.644
A Boar. 5.619
A vvild-Boar. 5.587
The Bone of the Harts heart. 5. 598.
Bonebinder. 3.223
Borrage herb, flovvers. 4.371
A Box. 1.29
Box-tree. 4.373
Brakes. 4.414
Brombles. 4.473
Bran. 2.94
Branck-urſin. 4.372
Braſs its shavings, ſcales, flovver, Ore dregs of Sulphur. 3.334
Braſs-kettle. 1.29
Brickſtone. 1.30
Brimſtone yellovv, horſe, live-Sulphur. 3.335
Briony. 4.553
Brocklime. 4.359
Broom flovvers. 4.419
The Buck. 5.598
The Roe-Buck. 5.596
Buckthorn. 4.548
Buckthorn-berr. 4.564
The Buffle or Bufulo. 5.590
The Bug. 5.643. 5.590
Bugloſs flovvers &c. 4.372
A Bull. 5.588
Burdock. 4.367
Theleſis. 4.367
German. 4.458
Italian. 4.476
Burſtvvort. 4.424
Butchers-broom or Bruſcus. 4. 473.
Butchers-prick tree. 4.558
Butter-Bur. 4.456


C.


CAbbage. 4.372
Cadmia naturall metallin. 3. 304.
Calaminaris ſtone v. ſtone. 3.217
Calaminth or Calamints mountain. 4.374.
Calamus Aromaticus or Svveet Cane. 4.352. 4.374
To Calcine. 1.24
The Calf. 5.622
Camels Hay. 4.480
Camphire. 4.512
To Candy.
The Canker vvorm. 5.643
Capers, roots of the rinds. 4.375
Dutch Capers. 4.419
Cardamoms greater, leſs. 4.376


Arabian

Arabian. 2.56
Cardiuca. 4.377
Carduus Benedictus. 4.377
Carduus Mariæ. 4.378
Carlin-Thiſtle. 4.378
Carneolus or Carneol. 3.204
Carovvay-ſeeds. 4.378
The Carp. 5.634
The Carps-ſtone three-cornerd. 5. 634.
Carpenters-Ruddle. 3.194
Carrots. 4.408. 4.455
Carthamus. 4.553
Caſſia-Lignea or vvody. 2.56
The Cat, the houſe & vvild Cat.
The civet & Muſk Cat. 5.597
Cataputia Great. 4.563
Catkins. 1.2
Cats-foot. 4.424
A Cauldron. 1.29
Celondin greater, leſs. 4.384
Centauri the leſs, flovvers. 4.380
One ſort of it. 4.558
Chal. 3.192
Chamelea great-Leaved. 4.274
Chamomill ſea, common, Roman, flovvers. 4.382
Chaſt Lamb. 4.354
Checkers.
Cheeſlips. 5.641
Cherrye-tree & Cherryes dryed, vvinter-Cherryes, flovvers &c. 4.355. 4.381.
Chervil. 4.381
Cheſnuts, shells. 4.380
Chichpeaſe or Cicers. 4.387
Chickvved. 4.356
China roots. 4.385
A Chough. 5.627
Chriſtmas flovver. 4.555
A Chryſolite. 3.201
Cinckfoyl. 4.456
Cinnabar. 3.279
Cinnamon. 4.389
A Circulatory. 1.29
Citron tree, peels &c. 4.390
Citrul. 4.391
Clary. 4.425
Cleavers garden &c. 4.360. 4. 436.
A Clegg. 5.646
Cloves great, little. 4.379
Clove Gylly ovvers. 4.378
Clove-Violets. 4.385
Coach-greaſe. 3.253
Coal, Peter-Coal, ſtone-Coal. 2.56
A Cock. 5.627
A Dung-hil Cock. 5.632
Cockles. 5.637
Colevvort, Sea-Colevvort. 4.564
Coltsfoot herb, flovvers. 4.496
Columbin flovvers. 4.362
Comfrey. 4.489
Comfrey royall. 4.374
A ſort of red Comfrey. 4.501
The Coney. 5.600
Conſerve of Roſes. 1.5
Contra-yerva. 4.395
Copper. 3.250
Coral. 3.205
Coralline. 4.396
Corents or Corence v. Raiſons. 4. 203.
Corence or Corrants Engliſh. 4. 469.
Coriander-ſeed. 4.396
Roman. 4.449
Corn-flovvers. 4.403
Coſtus Arabian.
The leſs. 4.354
Cotton-tree, ſeeds, ſoft vvol. 4.371
Cottonvved, Arabian, flovvers. 4. 488.
The Covv. 5.588
A ſea-Covv, & the ſea-Covv's tooth. 5.634.
A Covvshot or Coiſt. 5.630
Covvslips. 4.463
A Crab, Crayfish, or Creviſe. 5. 633.
A Crane. 5.629
Cranes-bil. 4.420
Creſſes, vvater, garden. 4.446. 4. 447.
The Cricket. 5.644
The Crovv. 5.627
A Crucible. 1.29
Cryſtal. 3.217
Cubebs. 4.401
The Cuckovv. 5.627
Cuckovv-pints. 4.363
Cucumber, vvild. 4.401
Cucurbit. 1.29. 4.401
A Culver. 5.626
A Wood-Culver. 5.630
Cummin-ſeeds, black. 4.402. 4. 449.
Cuſcuta. 4.403
The Cuttle. 5.638
The inck or black moiſture of the Cuttle. 5.638
Cypreſs-tree garden, vvild, long, round. 4.402. 4.408


D.


Dandelyon or Dent de Lyon. 4.491.
Danevvort. 4.409
Daſies. 4.368
Date-tree. 4.452
A Davv. 5.627
To Decant. 1.24
To deſpumate. 1.24
Devils-bit. 4.489
Dil, Wild, flovvers. 4.359. 4.441
To diſſolve. 1.24
Dittany of Crete, vvhite. 4.408. 4. 416.
Docks-great, sharp pointed. 4.431
Dodder. 4.403
of Time. 4.557
The Doe. 5.598
A Dog. 5.592
Dog tree. 4.397
Dog-berry-tree. 4.558
Dog-graſs. 4.421
A Dog louſe, v. Louſe. 5.646
Doronicum. 4.409
The Dove, houſe-Dove, Turtle-Dove, v. Turtle. 5.626
A Ring-Dove. 5.630
Dragons blood. 4.529
A Drake. 5.625
Dropvvort. 4.414
Droſs of Metalls. 2.55
Duckmeat. 4.432
Dvvarf Elder v. Elder. 4.409


E.


Eagle-ſtone. 3.214
Earth. 3.189
Sealed Earth. 3.190
Red Earth. 3.194
Earth-Flax. 3.215
Earth vvax. 4.525
Earth-Worms v. Worms.
Ebony. 4.409
An El. 5.632
The Elck. 5.586
Elder tree, middlebark, flovvers. 4.475.
Elecampane. 4.423
The Elephant. 5.601
An Emerald. 3.204
The Emmot. 5.644
Endive. 4.410
Epithymum. 4.557
Eryngo. 4.411
The Esk. 5.644
Eſula. 4.554
Eupatory, Arabian, Maudlin. 4. 354. 4.412.
Eyebright. 4.412


F.


A Falcon. 5.625
Fat. 1.2
The Fat of a Horſe, nek. 5.601
Fearn. 4.414
Feathered Allum. 3.215
Featherfevv. 4.438
Feaverfevv. 4.441
Fennel. 4.415
To Ferment. 1.25
Fevervvort. 1.48
Figgs, common, Marſilian. 4.413
The Fig-eater. 5.627
Figvvort. 4.482
A Filbert or Filberd v. nut. 4.397
A File. 1.29
Finckel, broad. 4.485
Fire-ſtone. 3.224
Firre tree, vvhite, red. 4.347
Firr-Apples. 4.348
Fish-glevv. v. glevv.
Fiſtich nuts. 4.460
A Flaggon. 1.29
Flaxvved. 4.435
Fleabane. 4.561
Fleavvort. 4.456

*Flint ſtone.* 3. 224
*Flovver of Love.*
*Flovver de Luce.* 4. 428
*Flyes, Cantharides, golden, Spaniſh, French, horſe, horned, broad, Ant, red, black, violet & amethyſtin coloured Flyes.* 5. 642. 4. 646
*St. Iohns Fley.* 5. 643
*Fœnugreek.* 4. 415
*The Fox.* 5. 624
*Frankincenſe.* 4. 547
*The Frog, little, green, Eart Frog.* 5. 617.
*Water-Frog.* 5. 637
*Froggs ſpavvn or teddars.* 5. 638
*Fullers Clay.*
*Fumitory.* 4. 416
*A Funnel.* 1. 29

G.

*Galangel, greater leſs.* 4. 418
*The Gander.* 5. 625
*Garlick vvild, broad.* 4. 356. 4. 499
*Gentian.* 4. 419
*Germander, vvild.* 4. 382. 4. 481
*A greater ſort of it.* 4. 494
*To Gild.* 1. 25
*Ginger, yellovv, red, vvhite.* 4. 505.
*Gith true, falſe.* 4. 449
*Glaſs.* 1. 29
*The Glead.* 5. 630
*Glevv.*
*Fiſh glevv, Mouth-glevv.* 5. 636
*The Gloe-vvorm or Glos bird.* 5. 643.
*A Gnat ſnapper.* 5. 627
*The Goat, Buck-Goat, ſhe goat, vvild, rock, Roe goat.* 5. 592. 5. 593. 5. 596.
*Goats-Rue.* 4. 418
*Goaths thorn.*
*Gold.* 3. 230
*fine, beaten, leaf-gold.* 2. 55
*half beaten, double-refined.* ibid.
*mixed, baſer, party-colourd.* ibid.
*Muſcle, finely povvdered gold.* ibid.
*Golden Egg.*
*The Goos.* 5. 625
*Goos-graſs.* 4. 360
*Gourds ſeeds.* 4. 401
*For the running or vvandring Gout.* 5. 620.
*Granis of Paradiſe.* 4. 376
*Granat ſtone.* 3. 201
*Grapes.* 4. 502
*Graſs, Quich, or Dogs-graſs.* 4. 421.
*The Graſshopper.* 5. 643
*Gratia Dei.* 4. 558
*The Gray.* 5. 620
*Greas.* 1. 2
*of Ox, foot.* 5. 589
*A Grig.* 5. 632
*A Gripe or Geir.* 5. 632
*Gromvvel, ſeeds.* 4. 442
*Groundpine.* 4. 382
*Groundſel.* 4. 484
*Gaujacumbarck.* 4. 422
*Gum Dragant.* 4. 548
*Gypſum or Gyps.* 2. 53

H.

*Hæmatites.* 2. 54
*The Halcyon.* 5. 625
*The Havvck, Spar-havvck.* 5. 625
*A Hammer.* 1. 29
*The Hare.* 5. 613
*The bone of the Hares anckle.* 5. 613.
*Hare-foot* or *Hare-Cummin.* 4. 431.
*The Hart.* 5. 598
*Muſhroom, Spavvn* or *ſlime of the Hart.* 4. 548
*Hartſtongue.* 4. 481
*Hartvvort.* 4. 485
*Haver.* 4. 365
*The Hegde-Hog & Hegde-Dog.* 5. 601.
*Hegde-Hyſſop.* 4. 558
*Hegde-muſtard.* 4. 412
*Hellebore black, vvithe.* 4. 555. 4. 557.
*Hemlock.* 4. 388
*Hemp ſeed.* 4. 375
*A Hen.* 5. 627
*Henbane vvhite.* 4. 425
*Hen-bit.* 4. 356
*Hepatick herb, flovvers.* 4. 410
*Herb of Grace.* 4. 473
*Herb Paris* or *Truelove.* 4. 454
*Herb Robert.* 4. 420
*Herb Trinity.* 4. 427
*Herb Tvvo pence.* 4. 450
*Hern* or *Heron.* 5. 626
*The Herring.* 5. 636
*Hig taper flovvers.* 4. 497
*The Hind.* 5. 598
*Hippocrates his ſleev.* 1. 29
*Hirſe.* 4. 441
*Hogs-Fennel.* 4. 457
*Hogs-licet.* 5. 641
*Hops.* 4. 436
*Horehound vvhite.* 4. 438
*A Horſe.* 5. 601
*A Horſe leach.* 5. 644
*Horſe-tail.* 4. 411
*Houndſtongue.* 4. 407
*The Houp.* 5. 632
*Houſleeck greater, leſs.* 4. 483
*the ſmal leſt ſort.* 4. 498
*Hyacinth.* 3. 202
*Hyſſop.* 4. 426

I.

*A Iack-davv.* 5. 627
*Iacinct.* 3. 202
*Iaſmine or Ieſemin.* 4. 427
*Ielly.* 1. 6
*Ievvs-Bitumen.* 4. 525
*Ievvs-Ears v. Elder, Ievvs-Stone.* 3. 220
*Ievvs Stone.* 3. 220
*Indian-grain.* 4. 484
*Indian-leaf.* 4. 436
*St. Iohns-Bread.* 4. 485
*St. Iohns-Wort, herb, flovvers.* 4. 426.
*Iſing-glaſs.* 5. 636
*Iuice.* 4. 520
*Iujubs.* 4. 429
*Iuniper berrys, ſpunge, Wood.* 4. 430
*Ivy, ground & tree-Ivy, & Ivy berrys.* 4. 423

K.

*Kermes or Chermes-berries.* 4. 384
*The Kings Fisher.* 5. 625
*The Kite, the red Kite.* 5. 630
*Knee holly.* 4. 473
*Knobs of Burdock.* 1. 49
*Knotgraſs.* 4. 424. 4. 461

L.

*Ladies Beſtravv.* 4. 419
*Ladies Mantle.* 4. 355
*Lagobus.* 4. 363
*Lagopus.* 4. 431
*The Lamb.* 5. 586
*v. Greaſe.*
*A Lamprey or Luck ſtone.* 5. 637
*The Lapvving.* 5. 632
*Larch or Larix-tree.* 4. 431
*The lark.* 5. 625
*Larks heel.* 4. 374
*Lavender flovvers.* 4. 487
*Laurel.* 4. 432
*Lazul ſtone.* 3. 221
*Lead, calcined or burnt.*
*Leavs.* 1. 2
*Leeks, headed, unſet.* 4. 462
*Lemons, peels.* 4. 435
*Lentils.* 4. 432
*Lentiſch-tree.* 4. 432
*Lettice, Spaniſh.* 4. 430
*Lignum vitæ.* 4. 422
*Lillies vvhite, yellovv Water Lillies.* 4. 434. 4. 451
*Lillies Conval or May Lillies.* 4. 434.
*Lime playſter.* 2. 53
*Lime-ſtone.* 3. 216
*Lin.* 4. 435
*Linde or Lyme-tree, barck flovers* 4. 494.
*Liquorice.* 4. 420
*Litharge of gold & ſilver.* 3. 307
*Livervvort, fountain, ſtarr like, ſtony, vvhite, golden, flovvers.* 4. 410. 4. 411. 4. 433.
*The Lizard.* 5. 644
*Luellin.* 4. 498
*The Loadſtone.* 3. 222
*The Locuſt.* 5. 645
*Lovage.* 4. 433
*A Louſe.* 5. 646
*A Wall-Louſe.* 5. 634


Lung-

*Lungvvort, common, moſſey, ſpotted.* 4.465
*Lupins.* 4.413
*Lyncian ſtone.* 3.222
*The Lynx.* 5.614

M.

*Mace.* 4.443
*Maddir.* 4.472
*Maiden hair, vvhite, black, red, golden or yellovv.* 4.353.4.474. 4.495.
*The Mag. Py v. Py.* 5.631
*Mallovvs or Mavvls, common, tree, garden.* 4.437
*Man.* 5.602
*Mandrakes.* 4.437
*Many feet, herb.* 4.561
*Animal.* 5.641
*Marble ſtone.* 3.223
*Marcaſite.* 3.305
*A Mare.* 5.601
*Majoram.* 4.436
*Wild Majoram.* 4.452
*Marle.* 3.193
*Marrovv of ſtones.* 1.3.3.193
*Marsh Mallovvs.* 4.356
*Marygold, flovvers.* 4.375
*Mary-thiſtle.* 4.378
*Maſtich & Maſtich-tree.* 4.432
*Maſtervvort.* 4.427
*Maudlin.* 4.412
*Meat-ſvveet.* 4.502
*Mechoacan vvhite, blak.* 4.559 4.560.
*Medlers dryed.* 4.441
*Melilot, flovvers.* 4.438
*Melons.* 4.439
*To melt.* 1.25
*Mercury (the herb.)* 4.440
*Mercury (the mineral.)* 3.261
*Meu.* 4.441
*Mezeron, berries.* 4.560
*Millet or Milium.* 4.441
*Mint, Spear-mint, Saracens, Roman, Our Ladies, horſe, & criſp-mint.* 4.439
*Cat-mints.* 4.447
*A Mole or Moodivvarp.* 5.620
*Molevvort.* 4.563
*Moneyvvort.* 4.450
*A Morter.* 1.29
*Moſs, Moſs of the tree, ground-moſs.* 4.444
*The Moth.* 5.648
*Mother of Pearles.* 5.637
*Mother of time.* 4.484
*Mothervvort.* 4.438
*The Mouſe, Shrevv, or Earth mouſe, Alpin mouſe.* 5.615.5.616
*Mouſe-Ear.* 4.366
*The mug.* 5.643
*Mugvvort.* 4.363
*Mulberry-tree, leavs.* 4.443
*The Mule.* 5.615
*A Mullet.* 5.633
*Mullein or Mullen, flovuers.* 4.497
*A Muscle.* 5.634
*Mushrooms.* 4.548
*Mushrooms of Larch-tree.* 4.551
*Musk.* 5.614
*The Musk-Cat or Goat, moſchius,* 5.614.
*Myrtle tree, shrub.* 4.445

N.

*Nard.* 4.363
*Navevv.* 4.446
*Neats-foot oyl.* 5.589
*Nep or Nip.* 4.447
*Nephritick-ſtone.* 3.202
*Nephritick vvood.* 4.447
*Nettles dead, ſtinging, Roman, great, little.* 4.503.4.504
*The Nevvt.* 5.644
*Nigella true, falſe.* 4.449
*Nightshade.* 4.486
*Nutmeg.* 4.443
*Nuts, vvater, nuts, cypreſs, Indian, vomiting, Wall-nuts, pine-nuts, fiſtich, Halſe nuts, filberts.* 4.497.4.425.

O.

*Oak, bark, tree, leavs, miſcelto,* 4.466.
*Oats.* 4.365
*of Trupentine.* 3.186
*Oker.* 3.194
*Olives & Olive-tree.* 4.451
*Oyl Olive or Sallet Oyl.* 4.451
*Humble Olive.* 4.560
*One-berry.* 4.454
*Onion.* 4.380
*Origany or Origanum Vulgar, Cretick.* 4.452
*Orach.* 4.365
*Oranges, ſovvr, ſvveet, tree, fruit, peels, ſeeds.* 4.365
*Orpin.* 4.413
*Orpment.* 3.333
*Orris.* 4.428
*Oſteocolla.* 2.54
*An Oſtrich or Eſtridge.* 5.631
*The Olvv, night-Ovvl.* 5.630
*An Ox.* 5.588.5.590
*Oxtongue.* 4.372
*The Oyſter.* 5.637
*Oziers.* 4.474

P.

*Pagrus.* 5.639
*Palmer vvorm.* 5.643
*Parget.*
*Parmacitty.* 3.345
*Parsley common, Macedonian, mountain, vvild, ſtone parsley.* 4.457.4.458.
*Parsneps, Covv, or vvild.* 4.408. 4.455.
*The Partridge.* 5.631
*Peaches, Armenian, tree, leavs, flovvers, fruit.* 4.455
*A Peacock & Pea-hen.* 65.31
*The Pearch or Perch.* 5.637
*Pearles.* 3.212
*Pears & Pear tree.* 4.466
*Pear-vvine, Perry.* 4.466
*A Pelican (inſtrument.)* 1.29
*Pellitory of Spain.* 4.465
*Pellitory of the vvall.* 4.454
*Penny royal.* 4.464
*Pennyvvort.* 4.450
*Pepper vvhite, long, blak, of the mount.* 4.459.4.560
*Pervvinckle.* 4.499
*A Peſtle or Peſtil.* 1.29
*Peter-Coal.* 3.346
*Phaſeols.* 4.413
*A Pig.* 5.619
*A vvild Pig.* 5.587
*A Pigeon.* 5.626
*A Pike.* 5.636
*Pilevvort.* 4.384
*Pimpernel.* 4.359.4.476
*Pine-tree.* 4.431.4.459
*The Piſmire.* 5.644
*Piſtaches.* 4.460
*Pitchor Pick.* 4.525
*A Pitcher.* 1.29
*Plantan greater leſs.* 4.460
*Playſter cicatrizing.* 2.111
*Calaminaris.* 2.111
*Plums, yellovv, vvheaten, Spanish, Hungarian, ſovvr, Sloes, Damask Prunes.* 4.351.4.464
*Pœony or Piony, flovvers.* 4.461
*Polypody of the Oak.* 4.561
*Pom Citron.* 4.390
*Pom-granat, flovvers, peels.* 4.421
*Pompions.* 4.439
*Poplar-tree, vvhite, black, flovver,* 4.462.
*Poppies, vvhite, erratick, black, garden, Corn-flovvers, leavs.* 4.453.4.454.
*A Preſs.* 1.29
*Prickmadam.* 4.498
*Primroſes.* 4.463
*Privet, flovvers.* 4.433
*Prunella.* 4.463
*A Pultis for congealed blood.* 2.94
*A Pumice ſtone.* 3.224
*The Punie.* 5.643
*Purging-Thorn v. Thorn.* 4.564
*Purſlain.* 4.463
*The Puttock.* 5.630
*The Py, Pianat, or Mag-py.* 5.631.
*A Pyramid.* 1.29
*Pyrola.* 4.465

Q.

*The Quail.* 5.627
*Queed of the Meadovvs.* 4.502
*Quick ſilver.* 3.261
*Quinces dryed, ſeeds.* 4.404

R.

*Radishes, garden, vvild, Sea, Horſe-*

*Horſe-Radiſh.* 4.363. 4.467
*A Rale.* 5.631
*A Ram.* 5.616
*Rapes long.* 4.446
*Raſberrys dryed.* 4.473
*A Rat.* 5.616
*Rattleſtone.* 3.194
*A Raven.* 5.627
*Rayſons, blevv, Marſilian, greater, ſmall, Zibebs, greateſt, Corrents leaſt.* 4.502
*A Recipient.* 1.29
*Reſt harrovv.* 4.452
*A Retort.* 1.29
*Rhapontick, common, true, great and Rhubarb, true, Moncks, of Mechoaca.* 4.468. 4.560
*Rhinoceros.* 5.617
*Rhodium or Roſevvod.* 4.469
*Rie.* 4.483
*Rocket, ſeeds.* 4.411
*A Rook.* 5.627
*Roſa ſolis.* 4.471
*Roſe roots.* 4.468. 4.469
*Wild-Roſes.* 4.407
*Winter-Roſes.* 4.437
*Roſemary flovvers.* 4.472
*Roſe-Woot.* 4.469
*Rue.* 4.473
*Wall-Rue.* 4.474
*Ruby.* 3.203
*Rupturevvort.* 4.424

S.

*Saffron, Eaſtern, Auſtrian, Hungarian.* 4.400
*Baſtard Saffron.* 4.553
*Sagapen.* 4.528
*Sage, greater, leſs, Noble, vvild, broad, narrovv, flovvers.* 4.475
*Wall & Stone-Sage.* 4.485
*A Saker.* 5.625
*The Salamander.* 5.646
*Salamanders hairs.* 3.215
*Sallovv tree.* 4.474
*Salt-Armoniac.* 3.321
  *Common.* 3.309
*Sal Gem.* 3.314
  *of Niter* }
  *Salt peter* } 3.314
  *of vvood-ashe.* 3.319
*Sanders, red, vvhite, yellovv.* 4.477
*Sanguiſorb.* 4.476
*Sanicle.* 4.477
*Saracens conſo und.* 4.501
*Sardius.* 3.204
*Sarſaparilla.* 4.478
*Saſſafras.* 4.478
*Satyrion.* 4.479
*Savin.* 4.474
*Savory.* 4.479
*Saxifrage vvhite, flovvers.* 4.479
  *Red.* 4.414
  *another ſort of.* 4.442
  *another ſort of.* 4.458
*Scabious flovvers.* 4.480
*Scallions.* 4.462
*Scarlet-colour.* 3.203
*A Schaffing.* 5.632
*Scirrus.* 4.486
*Scænanth or Squinanth.* 4.480
*Scolopendria, true, common.* 4.480. 4.481.
*Scordium.* 4.481
*The Scorpion.* 5.647
*Scorzonera.* 4.481
*Scrofularia or Scrophulary the greater.* 4.482
  *the leſs.* 4.384
*Scurvy-graſs.* 4.392
*Sea-holly or Seaholm.* 4.411
*Sea-Moſs.* 4.396
*The Sea-Wolf.* 5.636
*Sebeſten.* 4.483
*Wild Senna.* 4.494
*Sengreen the greater.* 4.483
  *Small.* 4.498
*A Separator.* 1.30
*Serapin its gum or juice.* 4.528
*A Serpent.* 5.617
*Serpentin-vvod.* 4.395
*Seſami or Siſami vulgar.* 4.484
*Seſeli Marſilian or Siler-mountain.* 4.485.
  *Cretick.* 4.485
*Servval.* 4.504
*To Shave.* 1.26
*The Shell Crab.* 5.638
*The Shell-fish.* 5.634
*Shepherds-purſe.* 4.373
*Shoots.* 1.2
*A Sieve.* 1.29
*Silk vvorms.* 5.642
  *Their Silken pouches.* 5.642
*Sloes.* 4.351
*Smallage.* 4.361
*Smirgel.* 2.96
*The Snail.* 5.600
*A Snake.* 5.620
*A Water-Snake.* 2.144
*Snakevved.* 4.370
*Snaparagon.* 4.361
*Sneezvvort, black, vvhite.* 4.555. 4.557.
*Soapvvort.* 4.478
*Soldanella.* 4.564
*Solomons Seal.* 4.461
*Soot.* 4.515
*Sorrel.* 4.351
*Wood-Sorrel, petty, three-leaved.* 4.352.
*Southernvvod, male, fæmale.* 4.348. 4.402
*A Sovv.* 5.619
*A Wild Sovv.* 5.587
*Sovv-bread.* 4.404
*Sovvs.* 5.641
*Sparagus.* 4.364
*A Sparrovv.* 5.630
*A Hedge-Sparrovv.* 5.630
*A Water-Sparrovv.* 5.631
*A Spatile and Spatula.* 1.30
*Sperma ceti.* 3.345
*The Spider.* 5.641
*Spignel.* 4.441
*Spike & Spikenard, common, Celtick, Indian, Roman.* 4.487
*Spinach or ſpinage.* 4.488
*A Spitchcock.* 5.632
*Spleenvvort.* 4.480
*Spodium.* 3.307
*A Spoon.* 1.29
*Sprouts.* 1.2
*Spurge, greater, leſs, common.* 4.554. 4.558.
*Spurge Olive.* 4.560
*Squils.* 4.481
*Starr of the eart.* 3.225
*Starrs-shooting.* 1.9
*Staves-ager.* 4.488
*A Stegg.* 5.625
*Stibium.* 3.280
*A Still.* 1.29
*Stinking tree.* 4.558
*A Stock-Dove.* 5.630
*Stæchas Arabian, citrin or yellovv, flovvrs.* 4.488. 4.489
*Stone-Coal.* 3.346
*Stone Oyl.* 3.346
*Stones, Armenian.* 3.216
  *Calaminaris.* 3.217
  *Oyly.*
  *Saphire.* 3.203
  *Serpentin.* 3.223
  *Shiver-ſtone.* 2.55
  *Smaragd.* 3.204
  *Specular.* 2.55
*Spunge-ſtone.* 3.225
*Stony Cadmia.* 3.217
*The Stork.* 5.626
*A Strainer.* 1.29
*Stravvberries, dryed.* 4.415
*Succory, flovvers, candyed.* 4.388
*Wild Succory.* 4.491
*Sugar.* 4.527
*Sugar Candy.* 4.527
*Sugar Cheſt.* 4.558
*Sulphur.* 3.355
*Sulphurvvort.* 4.457
*Sumach.* 4.469
*Sun devv.* 4.471
*The Svvallovv, houſe, banck, rock, vvall, vvater-ſvvallovv.* 5.619.
*Svvallovv vvort.* 4.500
*The Svvan.* 5.630
*Svvet-bryar.* 4.407
*Svveet-Cane.* 4.574
*Svveet-Trefoyl.* 4.436
*The Svvine.* 5.619

T.

*Talck.* 3.225
*Tamaris or tamariſck, vvod, bark.* 4.490
*Tanſey, flovvers.* 4.490
*Teazles.* 4.409
*The Tench.* 5.639
*Teucrium.* 4.494
*Thiſtle, long-leaved, black, Carlin, Ladies, garden, carduus, Fullers.* 4.409

*Thlapſum*

Thlapſum. 4.494
The Thorn tree. 4.351
Thouſand-Leaf. 4.442
Through wax or Thorow-leaf. 4.455.
Thymallus. 5.636
A Tile. 1.30
Time or Thyme. 4.494
Wild Time. 4.484
Tin. 3.258
The Titmouſe, Mouskin, Cole, mountain, Fenny, Ashy, black, great, little, Dog, creſted, azure & meal-mouſe. 5.630
The Toad. 5.590
Toadſtone. 5.590
Toads-ſtool. 4.548
Toad Flax. 4.435
Tobacco Indian, & of theſe lands. 4.448.
Tongs or Nippers. 1.29
Tormentil. 4.495
The Tortoys. 5.638
Tragacanth gum. 4.548
A Tree. 1.2
Trefoyl ſweet. 4.436
Shrub-Trefoyl. 4.427
The Trout. 5.639
True-love, herb. 4.454
A Tunnel. 1.29
A Tup. 5.616
Turmerick. 4.402
Turneps, long, 4.446. 4.467
The Tartleor Turtle-Dove. 5.626. 5.632.
Tutty. 3.307
A Tyke or Tick. 5.646

V.

Valerian, greater, leſs, garden, wild, fenny. 4.497
Venus go denlocks. 4.495
Verjuice of unripe grapes. 4.520
Vernish. 4.430
Vert de grees. 3.247
Vervain. 4.498
Vetches or Fitches. 4.387
A Vial. 1.29
Victory-root. 4.499
dregs of Vineger. 4.506
Vine, tree, leavs &c. 4.502
Violets, March, Clove, yellow, blew, purple-coloured. 4.385. 4.427.
A Viper. 5.620
Vipers-graſs. 4.481
Virgins-Wax. 5.641
Vitriol, common, green, white, Cyprian, Roman. 3.323
The Unicorn. 5.622
Unicorn Mineral or graven. 3.227
Vomit of Antimony. 3.302
Urin or Mans water, the treaſury of it. 5.603
A Vultur. 5.632

W.

A Wagtail. 5.630
Wake-Robin. 4.363
Wall-flowers. 4.385
Wall-Rue. V. Rue.
Wallnuts, green, husks, flowers, V. Nuts.
A Want. 5.620
A Washer. 5.630
Water, fountain, wel or pit, river or running, ditch, Snow. 2.54
March ice, May-dew, Thunder-rainwater. ibid.
Rainwater. 3.195
Waters Aſthmatick or Breathchelping. 2.73
for Collick & wind. 2.74
for head & Fallingſickneſs. 2.75
for Rheums. 2.74
Throat-Water. 2.78
for Urin. 2.77
Cordial. 2.87
for a fright. 2.83
with a toaſt, 3.195
hard Water. 3.195
Water of the young horns of a Hart. 5.598.
A Wether. 5.616
A Whale. 5.634
Wheat, winter, ſummer, 4.496
A Whelp. 5.592
Winter-Cherrys V. Cherrys.
Winter green. 4.440. 4.465
The Wolf. 5.613
The Deer-like Wolf. 5.614
Wolf bane. 4.409
Wolf-fart. 4.548
Wolf-herb. 4.363
Woman. 5.602
Womens Aquavita. 2.85
The Wonder-tree. 4.563
Woodbind, herb, flowers. 4.376
A Woodcock. 5.631
Wool of ſheep greaſy. 5.616
Woolwort. 4.497
Worms of the Stomach, belly, bowels, or Maw-Worms. 5.646
Earth Worms. 5.645
The Blind-Worm or Sloe Worm. 5.621.
The Wood-Worms. 5.648
Worm graſs. 4.498
Worm-ſeed. 4.477
Wormwood, common, Pontick, Roman. 4.349
Sea Wormwood. 4.477
Woundwort golden. 4.501
A Wren. 5.631

Y.

Yarrow. 4.442
Yerva. 4.395

Z.

Zedoary. 4.504
Zibebs v. Rayſons.
Zurumbet. 4.504

# BLADT-WYSER.

## VAN DE MEDICINALE KRVYDEN EN ANDERE Dingen die in dit Boeck in't Nederduyts begrepen ziin.


### A.

Aabeel-boom. 4.462
Acacia. 2.54
Acorus. 4.352
Een Adder. 5.620
Adelaer-ſteen. 3.214
Een Ael. 5.632
Aerdt. 3.189
gezegelde aerde. 3.190
Aerdt-beſien of eert beſyn/ aert-beyen. 4.415
Aertkruyt/hol. 4.417
Aerdevlas. 3.215
Aerdt-was. 4.525
Een Agitakel. 1.29
Agnus caſtus. 4.354
Agrimonie. 4.355. 4.412
Aiuyn v. Zee. 4.380
Akeleye. 4.362
Alantwortel. 4.424
Albaſter. 3.215
Een Alembick. 1.29
Alkekengi. 4.355
Alruyn. 4.437
Alſem of Alſene / Pontick &c. 4.349. 4.350.
Roomſe en Zee-Alſene.
Althea. 4.356
Aluyn/rots/ſcheur. 3.319
Amandeln/ bitter/ſoet. 4.358
Amber witte. 3.343
Ambergries. 3.342
Ameos. 4.357
Amethyſt. 2.54
Ammoniack de gomme. 4.507
Anacardien. 4.358
Andoren. 4.438
Angelica. 4.360
Angellers. 4.378
Anys. 4.360
Anthora. 4.361
Antimonie. 3.280
Appel/en Appelboom. 4.365 4.462.
Aqua vitæ voor de Vrouwen. 2.85.
Argentin. 4.360
Arnick. 4.363
Aſa welruyckende. 4.511
Aſparagus. 4.364
Atriplex. 4.365
Averoone. 4.348
Azijn/ de moer of grondt-ſap daer van. 4.506

### B.

Een baers of baerſche. 5.637
Balneum Mariæ. 1.29
Balſam Indiaenſche/&c. 4.510
Balſam-boom. 4.367
Balſam-appel. 4.442
Een Barbeel. 5.633
Een Barm. 5.633
Barnſteen. 3.343
Baſilicon of Baſilicum. 4.368
Een Beemſteen. 2.54
't Been van een Hert v. Hert.
Beeren-klauw. 4.372
Beer-wortel. 4.441
Beete. 4.369
Bekabung. 4.359
Benzoijn. 4.511
Berch-geel. 2.94
Berg-root. 3.279
Bernagie. 4.371
Bertram-wortel / of Bertrams kruyt. 4.465
Betony. 4.370
Betonica Pauli. 4.498
Een Bever. 5.596
Bever en Bezoarſteen. 2.54
Beyr of Beer. 5.624
Suer Bier. 2.78
Bilſen-kruyt/witte. 4.425
Bingel-kruyt. 4.440
Biſmuth. 3.305
Bladeloose. 4.498
Bladeren. 1.2
Bloem van de Zee. 3.345
Bloet-ſteen. 3.219
Een Blot-ſuyger. 5.644
Bloeytſelen. 1.2
Een Bock. 5.592
Een Rhee-bock. 5.596
Bocks-doorn. 4.543
Bor-boonen. 4.352
Boeren-kerſe. 4.494
Een Boom. 1.2
Boom-vaare. 4.561
Boom-veyl. 4.423
Boomwolle. 4.371
Boonen. 4.413
Braemen. 4.473
Branden met geruyſch. 1.24
Brem. 4.419
Bryonie. 4.553
Een Buffel. 5.590
Burſt-kruyt. 4.424
Byen. 5.639
Vyvoet. 4.361

### C.

Cadmia. 3.304
Caerden / Volders Kaerden. 4.409.
Calamentum/berg. 4.374
Een Calf. 5.622
Calfs-neus. 4.361
Calfsvoet. 4.363
Calmus ſoet-rieckende. 4.352. 4.374
Camels-Hoy. 4.480
Camfer. 4.512
Camille. 4.382
Caneel. 4.389
Cappers. 4.375
Duytſe. 4.419
Caprifolium. 4.376
Cardamoms. 4.376
Carduus benedictus. 4.377
Marie / onſe vrouwen-diſtel. 4.378.
Carneolus. 3.204
Carper. 5.634
Drie-hoekige Carper-ſteen. 5.634.
wilde Caroten. 4.455
Carreway-zaet. 4.378


Catoen

Catoen of Cotoen. 4.371
Catte/ huys/ wilde/ civet of muſe. 5.597
Catte-kruyt. 4.374. 4.447
Catte-voet. 4.424
Centory. 4.380
Een ſlag 'er van Centenſchell. 4.465. 4.558
Chamedrops. 4.382
Chermes beſſe. 4.384
Chelidonia. 4.384
Wortel China. 4.385
Chryſolite. 3.201
Ciceren. 4.387
Cichoreye. 4.388
Cinnabar. 3.279
Cinosbatus. 4.407
Circulier-glas. 1.29
Citroenen. 4.390
Citrullen. 4.391
Clever-blatt/ huyn. 4.436
Cliſſen. 4.367
Coe of Coeye. 5.588
Coeckoeck. 5.627
Coloquint-appelen. 4.554
wilde Concommeren/ of Ezels- 4.401.
Comijn of cumijnzaet/ ſwart- 4.402.
breede. 4.485
Condrilla of eenen wilde Cichoreye. 4.491
Conſilie de greyn. 4.439
Te Conſiten. 1.24
Conſitſelen. 1.5
Een Coniin. 5.600
Conſerf van roſen. 1.5
Contrayerva. 4.395
Coper. 3.250
met de bloemen ſchabbe-
Corael. 3.205
Corael-kruyt. 4.396
Corenbloemen. 4.403
wilde Coren-roſen. 4.454
Corenten.
Coriander-zaet. 4.396
Cornelieboom. 4.397
kleynder Coſtus. 4.354. 4.399
Couwoerden/ of cauwoerden. 4.401.
Crabbe en kreeft oogen. 5.633
Een Crane. 5.629
Creyt of Kreyt. 3.192
Criecken/ vremde. 4.355
Croonticoskruit. 4.408. 4.455
Crop-ſla. 4.430
Een Crucibel. 1.29
Cruys-boom. 4.563
Cruiskruyt. 4.484
Cruys-wortel/ en cruisdiſtel. 4.411.
Cryſtal. 3.217
Cubeben. 4.401
Een Cucurbita. 1.29
Cuele.
Curcuma. 4.402
Cuſcuta. 4.403
Cuyſche Lam. 4.354
Cypreſſe-boom en velt-cypreſſe/ 4.382. 4.402
wilde. 4.408

D.

Dadelen/ Daden/ dalen/ en dactelen. 4.453
Een das. 5.593
Een Daſſe. 5.620
Denneboom. 4.347
Appelen. 4.348
Dille. 4.359
Diptamum of Dictamus. 4.408. 4.416.
Diſtelen/ Everwortelen. 4.378
Dock-bladeren. 4.456
Dol-kruyt. 4.486
Dolle kervel. 4.388
Donder-baert/ groot en kleyn. 4.413. 4.483.
kleynſte. 4.498
purgeerende. 4.564
ſoet-ruyckende. 4.407
ſponce daeruyt. ibid.
Een Tooſe. 1.29
Doronicum. 4.409
Dragacanthum gomme. 4.548
Dragoens of Drake-bloedt. 4.529.
Drievuldige bloemen. 4.427
Druybe-boom. 4.502
Druyben. 4.502
Dudaim. 4.437
Duerwas. 4.455
Dult. 4.548
Duyſent-bladt. 4.442
Duyſent-knoop. 4.424. 4.461.
Een Duyf of Doffer. 5.626
Koel-Duyve/ wilde. 5.630
Tortel-Duyve v. Tortel.
Duyve-kervel. 4.416
Duyvels-beet. 4.489
Duyvels-broodt/ ront. 4.548
Duyvels-dreck. 4.508

E.

Ebben-hout. 4.409
Echel. 5.602
Edick van wiin/ de moer daer van. 4.506
Een blat. 4.434
Eenhoorn. 5.622
Eenhoorn gegraben. 3.227
Eerdt-appel. 4.404
Eerdt-roock. 4.416
Egdiſſe of Egedis. 5.644
Egel-kruyt. 4.450
Elant. 5.586
Elſen hout. 2.57
Emmer. 3.343
Endeloos. 4.411
Endyvie tamme. 4.410
Ent-vogel. 5.625
Epithymum. 4.557
Eremprijs. 4.498
Eruca. 4.411
Een ſlach daer van. 4.387
Eryſimon. 4.411
Eſelkens of Ezelkens. 5.641
Eſſchen-boom. 4.416
Eſula of Ezula. 4.558
Everwortelen. 4.378
Eupatorium. 4.354. 4.412
Een Exter of Aexter. 5.631
Eyckelen hutten. 2.57
Eycken-boom. 4.466
ſlijm daer uyt. 4.466
Eycken-Naaren. 4.561
Ezel/ Ezelinne/ &c. 5.588

F.

Fenckelbreed. 4.485
Fenigrieck-zaet. 4.415
Fyle. 1.29
Fiole. 1.29
Floykruyt of bloykruyt. 4.561
Fluweel-bloemen. 4.443
Foelie. 4.443
Frambeſien. 4.473

G.

Galangia. 4.418
Galiſſien-hout. 4.420
Gamanderliin. 4.382
Een ſoort daer van. 4.494
Gans. 5.625
Ganſerick. 4.360
Garyophillate. 4.379
Geelſucht-wortel. 4.402
Geelwortel. 4.408. 4.455
Genever/ beſyen/ boom/ hout/ en wortelen. 4.430
Gengber. 4.505
Gentiaen. 4.419
Gerſt of Garſt. 4.424
Gepelde Gerſtwater. 4.425
Geruwe. 4.442
Een Geyt. 5.592
wilde. 5.593
Een Rhee-Geyt. 5.596
Geyten-baert/
groote. 4.502

Geyten-bladt. 4.376
Geyten-kruyt. 4.418
Om de vliegende Gichts. 5. 5.620. 645.
Een Giers. 5.630. 5.632
Een Giet-kroes. 3.287
Glas. 1.30
Gedra eyt Glas. 1.30
Glas-kruyt. 4.454
Godsgenade. 4.558
Gouden Ey. 4.400
Gout. 3.230
ſlechter/ en moſchel-gout. 2. 55.
geſuybert met Antimonie. 3. 231.
Goutd-bloemen. 4.375
Gouwwortel/ groot en kleyn. 4.384.
Een Graf-naelt. 1.19
Granaet-appelen. 4.421
Granaet-ſteen. 3.201
Gras. 4.421
Een Grevel. 5.620
Een Gryp-vogel. 5.632
Guaiacum. 4.422
Gulden Roede. 4.501
Gulde-wortel. 4.468
Guychelheyl. 4.359
Gyps.

H.

Hadick. 4.409. 4.455
Een haen/ hen/ hoen/ 5.627
Een Hagedis. 5.644
Een hamer. 1.29
Een haring. 5.636
Een haſe. 5.613
het enckel-been daer van. 5. 613.
Haſelaer-boom. 4.397
lijm daer van. 4.398
Haſe-wortel. 4.552
Haaſe-pootkens of haſe-voetkens. 4.431
Een Havick. 5.364
Een Helm. 1.29
Hennip. 4.375
Hert. 5.598
't been van een Herts hert. 5. 598.
Hert-ſwammen. 4.548
Herts-geſpan. 4.377
Herts-tonge. 4.481
Heydenſche wont-kruyt. 4.501
Heylig kerſt-kruyt. 4.555
Een Hinde. 5.598
Hinne-beſyen. 4.473
Hippocrates ſijn mouw. 1.29
Hirſe. 4.441
Hoefbladeren. 4.496
Hoender-beet. 4.356
Holſtein-kruyt. 4.363
Holwortel. 4.362
Een hont en hontken. 5.592
Honts-boom. 4.558
Honts-gras. 4.421
Honts-tonge. 4.407
Een Hoppe. 5.632
Hoppe-kruydt. 4.436
Een Horbedor. 5.646
Hout van Aloes. 4.353
Hout-Caſſia.
Een Hout-worm. 5.648
Huel/ wite/ ſwarte/ &c. 4.453
Huysloof. 4.483
Kleynſte. 4.498
Hyacinthus. 3.202
Hyſope. 4.426

I.

St. Jans broodt. 4.485
St. Jans kruydt. 4.426
Jaſmin of Jeſemin. 4.427
Ichthyocolla. 5.636
lijm daer van/ en mont-lijm &c. 5.636
Indiaenſche bladt. 4.436
Jode-pik. 3.346. 4.525
Joden-ſteen. 3.220
Irio. 4.412
Iva Arthetica. 4.382
Juffrouw merch. 4.361
Juiuben. 4.429

K.

Kalck. 3.216
Kaſtanien. 4.380
Keeskens-kruydt. 4.437
Kemp. 4.375
Kerſen en kriecken.
Kerſouwen. 4.368
Kerſſe/ Water en Tuyn. v. Tuyn. 4.446. 4.447
Kervel. 4.381
Een kopere Ketel. 1.29
Een Kever.
Keyſelſteen v-ſteen. 3.224
Een groene Kickvorſch. 5. 617.
Een water kickvorſch. 5.637
Een Kievit. 5.632
Knobbelen van kliſſen. 1.49
Knob-loock. 4.356
Knollen. 4.467
Een Kolf. 1.29
Een winter-koningsken. 5.631
Koning-kruyt. 4.412
Koorskruyt. 1.48
Een kraye of kauwe. 5.627
Een Kretel. 5.644
Een Kruyck. 1.29

L.

Een Lam. 5.586
Een lampreye. 5.637
Lattouwen/ ſpaenſche. 4.430
Lavender. 4.487
Lavetſe of Lavas. 4.433
Laurier of laurusboom. 4.432
Een Leeuwerk. 5.625
Lelien Witte/ &c. wortelen. 4. 434.
Een Lepel. 1.29
Lepel-bladen. 4.392
Lever-kruyt/ edel/ witte/ water. 4.410. 4.433.
Limoenen of Lemoenen. 4.435
Linde-boom. 4.494
Linſen/ water-linſen. 4.432
Liſch over Zee en van deſe landen/ geel/ wel-ruyckende. 4.428.
Litharge of ſchuym van gout/ ſilver of witte loot. 3.307
Longen-kruyt/ en Mos-Longenkruyt. 4.465
Loock/ en Waterloock. 4.356. 4.481.
wilde/ breet/ das. 4.499
Loof-vorſch. 5.617
Lopich-kruyt. 4.471
Lorken boom. 4.431
Lorcken-ſwamme/ vytgroeyſel van de Lorcken-boom. 4.551
Loot. 3.253
Een Louwe. 5.639
Lupinen. 4.413
Een Luys. 5.646
Een Hondt-Luys. 5.646
Luys-kruyt. 4.488
Lynx/ een Beeſt van verſcheyde verwe. 5.614

M.

Madelieven. 4.368
Maegden-palm. 4.499
Magneet of Zeylſteen. 3.222
Malrove. 4.438
Maluwe/ en boom maluwe. 4.437.
Witte maluwe. 4.356
Mandragora. 4.438
Mans-ooren. 4.552
Marcaſite. 3.305
Mariolleyne/ of mageleyne/ grove/ 4.436. 4.452
Maſtichboom. 4.432

Mater

Mater of moderkruyt. 4.438
Mechoacan/ witte/ ſwarte. 4.559. 4.560.
Mee en Meecrappen. 4.472
Meeſe/ berg/ kool-Meeſe/ &c. 5.630.
Meeſter-wortel. 4.427
Melde. 4.365
Meliote. 4.438
Meliſſe. 4.439
Meloenen. 4.439
Een Menſch/ man of wyf. 5.602.
Merch van ſteenen. 1.3. 3.193
Mercuriael. 4.440
Mergel. 2.53
Merrich-wortel. 4.363
Een Merrie. 5.601
Meu. 4.441
Mey-bloem. 4.434
Mezereon. 4.560
Een Mier of pismier &c. 5.644
Milie. 4.441
Miltkruyt. 4.480
Miſpelen. 4.441
Moeder van peerlen. 5.637
Moerbeſie. 4.443
Een Mol. 5.620
Mollekruyt-boom. 4.563
Moren. 4.455
Een Mortier. 1.29
Moſch/ Boom-moſch/ Aerdt-Mos. 4.444. 4.445
Moſchelen. 5.634
Moſtaert-zaet/ wilde. 4.486. 4.494
Een Motte. 5.648
Muer. 4.356
Muer peper. 4.498
Een Mugge-vink. 5.627
Munte / criſpe/ cruys-munte &c. 4.440. 4.439
Een Muſche. 5.630
Mosk of Muskeliaet. 5.614
Een muyl of muyl-Ezel. 5.615
Een Muys. 5.615
Aert en Kots-Muys. 5.616
Muysdoorene. 4.473
Muys-ooren. 4.366
Myrtus/ Myrtilli en meurte-boom. 4.445

N.

Nagelen. 4.379
Nagel-kruyt kleyn. 4.424
Narvhal. vid. Eensom.
Nardus-zaet. 4.449
Naſcaye. 4.486
Negen-ooge. 5.637
Nenuphar. 4.451
Nepte. 4.447
Nier-ſuch-hout. 4.447
Nierzuchtig-ſteen. 3.202
Nies-wortel / of nieskruyt/ ſwarte/ witte. 4.555. 4.557
Nigelle. 4.449
Fiſtice notet. 4.460
Haſel-noten. 4.397
Note-moſchaten. 4.443
Ocker-noten. 4.428
Nymphæa. 4.451

O.

Ocker-noten/ v. noten.
Een Oeſter. 5.637
Oker geel. 3.194
Een Oliphant of Elephant. 5.601.
Oliven/ en Olive boom. 4.451.
Boom-olys. 4.451
Oly-ſteen.
Onder-haue. 4.423
Oogen-trooſt. 4.412
Oranien of orangie. 4.365
Orant. 4.361
Origanum. 4.452
Een Os of Oſſe. 5.588
Oly vande poten. 5.589
Groote/ wilde. 4.370. 5.590
Oſterlucey. 4.362
Oſteocolla. 3.223
Ovendel. 4.484
Een Oyevaer. 5.626
Oyevaersbek. 4.420

P.

Een padde. 5.590
Padde-ſteen. 5.590
Padde-ſtoelen. 4.548
Een paert/ en 't vet van ſijn hals. 5.601.
Een Palinck. 5.632
Steeck ende Palm. 4.473
Papecullekens. 4.363. 4.498
Paradiiſche greynen. 4.376
Paradiis-hout. 4.353
Pareye. 4.462
Parietarie. 4.454
Een Patriis. 5.631
Pattich of Peerdick. 4.431
Pauw en Pauwwine. 5.631
Peen-wortel / of Wilde Peenen. 4.455
Peeren moskadelle en peere-boom. 4.466
Peer-wiin. 4.466
Peerlen. 3.212
Peerlen-kruyt. 4.442
Peerts-klauw. 4.496
Peerts-ſtaert. 4.411
Penningkruyt. 4.450
Penſeen. 4.427
Peper. 4.459
Peper-wortel/ of Peperkruyt. 4.363. 4.467.
Perſen/ of Perſicken / Peſick-appel. 4.455
Perſick-kruyt. 4.456
Een Perſſe. 1.29
Peſtilentie-wortel. 4.456
Peter-Cool/ v. ſteen-kool.
Peterſelie of Perſelie. 4.457
Peck. 4.535
Piil-hout. 4.558
Piin-boom. 4.459
Pimpinelle/ duytſche / Italiaenſche. 4.458. 4.476
Pinſternakel. 4.408. 4.455
Pioenen. 4.461
Piſtacien. 4.460
Een Pleyſter. 2.53
Pleyſter om wonden met Vel te decken. 2.111
Plompen / witte / geel / &c. 4.451.
Poch-hout. 4.422
Polen/ wilde. 4.484
Poleye. 4.461. 4.464
Populier boom. 4.462
Porceleyn. 4.463
Prangwortel. 4.452
Een Prick. 5.637
Pruymen/ Damaſch/ wilde/ &c. 4.464
Pyretrum. 4.465

Q.

Een Quackel/ of Quartel. 5.627.
Quee-appelen. 4.404
Queckengras. 4.421
Quickſilver. 3.[illegible]61
Quint-appelen. 4.404. 4.5[illegible]
Quick-ſtaert. 5.630

R.

Radiis / gemeyne / water/ 4.467.
wilde. 4.364
Een Ram. 5.616
Rapen / Pariiſche en ſteeck-rapen. 4.446. 467
Ratel-ſteen/ of rooaert. 3.194
Een ratte. 5.616
Een Rave of Kraye. 5.627
Recipient. 1.29
Reſpen. 4.473

Retort

Retort. 1.29
Een Reyger. 5.626
Reynette. 4.502
Reynevaer. 4.490
Rhabarbar/ Monachs/ van Mechoaca etc. 4.560
Rhaponticum. 4.468
Rhynwilgen. 4.433
Een Rhinocer. 5.617
Rhodium of roſenhout. 4.469.
Ribes/ Ribeſien/ of Aelbeſien. 4.469.
Ridderſporen. 4.374
Rinbeſien. 4.280
groen ſap daer van. ibid.
Te Rijpen. 1.25
Robrechts herb/ of kruyt. 4.420. 4.485.
Robijn. 3.203
Een Roer-ſtock. 1.30
Roet. 4.515
Rogge koren. 4.483
Roof-vogel. 5.625
Een ros. 5.601
Ros ſolis. 4.471
Roſen/ witte/ roo etc. 4.469
wilde/ velt. 4.407
Roſemarijn. 4.472
Roſe-wortelen. 4.468
Roſijnen of Raſijnen. 4.502
Rotte. 4.472
Rotte-kruydt/ of Ratte-kruyt. 3.333.
Een Ruyſe of Ruyſeme. 5.643.

S.

Saffraen of Sofferaen. 4.400
Wilde. 4.553
Sagapen. 4.528
Salm/ een ſoort daer van. 5.639.
Salmander. 5.646
Salomons Zegel. 4.461
Salve of Salf. 1.8
Sanickel. 4.477
Sap/ gelijk ſlijm. 1.6
uytgeperſt. 1.8
van Serapi. 4.528
Sapphier. 3.203
Sardius. 3.204
Sarſaparilla. 4.478
Saſſafras. 4.478
Satureye. 4.479
Savel-boom. 4.474
Savie of ſalie/ alderley ſlach. 4.475.
Sauſeboom. 4.369
Scabioſe. 4.480
Scharlaecken coleur. 3.203
Een Schaep. 5.586. 5.616
ſmoutige ſchaeps wolle. 5.616
Schallebyter. 5.646
Scharleye. 4.425
Te Schaven. 1.26
Scheerlink. 4.388
Schelkruyt. 4.384
Schelp-vis. 5.634
Scheydetrekte. 1.30
Schiltpadde. 5.638
Schœnanth. 4.480
Schorfte overthymus. 4.557
Schuym van metaelen. 2.55
Scolopendrium/ oprechte/ gemein. 4.480. 4.481
Scordium. 4.481
Scorpioen. 5.647
Scorzonera. 4.481
Scrophularia. 4.482
Sebeſten of Sebaſte. 4.483
Seepkruyt. 4.478
Sene of ſenna-bladeren.
Wilde. 4.494
Sepia. 5.638
Inct of ſwerte bloet daer van. ibid.
Serpent. 5.617
Serille. 4.486
Seſami. 4.484
Seven getijden kruit. 4.436
Een Siffe. 1.29
Siler montanum/ of breet Comijn/ of ſeſeli van Maſſilien. 4.485.
Cretiſche of Candiaenſche. 4.485.
Silver/ bladt-ſilver/ en half geſlagen. 3.240
Een Slange. 5.620
blinde Slange/ of blinde worm. ibid.
Water-ſlange. 2.144
Slange-kruyt. 4.370
Slangen-hout. 4.395
Slange wortel. 4.481
Een Slecke. 5.600
Slehen/ Slehen-dooren/ wilde Pruymen/ of pluymen. 4.351.
Sleutel-bloemen. 4.463
Smaragd. 3.204
Smeer. 1.2
Smeer wortel. 4.413
Te Smelten. 1.25
Een Smelt-kroes.
Een Snoeck. 5.636
Een ſoch. 5.619
Wilde. 5.587
Soethout. 4.420
Solfer-wortel. 4.457
Sondauw. 4.471
Sorben en ſorben-boom. 4.486.
Sout. 3.309
van Ammoniacum. 3.321
ſalgem of ſteen-ſout. 3.314
Salpeter/ ſoutpeter of ſout van Niter. 3.314
van hout-aſſche. 3.319
Spargis/ ſparges of ſperagus. 4.364
Een ſpatel. 1.30
Speen-kruyt groot. 4.482
Speen-kruydt/ of ſpeen-wort/ kleyn. 4.384
Sperma Ceti. 3.345
Een ſperwer. 5.625
Spijck en ſpijcke-naerd. 4.487
Celtiſche en Indiaenſche. 4.487.
Spinagie. 4.488
Spinnekoppen. 4.454. 5.641
Spits-glas/ of ſpies-glas. 3.280.
Spodium. 3.307
Sporckel-hout. 4.558
Spring-kruyt. 4.554
Een ſpringhaen. 5.643
brandende. 5.645
Spruyten. 1.2
Spurgie. 4.554. 4.558
Stal-kruydt. 4.452
Een ſtamper. 1.29
Steeckende palm. v. palm.
Steenbreeck/ wit/ geel/ root. 4.414. 4.438. 4.479.
Steen-kool of petercool. 3.346
Steenen van Armenien. 3.216
Adelaer. 3.214
Alabaſter. 3.215
bloedtſteen. 3.219
Calaminaris. 3.217
Cryſtal. 3.217
Jode-ſteen. 3.220
Klief-ſteen. 3.221
Lazuyr-ſteen en Lazuyr-blaeu.
vande Lynx. 3.222
Maenſteen. 2.54
Magnes of zeylſteen. 3.222
marmer. 3.223
voordenierſugt. 2.95
Puymſteen. 3.224
ſerpentijn. 3.223
ſmirgel. 2.95
ſpongie of ſponce ſteen. 3.225
vierkeye en keyſel-ſteen. 3.224.
walſteen. 3.223
ſteen-Oly. 3.346

Steen

Steen-ruyte. 4.474
Steen-zaet. 4.442
Sterren-kruyt. 4.411
Sterren-ſcot. 1.9
Een ſtier. 5.588
Stoechas of ſtichas. 4.488. 4.489.
Sumach en ſmacke. 4.469
Suring of ſurckele. 4.351
Schaeps / of driebladt/ Suring. 4.352
Suycker/ Suyckeren. 4.527
Suycker-Candy of Stock-ſuycker. 4.527
Suycker-wortelen. 4.486
Een Swaluwe/ Muer-Swaluwe/ etc. 5.629
Swaluw-wortel. 4.500
Een ſwaen. 5.630
ſwavel/ ſwevel of ſolfer. 3.335
ſwertſel. 4.515
Een ſwijn. 5.619
Wilde ſwijn. 5.587
ſpinaw. 4.355

## T.

Taback. 4.448
Talck. 3.225
Tamariſche/en Tamaris-hout. 4.490.
Een Tange. 1.29
Tante. 4.490
Taskens of teskens-kruyt. 4.373.
Een Teecke. 5.646
Een Tegel-ſteen. 1.30
Somer en Winter Terwe. 4.496.
Teutrium. 4.494
Een Teve. 5.592
Thlaſpi. 4.494
Thymallus een flach van Creeften. 5.639
Thymus. 4.494
Wilde. 4.484
Tin. 3.258
Een Tincke. 5.639
Tormentille. 4.495
Een Trechter of Tremelle. 1.29.
Turpentijn-ſalf. 2.186
Tortel-duyve. 5.626. 5.632
Tutia. 3.307
Tuyn-kerſe v. kerſe. 4.447

## V.

Een Valck. 5.625
Valeriane/ thuyn. 4.497
Groote/ wilde. 4.497
Kleyn. 4.497
Varen. 4.414. 4.485
Een Velt-hoe. 5.631
Venckel. 4.415
Verckens-venckel. 4.457
Verbene. 4.498
Vercken en Verexken. 5.587. 5.619.
Wilde. 5.587
Verckens-broodt. 4.404
Vergift-kruyt. 4.481
Vergift-heel-wortel. 4.361
Vergift-hout. 4.395
Vergiftwortel. 4.395
Te Verguldeu. 1.25
Veriuice van onrijpe Druyven. 4.520.
Vermilioen. 3.279
Vernis. 4.430
Een Verre. 5.588
Victory-wortel. 4.449
Vijfvinger-kruyt. 4.466
Vijgen en Vygen-boom. 4.413.
Een Vyg-eter. 5.627
Vijt-kruydt witte. 4.403. 4.433.
Vincoorde. 4.499
Viole of Violette blaeuw/ purpur. 4.500
witte/ geele/ nagele. 4.385
Viſſelkruyt. 4.494
Vitriol/ witte/ Cyperſe/ groen. 3.323.
Vlas. 4.435
wilde. 4.435
Vlas-dotter. 4.484
Vliegen/ ſpaenſche/ gehoornde/ ſmeerige/ ſwarte/ padde/ peerde/ etc. 5.642. 5.646
Vlier-boom. 4.475
Wilde. 4.409
Vloo-kruyt. 4.456
Vloy-kruydt. 4.561
Vogele-neſt. 4.455
Een Vorſch/ wavorſch/ Kickvorſch. 5.637
Vorſchen-zaet. 5.638
En Vos. 5.624
Onſe Vrouwen diſtel v. diſtel. 4.378.
Vrouwen hayr/ goude/ roo. 4.353. 4.495.
Vrouwen-mantel. 4.355
Vyer-keye. 3.224
Vyen. 4.380
Vyl/ nacht-vyl. 5.630
Een Vyſel. 1.29

## W.

Wael-wortel. 4.459
Wagen-ſmeer. 3.253.
Walmeeſter. 4.411
Walſtroo. 4.419
Een Walviſch. 5.634
Water vande Fonteyn. 2.54
Put-water. 2.54
Rivier/ vloeyende. ibid.
van Maert-Ys. ibid.
Sloot/ veen. ibid.
Regen. ibid.
Sneeuw. ibid.
Donder-regen. ibid.
Locht/ of aſem-water.
Tegen ſinckingen. 2.74
Carnulle-tegen Coliick. 2.74.
voor't hooft en vallende ſiekte. 2.75
om water te maken. 2.77
voor de krop of kele. 2.78
ſchrifwater. 2.83
hertſterkend. 2.87
met gerbaede broodt. 3.195
hart-water. 3.195
regen-water. 3.199
van de ionge hoorne van een Hert. 5.598
ſpow-water van Antimonie. 3.302.
ſchat van't menſche water. 5.603.
Water vongen. 4.359
Een Weder. 5.616
Weegbre-kruyt. 4.460
Een Weg luys en want-luys. 5.643.
Wilden-Vlier. 4.409. 4.555
Wieroock. 4.547
Wijngaert-boom / bladeren. 4.502.
Wijnruyt. 4.473
Wilgen-boom. 4.397. 4.474
Winter-groen. 4.440. 4.465
Winter-roſen. 4.437
Een Wolf. 5.613
Wolfs-beſie. 4.454
Wolfs-veeſt. 4.548
Wolle-kruyt. 4.497
Wolven-kruyt. 4.363
Wondenkruyt. 4.413
Wonderboom. 4.563
Eeen Woorde. 5.625
Wormen/ goude/ groen/ boomwormen. 5.642


Pier

Pier of aerde wormen. 5. 645.
gras-worm. 5.643
Hout-worm. 5. 648
Wormken of vlege die's nachts schiint. 5. 643
Wormkruit. 4. 477
een ſoort daer van. 4. 490
Een roo Wouwe. 5. 630

Y.

Yacinth. 2.54
Yerva. 4. 395
Yſer, met den hamerſlagh, en afvüiſelen. 2. 55
Yſer-kruyt of yzer kruyt. 4. 498.
Een Ys-vogel. 5. 625

Z.

Zandel-hout. 4. 477
Zedoaria. 4. 504
Zee-Aiuyn. 4. 482
Zee-koe, en Tant. 5.634
Zeelbaſt. 4.560
Een Zeelt. 5.639
Zee-moſch. 4.396
Zee-winde. 4.564
Zeylſteen v. Magnet.
Zibeben. 4.401
Zinziber of Gengber. 4. 505.
Een Zy-worm. 5. 642
Zyden ſackens daer van. 5. 642.

FINIS.



INDEX

# INDEX

## RERUM ET COMPOSITIONUM

Quæ non tantùm in ipſo SCHROEDERI PHARMACOPOEIÆ MEDICO-SPAGIRICÆ ILLUSTRATÆ & AUCTÆ Corpore SCHROEDERO & HOFMANNO adjectæ occurrunt,

*Sed etiam*

EARUM QUÆ IN EIUSDEM APPENDICE ET APPENDICULA Reperiuntur.


A.

ACETUM bezoarticum Diemerbroeckii. *Pag.* 69
Acetum bezoarticum Faſcic. Cnoëffel. 715
Acetum febrifugum Fr. Deleboë Sylvii. 69
Acidulæ vegetabiles Faſcic. Cnoëffel. 723
Ægagropilæ. 594
Ætites v. Lapis ætites.
Alexipharmaca Faſcic. Cnoëffel. 713
Alkaeſt Helmontii & Cnoëffelii Faſcic. Cnoëffel. 777.
Alliaria. 356
ad Alopeciam leproſam unguentum Faſc. Cnoëffel. 770.
Ambra moſchata ſicca Faſcic. Cnoëffel. 739
Ambræ eſſentia ex eodem. *ibid.*
Ambroſia pro hepatis, ſplenis aliarumque partium paſſionibus è Pharm. Perſ. 780
Amuletum cæleſtinum Faſcic. Cnoëffel. 730
Amuletum in fluxu nimio hæmorrhoidum v. Hæmorrhoidalia.
Amuletum in fluxu nimio menſium v. Menſes ſiſtentia.
Annulus ſtellatus Helmontii v. Hæmorrhoidalia.
Anodyna Faſcic. Cnoëffel. 717
Antiepileptica Faſcic. Cnoëffel. 721
Antiarthritica Faſciculi Cnoëffel. 758
Antidotus lyſipiretus Faſcic. Cnoëffel. 765
Antifebrile eremitæ Faſcic. Cnoëffel. 766
Antihecticum Cn. Faſcic. Cnoëffel. 733
Antimonium diaphoreticum ſolare Faſcic. Cnoëffel. 713.
Antimonii ſulphur fixatum Faſcic. Cnoëffel. 737
Antimonii tinctura Faſcic. Cnoëffel. *ibid.*
Antiparalytica Faſcic. Cnoëffel. 720
Aperitivum martiale Faſcic. Cnoëffel. 744
Apoplectica Faſcic. Cnoëffel. 718
Aqua contra abortum Welſchii. 72
Aqua abſintii compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua acidula, è Pharmac. Perſica. 779
Aqua angelicæ compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua apoplectica Charaz. 73
Aqua bezoartica Charaz. 74
Aqua bezoartica Londinenſ. *ibid.*
Aqua bryoniæ compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua caponis Londinenſ. *ibid.*
Aqua caſei ad melancholiam è Pharm. Perſ. 792
Aqua tenellorum Cervi è Laborat. Ceylon. 794
Aqua cordis Cervi è Laborat. Ceylon. *ibid.*
Aqua caſtorei Londinenſ. 75
Aqua cæleſtis Londinenſ. *ibid.*
Aqua columborum coſmetica Charaz. 77
Aqua columborum alia ejuſdem. *ibid.*
Aqua diuretica d'Aquin. 78
Aqua diuretica alia Charaz. *ibid.*
Aqua epidemia Londinenſ. *ibid.*
Aqua febrifuga Charaz. *ibid.*
Aqua Gilberti Londinenſ. *ibid.*
Aqua hyſterica Charaz. 79
Aqua juglandium compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua lavendulæ compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua laxativa Zvvelferi. 80
Aqua limacum magiſtralis Londinenſ. *ibid.*
Aqua lumbricorum magiſtralis Londinenſ. *ibid.*
Aqua martis ſulphurea è Laborat. Ceylon. 799
Aqua mirabilis Charaz. 80
Aqua mariæ Londinenſ. *ibid.*
Aqua nephritica De Bellegarde. 81
Aqua odorata Charaz. *ibid.*
Aqua ophthalmica ejuſdem. *ibid.*
Aqua ophthalmica d'Aquin. 86
Aqua ophthalmica Willii. 87
Aqua antiparalytica Charaz. 81
Aqua papaveris compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua ad ſedandos dolores podagricos Charaz. 82
Aqua petaſitidis compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua pœoniæ compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua raphani compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua ſcordii compoſita Londinenſ. *ibid.*
Aqua D. Stephani Londinenſ. *ibid.*
Aqua ſtyptica La Faveur. 87

Aqua ſtyptica alia ejuſdem. 88
Aqua ſtyptica l'Emery. *ibid.*
Aqua ſtyptica Weberi. *ibid.*
Aqua terebinthinata Londinenſ. 84
Aqua theriacalis Charaz. 83
Aqua theriacalis, cordialis, bezoartica Donzelli. *ibid.*
Aqua theriacalis alia Donzelli. *ibid.*
Aqua theriacalis ſeu ſudorifera Diemerbroëckii. 84
Aqua theriacalis Londinenſ. *ibid.*
Aqua protheriacalis Londinenſ. *ibid.*
Aqua vitæ regia Charaz. 85
Aqua vitæ Hibernis Uſquebach dicta Londinenſ. *ibid.*
Aqua apoplectica Theſauri Pharmac. Hoffm. 653
Aqua apoplectica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua apoplectica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua antepilectica ex eodem. *ibid.*
Aqua arthritica ex eodem. 654
Aqua arthritica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua arthritica alia rurſus ex eodem. *ibid.*
Aqua ad ariduras ex eodem. *ibid.*
Aquæ aſthmaticæ ex eodem. *ibid.*
Aqua contra catarrhos ex eodem. 655
Aqua cephalica interna & externa ex eodem. *ibid.*
Aqua ocularis ex eodem. *ibid.*
Aqua ocularis alia ex eodem. *ibid.*
Aqua hypnotica ex eodem. 656
Aqua hypnotica alia Altenburg. ex eodem. *ibid.*
Aqua antiphthiſica ex eodem. *ibid.*
Aqua antiphthiſica alia ex eodem. 657
Aqua rurſus antiphthiſica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua antiphthiſica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua cordialis frigida ex eodem. *ibid.*
Aqua cordialis ex corde cervi ex eodem. 658
Aqua alia cordialis ex corde cervi ex eodem. *ibid.*
Aqua cordialis confortans ex eodem. *ibid.*
Aqua damaſcena Hamburgenſ. ex eodem. *ibid.*
Aqua mirabilis & Divinæ ferè virtutis, ſenio confectos quaſi rejuveneſcere faciens, etiam vulnera ac ulcera ſanans ex eodem. 659
Aqua magnanimitatis ex eodem. *ibid.*
Aqua virtutum ex eodem. *ibid.*
Aqua virtutum alia Hamburgenſium ex eodem. 660
Aqua vitæ pro mulieribus Hamburgenſ. ex eodem. *ibid.*
Aqua vitæ peſtilentialis Altenburg. ex eodem. *ibid.*
Aqua bezoartica Altenburg. ex eodem. *ibid.*
Aqua bezoardica temperata ex eodem. *ibid.*
Aqua ſtomachalis ex eodem. *ibid.*
Aquæ contra colicam ex eodem. *ibid.*
Aqua antihypochondriaca ex eodem. 661
Aqua antiſcorbutica ex eodem. *ibid.*
Aqua antiſcorbutica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua antiſcorbutica phthiſica ex eodem. 662
Aqua hydropica ex eodem. *ibid.*
Aqua maſtichina ex eodem. *ibid.*
Aqua hepatica ex eodem. *ibid.*
Aqua hepatica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua antidyſenterica ex eodem. *ibid.*
Aqua antidyſenterica alia ex eodem. 663
Aqua rurſus antidyſenterica ex eodem. *ibid.*
Aqua nephritica ex eodem. *ibid.*
Aqua nephritica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua nephritica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua contra gonorrhæam ex eodem. *ibid.*
Aqua hyſterica ex eodem. *ibid.*
Aqua hyſterica alia ex eodem. *ibid.*
Aqua hyſterica alia ex eodem. 664
Aqua contra vermes ex eodem. *ibid.*
Aqua vulneraria ex eodem. *ibid.*
Aqua delens faciei maculas ex eodem. *ibid.*
Aqua ad puſtulas faciei etiam ex lue gallica ex eodem. *ibid.*
Aqua ophthalmica ex eodem. *ibid.*
Aqua ophthalmica alia ex eodem. 665
Aqua odontalgica externa ex eodem. *ibid.*
Aqua ad gingivarum exulcerationem ex eodem. *ibid.*
Aqua ad capillos canos denigrandos ex eodem. *ibid.*
Aqua de cypro ex eodem. *ibid.*
Aqua alia de cypro ex eodem. *ibid.*
Aqua corroſiva ex eodem. *ibid.*
Aqua aluminoſa ex eodem. *ibid.*
Aqua corroſiva alia ex eodem. *ibid.*
Aqua in ulceribus antiquis corrodentibus &c. ex eodem. *ibid.*
Aqua antipodagrica ex eodem. *ibid.*
Aqua antepileptica Faſcic. Cnoëffel. 723
Aqua antinephritica ex eodem. 749
Aqua antipodagrica cærulea ex eodem. 763
Aqua antipodagrica viridis ex eodem. *ibid.*
Aqua cancrorum ex eodem. 768
Aqua coſmetica compoſita ex eodem. 776
Aqua hyſterica perlata ex eodem. 754
Aqua magnanimitatis ex eodem. 718
Aqua ophthalmica ex eodem. 731
Aqua ſtomachalis ex eodem. 742
Aqua vitæ calami aromatici ex eodem. *ibid.*
Aqua zedoariæ off. reg. ex eodem. *ibid.*
Aquæ antiarthriticæ vindiciæ ex eodem. 760
Arcanum alemeth Faſcic. Cnoëffel. 722
Arcanum cephalicum ex eodem. 719
Arcanum ſanguinis hirci ex eodem. 752
Arcanum in ſurditate ex eodem. 732
Arcanum tartari Cn. ex eodem. 712
Arcanum tartari ſolare ex eodem. 738
Arabicum gummi v. Gummi Arabicum.
Argenti vivi fixatio è Pharmac. Perſica. 786
Aroph Philoſophorum è Laborator. Ceylon. 800
Aſpalathus. 364
Aſtrum duplicatum Faſcic. Cnoëffel. 737
Athanaſia magna ad varios affectus è Pharmacop. Perſica. 780
Aurum v. Sol.
Aurum alcooliſatum Faſcic. Cnoëffel. 738
Aurum tranſparens Cn. ex eodem. 740
Auri magiſterium ex eodem. 738

B.

Balſamus antiarthriticus de Bernitz. 91
Balſamum hypnoticum Charaz. 89
Balſamum Lucatelli Londinenſ. 90
Balſamum pro manibus Charaz. *ibid.*
Balſamum polychreſton Londinenſ. *ibid.*
Balſamum pro puerulis dentientibus Charaz. 89
Balſamum ſtomachicum ejuſdem. *ibid.*
Balſamum uterinum ejuſdem. *ibid.*
Balſamum vulnerarium ejuſdem. *ibid.*
Balſamum aliud vulnerarium ejuſdem. *ibid.*
Balſamum vulnerarium Londinenſ. 90
Balſamus vitæ Theſauri Pharmac. Hoffm. 666
Balſamus vitæ alius pretioſus ex eodem. *ibid.*
Balſamus ſulphuris internus ex eodem. *ibid.*
Balſamum apoplecticum ex eodem. 667
Balſamum aliud apoplecticum ex eodem. *ibid.*
Balſamum epilepticum ex eodem. *ibid.*

Balſamum

Balſamum contra catarrhos ex eodem. 667
Balſamum dorſale ſeu antiparalyticum ex eodem. *ibid.*
Balſamum matricale ex eodem. *ibid.*
Balſamum antipodagricum ex eodem. *ibid.*
Balſamum antipodagricum aliud ex eodem. *ibid.*
Balſamum aliud antipodagricum ex eodem. *ibid.*
Balſamum veneris ex eodem. 668
Balſamum hiſpanicum vulnera 24. horarum ſpatio conglutinans in quibus ſimplex unitatis eſt ſolutio ex eodem. *ibid.*
Balſamum hiſpanicum aliud ex eodem. *ibid.*
Balſamum pro parturientibus Theſ. Pharm. Hoffman. 702.
Balſamum vulnerarium ex eodem Theſ. *ibid.*
Balſamum apoplecticum Cn. v. Apoplectica.
Balſamum Collegii Romani Faſcic. Cnoëffel. 719
Balſamum cordiale odoriferum ex eodem. 741
Balſamum coſmeticum ex eodem. 776
Balſamum odontalgicum ex eodem. 733
Balſamum puerorum dentientium ex eodem. *ibid.*
Balſamum radicale margaritarum ex eodem. 736
Balſamum ſamaritanum ex eodem. 770
Balſamum ſaturni ex eodem. *ibid.*
Balſamum ſpleneticum v. Splenetica.
Balſamum ſtomachicum ex eodem. 742
Balſamum Uladiſlavianum ex eodem. 754
Betulæ primum ens, liquor, ſive ſuccus ex eodem. 750
Bezetta rubra ex eodem. 773
Bezoardica Faſcic. Cnoëffel. 713
Bezoardicum cornu & ungulæ alces è Laborator. Ceylon. 795
Bezoardicum cornu cervi ex eodem Laborat. 794
Bezoardicum minerale Faſcic. Cnoëffel. 713
Bezoardicum viperinum ex eodem. 714
Bezoardicum viperinum è Laborat. Ceylon. 795
Bolus in dyſenteria Faſcic. Cnoëffel. 743
Bolus ex ſeminibus ad urinæ æſtum &c. è Pharmac. Perſ. 779
Bolus ex thure ad diarrhæam ex eadem Pharmac. *ibid.*
Botrys. 371
Butyrum perlarum v. Perlarum butyrum.
Butyrum ſaturni Faſcic. Cnoëffel. 770

C.

CAcao unde Chocolada ſeu Chocolata. 173
Calculus humanus non bene ludus dicitur, circa illud quædam. 605
Cataplaſma ad carbunculos Diemerbroëckii. 95
Cataplaſma ad enterocelem & alias rupturas Zwelferi. *ibid.*
Cataplaſma pro rabidi canis morſu Hannemanni. *ibid.*
Cataplaſma hypnoticum Theſauri Pharmac. Hoffm. 668.
Cataplaſma emolliens & diſcutiens ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma pro carbunculis ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma excellens in tumoribus ſcirrhoſis mammillarum qui in cancrum vergunt ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma ad mitigandos dolores in ſcorbuto ex eodem. 669
Cataplaſma purgans ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma eſcharam tollens biduo ut ſponte decidat ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma nobile ſuppurans ſcrophulas ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma antifebrile ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma revulſorium in febribus ardentibus ad pulſus manuum ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma antifebrile aliud ad plantas pedum ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma ad ambuſta ex quacunque re ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma anodynum Faſcic. Cnoëffeliani. 764
Cataplaſma antipodagricum ex eodem. *ibid.*
Cataplaſma febrile ex eodem. 769
Cataplaſma ex gypſo v. Menſes ſiſtentia.
Cataplaſma ad tumores œdematoſos ex eodem. 745
Catechu v. Terra catechu ſ. Terra Iaponica.
Cathartica Faſciculi Cnoëffeliani. 710
Cephalica ex eodem. 718
Cephalicum D. Podchocinsky ex eodem. *ibid.*
Cephalicum Cnoëffelianum ex eodem. 722
Cerotum balauſtiorum ad ulcera corroſiva è Pharm. Perſ. 792
Cerotum lapidis hæmatitis ad hæmorrhoides & anum prolapſum è Pharmac. Perſic. *ibid.*
Cerefolium. Circa illud quædam ex Elsholtio. 381. 382.
Chamæmelum. Circa illud varia ex Elsholtio. 383
Charta di Spagna coſmetica Faſciculi Cnoëffel. 775
Chermes tinctura ex eodem. 740
China chinæ ejuſque multiplices præparationes. 386. 387.
Cinnabaris antimonii magiſterium Faſcic. Cnoëffeliani. 722
Cinnamomi eſſentia è Laborator. Ceylon. 797
Claretum corroborans caput & nervoſum genus Theſauri Pharmac. Hoffm. 686
Claretum pectorale ex eodem. *ibid.*
Claretum ſtomachale ex eodem. *ibid.*
Claretum matricem confortans ex eodem. *ibid.*
Claretum purgans in catarrho ex eodem. *ibid.*
Cocculæ. 392
Coffi ſeu Caphe. 392. & ſeq.
Collyrium D. Felveri Faſciculi Cnoëffel. 732
Collyrium ſubtiliſſimum ad palpebrarum ſcabiem è Pharmac. Perſ. 779
Collyrium refrigerans de roſis ex eadem Pharmacop. *ibid.*
Collyrium inſufflandum ex eadem Pharmac. *ibid.*
Compoſitio napelli v. Napelli compoſitio.
Conditum de myrobalanis è Pharmac. Perſica. 792
Conditum zingiberis ex eadem Pharmac. *ibid.*
Confectio de tabaſchir, ad febrim &c. ex eadem Pharmacopœa. 781
Confectio viperarum Cn. Faſcic. Cnoëffel. 713
Conſilium antipodagricum ex eodem. 759
Conſilium de confortanda virilitate ex eodem. 753
Corallia factitia rubra & nigra Faſcic. Cnoëffel. 729
Coralliorum inſuccatio ſingularis ex eodem. 740
Coralliorum tinctura Cn. ex eodem. 739
Coralliorum tinctura ſicca ex eodem. *ibid.*
Corallina eſſentia ex eodem. 740
Corculum benedictum Cn. ex eodem. 730
Cordialia ex eodem. 736
Cornu cervi præparatio ſingularis v. Epileptica.
Coſmetica ex eodem. 774
Crap. 399
Cranii humani præparatio ſingularis v. Epileptica.
Crocus martis è Laborator. Ceylon. 799
Crocus ſolis Cn. Faſcic. Cnoëffeliani. 736
Cryſtalli montanæ magiſterium v. Nephritica.
Cryſtalli tartari chalybeati v. Menſes moventia.
Cubilia & culcitræ herbac. v. Menſes ſiſtentia.
Cyperus bezoarticus Faſcic. Cnoëffel. 714

D.

DAmarum pilæ v. Ægagropilæ.
Decoctum traumaticum Londinenſ. 100
Decoctum vulnerarium Quercetani. *ibid.*
Decoctum alterans pro magiſtratu Theſauri Pharmac. Hoffmanni. 669
Decoctum pectorale in tuſſi deſperatiſſima ex hæmoptyſi cum magna diſcraſia calida ſanguinis ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. 670
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum attenuans in tuſſi ex craſſis humoribus ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum in tuſſi ex cauſa calida ex eodem. *ibid.*
Decoctum Pectorale incraſſans ex eodem. *ibid.*
Decoctum pectorale conſolidans ex eodem. 671
Decoctum cephalicum ex eodem. *ibid.*
Decoctum confortans ac roborans in malignis ex eodem. *ibid.*
Decoctum expellens in peſte ac febribus malignis ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum in variolis & morbillis expulſivum ex eodem. *ibid.*
Decoctum expulſivum aliud in febribus ardentibus ex eodem. *ibid.*
Decoctum hepaticum in viſcerum obſtructione ex eodem. 672
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum hepaticum temperatum ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum hepaticum aperitivum ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud aperitivum in Ictero ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud in Ictero cum caumate viſcerum conjuncto ex eodem. *ibid.*
Decoctum ſanguinem purificans in ſcabie ex eodem. *ibid.*
Decoctum ſpleneticum aperitivum antiſcorbuticum ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum ad renum dolorem & exulcerationem ex eodem 673.
Decoctum in mictione cruenta ex eodem. *ibid.*
Decoctum in menſium obſtructione ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Decoctum in affectibus hyſtericis ex eodem. *ibid.*
Decoctum antiarthriticum ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud in arthritide vaga ſcorbutica ex eodem. *ibid.*
Decoctum in lue venerea ex eodem. *ibid.*
Decocta purgantia ex eodem. 672. & ſequ.
Decoctum in defluxionibus ſalſis ad oculos ex eodem. 674
Decocta ad Odontalgiam in gingivarum putredine ex eodem. *ibid.*
Decoctum in augmento & circa ſtatus principium in Angina ex eodem. *ibid.*
Decoctum aliud in anginæ declinatione ex eodem. *ibid.*
Decoctum in gangræna & ſphacelo incipiente ex eodem. *ibid.*
Decoctum antiphthiſicum Faſcic. Cnoëffeliani. 735
Decoctum lentiſci v. menſes ſiſtentia.
Dentifricium ad conſervandos dentes è Pharmacop. Perſica. 784
Dentifricium nitorem dentibus præſtans ex eadem Pharmac. *ibid.*
Dentifricium è gingivis ſanguinem fluentem ſupprimens ex eadem Pharm. *ibid.*
Dentifricium gingivas conſolidans ex eadem Pharmacop. *ibid.*
Dentifricium mundificans ex eadem Pharmac. *ibid.*
Diacuminum pro ventriculo frigido ex eadem Pharmacop. 789
Diacydonium purgativum ex eadem Pharmac. 782
Diacydonium ſtypticum ex eadem Pharmac. *ibid.*
Diamoſchum magnum è Pharmac. Perſica. 782
Diaphoretica Faſcic. Cnoëffeliani. 713
Diaphoreticum compoſitum ex eodem. 714
Digeſtiva ex eodem. 710
Diuretica ex eodem. 712
Dyſenterica ex eodem. 743

E.

EBoris præparatio ſingularis v. Epileptica.
Elæoſaccharum cordiale Faſcic. Cnoëffeliani. 740
Elæoſaccharum chalybeatum è Laborator. Ceylon. 800.
Electuarium ſeu antidotus analeptica Londin. 103
Electuarium pro phthiſi incipiente Wincleri. 105
Electuarium pectorale Londinenſ. *ibid.*
Electuarium diaſcordium Fr. Deleboë Sylvii. 106
Electuarium diaſpermaton Londinenſ. *ibid.*
Electuarium ſeu conſerva de caſſia Donzelli. *ibid.*
Electuarium cholagogum Fr. Deleboë Sylvii. *ibid.*
Electuarium hydragogum ejuſdem. *ibid.*
Electuarium cephalicum confortans Theſauri Pharm. Hoffm. 675
Electuarium in malo hypochondriaco ſcorbutico cum dolore capitis conjuncto ex eodem. *ibid.*
Electuarium ad viſum recuperandum mirabile ex eodem. *ibid.*
Electuarium antepilepticum ſingulare M. Ducis Hetruriæ ex eodem. *ibid.*
Electuarium ſtomachicum ex eodem. 676
Electuarium diacorum Altenburgenſ. ex eodem. *ibid.*
Electuarium ſtomachicum aliud ex eodem. *ibid.*
Electuarium contra Aſthma & Orthopnæam ex eodem. *ibid.*
Electuarium antiphthiſicum ex eodem. *ibid.*
Electuarium cordiale ex eodem. *ibid.*
Electuarium bezoarticum ex eodem. *ibid.*
Electuarium aliud bezoarticum ex eodem. *ibid.*
Electuarium alexiterium camphoratum ex eodem. *ibid.*
Electuarium ex bolo armena ex eodem. 677
Electuarium de nucibus in peſte ex eodem. *ibid.*
Electuarium contra peſtem ex eodem. *ibid.*
Electuarium antidyſentericum pro Noſocomio Argentoratenſi ex eodem. *ibid.*
Electuarium in fluxu hæmorrhoidum nimio ex eodem. *ibid.*
Electuarium ad coitum ex eodem. *ibid.*
Electuarium chalybeatum v. Menſes moventia.
Electuarium contra calculum Faſciculi Cnoëffel. 750.
Electuarium diaſatyrionis Cn. ex eodem. 753
Electuarium dyſentericum ex eodem. 743
Electuarium ad fluxum menſtruum v. Menſes ſiſtentia.
Electuarium hepaticum Cn. ex eodem Faſciculo. 744
Electuarium martiale v. Menſes moventia.

Electua-

lectuarium ex ovo Cn. ex eodem Faſcic. Cnoëffel. 715
Electuarium præſervativum & curativum peſtis Cn. ex eodem. *ibid.*
Electuarium ariſtotelicum è Pharmac. Perſica. 780
Electuarium de ſulphure ex eadem Pharmac. 782
Electuarium de nucleis ſeu pulpis majus ex eadem Pharmacop. 789
Electuarium ſanctum majus ad affectus capitis &c. ex eadem Pharmac. 790
Electuarium nigrum ad teneſmum & diarrhæam antiquam ex eadem Pharmac. *ibid.*
Electuarium de Scorpionibus pro calculo ex eadem Pharm. *ibid.*
Electuarium perlatum pro virilitate augenda ex eadem Pharm. *ibid.*
Electuarium principes partes roborans ex eadem Pharmacop. *ibid.*
Electuarium Ionæ ad memoriam ex eadem Pharm. *ib.*
Electuarium ad podagram ex eadem Pharmac. *ibid.*
Electuarium de allio ex eadem Pharmac. 791
Electuar. Socratis pro memoria ex eadem Pharm. *ibid.*
Electuarium de chalybe innumeris præſtans virtutibus ex eadem Pharmac. *ibid.*
Electuarium cardiacum Chriſtianum ex eadem Pharmac. *ibid.*
Ellychnium ad ulcera naſi ex eadem Pharmac. 787
Elyxir cephalicum Rolfincii. 107
Elyxir antihypochondriacum hepaticum &c. Rolfincii. 108
Elyxir nephriticum Rolfincii. 109
Elyxir cephalicum Theſauri Pharmac. Hoffm. 677
Elyxir aliud cephalicum ex eodem. 678
Elyxir epilepticum & hyſtericum ex eodem. *ibid.*
Elyxir pectorale ex eodem. *ibid.*
Elyxir ſtomachale ex eodem. *ibid.*
Elyxir vitæ pectorale Ducis Saxoniæ ex eodem. *ibid.*
Elyxir vitæ rubrum ex eodem. *ibid.*
Elyxir proprietatis ex eodem. *ibid.*
Elyxir aliud proprietatis ex eodem. 679
Elyxir aliud proprietatis ex eodem. *ibid.*
Elyxir aliud proprietatis ex eodem. *ibid.*
Elyxir antiſcorbuticum ex eodem. *ibid.*
Elyxir uterinum ex eodem. *ibid.*
Elyxir uterinum aliud ex eodem. *ibid.*
Elyxir aliud uterinum ex eodem. *ibid.*
Elyxir antifebrile ex eodem. *ibid.*
Elyxir arthriticum ex eodem. *ibid.*
Elyxir alexipharmacum ex eodem. 681
Elyxir abſinthiacum compoſitum Faſcic. Cnoëffel. 743
Elyxir febrile Cn. ex eodem. 768
Elyxir proprietatis purgans Cn. ex eodem. 711
Elyxir proprietatis purgans Off. Reg. ex eodem. *ibid.*
Elyxir vitæ ſtomachicum ex eodem. 742
Emplaſtrum arthriticum Schultzii. 112
Emplaſtrum arthriticum aliud ejuſdem. *ibid.*
Emplaſtrum aliud ad idem ejuſdem. *ibid.*
Emplaſtrum carminans Fr. Deleboë Sylvii. *ibid.*
Emplaſtrum Cæſaris Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum catagmaticum Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum de cinnabari Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum è creta Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum è cymino Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum flos unguentorum dictum Londin. *ibid.*
Emplaſtrum ad ganglia Charaz. 113
Emplaſtrum ad ganglia aliud ejuſdem. *ibid.*
Emplaſtrum contra herniam carnoſam Donzelli. *ibid.*
Emplaſtrum de marcaſſita Donzelli. 114
Emplaſtrum miraculoſum Schultzii. *ibid.*
Emplaſtrum μητροπολιτικὸν Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum ad punctionem equini pedis Charaz. 115
Emplaſtrum ſine pari Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum de ſandyce Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum ad ſcrophulas Charaz. *ibid.*
Emplaſtrum Sicyonium Londinenſ. *ibid.*
Emplaſtrum de cicuta correctum Charaz. *ibid.*
Emplaſtrum στεφανιαῖον Londinenſ. 116
Emplaſtrum antepilepticum Theſauri Pharm. Hoffm. 680.
Emplaſtrum in catarrho ſuffocativo ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum in apoplexia, Paralyſi &c. ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum ophthalmicum ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum in paralyſi partium cum dolore ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum antipleuriticum ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum in mammillarum inflammatione ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum ſpleneticum de cicuta ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum hydropicum ex eodem. *ibid.*
Emplaſtr. ad quaſvis febres etiã quartan. ex eodem. 681
Emplaſtrum in malignis & aliis febribus ſummo cum ſucceſſu ſæpe expertum ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum antiquartium ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum antiarthriticum ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum antipodagricum ex eodem. *ibid.*
Emplaſtr. ad nodos podagricos & venereos ex eodẽ. *ib.*
Emplaſtrum ad tophos podagricos ex eodem. *ibid.*
Emplaſtr. ad tophos venereos diſſolvendos ex eodẽ. 681
Emplaſtrum ad tophos venereos non ulceratos ex eodem. 682
Emplaſtrum ad cancroſos tumores prohibens ne ulcera latiùs ſerpant ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum in ſcrophuloſis, ſcirrhoſis & nodoſis tumoribus planè irreſolubilibus ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum aliud ad ſcrophulas ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum contra herniam ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum aliud contra herniam ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum Notinbergenſe ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum vulnerarium ex eodem. *ibid.*
Empl. ad extrahẽdos globulos & ſagittas ex eodẽ. 683
Emplaſtrum fluxus attractivum ad fonticulos & veſicatoria ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum arcanum ad cancros perſanandos modò ferro aperti non fuerint ex eodem. *ibid.*
Emplaſtrum antipodagricum, anodynum nigrum Faſciculi Cnoëffeliani. 764
Emplaſtrum attractivum ex eodem. 765
Emplaſtrum febrifugum ex eodem. 769
Emplaſtrum ad fracturas oſſium ex eodem. 770
Emplaſtrum magneticum Cn. ex eodem. 716
Emplaſtrum purgans ex eodem 712
Emplaſtrum Samaritanum ex eodem. 770
Emplaſtrum ſtomachale ex eodem. 742
Emplaſtrum veſicatorium Cn. ex eodem. 770
Emplaſtrum ad diarrhæam è Pharmac. Perſica. 785
Emplaſtrum pro doloribus uteri & hæmorrhoidum ex eadem Pharmac. *ibid.*
Emplaſtrum nervinum è Laborat. Ceylon. 794
Emulſio antiepileptica Wedelii. 117
Emulſio purgans ejuſdem. *ibid.*
Emulſio antipleuritica ejuſdem. *ibid.*
Emulſio expellens in variolis ejuſdem. *ibid.*
Emulſio diuretica ejuſdem. *ibid.*
Emulſio hypnotica in febribus ardentib. ejuſdem. *ib.*
Emulſio ad gonorrhæam ejuſdem. *ibid.*
Emulſio externa in dolore capitis ejuſdem. 118
Emulſio confortans in febribus ardentibus Theſauri

Pharmac. Hoffm. 683
Emulſio in defluxione ſalſa ac tenui ex eodem. *ibid.*
Emulſio in febri ardente ex eodem. *ibid.*
Emulſio hypnotica ex eodem. *ibid.*
Emulſio ſtegnotica ex eodem. 684
Emulſio contra lumbricos ex eodem. *ibid.*
Emulſio cathartica ex eodem. *ibid.*
Emulſio externè applicanda in febribus ex eodem. *ibid.*
Emulſio in hemicrania ex eodem. *ibid.*
Emulſio antepileptica Cn. Faſcic. Cnoëffeliani. 722
Emulſio antiphthiſica ex eodem. 735
Emulſio coralliata v. hæmorrhoidalia.
Emulſio ad fluxum menſium nimium v. menſes ſiſtentia.
Emulſio hyſterica Cn. ex eodem Faſcic. Cnoëffel. 754
Emulſio nephritica ex eodem. 751
Emulſio ſtyptica v. hæmorrhoidalia.
Ens primum betulæ Faſciſc. Cnoëffel. 750
Ens primum tiliæ ex eodem Faſciculo. 722
Epatica Faſcic. Cnoëftel. 744
Epileptica ex eodem Faſcic. 721
Epithema in dolore capitis Wedelii. 118
Epithema ad hæmorrhagias ejuſdem. *ibid.*
Epithema cordiale calidum ejuſdem. *ibid.*
Epithema in menſibus immodicis ejuſdem. *ibid.*
Epithema in melancholicis affectibus Theſ. Pharmac. Hoffm. 684
Epithema in defluxionibus ad oculos ex eodem. *ibid.*
Epithemata pro pulſibus ex eodem. *ibid.*
Epithema ſingulare ad nodos podagricos ex eodem. 685.
Epithema ad dolores podagricos ex eodem. *ibid.*
Epithema Cnoëffelian. calidum Faſciſc. Cnoëffel. 741.
Epithema calidum ex eodem Faſcic. *ibid.*
Epithema temperatum ex eodem. *ibid.*
Errhinum ad paralyſim è Pharmac. Perſica. 784
Errhinum ad ſtrumas ex eadem Pharmac. *ibid.*
Errhinum Cn. Faſciculi Cnoëffel. 732
Eſſentia cinnamomi v. Cinnamomi eſſentia.
Eſſentia ambræ Faſcic. Cnoëffel. 739
Eſſentia antiarthritica ex eodem. 750
Eſſentia cephalica compoſita ex eodem. 718
Eſſentia confortans regia compoſita ex eodem. 753
Eſſentia corallina ex eodem Faſciculo. 740
Eſſentia cordialis odorifera ex eodem. 741
Eſſentia florum v. Menſes moventia.
Eſſentia granorum quietis Cn. Faſcic. Cnoëffel. 718
Eſſentia lithontriptica ex eodem Faſcic. 750
Eſſentia martis compoſita v. Splenetica.
Eſſentia martis vitriolata Faſcic. Cnoëffel. 746
Eſſentia moſchi ex eodem. 739
Eſſentia moſchi ambrata ex eodem. *ibid.*
Eſſentia ſtomachalis ex eodem Faſciculo. 742
Eſſentia uterina Cn. ex eodem. 754
Extractum antifebrile Zvvelferi. 124
Extractum opiatum Langelotti. 125
Extractum ſeu chyliſma catholicum & holagogum Rolfincii. 129
Extractum hellebori ſeu arcanum hellebori purgans. P. Fabri. *ibid.*
Extractum cephalicum & nervinum Theſ. Pharmac. Hoffm. 685
Extractum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Extractum alexiterium ex eodem. *ibid.*
Extractum antipeſtilentiale ex eodem. *ibid.*
Extractum antiarthriticum ex eodem. 686
Extractum granorum quietis Faſcic. Cnoëffel. 717
Extractum hellebori ſolutivum ex eodem. 711
Extractum ſedativum citratum ex eodem. 717
Extractum ſedativum generale ex eodem. 727
Extractum ſedativum pro viris ex eodem. 717
Extractum ſedativum pro mulieribus ex eodem. *ibid.*

F.

Febrilia Faſcic. Cnoëffel. 765
Febrim tertianam curandi methodus ex eodem. 766.
Febrim quartanam curandi methodus ex eodem. 767
Formicarum ſpiritus v. Paralytica.
Fumigatio ſeu ſuffitus pro catarrho è Pharmac. Perſ. 779.
Fungi. Circa illos quædam ex Kirchero. 417

G.

Gallæ. 418
Gangrænæ topicum Cn. Faſcic. Cnoëffel. 746
Gargariſma ad gravedinem linguæ à phlegmate è Pharmac. Perſica. 786
Gargariſma ad gutturis ulcera ex eadem Pharm. *ibid.*
Gargariſma pro linguæ gravedine, apoplexia, &c. ex eadem Pharmacopæa. 787
Gargariſma ad lapſum epiglottidis ex eadem Pharm. *ibid.*
Gelatina cydoniorum purgans Zvvelferi. 131
Geranium moſchatum. 420
Gluten juniperinum Faſcic. Cnoëffel. 773
Granorum quietis eſſentia Cn. ex eodem Faſcic. 718
Granorum quietis extractum ex eodem. 717
Granorum quietis tinctura ex eodem. *ibid.*
Gummi arabicum. 350

H.

Hæmatites v. Lapis hæmatites.
Hæmorrhoidalia Faſcic. Cnoëffel. 747
Hepatica ex eodem Faſcic. 744
Hydropica ex eodem Faſcic. Cnoëffel. 744
Hydropem curandi methodus ex eodem. *ibid.*

I.

Infuſio ligni nephritici Faſcic. Cnoëffel. 751
Iris. Circa illam quædam ex Elzotio. 428
Iulapium Cn. in nimio menſium fluxu v. Menſes ſiſtentia.
Iuniperinum gluten, gelatina vel mucago v. Gluten juniperinum.

L.

Lac Lunæ. 194
Lapis ætites ejus variæ præparationes ex Bauſchio. 215
Lapis batrachites ſive bufonius. 227
Lapis bononienſis. *ibid.*
Lapis hæmatites ejus variæ præparationes ex Bauſchio. 220
Lapis ſtellaris ſive aſtroites. 227
Lapis bezaar factitius Faſcic. Cnoëffel. 714
Lapis nephriticus factitius internus ex eodem. 752
Lapis nephriticus factitius externus ex eodem. *ibid.*
Lapis ſalutis ex eodem Faſciculo. 764
Lapis ſerpentinus ex eodem. 715
Lignum nephriticum v. Nephriticum lignum.

Ligni

Ligni nephritici infuſio v. Infuſio nephrit.
Ligni lentiſci decoctum v. Menſes ſiſtentia.
Limacum liquor v. Liquor limacum.
Limonata antinephritica Faſcic. Cnoëffel. 749
Linimentum hæmorrhoidale Charaz. 182
Linimentum ad herpetes ejuſdem. *ibid.*
Linimentum iſchiaticum ejuſdem. *ibid.*
Linimentum ſomniferum ejuſdem. *ibid.*
Linimentum ad variolarum cicatrices prohibendas ejuſdem. *ibid.*
Linimentum ad vomitum arcendum ejuſdem. 183
Linimentum ſalutis Theſauri Pharmac. Hoffm. 701
Linimentum naſale ex eodem. *ibid.*
Linimentum ad ariduras ex eodem. *ibid.*
Linimentum pro nervo retracto ex eodem. *ibid.*
Linimentum in contractura ex eodem. *ibid.*
Linimentum pro penis erectione ex eodem. *ibid.*
Linimentum antipodagricum ex eodem. 702
Linimentum coſmeticum Faſcic. Cnoëffel. 776
Linimentum defenſivum à veſtigiis variolarum ex eodem Faſciculo. *ibid.*
Linimentum ad gingivas tumentes ex eodem. 733
Linimentum pro hæmorrhagia è Pharm. Perſic. 785
Linimentum capillorum productionem prohibens ex eadem Pharmac. *ibid.*
Linimentum contra pruritum & ſcabiem ſiccam ex eadem. *ibid.*
Linimentum ad ſcabiem humidam ex eadem Pharm. *ibid.*
Linimentum ad verrucas evellendas ex eadem. *ibid.*
Linimentum ad puſtulas humidas in facie puerulorum excreſcentes ex eadem Pharm. *ibid.*
Linimentum ad pediculos ex eadem Pharm. 786
Linimentum ad ulcera corrodentia ex eadem. *ibid.*
Linimentum ad dolorem capitis ex eadem Pharm. *ibid.*
Linimentum fætorem ſub brachiis diſſipans ex eadem. *ibid.*
Linteum ceratum pro maſquis Faſcic. Cnoëffel. 775
Liquor oculorum cancri Theſ. Pharmac. Hoffm. 687
Liquor perlarum ex eodem. *ibid.*
Liquor lnephitripticus ex eodem. *ibid.*
Liquor alkaheſticus Helmontii & Cn. Faſc. Cnœffel. 777.
Liquor betulæ ejuſque colligendi modus ex eodem 750.
Liquor febrilis ex eodem Faſciculo. 768
Liquor hepaticus ex eodem. 744
Liquor limacum ex eodem Faſcic. 764
Liquor lithontripticus ex eodem. 752
Liquor nephriticus ex eodem. *ibid.*
Liquor nitratus ex eodem Faſciculo. 768
Liquor contra prunellam ex eodem. *ibid.*
Liquor tartareus Cn. ex eodem. 762
Liquor tartareus externus ex eodem. 763
Lotio coſmetica è Pharmac. Perſica. 785
Lotio alia ejuſdem facultatis ex eadem Pharm. *ibid.*
Ludum Cnoëffelianum Faſcic. Cnoëffeliani. 751
Lumbricorum artificialis productio ex Kirkero. 645
Lutum philoſophicum è Pharmac. Perſica. 789
Lynctus de papavere pro catarrho calido ex eadem Pharmac. *ibid.*
Lynctus de braſſica pro humoribus craſſis pectoris ex eadem Pharmacop. *ibid.*

M.

Magiſterium epilepticum Theſ. Pharm. Hoffm. 687.
Magiſterium cordiale ex eodem. *ibid.*
Magiſterium cordiale aliud ex eodem. 688
Magiſterium cordiale aliud ex eodem. *ibid.*
Magiſterium antepilepticum Prævotii Faſcic. Cnoëffelian. 718
Magiſterium auri ex eodem Faſciculo. 738
Magiſterium cinnabaris antimonii ex eodem. 722
Magiſterium cryſtalli montanæ v. Nephritica.
Magiſterium lithontripticum Faſcic. Cnoëffel. 749
Magiſterium talci ex eodem Faſciculo. 774
Magiſterium viperarum ex eodem. 714
Magnes venenorum ex eodem Faſciculo. 715
Margaritarum balſamum ex eodem. 736
Marmelada cephalica è Laborator. Ceylonico. 797
Marmelada cordialis ex eodem Laboratorio. *ibid.*
Marmelada cum gummi gotte ex eodem Labor. 798
Marmelada hepatica ex eodem. *ibid.*
Marmelada laxativa ex eodem. *ibid.*
Marmelada nephritica ex eodem. *ibid.*
Marmelada pectoralis ex eodem Laborator. *ibid.*
Marmelada ſplenetica ex eodem. *ibid.*
Marmelada ſtomachica ex eodem. *ibid.*
Mars potabilis è Laboratorio Ceylonico. 799
Martiale aperitivum Faſcic. Cnoëffel. 744
Martiales trochiſci ex eodem Faſciculo. *ibid.*
Martiale vinum ex eodem. *ibid.*
Maſſa pro ſuffitu Regis Hiſpaniæ Theſ. Pharmacop. Hoffman. 699
Maſſa alia Hiſpanica pro fumo pretioſa ex eodem. *ibid.*
Maſſula odontalgica ex eodem Faſciculo. 733
Mataliſta. 438
Medicamentum de arſenico pro gangræna & veternis ulceribus è Pharmac. Perſica. 782
Medicamentum nigrum poſt avulſas oculorum cataractas applicandum ex eadem Pharm. 789
Medicamentum cryſtallinum v. Nephritica.
Menſes moventia Faſcic. Cnoëffel. 755
Menſes ſiſtentia ex eodem Faſcic. 756
Methodus curandi hydropis Cn. ex eodem. 744
Methodus curandi quartanam ex eodem. 767
Methodus curandi tertianam ex eodem Faſcic. 766
Mitigativa ex eodem Faſciculo. 717
Mixtura antepileptica liquida ex eodem. 727
Mixtura antepileptica ſolida ex eodem. *ibid.*
Mixtura antiarthritica ex eodem. 750
Mixtura antiarthritica externa ex eodem. 762
Mixtura cephalica Cn. ex eodem Faſcic. 719
Mixtura cordialis calida ex eodem. 740
Mixtura cordialis temperata ex eodem. *ibid.*
Mixtura hydropica ex eodem. 744
Mixtura hyſterica ex eodem. 754
Mixtura lithontriptica ex eodem. 750
Mixtura ſplenetica v. Splenetica.
Mixtura ſtomachalis Faſciculi Cnoëffel. 741
Mixtura topica ex eodem Faſciculo. 727
Mixtura uterina ex eodem. 754
Mixturæ cordiales confortantes Theſ. Pharm. Hoffm. 691.
Mixturæ ſtomachicæ in vomitu bilioſo ex eodem. 692
Mixtura in diarrhæa ex eodem Theſ. *ibid.*
Mixtura contra colicam ex eodem. *ibid.*
Mixturæ antinephriticæ ex eodem. *ibid.*
Morſuli caput confortantes Theſ. Pharm. Hoffm. 688
Morſuli antiphthiſici ex eodem. *ibid.*
Morſuli de citro ex eodem. *ibid.*
Morſuli confortantes ex eodem Theſauro. *ibid.*
Morſuli venerem ſtimulantes ex eodem. *ibid.*
Morſuli confortantes Faſcic. Cnoëffel. 753

Moſchi eſſentia ex eodem Faſciculo. 739
Moſchi eſſentia ambrata ex eodem. *ibid.*
Mucilago in aſperitate linguæ & faucium ex eodem. 768.
Myrtillorum tinctura ex eodem Faſcic. 743

N.

NApelli compoſitio ad Lepram è Pharm. Perſica. 779.
Nephritica Faſcic. Cnoëffel. 749
Nephriticum lignum. Circa illud experimenta quædam ex Elzotio. 448
Nitrum rubrum eſſentificatum Faſcic. Cnoëffel. 766
Nitrum vitriolatum è Laboratorio Ceylonico. 800
Nodulus in malo hypochondriaco Theſ. Pharmacop. Hoffman. 686
Nodulus in hydrope ex eodem. 687
Nodulus in menſium ſuppreſſione v. Menſes moventia.
Noſtoch Paracelſ. Faſcic. Cnoëffel. 774

O.

ODontalgica Faſcic. Cnoëffel. 732
Oleum benedictum Londinenſium. 142
Oleum catellorum Londinenſ. 143
Oleum exceſtrenſe Londinenſ. *ibid.*
Oleum hirundinum Londinenſ. *ibid.*
Oleum hyperici compoſitum facile Londinenſ. 144
Oleum martis v. Mars potabilis.
Oleum Nicodemi Londinenſ. 144
Oleum antipleuriticum Petri à Caſtro. 145
Oleum purgans Zvvelferi. 146
Oleum contra ſurditatem Charaz. *ibid.*
Oleum ſcorpionum compoſitum è Laborator. Ceylon. 797
Oleum antipodagricum Theſ. Pharmac. Hoffm. 689
Oleum ſaponis ex eodem Theſauro. *ibid.*
Oleum carminativum ex eodem. *ibid.*
Oleum nephriticum ex eodem. *ibid.*
Oleum ad defluxiones externum ex eodem. *ibid.*
Oleum antepilepticum probatiſſimum ex eodem. 690
Oleum vulnerarium ex eodem. *ibid.*
Oleum admirandi effectus in pleuritide & quovis dolore cujuſcunque partis ex eodem Theſauro. *ibid.*
Oleum anodynum refrigerans Faſcic. Cnoëffel. 769
Oleum febrifugum ex eodem Faſciculo. *ibid.*
Oleum hæmorrhoidale v. Hæmorrhoidalia.
Ophthalmica Faſcic. Cnoëffel. 731
Os ſepiæ v. Sepiæ os.
Otica Faſcic. Cnoëffel. 732

P.

PAnacea eſſentificata Faſcic. Cnoëffel. 739
Panacea ſolaris Cn. ex eodem Faſciculo. 737
Panacea ſolaris duplicata ex eodem. *ibid.*
Panacea alia ex cinnabari antimonii ex eodem. *ibid.*
Paralyſis cuporiſton v. Antiparalytica.
Paſſulæ laxativæ Cn. Faſcic. Cnoëffel. 711
Paſta pro placentulis in exſtincta virilitate ex eodem. 753.
Paſta regia confortans ex eodem. *ibid.*
Paſta regia ſtomachalis ex eodem. 741
Pectoralia ex eodem Faſciculo Cnoëffel. 733
Peſſarium v. Menſes ſiſtentia.
Peſſarium ad provocanda menſtrua è Pharm. Perſica. 787.
Phthiſeos curatio Faſcic. Cnoëffel. 735
Pileolus cephalicus v. Apoplectica.
Pilulæ ad ſiſtendam gonorrhæam Charaz. 147
Pilulæ de terebinthina cocta ejuſdem. 148
Pilulæ de terebinthina ad gonorrhæam virulentam Zvvelferi. 148
Pilulæ diambræ Londinenſium. *ibid.*
Pilulæ ex duobus Londinenſ. *ibid.*
Pilulæ Cachecticæ Charaz. *ibid.*
Pilulæ pro colico morbo d'Aquin. 149
Pilulæ de gutta gamandræ Londinenſ. 150
Pilulæ hiſtericæ Charaz. *ibid.*
Pilulæ Macri Londinenſ. 151
Pilulæ ad memoriam Welſchii. *ibid.*
Pilulæ mercuriales Charaz. *ibid.*
Pilulæ meſentericæ d'Aquin. 152
Pilulæ ad pallidos virginum colores Charaz. *ibid.*
Pilulæ antipeſtilentiales magiſtrales Diemerbroeckii. *ibid.*
Pilulæ in catharris ex cauſa frigida Theſ. Pharmacop. Hoffm. 690
Pilulæ aliæ in catarrhis ex eodem. *ibid.*
Pilulæ in epilepticis inſultibus ad præſervationem ex eodem. *ibid.*
Pilulæ in malo hypochondriaco ex eodem Theſauro. *ibid.*
Pilulæ aliæ in malo hypochondriaco ex eodem. *ibid.*
Pilulæ polychreſtæ ex eodem. 691
Pilulæ hyſtericæ ex eodem. *ibid.*
Pilulæ balſamicæ univerſales Faſcic. Cnoëffel. 712
Pilulæ in calculo ex eodem Faſciculo. 749
Pilulæ ad defluxiones ex eodem. 734
Pilulæ emmenagogæ v. Menſes moventia.
Pilulæ febriles Cn. Faſcic. Cnoëffel. 766
Pilulæ hyſtericæ Cn. ex eodem Faſciculo. 754
Pilulæ ad ſtrumas è Pharmac. Perſica. 781
Pilulæ ad morbum mahometanum quem mahometani morbum gallicum vocant ex eadem Pharm. *ibid.*
Pilulæ ad hydropem ex eadem Pharmac. *ibid.*
Pilulæ ſpei ex eadem Pharmacop. *ibid.*
Pilulæ ipſa die ex eadem Pharmac. *ibid.*
Pilulæ regiæ ex eadem Pharmac. 782
Pimpinella, circa illam varia ex Elzotio. 458
Plantarum ſal volatile v. Sal volatile plantarum.
Pleuritica Faſcic Cnoëffel. 735
Poculum febrile ex eodem Faſciculo. 769
Pomum epilepticum ex eodem. 728
Pomum febrile ex eodem. 769
Pomum ſomniferum ex eodem. 718
Pomum uterinum Cn. ex eodem. 755
Pomum ambræ Theſ. Pharmaceutici Hoffm. 692
Pomum ambræ aliud ex eodem. *ibid.*
Potio alterans & confortans in Apoplexiæ initio ex eodem Theſauro Pharmac. 691
Potio confortans in Epilepſia ex eodem. *ibid.*
Potio antipleuritica ex eodem. *ibid.*
Potio ad hyſtericas paſſiones ex eodem. 692
Præparatio cranii humani, cornu cervi, alcis, unicornu, eboris &c. v. Epileptica.
Pulmentum contra frigiditatem ſtomachi è Pharmac. Perſ. 779
Pulvis alexiterius Barbette. 157
Pulvis radicis ari compoſitus Londinenſ. 158
Pulvis bezoarticus Charaz. *ibid.*
Pulvis granorum chermes Londinenſ. *ibid.*
Pulvis è chelis cancrorum Londinenſ. *ibid.*
Pulvis epilepticus Charaz. 160
Pulvis febrifugus ejuſdem. *ibid.*
Pulvis ad hæmorrhagiam Hertodi. *ibid.*
Pulvis hyſtericus Charaz. *ibid.*
Pulvis jovialis hyſtericus ejuſdem. 161

Pulvis

Pulvis contra hernias Quercetani. 161
Pulvis nephriticus Charaz. *ibid.*
Pulvis ad difficilem partum ejuſdem. *ibid.*
Pulvis ad ſedanda tormina poſt partum ejuſdem. *ibid.*
Pulvis antiliſſus ſeu contra rabiem Londinenſ. *ibid.*
Pulvis ſaxifragiæ compoſitus Londinenſ. *ibid.*
Pulvis ſarcoticus Charaz. *ibid.*
Pulvis contra ſtrumas Donzelli. *ibid.*
Pulvis contra vermes Charaz. 162
Pulvis ad implendas cadaverum condiendorum cavitates ex eodem. *ibid.*
Pulvis ad loricanda cadavera condienda ejuſdem. *ibid.*
Pulvis febrifugus Riverii ſecundùm Rolfincium. 163
Pulvis febrifugus Riverii ſecundùm Charaz. *ibid.*
Pulvis antepilepticus Theſ. Pharmac. Hoffm. 692
Pulvis alius epilepticus ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius epilepticus ex eodem. 693
Pulvis alius rurſus epilepticus ex eodem. *ibid.*
Pulvis antiphthiſicus ex eodem Theſauro. *ibid.*
Pulvis alius antiphthiſicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius ad idem ex eodem. *ibid.*
Pulvis ad hæmophthyſin ex eodem. *ibid.*
Pulvis pectoralis balſamicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius pectoralis balſamicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis antipleuriticus ex eodem. *ibid.*
Pulvis antipleuriticus alius ex eodem. *ibid.*
Pulvis probatiſſimus ad cordis palpitationem ex eodem. 694
Pulvis cordialis in Saxonicis & Brandeburgicis officinis aulicis uſitatus ex eodem Theſauro. *ibid.* *ibid.*
Pulvis cordialis alius ex eodem. *ibid.*
Pulvis cordialis bezoardicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius bezoardicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius bezoardicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius bezoardicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius bezoardicus ex eodem. 695
Pulvis alexiterius viperinus ex eodem. *ibid.*
Pulvis antifebrilis ex eodem. *ibid.*
Pulvis alius febrilis ex eodem. *ibid.*
Pulvis dyſentericus ex eodem. *ibid.*
Pulvis carminativus ſeu anticolicus ex eodem. *ibid.*
Pulvis carminativus alius ex eodem Theſauro. *ibid.*
Pulvis cachecticus ex eodem. *ibid.*
Pulvis cachecticus alius ex eodem. *ibid.*
Pulvis hepaticus ruber Dreſdenſ. ex eodem. *ibid.*
Pulvis aperitivus ſpleneticus ex eodem. *ibid.*
Pulvis antinephriticus ex eodem. *ibid.*
Pulvis hyſtericus ex eodem. 696
Pulvis laxativus vegetabilis ex eodem. *ibid.*
Pulvis laxativus completus ex eodem. *ibid.*
Pulvis hydragogus ex eodem.
Pulvis acidus ex ſucco limonum Faſcic. Cnoëffel. 750
Pulvis pro aſperſione articulorum arthriticorum ex eodem. 762
Pulvis alexipharmacus pretioſus & cordialis ex eodem. 738
Pulvis alexiterius Cn. ex eodem Faſciculo. 714
Pulvis antihydropicus ex eodem. 744
Pulvis aperitivus ſpleneticus ex eodem. 746
Pulvis apoplecticus regius ex eodem. 718
Pulvis bezoardicus ex eodem. 714
Pulvis cachecticus compoſitus ex eodem. 746
Pulvis cachecticus ſimplex ex eodem. *ibid.*
Pulvis pro cataplaſmate ad fracturas & luxationes oſſium ex eodem. 770
Pulvis chalybeatus ſimplex & compoſitus ex eodem. 746.
Pulvis corallatus martialis v. Menſes ſiſtentia.
Pulvis cordialis aureus Faſcic. Cnoëffel. 738
Pulvis coſmeticus compoſitus ex eodem Faſcic. 773
Pulvis dentifricius ex eodem. 732
Pulvis diakibrik ſeu chybot ex eodem. 735
Pulvis diaphoreticus diurnus & nocturnus ex eodem. 713.
Pulvis digeſtivus ordinarius ex eodem. 710
Pulvis diureticus ordinarius ex eodem Faſcic. 712
Pulvis dyſentericus caſtrenſis ex eodem. 743
Pulvis emmenagogus v. Menſes moventia.
Pulvis epilepticus v. Epileptica.
Pulvis febrilis Faſcic. Cnoëffel. 766
Pulvis hæmorrhoidalis externus & internus v. hæmorrhoidalia.
Pulvis hellebori Styriaci Cn. Faſcic. Cnoëffel. 710
Pulvis hepaticus Cn. ex eodem Faſcic. 744
Pulvis pepticus ex eadem. 741
Pulvis pleuriticus Cn. ex eodem. 735
Pulvis puniceus ſimplex & compoſ. ex eodem. 710
Pulvis purpureus ſecretus ex eodem. 722
Pulvis de ſecundina mulieris v. Epileptica.
Pulvis ſolaris Cn. ex eodem Faſcic. Cnoëffel. 737
Pulvis ſolutivus de tribus ex eodem. 710
Pulvis ſternutatorius cephalicus v. Apoplectica.
Pulvis topicus Faſciculi Cnoëffel. 762
Pulvis viperinus alexipharmacus ex ſolis cordibus & hepatibus ex eodem Faſciculo. 714
Pulvis viperinus compoſitus ex eodem. *ibid.*
Pulvis de naſturtio pro turgentibus hæmorrhoidibus è Pharmacop. Perſica. 783
Pulvis judaicus ad ophthalmiam ex eadem Pharm. *ibid.*
Pulvis ad ſputum cruentum ex eadem Pharm. *ibid.*
Pulvis de cancris ad phthiſim ex eadem Pharm. *ibid.*
Pulvis ad cruentam urinam ex eadem Pharmac. *ibid.*
Pulvis de margaritis in fluore hepatico ex eadem Pharmac. *ibid.*
Pulvis ad diabetem ex eadem Pharmac. *ibid.*
Pulvis emacians ex eadem Pharmac. 784
Pulvis alius emacians ex eadem Pharmacop. *ibid.*
Pulvis antifebriticus perlatus è Laboratorio Ceylonico. 797

Q.

Quartanam curandi methodus Erbenii Faſciculi Cnoëffeliani. 767

R.

Ranarum ſpermate medicamenta ſecretiora Faſcic. Cnoëffel. 770
Rob de ſpina cervina Zvvelferi. 177
Roſa Chinenſis ex Kirkero. 470
Ros ſolis. Varia de hac planta experimenta ex Elzotio. 471
Ros vitrioli Faſciculi Cnoëffel. 714
Roſetta Italorum ex eodem Faſcic. 775
Rotulæ martiales v. Menſes moventia.
Rotulæ caput confortantes Theſ. Pharm. Hoffm. 688
Rotulæ in præſervatione & ipſo etiam paroxyſmo melancholiæ hypochondriacæ ex eodem. *ibid.*
Rotulæ in tuſſi inveterata & ex cauſa frigida ex eodem Theſauro. *ibid.*
Rotulæ purgantes ex ſucco berberum ex eodem. 689
Rotulæ confortantes ex eodem Theſauro. *ibid.*

S.

Sacculus ad pulſus Wedelii. 119
Sal armoniacum artificiale è Laborat. Ceylon. 793
Sal cachecticum chalybeatum Charaz. 167
Sal diureticum ejuſdem. *ibid.*
Sal navigantium Donzelli. *ibid.*
Sal volatile oleoſum è dentibus olyphantum è Labo-

Laboratorio Ceylonico. 793
Sal volatile plantarum ejuſque parandi methodus ex Wedelio. 574. & ſeq.
Sal volatile & fixum è viperis & ſerpentibus è Laboratorio Ceylonico. 795
Sal volatile urinæ vinoſum ex eodem Laborat. 793
Sal vitrioli martis ex eodem Laborator. 799
Sal aperitivum Theſauri Pharmac. Hoffm. 696
Sal partum promovens ex eodem Theſauro. ibid.
Sal deoppilativum antifebrile ex eodem. ibid.
Sal mirabile ex eodem. ibid.
Sal lithontripticum ex eodem. ibid.
Sal lithontripticum aliud ex eodem. ibid.
Sal antipodagricum internum ex eodem. ibid.
Sal antipodagricum externum ex eodem. ibid.
Sal cauſticum externum ex eodem. ibid.
Sal febrile compoſitum Faſcic. Cnoëffel. 767
Salamandræ hiſtoria ex Kirkero. 646
Sanguinis hirci arcanum Faſcic. Cnoëffel. 752
Sapo coſmeticus ex eodem Faſcic. 777
Saturni butyrum ex eodem. 770
ad Scabiem unguentum ex eodem. ibid.
Scorpionum artificialis productio ex Kirkero. 648
Sedativum generale Faſciculi Cnoëffel. 727
Sedativum aliud per extracta ex eodem. 728
Sedativum magnum Archei ex eodem. 717
Sedativum uterinum Cn. ex eodem Faſcic. 754
Sepiæ os. 638
Sief de vitriolo ad ungulas eliminandas è Pharmac. Perſica. 784
Solis crocus Faſciculi Cnoëffeliani. 736
Solis ſulphur ex eodem. ibid.
Solutivum helleboratum ex eodem. 711
Sorbetta antinephritica ex eodem Faſcic. 749
Species cephalicæ pro ſuffitu ex eodem. 719
Species confortantes ex eodem. 752
Species pro cucupha v. Apoplectica.
Species pro extracto ſedativo generali ex eodem. 727
Specificum antepilepticum Cn. ex eodem Faſcic. ibid.
Specificum antinephriticum v. Nephritica. 749
Specificum dyſentericum Faſcic. Cnoëffel. 743
Specificum febrile ex eodem. 765
è Spermate ranarum medicamenta ſingularia ex eodem Faſciculo. 770
Sperniolum mucaginoſum ex eodem. ibid.
Sperniolum ſiccum compoſitum ex eodem. ibid.
Sperniolum ſiccum ordinarium ex eodem. ibid.
Sperniolum ſiccum è ranis ex eodem. ibid.
Spiritus carminativus Fr. Deleboë Sylvii. 169
Spiritus cordialis balſamicus Rolfincii. ibid.
Spiritus cordis cervi compoſitus ejuſdem. ibid.
Spiritus dulcis mercurii Donzelli. ibid.
Spiritus panis ſimilaginei analepticus Rolfincii. 170
Spiritus polychreſtus, ſcorbuticus &c. ejuſdem. ibid.
Spiritus uterinus Charaz. ibid.
Spiritus cornu alces è Laborator. Ceylon. 794
Spiritus antiepilepticus ex ungula alces ex eodem Laboratorio. ibid.
Spiritus ex urina hirci ex eodem Laborat. 796
Spiritus ſanguinis hirci ex eodem. ibid.
Spiritus vitrioli martis ex eodem. 799
Spiritus ſalis dulcis ſulphureus ex eodem. ibid.
Spiritus apoplecticus generoſus Theſ. Pharmacop. Hoffm. 696
Spiritus cephalicus ex eodem Theſauro. ibid.
Spiritus alius cephalicus ex eodem. 697
Spiritus cinnamomi ex eodem Theſauro. ibid.
Spiritus uterinus ex eodem. ibid.
Spiritus carminativus ex eodem. ibid.
Spiritus regius ex eodem. ibid.
Spiritus lithontripticus ex eodem. ibid.
Spiritus theriacalis camphoratus ex eodem. ibid.
Spiritus theriacalis camphoratus correctus ex eodem Theſauro. ibid.
Spiritus antepilepticus compoſitus Faſcic. Cnoëffel. 723.
Spiritus balſamicus v. Apoplectica.
Spiritus formicarum v. Apoplectica.
Spiritus ſedativus ſimplex & compoſitus Faſcic. Cnoëffeliani. 717
Spiritus tartari compoſitus v. Splenetica.
Spiritus de tribus Cn. Faſcic. Cnoëffel. 767
Spiritus vini lithontripticus ex eodem. 751
Spiritus viridis æris compoſitus ex eodem. 724
Spiritus vitrioli coagulatus ex eodem Faſcic. 749
Spiritus vitrioli compoſitus ex eodem. 723
Spiritus vitrioli humidus ex eodem. 724
Spiritus vitrioli roridus per cohobia ex eodem. 725
Spiritus vitrioli volatilis ex eodem. 724
Splenetica Faſciculi Cnoëffeliani. 746
Spongia ſomnifera ex eodem Faſcic. 718
Sternutatorium in Paralyſi &c. è Pharmac. Perſica. 786.
Stomachica Faſciculi Cnoëffel. 741
Succolada regia ex eodem. ibid.
Succum betulæ colligendi modus ex eodem. 750
Suffitus cephalicus v. Apoplectica.
Suffitus ſecundinam puerumque mortuum educens è Pharmacop. Perſica. 779
Sulphur antimonii fixatum Faſcic. Cnoëffel. 737
Sulphur ſolis ex eodem Faſcic. 736
Sulphur vitrioli philoſophicum ex eodem. 717
Sulphur martis v. Aroph Philoſophorum.
Sulphur philoſophicè præparatum è Laborat. Ceylon. 800.
Suppoſitorium ad teneſmum è Pharmac. Perſ. 784
Suppoſitorium ad hæmorrhoides fluentes ex eadem Pharmac. 785
Suppoſitorium ad dyſenteriam ex eadem Pharmac. ibid.
Syrupus de agno caſto Londinenſium. 173
Syrupus de ammoniaco Londinenſ. ibid.
Syrupus aſthmaticus Zvvelferi. ibid.
Syrupus bezoarticus Donzelli. ibid.
Syrupus botryos Londinenſium. ibid.
Syrupus lientericus d'Aquin. 175
Syrupus meliſſophylli Londinenſium. ibid.
Syrupus antinephriticus d'Aquin. ibid.
Syrupus pœoniæ compoſitus Londinenſium. 176
Syrupus raphani compoſitus Londinenſ. ibid.
Syrupus antiſcorbuticus d'Aquin. ibid.
Syrupus ſtomachalis Donzelli. ibid.
Syrupus de terebinthina ejuſdem. ibid.
Syrupus chalybeatus aperiens catharticus d'Aquin. 177.
Syrupus hydragogus ejuſdem. ibid.
Syrupus roſarum ſolutivus aureus chymicè præparatus Donzelli. ibid.
Syrupus cardiacus Theſauri Pharmac. Hoffm. 697
Syrupus pectoralis Altenburg. ex eodem Theſ. 698
Syrupus de teſtudinibus ex eodem. ibid.
Syrupus chalybeatus ex eodem. ibid.
Syrupus antiſcorbuticus ex eodem Theſauro. ibid.
Syrupus violarum ſolutivus ex eodem. ibid.
Syrupus de gialappa ex eodem. ibid.
Syrupus purgans polychreſtus ex eodem. ibid.

Syrupus epilepticus puerorum Faſcic. Cnoëffel. 723
Syrupus helleboratus Cn. ex eodem Faſcic. 711
Syrupus pectoralis ſolutivus ex eodem. 734
Syrupus violarum compoſitus ex eodem. ibid.
Syrupus acetoſus ex valeriana è Pharmacop. Perſica. 783.
Syrupus perlarum è Laboratorio Ceylonico. 797
Syrupus chalybeatus ex eodem Laboratorio. 800

T.

Tabellæ cachecticæ d'Aquin. 138
Tabellæ cardiacæ Charaz. 139
Tabellæ de croco martis ſimplices ejuſdem. ibid.
Tabellæ de croco martis compoſitæ ejuſdem. ibid.
Tabellæ diureticæ ejuſdem. ibid.
Tabellæ ad gonorrhæam ſiſtendam ejuſdem. ibid.
Tabellæ ad herniam ejuſdem. ibid.
Tabellæ magnanimitatis ejuſdem. ibid.
Tabellæ ſtomachicæ ejuſdem. ibid.
Tabellæ contra vermes ejuſdem. ibid.
Tabulæ martiales Cnoëffel. v. Menſes moventia.
Talci magiſterium Faſcic. Cnoëffel. 774
Tartarus ejusque ejus ſal volatile multa ex Daniele Ludovci. 536. & ſeq.
Tartari arcanum Cn. Faſcic. Cnoëffel. 712
Tartari arcanum ſolare ex eodem Faſcic. 738
Tartari cryſtalli chalybeati v. Menſes moventia.
Tartari ſpiritus compoſitus v. Splenetica.
Tartari tinctura Faſcic. Cnoëffel. 751
Tartari tinctura alia v. Splenetica.
Tartarus martiatus v. Splenetica.
Tartarus vitriolatus cryſtalliſatus Faſcic. Cnoëffel. 749
Tela cera aromatica pro involvendo cadavere condiendo Charaz. 162
Terræ cechu ſ. Terræ Iaponicæ variæ præparationes Hagendhornio. 193
Thee hiſtoria variæque præparationes. 491. & ſeq.
Theriaca Londinenſis. 106
Theriaca Magni Ducis Hetruriæ Faſcic. Cnoëffel. 715
Theriaca regia Cn. ex eodem. Faſcic. 716
Theriaca theriacarum Cn. ex eodem Faſciculo. ibid.
Theriaca tribus Cn. ex eodem. ibid.
Theriaca electa è Pharmac. Perſica. 780
Theriaca octo ex eadem Pharmac. ibid.
Theriaca cancris ex eadem Pharmac. 781
Theriaca fus aliæ ex eadem Pharmac. ibid.
Theriaca diarrhæam ex eadem Pharm. ibid.
Theriaca ylonica è Laboratorio Ceylonico. 796
Tiliæ liquor primum ens Faſcic. Cnoëffel. 722
Tinctura tritiva Theſ. Pharmac. Hoffm. 698
Tinctura bezoardica ex eodem Theſauro. ibid.
Tinctura s tartari cum ſpiritu ſalis tartari volatili ex eo Theſauro. 699
onii Faſciculi Cnoëffeliani. 737
ica ex eodem Faſciculo. 716
mbrata ex eodem. 719
740
Faſciculo. 776
ibid.
Tinctura Tartari v. Splenetica.
Tinctura bezoardica è Laborator. Ceylonico. 796
Tinctura ad denigrandos capillos è Pharmac. Perſica. 782.
Tinctura ſulphuris vitrioli è Laborator. Ceylon. 799
Topicum antipodagricum Faſcic. Cnoëffel. 762
Topicum gangrænæ ex eodem Faſcic. 745
Topicum ad genitalia ex eodem. ibid.
Topicum ad membra reſoluta v. Paralytica.
Topicum vitriolatum v. Menſes ſiſtentia.
Torna ſolis bezedina Faſcic. Cnoëffel. 773
Tribulus aquaticus. 495
Trochiſci hyſteri Londinenſium. 179
Trochiſci cauſtici Charaz. ibid.
Trochiſci odorati ſ. aviculæ cypreæ ejuſdem. ibid.
Trochiſci alii odorati ejuſdem. ibid.
Trochiſci alii nobiliores ejuſdem. ibid.
Trochiſci cephalici Theſ. Pharmac. Hoffm. 699
Trochiſci de liquiritia ex eodem. ibid.
Trochiſci contra raucedinem ex eodem Theſ. ibid.
Trochiſci cordiales ex eodem. ibid.
Trochiſci contra peſtem & alias febres malignas Duc. Mant. ex eodem Theſauro. ibid.
Trochiſci alii alexiterii ex eodem. ibid.
Trochiſci pro fumo Hiſpanici ex eodem. ibid.
Trochiſci de borrace v. Menſes moventia.
Trochiſci martiales Faſcic. Cnoëffeliani. 744
Trochiſci venerem confortantes ex eodem. 752
Trochiſci viperini confortantes ex eodem. ibid.
Trochiſci de ſuccino ad dyſenteriam è Pharm. Perſ. 787.
Trochiſci de papavere ad ulcerationes pulmonum ex eadem Pharmacopæa. ibid.
Trochiſci de ſolano halicacabo ex eadem Pharmac. ib.
Trochiſci de lacca ad anaſarcam ex eadem Pharm. ib.
Trochiſci de antimonio ad cruentos vomitus ex eadem Pharmacop. ibid.
Trochiſci de alumine ad cruentam mictionem ex eadem Pharmac. 788
Trochiſci ad vomitum cruentum ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci ad tenaſmum &c. ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci de cancris ad phthiſin & ſputum ſanguinis ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci ad diabetem ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci alii ad idem ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci ad ſputum ſanguinis ex eadem Pharm. ibid.
Trochiſci de myrrha ad menſes & partum ex eadem Pharmacopæa. ibid.
Trochiſci de decem medicamentis pro quartana & cæt. ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci ad immodicos fluxus hæmorrhoidales ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci triangulares ad cephalalgiam &c ex eadem Pharmac. ibid.
Trochiſci de doronico ad corroſionem oris &c. ex eadem Pharmac. 789

V.

A Variolarum veſtigiis præſervans linimentum Faſciculi Cnoëffeliani. 776
erea ex eodem Faſciculo. 752
ciæ aquæ antiarthriticæ Cnoëffelianæ ex eodem.

loëticum, prophylacticum, antipeſtilentiale rbroëckii. 132
lybeatum Donzelli. ibid.
pocraticum laxativum Zwelferi. 133


Vinum

Vinum arthriticum Theſ. Pharmac. Hoffm. 686
Vinum catharticum ex eodem Theſauro. 687
Vinum eſſatum ex eodem Theſauro. 702
Vinum balſamicum Faſciculi Cnoëffeliani. 765
Vinum martiale compoſitum ex eodem Faſcic. 744
Vinum medicatum polychreſtum ex eodem. 731
Vinum de granatis acidis è Pharmac. Perſica. 784
Viperarum confectio Cn. Faſcic. Cnoëffel. 713
Viperarum magiſterium ex eodem Faſciculo. 714
Viperarum pulvis alexipharmacus ex ſolis cordibus & hepatibus ex eodem Faſciculo. 714
Viperarum pulvis compoſitus ex eodem. *ibid.*
Viperinum bezoardicum ex eodem Faſciculo. *ibid.*
Viridis æris ſpiritus compoſitus ex eodem. 724
Vitriolum martis dulce è Laborator Ceylonico. 799
Vitrioli ſpiritus antepilepticus Faſcic. Cnoëffel. 723
Vitrioli ſpiritus coagulatus ex eodem. 749
Vitrioli ſpiritus humidus ex eodem. 724
Vitrioli ſpiritus roridus per cohobia ex eodem. 725
Vitrioli ſpiritus volatilis ex eodem. 724
Umbilicus marinus. 635
Umbilicus veneris. 503
Unguentum acopum Meiſneri. 183
Unguentum adſtringens Londinenſium. *ibid.*
Unguentum amarum Londinenſium. *ibid.*
Unguentum ad ambuſta Charaz. *ibid.*
Unguentum aliud ad ambuſta ejuſdem. *ibid.*
Unguentum catapſoras Londinenſium. *ibid.*
Unguentum enulatum Londinenſium. 184
Unguentum enulatum cum mercurio Londinenſ. *ibid.*
Unguentum neuriticum Prottenii. *ibid.*
Unguentum ophthalmicum Willii. *ibid.*
Unguentum ophthalmicum Charaz. *ibid.*
Unguentum ex oxylapatho Londinenſium. *ibid.*
Unguentum ad piſces capiendos Charaz. *ibid.*
Unguentum rutaceum Londinenſium. 185
Unguentum ſplanchnicum Londinenſium. *ibid.*
Unguentum ſplanchnicum magiſtrale Londinenſium. *ibid.*
Unguentum ſtypticum Charaz. *ibid.*
Unguentum è ſuccis Londinenſium. *ibid.*
Unguentum è ſuccis aperitivis Londinenſium. *ibid.*
Unguentum Valentia ſcabioſæ dictum Londinenſ. 186
Unguentum Tapſivalentia apud Anglos dictum Londinenſ. 187
Unguentum Tapſimel dictum Londinenſium. *ibid.*
Unguentum viride Charaz. *ibid.*
Unguentum contra epilepſiam & alios morbos malignos Theſ. Pharmac. Hoffm. 699
Vnguentum ad faciei ruborem ex eodem. *ibid.*
Vnguentum ad guttam roſaceam ex eodem. *ibid.*
Vnguentum de ceruſſa antimonii ex eodem. 700
Vnguentum pectorale ex eodem Theſauro. *ibid.*
Vnguentum antipleuriticum Romæ uſitatiſſimum ex eodem Theſauro. *ibid.*
Vnguentum anodynum ex eodem. *ibid.*
Vnguentum contra calculum ex eodem. *ibid.*
Vnguentum ad infantum alvum laxandam ex eodem Theſ. Pharmaceutico. *ibid.*
Vnguentum ad partum facilitandum ex eodem. *ibid.*
Vnguentum ad hæmorrhoides prominentes ex eodem. *ibid.*
Vnguentum ſingulare contra mulierum urinæ profluvium, ſeu ſtillicidium quo mulieres poſt partum difficilem ob labefactatam veſicam non rarò affici ſolent, urinamque perpetuò fluentem ſpongia pudendis admota excipere coguntur ex eodem Theſ. Pharmaceutico Hoffm. *ibid.*
Vnguentum ad contuſiones ex eodem. *ibid.*
Vnguentum pro caruncula penis ex eodem. *ibid.*
Vnguentum aliud ad idem ex eodem. *ibid.*
Vnguentum aliud conſolidans ex eodem. *ibid.*
Vnguentum ad carbunculos ex eodem. *ibid.*
Vnguentum gryſeum ad ulcera manantia tibiarum ex eodem Theſauro. 701
Vnguentum vulnerarium ex eodem. *ibid.*
Vnguentum aliud ad vulnera & ulcera ex eodem. *ibid.*
Vnguentum Patarinum in ulceribus malignis ex eodem. *ibid.*
Vnguentum ad tineas ex eodem. *ibid.*
Vnguentum contra veneficia ex eodem Theſaur. *ibid.*
Vnguentum pro pueris faſcinatis ex eodem *ibid.*
Vnguentum auratum Faſcic. Cnoëffel. 770
Vnguentum coſmeticum ex eodem Faſcic. 776
Vnguentum hæmorrhoidale Cn. v. Hæmorrhoidalia.
Vnguentum refrigerans Faſcic. Cnoëffel. 769
Vnguentum rubrum pomatum ex eode Faſcicul. 776.
Vnguentum ſtomachicum ex eodem. 742
Vnguentum ad luem veneream è Pharac. Perſica. 792.
Vnicornu deſcriptio & hiſtoria ex Kirker. 623
Vnicornu artificiale Faſcic. Cnoëffeliani. 738
Vnicornu præparatio Cn. v. Epileptica.
Vterina Faſciculi Cnoëffeliani. 754
Vulneraria ex eodem Faſciculo Cnoëffeliano. 769

*FINIS.*